

WiMBP
Opole

1797 st.
a/b

×KSIĘGARNIA×
ANTYKWARIAT
DOM KSIĄŻKI DOM
2800
825333 E

K-1/43

I

# P. GALATINI DE ARCANIS CATHOLICÆ VERITATIS,

*LIBRI. XII.*

QVIBVS PLERAQVE RELIGIONIS CHRISTIANÆ CAPITA CONTRA IVDÆOS, TAM EX SCRIPTVRIS veteris Testamenti authenticis, quam ex Talmudicorum commentariis, confirmare & illustrare conatus est.

ITEM,

*IOHANNIS REVCHLINI PHORCENSIS, DE CABALA, SEV DE SYMBOLICA RECEPTIONE,*

*Dialogus tribus libris absolutus.*

Postrema hæc editio mendis innumeris expurgata mentem authoris planius exhibet.

*FRANCOFVRTI,*

Impensis Claudii Marnii hæredum, Ioannis & Andreæ Marnii & Consort.

*M. DC. XII.*

## AD LECTOREM.

NOstro sæculo cum iniquo, tum sceleribus non dicendis polluto, non mirum omnes hæreses, iam olim sopitas, & ab Ecclesia Catholica, in qua sola immodo Noui & Veteris Testamenti scripta in precio habentur, damnatas, iure repullulare: quum omnibus ferme permissum sit, quicquid somniarunt noctu, vel interdiu cogitarũt, ex Satanicis suggestionibus, aliis proponere. Et hoc stupendum, hæreses semper inueniunt sectatores, approbatoresq;, tam audaces, tam friuolos, tamque effrontes, vt quicquid in buccam venerit, pro oraculo Diuino simplicibus, ad seductionẽ aptis, obtrudere audeãt. Incauti decipiuntur, & pulchre verborum lenocinio persuadentur: vt putent, omnia quæ isti effutiunt, veluti ex tripode Apollinis prolata, aut à CHRISTO ipso Filio Dei, dicta. Idcirco non frustra admonemur à CHRISTO ipso, vt non credamus omnibus, qui dicunt, Ecce, hic est CHRISTVS, ecce illic. Sunt seducti, & alios seducunt, ne soli videantur errare. Hæc est autem Ecclesiæ consolatio, quod Deus semper aliquos ex electis suscitat, qui sese impiis istis seductoribus opponant, falsa dogmata sparsa refellant, Veritatem ex panoplia diuinarum Scripturarum proferant, quo nullum aufugiũ sit falsis prophetis vel respondendi, vel sua defendendi. Impiorum hominum cohortem Theologiæ professores è latebris extrahere per sanam doctrinam sedulo debent. Nonne Arii Satanica progenies multum negotii piis fecit, & tandem deleta per CHRISTI verbũ? Nõne Samosaten⁹ proprio cultro seipsũ perdidit? An nõ & Anabaptistæ, Storkius, Seruetus, & innumeri alii ludibrio expositi sunt toti mundo, ob furores excogitatos sine verbi Dei autoritate? Idem euenit omnibus hæreticis. Quum autem PETRVS GALATINVS Iudæorum fastum, superbiam & insolentiam erga religionem Christianam animaduerteret, sui officii esse duxit, quum Hebraicis in literis non mediocriter profeciſſet, tandem aliquid in medium adferre (ac feliciter quidem admolitus est manum) hosque Duodecim Libros, eruditione & doctrina omnigena refertos, in Ecclesiæ CHRISTI variis opinionibus fluctuantis vtilitatem conscripsit, contra perfidam turbã, quæ CHRISTI & diuinitatem & humanitatem non solum perneget, etsi Scripturis conuincatur, sed etiam omnes Scripturas, præcipue Mosis & Prophetarum inuertat, falsas interpretationes effingat, tam contra genuinum Scripturæ sensum, quã contra Rabbinos, quos summo in pretio habet: quique CHRISTI tempora ita dilucide descripsere: vt apud sanæ mentis homines, irrefragabilia sint testimonia, quæ Talmudistæ de regno CHRISTI; de passione & Re-

surrectione proferunt. GALATINVS certe vir prudens, in Hebraicis, Chaldaicis, Græcis & Latinis literis absolute doctus, ad vnicum scopum sua scripta collimat (relinquens Iudæorum vitam, auariciæ deditam, decepticem, & sceleribus variis contaminatam, Deo iudici.) Neque clarius quis posset, promissiones Patribus factas de CHRISTO, nempe Adæ, Noæ, Abrahæ, Isaac & Iacob, Mosi, Prophetis, Dauidi, & aliis innumeris fidelibus Dei ministris tradere. Ad hæc, tempora describit, in quibus sceptrum à Iudæis ablatum, Iudices vel profligati. vel occisi, (quos *Sanhedrin* vocarunt) Sacrificiorum vsum amiserunt: sunt sine Sacerdotio, sine Leuitarum multitudine, & sine Rege, postquam Templum destructum, & in desolationem omnia sunt redacta. Miracula quæ olim fiebant tam in Templo, quam extra, euanuerunt: ac miseri, eiecti sunt in omnem terræ angulum. Quæ certa indicia sunt, CHRISTVM quem expectarunt sancti Patres, venisse, mundumque à peccatis purgasse. Præterea Rabbini illorum, quos negare non audent, tempora illa vltima pulchris verbis descripserunt: vt facile, si non insani essent contra CHRISTI religionem, apprehendere Veritatem possent. Attamen obcæcata gens obstinato animo pergit, sua repugnante conscientia defendere, falsas interpretationes excogitare, Regnum externum CHRISTI, & pompam splendidissimã, qua ingressurus sit ipsorum Messias, effingere. Ea dico tibi, Lector candide, omnia ita dextre tractat Autor noster, dialogetico more, vt hac in re nihil desiderare queas. Et qui hunc Librum legerit attento animo, sentiet sibi magnam accreuisse vtilitatem, quum Biblia euoluere voluerit: præcipue autem in obscuris locis, & paucis cognitis Autor omnem operam intendit, vt sine scrupulo percurrere Vetus Testamentum possit. Distincta sunt omnia in Capita. Scripturæ loca passim adscripta: ne diu Lectoris animus in locis adductis quærendis, fluctuet. Insuper, quicquid de CHRISTO dictum est vsquam, producit, cum interpretatione non ex triuio collecta, sed ex Rabbinis Iudaicis, qui ante CHRISTVM natum scripserunt de Messiæ regno, ac etiam ex Doctoribus Christianis. Habes hic (vt paucis multa comprehendam) Commentarium in omnia difficilia loca totius Veteris Testamenti. Nonne magnus hic esse offert thesaurus, quo Theologiæ studiosus carere non potest, sine maximo suo damno? Quam autem diligentiam, D. Franciscus Stancarus Hebraicæ literaturæ callentissimus, in emendandis istis libris adhibuerit: Candidus Lector facile, si veterem editionem cum noua ista contulerit, deprehendet. Nemo credit, quam facile exemplaria etiam probe descripta, deprauentur. Adiecta etiam sunt Capnionis Cabalistica, conueniens materia huic Operi, in qua multa de antiquis Patribus fit mentio, qui CHRISTVM redemtorem summo desiderio expectarunt, optimeque norunt, in ligno salutem amissam recuperandam. Verum vino vendibili non opus est suspensa hedera. Omnia autem eo spectant, vt Ecclesia ab Apostolis fundata, reædificetur, sepositis sectis & opinionibus, quæ nunquam non mare malorum inuexerunt, & omnes Respublicas bene institutas, aut mutarunt aut funditus euerterunt. Iudæi sunt nobis exemplum quotidianum, ne incidamus in iram Dei per impœnitentiam, post agnitam Veritatem. Vale.

AD IN-

AD INVICTISSIMVM

# MAXIMILIANVM CÆSAREM, ROMANORVM IMPERATOREM SEMPER AVGVSTVM, PETRI GALATINI ordinis Minorum Epistola.

*NON parua animi sollicitudine iam pridem angebar, Maximiliane Cæsar Auguste, quum multiplicem eximiamque Capnionis doctrinã pestiferis, ac venenatis inuidentium morsibus indigne adeo lacerari viderem: vt quam plurima eius dicta, Orthodoxæ fidei maxime congruentia, nonnulli hæreseos nota falso calumniari auderent. Et quanquam id malo, vel potius pessimo, in doctos omneis exemplo fieri animaduertebam, si tot exhaustis laboribus atque vigiliis, tam iniqua rependeretur gratia: haud tamen quicquam scribere, ac ne hiscere quidem audebam: quo hominem tam doctum atque omni virtutum genere præstantem, aduersus temerariã improborum inscitiam defendere tentarem, ne temeritatis, & arrogantiæ vitio mihi daretur, si ego vix mediocri ingenio præditus, nec satis multa eruditione instructus, adeo perito, ac triplici linguarum doctrina excellenti viro, propter eaque ad se vna cum veritate ipsa defensandum, supra quam dici possit idoneo, vltro ac non vocatus patrocinari vellem. Verum enimuero quum Reuerendissimus Dominus meus, Dominus L. Puccius Sanctorum quatuor Cardinalis, Christianæ fidei indagator acerrimus, ac Maiestatis tuæ (prout debet) obseruantissimus, ad defensionẽ huiusmodi alacri animo suscipiendam, eo acrius me hortatus fuisset, quia Maiestatis etiam tuæ honorem in eo agi putaret, si consiliarium suum vel sola criminis obiecti suspicio attingeret, vt graue, ac humeris meis impar, prouinciæ onus necessario subirem, coegit. Accessit præterea & Sanctissimi Leonis decimi Pontificis maximi voluntas, quæ me ad hoc vel maxime impulit. Quandoquidem non ignorabam, Pontificẽ ipsum tanquam vnicum veritatis ac sapientiæ cultorem, summopere cupere, & Capnionem ab huiusmodi calumniis liberari, & Maiestati tuæ eo magis in hoc morem gerendum esse, quo vehementius votis eius satisfactum iri optabat. Cui quidem rei quum vnice intentus essem, ac in eruendis arcanis in Talmud inuentis, tam ad Catholicæ fidei*

*confirmationem, quam ad Capnionis causam tutandam, mirum in modum facientibus, pro viribus insudarem, Maiestatis subinde tuæ literæ, quæ me ad opus id quam celerrime perficiendum, humanissime hortabantur, superuenerunt: vna cum pluribus aliis ad Pontificem Max. Regemque catholicum, & aliquot Reipublicæ Christianæ Patres Cardinales, in mei commendationem benignissime scriptis. Qua ego eximia ac pene incredibili benignitate permotus, inchoatas vigilias non modo instantius, ardentiusque, vt ad finem properarent, vrgere cœpi: sed etiam qualescunque futuras tuo numini consecrare statui, vt auspicatius in lucem prodeant, ac excussis errorum tenebris, Veritatis lumen multo confidentius adaperiant. Neque enim decebat, Opus* DE ARCANIS CATHOLICÆ VERITATIS *ad Christianæ Reipublicæ vtilitatem conficiendum, alij dicari, quam & ipsius Catholicæ Veritatis, & totius Reipublicæ Christianæ optimo conseruatori, defensori, adauctori. Quæ quidem mea dedicatio, si Maiestatis tuæ Celsitudini haudquaquam respondebit: quia tamen ab optimo animo profectam intelligere poterit, ipsam boni consulere, ac placido (vt semper consueuit) vultu accipere dignabitur. Accipe igitur nunc eam, Sacratissime Imperator: meq; assidue in vinea Domini laborantem, inter postremos Maiestatis tuæ seruos (licet indignum) pro tua clementia suscipe, tuere, foue.*

PETRI

# PETRI GALATINI

## OPVS DE ARCANIS CATHOLICÆ VERITATIS.

*Colloquutores totius operis.*

GALATINVS, CAPNIO, HOGOSTRATVS.

GALATINVS.

QVANTVM ex his quæ hactenus à vobis coram me vltro citroque dicta sunt, percipere valeo: de Talmud, ex quo controuersia omnis vestra ortum habet, non parua inter vos agitur disceptatio. Nam alter quidem vestrum, Talmud tanquam omnino malum, Christianæque religioni penitus repugnantem, damnare conatur: idque articulis plurimis, contra alterius libellum, OCVLARE SPECVLVM nuncupatum, formatis, probare contendit. Alter vero, Talmud ipsum, veluti in multis bonum, atque Catholicæ veritati ad conterendam durissimam Iudæorum ceruicem maxime proficuum, commodum, ac necessarium, summo studio tutari nititur. Quum igitur & vterque vestrum aliud demum quam veritatem, nihil quærere videatur: neque enim aliam ob rem (vt ipse opinor) me ambo conueniistis, nisi Veritatis ipsius gratia perquirendæ: & ego quoque, non nisi ea quæ veritatem Christianam sapiant, pro articulorum discutiendorum definitione, dicturus sim, ea propter me operæpretium Christianæ Reipublicæ facturum arbitror, si antequam ad articulos ipsos deueniamus, tum pro vestræ disputationis fundamento, tum pro Veritatis indagandæ intellectu, ipsius Catholicæ fidei arcana, in ipso Talmud latitantia, quibus quam maxime Iudæorum nostri temporis conuincitur perfidia, reserare non prætermittam. Per Talmudicas namque Iudæorum veterum scripturas, non solum recentiorum, qui omni conatu Prophetarum vaticinia peruertere student, cauillationes prorsus omnes refelluntur, verum Orthodoxi quoque dogmatis Veritas clarissime elucescit.

CAPNIO. Optime quidem facies, mi Galatine. Sic enim & potissimum Iudæorum nostri seculi refellentur errores, & Christianæ veritati, quam illi impugnare nunquam desinunt, validissima aduersus eos, ex eorumet scripturis testimonia afferentur. Sed quo minus tantæ veritati obsistere queant, ipsa siue sanctorum vatum oracula, siue priscorum Talmudistarum dicta, quæ in Iudæos ipsos inducturus es perinde ac scripta sunt, Chaldaice scilicet, atque Hebraice referas, opus est.

GALATINVS. Faciam equidem quam libentissime, mi Capnio, quod hortaris: cum ob ea quæ dixisti, tum præsertim, vt dum se Iudæi ipsi armis suis victos viderint, veritatem quam negare nunquam desistunt, agnoscere cogantur: eamque agnitam & fateri & custodire non negligant, si sibi consulere voluerint: ne tandem Cœlesti de regno ad exteriores eiecti tenebras, mala patiantur æterna. Sed quum id in omnibus seruari, & perdifficile & iniucundum sit, ea duntaxat aut Hebraice aut Chaldaice, vt ipsi habent, recensere curabo, quæ præ cæteris contra eos, veritatem & exprimunt & attestãtur. Omnia vero quæ me ex eorum Scripturis adducere oportebit, ita fideliter (quantum Latina patitur lingua) in nostrum transferre conabor

sermonem, vt neque veritatem inficiari possint, neque non sic apud se esse, dicere audsint. Quare ipsius sacræ paginæ traducendo dicta, vbicunque in nostris codicibus ab Hebraicis deuiatum esse inueniam, neque Septuaginta, neque alium quemuis sequar interpretem: sed ea sic omnino, vt Hebraica veritas habet, in nostrum vertam eloquium. Hinc enim & Iudæis falsiloquis omnis subterfugiendi præcludetur via: & plurima, ac prope infinita Sacræ Scripturæ loca, quæ partim temporum longitudine, partim Scriptorum vitio, tam apud Latinos quam apud Græcos, vitiata & corrupta competiuntur, vere atque perbelle pro nostra fide castigabuntur. In quibus longe planius, longeque perfectius apud Hebræos, quam in nostra siue Latina, siue Græca editione, fulget Christiana veritas. Quocirca me à multis carptum iri, haudquaquam dubito: & ab his præsertim, qui quicquid ipsi non fecerint, arguere solent: & omnia vituperant, quæ ignorant. Multos quippe habet Veritas inimicos, eamque constanter profitentibus nunquam defuerunt æmuli. Eos enim & Athanasius, & Chrysostomus apud Græcos perpessi sunt: & Augustinus, atque Hieronymus apud Latinos: & omnes denique, qui ipsam vnice sunt amplexati. Contra quos ego nihil aliud quam Veritatem ipsam inuoco, quam spero (Diuina fauente ope) vndique mihi clypeum fore: quandoquidem LEONIS Decimi Pontificis, ipsius Veritatis optimi cultoris, atque sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ determinationi, me omnesque assertiones meas, tam in his, quam in cæteris omnibus subdo atque submitto.

HOGOSTRATVS. Quia mira atque inaudita ad retegendam Veritatem te dicturum video, ideo vt veritatem ipsam quam tantopere quærimus, citius ac facilius nanciscì (te referante) possimus, vellem ipse insuper, vt nisi molestum fuerit, si quid dubij mentem meam subierit, inquisitioni meæ satisfacias.

GALATINVS. Id profecto periucundum mihi erit, nedum minime ingratum. Eam ob rem, tam abs te qui non mediocri Diuinæ humanæque Philosophiæ peritia polles, quam à Capnione ipso, qui non modo omni literarum genere apprime præditus est, sed trium etiam linguarum, quibus Diuina panduntur arcana, disertissimus Interpres, hoc in primis exoratum velim, Vt quæcunque occurrerint dubia, nequaquam indiscussa prætereant, quin potius à nobis vicissim perscrutanda, in medium prodeant. Nam & ego quoque quicquid eisdem in dubiis pro mei ingenioli captu, mea tulerit opinio, haudquaquam subticebo. Sed quia valde difficile est, & quasi impossibile, imbecillem hominem, qualem me esse non ignoro, per iter illud confidenter incedere, in quo vel fortissimos quosdam cespitare oportuit (Fateor enim, me quamplurima viribus meis imparia, ac longe maiora, ad Veritatem huiusmodi indagandam, necessario aggressurum) Idcirco Diuinam mihi opem primum implorandam duxi, vt dum ipsa ad Deum oratio pro baculo mihi fuerit, verbumque eius lucerna pedibus meis, ac lumen semitis meis extiterit, ipse securus ac tutus inter hostium cuneos gradiens, ipsosque armis eorum deuincens, veritatem quam apud se habentes nesciunt, negligunt, & impugnant, ab eis tanquam ab iniustis possessoribus auferre valeam. Vt tandem ipsa veritate in Talmudicis Libris inuenta, luce clarius constet, quid de ipso Talmud, de quo inter vos bellum est, recte sentiendum sit. Quod vt rectius ac melius fieri queat: sermonem totum nostrum, circa duodecim præcipue versari, necesse erit. De quibus, Duodecim particulares confici debeant Libri: in quorum vnoquoque mysteria nostræ fidei plurima reserari valeant.

Index

## Index Librorum.

IN PRIMO LIBRO TRACTATVR.

¶ De Talmud deque ad ipsum pertinentibus.

IN II.

De diuinarum personarum Trinitate, deque diuinæ essentiæ vnitate, ac de diuinis nominibus, per quæ & ipsa diuina Trinitas cum indiuidua naturæ vnitate, & ipsius perfectiones optime insinuantur.

IN III.

De Filij Dei incarnatione, de Messiæ diuinitate, & eius nominibus diuinam ipsius naturam designantibus, deque Dei & hominis consort.o, participatione & coæquatione.

IN IIII.

De primo Messiæ aduentu.

IN V.

Argumentorum Iudæorum nostri temporis, Messiam nondum venisse, probare conantium, confutatio.

IN VI.

De humani generis redemtione & salute, propter quam Messias venturus erat.

IN VII.

De sanctissima matre Messiæ.

IN VIII.

De Messiæ mysteriis, quæ omnia prorsus in Domino nostro Iesu Christo consummata sunt.

IN IX.

De Iudæorum reprobatione, & de Gentilium vocatione, ac saluatione.

IN X.

De nouæ legis diuinæ institutione, quæ per Messiam condenda erat.

IN XI.

De veteris legis diuinæ cessatione in aduentu Nouę.

IN XII.

De secundo Messiæ aduentu, deque in eo futuris.

HÆC autem omnia statim Index Capitum particulatim ostendet. Tametsi vnumquodque Caput, multa Catholicę veritatis contenturum sit arcana, prout passim proposito nostro ex Hebraicis codicibus carpenda, se obtulerint: vna cum textibus Sacrę Scripturæ Veteris instrumenti, qui nobis ad Orthodoxæ fidei confirmationem, iuxta Hebraicam veritatem, corrigendi exponendique occurrent.

## Index Capitum.

PRIMI LIBRI CAPITA.

DE antiquis & authenticis Iudæorum scripturis. *Cap. j.*
De priscis Iudæorum sapientibus, viris magnæ synagogæ nuncupatis. ij
De authenticis Iudæorum scriptoribus, qui Christi antecesserunt aduentum: ex quorum potissimum scriptis compactus est Talmud. iij
De Iudæorum scriptoribus, quos paulo post Christum passum esse contigit, & quid de ipso senserint. iiij
Quis fuerit ipsius Talmud autor: quando editus sit: in quot partes diuidatur, & quibus de rebus præcipue tractet. v
Quod Talmudistæ ad arcana legis perquirenda, allegoricum sensum maxime secuti fuerint, Cabalistæ vero anagogicum: & quid sit Cabala, & quare veteres nostri de Cabala non meminerint. vj
An Talmud à Christianis recipi debeat. vij
Quod per Talmudicas traditiones sacrę scripturę daprauationes optime corriguntur, quę tam in nostra siue Græca siue Latina editione, quam in textu Hebraico passim inueniuntur. viij
Quomodo sit contra Iudæos per eorum scripturas procedendum. ix

SECVNDI LIBRI CAPITA.

QVod Deus sit trinus, & vnus. j
Quod personarum trinitas vnitati diuinæ essentię non derogat, per ratione super Iudęorū scripturas fundatā. ij
De diuinarum personarū distinctione, & de Deo mittente, & de Deo misso. iij
De diuinarum personarum distinctione & numero, per earum proprietates. iiij
De Patre & Filio in diuinis. v
De Spiritu sancto. vj
Quod tres personę sint vna essentia, sitque vnaquęque earum in alia per circumincessionem. vij
Quod diuinę trinitatis mysteriū per Dei imaginem ad quā factus est homo optime atque distincte innuitur. viij
De nomine Dei אלהים *Elohim*, & quomodo per illud diuina trinitas insinuatur. ix
De nomine Dei quatuor litterarum, quod Greçe τετραγράμματον dicitur,

estque יהוה quod Hebræi שם המפורש *Schammephoras*, hoc est, nomen expositum vocant. x

Quomodo diuinæ trinitatis mysterium per Dei tetragrammaton distincte exprimatur. xi

De nomine Dei duodecim literarum, & quomodo per illud antiqui Iudæorum Patrem & Filium & Spiritum sanctum explicabant. xii

De nomine Dei duarum & quadraginta literarum, per quod prisci Iudæorum diuinæ trinitatis & vnitatis arcanum apertissime exponebant. xiii

De nomine Dei אהיה *ehie*, per quod diuinæ trinitatis æterna stabilitas optime insinuatur. xiiii

De nomine Dei אגלא *agla*, per quod diuinæ trinitatis infinita potentia exprimitur xv

De nomine Dei שדי *Sadai*, per quod diuinæ Trinitatis omnimoda sufficientia, qua solus Deus sibi sufficiens est, optime designatur. xvi

De duobus & septuaginta Dei nominibus, per quæ diuinæ Trinitatis atque vnitatis perfectiones aptissime insinuantur. xvii

TERTII LIBRI CAPITA.

QVod Filius Dei incarnandus erat, ex fœmina corpus sumendo. Caput i

Quid per nomen Messias importetur, & de duabus naturis & vna persona Messiæ. ii

Quid sit verbũ Dei secundum Hebræos, & quod verbum Dei sit Deo ὁμοούσιον id est, consubstantiale. iii

Quod Deus sit verbum, & verbum Dei sit ipse Deus. iiii

Quod Messias sit Verbũ Dei, quod Deus missurus erat, vt sanaret vniuersum humanum genus. v

Quod Dominus noster Iesus Christus sit Verbum Dei, à Patre æterno pro hominum salute missum. vi

Quod Messias sit Filius Dei. vii

Quod Messias sit nomen Dei, & quod nomen Dei sit ipse Deus. viii

Quod Messias nomine Dei tetragrammato vocandus erat. ix

Quod Messias sit nomen Dei tetragrammaton. x

Quod nomen Dei tetragrammaton secundum totum Messiæ esse, illi conueniat. xi

Quod Messias est facies Dei. xii

Quod Messias sit lumen, siue lux, quæ Deus est. xiii

Quod nomen Dei שדי *Sadai*, Messiæ proprie competat. xiiii

Quod nomen Messiæ ינון *Iinnon*, secundum Diuinitatem illi congruat. xv

Quod Messias in sacra Scriptura plerunque vocatus est Germen, ad designandum, quod potius incarnari decebat Filium, quam Patrem siue Spiritum sanctum. xvi

Quod Messias dictus est Ros, ad significandum Filii Dei in vterum Virginis descensum. xvii

Quod Messias Emmanuel vocandus erat, & quod nomen hoc soli Messiæ congruat. xviii

De quibusdam Messiæ nominibus, ab effectu illi impositis, ex quibus eius diuinitas aperte ostenditur. xix

Quod proprium Messiæ nomen debebat esse Iesus, & de huius nominis excellentia. xx

Quod Messias dictus est Petra, siue Lapis, multiplici ratione. xxi

Quod Messias dictus est Tener, ad insinuandam immensam eius pietatẽ. xxii

Quod Messias antonomastice atque per excellentiam Iustus appelletur. xxiii

Quod Messias Vir pugnæ nũcupatus est, sicut, & Deus eo nomine vocatus est, ob victoriam quam contra diabolum obtenturus erat. xxiiii

Quod Messias non abs re plerunque in sacra pagina vocatus est Dauid. xxv

Quod Messias multoties in sacris literis Selomo dictus est, ad insinuandam Filii Dei incarnationem, quæ de semine Dauid futura erat. xxvi

De diuinitatis humanitatisque consortio, & de Dei æqualitate & participatione cum homine. xxvii

Quod Deus dictus fuit frater Israel, & Messias est ille, ad designandum, quod Deus per nostræ naturæ assumtionem frater noster fieri debebat. xxviii

Quod Deus ipse ore proprio docturus erat homines, & Messias sit ille. xxix

Quod Deus coæquandus esset Ecclesiæ, & quod Messias caput Ecclesiæ futurus esset. xxx

QVARTI LIBRI CAPITA.

QVod duplex sit Messiæ aduentus, vnus cum humilitate, alter cum maiestate. Caput i





De duobus Messiis, quos Iudæi recentiores falso venturos expectant. ii

Quod primus Messiæ aduentus iam præterierit, & quibus potissimum rationibus super prophetarum Talmudistarumque testimonia fundatis, id probetur. iii

Prima ratio, qua tempus primi aduentus Messiæ iã præteriisse probatur, sumitur ex Iudaici sceptri defectione: pro qua primo demõstratur, quod circa primũ Messiæ aduẽtum, sceptrũ regni Iudaici penitus deficere debebat. iiii

Quod iudiciaria quoque potestas in aduentu Messiæ penitus ab Iudæis auferenda erat: & de Iudęorum iudicibus. v

Quando, quomodo & quare Iudæorum regnum & eorum iudiciaria potestas defecerint. vi

Conclusio rationis, quod Messias iam venerit. vii

Quod deficiente Iudæorum sceptro, & miracula quoque templi pariter defecerint. viii

Secunda ratio, sumta ex templi secundi desitione: quod primi aduẽtus Messiæ tempus iam præterierit, & quod Messias ipse ante templi secundi cuersionem, venturus erat. ix

Obiectionis Iudæorũ confutatio, & prophetiæ ipsius Haggæi catholica explanatio, iuxta ipsorũmet glossas, ac rationis supradictæ cõfirmatio per Ieremiã. x

Quod prope finem secundi templi natus est Messias. xi

Oppositionis Iudæorum improbatio, insaniæque ipsorũ redargutio, qui Messiam diu iam natum fuisse, fatẽtur: sed nondum venisse aiunt. xii

Tertia ratio, qua probatur primi aduentus Messiæ tempus iã præteriisse, sumta ex loci assignati vastatione. xiii

Quarta ratio, efficaciter demõstrans primi aduentus Messiæ tempus iam præteriisse, sumta ex determinati temporis præteritione, per Danielis vaticinium, secundum Talmudistarum expositiones: & primo quomodo accipiendæ sint septuaginta Danielis hebdomades tempus Messiæ præfixum continentes. xiiii

Quod præfixũ septuaginta harũ hebdomadũ tẽpus secundum Hebræorũ computationem, in Domino nostro Iesu Christo præcise impletum sit. xv

Quod secundum nostras quoque historias tam Græcas quam Latinas, præfixũ Messię tempus in septuaginta his hebdomadibus contentum, præcise in Christi morte consummatum sit. xvi

Contra obstinatam Rabbi Sẽlomonis, & Rabbi Leui, aliorumque iuniorum Iudęorum temeritatem & insaniam, impudentissime Danielis verba peruertere conantium. xvii

Vera atque catholica ipsius prophetię Danielis explanatio, per Iudæorum scripturas. xviii

Quod tempus determinatum aduentus Messiæ ab Esaia insinuatum, iam præterierit, & in Domino nostro Iesu Christo completum sit. xix

Quod tempus quoque aduentus Messiæ præfixum, à priscis Talmudistis traditum, iam tranſierit, ac in Domino nostro Iesu Christo consummatum sit. xx

De duobus falsis Messiis, quos Iudæi ob temporis præfixi aduentus Messiæ præteritionem, post Christum passum receperunt: & quam ob rem primum à Vespasiano & Tito, deinde ab Hadriano tam acriter puniti fuerint. xxi

Quinta ratio, qua ostenditur primi aduẽtus Messiæ tempus iam præteriisse, accepta ex Israelitici populi punitione: & quod Iudæi in aduentu Messiæ ob mortem quam ei illaturi erant, multiplici pœna mulctandi erant. xxii

De peccatis Iudæorũ tẽpore primi & vltimi templi cõmissis, & de morte Zachariæ & Esaiæ prophetę: & quę fuerit huius nouissimæ captiuitatis eorũ causa: deque odio gratis, quo Christum prosequuti sunt. xxiii

Confirmatio præmissorum, ex Messię venditione, & mercatione. xxiiii

Sexta ratio, ostendens primi aduentus Messię tempus iã præteriisse, fundata super Romani Imperii subiectione: & primum, quod Messias Romanorum Imperium sibi subacturus erat. xxv

Quod Messias vniuerso orbi dominaturus erat, & de vniuersali Domini nostri Iesu Christi regno xxvi

Quod Christus vere sibi Romanorũ subegit imperium, & de Romani Pontificis atque Imperatoris vniuersali dominio. xxvii

Iudaicæ oppositionis improbatio. xxviii

Septima ratio, qua primi aduẽtus Messię tempus præteriisse demonstratur, sumitur ex idololatrici cultus cessatione, & quod in aduentu Messię idololatria penitus cessatura erat. xxix

QVINTI LIBRI CAPITA.

IVniorum Iudæorum obiecta, quod Iesus Nazarenus Messias non fuerit, quum Messias ipse nondum venerit. Caput I
Ad primum Iudæorum obiectum: quod Messias in fine dierum venturus erat. II
Ad secũdum Iudæorum obiectum, quod nondum venerit Messias, quia nondum mons domus Domini super montes & colles eleuatus est. III
Ad tertium Iudæorum obiectum, quod Iesus Nazarenus non fuerit Messias: quia ad eum omnes gentes non fluxerunt. IIII
Ad quartum Iudæorum obiectum, quod Messias nondum venerit, quia Gentes nondum dixerunt, Venite, ascendamus ad domum Dei Iacob. V
Ad quintum Iudæorum obiectum, quod Messias nondum venerit, quia nondum arma bellica in agriculturæ instrumenta sunt conuersa. VI
Ad sextum Iudæorum obiectum, quod Messias nondum venerit, quia nondum pax sine fine venit. VII
Ad septimum Iudæorũ obiectum, quod Messias adhuc non venerit, quia nondum feræ esum carnium deferentes, ac omni feritate deposita, cum animãtibus mansuetis accubuerunt. VIII
Ad octauum Iudæorum obiectum, quod Messias adhuc non venerit, quia nondum ipsi in terram suam congregati sunt. IX
Ad nonum Iudæorum obiectum, quod Messias nondum venerit, quia tertium templum non est adhuc ædificatum. X
Ad decimum Iudæorum obiectum, quod Messias nondum venerit, quia adhuc ipsi non sunt saluati. XI
Ad vndecimum Iudæorum obiectum, quod Messias adhuc non venerit, quia nondum Gog interemtus est, neque Magog expugnatus. XII
Ad duodecimum Iudæorum obiectum, quod Iesus Nazarenus non fuerit verus Messias, quia non reliquit post se semen, nec habuit filios. XIII

SEXTI LIBRI CAPITA.

QVod nullus futurus erat saluator & redemtor nisi Deus, qui se ipsum humanæ redemtionis precium daturus erat. I
Quod iste saluator & redemtor debebat esse Messias. II
Quod redemtor vt esset perfectus redemtor, Deus & homo esse debebat. III
Quod saluatio atque redemtio per Messiã facienda, spiritualis futura erat. IIII
De peccato originali, quo propter peccatum primorum parentum, totum humanum genus corruptum fuit, & quid est peccatum originale secũdum Hebræos, & quo nomine ipsum appellant. V
Quod omnes patres veteris instrumenti quantumcunque sancti, propter originale peccatum vsque ad Messiæ aduentum, rei atque Deo culpabiles fuerint. VI
Quod propter peccatum originale ante Messiæ aduentum omnes homines ad infernum descenderint, & quibus nominibus apud Hebræos infernus nuncupetur. VII
Quod Patriarchæ quoque ac Prophetæ, cæterique sancti patres veteris instrumenti, vsque ad Messiæ mortem, omnes ad infernum descenderint. VIII
Quod sancti patres in inferno à diabolo, Deo permittente, propter Adæ peccatum detinebantur: & de limbo ad quem descendebant. IX
Quod animæ electorum non poterant, nec debebant nisi à Messia Deo & homine ex inferno liberari. X
Quod per Messiam & vniuersum reparandum erat, & mors ipsa destruẽda. XI
Quod Angelorum quoque ruina per Messiam instaurari debebat. XII
Quod summo desiderio sancti Patres Messiæ desiderarint aduentum. XIII
Quod non Iudæi tantum, sed Gentiles quoque per Messiam redimendi atque saluandi erant: nec tamen omnes siue Iudæi, siue Gentiles, sed ij duntaxat ex vtrisque, qui ipsum & recepturi & confessuri essent. XIIII
Quod ad designandam tum Iudæorum tum Gentilium saluationem per Messiam futuram, ex vtrisque Messias ipse prodire voluit XV
Quod mundus per peccatorum remissionem saluandus erat, & de generali peccatorum remissione, quę per Messiam fieri debebat. XVI



Quod per lignũ crucis, mundi siue humani generis saluatio fieri debebat. XVII

SEPTIMI LIBRI CAPITA.

QVod mater Messiæ ab æterno fuerit à Deo præuisa Filium eius conceptura, atque Messiam verum Deum & hominem paritura. Caput I
Quod amore matris regis Messiæ & filii eius, Deus mundum creauerit, quia præuiderat ipsos à peccato Adæ immunes futuros. II
Quod mater Messiæ non fuit in peccato originali concepta, & quod ipsa fuit ante peccatum Adæ secundum materiam creata, & caro ipsius semper ab omni macula peccati præseruata. III
Ad primam Hogostrati obiectionem, & quod mater Messiæ fuit prima in genere humano creatura, estque omniũ hominum mater, atque cunctis Angelis superior, secundum priscorum Talmudistarum sententiam. IIII
Ad secundam Hogostrati obiectionẽ, & quod opinio de immaculata gloriosæ virginis cõceptione vetustissima est. V
Ad tertiam Hogostrati obiectionem, vbi quod mater Messię absque originali peccato concipienda esset, naturalibus rationibus probatur. VI
Ad quartam Hogostrati obiectionẽ, vbi conclusio de immaculata virginis conceptione, septem theologicis simul ac naturalibus cõfirmatur rationibus. VII
Ad quintam Hogostrati obiectionem, & quod intemerata mater Messiæ absque libidine & concupiscentia genita sit. VIII
Ad sextã Hogostrati obiectionẽ, & quod merito passionis Christi exhibendæ, fuerit virgo gloriosa à peccato originali modo nobilissimo redemta. IX
Ad septimam Hogostrati obiectionem, & quod virgo gloriosa nunquã ægrotauerit: nec vnquam menstrua passa fuerit: & quam ob rem obierit, & quod mortua statim resurrexerit. X
Quod propter matrem Messiæ vocatus fuerit Israel populus Dei peculiaris. XI
Quod mater Messiæ ex stirpe regia Dauid, & tribu Iuda proditura erat: vbi Matthæus & Lucas Christi genealogiã describentes, optime cõcordantur. XII
Quod mater Messiæ Maria vocari debebat. XIII
Quod mater Messiæ virgo futura erat, & de omnimoda eius virginitate videlicet ante partum, in partu, & post partum. XIIII
Oppositionis recentiorum Iudæorũ matris Messiæ virginitatem impugnantium, confutatio. XV
Quod mater Messiæ Spiritu sancto cooperante Dei Filiũ conceptura erat. XVI
Quod mater Messiæ prophetissa esse debebat prophetas omnes excellẽs. XVII
Quod mater Messiæ sedes Dei futura erat, super quam diuina maiestas sedere debebat. XVIII

OCTAVI LIBRI CAPITA.

QVod Messias secundum carnem ex Iacob & cæteris patribus per lineam rectam descensurus erat. Caput I
Quod Messias nouo modo nasciturus erat, hoc est absque viri semine, siue de matre absque patre II
Quod reges gentiũ ad Messiã adorãdum venturi erant ei munera deferẽtes. III
Quod Messias ex Ægypto reuocandus erat quo post natiuitatem suam Herodem fugiens profecturus fuerat. IIII
Quod Messias miracula propria virtute facturus erat & de miraculis Domini nostri Iesu Christi, & discipulorum eius ex Talmud. V
Quod miracula Domini nostri Iesu Christi discipulorumque eius nullatenus negari possunt. VI
Quod Messias propheta esse debebat. VII
Quod Messias pœnitentiam docturus erat. VIII
Quod Messias pauper & humilis esse debebat. IX
Quod Messias passiones multas subiturus erat, ac Deus quoque multa passurus. X
Quod Messias tormenta acerbissima voluntarie propter humanum genus suscipere debebat. XI
Quod Deus percussiones, opprobria, contumelias, ac etiam mortem passurus erat. XII
Quod Messias in sua passione vendẽdus, exprobrandus, flagellis colaphisque cædendus, probris contumeliisque innumeris afficiendus, ac purpura induẽdus, spinisque coronãdus erat. XIII
Quod passionis Messiæ mysterium expresse atque distincte ab Esaia prænũciatum fuerit. XIIII
Obiectionis recentiorum Iudæorum, Esaiæ verba falso exponentium confutatio, per veterum Talmudistarum expositiones. XV
Confutationis prædictę confirmatio, per

Chaldaicam Rabbi Ionathę paraphrasin in eadem Esaiæ verba. xvj
Quod Deus in cruce suspendendus erat, crucique affigendus, & ille est Messias, qui morte crucis moriturus fuerat. xvij
Ad Iudæorum obiectum responsio, qui ideo Christum Deum non fuisse asserunt, propterea quod in cruce se à Deo derelictum clamauerit. xviij
Quod Messias in sua morte felle & aceto potandus erat, eoque moriente tenebræ super omnem terram fieri debebant. xx
De merito effusionis sanguinis & mortis Messiæ. xx
Quod Messias ad infernum descensurus esset, omnesque electos inde eductus. xxj
Quod Messias tertio die à mortuis resurgere debebat. xxij
Quod Messias in cœlum ascensurus erat, ducens secum eos, quos de inferno liberare debebat. xxiij
Quod Messias ad dexteram Dei patris sessurus esset. xxiiij
Quod Messias Spiritum sanctum super Apostolos, ac alios in se credentes, missurus erat. xxv.

NONI LIBRI CAPITA.

QVod omnes Dei promissiones cum conditione Iudæis factę fuerint: videlicet, si Messiam reciperent, eique obtemperarent. Caput j
Quod valde pauci ex Iudæis saluandi erant, reliqui vero occidendi, destruendi, atque dissipandi. ij
Quod Iudæi qui Messiam non erant recepturi, scripturarum intelligentiam perdere debebant. ij
De perpetua Iudæorum reprobatione, & quod tanquam Dei inimici, de domo Dei expellendi erant. iiij
Quod Iudæi nunquam amplius in terram suam regressuri sunt, neque eam possessuri. v
Quod Iudæi absque principe, absque sacrificio, & absque Deo, eorum exigente perfidia, vsque ad mundi finem esse debebant. vj
Quod sicuti Hebræi in Israel & Iuda diuisi fuerunt, ita tempore Messiæ, fieri debebat eorum in Iudæos perfidos & veros Christianos diuisio. vij
Quod Iudæi ideo destruendi erant, quia Deum verum essent prodituri, ac negaturi. viij
Quod ideo Iudæi, perdi, in æternumque damnari debebant, quia legem Messiæ non essent recepturi ix
Quod ideireo quoque reprobandi, atque in perpetuo Dei odio permansuri erant, quia Iesum verum Messiam, & Mariam matrem eius iugiter negaturi, ac blasphematuri essent. x
Quod si Iudæi de peccato suo pœnitentiam agere vellent, perfidiamque deponere, ilico redemti essent, atque à captiuitate liberati, ac Messiam saluatorem haberent. xi
Quod Gentiles Messiæ adhærere debebant. xij
Quod Gentiles Messiam recipientes, à Deo diligendi erant, ac populus Dei electus esse debebant. xiij
Quod omnes dignitates olim Iudæis concessæ, ab eis auferendæ erant, & Gentilibus Messiam recepturis, tanquam vero & electo Dei populo, concedendæ. xiiij

DECIMI LIBRI CAPITA.

QVod Messias legem diuinam nouam perfectiorem quam veterem, instituturus erat, quam Gentiles suscipere debebant. Cap. j
Quod Messias sacramentum baptismi instituere debebat, per quod circumcisio euacuanda erat. ij
De pœnitentiæ sacramento, quod Messias per vocalem confessionem in remissionem peccatorum instituturus erat. iij
Quod Messias nouum sacrificium instituturus erat, in quo ipse panis & cibus esse debebat. iiij
Quod sacrificium hoc non in pane solo, sed in vino quoque instituendum erat, per quod omnia sacrificia veteris Legis cessare debebant. v
Quod Messias in hoc sacrificio panem in corpus suum, & vinum in sanguinẽ suum transsubstantiare debebat. vj
Quanta futura esset huius sacrificii efficacia, & quanta sacerdotum illud pertractantium dignitas, qualisque vita. vij

VNDECIMI LIBRI CAPITA.

QVod lege Messiæ adueniente, lex Mosaica in cunctis cæremonialibus cessatura erat. Cap. j
Quod



Quomodo & quare Christus legem veterem impleuerit. ij
Rationum Iudęorũ confutatio, & quod lex Mosaica mutabilis erat. iij
Quod lex Iudæorum sæpenumero mutata sit. iiij
Refelluntur Iudæorum obiecta, legem veterem etiam quoad cæremonialia permansuram fuisse, per ipsius legis testimonia probare conantium. v
Quod cæremonialia omnia veteris legis præcepta erant non bona, non tamen mala. vj
Quod circumcisio tempore Messię non carnalis, sed spiritualis seruanda erat. vij
Quod sabbatum quoq; in diebus Messiæ spiritualiter tantum seruari debebat. viij
Obiectionum Iudæorum solutio, quibus ostendere conantur sabbatum à Christianis quoque, atque à cæteris omnibus nedum ab ipsis Iudæis literaliter seruari debere. ix
Quod sabbatum apud Iudæos multoties dissolutum fuerit. x
Quod Iudæorum etiam sacrificia tempore Messiæ spiritualiter tantum seruanda erant. xj
Quod omnia quæ secundum veterem legem immunda erãt, tempore Messiæ munda esse debebant, & carnes porcinæ licite comedi possent. xij
Quod veteris legis literalis obseruatio fuit Iudæis per Romanos prohibita, & postea per diabolum eis restituta. xiij

DVODECIMI LIBRI CAPITA.

QVod secundus Messiæ aduentus, circa mundi finem erit. i
Quod futura sit generalis mortuorum resurrectio. ij
Quod generalis mortuorum resurrectio in fine mundi futura, per Messiam fiet. iij
Quod post generalem resurrectionem, omnes homines vno linguæ loquentur idiomate, & quod erit illud. iiij
Quod generale iudicium per Messiam fiet, qui in forma humana glorioſa iudicaturus est. v
De æterno præmio, quod iusti post vniuersale iudicium sunt habituri. vj
Quod ipsemet Messias post vniuersale iudicium erit æterna merces & præmium iustorum. vij

*Indicis Capitum Finis.*

LIBER PRIMVS

# DE TALMVD.

## CAPVT PRIMVM.

### *De antiquis & authenticis Iudæorum scripturis.*

GALATINVS.

AD Iudæorum perfidiam A per Talmudicas eorum scripturas conuincẽdam, ante omnia scire opus est duplex apud eos esse dogmatum genus, quibus & nunc & olim ipsorum Synagoga inniti nunquã destitit. Quorum alterum quidem תורה שבכתב *tora scebiuhteab*, hoc est, legẽ quæ in scriptò est, vel quæ scripto tradita est, vocant. Alterum autem תורה שבעל פה *tora scebeal pe*, id est, legẽ quę in ore B est, siue quæ ore tradita est, appellant. Quam quidem nihil aliud esse aiunt, quam ipsius legis explanationem, quam Mosi vnà cum lege traditam fuisse asserunt. Nam vt prisci Talmudistæ testãtur, in primo eius libri capite, qui ברכות *berachoth*, id est, benedictionum dicitur, eodem spiritu Moses & legem, & ipsius legis expositionem in monte Sinai accepit. Ipsa autem legis explanatio ad geminum tendit sensum: literalem scilicet, & spiritalem siue mysticum: quorum neutrum Mosem scripsisse affirmant, sed vtrunque verbo tradidisse. Et hanc legem eam esse dicunt, de qua במרקי אבות *bepirke auoth*, id est, in capitulis patrum, ita legitur, משה קבל תורה מסיני C ומסרה ליהושע ויהושע לזקנים וזקנים לנביאים ונביאים מסרוה לאנשי כנסת הגדולה. Quod est, Moses accepit legẽ de Sinai, & eam tradidit Iehosuæ: Iehosuas autem senioribus: Seniores autem prophetis: Prophetæ verò viris Synagogæ magnæ. Huiusmodi autem traditio (vt ex variis Talmudistarum colligitur voluminibus, vtque à Rabbi Mose Ægyptio in sui Deuteronomii initio fertur) hoc ordine fieri contigit. Iehosuas enim cum hanc legis expositionem à Mose acD cepisset, eam Pinhæ Eleazari filio tradidit, qui & Aharon ex filio nepos erat: & à nobis corrupto nomine, Phinees dicitur. Phinhas autem Heli sacerdoti. Heli autem Semueli prophetæ ac sacerdoti. Semuel autem Dauid Regi. Dauid autem Achiæ prophetæ. Achias autem Eliæ prophetæ. Elias autem Elisæo prophetæ. Elisæus autem Ioiadæ Pontifici. Ioiadas autem Zachariæ prophetæ. Zacharias autem Hoseæ prophetæ. Hoseas autem Hamos prophetæ. Hamos autem Esaiæ prophetæ. Esaias autem Micheæ prophetæ. Micheas autem Ioeli propheta. Ioel autem Nahum prophetæ. Nahum autem Habacuc prophetæ. Habacuc autem Sephoniæ prophetæ. Sephonias autem Ieremiæ prophetæ. Ieremias autem Baruch scribæ. Baruch autem Ezræ sacerdoti, ac scribæ. Hucusque præter Bibliam, quam מקדשיה *Macdesciya*, hoc est, rem sanctam Dei vocant, scripturam aliam Iudæos habuisse non legimus: cum ad ea vsque tempora, nemo quicquam de legis expositione literis commendasse compertus sit. CAP. Vt autem neminem ex nostris lateat, quos libros Iudæi tanquam sacros ac diuinos recipiunt, dic obsecro, quonam pacto מקדשיה *Macdesciya*, id est, biblia ipsa, apud eos distinguatur? GAL. Bibliam Iudæi (vt ipse nosti) & ארבעה ועשרים *Arbaa veesrim*, id est, quatuor & viginti, eo quod tot contineat libros, appellant. Eam namque in quatuor diuidunt partes. Quarum prima, quam ipsi תורה *Tora*, id est legem, siue חומש *Humas*, id est, quinarium vocant, Græci verò Pentateuchon nuncupant, quinque continet libros, quos ab ipsorum principiis denominant. Nam librum quidem Geneseos בראשית *bereseith*, quod idem est quod In principio, appellant. Exodum ואלה שמות *Veelle scemoth*, id est, Et hæc sunt nomina. Leuiticum ויקרא *Vaiera*, id est, Et vocauit. Numeros במדבר סיני *Bemidbar Sinai*, id est, In deserto Sinai. Deuteronomium verò אלהדברים *Elle hedeuarim*, id est, Hæc sunt verba. Secunda verò pars libros comprehendit quatuor, quos נביאים ראשונים *Neuim risseniim*, id est, prophetas primos, nuncupant. Qui quidem sunt יהושע *Iehosuas*, qui apud nos Iosue dicitur, שופטים *Sophtim*, id est, Iudicum, שמואל *Semuel*, qui apud nos primum & secundum librum Regum continet, מלכים *Melachim*, id est, Regum, qui apud nos tertium & quartum Regum libros complectitur. Tertia autem pars, quatuor quoque continet libros. Quos & נביאים אחרונים *Neuim Aharonim*, id est, Prophetas postremos dicunt. Hi autem sunt, Esaias, Ieremias, Iehezkel, qui à nobis Ezechiel

*Biblia diuisa sic secundum Hebræos.*

*Humas.*

*Bereseith.*

*Secunda pars.*

*Tertia pars.*

*Quarta pars.*

dicitur: & liber xij. Prophetarum, quos nos minores dicimus. Quarta denique pars, quam ipsi כתובים *Chetuuim*, id est, hagiographorum vocant: vndecim continet libros. Quorum primus דברי הימים *Dibre haiamim*, id est, verba dierum prænotatur: quem nos Græco verbo Paralipomenon appellamus. Secundus est תהלות *Tehillath*, siue תהילים *tehillim*, vel per syncopam תלים *Tillim*, id est, hymnorum: tametsi *tillim* aceruos quoque significet, cuius singulare est תל *tel*, quod idem est quod aceruus. Quod neque etiam à proposito vacat, quum Psalmi sint quasi quidam sententiarum acerui. Quem quidem librum, nos Græca voce Psalterium dicimus. Tertius est משלי שלמה *Misle Scelomo*, id est Prouerbiorum, seu potius Parabolarum Salomonis. Quartus איוב *Iob*, quem nos corrupto vocabulo Iob nuncupamus. Quintus רות *Ruth*. Sextus קהלת *Coheleth*, id est, concio, seu concionatio: quem nos Ecclesiastem vocamus. Septimus איכה *Echa*, id est, Quomodo: qui à nobis Lamentationum, vel Threnorum liber inscribitur. Octauus שיר השירים *Scir hascirim*, id est Canticum canticorum. Nonus אסתר *Ester*. Decimus דניאל *Daniel*. Vndecimus postremò עזרא *Ezras*, quem cum Nehumia vnum computant librum. Hos igitur duntaxat quatuor & viginti, quos enumerauimus libros, Iudæi tanquam sacros & diuinos habent. Librum enim Iehosuæ Syrach, & Iudith, & Tobiam, primumque Machabæorum licet habeant, non tamen inter viginti quatuor connumerant. Tertium & quartum Ezræ Hebraicos adhuc ipse non vidi: quidam tamen ex ipsis aiunt, eos nuper inuentos Constantinopoli reperiri. Secundum verò Machabæorum, & Philonis Hebræi librum, qui sapientia Selomonis dicitur, nusquam apud Hebræos reperi, sed tantum Græcos vidi. Hymnum præterea trium pueroru, & Susannæ, ac Belis, draconisque historias, quæ nos apud Danielem habemus, ipsi nusquam habent. Hæc ideo dixi, vt scire valeamus, quos libros Iudæi tanquam authenticos approbent. Præter prædictos igitur quatuor & viginti libros, nihil scripturæ apud Iudæos vsque ad Ezræ tempora extitisse, certum est. Ipsa enim legis commentaria tam literalia, quàm spiritalia, siue mystica ab ipso Mose legislatore, ad Babylonicam vsque transmigrationem, solo succidaneo quodam ordine (vt dictum est) inter prophetas & sapientes pandebantur. Post Babylonicam verò captiuitatem, ipso Ezra legem quæ in vrbis Ierosolymæ, templique euerstione combusta fuerat, rescribente: cæteri sapientes, ipsius legis expositionem scribere cœperunt. Ne si forte aliud eiusdem vrbis excidium fore contingeret, in quo sapientes omnes perituri essent, vnà cum eis & ipsa legis explanatio periret. Quo profectò factum est, vt omnes illi sapientes, quos à Babylonica transmigratione vsque ad primam Talmudici codicis scriptionem esse contigit (qui & in ipsis פרקי אבות *pirke auoth*, id est capitulis patrum viri magnæ Synagogæ appellantur) legemque docuisse constat, verbo pariter & scripto eiusdem legis expositionem auditoribus suis tradiderint. Quorum tanta est apud Iudæos autoritas, vt eorum scripta ex quibus postmodum confectus est Talmud, primum post prophetas locum obtineant. Neque tamen immeritò, cùm eorum doctrina à prophetis ipsis, quorum ipsi & discipuli & successores fuerunt, eis immediatè tradita fuerit. Quare neque mirum est, si ex ipsis ij qui Christi præcesserunt aduentum legem prophetasq; exponentes, infinita penè ac admodum mira de Christo, deque Christianæ fidei veritatibus scripto tradiderint, quæ omnia Talmudicis libris sparsim inseruntur.

## Cap. II.

*De Prisci Iudæorum sapientibus, viris magnæ Synagogæ nuncupatis.*

## CAPNIO.

VElim & horum quoque ordinem quo alter alteri in docenda lege succedebant, patefaceres. Gal. Quemadmodum & in multis ipsius Talmud locis liquidò patet, & Rabbi Moses Ægyptius in sui Deuteronomii principio refert, Ezras ipse legis doctor, ipsius legis expositionem Simoni Pontifici, qui & Iaddus dictus est, tradidit. Hic ille Iaddus est, qui cùm audisset Alexandrum Macedonem capta Gaza, Ierosolymam versus iter arripuisse, non paruo pauore ac timore corripi cœpit. Propter priorem enim contumaciam, ipsius regis indignationem pertimescebat. Quocirca per visionem nocturnam diuino monitus est oraculo, vt alii quidem veste alba, ipse verò, ac reliqui sacerdotes legitimis induti stolis, indignanti Imperatori cùm non longè ab vrbe ipsa esset, occurrerent. Quod cùm fecissent, Alexander vt vidit ipsum principem sacerdotum hyacinthina atque aurea ornatum stola, ac super caput & cydarim, & auream laminam, in qua nomen Dei τετραγράμματον scriptum erat, gestantem: cum illico solus adiit, ac nomen Dei adorauit, ipsumque Pontificem primum veneratus est. Quod cùm vidissent reges Syriæ, cæterique omnes qui cum eo erant, vehementer obstupuere. Nemo tamen nisi Parmenio ausus est eum interrogare, cur cæteris omnibus eum adorantibus, solum Principem sacerdotum ipse adoraret. Cui respondens: Non (inquit) hunc, sed Deum cuius principatu sacerdotii fungitur, adoraui. Hunc enim per somnum, quum adhuc in Macedonia essem, mecumque quemadmodum Asiam vincere possem, cogitarem, huiusmodi cum habitu conspexi. Qui & me vt nequaquam negligerem, sed confidenter transirem, monuit: seque eo exercitum perducturum, Persarumque potentiam mihi traditurum, pollicitus est. Ideo ipsum pronus adoraui. Exinde enim me diuino nutu mine directum, Dariumque vicisse, Persarum quoque virtutem soluisse, arbitror. Propterea & omnia etiam quæ meo in corde versantur, quæque à me sperantur, prouentura confido. Is autem Iaddus siue Simon (vt eò vnde digressus sum,

*Hillel.*

*Alexander Magnus Iudæorum Pontificem adorauit.*

*Simeon Iustus.*

*Gamliel cognomento senex.*

*Gamlielis oratio pro liberandis Apostolis.*

*Iehosuæ Syrachi.*



sum, redeam) ipsam legis explanationem Antigono patria Sichæo tradidit. Antigonus autem Iosepho Ioannis filio, & Iosepho Iehezeris filio. Hi autem Nitæo Arbolensi, & Iehosuæ filio Perahiæ, cuius auditorem Iesum nostrum redemptorem fuisse, Iudæi iuniores falso affirmant. Sed eos apertè mentiri (vt alibi latiùs dicemus) ex eo palàm ostenditur, quod ab Hircano primo, cuius temporibus Iehosuas iste claruit, vsque ad Pilatum sub quo Christus passus est, c x. fluxere anni. Hi rursus Nitæus & Iehosuas legis expositionem Iudæ filio Tibæi, & Simoni Satæ filio tradiderunt. Hi autem Semaiæ & Abatalioni. Hi verò Hilleli & Samæo, de quibus multa præclara in libro Antiquitatum refert Iosephus. Floruit autem Hillel, vt in libri שבת *Sabbath* initio dicitur, anno ante templi secundi euersionem centesimo, & vt in בבא בתרא *Baua bathra* legitur, lxxx. habuit discipulos, omnes excellenti ingenio, ac doctrina præditos. Qui omnes ratione disciplinæ filii eius sunt nuncupati. Adeoque præstantes fuerunt, quòd (sicuti ibidem legitur) eorum xxx. quidem, vt diuinitas super eos descenderet, digni erant, quemadmodum Moses ipse fuerat. xxx. verò, vt pro eis sol immobilis staret, vti Iehosuas fuit. Cæteri autem viginti mediocres sunt appellati. Quorum maximus quidem Ionathas Vzielis filius extitit. Minimus verò omnium Iohannes Zachæi filius, quem Iudæi Raban Iohanan ben Zaccai vocant. Qui tamen (vt prisci Talmudistæ dixerunt) neque scripturam, neque Talmud, neque cætera omnia vsque ad vulpium exempla, ac dæmonum narrationes, scire prætermisit. Si igitur iste, qui omnium discipulorum Hillelis minimus fuisse memoratur, tam magnus euasit sapiens, quid de cæteris censendum est? Hillel autem & Samæus legis expositionem eidem Ioanni Zachæi filio, & Simeoni iusto ipsius Hillelis filio tradiderunt. Ordo iste hactenus deductus ex patrum capitulis פרקי אבות *Pirke auoth* nuncupatis, elicitus est, vbi postremus omnium Simeon Iustus, qui Christum suscepit in vlnis, ponitur. Ex quo palàm profectò ostenditur, in eo Iudaicæ Academiæ seeptrum penitus defecisse. Rabbi tamen Moses Ægyptius hunc docendi ordinem vlterius prosequutus, ait eundem Simeonem Iustum Gamlielem cognomento senem, ad cuius pedes Paulus Apostolus legem didicit, auditorem habuisse. Is itaque Gamliel fuit ille legis doctor, vniuersæ Iudaicæ plebi obseruandissimus, qui Petrũ cum reliquis Apostolis, cùm eos Princeps sacerdotũ, & vniuersa concio interficere vellẽt, & excusare, & à nece liberare omni conatu studuit, dum pro eis oratione habens, hæc inter cætera dixit: אנשי ישראל שמרו מה תעשו על אלו האנשים כי קודם אלו הימים היה מתאדש שהיה אומר רבר מה ואליו נגררו מספר אנשים קרוב לארבע מאות נהרג הוא וכל המאמינים בו נאבדו והיו לכלום: אחר זה היה יהודה הגלילי בימי דיחוראה והסית את העם אחריו והוא נאבר וכל הנגררים אחריו נתפרשו ועתה לכן אני אומר לכם הנרלו מאלו האנשים ועזבו אותם כי אם מאנשים העצה חזאת או המעשה יבטל אבל אם מהאל הוא לא תוכלו פן תראו מקבילים לאל: Hoc est, Viri Israelitæ, attendite vobis, quid actu-

*Rabbi Iudas, qui & Rabbenu Haccadei.*

ri sitis super hominibus istis. Ante enim hos dies extitit Theodas, dicens se aliquid esse: cui consensit numerus hominum circiter quadringẽtorum. Et interfectus est, & omnes qui ei credebant perditi sunt, atque ad nihilum redacti. Post hunc fuit Iudas Galilæus in diebus professionis, & auertit populum post se, & ipse periit, & omnes quotquot consentiebant ei, dispersi sunt. Et nunc propterea ego dico vobis: Discedite ab hominibus his, & finite eos. Quoniam si ex hominibus est consilium hoc, aut opus, dissoluetur. Si verò ex Deo est, non poteritis dissoluere illud, ne fortè & Deo repugnare videamini. Hæc Gamliel ille. Cuius deinde Raban Simeon eius filius, qui postea ab Hadriano Cæsare occisus est, auditor fuit. Qui postremò & filium suum nomine Iudam auditorem habuit. Quẽ Iudæi pro eius doctrinæ probitatisq; excellentia, Rabbenu Haccados, id est, magistrum nostrum sanctum cognominant. Fuit tamen & alius Rabbenu Haccados, qui tempore Romanorum consulum, & doctrina & spiritu prophetiæ claruit, ac multa & quidem miranda de Christo scripsit. Quãobrem Iudæi recentiores nominis similitudine decepti, illum hunc fuisse existimant. Quo fit, vt hac vsi cautela, quæcunque ille fittura de Christo prædixit, negare contendant. Hi igitur ferè omnes, quos post Ezram Iudaicæ Academiæ præfuisse cõmemorauimus, ac alii ex eorum auditoribus penè innumeri, multa de legis explanatione scriptis reliquerunt. Ex quibus postmodum Talmud confectus est. Cap. Rabbi Moses Ægyptius in sui Deuteronomii exordio refert. Vsque ad R. Iudam Simeonis filium, qui fuit anno post templi secundi incendium cxx. neminem quicquam de legis enucleatione scriptis tradidisse: sed inter sapientes sibi inuicem succedentes, ipsam oretenus duntaxat reuelatam fuisse. Gal. Verum quidem est, Rabbi Mosem Ægyptium id asserere. Quod duas potissimum ob causas ipsum fecisse, putãdum est. Tum quidem, vt Messiæ arcana quæ in legis, prophetarumque expositionibus ante Christi natiuitatem detecta fuerant, Christianos laterent. Tum etiam, vt scripta posteriorum magis ex hoc authẽtica redderentur. Sed falsum eum dixisse, ex eo manifestè videri potest, quòd multa de expositione tam legis, quàm prophetarũ ante Christi ortũ scripta comperiuntur: vti in multis ipsius Talmud locis luculenter apparet. Quod Iehosuas quoque Syrach qui temporib. Ptolomæi Euergetis primi floruit, clarè testatur, dum in eius libri procemio, qui apud nos Ecclesiasticus, apud Hebræos verò Misse, 1, Prouerbia prænotatur, sic inter cætera ait: Multorum nobis & magnorum per legem & prophetas, aliosq; qui eos secuti sunt, sapientia demõstrata est: in quibus laudare oportet Israelem doctrinæ & sapientiæ causa. Quoniam non solũ ipsos loquẽtes necesse est esse peritos, verum etiã extraneos posse & discentes, & scribentes doctissimos fieri. Et post pauca: Sed ipsa, inquit, lex & prophetæ cæteraq; aliorum librorum, non paruũ habent differentiam, quando inter se dicuntur. Nam in octauo & xxx. anno temporibus Ptolomæi Euergetis Regis, postquã in Ægyptum perueni, & cum multum temporis ibi fuissem, inueni ibi libros relictos non paruæ neq; contemnẽdæ doctrinæ. Qui-

*Iehosuæ Syrachi.*

bus ex verbis aperte colligitur, præter legem & prophetas, alios etiam libros apud Hebræos longè ante Christi aduentum scriptos fuisse. Cum Ptolomæus ipse Euergetes primus, cuius temporibus eiusmodi libros se Iehosuas iste apud Ægyptum compersisse refert, per ducentos & nouem fermè annos ante Christi natalem, diem clauserit extremum.

## Cap. III.

*De authenticis Iudæorum scriptoribus, qui Christi antecesserunt aduentum, ex quorum potissimum scriptis compactus est Talmud.*

## CAPNIO.

EX iis igitur, qui Christi præcesserunt aduentum, quinam præ cæteris legem prophetasque enucleantes, ipsius Messiæ arcana scriptis reserarunt? GAL. Etsi quàm plurimi huius generis sapientes extiterint, ne tamen tædio sim, paucos quosdam in medium afferam. Et primum quidem (vt eos qui anteceserant, omittam) duos & septuaginta interpretes illos adducam, qui non solum Hebraica, Chaldæa, Græcaque lingua, ac omni disciplinarum genere, verum Spiritu sancto quoque inter cæteros claruerunt. Nam cum anno ante Christi natiuitatem circiter ccl. rogatu Ptolomæi Philadelphi Alexandriam ab Eleazaro Pontifice totam Bibliam in Græcum eloquium traducturi, missi fuissent, volens Ptolomæus ipse de æditionis eorum puritate periculum facere, eos (vt non Talmudistæ modò, ac Philo Hebræorum disertissimus, sed Augustinus quoque, ac alii quidam ex nostris testantur) per duas & lxx. segregauit cellulas. Ipsi tamen adeò in scribendo concordes fuerunt, vt nec in verbo quidem discreparint, sed vna scribendi serie, vno verborum literarumque contextu, eodemque temporis momento, vniuersum diuinum volumen illud in Græcum sermonem commutarint. Quod vtique non humanæ, sed diuinæ ascribendum est virtuti. Quare neque dubium est, eos alia quoque Spiritu sancto inspirante, ad legis prophetarumque explanationem, literis mandasse, in quibus multa eos de Christo dicere contigerit. Quod etiam plerosque alios tunc facere potuisse, ex eo clarum est. Quod si seni duntaxat de vnaquaque tribu illi delecti fuerunt, rationi profectò congruum est, & alios plurimos eiusdem generis viros apud Hebræos tunc fuisse, qui legis prophetarumq; expositiones scriptis tradere potuissent. Quorum libros Iehosuas Syrach (vt dictum est) seapud Ægyptum inuenisse refert. Decum quibus Iehosuas eius auus vnus extitit. Qui eo tempore florens, imò (vt nonnulli existimant) è septuaginta duobus interpretibus vnus existens, multa memoratu dignissima scripsit, quemadmodum Iehosuas ipse Syrach eius nepos atteslatur, dicens: Auus meus Iehosuas postquam se amplius dedit ad diligentiam lectionis legis & prophetarum, aliorumq; librorum, qui nobis à parentibus nostris traditi sunt, voluit & ipse aliquid horum quæ ad doctrinam & sapientiam pertinent, scribere, vt ea discere, eorumque periti fieri cupientes, magis magisque animo attendant, & ad legitimam vitam confirmentur. Quem & ipse Iehosuas Syrach postea imitatus, inter alia præclarum librum illum ædidit, quem nos Ecclesiasticum appellamus: Hebræi verò משלי *Misle*, id est, Parabolas denominant. Qui licet non sit de xxiiij. Sacræ scripturæ libris, magna tamen apud eos ipsius est autoritas. In quo quamuis de subditorum obedientia, de bonorum morum institutione, deque sanctorum Patrum laudibus præcipuè agatur, plerumque tamen de Messiæ diuinitate, ac diuini verbi incarnatione in eo sit mentio. Annò postmodum ante Christi ortum clx. Aristobulus ille peripateticæ sectæ Philosophus insignis, cum natione Iudæus esset, Ptolomæi Philometoris hortatu, in Mosem commentarios scripsit, vbi multa de Messia pulchrè disseruit. Rabbi autem Iodam, & Rabbi Ibba, non multo post multa scriptis de Messia tradiderunt. Post quos Rabbi Simeon filius Iohai permulta quoque de Messia, deque eius diuinitate egregiè scripsit. Cuius dicta Talmudica volumina voluentibus, frequentius occurrunt. Librum quoque confecit, quem מחקר הסודות *Methkar hassodoth*, id est, de inuestigatione secretorum inscripsit, in quo multa de Messia (vt in sequentibus patebit) retexit arcana. Is insuper Commentariorum libri Geneseos, qui Hierosolymorum secretiore lingua conscripti leguntur, autor fuisse creditur: vbi quàm plurima Christianæ fidei mysteria lucidè panduntur. In iis præterea quæ in Cabalistica facultate, cuius præ cæteris principatum meruit, scripto ædidit: inter cætera diuinitatis arcana, diuinæ trinitatis mysterium distinctè atque clarissimè insinuat, sæpenumero Patrem & Filium & Spiritum sanctum expresè nominans. Post quem Rabbenu Haccados, qui Latinè Doctor noster sanctus interpretatur, librum scripsit, quem גלי רזיריא *Galera Zeya*, id est, reuelatorem secretorum nuncupauit, qui certè non ab re doctor sanctus dictus est, cum Spiritu sancto afflatus, ita planè eo in libro cuncta Domini nostri Iesu Christi mysteria aperuerit, vt non futura prædixisse, sed res gestas tanquam Euangelista narrasse, videatur. Quem paulo post rabbi Nehumias Haccanæ filius, secutus, non ea tantum quæ à Prophetis de Messia occultè tradita fuerant, lympidissimè patefecit, verùm etiam se ab eius aduentu per quinquaginta tantum annos procul esse asseruit. Vnde Haccanæ filio suo, quem Messiam ipsum visum visurum & sperabat & gaudebat, vt eum de Messiæ mysteriis certiorem faceret, epistolam scripsit, quam אגרת הסודות *Iggereth hassodoth*, id est, Epistolam secretorum appellari voluit. Per idem fermè tempus (anno scilicet ante Christi natalem circiter secundo & quadragesimo) Ionathas Vzichs filius, Hillelisque auditor, atque Simeonis iusti, qui Christum in tantulum susceperit in brachiis, condiscipulus, totum vetus Instrumentum in Chaldæam vertit linguam, atque exposuit, ita sensum è sensu traducens, & ita obscurissima quæque exponens vocabula: vt quæcunque de Messia dubia & latenter scripta erant, certa

*Septuaginta interpretes.*

*Iehosuas Iehosua Syrach auus.*

*Iehosuas Syrach. Liber Ecclesiasticus.*

*Aristobulus Philosophus Hebraus.*

*Rabbi Simeon ben Iohai.*

*Rabbenu Haccados.*

*Rabbi Nehumias ben Haccana.*

*Ionathan ben Vzziel.*



certa atque charissima reddiderit: adeò vt eius æditio non tam interpretatio, quàm glossa atque expositio videatur, quam Hebræi תרגום *Targum*, id est, translationem nuncupant. Tantæque apud eos est autoritatis, vt non solùm ei contradicere nemo audeat, sed non minus quoque fidei, quàm ipsi textui passim omnes eidem adhibeant: tum ob viri sanctitatem ac peritiam, tum maximè ob ipsius interpretationis expositionisque veritatem. Ideo quotiescunque aliquid ambiguum, aut difficile intellectu in textu sacrorum librorum inueniunt, semper ad eandem translationem atque enucleationem recurrunt. Vnde de eodem Ionatha, (vt in בבא בתרא *bana bathra* legitur) dixerunt Magistri, quòd in hora qua eidem æditioni & expositioni vacabat, si musca aut quodcunque volatile super eum, vel super chartam volasset, illico absque vlla eius aut chartæ læsione, cœlitus exurebatur. Cap. Negant plerique, Ionathan Pentateuchum in Chaldæum traduxisse: ipsum enim ab Ankelos proselyto traductum aiunt, quem Hebræi sororis Titi Imper. filium fuisse asserunt: vt habetur in טמכת גטין *massechet bath ghitthin*, id est in tractatu libellorum repudii, in פרק *perec*, id est in capitulo, quod incipit חנוקין *hanuzakin*, id est damnificati. Alii Ionathan ipsum nequaquam Psalterium traduxisse dicunt, sed potius illud à R. Akilas, & à R. Ioseph cæco, in Chaldæum versum affirmant: vnde Chald. Psalterii æditionem, quam nunc Iudæi frequentius præ manibus habent, quamque Nebiensis Præsul in Psalteriis posuit, ipsi Rabbi Ioseph cæco plurimi eorum ascribunt. Ex quo inferunt, Ionathan totam Bibliam Chaldæam non fecisse. GAL. Totam proculdubio Bibliam Ionathas in Chaldæum (vt prædixi, & tenon latere arbitror) transtulit. Sed translatio eius in Pentateuchum rarissima est, idcirco ab iis qui eam non viderunt, negatur. Ego verò ipsam semel vidi. Quæ sic incipit,

מן אולא ברא יית שמיא ויית ארעא:

Ea autem quæ Ankelos est, sic,

בקדמין ברא יי יית שמיא ויית ארעא:

Hic etiam Ankelos totam Bibliam in Chaldæum vertit atque exposuit. Cuius æditio atque expositio, quamuis nunc (præterquam in Pentateuchum) vix alicubi reperiatur, non minoris tamen apud Iudæos est pretii, quàm illa de qua nunc meminimus, Ionathæ. Quam etiam Targum appellant, quod Chaldaica quoque sit, sicut & illa: & si vtraque Hebraicis scripta sit elementis. Æditio quoque ipsius Ionathæ in Psalterium penes paucissimos est. Quam qui habent, pro viribus oculunt, propter mysteria Christianæ fidei quæ continet. Simeon postremò Hillelis filius, quem ob eius præcipuam sanctitatem, Talmudistæ צריק *ysadic*, id est iustum cognominant, in quo (vt in פרקי אבות *pirke auoth*, id est, capitulis patrum dicitur) academiæ magnæ Synagogæ sceptrum defecit, multa de Messia dixit. Et tandem cum in vltima senectute à Spiritu sancto responsum accepisset, non visurum se mortem, nisi oculis Messiam Dei filium videret, Christum ipsum in vlnis suscipiens, quæ de eo à Spiritu sancto edoctus, docuerat, ipso præsente exponens vocabula: vt quæcunque de Messia dubia & latenter scripta erant, horum igitur omnium dictis, atq; aliorum quàm plurimorum, qui eisdem temporibus super legem & prophetas scribentes palàm ostenderunt Dominum nostrum Iesum Christum, & vnicum omnipotentis Dei filium, & verum fore Messiam, totus ferè Talmud compactus est.

*Targum quid sit.*

*Ankelos.*

*Masechet.*

*Simeon Iustus.*

## Cap. IV.

*De Iudæorum scriptoribus, quos paulo post Christum possum esse contigit, & quid de ipso senserint.*

## HOGOSTRATVS.

CVM hi omnes quos enumerasti, Christi n tecesserint aduentum, ac plerique eorum Spiritu sancto afflati fuerint, nemo prorsus negandum ducerit, quòd legem prophetasque exponendo, rectè de Messia scripserint. Sed de iis quos post Christum passum scribere contigit, quique obstinatis animis in Iudaismo permanserunt, neminem vnquam sue legem, siue prophetas de Messia loquentes, rectè exposuisse, sed potius ad falsum sensum pro sua perfidia extorsisse, clarum profectò est. GAL. Quamquam id de Iudæis nostri temporis, qui sunt omnium gentis suæ immundissima fex, rectè dicatur, de priscis tamen vniuersaliter locum non habent. Ex quibus nonnulli quidem iuxta verum sensum prophetias de Christo loquentes, rectè enucleare videntur: nonnulli verò de ipso Domino Iesu, deque Christianis bene senserunt, vt in vtrorumque scripturis liquidò patet. Et vt cæteros nunc taceam, duos duntaxat, quorum apud Iudæos plurimum valet autoritas, Philonem scilicet sacerdotali ex genere progenitum, & Iosephum Matthiæ filium, exempli gratia adducam. Qui suis in codicibus Dominum nostrum Iesum Christum non modò confitentur, verùm mitis quoque ac diuinis exornant laudibus, eiusque sectatores maxima prosequuntur laude. Nam Philo quidem eo in libro, quem de vita nostrorum, hoc est de viris Apostolicis scripsit, primam sub Marco Euangelista apud Alexandriam Ecclesiam describens, Christi sequaces mirum in modum honestanit, eos non ibi tantum, sed in multis quoque prouinciis esse memorans, eorumque habitacula monasteria dicens. Edidit insuper egregium, ac certè diuinum volumen illud, quod Sapientiæ Salomonis librum vocant. Hoc: Quamobrem librum hunc huiusmodi titulo inscribi voluit? GAL. Non ab re profectò. Quod enim Selomo in Prouerbiorum libro ænigmaticè, ac parabolicè, & quasi in vniuersali de Dei Filio qui patris sapientia est, quandoque futurum prædixit: Philo hoc in libro per eadem obscuritatis & cælationis artes, id idem de eodem iam impletum docet. Etsi plerumque non in vniuersalitate (vt Selomo facit) maneat, sed ad ipsam quam intendit particularitatem accedat, se (vt opinor) temperare non valens, quo minus veritatē quam prosequitur, pandat. Hoc autem exempli causa ex eo inter cætera manifestissimè ostenditur, quod Se-

*Philo Iudæorum disertissimus.*

*Liber qui Sapientia Salomonis inscribitur.*

lomo cauendum præcipit, cùm ait, Fili mi si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. Deinde sequitur: Si dixerint, Veni nobiscum, insidiemur sanguini: cum reliquis quæ sequuntur. Quod totum quid aliud est, quàm id quod Philo tempore suo factum refert, dicens, Dixerunt impii apud se non rectè cogitantes? cum cæteris quæ sequuntur. Et magis adhuc ad particularitatem descendens: Mittamus, inquit, lignum in panem eius. Vbi per lignum, crucem designauit per panem verò, ipsum Iesum Dominum nostrum: panis parabolam sumens ex parabola tunc (vt arbitror) ex ore ipsius Domini vulgata, dicentis, Panis quem ego dedero, caro mea est pro mundi vita. Ex quo per verba eiusdem Domini docet, in eo fuisse completum, quod Salomo de eodem Domino dixerat quandoque futurum. Cum ergo tam res vtrique subiecta, quàm ars obscuritatis & exclationis sit eadem, & alia quàm futuri & præteriti temporis differentia nulla accidat, eas obres liber iste Philonis, sapientia Salomonis rectè appellatur: cum & in eo ipsius Christi, qui & Petrus sapientia est, & Rex pacificus dicitur, diuinitatem, innocentiam, ac passionem optimè insinuet. Vnde ad increpandam Iudæorum ingratitudinem, atque impietatem, hæc in persona eorum, quos vel impios nuncupat, Græcè ait, Τινὲς γὰρ ἀνθρώπων τὸν δίκαιον, ὅτι ἀνύμφορος ἡμῖν ἐστι, καὶ ἐναντίεται τοῖς ἔργοις ἡμῶν, καὶ ὀνειδίζει ἡμῖν ἁμαρτήματα νόμου, καὶ ἐπιφημίζεται ἡμῖν παιδείας ἁμαρτημάτων· φησὶ ἔχειν γνῶσιν θεοῦ, καὶ παῖδα ἑαυτὸν κύριον ἀνομάζει. Hoc est, Circumueniamus iustum, quoniam inutilis est nobis, & aduersatur operibus nostris, & improperat nobis peccata legis, ac diffamat nobis delicta disciplinæ nostræ. Policetur se scientiam habere Dei, & Filium Domini seipsum nominat. Et post pauca infert, Εἰ γὰρ ἔστιν ὁ δίκαιος υἱὸς θεοῦ, αντιλήψεται αὐτοῦ, καὶ ῥύσεται αὐτὸν ἐκ χειρὸς ἀνθρωπίνων. Id est, Si enim est iustus Filius Dei, suscipiet ipsum, & liberabit eum de manu contrariantium. Et demum concludens ait, Θανάτῳ ἀσχήμονι κατδικώσωμεν αὐτόν. Hoc est, Morte turpi condemnemus eum. Ista quidem & alia quæ Iudæi in Christum gesserant, in secundo huiusce libri capite refert. In sequentibus verò eiusdem libri capitibus, multa de martyrum victoria, de animorum immortalitate, de cœlesti gloria, de Ecclesiæ Christi statu, deque vniuersali iudicio prædicit. Quapropter sancta Nicena Synodus librum hunc tanquam Sancti spiritus dictamine scriptum meritò recepit, ac inter sacros diuinosque codices retulit. Iosephus autem (vt ea quæ de Iohannie Baptista, & de Iacobo Apostolo, cognomento Iusto, magna cum eorum laude narrat, omittam) in xviij. Antiquitatum libro, Tiberii Cæsaris, sub quo Christus passus est, tempora describens, hæc de Christo ipso Græcè refert, Τοῦτον τὸν χρόνον ἰησοῦς ἐσοφὸς ἀνὴρ, εἴγε ἀνδρα αὐτὸν λέγειν χρή· ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητὴς, διδάσκαλος ἀνθρώπων τῶν ἡδονῇ τὰ ἀληθῆ δεχομένων, καὶ πολλοὺς μὲν ἰουδαίους, πολλοὺς δὲ καὶ τοῦ ἑλληνικοῦ ἐπηγάγετο. χριστὸς οὗτος ἦν· καὶ αὐτὸν ἐνδείξει τῶν πρώτων ἀνδρῶν παρ' ἡμῖν σταυρῷ ἐπιτετιμηκότος Πιλάτου, οὐκ ἐπαύσαντο οἱ τὸ πρῶτον ἀγαπήσαντες· ἔφανη γὰρ αὐτοῖς τρίτην ἔχων ἡμέραν πάλιν ζῶν, τῶν θείων τε προφητῶν ταῦτα καὶ ἄλλα μύρια περὶ αὐτοῦ εἰρηκότων. Id est, Hoc tempore Iesus sapiens vir (si virum eum dicere fas est): erat enim mirabilium operum patrator, & doctor eorum hominum, qui cum voluptate quæ vera sunt, recipiunt) multos quidem Iudæos, multos verò ex Gentili cultu aggregauit. Christus hic erat. Hunc accusatione primorum ex nostris virorum, cùm Pilatus cruci affigendum decreuisset, non cessauerunt, qui primò eum dilexerant. Apparuit enim eis tertium diem habens, iterum viuens, diuinis Prophetis hæc & alia innumera mirabilia de eo prædicentibus. Hæc Iosephus ille, quem Iudæi vel maximum putant. Hi igitur viri tam excellentes, Philo, & Iosephus, qui etsi Græcè scripserint, Iudæi tamen ambo fuerunt, paternarumque traditionum acerrimi æmulatores, nisi ea quæ per Prophetas de Messia prænunciata fuerant, rectè intellexissent, neque de Christo tam benè opinati fuissent, neque quæ de ipso dixerunt, tam veridicè retulissent. Quare neque dubium est, quòd si hæc de eo Græcè scripserint, alia quoque longè plura, legem & Prophetas exponentes, Hebraicè scripserint. Cum ambo & vtramque linguam optimè calluerint, & sacris literis ab ipsis cunabulis initiati fuerint. Vnde & credi quoque par est, alios præter eos, eisdem temporibus permultos extitisse, qui & de Domino Iesu Christo rectè senserint, & prophetarum vaticinia explanantes, vera de eo scripserint. Hoc. Si ergo illi veritatem agnouerunt, quare ipsam amplecti neglexerunt? Constat enim (vt alios prætermittam) & Philonem, & Iosephum, quos exempli gratia attulisti, haudquaquam Christo adhæsisse, sed vsque ad obitum in Iudaismo permansisse. GAL. Id quidem verum est, & de Iosepho præfatim ne de Philone dicam, qui cum gentis suæ legatus ad Caium Caligulam Romam venisset, admodum familiarem cum Petro Apostolorum principe consuetudinem duxit. Te tamen non ignorare velim, post Domini resurrectionem in triplex Iudæos diuisos fuisse genus. Quidam enim videntes prophetarum dicta in eo consummata, & fide & opere illi adhæserunt, vt Gamliel ille senex fecit, cuius dicta apud Talmudistas maximæ sunt autoritatis. Quod & alii penè infiniti fecerunt, non de plebeis, aut ignaris tantùm, sed de nobilioribus atque sapientioribus. Nam vt in Actibus Apostolicis scribitur, Maxima pars sacerdotum obtemperabat fidei. Et horum nonnulli multa de Christo miranda scripserunt. Quorum opuscula aliqua adhuc extant apud Iudæos: quamuis ea ne ad manus nostras perueniant, pro viribus occulere nitantur. Et inter cætera sunt ea, quæ literis mandauit Rabbi ille Haccanas Nehumiæ filius, qui cùm omnia Redemptoris nostri gesta, ac miracula, prout oculis viderat, scripsisset, sic demùm dixit, אני והקנה מן תמאסיניס בו ושכלתי בסים הקרושים והרחיקוני תישרים איהולך Hoc est, Ego Haccanas sum vnus ex illis, qui eruditi in eum, & abluti me aquit sanctis, in eiusque viis rectis incedo. Quidam verò eorum credebant quidem ipsum Dominum Iesum fuisse Messiam illum, de quo Prophetæ locuti fuerant, Mosaicas tamen obseruantias deferere nolebant. Hi fide tantùm & non opere Christo adhæserunt. Quia Christum quidem confitebantur, in Iudaismo tamen perseuerabant. Quales (vt arbitror) Iosephus fuit, ac alii fere innumeri. De quibus Actuum Apostolorum liber meminit xv. & xxj. cap. vbi sic dicitur, Vides frater quot milia sunt in Iudæis qui crediderunt, & omnes æmulatores sunt legis? In hoc tamen maximè errabant. Omnes namque veteris legis cæremonias, cùm Christi gestorumque eius figuræ extiterint, in ipso omnino finem habuisse, clarum est. Horum etiam quàm plurimi & vera nonnulla de Christo scripserunt, & prophetias in multis rectè expositerunt. Alii denique Iudæorum, nec fide, nec opere Christo adhærere volentes, in perfidia sibi pertinaciter permanendum, tanquam cæci elegerunt. Qui neque tamen veritatem (vide quanta veritatis sit vis) omnino negare valuerunt. Nam legem prophetasque explanantes, sola veritate compulsi, ipsam in multis penitus tacere nequiuerunt. Quod absque diuina dispositione factum fuisse putandum non est, vt contra veritatis inimicos, eamque negantes, ab eisdem ipsius veritatis testimonia haberemus. Nec tamen id veritati præiudicat, quia ipsi non crediderunt: sed plus testimonio addit, quia nec increduli, & inuiti ipsam negauerint. Et horum quoque dictis atque scripturis, cæterorumque omnium, qui post Babylonicam captiuitatem scripta aliquid tradiderunt, Talmudicus codex congestus est, atque compactus.

## CAPVT V.

*Quis fuerit ipsum Talmud autor, quando editus sit, in quot partes diuidatur, & quibus de rebus præcipuè tractet.*

## CAPNIO.

QVONIAM varias de ipsius Talmud autore, deque tempore quo editus fuerit, inueni opiniones: quidam enim scribunt, anno post Christi ortum circiter ccc. ipsum confectum: Iohannes autem Picus in Apologia, illum non nisi anno virginei partus cl. compactum esse ait: ego verò in Hebraicis reperi literis, Talmud ipsum à pluribus Doctoribus fuisse collectum, & per Rabbi Asse in vnum, instar Decreti, reductum: ideireo tam quoque in hoc sententiam audire velim. GAL. Anno à templi secundi incendio cxv. Rabbi Iudas Simonis filius, quem ob doctrinæ probitatisque excellentiam Sanctum vocant, totius Iudaicæ sapientum Synodi decreto, legis prophetarumque explanationes, ac scripta omnia quæ cæteri Doctores tam ante, quàm post Christi aduentum eatenus scripserant, in vnum complexus est volumen, quod משנת *Misna*. id est, iteratam lectionem nuncupauit. Anno verò ab eiusdem templi vastatione circiter ccc. Rabbi Iohanan assumpsis sibi collegis Rab & Semuele, ipsum Misna & quæcunque alia scripta habere potuit, in vnum colligens, Talmud Hierosolymitanum confecit. Anno denique ccccxxxvj. R. Asse vna cum Rabina omnes superiorum scripturas in vnum redigens, ipsum quo nunc tota Iudæorum regitur Synagoga, Babylonicum contexuit Talmud. Quem tamen morte præuentus, perficere nequiuit. Mor autem eius filius vna cum Maremar operi complementum dedit. Est autem Talmud idem quod Doctrina, siue Disciplinarum commentaria priora omnia, ac statuta, & quasdam temporum historias complectens, opus profectò tam diuinæ ac naturali, quàm politicæ ac legali sapientia vndique plenum. CAP. Ad clariorem igitur ipsius Talmud intelligentiam, quibus præcipuè de rebus in eo agatur, scire quoque expedit. Nam quidam in quatuor ipsum diuisum partes aiunt. In quarum prima de rebus sanctis, de festis, ac cerimoniis. In secunda verò de plantis & seminibus. In tertia autem de matrimonio & vxoribus. In quarta demum de iudiciis, ac iuribus abundè tractatur. Petrus verò Niger in sex illum diuidit partes. GAL. Talmud proculdubio (vt ipse nosti) in sex primarias distinguitur partes, quas סדרים *sedarim*, id est, ordines; vel ordinationes, seu directiones vocant, quod in totidem atque eisdem Misna prius diuisa fuisset: cum Talmud aliud ferè non sit, quàm commentum quoddam ipsius Misna. Quarum quidè partium prima סדר זרעים *seder zeraim*, id est ordo seminum dicitur. Secunda סדר מועד *seder moed*, id est ordo festorum. Tertia סדר נשים *seder naſsim*, id est ordo mulierum. Quarta סדר נזיקין *seder nezikin*, id est ordo damnorum, siue nocumentorum. Quinta סדר קדשים *seder cadasim*, id est, ordo sanctificationum. Sexta סדר טהרות *seder teharoth*, id est, ordo purificationum. Harum autem vnaquæque partium in plures diuiditur מסכתות *massachtoth*, hoc est tractatus seu libros, & quilibet מסכת *massecheth*, id est, quilibet liber in plures פרקים *peraḳim*, hoc est distinctiones siue capita. Nam prima pars in vndecim distinguitur libros. Quorum primus qui מסכת ברכות *massecheth beracoth*, id est, tractatus benedictionum appellatur, nouem habet capita, in quibus præcipuè agitur de benedictionibus, de gratiis Deo agendis, de orationibus, & diuinis laudibus. Secundus מסכת פאות *massecheth pea*, id est tractatus anguli, vel partis angularis nuncupatur, decem quoque habet capita, in quibus tractatur de parte angulari segetum siue frugum, quæ pauperibus relinquendæ debebat. Tertius מסכת דמאי *massecheth demai*, id est tractatus dubitationis denominatur, in decem distinguitur capita, in quibus agitur de decimis decimis rerum dubiarum. Quartus qui מסכת תרומות *massecheth terumoth*, id est tractatus duorum ex centum dicitur, in vndecim diuiditur capita, in quibus tractatur de duorum separatione ex vno: quoque fructuum centenario, quæ sacerdotibus dari debebant. Quintus qui מסכת שביעית *massecheth sciemith*, id est tractatus septimi appellatur, in decem partitur capita, in quibus agitur de septimo anno, in quo nihil prorsus seminandum erat, neque terra colenda. Quo tempore & fructus arborum, & quæcunque sponte terra ferebat, omnibus communia erant. Sextus qui מסכת בלאים *massecheth belaim*, id est tractatus commixtionum nuncupatur, nouem habet capita, in quibus tractatur de cunctis rerum generibus, quæ

commisceri prohibentur. Septimus qui מסכת מעשר ראשון *massecheth maaser risson*, id est tractatus decimationis primæ vocatur, nouem continet capita, in quibus agitur de primis decimis, quæ debebantur Leuitis, ex quibus & Leuitæ ipsi tenebantur decimas Sacerdotibus impertiri. Octauus qui מסכת מעשר שני *massecheth maaser sceni*, id est tractatus decimationis secundæ denominatur, in quinque distinguitur capita, in quibus tractatur de decimis secundis, quæ post decimas Leuitis exhibendas, extrahi debebant, atque in Hierusalem comedi & consumi. Nonus qui מסכת חלא *massecheth halla*, id est tractatus placentæ dicitur, in quatuor distinguitur capita, in quibus agitur de placenta panis, vel torta vel collyrida, quæ semper ex massa accipi debebat, & Sacerdotibus dari. Decimus qui מסכת ערלה *massecheth orla*, id est tractatus clausuræ appellatur, in tria diuiditur capita, in quibus tractatur de arborum clausura, quæ fiebat dum plantarentur, in signum, quod per triennium nemini ex earum fructibus comedere licebat. Vndecimus qui מסכת בכורים *massecheth biccurim*, id est tractatus primitiarum appellatur, quatuor habet capita, in quibus agitur de primitus in templo offerendis, quas de septem duntaxat rebus offerre tenebantur, videlicet de frumento, de hordeo, de uuis, de ficis, de malis punicis, de oliuis, & dactylis. Secunda pars duodecim complectitur libros. Quorum primus qui מסכת שבת *massecheth Sabbath*, id est tractatus Sabbati nuncupatur, quatuor & uiginti continet capita, in quibus tractatur de Sabbato, & de iis quæ licebant, & prohibebantur in die Sabbati. Secundus qui מסכת ערבין *massecheth eruuin*, id est tractatus conuerſationum vocatur, in decem diſtinctus eſt capita, in quibus agitur de conuerſationibus, quæ inuicem Iudæis in Sabbato licebant. Tertius qui מסכת פסחים *massecheth pesahim*, id est tractatus paschatum vocatur, in duas diuisus est partes: in quarum prima de azymis, deque iis quæ pro paschæ solennitate præparanda erant, specialiter agitur, in secunda verò de agno paschali. Totus autem liber in decem distinguitur capita. Quartus qui מסכת שקלים *massecheth sicalim*, id est tractatus siclorum denominatur, in octo partitus est capita: in quibus tractatur de siclorum exactione, quæ pro emptione duorum agnorum fieri debebat, qui quotidie in sacrificio offerebantur, vnus mane, alter vesperi. Siclus autem quamuis propriè sit quædam ponderis mensura, iuxta illud Leuitici xxvij. שקל *sechel*, id est siclus viginti obolos habet, cum à verbo Hebraico שקל *sacal*, quod ponderare significat, deducatur, hoc loco tamen est genus monetæ, pendentis obolos viginti. Tenebatur enim vnusquisque postquam vigesimum ætatis egisset annum, singulis annis dimidium sicli iuxta ponderis templi mensuram soluere, pro emendis duobus agnis prædictis, in iugi sacrificio in redemptionem animarum offerendis. Quintus qui מסכת יומא *massecheth ioma*, id est tractatus dierum dicitur, octo continet capita, in quibus de die propiciationum agitur, ac de iis quæ in huiusmodi die fieri debebant. Sextus qui מסכת סוכה *massecheth succa*, id est tractatus casulæ siue tabernaculi appellatur, quinque habet capita, in quibus agitur de festo casularum siue tabernaculorum. Septimus qui מסכת יום טוב *massecheth iom tob*, id est tractatus dieı boni nuncupatur, in quinque distinguitur capita, in quibus tractatur de omnibus quæ licebant, quæve prohibebantur in quolibet die festo, præterquam in Sabbato, & in die propiciationis. Octauus qui מסכת ראש השנה *massecheth ros hassana*, id est, tractatus capitis anni vocatur, in quinque diuiditur capita, in quibus agitur de omnibus ad solennitatem capitis anni spectantibus. Nonus qui מסכת תענית *massecheth taanith*, id est tractatus ieiunii denominatur, in quatuor partitur capita, in quibus de ieiunio quod quater in anno fieri debebat, deque aliis tractatur ieiuniis. Decimus qui מסכת מגלה *massecheth megbilla*, id est tractatus historiæ dicitur, quatuor continet capita, in quibus agitur de historia Esther, quæ in illa solennitate legenda erat, deque pertinentibus ad eam solennitatem. Vndecimus, qui מסכת מועד קטן *massecheth moed catun*, id est tractatus festi parui appellatur, tria habet capita, in quibus tractatur de diebus festis minoribus, qui inter primum & vltimum diem Paschæ & Tabernaculorum mediabant. Earum enim solennitatum primus & postremus dies erant cæteris intermediis solenniores. Duodecimus qui מסכת חגיגה *massecheth hagbiga*, id est tractatus solennitatis nuncupatur, in tria distinguitur capita, in quibus agitur de præcepto, quo omnes masculi in Hierusalem ter in anno ire tenebantur, in festo scilicet Paschæ, Pentecostes, & Tabernaculorum. Tertia pars septem continet libros. Quorum primus qui מסכת יבמות *massecheth iebamoth*, id est tractatus fratriarum dicitur, in sexdecim distinguitur capita, in quibus agitur de præcepto de accipienda fratris sine liberis defuncti vxore, ad suscitandum eius semen. Secundus qui מסכת כתובות *massecheth chethubboth*, id est tractatus contractuum appellatur, in tredecim diuiditur capita, iis quibus agitur de contractibus dotium & obligationum quas & vir erga vxorem, & vxor in virum seruare debebant. Tertius qui מסכת נדרים *massecheth nedarim*, id est tractatus votorum nuncupatur, in vndecim partitur capita, in quibus tractatur de votis mulierum. Quartus qui מסכת נזיר *massecheth nazir*, id est tractatus Nazæi vocatur, nouem continet capita, in quibus tractatur de voto Nazæorum, hoc est à vanitatibus mundi separatorum: quibus durante voto, non licebat inter alia vinum bibere, neque aliquid quod ex vite producitur, gustare, neque capillum tondere, neque cadauer aliquod tangere. Quintus qui מסכת סוטה *massecheth sota*, id est tractatus diuortionis denominatur, nouem habet capita, in quibus agitur de diuortione quam facit vxor à viro, adhærendo alteri. Sextus qui מסכת גטין *massecheth ghittim*, id est tractatus libellorum repudii dicitur, in nouem distinguitur capita, in quibus tractatur de libellis repudii, ac matrimonii diuortio. Septimus qui מסכת קדושין *massecheth kidduſin*, id est tractatus spon-

*Secunda pars Talmud, ordo festorum nuncupata.*

*Siclus quid sit.*



sponsaliciorum appellatur, in quatuor diuiditur capita, in quibus agitur de sponsaliciis & sponsalibus, deque ad ea pertinentibus. Quarta pars in septem quoque diuisa est libros. Quorum primus qui מסכת נזקין *massecheth nezikin*, id est tractatus damnorum vel nocumentorum (sicut & ipsa pars) nuncupatur, in tres distinctus est בבות *bauoth*, id est, positiones. Quarum prima quæ בבא קמא *bana kama*, id est positio prima dicitur, in decem distinguitur capita, in quibus tractatur de cunctis damnis, ac nocumentis, quæ tam ab hominibus, quàm à brutis fieri solent. Secunda quæ בבא מציעא *bana mazya*, id est positio media appellatur, in decem quoque diuiditur capita, in quibus agitur de litibus, de iuribus, de vsuris, & de locationibus. Tertia autem quæ בבא בתרא *bana bathra*, id est positio postrema nuncupatur, in decem similiter capita, diuisa est, in quibus tractatur de venditionibus & emptionibus, de societatibus, & de hæredibus atque hæreditatibus. Secundus liber qui מסכת סנהדרין *massecheth sanhedrin*, id est, tractatus Iudicum ordinariorum dicitur, quatuordecim habet capita, in quibus de iudicibus ordinariis, de iudiciis, deque omnibus ad iudicium pertinentibus, abundè agitur. Item & de iis qui partem in futuro sæculo habent, ac de Messia, & præsertim in פרק חלק *perec helec*, id est in capite, quod incipit Helec, id est pars. Tertius qui מסכת שבועות *massecheth seeuoth*, id est tractatus iuramentorum appellatur, octo continet capita, in quibus de iuramentis, deque rerum custodibus præcipuè tractatur. Quartus qui מסכת עדויות *massecheth edujoth*, id est tractatus testificationum nuncupatur, in octo distinguitur capita: in quibus agitur de determinationibus, quæ fiebant ex prædecessorum testificationibus, qui extiterant magnæ autoritatis viri. Quintus qui מסכת עבודה זרה *massecheth auoda zara*, id est tractatus seruitutis alienæ nuncupatur, in quinque diuiditur capita, in quibus tractatur de idololatria, deque iis in quibus Iudæi tam quoad conuersionem, quàm quoad cibum & potum cum exteris gentibus communicare non debebant. Sextus qui מסכת אבות *massecheth aueth*, id est tractatus patrum vocatur, in quinque partitur capita, quæ פרקי אבות *pirke aboth*, id est capitula patrum ab omnibus ferè dicuntur, in quibus agitur de patribus priscis, qui à Mose vsque ad Simeonem iustum tum doctrina, tum sanctitate præ exteris claruerunt. Septimus qui מסכת הוריות *massecheth horaioth*, id est tractatus sententiarum denominatur, tria habet capita, in quibus de sententiis per sanhedrin, id est per iudices ordinarios determinatis, & de pœnis contrafacientium specialiter tractatur. Alium præter hos huic parti librum aliqui addunt, quem מסכת מכות *massecheth maccoth*, id est tractatum percussionum vocant, ac tertio loco collocant: in quo agitur de percussionibus, quibus rei pro Iudicum sententia animaduertendi erant. Qui autem septem duntaxat huic parti tribuunt libros, hunc à secundo non distinguunt, sed ex ambobus libris, vnum efficiunt. Quinta pars vndecim continet libros. Quorum primus qui מסכת זבחים *massecheth zebahim*, id est tractatus immolationum dicitur, quatuordecim habet capita, in quibus de immolationibus sacrificiorum, & de modo ac loco sacrificandi copiosè agitur. Secundus qui מסכת חולין *massecheth holin*, id est tractatus occisionum appellatur, in duodecim diuiditur capita, in quibus tractatur de animalium mundorum immolationibus & occisionibus, non pro sacrificiis, sed pro communi hominum vsu. Tertius qui מסכת מנחות *massecheth menaboth*, id est tractatus farinarum nuncupatur, in tredecim distinguitur capita, in quibus agitur de farinis frumenti, quæ Sacerdotibus in templo offerri debebant. Quartus qui מסכת בכורות *massecheth beboroth*, id est tractatus primogenitorum vocatur, in nouem partitur capita, in quibus tractatur de animalium primogenitis, tam de iis quæ offerri debebant, quàm de iis quæ redimi. Quintus qui מסכת ערכין *massecheth erachin*, id est tractatus pretiorum denominatur, nouem habet capita, in quibus agitur de pretiis earum rerum, quæ se quis Deo daturum promisisset. Sextus qui מסכת תמורה *massecheth temura*, id est tractatus permutationis dicitur, in septem distinguitur capita, in quibus tractatur de permutatione in sacrificiis nullatenus facienda. Septimus qui מסכת מעילה *massecheth meila*, id est, tractatus trangressionis appellatur, in sex diuiditur capita, in quibus de eorum transgressione agitur, qui rebus sacrificatis sibi minimè licitis, vsi fuissent. Octauus qui מסכת כריתות *massecheth caratoth*, id est tractatus perditionum nuncupatur, in sex partitur capita, in quibus tractatur de animarum perditione in futuro sæculo, siue post hanc vitam propter earum peccata, & de peccatis ob quæ animæ perduntur. Nonus qui מסכת תמיד *massecheth tamid*, id est tractatus continui, supple sacrificii vocatur, sex habet capita, in quibus agitur de continuo duorum agnorum sacrificio, quod quotidie in templo fiebat. Decimus qui מסכת מדות *massecheth midoth*, id est tractatus dimensionum dicitur, quinque continet capita, in quibus tractatur de dimensionibus & mensuris templi. Vndecimus qui מסכת קנין *massecheth cinnim*, id est tractatus nidorum appellatur, in quinque distinguitur capita, in quibus agitur de oblationibus pullorum columbarum & turturum, quæ pauperes in templo offerre tenebantur. Sexta pars duodecim complectitur libros, quorum primus qui מסכת כלים *massecheth chelim*, id est tractatus vasorum nuncupatur, in triginta diuiditur capita, in quibus tractatur de purificatione vasorum cuiuscunque generis, ac materiæ, pannorumque atque indumentorum, quæ contaminatione aliqua pollui potuissent. Secundus qui מסכת אהלות *massecheth aboloth*, id est tractatus habitationum denominatur, in duodeuiginti partitur capita, in quibus agitur de domorum, alterutrúque rerum purificatione, ab immundicia ratione corporis hominis mortui contracta. Tertius qui מסכת נגעים *massecheth negaim*, id est tractatus plagarum siue percussionum dicitur, quatuordecim habet capita, in quibus tractatur de purificatione tam humanorum corporum ab immunditia ratione lepræ, aliarumque plagarum contracta, quàm cæterarum

*Quarta pars Talmud, ordo damnorum vocata.*

*Tertia pars Talmud, ordo mulierum dicta.*

*Quinta pars Talmud, ordo sanctificationum vocata.*

*Sexta pars Talmud, ordo purificationum denominata.*

rerum humano vſui deputatarum, ex percuſſionibus aduenientes. Quartus qui מסכת פרה *maſſechath para*, tractatus vitulæ, ſiue vaccæ appellatur, duodecim continet capita, in quibus agitur de cineribus vaccæ ſeu vitulæ rubræ, vt eorum aſperſione purificari potuiſſent tam homines, quàm alia, quæ ratione cadaueris humani polluta fuiſſent. Quintus qui מסכת טהרות *maſſechath taharoth*, id eſt tractatus purificationum nuncupatur, in decem diſtinguitur capita, in quibus tractatur de purificatione ab immunditia, quæ aliunde quàm ab humano corpore mortuo contrahebatur. Sextus qui מסכת מקואות *maſſechath mikuaroth*, id eſt tractatus congregationum, vel collectionum aquarum denominatur, in decem diuiditur capita, in quibus agitur de fonte atque aquis, in quibus baptizabantur homines vtriuſque ſexus, vt ab immunditiis ſpiritalibus purificarentur. Septimus qui מסכת נדה *maſſechath nidda*, id eſt tractatus menſtruatæ vocatur, in decem partitur capita: in quibus tractatur de mulierum purificatione, ab immunditia tam ratione menſtruorum, quàm ratione partus contracta. Octauus qui מסכת זבין *maſſechath Zavin*, id eſt tractatus ſpermatum dicitur, decem habet capita, in quibus agitur de virorum purificatione, ab immunditia ex putrefactione ſpermatis per membrum virile defluentis, proueniente. Nonus qui מסכת מקשקין *maſſechath maskin*, id eſt tractatus irrigatorum appellatur, in ſex diſtinguitur capita, in quibus tractatur de irrigatorum purificatione, ab immunditia per contaminationem contracta. Decimus qui מסכת טבול יום *maſſechath tebul iom*, id eſt tractatus baptizati dici nuncupatur, in quatuor diuiditur capita: in quibus agitur de baptizato eiuſdem dici, qui licèt per lotionem illius aquæ eſſet ab immunditia ſpirituali purificatus, non tamen perfectè, donec die ſequenti oblationem in templo faceret pro immunditia, à qua per aquam purificatus fuerat. Vndecimus qui מסכת ידים *maſſechath iadaim*, id eſt tractatus manuum denominatur, in quatuor partitur capita: in quibus tractatur de lauandis manibus volentium ſacra contingere, aut de conſecratis comedere, & de vaſe & aquis quibus lauandæ erant eorum manus. Duodecimus qui מסכת עוקצין *maſſechath okazin*, id eſt tractatus pedunculorum fructuum dicitur, tria habet capita: in quibus declaratur, quando pedunculi quibus poma & reliqui fructus adhærent, contaminari dicebantur ex fructuum immundorum contactu. Totius igitur Talmud (vt ex præmiſſis conſtat) partes quidem primordiales ſunt ſex, libri verò ſexaginta, capita autem quingenta triginta duo. In quibus multæ, ac pene infinitæ ſparſim inueniuntur גמרות *ghemaroth*, id eſt traditiones concluſæ, ſeu concluſiones determinatæ, innumerabilia ferè de Meſſia, ac noſtræ fidei admodum conſentanea arcana continentes, per multa annorum curricula, longè antequam Talmud confectus eſſet, à priſcis Iudæorum traditæ atque conſcriptæ. Nam vix ferè in ipſo Talmud contingit, aliquam reperiri גמרא *ghemara*, id eſt traditionem ſeu concluſionem, ab antiquis illis patribus traditam, concluſam, ac determinatam, quæ aliquod Catholicæ veritatis arcanum, aut explicitè & apertè, aut implicitè & per figuras non exprimat. Vt in ſequentibus latiſſimè patebit.

## CAP. VI.

*Quòd Talmudiſta ad arcana Legis perquirenda, allegoricum ſenſum maximè ſecuti fuerint. Cabaliſta verò anagogicum, & quid ſit Cabala, & quare veteres noſtri de Cabala non meminerint.*

### HOGOSTRATVS.

SI Iudæi literaliter tantùm omnia intelligunt, non enim (vt dici ſolet) niſi corticem ſcripturæ conſiderant. Quomodo verum eſt, Talmudiſtas ſpiritalem ac myſticum ſenſum ſecutos fuiſſe? GAL. Id quidem de Iudæis noſtri temporis rectè dici poteſt, qui vt veritatem effugiât, non niſi circa literalem legis corticem verſantur, omnes prorſus allegorias figuraſque reſpuentes. Nam vniuerſus recentiorum magiſtrorum & iuniorum Talmudiſtarum cœtus, tanquam animo obcæcati, mentiſque lumen penitus negligentes, diuinorum eloquiorum non niſi hiſtoricum, literalemque amplectuntur ſenſum. Veterca autem legis arcana, non niſi per ſpiritalem ac myſticum ſenſum exquirere ſoliti fuerunt. Quantum verò ſpiritalis ſenſus ad legis arcana indaganda, literalem excedat, Talmudiſtæ ſæpiſſimè oſtendunt, qui literalem quidem ſenſum דבר קטן *Davar catan*, id eſt rem paruam, ſpiritalem verò, ſiue myſticum דבר גדול *Davar gadol*, id eſt rem magnam eſſe, aiunt. Appellantque literalem ſenſum משל *Maſſal*, id eſt exemplum, vt refert Rabbi Moſes in primo tractatu libri More. Ipſum præterea literalem ſenſum candelæ comparant, quæ minimo quadrante emitur. Allegoricum verò ſiue figuratiuum quem בוריה שלתורה *Buriá ſcelturæ*, id eſt certitudinem legis vocant, margaritæ obſcuris in ædibus latenti, aſſimilant, quæ tandem per huiuſmodi candelam, hoc eſt per literalem ſenſum, ſiue exemplum, à quærentibus inuenitur. Quod idem Rabbi Moſes circa initium eiuſdem libri optimè atque pulcherrimè quoque declarat, dicens: Scito, quod clauis intelligentiæ vniuerſorum quæ Prophetæ dixerunt, eſt intelligere parabolas, & metaphoras, ac ſimilitudines, atque ænigmata. Scis enim & apud Hoſeam. xij. cap. dictum eſſe, וביד חנביאים ארמה Hoc eſt, in manu prophetarum aſſimilabo. Et iterum apud Ezechielem. xvij. capit. בן אדם חור חידה ומשול משל אל בית ישראל Id eſt, Fili Adam ænigmatiza ænigma, & paraboliza parabolam ad domum Iſrael. Aquila magna alis. Et poſt pauca, יהי דבר יהוה אלי לאמר: אמר נא לבית הסורי הלא ידעתם מה אלה אמור הנה בא מלך בבל ירושלם ויקח את מלכה ורשריה: Hoc

*Senſus ſpiritalis & literalis.*

*Buriá ſcelturæ.*

*Cabala quid ſit, & quare veteres noſtri de ipſa non meminerint.*



Hoc eſt, Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens: Dic quæſo ad domum rebellem, nonne noſtis quid iſta? Dic, ecce venit Rex Babylonis Hieroſolymam, & capiet Regem eius. Et reliqua. Scis rurſus quòd dixit ſapiens Prouerbiorum xxv. cap. תפוחי זהב במשכיות כסף דבר דבר על אפניו. Id eſt, Poma aurea in cancellaturis argenteis, verbum dictum ſecundum ambas facies ſuas. Audi quæſo huiuſce ſententiæ expoſitionem. Cancellaturæ argenteæ ſunt retiacula argentea, in quibus oculi ſunt minutiſſimi, penetrabiles tamen viſu. Eſt ergo ſenſus: Quod verbum dictum ſecundum ambas facies ſuas, id eſt ſecundum interiorem & exteriorem ſenſum, eſt ſicut pomum in retiaculo argenteo. Ac ſi dicat neceſſarium eſſe, vt ſit ſenſus exterior precioſus & bonus, velut argentum. Interior verò multò melior, ſicut aurum, donec ſe habeat exterior ad interiorem, ſicuti ſe habet argentum comparatum ad aurum. Neceſſe quoque eſt, vt ſit aliquid in exteriori ſenſu, quod ducat ac trahat conſiderantem ad interiorem. Quemadmodum pomum aureum veſtitum retiaculo argenteo, cum procul reſpicitur, vel abſque multo intuitu, totum videtur argenteum. Cùm verò ob valorem argenti, atque decorem, habens viſum acutum, prouocatus acceſſerit, videbit profectò aureum pomum intus latere. Sic igitur ſunt verba prophetarum. Frequenter enim ea quæ exterius ſunt, ſapientia ſunt vtilis ad multa: vt ad compoſitionem morum, ac ſtatus congregationis hominum. Sicut patet in ſuperficie Prouerbiorum Selomonis. Quæ autem interius ſunt, ſapientia eſt perutilis in credendis ſecundum veritatem. Hæc Rabbi Moſes ille Ægyptius. Ex his igitur patet, non niſi per ſpiritalem, ac myſticum ſenſum legis arcana Talmudiſtas conſiderâſſe. Sed longè magis in ſequentibus hoc patebit. Omitto autem cabaliſtas, & in ipſa cabala verſatos, qui non niſi per anagogicum intellectum arcana legis conſiderant. HOG. Nomen hoc cabala, neque apud ſanctos patres, neque apud Eccleſiæ Doctores, neque apud magiſtros noſtros, vſquam inuenitur. Ex quo huiuſmodi nomen plurimum ſuſpectum redditur. GAL. Facultatem hanc quam Cabalam appellant, priſcis quidem temporibus neſas erat cuiquam niſi eruditiſſimo, ſenioque confecto tradi. Quamobrem neque vllam eius particulam ſcripturæ mandari licebat. Vnde præterea quæ à Rabbi Simeone filio Iohai tradita aſſeruntur, alia à veteribus ſcripta vel pauca vel nulla comperiuntur. Quoniam vt in libro חגיגה *Heghiga*, id eſt ſolennitatis in cap. אין דורשין *En dorſin*, id eſt, Non prædicantur, dicitur, nemini quicquam de Cabala ſcribere licebat, ſed eam ore tantum tradebant. Inde non ineptè ipſam קבלה *Cabalam*, quod receptio Latinè interpretatur, vocitarunt. Recentiorum autem Iudæorum Doctores, ne paternum illud dogma euaneſceret, de huiuſmodi facultate aliquid ſcripto in lucem ediderunt, ſparſim tamen, ac nonnullis velaminibus obumbratum. Quo profectò fit, vt pauciſſimi rectam eius intelligentiam capere valeant. Si qui tamen aliquid inde ſe conſecutos opinantur, mox illud in corde, tanquam arcanum nemini reuelandum, reponunt, ne propter ſanctam diuinarum perſonarum trinitatem, aliaſque Catholicæ veritatis myſteria ibi refulgentia, aliquos Iudæorum ſcandalo inde affici contingat. Quocirca neque mirum eſt, ſi nomen hoc Cabala, ſiue facultas eo nomine deſignata, raro hucuſque in ore ſanctorum, cæterorum què ſapientum habita ſit, & ſi de ipſa veteres noſtri non meminerint.

*Qui ex noſtris iuniores de Cabala ſcripſerunt.*

Ex iunioribus tamen quidam Hebraicam linguam callentes, ſolertique ingenio, ac diuina Philoſophia præ cæteris præſtantes, huiuſce ſcientiæ vtilitatem, excellentiam, ac ſublimitatem attendentes, de ipſa non ſolum meminerunt, verum etiam multa ſcripſerunt. Nam Iohannes quidem Picus primus de ea quaſi è longinquo aliqua ſuſpicari cœpit. Deinde Paulus Iſraelita initia quædam tradidit. Poſtmodum Auguſtinus Iuſtinianus Nebienſis Epiſcopus in Pſalterii ſcholiis nonnulla latius retexit. Capnio quoque noſter in tribus libris quos de arte Cabaliſtica ad Leonem hodiernum Pontificem Maximum elegantiſſimè inſcripſit, plurima admodum præclara produxit in lucem. Ægidius etiam ille Viterbienſis, vir vtique eloquentiſſimus, ac diſertiſſimus, omnique literarum genere apprimè eruditus, quem Leo hodiernus Pontifex Maximus, ob eius multiplices virtutes, ac merita, ad Cardinalatus dignitatem nuper ſublimauit, ab initio rem orſus, in libello de literis ſanctis, elegantiſſimo quodam ſtylo, mirifica huiuſce diuinæ ſapientiæ fundamenta iecit, vt palàm oſtenderet, à ſe longè plura, longéque altiora, quàm cæteri omnes hactenus hac de re ſcripſerint, citò eſſe proditura, quæ rei tam obſcuræ clariſſimam afferant lucem. Poſtremus omnium ego, quaſi poſt vindemias racemos colligens, ea duntaxat de hac ſapientia cabaliſtica his quæ dicturus ſum, ſparſim vbi opus fuerit, interferenda duxi, quæ ad referenda Catholicæ veritatis arcana, neceſſaria videbuntur.

*Hogoſtrati obiectio contra Talmud.*

## CAP. VII.

*An Talmud à Chriſtianis recipi debeat.*

### CAPNIO.

VNVM eſt inter cætera, quod maximè abs te ſcire cupio. An Talmud ſit à Chriſtianis recipiendus? GAL. Eſt vtique. HOG. Mitor te religioſum virum, Theologicis diſciplinis apprimè imbutum, hoc aſſerere. GAL. Quamobrem. HOG. Primùm quidem quia in Talmud innumeræ penè falſitates, innumeræque abſurditates, quæ vel Deo imperfectionem maximam imponunt palàm continentur. Multa quoque mendacia quæ Domino noſtro Ieſu Chriſto, & contumeliam & blaſphemiam inferunt, in eodem leguntur. Puta quòd de adultera, ac polluta natus fuerit, & magus, ac idololatra, legiſque ſubuerſor extiterit. & tandem ſua ob ſcelera, ſit meritò ſuſpenſus. Et tamen quæ in ipſo Talmud ſcripta ſunt, Moſi in monte Sinai primum à Deo reuelata fuiſſe, &

WiMBP
Code

deinde ab ipso Mose maioribus eorum succedaneo ordine tradita, Iudæi referunt. Quapropter turpe est Christianis Talmud ipsum vel nominare. GAL. Tria Hogostrate paucis tetigisti. Sed nimium profecto (quod pace tua dixerim) falleris. Cùm ergo fidei nostræ admodum vtile sit, veritatem hoc loco prout sentio, retegere, idcirco ipsius veritatis manifestandæ gratia, ad ea quæ dixisti respondebo. Et ad primum quidem, fateor absurda multa ibi poni, non tamen omnia quæ absurda videntur, verè absurda sunt. Veteres enim illi Talmudistæ infinita prope arcana figuris & ænigmatibus tradiderunt, quæ iis qui ea non intelligunt, fatuitates atque absurditates videntur. Cum tamen reuera innumerabilia arcana ad Messiam, & ad veritatem Catholicam spectantia, in ipsis lateant. Hinc iuniorum Iudæorum inoleuit error, qui dum antiquorum Theologizandi, ac philosophandi morem ignorant, multa Talmudistici negotii arcana, in ludibria & blasphemias conuertunt. Hinc & plerique ex nostris, dum huiusmodi mysteria intelligere nequeunt, ea vituperare, ac damnare præsumunt. Vnde vt cæteros taceam, vir quidam non parua diuinarum humanarumque literarum peritia prædituς, contra Iudæos scribens, multa eiusdem generis commemorat, quæ ipse minus bene intelligens, stultitias atque inconuenientias vocat. Et inter cætera, quæ contra diuinam perfectionem in Talmud scripta reperiri dicit, id precipue refert, Quod cum Deus firmamentum constitueret, ipsum perficere non valens, foramen quoddam in eo ex septentrionali parte reliquit. Quod cum ob rem (vt ipse Doctor ait) eum effecisse, Iudæi asserunt, vt si quis aliquando exurgeret se Deo æqualem facere volens, Deus foraminis illius consummationem opponens, illi diceret: Si Deus es, sicuti ego sum, locum illum quem apertum reliqui, si potes, claude. Hoc autem quam patens sit mendacium, neminem profectò latet. Septentrionalis namque poli axem altissimum semper super nos, nec vnquam occultari conspicimus, ipsumque totum integrum perfectumque videmus. Ex quo huius erroris fatuitas manifestè patet. Hæc omnia in sententia Doctor ille. Qui etsi hæc atque alia omnia bono animo, & Christianæ fidei zelo dixerit, non parum tamen (vt verum fatear) deceptus est. Nec Deus qui summa veritas est, pro suæ fidei exaltatione, mendacio nostro indiget. Et præsertim cum plerique eorum, quæ ipse tanquam omnino erronea reprobat, si rectè (vt decet) intelligantur, magis nobis ad veritatem Catholicæ fidei contra Iudæos profint, quàm si (vt ipse ait) tanquam à veritate, ac ratione penitus aliena, dicta æstimentur. Nam vt cætera missa faciam, exemplum hoc de firmamenti foramine in septentrionis parte relicto, quod ipse pro maximo inconuenientis inducit, si rectè intelligatur, non solum inconuenientis nullum esse videbitur, sed nostræ quoque fidei maximè consentaneum. Quare vt ipsius Catholicæ fidei veritas ad confundendam Iudæorum perfidiam, magis appareat, primum eiusdem exempli verba ita prorsus, vt in Talmud scripta sunt, Hebraicè referam. Deinde mysterium quod

*Galatini responsio.*

*Ad primum.*

*Veteres Talmudista legis arcana sub figuris & ænigmatibus tradiderũt.*

A cõtra Iudæos nostri sæculi pro nostræ fidei veritate in eodẽ exemplo latet, referabo. Rabbi itaq; Eleazar veterum Talmudistarũ non infimus, suis in capitulis ita exẽplũ ipsum ponit in libro Zoar. רוח פנת צפון ברא הקדוש ברוך הוא ולא נמרה לפי שאסר הקדוש ברוך הוא כל מי שיאסר שהוא אלוה יבא ויגסור את הפנה העאת שהנחתי ידועו הכל שהוא אלוה: Id est, Latus partis aquilonis creauit Deus, & eam non compleuit, quoniam dixit Deus, quisquis dicet se esse Deum, veniat & perficiat hanc partem, quam reliqui, & scient omnes ipsum esse Deũ. Magna certe in his verbis abscondita sunt mysteria. Primo enim ostenditur, possibile esse, aliquem hominem Deum esse. Deinde diuinitatis eius signũ esse, ipsum septentrionalem partẽ posse perficere. Ad quorum rectam intelligentiam, sciendum est, quòd hominũ malitiam dæmonumque prauitatem; finistrum, siue septentrionem antiqui allegoricè soliti sunt vocare, iuxta illud Ieremiæ primo capite, Ab Aquilone pandetur omne malum super omnes habitatores terræ: & Ecclesiastis x. Cor stulti in finistra illius. Nulla autem hominum malitia, nullaue dæmonum tentatio maior ea est; quæ ad idolorum cultum ducit. Ideò idolorum cultura Aquiloni potissimum tribuitur, vt in Ezech. viij. cap. facile patet. Quid igitur aliud per foramen hoc, quàm dæmonum tentatio, siue potestas, quę potissimum idololatriæ cultum respicit, designatur? Cur quoq; foramen illud à Deo derelictum dicitur, nisi quia ipso permittente, ipse idololatriæ cultus à libero arbitrio, quod Deus ipse homini dederat, mala electione processit? Iuxta igitur Talmudistarum veterum in hoc exemplo doctrinam, signum diuinitatis est, posse dæmonum potestate omnino superare, idololatriamque explodere. Quod per illud quoque quod in libro זוהר *Zoar* scribitur, plane comprobatur. Vbi Rabbi Racanad super Geneseos iiij. cap. sic ait. שכינה הנקראת אתה חמשול בסלאך חטאת. Hoc est, Præsentia Dei vocata אתה *Atta*, dominabitur angelo mortis, id est diabolo. Et ibidem סלת אתה רומז הסמת אלהים. Id est, Dictio אתה *Atta* innuit sapientiam Dei. Ex quo manifestè habetur, quod per Dei sapientiam quæ in diuinis filio attribuitur, humanæ naturæ vnitam, diabolica potestas deuincenda erat. In hoc ergo exemplo prisci Talmudistæ Messiæ diuinitatem mystice tradiderunt, quæ in hoc potissimum signo cognoscenda erat. Quod Messias ipsam aquilonis partem completurus esset: hoc est, diabolum victurus, humanum genus ab eius potestate liberando, ipsiusque cultum, id est, idololatriam à mundo explodendo. Quod Christum fecisse, nemo rectè ire posset inficias, ob id maximè quod per Apostolos eius penitus idololatria explosa fuerit. Vnde clarum est, quod per hoc Talmudisticum exemplum, quod Doctor ille noster pro maximo inconuenienti contra Dei perfectionem induxit, non solum Iudæorum prauitas confunditur, qui Messiam non Deum, sed purum hominem fore credunt: verum ipsum quoque Dominum nostrum Iesum verum fuisse Messiam optimè probatur.

*Ad secundum.*

Ad secundum verò dico, concedendum vti-



que esse, multa mala atque turpia in Talmud de Iesu Nazareno dici. Non tamen ea de Iesu nostro Saluatore, sed de alio quodam referri. Nam vt Talmudisticæ narrant historiæ in capit. חלק Helec, stante templo secundo, regnante Hircano Machabæo, Simonis Machabæi filio, quidam Rabbi Iehosuas filius Perahiæ, eo itinere quo ex Alexandria Hierusalem repetebat, hospitium vnà cum discipulis ingressus, domumque intuens, Quàm pulchra est, inquit: quidam autem ex eius discipulis Iesus nomine, qui & Nazarenus erat, credens verbum illud de hospitis vxore præceptorem suum protulisse, respondens ait, Verè pulchra est, ni oculos profundos haberet. Rabbi ergo rapida in eum ira accensus, Impie, inquit, de huiusmodine tam nefario facinore cogitas? Quo dicto, illicò eum à suo suorumque consortio anathemate deiecit. Quare Iesus ipse se huiusce modi contemptu, atque opprobrio affectum conspiciens, lapidem erexit, ipsumque pronus adorauit, ac plurimos Iudæorum ad ipsius idoli cultum adduxit: hic & magus erat, & tandem sua ob scelera suspensus fuit. Vnde sic de eo in cap. Sata legitur, ולא כרבי יהושע בן פרחיה שהיה רוחה ישו הנצרי כשתי ידיים Hoc est, Non sicut Rabbi Iehosuas, qui repulit Iesum Nazarenum duabus manibus. Quia igitur in variis ipsius Talmud locis, Iesus iste Nazarenus de adultera ac polluta natus, idololatra, magus, legisque subuersor, & tandem suspensus magno cum vilipendio memoratur: quàm plurimi, ac penè innumerabiles propter historiæ ignorantiam, & fortè Rabbinorum recentiorum prauitate decepti, turpia omnia illa de Iesu gloriosissimo Saluatore nostro dici putant. Sed huius erroris falsitas ex eo maximè conuinci potest, quòd vt in Talmudicis quoque patet historiis, Hircanus ille Machabæus sub quo fuit Iesus iste Nazarenus, de quo turpia omnia illa referuntur, ante Pontium Pilatum sub quo Iesus Christus passus est, anno circiter cx. regnauit. Ad illud postremò, quòd Iudæi Talmudicas traditiones à Deo Mosi simul cum lege in monte Sinai traditas fuisse, deinde à Mose ptisciis patribus succedaneo ordine reuelatas, & demum per antiquos eorum Doctores conscriptas in Talmud, asserunt: dico, quod id de omnibus quæ sunt in Talmud credere, nihil aliud est, quam præcipitatæ mentis insania. De iis verò quæ veritatem Catholicam sapiunt, ac redolent, & prophetarum sanctorumque patrum dicta prætendunt, atque Christianam fidem (vt in sequentibus Deo duce latissimè dicemus) miro quodam atque incredibili modo exprimunt, recentiorumque Iudæorum perfidiam & confundunt & destruunt, hoc idem prorsus negandum non arbitror: cùm huiusmodi traditiones iis quæ Iudæi nostri temporis de Messia, deque aliis quàm plurimis errantes sentiunt, omnino contrariæ sint. Quo profectò fit, vt talia minimè respuenda sint, etsi apud tam perfidos comperiantur: quemadmodum nemo nisi mente omnino captus legem ac prophetas, eo quòd apud eos inuenerit, contemneret. Nemo etiam nisi ratione carens, lapillum precio sum, eo quòd in draconis, aut bufonis capite inuentus fuerit, despiceret. Nemo quoque nisi stultus & amens, mel, eo quòd apum sputum sit, aut quid aliud minùs fortasse dignum, eo quòd apud ea animalia sit, quæ venenosum habent aculeum, respuendum duceret, qui illud in suos suorumve vtiles vsus conuertere sciret, aculeique nocumentum deuitare non ignoraret. Nequaquam igitur huiusmodi traditiones respuendæ sunt: tum quia à Mose & Prophetis cæterisque patribus ad eos vsque qui ea scripserunt succedaneo ordine peruenire potuerunt: imò ipsas haudquaquam aliunde, quàm à prophetis & sanctis illis patribus deuenisse, cogitare possumus: tum maximè quia nihil ad confutandam Iudæorum impudentiam tam validum, nihil ad conuincendam eorum nequitiam tam efficax, inueniri potest. Quid denique Christiano iucundius, quàm de manibus hostium gladium atripere, & caput infidelium aut exemplo Dauid, proprio mucrone abscindere, aut instar Iudith, ipsorum pugione amputare? Quapropter non nisi diuina prouidentia factum est, vt Clemens quintus Pontifex Maximus, sacro sancto approbante concilio, instituerit, Talmudicos Iudæorum libros per fideles Hebraicam linguam callentes, in Latinum sermonem traducendos, atque Christianis publicè legendos esse: vt habetur in Clemen. De Magistris: vbi sic inter cætera dicitur: Hoc sacro approbante concilio, scholas subscripturarum linguarum generibus vbicunque Romanam curiam residere continget, necnon in Parisiensi, & Oxoniensi, Bononiensi, & Salamantino studiis prouidimus erigendas: statuentes, vt in quolibet locorum ipsorum teneantur viri Catholici, sufficientem habentes Hebraicæ, Græcæ, Arabicæ, & Chaldææ linguarum noticiam, duo videlicet, vnius cuiusque linguæ periti, qui scholas regant inibi, & libros de linguis ipsis in Latinum fideliter transferentes, alios linguas ipsas solicitè doceant, earumque peritiam studiosa in illos institutione transfundant, vt instructi & edocti sufficienter in linguis huiusmodi, fructum speratum possint Deo autore producere, fidem propagaturi salubriter in ipsos populos infideles. Hæc ibi. Vbi quod de traducendis ac publicè legendis Iudæorum libris dicitur, non de Biblia intelligendum est, cum ipsa toties traducta fuerit: nec Iudæorum sit, sed potius nostra, vel saltem communis, sed de aliis Iudæorum libris intelligi debet, & præcipuè de Talmudicis, in quibus tot Catholicæ veritates continentur, vt in sequentibus latissimè patebit. Ex his igitur omnibus quæ dicta sunt, luce meridiana clarius constat, Talmud ipsum à Christianis recipiendum esse, non tamen in omnibus, nisi in iis tantummodo quæ bona sunt. Quod ipsimet veteres Talmudistæ fatentur, vt in libro חגיגה *Hagbiga* aperte patet: vbi sic inter cætera legitur: Quid est quod scriptum est Malach. ij. Quia labia sacerdotis seruant scientiam, & legem requirunt ex ore eius, quoniam Angelus Domini exercituum est? Si magister fuit similis Angelo Domini exercituum,

*Galatini responsio.*

*De quodam Iesu impune loquitur, non de Christo, vt in Seder Holam legitur.*

*Constitutio Clementis V.*

*Ad tertium*

requirant legem ex ore eius. Dixit Rabbi Meir: Scriptum est Prouerb. xxij. Inclina aurem tuam, & audi verba sapientum, & cor tuum pone ad cognitionem meam. Non est dictum ad cognitionem ipsorum, sed ad cognitionem meam. Dixit Rabbi Hannina: Hinc est quod scriptum est Psalm. xlv. Audi filia (Glo. Rabbi Salomonis, Audi Ecclesia Israel) & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui. Dixerunt in occidente, Comede dactylos, & proiice duriciem eorum foràs. Dixit Rabbi Meir: Malogranatum inueni, quod intus est comedi, corticem verò eius proieci. Ac si apertè dicat: Fac tu similiter de dictis magistrorum. Hæc omnia Talmudistica traditio vbi suprà. Quæ quidem optima est contra eos Iudæos, qui sæpe asserunt, quòd si aliquid de Talmud recipimus, torum debemus recipere: cùm nihil nos de Talmud recipiamus, quia ibi est, sed quia verum est, & præsertim vbi sacræ scripturæ deprauationes verè castigantur.

## CAPVT VIII.

*Quòd per Talmudicas traditiones sacra scriptura deprauationes optimè corrigantur, quæ tam in nostra siue Graca siue Latina editione, quàm in textu Hebraico passim inueniuntur.*

## CAPNIO.

HAEC igitur deprauationum quas per Talmudicas traditiones corrigi asseris, quis fuit autor? & quando eas fieri contigit? ante scilicet Christi passionem, an post? GAL. Tanta est quorundam Iudæorum iuniorum impudentia, vt eas sancto Esræ imponere non erubescant. Sed eos impiè mentiri, ex eo facilè conuincimus: quia si Ezras (vt ipsi falsò aiunt) id egisset, certè huiusmodi deprauationes & corruptiones non תקון סופרים *Ticcun sophrim*, id est Aptationes siue correctiones scribarum vel sapientum, sed תקון עזרא *Ticcun Ezra*, id est Aptationes vel correctiones Esræ, apud eos dictæ fuissent. Ex quo manifestè patet, autorem earum non Ezram, sed ipsos scribas, qui post Ezram fuerunt, extitisse. Ipsas tamen longè ante Christum natum fieri contigisse, inde colligi potest, quòd Rabbi Ionathas Vzielis filius, ipsius diuinæ scripturæ interpres Chaldaicus, atque Rabbi Hillelis, qui Christum per centum fere annos antecessit, auditor, has Ticcun Sophrim, hoc est aptationes siue correctiones scribarum, in multis in sua translatione secutus fuerit. CAPNIO. Si igitur ii, qui huiusmodi deprauationes in sacris literis fecerunt Christi præcesserunt aduentum, dicendum proculdubio videtur, eos nullo odio motos id egisse. Quamobrem ergo tantum nefas ausi sunt, vt quæ Deus dictauerat, ipsi mutarent? GAL. Innumera profectò in sacra pagina erant mysteria admodum inclyta, atque Christianæ fidei plurimùm consentanea, quæ veteres Iudæorum gentilibus omni studio occulere nitebantur. Finc septuaginta interpretes (vt de eis primùm dicam) multa, teste Talmud, Ptolomæo regi transferre omiserunt, & plurima mutauerunt, ne diuina arcana gentilibus tunc indignis, nota fieri contingeret. Hinc etiam & ipsi סופרים *sophrim*, id est, scribæ siue sapientes, multa tanquam absurda, & tanquam ea quæ apud gentium nationes, nefas erat vel somniare, de diuinis scripturis abraserunt, tanquam ii, qui adhuc diuini consilii celsitudinem super humani generis salute, plenè non perpendebant: aut quia timebant diuinas scripturas propter talia à suis & ab aliis infidelibus irrisum iri: aut quia suspicati sunt, Iudæis ignaris atque simplicibus ex huiusmodi, impiæ credulitatis scandalum generari. Eapropter non veritatis occultandæ gratia, aut alio quouis malo animo, eas mutationes quibus scripturam sacram deprauari contigit, eos fecisse constat: cùm & in his, & aliis in locis penè infinitis, sibi inuicem veritatem referare non prætermiserint, vt in Talmudicis libris liquidò patet. Sed pessimè eos id egisse, ex eo palàm liquet, quòd contra præceptum Dei facere ausi sunt, qui ita per Mosem dixit Deuteron. 4. לא תוסיפו על הדבר אשר אנכי מצוה אתכם ולא תגרעו Hoc est, Non addetis super verbo, quod ego præcipio vobis, nec minuetis ex eo. Et rursus per Salomonem Prouerbiorum xxx. dicitur, אל תוסף על דבריו פן יוכיח בך ונכזבת Id est, Non addas super verbis illius, ne arguat te, & dementiaris. Eam ob rem Ieremias more prophetico, de futuro tanquam de præterito loquens, horum scribarum qui talia perpetraturi erant tam audax facinus his verbis increpat vij. capite, איכה תאמרו חכמים אנחנו ותורת יהוה אתנו אכן הנה לשקר עשה עט שקר סופרים Hoc est, Quomodo dicitis, sapientes nos sumus, & lex Dei nobiscum est. Sed ecce ad mendacium egit stylus falsus Sophrim, id est scribarum. Quale autem mendacium, qualemve falsitatem acturus esset mendax scribarum stylus, siue calamus, idem Propheta 23. capit. exprimit: dicens, והפכתם את דברי אלהים חיים יהוה צבאות אלהינו id est, Et peruertistis verba Deorum viuentium, Domini exercituum Dei nostri. Et iterum ix. cap. dicit, ואמת לא ידברו למדו לשונם דבר שקר העויה נלאו Id est, Et veritatem non loquentur, docuerunt linguam suam loqui mendacium, iniquè agendo, lassati sunt. CAPNIO. Vt Christianis igitur veritas patefiat, ipsorumque scribarum impudentissima opera in publicam deueniant notionem, rem non inutilem facies, si nefandissima eorum sacrilegia de diuinis literis tam temerè facta, in lucem prodideris. GAL. Quæ olim in sacris literis sancti Patres, & Prophetæ Spiritu sancto dictante scripserant, ipsi סופרים *sophrim*, id est scribæ multifariam, ac perperam deprauare non sunt veriti. Et primùm quidem literas mutantes. Cuius quidem generis vnum illud est, quod apud Malachiam prophetam in primo capite ita scribitur, והפחתם אתו אמר יהוה צבאותז Hoc est: Et dixistis, Ecce qualis vilitas, & expirare fecistis, vel afflixistis eum, ait Deus exercituum. Ibi enim והפחתם *vehippachtem othi*, id est, Et afflixistis me, scriptum erat. Ipsi verò והפחתם אותו *vehippachtem otho*, id est, Et afflixistis eum scripserunt. Nam אתי *othi* quod ibi erat, me significat: אתו *otho* autem quod ipsi posuerunt, iod in vau mutantes, cum desiguat. Quod apertè R. Selomo in glossa affirmat, ita dicens, Et fecistis expirare eum, vel afflixistis eum. Hæc est vna de quindecim dictionibus, שלחקן סופרים *scelticcun sophrim*, id est correctionis scribarum: quia והפחתם אתי *vehippachtem othi*, id est, Et expirare fecistis me, vel afflixistis me, vel vexastis me, scriptum erat. Scriptura verò scribarum pro אתי *othi*, id est, me, posuit אתו *otho*, id est eum: והפחתם *vehippachtem* autem afflictionem animæ significat. Sicut illud Iob 11. cap. ותקומם ספח נפש, id est, Et spes eorum afflictio animæ. Hæc R. Selomo. Quòd autem hæc dictio והפחתם *vehippachtem* expirationem, vel afflictionem, seu vexationem significet, R. Kimhi optimè ostendit, cum ita dicit, Illud quod in Iob 31. cap. legitur, Et animam dominorum eius תפחתי *hippachti*, id est afflixi: illud quoque apud Malachiam 1. capit. והפחתם *vehippachtem*, significat laborem, & vexationem, siue afflictionem, & vexationem animæ. Qui enim habet afflictionem vel vexationem animæ, perinde est, ac si anima eius expiretur, & ab ipso egrediatur. Hæc ille. Ex quibus clarum est, quòd illud apud Malachiam 1. capit. quod nostra editio habet, Ecce de labore, & exsufflatis illud ait Dominus exercituum, omnino corruptum est. Quare iuxta Hebraicam veritatem ita corrigi debet. Ecce qualis vilitas, & afflixistis me, vel expirare fecistis me, ait Deus exercituum. Multa alia id genus Rabbi Rahmon ponit, eum ait: Illud quod scriptum est 3. capit. planctus Ieremiæ, Memoria memor eris, & tabescet super me anima mea: Super te anima tua, scriptum fuit. Illud enim quod modò scriptum est, Super me anima mea, est de multis Ticcun sophrim, id est correctionibus scribarum, quas in Berescith rabba inuenies. Hæc ille. Ex quibus patet, illud quod nostra editio in 3. Threnorum sic habet, Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea, tam apud Hebræos, quàm apud nos vitiatum esse. Sic enim iuxta Talmudicam hanc traditionem castigari debet, Memoria memor eris, & tabescet super te anima tua. Rabbi verò Moses hadarsan super illud Genes. 15. cap. Et Abraham adhuc stabat coram Deo, & multis aliis in locis, sic dicit: Et hæc est תקון סופרים *ticcun sophrim*, id est correctio scribarum. Ibi enim erat scriptum: Et Deus stabat adhuc coram Abraham. Et hoc est quod magistri dixerunt in מדרש תלים *midras tillim*, id est in expositione Psalterii super illud Psalm. 18. Cuius quidem generis vnum illud est, quod apud Malachiam prophetam in primo capite ita scribitur, והפחתם אתו אמר יהוה צבאותז Hoc est: Et dixistis, Ecce qualis

*Primus deprauandi scripturas modus.*



vilitas, & expirare fecistis, vel afflixistis eum, ait Deus exercituum. Ibi enim והפחתם *vehippachtem othi*, id est, Et afflixistis me, scriptum erat. Ipsi verò והפחתם אותו *vehippachtem otho*, id est, Et afflixistis eum scripserunt. Nam אתי *othi* quod ibi erat, me significat: אתו *otho* autem quod ipsi posuerunt, iod in vau mutantes, cum designat. Quod apertè R. Selomo in glossa affirmat, ita dicens, Et fecistis expirare eum, vel afflixistis eum. Hæc est vna de quindecim dictionibus, שלחקן סופרים *scelticcun sophrim*, id est correctionis scribarum: quia והפחתם אתי *vehippachtem othi*, id est, Et expirare fecistis me, vel afflixistis me, vel vexastis me, scriptum erat. Scriptura verò scribarum pro אתי *othi*, id est, me, posuit אתו *otho*, id est eum: והפחתם *vehippachtem* autem afflictionem animæ significat. Sicut illud Iob 11. cap. ותקומם ספח נפש, id est, Et spes eorum afflictio animæ. Hæc R. Selomo. Quòd autem hæc dictio והפחתם *vehippachtem* expirationem, vel afflictionem, seu vexationem significet, R. Kimhi optimè ostendit, cum ita dicit, Illud quod in Iob 31. cap. legitur, Et animam dominorum eius תפחתי *hippachti*, id est afflixi: illud quoque apud Malachiam 1. capit. והפחתם *vehippachtem*, significat laborem, & vexationem, siue afflictionem, & vexationem animæ. Qui enim habet afflictionem vel vexationem animæ, perinde est, ac si anima eius expiretur, & ab ipso egrediatur. Hæc ille. Ex quibus clarum est, quòd illud apud Malachiam 1. capit. quod nostra editio habet, Ecce de labore, & exsufflatis illud ait Dominus exercituum, omnino corruptum est. Quare iuxta Hebraicam veritatem ita corrigi debet. Ecce qualis vilitas, & afflixistis me, vel expirare fecistis me, ait Deus exercituum. Multa alia id genus Rabbi Rahmon ponit, eum ait: Illud quod scriptum est 3. capit. planctus Ieremiæ, Memoria memor eris, & tabescet super me anima mea: Super te anima tua, scriptum fuit. Illud enim quod modò scriptum est, Super me anima mea, est de multis Ticcun sophrim, id est correctionibus scribarum, quas in Berescith rabba inuenies. Hæc ille. Ex quibus patet, illud quod nostra editio in 3. Threnorum sic habet, Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea, tam apud Hebræos, quàm apud nos vitiatum esse. Sic enim iuxta Talmudicam hanc traditionem castigari debet, Memoria memor eris, & tabescet super te anima tua. Rabbi verò Moses hadarsan super illud Genes. 15. cap. Et Abraham adhuc stabat coram Deo, & multis aliis in locis, sic dicit: Et hæc est תקון סופרים *ticcun sophrim*, id est correctio scribarum. Ibi enim erat scriptum: Et Deus stabat adhuc coram Abraham. Et hoc est quod magistri dixerunt in מדרש תלים *midras tillim*, id est in expositione Psalterii super illud Psalm. 18. Cuius quidem generis vnum illud est, quod apud Malachiam prophetam in primo capite ita scribitur, והפחתם אתו אמר יהוה צבאותז Hoc est: Et dixistis, Ecce

ברוך הוא שכ ואתרא סימן לבניך שהיו ישבין ואני עיסר שנאמר אלהים נצב בעדת אל: Id est, Sermo alius: Et dabis mihi elyneum salutem tuam. De Abraham patre nostro loquitur, de quo scriptum est, Et erat Abraham sedens, & diuinitas assabat ei. R. Berachias in nomine R. Leui dixit: Quæsiuit Abraham patet noster, vt staret. Dixit autem ei Deus sanctus & benedictus, Sede, optimum quippe signum est hoc filiis tuis, qui sedentes erunt, ego verò stans coram eis; sicut dictum est, Deus stetit in congregatione vel cœtu Dei. Hæc ibi. Hoc tunc impletum fuisse constat, cùm Apostoli qui filii Abraham erant secundùm carnem, & cœtus atque congregatio Dei, sedebant, & Christus verus Deus coram eis stabat, pedes eorum lauans, & abstergens linteo, quo præcinctus erat. Deinde (vt ad Talmudisticam traditionem redeam) ita prædicta midras tillim ibidem profequitur, dicens, ר' ישמואל בר חייא ור' יודן בשם ר' חנינא אמר ר' סימן תקון סופרים הוא זה שהשכינה עומדת ומסתגת לי והניו ונעוזיך תרבני: Hoc est, Rabbi Samuel filius Hiya, & Rabbi Iodan in nomine R. Hannina, dixerunt, quòd dixit R. Simon, Aptatio vel correctio scribarum est hoc (quod scilicet legitur: Abraham stabat coram Deo) Nam diuinitas stabat, & confortabat eum. Iuxta illud Psalm. 18. Et humilitas tua, vel mansuetudo tua confortabit me. Deinde idem R. Moses hadarsan prosequitur ibidem, sic dicens: Huic simile est illud, quod Numer. 11. scribitur, Si inueni gratiam coram oculis tuis, non videam malum meum. Ticcun sophrim, id est correctio scribarum est. Nam malum tuum, ibi scriptum erat. Et sic illud Iob. 7. capit. Quid faciam tibi o custos hominis? quare posuisti me obuium tibi, & ero super me ad onus? Hoc enim quòd ibi scriptum est, super me, est vna de Ticcun sophrim, id est de correctionibus sapientum. Prius enim, super te, scriptum erat. Sic etiam & illud aliud Iob 32. Et condemnabunt Deum, vel impiè agent cum Deo, loco Dei posuerunt Iob. Et illud quoque Ezechiel. 8. Num leue est domui Iuda, fecisse abominationes, quas fecerunt hic. Impleuerunt enim terram iniquitate, & iterabunt ad prouocandum me, & ipsi mittentes erunt fœtorem ad nasum suum: Ticcun sophrim, id est correctio scribarum est. Quod enim ibi est אל אפם *el apam*, id est ad nasum suum, אלי אפי *el api*, hoc est, ad nasum meum, scriptum erat. Illud præterea Hoseæ 4. Sicut est multitudo eorum, sic peccauerunt mihi, gloriam eorum in ignominiam commutabo: Ticcun sophrim, id est correctio scribarum quoque est. Vbi enim כבודם *chebodam*, id est gloriam eorum, scriptum est, כבודי *chebodi*, id est gloriam meam, scriptum erat. Illud denique Ierem. 2. Et populus meus mutauit gloriam suam, pro eo quod non proderit: Ticcun sophrim, id est correctio scribarum etiam est. Ibi enim כבודי *chebodi*, id est gloriam meam, & non כבודו *chebodo*, id est gloriam suam, prius scriptum fuit. Hæc & alia permulta huius generis in Berescit Rabba, id est in expositione magna Geneseos comperiuntur. Quod non so-

lum ipsi Sophrim, id est scribæ faciebant, sed suos quoque discipulos facere docebant. Vt enim habetur in libro ספורי *iemamoth*, id est fratriarum in calce capituli תערל *haarel*, sic dixit R. Iohanan ex nomine R. Simeonis: Bonum est, vt auferas literam vnam de lege, & sanctificetur nomen Cœli in publico. In his itaque quæ in prædicta traditione proponuntur, optimè subscripti textus corriguntur, qui tam apud nos, quàm apud Hebræos vitiati atque corrupti leguntur. Et primum quidem illud Genes. 18. quod apud nos sic habetur, Abraham verò adhuc stabat coram Domino, ita corrigi debet, Deus autem adhuc stabat coram Abraham. Illud deinde quod in Psalm. 17. nostra editio sic habet, Et dedisti mihi protectionem salutis tuæ, & dextera tua susceptit me, & disciplina tua correxit me in finem, & disciplina tua ipsa me docebit, ita quoque corrigi debet, Et dabis mihi clypeum saluationem tuam, & dextera tua confortabit me, & humilitas tua, vel paupertas tua, vel mansuetudo tua multiplicabit me, vel nutriet me. Illud etiam quod Numer. 11. sic apud nos legitur, Et inueniam gratiam in oculis tuis, ne tantis afficiar malis, ita castigari debet, Si inueni gratiam coram oculis tuis, & non videam malum tuum. Illud quoque quod Iob 7. sic nos habemus, Quid faciam tibi o custos hominum? quare me posuisti contrarium tibi, & factus sum mihimet ipsi grauis? ita corrigi debet, Quid faciam tibi o custos hominis? quare posuisti me obuium tibi, & ero super te ad onus? Item illud quod Iob 42. apud nos sic legitur, Sed tantummodo condemnassent Iob, ita correctè legendum est, Et condemnabunt Deum, vel impiè agent cum Deo. Illud adhuc quod Ezechiel. 8. sic apud nos habetur, Nunquid leue est hoc domui Iuda, vt facerent abominationes istas, quas fecerunt hic? quia replentes terram iniquitate, conuersi sunt ad irritandum me: & ecce applicant ramum ad nares meas, ita castigandum est, Num leue est domui Iuda, fecisse abominationes, quas fecerunt hic? Impleuerunt enim terram iniquitate, & iterabunt ad prouocandum me, & ipsi mittentes erunt fœtorem ad nasum meum. Illud præterea quod Hoseæ 4. sic apud nos est, Secundùm multitudinem eorum, sic peccauerunt mihi, gloriam eorum in ignominiam commutabo, ita corrigendum est, Sicut est inuitudo eorum, sic peccauerunt mihi, gloriam meam in ignominiam commutabo. Illud demum quod Ieremiæ secundo ita nostra editio habet, Populus verò meus mutauit gloriam suam in idolum, sic prorsus castigari debet, Populus verò meus mutauit gloriam meam pro eo quod non proderit. Alter deinde Tiecun Sophrim, id est correctionis scribarum modus (vt in quibusdam sacræ scripturæ locis reperitur) est, vbi id quod Prophetæ scripserant dimittentes, non literas quidem mutauerunt, sed aliter quàm scriptura naturaliter exigebat, punctare præsumpserunt: Hebræi enim vocales non habent, sed quibusdam punctis loco vocalium vtuntur. Quare ex illa punctorum variatione, longè aliter quàm scriptum erat, legitur, sentiuntque alius longè diuersus redditur. CAPNIO: Quis Biblia punctauit? GAL. Moses (vt ipse optimè nosti) legem non punctauit: vnde eam quam Iudæi in Synagogis cum veneratione tenent, sine punctis scriptam habent. Nec aliquis etiam ex prophetis librum suum punctauit. Sed posteriores & Legem, & Prophetas, & Agiographa punctauerunt. Quidam igitur aiunt Ezram codices sacros primùm punctasse. Alij verò non Ezram, sed alios quosdam duos, qui post Ezram fuerunt, quorum alter Ben-Nephtali, alter Ben-Asser appellatus est, primos literis sacris puncta apposuisse affirmant. Quorum quidem opinio communior est. CAP. Nunc aliqua eorum quæ Sophrim, id est scribæ mutatione huiusmodi punctorum in sacris literis deprauarunt, exempli gratia, referas. GAL. Ex his vnum illud est, quod in secundo libro Reg. 16. capit. legatur. Ibi enim apud eos sic scriptum erat, Forsitan respiciet Dominus in humilitatem, vel afflictionem, vel paupertatem, vel mansuetudinem suam, & reddet mihi Dominus bonum pro maledictione sua. Sophrim autem, id est scribæ id corrigere volentes, dictionem בעניי *beenjo*, quæ sic naturaliter punctari debebat, & sic punctata humilitatem suam, vel afflictionem suam, vel paupertatem suam, vel mansuetudinem suam significat, בעיני *beeni* quod in oculum meum significat, punctauerunt. Vnde glossa Rabbi Sclomonis dictionem hanc בעיני *beeni*, id est, in oculum meum, in lachrymas oculi mei exponit. Huic etiam illud Michææ primo persimile est: Omnia idola eius ponam in desolationem, vel destructionem. Et post pauca, Super hoc vlulabo & plangam: vadam expoliatus & nudus. Et paulò post, Quia dolorosa & desperabilis plaga eius. Venit enim vsque ad Iudam, applicuit vsque ad portas populi mei, vsque in Hierusalem. In Geth non annuncietis, ploratu non ploretis. In domo ad puluerem pulueris התפלשתי *hithpallasti*, id est inuolutus, vel circumdatus sum, siue inuolui vel circumdedi me. Sic est & fuit scriptum: Scribæ autem volentes corrigere illud, sic punctauerunt, התפלשתי *hithpallasti*, id est inuolue te (fœminæ generis) ad loquendum. Ex his Michææ verbis aperte habetur quòd Deus humo vel puluere inuoluendus erat: non obstante quod Propheta התפלשתי *hithpallasti*, id est inuolui me (in præterito) posuerit, more vtique prophetarum, qui ad maiorem futuri euentus certitudinem insinuandam, præterito pro futuro quàm sæpissimè vti solent. Vnde super illud Esaiæ 42. Ista verba feci eis: Rabbi Selomo in glossa ita dicit: Feci eis, id est faciam eis: omnis enim lingua prophetica loquitur de futuro, ac si iam factum sit. Hæc Rabbi Selomo. Non est autem hic ignorandum, quòd hoc verbo עפר *hapher*, quod est humus, vel pulus humectatus, vsus est etiam Abraham, quando cum Domino loquens, humanique corporis conditionem, vilitatemque exprimere volens, dixit Genes. 18. Ecce obsecro, assectaui loquiad Dominum, ego עפר *aphar*, id est humus, vel pulus humectatus, ואפר *veaphar*, id est

*Secundus deprauationis sacra scripturæ modus.*



id est & cinis. Dixit, humus & cinis, vt in humo, vel in puluere humectato exprimeret hominis materiale principium, & in cinere finalem ipsius resolutionem. Quid igitur sibi vult hoc Domini apud Micheam dictum, dum ait: In domo ad humum, vel de humo puluueris humectati inuolui me? Nisi quòd in corpore terreno vel carneo vnius virginis inuolui, pro inuoluam me, hoc est, vestiam me. Ex his quæ in hoc secundo modo Tiecun Sophrim, id est correctionis scribarum dicta sunt, duo textus præcipuè corriguntur, qui tam apud nos, quàm apud Hebræos corrupti habentur. Et primus quidem est, qui 2. Reg. 16. capsic in nostra editione habetur. Si forte respiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac hodierna. Hic autem textus ita omnino corrigendus est: Forsitan respiciet Dominus in afflictionem suam, vel in humilitatem suam, vel in paupertatem suam, vel in mansuetudinem suam, & reddet mihi Dominus bonum pro maledictione sua. Secundus verò textus est, qui Michææ primo sic apud nos legitur: In domo puluueris, puluere vos conspergite. Hic etiam textus ita prorsus castigari debet, In domo ad humum, vel de humo puluueris inuolui me, vel circumdedi me. Tertius postremò Tiecun Sophrim, id est, correctionis scribarum modus, quo Scripturam sacram vitiari contigit, est, cum quod Moses & Prophetæ scripserunt, ipsi in textu dimittentes, aliud in margine foris posuerunt, quod קרי *cheri*, id est legendum vocant, & quod intus in textu est כתיב *chetib*, id est scribendum appellant. Hoc autem ex verbis Rabbi Selomonis apertè colligitur, super illud Deuteronom. 28. Vxorem desponsabis, & vir alius constuprabit eam. Ibi enim glossa Rabbi Selomonis sic ait, ישגלנו *isgalenna*, verbum est coitus concubinæ. Et Targum causa curialitatis loco eius posuit ישכבנה *Iscauenna*, id est iacebit cum ea. Et hæc est Tiecun Sophrim, id est correctio scribarum. Hæc Rabbi Selomo. Item ipse idem Rabbi super illud Esa. 36. Et dixit Rabsaces: Num ad dominum tuum, & ad te misit me Dominus meus ad loquendum verba hæc? Nonne magis ad homines sedentes super murum, ad comedendum stercus suum, & ad bibendum vrinam suam. Glossa autem Rabbi Selomonis sic ibi dicit, חוריהם *Horehem*, id est stercus suum, qui est simus egrediens de foramine quod inferius habetur: lingua verò pulchra & curiali correxerunt hoc Sophrim, id est scribæ, voluerunt-que vt צואתם *tsoatham*, id est egestionem suam legeretur. Ita enim decreuerunt magistri, quòd scripturæ ad vituperium incurialiter scriptæ, curialiter & vrbane legerentur. Quemadmodum illud Deuteronomii cap. xxviij. quod scriptum est בעפולים *baapholim*, id est cum tenasmis, posuerunt extra in margine legendum, בטחורים *bartheorim*, id est cum hæmorrhoidis, vel dysenteriis. Item ibidem vbi Moses scripsit ישגלנה *isgalenna*, id est constuprabit eam, exterius posuerunt ישכבנה *Iscauenna*, id est iacebit, vel dormiet cum ea. In Esaiæ insuper xxxvj. cap. vbi scriptum est, חוריהם *Horehem*, id est stercora sua posuerunt extra צואתם *tsoatham*, id est egestionem suam

Ibidem quoque vbi Propheta posuit שתנתם *sethnehem*, id est vrinam suam, scribæ posuerunt מימי רגלהים *meme raglehem*, id est aquas pedum suorum. Et reliqua multa his similia. Hæc omnia Rabbi Selomo. Apud Hoseam quoq; prophetam ix. cap. sic est, & erat scriptum בינם אוי להם כשרי מחם hoc est, quia etiam veh eis, incarnatio mea ex eis. Scribæ autem dictionem בשרי *besari*, id est incarnatio mea, vel caro mea, contra naturam ipsius dictionis punctauerunt בשרי *besiri*, quod in recessu meo significat. Contra naturam ipsius dictionis ideo dixi, quia בשרי *besiri* quod intus in textu est, cum litera ש *scin*, quemadmodum Hoseas Propheta scripserat, scriptum est. Idcirco בשרי *besari*, id est incarnatio mea, vel caro mea, punctari debuit cum a, dicens בשר *basar*, id est caro veniat. בסרי *besiri* autem quod exterius posuerunt, & in recessu meo significat, cum litera ס *samech* scriptum est. Vnde locum hunc Rabbi Selomo exponens, ita ait: Quia etiam veh eis scilicet patribus בשרי *besiri* quasi בסרי *besiri*, id est in recessu meo ab eis. Et est vnum ex illis in quibus scribitur ש *scin*, & legitur ס *samech*. Rabbi etiam Chimhi in libro Serascim dicit, Quod etiam veh eis בשרי *besiri*, scribitur cum litera ש *scin*, & legitur cum ס *Samech*. Hæc omnia Rabbi Selomo. Ex his quoque quæ hic de tertio modo Tiecun Sophrim, id est correctionis scribarum diximus, tres inter cæteros castigantur textus. Quorum primus est, qui Deuteronomii xxviij. cap. ita apud nos habetur: Vxorem accipias, & alius dormiat cum ea. Hic autem textus ita iuxta Hebraicam veritatem corrigendus est: Vxorem desponsabis, & vir alius constuprabit eam. Secundus verò textus est, qui apud Esaiam xxxvj. cap. sic apud nos legitur, Et dixit Rabsaces: Nunquid ad dominum tuum, & ad te misit me dominus meus, vt loquerer omnia verba ista? & non potius ad viros qui sedent in muro, vt comedant stercora sua, & bibant vrinam pedum suorum vobiscum? Hic etiam textus sic castigari debet: Et dixit Rabsaces, Num ad dominum tuum, & ad te misit me Dominus meus ad loquendum verba hæc? Nonne magis ad homines sedentes super murum, ad comedendum stercus suum, & ad bibendam vrinam suam? Tertius demum textus est Hoseæ ix. quem nostræ editionis autor Tiecun Sophrim, id est correctionis scribarum errorem secutus, ita transtulit: Sed & veh eis cum recesserо ab eis. Hic autem textus ita prorsus castigandus est: Quia etiam veh eis incarnatio mea, vel caro mea ex eis. CAPNIO. Dic obsecro & reliqua, si qua sunt, horum gentrum alia apud eos. GAL. Tam multa profectò sunt, vt omnia dici, sit fere impossibile. Dicam igitur & ex multis alia quædam. Velim tamen, vt si aliquta ex his quæ dicta sunt, replicari contigerit, ad nugationem id mihi non asc ribatur. Fieri quippe minimè potest, eorum quos eadem dixisse contingit, seorsum, ac præcisè verba referre (prout nos contra Iudæos agentes, facere oportet, ne quod dicimus, ipsi negent) & idem pluries non repetere. In libro itaque Siphre qui valde apud eos authenticus est, sic inter extera habetur, super illud Numer. x. cap. Surge Domine, & dissipentur

*Tertius deprauationis scripturæ modus.*

inimici tui, & fugiant odientes te. Nunquid habet odientes se, qui dixit, & factus est mundus ? Annunciat autem & docet scriptura, quòd omnis qui odit Israel, perinde est ac si oderit eum, qui verbo condidit mundum. Et sic ipse dicit apud Zachariam ij. cap. Qui enim tangit vos, tangit pupillam oculi sui. Vbi Rabbi Iudas ait : Pupillam oculi sui non fuit dictum, sed pupillam oculi mei. Ex quo autem in lege dictum ita est, dici potest: Contra sursum, id est contra Deum loquens erat scriptura, sed scriptura recens pronominauit, hoc est pro eo quod scriptum erat, aliud dixit. Quasi hoc idem est illud Iob vij. cap. Quare posuisti me obuium tibi ? & ero super te ad onus ? Ex quo in lege scriptum est, dici potest : contra sursum, id est contra Deum loquebatur scriptura, sed pronominauit scriptura recens, id est pro eo quod scriptum erat, aliud nominauit : Simile est etiam huic illud apud Ezech. viij. cap. Et ipsi mittentes erunt fœtorem ad nasum meum. Ex quo in lege scriptum est, dici potest. Simile quoque huic habetur in Habac. i. cap. Nunquid tu ab antiquo Domine Deus meus, sancte meus, non morieris ? Ex quo in lege scriptum est, dici potest : Contra Deum loquitur scriptura, sed pro eo dixit scriptura recens, moriemur. Simile huic est illud Psalm. cvj. Et mutauerunt gloriam meam. Pro eo autem dixit scriptura recens, gloriam suam. Simile adhuc est illud Num. xi. cap. Et si sic tu facis mihi, interfice me quæso interfectione, si inueni gratiam in oculis tuis, & non videbo malum tuum. Ex quo in lege scriptum est, dici potest : Contra sursum scriptura locuta est, sed pro eo aliud scriptura recens dixit. Simile insuper huic est illud Numer. xij. cap. Qui est in exitu suo de matrice matris nostræ, & comeditur medium carnis nostræ. Ex quo in lege scriptum est, dici potest : Contra sursum loquebatur scriptura, sed pronominauit scriptura recens, quam correxerunt scribæ, matris suæ & carnis suæ ponendo. Hæc omnia ex libro Siphre. In plerisque quoque aliis libris multa id genus compe- E riuntur, & præsertim in commentariis Rab. Mosis hadarsan in Genesin, super illud Genes. xvij. cap. Et Abraham adhuc stabat coram Deo. Et in Midras tillim, id est in expositione Psalmorum super illud Psalmi xvij. Et dedisti mihi scutum saluationem tuam. Atque in calce libri Ben-asser, qui Dicduc nuncupatur, & in aliis quàm plurimis locis, in quibus & ea quæ retulimus, & alia non pauca huius generis ponuntur, diuersimodè tamen, prout ipsis Iudæorum Doctoribus expo- F nenda occurrunt. Sed aliis omissis, pauca quædam ex his quæ in prædictis commentariis eiusdem Rabbi Mosis hadarsan loco præmemorato ponuntur, adducam, præter ea quæ inde adducta sunt. Ibi enim inter cætera ponitur illud Psalmi xxij. Circumdederunt me canes, synagoga vel concilium malignantium obsederunt me, כארו *caru*, id est foderunt manus meas & pedes meos. Remouerunt inde כרו *caru*, quod foderunt significat, & כאארי *caari* scripserunt, quod idem est quod sicut leo. Item in eo quod scribitur in libro ij. Regum xij. cap. Non est nobis pars in Dauid, nec hæreditas in filio Isai : Reuertere לאהליך *leohecha*, id est ad deos tuos Israel. Remouerunt inde A לאלהיך *leelohecha*, id est ad deos tuos, & posuerunt לאוליך *leohecha*, quod ad tabernacula tua significat. Et quibusdam aliis huiusmodi interiectis, ita idem Rabbi prosequitur : Ex hoc autem patet cur vocati sint viri Synagogæ magnæ Sophrim, id est numerantes, quia ipsi numerauerunt literas omnes, quæ in lege sunt, & eas inquisierunt, atque exposuerunt. Hæc omnia in expositione in Genesin Rabbi Mosis hadarsan : vbi & quàm plurima quoque alia huius generis ponuntur, quæ ne prolixior æquo fierem, omittenda duxi. Per ea autem quæ in duabus supradictis traditionibus nunc adduximus, tres adhuc præter cæteros corriguntur textus, qui tam apud nos, quàm apud Hebræos vitiati atque corrupti leguntur. Et primus quidem textus est, qui Numer xij. cap. sic apud nos habetur : Quod proiicitur de vulua matris suæ, ecce iam medium carnis eius deuoratum est. Hic autem textus ita castigandus est : Quod est in exitu suo de matrice matris nostræ, & comeditur medium carnis nostræ. Secundus verò textus est qui ij. libro Reg. xij. cap. sic apud nos legitur : Non est nobis pars in Dauid, neque hæreditas in filio Isai, reuertere in tabernacula tua Israel. Hic etiam textus sic corrigi debet : Non est nobis pars in Dauid, nec hæreditas in filio Isai, reuertere ad Deos tuos Israel. Tertius demum textus est, quem Habacuc primo cap. sic editio nostra habet : Nunquid non tu à principio Domine Deus meus, sancte meus, & non moriemur ? Hunc & sic quoque castigari oportet : Nunquid tu ab antiquo Domine Deus meus, sancte meus, non morieris ? Ex his igitur omnibus (vt palàm visum est,) non tantùm sacrilega scribarum audacia deprehenditur, verùm ipsius quoque sacræ scripturæ textus optimè castigantur : non apud eos modo, sed etiam apud nos, qui in nostris editionibus tam Græcis quàm Latinis ipsorum scribarum deprauationes hactenus secuti fumus. CAPNIO. Miror diuum Hieronymum (vt cæteros diuinæ paginæ taceam interpretes) qui præ cæteris nostris tam Græcis quàm Latinis, Hebraicarum literarum studiosus extitit, has deprauationes non deprehendisse. GAL. Id tibi nequaquam mirum videri debet, cum hæ quidem deprauationes non nisi per Talmudistarum traditiones, in Talmud, antedictisque codicibus contentas, deprehendi queant, quæ ad Hieronymi noticiam nunquam deuenerunt, vt facilè ex verbis eius elici potest. Ipse enim ad Oceanum scribens : Labore inquit, precii Baraniam Iudæum nocturnum habui præceptorem : timebat enim Iudæos, & exhibebat se mihi alterum Nicodemum. Quemadmodum igitur Iudaicorum magistrorum penuriam habuit, ita fortè & librorum, & præsertim ipsius Talmud, quem Iudæi propter Messiæ arcana fidei nostræ consentanea, in eo contenta pro viribus occultare nitebantur. Quare mirandum minimè est, si ista non inuenerit. Nam si inuenisset, silentio præteriri tam grandia fidei nostræ mysteria, nefas profectò G censuisset, ac veritatem quam Mosis cæterique Prophetæ in antedictis locis posuerant, rectè transtulisset.

CAPVT



## CAPVT IX.

*Quomodo sit contra Iudæos per eorum scripturas procedendum.*

## CAPNIO.

POSTQVAM te adire meruimus, qui diuino numine inspiratus, arcana hæc tam mirifica ac diuina, in Talmudicis Iudæorum libris latitantia retegere potis es, abs te omni contentione petimus ne quid eorum nobis occulendum ducas : quin potius ad ipsius omnipotentis Dei honorem, ad sacrosanctæ Christianæ Ecclesiæ decus, ad Orthodoxæ fidei confirmationem, ad animarumque salutem, atque ad Catholicæ veritatis manifestationem, vnumquodque eorum prout interrogauerimus, nobis referare non prætermittas. GAL. Ego quidem quoad potero, satis vestris votis facere conabor : vos autem si quid boni dixero, id non mihi, sed Deo attribuite, à quo (vt Polycrates ait) πάντα τὰ ἀγαθὰ προϊέχονται : & rectè quidem. Nam Platone attestante, θεὸν τὸν ἐπὶ πᾶσι τὰ ἀγαθὰ. Mala verò quæcunque, inscitiæ meæ ascribite. In primis itaque scire oportet, quòd sacra vetus scriptura omnes fidei Catholicæ articulos figuris variis & ænigmatibus obuolutos, & quasi velaminibus circumtectos, ac sigillis quibusdam obsignatos, continebat : vt Christo adueniente, per ipsum velaminibus & sigillis amotis, clarè reuelarentur, atque palàm fierent, quatenus veritate præsente figuræ cessarent, & luce apparente, tenebræ depellerentur, & sole iam orto, quæcunque obscura erant, clara ac lucida redderentur : cum ipse Christus sit veritas, lux, & sol iusticiæ, qui (Iohanne Euangelista autore) illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Quamobrem & ipse met dixit Ioan. 8. ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου· ὁ ἀκολουθῶν ἐμοὶ οὐ μὴ περιπατήσῃ ἐν τῇ σκοτίᾳ, ἀλλ' ἕξει τὸ φῶς τῆς ζωῆς. Iuniores autem Iudæorum cum sint perfidiæ impietate prorsus obcæcati, rectum di- E uinæ scripturæ sensum contra nos retorquent, nobisque bellum ingerunt : sed nos per priscorum Talmudistarum traditiones, qui legis prophetarumque dicta explanantes, clariùs de ipsis articulis loquuntur, eos facile conuincimus. Quare vt magis eorum falsitas deprehendatur, magisque ipsa Catholica veritas eluceſcat, in vnoquoque ipsorum arcanorum duo faciam. Primùm enim ipsa Legis ac Prophetarum dicta, quæ ipsi falsis expositionibus peruertere, atque contra nos F retorquere nituntur, adducam, ac rectè ad propositum nostrum per ipsorummet scripturas exponam, ipsas eorum falsas expositiones, per Talmudisticas authoritates refellendo. Deinde verò aduersus eos ipsum Catholicæ veritatis arcanum, Talmudistarum testimoniis comprobabo. Sic enim Talmudistæ per Talmudistas facilè conuincentur. Hoc. Si Talmudistæ per Talmudistas circa perfidiæ errorem conuinci possent, profectò circa huiusmodi errorem inter se diuisi essent, sibique inuicem aduersarentur. Sed cum omnes semper in eodem perfidiæ errore obstinati, & fuerint & persistant, sequitur sanè, eos circa huiusce generis errorem, neque inter se diuisos esse, neque B sibi inuicem aduersari. Talmudistas igitur per Talmudistas minimè conuinci posse clarum est. GAL. Etsi Babylonicus Talmud (vt de eo qui postremò editus est, dicam) anno post Christum natum 477. compactus sit, Talmudistarum tamen tria *Talmudistarum tria plex genus.* sunt genera. Quidam enim Christi præcesserunt aduentum, quidam verò subsecuti sunt vsque ad C tempus illud, quo idem Talmud confectus est. Quorum vtrique ideo Talmudistæ vocantur, quia ex eorum scripturis (vt alibi diximus) Talmud ipse congestus est. Vnde & veteres Talmudistæ non ab re vtrique dicuntur. Recentiores autem seu iuniores Talmudistæ ij appellati sunt, qui longè post succedentes, vt Legis ac Prophetarum de Messia testimonia aduersus Christianum dogma retorquerent, ipsa contra priscorum Talmudistarum sententias peruertere conati sunt. Quòd isti ergo Talmudistæ per antiquos illos qui Christi natalem antecesserunt conuinci valeant, nemini dubium est, vt latissimè in sequentibus patebit. D Quòd autem per eos conuinci quoque possint, quos post Christum vsque ad ipsius Talmud editionem fuisse contigit, nemo etiam dubitandum duceret, qui vtrorumque scripta rectè perpenderet, cum illorum præterea maxima pars Christi fidem susceperit, etsi legalium æmulatores extiterint, vt suprà ostendimus. Isti autem cum nunquam Christi receperint fidem, quinimò eam omni conatu impugnare non desistant, constat plane, illos & istos circa eundem fidei errorem non versari. Illi enim etsi in eo errarint quòd legalia seruarent, Christo tamen adhærebant, ipsumque confitebantur. Hi verò & legalia seruant, & Christum pertinaciter negant, atque persequuntur. Isti insuper cum illorum Philosophandi ac Theologizandi morem, artemque penitus ignorent, multa mysteria atque arcana quæ illi ænigmaticè ac parabolicè tradiderunt, in ludibria & blasphemias conuertunt. Quas ob res cum per illorum dicta, istorum improbabimus errores, istos per illos optimè superabimus. Et sic (vt dixi) Talmudistæ per Talmudistas conuincentur. Quare nunc ad ipsa Catholicæ veritatis arcana accedamus.

LIBER SECVNDVS.

# DE DIVINA TRINITATE ET DE DIVINIS NOMINIBVS PER QVÆ ET IPSA DEI TRINITAS CVM INdiuidua essentiæ vnitate, & ipsius perfectiones optimè insinuantur.

## CAPVT PRIMVM.

*Quòd Deus sit trinus & vnus.*

CAPNIO.

ID inter cætera recentiores Iudæorum maximè nobis obiiciunt, Quòd cùm Patrem, Filium, & Spiritum sanctum nos confiteri audiunt, tres Deos colere, pluralitatemque Deorum nos ponere, aiunt. Quod profectò longè magis quam ipsi, abhorremus. Eam ob rem Deum esse trinum & vnum, ex Prophetarum dictis, priscorumque Talmudistarum testimoniis, primum te probare oportet. GAL. Vnum quidem esse Deum substantiæ, ac naturæ simplicitate, Christiana credit religio. Tres verò personas, quæ sunt Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, quarum propriætates sunt paternitas, generatio, atque processio: non essentia, neque natura tres, sed mere vnum esse, confitetur. Deus igitur in personis quidem trinus est, in essentia verò vnus. Deum autem vnum esse, non opus est multis probare verbis, neque ad id probandum diutius immorari: cum ipsa Dei vnitas sit firmissima, ac tam fixa mentis conceptio, vt naturaliter esse non possit, nisi vnus Deus. Et Iudæi quoque, & quicunque legem credunt, hoc omnes fatentur, & clamitant. CAPNIO. Satis est igitur hic si circa diuinæ trinitatis sacramentum, per vetustorum Iudæorum sententias, iuniorum refellatur error. GAL. In re tam ardua & perdifficili, prius quidem eorum prorsus delendum est fundamentum, deinde verò expositionum, quibus sacras peruertunt literas, falsitas improbanda. Nos autem prolixitatem vitare volentes, tam hac in re, quàm in aliis multis, simul vtrunque faciemus. Ratio igitur super quam huiusce erroris iaciunt fundamentum, ea potissima est, quòd malè intelligant, ac falsò exponant illud Deuter. 6. cap. scriptum, שמע ישראל יהוה אלהינו יהוה אחד Hoc est, Audi Israel, Deus, Deus noster, Deus vnus est. Quæ licet verba ex se clara sint, ob dictionem tamen vnus quæ ibi ponitur, Iudæi nostri seculi mentis cæcitate perculsi, inde potissimum erroris causam sumunt, vt diuinæ trinitatis mysterium negent, vnde maximè ipsius notionem nancisci deberent. Ex hoc enim ita Deum vnum esse putant, vt ab eo personarum pluralitatem omnino excludant. Hoc. Hæc quidem verba secus quàm tu transtuleris, textus noster habet. Sic enim dicit: Audi Israel, Dominus Deus tuus, Deus vnus est. GAL. Fateor equidem ita esse. Sic enim & Græcus, quem noster in omnibus penè sequitur, textus habet. Ait enim sic, ἄκουε Ἰσραηλ, κύριος ὁ θεὸς σου κύριος εἷς ἐστι. Sed clarum profectò est, Hebraicum textum longè melius, quàm noster, siue Græcus siue Latinus exprimat, contra Hebræos ipsos veritatem exprimere. Ratio autem quare vbi nostra tam Græca quàm Latina editio, hoc in loco Dominus habet, (Deus, ego traduxi) ea quidem est, quòd ibidem Hebraicus textus habet יהוה, quod est nomen Dei illud tetragrammaton, quod Deum non per effectum, sed per essentiam designat. Sed quoniam diuina essentia secundum proprium eius esse, mente nullatenus excogitari potest, idcirco apud Iudæos nefas esse censetur, nomen ipsum ore pronunciari, vti literæ ipsæ sonant, ex quibus componitur. Quare vbicunque hoc nomen comperiunt, illud haudquaquam proferre audent, sed loco eius hoc nomen אדני *Adonai* proferunt, quod idem est quòd Dominus: literæ verò ipsius nominis non Dominum, sed Deum per essentiam significant. Autor igitur tam Græcæ quàm Latinæ editionis, nomen ipsum iuxta prolationis significatum transtulit, scripturæ verò significatum quod potius est, omisit. Ego autem cui vel maximè cordi est, veri-





est, veritatem quam Iudæi negant, per eorum scripturas patefacere, illud secundùm proprium eius significatum traduxi, vt Deum trinum & vnum in supradictis verbis designari clariùs ostenderem. Neque enim aliam ob causam, Moses ille magnus ter Dei nomen ibi posuit, nisi vt diuinarum personarum trinitatem distinctè insinuaret. In dictione autem vnus, quam immediatè subiecit, innuit tres personas diuinas, non tres Deos, sed vnum esse Deum: hoc est (vt Damascenus ait) μία οὐσία, μία φύσις, μία θεότης: id est vna essentia, vna natura, vna deitas. Quare personarum trinitas diuinæ naturæ vnitati nequaquam derogat. Quòd autem in eisdem verbis per triplicatum Dei nomen, tres diuinæ designentur personæ, Pater videlicet, Filius, & Spiritus Sanctus, hoc Iudæi minimè negare possunt, cùm R. Simeon Iohai filius, in libro qui זוהר *zohar* dicitur, super textum hunc ita dicat: Audi Israel: Ait R. Ibba, Hic est ò Israel antiquus יהודה, id est Deus, qui est principium omnium rerum, antiquus antiquorum, hortus radicum, & omnium rerum perfectio, & dicitur Pater אלהינו *Elohenu*, id est Deus noster, profunditas fluminum, & fons scientiarum, quæ procedunt ab illo Patre: & Filius vocatur, יהודה, id est Deus: hic est Spiritus sanctus, qui à duobus procedit, & vocatur mensura vocis. Vnus est, vt vnum cum alio concludat, & colligat. Neque enim alius ab alio diuidi potest. Et propterea ait, שמע *Stema*, id est congrega Israel hunc Patrem & Filium & Spiritum sanctum, eumque fac vnam essentiam, vnamque substantiam, quia quicquid est in vno, est in alio. Totus fuit, & totus est, totusque erit. Hæc ille. Ait etiam ibi idem R. Simeon: Hoc arcanum Filii non reuelabitur vnicuique, quousque venerit Messias. Quia tunc (vt dicit Esaias) repleta erit terra scientia Dei, sicut aquæ mare operiunt. Hæc ille. Multi etiam alii per nomen Dei ter in eodem textu positum, ipsam diuinarum personarum trinitatem significari voluerunt, sed quia tantum mysterium à solo Messia reuelandum erat, illud explicare sibi non licere dixerunt: vt per R. Menahem Rakenad in libro Zohar super eodem Deuteronomii textu, liquidò patet. Quamobrem Talmudistæ non ita expresiè de mysterio trinitatis locuti sunt, sicut Cabalistæ: qui non solùm super eundem textum, sed etiam multis aliis in locis, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum explicitè proferunt.

CAP. Cur Deus in vetere instrumento non ita explicitè trinitatis mysterium tradi voluit, sicut illud in futurum per Messiam reuelandum reseruauit? GAL. Iudæorum populus (vt te scire non dubito) maximè ad idololatriam pronus erat, ad quam cuitandam vniuersa lex vetus illa condita fuit. Ne igitur in eorum qui plures Deos colebant, errorem inciderent, cautè à diuina prouidentia factum est, vt ipsum diuinæ trinitatis arcanum non explicitè, sed implicitè eis traderetur. Sed quoniam idololatria per Messiam penitus explodenda erat, vniuersusque orbis ad vnius Dei cultum reducendus, idcirco Sacramentum illud trinitatis explicitè atque apertè reuelandum, ad dies Messiæ reseruatum fuit: quod omnis quæ Cabalistarum schola planè testatur, asserens ipsius diuinæ trinitatis arcana tantummodo vsque ad Messiæ tempus recondita latere debuisse. Tunc autem cum omnis idololatrici erroris suspicio auferenda esset, & arcana etiam ipsa trinitatis diuinæ palam retegenda fuisse. HOC. Cùm in præmemoratis verbis: Audi Israel, Deus Deus noster, Deus vnus est: ter nomen Dei ponatur, quid est, quòd secundo tantum nomini additur Noster, & non primo, aut tertio? GAL. Id non ab re profectò factum est. Ex hoc enim manifestè innuitur, quòd neque Pater, qui prima est in trinitate persona, neque Spiritus sanctus, qui tertia in eadem trinitate persona est, sed solus Filius, qui secunda est eiusdem trinitatis persona, per nostræ humanitatis participationem noster futurus erat. Cui illud quoque quod in Psalm. 67. scribitur, similè est: Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus, & metuant eum omnes fines terræ. Vbi in eo quòd ter ponitur Deus, trium personarum diuinarum designatur distinctio. In eo autem quòd secundo tantum loco adiungitur Noster, solum Filium per nostræ naturæ assumptionem, nostrum fore insinuabatur. In eo verò quòd postremo, metuant eum, & non eos, dicitur, ipsarum personarum vnitas quoad naturam, atque identitas ostenditur. Vt palàm demonstretur, tres personas diuinas, non tres Deos esse, sed vnum solum Deum. Quod Esaias quoque apertè monstrauit, cùm 6. cap. dixit, קדוש קדוש קדוש יהוה צבאות מלא כל הארץ כבודו Hoc est, Sanctus, sanctus, sanctus, Deus exercituum, plena est omnis terra gloria eius. In eo enim quòd ter dicit Sanctus, tres personas diuinas expresiè designat. Quod per R. Simeonem Iohai filium, & per R. Ionathan Vzielis filium super textum hunc apertè probatur. Nam R. quidem Simeon sic Hebraicè ait, קדוש זה את קדוש זה בן קדוש זה רוח הקדש Id est, Sanctus, hic est Pater: Sanctus, hic est Filius: Sanctus, hic est Spiritus Sanctus. R. verò Ionathas ita Chaldaicè inquit, קדיש אבא קדיש ברא קדיש רוחא קדישא Id est, Sanctus Pater, Sanctus Filius, sanctus Spiritus sanctus. CAP. Iudæorum iuniores hic dicerent, hoc minimè in Ionatha haberi. GAL. Verum quidem est in his Ionathæ libris quos nunc ipsi frequentius præ manibus habent, (vt hoc ipse nosti) non haberi, cùm illud inde maiores eorum deleuerint, eoque in loco ita scripserint, vti libri quos postmodum scribi contigit, continent. In vetustissimis tamen libris, qui rarissimi sunt, ita prorsus habetur, vt ego retuli. Quorum ipse vnum vidi, cum essem Licij, qua tempestate Iudæi ex toto Regno Neapolitano, iussu Regis Catholici expellerentur. Ex ille quidem hoc loco sic omnino habebat, vti ipse retuli. In eo autem (vt ad verba Esaiæ redeam) quòd postrema illa nomina sanctus, sanctus, sanctus immediatè, semel duntaxat ponitur nomen Dei τετραγράμματον, quod est, יהוה, id est Deus, per quod diuina essentia importatur, clarè innuitur, tres illas personas non tres Deos, sed vnum Deum esse. Eas ob res veteres illi Talmudistæ, qui huius arcani non omnino ignari erant, statuerunt, quòd tam ista

*R. Simeon ben Iohai.*

*Expositio R. Ibbæ.*

*Cur secundo nomini Deus, additur noster, & non primo, aut tertio.*

*Quare mysterium trinitatis non fuit sub vetere lege explicitè traditum.*

*Trinitatis mysterium explicitè per Messiam reuelandum erat.*

Esaiæ verba, quàm illa Deuteronomii, Audi Israel, Deus, Deus noster, Deus vnus est, ab vnoquoque Iudæorum bis saltem in die, manè scilicet & vespere, dicerentur. Quod apud eos hucusque seruatur: vt dum Iudæi ipsi hæc eadem verba ore pronunciant, & diuinarum personarum trinitatem, & diuinæ essentiæ vnitatem, sicut verba illa designant, ita se corde quoque credere protestentur.

## CAP. II.

*Quòd personarum trinitas vnitati diuinæ essentiæ non derogat, per rationem super Iudæorum scripturas fundatam.*

## CAPNIO.

ET si cùm Iudæis nostri temporis ratione pugnandum non sit, quia cum mentis oculos errore perfidię perturbatos habeant, rationis lumine, quo veritatem perspicere queant, penitus carent. Verumtamen quia rationem quæ super eorum fundatur scripturas, haudquaquam negare possunt, idcirco ad maiorem erroris eorum confutationem, & ad clariorem Catholicæ veritatis expressionem, benè quidem mi Galatine ageres, si ratione quoque Hebraicis testimoniis roborata, personarum trinitatem cum diuinæ essentiæ vnitate, absque vlla eiusdem vnitatis derogatione, esse posse probares. GAL. Faciam equidem, & profectò quàm breuissimè. Nonne igitur ipsi concedendum ducerent Deum in diuersis esse locis? CAP. Ita prorsus. Hoc enim & Talmuditæ passim affirmant, & scriptura sacra asserit: quæ præsertim Psalmo apud eos 139. ita ait, אם אסק שמים שם אתה ואציעה שאול הנך אשא כנפי שחר אשכנה באחרית ים: גם ידך תחני ואחזני ימינך. Hoc est, Si scandero cœlos, illic tu es, & si iacuero in inferno, ades. Si portauero alas auroræ, si habitauero in extremo maris, etiam illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Quibus ex verbis apertè liquet Deum vbique esse. GAL. Id autem secundum diuersas partes verificari nequit. Quia cùm Deus spiritus sit, ac summè simplex, vt ipsi etiam aiunt, omni prorsus partium diuersitate, atque compositione caret. In libro enim Formationis, quem ipsi ספר יצירה Scpher ietsira vocant, eo in loco vbi ponuntur decem sephiroth, id est decem incorporei, abstractique numeri, seu potius decem incorporeæ secretæque vnitates, quarum prima tanquam omnium abstractissima ponitur Deus ipse, sic habetur, רוח אלהים ברוך ומבורך שמו של חי העולמים קול ורוח ודבר רוח הקדש. Id est, Spiritus Dei, siue Spiritus Deus, benedicens & benedictum nomen eius, qui est vita sæculorum, vox, spiritus, & verbum: hic est Spiritus sanctus, cuius (vt habent alii libri) principium perscrutari nequit, & cuius finis nullus est terminus. Hæc ibi. Neque etiam eum successiuè diuersis in locis esse dicerent. Quia tunc secundum locum mirabilis esset, quod ipsi omnino negant, cùm Deo nequaquam conuenire possit. Quoniam cum æternus sit, & immensus atque summè simplex, neque secundùm tempus, neque secundùm locum, neque secundùm formam mutari potest. Quare ipsi quoque quemadmodum & nos, eum omnino immutabilem asseuerant: cùm Deus ipsemet apud Malachiam 3. cap. dicat, אני יהוה לא שניתי Hoc est, Ego Deus non mutor. Ea propter fateri eos oportet, Deum (etsi vnus sit) totum cum suæ vnitatis veritate, simul & semel in diuersis locis esse. Quocirca ita quoque eos concedere necesse est, ipsam diuinitatem (& si vna tantum numero existat) totam simul in pluribus esse posse personis. Quòd si illud primum concedunt, cur hoc secundum negant, cùm non magis vnum quàm alterum concedendum sit? Sed hoc minimè certè negare possunt, cùm passim illud non modò prisci Talmudistæ, atque Cabalistæ (vt iam ostensum est) fateantur, verumetiam diuina quoque attestentur eloquia. Nam vbicunque in sacris veteris instrumenti literis, vnius Dei essentia insinuatur, semper ferè ibidem & trium personarum pluralitas innuitur. Et econtra, quocunque in loco personarum trinitas exprimitur, semper penè eodem quoque in loco & diuinæ substantiæ vnitas explicatur, ne aut propter singularis Dei vnitatem, personarum trinitas à diuina natura excludatur, aut propter personarum trinitatem, plures Dij esse credantur: sed sic in altero tres ipsæ diuinæ hypostases absque confusione ab inuicem distinctæ credantur, vt in altero ipsius Dei vnitas omnino saluetur. Quod in cantico quoque Moïs liquidò patet: in quo eo in loco vbi nos habemus, Videte, quòd ego sim solus, & non sit Deus præter me: Hebraicus textus sic habet, ראו עתה כי אני אני הוא ואין אלהים עמדי Id est, Videte nunc, quia ego, ego, ipse, & non sunt Dii mecum: Vbi apud Hebræos hæc tria ponuntur nomina, quæ apud eos diuina sunt, אני אני הוא *Ani, Ani, Hu*: quæ ego, ego, ipse, apud nos interpretantur. Quid igitur ibi per tria hæc diuina nomina, nisi trium diuinarum personarum pluralitas, ac distinctio designatur? Et quid per illud, quod ibidem immediatè subiicitur, Et non sunt Dii mecum, insinuatur, nisi quòd tres illæ diuinæ hypostases, per tria illa diuina nomina designatæ, non sunt tres Dii, sed vnus Deus? Nam etsi tota diuina essentia sit in Patre, tota in Filio, tota in Spiritu sancto: quum Pater sit verus & perfectus Deus, à quo omnia, & Filius verus & perfectus Deus, per quem omnia, & Spiritus sanctus verus & perfectus Deus, in quo omnia: quia tamen ipsa diuina natura vna omnino est in tribus, ideo Pater, & Filius & Spiritus sanctus non sunt tres Dii, sed vnus Deus, qui fecit omnia, & à quo, per quem, & in quo omnia prouenient, subsistunt, & vinificantur, & ad quem tandem omnia reducuntur. Nam vt Gregorius ille Nazianzenus Græcorum Theologorum facilè princeps ait, Εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ εἷς Θεὸς ὁ Υἱὸς δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ εἷς Θεὸς τὸ Πνεῦμα ἐν ᾧ τὰ πάντα. αὕτη γὰρ ἀμίγεια τέλειος, τί ἐξ οὗ, καὶ δι' οὗ, καὶ ἐν ᾧ· μία τῶν πάντων φύσις τελειοτάτη, ἀλλὰ τρεῖς τῶν μιᾶς καὶ ἀσυγχύτου φύσεως ἰδιότητες χαρακτηριζόμεναι. Hoc est, Vnus Deus est Pater à quo omnia, & Filius per quem omnia, & Spiritus sanctus in quo omnia. Hæ enim præpositiones à quo, per quem, & in quo, non naturam quidem diuidunt, sed vnius atque inconfusæ naturæ proprietates characterizant. Quæ quomodo fiant, Iohannes Damascenus ostendit, qui hoc mysterium non minùs eleganter, quàm subtiliter eo in libro, quem de Diuina traditione inscripsit, explanare conatus est, ita cap. 49. inter cætera dicens, Διὰ τῆς θεότητος μίαν φύσιν ὁμολογοῦμεν, τρεῖς δὲ ὑποστάσεις καὶ ἀλλήθειαν αὐτῶν φαμέν, καὶ πάντῃ μίαν τὰ φυσικὰ καὶ οὐσιώδη, ἁπλᾶ φαμὲν, τὰ δὲ διαφορὰν τῆς ὑποστάσεως ἐν μόναις ταῖς τρισὶν ἰδιότησι τῇ ἀγεννησίᾳ καὶ παρρικῇ, καὶ τῇ ἐκπορευτῇ καὶ αἰτιατῇ καὶ ἐκπορευτῇ ὑπὸ μόνου πατρὸς, ἀπορίστως καὶ ἀδιαστάτως ἀλλήλοις, καὶ ἰδιοπροσώπους μένας καὶ ἐν ἀλλήλαις ἀσυγχύτους θεωρουμένας καὶ ἰδιοσυμβόλους, καὶ ἰδιοκλήσεις μίαν ἀσυγχύτως (τρεῖς γὰρ ἐστὶν, οἱ καὶ ἰδιάζονται) διαγορευόμενας ἀδιαστάτως, ἐν γὰρ καὶ ἰσάζον καθ' ἑαυτὸν ὑφεστηκεν, εἶναι τελείαν ἔχει ὑπόστασιν, καὶ τῶν εἰρημένων ἰδιοτήτων, ἤτοι τὸν τῆς ὑποστάσεως τρόπον ἔχει φόρον πάλιστα, ἀλλ' ὁμοίως τῇ τε οὐσίᾳ, καὶ τοῖς φυσικοῖς ἰδιώμασιν ἐν τῷ μὴ διίστασθαι, καὶ ἐν ἑαυτοῖς φέρειν τὸν πατρικὸν ὑπόστασιν, καὶ εἶναι ὅλος ἐν ὅλῳ καὶ λίζανόμενον. Id est, In diuinitate vnam confitemur naturam, tres autem hypostases, secundùm veritatem esse dicimus. Et omnia quidem naturalia atque essentialia, simplicia dicimus. Hypostasco verò differentiam in tribus solis proprietatibus, in inproducta scilicet ac paterna, & producta ac filiali, & producta atque procedente, nouimus. Inseparabiles autem ipsas, indistabilesque ab inuicem, & vnitas atque in inuicem inconfusè circumincidentes, scimus. Et vnitas quidem inconfusè, (tres enim sunt, etsi vniuntur:) distinctas autem indistanter. Licet enim vnaquæque per seipsam subsistat, hoc est, perfecta sit hypostasis, suamque proprietatem, id est differentem subsistentiæ modum possideat: attamen vniuntur essentia, naturalibusque proprietatibus, & eo quod minimè distant à paterna hypostasi, ac vnus Deus & sunt, & dicuntur.

## CAP. III.

*De diuinarum personarum distinctione. Et de Deo mittente, & Deo misso.*

## CAPNIO.

QVoniam cum Iudæis nostri seculi, qui scripturas nostras non recipiunt, nobis bellum est: ideirco vellem, per eorum duntaxat scripturas, mysteria fidei nostræ ostenderes. Quare omissis nostrorum tam Græcorum, quàm Latinorum doctorum dictis, scripturis Hebraicis personarum diuinarum probadistinctionem. GAL. Libenti animo id faciam, & quidem in cæteris omnibus, ne dum hac in re. Cum validius sit testimonium, quod ab aduersariis sumitur. Primùm itaque Zachariam prophetam audi, de diuinarum personarum distinctione, deque Deo misso, ita secundo capit. dicentem, רני ושמחי בת ציון כי הנני בא ושכנתי בתוכך נאם יהוה ונלוו גוים רבים אל יהוה ביום ההוא והיו לי לעם ושכנתי בתוכך וידעת כי יהוה צבאות שלחני אליך: id est, Canta & lætare filia Sion: quia ecce ego veniam, & habitabo in medio tui, ait Deus. (tetragrammaton) Et applicabuntur gentes multæ ad Deum (tetragrammaton) in die illa: & erunt mihi in populum: & habitabo in medio tui: & scies quòd Deus (tetragrammaton) miserit me ad te. Vbi Rabbi Ionathas in Targum sic Chaldaicè ait, בועי וחדא כנישתא רציון ארי הא אנא מתגלי ואשכינתי בגויך אמר יי ויתוספון עממים סגיאין על עמיה דיי בערנא ההיא: ויהון קדמי לעם ואשרי שכינתי בגויך ותדעי ארי יי צבאות שלחני לאתבנאת לירי: Id est Gaude & lætare Ecclesia Sion. Quia ego reuelabor, & ponam diuinitatem meam in medio tui, ait Deus. (tetragrammaton) Et applicabunt se populi multi ad populum Dei (tetragrammaton) in tempore illo. Et erunt coram me in populum. Et ponam diuinitatem meam in medio, tui. Et scies, quia Deus (tetragrammaton) exercituum miserit me ad prophetandum tibi. Hucusque Targum. Illud autem quod postremò dicit: Et scies quia Deus (tetragrammaton) exercituum miserit me ad prophetandum tibi, non est referendum, nisi ad Deum missum, id est ad Messiam, qui à Deo patre mittendus erat. Satis ergo clarè patet, & per Prophetiam hanc, & per ipsius prophetiæ Chaldaicam translationem, esse & Deum mittentem, & Deum missum. Hunc enim quem mittendum ad prophetandum dicit, ex eo Deum esse euidenter ostendit, quòd immediatè in persona eius inquit, Et ponam diuinitatem meam in medio tui. Et scies, quia Deus (tetragrammaton) miserit me ad prophetandum tibi. Id ipsum etiam ex eo aperte manifestatur, quòd in Prophetia prædicta, Deus ille missus quem oportet esse Messiam, sanctissimo illo nomine Dei (tetragrammato) יהוה quod Deo soli conuenit, vocatur. Ad probandum quoque Messiam Deum esse missum, מדרש שיר השירים *midras scir hascirim*, id est expositionem Cantici canticorum veterum magistrorum adducimus: vbi ita ad verbum legitur: Exultabimus, & lætabimur in te. Rabbi Aben exposuit id quod dictum est in Psalmo, Hic est dies quem fecit Deus, exultemus & lætemur in eo. Dixit Rabbi Aben, Non erant scientes in quo esset lætandum, vtrum de die an de Deo, donec venit Selomo, & exposuit dicens, Exultabimus & lætabimur in te. In te, id est in Deo sancto & benedicto. In te, id est in salutatione tua. Simile autem est hoc cuidam matronæ, cuius Rex maritus eius, & filii eius, & generi eius, profecti sunt ad ciuitatem maris. Venerunt ergo nuncii, & dixerunt ei. Venerunt filii tui: quæ ait, Quid ad me? vel quæ inde vtilitas mihi? lætentur nurus meæ. Rursus dixerunt ei, Venerunt generi tui: quæ ait, Quid ad me? lætentur filiæ meæ. Quando autem dixerunt ei, Venit vir tuus Rex: ait, Ecce certè hæc est mihi sufficiens, & perfecta lætitia. Sic futurum fuit, vt essent Prophetæ venientes, & dicentes ad Hierusalem, Filii tui de longè venient. Esa. 60. capit. Et ipsa dixit eis, Quid ad me? Exultent filiæ Iudæ, Psalm. 97. Et, Filiæ tuæ super latus nutrientur, vel fouebuntur. Esa. 60. At ipsa dixit, Quid ad me? lætetur mons Sion, Psalm. 97. Cum autem dixe-

Zacharias.

runt ei, Ecce Rex tuus venit tibi iustus & saluatus A
ipse, Zach. 9. sicut scriptum est Zacha. 2. Canta & lætare filia Sion, quia ecce ego veniam, & habitabo in medio tui: ait Deus (tetragrammaton) Et congregabuntur gentes multæ ad Deum (tetragrammaton) in die illa, & erunt mihi in populum, & habitabo in medio tui, & scies quia Deus (tetragrammaton) exercituum miserit me ad te. In illa hora ipsa dixit: Gaudens gaudebo in Deo (tetragrammaton) & exultabit anima mea in Deo meo, Esa. 61. Et hoc est, Exultabimus & lætabimur in te: Cantici canticorum primo. Hactenus traditio, in qua elegantissime atq; euidentissime Iudæis perfidis nostri temporis Messiam Deum esse, fidelis eorum tradidit antiquitas. Cum enim post parabolam in applicatione ad propositum, Dei aduentum probant per illud Zach. 9. Ecce Rex tuus veniet tibi iustus & saluatus ipse, cum cæteris quæ subiiciuntur, prudentibus at scripturam sacram scientibus, Messiam Deum esse, euidenter prisci Talmudistæ tradiderunt. Hæc C
enim Zachariæ verba (vt glossa R. Selomonis ibidem ait) non possunt nisi de Rege Messia exponi. Quod mirabili quoq; modo confirmarunt, cum post prædicta verba, aliud eiusdem Prophetæ testimonium protinus subdiderunt, in quo & Deus mittens, & Deus missus optime exprimuntur: qui quidem duo non sunt duo Dij, sed vnus tantum Deus: quoniam etsi in מדות *middoth*, id est in proprietatibus siue personis, duo sint, Deus mittens & Deus missus; in היחיה *hatuya* D
tamen, id est in essentia, vnum tantummodo sunt. Quare Pater & Filius, seu Deus & Verbum eius, non duo Dij sunt, sed vnus Deus. Quod autem Pater sit Deus mittens, & Verbum ipsius siue Filius Dei sit Deus missus, ex verbis R. Simeonis filii Iohai aperte colligitur, cum in principio libri תענית *tahanith*, id est de ieiunio, Hierosolymitani, sic ait, Migrauit Israel in Babyloniam, & migrauit שכינה *sechina*, id est Dei præsentia cum eo. Vnde probatio? Ex eo quod Esaias dicit E
43. cap. Propter vos missus sum in Babyloniam. Ita quoque in Psal. 107. dicitur, Mittet verbum suum, & medebitur eis, vel sanabit eos, & eripiet eos à miseriis, vel corruptelis, vel dissipationib. eorum. Et apud Hose. 1. ita etiam legitur, Et domui Iuda miserebor, & saluabo eos in Deo (tetragrãmaton) quod sic Ionathas Chaldaice transtulit, ועל רבית יהורה אריחם ואפרקינן בימראריי Hoc est, Et domui Iuda miserebor, & saluabo eos in verbo Domini Dei eorum. Illud quoq; Danielis nequaquam alienum est à proposito, cum 9. c. ait, יעתה F
שמע אלהינו אל תפלת עבדך ואל תחנוניו והאר פניך על מקדשך חשמם למען יחות Id est, Et nunc audi Deus noster orationem serui tui, & ostende faciem tuam super sanctuarium tuum desolatum, vel in sanctuario tuo desolato propter Dominum. Vbi habetur argumentum Messiam esse אדני *Adonai*, id est Dominum. Illud postremo maxime notandum est, quod apud Esa. 48. cap. sic legitur קרבו אלי שמעו זאת לא G
מראש בסתר דברתי מעת היותה שם אני ועתה אדני יהוה שלחני ורוחו: hoc est, Appropinquamini mihi, audite hoc: non à capite, id est à principio, in occulto locutus sum. Ex tempore, vel ex hora sui esse, ibi ego eram, Et nunc Dominus Deus misit me, & spiritus eius. In quibus quidem verbis, non solum Deus mittens, & Deus missus ostenditur, sed tota quoque trinitas aperte atque distincte insinuatur. CAP. Rabbi Selomo vt trinitatis mysterium extingueret, ait Esaiam hæc verba de seipso protulisse, qui tempore dationis legis vna cum aliis Prophetis fuit in monte Sinai. Vnde in glossa super hunc locum ita dicit: Rabbi תנחומא *Tanhuma* inquit quod ex hoc loco habetur omnes Prophetas in monte Sinai astitisse. Et hinc est quod Propheta de seipso loquitur, quum ait, A tempore sui esse, illius scilicet sermonis qui manifeste, & non in abscondito dictus est, qui legis dator est, ibi ego eram: quod idem Rabbi Selomo quoque affirmat, super illud Malach. 1. cap. Onus verbi Domini in manu Malachiæ, ita dicens, Iam multis ante diebus fuerat hoc in manibus eius traditum. Hinc declarauerunt magistri nostri in extranuganti מכילתא *Mechilta*, omnes Prophetas in monte Sinai astitisse, cum lex Mosi data fuit, ibique eis prophetias traditas fuisse. Eam ob rem dicit Esaias, à tempore sui esse, ibi ego eram. Et nunc Dominus Deus misit me, & Spiritus eius. Quare vt huius Rabbi cæterorumque iuniorum ipsum sequentium confundatur nequitia, puerile hoc figmentum per veterum Talmudistarum dicta, refellas opus est. GAL. Illud inter cætera R. Selomo, cuiusque sectatores audiant, quod in libro מכילתא *Mechilta* scribitur, cui apud eos contradicere nefas est: cum super illud Exod. 19. cap. Et venerunt in desertum Sinai, & quieuerunt, atque castrametati sunt in deserto, hoc modo dicitur: Data est lex publice, in loco exposito. Nam si in terra Israel lex data fuisset, dixissent gentibus seculi Iudæi, non est vobis pars in ea: sed data est in deserto reptabili, publice atque in loco patenti, vt quicunque eam recipere voluerit, veniat, & recipiat. Potestne dici eam in nocte datam fuisse? Docet quod non illud quod in Exod. 19. dicitur, Et fuit in die tertio facto mane. Potest etiam dici, quod in silentio data fuerit? Docet quod non quod ibidem dictum est, Et fuerunt voces & fulgura: Cum cæteris. Potest adhuc dici quod vocem non audierint? Quid ad hoc dicendum sit, illud Psalmi insinuat, Vox Domini in fortitudine, vox Domini in magnificentia, vox Domini confringentis cedros Libani. Cum reliquis. R. Ioses dixit: Et ecce ipse Deus sanctus & benedictus dicit Esaiæ 48. Non à principio in abscondito loquutus sum, à tempore sui esse, ibi ego eram. Item eodem in libro super illud Exodi 20. Ego Dominus Deus tuus, dixit R. Nathan, Si dixeris in secreto fuit sermo Dei, nonne ipse apud Esaiam ait? Non à principio in occulto locutus sum, à tempore sui esse, ibi ego eram? Ecce quam manifeste asserunt hi duo ex priscis Iudæorum Doctoribus, verba illa antedicta, A tempore sui esse, ibi ego eram, Deum dixisse. Non ergo illa Esaias de se ipso protulit, vt R. Selomo falso asseruit. Ex quibus etiam traditionibus palam liquet, absurdum atque

*Rabbi Selomonis haretica expositio.*

*Prædicta haretica expositionis confutatio.*



quòd Prophetæ omnes in monte Sinai affuerint, A
cum lex Mosi data fuit. Cuius etiam figmenti absurditas atque falsitas ex eo potissimùm patet, quòd nec Moses, nec aliquis prophetarum inueniatur, qui de hoc aliquando apertè meminerit. Neque etiamsi dixerint, prophetarum animas absque corporibus dationi legis interfuisse, (quod eorum errorem fugere videtur, qui omnes animas simul fuisse productas aiunt) hoc eorum insaniam palliare potest: cùm & sacræ scripturæ, & Doctorum suorum veterum iudicio aperte repugnet. Si quidem in Bereseith rabba eo in loco vbi Genes. 5. dicitur, Hic liber generationis Adam: sic legitur: Scriptum est Esa. 57. Quia non in sempiternum litigabo cum Adam primo, neque in finem irascar eum generationibus eius: quoniam spiritus à facie mea amiciet, vel induet. R. Tanhum dixit, Non veniet Rex Messias (in secundo scilicet aduentu) quousque creentur omnes animæ, quæ ascenderunt in cogitationem Dei, vt crearentur. Vnde probatio? Ex eo quòd dictum C
est, Esa. 57. Et animas ego feci: id est, propter animas ego feci, fupple, mundum. Quibus ex verbis palam ostenditur, animas vsque ad mundi finem quotidie creari. Quod longè expressius habetur ex eo, quod R. Chimhi in libro *Seraſim* dicit, eum exponens illud Zachar. 12. capit. Et formans spiritum hominis in medio eius, ita inquit, Exposuit hoc רבנו סעדיה Hoc est, Magister noster Seadias, quòd ex eo quod ait, In medio eius, vult dicere, quòd creator creat animam D
cum perfectione humani corporis. Et hoc est quod dicit, In medio eius. Hæc R. ille Chimhi. Ex his igitur aperte liquet, à veritate longè alienos esse, qui prophetarum animas quas multo post creari contigit, in monte Sinai cum lex Mosi traderetur, affuisse dicunt. CAP. R. Selomo adhuc erubescens supradictæ expositionis insaniam, antedicta Esaiæ verba longè secus exponit, diceus dictum ipsius Prophetæ mixturas continere verborum. Quare vocem Dei esse ait, cum E
dicitur, Non à principio in abscondito locutus sum. Quod verò sequitur. Et nunc Dominus Deus misit me, & spiritus eius, ipsius Prophetæ vocem esse inquit. GAL. Iste R. quasi iunior, non valens negare Messiam secundum eius diuinitatem semper in Deo fuisse, & ante mundi creationem extitisse, loco veritatis semper mendacium ponit, quærens omni conatu fidem nostram subuertere, ne diuinæ trinitatis mysterium, ac Messiæ diuinitas in dictis Prophetarum, atque in veterum Doctorum traditionibus reuelata, apparcat. Ideirco tanquam callidissima vulpecula, quæ non rectis itineribus, sed tortuosis semper anfractibus graditur, hanc Esaiæ scripturam, vbi & personarum distinctio, & Deus mittens, ac Deus missus manifestè exprimuntur, contra vetustorum Talmudistarum expositiones peruertere nititur, volens verba illa, Et nunc Dominus Deus misit me, & spiritus eius, ad G
Esaiam referri. Sed cum falsiloquum omnino esse, non solùm demonstrant duæ illæ traditiones paulò ante adductæ, & ex authenticis eorum libris excerptæ, præsertim vbi dicitur, Ecce ipse Deus sanctus & benedictus dicit in Esaia, Non

*Alia R. Selomonis falsa expositio.*

*Eiusdem falsa expositionis confutatio.*

à principio in occulto locutus sum, à tempore sui esse, ibi ego eram cum cæteris: sed verba etiam quæ immediatè in eadem prophetia subsequuntur, dum mox idem Propheta subdit, כה אמר יהוה גואלך קדוש ישראל Hoc est, Sic dixit Deus Redemptor tuus sanctus Israel. Ex quo palam profectò ostenditur, quòd antecedens illud, Et nunc Dominus Deus misit me, & spiritus eius, non sit vox ipsius Prophetæ, sed Filii Dei, à Patre & Spiritu sancto ad redimendum genus humanum missi. Sic ergo verba illa exponenda sunt, dum B
Esaias ore Messiæ secundum eius diuinitatem loquitur, dicens, Appropinquamini, siue accedite ad me, audite hoc, Non à principio in abscondito locutus sum: à tempore sui esse, ibi ego eram. Sensus est: Appropinquamini mihi per fidem, & audite quod dico. Cum primùm enim *Catholica eorundem verborum Esaiæ expositio.*
locutus sum Adæ, eique dixi, De ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas, non in abscondito, neque obscurè locutus sum. Nonnulli autem non ex Hebræis tantùm, sed etiam ex C
nostris, interpretantur hoc, à principio, id est, cùm Deus legem Mosi dedit. Quod falsum esse, non solùm ex his quæ dicta sunt, sed ex eo quoque maximè patet, quòd non tunc primùm Deus humano generi locutus est, sed cùm præcepit Adæ ne peccaret: Sequitur, A tempore sui esse, ibi ego eram: Id est, cùm ex tempore fieret Adam, ibi ego eram: Ibi, id est in ipso Adam, secundum carnis humanæ substantiam. Hoc. Nostra editio hoc in loco ita habet, Ex tempore antequam fierent, ibi eram. GAL. Autor nostræ editionis totum sermonem pro diuinitate Christi accepit: eam ob rem totum ad ipsius diuinitatem retulit. Nos autem Hebraicam veritatem sequentes, partim pro diuinitate, partim pro humanitate, ex quibus Christus constat, accipimus. Quod magis veritati congruit, tum quia Hebraica litera non dicit antequam, sed מעת היו. id est, ab hora qua fuit ipsa, demonstratione fœminina, vt patet Hebraicas literas scienti. Quare sic textus exponendus est, Ab hora sui esse, id est, Ab hora creationis carnis matris meæ in formatione corporis Adæ. Ibi ergo non de diuinitate, sed de humanitate Messiæ textus loquitur. Nam si de diuinitate loqueretur, antequam fieret, dixisset: tum etiam, quia cum secundum Cabalistas nomen Dei tetragrammaton יהוה loco cuius ארני *Adonai* proferunt, quod nos Dominus interpretamur, Patrem proprie significet, eò quod cum nomen illud proprie diuinam essentiam importet, & Pater sit totius diuinitatis principium & origo, אלהים *Elohim* autem quod Deus interpretatur, Filium proprie designet: textus verò dicat, Et nunc יהוה אלהים, id est Dominus Deus misit me, & spiritus eius, qui est Spiritus sanctus, euidentissimè profectò ostenditur, non de diuinitate Messiæ, sed de eius humanitate hic sermonem fieri. Nam si iuxta Theologorum doctrinam, & præsertim Doctoris subtilis dist. 15. primi, ac Bonauenturæ eadem dist. quæstiij. mittit in diuinis non sit nisi manifestari, procedere, atque importet, consequens est, Filium secundum diuinitatem, neque à se ipso, neque à Spiritu S. mitti

*Cabalistæ de nomine Dei tetragrammaton & Elohim.*

*Mitti quid sit in diuinis.*

C

posse, sed solùm à Patre: cum neque à se ipso, neque à Spiritu sancto esse habeat, sed tantum à Patre. Quare necesse est, tam secundum Hebræorum Cabalistas, quàm secundum Theologos nostros dicere, dictum illud, A tempore sui esse, id est, cum ex tempore fieret, non de Messiæ diuinitate, sed de eius humanitate intelligendum esse. Cum igitur dicit. Et nunc Dominus Deus, vel Deus Deus misit me, & spiritus eius, sic secundum Cabalistas exponenda sunt verba, Dominus vel Deus (tetragrammaton) id est, Pater, Deus, id est, Filius, & Spiritus eius, id est, Spiritus sanctus misit me, vt essem Redemptor Israel. Vbi tria sunt notanda. Primum quidem, quòd volunt Cabalistæ nomen Dei יהוה tetragrammaton, Dei misericordiam esse: אלהים *Elohim* autem, quod idem est quod Deus, Dei esse iusticiam. Idcirco hic cum dicit, Dominus Deus, siue Deus (tetragrammaton) Deus, non cadit copula: ad designandum in missione humanitatis Messiæ, Dei misericordiam atque iusticiam ad redemptionem humani generis vniendas fuisse. Iuxta illud Psalm. 85. Misericordia & veritas inuicem obuiauerunt, iusticia & pax osculatæ sunt. Secundum verò est, quòd non dicit Spiritus eorum, scilicet Patris & Filii, sed Spiritus eius: ad denotandum, Patrem & Filium, à quibus Spiritus sanctus procedit, non duos esse spiratores, sed ambos vnum tantum esse ipsius Spiritus sancti spiratorem eiusque principium. Tertium postremò est, quòd non dicit, Miserunt me, sed misit me: vt vnitatem diuinæ essentiæ insinuaret, quia Pater, Filius, & Spiritus sanctus sunt vnus Deus.

*Eorundem verborum Esaiæ expositio secundum Cabalistas.*

## CAPVT IV.

### *De diuinarum personarum distinctione & numero per earum proprietates.*

### CAPNIO.

NOn parum profuturum puto, tum ad clariorem veritatis manifestationem, tum ad maiorem Iudæorum recentiorum confusionem, si diuinarum personarum distinctionem & numerum per earum proprietates, apud eos quoque haberi ostenderis. GAL. Id quoque libenter faciam. Quod igitur diuinarum personarum tam numerum, quàm distinctionem etiam ipsi per earum proprietates apertè demonstrent, primùm ex iis facilè patet, quæ in מדרש תלים *Midras tillim*, id est, in expositione Psalmorum habentur, eo in loco vbi Psalm. 50. sic dicitur, אל אלהים יהוה דבר ויקרא ארץ Hoc est, Deus, Deus, Deus locutus est, & vocauit terram. Ibi enim ita legitur, למה חזכיר שמו של הקדוש ברוך הוא שלשה פעמים ללמוד שכלשון שמורת הללו ברא הקדוש ברוך הוא העולם בגבר שלש מרות שבהם נברא העולם ואלו הן החכמה והתבונה והדעת מניין: שנ' ה' בחכמה יסד ארץ: הדעת מניין: שנ' בדעתו תהומות נבקעו התבונה מניין: שנ' בתוך שמים כתבונה: וכן הוא אומר כי אנכי ה' אלהיך אל קנא: הרי שלש מרות שבהם

A נברא העולם וכן בני גד ובני ראובן אומרים אל אלהי ר"ת אל אלהי ה' הוא יודע: ומה ראו לומר שני פעמים אל אלהי ר"ת: שבהם נברא העולם: אל אלהי ר"ת שבהם נתנה התורה: יכול אחר לעצמו לא אלא שניהם ביחד נבראו: וכן הוא אומר אם ירי יסרח ארץ ויסיני מפתח שפים: Hoc est, Quamobrem memoratur nòmen Dei sancti & benedicti tribus vicibus? Vt docereris, quòd his tribus nominibus Deus sanctus & benedictus mundum creauit, iuxta tres מדורת *Middoth*, id est proprietates, quibus mundus creatus est: quæ sunt, Sapientia, Scientia vel Noticia, & Prudentia. Sapientia vnde, supple, probatur? ex eo quod dictum est Prouerb. 3. Dominus in sapientia fundauit terram. Scientia vel Noticia vnde? ex eo quod dictum est ibidem, In noticia vel scientia abyssi eruperunt. Prudentia vnde? ex eo quod dictum est, Aptauit vel ornauit cœlos prudentia. Et propter hoc ipse inquit Exod. 20. כי אנכי יהוה אלהיך אל קנא Hoc est, Quoniam ego Deus, Deus tuus, Deus zelator: Ecce tres proprietates loco trium quibus creatus est mundus. Sic etiam filii Gad & filii Ruben dixerunt, Iehos. 22. Deus, Deus, Deus: Deus, Deus, Deus, ipse scit. Quidnam viderunt, vt hoc idem repeterent duabus vicibus? dixerunt primò, Deus, Deus, Deus, quia his creatus est mundus: & deinde dixerunt, Deus, Deus, Deus, quia in his quoque tribus data est lex. Sed nunquid potuisset vnus eorum se solo separatimque, supple, creare mundum? Nequaquam: sed duo alii vniti cum eo, necessariò creauerunt. Hæc in Talmud. Quæ eisdem ferè verbis ponuntur in commentariis Rabbi Mosis hadarsan super illud Genes. 1. In principio creauit אלהים *Elohim*, cœlum & terram. Quæ quidem omnia satis fidei Christianæ congruunt, hoc duntaxat excepto, quòd has tres diuinas מדורת *Middoth*, id est, proprietates, quibus mundum creatum asserunt, dicunt esse Sapientiam, Noticiam, atque Prudentiam: Hæ namque etsi plures proprietates nomine videantur, re tamen non sunt nisi vna. Verumtamen alibi tres apud eos proprietates comperiuntur, quæ secundum fidem orthodoxam sunt vnus Deus. In expositione siquidem R. Mosis hadarsan in librum Geneseos, super illud 42. caput. Ioseph ipse potens super terram, ita legitur R. Elazar dixisse, Non est creatus mundus, nisi verbo Dei sancti & benedicti, sicut dictum est in Psalm. 33. ברבר יהוה שמים נעשו Id est, Verbo Dei cœli facti sunt. Vbi & R. Simeon dicit, Spirauit Deus spiritum oris sui, & creatus est mundus, sicut dictum est Psalm. 33. וברוח פיו כל צבאם Hoc est, Et spiritu oris eius omnis exercitus eorum: Hæc traditio. In quibus tria hæc, Deus, Verbum eius, & Spiritus, distinctè & apertè in mundi productione concurrisse ponuntur. Hæc autem tria, quid aliud sunt, quàm Pater, Filius & Spiritus sanctus? Verbum enim realiter distinguitur à proferente, & spiritus à spirante. Ergo inter Deum mundi creatorem, & Verbum eius per quod mundus creatus est, & Deum spirantem, & spiritum eius in quo mundum produxit, realem oportet esse distinctionem. Cùm igitur in Deo nullum sit accidens, vt ipsi etiam concedunt, cum omne acci-



acciden s imperfectionem dicat, & in Deo nulla possit esse imperfectio, sequitur sanè, quòd neque Verbum Dei, neque Spiritus eius, sit accidens. Ergo sunt hypostases, siue supposita, vel personæ realiter distinctæ: & per consequens iuxta veterum Talmudistarum dogma, necessario fatendum est tres in Deo esse personas, quibus tres מדורת *Middoth*, id est proprietates attribuuntur, Patrem scilicet, Filium, & Spiritum sanctum: qui non tres Dii sunt, neque tres creatores, sed vnus Deus, vnusque creator. Quod ex eo quoque ostenditur, quod mox ibidem subsequitur, כנם כנר מי ים נתן באצרות תהומות Hoc est, Congregans velut in vtre aquas maris, dans in cellariis abyssos. In eo enim quod singulariter dicit, congregans & dans, manifestè insinuat, tres personas diuinas, quas per tria nomina prædicta dedit intelligi, vnum esse tantummodo Deum, mundi vniuersi creatorem. Quod illi Ioan. 1. cap. 5. valdè consonat, Tres sunt qui testimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus. Et hi tres vnum sunt. Ad id quoque pertinere videtur, quod in Midras Coheleth, id est in expositione Ecclesiastis, super illud, quod in quarto capite sic Hebraicè habetur, והחוט המשלש לא במהרה ינתק id est, Et filum trinum non citò rumpitur. Ibi enim dicitur R. Iohanan dixisse: Meliores sunt duo (vir scilicet, & mulier) quàm vnus, hic scilicet per se, & illa per se, & filum trinum illud est Deus sanctus & benedictus, qui visitat vtrumque in filiis, hoc est, dando eis filios. Quod autem subiunctum est: Non citò rumpitur, sensus eius esse videtur, quòd mysterium trini & vnius Dei, non facilè, nec citò discutitur.

## CAP. V.

### *De Patre & Filio in diuinis.*

### CAPNIO.

BEne adhuc faceres, si per eorum quoque scripturas, has tres personas diuinas apertius atque distinctius patefaceres, ac Deum habere Filium, ipsumq; Dei Filium Deum esse, euidentius ostenderes. GAL. Id potissimùm inde in primis habetur, quod in commentariis R. Mosis hadarsan in Genesin legitur, super dictum illud quod Iudas fratri suo Ioseph retulit, dicens 44. cap. ונבמר אל ארני יש לנו אב זקן וילד זקנים Hoc est: Et diximus Domino meo, Est nobis pater senex, & infans senectutis. Ibi enim sic dicitur: Scriptum est Prou. 30. מי עלה שמים וירד מי אסף רוח בחפניו מי צרר מים בשמלה מי הקים כל אפסי ארץ מה שמו ומה שם בנו id est, Quis ascendit in cœlos, & descendit? Quis collegit spiritum in palmis suis? Quis ligauit aquas in panno? Quis constituit omnes terminos terræ? Quod nomen eius? & quod nomen filii eius, si nosti? Quis ascendit in cœlos, & descendit? Deus sanctus & benedictus ascendit in cœlum, atq; descendit: sicut dictum est Psal. 56. Ligans aquas in nubibus suis: Et iterum Iob. 28. Et aquas ordinat, & aptat in mensura. Et ipse statuit omnes terminos terræ: sicut dictum est Psalm. 104. Fundauit terram super columnas, non commouebitur in seculum & vltra. Quod nomen eius? & quod nomen Filii eius si nosti? Docet dicere scriptura, Pater senex est nomen eius, & infans senectutum est nomen Filii eius. Hactenus traditio. In qua idcirco Deus Pater senex vocatur, quia nec principium habuit, nec finem habebit vnquam: Filius verò Dei ideò infans senectutum dicitur, quia ab æterno ex ipso genitus est, & in æternum generabitur. In hac igitur traditione habent Iudæi, quòd eorum iuniores negant, Deum scilicet Patrem, & Deum Filium, qui ex Deo ab æterno natus est, & in æternum nunquam nasci desinet. Ad id quoque plurimùm facit illud S. Iomonis Prouerb. 4. cap. dictum, כי לקח טוב נתתי לכם תורתי אל תעזבו כי בן הייתי לאבי רך ויחיד לפני אמי: Hoc est, Quoniam documentum bonum dedi vobis: Legem meam ne derelinquatis: quia filius fui patri meo, tener, & solus vel vnicus filius, vel filiorum matris meæ. Quę quidem verba expresse de Dei Filio loquuntur, qui in monte Sinai legem dedit: Quòd autem ita sit, ex eo facile patet, quod in libro ברכות *berachoth*, id est benedictionum, in capite, quod incipit מאימתי קורין *meematai korin*, id est, ex quo tempore legent, hoc modo habetur, Non est bonum nisi lex: sicut dictum est Prouer. 4. Audite filii disciplinam patris: quia documentum bonum dedi vobis: Legem meam ne derelinquatis. Dixit R. filius חנא *Hana*, Veni & vide quòd non est mos Dei sancti & benedicti, sicut mos carnis & sanguinis. Mos quippe carnis & sanguinis est, quòd cùm aliquod desiderabile vel preciosum vendit, vendens quidem tristetur, recipiens verò lætetur: sed Deus sanctus & benedictus Israeli legem dedit, & lætatus est: sicut dictum est Prouerb. 4. Documentum bonum dedi vobis: Legem meam ne derelinquatis. Hæc omnia Talmud. Quæ id vsitatis vlcentur Iudæi afferre, quòd is qui per Mosem eis legem dedit, non est nisi Deus sanctus & benedictus, qui per Selomonem hic ait, Documentum bonum dedi vobis, Legem meam non derelinquatis. Nam dictio לקח *lecah*, quæ propriè documentum, vel doctrinam, seu præceptum significat, pro lege accipi solet. Sic enim accipitur apud Esaiam 29. Et mussitatores discent doctrinam: pro quo autor nostræ editionis, Legem transtulit. Sic & Deuteronom. 32. Corruat vel præcipitetur, vt imber, vel vt nimbus doctrina mea, id est, lex mea, secundùm omnium expositorum Hebræorum glossas. Sic denique & aliis ferè omnibus in locis. Quare & hic etiam dictio hæc non nisi pro lege accipi debet. Textus igitur qui mox immediatè subiicitur, videlicet, Quia filius fui patri meo, cùm à præcedenti nullatenus separetur, quod prima eius dictio scilicet כי *chi*, id est, quia, quæ apud eos & causam reddat, & sequentia præcedentib. annectere solet, apertè insinuat Dei sanctum & benedictum qui Hebræis per Mosem legem dedit, fuisse Dei Filium. Rursus quod hæc eadem verba de Filio Dei, & non de Selomone intelligenda sint, per id quoque probatur quod in מדרש תלים *midras tillim*, id est, in glossa Psalterii

legitur super illud Psalm. 21. למנצח מזמור לדוד יהוה בעזך ישמח מלך ובישועתך מה יגיל מאד Id est, Victori, vel Ad victoriam, Psalmus Dauid. Deus, in fortitudine tua lætabitur rex, & in saluatione tua quàm exultabit vehementer? Ibi enim sic ad verbum dicitur, Hoc est ac si scriptura dicat Esa. 11. Et erit in die illa radix Iesai, qui erit stans in signum populorum: Et subditur, Et dabit virtutem vel fortitudinem Regi suo, & exaltabit cornu Messiæ sui. Sequitur in eodem Psalm. תאות לבו נתתה לו וארשת שפתיו בל מנעת סלה Id est, Desiderium cordis eius tribuisti ei, & profationem, seu sententiam labiorum eius non prohibuisti in perpetuum. Quid est hæc sententia labiorum eius, nisi facultas, siue scientia, quæ erit in labijs eius? quia cùm ipse decreuerit, verba sua permanentia erunt. Sequitur כי תקדמנו ברכות טוב Hoc est, Quoniam præficient vel prætenient eum benedictiones boni, vel bonitatis. Rabbi Iudas dixit, כי תקדמנו ברכות טוב רבי אומר ברכות משה שנקרא טוב שנ׳ ותרא אותו כי טוב הוא רבנן אמרי ברכותיה של תורה שנאמר כי לקח טוב נתתי לכם תורתי אל תעזובו כי בן הייתי לאבי רך ויחיד לבני אמי Id est, Quoniam præuenient eum benedictiones boni: R. dixit, Benedictiones Mosis, qui appellatus est bonus. Sicut dictum est Exod. 2. Et vidit eum, quoniam bonus esset ipse. Magistri dixerunt, quoniam benedictiones legis: scilicet, præuenient Regem Messiam. Vt dictum est Proverb. 4. Quoniam documentum bonum dedi vobis: legem meam ne derelinquatis, quoniam filius fui patri meo, tener, & vnicus filiorum matris meæ. Hæc omnia traditio. Ex quibus liquidò patet, hæc omnia Salomonis verba non de ipso Salomone, sed de Filio Dei sancti & benedicti debere intelligi. CAP. Iudæi nostri temporis licèt huic traditioni contradicere non valeant, quæ verba ista de Filio Dei sancti & benedicti, & non de Salomone manifestè exponit, hæc tamen verba, quæ eidem clausulæ connectuntur, Solus vel vnicus filiorum matris meæ, Deo nullatenus congruere posse aiunt. Quare Salomoni illa tribuentes, totum textum de ipso Salomone consequenter exponunt. GAL. Verba hæc de Salomone recte nullo modo verificari possunt, qui nec patri fuit solus, cùm ipse Dauid alios multos habuerit filios: vt habetur 1. libri Paralip. 4. capit. nec vnicus filiorum matris suæ: quum Bethseba mater eius, alium præter ipsum filium non haberet. Nam etsi alium ante eum habuerit, ille tamen antequam Salomo ipse genitus esset, infantulus obierat: vt patet 2. libri Regum 12. cap. Hæc igitur verba, Solus vel vnicus filiorum matris meæ, quum non possint de Salomone intelligi, de solo Dei Filio iuxta præmissam traditionem, intelligi oportet: qui non solùm secundum diuinitatem erat Dei filius, ab æterno genitus, verum secundum humanitatem quoque solus vel vnicus filiorum matris suæ, hoc est, ex omnibus filiis Synagogæ (quæ ob diuinam incarnationem, mater Dei dici debebat) ipsi Deo Patri Filius per diuinæ naturæ vnionem futurus erat. Cùm enim iuxta Iohannis Damasceni sententiam, ipse Dei Filius in ἐτύμῳ, id est in individuo, humanam naturam assumpturus esset, solus ipse, vt homo ex omnibus humani generis individuis, propter diuinitatis hypostaticam vnionem, Filius Dei prædestinatus fuit: iuxta illud Pauli ad Romanos 1. cap. dictum, Qui factus est ex semine Dauid secundum carnem, qui prædestinatus est Filius Dei. Quamobrem aptissimè hic per Salomonem ipse ait, Filius sui Patri meo, quoad diuinitatem: solus vel vnicus filiorum matris meæ, id est Synagogæ, quoad humanitatem. Quòd autem Synagoga ratione diuinæ incarnationis ex ipsa futuræ, mater Dei dicenda esset, probatur per veterum Talmudistarum dicta in Midras scir hascirim, id est, in expositione Cantici canticorum, super illud 3. capit. eiusdem libri dictum, Egredimini, & videte filiæ Sion Regem Salomonem cum corona, qua coronauit eum mater sua: vt in 25. capit. tertij libri abundè videbimus. CAPNIO. Quamuis quæ dixeris, tam vera sint tamque clara, vt ea Iudæi nostri sæculi nulla calumnia negare queant, ipsi tamen tanquam in errore perfidiæ obstinatissimi, vt veritatem effugere valeant, ad aliam falsitatem refugiunt, dicentes, Cùm post verba hæc Legem meam non derelinquatis, quia filius fui patri meo, tener & vnicus filiorum matris meæ, statim hæc alia subdantur, ויהי ויאמר לי יחמך דברי לבך שמר מצותי וחיה Id est, Et docebat me, & dicebat mihi, Suscipiat verba mea cor tuum, custodi præcepta mea, & viue: cum cæteris quæ ibi sequuntur, quæ Deo minimè competere possunt, quare neque illa præcedentia ad Deum referri debent, sed ad Salomonem, sicuti & sequentia ista referuntur. GAL. Facilè est his respondere, quandoquidem Filius Dei duplicem in Messia habiturus erat naturam, diuinam scilicet, qua ab æterno fuit Deo Patri suo Filius, ante sæcula absque matre genitus; & humanam, secundum quam Filius hominis dictus est, in seculo ex matre sine patre natus. Sicut igitur in Messia duplex natura esse debebat, sic & gemina in eo sapientia futura erat, à Deo Patre vtraque originem habens. Quamuis enim sapientia Filij in diuinis vna sit, atque omnino eadem cum sapientia Patris, quia tamen Filius à Patre genitus est, ideo sicut esse à Patre æternaliter habuit, ita quoque & sapientiam ipsam & omnia quæ secundum diuinitatem habet, ab æterno à Patre suscepit. Sapientia etiam, quam secundum humanitatem habiturus erat, ab ipso Deo ortum habere debebat, qui animam ipsius ab instanti creationis eius summa gratia atque omnibus habitibus præ cæteris imbuere debebat. Cum itaque Salomo hoc in libro de Filio Dei, qui homo sicut vnusquisque nostrum futurus erat, parabolicè atque ænigmaticè loquatur, ideirco vt per parabolas atque ænigmata insinuaret, non modo sapientiam, quam ipse Filius secundum humanam naturam susceperus erat, à Deo Patre emanaturam fuisse, verum etiam sapientiam, quam secundum diuinitatem æternaliter habuit, à Patre æterno produisse, per eruditiones, monitiones, atque correctiones, quibus inter homines pater filium sapientem atque prudentem reddere nititur, ipsum Dei Filium Patri comparat, quoad fieri potest huiusmodi eruditiones, monitiones, & correctiones sapientiæ eius accommodando. Quæ igitur in verbis paulò ante dictis dicuntur, quædam ad diuinam Filii Dei naturam, quædam ad humanam, quam assumpturus erat, referuntur. Horum autem vtrumque verba ipsa manifestè indicant. Quod enim dicit, Audite filii disciplinam patris, & attendite ad cognoscendam prudentiam: quia doctrinam vel documentum bonum, id est, legem bonam tribui vobis: de Salomone nequaquam intelligi potest. Nam si Salomo de sua sapientia hic locutus fuisset, tribuam dixisset, non tribui, præsertim cùm dixerit, Audite filij disciplinam patris. Necesse est ergo, vt nomine illius sit hæc locutio facta, qui legem quandoque Hebræis antea dederit: hic autem solus Deus est. Non igitur ad Salomonem, sed ad Deum referenda est locutio ista: ac etiam illud, quòd statim sequitur, videlicet, Legem meam non derelinquatis, quia filius fui patri meo, tener, solus, vel vnicus filiorum matris meæ: cùm enim dictio, quia, causalis sit, oportet quòd præcedentis clausulæ causam reddat: ac si apertè diceret, Hæc est ratio, quare legem meam derelinquere non debetis, quia filius fui patri meo. Sed si de Salomone sermo fieret, nulla legis eius non derelinquendæ redderetur causa. Non enim propterea legem eius non debuissent homines derelinquere, quia ipse filius Dauidis fuerat. Quòd si enim dixisset, legem meam non derelinquatis, quia à patre meo Dauide illam accepi, tunc vtique legis suæ non derelinquendæ causam reddidisset: sed per se notum esse oportuisset, omnia ab ipso Dauide tradita, recta atque seruanda fuisse: quod tamen manifestum non erat. Constat ergo Salomonem hic non de se, sed in persona Filii Dei locutum fuisse, cuius lex ideo seruari debebat, quia Filius Dei erat: qui tenerum se etiam propterea dicit, vt non solùm immensæ pietatis suæ teneritudinem insinuaret, sed vt suæ quoque infinitæ sapientiæ capacitatem innueret. Cùm enim iuxta Aristotelicum dictum in libro 2. de Anima, textu co. 49. Duri carne secundùm intellectum sint inepti, molles verò, id est teneri benè apti: idcirco ad ostendendam dispositionem hanc suam opimam, ad recipienda patris documenta, tenerum se esse dixit, id est benè disciplinabilem, & rectæ atque infinitæ sapientiæ capacissimum. Sed cui tener? Patri meo, inquit. De tali ergo patre loquatur necesse est, qui non nisi recta docere potest: hic autem solus Deus est. Sic igitur exponenda sunt verba, Legem meam ne derelinquatis, quia filius fui Patri meo, tener: hoc est, Quia illa à patre meo accepi, qui errare non potest in docendo, nec etiam ego errare potui in discendo, quia fui tener, id est optimæ & infinitæ capacitatis ad eam recipiendam. Et solus vel vnicus filiorum matris meæ, id est Synagogæ, vt suprà exposuimus. HOC. Vbi filius vel filiorum matris meæ tu interpretatus es, Coram matre mea, litera nostra habet: quod alij quidam, ante matrem meam, transtulerunt. GAL. Dictio לבני *libne*, quæ hic ponitur, & per ב *beth* literam scribitur, neque coram, neque ante significat, sed proprièidem est quòd filius, vel filiorum. Nam ante & coram per dictionem לפני *lipne*, per פ *pe* scriptam, significantur. Ex quo manifestè patet, eos qui hoc loco, coram matre mea, vel ante matrem meam, traduxerunt, dictionum similitudine deceptos fuisse atque לפני *lipne*, pro לבני *libne* legisse. Quæ autem sequuntur, Et ipse docebat me, cum cæteris, Christus de se ipso memorauit, dum Iohan. 8. capit. ait, Sicut docuit me Pater, hæc loquor. Et iterum, Ego, inquit, quæ placita sunt ei, facio semper. Et alia quædam ibidem dicit, quæ in eandem ferè sententiam conueniunt. In quibus seipsum & à Patre edoctum fuisse, & mandata eorum, quæ in mundo facturus erat, ab eo accepisse, palàm ostendit. Quod etiam hic dicitur, Custodi præcepta mea, ipse se adimplesse retulit, Iohan. 15. dicens, Ego Patris mei præcepta seruaui, & maneo in eius dilectione. Illud quoque quod postremò subijcitur, Et viue, ipse idem de se exposuit, dum ait, Sicut Pater habet vitam in semetipso, sic dedit & Filio vitam habere in semetipso. Viue igitur, inquit, id est Habe in potestate tua vitam. Hinc ipsemet ait, Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam.

## CAPVT VI.

*De Spiritu Sancto.*

## CAPNIO.

QVONIAM satis in præcedentibus de Patre & Filio dixisti, euidenter probans, Deum in scriptura sacra Patrem dici, eiusque genitam sapientiam Filium vocari, reliquum nunc est, vt aliquid de Spiritu sancto quoque particulatim differas. GAL. Sæpenumero Spiritum sanctum bonitatem, seu bonam voluntatem, charitatemque, seu dilectionem siue amorem à prisci Iudæorum nuncupatum inuenio: ipsumque à Patre & Filio, tanquam ab vno principio procedentem, atque vna cum Patre & Filio mundum produxisse, & per Prophetas locutum, ac super Messiam venturum, perfectèque permansurum fuisse. De Dei namque bonitate seu bona eius voluntate habetur in Psalm. 143. vbi Dauid preces ad Dominum fundens, ait, למדני לעשות רצונך כי אתה אלהי רוחך טובה תנחני בארץ מישור Hoc est, Doce me, vt faciam voluntatem tuam: quia tu es Deus meus, Spiritus tuus bonus, vel bonitatis deducet me per viam rectam. Hunc autem Spiritum bonum vel bonitatem, Spiritum sanctum vocari, ostendit idem Propheta Psalm. 50. dicens, תשיבה לי ששון ישעך ורוח נדיבה תסמכני Id est, Redde mihi lætitiam saluationis tuæ, & Spiritu liberali, vel liberalitatis fulci, vel sustine, vel confirma me. Hunc etiam Spiritum sanctum cum Patre pariter, at



*Iudæorum luniorum obiectio.*

*Synagoga mater Dei dicta fuit.*

*Alia Iudæorum obiectio.*

*Responsio.*

*Quare Filius Dei dicatur tener.*

*Spiritus sanctus quomodo nuncupatus ab Hebræis.*

Filio mundi fuisse autorem, hominumque opificem, inde instruimur, quòd apud Iob. 33. cap. ab Elihu dictum est, רוח אל עשתני ונשמת שדי תחיני Hoc est, Spiritus Dei fecit me, & spiramen omnipotentis vivificauit me: & apud Psalmographum Psalm. 103. תשלח רוחך יבראון ותחדש פני אדמה Id est, Emittes spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Et rursus Psalm. 33. בדבר יהוה שמים ובכל רוח פיו כל צבאם Hoc est, Verbo Dei cœli facti sunt, & spiritu oris eius omnis exercitus eorum. Exercitus autem cœlorum apud Hebræos sunt Sol, Luna, Stellæ, & quotquot sunt ibi virtutes, ac vniuersi angeli. Ideo non abs re à sancto Iob dictum est 26. capit. ברוחו שמים שפרה Hoc est, In spiritu eius cœlos ornauit. Hunc insuper Spiritum sanctum super Messiam fuisse venturum, quietemque perfectam habiturum, Esaias optimè ostendit, dum 11. cap. inquit, ויצא חטר מגזע ישי ונצר משרשיו יפרה ונחה עליו רוח יהוה Id est, Egredietur virgula de stipite Iissai, & virgultum de radicibus eius fructificabit, & requiescet super eum Spiritus Dei, vel Spiritus Deus, id est, Spiritus qui est Deus. Quæ quidem verba ab Hebræis etiam ad literam nonnisi de Messia exponuntur: vt in locis innumeris ipsius Talmud manifestè patet: & præsertim in בראשית רבא ועירא bereschit rabba vezehira, Hoc est, in expositione Geneseos maiori & minori: vbi super illud Genes. 1. capit. Terra autem erat inanis & vacua: sic ad literam legitur, Rabbi Simeon scripturam hanc de quatuor regnis exposuit, dicens, Terra autem erat inanis: Hoc est Regnum Babyloniæ, de quo apud Ierem. 4. capit, dictum est, Vidi terram, & ecce inanis erat. Et vacua: Istud est Regnum Medorum: sicut dictum est Esther 6. capit. Festinauerunt adducere Aman. Et tenebræ erant: Hoc est Regnum Græcorum, quod suis statutis oculos Iudæorum contenebrauit. Super faciem abyssi, Hoc est Regnum nequam, id est, Romanum. Quemadmodum enim abyssius hæc inscrutabilis est, ac fundo caret, ita Regnum nequam istud inuestigabile est, & fundum non habet. Et Spiritus אלהים *Elohim*, id est, Deorum volitans erat super aquas: Hic est Spiritus Messiæ, de quo dictum est Esa. 11. capit. Et requiescet super eum Spiritus Dei. Et propter cuius meritum seruiet Spiritus, & veniet volitans super faciem aquarum? Oh meritum pœnitentiæ, quæ aquæ assimilatur: sicut dictum est Threnorum 2. capit. Effunde sicut aquam cor tuum coram facie Domini. Hæc omnia traditio. Quibus addendum videtur quod R. Selomo dixit, exponens illud Exod. 15. capit. וברוח אפיך נערמו מים Hoc est, Et per spiritum nasi tui coacervatæ sunt aquæ. Vbi inquit, Per Spiritum nasi tui, id est, Per spiritum egredientem de naribus nasi tui: & locuta est scriptura de שכינה *Sechina*, id est, de diuinitate. Sic etiam dicit Iob 4. Et à spiritu nasi eius consumentur. Hæc R. Selomo. Præmissis omnibus inepte conuenire videtur, quod in Midras tillini, id est in glossa Psalmorum dicitur, super illud Psalm. 18. ויראו אפיקי מים ויגלו מוסדות תכל מגערתך יהוה מנשמת

A רוח אפך Id est, Et apparuerunt impetus; vel vehementiæ, vel abundantiæ aquarum, & reuelata sunt fundamenta orbis, ab increpatione tua, Deus, à spiratione spiritus nasi tui. Ibi enim sic legitur R. Hannina dixisse, Ab increpatione, non est accipiendum ad literam, sed à spiratione spiritus nasi tui: sicut dictum est Exod. 15. cap. Spirasti spiritum tuum, & operuit eos mare. Ad horum igitur intellectum notandum est, quòd ex eo quod paulò ante inductum est, Et Spiritus אלהים *Elohim*, id est Deorum (quem de Deo loquendi modum cautela Catholica non admittit) satis apertè innuitur, Spiritum sanctum ex Patre & Filio æqualiter procedere: maximè autem propter hoc, quod in eadem traditione dicitur, Spiritum illum אלהים *Elohim*, id est Deorum, seu Dei, si plurale pro singulari accipimus, esse Messiæ Spiritum. Ad cuius quidem rei veritatem necessariò sequitur, Messiam secundùm diuinitatem tunc iam fuisse. Quòd autem duæ nares diuinæ, id est duæ מדות *middoth*, siue duæ personæ, Pater scilicet & Filius, sint vnus nasus, id est, vnum tantum principium spirans Spiritum sanctum, ex eo euidenter patet quod antedictæ traditioni consequenter adiungitur. Quod etiam hæc Spiritus sancti ex naribus diuinis processio, sit ad literam de Spiritu Dei, & non de aliquo alio intelligenda, per id manifestè ostenditur, quod postremò de Psalmo & eius glossa inductum est. Hunc præterea D Spiritum sanctum simul cum Patre & Filio verorum ac perfectum esse Deum, ex eo potissimum demonstratur, quod eum Psalmographus vbique, non localiter quidem, sed repletiue, quod soli Deo conuenit, adesse affirmat, dum Psal. 139. ait, אנא אלך מרוחך ואנה ממניך אברח אם אסק שמים שם אתה ואציעה שאול הנך אשא כנפי שחר אשכנה באחרית ים גם שם ידך תנחני ותאחזני ימינך: Hoc est, Quo ibo à Spiritu tuo? & quo à facie tua fugiam? Si scandero cœlos, illic tu es: & si substraxero me in inferno, ecce ades. Si portauero alas auroræ, & habitauero in nouissimo maris, etiam illuc manus tua deducet me, & apprehendet me dextera tua. Quod autem dicit, Si portauero alas auroræ, sensus eius est, Si portarem modum auroræ, quæ ab oriente in momento apparet. Quòd autem in Deo sit aliqua מדה *midda*, id est proprietas, quæ dilectio seu charitas dicatur, ex eo maximè innuitur, quod in ארש שיר השירים *midras scir hascirum*, id est, in expositione Cantici canticorum legitur super ea verba 3. cap. אפיריון עשה לו המלך שלמה מעצי הלבנון עמודיו עשה כסף רפידתו וחב מרכבו ארגמן תוכו רצוף אהבה: Id est, Papilionem portatilem fecit sibi Rex Selomo de lignis Libani, columnas eius fecit argenteas, stramentum vel fulcimentum eius aureum, sellam eius coccineam, medium eius stratum, vel accensum dilectione seu charitate. Hæc ita ibi exponuntur, Papilionem portatilem: hic est thronus gloriæ. Fecit sibi Rex Selomo: Rex qui est sua pax, Deus scilicet. De lignis Libani: hæc est domus sanctitatis sanctorum. Columnas eius fecit argenteas: ecce de quibus dictum est Iob 26. cap. Columnæ cœli confringentur, vel commouebuntur. Stramentum vel fulcimentum eius aureum: istud A sunt verba legis, de quibus dictum est Psalm. 18. Desiderabilia super aurum, vel plusquam aurum. Sellam eius coccineam: ecce quod dixit Psalm. 77. Equitanti in cœlis cœlorum קדם *Kedem*, id est, antiquitatis vel orientis. Medium eius stratum vel accensum dilectione vel charitate: R. Azarias dixit hanc dilectionem seu charitatem esse שכינה *sechina*, id est ipsam diuinitatem, vel gloriam Dei. Hæc in Midras supradicta. Ex quibus apertè ostenditur, neminem melius per Selomonem, quàm Messiam hoc in loco debere intelligi. Hic B ergo Selomo, id est Messias, fecit sibi אפריון *appirion*, id est thalamum, vel papilionem portatilem, corpus videlicet suum: quod est thronus gloriæ, vt in principio huius Midras dictum est. Quod quidem fecit de lignis Libani, quæ sunt domus sancti sanctorum, secundum expositionem eorum: quod optimè congruit partibus illis matris suæ, de quibus corpus suum virtute suæ diuinitatis ipsemet sibi formauit. Cuius columnæ C argenteæ propter mundiciam, quatuor videlicet humores, ex quibus & suum & omne corpus humanum constat, concussæ sunt, atque confractæ: dum ipso in cruce pendente, totus eius sanguis in quo simul omnes humores existunt, effusus est. Fulcimentum aureum fuit ipsius anima preciosa. Sella vel cathedra coccinea, caro eius tota illo precioso sanguine rubefacta. Medium verò eius, cor scilicet fuit רעות *ratsiph*, id D est stratum: vel iuxta aliud significatiuum, accensum quasi prunis, dilectione vel charitate. Quæ quoniam est שכינה *sechina*, id est diuinitas, vt per traditionem Iudaicam ostensum est, consequens est Messiam secundum humanitatem Spiritu sancto replendum fuisse. Quod optimè Esaias insinuat, dum 61. cap. in persona eius inquit, רוח אדני יהוה עלי יען משח יהוה אתי Id est, Spiritus Domini Dei super me: quia vnxit Deus me. Vbi Propheta (vt ait R. Dauid Chimhi in libro Serasim) in persona Messiæ locutus est. Perinde videlicet, ac si Messias ita dixerit, Quia Deus vnxit me, ad annunciandum pauperibus vel humilibus misit me. Ex quibus patet, Spiritum sanctum amorem, seu charitatem dici, non solum E quia à Patre & Filio per modum voluntatis procedit, verùm etiam quia est amor, quo Pater & Filius se mutuò amant. Quocirca vt ex his quæ dicta sunt, colligitur, patres illi antiqui atque veteres Iudæorum per Spiritum sanctum nihil aliud intelligebant, quàm tertiam in diuinis personam, F à Patre & Filio vnica spiratione per modum voluntatis ab æterno productam, realiter quidem ab ipsis distinctam, essentialiter autem eandem cum ipsis. Quoniam vt dictum est, etsi tres personæ diuinæ realiter ab inuicem distinguantur, essentialiter tamen idem omnino sunt.

*Spiritus sanctus à Patre & Filio procedit.*

*Spiritus sanctus est Deus.*

*Spiritus sanctus quid est secundum priscos Hebræorum.*

## CAPVT VII.

*Quod tres personæ diuinæ sint vna essentia, sitque vnaquæque earum in alia per circumincessionem.*



## CAPNIO.

VELIM ad clariorem huiusce Catholicæ veritatis expressionem, ad maioremque iuniorum Iudæorum confusionem, per aliquem eorum doctorem probares, tres personas diuinas vnam esse essentiam, vnamque naturam, ac vnam esse in alia per circumincessionem. GAL. Quamquam ad id probandum plures ex eis possem producere testes, ne tamen tædio sim, vnum, eúmque Iudæi recentiores minimè contradicere possint, satis sit ex omnibus adducere, Rabbi scilicet Ishac ben Scholi, magnæ apud eos autoritatis virum, qui in commentariis super Psalterium id ipsum sæpe asserit, & præsertim super illud Psalmi 111. ראשית חכמה יראת יהוה שכל טוב לכל עושיהם תהלתו עומדת לעד Hoc est, Principium sapientiæ, timor Dei, intellectus bonus omnibus facientibus ea: laus eius permanet in æternum: cum sic dicit, התכמה אשר רמז אל יה בפסוק הזה כי היה התכמה אשר מאין המצא והיא הנרמזת במלת בראשית רוצה לומר באות הבית ואמרו אל תקרא בית אלא בינ שנאמר בחכמה יבנה בית ותחדר חזות סכומה ונעלמה בחומם התעלומות ונחתרו בעניך שנאמר ונעלמה מעיני כל חי וסעוף השמים נסתרה ואומר אלהים הבין דרכה והוא ידע את מקומה רוצה לומר שאין אחר זולתו יודע נתיבות התקונות בה וכל מקום שמנו חכמים הסרות סנו התכמה כאלו היה ראשונה מפני שהיא נפשית מסקור חיים והיא התחלת הסנין וסנו הסרה המניות שהיא המוצא והניקור בה נרמזו בעניך כי יש לכסם מוצא ואומר כי כצל התכמה בצל הכסף ובעלי התכמה מכנים הסרה המניות הזאת בשמות הרבה כתן מי שמכנה אותה בתר מפני שכל הסרות מוכתרות בה והיא בתם ומי שמכנה אותה בלשון אין כי אין דמשבה תופשת בחוש ממכנו כזה חלשון בכתוב שאמר מאין יבוא עזרי ואם תזכה בסאמר זה עוד תרע סוד החרים הרמים והשתמר והשהית תמים אמנם שאר השמות המכוונים אל הסרה הזאת כולם מכוונים לזה הדרך ישכין אור ובפסוק הזה רמז אל הסרה הזאת בכלל ראשית ובכלל התכמה ואמרו רבותינו זלה כל הבאומים כולם נתנבאו באספקל דיא שאינה מאירה ומשה רבינו עליו השלום מסתכל באספקלריא אהה המאירה שנאמר זירא ראשית לו ועור הוסיפ בזה תפסוק יראת ה' הוא באור אל הראשית כמו והאלהים עשה שיראי מלפניו וכתוב שלש הסרות שזכרנו נקראות פנים כללן זו בזו ואמר ראשית התכמה יראת ה' ואמר התכם הן יראת ה' היא בסה ואמר קנה חכמה קנה בינה הא למדת כי אלו השלש עטרות לכתר יהיה שלם בתחריות וחם שלש אמות לעולם מתאימות ונורה תעולות אחריהם רואות עלה יריהם וחם אסרות ע' אסריות טהורות התשובות שכע שכוללים בקנה אחד מלאות ונעובות ובהיותם קשר אמין וחזק כללם כולם ניחר באימו שכל טוב לכל עושיהם רוצה לומר תכוונים בהם והוא מי שאמר כי אם אלהים עשה היום, ואמר תחלתו עומדת לעד עלהסרה G התניות שזכרנו ובן הוא אומר יראת ה' טהורה עומדת לעד ואמר הוא התל הך והוא אלהיך והבן Id est, Sapientia de qua intelligitur in hoc textu, est sa-

*Sapientia in diuinis.*

pientia quæ egreditur מאין *meain*, id est, intellectu A supremo, & abstractissimo Dei, & reperitur in dictione בראשית *bereseit*, id est, in principio, hoc est in litera *beth*. Et propterea dixerunt, Ne voces illam *beth*, sed *baith*, id est domum. Sicut dictum est, Sapientia ædificabitur domus. Et proprietas hæc est cooperta, & occulta, atque sigillata, sigillo scilicet secretorum. Sicut dictum est, cooperta est, & occulta ab oculis omnium viuentium, & ab auibus cœlorum abscondita. Et dicit, Deus intelligit vias eius, & ipse scit locum eius: ac si dicat, nullus præter eum scit semitas, quæ sculptæ sunt in B ea. Et vbicunque enumerauerunt sapientes proprietates Dei, posuerunt sapientiam tanquam principium, quoniam extrahitur de fonte vitæ, & est principium omnis numeri. Et dixerunt illam proprietatem intrinsecam, quæ est exuberantissima æris vena, quam vulgus mineram vocat, & fons siue emanatio in ea deprehensa est, siquidem & argenti profluentes venæ sunt. Et dicitur, quòd qualis vmbra sapientiæ, talis & vmbra argenti. C Autores autem sapientiæ denominauerunt hanc intrinsecam proprietatem multis nominibus: Alii enim nominauerunt eam coronam, quòd singulæ proprietates coronentur ab illa, & illa à singulis. Alii verò nominauerunt ipsam אין *ain*, eò quòd nullus sit, qui imaginatione eam deprehendere possit, (est enim solo intellectu attingibilis.) Et hinc alludit quod dictum est, *Meain*, id est vnde venit auxilium meum? (*Meain* siquidem significare videtur quid incorporeum, abstractum, se- D cretum & intellectuale.) Et si fueris fortunatus in dictis meis, scies secreta montium altissimorum, quoniam hæc proprietas est veluti lux qua coronantur cæteræ omnes proprietates in via lucis. Itaque in hoc textu aduerte proprietatem hanc in dictione Principium, in qua continetur sapientia. Dixerunt igitur doctores, quòd omnes prophetæ prophetarunt in visione non lucida: Moses autem prophetauit in visione lucida & clara: E Sicut dictum est, Et visum est Principium ei. Sequitur autem, Timor Dei. Et hoc insuper declaratiuum est Principii. Sicut dictum est, Deus fecit, quòd timerem à facie eius. Et sunt istæ tres proprietates vocatæ Facies, continenturque inuicem vna in alia. Et ideo dictum est Principium sapientiæ, timor Dei. Et dicit Sapiens, Profectò timor Dei est sapientia. Dictum quoque est, Possidebit sapientiam, possidebit prudentiam. Ecce dicitur, quòd tres istæ coronæ sunt vna corona, vnitas vnitate admodum perfecta. Et sunt quid electissimum, tresque firmitates mundi æquales (id F est, quibus firmatur mundus.) Suntque luminaria ascendentia, & supereminentia quod reliquum est, in tantum quòd luce eorum cuncta illuminantur. Et sunt verba Dei verba munda & preciosa, significatio septem spicarum in canna vna, quæ plenæ sunt & optimæ. Et quoniam sunt ligamen vnum forte atque inseparabile, omnes comprehenduntur in vnum. Sicut dictum est, Intellectus bonus omnibus facientibus ea, id est, illis qui in- G tendunt in ea. Sicut etiam alibi dicitur, Certè Deus fecit hodie. Dixit autem, Laus eius permanet in æternum, propter proprietatem intrinsecam, quam

memoramus. Et etiam dicit, Timor Dei mundus permanet fugiter. Et dixit, Ipse laus tua, & ipse Deus tuus. Et intellige. Hæc omnia R. prædictur. Ex quibus multa præclara, & fidei nostræ admodum consentanea contra Iudæos nostri temporis habentur, & præcipuè septem. Et primum est, quòd tres proprietates quibus tres personæ diuinæ distinguuntur, dicit ex verbis Psalmistæ, esse Principium, Sapientiam & Timorem Dei. Et rectè quidem. Nam per Principium Patrem intelligit, tum quia Pater est prima in trinitate persona, tum etiam, quia est principium & origo totius diuinitatis. Per Sapientiam verò Filium insinuat, qui est sapientia Patris. Per Timorem autem Dei, Spiritum sanctum innuit, qui haud incongruè Timor Dei ab effectu dicitur cum cordibus fidelium quibus illabitur, timorem Dei ingerat, ne scil. per peccatum ab eo separentur, cui per gratiam coniunguntur, & ne per peccatum Deum ipsum perdant, quem per gratiam in se habitantem habent. Quòd per dictum illud etiam probat, Deus fecit vt timerem à facie eius. Secundum est, quòd hanc Sapientiam proficisci ait מאין *meain*, id est ab intellectu supremo & abstractissimo, qui Deus est: hæc enim omnia præ se fert dictio illa Hebraica מאין *meain*: per hoc ostendere volens, Filium in diuinis ab intellectu diuino produci. Nam memoria fœcunda, quæ non est nisi intellectus habens obiectum præsens, diuinam scilicet essentiam, producit Verbum, id est, Filium, qui est noticia genita & sapientia Patris. Tertium est, quòd Sapientiam hanc dicit esse abundantissimam æris venam, in qua fons siue emanatio deprehensa est: per hoc volens apertè innuere, Filium Dei esse artem Patris, & verbum per quod facta sunt omnia. Quartum est, quòd ait hanc Sapientiam esse tanquam lucem, qua coronantur omnes aliæ proprietates in via lucis. Per quod palàm insinuat, Filium esse lumen de lumine, siue lucem mundi, vt ipse Filius ait Iohan. 8. quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, Ioan. 1. Quintum est, quod tres istas proprietates dicit vocari facies, id est personas, more vtique Græcorum, qui personas πρόσωπα, id est facies vocant. Sextum est, quod has tres personas dicit vnam in alia inuicem contineri: demonstrans Patrem esse in Filio & Spiritu sancto, & Filium in Patre & Spiritu sancto, & Spiritum sanctum in Patre & Filio per circumincessionem, quam Græci περιχώρησιν vocant. Septimum est, quòd dicit tres istas coronas vnam esse coronam vnitas vnitate admodum perfecta. Per quod manifestè ostendit, tres personas diuinas vnam omnino esse essentiam, vnamque naturam: quod in expositione quoque sequentis Psalmi expressè affirmat, dum super illud Psalm. 111. רשע יראה וכעס שניו יחרק ונמס תאות רשעים תאבד Id est, Impius videbit, & irascetur, dentibus suis frendebit, & tabescet, desiderium impiorum peribit. Hæc inter cætera ait, הפסוק הזה רומז למדרש הדין שלמטה כי הרשע בועט ביסורין וחורק שניו כלפי שכינה וסופני זה תאות רשעים תאבד ועל כיוצא בזה נאמר כי חי אלהיך אש אוכלה הוא ואומר אש למניו תאכל וסביביו נבערה מאד חרי חתם כרסיון מה שפתח במזמור הראשון לחודיע כי תכל אחד והחרות



והחרות האלה הנזכרות הם שפו של הקדוש ברוך הוא A ושפו הוא יתברך וספני זה הוא פועל בחיות בסדה חצרוכה להם כפי כחם נבלל בחרות ונכנה עם הם אבל מצד עצמו הכל חולך אל מקום אחד והכל הוא יחוד שלם והחרות האלה אינן מוגבלות לא בפרדות והם נכולל או בספרידמות אחת מהם או הפוסים עליהם או הגורנ מהם נקרא קוצץ בנטיעות ועונשו גדול כאלישע אחר אמנם אין החרות האלה ולמטה עולם הנמרדים אם אלפי שאין ראיה לדבר הזה ברלנדי ונמר יוצא מערן לחשקות את הגן ומשם יפרד ואם תחבונן בפה שרמזתי לך תזכה לסוד הפסוק הזה׃ Id est, Textus iste significatiuus est proprietatis infernalis sententiæ. Quoniam impius pedibus calcitrabit, & mouebit dentes suos contra diuinitatem. Et propter hoc desiderium impiorum peribit: Vnde dictum est, Quoniam Deus Deus tuus ignis ardens est. Et insuper, Ignis coram eo exardescet, & ea quæ in circuitu eius sunt, comburet penitus. Ecce expressit significatum eius quod habetur in præcedenti Psalmo, vt doceret, quòd omnes vnum sunt: Et proprietates istæ quas com- C memoramus, sunt nomen Dei, & nomen eius est exaltatum. Et quoniam operantur circa creaturas suas, secundum proprietatem eis congruentem iuxta virtutem earum, ideo ipse continetur in illis proprietatibus, & numeratur cum eis. Verùm si consideres ipsum, qua substantia est, omnia tendunt ad locum vnum, & omnia sunt vnitas vna vndiquaque perfecta. Et proprietates istæ non sunt definitæ, nec separatæ. Quòd siquis aut definiret, aut separaret, aut adderet, aut diminueret vnam dictarum proprietatum, iure appellaretur D plantæ abscissor, & punitio eius magna esset, sicut Ehsei posttremi. Ab istis autem proprietatibus infra, consistit mundus rerum quæ definitæ & separatæ sunt: quamuis huius rei autoritatem non habeamus, nisi illam tantumtodo, qua dicitur, Et fluuius egreditur de paradiso, vt irriget hortum, & inde diuiditur. Et si aduerteris ea de quibus te admonui, fortunatus eris ad intelligendum sacramentum textus huius. Hactenus ille idem Rab- E bi Ishac ben Schola. Ex cuius duabus prædictis expositionibus, palàm ostenditur, tres personas diuinas vnam esse essentiam, vnamque naturam, & vnamquamque earum in reliquis duabus esse per circumincessionem: quod erat probandum.

## CAPVT VIII.

*Quòd diuinæ trinitatis mysterium per Dei imaginem, ad quam factus est homo, optimè atque distinctè innuitur.*

F

## CAPNIO.

QVIA Iudæi nostri temporis tanta contrædicendi nobis cupiditate feruntur, vt hominem, quem scriptura facta ad imaginem Dei effectum manifestè asserit, non ad i- G maginem Dei conditum fuisse affirment, scriptu-

ram ipsam ad aliter significandum trahere conantes, vt ipsum diuinæ trinitatis mysterium in hominis creatione patefactum, effugere valeant, idcirco & hominem ad imaginem Dei factum, & per ipsam Dei imaginem in eo relucentem, ipsum diuinæ trinitatis arcanum insinuari, te per veterum suorum scripturas nunc probare oportet. GAL. Sanctam Dei trinitatem, individuamque eius vnitatem, hominem ad suam imaginem & similitudinem fecisse, inficiari minimè certè possunt, cùm textus ipse clarus sit, qui primo Geneseos ait. ויאמר אלהים נעשה אדם בצלמנו כדמותינו Hoc est, Et dixit אלהים *Elohim*, id est, Dii, faciamus hominem ad imaginem nostram, tanquam similitudinem nostram. Et post pauca, ויברא אלהים את האדם בצלמו בצלם אלהים ברא אתו Id est, Et creauit אלהים *Elohim*, id est Dij, hominem ad imaginem suam, ad imaginem אלהים *Elohim*, id est Deorum, creauit ipsum, masculum & fœminam creauit eos. CAP. Quare prius verbum quod facere significat, posuit, dicens, Faciamus hominem: deinde verbo creationem significante vsus est, dicens, Et creauit אלהים *Elohim*, id est Dij, hominem? cum cæteris quæ sequuntur. GAL. Quia corpora Adæ & Heuæ ex materia compacta fuerunt, animæ verò ex nihilo creatæ. Ideo primo verbum quod facere significat, posuit: deinde verbo creationis vsus est. Hominem igitur ad imaginem Dei factum perfidia Iudæorum nostri sæculi haudquaquam negare potest, cùm prisci eorum id passim fateantur. Nam vt primum ipsius Abrahæ testimonium afferam, ita legitur in Midras tillim super illud Psalm. 37. אל תתחר במרעים אל תקנא בעשי עולה Hoc est, Non socieris cum malignantibus, vel non irascaris, vel non indigneris propter malignantes: neque zelaueris vel imiteris facientes iniquitatem: Dixit Abraham pater noster ad Melchisedech, qui fuit Sem filius Noæ, qui eo quòd obtulit sacrificium vocatus est sacerdos Dei altissimi, Per quem modum, vel quamobrem egressi estis de arca? Respondit ille, Propter צדקה *tsedaca*, id est eleemosynam quam ibi faciebamus. Ait ei, Et cuiusmodi eleemosynam poteratis ibi facere, cum ibi non esset, nisi Noas & filii eius? Cui ergo faciebatis eleemosynam? Respondit ei, Feris, & bestiis, atque volucribus. Non enim tota nocte dormiebamus, sed modo huic, modo illi tribuebamus. Dixit ergo Abraham, Si isti qui feris & bestiis atque volatilibus eleemosynam fecerunt, mercedem receperunt, quanto magis si fecero eleemosynam filiis Adæ qui sunt ad imaginem Dei sancti & benedicti, mercedem recipiam, atque ab obtuentibus liberabor? Et statim in illa hora fecit, supple, eleemosynam: sicut scriptum est Genes. 18. capit. Et plantauit אשל *eshl*, id est pomarium vel hospitium, ad recipiendum hospites. Deinde, id quod in בראשית קטנות *Bereseith ketanna*, id est, in expositione Gen. minori, scriptum est, adducam. Ibi enim sic ad verbum legitur: In die quo creauit

אלהים *Elohim*, id est Dij, Adam, ad similitudinem אלהים *Elohim*, id est Deorum fecit eum: Dixit Rabbi Akibas, Scriptum est Leuitici 19. capit. Et diliges proximum tuum sicut teipsum. Pars magna huius rei est, quòd non dicas, Posti quam egò vituperor, vituperetur proximus meus. Dixit Rabbi תנחומא *Tanhuma*, Si autem ita feceris, scitò quod vituperabis: siquidem vilipendes eum de quo scriptum est, Ad similitudinem אלהים *Elohim*, id est Deorum fecit eum. Hactenus traditio. Illud etiam Iudæi recentiores audiant, quod in libro מכילתא *Mechilta* legitur, super illud Exod. 20. ולא תעלה במעלות על מזבחי אשר לא תגלה ערותך עליו Id est, Ne ascendas per gradus super altare meum, ne reuelet se confusio, vel pudenda tua super ipsum: Sic enim ibi dicitur, Ecce hic argumentum קל וחומר *kal vehomer*, id est minoris vel maioris: Nam si de lapidibus in quibus non est cognitio mali & boni, dixit ipse מקום *Makom*, id est locus, hoc est Deus (Nam Iudæi Deum locum vocare solent, quòd vbique & in omni loco sit præsens) vt non ambules in eis despectiuè, vel ignominiosè, quanto magis exigit ratio, vt cum proximo, qui est ad similitudinem illius, qui dixit, & factus est mundus, non ambules contemptibiliter & contumeliosè. Hæc traditio. Neque hic prætermittendum est, quòd in *Bereschith Rabba* super illud Genesis primo capit. Et creauit אלהים *Elohim*, id est, Dii hominem ad similitudinem suam, hoc modo legitur; Interrogauerunt hæretici R. שמלאי *Semlai*, Quid est quod scriptum est, Et dixit אלהים *Elohim*, id est Dii, faciamus hominem ad imaginem nostram tanquam similitudinem nostram? Dixit eis, Legite quod sequitur, Et creauerunt אלהים *Elohim*, id est Dii, hominem. Non sic scriptum est, sed creauit אלהים id est Dii. Dixit Rab. הושעיה *hoshaiah*, In hora qua Deus sanctus & benedictus creauit hominem primum ad imaginem suam, errauerunt in eo Angeli ministerij, voluerunt que dicere coram eo, Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus exercituum. Sed quid fecit Deus Sanctus & benedictus? Fecit cadere super eum soporem: & mox cognouerunt, quòd ipse erat homo. Et hoc est quod scriptum est, Cauete vobis ab homine, qui habet spiraculum in naso suo, qui reputatus est, Ipse, id est, Deus, propter Dei scilicet similitudinem, quam gerit. Hucusque traditio: quæ siue verum id fuerit, siue non, optimè tamen probat, antiquos Iudæorum doctores tenuisse, hominem ad imaginem Dei, eique simillimum fuisse condium. CAP. Qualiter prisci Iudæorum tenebant hominem ad Dei imaginem, Deoque simillimum fuisse effectum? GAL. Secundùm animam vtique, in qua imago ipsa diuinæ trinitatis optimè atque expressè relucet. Quare notanda sunt quæ hac de re Rabbi Moses Ægyptius in libro, qui Director nutantium inuncupatur, hoc modo affert: Ex hoc, inquiens, quòd Deus dixerit, Faciamus hominem ad imaginem nostram, inducuntur homines ad credendum, Deum esse corporeum, vna cum lineamentis omnibus ac membris, simul & spiritum. Quo tandem reprobato, ait (& rectè quidem) quòd non quantum ad corpus, sed quantum ad intellectum homo ad imaginem sui conditoris conditus fuerit. Et de hac imagine dictum esse affirmat, illud Psalm. 39. אך בצלם יתהלך איש ארגי בעיר צלמם תבוזון Hoc est, Domine in ciuitate imaginem ipsorum vilificabis, vel despicies. Despicitur quidem peccatorum imago, sed ad nihilum nequaquam redigitur: sicut dictum est Psalm. 39. Id est, Verumtamen cum imagine deambulabit vir, id est, quilibet in hoc mundo existens. Ex quo apertè liquet, nostræ editionis autorem non rectè antedicta verba traduxisse, dum ait, Domine in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges. Cùm ergo dicitur Genesis 1. Dixit אלהים *Elohim*, id est, Dii, faciamus hominem ad imaginem nostram, tanquam similitudinem nostram, sicut per אלהים *Elohim*, iuxta antiquorum Iudæorum expositionem; intelliguntur tres מדורת *Middoth*, per quas dixerunt mundum fuisse creatum, id est tres personæ diuinæ, Pater videlicet, & Filius, & Spiritus sanctus: ita per imaginem אלהים *Elohim*, id est Deorum, tres animæ potentias, memoriam scilicet, intelligentiam, & voluntatem; in quibus diuinæ trinitatis imago consistit, intelligi oportet. Ex memoria namque formatur intelligentia. Neque enim est ex quo formetur intelligentia ipsa, nisi ex memoria, secundùm quod memoria est notitiam rei apud se habere. Nisi igitur apud animam sit notitia, non est quo formetur intelligentia. Intelligentia autem extendente se & noticia, & accipiente id quod verum est in ratione boni & conuenientis, statim ex memoria & intelligentia formatur appetitus, qui est voluntas. Sicut igitur ex memoria formatur intelligentia, sic ex Patre in diuinis generatur Filius. Et quemadmodum ex memoria & intelligentia extensis, & quasi spirantibus bonum, formatur voluntas, sic ex Patre & Filio tanquam ex vno spirandi principio, spiratur bonum, quod est Spiritus sanctus: Et sicut tres potentiæ istæ, memoria, intelligentia, & voluntas sunt vna anima, ita Pater, & Filius, & Spiritus sanctus sunt vnus Deus: Et hæc est Dei imago ad quam homo creatus est, iuxta veterum Hebræorum sententiam: quamuis neque alias Dei similitudines esse in anima tacuerint. Nam & in מדרש *Midras tillim*, super illud Psal. 103. ברכי נפשי את יהוה וכל קרבי את שם קדשו Id est, Benedic anima mea Deum, & omnia viscera mea nomen sanctum eius. Et in *Vaikra Rabba* super illud Leuitici 4. capite, Anima cum peccauerit, ipsa morietur, ita ad literam legitur, רבנן אמרין מה הנפש מסלאה את הגוף כך הקדוש ברוך הוא מסלא את עולמו מה הנפש מוכלה את הגוף כך הקדוש ברוך הוא סובל את העולם מה הנפש יחידה בגוף כך הקדוש ברוך הוא יחיד בעולמו ומה הנפש אינה אוכלה ואינה שותה כך הקדוש ברוך הוא אינו אוכל ואינו שותה ומה הנפש מטהרת בגוף כך הקדוש ברוך הוא שהוא למעלה מעולמו מה הנפש רואה ואינה נראית כך הקדוש ברוך הוא ראה ואינו נראה אסר דוד תבא הנפש שיש בכל חסרות הללו ותהלל להקדוש בריך הוא שיש בו כל חסרות הללו



הללו ותהלל להקדוש ברוך הוא שיש בו כל חסרות הללו: id est, Magistri dixerunt, Vt anima replet corpus, sic Deus sanctus & benedictus replet mundum suum. Vt anima regit corpus, sic Deus sanctus & benedictus regit mundum. Vt anima est vna in corpore, sic Deus sanctus & benedictus est vnus in mundo suo. Vt anima non manducat, neque bibit, sic Deus sanctus & benedictus nec manducat, nec bibit. Vt anima habitat in corpore, sic Deus sanctus & benedictus habitat in superiori mundo. Vt anima videt & non videtur, sic Deus sanctus & benedictus videt & non videtur. Dixit ergo Dauid, Accedat anima cui insunt omnes istæ proprietates, & laudet Deum sanctum & benedictum, cui etiam insunt omnes istæ proprietates. Hæc omnia traditiones præmissæ. In his autem licèt anima quodammodo Deo persimilis censeatur, hæc tamen similitudo, quia accidentalis est, cum nonnisi circa ipsius animæ accidentia consistat, non potest esse ipsa Dei imago, ad quam anima ipsa creata est. Hanc enim imaginem in iis naturalibus proprietatibus, atque potentiis animæ consistere oportet, quibus anima ipsa, ipsius Dei, per cognitionem & amorem capax efficitur. Hæ autem potentiæ non sunt nisi memoria, intelligentia, & voluntas. In his igitur ipsam Dei imaginem, ad quam homo factus est, consistere necesse est. Quemadmodum enim in Deo tres sunt personæ, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, ita in anima tres sunt potentiæ, memoria, intelligentia, & voluntas. Nam in memoria quidem imago Patris relucet, quia memoria fœcunda cum actu dicendi producit verbum. In intelligentia verò imago exprimitur Filii, quia Filius per modum intellectus & naturæ gignitur. Vnde Filius in diuinis est noticia genita, qua se Pater cognoscit. In voluntate autem imago Spiritus sancti insinuatur, quia Spiritus sanctus per modum voluntatis à Patre & Filio, tanquam ab vno principio, & vno spiratore procedit. Quare Spiritus sanctus non est nisi amor, quo Pater & Filius se mutuò amant: Et sicut Filius gignitur à Patre, & Spiritus sanctus ab vtroque procedit, sic intelligentia oritur à memoria: (intelligentiam pro potentia & actu accipiendo) & voluntas ab vtroque, hoc est, à memoria & intelligentia originem habet (voluntatem tam pro ipsa potentia, quam pro eius actu sumendo.) Ipsa quippe diuinæ trinitatis imago (vt Theologis nostris placet) & præsertim Scoto in 1. lib. dist. 3. q. vlt. non in solis primis animæ actibus consistit, sed in primis & secundis simul sumptis. Ibi enim non tantum diuinarum personarum distinctio, origo, atque productio (vt dictum est) optimè refulgent, verùm ipsarum quoque identitas, ac diuinæ essentiæ vnitas expressè repræsentantur. Sicuti enim Pater, Filius, & Spiritus sanctus non sunt tres Dii, sed vnus Deus, ita memoria, intelligentia, & voluntas, non sunt tres animæ, sed vna solum anima, cum non sit nisi vna eius substantia.

*Quid est Dei imago in homine.*

*Imago Dei in anima vbi consistit.*

*Filius in diuinis quid est.*

*Spiritus sanctus quid est.*

## CAPVT IX.

*De nomine Dei* אלהים *Elohim, & quomodo per illud diuina trinitas insinuatur.*

## CAPNIO.

CVm ad comprobandum diuinæ trinitatis mysterium nihil sit contra Iudæos iuniores aptius, nihil validius, quàm diuinorum nominum explanatio, idcirco te idem mysterium, ipsa Dei nomina exponendo, nunc probare opus est. Et primùm per אלהים *Elohim*, quod communius est cæteris, id te facere oportet. GAL. אלהים *Elohim*, (vt ipse nosti) plurale est nomen, & id quod Dii apud nos, significat. Cuius singulare est אל *el*, id est Deus, vel potius אלוה *Eloah*, quod etiam idem est quod Deus. Hoc igitur nomen אלהים *Elohim*, etsi pluralitatem designet, cum verbo tamen singularis numeri iungi solet, quoties in scriptura sacra pro Deo vero accipitur: vt est illud in libri Geneseos principio, בראשית ברא אלהים את השמים ואת הארץ Hoc est, In principio creauit Dii cœlum & terram. Vbi igitur nostra tam Græca quàm Latina editio Deus habet, Hebraica veritas, Dii, dicit. Quod quidem absque grandi mysterio factum non est. Quia enim iuxta D. Augustini sententiam, opera trinitatis indiuisa sunt ad extra, idcirco Moses ille magnus ad insinuandum omnes tres personas diuinas, Patrem & Filium & Spiritum sanctum simul ad mundi creationem concurrisse, אלהים *Elohim*, id est, Dii in plurali, dixit, & non אלוה *Eloah*, siue אל *el*, id est Deus, in singulari: ad ostendendum autem tres illas personas essentialiter non distingui, sed idem omnino esse, hoc est vnum Deum esse, & non tres Deos, ברא *bara*, id est, Creauit, in singulari dixit, & non בראו *bareu*, id est creauerunt, in plurali. Constat igitur per nomen אלהים *Elohim* cum verbo singularis numeri iunctum, & personarum trinitatem, & essentiæ diuinæ vnitatem optimè designari. Iudæi autem recentiores cùm textum hunc minimè negare possint, ipsum falsa quadam expositione peruertere conantur. Dicunt enim, quòd etsi nomen hoc אלהים *Elohim* plurale sit, indifferenter tamen & singulariter & pluraliter accipi solet, & quando pro vero Deo accipitur, semper singulariter & non pluraliter tenetur. Et sic illud hic teneri aiunt, cum dicitur, In principio creauit אלהים *Elohim*. Vnde concludunt, quòd cum אלהים *Elohim* hoc loco non pluraliter, sed singulariter teneatur, haudquaquam nos inde inferre possumus, per ipsum personarum trinitatem insinuari. Sed hæc fortasse Hebraicarum literarum ignaris dicere possent, non autem iis qui earum penitus non carent cognitione. Nos igitur qui illarum non summus omnino expertes, & per Hebraicos sacræ scripturæ textus, & per eorum Doctores, falsò textum hunc eos exponere probabimus. Nam in *Bereschith* קטנה *ketanna*, id est in expositione Geneseos minori super hunc textum, legitur R. הונא *huna* ita dixisse, Nisi hic sermo scriptus fuisset, non licuisset dicere, Et creauit אלהים *Elohim*, id est Dii, cœlum & terram. Super illud quoque Genes. 1. ויברא אלהים את האדם בצלמו בצלם אלהים ברא אותו Id est, Et creauit Dii Adam ad imaginem suam, ad imaginem Deorum creauit eum, ita scriptum legitur: Interrogauerunt hæretici R. Semlai,

*Iudæorum iuniorum falsa expositio.*

*Confutatio.*

Quot Dii creauerunt mundum? Ait illis, Ego & vos quæramus à diebus antiquis. In commentariis autem R. Mosi Hadarsan in librum Geneseos habetur, quòd sic eis responderit, Ego & vos quæramus à lege. Nam non est scriptum, Creauerunt Dii Adam, sed creauit Dii Adam. Rursus interrogauerunt eum; Quid est quod scriptum est; In principio creauit Dii cœlum & terram. Nam non est scriptum, in principio creauerunt Dii, sed, In principio creauit Dii. Dixit R. Semlai, In omni loco in quo inuenis pro hæreticis obiectionem, inuenis quoque medicamentum illius in latere eius. Huic simile est illud quod habetur in libro סנהדרין *Sanhedrin*, in capit. quod incipit אחד דיני ממונות *Ehad dine mamonoth*, id est, vnum iudiciorum diuitiarum, circa finem, cùm dicitur R. Iohanan sic dixisse, Omnis locus vnde Epicurei facti sunt hæretici, responsionem habet in latere. Vbi enim dicitur, Faciamus hominem ad imaginem nostram, ibi quoque subditur, Et creauit אלהים *Elohim*, id est, Dii hominem ad imaginem suam. Et cum dicitur Genes. 11. Descendamus, & confundamus labia eorum, tunc etiam dicitur ibidem, Et descendit Dominus ad videndum ciuitatem & turrim. Et vbi scriptum est, Genes. 35. Quia ibi apparuerunt ei Dii, ibidem quoque legitur. Et faciebat altare Deo, qui apparuit tibi. Item eodem in loco: Et surgam us & ascendamus ad domum Dei, & faciam ibi altare Deo exaudienti me in die tribulationis meæ. Hactenus traditio. Alia quoque multa præter ista, in sacris literis comperiuntur loca, in quibus & nomen אלהים *Elohim*, & alia quædam nomina de Deo dicta, pluraliter ponuntur: quem quidem de Deo loquendi modum, nemo interpretum transtulit, cùm valdè incongruus videretur. Idcirco tamen (vt arbitror) illa priscorum scriptura admisit, vt recentiorum Iudæorum, pluralitatem diuinarum personarum negantium, fortiùs conuinceretur impietas. De quibus nonnulla in expositione Genes. quæ R. Mosi Hadarsan ascribitur, inseruntur, vbi super illud, In principio creauit אלהים *Elohim*, id est, Dii cœlum & terram. Sic ad verbum dicitur, Quæsierunt hæretici à R. שמלאי *Semlai* dicentes, Quot Dii creauerunt mundum? Respondit, Ego & vos quæramus hoc à lege. Dixerunt ei, Ecce scriptum est Deuteronom. 4. cap. Quæ est gens magna, quæ habeat Deos propinquantes sibi: Ecce duo רשויות *ressuioth*, id est, poncipia. Dixit eis, Legite finem versus: Sicut Dominus Deus noster in omni inuocatione nostra ad eum: non enim scriptum est, ad eos, sed, ad eum. Aiunt illi, Ecce adhuc scriptum est Iehoſ. vltim. ca. לא תוכלו לעבר את יהוה כי אלהים קדֹשים הוא Hoc est: Non poteritis seruire Deo, quia Dii sancti ipse: Dixit eis, Legite finem textus: non enim dicit, Quia Dii sancti ipsi, sed quia Dii sanctus ipse. Dixerunt iterum eis: Ecce scriptum est. 2. Reg. 7. capit. ומי כעמך ישראל גוי אחד בארץ אשר הלכו אלהים לפדות Hoc est, Et quis vt populus tuus, sicut Israel gens vna in terra, propter quam iuerunt Dii ad redimendum: Ait eis, Legite quod consequenter scriptum est: non enim להם *labem*, id est sibi, pluraliter scriptum est, sed ad redimendum, לו *lo*, id est sibi, singulariter. Rursum quoque dixerunt ei, Ecce scriptum est apud Ierem. 23. capit. ותפכחם את דברי אלהים חיים id est, Et peruertistis verba Deorum viuentium: Ait illis, Legite finem literæ: non enim scriptum est, Dominorum exercituum, sed יהוה צבאות אלהינו Domini exercituum Dei nostri. Hæc traditio: vbi hoc nomen אלהים *Elohim*, pro Deo vero accipitur, & tamen cum adiectiuo pluralis numeri coniungitur: quod fieri minimè contingeret, si illud (vt ipsi aiunt) pro Deo vero acceptum, semper singulariter teneretur. Huic præterea loquendi de Deo modo simile est, quod apud Hoscam 11. capit. ita scriptum legimus, סבבני בכחש אפרים ובמרמה בית ישראל ויהודה עוד רד עם אל ועם קדשים נאמן Hoc est, Circumdederunt me cum negatione, vel mendacio Ephraim, & cum dolo domus Israel: Iuda verò adhuc erit dominans cum Deo, & cum sanctis fideli. Vbi glossa R. Selomonis ait, Cum sanctis fideli, id est cum Deo sancto & benedicto. Neque hic præterea eundum puto quod in *midras cohelelth*, id est in expositione Ecclesiast. legitur, super illud 5. capit. אם עשק רש וגזל משפט וצדק תראה במדינה אל תתמה על החפץ כי גבה מעל גבה שמר וגבהים עליהם Id est, Si oppressionem egeni, & ablationem iudicii & iusticiæ videris in ciuitate, non mireris super huiuscemodi voluntate: Nam excelsus super excelsum custodiens est, & excelsi super eos. Ibi enim sic dicitur, Si videris oppressores pauperum & egenorum, & iusticiam, id est iustum viuentem, in æternum multiplicantem sibi bonitatem & pacem, timeas iudicium gehennæ. Quia excelsus super excelsum custodiens est: hi sunt Angeli: Et excelsi sunt super eos: Hic est Deus sanctus & benedictus. Plurimis præterea in locis, nomen hoc אלהים *Elohim*, cùm pro vero Deo sumitur, cum verbo pluralis numeri copulari comperimus, quòd nequaquam fieret si pro vero Deo acceptum semper singulariter teneretur. Et vt cætera id genus penè infinita prætermittam, illud vnum quod maximè ad propositum facit, exempli gratia adducam. Sic enim in 1. capit. Geneſ. scribitur, ויאמר אלהים נעשה אדם בצלמנו כדמותינו: אלהים *Elohim* id est, Dii, Faciamus hominem ad imaginem nostram, tanquam similitudinem nostram. Si igitur hoc in loco אלהים *Elohim* singulariter teneretur, non faciamus, sed faciam, dixisset. Neque ad imaginem nostram, tanquam similitudinem nostram, sed ad imaginem meam, tanquam similitudinem meam, protulisset. Dixit autem, ad imaginem nostram, tanquam similitudinem nostram, & non ad imagines nostras, tanquam similitudines nostras, vt personarum identitatem, ac diuinæ essentiæ vnitatem indicaret. Nam etsi tres diuinæ hypostases personaliter ab inuicem distinguantur, cùm alia sit persona Patris, alia Filii, alia Spiritus sancti, essentialiter tamen non distinguuntur, sed idem omnino sunt. Cùm igitur nomen hoc אלהים *Elohim*, pro Deo vero hic accipiatur, atque cum verbo faciamus, quod pluraliter profertur,



fertur, coniungatur, clarum profectò est, illud hic pro Deo vero sumtum, non singulariter, sed pluraliter, ad pluralitatem diuinarum personarum insinuandam teneri. Iuniores tamen Iudæorum textus huius veritatem quibusdam irrationabilibus, nedum falsis expositionibus peruertere conantur. Quidam enim dicunt, ideo Deum, cùm hominem conditurus esset, pluraliter locutum fuisse, quia cœlestem familiam consuluit. Quorum certè dictum inane atque nullum esse, ex eo maximè patet, quòd cœlestia omnia Deo seruiant, & eorum consilio ipse non egeat. Quidam verò, vt R. Dauid, & R. Moses Gerundensis, hoc in loco aiunt, propterea Deum hoc loquendi modo vsum fuisse, quia cum terra tunc locutus est, eo quod homo quem facturus erat, ex diuina & terrena re constare debebat. Sed hoc profectò dictum tam stultum ac ridiculum est, vt confutatione non egeat. Fatuitas quippe ridicula est, dicere, Deum ad hominis creationem terram sibi adiutricem aduocasse. Quidam denique dicunt, quòd Grammaticè loquendo, hoc loco nomen hoc אלהים *Elohim* non coniungitur cum verbo pluralis numeri Faciamus, sed cum verbo Dixit, quod singulare est. Ita enim dicit textus, Et dixit אלהים *Elohim*. Et postea sequitur, Faciamus hominem. Hoc etiam nihil est. Nam ætsi *Elohim* immediatè non connectatur cum verbo Faciamus, connectitur tamen mediatè, quod idem prorsus est. Neque enim alius quàm אלהים *Elohim* dixit, Faciamus hominem. Quamuis autem hic nomen אלהים *Elohim* pro Deo vero captum, non immediatè, sed mediatè cum verbo pluralis numeri copuletur, alijs tamen quàm plurimis in locis immediatè copulatur, sicuti Biblia Hebraicis characteribus scripta legentibus facilè patet. Hi tamen, cæterique omnes qui huius textus sententiam deprauare niuntur, per illud facilè conuincuntur, quod in *Midras cohelelth*, id est in expositione Ecclesiastis, super illud quod in 2. cap. habetur, כי מה האדם שיבוא אחרי המלך את אשר כבר עשוהו Id est, Quis est homo, qui veniat, vel intret post Regem, qui iam fecerunt eum? Sic enim ibi dicitur, Post Regem, videlicet aliorum Regum Regem, Deum sanctum & benedictum, tunc valebis stare? Docet autem per hoc, dicendum, quòd non est scriptum qui fecit eum, sed qui fecerunt eum. Quod ex quo in lege scriptum est, dici potest: Deus enim sanctus & benedictus, & domus iudicij eius, fecerunt eum. Si autem ex hoc dixeris, Duo ergo sunt principia, non sequitur. Nonne enim iam dictum erat, Deuteronom. 32. cap. Ipse fecit te, & aptauit, vel parauit, vel ornauit te? Hucusque traditio. In qua tria notatu admodum digna, atque ad rem propositam aptissima ponuntur. Primum quidem est, quod verbum pluralis numeri, Fecerunt, propterea cum nomine singularis numeri, Rex, in creatione hominis iungitur, quia Deus cum hominem conderet, pluraliter locutus est, dicens, Faciamus hominem ad imaginem nostram. Hinc Psalmographus dixit Psal. 149. ישמח ישראל בעשיו בני ציון יגילו במלכם Hoc est, Lætetur Israel in factoribus suis, filij Sion exultent in rege suo. Hinc quoque & Esaias ait 54. capit. כי בעליך עשיך יהוה צבאות שמו Id est, Quia dominatores tui, factores tui, Deus (tetragrammaton) exercituum nomen eius. Secundum verò est, cum in hac traditione dicitur, Quod Deus sanctus & benedictus, & Domus iudicij eius fecerunt hominem. Vbi per Deum sanctum & benedictum, naturæ diuinæ vnitas ostenditur: per domum verò iudicij eius, personarum trinitas innuitur. Nam domus iudicij apud Iudæos dicebatur, cùm tres ad minimum simul sententiam aliquam ferebant, quæ etsi plurium esse poterat, non tamen pauciorum, dummodo impares numero semper essent. Domus igitur iudicij Dei non est nisi Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Eapropter in *Bereschith Rabba*, id est, in expositione libri Genes. super illud 19. capit. dictum ויהוה המטיר על סדם ועל עמרה גפרית ואש Hoc est, Et Deus pluit super Sedom & super Amora sulfur & ignem, Dixit R. Elazar, In omni loco, vbi in scriptura ponitur Deus (tetragrammaton) semper intelligitur ipse, & domus iudicij eius. Hoc etiam idem R. affirmat in Midras שיר השירים *Sir hasirim*, id est in expositione Cantici canticorum, super illud 1. capit. לססתי ברכבי פרעה דמיתיך רעיתי Id est, Equæ meæ in curribus, vel in equitaturis Pharaonis assimilaui te amica mea. Tertium autem est, cùm in eadem traditione subinfertur, quod Deus & domus iudicij eius, non sint duo rerum omnium creatarum principia, sed vnum duntaxat principium. Ex quo patet, quòd prisci Iudæorum Doctores non negabant diuinæ trinitatis mysterium, sed tantum plura principia, siue plures Deos: quod non minus Christiana religio detestatur. Quæ cum ita sint, luce clariùs constat, per nomen אלהים *Elohim*, tres diuinas personas intelligi debere, quæ tanquam vnicum principium ad rerum omnium productionem simul concurrerunt.

*Tenuorum Iudæorum falsa expositiones.*

*Confutationes.*

## CAP. X.

*De nomine Dei quatuor literarum, quod est τετραγράμματον, ejusque* יהוה, *quod Hebræi* שם המפורש Sem hammephoras, *hoc est nomen expositum vocant.*

## CAPNIO.

QVONIAM inter cætera diuina nomina, per nomen Dei τετραγράμματον diuinæ trinitatis mysterium maximè insinuatur, eam ob rem ad Iudæorum cruciem magis conterendam, vellem abs te scire, quid de hoc nomine Talmudistæ atque Cabalistæ senserint. GAL. Admodum profectò miranda vtrique senserunt. Quare ne ipse plura dicam, ea duntaxat referam quæ & R. Haccados, & R. Moses filius Maimonis dicunt. Nam R. quidem Haccados, qui Latinè, Doctor noster sanctus, interpretatur, in libro quem גלירייא *Gale razcia*, id est, reuelatorem secretorum

nunchpatuit, interrogatus ab Antonino Consule Vrbis Romæ de huiusce nominis significatu, multa valde mira detexit. Cuius verba refert Rabbi Nehumias Haccanæ filius, in epistola secretorum ad filium suum Haccanam scripta, quam Hebræi אגרת הסודות *iggheretth hassodoth* vocant: sic dicens, בקש פעם אחת אנטונינוס נגיד על עיר רופח סרבינו הקדוש שילמדהו אפתחות הד מות שם ר אותיות ושם יב אותיות שם סך אותיות תש ובח בעבור שתשאל איות גלמר מהאמת ריצח לומר מהוראת שם בן ד אותיות ושם יב אותיות ושם ארבעים אותיות אני מודיע לך אותם היות המורה אלהים אשר ראוי חיותם מתתרות מכל איש אבל בעבור שאני מכיר חיותך מתתלמידים המאושרים וחוא דבר קרוב אל חסברה לגלות להם אלו הדברים לפי שאנשי אותה חסדינה אין ראוי להסתיר דברים כאלו לפיכך אודיעך שאין לאל שם אשר אנו נוכל להשיג חכרח לפי שעצמותו חוא שפו ושמו עצמותו וכפו שמעצמותו לא נוכל להשיג שום חכרח לפי שעם אותה חידיעה חיינו רודעים לו כך משפו לא נוכח להשיג ידיעה עם כל זה כל שמותיו יש לחם חוראה לפי ששם ארבע אותיות חוא יותר עצמי למעלותיו ובראח ידיעה יותר שלמה ויותר עצמית כפי מה שאנו יוכלין לקבל ומזה מצטרפים כל שמותיו ולפי זה השם נקרא שם המפורש לא שחוא יחוח שפו מעצמי אבל אנו אומרים אותו לפי שוח חוא כל מה שכחנו יוכל להשיג ויותר גבוח לא נוכל לעלות והדע משם יב אותיות ושם סב שאינם שמות אשר תיבח אחת תחיה נעשה משני עשר אותיות או מארבעים ושתים אותיות אבל באו זה שם שתחיה יש רוב מלות שונות שחוראתם אחת. Hoc est, Quæsiuit aliquando Antoninus Consul Vrbis Romæ à Rabbeno haccados, vt cum de veritate instrueret, eius videlicet quod signat nomen quatuor literarum, & nomen duodecim literarum, ac nomen quadraginta duarum literarum. Responsio. Quod petis te de veritate informari, eius scilicet quod demonstrat nomen quatuor, nomen duodecim, & nomen quadraginta duarum literarum: notum tibi facio, hæc esse arcana diuina, quæ omnes homines clam esse debent. Verumtamen quia te ex scholasticis benemeritum esse cognosco, consentaneumque rationi est, detegere huiusce generis hominibus huiusmodi res, quoniam illis haud quaquam occultanda sunt talia, idcirco notum tibi facio, Deum non habere nomen, cuius nos cognitionem habere possimus; quandoquidem eius substantia est nomen ipsius, & econtra. Et quemadmodum eius substantiæ notitiam nullam habere possumus, quoniam ea cognita, ei similes efficeremur, ita nominis ipsius cognitionem habere nequimus. Nihilominus omnia eius nomina sunt attributa. Et quia nomen quatuor literarum operationibus eius peculiarius est, ostenditque eius notitiam perfectiorem, & illi accommodatiorem, prout nobis est possibile caputa, & ex hoc nomine procedunt omnia eius nomina, ideo hoc nomen dictum est שם המפורש *sem hammephoras*, non quod ipsum sit eius nomen substantiale: sed nos id dicimus, quoniam hoc est quantum nostra facultas comprehendere potest, & altius ascendere non possumus. Notare autem debes, nomen duodecim, nomenque quadraginta duarum literarum non esse nomina, quorum vnumquodque verbum duodecim literis consstet, aut quadraginta duabus, sed quodlibet eorum sunt verba diuersa, quæ vnum ostendunt. Hæc ille. Rabbi autem Moses Ægyptius in libro *More*, in sexagesimo primæ partis capite, sic ad verbum ait: Omnia nomina creatoris in libris omnibus inuenta, ab effectibus deriuata sunt præter vnum nomen, quod est יהוה Et est nomen appropriatum creatori altissimo. Et propter hoc vocatur שם המפורש *sem hammephoras*, id est nomen expositum. Vult autem dicere, quòd ipsum est significans & ostendens creatoris substantiam, ac eius quidditatem, ostensione & significatione perfecta, ac manifesta, in qua non est æquiuocatio, neque mixtura: id est, Nihil est quod commune sit Deo & creaturæ in hoc nomine: reliqua autem ipsius gloriosa nomina significant æquiuotè, & cum mixtura: eo quod sunt ab operibus similibus iis quæ sunt in nobis, deriuata: vt etiam nomen illud quod loco יהוה id est, (quatuor literarum) quod est אדני *Adonai* ab hoc verbo אדן *Adon*, quòd est Dominus, deriuatum est. Et inde est, quod Angelus quoque dictus est אדני *Adonai*: sicut dictum est Genes. 18. capit. אדני *Adonai* quæso si inueni gratiam in oculis tuis. Manifestaui autem tibi hoc in verbo אדנ *Adonai*, quo nomen creatoris pronominatur: quia magis appropriatum est Deo altissimo, quàm alia omnia nomina creatorem notificantia. Cætera verò, vt דיין *Dajan* iudex, & צדיק *tsadik*, id est iustus, & חנון *Hannun*, id est gratiosus, vel pius, & misericors, manifestum. est, quòd communia sunt, atque deriuata. Nominis autem quod scribitur quatuor literis יהוה, nescitur deriuatio nota, nec ipsum cum alio participat. Et non est dubium, quin hoc nomen gloriosum, quod non profertur, neque pronunciatur, neque dicebatur nisi in sanctuario à sacerdotibus Domini sanctificatis, & solum in benedictione sacerdotum, & tunc etiam à sacerdote magno, & in die ieiunii gloriosæ sanctificationis, est nomen illud, in quo non est participatio inter creatorem, & aliquid aliud. Breuiter autem dico, quod celsitudo & excellentia huius nominis idcirco tanta reputatur, & cautur ne loquatur aliquis per ipsum cautela magna & terribili, quia significat creatoris substantiam: ita quod nulla creatura communicat cum eo in significatione illa. Quemadmodum assueuerant magistri nostri, in persona Dei dicentes, Nomen meum est vnicum, vel appropriatum mihi. Cætera verò omnia Dei nomina, qualitates & reliqua significant. Cumque multiplicata fuissent huiusmodi creatoris nomina, ab eius operibus deriuata, transire fecerunt super cor nonnullorum filiorum Adam, quod multas ipse habeat qualitates, secundum multitudinem operum à quibus nomina illa deriuantur. Et eam ob rem promisit dare hominibus intellectum, qui ab eis huiusmodi errorem amoueret. Dixit enim Zachar. 14. ca. In die illa erit Dominus vnus, & nomen eius vnum. Vult dicere, quod sicuti ipse Dominus vnus est, ita tune vno

*Deus prorsùs non habet nomen.*



vno duntaxat vocabitur nomine, quod eius substantiam, vel essentiam absque deriuatione ab aliqua actione, significat. Dictum est autem in פרקי *pirke*, id est, capitulis Rabbi Eliezer, quòd cùm adhuc mundus non esset creatus, erat Deus sanctus & benedictus, & nomen eius tantùm. Animaduerte quàm euidenter ostendat, quòd omnia hæc Dei nomina deriuata sint nouiter post mundi creationem inuenta. Et hoc quidem certum est, quòd omnia ab aliquibus operibus in mundo inuentis denominantur. Sed cum consideras Dei essentiam ab omni operatione denudatam, nequaquam erit ei nomen deriuatum, sed vnum tantummodo, ad eius essentiam designandam. Nullum autem est apud nos nomen, quod non sit deriuatum, præter τετραγράμματον יהוה, quod est שם המפורש *sem hammephoras*, id est, nomen expositum absolutè. Nec aliud esse credas, quam illud. Neque pertranseant cor tuum scribentium breuia, vanitates, & ea quæ fortè ab eis audisti, vel in eorum libris vanissimis inuenisti, delirantium nomina quædam, ab eis compositæ, & nihil penitus significantia, quæ diuina nomina vocant; dicuntque, quòd magna sanctitas atque mundicia sit ad effectum consequendum necessaria, & quòd possibile sit homini cum huiusmodi nominibus miracula facere. Non enim decet prudentem hominem has vanitates atque insanias audire, nedum credere. Nec est aliquod aliud nomen quod המפורש *hammephoras*, id est expositum, vocetur, nisi hoc gloriosum quatuor literarum nomen, quod cum literis suis minimè legitur. Manifestè autem cum expositione dixerunt in libro, qui dicitur ספרי *sifre*, super illud Numer. 6. capit. Sic benedicetis filiis Israel. Sic, hoc est, In lingua ista. Sic, id est, cum שם המפורש *sem hammephoras*, Dicebatur autem in sanctuario, sicut scriptum est: in ciuitate verò secundum quod pronunciatur, hoc est, pro eo dicebatur אדני *Adonai*. Dictum est quoque in Talmud super illud Numer. 6. capit. Sic benedicetis filiis Israel. Sic, id est, cum שם המפורש *sem hammephoras*, vel cum eius pronunciatione. Docet autem quid sit dicendum, cùm ait: Et ponit, vel nominate nomen meum vnicum, scilicet mihi. Ecce expositum est ibi, quòd שם המפורש *sem hammephoras* sit nomen quatuor literarum, & quòd ipsum solum creatoris substantiam absque mixtura & significatione alia significet atque ostendat. Eapropter dixerunt magistri in persona Dei, Nomen meum est vnicum mihi. Hæc omnia prædicta Rabbi Moses ben Maimon. CAP. Dic obsecro, hoc nomen quatuor literarum, vt scriptum est, siue vt literæ ipsæ sonant, quomodo proferatur. GAL. Quidam ex nostris aiunt, hoc nomen in nostris literis sonare Ioua. A quo dicunt fortè apud antiquos nomen Iouis irrepsisse. Sed maximè profectò erranti, huiusmodi gentilitatis blasphemiam ex tam sancto nomine inferentes. Non enim hæ quatuor literæ יהוה si, vt punctatæ sunt, legantur, Ioua reddunt: sed (vt ipse optimè nosti) Iehoua efficiunt: quamuis Iudæi illud pronunciare vt scriptum est, non audeant: sed loco eius אדני *Adonai*, quod idem est quod Dominus, proferant. Qui autem illud in nostris literis Ioua sonare contendunt, id ex eo potissimum probare conantur, quòd Hebræorum Grammatici dicunt, cum *scewa* aliqua literarum gutturis sequitur, plerunque & *scewa* ipsum & gutturis literam simul per syncopam auferri. Nam exempli grátia, יהודה *Iehuda*, nonnunquam יודה *Iuda* & scribitur & pronunciatur, & יהושע *Iehosua* יושע *Iosua*, & יהויכין *Iehoiachin* יויכין *Ioiachin*, & תהלים *tehillim* תלים *tillim*: & reliqua multa id genus. Quod similiter quoque in hoc nomine Dei magno fieri volunt. Qua ex re illud Ioua apud nos sonare inferunt, cum in eo *scewa*, *he* literam gutturis præcedat. Quod si verum esset, ipsum nomen non יהוה, sed יוה sine *scewa* & *he* litera scriberetur. Et sic non tetragrammaton, siue quatuor literarum esset, sed trium duntaxat, quod nec cogitare quidem licet. Nefas enim est, eo in nomine quicquam vel addi, vel minui. Sed sic omnino debet & scribi & pronunciari (si tamen pronunciandum est) sicut Deus ipse Mosi illud scribi debere mandauit. Quocirca Grammaticorum Hebræorum regula, quam inducunt, in eo locum nullum habet, quamuis & in reliquis sacris viginti quatuor libris nusquam vel rarissimè seruata reperiatur, sed in aliis tantum codicibus, & præcipuè apud Talmudistas. Ipsum igitur nomen Dei tetragrammaton cum *scewa* & *he* litera, quæ lenem habet aspirationem, & scribi & pronunciari, necesse est. Quare cauent qui illud apud nos Ioua sonare affirmant. Non enim Ioua, nec Ieoua, sed Iehoua cum leni aspiratione, sicut scribitur, pronunciandum est. CAP. Quomodo Hebræi nomen hoc interpretantur? GAL. Illud alii quidem ex ipsis, Generans, interpretantur: alii verò, Qui essentiat, siue, Qui dat omnibus esse: alii autem, Vnus & omnia, siue, omnia vniter vt causa, siue, Vnus omnia eminenter continens. CAP. Cur nomen hoc Iudæi pronunciare non audent? GAL. Propter ea quæ habentur in libro קדושין *chiddusim*, id est sanctificationum, in capit. עשרה יוחסין *Hassara iohasin*, id est decem nobiles, super illud Exod. 3. capit. Hoc est nomen meum in æternum. Ibi enim legitur, quod dixit quidam senior non esse scriptum, לעולם *leolam*, qui est, in æternum, sed לעלם *lealam*, id est, vt celetur. Rabbi autem Abina obiecit, dicens: Scriptum est, Hoc est nomen meum. Et iterum scriptum est ibidem, Hoc est memoriale meum. Dixit Deus sanctus & benedictus, Non legor sicut scribor: Scribor enim cum *iod*, *he*, *vau*, *he*, videlicet יהוה quod est nomen tetragrammaton: & legor, cum *aleph*, *daleth*, *nun*, *iod*, quæ literæ אדני *Adonai* efficiunt, quod idem est quod Dominus. Quare præceperunt magistri loco eius *Adonai* debere legi. Hæc ibi. Quocirca, vt legitur in libro *Sanhedrin* in capit. Helec, dixit Abba Saul, Qui pronunciat ipsum nomen quatuor literarum, vt scilicet literæ eius sonant, non

*Amuleta blasphema.*

habebit partem in seculo venturo. Eapropter vbicunque nomen illud reperiebant, ipsum minimè proferre audebant, sed loco eius *Adonai* pronunciabant. Sacerdotes tamen illud vt scriptum est, proferebant, dum populo in sanctuario benedicebant. Non enim extra sanctuarium (vt ipse scribis in pulcherrima illa epistola, quam secundò abs te accepi) ineffabile effari licebat. Quod Rabbi Moses filius Maimonis in primo & sexagesimo capit. primæ partis libri *More* affirmat, Mandatum (inquiens) est nobis Numer. 6. capit. à sacerdotibus benedici. Et ibi est nomen Domini secundùm propriam eius scripturam : & ipsum est, שם המפורש *sem hammephoras*, id est, nomen Dei expositum. Hæc ille. Hæc autem benedictio cum nomine Dei quatuor literarum, quæ cum tribus digitis ambarum palmarum erectis, & duobus depressis fiebat, ad designandam diuinarum personarum trinitatem per ipsum nomen significatam, in Simeone Iusto, qui Christum infantulum susceperit in vlnis, penitus defecit : vt idem Rabbi Moses eodem in loco attestatur, his verbis, Ex quo mortuus fuit Simeon Iustus, cessauerunt fratres eius sacerdotes, scilicet cum nomine Dei quatuor literarum, populo benedicere : erant autem post ipsum cum nomine duodecim literarum benedicentes. Hæc ille : qui ibidem quoque sic ait, Cùm hoc nomen in sanctuario, & populi benedictione proferretur, non erat omni homini notum quonam pacto pronunciaretur, aut cum qua vocali vnaquæque eius litera sonum redderet, & vtrum oporteret aliquas earum duplicari, an simpliciter, siue leniter proferri. Erant autem viri sapientes, significationem ipsius nominis, modumque prolationis ab inuicem recipientes: quæ neminem docebant, nisi discipulum ipsis dignum, & semel duntaxat in hebdomada. Ego autem opinor, quòd cum nomen quatuor literarum sapientes filios suos docerent, & nonnisi semel in hebdomada, hoc non erat solummodo docere qualiter proferretur, sed eius quoque significationem, propter quam huiusmodi nomen inuentum fuit, atque impositum. In eo quippe diuinum est mysterium. Hactenus Rabbi ille. Cap. Si hoc nomen apud eos (vt optimè probasti) aliquando proferebatur, quamobrem igitur ineffabile dicebatur? Gal. Hoc magno absque mysterio esse non potest. Non enim hoc nomen quoad vocem ipsam nominis, ineffabile dicitur, cùm & ipsi illud (vt dictum est) quandoque pronunciarint, & æquè vt scriptum est, facile proferri possit, si literæ ipsæ cum apicibus & punctis legantur: ex ipsis enim (vt dictum est) hæc vox Iehoua redditur: sed quoad mysterij significatum omnino ineffabile est. Ita enim distinctè diuinam essentiam significat, vt cum simplicissima ipsius vnitate, & diuinarum personarum trinitatem, & æternam earum distinctionem, originem, productionemque apertè insinuet. Quia igitur Deus trinus & vnus, qui omnino ineffabilis est, atque incomprehensibilis, per hoc nomen significatur, idcirco nomen ipsum ineffabile dicitur. Eam ob rem antiqui Iudæorum à Mose illo magno edocti, ad designandam hanc diuinæ trinitatis & vnitatis ineffabilitatem, statuerunt hoc nomen minimè proferri : sed vbicunque inueniretur, loco eius, nomen hoc ארני *Adonai*, quod Dominus interpretatur, pronunciari debere. Quam ob rem vbicunque hoc nomen nobis interpretandum occurrit, ipsum quandoque quidem Deus, secundum eius significatum, quandoque verò Dominus, iuxta ipsius pronunciationem, nos in Latinum vertere solemus, prout magis congruum esse videtur. Ob hanc etiam Dei ineffabilitatem, dixit Rabbenu Haccados (vt paulò superius memoratum) Deum ipsum non habere nomen, cuius nos cognitionem habere possimus. Quod Mercurius quoque ille Trismegistus sentire videtur, dum ait, ὃ δὲ θεὸς ἀνώνυμος· id est, Est enim qui est absque nomine. Et rursus de huiusce nominis ineffabilitate inquit, ὃ τὸ ὄνομα οὐ δύναται ἀνθρωπίνῳ φθέγματι λαλεῖσθαι· hoc est, Cuius nomen non potest humano ore effari. Quod neque cacodæmon tacere potuit. Nam Apollo Delphicus quærenti cuidam quid Deus esset, ita inter cætera respondit, ὃ τὸ ὄνομα μηδ' ἀλόγῳ ἐν χαμαιεύνῳ φάτο. id est, Cuius nomen nec verbo capiendum.

## Cap. X.

### *Quomodo diuina trinitatis mysterium per nomen Dei tetragrammaton distinctè exprimatur.*

## CAPNIO.

VElis nunc obsecro, quonam pacto hoc nomen Dei tetragrammaton diuinæ trinitatis vnitatisque arcanum distinctè insinuet, referare. Gal. Si nomen hoc quatuor literarum diligentiùs inspicias (quod tamen non est nisi trium, cum tribus enim tantum literis scribitur; quia tamen vna earum geminatur, ideo quatuor literarum seu tetragrammaton dicitur) videbis idem nomen & vnum esse, & tria. Sed quòd vnum est, ad essentiæ vnitatem: quòd verò tria, ad trinitatem respicit personarum. Cap. Clarius quæso hæc edisseras. Gal. Rabbenum Haccados audi, in prima petitione eius libri qui גלי רזייא *Gale razaia*, id est, reuelator arcanorum inscribitur, optimè & clarè hæc de re loquentem: cuius verba hæc sunt, ואחר שמתחיל לך זה הכתב ששם בן ארבע אותיות כפי תואר כתבו אשר הוא בלשונינו העברית הוא זה יהוה הוא אלוה סגליר ולפי שלא יוכל להיות סוליר בלא סיולד ראוי הוא להשתעם האהבה מן הסוליר לסיולד ולחפך מן הסיולד לסוליר לפי שאם לא היה זה לא היה סוליר ואם לא היה משתעם אהבה מסיולד לסוליר היה הסוליר נפרד מהסיולד והיו שני עצמיים אבל אנחנו נראה שהסוליר והסיולד היות עצם אחר ולפיכך הוא נצרך מהאחד לאחר חשתעם האהבה ולפיכך סורת השם המפורש הוא נגזר שם שנים עשר אותיות כי הוא אב בן ורוח הקדש אשר בלשוננו העברית שם שנים עשר אותיות נכתב כך בלעיל ולפי שאנו נמצא שום דבר באל אשר לא יהיה אל משם שנים עשר



עשר אותיות משתעם שם ארבעים ושתים אותיות אשר הוא אב אלהום בן אלהים רוח הקדש אלהים שלשה באחד אחד בשלשה אשר בעברית הם ארבעים ושתים אותיות מראית השם הנזכר ודע אלי השמות היות מהסודות האלהיים אשר ראוי להסתירם מכל אחד עד שיכא משיח צדקנו ואני גליתים לך ואתה החזק בסור: Id est, Postquàm autem hoc tibi aperui, animaduerte nomen quatuor literarum, prout scriptio eius est (sic enim scribitur in lingua nostra Hebraica, יהוה) ipsum Deum generantem significare. Et quia non potest esse generans absque generato, necessariò amor à generante in generatum, & è conuerso procedere debet: quoniam si hoc non esset, non generaret. Et si non procederet amor à generato in generantem, diuideretur generatus à generante, & duæ substantiæ essent. Propterea nos volumus, generantem & generatum vnam esse substantiam. Idcirco necesse est, ex altero in alterum procedere amorem. Eapropter ex hoc *Sem hammephoras*, deriuatum est nomen duodecim literarum. Estque Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Quæ in lingua nostra Hebraica duodecim literis scribuntur. Quoniam autem non inuenitur aliquid in Deo, quod non sit Deus, ex nomine duodecim literarum emanat nomen quadraginta duarum literarum, quod est Pater Deus, Filius Deus, Spiritus sanctus Deus, trinitas in vnitate, & vnitas in trinitate. Quæ in Hebraico sunt quadraginta duæ literæ. Notare autem debebis, hæc nomina esse ex diuinis arcanis, quæ à quocunque occultari debent, quousque veniat Messias iustus noster. Illa tibi patefeci, tu autem ea fortiter occule. Hæc Rabbenu ille Haccados. Cap. Quanquam Rabbi ille, quem meritò ipsi רבינו הקדוש *Rabbenu Haccados*, id est, magistrum nostrum sanctum vocant, per nomen Dei tetragrammaton, & diuinarum personarum trinitatem, & diuinæ essentiæ vnitatem, ac Filium à Patre generari, & Spiritum sanctum quem ipse rectè Amorem appellat, ab vtroque procedere, ac vnumquemque verum Deum esse, tresque vnam esse essentiam, vnumque Deum, optimè probauit: quia tamen liber eius *Gale razeia* rarissimus est, & qui eum habent, propter mysteria Christianæ fidei in eo contenta, ipsum penitus occultant, vnde quidam eorum illum à nobis confectum esse, dicere audent, ideo vt & veritas ipsa clarius innotesceret, & inuentum Iudæorum exercitas magis appareat, optimè quidem facies, si iuxta aliorum quoque veterum tam Talmudistarum, quam Cabalistarum sententias, per hoc sanctissimum nomen, diuinæ trinitatis arcana, prout se interrogauero, detexeris. Primùm itaque quid sibi velint huius nominis literæ, refera. Gal. Literæ huiusce nominis est (vt dixi) quoad numerum quatuor sint, vnde & Græce haud ineptè τετράγραμματον dicitur, in veritate tamen non sunt nisi tres, scilicet י *iod*, ה *he*, ו *vau*. Ex eo autem quòd secunda bis ponitur, secundo scilicet loco & quarto, quatuor esse censentur. Tres igitur huius nominis literæ, tres diuinas designant hypostases. Nam prima quidem scilicet *iod* quæ principium interpretatur, eò quòd omnium aliarum principium sit, cùm ab ea vnaquæque originem scripturæ habeat, ipsaque à nulla originem sumat, rectissimè Patrem in diuinis insinuat, qui cùm à nullo sit, aliæque person æ ab eo emanent, principium sine principio dicitur. Secunda verò scilicet ה *he*, quæ esse vel viuere significat, Filium in diuinis aptissimè innuit, per quem omnia quæ facta sunt, esse cœperunt, & quicquid factum est, in ipso vita erat. Tertia autem scilicet ו *vau*, quæ copulatiuam dictionem, Et, denotat, Spiritum sanctum optimè exprimit, qui cùm sit amor Patris & Filij, quo se vicissim amant, rectè copula, id est, nexus vtriusque nuncupatur. Cap. Cur harum literarum sola secunda geminatur? Gal. Ad insinuandum solum Filium, qui secunda est in trinitate personæ, duplicem habere respectum. Nam Pater quidem, qui prima persona est, cùm sit solum producens, & non productus, vnum tantum quoad hoc habet respectum. Spiritus sanctus quoque qui tertia persona est, cùm solùm productus sit, & non producens, vnum etiam duntaxat respectum habet. Ipse autem Filius, qui secunda persona est, cùm productus sit, & producens, duos habet respectus: nam & à Patre productus est, & vnà cum Patre Spiritum sanctum producit. Cap. Quamobrem in antiquis Hebræorum codicibus, hoc nomen tetragrammaton per tres *iod* literas scriptum reperitur, quæ & circulo claudantur, & eis *camez* punctus supponitur, hoc modo (יִ)? Gal. Duo in hoc insinuantur arcana: quorum vnum quidem est, quia (vt diximus) *iod* idem est quod principium. Etsi igitur principium in operibus trinitatis intrinsecis soli Patri conueniat, in operationibus tamen extrinsecis, tribus personis commune est. Tres ergo *iod*, tres sunt diuinæ hypostases: vnica verò *camez* tribus *iod* suppositæ, diuina natura est, quæ vnicuique hypostasi tota impartibiliter communicatur. Circulus autem quo tres *iod* includuntur, est ipsa diuinæ essentiæ identitas, qua simul ipsæ diuinæ hypostases tanquam vnicum principium, & vna prima causa, ad omnium rerum actiones concurrunt. Alterum verò arcanum est, quòd tres *iod* æquales, trium personarum æqualitatem significant: *camez* autem vnam diuinam essentiam designat in tribus ipsis diuinis esse personis. Circulus verò ipsius essentiæ denotat identitatem, qua vnaquæque persona per circumincessionem dicitur esse in alijs. Cap. Quid tres huius nominis syllabæ significant? Gal. Tres vtique personas diuinas. Quemadmodum enim vnaquæque huius nominis syllaba (vt aiunt Cabalistæ) id totum significat, quòd totum nomen ipsum importat, ita quælibet diuina persona, cùm perfectus Deus sit, totam in se continet diuinitatem: nec diuinitas ipsa magis est in tribus personis simul, quàm in vnaquaque, sed tota est in vnaquaque, & tota in tribus. Tres igitur huius nominis syllabæ, tres diuinas designant personas, quarum vnaquæque est verus & perfectus Deus. Nam Pater est verus & perfectus Deus, & Filius est verus

*Nomen duodecim literarum.*

*Nomen quadraginta duarum literarum.*

*Cur secunda litera huius nominis geminatur.*

*Cur Chaldæi ז scribunt.*

*Litera huius nominis quid significent.*

*Quid syllabæ huius nominis significent.*

& perfectus Deus, & Spiritus sanctus verus & perfectus Deus. Et sicut tres huiusce nominis syllabæ simul sumptæ vnum nomen efficiunt, ita tres personæ diuinæ sunt vnus Deus.

*Tria diuina nomina ex literis huius nominis componi.*

CAP. Quæ sunt illa tria diuina nomina, quæ veteres Hebræorum ex quatuor literis huius nominis componi asseruerunt? GAL. Hæc scilicet, יה *iah* יה *hu* והו *vehu*. Primum enim ex prima & secunda componitur litera, scilicet ex יוד *iod* & הא *he*, hoc modo יה *iah*, quod idem est quod Deus, & Patrem designat, qui totius diuinitatis fons est. Secundum verò nomen ex secunda & tertia constat litera sic, הו *hu*, quod, Ipse, interpretatur, & Filium significat: quia ipse profectò est, quem Prophetæ ad saluandum genus humanum venturum prædixerunt, & digito quandoque monstrarunt, iuxta illud Esa. 35. capit. אלהים הוא יבא וישיעכם hoc est, Deus ipse veniet, & saluabit vos. Tertium denique nomen ex tertia & quarta constituitur litera, scilicet ex ואו *vau* & הא *he*, sic, והו *Vehu*, & idem sonat quod, Et ipse, & Spiritum sanctum denotat: quia & ipse quoque post Filium visibiliter mitti debebat, licèt non eodem modo: Filius enim in humana natura sibi hypostaticè vnita, mittendus erat. Spiritus sanctus verò in columbæ specie, & in linguis igneis non sibi hypostaticè vnitis, sed tanquam sub signo. In hoc autem quòd secundum nomen descendit à primo, & tertium à secundo (nam litera ה *he* communis est primo & secundo nomini, ו *vau* verò communis est secundo & tertio) ostenditur planè, Filium consubstantialem esse Patri, à quo genitus est, & Spiritum sanctum consubstantialem esse Filio, qui consubstantialis est Patri: vt palàm liqueat, & Filium esse in Patre, & Patrem in Filio, ac Spiritum sanctum in vtroque. CAP. Id quoque neque grandi absque mysterio factum esse arbitror, quod omnes huius nominis literæ illæ eadem sint, ex quibus tria tempora, præteritum scilicet, præsens, & futurum verbi substantiui indicatiui modi apud Hebræos constant. GAL. Ita profectò est, vt ais. In hoc enim duo reuelantur arcana. Primum quidem est, Quòd vt solum verbum substantiuum substantiam significet, vnde & substantiuum dicitur, cætera verò accidens; quare & adiectiua nuncupantur, ita solum verbum substantiuum indicatiui modi stabilitatem designat, cætera autem fluxibilitatem. In hoc igitur, quòd omnes huius nominis literæ ex verbo substantiuo indicatiui modi accipiuntur, ipsa diuinarum personarum omnimodà, ac sempiterna stabilitas denotatur. Alterum verò arcanum est, quòd nomen hoc ex eisdem literis constat, ex quibus tria tempora eiusdem verbi componuntur, quæ sunt præteritum, præsens, & futurum: & sic apud eos sonant היה *hatah*, id est, fuit, הוה *houe*, quod, est, significat, יהיה *ihie*, id est erit: vt ex hoc earundem personarum æternitas apertissimè pateat, Patrem scilicet & Filium & Spiritum sanctum semper fuisse, esse, & fore. CAP. Quare hoc nomen apud Hebræos dicitur שם המפורש *Sem hammephoras*, quod idem est apud nos quod expositum, siue declaratum? GAL. Nomen Dei tetragrammaton, quamuis distinctè (vt patuit) diuinæ trinitatis mysterium cum vnitate essentiæ insinuaret, quia tamen huius mysterij declaratio Messiæ seruata fuerat, non fuit in veteri testamento explicitè expositum, ne populus ille rudis & carnalis in errorem pluralitatem deorum colentium incideret: vnde Moses velata facie eos alloquebatur: vt inde innueretur, huiusmodi arcana non nisi figuris & ænigmatibus tradi eis debuisse. Qui autem Spiritus sancti gratia afflati, hu-

*Cur hoc nomen dicatur Sem hammephoras.*

iusce nominis significatum intelligebant, illud non nisi paucissimis & dignis tradebant: nomenque ipsum prius per nomen duodecim literarum, demum per nomen duarum & quadraginta literarum exposuerunt. Attamen, vt ait R. Moses ben Maimon in libro *More* in 40. primæ partis capit. Neque nomen duodecim literarum, neque nomen quadraginta duarum affirmabant esse שם המפורש *Sem hammephoras*, id est nomen expositum: cùm *Sem hammephoras* non sit nisi vnicum Deo sancto & benedicto, quod est nomen quatuor literarum, sicut paulò superiùs ostendimus. Hæc autem alia duo nomina necessario Dei cognitionem atque noticiam homini tribuebant, quia per ea ipsum nomen quatuor literarum exponebatur. Nomen igitur hoc tetragrammaton idcirco שם המפורש *Sem hammephoras*, id est, expositum, vocauerunt, quia illud veteres Hebræorum per nomina duodecim, & quadraginta duarum literarum exposuerunt, & melius adhuc atque distinctius & lucidius à Messia exponendum fuerat.

## CAPVT XI.

*De nomine Dei duodecim literarum: Et quomodo per illud antiqui Iudæorum Patrem & Filium & Spiritum sanctum explicabant.*

### CAPNIO.

VT clarior adhuc atque perfectior de nomine quatuor literarum habeatur noticia, de nominibus nunc dicendum est, per quæ à priscis Iudæorum sapientibus ipsum expositum fuisse, asseruisti. His enim cognitis, facilè eius expositio atque significatio cognosci poterit. Quare primùm de nomine duodecim literarum edissere, quidnam fuerit, quomodove per illud ab illis patribus nomen tetragrammaton exponi contigerit. GAL. Ad maiorem eorum intellectum, quæ tam de hoc nomine duodecim literarum, quam de altero duarum & quadraginta dicturus sum Rabbeni Haccados notandæ sunt verbis. Is enim in prima petitione eius libri quem רזיא גלי *galeh razaia*, id est, reuelatorem arcanorum appellauit, sic ait (vt supra iam vidimus) Nomen duodecim literarum nomenque quadraginta duarum, non sunt vere nomina, quorum alterum ex duodecim, alterum ex quadraginta duabus literis constet, sed vnumquodque eorum verba diuersa continet, quæ vnum ostendunt. Vt igitur de nomine duodecim literarum nihil ipse dicam, ea tantummodo quæ de ipso Rabbi Moses Ægyptius in sexagesimo primo capit. primæ partis libri *More* dicit, adducam. Ibi enim ita ad verbum ait: Erat adhuc apud eos nomen, quod duodecim literarum filium dicebant: quod vtique in sanctitate quoque, ac reuerentia erat, citra tamen nomen quatuor literarum. Est autem in promptu quantùm ad me est, id quod ipse vehementer opinor, ipsum non vnum fuisse nomen: sed duo, vel tria nomina aggregata, quorum literæ duodecim erant. Et priores illi sancti patres quotiescunque in Sacra scriptura nomen quatuor literarum occurrebat, videlicet יהוה, ipsum cum duodecim illis literis pronunciabant, atque exponebant: quemadmodum illud hodie cum his quatuor *aleph*, *dalath*, *nun*, *iod*, hoc est, cum אדני *Adonai* pronunciamus. Illud tamen nomen duodecim literarum maioris proculdubio vnitatis significationem importabat, quàm id quod hoc nomen אדני *Adonai* significat: neque illud quempiam fcire prohibebant, quin potius quemcunque volentem illud discere, docebant. Non sic autem faciebant de nomine quatuor literarum: neminem enim illud docebant, qui sciebant, nisi filios suos, atque discipulos, quique tales essent, qui illud scire mererentur, & hoc semel duntaxat in hebdomada. Cùm autem multiplicati essent in mundo homines schismatici, atque insolentes, nomenque duodecim literarum didicissent, cum eo credulitatem corruperunt: sicut accidit ei, qui imperfectus est, cùm percipit rem non sic se habere, vt sibi à principio visum fuit. Quamobrem patres illi occuluerunt nomen istud duodecim literarum, neminemque vlteriùs illud docuerunt, nisi honestos & pudicos qui erant in sacerdotio, vt cum eo populo in sanctuario benedicerent, postquàm prohibuerunt de sanctuario memoriam nominis expositi, propter maliciam filiorum Adam. Quod (vt ipsemet Rabbi asserit) immediatè post Symeonis Iusti obitum accidit, qui vltimus omnium cum nomine quatuor literarum populo benedixit. Hæc omnia Rabbi ille Moses Ægyptius filius Maimon. Cùm igitur Rabbi iste dicat, quòd nomen duodecim literarum non erat vnum nomen, sed duo vel tria nomina ex duodecim literis constantia, per quæ veteres illi patres nomen tetragrammaton, quod diuinæ trinitatis mysterium distinctè insinuat, pronunciabant, atque exponebant, constat absque dubio, nomen hoc duodecim literarum aliud non fuisse, quàm tria hæc nomina, אב בן ורוח הקדש Id est, Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Huius autem mirabilis expositionis fidem ludæis faciunt eorum literæ. Nam si nomina hæc Hebraicis scribantur literis, sic, אב *ab*, id est, Pater, בן *ben*, id est, Filius, ורוח הקדש *ruach hacodes*, id est, & Spiritus sanctus; siue etiam Spiritum sanctum, vocauerimus, sicut ipse frequentiùs vocant, רוח הקדש *Ruah hacodes*, id est Spiritum sanctitatis, seu sanctuarij: & tunc sic dixerimus, אב בן רוח הקודש Hoc est, Pater, Filius, & Spiritus sanctitatis, vel sanctuarij: vtroque modo hæc nomina ex duodecim constant literis. Primum enim, scilicet אב *ab*, quod est Pater, ex duabus componitur literis. Secundùm verò, scilicet בן *ben*, quod idem est quod Filius, duabus quoque scribitur literis. Tertium autem copula ורוח הקדש *ruach haccados*, quod est, Spiritus sanctus, vel vt ipsi dicunt, רוח הקודש *ruah haccodes*, id est, Spiritus sanctitatis, vel sanctuarij, vtroque modo apud eos non nisi octo scribitur literis, quæ cum prædictis quatuor, duodenarium complent numerum. Patet igitur quòd nomen Dei duodecim literarum, per quod nomen Dei tetragrammaton exponebatur, aliud non erat, nisi hæc tria nomina, אב בן ורוח הקדש Hoc est, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, quæ apud Hebræos duodecim literis scribuntur. Quod Rabbenus Haccados in supradicto libro ac loco (vt visum est suprà) affirmat, dicens, Ex hoc nomine expositio deriuatum est nomen duodecim literarum, quod est, Pater, Filius, & Spiritus sanctitatis. Hæc autem tria nomina dicebantur vnum nomen, ad innuendum quòd tres personæ diuinæ per tria illa nomina expressæ, sunt vnum secundùm naturam, id est vnus Deus.

*Nomen duodecim literarum.*

## CAPVT XII.

*De nomine duarum & quadraginta literarum, per quod Prisci Iudæorum diuinæ trinitatis & vnitatis arcanum apertissimè exponebant.*

### CAPNIO.

NVNC reliquum est, vt dicas quid sit nomen Dei quadraginta duarum literarum, & quomodo per illud, nomen Dei tetragrammaton ab antiquis Iudæorum exponeretur. GAL. Per nomen Dei duarum & quadraginta literarum antiqui Hebræorum, nomen Dei duodecim literarum explanabant. Quare sicut nomen duodecim literarum à nomine quatuor literarum deriuari asserebant, ita & à nomine duodecim literarum nomen quadraginta duarum emanare aiebant. Vt igitur de hoc nomine sicut in cæteris feci, nihil ex me dicam (sed ea duntaxat quæ ipsimet affeuerant, referam) primùm audi quæ ipse Rabbi Moses filius Maimon in libro *More*, sexagesimo secundo capite primæ partis dicit: Sic enim ait: אמר רבי טרפון פעם אחת עליהי אחר אבי איסא לרוכן והסיתי אותי אצל כהן ושמעתי שכעבי עיני מזה אחיו הכהנים והיות אצלם גם שם בן ארבעים ושתים אותיות וידוע אצל כל אדם כעל ציור שאי אפשר בשום פנים שיהיו ארבעים ושתים אותיות מזה אחת אמנם היו אלו רבות בלילי אותיותיהם ארבעים ושתים ואין מפק שהכל הם סורים על ענינים נהכרת הענינים תהם יקרבו לאמתרת ציור עצמו יתברך בפגים אשר אמרנו ואמנם נקראו אלו התלות הרבורת האותיות שם להיותם סורים על ענין אחר לכר בשאר חשמורת המיוחרים ואפנם רבו תמולות התם להכנרת הענין בי ענין האחר אי אפשר שיובן אלא בסלות רבורת

תבן זה ודע שזה הדבר אשר ילמוד חיה בן העניני A
שמוריליהם השמות ההם לא הדבור לבד באותיות
הרשומות מכל צייר ולא נקרא כלל שם בן שתים
עשרה אותיות ולא שם בן ארבעים ושתים אותיות
זה שם המפורש אבל שם המפורש הוא השם
המיוחד לויכוח שבארנו אמנם אלו השנים האחרים
הם מלמדים קצת החכמה האלהים בהכרח והתראה
על הייחוד מלבד החכמה אמרו עליו שם בן ארבעים
ושתים אותיות קדוש ומקודש ואין מוסרין אותו
אלא לפי שצנוע ועומד בתצי ימין ואינו כועס ואינו
משתכר ואינו משמי על מדותיו ודבורו בנחת עם
הבריות וכל היודעו ויהיר בויושמרו בטהרה אהוב B
מלמעלה ונחשר מלמטה ואימתו מוטלת על הבריות
ולמודיו מתקיים בידו ונוחל שני עולמים העולם
הזה והעולם הבא זהר כתוב בתלמוד ומדר מאר
רחוק מה שיובן מזה המאמר מבוהל אמרו וזה כי
תרוב יחשבו שהם אותיות שידובר בהם דבר אחר
ולא יפורש להם ענין שיגיעו בהם אל אלו הענינים
העצומים וצריך להם מי שירצה ללמדן להכנרי
המלורת האלו אשר זכר ומבואר הוא שזה כולו
אינו רק הודעת ענינים אלהים מכלל הענינים שהם C
סתרי תורה כמו שבארנו ובכר התבאר בספרים
המחוברים בחכמה האלהירת שזאת החכמה
אי אפשר לשכחה רוצה לומר השגת השכל
הפועל ודע ענין אוסרו ותלמודו מתקיים בידו
Hoc est: Dixit Rabbi Tarphon, Ascendi aliquando post patrem matris meæ in templum, & adhibui aurem meam sacerdoti: & percepi, quòd quærerent quæstiones ab eo fratres eius sacerdotes. Erat autem apud illos nomen quadraginta duarum literarum. Nouit autem quicunque intellectu viget, non posse aliquo modo fieri, vt verbum vnum constet quadraginta duabus literis: verum erant multa verba composita ex literis quadraginta duabus. Nec dubium, quin illa omnia significarent aliquas rationes perducentes hominem ad veritatem substantiæ creatoris, eo modo quem diximus. Dicebantur verò illa verba multarum literarum, vnum nomen, propter vnam rem quam significabant: D
sicut alia nomina ab operibus sumpta. Sed erat illorum verborum multitudo: vt intelligeretur ratio, quæ fortassis non poterat intelligi, nisi per multa verba. Itaque notato hæc: & aduertas, quòd res quam demonstrat scientia rationum, quas illa nomina significant, non erat simplicis sermonis literarum: nunquam enim dictum est nomen duodecim, & nomen quadraginta duarum literarum esse *sem hammephorias*, id est nomen expositum. Nam nomen expositum est illi appropriatum, sicut iam declarauimus. Hæc autem duo nomina magno adiumento erant homini, ad cognoscendum creatorem. Cuius rei argumentum est, quòd, vt dicunt sapientes, nomen quadraginta duarum literarum est sanctum, & sanctificatum, & non panditur nisi humili, & qui processit vltra dimidium ætatis suæ, minime iracundo, aut ebrioso, vel perueresis moribus, sed affabili. Quicunque verò eius nominis scientiam habet, & cauet sibi in illo, custoditque illud cum mundicia, dirigitur à superis, & desideratur ab inferis, & timetur à creatura, & disciplina eius est perpetua in manu ipsius, & obtinebit duos mundos, præsentem & futurum. Et hoc est quod scriptum est in Talmud, O quantum distat quod intelligunt homines ex his, ab eo quod fuit in mente dicentis! Nam multi arbitrantur, quòd sint solum literæ de quibus loquuntur: & etiam quòd non sit in eis ratio, qua acquirantur dicti gradus sublimes, quodque sint necessariæ ad componendos modos illos, de quibus sapiens, quem suprà nominauimus, mentionem fecit. Clarum autem est, quòd hoc totum non est nisi scientia diuinarum rationum, numero rationum quæ sunt arcana legis, sicut expositum est. Iam verò monstratum est in libris compositionis sapientiæ spiritalis, quòd illius scientiæ non potest obliuisci, qui peritus in ea fuerit: quoniam est apprehensio intelligentiæ agentis. Et propter hoc dictum est, Scientia huius perpetua in manu ipsius. Hæc ille. Qui ibidem quoque sic ait: Cùm autem homines quidam huiusce modi verba intuerentur, facilitatem sumpserunt mentiendi, atque dicendi, quòd cum aliquæ literæ (vt ipsi volunt) coniunguntur, talem vel talem habent effectum: puta, si tali vel tali modo scribantur: Posti hæc scripta sunt mendacia illa, quæ homines illi impij de corde suo adinuenerunt, peruenerunt que scripta illa ad insipientium manus, qui ratione qua possent verum à falso discernere, prorsus carebant: & sidem scripturis illis adhibuerunt, confisi quòd veræ essent. Nam sicut scriptum est Prouerb. 14. capit. פתי *Pethi*, id est stolidus, credit omni verbo. Hæc Rabbi ille Moses Maimonis filius. Nomen igitur duarum & quadraginta literarum (sicut de nomine quoque duodecim dictum est) non est vnum nomen, cùm impossibile quodammodo sit, nomen vnum tot literis scribi, atque proferri, sed (vt ait Rabbenu Haccados) diuersa continet verba, quæ vnum nomen, quatuor scilicet literarum, ostendunt, & manifestant: vel quæ nomen vnum tetragrammaton perfectè exponunt, vt idem Rabbi Moses affirmat: hæc autem verba ex duabus & quadraginta literis constantia, per quæ distincta atque perfecta nominis quatuor literarum habebatur expositio, apud vetustissimos Hebræorum hæc erant, אב אל בן אל ורוח הקדש אל אבל לא שלשה אלהים כי אם אלוה אחד Id est, Pater Deus, Filius Deus, & Spiritus sanctus Deus: verumtamen non tres Dij; sed vnus Deus. Horum autem verborum literæ in Hebraico duæ & quadraginta sunt: siue רוח הקדש id est, Spiritus sanctus, vt nos dicimus, ponatur: siue הקודש id est Spiritus sanctitatis, vt ipsi dicunt: cùm vtrobique eadem sint literæ, esti diuersa punctatio. CAP. Si Iudæi recentiores nostris obiicerent, cur tam in hoc nomine quadraginta duarum, quàm in nomine duodecim literarum cùm רוח הקדש id est, Spiritu sancto, ponitius *vau* literam, quæ, Et, dictionem copulatiuam efficit, & non sic eam ponimus, cum בן *Ben*, id est, Filio, quid eis respondebimus? GAL. Primum quidem quòd huiusmodi scribendi modus in scripturis Hebraicis frequentissime (vt ipse nosti) vsitatus inuenitur.

*Nomen quadraginta duarum literarum.*



uenitur, vt cum plura in eadem clausula verba, siue nomina concurrunt, semper cum vltimo *vau* litera, quæ copulatiuam dictionem reddit, posita reperiatur. Et vt cætera huius generis omittam, exempli gratia illud Exod. 3. capit. adducam, יהוה אלהי אבותיכם אלהי אברהם אלהי יצחק ואלהי יעקב שלחני אליכם Id est, Dominus patrum vestrorum, Deus Deus Abraham, Deus Isihac, & Deus Iacob misit me ad vos. Vides *vau* literam, quæ copulam efficit, non nisi cum postremo ponit? Et ita in consimilibus quoque inuenies. Deinde verò dicimus, quòd quidam ex veteribus eorum, quem ipsi רבינו הקדוש *Rabbenu Haccados*, id est, magistrum nostrum sanctum vocant, cui contradicere apud eos nefas est, in prima petitione libri גלי רזייא *Gale razeia*, id est reuelatoris arcanorum, alio modo nomen Dei quatuor literarum per quadraginta duas literas exponens, hanc *vau* literam nullibi ponit. Sic enim ait (vt suprà diximus) Quia verò non inuenitur aliquid in Deo, quod non sit Deus, ex nomine duodecim literarum emanat nomen quadraginta duarum, quod est, אב אלהים בן אלהים רוח הקדש אלהים שלשה באחד אחד בשלשה Hoc est, Pater Deus, Filius Deus, Spiritus sanctus Deus: Tres in vno, & vnus in tribus: vel trinitas in vnitate, & vnitas in trinitate: vbi duæ & quadraginta sunt literæ. In quibus licet expositio ipsa varietur, sensus tamen expositionis haudquaquam variatur: sed idem prorsus est vtrobique. Prisci enim illi patres qui prophetarum discipuli, & successores fuerunt, cum nomen Dei tetragrammaton, aut per nomen duodecim literarum, aut per nomen quadraginta duarum exponerent, etsi diuersimode exponebant, omnes tamen ad vnum eundemque sensum conueniebant, Tres personas diuinas, scilicet Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, eisdem nominibus quibus nos exprimimus, omnino exprimentes: quarum vnamquamque Deum esse asserebant, easque non tres Deos, sed vnum Deum esse aiebant. Et sic diuinarum personarum trinitatem, cum diuinæ essentiæ vnitate, expressè per duas & quadraginta literas exponebant. Et hæc erat vera atque perfecta nominis Dei quatuor literarum expositio, quam antiqui Hebræorum per nomen quadraginta duarum literarum faciebant. Recentiores autem ipsam prorsus ignorant, ideoque orationes eorum minimè exaudiuntur: vt dicitur in Midras tehilim, id est in expositione Psalmorum, super illud Psalm. 91. dictum, אשגבהוכי ידע שמי יקראני ואענהו Id est, Exaltabo eum, quoniam cognouit nomen meum: inuocabit me, & respondebo ei. Ibi enim sic legitur, אמר רבי יהושע בן לוי בשם רבי פנחס בן יאיר סגני מה מתפללין ישראל בעולם הזה ואינן נענין על ידי שאינן יודעים בשם המפורש אבל לעתיד לבא הקדוש ברוך הוא מודיען שנ׳ כי ידע שמי באותה שעה הן מתפללין ומיד נענין שנ׳ יקראני ואענהו Id est, Dixit Rabbi Iehosuas filius Leui in nomine Rabbi Pinhas filii Iair, Quamobrem orationem fundunt Israelitæ in mundo isto, & nequaquam exaudiuntur? Propterea nimirum, quòd nesciunt nomen *hammephoras*, siue nomen tetragrammaton. Futurum est autem, vt Deus sanctus & benedictus doceat eos illud, sicut dictum est Esa. 52. Scit populus meus nomen meum. Tunc vere orabunt, & exaudientur. Sicut dictum est, Inuocabit me, & respondebo ei. Hæc traditio. Quoniam igitur iuxta hanc traditionem hoc benedictum nomen Deus ipse docturus erat homines, per veram ipsius expositionem diuinæ trinitatis mysterium manifestè referando, quod tempore Messiæ futurum erat, vt in præcedentibus Rabbenu Haccados testatus est, idcirco nomen hoc Dominus Iesus, verus Messias, verusque Dei Filius, discipulos suos qui Israelitæ erant, perfectissimè docuit, diuinæ trinitatis mysterium aperissimè reuelando, dum Matth. 28. capit. Data est (inquit) mihi omnis potestas in cœlo & in terra: Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quæcunque mandaui vobis. In hac igitur forma, in qua baptizare iussit instructos, cum posuit Patrem & Filium & Spiritum sanctum, manifestè insinuauit, se iam discipulos suos arcanum trinitatis & vnitatis diuinæ perdocuisse. Tria quippe nomina hæc, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, diuinarum personarum exprimunt trinitatem. In eò autem, quòd in nomine, & non in nominibus, dixit, euidenter ostendit, Patris & Filij & Spiritus sancti vnam essentiam esse, atque naturam. Et hæc procul dubio est verissima atque distincta nominis Dei quatuor literarum expositio, quæ & in nomine duodecim literarum, & in nomine quadraginta duarum, explicitè continebatur. Cum his igitur nominibus, duodecim scilicet, & quadraginta duarum literarum, Dominus noster Iesus Christus nomen Dei tetragrammaton discipulis suis perfectissimè exposuit. Quare & Patrem alloquens (vt Ioann. 17. capit. habetur) Pater, inquit, manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi. Et iterum ait: Hi cognouerunt quia tu me misisti, & notum feci eis nomen tuum. Discipulorum verò Christi doctrinam Athanasius secutus, ipsum nomen Dei tetragrammaton primum per nomen duodecim literarum, quod est (vt paulò superiùs patuit) Pater, Filius, & Spiritus sanctus: deinde per nomen quadraginta duarum optimè atque perfectè expositi, dicens, Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus, & tamen non tres Dij, sed vnus est Deus. Ex quibus manifestè patet, vnam atque eandem fuisse veterum Hebræorum fidem atque nostram.

## CAPVT XIII.

*De nomine Dei* אדני Adonai, *per quod diuina trinitas vniuersale dominium significatur.*

### CAPNIO.

QVVM & alia apud Hebræos comperiantur Dei nomina, quatuor scripta literis, vt sunt אדני *Adonai*, אהיה *Ehue*, אגלא *Agla*, & cætera id genus, si qua sunt, quid est, quòd solũ no-

men hoc יהוה de quo paulò ante meminimus, ארבע אותיות *Arbahotheoth*, id est, quatuor literarum, seu tetragrammaton, dicitur ? GAL. Quia nullius alterius nominis literæ ita distinctè diuinitatis arcana intrinseca indicant. Nam hoc nomen יהוה, de quo paulò superiùs diximus quòd Deo proprium sit, distinctiusque cæteris diuinam naturam significet, dubium nullum est, quin præ cæteris quoque omnibus diuinæ trinitatis atque vnitatis arcana designet. Cætera autem Dei nomina, cum non sint Deo propria, sed ab operibus similibus iis quæ sunt in nobis, deriuata, non ita distinctè (sicut illud) diuinæ trinitatis & vnitatis sacramenta insinuant. Quare solum illud inter cætera per excellentiam tetragrammaton appellatur, etsi alia quædam Dei nomina quatuor scripta literis apud eos inueniantur. CAP. Ad maiorem itaque veritatis Catholicæ expressionem, vellem, vt de vnoquoque eorum quæ gratia exempli adduxi, aliquid diceres. Et primum quidem quonam pacto per nomen אדני *Adonai*, quòd loco nominis quatuor literarum proferunt, diuinarum personarum trinitas insinuetur. GAL. Nimis certè confusè per hoc nomen אדני *Adonai*, quod Dominus, interpretatur, diuinarum personarum trinitas designatur. Quemadmodum enim nomen אלהים *Elohim*, pluralitatem (vt suprà ostendimus) importat, ita quoque אדני *Adonai*, plurale est nomen. Nam ab hoc nomine אדון *Adon*, quod singulare est, & id quod, Dominus, significat, fit hoc plurale אדונים *Adonim*, quod idem est quòd, Domini: à nomine autem singulari אדון *Adon*, fit אדוני *Adoni*, quod, Dominus meus, interpretatur: à plurali autem אדונים *Adonim*, fit אדוני *Adonai*, quod diuinùm est nomen, & propriè idem quod, Domini mei, significat. Idcirco igitur prisci illi patres à Mose edocti, Deum, Dominos in plurali numero nuncupari sanxerunt, vt ex hoc palam ostenderetur vniuersale rerum dominium tribus diuinis personis commune esse. Nam Dominus est Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus sanctus. Vt autem innueretur, Patrem, Filium & Spiritum sanctum non tres Dominos esse, sed vnum Dominum, decretum fuit, vt nomen ipsum אדנו *Adonai*, etsi plurale sit, nonnisi cum verbo singularis numeri, vel cum nomine adiectiuo itidem singularis numeri coniungeretur.

## CAPVT XIV.

*De nomine Dei* אהיה Ehie, *per quod diuinæ trinitatis æternæ stabilitas optimè insinuatur.*

### GALATINVS.

QVVM autem Moses Deo, à quo ad liberandos filios Israel de pudenda Pharaonis seruitute mittendus erat, dixisset, Ecce ego vadam ad filios Israel, & dicam eis, Deus patrum vestrorum misit me ad vos: si dixerint mihi, Quod est nomen eius? quid dicam eis? Deus igitur nomen suum ei reuelare volens, respondit (vt habetur Exodi 3. capit.) אהיה אשר אהיה ויאמר כה תאמר לבני ישראל אהיה שלחני אליכם Hoc est, אהיה אשר אהיה *Asser Ehie*, id est, fui, fum, & ero, אהיה *Ehie*, id est, qui fui, fum, & ero: Et ait: Sic dices filiis Israel: אהיה *Ehie*, id est, qui fuit, est, & erit, misit me ad vos. Hic ergo ponitur nomen Dei אהיה *Ehie*, quod trium temporum verbi substantiui indicatiui modi differentias complectitur: præteriti scilicet, præsentis, & futuri, quæ sunt fui, fum, & ero. Ideo nomen ipsum אהיה *Ehie*, fui, fum, & ero, interpretatur. Nam secunda & tertia litera ipsius nominis, scilicet *he* & *iod*, primam personam, quæ est tertia apud eos vox præteriti temporis eiusdem verbi, designat, quæ est חייתי *haithi*, id est, fui: quarta verò eius nominis litera scilicet *he*, primam præsentis temporis indicat personam, quæ est הוה *houe* id est, fum: prima autem litera, scilicet *aleph*, quæ principio primæ personæ futuri temporis cuiuscunque verbi apponi solet, primam futuri temporis eiusdem verbi denotat personam. Ex his ergo manifestum est, hoc nomen אהיה *Ehie*, differentias trium temporum indicatiui modi verbi substantiui in se continere. Quocirca, fui, fum, & ero, aptissimè interpretatur, ad insinuandam summam & omnimodam ac sempiternam Dei stabilitatem, qui semper fuit, est & erit. Deinde vt ostenderet personarum trinitatem, essentiæque vnitatem, ita Deus ipse Mosem alloquens subiecit Exodi tertio capit. כה תאמר אל בני ישראל יהוה אלהי אבתיכם אלהי אברהם אלהי יצחק ואלהי יעקב שלחני אליכם Id est, Ita dices filiis Israel, Dominus Deus patrum vestrorum, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob misit me ad vos. In eo enim quòd ter dixit Deus, personarum trinitatem expresse insinuauit: in eo autem quòd semel dixit Dominus, nec miserunt inquit, sed, misit, diuinæ naturæ vnitatem demonstrauit. Postremò verò vt nomen hoc אהיה *Ehie*, suum esse innueret, per quod diuinæ trinitatis & vnitatis æterna & omnimoda stabilitas importatur, immediatè subdidit, זה שמי לעולם Id est, Hoc est nomen meum in æternum. HOC. Quum hæc ita sint, vt ais, miror admodum nostræ æditionis autorem non ita (vt tu traduxisti) locum hunc transtulisse. Ait enim sic Deum Mosi dixisse, Ego sum, qui sum. Sic dices filiis Israel, Qui est, misit me ad vos. GAL. Id tibi mirum videri non debet, quum hoc nomen אהיה *Ehie*, vt sonat minimè tradùci possit, nisi per quandam circumlocutionem. Multa enim sunt in legis prophetarumque arcanis, quæ Hebraicus scribendi legendique modus insinuat, quæ tamen in aliam transferri linguam non possunt: quod potissimùm in ipsis diuinis nominibus apparet, in quibus plerunque tam Græca quàm Latina deficit editio. Hoc pulchrè Origenes testatur, dum contra Celsum ait, in quibusdam



busdam sacris nominibus mirandam latere virtutem: ideoque hæc ipsa nomina ex Hebraica in aliam non posse traduci linguam. CAP. Quamuis ea quæ de nomine אהיה *Ehie* dixisti, tam vera sint, vt negari nullatenus possint, vnum tamen est, quod summopere miror: cùm enim Deus de hoc nomine loqueretur, dixit זה שמי לעולם quod omnes interpretes nostri (vt tu quoque interpretatus es) sic interpretantur, Hoc est nomen meum in æternum: quæ quidem interpretatio vera esset, si dictio לעלם *Leolam* cum litera *vau* scripta esset, sed cum sine *vau* scripta sit, non לעלם *leolam*, sed לעל *lealtem*, punctanda esset, & tunc cum à verbo עלם *alam*, quod occultare siue celare significat, huiusmodi dictio deueniat, non pro eo quod est, In æternum, sed pro eo quod est, Ad occultandum, accipi deberet. Quare dictum illud Dei sic rectè traducendum esset, Hoc est nomen meum ad occultandum, siue ad celandum. Quo apertè datur intelligi, alia præter illa quæ dixisti, in nomine אהיה *Ehie*, latere arcana, quæ Cabalistis discutienda relinquuntur. Scire igitur abs te velim, quæ sint arcana illa, in hoc diuino nomine latitantia. GAL. Hæc ego magis abs te discere cuperem, qui non literarum Hebraicarum tantùm optimam notitiam habes, verùm Cabalisticæ quoque sapientiæ peritia præ cæteris polles. Attamen vt petitioni tuæ satisfaciam, verba Rabbi Abraham Pici adducam, qui in libello quem de significatione *taghin*, id est, apicum qui literis legis superscribuntur, edidit, sic ait, ותנה אני מעורר על ענין סוד זה חסינן הגרול משבעה אותיות ועיין בהם ותמצא עליהם כא כתרים והוא סוד אהיה והסינן זה כלול עם השם הגרול ועל זה רמז ויאמר אלהים אל משה אהיה אשר אהיה והותם הפסוק אהיה שלחני אליכם ורוצא לומר ג פעמים אהיה בגגד ג תרעים על כל אות ואות וכרי שתצטרם בכל הסינן סוד השכונו דבר אחר שלשה כתרים על כל אות כנגד שלשה אבות אברהם יצחק ויעקב הנזכרים מיד שנאמר ויאמר אלהים אל משה אהיה אשר אהיה כה תאמר לבית יעקב יהוה אלהי אבותיכם אלהי אברהם אלהי יצחק ואלהי יעקב שלחני אליכם זה שמי לעלם וזה זכרי לדור דור ועיין באותיות שמות האבות ותבין סוד שלש עשרה מדות כמו שפירשנו גם כשתרקדק תבין סוד זה כי תמצא חמש עשרה כתרים למעלה, משמות האבות הרי לך סוד שלש עשרה מדות וסוד אהיה וסוד שם הגדול המפורש ואמנם על שם ושם מן האבות וכר האלהות שאמר אלהי אברהם אלהי יצחק ואלהי יעקב וכשתרקדק שם אלהי תמצא השם רמזו בו שני פעמים והסבין יבין וזה סת שאמר זה שמי לעלם כתיב רוצה לומר זה שמי לעלם שאין לגלות אלא לאדם צנוע ומבין בקבלה ועוה זה רמזן בנביאים ויהות בהכל קדשו הם מפנין כל הארץ וכבן רמז סוד יהוה וסוד ארני ומלבר בשם הגדול ואמנם כן תמצא רמזן שם הגדול בות הפסוק ואמרו לי סת שמו סה וגראת על דרך פסוקים אלו של שם אהיה נאמר זה שמי לעלם כמו אהיה שלחני אליכם Id est, Ecce docco te quid secreti contineatur in signo magno septem literarum (quæ sunt ש ע ט נ ו ג א) Tu verò aduerte, & reperies super eas viginti & vnam coronam. Est secretum nominis אהיה *Ehie*: cuius nimirum literarum numerus consurgit in vnum & viginti. Et hoc quidem signum comprehensum est cum nomine magno, scilicet, tetragrammato. Et propterea aduerte, quod dixerit Deus Mosi אשר אהיה אהיה & terminatur versus scripturæ in verbo אהיה, misit me ad vos. Ter autem dictum est אהיה *Ehie*, è regione trium coronarum, quæ insunt singulis septem suprascriptis literis, & iam edoctus es rationem numeri earum. Et rursum, tres coronæ in singulis septem literis, è regione trium patrum, Abraham, Isaac, & Iacob: quemadmodum dictum est, Et rursum dixit Deus Mosi, Sic dices domui Iacob, Deus, (Dij) patrum vestrorum, Dij Abraham, Dij Isaac, & Dij Iacob, misit me ad vos. Hoc est nomen meum in æternum, & hæc nominatio mea in omnem generationem & generationem. Si autem consideraueris literas nominum patrum, percipies secretum tredecim proprietatum, sicut declarauimus. Percipies insuper secretum nominis יה *iah*, quoniam inuenies coronas quindecim super nominibus patrum. Ecce habes sacramentum tredecim proprietatum, sacramentum אהיה *Ehie*, & sacramentum nominis magni *haammphoraš*, id est, declarati: in quibus quidem nominibus, & in nominibus patrum sit mentio diuinitatis, quoniam dicit, Dij Abraham, Dij Isaac, & Dij Iacob. Et quando speculatus fueris, in nomine אלהי *Elohe* inuenies diuinitatem pluraliter signatam, & qui intelligit intelligat. Et hoc est quod dicit, Hoc est nomen meum in æternum: & scriptum est sic לעלם (hoc est sine vau litera,) quod occultum significat. Non enim licet hoc sacramentum patefacere nisi homini miti, & qui incumbat doctrinæ Cabalæ. Et signatur hoc in prophetis quando dicitur, Deus in tabernaculo sanctitatis eius, sileat à facie eius omnis terra. Et hic signatur secretum יהוה nominis quatuor literarum, & quæ secretum ארני *Adonai* & comprehenduntur in illo nomine. Et quidem sic inuenies nomen magnum in hoc versiculo. ואמרו לי סת שמו סה Id est, Si dixerint mihi, quod est nomen eius? quid? (Nam in litera י *iod* dictionis לי, & in litera ד *he* dictionis סת, & in litera ו *vau* dictionis שמו, & in litera ד *he* dictionis סה, detegitur nomen Dei magnum tetragrammaton.) Apparet autem per viam horum textuum, quòd propter nomen אהיה *Ehie*, dictum est hoc, Hoc est nomen meum ad occultandum (quasi dicat, quod occultandum est) Sicut scriptum est אהיה *Ehie* misit me ad vos. Hæc omnia ille. Ex quibus non solum arcana in hoc nomine אהיה *Ehie* latitantia, literas Hebraicas non ignorantibus patent: sed etiam personarum pluralitatem cum vnitate essentiæ in Deo esse, apertè ostenditur. Verùm hæc est Cabalistarum expositio. Quæ autem priùs posita est, ex Talmudistarum dictis sumitur.

## CAPVT XV.

*De nomine Dei* אגלא Agla, *per quod diuina trinitatis insinuata potentia exprimitur.*

### GALATINVS.

VT etiam de nomine Dei אגלא *Agla*, quædam admodum pauca pro tuæ petitionis sutisfactione dicam, scire te velim nomen ipsum Dei אגלא *Agla* (vt eius literæ innuunt) non aliud quàm æternam & infinitam Dei potentiam, quam respectu creaturæ siue producendæ, siue productæ habet, denotare. Nam prima quidem eius litera, scilicet א *aleph* pro אתה *atta* quod est, tu, ponitur. Secunda verò, scilicet ג *ghimel*, pro גבור *ghibbor*, quod, Potens, interpretatur. Tertia autem scilicet, ל *lamed*, pro לעולם *lcholam*, quod idem est quod in æternum. Quarta demum, scilicet א *aleph*, pro אדני *Adonai*, quod, Dominus, in nostram vertitur linguam. Ex quo manifestè patet, ipsum nomen אגלא *Agla* nihil aliud significare, quam totum hoc אתה גבור לעולם אדני Id est, Tu potens in æternum Dominus. Ex his igitur palam est, idem nomen אגלא *Agla* ipsam diuinæ trinitatis omnipotentiam apertè exprimere.

## CAPVT XVI.

*De nomine Dei* שדי Saddai, *per quod diuina trinitatis omnimoda sufficientia, qua solus Deus suis sufficiens est, optimè designatur.*

### CAPNIO.

EST & aliud Dei nomen, quod frequenter in sacris literis occurrit, שדי *Saddai* dictum. De eo quoque aliquid quæso dicas. GAL. Notanda sunt ergo quæ de hoc nomine dicit Rabbi Moses Maimonis filius, eo in libro, qui apud Iudæos מרה הנבוכים *More hannebochim* inscribitur. Ibi enim in calce quadragesimisecundi capitis, primæ partis, sic inter cætera ait, Nomen שדי *Saddai* compositum est ex verbo די *dai*, quod est, sufficit, & ex litera, quæ ש *Sin* dicitur. Verbum autem די *dai* sufficientiam significat, vt ex eo patet, quod apud Abdiam sic dicitur, אם גנבים באו לך אם שודדי לילה איך נדמיתה הלא יגנבו דים Hoc est, Si fures venissent, vel latrones essent ad te, si latrones nocte, quomodo tacuissis? Nonne furati fuissent דים *dayam*, id est sufficientiam suam? Porrò litera ש *sin*, quæ huic nomini שדי *Saddai* præponitur, idem est quod אשר *aser*, id est, qui. Quamobrem שדי *Saddai* idem est quod אשר די *aser dai*, id est, qui sufficit, vel, qui sufficiens est, vel, qui sufficientia est. Ideo nomen hoc nunquam apud Hebræos nisi de solo Deo dictum reperitur. Neque mirum quidem, cùm eius sensus sit (vt dictum est) qui sufficit, vel qui sufficiens est, vel qui sufficientia est: quod soli Deo congruere manifestum est. Nam, vt ait Algazel philosophus in libro qui de nominibus Dei inscriptus est, solus Deus simpliciter & absolutè diues, & ditans est. Ipse enim neque in substantia, neque in qualitatibus ab aliquo alio dependet, sed cum omnibus sibi pertinentibus, immunis omnino ab omni dependentia est. Deinde subdit, Diues igitur & sufficiens sibi absolutè & in veritate is est, qui nullo alio indiget: & hic solus Deus est. De omnibus verò aliis hoc transumtiuè, siue secundum quid dicitur. Hucusque Algazel. Cum igitur solus Deus trinus & vnus sit ijsdi sufficiens, idcirco nomen, שדי *Saddai* rectè diuinæ trinitatis sufficientiam, qua Deus sibi sufficiens est, importat, atque significat.

## CAPVT XVII.

*De duobus & septuaginta Dei nominibus, per quæ diuina trinitatis atq; vnitatis perfectiones aptissimè insinuantur.*

### CAPNIO.

DE septuaginta duobus Dei nominibus, cum multi multa dixerint, & nonnulli quidem inania ac risu digna, eapropter ad maiorem diuinorum nominum notitiam, vellem postremo tuam de ipsis sententiam audire. GAL. Vt itaque de his nonnisi ea quæ ex Cabalisticis libris accepi, dicam: in primis textus ex quibus nomina ipsa formantur adducam ex Exodi decimo quarto capite, vbi sic Hebraicè dicitur, ויסע מלאך האלהים ההלך לפני מחנה ישראל וילך מאחריהם ויסע עמוד הענן מפניהם ויעמד מאחריהם ויבא בין מחנה מצרים ובין מחנה ישראל ויהי הענן והחשך ויאר את-הלילה ולא-קרב זה אל-זה כל הלילה: ויט משה את-ידו על הים וילך יהוה את הים ברוח קדים עזה כל-הלילה וישם את-הים לחרבה ויבקעו המים: Hoc est, vt verbum verbo reddam: Et mouit se Angelus Deorum qui ibat ante castra Israel, & ambulauit post illa: & mouit se columna nubis à facie eorum, & stetit post illa. Et venit inter castra Ægyptiorum, & inter castra Israel, & erat nubes & tenebræ, & illuminabat noctem, & non appropinquauit aliter ad alterum tota nocte. Et extendit Moses manum suam super mare, & abstulit Deus mare vento Noto valido tota nocte, & vertit mare in siccum, & diuisæ sunt aquæ. Quæ quidem verborum series apud Hebræos in tres *posukim*, id est, textus siue versus diuiditur. Quorum quilibet duabus & septuaginta literis constat. Ex quibus Cabalistæ miro quodam modo duo & septuaginta Dei nomina extraxerunt. Et id quidem decem effecerunt modis.

*Regula nominum primi modi.*

Quorum primus est, vt primò prima litera primi versus accipiatur, quæ est ו *vau*. Subinde secundi versus vltima, quæ est ה *he*: postremò tertij versus prima, quæ est ו *vau*. Ex quibus tribus literis primum primi modi nomen resultat, quod est והו. Deinceps secundam primi versus



versus accipiunt literam, quæ est י *iod*: deinde penultimam secundi, quæ est ל *lamed*: postremò secundam vltimi, quæ est י *iod*. Et sic secundum nomen constituunt, quod est ולי. Et ita hunc seruantes ordinem continuè procedunt, quousque totus literarum numerus absumatur. Quod facilè patet nomina ipsa primi modi conspicienti.

*Regula nominum secundi modi.*

Secundi verò modi nomina ex eisdem literis sic secundùm eos formantur. Primò igitur primam primi versus siue textus accipe literam, quæ est ו *vau*: & primam secundi, quæ est etiam ו *vau*: ac primam tertij, quæ itidem est ו *vau*. Et sic primum secundi modi nomen formabis, quod est וו Deinde si secundam primi textus accepueris literam, quæ est י *iod*. & secundam secundi, quæ similiter est י *iod*: ac secundam tertij, quæ י *iod* quoque est, secundum secundi modi constitues nomen, quod est ייי Item ex tertia primi textus litera, quæ est ס *samech*: & ex tertia secundi, quæ est ב *beth*: atque ex tertia tertij, quæ est ט *theth*, tertium secundi modi conficitur nomen, quod est סבט. Et ita hoc ordine procedendo, quousque omnes eorundem textuum absumantur literæ, duo & septuaginta secundi modi efficiuntur nomina: vt videri potest, eadem ipsa secundi modi nomina conspiciendo. Reliquorum autem octo modorum nomina, quomodo ex eisdem ipsis literis componantur, regulas ipse enitandæ prolixitatis gratia, nunc non trado, sed studiosis inuestigandas relinquo. Sat enim me fecisse vnusquisque (vt opinor) arbitrabitur, quum me conficiendorum primi ac secundi modi nomina ipsa omnia decem modorum (prout ea in Cabalistarum libris reperi) retulisse, viderit. Quæ hæc sunt,

## DECEM MODI LXXII. NOMINVM.

### Septuaginta duo nomina diuina primi modi,

| | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| והו | ילי | סיט | עלם | מהש | ללה | אכא | כהת | הזי | אלר | לאו | והע |
| יזל | מבה | הרי | הקם | לאו | כלי | לוו | פחל | נלב | ייי | מלה | ההו |
| נתה | האא | ירת | שאה | ריי | אום | לכב | ושר | יהו | להה | בוק | סנר |
| אני | העם | רהע | יין | והה | סיב | וול | ילה | סאל | ערי | עשל | פיה |
| והו | רגי | החש | עסם | נגא | גית | סבה | פוי | נמם | ייל | הרח | מצר |
| ומב | יהה | ענו | מחי | דסב | סנק | איע | חבו | ראה | יבם | היי | סום |

### Septuaginta duo nomina diuina secundi modi,

| | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| וו | ייי | סבם | עאם | סבש | ליה | אנא | בסת | החי | אנר | לאו | המע |
| יצל | פוה | חיי | חמם | לוו | בכי | ליו | פגל | נסב | יחי | מנה | החי |
| גיה | השא | ירת | שאה | רלי | אום | ליב | והר | ייו | לחח | בעק | חנר |
| אני | חום | רהע | יחז | השה | סכב | וול | ייה | פאל | עוי | עאל | פתת |
| והו | דלי | היש | עלם | נהא | נות | סלה | פאי | נקם | ירל | תבה | סור |
| והב | יאה | עלו | פוי | דהב | סבק | אלע | החו | רלה | יים | הלי | סהם |

### Septuaginta duo nomina diuina tertii modi,

| | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| האל | כלל | ומל | פעל | להו | ללב | המל | הכח | והו | ילי | ולי | העל |
| ילב | ייה | אני | חסח | יוו | ארי | אמו | הפח | שמנ | פיה | ראה | וקח |
| הכה | בהי | כתר | הנא | אני | אהר | בלב | השר | האה | תהי | ווק | הלש |
| אפי | עפי | עלע | יפז | הוה | סלא | ולי | דים | דלי | עמו | שרה | יוי |
| ומנ | דיג | אהה | עצם | ארנ | תבי | נוב | מפח | אוב | פני | עתא | סבר |
| מנב | גיה | עיה | יום | דסם | קלי | ריש | והם | ואה | פיה | איה | פיו |

### Septuaginta duo nomina diuina quarti modi,

| | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ביו | אום | ליג | וזה | חמו | זיב | ירד | ושם | והם | כתר | לרי | לשנ |
| יעם | ללל | יעי | אבק | דלל | אני | וזא | מפח | לעה | ויע | לפח | יעה |
| ארר | סחי | ואש | סיע | עלע | לרם | הים | עסב | לאר | היו | פוה | האם |
| למא | היה | זדנ | ישם | ללם | כחב | שאו | סנא | נהה | לית | ללב | בוי |
| יקנ | יוי | חוח | סרם | יחי | הבה | האם | טרו | לבב | אהע | באי | יהה |
| דים | אחי | חבה | ההם | כוס | והא | היי | סהו | תתם | וחב | קני | והו |

### Septuaginta duo nomina diuina quinti modi,

| | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| הוד | איח | ולא | זוה | עיל | ויו | ירד | שמו | סהל | כהי | ירד | לסה |
| העם | לבב | יחי | אחי | ליו | דום | נלי | שמנ | הים | עלי | מעל | עקב |
| דקל | בחי | אשו | סהם | עלה | רחי | ללב | שיו | לבנ | אהה | יאי | ססי |
| תמי | כהא | קנא | להם | נאצ | הלל | הזר | סבב | נרל | הוה | נפה | נעי |
| לפת | יסר | סני | יסע | יפב | נרל | יסק | עיה | כהי | דמה | ענת | גיע |
| דים | פתה | החב | זפה | ופב | יהו | היה | הזה | התי | יהו | ינת | הוה |

E

Septuaginta duo nomina diuina sexti modi,

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| חול | ויב | רשנ | מעי | חפם | ליק | יפב | וסב | אבא | ילה֯ | כלה |
| ביע | הני | יסח | דרו | וזח | סחו | ויז | לתא | ארי | ירב | דמח | ויי |
| נלה | ללה | יהה | זהם | ולם | העי | להד | ססם | הלה | שצה | פאי | ננת |
| עמת | והם | לפי | העד | עלי | מנם | האת | יסת | מאי | זוב | ישח | ואא |
| לחם | בפה | ונח | עוי | לשח | יאו | יבק | דסנ | דיא | יהה | הוח | יהב |
| מיי | עחנ | לבה | שלל | מאח | ורס | אלו | חרם | ינה | עלה | קאו | ברת |

Septuaginta duo nomina diuina septimi modi,

| | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| סלה | אבו | שיי | כלע | דני | מלנ | יני | אפי | זוז | אסב | וחר | תאל |
| חמב | קלה | יחם | ייב | בהו | יהו | לנו | הים | ריע | כיר | ריה | דיו |
| לעי | ליצ | חטה | חזם | מעו | זכח | שים | הוא | נהה | לפנ | הוא | נחם |
| למא | יהו | ללה | מאם | חלי | שפה | היא | תינ | פתי | עפו | ירח | רעם |
| אמם | כפי | חנג | יהי | שמי | אהי | צקו | נבל | יחד | הום | והא | חום |
| נהי | עלה | קלא | לשר | האל | חרה | ליא | ערב | חלי | ענו | יבי | כתר |

Septuaginta duo nomina diuina octaui modi,

| | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| פמא | לעפ | הרם | ומי | ואח | זסר | כאה | הות | וחל | אחב | ברם | ויי |
| אהה | סלו | בלם | יסח | היו | ושח | שוח | ימנ | יענ | ווו | ההה | ריא |
| לחל | נכו | וזה | ביי | לחח | עמי | תאה | אפו | ללם | תוע | יער | ממנ |
| אנש | מים | יתי | חסנ | מחה | בני | דמה | יול | עחו | יאא | ניח | יהי |
| קאע | לול | התה | כהע | יטב | דתי | סהב | תתי | לפק | בשו | ינק | חמל | פלא |
| רצי | ויב | חלה | דינ | פלב | יהל | יהל | יהש | בנר | דים | יעה | ילד |

Septuaginta duo nomina diuina noni modi,

| | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ססר | חוב | ברח | ווי | האי | ומן | לאה | רפי | אלי | עשה | חפפ | מים |
| אהה | ומו | בחה | הוא | חוה | פלא | ושי | יני | ענו | לרי | כמה | היא |
| פחל | יוב | הדה | בים | אלי | קמי | אתי | מאם | ללה | נעו | לעי | זלי |
| תעת | אפי | התח | יני | לחש | בהו | ריחו | יבם | נחש | עפי | יני | הוח |
| ופב | ליי | החי | סיב | ציר | כתר | חיח | נדר | קנא | ינק | חחמ | אלה |
| צרם | וים | עסה | ליל | שלב | הלל | הלל | עשה | שני | ורי | להב | קום |

Septuaginta duo nomina diuina decimi modi,

| | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| סחם | ילה | ומה | ורח | ליל | העק | כבה | ארם | עלי | ומז | החו | אבי |
| לחב | ריח | נוק | מרם | אבה | אלה | ימנ | תנו | עלה | יהו | רים | שלי |
| הנח | ראש | יחי | הוא | פיש | ראל | לוי | היא | לבי | חיק | רמע | רגם |
| אני | דהו | העם | יחם | חלי | אלה | ימש | זכב | הוה | להא | ירע | מעת |
| חתנ | והח | יים | לני | מלם | ניב | המו | בכל | יום | רצי | סיה | ליח |
| האל | והם | ערנ | הגא | חבם | אחי | באש | חמע | לים | סיו | יוש | ובי |

*Nominum summa 720.*

CAP. Aiunt ex nostris quidã nomina primi & secundi modi sic pũctata, vt posuisti, nõ esse Hebraica, quod præter morẽ Hebraicæ scripturæ pũctata sint. GAL. Hoc fortè dicunt, qui ex eo hominũ genere sunt, qui sese, ac sua nõ rectè metiẽtes, vsque adeo se omnia scire existimãt, vt quod ipsi nesciũt, neminẽ scire putẽt. Tu autẽ id nequaquã diceres, tũ quia huiusmodi hominũ mores sæpe r odisti istũ ectiã, quia in Cabalisticis libris cadẽ nomina (vt arbitror) sæpenumero sic punctata legisti, & maximè primi modi. Ego quoque ea sic omnino punctata pluribus in locis inueni; & præsertim Romæ in bibliotheca sũmi Pontificis, eo in loco, vbi libri Flaminei, viri quõdã triũ linguarũ peritissimi recõditi seruãtur. Qui igitur ipsa ita pũctata, Hebraica esse negant, quærant ibi inter Hebraicos codices, & nõmina ipsa primi modi sic pũctata inueniẽt. Quę etsi vitio scriptorum sint ibi aliquatenus deprauata, ego tamen ipsa iuxta Cabalistarũ normas castigatius referre curaui. CAP. Non ab re igitur scire nõnulli cupiũt, quare hæc nomina punctis huiusmodi pũctẽtur. GAL. Quanquã id apud Cabalistas maximum sit secretum, & vsq; adeo quidẽ, vt illud nullo pacto scribẽdũ esse præcipiant, sed ore tãtũ, & non nisi paucissimis, ac dignis reuelãdum, ne ex margaritis ante porcos positis, nomina diuina in digna & vilibus nota fieri contingat: Ego tamen cui vel maximè cordi est, veritatẽ nemini occulere, quin potiùs ipsam cunctis patefacere, disco. Ideo hæc nomina sic pũctata esse, quia literæ ex quibus conficiuntur, in supradictis textibus ita punctatæ habẽtur. Nã literæ quidẽ quæ in ipsis textibus pũctatæ inueniuntur, simul cum punctis ipsis, ad horum nominum formationẽ cõcurrunt. Quæ autẽ in eisdẽ textib. punctatę nõ habẽtur, vt sunt quę in calce dictionum ponuntur, quas vt plurimum pũctari nõ cõtingit, his in nominib. punctãtur punctis, quæ earum prolatio naturaliter exigit. Vt patet nomina ipsa intuẽti. Neq; tamen magno absq; mysterio Cabalistæ sic illa punctari voluerũt, cum ex huiusmodi punctatiõne, in vnoquoq; ipsorũ nominum resultet syllabarum trinitas, quæ diuinarum personarum trinitatem in vna diuina essentia dilinctè designat. CAP. Quomodo hæc nomina interpretantur? GAL. Quidam ex nostris ita nomina primi modi interpretati sunt:

*Quare nomina primi & secundi modi sic punctentur.*

Exaltator, Auxiliator, Spes, Salus, Quæsitus, Annunciatus, Longanimis, Adorandus, Recordabilis. Tu, Exaltandus, Opportunus: Decantatus, Subleuator, Ens, Aduocatus, Dominator, Iustitia, Exauditor, Eruens, Fortis, Dexter, Custos, Expectandus: Mirabilis, Inuocandus, Saluator, Festinus, Sanator, Ab adolescentia, Solus, Rectus, Cogitabundus, Expectatio, Deprecatio, Gloria: Facies, Refugium, Adiutor, Propulsator, Liberator, Custos, Matutinus, Doctor, Compatiens, Operator, Magnificus, Reuelator: Maximus, Clemens, Lætabundus, Altissimus, Verus, Regnator, Æternus, Erector, Protector, Animus, Oriens, Iustus: Benedictus, Amabilis, Laudabilis, Miserator, Deprecabilis, Assistens, Dator, Bonus, Præmium, Deus, Multus, Requies.

Hæc autem septuaginta duo nomina sic interpretata, duobus & septuaginta Psalmorum versibus infrascriptis applicant. Videlicet,

*Exaltator.* Et tu Deus clypeus circa me, gloria mea, & exaltans caput meum. *Auxiliator.* Et tu Deus ne longè fias, fortitudo mea in auxilium meum festina. *Spes.* Dicens, Deus spes mea, & fortitudo mea, Deus meus confidam in eo. *Salus.* Reuertere Deus, erue animam meam, salua me propter misericordiam tuam. *Quæsitus.* Quæsiui Deum, & exaudiuit me, & de omnibus angustiis meis liberauit me. *Annunciatus.* Cantate Deo habitatori Sion, annunciate in populis cogitationes eius. *Longanimis.* Clemens & misericors Deus, longanimis & multæ miserationis. *Adorandus.* Venite adoremus, & procidamus, & flectamus genua ante faciem Dei factoris nostri. *Recordabilis.* Recordare miserationum tuarum Deus, & misericordiarum tuarum, quia à seculo sunt. *Tu.* Sit misericordia tua, Deus, super nos, quemadmodum speramus in te. *Exaltandus.* Viuit Deus, & benedictus Deus meus, & exaltabitur Deus salutis meæ. *Opportunus.* Quare Deus stas longè, despicis in tempore angustiæ? *Decantatus.* Iubilate Deo omnis terra, vociferate & canite. *Subleuator.* Et erit Deus eleuatio oppresso, eleuatio opportuna in angustia.

*Ens.* Et erit Deus mihi in refrigerium, & Deus meus in auxilium spei meæ. *Aduocatus.* Deus Deus salutis meæ, per diem clamaui & nocte coram te. *Dominator.* Deus dominator noster, quàm grande est nomen tuum in vniuersa terra. *Iustitia.* Iudica me secundum iusticiam meam Deus meus, & ne insultent mihi. *Exauditor.* Expectans expectaui Deum, & inclinauit ad me aurem, & exaudiuit clamorem meum.

*Eruens.* Et in nomine Dei inuocabo, obsecro, Deus, erue animam meam. *Fortis.* Et ego in te speraui Deus: dixi, Deus meus es tu.

*Dexter.* Deus custodiat te, Dominus protectio tua super manum dexteram tuam. *Custos.* Deus custodiat exitum tuum, & introitum tuum ex nunc, & vsque in æternum. *Expectandus.* Placet Deo in iis qui timent eum, & expectant misericordiam eius. *Mirabilis.* Confitebor Deo in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua. *Inuocandus.* Clamaui in toto corde, exaudi me Deus, præcepta tua custodiam. *Saluator.* Eripe me Deus ab homine malo, à viris iniquis salua me. *Festinus.* Deus ne elongeris à me, Deus meus in auxilium meum festina. *Sanator.* Deus miserere mei, sana animam meam quia peccaui tibi. *Ab adolescentia.* Quoniam tu es expectatio mea Deus, Deus fiducia mea ab adolescentia mea. *Solus.* Ingrediar in fortitudine Dei, Deus recordabor iustitiæ tuæ solius. *Rectus.* Quoniam rectum est verbum Dei, & omne opus eius in fide. *Cogitabundus.* Deus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. *Expectatio.* Expectet Israel Deum ex nunc, & vsque in æternum. *Deprecatio.* Dilexi quoniam exaudiet Deus vocem deprecationis meæ. *Gloria.* Deus, dilexi habitaculum domus tuæ, & locum tabernaculi gloriæ tuæ. *Facies.* Deus, Deus exercituum conuerte nos, ostende faciem tuam, & salui erimus. *Refugium.* Quoniam tu Deus spes mea, altissimum posuisti refugium tuum. *Adiutor.* Audi Deus & miserere mei, Deus esto adiutorium meum. *Propulsator.* Propter quid Deus repelles animam meam, auertes faciem tuam à me? *Liberator.* Deus, libera animam meam à labio mendacii, & à lingua dolosa. *Custos.* Deus custodiat te ab omni malo, custodiat animam tuam. *Matutinus.* Et ego ad te, Deus, clamaui, & manè oratio mea præueniet te. *Doctor.* Voluntaria oris mei complacent, obsecro Deus, & secundùm iudicia tua doce me. *Compatiens.* Si dixi, motus est pes meus, misericordia tua Deus adiuuabit me. *Operator.* Bonus est Deus in omnibus, & misericordiæ eius super omnia opera eius. *Magnificus.* Quàm magnificata sunt opera tua, Deus, multum profundæ sunt cogitationes tuæ. *Reuelator.* Notum fecit Deus salutare suum, in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam. *Maximus.* Magnus Deus & laudabilis valde, & magnificentiæ eius non est inuentio. *Clemens.* Misericors & clemens Deus, longanimis, patiens, & multæ miserationis. *Lætabundus.* Sit gloria Dei in sempiternum, lætabitur Deus in operibus suis. *Altissimus.* Confitebor Deo secundum iusticiam eius, & cantabo nomen Dei altissimi. *Verus.* Scni, Deus, quoniam iustum est iudicium tuum, & verè affixisti me. *Regnator.* Deus in cœlo stabiliuit thronum suum, & regnum illius omnibus dominabitur. *Æternus.* Et tu, Deus, in æternum permanes, & memoriale tuum in generationem & generationem. *Erector.* Sustentat Deus omnes corruentes, & erigit omnes iacentes. *Protector.* Timentes Deum confide in Deo, auxiliator eorum, & protector eorum ipse.

*Animus.* Et anima mea turbata est valde, & tu vsquequo? *Oriens.* Ab ortu solis vsque ad occasum eius, laudabile nomen Dei. *Iustus.* Iustus Deus in omnibus viis suis, & misericors in omnibus operibus suis. *Benedictus.* Sit nomen Dei benedictum, ex nunc & vsque in æternum.

*Amabilis.* Vide quoniam præcepta tua dilexi, Deus, iuxta misericordiam tuam viuifica me.

*Laudabilis.* Seruite Deo in lætitia, fugeditimini coram eo in laude. *Miserator.* Ecce oculi Dei super timentes eum, & expectantes misericordiam eius. *Deprecabilis.* Conuertere Deus, vsquequo? deprecabilis esto super seruos tuos. *Assistens.* Ne derelinquas me Deus, Deus meus ne discesseris à me. *Dator.* Delectare in Deo, & dabit tibi petitiones cordis tui. *Bonus.* Confitemini Deo, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. *Præmium.* Deus pars hæreditatis meæ, & calicis mei, tu possessor sortis meæ. *Deus.* Confitemini Deo, inuocate in nomine eius, annunciate in populis virtutes eius. *Multus.* Confitebor Deo nimis in ore meo, in medio multorum laudabo eum. *Requies.* Reuertere anima mea in requiem tuam, quia Deus reddidit tibi.

His prædictis duobus & septuaginta versiculis qui ex diuersis Psalmis sumuntur, duas & septuaginta interpretationes præmissas applicant, quas duorum & septuaginta illorum Dei nominum esse aiunt, quæ ex trium antedictorum textuum literis in primo modo formantur. Sed nimium profectò falluntur. Quandoquidem hæ interpretationes non ipsorum nominum, sed potiùs versuum, quibus applicantur, esse planè dignoscuntur. Iudæi namque iuxta horum septuaginta duorum versiculorum sensum, has septuaginta duas interpretationes instar ipsorum septuaginta duorum Dei nominum adinuenerunt, vt essent eorundem versuum quasi iudices quidam. Quod ex eo manifestè patet, quòd interpretationes istæ non ipsis Dei nominibus, sed versibus quibus applicantur, correspondent. Hoc enim nomen Exaltator, conuenientiam nullam habet cum nomine hoc יהוה, sed solùm versui, cui applicatur, competit: scilicet, Et tu Deus elypeus circa me, gloria mea, & exaltans caput meum. Similiter Auxiliator, nullatenus nomini huic יהוה congruit, sed huic tantùmmodò versui, cui applicatur, Et tu Deus ne longè fias, fortitudo mea in auxilium meum festina. Id idem & in reliquis omnibus, si diligenter inspexeris, inuenies. CAP. Quomodo ergo hæc Dei nomina rectè interpretanda sunt? GAL. Nullam ego adhuc horum nominum apud Hebræos inuenii interpretationem. Nam etsi aliqui Cabalistarum de his duobus & septuaginta Dei nominibus nonnunquam mentionem faciant, perfectioneſque diuinas per ipsa designari dicant, nemo tamen eorum, quorum libros videre potui, nomina ipsa exposuit esse adhuc interpretari. Hoc tamen in eis (quod maximè contra Iudæos nostri temporis ad nostrum propositum facit) præcipuè notandum est, quòd vnumquodque ipsorum nominum ad designandam diuinarum personarum trinitatem, atque diuinæ essentiæ vnitatem, ex tribus conficitur literis, tribusque syllabis constat: vt in illis præsertim apparet, quæ suprà in primo & secundo modo locautimus.

LIBER TERTIVS

# DE MESSIÆ DIVINITATE

## ET DE EIVS NOMINIBVS DIVINAM IPSIVS NATVRAM designantibus.

### CAPVT PRIMVM.

*Quod Filius Dei nę urnandus erat, ex fœmina corpus sumendo.*

CAPNIO.

QVAM satis per Iudæorum scripturas Deum trinum & vnum esse probaueris, nunc de iis quæ de Filii Dei incarnatione in eorum libris continentur, te aliqua dicere decet. GAL. Oportet certe, nedum decet, cùm de iis quæ ad Messiam spectant, contra eorum perfidiam maximè nobis dicendum sit. Quem dum ipsi Deum & hominem futurum fuisse negant, diuinæ incarnationis opus minimè credere volunt. De quorum incredulitate Habacuc Propheta benè prophetauit, primo capite, dicens, כי פועל פועל Hoc est, Quia opus fiet in diebus vestris, quod non credetis, cùm narrabitur. Vbi de diuinæ incarnationis opere, quod maxima Iudæorum pars pro sua obstinatione haudquaquam creditura erat, Prophetam locutum fuisse, certum est. Hoc. Editio nostra hoc loco aliter habet. Sic enim dicit, Quia opus factum est in diebus vestris, quod nemo crederet cùm narrabitur. GAL. Hebraica veritas quam hic ipse traduxi, longè meliùs habet, quàm nostræ editionis autor traduxerit. Opus enim hoc, siue ad literam de Nabuchodonosor, siue mysticè de Messiæ incarnatione intelligendum sit, vtvt sit, si vim in verbo facere velimus, neque nostra neque Græca editio (cùm inquit, Nemo credet veritati) consentanea videtur. Primum namque, vt videlicet de Nabuchodonosor intelligatur, omnes Iudæi credunt. Secundum verò, quòd scilicet de Christi incarnatione exponi debeat, & Gentiles innumeri, & Iudæorum quàmplurimi crediderunt. Quamobrem nostra translatio in hoc Hebraicæ veritatis sensum minimè secuta, illiusmodi recipiendo calumniam, Nemo, id est rarus credet, nos exponere cogit. Hebraica verò litera nullam in hoc admittit



mittit calumniam: imò (quod nobis admodum incundum esse debet) vt de diuinæ incarnationis mirando atque stupendo opere, quòd in diebus Iudæorum, hoc est, dum adhuc ipsi terram promissionis tenebant, factum esset, intelligendum sit, euidentem necessitatem importat. Nulla quippe opera sunt in diebus Iudæorum facta, quæ, cùm eis narrantur, ab eis non credantur, solo incarnationis opere excepto, & iis quæ ex ipso sequuntur. Quapropter Paulus dum (teste Luca in decimotertio Apostolicorum actuum capite) eis Iesum nostrum redemptorem, Messiam esse affirmare vellet, non nostram, sed Hebraicam literam secutus est, dicens, Quia opus operor (id est, Christi incarnationem, dicit glossa) quod non credetis, si quis narrauerit vobis. CAP. Vt igitur eorum obstinata coniuratur perfidia, negeninum Dei Filium incarnandum fuisse, per aliquem eorum doctorem, cui ipsi contradicere nequeant, obsecro proba. GAL. Ex plurimis quos ad id probandum hunc adducere possem, Rabbi illum Simeonem filium Iohai maximæ apud eos autoritatis virum, satis sit adducere. Hic in commentariis in librum Geneseos, secretiore Ieiosolymorum lingua scriptis, quorum ipse autor creditur, ipsum diuinæ incarnationis mysterium sapissimè ac apertissimè commemorat: nam super illud libri Geneseos 17. dictum: Ambula coram me, & esto perfectus, ita dicit,

ובזמן דאתמשכו אמה דא אתמשכו מטר גבורה טיפין
גבוראן בשמאלא דנקבת ואשתקע בנקבה באתר הה
ורשין בעוריתא כמותא דכל גופא ונקבה וכה הוא
אתר איתקרא עזרה דכלא דאיצטריא אתרי הקהלא
לכולא ואיתמסר עזרה דא מאתר דא ואתקרא חסד
כגון לאתמסמא גבורא דא דכליל חמש גבוראן ואלי
חסדי כליל בחמש חסד חסדים ניגא נבורה שמאלא
אתידא בוראן ואיתקרא ארם בליל תלתין מטרין ובגין
כך בכולהו כתרין עד לא זמן תקונא בלבא עתיקא
דעתיקין ובגא עלמין ואתקין תקונין לאתק ייבא
ותיאנ נוקבא לאתמסמא אלא אתקיימין קדמיתין חסד
עילאה ואיתקיימן ואתמסמת תיקונין נוקבא באתר אמה
דאיתקרא אתר

Hoc est, Et quoniam declaratum est, quòdnam esset timor illi, declaratum est ratione fortitudinis, illarum scilicet fortitudinum quæ venerunt in latus sinistrum fœminæ, & coniunctus est fœminæ in loco vbi. Signauit autem, sine potius recedit primo in membro illo occulto, quod est in cunctis fœminarum corporibus. Loci verò illi appellatus est matrix, eíque apud omnes occultus. Est autem matrix hæc fabrefacta, vt incorporetur in ea timor hic, qui etiam appellatus est misericordia, coniungeretur quæ fortitudini illiusquæ comprehendit quinque fortitudines. Sed & misericordia hæc quibusque complectitur misericordias. Misericordia a dextris, fortitudo a sinistris. Venit hæc in hanc, & vocabitur homo qui complectitur singulas partes, id est cuncta attributa. Quapropter omnibus coronabitur in perpetuum, donec perficiatur Rex antiquus antiquorum. Ædificabit autem mundos, & concinnabit adornatus, vt recidicat fœmina pro incorporatione. Nec perfecti erunt donec quiescat in illa misericordia altissima. Firmus verò erit, & incorporabitur concinnè in fœmina hic timor, qui etiam misericordia vocatus est. Hæc ille: vbi per timorem, Deum intelligit: quandoquidem Deus ipse inter cætera eius nomina, etiam timor non incongruè appellatur; quòd dignum sit, vt ab omnibus timeatur. Deus igitur est ille timor, qui (vt hic Rabbi in præmissis verbis ait) pro salute timentium se, non horruit fœminæ corpus. Ex quo diuinæ incarnationis mysterium liquidò patet. CAP. Vellem id ipsum diuinæ incarnationis mysterium per hunc eundem Rabbi apertius ostendetes. GAL. Faciam quàm libentissimè. Audi igitur quid de hoc ipse dicat in eisdem commentariis libri Geneseos super illud, נעשה אדם בצלמנו Id est, Faciamus hominem ad imaginem nostram, tanquam similitudinem nostram. Ibi enim sic ait,

ואנא כענינותא דמתתא כוין דאתמסמא
לעילא כללא דאדם נוקבא קדישא ונקבת אתתברן
זכאה תליתאה ונפקאת כמותא דכלא ואיתכסיאו
עלמין עלאין ותתאין ומכאן אשתכלל עלמא
דלעילא ולתתאה מסטרא דנוקבא קדישא ומתתאין
עלמין ומוראין דא ברא ואתעכיד נוקבא חד ובגין
דלהון חד גופא שכחא לעילא שכנתא לתתא נקבה
לעילא ונקבה לתתא ומשלמא רווחא ועייל כחד
גופא וכולהו לא אתתנו אלא חד קדיש קדיש קדיש
יהוה צבאות מלא כל הארץ כבודו וכל אינהו חד
גופא.

Hoc est, Et quoniam declaratum est, quòdnam esset timor illi, declaratum est ratione fortitudinis, illarum scilicet fortitudinum quæ venerunt in latus sinistrum fœminæ, & coniunctus est fœminæ in loco vbi. Signauit autem, sine potius recedit primo in membro illo occulto, quod est in cunctis fœminarum corporibus. Loci verò illi appellatus est matrix, eíque apud omnes occultus. Est autem matrix hæc fabrefacta, vt incorporetur in ea timor hic, qui etiam appellatus est misericordia, coniungeretur quæ fortitudini illiusquæ comprehendit quinque fortitudines. Sed & misericordia hæc quibusque complectitur misericordias. Misericordia a dextris, fortitudo a sinistris. Venit hæc in hanc, & vocabitur homo qui complectitur singulas partes, id est cuncta attributa. Quapropter omnibus coronabitur in perpetuum, donec perficiatur Rex antiquus antiquorum. Ædificabit autem mundos, & concinnabit adornatus, vt recidicat fœmina pro incorporatione. Nec perfecti erunt donec quiescat in illa misericordia altissima. Firmus verò erit, & incorporabitur concinnè in fœmina hic timor, qui etiam misericordia vocatus est. Hæc ille: vbi per timorem, Deum intelligit: quandoquidem Deus ipse inter cætera eius nomina, etiam timor non incongruè appellatur; quòd dignum sit, vt ab omnibus timeatur. Deus igitur est ille timor, qui (vt hic Rabbi in præmissis verbis ait) pro salute timentium se, non horruit fœminæ corpus. Ex quo diuinæ incarnationis mysterium liquidò patet. CAP. Vellem id ipsum diuinæ incarnationis mysterium per hunc eundem Rabbi apertius ostendetes. GAL. Faciam quàm libentissimè. Audi igitur quid de hoc ipse dicat in eisdem commentariis libri Geneseos super illud, נעשה אדם בצלמנו Id est, Faciamus hominem ad imaginem nostram, tanquam similitudinem nostram. Ibi enim sic ait,

ואנא כענינותא דמתתא כוין דאתמסמא
לעילא כללא דאדם נוקבא קדישא ונקבת אתתברן
זכאה תליתאה ונפקאת כמותא דכלא ואיתכסיאו
עלמין עלאין ותתאין ומכאן אשתכלל עלמא
דלעילא ולתתאה מסטרא דנוקבא קדישא ומתתאין
עלמין ומוראין דא ברא ואתעכיד נוקבא חד ובגין
דלהון חד גופא שכחא לעילא שכנתא לתתא נקבה
לעילא ונקבה לתתא ומשלמא רווחא ועייל כחד
גופא וכולהו לא אתתנו אלא חד קדיש קדיש קדיש
יהוה צבאות מלא כל הארץ כבודו וכל אינהו חד
גופא.

תאנא כוין דאתמסמא ברא דכתיב תורי וחב נעשה
לך עם נקורות הכסף אתקשרת דינא ורחמי
ואיתבסמת ברמוזא ובגין לא סלקא דאבלא דא ועל
דא איתגיזנמאי דאשתיק פרשיק מהאי עלמא בכללא
דאדם לתתא ברנפקן מהאי עלמא לא עייל בכל לא
דאדם דאיתקרי גופא קדישא אלא באיתין דלא
איתקרי אדם ונפקין מכללא דגופא תניא תורי וחב
ונקודות כסף דאתיהב בסודני ורחמי ילילת דינא דלא
חוו ביה רחמי ועל דא כתיב נאוו לחייך בתורים
שארך בחרוזי בתורים תורי וחב מרוזים וכתיב
קדורות הכסף צוארך דכללא דנקודה דסטריהא
וכתכת מקדשא דל עילא ירושלם ומקדשא וכל
מהסיסת ברמוזא ואיעביד כלא אדם כללא
מרמוזא האי מהמנותא הכנויה אשרי הכל
מהמנותא Id est, Traditum est in libro Sezath, de-

*Deus timor dicitur.*

fitra, id est, pudoris & occultationis: Positum in supernis determinatum est in vniuersum de hominis formatione, sanctum corpus & fœmina incorporati sint. In tempore autem tertio (quod videlicet consequitur primum sanctorum patrum tempus, & secundum tempus prophetarum) completa est hæc maxima copula, & coniuncti sunt atque incorporati mundi superiores & mundi inferiores. Ab hinc verò incorporatus est mundus superior mundo inferiori, mediante corpore sancto. Quodammodo verò ridebant & congratulabantur simul, efficiebantúrque vnum corpus: quoniam quod erat superius, erat & inferius. Deus sanctus & benedictus superius, & Deus sanctus & benedictus inferius. Et profiliens spiritus de vagina, venit in vnum corpus, & in his omnibus vnus tantùm videbatur, ille nimirum cui dicitur, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Deus exercituum; implet terram totam gloria sua. Et hoc totum vnum est corpus. Traditum item est: Postmodum coniunxerunt se veluti duo corpora, quando vnum penetrat aliud. Sicut scriptum est, Torquem aureum facimus tibi cum notis argenteis. Colligatæ sunt iustitia & misericordia, & vnitæ sunt verbo, nec altera sine altera disce-

dit. Quapropter sic nobis traditum est, Quando diuiditur corpus à mundo hoc, id est, quando in vniuersum moriuntur homines, totum quod est hominis, nequaquam superiùs ascendit, quemadmodum ascendit hoc quod sanctum vocamus corpus, tantæ certè dignitatis, quòd non vocatur Adam, id est, homo terrestris, & in hoc vtique differt à cunctis aliis corporibus. Legimus quoque, Torquem aureum & notas argenteas. Quoniam vnum sunt iusticia & misericordia. Non enim est iusticia sine misericordia. Et propterea sequitur, Pulchra facta est gena tua propter torquem, & collum tuum pulchrum factum est propter margaritas. Torquem. Sicut dictum est, Torquem aureum cum margaritis: Etiam scriptum est, Notæ argenteæ collum tuum. Quoniam inter cunctas fœminas in matrona hac reperitur sanctitas, imò diuinitas, quæ consuecuerat descendere super Ierusalem, superque sanctuarium. Et omnia hæc postquam verbum in ea corpus assumpsit, factumque est de hominum vniuersitate, id est, homo plenus fide. Et quid est plenus fide? quoniam scilicet in illo inuenitur tota fides. Hæc omnia idem Rabbi, In quibus inter cætera miranda quæ dicit, palàm ostendit, ipsum Dei Verbum, siue Dei Filium, verum Deum, verumque hominem esse, eò quòd de cœlis descenderit, sumseritque corpus de fœmina, cuius sanctitas comparationem non admittit. Quid igitur clarius, quid lucidius, quid manifestius hic Rabbi, qui multis annis Christi natiuitatem præcessit, ad innuendum diuinæ incarnationis mysterium, dicere potuisset? Visne, mi Capnio, ipsum adhuc eandem Messiæ incarnationem claris verbis detegentem audire? Audi quæso, quid in prædictis commentarijs de eodem mysterio proferat: super illud Genesis, Hæ sunt generationes Noæ. Ibi enim exponens illud Iob decimo nono capite dictum ומבשרי אחזת אלוה Hoc est, Et ex carne mea videbo Deum: sic ait, מאי ומבשרי וסעצמי מיבעי ליה אלא ומבשרי מסש ומאי היא דכתיב ובשר קדש יעברו סעליך וכתיב ויהיה כריתי בבשרכם וחניא בכל ויסנא דאיתרשים בר נש בהאי רשומא דהאי איה סיניה חסין לקדוש ברוך הוא מסש ונשסתא קדישא אתאחר בית וכי דלא נטיר האי בית כתיב מנשסת אלוה יאבורו דהאי רישומא דקדוש ברוך הוא לא איתנטירו וכי נטיר ליה שכנתא לא איתפרשא סיניה איסתי את קודשא כיה נראיתנסיב והאי ארע עייל באחריה דאזדמין בתריה וחניא מאי סעמא אזלין כחדא אלאחר וכחר וחד נקבר אשתתפו בחדא ואיתקרי חד שמא בוין חסר עילאה שריאו עילויהו בן אחר הוא שריאא בסטרא דרבוורד ומאן חסר אלא דאתי ונסיק סיתכסת עילאה ואעטר סן דרבוא וכגין כך איכסתת נקבא דיתגנין אלוה הרי הוא אל ניתיתי רליה וכתר הא נקבה אשתתפו בחדא אלוה איתקרי ונשסתא קדישא סתא אחר אתאחדא ולא תלא כהאי וצל זה כתיב ומבשרי אחזת אלוה והא שלסותא דכלא מבשרי מסש ועל דא זכיאן איגון ישראל קדישין דאסרין ביה רחקרוש ברוך הוא זאיין בעלמא הדין ובעלמא ראתי עליהו כתיב רנסרות ליה סיגן

אוליפנא סאן רבוסיר להא אתקריימא סלכו אחנסריית ליה סגאלן סבועז דכתיב הי יהות שכבי עד הכוקר דהוה סקרב בו יצריה עד דא סי אומאה ונטר להאי בריה בניני כך וכה דנסקו סיניה סלכין שליטין על כל שאר סלכין וסלכא סשיחא דאיתקרי בשסיה רחקרוש ברוך הוא Id est, Quidnam sibi vult, Ex carne mea? Conueniens enim magis erat dicere, Ex substantia mea. Tamen dixit, Ex carne mea propria. Hoc autem est quod scriptum est, Et caro sancta transibit super te. Et insuper scriptum est, Et erit fœdus meum in carne vestra. Quod significat signum, quod datum est nobis. Quotiescunque enim signatus erit homo hoc signo, quod proceditab illo, videbit Deum ipsum, & anima ipsius sancta vnum fiet cum illo. Quoties verò non seruabit fœdus hoc, in eum scriptum est, Ab anima Dei peribunt. Siquidem signum istud Dei est, & non obseruant illud. Quòd si fueris de eo signo benemeritus, & custodieris illud, diuinitas nequaquam à te recedet, & in tempore colligaberis sanctitati, & ascendes in præparatum locum. Sed quænam est ratio eius quòd legimus supra de vnione animæ sanctæ, hoc est, Dei ad hominem? Non alia certè, nisi quòd mas vnus & fœmina vna iungentur in vnum, quod vocabitur nomine vno: veluti iusticia procedens à superna misericordia, quæ requiescet super eos. In hoc verbo est requies claritatis siue splendoris masculi. Et quænam est misericordia? Misericordia inquam, quæ veniet à sapientia altissima, & coronabitur à verbo, & propterea incorporabitur fœminæ. Sed & sic nobis traditum est. Deus, ecce Deus illuminator fortis. Litera ד *daleth* masculina, litera ה *he* fœminina iunctæ sunt in vnum, quod vocatur Deus. Et anima eius sanctissima in hoc loco posita est, non tamen alligata in eo. Et propterea scriptum est, Et ex carne mea videbo Deum. Quandoquidem felicitas hæc vniuersalis censetur. Sequitur, Et ex carne mea: ac si dicat, Ex hac ipsa mea carne propria. Propter hoc autem benemeriti erunt illi de populo Israel, sancti duntaxat, qui dicent hunc esse Deum, benemeriti erunt tum in mundo hoc, tum in mundo venturo. Et huius rei gratia scriptum est, Qui custodiet fœdus hoc. Et hinc didicimus, quòd qui custodiet pactum istud, Deus custodiet illum. Sed quæ huius rei probatio? Liquet hoc in Boaz, qui dixit Moabitidi muheri, Viuit Deus, iaceas vsque manè. Et cùm esset pellectus à concupiscentia, tamen custodiuit fœdus istud. Quapropter meruit, vt de illo egrederentur Reges potentissimi reliquorum Regum omnium, & Rex insuper Messias, qui vocatus est nomine Dei sancti & benedicti. Hactenus Rabbi ille Simeon ben Iohai. Ex cuius dictis, clarius luce meridiana constat, Deum ipsum ex fœmina incarnandum fuisse, ipsumque Messiam verum Deum, verumque hominem futurum fuisse.

Quid



## CAPVT II.

*Quid per nomen, Messias, importetur, & de duabus naturis, & vna persona Messiæ.*

## CAPNIO.

HOc est vnum inter cætera, quod contra Iudæos recentiores per priscas eorum scripturas probare maximè tibi connitendum est, Messiam scilicet verum Deum, nedum verum hominem futurum fuisse. GAL. Id pro viribus facere conabor, & eo quidem efficaciùs, quòd illud ipsi obstinatiùs negant. HOG. Vt meliùs igitur quæ de Messiæ diuinitate dicturus es, percipi valeant, quid per nomen, Messias, importetur, primùm edisseras opus est. GAL. Quemadmodum tres sunt (vt dictum est) in diuinitate personæ, quæ licèt à se inuicem absque separatione distinguantur, sibi tamen inuicem per circumincessionem, quam Græci περιχώρησιν vocant, absque confusione vniuntur, ita in vno Christo tres confitemur esse substantias, diuinitatem scilicet, animam rationalem, & corpus humanum: quæ ita inconfusè vniuntur, vt inseparabiliter distinguantur. Et sicut tres diuinæ hypostases sunt vnus Deus, ita tria hæc, diuinitas, anima, & corpus constituunt vnum Messiam, in lege promissum, qui aliud non est, quàm ista tria. Nam & perfectus Deus est, & perfectus homo ex anima rationali & humana carne subsistens. Non tamen dicimus ipsum ex his compositum esse, veluti homo ex anima & corpore componitur, aut ex quatuor elementis, corpus. Quod enim componitur, aliud quidem est ab iis, ex quibus componitur. Christus autem siue Messias, neque alterum est ab iis ex quibus constat: neque aliud, quàm ea ipsa quæ in eò vniuntur. Nam vt ait Damascenus in libro de Orthodoxæ fidei traditione, capite quadragesimo septimo, ἐκ Διότητος καὶ ἀνθρωπότητος θεὸς τέλειος, καὶ ἐξ ἀνθρώπου καὶ Θεοῦ τὸ αὐτὸ καὶ ἐκ δυοῖν φύσεων ὁμολογούμενος. Id est, Ex diuinitate & humanitate Deum perfectum, & hominem perfectum eundem & esse, & dici, ex duabus & in duabus naturis constemur. Is igitur idem qui & perfectus Deus est, & perfectus homo, Hebraicè quidem משיח *Mashiah*, Chaldaicè verò משיחא *Meshha*, Græcè autem χριστὸς, Latinè quoque Vnctus dici potest. Quòd idem Ioannes Damascen. ibidem pulcherrimè probat, dicens: τὸ χριστὸν ἄνευ τῆς ἑνώσεως λέγεσθαι, οὐ μονογενοῦς μόνου, ἀλλὰ καὶ δύο φύσεων ὑποφαίνει σημαντικὸν, ὡσπερ καὶ ἑαυτὸν ἐχρίσατο. χρῖσαι μὲν γὰρ ὁ Θεὸς, ὁ δὲ χρισθεὶς τὸ σῶμα τῆς Διότητος αὐτοῦ, χρῖσμα δὲ ὁ ἀνθρωπος, αὐτὸς γὰρ ἐστὶ τῶν χριόντων, χρῖσις δὲ ἡ Διότης τῆς ἀνθρωπότητος. Hoc est, Christus nomen suppositi dicimus, non solitariè quidem, sed duarum naturarum significatiuum existens: ipse enim se ipsum vnxit: vngens quidem vt Deus, qui corpus diuinitate sua vnxit: vnctus verò vt homo, ipse enim est hoc & illud. Vnctio autem humanitatis diuinitas est. CAP. Ista quidem pulchrè sunt: sed quoniam Iudæi nostri sæculi, qui Messiam purum hominem futurum putant, ipsi negarent, idcirco te per authenticas eorum scripturas ea ostendere necesse est. GAL. Dauid in primis audiant, Psalm. iuxta Hebraicam veritatem quadragesimo quinto, ita de Messia loquentem, כסאך אלהים עולם ועד שבט מישר שבט מלכותך אהבת צדק ותשנא רשע על כן משחך אלהים אלהיך שמן ששון מחבריך: Id est, Thronus tuus, Deus, perpetuus & æternus, sceptrum æquitatis, sceptrum regni tui: Dilexisti iustitiam, & odisti impietatem, propterea vnxit te, Deus, Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Quæ quidem verba Chaldaicus interpres, quem nunc Iudæi frequentius præ manibus habent, ita Chaldaicè transtulit, Thronus tuus, Deus, in cœlis in sæcula sæculorum, Regnum forte sceptrum regni tui. Et tu Rex Messias quoniam dilexisti iustitiam, & odisti malitiam, propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo, vel vnguento lætitiæ plusquàm socios, vel amicos tuos. Ex hac igitur Chaldaica translatione apertè patet, Prophetam de Messia hic fuisse locutum. Cuius verbis non solùm hoc nomen, Messias, quod idem est quod vnctus, clarè exprimitur: siquidem ab vnctione Messias siue Christus dictus est: qui quoad humanitatem, tum vt Rex, tum vt sacerdos, oleo lætitiæ, id est, vnctione diuinitatis vngendus erat, præ participibus siue consortibus suis, id est, præ cæteris hominibus, vnius & eiusdem humanæ naturæ conditione vnà cum eo participantibus: verùm & duæ quoque naturæ, diuina scilicet & humana, quæ in eo hypostaticè vniendæ erant, apertissimè insinuantur. Cùm enim ait, Thronus tuus, Deus, perpetuus & æternus, sceptrum æquitatis, sceptrum Regni tui: eum profectò quem alloquitur Deum esse clarè innuit, quare & eius diuinitatem palàm fatetur. Cùm verò eidem immediatè inquit, Dilexisti iustitiam, & odisti impietatem, propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus, seu consortibus tuis, eundem procul dubio hominem quoque profitetur, cuius humanitatem apertè manifestans. Nam cùm Deus non sit nisi vnus, dicere certè nefas esset, eum vel Deum, vel consortem habere. Quòd si recentiores Iudæorum Prophetam hunc hæc de nomine hoc, Messias, deque duplici natura, diuina scilicet & humana, per aliud importata, dixisse non credunt, dicta priscorum Doctorum suorum audiant, qui de duabus naturis & vnica persona Messiæ apertiùs locuti sunt. Et primum quidem ea quæ leguntur in *Bereshith* קטנרת *Ketanna*, id est, in expositione Genes. minori, super illud vigesimo octauo capite eiusdem libri dictum, Et accepit de lapidibus loci illius. Et in *Midras tillim* super illud Psalmo nonagesimo. Quoniam angelis suis mandauit de te. Vbi ficad literam legitur, רבי נחסיה אומר שלשה אבנים חזו ואסר אם אלהים מיחר שסו עלי כשם שייחר על אבותי יעשו כולם אחר עסר וסצאם כולם דסא שנאסר ויקח אחד האבן סלסר שנעשו כולם אחר ורבנן אסרי סחור כי שני אבנים Id est, Rabbi Nechemia ait,

Tres lapides accepit, scilicet Iacob, & dixit, Si Deus vnit nomen suum super me, quemadmodum vniuit super patres meos, fiant omnes vnus. Stetit, & inuenit omnes vnum effectos, Sicut dictum est, Genes. vigesimo octauo, Et accepit lapidem. Hoc enim verbo docet, quòd omnes facti sunt vnus. Magistri verò dixerunt minus, quia duos lapides. Hæc Midras. Siue ergo tres lapides acceperit, siue duos, aut primò forsitan tres, & postea duos, vtrobique Messiæ optimè significatur vnio. Duorum quippe lapidum vnio, duarum naturarum, diuinitatis scilicet, & humanitatis vnionem in Christo significauit. Trium verò, trium substantiarum, Verbi scilicet, & animæ corporisque in vna Christi persona designauit vnionem. Hanc etiam vnionem optimè attestatur id quod in libro *Sanhedrin* in capite *Hec*, dicitur, super illud Esaiæ 23. capit. dictum. Et erit in die illa, & oblita erit צור *Tsor*, septuaginta annis, sicut dies (vel sicut diebus Regis) vniti. Quis est iste Rex vnitus? Esto dicens. Quòd hic est Rex Messias. Rabbi autem dixit, Hic est, duæ, scilicet naturæ, & tres generationes, id est, substantiæ. Sicut dictum est Psalmo septuagesimo primo, Timebunt te cum sole & ante lunam, generationem & generationis. Glossa Rabbi Selomonis, Ac si ita dicat, Messias, de quo scriptum est, Ante solem ינון *innon*, id est, Filius siue genitus nomen eius, timebunt te Israelitæ, & ante lunam, id est, ante Regnum domus Dauid, quod assimilatur lunæ, sicut scriptum est Psalmo 88. Sicut luna stabilietur per æuum. Item alia glossa eiusdem super illud Esaiæ, Sicut dies Regis vniti. Dies, inquit, Dauidis septuaginta anni fuerunt; & nescio quid sibi vult hoc signum, quod hic datum est. Quæ cum ita sint, diligenter animaduertendum est, quomodo Talmud in hac antedicta traditione dicit Messiam Regem esse vnitum. Deinde, quod magis mirandum est, qualiter ille Rabbi qui & antonomasticè Rabbi dicitur, & solus sanctus habetur, insinuat quod à Patribus acceperat, materiam & formam vnionis Messiæ, cum dicit quod זרע *Zer*, id est ille, scilicet, Messias, de quo ibi fit sermo præcedens, vel *Zer*, id est, hoc, quod ad vnionem Regis Messiæ refertur, est duo, Deus, scilicet & homo, vel duæ naturæ in Messia vnitæ, diuina scilicet & humana: & tres generationes tres harum naturarum substantiæ, Verbum scilicet Dei, anima rationalis, & corpus humanum. Probat autem hoc per Prophetam, qui Messiam in Spiritu alloquens dicit Psalmo septuagesimo primo, Timebunt te, scilicet Israelitæ, vt ipsi exponunt, vel alij quicunque, cum sole, illo videlicet de quo Psalmo octuagesimo tertio dicitur שמש ומגן יהוה אלהים חן וכבוד יתן Id est, Sol & scutum est Dominus Deus, gratiam & gloriam dabit. In hoc etiam quod dicit, Timebunt te cum sole, coniunctionem diuinitatis & humanitatis Messiæ insinuat. Quod verò subdit, Et ante lunam, id est ante Regnum Dauid (vt exponit Rabbi Selomo) vel ante Ecclesiam, quæ lunæ comparatur, iuxta illud Cantici canticorum sexto capite scriptum, מי זאת הנשקפה כמו שחר יפה כלבנה ברה כחמה Id est, Quæ est ista quæ apparet tanquam aurora, pulchra vt luna, electa vt sol? Rabbenu deinde Haccados de hac etiam re palàm differentem videant: qui in libro quem גלי רזיא *Galerazaia*, id est, reuelatorem arcanorum denominauit, super illud Esaiæ nono, לסרבה המשרה Id est, Ad multiplicandum eius imperium, sic inter cætera ait: Quemadmodum littera ה *he*, componitur ex ד *daleth*, & ו *vau*, ita Rex Messias componitur ex diuinitate & humanitate. Et sicut hæc duo ה *he he* sunt duo *daleth*, & ab his procedunt duo *vau*, tanquam duo filij, qui ab ipsis oriuntur, ita in substantia Regis Messiæ inueniuntur duæ filiationes, quarum vna est diuinitatis, qua Dei filius est: altera erit humanitatis, quæ erit filius prophetissæ, de qua dixit Esaias octauo capite, Et accessi ad prophetissam, & concepit & peperit filium. Et sicut harum literarum ד *daleth*. & ו *vau*, quæ conficiunt ה *he*, vnæ quæque distincta est ab altera, quamquam ambæ sint vna littera, ita in Messia, substantia diuinitatis distincta erit à substantia humanitatis, & è contra. Quæ duo simul iuncta, sunt Messias. Hæc ille, quem Iudæi magistrum nostrum sanctum appellant. Ex his igitur quæ dicta sunt, manifestum est, quòd nomen hoc Messias duas naturas importat, diuinam scilicet & humanam, ac tria in vna persona complectitur, corpus scilicet humanum, animam rationalem, & Verbum Dei.

## CAPVT III.

*Quid sit Verbum Dei secundum Hebræos, & quod Verbum Dei sit Deo ὁμοούσιον, id est, consubstantiale.*

## CAPNIO.

AD probandum Messiæ diuinitatem, ante omnia dicere necesse est, quid de hoc Verbo Dei, prisci Iudæorum senserint. GAL. Itaque necessario nouandum est, quòd quemadmodum homo triplex verbum habet, quod scilicet in charta scriptum est, quod ore profertur, & quod in mente latet, (& istic postremo magis verbi competit nomen, cùm sit aliorum causa, atque principium: actiones enim hominum nullæ profectò essent, nisi prius in mente dicerentur: quare neque illud eiusdam poetæ Arabis dictum omnino contemnendum est, dum ait, Verbum quidem in corde est, lingua autem facta est, vt sit cordis interpres:) ita quoque secundum Hebræos, Deus ipse, id cuius imaginem factus est homo, triplex dicitur habere Verbum. Habet enim verbum in libris Prophetarum scriptum: habet & Verbum, quod ore sanctorum atque doctorum profertur: de quo ipse apud Ieremi. 1. capit. inquit, דברי בפיך Id est, Ecce dedi verba mea in ore tuo. Habet quoque verbum in scipso, ex scipso, & non aliunde. De quo sic Psalmographus Psal. 33. dicit, כי ישר דבר יהוה וכל מעשהו באמונה: אוהב צדקה ומשפט חסד יהוה מלאה הארץ: ברבר יהוה שמים נעשו וברוח פיו כל צבאם: Hoc est, Quia rectum est verbum Dei, & omnia opera eius in fide, amans iustitiam & iudicium: misericordia Dei plena est terra. Verbo Dei cœli facti sunt, & spiritu oris eius omnis exercitus eorum. Hoc igitur Verbum Dei, per quod non modò quatuor elementa, sed ipsi quoque cœli facti sunt, aliud non est, quàm illud ראשית *Resith*, id est, principium, de quo Genes. primo capit. scriptum est, בראשית ברא אלהים את השמים ואת הארץ Id est, In principio creauit Deus cœlum & terram. Nam principium hoc non esse nisi sapientiam Dei genitam, ex eo constat, quod in persona ipsius diuinæ Sapientiæ apud Selomonem Prouerbiorum octauo capite dicitur יהוה קנני ראשית דרכו קדם מפעליו מאז Hoc est, Deus possedit me principium viæ suæ, ante opera sua, ex tunc, vel ante tunc. Ex quo patet idem re omnino esse, licèt nominibus differant, Principium, quo mundus creatus est, & Sapientiam, quam Deus possedit. Quandoquidem quod hic principium viæ, id est, creaturæ suæ dicitur, est illud ipsum Dei Verbum, quo (vt dictum est) cœli facti sunt. De quo vniuersi Dei opera, quæ scriptura sacra per diuersa nomina diuersis partitur in locis, in vnam virtutis appellationem complectens, Psalm. 104. ait, מה רבו מעשיך יהוה כלם בחכמה עשית Id est, Quàm multiplicata sunt opera tua Deus, omnia in Sapientia, vel per Sapientiam fecisti. Vides ergo quòd siue principium, siue Verbum, siue manus, siue brachium Dei, siue aliquid aliud huiusmodi dixeris, non rerum diuersitatem, sed vnam tantùm indicas Dei virtutem & sapientiam, qua fecit omnia. Diligenter quoque animaduertendum est, quòd cùm in verbis paulò antè dictis dicitur, Quia rectum est verbum Dei, & omnia opera eius in fide, mox de eodem verbo subiicitur, Amans iustitiam & iudicium: vt palàm innuatur, verbum de quo hic agimus, rationalem substantiam esse, atque Deo ὁμοούσιον, siue consubstantialem. Si quidem amare iustitiam & iudicium, rationalis atque intellectualis substantiæ proprium est. Eam ob rem ipsum Dei verbum oculus siue oculi Dei sæpenumero dicitur. Vbi enim de Iudæis apud Ezechiel. septimo capite Dominus dicit, ולא תחום עיני עליך Hoc est, Et non miserebitur oculus meus super te: ita Ionathas in translatione Chaldaica ait, ולא ארחמא מימרי עלוהי Id est, Et non misericordiam habebit verbum meum super te. Ecce vbi Propheta in persona Dei loquens, oculum meum, posuit, ibi Chaldæus interpres, verbum meum dixit. In eo autem quod dicit, Et misericordiam habuit verbum meum super eos: manifestè ostendit, verbum Dei vitam habere, cùm misericordiam habere rei viuentis sit proprium. Et hoc est quod Ioann. 1. capit. dicitur, Quod factum est, in ipso vita erat. Illud quoque quod ita apud Ieremiam 24. capit. scribitur, ושמתי עיני עליהם לטובה Hoc est, Et ponam oculos meos super eos ad bonum, sic idem Ionathas Chaldaicè transtulit. ואישוי מימרי עליהון לטבתא Id est, Et ponam verbum meum super eos ad bonum. Illud etiam quod è contrario contra eos apud Amos Dominus ait, nono capite, ושמתי עיני עליהם לרעה ולא לטובא Hoc est, Et ponam oculos meos super eos ad malum, & non ad bonum, ita Ionathas ipse Chaldaicè exposuit, ואישוי מימרי עליהון לבישא ולא לטבא Id est, Et ponam verbum meum super eos ad malum, & non ad bonum. Ad infinuandam quoque huius verbi cum Deo consubstantialitatem, ipsum Dei verbum in sacris literis quandoque facies Dei, quandoque os Dei, quandoque manus Dei appellatur. Et facies quidem Dei apud Ieremiam quinto capite nuncupatur, cùm dicitur, אם מפני לא תחת לו אשר שפתי חול גבול לים חק עולם ולא יעברוהו Id est, An à facie mea non formidabitis, qui posui arenam terminum mari, præceptum æternum, quod non præteribit? Quod ipse Ionathas ita Chaldaicè traduxit, An coram verbo meo non formidabitis, qui posui arenam terminum mari? Quòd autem os Dei dicatur, ex eo habetur, quod Esaias 48. capite Dei voce prolatum, dicens, הראשונות מאז הגדתי ומפי יצאו Id est, Priora ex tunc annunciaui, & de ore meo exierunt: quod sic Ionathas in Chaldæum vertit, קדמיתא מכתן חויתי ומפומי נפקא Hoc est, Antiqua ex tunc annunciaui, & ex verbo meo prodierunt. Huic simile est, quod Ieremiæ decimoquinto legitur, לכן כה אמר יהוה אם תשוב ואשיבך לפני תעמד ואם תוציא יקר מזולל כפי תהיה Id est, Propter hoc sic ait Deus, Si conuerteris conuertam te, vel requiescere te faciam, faciei meæ astabis, vel coram me astabis: & si eduxeris, vel extraxeris preciosum à vili, sicut os meum eris. Id quoque sic idem Ionathas Chaldaicè transtulit, לכן כדנן אמר יהוה אם תתוב ואתיבינך קדמי תשמש ואם תתיב רשיעיא למהוי צדיקיא רעות כפומי תקיים Hoc est, Propter hoc sic ait Deus, Si conuerteris conuertam te, coram me ministrabis. Et si conuertes impios, vt fiant iusti, beneplacitum verbi mei complebis. Vbi quod Propheta preciosum & vile posuit, hic, iustos & impios exposuit. Et quod ille os Dei dixit, ille, verbum eius transtulit. Quòd demum verbum Dei manus Dei dicatur, ex eo potissimùm patet quod apud Esaiam quadragesimo, octauo capite, legitur, אף ידי יסדה ארץ וימיני טפחרה שמים Id est, Manus quoque mea fundauit terram, & dextera mea palmo mensurauit cœlos. Hoc enim Ionathas ita in Targum exponit, אנא בממרי שכלילית ארעא ובגבורתי חלית שמיא Id est, Verbo quoque meo fundaui terram, & in virtute mea vel fortitudine mea mensurasi cœlos. Rursus quod apud eundem Prophetam quadragesimo quinto capite dicitur, אנכי עשיתי ארץ וארם עליה בראתי אני ידי נטו שמים וכל צבאם צויתי Id est, Ego feci terram, & Adam super eam creaui: Manus meæ extenderunt cœlos, & omni exercitui eorum præcepi: idem interpres ita Chaldaicè exposuit, אנא כמימרי עבדית ארעא ואנשא עלה ברעותי אנא בגבורתי

*Verbum triplex.*

*Hæretica Iudæorum eiusmodi expositio.*

A תלית שפיא וכל חיליהון שכלילית Id est, Ego verbo meo, vel, per verbum meum feci terram, & homines super eam creaui. Ego in fortitudine mea extendi cœlos, & omnes virtutes eorum confirmaui. Ex his omnibus quæ nunc dicta sunt, manifestè liquet, verbum Dei, quod idem est quod sapientia Dei, qua mundum è nihilo creauit, atque perfecit, eiusdem prorsus substantiæ cum ipso Deo esse. CAP. Recentiores Iudæorum super illud Prouerb. 8. capit. Dominus possedit me principium viæ suæ: quod tu de sapientia Dei increata, quæ est verbum, per quod Deus omnia fecit, expostuisti, asserunt sapientiam hanc, Mosaicam esse legem: aiuntque ipsam sic ibidem de se dicere, Ego diligentes me diligo. Cùm hoc igitur omnino contra Catholicam veritatem sit, atque hæreticum, illud per authenticas eorum scripturas te refellere oportet. GAL. Id profectò tantæ absurditatis est, vt confutatione non egeat. Si enim lex Mosis nec dilectionis nec odij capax C est, nisi velut cætera huiusmodi inanimata, quæ in membranis scribuntur, quomodo dicere possunt quòd ipsa de se dicat, Ego diligentes me diligo? Diligere enim rationalis naturæ proprium est. Si præterea lex ipsa Mosis in tempore illo esse cœpit, quo sibi principium essendi in monte Sinai sumsit, quonam pacto ante rerum omnium initium cum Deo esse potuit? vt de se dicere possit, Deus possedit me principium viæ suæ, antequam quicquam faceret: eum reliquis quæ sequuntur. Item ipsi dicunt hoc in loco, quòd ver- D bum hoc קנרה *Kana* æquinocum sit, & quandoque emere, quandoque possidere significet: Et possidere quidem ibi illud significare dicunt, vbi Melchisedech Abrahamo benedicens dixit Genes. 14. ברוך אברם לאל עליון קונה שמום וארץ Id est, Benedictus Abram Deo altissimo possessori cœli & terræ. Hic autem verbum ipsum קנרה *Kana* aiunt idem esse quod emere. Quare ab eis quærendum est, Si Deus cœlum & terram atque legem ipsam emit, quis fuit harum rerum ven- E ditor? neminem certè assignare possunt. Quare turpe est, hæc vel somniare, nedum dicere. Desinant ergo talia vel cogitare, & iuxta priscos Doctorum suorum traditiones credant Salomonem hoc in loco non de lege Mosaica, sed de ipsa Dei sapientia, per quam Deus mundum fabricauit, meminisse: legant etiam quod in libro Sanhedrin in capit. quod דיני ממונות *Dine mamonoth*, id est, iudicia diuitiarum, scribitur super illud Prouerb. 9. cap. חכמות בנתה ביתה חצבה עמודיה שבעה׃ טבחה טבחה מסכה יינה אם ערכה שלחנה שלחה נערותיה תקרא על גפי מרמי קרתי Hoc est, Sapientia ædificauit domum suam, dolauit columnas eius septem, immolauit victimam suam, miscuit vinum suum, etiam instruxit mensam suam, misit puellas suas, vt vocarent de fastigiis ciuitatis. Ibi enim sic ista exponuntur, Sapientia ædificauit domum suam. Hæc est מדתו *Middatho*, id est, proprietas ipsius Dei sancti & benedicti, qui vniuersum mundum in sapientia, G vel per sapientiam creauit: sicut dictum est Psalm. 104. Quàm multiplicata sunt opera tua Deus, omnia in sapientia fecisti. Dolauit columnas eius septem, id est, septem dies בראשית *Beresith*, hoc est, creationis libri Gen. Immolauit victimam suam, vel coxit victimam suam. Per hoc intelliguntur maris, flumina, & omnia mundi necessaria. Misit puellas suas, vt vocarent. Hi sunt, Adam primus & Heua. Hæc omnia traditio. Ex quibus euidentissimè patet, sapientiam quæ domum suam, id est, mundum, constituit, esse vnam de tribus מדות *Middath*, id est, proprietatibus Dei sancti & benedicti, per quas aiunt (vt supra ostendimus) mundum conditum fuisse, B quamuis ipsi longè largiùs quàm nos, proprietatem sumant. Hanc autem Dei proprietatem, sapientiam scilicet, per quam Deus mundum creauit, idem omnino esse, quod verbum Dei est, nos iam probauimus.

## CAPVT IV.

*Quòd Deus sit Verbum, & Verbum Dei sit ipse Deus.*

## CAPNIO.

ETsi in præmissis Verbum Dei eiusdem cum Deo esse substantiæ, satis abundè probaueris: ex quo, & Deum Verbum esse, & Verbum Dei ipsum esse Deum necessariò sequitur, vt tamen magis inuictum Iudæo- D rum ceruix durissima contundatur, velis iobsecro Deum esse Verbum, & Verbum Dei esse Deum, apertiùs nunc ostendere. GAL. Quod quidem Deus verbum sit, ex eo potissimùm patet, quòd vbi Esaias 45. cap. ait ישראל נושע ביהוה Id est, Israel saluatus erit in Deo (tetragrammaton) saluatione seculorum vel sempiterna, sic Targûm Ionathæ dicit ישראל במימרא דייי פורקן עלמיא אתפריק Israel saluatus erit in verbo vel per verbum Dei, saluatione sempiterna. Vbi ergo Esaias dixit, In Deo (tetragrammaton) quod nomen nulli nisi Deo attribuitur, ibi Chaldaicus interpres, in verbo Dei, transtulit. Per quod Deum esse verbum, palàm ostendit. Item vbi apud Hos. 1. cap. dicitur ואת בית יהודה ארחם והושעתים ביהוה אלהיהם Id est, Et domus Iuda miserebor, & saluabo eos in Domino Deo suo, sic idem interpres in Chaldæum vertit, ועל דבית יהודה ארחם ואפרקינון במימרא דיי אלההון Hoc est, Et super domum Iuda miserebor, & saluabo E eos in verbo Domini Dei eorum. Illud etiam quod Esaias 8. capit. dicit, ויוסף יהוה דבר אלי עוד Id est, Et addidit Deus (tetragrammaton) loqui ad me adhuc: ita Ionathas ipse Chaldaicè transtulit, ואוסיף מימרא דיי למללא לי עוד Hoc est, Et adiecit verbum Dei loqui ad me adhuc. Item quod idem Propheta 41. capit. dixit, אל תיראי כי עמך אני Id est, Ne timeas, quia tecum ego: sic ille transtulit, Ne timeas, quia in auxilium tuum verbum meum. Item quod ibidem dicitur, אל תיראי תולעת יעקב מתי ישראל אני עזרתך נאם יהוה וגאלך קדוש ישראל Hoc est, Ne timeas, vermis, vel tinea Iacob, homines Israel, vel qui estis ex Israel: Ego auxilium tuum sum, ait Deus, & redemptor tuus sanctus Israel: ita ille Chaldaicè expo-



nit, Ne timeas tribus domus Iacob, semen domus Israel, verbum meum in auxilio vestro, dixit Deus & redemptor vester sanctus Israel. Illud præterea eiusdem Prophetæ 44. capit. Sic ait Dominus redemptor tuus ex vtero, ego Dominus faciens omnia, extendo cœlos לבדי *leuaddi*, id est per me solum, firmans terram מאתי *meitti*, id est per eum qui est apud me: sic ille in Targum explanat: Sic ait Dominus qui redemit te, & qui formauit te ex visceribus. Ego Dominus autor omnium, extendi cœlos verbo meo, vel per verbum meum. Fundaui terram in virtute vel fortitudine mea. Quod valde dicto illi Euangelistæ consonat: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Illud quoque Hoseæ nono capite dictum, Reptobabit vel abiiciet eos Deus meus, quia non audierunt eum, & erunt vagi in gentibus: sic Ionathas in Targum exponit, Abiiciet eos Deus meus, quia C non receperunt verbum eius, & erunt vagi in gentibus. Cùm igitur in omnibus his, ac aliis permultis, in quibus Prophetæ Dominum vel Deum (tetragrammaton) posuerunt, Rabbi Ionathas prædictus vir apud eos maximæ autoritatis, verbum Dei Chaldaicè transtulerit, ac exposuerit, consequens planè est, Deum ipsum Verbum esse, ac Verbum Dei, Deum, quod erat probandum.

## CAPVT V.

*Quòd Messias sit Verbum Dei, quod Deus missurus erat vt sanaret vniuersum humanum genus.*

## CAPNIO.

VNc reliquum est, vt ad pleniorem huiusce rei notitiam, Messiam esse Verbum Dei ostendas, quod Deus ad sanandum vniuersum missurus E erat. GAL. Messiam Verbum Dei esse, ex eo maximè patet, quòd, vbi Dauid Psalmo centesimo decimo, Messiam Dominum suum vocat, dicens, נאם יהוה לאדני שב לימיני Hoc est, Dixit Deus Domino meo, sede ad dexteram F meam: ibi Rabbi Ioriathas in translatione Chaldaica, sic ait, אמר יהוה למימריה תב לימיני Id est, Dixit Deus verbo suo, sede ad dexteram meam. Quidam mihi hoc loco obiicient, dicentes non sic haberi in translatione Chaldæa, quam etiam negant esse Ionathæ. Quibus ego respondeo: verum quidem esse, in translatione Chaldaica quam ipsi viderunt, non ita haberi, & eam non esse Ionathæ, est enim (vt plerisque placet) Rabbi Ioseph cæci, siue (vt alij volunt) Rab- G bi Akilas: Quæ ita hic habet, אמר יהוה במימריה למיתן לי רבנותא חלף דיתיבית לאולפן אורייתא ימיני אוריך Hoc est, Dixit Deus in verbo suo, vt daret mihi dominationem, eò quòd sederim ad discendam legem, dextera mea expecta. Translatio autem Ionathæ, quam nondum ipsi viderunt, ita prorsus habet, vt ipse retuli. Quod בספר קבוצים *besepher kibutsim*, id est, in libro collectionum, sententiarum scilicet sapientum, manifestè patet, eo in loco vbi ad probandum quòd Messias sit ille, quem dixit Dauid Dominum suum ad dexteram Dei sessurum, sic dicitur זה יתבאר מאותה שאמרו במדרש תלים ותתן ליסגן ישעך ויסיגך תסערני: אמר רבי יודן בשם ר׳ הסה לעתיד לבא הקבה מושיב מלך המשיח ליסיני שני נאם יהוה לאדני שב ליסיני ותרגומ יונתן בן עויאל אמר יהוה למיסריה Id est, Hoc patet ex eo, quod dixerunt in expositione Psalmorum, super illud Psal. Et dabis mihi scutum saluationem tuam, & dextera tua confortabit, vel sulciet me: Dixit Rabbi Iodan, in nomine Rabbi Hama, In tempore futuro Deus sanctus & benedictus sedere faciet Regem Messiam ad dexteram suam: sicut dictum est Psalm. 110. Dixit Deus Domino meo, sede ad dexteram meam. Quod Targum, id est, Chaldaica translatio Ionathan ben Vziel sic exponit, Dixit Deus verbo suo, sede ad dexteram meam. Hactenus traditio. Idem quoque confirmatur in eadem Midras tillim super illud Psalm. 2. אספרה אל חק יהוה אמר אלי בני אתה אני D היום ילדתיך Id est, Narrabo præceptum, Deus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Sic enim ibi dicitur, ספרים הם בחוקה של חירת ובחוקה של נביאים וכתובים בחוקה של תורה בני בכורי ישראל בחקה של נביאים תנה ישכיל עברי ירום בכתובים נאם יהוה לארוני id est, Narrata sunt mysteria eius, scilicet Regis Messiæ in scriptura legis, Prophetarum, & hagiographorum. In scriptura legis, Exod. 4. Filius meus primogenitus Israel. In scriptura Prophetarum, Esaiæ 52. Ecce intelligit seruus meus, exaltabitur, & eleuabitur. In scriptura hagiographorum, Psalm. 110. Dixit Deus Domino meo, sede ad dexteram meam. Ex quibus quidem traditionibus palàm ostenditur, eum absque dubio Messiam esse, quem prædixit Dauid ad dexteram Dei sessurum. Ex quo per Ionathæ Targum manifestè concluditur, Messiam esse Verbum Dei. Quare neque mirum est, si Dauid Messiam ipsum Dominum suum nuncupauit. CAP. Nunc igitur Deum hoc Verbum suum ad sanandum vniuersum orbem missurum fuisse, reliquum est probare. GAL. Id ex eo potissimum videri potest, quod in commentariis Rabbi Ishac Arama in librum Geneseos in expositione capitis quadragesimi septimi, vel circa, vbi agitur de loco qui datus est Iacob, in quo commodè habitare posset, hoc modo legitur, ישלה דברו וירפאם וימלט משחיתותם רבי שמואל הלוי אסר דכר יהוה הוא שלוחו דכתיב הלא כה דברי

כאש נאם יהוה והה הוא שאמר יבא דברך וכברנוך
כשיבא דבר אלהים אשר הוא שלחהו אכבר הוא אפר
ר׳ שאול וכי לא באו הנביאים והרגנום ושפכנו דמם
איך נקבל עתה סדברו או במה נאמין אשר לירך
שירפאם וימלט משחיחתם ועם הסופתים נאמינהו
ונכברהו אשר ליח למח לא אשר ישלח דברו
וירפיאם אלא ירפאם בעבור כי נראה לי כי הירך
סרבר פרטי ענה לו אשמת דברתה כי הרברו בא לרפא
כולם אבל לא קבלוהו כי אם הפרטים אשר היו
חיותר נסי שכלם הכללות רייגים עברי הים והה הוא
שאמר יורדי הים באוניות עושה מלאכה בסים רבים
הסה ראו מעשה יהוה אותם שמן הראוי לא היו בכח
לקבל שום דבר שכלי לצד גסותם קבלו אסיתורך
הנבואה והמרא מצר שהאסינו לדברו והה הוא
שאמר והאמין בייהשבתה לו צדקה Hoc eſt, Mittet verbum ſuum & ſanabit eos, & eripiet eos de plagis eorum. Rabbi Semuel Leuita ait, Verbum Dei eſt nuncius eius: de quo ſcriptum eſt, Profecto tale eſt verbum meum, qualis eſt ignis, dixit Deus. Et hoc eſt quod dictum eſt, Veniet verbum tuum, & honorificabimus te. Vtique cùm venerit verbum Dei, quod eſt nuncius eius, tunc honorabimus eum. Dixit Rabbi Saul, Nonne venerunt Prophetæ, & occidimus illos, fudimuſque ſanguinem eorum? quomodo ergo nunc recipiemus verbum eius? aut quamobrem credemus ei? Reſpondit ei R. Semuel, Quoniam ſanabit eos, & eripiet eos à plagis eorum, propter hæc inquam ſigna credemus ei, & honori eum habebimus. Dixit tunc illi, Quare non dixit, Mittet verbum ſuum & ſanabit nos: ſed dixit, & ſanabit eos? Reſpondit: Hoc ideo eſt (vt ego ſentio) quoniam loquebatur de parte, deque aliquibus duntaxat, non autem de omnibus (quod ſignatur ſcilicet ſecundùm proprietatem Hebræi ſermonis, in dictione, Eos) Dixit illi. Verum certè dicis: Nam verbum eius venit ſanare omnes in vniuerſum, non tantùm aliquos, & in parte: verùm non fuit receptum niſi ab aliquibus particularibus, qui cenſebantur inter omnes craſſioris ingenij, viri piſcatores, exercenteſque ſe in mari. Et hoc eſt quod dictum eſt, Conſcendentes in mare nauibus, facientes opera in aquis magnis, ipſi viderunt opus Dei. Illi profectò, ſi rectè conſideres, non videbantur apti poſſe admittere quicquam intellectiuum, ſiue quod ad intellectum pertinet, ob ruditatem ſenſus ſui. Illi, inquam, receperunt veritatem prophetiæ & viſionis, quoniam credidérunt verbo eius. Et hoc eſt quod ſcriptum eſt, Credidit Deo, & reputatum eſt illi ad iuſticiam. Ex quibus patet, Deum miſſurum fuiſſe verbum ſuum, id eſt, Filium ſuum verum Meſſiam, vt ſanaret vniuerſum genus humanum. Neque tamen omnes ſanandos fuiſſe, ſed eos tantummodo, qui eum recepturi, ac ei creditури eſſent, & præcipuè viri idiotæ & piſcatores, vt fuerunt Apoſtoli. Ex quo aperte concluditur, Ieſum Dominum noſtrum verum fuiſſe Verbum Dei, verumque Meſſiam à Patre æterno pro hominum ſalute miſſum.

A

B

C

D

E

F

G

## CAPVT VI.

*Quod Ieſus Nazarenus Meſſias verus, ſit Verbum Dei, à Patre æterno pro hominum ſalute miſſum.*

## CAPNIO.

CONCLVSIONEM hanc velim probares, Dominum ſcilicet noſtrum Ieſum Nazarenum verum fuiſſe Verbum Dei, & conſequenter verum Meſſiam, à Patre æterno in mundum pro hominum ſalute miſſum. GAL. Vt hoc in loco nihil ipſe dicam, Libertatis (ſic enim eſt viro nomẽ) Comineti Hiſpani, nuper à Iudaiſmo ad fidem conuerſi, viri vtique non ſolum diuinarum literarũ apprimè docti, verùm etiã quatuordecim linguarũ periti, verba audi. Is enim exponens illud Pſal. centeſimi quadrageſimiſeptimi, ישלח דברו i. Mittet verbum ſuum, & ויתסם ישב רוחו יזלו פים liquefaciet ea, flabit ſpiritus eius, & fluent aquæ, ſic ait, ישלח דברו ויתסם היה לו לוסר יד בר דברו ולא ישלח דברו כי כדבור הוא יחר נאורך אשירה סשליחות כמו שנאמר ויאמר אלהים יהי אור ויהי אור ולא אמר וישלח אלהים דברו לעשורך או לבריא את האור למי שאינו נופל לשון שליחורך בלתי שליחה כמו שאמר הנני שולח לכם את אליהו חנביא רוצה לוסר כי האלהים יירך שולח חנביאים להגיד דברו ולהראות נפלאותיו ואנחנו רואין זה גם בן מנחש הנחשת שצורך האלהים לעשותו על יך משה נביאו כדי לרפאות את ישראל בחביטם אליו כי סן תראוי היה יוחר ראוי כאותם הסמים שירפאם ברבור לבר כדי שיראו העם נפלאותיו ואם יגוחו ולא עם אותו תנחש אשר יירך ששים ששם כלב העם היוחו סעשה כישוף הנקראת היום סניציאסת שאם יירך סרפאם בדביר לבר היה סביר כל החששים סלבם אבל סה שנראה לי סזרך חפסוק כי דוד נבא ביאת ישוע ששיח צרקנו באסרו דברו כי האסת הוא שיהיך דברו וסגיך דבריו וכמו שהריבור אינו דבר נפרך סעצמותו כך הוא אינו נפרך סהאל וזרך הוא שאמר יבא דברך וכבנך כי היה לו לוסר יבא דברך וכברנוהו אלא שסראה היותו הוא יתעלרך ויברורו דבר אחד כי סכברים הריבור סכברים אותו וסכברים אותו סכברים הריבור הם בלתי נפרדים בעצמותם וזרך הוא הדבור אשר נתנבא לבא לרפאות חולים ולהחיות סתים בריבור ויהיך עצמו הדיבור כמו שנראה בישוע בשיח צרקנו שרפא כסה וכסה חולים חיירך את אלעזר אך בעך ימים אחרי סותו ואלו הרברים אינם נאותים כי אם לאל ופסוך לורך ישב רוחו יזלופים ונראה שאין קישור רפואת הגופים עם גזילת הסמים כלל אכל הבין איך נביא דור האמיתורך באסרו ישב ולא אמר ישיב שרוצרך לוסר שהאל ישיב את רוחו הקורש אצלו ולימינו אחר זרך יזלו סים רוצרך לוסר ששאירו חסים הקרושים כרי להחשיע ארץ עמו והם סבת ישועתינו כמו שנאמר ושאבתם סים בששון מסעיני הישועה אשר באמצעיותם האל נרבק בנו כמו שאמר כי העכור כמים אחך אני ולא אמר בסים אלא במים שרוצרך לוסר סים הקרושים: Hoc eſt, Mittet verbum ſuum, & liquefaciet ea. Videtur dicendum fuiſſe, Loquetur verbum ſuum, non autem, Mittet verbum ſuum. Verbo ſiquidem magis conuenit pronunciari & proferri, quàm mitti, quod videtur eſſe nuncij. Et huic rei congruit ſcriptura, quæ dicit: Dixit



Dixit Deus, Sit lux: & fuit lux. Non autem dixit, Miſit Deus verbum ſuum ad creandam lucem: quoniam miſſio ſine miſſo impleri non poteſt. Quapropter dictum eſt, Ecce mitto ad vos Eliam Prophetam: quo innuitur Deum mittere Prophetas ad annunciandum verbum ſuum, & ad manifeſtandum mirabilia ſua. Propterea auget dubium æneus ſerpens, quem præcepit Deus fieri per manum Moſis Prophetæ ſui, quo ſanaretur populus Iſrael, cùm proſpexiſſent in eum. Rationabiliius enim apparet, & conuenientius, præcipuè illis temporibus, debuiſſe Deum verbo curare populum, quàm ſerpentis aſpectu, quæ res inducere poterat in ſuſpicionem incantationis magicæ. Et nihilominus tunc non ſanauit verbo. Quomodo igitur quadrat, quod dicit Propheta, Mittet verbum ſuum, & ſanabit eos? ſoluitur hoc, Nam quantum ipſe ſentio, Dauid eo loco vaticinatus eſt aduentum Ieſu Meſſiæ iuſti noſtri, qui rectè dictus eſt Verbum eius. Sed veritas eſt Ieſum eſſe Verbum Dei, eſſeque nuncium verborum Dei. Et ſicut Dei Verbum non eſt quid diſtinctum ab eſſentia Dei, ſic & Meſſias non eſt penitus diſtinctus à diuina ſubſtantia. Et hoc eſt quod ſcriptum eſt, Veniet verbum tuum, & honorificabimus te. Quòd ſi eſſet ab eo penitùs diuiſum, dixiſſet, Et honorificabimus illud. Quibus verbis apertè monſtratur, vnum & idem eſſe Deum, & Verbum Dei, quando pro eodem habetur, honorare Deum, & Verbum Dei, vtpote nequaquam in eſſentia diſtinctos. Et hoc eſt Verbum, de quo prophetatum fuit, quòd venturum eſſet ad curandum infirmos, & ad ſuſcitandum mortuos verbo, & ipſum Verbum quo curati ſunt, fuit idem Verbum quod cureuit. Quæ omnia completa ſunt in Ieſu Meſſia iuſto noſtro: cuius opera penè innumerabiles infirmi curati ſunt: & Lazarus à mortuis ſuſcitatus, etiam poſt quartum diem mortis ſuæ. Et hæc ſoli Deo conueniunt. Congruit noſtræ expoſitioni quod immediatè ſequitur, Flabit ſpiritus eius, & fluent aquæ. Etſi enim nullam videantur habere conuenientiam, ſanare infirmos ſcilicet, & fluere aquas: eſt tamen veriſſimus Prophetæ ſenſus, qui etiam non abſque myſterio dixit, Flabit ſpiritus eius: & non dixit, Reuertetur ſpiritus eius: demonſtrans quòd Deus ſtatè facere deberet Spiritum ſanctum ſuum apud ſe, & ſubintulit, Et fluent aquæ: ſignificans, quòd remanſuræ erant aquæ ſanctæ ad ſaluandum populum ſuum. Quæ quidem aquæ, ſunt cauſæ ſalutis noſtræ: quemadmodum ſcriptum eſt, Hauritis aquas de fonte ſalutis cum gaudio. Interuentu enim aquarum ſanctarum, Deus nobiſcum coniungitur: ſicut ſcriptum eſt, Cùm tranſieris per aquas illas, ego tecum ſum. Et non dixit, per aquas tantùm, ſed per aquas illas: demonſtrans ſe locutum non de quibuſcunque aquis, ſed de aquis ſanctis, quæ ſunt aquæ baptiſmatis. Hæc omnia Doctor prædictus, Hebræorum doctiſſimus, nuper ad veritatem Chriſtianæ fidei conuerſus, quibus optimè probat, Ieſum Nazarenum Dominum noſtrum fuiſſe verum Dei Verbum, & ex conſequenti, verum Meſſiam, à Patre æterno pro hominum ſalute miſſum: quod certè probandum erat.

A

B

C

D

E

F

G

## CAPVT VII.

*Quòd Meſſias ſit Filius Dei, necnon de dictione* בר bar: *& quid Primogenitus ſit, ſecundùm ipſos Hebræos.*

## CAPNIO.

QVANQVAM ex his quæ dixiſti, Meſſiam Filium Dei eſſe conſequens eſt: nam ſi Meſſias ipſe Verbum Dei eſt, eundem proculdubio & Filium Dei eſſe, neceſſe eſt: vt tamen Iudæorũ noſtri ſeculi perfidia magis magiſq; armis ſuis deuincatur, Meſſiam ipſum Dei Filium eſſe, expreſſiùs per eorum ſcripturas demonſtrare debes. GAL. Primùm ipſis Pſalmus ille qui incipit, Quare fremuerunt gentes, obiicitur, qui à priſcis Iudæorum de Meſſia exponitur, Rabbi Selomone atteſtante, qui ſic de illo ait, Magiſtri noſtri hunc Pſalmum de Meſſia expoſuerunt. In calce itaque eiuſdem Pſalm. ita legitur, נשקו בר פן יאנף ותאברו דרך כי יבער כמעט אפו אשרי כלחוסי בו Hoc eſt, Oſculamini Filium, ne irafcatur, & perdatis viam: Quoniam exardeſcet quaſi modicum ira eius: Beati omnes ſperantes in eo. Ad hoc igitur oſculum Filij Dei ſuſcipiendum, Iudices terræ Dauid hortabatur, vt à Rabbi Abraham Auen Ezra oſtenditur, qui hoc exponens, ita ait: נשקו בר *Naſſcen bar*, id eſt, oſculamini Filium, Ecce ſeruite Domino, ex aduerſo eius quod ſuprà dixerat, ſcilicet, aduerſus Meſſiam eius. Expoſitio verò huius dictionis בר *Bar*, talis eſt qualis eius quæ eſt in prouerbiis, trigeſimo primo capite, cùm dicitur מה ברי ומה בר בטני ומה בר נדרי Id eſt, Quid fili mi? quid fili veri mei, quid fili votorum meorum? Et ſic ſcriptum eſt in hoc eodem Pſalm. בני אתה id eſt, Filius meus es tu. Hæc idem Rabbi Abraham. In *Midraſ* quoque *Tillim*, id eſt, in expoſitione Pſalmorum ſuper eiſdem verbis ſic dicitur, נשקו בר הוא מרך רכתיב חסר ואמת נפגשו צרק ושלום נשקו. אמר רב פשל למלך שכעס על בני המרינה והלכו בני המרינה ופייסו את בן המלך שיפיים את המלך והלך את הבן ופיים את אביו כיון שנתפיים לבני הלכו בני המרינה לוסר היכנן למלך אמר להם לי אתם הוכנן לכו ואמרוהו לבני שבלא הוא ככר אברתי את המרינה וחו נשקו בר Id eſt, Hoc eſt quod ſcriptum eſt Pſalm. 85. Miſericordia & veritas inuicem obuiauerunt, iuſticia & pax oſculatæ ſunt. Dixit Rab, Simile eſt hoc Regi, qui filiis ciuitatis iratus eſt. Iuerunt ergo filij ciuitatis, & ſupplicauerunt filio Regis, vt Regem placaret. Init filius & placauit patrem ſuum. Quumque Rex per filium placatus fuiſſet, iuerunt filij ciuitatis ad agendas gratias Regi. Rex autem dixit eis: Mihi vos gratias agitis? Ite & filio meo gratias agite. Nam niſi ipſe fuiſſet, iam ciuitatem deſtruxiſſem. Et hoc eſt, quod dictum eſt, Oſculamini Filium. Hucuſque traditio. Hoc. Editio noſtra appre-

A

B

C

D

E

F

G

hendire disciplinam, hic habet. GAL. Autor nostræ editionis æquiuocatione vocabulorum deceptus, multa longè aliter transtulit, quàm veritas Hebraica habeat. Licèt enim hæc dictio בר *Bar* quandoque filium, quandoque disciplinam siue doctrinam, quandoque frumentum, quandoque purum siue mundum, quandoque electum significet, vt Diuus quoque Hieronymus sentire videtur, dum in apologetico contra Rufinum Pammachio sic scribit, *Bar* apud Hebræos diuersa significat: dicitur enim *Bar* filius, vt illud, *Bar iona*, id est, filius columbæ, & Bartholomæus, id est, filius Ptolomæi, & Barnabas, id est, filius Prophetæ, & Barchinæus, & Barchisæus, & Barrabas. Triticum quoque, & spinarum fasciculus, & electus, ac purus (hæc idem Hieronymus:) hoc tamen loco *Bar*, non accipitur nisi pro filio, vt Rabbi Abraham prædictus in huius textus expositione accipit. Et licèt Chaldæus interpres, quem nunc Iudæi frequentiùs præ manibus habent, siue sit Rabbi Ioseph cæcus, vt aliquibus placet, siue Rabbi Akilas, vt quidam alij volunt, *bar* hoc loco pro doctrina acceperit, dicens, קבילו אולפנא Hoc est, Recipite doctrinam: rectiùs tamen atque conuenientiùs pro filio (vt diximus) hic accipitur. Sic enim & fidei nostræ (vt visum est) magis fauet, & veterum expositioni (vt in traditionibus supradictis patuit) magis conuenit, ac veritati literæ magis congruit. Quod namque sequitur, Ne irascatur: cum cæteris; non potest nisi soli Dei Filio conuenire. Ex quo etiam patet, neque eorum interpretationem veram esse, qui vt veritatem effugiant, Messiæque diuinitatem negent, hæc eadem verba, נשקו בר *nassecu bar*, adorate purè, interpretantur. Osculum autem illud, quo antiquorum Ecclesia osculando Dei Filium & ipsa ab eo osculari poscebat, non erat nisi eruditio atque doctrina ex proprio ore Dei proferenda, qui eis per manum Mosis legem dederat. Quamobrem (vt veteres Talmudistæ exposuerunt) illud Cantici canticorum primo capite dictum, ישקני מנשיקות פיהו Id est, Osculetur me osculis oris sui, significat, Osculetur me Messias Filius Dei osculis oris sui, id est, Ipse ore proprio instruat & erudiat me, atque oris mei tactum, cùm eum de via salutis interrogauero, non contemnat. Non iam Mosem mittat, qui linguam impeditam habebat: non Esaiam, qui se labiis pollutum aiebat: Non Ieremiam, qui se loqui nescire dicebat, eo quòd puer esset: sed ipse Dei Filius qui Patris Sapientia, & Virtus est, veniat, & ore suo me doceat. Per illud quoque probatur Messiam esse Dei Filium, quod Deus ipse sic de eo in Psalmo 89. ait: הוא יקראני אבי אתה אלי ויצור ישועתי אף אני בכור אתננהו עליון למלכי ארץ Id est, Ipse vocabit me, Pater meus tu, Deus meus & fortitudo salutis meæ. Ego quoque primogenitum dabo eum, altissimum Regibus, vel Regum terræ. Quod de Messia intelligendum esse, inficiari minimè potest Iudaica prauitas: cùm in glossa super illud Exod. 13. capit. Sanctifica mihi omne primogenitum, sic scriptum sit Rabbi Nathan dixisse; Dixit Mosi Deus sanctus & benedictus, Quemadmodum feci Iacob בכור *Bechor*, id est primogenitum, sicut dictum est Exod. 3. Filius meus, primogenitus meus Israel, ita ego faciam Regem Messiam primogenitum: sicut dictum est Psalm. 89. Ego primogenitum dabo eum, altissimum Regum terræ. Hæc glossa prædicta. Ex cuius fine manifestè liquet de Messia debere intelligi dictum illud Psalmographi, quod nunc præmisimus. Ipse vocabit me Pater meus tu: cum cæteris quæ dicta sunt. Ad cuius intelligentiam, notandum est, quòd dictio ista בכור *Bechor*, quæ primogenitus interpretatur, nullam apud Hebræos habet relationem ad aliquem, sed est nomen illi impositum, ante quem nullus de eodem patre, deque eadem matre natus est. Messias itaque in aliquo primogenitus, vt Iacob iam fuerat, secundum carnem futurus erat, id est, ante quem nullus natus priùs esset, hominibus datus secundùm diuinitatem, quam in ipso esse, & ipsum Deum esse, necesse sit. Quare bene ait, Ego primogenitum dabo eum. In *Midras* quoque *tillim*, id est, in expositione Psalmorum, super illud Psal. secundi, יהוה אמר אלי בני אתה אני היום ילדתך Hoc est, Deus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te, id idem probatur.

## CAPVT VI.

*Quòd Messias sit nomen Dei, & quod nomen Dei sit ipse Deus.*

## CAPNIO.

QVONIAM Messiæ diuinitas maximè per eius nomina patet, quæ in sacris literis ipsi imposita reperiuntur, idcirco eum verum Deum esse, per ipsa eadem nomina præcipuè probandum est. GAL. Ante omnia igitur sciendum est, Messiam ipsum esse Dei nomen, nomenque Dei esse Deum. Quòd autem nomen Dei sit Deus, in *Midras tillim* clarè habetur super illud Psalm. 24. qui sic incipit, ליהוה הארץ ומלואה Id est, Dei est terra & plenitudo eius. Ibi enim sic ad literam dicitur, Scriptum est, Ego Deus facio omnia, extendo cœlos per me, firmo, vel sterno terram per eum qui mecum est. Nam מאתי *meirti* est ibi scriptum, id est, per eum qui mecum, vel apud me est. Scriptum quoque est apud Esaiam 44. cap. Quis ergo fuit אתי *itti*, id est mecum? Nomen meum vnà mecum mixtum fuit in seculi creatione. Dixit igitur Dauid coram Deo sancto & benedicto, Ex eo quòd tu cum nomine tuo creasti cœlos & terram, nomini tuo ego illa attribuam, dicens, Dei (tetragrammaton) est terra & plenitudo eius. Hucusque traditio. Vbi, inter cætera, valde consentaneum nostræ fidei est id quod de ipso nomine dicitur, quòd scilicet cum Deo in mundi creatione fuerit. Ipsum enim nomen Dei vna de proprietatibus Dei est, cum qua Deus ipse mundum creauit. Neque enim aliud est nomen hoc, quàm Dei Filius, siue Verbum, quo, vel per quod Deus ipse mundum è nihilo condidit. Quod in Chaldaica Rabbi Ionathæ traductione clariùs exprimitur



mitur. Sic enim ipse eadem Esaiæ verba Chaldicè exposuit, אנא יהוה עביד כולא תלית שפיא במימרי, שכלילת אדעא בגבורתי Id est, Ego Deus faciens omnia, extendi cœlos verbo meo, fundaui terram in fortitudine mea. Quòd autem nomen Dei dicatur Messias, in *Midras tillim* limpidissimè ostenditur, cùm super illud Psalm. 18. מגדיל ישועות מלכו ועשה חסד למשיחו לדוד Id est, Magnificans saluationes Regis sui, & faciens misericordiam Messiæ suo Dauidi, ita dicitur, כתוב אחר אמר מגדל והאחר אומר מגדול דמהו מגדול שנעשה להם מלך המשיח כמגדול שנאמר מגדול ישועות וכתיב מגדול עוז שם יהוה בו ירוץ צדיק ונשגב Id est, Vna scriptura dicit Psalm. 18. מגדיל *megdil*, id est, magnificans: Et alia scriptura ait 2. Reg. 22. מגדול *Migdol*, id est, turris vel castrum. Et quod castrum, aut quæ turris facta est eis? Rex Messias, qui tanquam turris, vel castrum saluationum erit: Sicut dictum est Prouerb. 18. Turris vel castrum fortitudinis nomen Dei, (tetragrammaton) ad ipsum recurrit iustus, & subleuatur. Hactenus traditio. Ex qua satis aperte colligitur, nomen Dei esse Messiam. Quod in commentariis in Genesin Rabbi Mosis Hadarsan liquidiùs adhuc patet, super illud capit. 41. Et dixit Pharao ad Ioseph, Et absque ze non eleuabit vir, vel aliquis, manum suam: vbi cùm inducitur illud Sophoniæ; Ad inuocandum nomen Dei, cum cæteris, sic dicitur; Non est autem nomen Dei (tetragrammaton) hic dictum, nisi rex Messias. Sicut dictum est Esaiæ 30. capit. Ecce nomen Dei (tetragrammaton) veniens de longinquo: Et reliqua. Idem docet de Patribus vel de Deo sancto & benedicto: sicut dictum est Ieremiæ 31. capite, A longè Deus (tetragrammaton) apparuit mihi. Hucusque traditio. Ad hoc etiam facit quod in libro *Sanhedrin* in capite *Helec*, hoc modo legitur. Dixit Rabbi Iohanan, Si videris generationem se modicam facientem, ac procedentem, expecta Messiam: sicut dictum est Psalm. 18. Quia tu populum humilem saluabis & oculos sublimes deicies, vel humiliabis. Dixit quoque Rabbi Iohanan, Si videris generationem, super quam multæ tribulationes sint venientes, expecta Messiam, de quo dictum est Esaiæ nono capit. Et timebunt ab occidente nomen Dei (tetragrammaton) & ab ortu solis honorem, vel gloriam eius: Quia veniet sicut fluuius tribulans. Deinde sequitur, Et veniet ad Sion גואל *Goel*, id est, redemptor, & conuersis ab iniquitate in Iacob, dixit Dominus. Hæc omnia traditio. Cùm igitur non sit redemptor nisi Deus, & Messias sit ille redemptor, vt in sequentibus dicetur, satis (vt arbitror) abundè & in hac, & in præcedentibus traditionibus probatum est, Messiam esse nomen Dei, nomenque Dei esse Deum, & consequenter Messiam ipsum esse Deum.

## CAP. IX.

*Quòd Messias nomine Dei (tetragrammaton) vocandus erat.*

## CAPNIO.

HOc vellem probares, Messiam nomine Dei (tetragrammaton) per quod ipsa diuina essentia designatur, vocandum fuisse. GAL. Ad hoc igitur probandum, primò Ieremiæ afferam verba, sic vigesimo tertio capite dicentis, הנה ימים באים נאם יהוה והקימותי לדוד צמח צדיק ומלך מלך והשכיל ועשה משפט וצדקה בארץ: בימיו תושע יהודה וישראל ישכון לבטח: וזה שמו אשר יקראו יהוה צדקנו: Hoc est, Ecce dies veniunt, dicit Deus, & suscitabo Dauidi germen iustum: & regnabit Rex, & intelliget, & faciet iudicium & iustitiam in terra. In diebus eius saluabitur Iuda, & Israel habitabit ad fiduciam. Et hoc est nomen eius, quo vocabunt eum, Deus (tetragrammaton) iustus noster. Hanc prophetiam de Messia intelligi, Iudæi negare non possunt: tum, quia Talmudistæ ipsam de Messia exponunt: tum etiam propter Chaldaicam translationem, quæ patenter de Messia loquitur. In qua quidem prophetia non solùm duplex Messiæ natura exprimitur, diuina & humana: verùm ipsum quoque Messiam nomine Dei (tetragrammaton) vocandum fuisse, aperte ostenditur, cùm dicitur, Et hoc est nomen eius quo vocabunt eum, Deus (tetragrammaton) iustus noster. CAP. Iudæi nostri temporis aiunt, Ieremiam hic non vocabunt, vt nos habemus, sed vocabit, dixisse. Quare sensum horum verborum hunc esse asserunt, Hoc est nomen eius, qui vocabit eum, scilicet Messiam, Deus iustus noster. GAL. Mentiuntur planè, & falsò punctando, literam corrumpere nituntur. Nam de יקראו *iuren*, quod vocabunt, significat, facere volunt יקרא *iura*, quòd idem est, quod vocabit. Sed eos manifestè falsarios esse, per omnia penè priscorum suorum scripturas euidentissimè patet. Et primùm per septuaginta interpretes, qui hunc locum ita prorsus traduxerunt, vt editio nostra habet. Deinde per Targum Rabbi Ionathæ, qui sic eadem verba in Chaldæum vertit, הא יומין אתן אלהי יהוה ואקים לדוד משיח צדקא Id est, Ecce dies venient, dicit Deus, & iterum Dauidi Messiam iustum. Et postea subdit דין שמיה דיתן קרין ליה & hoc est nomen quo ipsi vocabunt eum, &c. Eorum quoque falsitatem non parum refellit idem Propheta, cùm rursus capite trigesimo tertio ait, הנה ימים באים נאם יהוה והקימתי את הדבר הטוב אשר דברתי אל בית ישראל ועל בית יהודה בימים ההם ובעת ההיא אצמיח לדוד צמח צדקה ועשה משפט וצדקה בארץ בימים ההם תושע יהודה וירשלם תשכון לבטח וזה אשר יקרא לה יהוה צדקנו Hoc est, Ecce dies venient, dicit Deus, & statuam verbum bonum, quod locutus sum super domum Israel, & super domum Iuda. In diebus illis, & in tempore illo germinare faciam Dauidi germen iustitiæ & regnabit Rex, & intelliget, & faciet iudicium & iustitiam in terra. In diebus illis saluabitur Iuda, & Ierusalem habitabit ad fiduciam. Et

hic est qui vocabit eam, Deus (tetragrammaton) A iustus noster. Quæ Rabbi Ionathas Vzielis filius ita Chaldaicè exponit, ביומיא תאינון ובעידנא היהוא אקים לדוד משיח רצידקא Id est, In diebus illis & in tempore illo statuam Dauidi Messiam iustum: Deinde subiungit, ורין שמה ריהון קרין לה Id est, Et hoc est nomen eius quod ipsi dicent ei, vel quo vocabunt eum, Deus (tetragrammaton) Iustus noster. Cùm ergo ipsa eadem verba (vt per Targum ostensum est) de Messia dicta sint, de ipso quoque & illud intelligi oportet, Et hic est, B qui vocabit eam, Deus iustus noster. Cap. Ad quid igitur refertur pronomen illud fœmininum לה id est, eam, quod ibi interponitur? Sic enim dicitur, Et hic est qui vocabit eam, Deus iustus noster. Gal. Ad illud in eisdem verbis præcedens, ad domum scilicet Iuda & ad domum Israel, hoc est, ad gentem Iudaicam, ad quam Messias primùm mittendus erat: iuxta illud Esaiæ quadragesimo primo capite, ראשון לציון הנה הנם ולירושלם מבשר אתן Hoc est, Primus ad Sion, ecce ecce ad eos, & ad Ierusalem annunciationem dabo. Glossa Rabbi Selomonis, Dixit Ionathan, Verba consolationis quæ ad Sion Prophetæ antiquitus prophetarunt, ecce venerunt. Et propter Targum istud, id est, Chaldaicam translationem tota hæc materia de Messia loquitur. Hæc Rabbi Selomo. Per cæteros denique veteres Iudæorum Doctores patet quoque propositum. Legitur enim hoc modo in איכה רבתי *Echa rabbethi*, id est, in expositione super planctum Ieremiæ, super illud Threnorum primo, Quia elongatus est à me consolator, conuertens animam meam, Quod est nomen Messiæ? Rabbi Abba dixit, Deus (tetragrammaton) est nomen eius: sicut dictum est Ieremiæ vigesimo tertio capite, Hoc est nomen eius, quo vocabunt eum, Deus (tetragrammaton) iustus noster. Dixit namque Rabbi Leui, Fœlix ciuitas, cuius nomen est, sicut nomen Regis sui: sicut scriptum est Ezechielis vltimo capite, Et nomen ciuitatis ex die E illa, Deus (tetragrammaton) ibi. Et nomen regis sui, sicut nomen Dei sui. Vt dictum est, Et hoc est nomen eius, quo vocabunt eum, Deus iustus noster. Hæc traditio. Id idem etiam per illud relatu dignissimum efficacissimè ostenditur, quod in *Midræ tillim* super Psalmum vigesimum hoc modo legitur: לפנצח מטוזר לדוד יהוה בעזך ישמח מלך וכישועתך מה יגל מאוד Hoc est, Victori, vel Ad victoriam, Psalm. Dauid. Deus, in fortitudine tua lætabitur Rex, & in saluatione tua quàm vehementer exultabit? F זה שאמר הכתוב והיה כיום החוא שורש ישי אשר עומד לנס עמים אליו גוים ידרושו: אמר רבי חנינא אין מלך המשיח בא אלא ליתן לאומות העולם סעודה בגן סוכה ולולב ותפילין ולמה בשביל אליו גוים ידרושו אבל ישראל למדין תורה מן הקדוש ברוך הוא שנאמר כל בניך למודי יהוה רבי חנינא בשם רבי אחא אפר סתו ויתרת מנוחתו כבוד שהוא נותן למלך המשיח מן הכבוד של מעלה חוי בעזך ישמח מלך רבר אחר יהוה בעזך ישמח מלך אפר רבי יהושע בן לוי חוא זה מלך הכבור יהוה צבאות הוא מלך הכבוד סלה שנו רבותינו מלך בשר ודם אין רוכבין על סוסו ואין יושבין על כסאו



Deus autem sanctus & benedictus vocauit Mosem nomine suo: sicut dictum est Exod. 7. Vide, dedi te Deum Pharaoni. Et similiter Israelem: sicut dictum est Psalm. 82. Ego dixi, Dij estis vos; Et vocabimini sancti: sicut dictum est, Sancti eritis, quoniam sanctus sum ego Deus. Et scriptum est, Quoniam populus sanctus est. Vocauit autem Regem Messiam nomine suo. Et quod nomen eius? Deus (tetragrammaton) vir pugnæ. Et de rege Messia scriptum est Ierem. 23. Et hoc est nomen eius quo vocabunt eum, Deus (tetragrammaton) iustus noster. Et Ierusalem quoque vocata est nomine eius: sicut dictum est Ezechiel. vltimo, Et nomen ciuitatis à die illa, Deus (tetragrammaton) ibi. Hactenus traditio. Ex qua non solum abundè & clarè habetur, Messiam nomine Dei (tetragrammaton) vocandum fuisse, sed multa etiam admodum pulchra colliguntur. Cùm nemo igitur nisi Deus nomine Dei (tetragrammaton) vocari possit, & Messias ipse hoc nomine ab ipso C Deo vocatus sit, vt hic patuit, consequens est, Messiam ipsum Deum esse: alioqui falsò eum hoc nomine Deus vocasset, aut vocari mandasset, quod nefas est vel cogitare. Cap. Iudæi nostri seculi consequentiam hanc irritam facere conantur, dicentes, non Messiam tantummodo, verùm etiam Mosem, & Israel, ac Vrbem Ierosolymam nomine Dei vocatam inueniri, vt ipsemet traditiones per te nunc inductæ aperte ostendunt. Quæ ex re inferunt, non propterea Messiam Deum esse probari posse, quòd nomine Dei (tetragrammaton) appellatus reperiatur: cùm nec Mosem, nec Israel, nec ipsum Ierusalem Deos quisquam ideo diceret, quia nomine Dei nuncupari inuenierit. Gal. Nolunt rectè attendere (tantum enim fallere cupiunt) quòd, vt in istdem traditionibus patet, nec Moses, nec Israel vocati sunt hoc nomine Dei (tetragrammaton) quo solus Deus, ac Messias duntaxat vocati sunt: nec aliquis vsquam inuenitur sub ea forma hoc nomine vocatus, qua Deus ipse, & Messias vocantur, sed alio quodam nomine quod אלהים *Elohim* dicitur, quòdque non modò ad Mosem, & ad cæteros Israelitas, sed etiam ad Angelos, imò & ad dæmones, & ad idola fa penumero extensum reperitur: vt est illud Psalm. 96. כל אלהי העמים אלילים Hoc est, Omnes *Elohe*, id est, dij populorum dæmonia, vel idola. Legitur quoque in Genes. 35. capit. Iacob domui suæ & omnibus qui cum eo erant dixisse, Auferte אלהים *Elohim*, id est, deos F alienos, qui sunt in medio vestri. Alia huius generis pene innumera in vetori testamento compertuntur. De Ierusalem autem, quam ex iuniori bus Rabbi Iudas nomine Dei (tetragrammaton) sicut Messiam eius Regem, vocari asserit, dico, Ierusalem quidem non terrenam, sed cœlestem; & longè aliter quàm Messiam, hoc nomine nuncupari: Cùm enim de Messia nomen hoc dicitur, tum תואר *toar*, id est, cum adiectiuo, iustus, dicitur, eoque modo ac forma qua frequentius de G Deo dicitur. Vt in eo Psalm. 119. dicto יהוה צדיק קצץ עבות רשעים Id est, Deus (tetragrammaton) iustus abscindet vincula impiorum. Item in primo Threnor. capit. צדיק הוא יהוה כי פיהו מריתי Hoc est, Iustus Deus (tetragrammaton) quia os eius amaricaui. Et hic loquendi modus propriè eius est, qui vult cuiuscunque rei essentiam, qualitatem, ac veritatem dare intelligi, cùm nomina rebus consona esse debeant. Cùm autem de Ierusalem superna dicitur, non cum תואר *toar*, id est, adiectiuo, sed cum aduerbio locali שמה *samma*, id est, ibi, dicitur: per quod quidem apertè demonstratur, non ipsam ciuitatem Deum esse, sed in ea Deum ipsum per gloriam existere. Et sic patet tunc, nomen ipsum rei consonum esse. Qui quidem loquendi modus apud eos esse consuevit, qui filios suos, Deus dedit, Deus saluet, & cætera huius generis vocare solent: nemo tamen esset adeo demens, qui filium suum Deum cum תואר *toar*, id est, cum adiectiuo vocaret, vt, Deum iustum, vel Deum sanctum, vel Deum suum, & alia huiusmodi. Per hunc enim modum ipsum Deum esse manifestè prætenderet: quod valde impium esse, nemo ambigit. Cùm igitur Deus Messiam nomine suo hoc modo vocauerit, ac ipsum sic nominandum esse decreuerit, vt iam probatum est, Messiam proculdubio Deum esse, necessariò consequens est. Alioqui cùm nomina consona rebus esse debeant, falsò eum nomine sibi proprio vocandum iussisset: quod de Deo nefandissimum est cogitare, *Ie-* dum dicere. Cap. In libro בבא בתרא *Baua Bathra*, in capit. quod incipit המוכר את הספינה *Hamumchar eth hassefina*, Id est, Vendens nauem; sic memini me legisse: Dixit Rabbi Ionathan, Tres vocati sunt nomine Dei sancti & benedicti. Hi autem sunt, Iusti, Messias, & Ierusalem. Et Iusti quidem, sicut dicuntur: hoc est, Sicut Deus dicitur iustus, ita & ipsi iusti dicuntur, ac sic nomine Dei vocantur. Messias verò nomine Dei appellatur: sicut dictum est Ieremiæ 23. capit. Et hoc est nomen eius quo vocabunt eum, Deus iustus noster. Ierusalem autem nomine Dei quoque vocata est: sicut scriptum est Ezechielis vltimo capite, Et nomen ciuitatis ex die illa, Deus (tetragrammaton) שמה *samma*. Nec legas שמה *samma*, id est, ibi: sed שמה *semma*, quod, nomen eius, significat. Gal. Rabbi iste, vt lumen diuinitatis Messiæ extingueret, sacræ scripturæ textum falsificare non horruit. Sed tanta est fallitatis eius impudentia, vt in hoc Iudæi ei obtemperare penitus abnuant: cùm nemo prorsus eo in loco שמה *semma*, id est, nomen eius, legat, vt ipse legendum dicit, sed שמה *samma*, id est, ibi, vt scriptum est) omnes ferè legant. Sic enim in Ezechielis vltimo capit. hactenus scriptum reperitur ושם העיר מיום יהוה שמה Id est, Et nomen ciuitatis ex die illa, Deus (tetragrammaton) שמה *samma*, id est, ibi. Ex quo patet שמה *samma*, quod, ibi, significat, & non שמה *semma*, id est, nomen eius, ibidem scriptum esse: quod in translatione Chaldaica Ionathæ manifestè ostenditur, quæ sic ait, ושמא דקרתא רמתפרש מיומא די ישרי שכינתיה יהוה תמן Hoc est, Et nomen ciuitatis exponent à die, quo posuit Deus diuinitatem suam ibi. Vbi glossa Rabbi Selomonis sic ait: Quasi dicat, Non vocabitur, vel, non dicetur ei nomen, nisi nomen primum, quod

fuit ei ex die, quo Abraham filium suum Ishac A
ligauit. Nomen enim quo eam vocauit fuit יראה *Iireeh*, id est, videbit, & ipsa vocabatur שלם *Salem*: Ecce Ierusalem. Hæc Rabbi Selomo. Ex quo palàm liquet, quòd Ierusalem nunquam vocata est, nec vnquam vocabitur nomine Dei (tetragrammaton.) Ad huius autem confirmationem id quod in *Midras tillim* super Psalm. 76. scriptum est, adducam. Ibi enim sic ad verbum legitur super illud, Et fuit Salem tabernaculum eius: Tu reperis domum sanctuarij vocatam fuisse Salem, sicut scriptum est Genes. 14. capit. Mel- B
chisedech rex Salem: protulit panem & vinum: Et ipse sacerdos Dei altissimi. Et ipse est Sem filius Noæ: Et rursus Genes. 9. Dilatet Deus Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem. Habitauit enim Deus in tabernaculo eius, in quo ministrabat ei. Ecce hic est Sem. Abraham autem vocauit dominum sanctuarij יראה *iireeh*, id est, videat, vel, videbit: sicut dictum est Genes. 22. cap. Quid est, Dominus videat? Dixit Abraham, Domine seculi, fit dies iste memorabilis coram te: habeo enim quod possem tibi respondere. Heri enim vel nuper dixisti mihi, In Ishac vocabitur tibi semen, Genes. 21. capit. Et nunc dicis, Accipe filium tuum? Genes. 22. Cùm ergo filij mei ad hanc sententiam venerint, memorare obtestor eis diem hunc, & illumina super eos faciem tuam. Dixit Deus sanctus & benedictus, Quomodo ergo vocabo ipsum locum? Si enim vocauero eum, sicut ille qui dixit, Salem, delebo verba amici mei A- D
brahæ, qui illum יראה *iireeh*, id est videat, vel, videbit, vocauit. Si autem vocauero ipsum יראה, cassabo nomen iusti. Quid ergo fecit Deus sanctus & benedictus? Miscuit ea, quibus ambo locum illum vocauerant, & ipsum Ierusalem vocauit. Hucusque traditio: Ex qua patet propositum.

CAP. Recentiores Iudæorum his non contenti (adhuc enim in sua perfidia obstinatiùs solito persistunt) aiunt, alia multa præter Messiam nomine E
Dei (tetragrammaton) vocata in sacris literis inueniri. De quibus vnum illud esse dicunt, de quo in lib. Genes. 22. ויקרא אברהם שם המקום ההוא יהוה יראה Id est, Et vocauit Abraham nomen loci illius, Deus (tetragrammaton) videat, vel, videbit. Alterum verò est altare, de quo Exod. 17. cap. sic legitur, ויבן משה מזבח ויקרא שמו יהוה ניסי Hoc est, Et ædificauit Moses altare, & vocauit nomen eius, Deus (tetragrammaton) signum meum. Altare præterea quod Gedeon extruxit, Deum F
(tetragrammaton) pacis appellauit, vt habetur Iudicum 6. capit. Ex omnibus his Iudæi inniores adstruere conantur, non Messiam tantum, sed aras etiam, quæ sunt res inanimatæ, nomine Dei (tetragrammaton) vocari. GAL. Si diligenter ea quæ paulò antè dximus, animaduertere vellent, nugas istas minimè dicerent: ex ipsis enim sufficientem ad hæc omnia, atque ad alia, si qua sunt huius generis, responsionem haberent. Sed cùm iam vlteriùs, quo erumpant, non habeant, instar vulpium, ad foueam, de qua expulsi fuerunt, iterum G
fugiunt. Vt igitur gloriofiur de eis habeatur triumphus, scripturis eorum, quasi proprio gladio de ipsorum manibus violenter arrepto, eorum nequitias iugulantes, ad vniuersa hæc particulatim respondebimus. Ad primum itaque etsi per ea, quæ paulò superiùs de Ierusalem dicta sunt, satis responderi possit, vt tamen specialis detur responsio, expositionem Chaldaicam Rabbi Ankelos adducam, quæ super illud Geneseos vigesimo secundo capite, Et vocauit Abraham nomen loci illius, Deus videat, vel, videbit, sic ait ומלח וצלי אברהם תמן באתרא ההוא אמר קדם יי הכא יהון פלחין דריא Id est, Et coluit, atque adorauit Abraham in loco illo, & ait coram Deo, Hic erunt colentes te, vel seruientes tibi generationes. Ex hoc ergo Targum, manifestè apparet, nequaquam Abraham locum illum nomine Dei (tetragrammaton) vocasse. Ad secundum autem, primò itidem per Targum respondetur: nam verba illa Exod. decimo septimo capit. Et ædificauit Moses altare, & vocauit nomen eius, Deus (tetragrammaton) signum meum; sic idem Rabbi Ankelos exponit, ובנא משה מדבחא ופלח עלוהי קדם יהוה על דעבר ליה ניסין Hoc est, Et ædificauit Moses, & coluit, vel seruiuit, id est, sacrificauit super illud coram Deo, qui fecit ei signa. Ex hac ergo Chaldaica expositione liquidò patet, altare illud minimè à Mose nomine Dei (tetragrammaton) nuncupatum fuisse. Deinde id ipsum per glossam quæ in libro מכילתא *Mechilta*, super eadem verba ponitur, apertè probatur. Sic enim ait, Et ædificauit Moses altare, & vocauit nomen eius, Deus signum meum: Dixit Rabbi אלעאי המקום *Elai Hammakom*, Hæc verba significant quòd Deus vocauit illud, scilicet altare, ניסי *Nisi*, id est, signum meum. Hac huius Rabbi expositione, nihil apud eos inuenitur efficacius ad refellenda eorum dicta, qui altaria prædicta, ac alia loca volunt in nomine Dei (tetragrammaton) cum Messia inuoluere. Et si sit qui intelligat, modus quo Rabbi iste verba ipsa punctat, ad vniuersa alia eorum obiecta euidens potest esse responsio. Ad tertium denique potest per Targum etiam responderi, quod verba illa Iudicum 6. Et ædificauit ibi Gedeon altare Domino, & vocauit illud, Deum (tetragrammaton) pacis, ita Chaldaicè traducit, atque exponit, Et ædificauit ibi Gedeon altare Domino, & seruiuit, id est, sacrificauit super illud coram Deo (tetragrammaton) qui fecit ei pacem. Targum igitur istud palàm ostendit altare illud nomine Dei (tetragrammaton) minimè fuisse vocatum. Quod non minùs manifestè videtur ex eo quod habetur in procemio expositionis planctus Ieremiæ, quæ איכרה רבתי *Echa Rabbethi* dicitur. Ibi enim legitur Rabbi חייא *Hiia* ita dixisse, illicitum est homini interrogare proximum, vel amicum suum in loco immundo, quando scilicet persoluit quæ natura requirit. Non enim tunc salutandus est, neque ab eo quærendum quomodo sit ipsi, & vtrum pacem habeat. Et vnde probatio? Ex eo quod scriptum est Iudicum sexto, Et ædificauit ibi Gedeon altare Domino, & vocauit illud, Deus pacem. Si ergo altare quod neque comedit, neque bibit, neque odorat, neque loquitur, neque fuit extructum nisi ad propitiandum Israël, vocatum est pax, quanto magis ille qui pacem



diligit, & pacem mittit inter Israel & patrem A
eorum, qui est in cœlis. Hæc ibi. Quòd autem Messias qui pacem inter Deum & homines posituras erat, pax vocandus esset, habetur in eodem procemio planctus Ieremiæ ex verbis Rabbi Iosæ Galilæi sic dicentis, Etiam nomen Messiæ vocatum est שלום *Salom*, id est, pax: sicut dictum est Esaiæ nono capite, Pater æternus, vel æternitatis, Princeps, Pax. Hæc ille. Textus ergo ille prædictus libri Iudicum, vt ex præmissis patuit, non est interpretandus, vt in Iudæorum obiectione interpretatus est, sed B
altero horum modorum: aut scilicet sic, Et ædificauit ibi Gedeon altare Domino, & vocauit illud Deus pacem, vt in antedicta traditione apparuit. Aut sic, Et appellauit illud, Domini pacem, vt nostra editio habet. Vterque enim modus magis veritati consonat, iuxta præmissas veterum Talmudistarum expositiones. Ex dictis igitur clarissimè constat, quòd non obstantibus Iudæorum recentiorum calumniis, nihil præter Deum ipsum, & Messiam, nomine Dei C
(tetragrammaton) vocatum inueniri. Ex quo Messiam ipsum Deum esse manifestè patet, cum huiusmodi nomen soli Deo conueniat. Hinc neque mirum est, si Messiam ipsum nomen Dei (tetragrammaton) esse, nonnunquam sacræ literæ enunciant.

## CAPVT X.

*Quòd Messias sit nomen Dei tetragrammaton.*

## CAPNIO.

ID quod postremò dixisti, Messiam scilicet nomen ipsum Dei tetragrammaton, siue quatuor literarum esse, vellem ego autoritate E
diuinæ scripturæ, iuxta priscorum Talmudistarum expositiones, nunc probares. GAL. Quòd igitur nomen Dei tetragrammaton sit ipse Messias, per illud euidentissimè ostenditur quod Esaiæ vigesimo octauo capite dicitur, ביום ההוא יהיה יהוה צבאות לעטרת צבי ולצפירת תפארה לשארית עמו Hoc est, In die illa erit Deus (tetragrammaton) exercituum in diadema gaudij, vel honoris, vel decoris, & in fertum ornatus, vel exultationis residuo populi F
sui. Hæc enim verba Rabbi Ionathan Vzielis filius in Chaldæum vertens, ita exposuit, בעידנא ההיא יתי משיחא דיי צבאות לכליל רחמין ולכתרא דחוסבחתא לשארית עמיה Id est. In tempore illo erit Messias Deus (tetragrammaton) exercituum in diadema gaudij, & in fertum exultationis, vel laudis, residuo populi sui. Vbi ergo Esaias posuit nomen Dei tetragrammaton, quod est יהוה, ibi Rabbi Ionathan משיחא *messiha*, quod est Messias, transtulit, Quare G
Messiam esse nomen Dei tetragrammaton, palàm est. In *Bereschith* quoque קצרת *kettsaa*, id est, in expositione abbreuiata super Genesim, super illud Genes. 49. capite, לא יסיר שבט מיהודה ומחקק מבין רגליו עד כי יבא שילה Hoc est, Non recedet sceptrum de Iuda, & legislator de medio pedum eius, donec veniat שילה *Silo*, id est, Messias; ita dicitur. Hi sunt sedentes יעבץ *Iabbets*, docentes, הלכות *halachoth* id est, sententias in *Sanhedrin* magna, quæ sedet in לשכת הגזית *lischath hagazith*, id est, in consistorio dolato in parte Iudæ. De quibus dictum est primo libro Paralipomenon secundo capite, Et familiæ scribarum sedentes יעבץ *Iabbets*: donec veniat Silo, id est, Messias. Quia futurum est, vt gentes seculi deferant munus Messiæ filio Dauid: sicut dictum est Esaiæ B
decimo octauo capite, In tempore illo deferetur munus Deo (tetragrammaton) exercituum. Hucusque *Bereschith* prædicta. Cùm igitur munus quod Deo nomine tetragrammaton scripto, deferendum Esaias prædixit, traditio ista Messiæ filio Dauid offerendum exposuerit, sequitur planè ex hoc, Messiam ipsum nomen Dei tetragrammaton esse: quod erat probandum. Hoc idem præterea per illud Esaiæ octauo capite, optimè probatur; sic dicentis את יהוה צבאות אותו תקדישו והוא מוראכם והוא מעריצכם והיה למקדש ולאבן נגף ולצור מכשול לשני בתי ישראל לפח ולמוקש לישוב ירושלם: וכשלו בם רבים ונפלו ונשברו ונקשו ונלכדו: תעודה חתום תורה בלמדי והכיתי ליהוה המסתיר פניו מבית יעקב וקויתי לו: Hoc est, Deum (tetragrammaton) exercituum ipsum sanctificate, cum reliquis, traditio ista de Messia, quem Iudæi filium Dauid vocant, intelligenda asserit, vbi & Rabbi Selomo, Saluator Israel ponit, consequens profectò est, Messiam ipsum nomen Dei (tetragrammaton) esse, verumque Deum ac saluatorem Israel, cum nomen istud tetragrammaton nulli pure creaturæ competere possit. Si quidem de eo nomine sic Deum dixisse Exodi 6. cap. legimus, דבר אלהים אל משה ויאמר אליו אני יהוה: וארא אל אברהם אל יצחק ואל יעקב באל שדי ושמי יהוה לא נודעתי להם Hoc est, Et locutus est Deus ad Mosem, & dixit ad eum, Ego יהוה id est, Deus (tetragrammaton) & apparui Abrahæ, Ishac & Iacob in Deo שדי *Saddai*, id est, omnipotente, & nomen יהוה id est, Deus (tetragrammaton) non notifica- D

ui eis. Vbi glossa Rabbi Selomonis ait, Non notificaui eis, in proprietate scilicet vera quæ in me est. Per ea igitur quæ in isto capite dicta sunt, habes, mi Capnio, satis (vt arbitror) abunde atque aperte, ex sacræ veteris paginæ testimoniis, secundùm doctorum Hebræorum glossas atque expositiones, Messiam esse ipsum nomen Dei (tetragrammaton.)

## Caput XI.

*Quod nomen Dei tetragrammaton secundum totum Messia esse, illi conueniat.*

### CAPNIO.

MESSIAM nomine Dei (tetragrammaton) vocandum fuisse, eumque nomen ipsum esse, ac idem nomen secundùm diuinitatem illi conuenire, optimè probasti. Quia igitur Messias non est nisi quoddam ex Filij Dei persona, & vtraque natura aggregatum, ideo nunc abs te scire velim, an nomen hoc tetragrammaton ipsi Messiæ secundum totum suum esse conueniat, tam scilicet secundùm ambas naturas, diuinam, inquam, & humanam, quæ ab vna ipsius Messiæ subsistentantur persona, quàm secundum tres substantias, quas vnus & idem Messias in se ipso absque confusione vnitas continet, Verbum videlicet Dei, animam rationalem, & corpus humanum. GAL. Ita prorsus. Quemadmodum enim tres huius nominis literæ, priores scilicet *iod*, ה *he*, ו *vau*, tres in Deo מדות *middoth*, id est, proprietates, siue personas ab inuicem distinctas, esse designant ex sua diuersitate, quam tam in figura, quàm in nomine habent: vna verò earum scilicet ה *he*, quæ est in calce eiusdem nominis, ac in principio & fine huius nominis היוה *Hauia*, quod idem est, quod essentia, indicat tres personas diuinas vnam esse essentiam: quare non sunt tres Dij, sed vnus Deus, vt suprà latissimè ostensum est: ita quoque haud inconuenienter dici potest, quòd ex eo quòd hoc in nomine tres sunt literæ, tam in sono quàm in figura ab inuicem differentes, scilicet *iod*, ה *he*, ו *vau*, deinde vna earum scilicet ה *he*, denuo in fine ipsius nominis ponitur, quæ ipsum consummat & perficit, apertè innuitur, quòd cùm nomen ipsum de Messia dicitur, tres subsistantiæ quæ in eo sunt ab inuicem differentes, corpus scilicet humanum, anima rationalis, & diuinitas ipsa, ita sunt adinuicem copulatæ atque vnitæ, vt licet duæ earum priores ipsi tertiæ vnantur, non tamen in Messia Deus & homo sunt duæ personæ, sed vna tantùm; nec duo Messiæ, sed vnus duntaxat. Sicut enim tres diuersæ literæ supradictæ vnum gloriosum Dei nomen efficiunt, sic tria hæc, corpus, anima, & Verbum Dei, vnum faciunt Messiam siue Christum. Nam etsi duæ sunt in Christo naturæ, quarum vna quidem diuina est, qua Patri consubstantialis est, & coæterna, atque in omnibus æqualis, præterquam in genitura: altera verò humana, qua matri consubstantialis est, atque in natura omnino similis, persona tamen in eo non est nisi vna, quæ diuina est, & vtranque sustentat naturam. Quæ optimè Psellus in libro De differentibus quæstionibus & testatur & explanat, ita capite tertio dicens, ὁ δὲ λόγος καὶ θελήσει καὶ λόγῳ σοφίας ὅλος ἐστὶν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, ἰσάριθμος ὢν ὅλος ματίζῃ, καὶ ὅλος φύσεις ὢν ὅλος ἐστί, τὸν ἄνθρωπον ὅλον, φύσεις ὅλῃ, διάτοι καὶ ἀνθρωπότητα. Τὸ δὲ σῶμα τὸ ἐμψυχον καὶ νοερὸν ὁ ἀρχιστράτηγος, ἡ καλεῖ ὢν ὅλος ἐστίν. ἵνα μὴ τύφλῳ, λέγω, ὅλῳ ὢν ὅλος ἀρξῃ, ὅπερ ἐφλύαρεν τῆς θείας ἀμαρτίας: ἀλλ' ὁμοίως ἑνωθὲν ὅλον, ὡς ἐν τῇ τοῦ ὑποφάσεως τῇ) λαβεῖν: αὐτὸς γὰρ ὁ ὢν ὅλος ἐστὶν ὁ ὢν ὅλος ἐστὶ καὶ τοῦ σώματος ὁ ψυχοστολαβὴς ὢν ὅλος ἐστὶ, τὸ σῶμα τοῦ κυρίου ἑνωθὲν ὅλον μὴν ὢν ὅλος ἐστὶ ὅλῃ. Hoc est, vt verbum verbo reddam, Sancta Catholica & Apostolica Ecclesia, in Domino nostro Iesu Christo vnam hypostasim dogmatizat, & duas naturas: hypostasim, incarnatum Filium: naturas, diuinitatem & humanitatem. Corpus igitur animatum & intellectuale quod assumpsit, non vocat hypostasim, ne inueniantur, inquam, duæ hypostases, quod mentitus est Nestorius hæreticus, sed nominat *enypostaton*, tanquam in Filij hypostasi esse accipiens. Ipse enim Filius Dei vna existens sanctæ trinitatis hypostasis, factus est & corpori quod assumpsit, hypostasis. Quare corpus Domini *enypostaton* quidem est, non autem hypostasis. Et sicuti nomen Dei tetragrammaton quando de Deo dicitur, exponitur per nomen Dei duodecim literarum, quod est אב בן ורוח הקדש Id est, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, ita idem nomen, cùm de Messia dicitur, per nomen duodecim literarum etiam explanatur, quod est נוף נשמה ובן אל Hoc est, Corpus, anima, & Filius Dei. Siquidem נוף *Guph*, Id est, corpus, tribus apud eos scribitur literis, נשמה *neshama* verò, id est, anima, quatuor, ובן אל *vben el*, id est, & Filius Dei, quinque. Quæ omnes duodecim numero sunt. Et quemadmodum nomen duodecim literarum cùm de Deo dicitur, per nomen duarum & quadraginta exponitur, quod est secundum Rabbenu Haccados אב אלהים בן אלהים רוח הקודש אלהים שלשת באחד אחד בשלשה Hoc est, Pater Deus, Filius Deus, Spiritus sanctus Deus, tres in vno, & vnus in tribus: vel tres in vnitate & vnitas in trinitate. Vel secundùm alios אב אל בן אל ורוח הקדש אל אבל לא שלשה אלהים כי אם אלוה אחד Id est, Pater Deus, Filius Deus, & Spiritus sanctus Deus, attamen non tres Dij, sed vnus Deus: quæ literæ in Hebraico omnes vtrobique quadraginta duæ sunt numero: ita cùm de Messia dicitur, per nomen itidem quadraginta duarum literarum exponitur, quòd est, כאשר הנפש המשכלת והבשר ארם אחד כך האל והארם משיח אחד Hoc est, Sicut anima rationalis & caro homo vnus, ita Deus & homo Messias vnus: quæ quidem literæ in Hebraico duæ & quadraginta existunt. Nam כאשר *caasser*, id est, sicut, quatuor scribitur literis; הנפש *hanephes*, id est, anima, similiter quatuor, המשכלת *hanmaschleth*, id est, rationalis, sex; והבשר *vehabasar*, id est, & caro, quinque; ארם *Adam*, id est, homo, tribus; אחד *ehad*, id est, vnus, similiter tribus; כך *cach*, id est, ita duabus; האל *hael*, id est, Deus, tribus; והארם *vehadam*, id est, & homo, quinque; משיח *Messiah*, id est, Christus, quatuor; אחד *ehad*, id est, vnus, tribus: quæ omnes simul iunctæ, duæ & quadraginta sunt literæ: per quas substantiarum trinitas quæ est in Christo cùm vnitate personæ optimè exponitur: iuxta illud Athanasij, Sicut anima rationalis & caro vnus est homo, ita Deus & homo vnus est Christus. Ex quibus omnibus manifestè concluditur, quòd nomen Dei tetragrammaton, cùm de Messia dicitur, ei secundùm totum eius esse, aptissimè conueniat.

*Litera nominis Dei tetragrammaton quid significent.*



## Caput XII.

*Quòd Messias est facies Dei.*

### CAPNIO.

NVNC de reliquis Messiæ nominibus diuinitatem eius insinuantibus, tibi dicendum est. GAL. Primùm itaque Messiam faciem Dei dici, ostendam: quod per illud Malachiæ apertissimè liquet, dum sic tertio capite ait, הנני שולח מלאכי ופנה דרך לפני ופתאום יבא אל היכלו האדון אשר אתם מבקשים ומלאך הברית אשר אתם חפצים הנה בא יהוה צבאות ומי מכלכל את יום בואו ומי העמר בהראותו כי הוא כוש מצרף וכבוריית מכבסים Hoc est, Ecce ego mitto Angelum meum, & parabit viam faciei meæ. Et statim veniet ad templum suum Dominus, quem vos quæritis, & Angelus fœderis, quem vos vultis. Ecce veniet, dixit Deus exercituum. Et quis mensurabit diem aduentus eius? & quis stabit in ostensione eius, vel cùm se ostenderit? Quoniam ipse erit tanquam ignis conflans, & velut herba fullonum. Hæc ille. Herba fullonum est, qua fullones pannos lauant, quæ Arabicè *gazel* dicitur. Quòd autem prophetia hæc de Messia loquatur, per Rabbi Mosem Maimonis filium liquidò ostenditur, in הלכות מלכים *Hilkoth Melachim*, id est, in sententijs Regum, sic dicentem, In diebus Regis Messiæ per Spiritum sanctum qui super eum requiescet, genealogizabitur Israel per os eius: sicut dictum est Malach. 3. capit. Ecce mitto Angelum meum, & parabit viam faciei meæ. Negare igitur Iudæi iuniores minimè possunt, præmissa Malachiæ verba de Messia dicta fuisse. Angelus ergo iste de quo primùm Propheta loquitur, Ioannes Baptista fuit, qui à Deo missus est, vt viam faciei Dei, id est, Messiæ pararet. Quòd autem Messias sit facies Dei, habetur adhuc per Rabbi Mosem Hadarsan super illud Genes. 21. capit. In die tertio leuauit Abraham oculos suos: cùm sic ait, Hoc est quod scriptum est Hoseæ 6. capit. Viuificabit nos post duos dies, & in die tertio suscitabit, vel eriget nos, & viuemus ante faciem eius; quæ est Rex Messias: sicut dictum est Psalm. 80. Domine Deus exercituum conuerte nos, & ostende nobis faciem tuam, id est Messiam tuum, & saluabimur. Et hoc est, in die tertio viuificabit nos. Hæc traditio. De hac insuper Dei facie dicitur in *Bereschith* קטנרת *ketanna* id est, in expositione Genesis parua: vbi super illud Genes. 3. capit. Et emisit eum Dominus Deus de horto, vel paradiso voluptatis, sic ait Rabbi Nahmija, Emissus fuit Adam de paradiso in seculo isto, sed in futuro seculo non emittetur. Iuuatur autem huiusmodi dictum per id quod scriptum est in Psalm. 17. Ego in iustitia, vel per iustitiam contemplabor faciem tuam, id est, Messiam tuum, satiabor cùm resurrexerit תמונתך *Temunathecha*, id est, forma tua, vel figura tua, vel imago tua, vel similitudo tua. Dixit Deus sanctus & benedictus, In hora illa ego iustificabo eum, scilicet Adam ab illa sententia. Dixit Dauid Deo sancto & benedicto, Et in illa hora in qua euigilabit, vel resurget is qui est in similitudine tua, satiabor, & in iustitia contemplabor faciem tuam, id est, Messiam tuum. Glossa Rabbi Selomonis, Contemplabor faciem tuam: sicut dictum est Esaiæ quinquagesimo secundo capite, Quia oculo ad oculum videbunt, cùm inhabitauerit Deus Sion: Quæ sic Ionathas Chaldaicè transtulit ארי בעיניהון יחזון גבורן די עבר יהוה כד יתיב שכנתיה לציון Id est, Quia oculis suis videbunt virtutem, vel fortitudinem eius, quam faciet Deus cùm sedebit, vel morabitur diuinitas eius in Sion. Ex his igitur manifestum est, Messiam faciem Dei & dici & esse. Et hoc nonnisi propter eius diuinitatem, propter quam omnia nomina quæ de Deo dicuntur, ipsi aptissimè conueniunt.

## Cap. XIII.

*Quòd Messias sit lumen siue lux, qua Deus est.*

### CAPNIO.

SI omnia nomina quæ Deo attribuuntur, de Messia (vt ais) ob eius diuinitatem rectissimè dicuntur, consequens profectò est, vt sicut dicitur lux per essentiam, ita quoque Messias ipse lux per essentiam dicatur. Quare id etiam probare velis, obsecro. GAL. Quòd Deus itaque sit lumen, siue lux, & Messias sit cum Deo lumen, siue lux ante mundi constitutionem, per id quod in *Misereatur* scriptum est, optimè probatur. Ibi namque super illud Psalmi 36. כי עמך מקור חיים באורך נראה אור משוך חסרך לידעך Hoc est, Quoniam tecum est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen, Extende misericordiam tuam cognoscentibus te: sic dixit Rabbi Iohanan, Factum accidit in quodam homine, vt cùm in nocte lucernam accenderet, extingueretur: & cùm iterum atque iterum eam accendisset, dixit, Quousque laborabo ambulans? sustinebo donec sol oriatur: sic Israel cùm in Ægypto serui facti fuissent, steterunt Mosen & Aharon, & redemerunt eos. Rursus in seruitutem redacti sunt in diebus Sisaræ, & eos redemit Barac & Debora. A Madianitis verò Gedeon. Et sic per manus Samgar. Sic etiam per singulos quoslibet Iudicum à seruitute redempti

sunt. Iterùm seruì facti in Babylonia, per manus Ananiæ, Misaelis & Azariæ redempti fuerunt. Et demum per Edom reducti sunt in seruitutem. Dixerunt ergo Israel, Eccè lassati sumus in subiugationibus, & redemptionibus, modò subiugati, modò redempti. Iam non quærimus vlteriùs vt illucescat nobis caro & sanguis: sed Deus sanctus & benedictus ipse in substantia: sicut dictum est Psalmo centesimo decimo octauo, Deus Dominus, & illuxit, vel illucescet nobis. Et iterum Esaias ait quadragesimo quinto capite, Israel saluatus erit in Deo, vel per Deum (tetragrammaton) saluatione æterna. Hucusque traditio. Glossa Rabbi Selomonis: Israel saluatus erit saluatione æterna per Regem Messiam. In *Ecba* autem *rabbethi*, id est, in expositione super planctum Ieremiæ, super illud Threnorum primo, Elongatus est à me consolator, conuertens animam meam, sic dicitur, Quod est nomen Messiæ? Qui de domo Rabbi Hanina erant, dixerunt, חנינא *Hanina*, id est, lectas, vel misericordia est nomen eius: sicut dictum est Ierem. 16. capite, Propterea non dabo vobis חנינא *Hanina*, id est, misericordiam. Qui verò de domo Rabbi יאני *Iannai* erant, dixerunt ינין *Innon* id est, filius, vel genitus, siue natus, est nomen eius: sicut dictum est Psalmo septuagesimo secundo, Ante solem ינין *innon* nomen eius. Rabbi autem ביכא *Bibba* dixit נחירא *Nehira* id est, lumen, est nomen eius: sicut dictum est Danielis 2. capit. Et lux cum eo est. Scriptum est autem in *Bereschith* קטנרת *ketanna*, id est, in expositione Genesis minori super illud Genes. 1. capite, Sit lux, hoc modo, Hoc est quod dictum est Psalmo 97. Lux seminata, vel orta est iusto. Dixit autem Rabbi Abba, Hæc lux est Regis Messiæ, iuxta illud Psalmi 36. Quoniam tecum est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen: hoc est lumen Messiæ: quod ideo ait, quia vidit Deus sanctus & benedictus Messiam & generationem eius, seruauitque eum sub throno gloriæ suæ. Hæc traditio. Ex qua valdè notandum est, quòd antequam Messias esset secundùm humanitatem, iam erat secundùm diuinitatem lux & lumen cum Deo, & principium quo creauit Deus mundum. Quibus plurimùm consonat dictum illud dominicum, Antequàm Abraham fieret, ego sum. Et ego lux in mundum veni, vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat, Ioan. 13. Vide quàm digna sint hæc contra Iudæos nostri temporis, qui Messiæ diuinitatem negantes, eum ex femine duntaxat hominis nasci debere asserunt: quibus diecndum est, Quòd lux sub throno Dei reposita, Filius Dei est, Verbum & Sapientia Patris, & thronus ac potestas eius.

A

B

C

D

E

F

G

## CAPVT XV.

*Quod nomen Dei* שרי Saddai, *Messiæ proprie competat.*

### CAPNIO.

MEMINI me audisse, cum in superioribus de diuinis nominibus disseareres, nomen שרי *Saddai* soli Deo conuenire. Quia enim nomen hoc, omnipotens, vel qui sufficiens est, interpretatur, & solus Deus est omnipotens, sibique solus sufficiens, nullo enim alio indiget, idcirco nomen hoc שרי *Saddai* ipsi soli conuenit. Etsi igitur minimè dubitem, omnia nomina quæ de Deo dicuntur, de Messia itidem secundum eius diuinitatem aptissimè dici, vellem tamen ad maiorem diuinitatis Messiæ manifestationem, quamobrem hoc nomen שרי *Saddai* propriè ipsi Messiæ congruat, rationem redderes, illudque ei propriè conuenire, per Hebraica testimonia probares. GAL. Si igitur audire vis, vnde nomen hoc diuinum שרי *Saddai*, quod (vt alibi diximus) idem est quod אשר די *asser dai*, id est, qui sufficit, vel qui sufficiens est, vel qui sufficientia est, propriè soli Messiæ sit congruum, sanctum Iob audi, ita 33. capit. dicentem שרי תחייני רוח אל עשני ונתשמת Hoc est, Spiritus Dei fecit me, & anima *Saddai* viuificauit me. Anima *Saddai*, inquit, id est, eius qui sufficit, vel qui sufficientia est. Cùm igitur nec Pater, nec Spiritus sanctus animam habeat, sed solus Dei Filius, qui est virtus & sapientia Patris, qui animam illam habet, quam sibi in Messia vniuit, sequitur planè, de solo Dei Filio Iob fuisse locutum cum dixit, Et anima שרי *Saddai* viuificabit, pro viuificauit me: Anima scilicet illius qui solus ad humanum genus redimendum, atque saluandum, satis est. Ipse siquidem in forma Dei solus est, qui naturam assumendo humanam, venturus erat, non vtique ministrari, sed ministrare, & animam suam dare redemptionem pro multis: vt ipsemet dixit Matth. 20. iuxta illud Esaiæ 53. העדה למות נפשו. Hoc est, Exposuit vel effudit morti animam suam. Messiæ quoque Deo, ac Dei Filio propriè congruit, & non Deo Patri, nec Spiritui sancto illud Cantici canticorum primo capite dictum לי הגידה שאהבה נפשי Id est, Nùcia mihi, quam diligit anima mea, plebem vel gentem videlicet (vt veteres Talmudistæ exponunt) pro qua dedi נפשי *naphshi*, id est, animam meam. Decebat quippe fieri, quod in libro יומא *ioma* in cap. quod incipit טרף *Tereph* legitur, cum sic ad verbum dicitur, Tradita est à domo Rabbi Ismael, quòd sic est mensura iudicij ambulans: expedit enim, vt veniat innocens, & satisfaciat pro reo, & non veniat reus, ad satisfaciendum pro reo. Hæc traditio. Et optimè quidem. Nam sordes tergere non possunt manus quæ lutum tenent, & cum is qui displicet ad intercedendum mittitur, animus irati ad deteriora prouocatur. Ex his igitur quæ dicta sunt, satis (vt arbitror) manifestum est, soli Messiæ qui solus ad humanum genus redimendum sufficiens erat, nomen שרי *Saddai* propriè conuenire. De quo sic Psal. 91. scribitur יושב בסתר עליון בצל שדי יתלונן Hoc est, Habitans in velamento Altissimus, in vmbra *Saddai* morabitur, vel hospitabitur. Quæ quidem verba ita aptissimè exponi possunt, Habitans erit in velamento, id est, in sacratissimo corpore suo, Altissimus, hoc est, Dei Filius: In vmbra, id est, in beatissimæ atque purissimæ virginis vtero שדי *Saddai*, id est, ille qui solus pro humano genere satisfacere sufficit, hospitabitur, id est, nouem tantum mensibus commorabitur.

CAPVT



## CAPVT XV.

*Quod nomen Messiæ* ינון Iinnon *secundùm diuinitatem illi congruat.*

### CAPNIO.

QVVM vnum de propriis Messiæ nominibus sit ינון *innon* iuxta illud 72. שמו יהי שמו לעולם לפני שמש ינון Hoc est, Erit nomen eius in æternum, ante solem ינון *innon* nomen eius: sciæ abs te velim, quonam pacto, quave ratione hoc nomen ipsi Messiæ congruat. GAL. Hoc nomen ינון *innon*, à dictione Hebraica נין *nin*, quod idem est quod filius, siue natus, siue genitus derivatur. Eam ob rem hoc nomen propriè soli Messiæ conuenit, qui secundùm diuinitatem solus ante solem, id est, ante mundi conditionem siue ab æterno, à Patre æterno natus, seu genitus est. Nam cum ינון *innon* (vt diximus) filius siue natus, siue genitus interpretatur, neque Patri in diuinis, neque Spiritui sancto conuenire potest. Pater enim à nullo est factus, nec creatus, nec genitus, nec procedens: & Spiritus sanctus neque natus neque genitus est, sed à Patre & Filio tanquam ab vnico principio spiratus, & procedens. Neque vlli vnquoque creaturæ hoc nomen congruere potest. Nulla enim creatura ante solem, id est, ante secula, nata seu producta fuit. Quare palàm liquet, dictum illud Psalmographi abs te inductum, ante solem ינון *innon* nomen eius, de nulla re creata dici posse, sed de solo Dei Filio, qui æternaliter à Patre æterno natus est: quo fit, vt nulli nisi soli Messiæ hoc nomen ינון *innon* conuenire valeat. Præterea hoc nomen ינון *innon*, idem quod filiabit siue nasci faciet, in nostram vertitur linguam: quod neque à mysterio Messiæ vacat. Ipse enim omnes mortuos quasi iterum filiaturus, nasci faciet, cùm eos de terræ puluere suscitabit. Quod ei secundum diuinitatem propriè conuenit. Quomodo enim mortuos omnes ex terræ puluere resuscitare posset, si verus Dei Filius non esset? Quòd autem Messias ינון *innon*, ante solem hac ratione vocatus sit, habetur in *Midras tehillim* super illud Psalm. 93. נכון כסאך מאז מעולם אתה id est, Parata sedes tua ex tunc, à seculo tu es: vbi sic dicitur, Rex Messias est vna de septem rebus, quæ ascenderunt super propositum ante seculi creationem, sicut dictum est Psalm. 72. Ante solem ינון *innon* fuit nomen eius. Quia futurum est, vt ipse ינין *iannin*, id est, iterum nasci faciat omnes in puluere dormientes. Hæc traditio. CAP. Iudæi nostri sæculi cùm sint omnium pessimi, cupientes Messiæ diuinitatem omnino supprimere, aiunt, quòd non propterea Messiam Filium Dei ab æterno genitum dicere possimus, quia nomen eius ינון *innon* ante solem fuerit, cùm septem res (vt ferunt) per duo millia annorum ante mundi constitutionem creatæ fuerint. Colligunt autem huiusce figmenti fatuitatem ex eo quod habetur in libro מסת שני *Pesah seni*, id est, Pascha secundum, in *Perek*, id est, in capite in quo sic legitur, Traditum est septem res creatas fuisse, antequam mundus crearetur: Hæc sunt lex, pœnitentia, gehenna, domus sanctuarij, thronus gloriæ, hortus voluptatis, & nomen Messiæ. Id idem habetur & in *Midras Bemidbar Rimai*, id est, in Glossa libri Numer. 7. cap. GAL. Mirum non est, si insania & cæcitate meritò à Deo perculsi, tam stulta & absurda loquantur. Quis enim figmentum hoc nisi à ratione prorsus carentibus dictum existimaret? Nam licet quilibet numerus, siue quæuis multitudo partium motus secundum prius & posterius, sit tempus, cuiuscunque motus sit: attamen hora, dies, mensis, & annus, adhuc etiam ver, æstas, autumnus, hyems, quæ anni partes sunt, impossibile est, quòd non sint partes motus cœli. Quomodo ergo mundum præcessit tanta annorum multitudo, duorum scilicet millium? Et partes anni quonam pacto fuerunt, cum nec motus cœli esset, nec ipsum omnino cœlum? Quomodo etiam credere possunt, legem quæ præcipit dentem pro dente, oculum pro oculo, manum pro manu puniri, ante mundi conditionem creatam fuisse, cùm nec dens, neque oculus, neque manus fuerint? Quod de omnibus quoque iudicialibus dici potest. Lex etiam mandat sabbatum custodiri, sacrificia & circumcisionem fieri: quæ nec erant ante mundi constitutionem, nec aliquis extabat, cui talia iniungi possent. Par quoque responsio de cæteris cæremonialibus dari potest. Lex præterea præcipit non occidendum, non furandum, non mœchandum: quomodo ergo sustineri potest, legem hanc ante hominum mundique creationem conditam fuisse, cum horum neque agens, neque patiens quispiam esset? quod de cæteris etiam moralibus dici potest. Quomodo insuper dicere possunt, pœnitentiam quæ naturaliter peccatum subsequitur, peccatum ipsum atque peccatores præcessisse? Et gehennam qua ratione ante mundum conditum creatam asserunt, cum suum Talmud apertè contra seipsos habeant, etiam eo in libro quem pro se allegant? Legant igitur eiusdem libri מסת *Pesah*, caput quod מקום *Macom* incipit. Ibi enim Rabbi Ioses ita dixisse fertur, Ignis quem Deus sanctus & benedictus in secunda sabbati, id est, feria secunda creauit, non extinguetur in æternum: sicut dictum est Esaiæ vltimo, Et egredientur & videbunt cadauera virorum reorum in me: quia vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Et erunt scatebra vermium vniuersæ carni. Traditio quoque est, quòd dixerit Rabbi Babas quem ipsi בבא *Baua* vocant, Cur non fuit dictum in secunda sabbati, Et vidit Deus quòd esset bonum? Propterea, quia in ea creatus est ignis gehennæ. Hæc omnia ibi. Vbi duos habemus testes maximæ apud eos autoritatis, quòd ignis gehennæ in secunda die creationis mundi creatus fuerit. Cum igitur in Deuteronomio decimo nono capite scriptum sit, על פי שנים עדים או על פי שלשה עדים יקום דבר Hoc est, Ex ore vel super os duorum testium, aut ex ore vel super os trium testium stabit verbum, eos concedere oportet, magistros istos verum dixisse. Ex cuius rei veritate planè sequitur, falsum prorsus esse, ignem gehennæ ante mundi creationem productum fuisse. Templum præterea quod fuit manu factum, atque de rebus crea-

*Confutatio.*

*Obiectio.*

tis extructum, quomodo ante ipsa ex quibus constitit, extare potuit ? Demum qui ex semine Adam natus est, quomodo antè Adam creatus fuit? Quæ igitur maior dementia esse potest, quàm talia credere, nedum dicere ? Palpant ergo vt cæci parietem, iuxta illud Esaiæ, quinquagesimo nono cap. in persona eorum dicentis נגששה כעורים קיר וכאין עינים נגששה Hoc est, Palpamus vt cæci parietem, & quasi absque oculis palpamus. Nomen igitur Messiæ non eam ob rem ante secula esse dicitur, vt tunc creatum fuisse insinuetur, cùm ante secula nihil omnino creatum fuerit: sed vt Messias ipse secundùm diuinitatem ab æterno à Patre genitus ostendatur. Et ideo Propheta dixit, Ante solem ינון *innon* fuit nomen eius: ינון *Innon* enim (vt prædiximus) & natum significat, & nasci facientem: vt duo in verbo vno innuantur, & æterna scilicet Messiæ natiuitas, qua æternaliter à Patre natus est, & mortuorum resurrectio, quos ipse in fine mundi resuscitans, quasi denuo nasci facit.

## Caput XVI.

*Quòd Messias in sacra scriptura aliquoties vocatus est Germen, ad designandum, quod potius incarnari decebat Filium, quàm Patrem, siue Spiritum sanctum.*

## CAPNIO.

INter cætera Messiæ nomina, Germen eum sæpissimè vocatum inuenio, & præsertim apud Zachariam, cum sexto capite ait הנה איש צמח Hoc est, Ecce vir, Germen nomen eius: Rationem igitur audire velim, quimobrem Prophetæ ipsum hoc nomine appellandum duxerint. GAL. Non abs re profectò Messias vocatus est Germen. In hoc enim palàm ostenditur, diuinam incarnationem, ac naturæ humanæ assumptionem personæ Filij Dei conuenientem fuisse, & non personæ Patris, aut Spiritus sancti: vt non esset Adæ, & Abrahæ atque Dauid in humanitate Filius, nisi illa מרה *midda*, id est, persona seu proprietas, quæ erat in diuinitate Filius, neque esset alius in humanitate, alius in diuinitate Filius. Quod quidem in vna Messiæ persona complendum fuisse, Esaias & Ieremias, secundùm Targum, hoc est, secundum Chaldaicam translationem euidentissimè insinuant. Nam Esaias quidem quarto capite, sic ait, ביום ההוא יהיה צמח יהוה לצבי ולכבוד ופרי הארץ לגאון ולתפארת לפליטת ישראל Id est, in die illa erit Germen Dei in decorem, vel gaudium, & in gloriam, vel honorem: & fructus terræ in sublimitatem, vel nobilitatem, & in ornatum reliquis Israel: vbi Targum sic dicit, בעידנא ההיא יהי משיחא דיי לחדוא וליקר Hoc est, In tempore illo erit Messias Dei in gaudium & honorem. Ieremias autem sic inquit, ביומים ההם ובעת ההיא אצמיח לדוד צמח צדקה Id est, In diebus illis, & in tempore illo germinare faciam Dauidi germen iustitiæ: vbi & Targum ita dicit, כיומיא האינון ובעידנא ההיא אקים לדור משיח צדקא Hoc est, In diebus illis & in tempore illo statuam Dauidi Messiam iustitiæ. Cùm igitur vbi vterque Propheta Germen dicit, ibi Targum Messiam ponat, hinc palàm omnibus datur intelligi, qui cordis oculos errotis caligine obcæcatos non habent, quòd sicut Messias erat verè Germen Dei, id est, Filius Dei secundùm diuinitatem, vt Esaias ait, ita futurus erat Germen Dauid, id est, Filius Dauid secundùm humanitatem, vti Ieremias dicit. Ex quibus duobus manifestè resultat, Messiam in vnitate personæ, & Filium Dei, & Filium Dauid simul esse, quanquam aliter & aliter. Filius namque Dei est ante omnia tempora. In tempore verò Filius Dauid. Filius quoque Dei est immediatè, & absque matre. Filius verò Dauid post multa iustorum & iniustorum media, ex sola matre absque patre. Quod quidem per nomen Germen, & verbum germinare, satis apertè Ieremias indicat. Id idem quoque Esaias in præmissis verbis ostendit, cùm Germen Dei primùm dicit, & mox ei fructum terræ subiungit. Quis enim est hic terræ fructus, nisi Messias de Virgine natus ? de quo Psalmo sexagesimo septimo ita scriptum est, יודוך עמים אלהים יודוך עמים כלם ארץ נתנה יבולה Id est, Confitebuntur te populi, Deus, confitebuntur te populi omnes, terra dedit fructum suum. De hac etiam beatissima Filij Dei incarnatione Psalmo octuagesimo quinto sic dicitur, Veritas de terra germinabit, & iustitia de cœlo respicietur, vel protendetur: cùm enim dicitur, Veritas de terra germinabit, veritas pro Filio Dei accipitur, qui tanquam germen de terra, id est, de purissima virgine per carnis assumptionem nasciturus erat. Quòd insuper Messias sit Germen, habetur per id quod in *Echarabeehi*, id est, in expositione super Ieremiæ planctum legitur, super illud Threnorum primo capite dictum, Quia elongatus est à me consolator, conuertens animam meam: ibi enim sic dicitur, Quod est nomen Messiæ? Dixit Rabbi Iehositas filius Leui צמח *tsemah*, id est, Germen est nomen eius: sicut dictum est Zachariæ sexto capite, Ecce vir צמח *tsemah*, id est, Germen nomen eius. In libro quoque qui apud eos *Tanhuma* dicitur, & magna ex parte est libri Numerorum expositio, super illud Numer. primo capite dictum, Et locutus est Dominus ad Mosem in deserto Sinai, ita dicitur, Quid dixit ei ? Id quod scriptum est Numer. primo capite, Leuate caput totius congregationis filiorum Israel: Dixit Deus sanctus & benedictus Israeli, propter hoc dedi vobis capitis suspendium vel suspensionem: quemadmodum enim ego suspensus sum vniuerso mundo, sicut dictum est primo libro Paralipomen. vltimo capite, Tibi Domine magnitudo, & fortitudo, & gloria, & victoria vel æternitas, & tibi laus vel confessio: Omne enim in cœlis & in terra tuum, Domine, est Regnum, & tu eleuas te omnibus in caput: ita quoque dedi ego vobis capitis suspendium: sicut dictum est Numer. primo capite, Leuate caput: vt impleatur quod dictum est Psalmo centesimo quadragesimo septimo. Et exaltauit cornu populi sui. Et sic ipse ait Numer. primo capite, Vir caput domus patrum suorum, ipse scilicet Deus.





Dixit Rabbi Rahmon, Non est vir Deus in loco istlo nisi Messias filius Dauid, de quo dictum est Zachariæ sexto capite, Ecce vir Germen nomen eius. Transtulit hoc Ionathan sic dicens, Ecce vir Messias nomen eius. De quo & Esaias ait quinquagesimo tertio capite, Vir dolorum & sciens infirmitatem, vel notus in firmitate. Hactenus traditio. Ex qua patet propositum.

## Caput XVII.

*Quòd Messias dictus est Ros, ad significandum Filij Dei in vterum virginis descensum.*

## CAPNIO.

QVm iam de Filij Dei incarnatione loqui cœperis, ideo de nominibus Messiæ diuinam incarnationem insinuantibus, nunc tibi dicendum est. GAL. Faciam libenter quod hortaris. Et primùm quidem Messiam ipsum ad designandum eius secundùm diuinitatem in vterum virginis descensum, haud ineptè Rorem dici probabo. Quòd igitur Messias Ros dicatur, id plurimis ex locis compertum habemus: & præsertim apud Hoseam, cùm Deus ipse 14. cap. ita per os eius loquitur, אהיה כטל לישראל יפרח כשושנה Hoc est, Ero quasi Ros Israeli, & germinabit vel florebit sicut lilium. Hæc Ionathas Vzielis filius in Chaldæum vertens sic expositit, אהי מסרי כטלא לישראל יזהרון כשושנא Id est, Erit verbum meum velut ros Israeli & pulchrescent vt lilium. Quòd autem hoc loco Ros Messias sit, in *Midrae tillim* apertè ostenditur, cùm super Psalm. 45. titulum, qui talis est, למנצח על שושנים Hoc est, Victori, vel, Ad victoriam super liliis, sic dicitur, Dixit Deus sanctus & benedictus Israeli, Totum pendet in vobis: quemadmodum enim huiusmodi lilium germinat vel floret, & nihilominus cor eius sursum est, ita quoque vos agite תשובה *teshuba*, id est, pœnitentiam coram me, & cor vestrum sit rectum, vel ordinatum sursum, sicut cor huiusmodi lilij. Et tunc adducam גואל *Goel*, id est, redemptorem: sicut dictum est Hoseæ 14. cap. Ero sicut ros Israeli. Et quando ? Cùm germinabit vel florebit sicut lilium. Et propter hoc dicitur, Victori super liliis. Hucusque traditio. Ex qua clarè patet, quòd ros in prædictis Hoseæ verbis est Messias. & quòd Messias est Verbum Dei, vt Rabbi Ionathas in Targum exponit; & quòd etiam est Deus, vt sermo ipsius Prophetæ insinuat, in persona Dei de eodem rore sic dicentis, Ero quasi ros Israeli. De quo etiam rore sic in libro תענית *Taanith*, id est, de ieiunio legitur: Dixit Rabbi Berachias, Ecclesia Israel petiit indiscretè, cùm dixit Hoseæ 6. cap. Et veniat sicut imber nobis, sicut temporaneus & serotinus terræ: Dixit ei Deus sanctus & benedictus, Filia mea tu petis rem, quæ aliquando quæritur, & aliquando non quæritur: ego autem ero tibi res quæ semper quæritur: sicut scriptum est Hoseæ decimoquarto capite, Ero sicut ros Israeli, & germinabit vel florebit vt lilium. De eodem quoque rore Dauid Psalmo secundùm Hebræos 110. sic ait, מרחם משחר לך טל ילדותיך Hoc est, De matrice auroræ vel ex aurora tibi ros natiuitatis tuæ. Quòd aurora hic pro matre Messiæ aptissimè accipiatur, alibi cùm de nouo modo nascendi Messiæ, nobis agendum erit, dicemus. Nunc autem hoc per illud quod Rabbi Ishac Arama in commentariis in librum Geneseos dicit, probari sufficit, cùm in expositione cap. 47. vel circa, vbi fit sermo de loco, qui datus est Iacob, in quo commodè habitare posset, sic ait, מרחם משחר לך טל ילדותיך לא מצינו ארם ונביא שיתנבא וילידתו קודם ילידת אביו ואמו כי אם משיח צדקנו ולורו רמז מרחם משחר לך קודם שיברא רחם וילדתיך נתנבא וילדתך ולוח רמז לפני שמש ינין שמו כי אפילו קודם בריאת השמש הירח חזק וקיים שמו של משיחנו והיה יושב בים ואל זה הוא שאמר שב לימיני ואמר גם כן והזק בחסר כפאוישב עליו באמונה Id est, Auulua ex aurora tibi ros natiuitatis tuæ. Non inuenimus hominem etsi prophetam, cuius prophetata sit natiuitas, ante natiuitatem patris & matris, nisi tantummodo Messiam iustum nostrum, & propterea dicit, Auulua ex aurora tibi ros natiuitatis tuæ. Hoc est, antequam crearetur vulua genetricis tuæ prophetata fuit natiuitas tua. Et huic congruit illud. Ante solem genitus vel filius nomen eius. Cuius sensus est, Quòd antequam crearetur sol, subsistens ac firmum erat nomen Messiæ nostri, & sedebat ad dexteram Dei. Et hoc est quod dicit, Sede ad dexteram meam. Et alibi, Concinnabit misericordia solium, & sedebit super illud in veritate. Hæc ille. Quòd autem Ros hoc in loco de matrice auroræ prodiens, sit Messias, per illud quod in commentariis Mosis Hadarsan in librum Geneseos scribitur, probabimus. Ibi enim super illud Genesis, Et dixit eis Ruben, sic dicitur, Redemptor quem ego suscitaturus sum ex nobis, sine patre erit. Et subditur post pauca: De eo quoque ait Dauid Psalm. 110. De matrice auroræ tibi ros natiuitatis tuæ. Messias igitur non incongruè Ros appellatur. Primùm quidem propter descensionis similitudinem. Ros enim de alto descendit, cuiusque descensus nostris aspectibus est occultus. Noctu namque descendit, & præsertim veris tempore, terramque reficit, & fœcundat. Ita virtus diuina noctu rno tempore beatissimam virginem fœcundauit. Nam quemadmodum ostrea nocte & verno tempore rorem recipiens, in interioribus suis margaritam gemmam pretiosissimam generat, ita gloriosa virgo Spiritu sancto superueniente Filium Dei concipiens, Messiam pretiosam margaritam generauit. Sicut etiam ros per herbarum superficiem se funditer diffundens, herbis & plantis virorem vigoremque tribuit, & quod æstu diurno deficatum & consumtum declinauerat, ros nocturnus humectat, fouet & erigit: sic verus noster Messias in se credentibus, ac in bono persecuerantibus, virorem atque vigorem tribuit, eosque regit, atque ad vitam æternam erigit. Præterea sicut ros se in herbarum summitatibus colligit, suamque originem repetit, ita Messias redemptor noster sese in crucis altitudinem erexit, & inde ad gloriam suam remeauit. Quas ob res Messias non inepte à patribus antiquis Ros vocatus est: vt ex hoc, occulta

& incomprehensibilis Filij Dei incarnatio atoue natiuitas designaretur. Quocirca non abs re Esa. 45. cap. dicitur הרעיפו שמים ממעל ושחקים יזלו צדק תפתח ארץ ויפרו ישע וצדקה תצמיח יחד אני יהוה בראתיו Hoc est, Rorate vel stillate cœli desuper, & nubes pluant iustitiam, aperiatur terra, & fructificent saluationem, & iusticiam germinet ipsa pariter. Ego Deus creaui eum. Vbi per cœlos, intelliguntur Pater, Filius & Spiritus sanctus: de quibus Lucifer cùm in cœlo empyreo esset, sic dixisse apud Esa. 14. cap. legitur, השמים אעלה ממעל לכוכבי אל אריים כסאי Id est, Ad cœlos ascendam, super stellas Dei exaltabo solium meum: cum cæteris vsque ad illa. Et similis ero Altissimo. Nubes autem fuerunt prophetæ: Terra, beata virgo aperiens consensum suum: & sic fructificauerunt Spiritus sanctus & ipsa saluationem, id est, Iesum, qui idem est quod saluatio. Et ipsa germinauit Iustitiam, hoc est, Messiam, Deum pariter & hominem.

## CAPVT XVIII.

*Quòd Messias Emmanuel vocandus esset: & quod nomen hoc soli Messiæ congruat.*

### CAPNIO.

QVum Esaias Messiam Emmanuel vocandum dixerit (sic enim septimo ca. ait, הנה העלמה הרה ויולדת בן וקראת שמו עמנו-אל Hoc est, Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabit ipsa nomen eius Emmanuel) dic obsecro qua ratione nomen hoc ipsi Messiæ conueniat. GAL. Emmanuel (vt optimè nosti) Nobiscum Deus, Latinè interpretatur. Ipsa igitur beatissima virgo ab Angelo Gabriele præmonita & instructa, Messiam ipsum Emmanuelem vocatura erat, vt ex hoc diuinæ atque humanæ naturæ in vna Messiæ persona coniunctio atque vnio apertè demonstraretur. Messias quippe Deus & homo futurus erat. Quare ipsi soli nomen hoc Emmanuel, quod Nobiscum Deus, Latinè sonat, meritò conuenit. Hoc. Et vocabitur nomen eius Emmanuel, nostra editio habet. GAL. Ita profectò est. Sed Hebraica litera sic prorsus (vt ipse transtulit) dicit. Quod longè melius veritati fidei nostræ congruit. Nam ex eo quòd, Vocabit ipsa nomen eius Emmanuel, Propheta dixit, Messiam ipsum non habiturum hominem patrem ostendit, qui ei nomen imponeret. Patres enim apud Hebræos fere semper, & non matres filiis nomina imponere solebant; vt & ex veteri testamento multis in locis apparet. & ex natiuitate Ioannis Baptistæ manifestè colligitur. Ex hoc igitur quòd nominis impositionem, quæ ad patrem pertinebat, ad solam matrem Prophetа retulit, apertè innuere voluit, Messiam patrem in terris non habiturum fuisse, qui ei nomen imponere posset. Quod etiam Angelus videtur insinuasse, in eo quod Mariæ dixit, Vocabis nomen eius Iesum. Vocabis, ergo dixit, & non Vocabitur: vt cum Propheta se conuenisse, palàm ostenderet. Vel aliter quoque dici potest, & non ineptè quidem, quòd quum Propheta dixit, Et vocabit ipsa nomen eius Emmanuel, quod est, Nobiscum Deus, per hoc planè insinuauerit, quòd ipsa sola certò scire debebat, Messiam filium suum Deum & hominem esse: quandoquidem ipsa sola cum Emmanuel vocatura esset. Nam licèt alio nomine nuncupandus erat, ipsa tamen sola certò de eo dicere poterat, Emmanuel, id est, Nobiscum Deus. Quocirca non abs re dixit, Et vocabit ipsa nomen eius Emmanuel. Ac si apertè diceret, Et vocabit apud semetipsam eum, Nobiscum Deum. quia ipsa sola hoc certò dicere poterat. Quod Lucas quoque innuere videtur; cum ait, Maria autem conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. Igitur & in corde suo, hoc est, apud semetipsam, vocatura erat eum Emmanuel. Quod per illud etiam confirmatur, quod nuptiarum ministri dixit, Quodcunque dixerit vobis, facite: quasi intra se ipsam referuans, quòd filius suus Deus esset, qui posset vinum vndequaque producere. Ex his ergo perspicuum est, rectiùs pro fide nostra Hebraicum textum habere quàm nostrum habeat. CAP. Optimè quidem dicta sunt hæc. Ex his enim facilè Iudæorum nostri temporis prauitati respondetur, qui aiunt, Messiam Dei Filium nequaquam à matre sua Emmanuel fuisse vocatum, sed ישוע *Iesuah* hoc est, Iesum: vnde & postmodùm ab omnibus Christianis eum (vt asserunt) Iesum vocari contigit: quamobrem velim per eorum scripturas perfidiam eorum conuinceres: qui verba hæc, Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabit ipsa nomen eius Emmanuel, vxori Esaiæ, & eius filio tribuentes, dicunt ipsum à matre sua vel à Spiritu sancto Emmanuel fuisse vocatum: quod R. Salomonis testimonio probant, qui locum hunc ita exponit, Ecce העלמה *haalma*, id est, vxor mea, concipiet hoc anno, qui est quartus Regis Achaz: & pariet filium, & vocabit ipsa scilicet *alma*, vel Spiritus sanctus, (est enim spiritus apud Hebræos fœminini generis) qui erit vel descendet super ipsam, nomen eius Emmanuel: quasi dicatur, Quòd conditor noster erit nobiscum. Hæc R. Salomo. GAL. Concedamus eis expositionem hanc veram esse, atque bonam, hoc solo excepto, quòd ait Esaiam hic עלמה *alma* pro vxore sua posuisse: & per consequens filium ipsius Esaiæ Emmanuel vocandum fuisse. Quòd autem hic עלמה *alma*, non pro Esaiæ vxore, sed pro matre Messiæ intelligi oporteat, in subsequentibus, cum de virginitate eiusdem matris Messiæ dicendum occurrerit, satissimè probabimus. Nunc verò satis nobis sit, ostendere hunc Emmanuelem non fuisse, neq; esse potuisse Esaiæ atq; eius vxoris filium. Quod primum ex eo patet, quòd apud eundem Prophetam 8. cap. sic dicitur, ולכן תנה אדני מעלה עליכם את מי הנהר העצומים ואת ברכים את מלך אשור ואת כל כבודו i. Et propter hoc, Ecce Dominus ascendere faciet super vos aquas fluminis fortes & multas, Regem Assur & grauitatem, vel gloriam eius. Et reliqua vsque ad והיה מטות כנפיו מלא רחב ארצך עמנו-אל. Et erit extensio alarum suarum impletio latitudinis terræ tuę, o Emmanuel: hoc autem filio Esaię haudquaquà cõpetere põt: quia persona priuata fuit, & terrã nullã vnquã habuit suo dominio subiectã. Quare aliqui quidã prophetiã hanc de Ezechia filio regis Achaz exponentes, aiunt ipsum vocatum fuisse Emmanuel: Quorum opinio primùm per R. Salomonem refellitur: qui locum hunc exponẽs, sic dicit,



dicit, Et vocabit ipsa nomen eius Emmanuel. Sunt nonnulli hoc exponentes de Ezechia dictum esse. Sed hoc non est possibile. Si enim annos eius numeraueris, inuenies ipsum ante regnum patris annos nouem natum fuisse. Hæc R. Salomo: cuius quidem assertio sic probari potest: Achaz pater Ezechiæ sexdecim regnauit annis: vt habetur 3. Regum capit. 16. Huic successit in regno Ezechias filius cùm quintum & vigesimum ætatis ageret annum, vt colligitur ex 4. Reg. cap. 18. Ex quo sequitur, in primo anno regni Achaz Ezechiam ipsum nouem fuisse annorum. Cùm igitur prophetia hæc (vt ait R. Salomo) in quarto anno regni Achaz facta fuerit, clarum est, tunc Ezechiam tredecim fuisse annorum. Ex his igitur manifestè patet, prophetiam hanc nonnisi de Messia exponi posse, cùm ipse solus sit verè Emmanuel. CAP. Christus vester (Iudæi inquiunt) Iesus vocatus est, & non Emmanuel. Quare dicere non potestis, eum Emmanuelem illum fuisse, de quo Propheta loquitur. GAL. Aliud est nuncupationis nomen, aliud impositionis. Constat enim naturam ipsam quæ dat rei formam, nomen quoque idem rei dare: sicut dat homini & humanitatem, & nomen, quòd est homo. Non enim homo nominatur aliquis, nisi propter hominis naturam, cuius est particeps. Ita quoque Messias noster, Emmanuel, quod interpretatum est, nobiscum Deus, hoc est, Deus & homo, & à Spiritu sancto & à matre dictus est: & talis etiam à Christianis omnibus & creditur & vocatur, cùm duabus participet naturis, diuinæ scilicet & humanæ. Iusta quem modum à Spiritu sancto per Prophetas pluribus ac diuersis appellatus est nominibus, diuinam, aut humanam, aut vtramque simul eius naturam importantibus. Emmanuel igitur nomen est naturæ, vtriusque naturæ vnionem, quæ in vtero virginis fieri debebat, designans. Iesus verò impositionis est nomen, quod Saluator, vel Salus, siue Saluatio interpretatur. CAP. Iudæi adhuc instant, eò quòd de hoc Emmanuele statim Propheta subiecerit חמאה ודבש יאכל לדעתו מאוס ברע ובחור בטוב Hoc est, Butyrum & mel comedet, vt sciat reprobationem mali, & electionem boni: hoc Christo verò (aiunt) secundùm vos minimè congruit, quem dicitis ab instanti suæ conceptionis, scientiæ plenitudinem habuisse. Ex quo inferunt, non esse illum hunc Emmanuelem, de quo Propheta nieminit. GAL. Negare neq; quam possunt, sæpenumero in sacra scriptura spiritualia per corporalia significari. Idcirco igitur Propheta Emmanuelem nostrum, butyrum & mel comesturum prædixit, vt ex hoc innueret, ipsum non solùm humanitatis, sed etiam diuinitatis naturam & veritatem in se habiturum fuisse. Butyrum enim quod ex lacte animalium fit, humanitatem conuenienter designat. Mel verò propter summam eius dulcedinem, & quia sæpius inuisibiliter vt ros de cœlis aereis venit, satis congruè diuinitatem significat. De quo vtroque dixit Isaac ad Esau, inflanter ab eo benedici petentem, Gen. 27. הנה משמני הארץ יהיה מושבך וממל השמים מעל Id est, Ecce à pinguedine terræ erit conuersio, vel requies, vel habitatio tua, & à rore cœli desuper: Quasi diceret, Ab humanitate & diuinitate Messiæ venturi. CAP. Iudæi rursus obiiciunt: id quod de ipso Emmanuele apud Esaiam ibidem hoc modo sequitur, כי בטרם ידע הנער מאוס ברע ובחור בטוב תשבת האדמה Id est, Quoniam antequam nouerit puer reprobare malum, & eligere bonum, derelinquetur terra: cum rẽliquis, quæ sequuntur. Dicunt igitur, Si Christus vester Emmanuel iste fuit, non valetis eum ab ignorantia excusare: Cùm igitur nullam in eo ignorantiam fuisse asseratis, Emmanuelem illum eum fuisse, minimè dicere potestis. GAL. Dictum hoc Esaiæ de scientia Christi humana intelligi debet. Quamuis ergo in eo nulla fuerit ignorantia, quia tamen in tempore homo fictus est, scientiam quoque humanam in tempore habuit: & antequàm illam haberet, liberatio illius terræ & populi per Esaiam prænunciata, completa fuit. Sic igitur exponendum est Prophetæ dictum, Antequàm nouerit puer reprobare malum, & eligere bonum, derelinquetur terra: cum cæteris: Hoc est, Antequàm fiat homo, vel, Antequàm de virgine supradicta concipiatur, & nascatur, derelinquetur terra: cum reliquis. Eodem quoque modo dicendum est ad id, quod de eodem puero in sequenti capite ita dicitur, כי בטרם ידע הנער קרא אבי ואמי Id est, Antequàm ipse puer sciat vocare, vel dicere Pater mi, & mater mea, hoc est, Antequàm fiat homo, vel antequàm oriatur, vt homo. Quòd autem puer ille de quo Esaias loquitur, sit Deus & homo, & per consequens verè vocandus Emmanuel, ex eo potissimum apparet, quòd Esaias ibidem ponit, dicens, ויאמר יהוה אלי קח לך גליון גדול וכתוב עליו בחרט אנוש למהר שלל חש בז Hoc est: Et dixit Deus ad me, Sume tibi volumen magnum, & scribe in eo stylo hominis, Expedito, spoliatori, festino, prædatori. Quæ sic à R. Salomone exponuntur, Sume tibi volumen magnum, id est, rotulum chartæ, vel tabulam scribendi. Et scribe in eo stylo hominis, id est, tali scriptura, talique modo vt eam percurrere possit omnis homo, quicunque eam legerit, quamuis non sit sapiens. Sic autem transtulit hoc Ionathan, Scribe מפורש *mephorasch*, id est, expositè. Et cur dixit, Magnum, cùm non mandauerit in eo scribi nisi quatuor hæc nomina? Sunt aliqui, qui exponunt, subsistantiam scripturæ esse quatuor ista: multò verò plura fuisse in eo volumine scripta. Hæc R. Salomo. Rabbi autem Khimchi maiori cum expositione dicit hæc eadem in dictione חרט *Hhaet*. Multò igitur plura, quàm quatuor hæc verba in volumine illo scripta fuerunt de puero hoc Emmanuel vocando, vt R. Salomo ait; Hæc autem quatuor sunt quasi sequentium tituli, videlicet, Expedito, Spoliatori, Festino, Prædatori: quæ optimè Messiæ conueniunt. Ipse enim futurus erat expeditus spoliator inferni, atque festinus prædator. Alia autem plura quæ in eodem volumine de illo Esaias scripsit, quædam ad eius diuinitatem, quædam ad ipsius humanitatem simul & diuinitatem spectant. Vt ex iis palàm innueretur,

ipsum meritò Emmanuel vocandum fuisse. Scripsit namque ibi de eo id quod mox ibidem post pauca sequitur, את יהוה צבאות אותו תקדישו Id est, Deum (tetragrammaton) exercituum ipsum sanctificate: cum reliquis: quod de Messia dictum fuisse suprà per Talmud probanimus. Ex quo euidentissimè sequitur, & Messiam Deum esse, & puerum hunc esse Messiam. Scripsit quoque in prædicto magno volumine illud quod statim post hæc ita sequitur ילד ילד לנו בן נתן לנו Hoc est, Infans natus est nobis, filius datus est nobis: cum cæteris: quod similiter de Messia Deo & homine dictum fuisse, alibi latiùs per eorum scripturas ostendemus. Clarum est igitur tam per hæc, quàm per alia quæ de eodem puero Emmanuel vocando, in eodem volumine ab Esaia diuino iussu scripta sunt, neminem nisi solum Messiam qui de virgine Deus homo nasciturus erat, Emmanuel vocandum fuisse: cùm Emmanuel (vt dictum est) nobiscum Deus, id est, Deus & homo interpretetur.

## CAPVT XIX.

*De quibusdam Messiæ nominibus ab effectu illis impositis, ex quibus eius diuinitas aperte ostenditur.*

### CAPNIO.

QVVM alia plura Messiæ nomina præter Emmanuel, apud Esaiam eisdem in locis per te nunc inductis inueniantur, per quæ eius diuinitas manifestè ostenditur, idcirco si de Emmanuel tot dixisti, de ipsis quoque aliquid te dicere par est. GAL. Ne igitur ea prætermittam primò Esaiam ipsum inducam sic 9. cap. dicentem, ולד ילד לנו בן נתן לנו ותהי המשרה על שכמו ויקרא שמו פלא יועץ אל גבור אביעד שר שלום: למרבה המשרה ולשלום אין קץ Hoc est, Infans natus est nobis, filius datus est nobis. Et erit principatus super humerum eius. Et vocabitur nomen eius, Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis, Pater sempiternus, vel, Pater sempiternitatis, Princeps, Pax, ad multiplicandum principatum. Et pacis non erit finis. Cùm hæc nomina nulli alij nisi Deo competere possint, ex ipsis Messiam Deum esse, necessariò consequens est. CAP. Rabbi Selomo nomina hæc non de Messia, sed de Rege Ezechia exponit. Sic enim ait, Et vocauit nomen eius, scilicet, Ezechiæ Deus sanctus & benedictus, qui est admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater sempiternus, principem, pacem. GAL. Apud Iudæos & Chaldæos atque Arabes non est (vt ipse nosti) cafuum diuersitas, cùm apud eos omnia nomina sint indeclinabilia, etsi singulare & plurale habeant: ideo R. ipse Selomo quem alij Iudæorum iuniores ferè omnes sequuntur, vt nostræ fidei huiusce prophetiæ testimonium subtraheret, nomina hæc contra omnium veterum expositiones, de Ezechia Rege conatus est exponere, faciens sex prima eorum nominum nominatiui casus, quæ Deo attribuit; duo verò vltima accusatiui, quæ Ezechiæ imponit. Nos autem nihil in verbis Prophetæ addentes, nihilque ibi mutantes, vt ipse facit; qui vt sensum Prophetiæ peruertat, multa ibi addit, multaque mutat, infantem hunc nobis natum, ac nobis datum, secundùm priscorum Talmudistarum glossas, Messiam esse dicimus: qui secundùm humanitatem ex Maria virgine nobis nasciturus erat, & secundùm diuinitatem nobis à Patre æterno dandus: cuiusque nomen Spiritus sanctus ille, de quo ait Dauid 2. Regum vigesimo tertio capite, Spiritus Dei locutus est in me; per Esaiam vocauit Admirabilem, Consiliarium, Deum, Fortem, Patrem sempiternum, Principem, Pacem. Hoc autem veterum Talmudistarum autoritate optimè fulcitur, per quos & ipsius Rabbi Selomonis fraudulentia vehementer explodituR. Nam in איכה רבתי *Echa rabbathi*, id est, in expositione super planctum Ieremiæ, dicitur vnum de Messiæ nominibus esse Pacem. Sic enim ibi Rabbi Ioses Galilæus dicit, Nomen quoque Messiæ vocatum est שלום *Salom*, id est, Pax, sicut dictum est Esaiæ nono capite, Pater sempiternus, Princeps, Pax. Hæc traditio. Ex qua manifestè habetur, quòd non solum duo vltima nomina, quæ in prædicta Prophetia ponuntur, Princeps scilicet, & Pax, quæ Rabbi Selomo Ezechiæ tribuit, verum etiam Pater sempiternus, & alia quoque omnia, quæ ipse Deo attribuit, de Messia dicta intelliguntur. In *Bereshith* quoque *rabba*, super illud Gen. Et dixit Pharao ad Ioseph, sic dicitur, Scriptum est Sephoniæ tertio capite, Quoniam tunc conuertam ad populos labium electum, vel mundatum, vt inuocent omnes nomen Domini, & colant eum humero vno: Non est autem nomen Domini hic, nisi Rex Messias: sicut dictum est Esaiæ 30. cap. Ecce nomen Domini veniet de longinquo. Et cur dictum est, Et colant eum humero vno? Ideo certe, quia erit principatus super humerum eius. Hactenus traditio. Ex qua manifestè ostenditur, antedicta Esaiæ verba de Messia, & non de Ezechia dicta fuisse. Id idem quoque per Chaldaicam expositionem liquidò patet. Sic enim eadem verba Rabbi Ionathas Vzielis filius Chaldaicè transtulit atque exposuit, אמר נביא לבית דוד ארי רבי יאתיליד לנא בר אתייהיב לנא וקבל אוריתא עלוהי למטרא ואתקרי שמיה מן קדם מפליא עצה אלהא גבורא קיים לעלמין משיחא דשלמא יסגא עלנא ביומו הי Hoc est, Dixit Prophetа domui Dauid, Quia infans est nobis, filius datus est nobis, & recipiet super se legem, ad seruandum eam. Et vocabitur nomen eius מן קדם *Min kodam*, i. ex parte, vel de ante, Mirabilis consilio, Deus, fortis, permanens in secula seculorum Messias. In cuius diebus pax multiplicabitur super nos. Hucusq; Targum. CAP. Cum dicit hæc Targum, Et vocabitur nomen eius ex parte, vel de ante, ex cuius parte, vel ante quid, nomen Messiæ vocandum erat? GAL. Diximus iam, quòd ex parte Spiritus sancti, qui per hunc Prophetam, sicuti & per alios, loquebatur, vocatum est Messiæ nomen, & quòd etiam antequam nasceretur, vocatum sit: iuxta illud Psalmi Ante solem ינין *innon*, fuit nomen eius. Ex his igitur patet, nomina ipsa quæ in præmissa Esaiæ prophetia ponuntur, nonnisi de Messia intelligi posse: qui futurus erat Mirabilis in natiuitate, Consiliarius in legis Euangelicæ latione, Deus in miraculorum operatione, Fortis in passionis tolerantione, Pater in redemptionis dilectione, Sempiternus in resurrectione, Princeps in ascensione, Pax in Spiritus sancti missione. CAP. Cùm tam iusta, quàm alia Messiæ nomina quæ ante idem Propheta præmiserat, ab effectu ipsi Messiæ impolita fuerint, dic obsecro, à quo effectu huiusmodi nomina impolita dicantur. GAL. Ab effectu vtique saluationis, quam humano generi allaturus erat: vti Rabbenu Haccados quem Iudæi magistrum nostrum sanctum nuncupant, in libro quem גלי רזיא *Gale razaia*, id est, reuelatorem arcanorum denominauit, optimè declarat: cuius ego ne plura dicam, verba referam. Sic enim de Messiæ nominibus loquens, ait, Quia Messias Deus & homo futurus est, vocatum est nomen eius Emmanuel, quod interpretatur, Nobiscum Deus, in corpore scilicet & carne nostra. Quemadmodum Iob testatur 19. cap. dicens, Et ex carne mea videbo Deum. Item quia Deus est, Mirabilis consiliarius dicitur. Excogitauit enim mirabile consilium saluandi omnes animas, quæ propter Adæ peccatum condemnatæ sunt, nec possunt vllo pacto saluari, nisi Rex Messias mortem acerbissimam, multaque tormenta subeat. Idcirco dictus est & גבר *Gnever*, id est, vir. Et quia ipsius est omnis fortitudo, Deus fortis vocatur. Item quia ipse est æternus, Pater sempiternus dicitur. Item quia in diebus eius pax multiplicabitur, Princeps ac Pax appellatur. Item quia ipse festinabit, vt auferat animarum spolia, quæ in inferno torquentur, vocatur Expeditus, spoliator, festinus, prædator. Quia autem eos saluabit, & ad Paradisum adducet, vocatur Iesus, quod idem est quod saluator. Hæc ille.

*Falsa expositio.*

*Confutatio.*

## CAPVT XX.

*Quod proprium Messiæ nomen debebat esse Iesus. Et de huius nominis excellentia.*

### CAPNIO.

INTER cætera quæ maximè abste audire cupio, est huius sanctissimi nominis Iesus excellentia. Cùm enim illud pronuncio, totum os meum mira quadam suauitate repletur. Quamobrem ad maiorem Iudæorum nostri seculi confusionem, qui Iesum ipsum blasphemare non horrent, aliquid de huius gloriosissimi nominis sublimitate retegas, obsecro: & præsertim an hoc nomen sit inter alia omnia Messiæ nomina, magis ei proprium, magisque sibi conueniat. GAL. Quoniam Messias & perfectus Deus, & perfectus homo futurus erat, idcirco Prophetæ ad insinuandam vtriusque naturæ ipsius veritatem, eum quandoque Deum, nomine tetragrammato, siue alio diuino nomine; quandoque hominem, seu aliis nominibus humanam naturam designantibus, appellant. Sed quia salus humani generis nonnisi per Deum humanitati hypostaticè vnitum, fieri debebat, ideo hoc nomen IESVS quod Saluator interpretatur, inter cætera nomina ipsi Messiæ attributa, est illi magis proprium, magisque conueniens: cùm non solum vtramque naturam, diuinam scilicet & humanam, quæ in Messia ipso hypostaticè vniendæ erant, importet, verùm ipsam quoque humani generis salutem, quam ipse operaturus erat, apertissimè insinuet. Quod quidem nomen ab æterno per æternam prædestinationem à Patre æterno illi impositum fuit, & postmodum ab eodem Prophetis reuelatum. Vnde Habacuc quasi Deo gratias agens ita cap. 3. dicebat, ואני ביהוה אעלוזה אגילה באלהי ישעי Hoc est, Ego autem in Deo gaudebo, exultabo in Deo Iesu meo. Esras autem in 3. tertij libri capite in persona Dei Patris loquens, sic ait, יגלה בני ישוע עם אותם Id est, Reuelabitur Filius meus Iesus, cum iis qui cum eo lætabuntur. Et rursus ibidem sic etiam inquit, ימות בני ישוע וישוב אלי העולם Hoc est, Morietur Filius meus Iesus, & conuertetur ad me seculum. Rabbenu etiam Haccados in libro גלי רזיא *Gale razaia*, Antoninum Consulem alloquens, hæc de ipso nomine inter cætera dicit, Quia Messias homines saluabit, vocabitur ישוע *Iesuah*. Gentes autem alterius nationis, quæ fidem eius sectabuntur, vocabunt eum Iesum. Et propterea inuenies hoc nomen Iesus, designatum in textu Genes. 49. capit. Non recedet sceptrum de Iuda, in primis literis horum verborum יבא שילה ולו *Iauo filo velo*. Si enim acceperis primas literas harum dictionum, ישו *Iesu* eædem literæ conficient. Hæc Rabbenus ille, quem Iudæi Magistrum nostrum sanctum vocant. Quia igitur Gentiles quoque qui in eum crediturI erant, per ipsum saluari debebant, idcirco nomen hoc non solùm Prophetis & priscis Iudæorum, sed ad clariorem veritatis expressionem, quibusdam etiam ex Gentilibus reuelatum fuit. Nam Sibylla Erythræa (vt alias taceam) quædam de fine mundi carmina fecit, ex quorum primis literis, si ritè legantur, huiusmodi versus resultant, Ἰησοῦς Χριστὸς Θεοῦ υἱός, σωτὴρ, σταυρός: Id est, Iesus Christus Dei filius, Saluator, Crux. CAP. Quoniam & aliis quoque nominibus Messiam vocandum Prophetæ prædixerunt, eam ob rem recentiores Iudæorum penitus negant, quòd proprium Messiæ nomen Iesus esse debuerit. GAL. Id certè minimè negare possunt: tum quia (vt ostendimus) non solum Prophetæ, sed eorum quoque veteres doctores hoc asserunt: tum etiam, quia ratione quoque probatur. Si enim non nisi per Messiam humanum genus saluandum fuerat, nomenque Iesus, Saluator interpretatur, consequens planè est, nemini alij proprie nisi Messiæ hoc nomen conuenire posse. Quare eos concedere necesse est, hoc solum esse debuisse proprium ipsius Messiæ nomen. Alia autem nomina quibus etiam ab ipsis Prophetis appellatus est, ab ipsius saluationis (vt diximus) sumuntur effectu, cum solum aut principium, aut medium, aut finem nostræ saluationis concernant. Sed hoc nomen Iesus totum nostræ salutis processum, principium scil. medium, ac finem sufficienter continet.

Quare & cætera omnia nomina in se includit. Ideo magis hoc nomine quàm alio aliquo Messias nominari debuit. CAP. Hoc igitur nomen illud mihi esse videtur, de quo Esaias capite 61. loquitur, dicens, ויקרא לך שם חדש אשר פי יהוה יקבנו Id est, Et vocabitur tibi nomen nouum, quod os Dei nominabit. Cur igitur nouum illud fore dixit? GAL. Quia nemini illud ante Messiam imponendum erat. Nullus enim vnquam extitisse in sacris literis legitur, qui hoc nomine vocatus fuerit. Quod ideo potissimùm factum fuit vt inde palàm ostenderetur, nemini illud, nisi Messiæ vero Saluatori rectè atque propriè competere potuisse. HOG. Imò tres alios in sacra scriptura hoc nomine appellatos fuisse legimus. GAL. Quinam sunt obsecro? HOG. Iesus Naue, Iesus Sirach, & Iesus Iosedec: quos Doctores nostri figuram veri Iesu extitisse aiunt. Quemadmodum enim Iesus Naue vir fortissimus, hostibus deuictis, filios Israel in terram promissionis introduxit, & Iesus Sirach doctor sapientissimus, suis (vt legitur) temporibus sapientiam renouauit, ac Iesus Iosedec sacerdos sanctissimus, templum Domino ædificauit; ita Christus verus Iesus sua quidem fortitudine hostibus humani generis superatis, fideles suos ad patriam cœlestem introduxit: sua verò sapientia ac veridica doctrina mundum illuminauit, ipsum ab erroribus expurgans. Sua autem sanctitate, sacerdos in æternum ipse existens, spiritale templum, hoc est, Ecclesiam fidelium, ex viuis & electis lapidibus construxit. GAL. Figuras quidem veri Iesu eos gessisse concedo, sed nomine Iesu vocatos fuisse, omnino nego. In hoc enim (vt verum fatear) quàm plurimi ex nostris plurimùm falluntur, putantes eos hoc nomine fuisse nùncupatos. Quod ex Hebraicarum literarum ignorantia prouenisse, certum est. Vnusquisque enim eorum quos hoc nomine Iesu appellatos asserunt, non ישוע *Iesua*, id est, Iesus vocatus est, sed יהושע *Iehoshua*, quod non est idem nomen atque ישוע *Iesua*, id est, Iesus, sed longè aliud ab illo, aliudque significans. Nam ישוע *Iesua*, siue Iesus, idem est quod Saluator, siue salus, seu saluatio: יהושע *Iehoshua* verò, Deus saluabit interpretatur: vt ex ipso nomine clarè patescere t, saluare nullius eorum esse, sed solius Dei: qui humanæ naturæ hypostaticè vnitus, esset humani generis verus ישוע *Iesua* siue Iesus, hoc est saluator. Quare ipsi non ישועתו *Iesuoth* seu Iesus, id est, saluatores vel saluationes appellati sunt, sed יהושע *Iehoshua*, hoc est, Deus saluabit: vt inde palàm innueretur, vnum tantùm venturum fuisse saluatorem, qui Deus & homo futurus esset. Deus quidem, vt saluare posset: Homo verò, vt pro humani generis salute mortem obeundo, diuinæ iustitiæ satisfaceret, quæ ipsum satisfactorem eiusdem generis cum præuaricatore esse requirebat. HOG. Ideo non absrè quidam ex nostris dicunt, hoc nomen Iesus aliud non esse, quàm ipsum nomen Dei tetragrammaton. Nam principales ipsius nominis (tetragrammaton) literas (vt absque optimè declaratum est) tres esse constat: videlicet, *ioh, he, vau*: cum quarta non sit nisi secunda, quæ bis in eodem nomine ponitur, secundo scilicet & quarto loco. Quæ quidem tres literæ his nostris correspondere videntur, i, h, v. Hæ autem simul iunctæ, hoc modo Ihu, hoc benedictum nomen efficiunt. Titulus autem superponitur, vt crux per quam saluati fumus, designetur. Ex quo manifestum est hoc nomen Iesus aliud non esse quàm nomen Dei tetragrammaton. GAL. Id profectò pulchrum esset, si in omni lingua verificari posset. Tres enim istæ nominis Dei (tetragrammaton) literæ, nonnisi cum nomine Iesus Latinis literis sic scripto, hanc habere videntur conformitatem. Nam Hebraicis quidem literis sic scribitur ישוע Græcis autem sic Iesvs. Ex quibus omnibus præter primam, nulla alia ponitur litera earum ex quibus nomen Dei tetragrammaton conficitur. Quare cùm hæc literarum similitudo in lingua Hebraica (vt de aliis taceam) non seruetur, in qua potissimùm seruari deberet, cùm vtrumque nomen Hebraicum sit, minimè dicendum videtur hoc nomen Iesus, nomen Dei tetragrammaton omnino esse. Nam etsi Christus nomine Dei (tetragrammaton) propriè ac directè tanquam verus Deus (vt suprà ostendimus) vocandus sit, nomen tamen illud cùm secundùm diuinam naturam duntaxat ei conueniat, hoc autem nomen Iesus secundùm vtranque naturam & diuinam & humanam illi competat, consequens proculdubio est, hoc non esse illud, nec idem vtriusque significatum, vt in præcedentibus satis (vt arbitror) abundè patuit. Multa præterea huius sanctissimi nominis Iesus referanda essent arcana, quæ alio loco opportuniùs dicenda seruantur. Nunc autem satis sit, vt quantum ad propositum nostrum spectat, aliquid de iis Messiæ nominibus dicamus, quæ de ipso in sacra pagina metaphoricè, aut antonomasticè dicuntur.

## CAPVT XXI.

*Quod Messias dictus est Petra, siue Lapis, multiplici ratione.*

### CAPNIO.

QVAMOBREM igitur Messias dictus est Lapis? GAL. Non absre quidem. Audi quæso quid de hac re scriptum sit in *Bereschith rabba*, id est, in commentariis libri Geneseos super illud 28. capit. dictum, Egressus est Iacob. Sic enim ibi ad verbum legitur. Post quam Rex Messias vindictam fecerit de Esau, ipse fiet Rex magnus. Et hoc est quod scriptum est Dan. 2. cap. Lapis qui percussit statuam, factus est mons magnus, & implenit vniuersam terram. Quòd autem Messias sit lapis angularis, ab Iudæis reprobatus, habetur apud Esaiam cap. 28. sic dicentem, לכן כה אמר ארני יהוה הנני יסד בציון אבן בחן פנת יקרת מוסד מוסר המאמין לא יחיש משפטי משפט. לקו וצדקה למשקלות Hoc est: Propterea sic dicit Dominus Deus, Ecce ego fundaui in Sion lapidem probatum, vel fortem, angularem, preciosum, fundamentum fundamenti. Qui credit, non festinet. Et ponam iudicium ad lineam, vel ad mensuram, & iustitiam ad pondus. Vbi glossa Rabbi Selomonis sic dicit, Fundaui, verbum præteritum est: vnde de præterito exponendum est hic, Ecce ego sum qui fundaui iam in Sion lapidem, id est, iam definitum & decretum est coram me, & constitui Regem Messiam, qui est lapis בחן *bohan*, quod sonat fortitudinem, vel munitionem. Quod autem dicitur fundamentum fundamenti, id est fundamentorum, sic intelligi debet, ac si dicatur fundamentum perfectissimum. Hæc Rabbi Selomo. Ionathan autem hæc ita Chaldaicè transtulit: הא אנא מסנני בציון מלכא משיחא מלכא תקיף וגיבר ואיתתן Id est, Dixit Dominus Deus, Ecce ego constituo in Sion Regem Messiam, Regem potentem, robustum, & fortem. De hoc etiam lapide hæc Psalmographus ait. Psalmo 118. אורך כי עניתני ותהי לי לישועה: אבן מאסו הבונים היתה לראש פנה: מאת יהוה היתה זאת היא נפלאת בעינינו: זה היום עשה יהוה נגילה ונשמחה בו Id est, Confitebor tibi, quoniam exaudisti me, & fuisti mihi in salutem. Lapidem reprobauerunt ædificantes, qui factus est in caput anguli. A Deo fuit hæc res, & ipsa mirabilis in oculis nostris. Hic est ipse dies quem fecit Dominus, exultabimus & lætabimur in eo. Quòd autem hæc de Messia intelligantur, patet per Rabbi Selomonis glossam, super illud Michææ 5. cap. dictum ממך לי יצא לה מושל בישראל Id est, Ex te mihi egredietur, qui sit Dominator in Israel: sic enim ibi ait, זה משיח בן דוד וכן נאמר אבן מאסו הבונים וגו' Id est, Hic est Messias filius Dauid. Sicut dictum est Psal. 118. Lapidem reprobauerunt ædificantes, &c. De hoc etiam lapide apud Zachar. 3. capit. ita legitur, הנני מביא את עבדי צמח כי הנה האבן אשר נתתי לפני יהושע על אבן אחת שבעה עינים הנני מפתח פתחה נאם יהוה צבאות ומשתי את עון הארץ ההיא ביום אחד Hoc est, Ecce ego adduco seruum meum Germen. Quia ecce lapis quem dedi coram Iehosua. Super lapidem vnum septem oculi. Ecce ego aperiam aperturam, dixit Deus exercituum, & auferam peccatum ipsius terræ in die vna. Quæ Rabbi Ionathan hoc modo in Chaldæum vertit אנא מייתי ית עבדי משיחא ויתגלי ארי הא אבנא די הבית קדם יהושע על אבנא חדא שבעא חיזין להא אנא גלי חזייתהא אמר יהוה צבאות ואעדי ית חוב ארעא ההיא ביומא חד Id est, Ecce adducam seruum meum Messiam, & reuelabitur. Ecce lapis quem dedi coram Iehosua, super lapidem vnum septem visiones sunt. Ecce ego reuelabo visiones eius: dixit Deus exercituum: & auferam culpam terræ ipsius in vna die. De lapide quoque hoc in *Bereschith Rabba*, id est, in commentariis libri Geneseos, super illud vigesimo octauo capite eiusdem libri dictum, Et exiit Iacob de Berseba; sic ait R. Moses Hadarsan, Hoc est quod scriptum est Psal. 121. Leuabo oculos meos ad montes, vnde veniet auxilium meum. Et sic Zach. dicit 4. cap. Quis tu mons magne coram Zorobabel? Mons magnus iste est Messias: de quo Esaias inquit 11. cap. Iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate mansuetos, vel humiles, vel pauperes terræ: & educet lapidem capitalem. Hic est lapis Iacobi: ficut dictum eft Gen. 28. cap. Et accepit lapidem quem posuerat capitalia sua, vel pro capitalibus suis. Ex omnibus his quæ dicta sunt, apertè liquet, Messiam non absre dici lapidem, se ipsum de monte absque manibus abscindentem, vt habetur Dan. 2. cap. Et lapidem ad offensionem & scandalum deuiantium Iudæorum, sanctificationemque electorum, vt dicitur apud Esaiam cap. 8. Nec non lapidem angularem & capitalem ab Iudæis reprobatum: vt nunc probauimus. Quapropter Petrus ille Apostolorum princeps de lapide isto hæc non immeritò in primæ epistolæ 2. cap. dicit, Ad quem accedentes lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum & honorificatum, & ipsi tanquam lapides viui superædificamini in domum spiritualem, in sacerdotium sanctum, offerentes spirituales hostias, acceptabiles Deo, per Iesum Christum. Propter quod continet scriptura, Ecce pono in Sion lapidem summum, angularem, probatum, electum, preciosum, & qui crediderit in eum, non confundetur.



## CAPVT XXII.

*Quod Messias dictus est Tener, ad infinuandam immensam eius pietatem.*

### CAPNIO.

RESPERIO Messiam quandoque רך *Rach*, id est, Tenerum in sacris literis dici, vt est illud Salomonis Prouerb. 4. capite dictum, כן הייתי לאבי רך ויחיד לבני אמי Hoc est, Filius fui patri meo, tener & solus, vel vnicus filius vel filiorum matris meæ: quæ quomodo intelligenda sint, in quinto cap. superiori libri, satis abundè differuisti. Nunc igitur dicas, quamobrem tener appellatus sit. GAL. Potissimùm ob immensam pietatis suæ teneritudinem. Quod ex eo maximè patet, quod apud Ezech. 17. cap. ita dicitur, כה אמר אדני יהוה ולקחתי אני ממצרת הארז הרמה ונתתי מראש יונקותיו רך אקטום ושתלתי אני על הר גבוה ותלול Id est, Sic ait Dominus Deus: Et assumam ego de summitate cedri sublimis, & dabo de capite virgultorum eius. Tenerum carpam, & plantabo eum ego super montem altum, & prominentem: Vbi glossa R. Selomonis sic dicit, Et assumam ego summitatem cedri, Regem. f. Messiam. Tenerum carpam. Non enim est via ad miserendum nisi per tenerum, qui est crescens & conglutinans atque constrictus. Hæc R. Selomo. In quibus euidentissimè tangitur diuinæ pietatis teneritudo, & in trunco humanitatis clementissimæ diuinitatis insertio, ac fructuosa plantatio. Quas ob res verba illa R. Ionathas ita Chaldaicè transtulit, ואקריב אנא ממלכותא רבית רמתיל בארזא רמא ואקיסינת Hoc est, Et applicabo ego de Regno domus Dauid, quod assimilatum est cedro excellæ, & erigam illud. Denique sequitur in eadem prophetia, וחית לארז אדיר ושכנו תחתיו כל צפור כנף Et erit in cedrum inclytam, & habitabit sub ea omnis passer, & omne alatum sub vmbra ramorũ eius comorabitur. Quæ Ionathas ipse ita Chaldaicè traduxit, atq; expoluit, Et erit in Regẽ robustũ, & reçubent super eũ omnes iusti, & omnes hu-

miles in vmbra Regni eius requieſcent. Ex quibus ſatis patet, Meſſiam ob ſuæ pietatis atque clementiæ immenſam teneritudinem haud ineptè tenerum nuncupari.

## Cap. XXIII.

*Quod Meſsias antonomaſticè atque per excellentiam iuſtus appelletur.*

### CAPNIO.

IVstvm quoque Meſſiam dici tam apud Prophetas, quàm apud Talmudiſtas ſæpenumero legi. Et licèt ipſum antonomaſticè atque per excellentiam ſic denominari non ignorem, ad maiorem tamen huius veritatis expreſſionem, vellem aliquid abs te hac de re audire. Gal. Meſſiam antonomaſticè & per excellentiam צדיק *ſſadic*, id eſt, iuſtum dici, non opus eſt verbis multis probare, cùm id tam Sacræ ſcripturæ, quàm ipſius Talmud innumeris locis pateat. Vt tamen petitioni tuæ ſatisfaciam, qui me de hoc aliquid dicere hortaris, ne illud ſilentio omnino præteriiſſe videamur, pauca duntaxat hac de re dicam. Et primùm Zachariam adducam, ſic 9. c. dicentem, גילי מאד בת ציון הריעי בת ירוּ שלם הנה מלכך יבוֹ לך צדיק ונושע הוא עני ורכב על חמיר ועל עיר בן אתונות Hoc eſt, Exulta valdè filia Sion, iubila filia Ieruſalem. Ecce Rex tuus veniet tibi iuſtus & ſaluator ipſe, pauper & aſcendens ſuper aſinam, & ſuper pullum filium aſinarum. Per quam quidem prophetiam non ſolùm Meſſias antonomaſticè & per excellentiam Iuſtus denominatur, verùm ipſius quoque & diuinitas & humanitas aperte exprimitur. Et diuinitas quidem in ea eius particula, quæ ait, Iuſtus & ſaluator ipſe. Hæc enim Hebraica dictio הוא *hu*, quæ Latinè idem eſt quod Ipſe, apud Hebræos diuinum eſt nomen, & Deum proprie ſignificat. Quod apud Eſa. 42. cap. liquidò patet, dum ipſemet Deus ait, אני יהוה הוא שמי id eſt, Ego Deus, Ipſe eſt nomen meum. Cum igitur Zach. dixit, Veniet tibi iuſtus & ſaluator ipſe, quid aliud exprimere voluit, quàm id quod Eſa. clarè expreſſit 35. cap. dicens, אלהים הוא יבא ויושיענם Hoc eſt, Deus ipſe veniet & ſaluabit vos. Saluator enim proprie ſolius Dei eſt. Cætera autem quæ in eadem Zachariæ prophetia ſubiiciuntur, Meſſiæ humanitatem explicant, ſecundùm quam & pauper futurus erat, & tandem imminente eius paſſione, ſedens ſuper aſinam & ſuper pullum eius, Ieroſolymam gratia ſaluandi humani generis, petiturus fuerat. Ex quo maximè falſa Iudæorum reſcilitur opinio, qui Meſſiam in toto mundo temporaliter regnaturum putant. Nam cùm temporale mundi regnum & paupertas minimè conueniant, nec ſimul eſſe poſſint, neceſſariò concedendum eſt, ipſius Meſſiæ Regnum iuxta huius Prophetæ vaticinium, non temporale, ſed ſpirituale futurum fuiſſe. Quare ipſe dixit, Regnum meum non eſt de hoc mundo. Cap. Recentiores Iudæorum cum ſint obſtinatiſſimi, vt Meſſiæ diuinitatem per Prophetam hunc expreſſam negare valeant, aiunt in textu Hebraico ſcriptum eſſe, נושע *noſa*, quod ſaluatus, & non, ſaluator interpretatur: quod nequaquam Deo conuenire poteſt. Nam etſi Dei proprium ſit ſaluare, ſaluari tamen ei liaudquaquam competere poteſt. Vnde concludunt, quòd cùm Meſſias in hac prophetia ſaluatus & non ſaluator dicatur, ipſum Deum eſſe, minimè ex ea inferre poſſumus. Ideoque Prophetam hunc Meſſiam iuſtum & ſaluatum dixiſſe, dicunt, quia Meſſias ipſe ſuam ob iuſtitiam de gladio Gog & Magog ſaluandus eſt. Gal. Eis hoc in loco aliud quàm quod veteres Talmudiſtæ dicunt, non reſpondebimus. Quare R. Berachię verba adducam, quæ R. Menahem Rakenad refert ſuper Geneſ. 3. cap. ita dicens, Salus Iſrael eſt ſalus Dei ſancti & benedicti: vt dixit R. Berachias ſacerdos. Quia ſcriptum eſt Zach. 9. cap. Iuſtus & ſaluatus, & non iuſtus ſaluator ipſe. Vbi ſenex iſte ſacerdos oſtendere conatur quòd Deus ſaluando Iſrael id eſt, fideles, ſaluatus dicatur, ex eo quod Propheta iſte, Iuſtus & Saluatus, dicat. Per Iuſtum namque (vt eius verba planè ſonant) Deum intelligit. Et ratio ſuper quam eius dictum fundari videtur, eſt, Quia quemadmodum operis perfectio in operantem redundare ſolet, ſic humani generis ſaluatio in Deum quodammodo reſultat. Ideirco igitur Prophetæ iuxta huius boni Talmudiſtę expoſitionem, Meſſiam ſaluatum dixit, quia cùm ipſe tanquam Deus humanum genus ſaluaturus eſſet, ipſius humani generis ſaluatio in eum, tanquam in ſalutis autorem redundatura erat. Quamobrem non ineptè hoc in loco 70. interpretes ſenſum magis quàm verba ſecuti, *σώζων καὶ σωθεὶς*, tranſtulerunt: quos autor noſtræ editionis imitatus, Iuſtus & Saluator, rectè traduxit. Per illud quoque probatur, Meſsiam antonomaſticè & per excellentiam, Iuſtum nuncupari, quod in libro יומא *Ioma* in cap. אמר להם *Amar lahem*, hoc modo legitur; Dixit R. Eliezer, Etiam propter iuſtum vnum creatus eſt mundus. Sicut dictum eſt Gen. 1. cap. Et vidit Deus lucem, quòd eſſet bonum. Non eſt autem bonum, niſi צדיק *ſſadic* id eſt, iuſtus, hoc eſt, Meſsias. Sicut dictum eſt Eſa. 3. cap. אמרו צדיק כי טוב id eſt, Dicite iuſtum, quia bonus eſt. Quòd autem propter Meſsiam creatus ſit mundus, in libr. etiam *Sanhedrin* in cap. *Helec* habetur, vbi legitur R. Iohanan ſic dixiſſe, Non eſt creatus mundus niſi propter Meſsiam. Neque etiam hoc in loco quod in libro חגיגה *Iaghog* in cap. אין דורשין *Dorſin* dicitur, omittendum eſt. Ibi enim ſic ad literam legitur; Traditio eſt, RabbiIoſen diuiſſe, Veh creaturis quæ vident, & ignorant quod vident: quæ ſtant, & neſciunt ſuper quo ſtant. Terra enim ſuper quo ſtat? Super columnis: ſicut dictum eſt Iob 9. cap. Qui concutit terram, vel contremiſcere facit de loco eius, & columnæ eius concutientur. Dixerunt ſapientes, quòd ſuper 12. columnis ſtat terra. Sicut dictum eſt Deuteron. 32. cap. Cùm hæreditaret Altiſſimus gentes, cùm ſepararet filios Adam, conſtituit terminos populorum, id eſt, gentium, iuxta numerum filiorum Iſrael. Rabbi verò Eliezer dixit ſuper vnam columnam ſtare terram, & צדיק *ſſadic*, id eſt, Iuſtus eſt nomen eius. Hactenus traditio. In qua valdè notanda eſt priſcorum ſapientum Iudæorum ſententia,

*Natalis*

*Hu, nomen diuinum.*

*Obiectio Iudæorum.*



tentia, dicentium terram ſuper 12. ſtare columnas, quam Rabbi Eliezer dixit ſuper vnam ſtare columnam, cuius Iuſtus eſt nomen, & quòd Iuſtus ille mundi eſſet fundamentum. Hæc certè fidei noſtræ plurimùm conſentanea ſunt: cùm hæduodecim columnæ, duodecim fuerint Apoſtoli. Columna quoque vna quæ terram ſuſtinet, cuiuſque nomen Iuſtus eſt, qui & mundi fundamentum eſt non ſit niſi Meſsias, qui & Iuſtus antonomaſticè dicitur, vt nunc probatum eſt, & fundamentum fundamenti, id eſt fundamentorum, vt ait Eſaias 28. cap. Quibus ex omnibus liquidò conſtat, Meſsiam à patribus antiquis Iuſtum antonomaſticè & per excellentiam appellatum fuiſſe.

## Caput XXIV.

*Quòd Meſsias, Vir pugna nuncupatus eſt (ſicut & Deus eo nomine vocatus eſt) ob victoriam quam contra diabolum obtenturus erat.*

### CAPNIO.

INter cætera nomina quæ de Meſsia aut antonomaſticè aut metaphoricè dicuntur, nullum ita expreſsè eius diuinitatem inſinuat, ſicut nomen hoc Vir pugnæ, quod propriè ſoli Deo congruat. Quare de ipſo quoque aliquid te dicere oportet. Gal. Primùm itaque probandum eſt, quòd nomen hoc Vir pugnæ, propriè ſoli Deo congruat. Deinde verò Meſsiam Virum pugnæ propriè dici, & per conſequens ipſum Deum eſſe, oſtendendum eſt. Pro primo igitur illud quod in libro qui מכילתא *Mechiltha* dicitur, ſcriptum eſt, adduco. Ibi enim ſuper illud Exod. 15. יהוה איש מלחמה יהוה שמו Hoc eſt, Deus vir pugnæ, יהוה id eſt, Deus (tetragrammaton) nomen eius, ſic inter cætera legitur, Quomodo poteſt hoc dici? Nonne enim ſcriptum eſt Ierem. 23. Numquid non cœlos & terram ego impleo, ait Dominus? Quid igitur docet dicendum, cùm ait, Dominus Vir pugnæ? Sed hoc ideo dictum eſt, Quia dixit Deus ſanctus & benedictus, Propter reatum veſtrum, & propter ſanctificationem veſtram, ſanctificabo vel præparabo nomen meum in vobis. Sequitur יהוה id eſt, Deus (tetragrammaton) nomẽ eius. In nomine enim ſuo ipſe pugnat, & non eſt id conueniens alicui alteri: מסרותיו *mamiddothau* id eſt, de proprietatibus eius. Et hanc ob rem dixit Dauid 1. Reg. 17. cap. Tu venis ad me cum lancea, & gladio, & clypeo, ego autem venio in nomine Dei, vel cùm nomine Dei exercituum. Hæc omnia traditio. Ex quibus tria digniſſima colliguntur. Primum quidem eſt, quòd Deus ſic erat nomen ſuum in Iudæis ſanctificaturus, vel præparaturus, vt non modò vir, ſed vir quoque pugnæ ipſe foret. Secundùm verò eſt, quod Deus propterea hoc facturus erat, vt eos a reatu vel peccato eorum ſanctificaret, ſiue mundaret. Tertium autem eſt, quòd Deum virum pugnæ fieri, nulli de proprietatibus Dei, ſed ſoli proprietati nominis eius conueniat. Quartum poſtremò ſit Iudæis infidelibus talia credere: cùm enim Deus cœlum & terram impleat, vt per Ieremiam hic probatum eſt, imò quod maius eſt, cùm, teſte Selomone, cœli & cœli cœlorum ipſum capere nequeant, vt 2. Paral. 2. dicitur, quomodo credibile eſſet, niſi Deus dixiſſet, Deum ipſum Virum fieri poſſe? Sed nimis profectò ſtultus ac impius eſt, qui ea quæ Deus ipſe aſtruit, impoſſibilia ſuſpicatur, vel in eis autorem alium quærit. Ex his igitur quæ in hac traditione dicta ſunt, concluditur, quòd nomen hoc Vir pugnæ, ſoli Deo ratione proprietatis nominis eius (tetragrammaton) conueniat. Reliquum nunc eſt, vt Meſsiam Virum pugnæ eſſe oſtendamus. Quare admodum notanda ſunt ea quæ R. Iohanan in c. *Helec* dixit ſuper illud Zach. 1. cap. dictum, ראיתי הלילה והנה איש רכב על סוס ועמד בין ההדסים אשר במצלה ואחריו סוסים אדמים שרקים ולבנים: Hoc eſt. Vidi nocte, & ecce vir equitans ſuper equum rufum, vel ſanguineum: & ſtans erat inter myrtos, quæ erant in conualle: & poſt eum equi rubri, varij, & albi: ibi ergo ſic idem R. dicit, Vidi, inquit, nocte: Volui enim Deus ſanctus & benedictus conuertere totum mundum in noctem: Et eccè vir equitans ſuper equum rufum: Non eſt vir hic niſi Deus ſanctus & benedictus: Et ſtans erat inter myrtos: Non ſunt myrti, niſi iuſti: ſicut dictum eſt Eſter 2. cap. Et erat nutritius הדסה *hadaſſa*, ipſa eſt Eſter, הדס *Hadas* enim Hebraicè myrtus Latinè dicitur: Hactenus traditio. Ad cuius intellectum notandum eſt, quod in *Midras tehilim* ſuper Pſalm. 20. hoc modò legitur, Deus ſanctus & benedictus vocat Meſsiam nomine ſuo. Et quod eſt nomen eius? יהוה id eſt, Deus (tetragrammaton) eſt nomen eius. Cùm igitur in antedicta traditione habita in c. *Helec*, libri *Sanhedrin* dicatur, quòd Deus Vir pugnæ (vt dicitur Exod. 15.) ſit Deus ſanctus & benedictus, equitans ſuper equum rufum, in altera autem præmiſſa traditione quæ habetur in *Midras tehilim* dicatur, quòd Deus vocat Meſsiam nomine ſuo (tetragrammaton) & quòd Deus vir pugnæ eſt ipſe Meſsias, cuius nomen eſt יהוה id eſt, Deus (tetragrammaton) conſequens neceſſe eſt, Meſsiam ipſum eſſe Deum. Nemo enim in hoc glorioſiſſimo nomine (vt in præcedentibus demonſtratum eſt) cum Deo participat. Equus autem rufus, ſuper quem Propheta Deum ſanctum & benedictum equitantem vidit, non eſt niſi Meſsiæ corpus ſuo precioſiſſimo ſanguine rubrefactum in ſuæ paſsionis pugna, qua diabolum victurus erat. Quare non ineptè Vir pugnæ hoc in loco vocatur. Porrò neque incongruè per myrtos hic viros iuſtos ac mulieres iuſtas priſci Talmudiſtæ ſignificari voluerunt: cùm Propheta Deum ipſum ſuper equum rufum equitantem inter myrtos quæ erant in conualle, per quam humilitas deſignatur, ſtare dixit. Quod tunc profectò implorum eſt, cùm, (vt dicitur Iohann. 19. cap.) ſtarent iuxta crucem Ieſu mater eius, & ſoror matris eius, Maria Cleophæ, & Maria Magdalene, necnon & Iohannes Apoſtolus: cui ipſe ſtans in cruce extenſus, matrem ſuam virginem virgini commendauit. Equi denique rubri poſt eum egreſſi, nulli me-

liùs sunt quàm Apostoli cæteriáque martyres, martyrij sanguine rubrefacti. Equi verò varij, qui rectius quàm doctores & prædicatores dicuntur, qui variis doctrinarum documentis, ac virtutibus præditi, modò huc, modò illuc scribendo & docendo, tanquam equi discurrunt? Equi insuper albi non sunt nisi virgines tam viri quàm mulieres, qui niueæ virginitatis candore decorantur. Hi autem omnes non absre per equos designantur, cùm cæteris animalibus equi sint pugnæ aptiores: Et Martyres quidem, mundum, Doctores verò, siue Prædicatores, diabolum; Virgines autem carnem propriam, pugnando vincant. Quo fit, vt hi duntaxat præ cæteris hominum generibus, aureola pro victoriæ præmio in patria donentur.

## Cap. XXIII.

*Quòd Messias non abs re plerumque in sacra pagina vocatus est Dauid.*

### CAPNIO.

MESSIAM multoties Dauid ac Salomonem nuncupatum reperio, quod maximè ad propositum nostrum contra Iudæorum nostri seculi perfidiam facit. Quocirca primò Messiam ipsum Dauidem, deinde Salomonem rectè à Prophetis atque à Talmudistis appellatum fuisse, proba. GAL. Primùm itaque audi quod in libr. *Sanhedrin* in capit. *Helec*, ita ad verbum legitur: Dixit R. Iehuda, Futurum est, vt Deus sanctus & benedictus ipse suscitet, vel statuat Israeli alterum Dauid: sicut dictum est Ierem. 30. cap. ועבדו את יהוה אלהיהם את דוד מלכם אשר אקים להם Hoc est, Et seruient Domino Deo suo, & Dauidi Regi suo, quem suscitabo, vel statuam eis. Non enim dicit Ieremi, sed statuam. Hæc traditio. Item in lib. ברכות *Berachoth* Ierosolymitano in cap. היה קורא *Hecia algor* id est, Erat legens, sic dicitur, Scriptum est Hoscæ 3. cap. אחר ישובו בני ישראל ובקשו את יהוה אלהיהם ואת דוד מלכם ופחדו אל יהוה ואל טובו באחרית הימים Id est, Posthæc conuertentur filij Israel, & quærent Dominum Deum suum, & Dauid Regem suum: & pauebunt ad Deum, & ad bonum eius in fine dierum. Rabbanan, id est, Magistri dixerunt, Iste rex Messias si de viuis est, Dauid est nomen eius: si verò de occisis, Dauid est nomen eius. Hæc traditio. Ex qua satis clarè propositum liquet. Rabbi autem Ionathan antedicta verba Hoscæ hoc modo Chaldaice interpretatus est כתר כן יהודון בני ישראל ויתבעון ית פולחנא דייהוה אלההון וישתמעון למשיחא ברזוד מלכהון Hoc est, Et post hæc conuertentur filij Israel, & quærent cultum Domini Dei sui, & obedient Messiæ filio Dauid Regi suo. In libro demum *Sanhedrin* in cap. *Helec*, ita legitur: Dixit R. Iehuda de domo R. Simon in nomine R. Semuelis, Iste Rex Messias si de viuis est, Dauid est nomen eius; si verò de mortuis est, Dauid est nomen eius. Ex præmissis satis aperte ostenditur, quòd Psal. 89. de Messia loquatur. Quod si de Messia loquitur: quare & de Messia quoque intelligi oportet illud eiusdem Psalm. dictum, cum ait, שמים כרתי ברית לבחירי נשבעתי לדוד עבדי עד עולם אכין זרעך ובניתי לדור ודור כסאך ויודו פלאך יהוה אף אמונתך בקהל קדשים Hoc est, Percussi fœdus electo meo, iurauit Dauid seruo meo, vsque in æternum præparabo semen tuum, & ædificabo in generationem & generationem thronum tuum. Et confitebuntur, vel laudabunt cœli mirabile tuum, Deus (tetragrammaton) etiam fidem tuam in Ecclesia sanctorum. Ex horum verborum concursu manifestè demonstratur, Messiam Deum esse. Nam Deus in hoc loco Dauid alloquitur, quem per ea quæ dicta sunt, constat esse Messiam. Cùm igitur eum nomine quatuor literarum vocet, quod est יהוה, quodque nulli, nisi Deo conuenire potest, palàm absque dubio ostenditur, Messiam ipsum Deum esse, non solùm hominem. Quod ex eo etiam potissimùm patere potest, quòd ea quæ ibi dicuntur, magis Messiæ quàm ipsi Dauid conueniant. In persona siquidem Dei Patris id quod præmissum est, conucnientissimè dicitur: videlicet, Percussi fœdus electo meo: quod de Messia secundùm humanitatem intelligendum est, iuxta illud Esaiæ quadragesimo secundo capite dictum, הן עבדי אתמך בו בחירי רצתה נפשי Id est, Ecce seruus meus, suscipiam eum, Electus meus, in quo habuit complacentiam anima mea, vel persona mea. Quod autem hoc de Messia intelligendum sit, patet per Rabbi Ionathan in Targum sic dicentem, הא עבדי משיחא סקר ביניה Hoc est, Ecce seruus meus Messias, applicabo eum. Deinde sequitur eodem in Psalmo, Iuraui Dauidi seruo meo, id est Messiæ, qui mihi seruiet, oues perditas ad paradisi caulas deducendo. Quòd Messias præterea David dicatur, habetur in איכה רבתי *Echa rabbathi* id est, in expositione super planctum Ieremiæ super illud Threnorum primo capite dictum, Quia elongatus est à me consolator. Ibi enim sic dicitur, Rabbi Iehuda dixit in nomine Rabbi Semuelis, Iste Rex Messias si de viuis est, Dauid est nomen eius: si autem de mortuis, Dauid est nomen eius. Dixit Rabbi Tanhuma, Ego dico ad huius probationem, illud quod scriptum est Psalmo 18. מגדיל ישועות מלכו ועושה חסד למשיחו לדוד ולזרעו עד עולם Id est, Magnificans saluationes Regis sui, & faciens misericordiam Messiæ suo Dauidi, & semini eius in æternum. Hæc traditio. Præterea docet R. Ionathan de isto etiam Dauide, id est, Messia intelligendum esse, illud apud Ierem. 30. cap. dictum, Et seruient Domino Deo suo, & Dauidi Regi suo, quem statuam eis. Hoc enim Ionathan ipse ita Chaldaice traduxit, ויפלחון קדם יהוה אלההון וישתמעון למשיחא בר דוד פליהון דאקים להון Hoc est, Et colent coram Domino Deo suo, & obedient Messiæ filio Dauid Regi suo, quem statuam eis. Ex quo pater, de Messia quoque accipiendum esse illud Ezech. 34. cap. dictum, והושעתי לצאני ולא תהיינה עוד לבז ושפטתי בין שה לשה Id est, Et saluabo oues meas, & non erunt vltra in prædam: & iudicabo inter pecus & pecus. Quod Ionathas ita Chaldaicè expositum, ופרוקת לעמי



לעמי ולא יתספרון עוד לביזה ואידון בין גבר לגבר ואקים עלהון פרנסא חד ויפרנם יתהון יה עבדי דוד הוא יפרנם יתהון והוא יהי להון לפרנם Id est, Et saluabo populum meum, & non diripientur vltra. Et iudicabo inter virum & virum. Et statuam super eos pastorem vnum, & pascet eos seruus meus Dauid. Ipse pascet eos, & ipse erit eis in pastorem. Bene igitur in Psalmo prædicto dicitur, Iuraui Dauid seruo meo. id est, Messiæ. Quid autem ei iurauerit, ostendit, cùm illico subdit, Vsque in æternum aptabo, vel præparabo semen tuum: id est, discipulos tuos, aliosque in te credentes. Discipuli enim ac alij ab aliquo instructi, cius à quo edocti sunt, rectè & filij & semen (vt alibi ostendemus) dicuntur. Sequitur, Et ædificabo in generationem & generationem (Iudaicam scilicet ac Gentilem) thronum tuum, id est fideles tuos סלה *sela*, id est, perpetuò vel semper. Cùm igitur סלה *Sela* Hebraica dictio, quæ ibi ponitur, neque intermissionem, neque terminum habeat, ideoque in sempiternum, vel in secula seculorum, vel semper, vel perpetuò traduci possit: clarum profectò est dictum illud, Et ædificabo in generationem & generationem thronum tuum סלה *sela*, id est perpetuò, neque Dauidi quondam Regi, neque cuiquam de filijs eius conuenire posse, sed soli Domino Iesu vero Messiæ: cuius thronus est populus Christianus, ex duabus generationibus, Iudæorum scilicet & Gentilium virtute diuina constitutus: cùm plures mille & quadringentis annis iam præterierint, ex quo thronus ipsius Dauid, siue regnum Iudæorum penitus destructum est atque deletum. Nec valet hoc Iudaica prauitas inficiari: cum in libro סוטה in cap. עגלה ערופה *Egla arapha* id est, vitula cæsa, hoc modo scriptum sit, Ex quo prima domus destructa fuit, cessauerunt ciuitates refugij, & abscesserunt אורים ותומים *Vrim vethumim* id est, lumina & simplicitates, & ea quibus consulebant Deum, & ablatus est Rex de domo Dauid. CAP. Vellem probares per eorum quoque scripturas, cætera quæ de Messia eodem in Psalm. subnectuntur, magis Domino nostro Iesu Christo, quàm ipsi Dauidi conuenire. GAL. Id certè lucidius patebit, si verba ipsa Psaltis prius adduxerimus, & ea iuxta Hebraicam veritatem traduxerimus. Sic ergo quibusdam interiectis, eodem in Psalmo subiungitur, אז דברת בחזון לחסידיך ותאמר שויתי עזר על גבור הרימותי בחור מעם: מצאתי דוד עבדי בשמן קדשי משחתיו: אשר ידי תכון עמו אף זרועי תאמצנו: לא ישיא אויב בו ובן עולה לא יענו: וכתותי מפניו צריו ומשנאיו אגוף: ואמונתי וחסדי עמו ובשמי תרום קרנו: ושמתי בים ידו ובנהרות ימינו: הוא יקראני אבי אתה אלי וצור ישועתי: אף אני בכור אתננהו עליון למלכי ארץ: לעולם אשמור לו חסדי ובריתי נאמנת לו: ושמתי לעד זרעו וכסאו כימי שמים: אם יעזבו בניו תורתי ובמשפטי לא ילכון: אם חקתי יחללו ומצותי לא ישמרו: ופקדתי בשבט פשעם ובנגעים עונם: וחסדי לא אפיר מעמו ולא אשקר באמונתי: לא אחלל בריתי ומוצא שפתי לא אשנה: אחת נשבעתי בקדשי אם לדוד אכזב: זרעו לעולם יהיה וכסאו כשמש נגדי: כירח יכון עולם ועד בשחק נאמן סלה: Id est, Tunc locutus es in visio-

A ne sanctis tuis, & dixisti, Posui fortitudinem vel auxilium super potentem, & exaltaui electum de populo. Inueni Dauid seruum meum, oleo sanctuarij mei vnxi eum. Quoniam manus mea aptabit, vel præparabit, vel disponet, vel rectificabit cum eo, brachium quoque meum roborabit eum. Non exiget inimicus ab eo, filius iniquitatis non affliget, vel non depauperabit eum. Et conteram à facie ipsius tribulatores eius, & osores eius percutiam, vel allidam. Et fides mea & misericordia mea cum ipso, & in nomine meo exaltabitur
B cornu eius. Et ponam in mari manum eius, & in fluminibus dexteram eius. Ipse vocabit me, Pater meus tu, Deus meus, & fortitudo saluationis meæ. Ego quoque primogenitum dabo eum, altissimum Regibus, vel Regum terræ. In æternum seruabo ei misericordiam meam, & pactum meum fidele ipsi. Et ponam in perpetuum semen eius, & thronum eius sicut dies cœli. Si dereliquerint filij eius legem meam, & in iudiciis meis non
C ambulauerint. Si præcepta mea prophanauerint, & mandata mea non seruauerint. Visitabo vique in virga scelus eorum, & in plagis peccatum eorum. Misericordiam autem meam non auferam ab eo, neque frustrabo fidem meam. Non profanabo pactum meum, & quod egressum est ex labiis meis, non mutabo. Semel iuraui per sanctitatem meam, si Dauidi mentiar, semen eius in æternum erit, & thronus eius sicut Sol coram me. Velut luna stabilietur in sempiternum, & testis fidelis in cœlo semper. Illud igitur, Tunc locutus es in visione sanctis tuis, optimè Messiæ, & consequenter Domino nostro Iesu Christo conuenit. Scriptum est enim in libr. *Sanhedrin* in capit. *Helec*, Rabbi Iohanan sic dixisse, Omnes Prophetæ prophetarunt tantùm vsque ad dies Messiæ: de diebus autem seculi venturi, oculus non vidit. Quod Rabbi Selomo affirmat, dum super illud Zachar. 9. cap. dictum, Onus verbi Domini in terra הררך *Hadrach*, ita ait, Dixit Mor, Omnes Prophetæ prophetarunt tantùm de annis redemptionis & diebus Messiæ: quemadmodum traditum atque scriptum est in libro ספרי *Siphre*. Hæc Rabbi Selomo. Ea etiam quæ deinde mox subnectuntur, Posui auxilium super potentem, cum cæteris, conuenientissimè Messiæ congruunt, & in Christo Domino nostro adimpleta esse, nemo est qui ambigat. Illud præterea quod immediatè subditur, Ipse vocabit me, Pater meus tu, Deus meus, & fortitudo saluationis meæ: Ego quoque primogenitum dabo eum, altissimum Regibus, vel Regum terræ, nemini nisi Messiæ conuenire potest. Quod per illud quod in *Midras* super illud Exodi decimotertio capite dictum, Sanctifica mihi omne primogenitum, scribitur, quàm optimè probatur: ibi enim sic ad verbum dicitur, Rabbi Nathan ait, Dixit Deus sanctus & benedictus Mosi, Quemadmodum feci Iacob primogenitum: sicut dictum est Exodi quarto capite, Filius meus, primogenitus meus Israel, ita ego facio Regem Messiam primogenitum: sicut dictum est (hoc scilicet in Psalm.) Ego primogenitum dabo eum, altissimum Regibus vel Regum terræ. Illud insuper quod ib-

eò sequitur, In æternum seruabo illi misericordiam meam, & pactum meum fidele ipsi. Et ponam in perpetuum semen eius, & thronum eius sicut dies cœli, Dauidi filio Isai nullatenus adaptari potest: cuius throni atque Regni destructio tamdiu euidenter patuit. Quare nonnisi Messiæ illud congruere potest, quem Deum & hominem esse, clarissimè constat. Quæ etiam statim subiiciuntur, quàm aptissimè Christianis competunt, videlicet, Si dereliquerint filij eius legem meam, cum reliquis: Fœlices igitur Christiani, quibus Deus aliam punitionem quàm paternam non comminatur. In virga enim, inquit, & ferula, atque verberibus, quæ plagas appellat, se eorum peccata visitaturum, & non se eos perditurum, atque per orbem dispersurum, quin potius misericordiam suam nunquam ab eis ablaturum, pollicetur. Quamobrem optimè demum sequitur, Semel iuraui per sanctitatem meam cum cæteris: quæ non de Dauid filio Isai, sed de Dauid vero Messia intelligi oportet. Quod ex eo quoque maximè liquet, quod in *Bereßuth* קטנה *kytanna*, id est, in expositione minori super Genes. scriptum est: Ibi enim super illud Geneseos quadragesimo nono capite dictum, Iuda, te confitebuntur, vel laudabunt fratres tui: sic dicitur, Iudas quartus natus est in tribubus, & in die quarta creata fuerunt luminaria. Scriptum est enim de Messia (in præsenti scilicet Psal.) Thronus eius sicut sol coram me, & sicut luna stabilietur in æternum. Hæc ibi. Ex his igitur quæ præmissa sunt, euidenter liquet, Messiam in sacra pagina, Iudæorumque traditionibus, Dauid non absque mysterio nuncupari.

## CAPVT XXVI.

*Quod Messias multoties in sacris literis Salomo dictus est, ad insinuandam Filij Dei incarnationem, qua de semine Dauid futura erat.*

### CAPNIO.

NVNC Messiam in Iudæorum scriptis non abs re Salomonem dici, reliquum est vt edisseras. GAL. Multis in locis in quibus Messiæ diuinitas, incarnatio, ac redemptio exprimuntur, Salomonem eum vocari contingit. In primis itaque quod in *Midras* שיר השירים *Sir hasirim*, id est, in expositione Cantici canticorum dicitur, audi, super illud 3. cap. eiusdem libri dictum צאנה וראנה בנות ציון במלך שלמה בעטרה שעטרה לו אמו Hoc est, Egredimini & videte filiæ Sion Regem Salomonem cum corona, qua coronauit eum mater ipsius. Ibi enim sic ad literam dicitur, Egredimini & videte filiæ Sion, id est, filij signati mihi cum rasura, & circumcisione ac fimbriis, Regem Salomonem, id est, Regem perfectum, qui creauit omnes creaturas suas שלמות *selemoth*, id est perfectas. Creauit namque solem & lunam cum plenitudine eorum. Adam quoque & Heua sicut filij viginti annorum creati sunt. Item aliter, Regem Salomonem, id est, Regem cuius pax est pax. Item aliter Regem Salomonem, id est, Regem pacificum, qui pacificauit creaturis suis opera sua. Quemadmodum pacauit ignem patri nostro Abrahæ, & tribus pueris Sadrach, Mesach, & Abednego. Pacauit quoque gladium Ishach. Rursus etiam pacauit Angelum Iacob. Iterum aliter, Regem Salomonem, id est, Regem qui fecit pacem inter creaturas suas. Hinc dixit R. Iohanan, Scriptum est Iob 25. Fecit pacem in sublimibus suis. Firmamentum enim est de aqua, & stellæ de igne, non tamen dirumpunt se alterutrum, Sequitur in Cantico, Cum corona qua coronauit eum mater ipsius: Dixit R. Iohanan quòd interrogauit R. Simon R. Eleazar filium R. Iosè, & dixit ei, Potest esse quòd audieris à patre tuo quid sit dictum, Cum corona qua coronauit eum mater ipsius? Respondit ei, Etiam. Ait illi, Quomodo? Dixit ei, In principio dilexit Deus sanctus & benedictus Israelem, & vocauit eos בתי *Bitti*, id est, filia mea. Et hoc est quod scriptum est Psalm. 45. Audi filia, & vide. Non autem cessauit diligere eos, donec vocauit eos אחותי *Ahothi*, id est, soror mea: sicut dictum est Cant. 5. Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, perfecta mea. Iterum adhuc non cessauit eos diligere, quousque vocauit eos אמי *immi*, id est, mater mea: sicut dictum est Esa. 51. הקשיבו אלי עמי ואמי אלי האזינו Hoc est, Attendite ad me populi mei, & mater mea mihi intendite. Non enim אמי *Vmmi*, id est, plebs mea, ibi scriptum fuit, sed אמי *immi*, id est, mater mea. Surrexit Rabbi Simon, & osculatus est eum in capite, dixitque, Si non venissem, nisi ad audiendum verbum hoc ex ore tuo, די *dai*, id est, satis mihi esset. Dixit R. Hanina, Discurrimus per vniuersas scripturas, & non reperimus, quòd בת-שבע *Bathsceba* fecerit coronam Salomoni filio suo. Hæc omnia ibi. Ex quibus habetur, quòd Synagoga siue plebs Iudaica mater Salomonis, id est, Dei dicatur. Quod per Hoseam quoque dictum est, licet à scribis Iudæorum postea mutatum sit: vt ex hoc palàm ostenderetur, quòd Dei incarnatio ex Iudæa futura erat: quod ipsi minimè negare possiunt, cùm in principio huius præmissæ *Midras* id est, expositionis, Salomo rerum creator describatur: quod nec Salomoni filio Dauid, nec vlli puro homini congruere potest. Huius quoque Salomonis, id est, Filij Dei incarnatio in *Midras tillim*, id est, in expositione Psalmorum apertè innuitur: cùm super illud Psalm. 4. בקראי ענני אלהי צדקי בצר הרחבת לי Hoc est, Cùm inuocauerro, respondemihi, vel exaudi me Deus iustitiæ meæ, in angustia dilatasti mihi? ita ad verbum dicitur, Fuit Dauid tribulatus & angustiatus de vxore Vriæ. Erant namque Israelitæ detrahentes ei, & obloquentes post eum, atque dicentes, Numquid ei qui prædatus est ouem, & pastorem interfecit, poterit esse saluatio? Deus sanctus & benedictus dilatauit ei: sicut dictum est 2. Reg. 12. cap. Et dixit Nathan ad Dauid, Etiam Dominus transtulit peccatum tuum, non morieris. Et iterum ait 1. Par. 22. Ecce filius natus est tibi: Ipse quietus erit, & ego quietabo eum ab omnibus inimicis eius per circuitum: quia Seloino erit nomen eius. Et quid? An cæteri omnes filij Dauid non fuerint ei nati? Et quid est dictum נולד לך *Nolad Lach*, id est,



id est, Natus est tibi? Tibi, id est, ad curam vel ad medicinam tuam, id est ad medicinam peccatorum tuorum, quæ insunt tibi. Et per cuius manus? Per manus Nathan: sicut dictum est 2. Regum 12. Et misit per manum Nathan Prophetæ, & vocauit nomen eius ידיד-יה *Iedidia*, id est, Dilectum Dei, בעבור יהודה *babauur*, id est, propter nomen Dei quatuor literarum. Hæc omnia traditio. Ex qua manifestè apparet, quòd cùm scriptura dicit, Filius natus est tibi: cum cæteris quæ sequuntur: ea omnia sub velamine nominis Salomonis, de Messia intelligenda sint, quamuis superficialiter de Selomone dici videantur. Ea enim quæ in hac expositione ponuntur (quod scilicet filius nasciturus erat Dauidi ad medendum ei, & ad sanandum eum à peccatis eius) Salomoni filio ipsius nullatenus conuenire possunt: cùm ipse ad medendum propriis peccatis, vel ad sanandæ sua delictæ valde impar fuerit, si parumper eius opera considerentur. Sic enim 3. Regum 9. cap. inter cætera de eo scribitur: Rex autem Salomo dilexit mulieres extraneas multas, & filiam Pharaonis, Moabitidas, Ammonitidas, Idumæas, Sidonias, & cæteras de gentibus, de quibus dixerat Dominus filiis Israel, Non ingredieminiad eas, & ipsæ non ingredientur ad vos: quia verè inclinabunt cor vestrum post deos suos. Cum eis copulatus est Salomo per amorem. Fuerunt-que ei fœminæ primariæ septingentæ, concubinæ vero trecentæ. Et inclinauerunt fœminæ eius cor ipsius. Et fuit in tempore senectutis Salomo, cùm mulieres eius inclinauerunt cor ipsius post deos alienos, & non fuit cor eius perfectum cum Domino Deo suo, sicut cor Dauid patris sui. Et ambulauit Salomo post עשתרות *Asiaroth* deam Sidoniorum, & post מילכום *Milcom* idolum Ammonitarum. Fecitque Salomo malum in oculis Domini. Et non perfecit vel non compleuit post Dominum, sicut Dauid pater eius. Tunc ædificauit Salomo altare כמוש *Chemos* idolo Moab, in monte qui est contra faciem Ierusalem, & מלך *Moloch* idolo filiorum Ammon. Et ita fecit omnibus fœminis extraneis adolentibus thura, & sacrificantibus diis suis. Hæc omnia ibi; quæ ne prolixitas fastidium afferret, Hebraicè adducere non curaui. Ea tamen iuxta Hebraicam veritatem ad verbum traducere studui. Si igitur manus quæ lutum tenent, sicut nec sordes proprias, ita nec alienas tergere valent: magnæ certè futuritatis est, credere Salomonem ipsum hic tam fœdè descriptum, propriisque culpis sic infectum, ad curandas patris sui culpas sufficientem fuisse, & ita suis spurcitiis fœdatum, ad diluenda paterna crimina idoneum extitisse. Quapropter cum in hac antedicta traditione dicatur, quòd Dauid per filium sibi nasciturum, cui nomen Selomo esset, à peccatis suis curandus erat, id haud quaquam potest de tam turpi Salomone intelligi, sed de illo potiùs sub nomitis huius velamine, qui non solum est Selomo, id est, perfectius, atque pacificus (vt paulò ante in alia traditione dictum est) verum etiam שלום *Selom*, id est, pax. Quemadmodum in פתיחתא רבתי *Pethihatha rabbetha*, id est, in prooemio planctus Ieremiæ dicitur, vbi sic scriptum legitur; Rabbi Ioses Galilæus dixit, Nomen quoque Messiæ vocatum est שלום Id est, Pax: sicut dictum est Esaiæ nono capite, Pater æternus, Princeps, שלום *Selom*, id est, pax. Huic ergo Salomoni filio Dauid, hoc est, ipsi Messiæ, non solùm Dauid patri suo, sed omnibus quoque saluandis mederi conuenit, eosque ab omnibus eorum peccatis passionis suæ merito sanare, iuxta illud Esaiæ quinquagesimo tertio capite, מוסר שלומנו עליו ובחבורתו נרפא לנו כלנו כצאן תעינו איש לדרכו פגינו ויהוה הפגיע בו עון כלנו Hoc est vt verbum verbo reddam, Disciplina pacis nostræ super eum, & in vulnere eius medicatum est nobis. Omnes nos velut oues errauimus, quilibet ad viam suam faciem dedimus. Et Deus obuiare fecit in eo peccatum vel iniquitatem omnium nostrum. Finis præterea supradictorum verborum in vigesimo secundo capite primi libri Paralipomenon scriptorum, aperte demonstrat, verba illa de Messia vero Salomone intelligi debere, cùm sic voce Dei dicitur, והוא יהיה לי לבן ואני לו לאב והכוננתו ארת כסא ממלכותו על ישראל עד עולם Id est, Et ipse erit mihi in filium, & ego illi in patrem. Et præparabo thronum Regni eius super Israel vsque in sempiternum. Quod nequaquam Salomoni Bathsebæ filio conuenire potest, cuius thronus super Israel tempore Roboam filij sui defecit, cùm Ieroboam super Israel regnare cœpit. Sic enim in primi libri Regum duodecimo capite scribitur, Et rebellauerunt Israel in domum Dauid vsque ad diem hanc. Et fuit cùm audiuit omnis Israel, quòd reuersus esset Ieroboam, miserunt & vocauerunt ipsum ad vniuersum cœtum, feceruntque ipsum Regem super vniuersum Israel. Et non fuit post domum Dauid nisi tribus Iuda solùm. Hæc ibi. Hanc etiam tribum Iuda domus Dauid, & per consequens domus Salomonis tempore Græcorum perdidit, cùm Machabæi quos Iudæi חשמונאי *hasmonai* vocant, eam obtinuerunt. CAP. Quoniam ibidem primùm dicitur, Ipse ædificabit domum nomini meo, & postea subditur, Et ipse erit mihi in filium, cum cæteris quæ induxisti, hinc Iudæi nobis obiciunt, ea verba ad literam de Salomone, qui templum Deo construxit, & non de Messia intelligi oportere. Et si de Messia quidem intelligenda esset, non tamen de Domino nostro Iesu Christo, qui templum nullum materiale Deo erexit, intelligi posse. GALAT. Quemadmodum domus Israel, & domus Dauid, & huiusmodi in quamplurimis sacræ scripturæ locis, non est lapidum lignorumque congeries, sed ipsa hominum congregatio; ita & hic per domum Dei à spiritualis Salomone, hoc est, à Messia ædificandam, non materialis structura, sed spiritalis, quæ Græcè ἐκκλησία dicitur, intelligi debet. Quanquam igitur materialis Salomo materialem Deo extruxerit domum; spiritalis tamen Salomo, id est, Messias, spiritalem ei domum quæ longè excellentior, longeque perfectior est, de viuis & electis lapidibus, hoc est, de Iudæis & Gentilibus qui in eum crediturierant, ædificare debebat. Sicut igitur hic per Salomonem iuxta veterum Talmudistarum expositionem, mysticè Messias intelligitur,

*Synagoga Dei mater.*

*Obiectio Iudæorum re-spensio.*

ita quoque hic per materialem Dei domum, quæ à materiali Salomone ædificanda erat, fidelium Ecclesia quæ per Messiam congreganda erat, intelligenda est. Hæc autem omnia magis manifesta sient, si verba illa antecedentia rectè inspiciantur, cùm Dauidi domum Domino construere cogitanti, dicit Nathan Propheta in persona Domini loquens, vt habetur primi libri Paralipomenon decimo septimo capite, והיה כי מלאו ימיך ללכת עם אבתיך והקימותי את זרעך אחריך אשר יהיה מבניך והכינותי את מלכותו: הוא יבנה לי בית וכוננתי את כסאו עד אני אהיה לו לאב והוא יהיה לי לבן וחסדי לא אסיר מעמו כאשר הסירותי מאשר היה לפניך: והעמדתיהו בביתי ובמלכותי עד העולם וכסאו נכון עד עולם: Hoc est, Cùm compleueris dies tuos, vt vadas ad patres tuos, suscitabo semen tuum post te: quod erit de filiis tuis. Et stabiliam Regnum eius. Ipse ædificabit mihi domum, & firmabo solium eius in æternum. Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium. Et misericordiam meam non auferam ab eo, sicut abstuli ab eo qui ante te fuit. Et statuam eum in domo mea, & in Regno meo vsque in æternum. Et thronus eius firmissimus erit in sempiternum. Hæc ibi: quæ de Salomone haudquaquam intelligi possunt: quod facilè ac liquidò patet, si verba ipsa rectè (vt decet) considerentur. Quod enim ait, Cùm compleueris dies tuos, vt vadas ad patres tuos: id est, cùm mortuus fueris, suscitabo semen tuum post te: patet, quòd de Salomone non est dictum, cùm Salomo ipse adhuc patre suo viuente, Rex creatus fuerit. Quòd si de Salomone dicere voluisset, non vtique quod erit de filiis tuis, sed quod erit de te, dixisset. Quod etiam sequitur, Et statuam eum in domo mea, & in Regno meo vsque in æternum: Et thronus eius firmissimus erit in sempiternum, palàm cognoscitur, non de Salomone esse dictum: Salomo namque nec in Dei domo siue Regno, statutus est, nec thronus eius firmissimus fuit. Et cùm id soli Deo conueniat, consequens planè est, illum de quo agebatur, Deum & hominem futurum fuisse. Quapropter per domum quoque illam quam ædificaturus erat, sanctam Ecclesiam, quæ super solidissimam atque firmissimam petram ædificanda erat, intelligimus. De qua scriptum est Psalmo nonagesimo tertio לביתך נאוה קדש יהוה לאורך ימים Id est, Domui tuæ pulchritudo sanctitatis, Deus, in longitudinem dierum. Ex prædictis igitur liquidò patuit, quòd iuxta diuinas scripturas, Talmudisticasque traditiones, Messias Salomo dictus fuerit, ad insinuandam eius incarnationem, quæ ex semine Dauid futura erat. Quamobrem Dauid quoque appellatus est, vt latius in præcedenti capite visum est.

## CAP. XXVII.

*De diuinitatis humanitatisque consortio. Et de Dei æqualitate & participatione cum homine.*

## CAPNIO.

QVIA satis abundè in præcedentibus de Messiæ nominibus dixisti, quibus & Filij Dei incarnatio, & ipsius Messiæ gemina natura, diuina scilicet & humana optimè innuuntur, capropter nunc de iis quoque, quæ eandem Filii Dei incarnationem exprimunt, aliquid te dicere oportet: vt cùm Messiam ipsum, quem iuniores Iudæorum purum hominem fore asserunt, Deum simul & hominem ex vtroque genere permixtum, futurum fuisse comprobaueris, cuidentius eorum perfidia conuincatur. Quare primùm diuinitatis humanitatisque consortium, ac Dei æqualitatem & participationem cum homine futuram fuisse, ostende. GAL. De Dei consortio & participatione atque coæquatione cum homine, per quam & nostræ fidei firmitas plurimùm roboratur, & prauitati Iudæorum nostri temporis, incarnationem Filij Dei negantium, multipliciter obuiatur, multa certè in eorum libris à priscis ipsorum comperiuntur dicta. Primum itaque audiendum est quod Esa. 35. cap. ait his verbis גמול אלהים הוא יבא וישיעכם Hoc est, Retributio Dei, vel Retributio, siue merces, vel præmium Deus, ipse venict & saluabit vos. Quod R. Ionathas in Targum ita exposuit, יקרא אגריהן דאלהים הוא יתגלי ויפרוק להון id est, Deus retributionum, Deus ipse reuelabit se, & saluabit vos. Vbi ex eo quòd R. Ionathas, Deus ipse reuelabit se, exposuit, vbi Propheta, Deus ipse veniet, dixit, apertè ostenditur, quòd venire Dei non est nisi seipsum reuelare, secundum antiquorum Iudæorum expositionem. Nam cum Deus per suam immensitatem vbique sit præsens, nulloque contineatur loco, planè cõstat, quòd Filius Dei non secundum id quod Deus est, venturus erat: sed secundum hoc, quòd humana carne assumpta visibilis factus, homo apparere debebat. Si enim sic venturus esset, vt Deus, non venturus fuisset eis, qui ipsum videre nõ possent. Talis ergo ad nos Deus venturus erat, qualem nos videre possumus. Nisi igitur visibilis naturæ formam assumpturus fuisset, ad nos venturus minimè dictus fuisset. Quod optimè prisci illi patres intellexerunt, super illud Esa. 25. c. dictum, ואמר ביום ההוא הנה אלהינו זה קוינו לו וישיענו זה יהוה קוינו לו נגילה ונשמחה בישועתו Hoc est: Et dicent in die illa, Ecce Deus noster iste, sperauimus in eo, vel expectauimus eum, & saluabit nos. Iste est Deus, sperauimus in illo, vel expectauimus illum, & lętabimur in saluatione eius. Hęc enim verba haud secus exponenda sunt, quàm veteres ipsi Talmudistæ exposuerunt: qui per ipsa docuerunt, futurum fuisse quandoque tempus, quo Deum mundus oculis visurus esset, & populi digito sibi inuicem illum ostensuri. Nam in *Midras tehilim* super illud Ps. 40. קוה קויתי Id est, Expectando expectaui, sic dicitur, Hoc est quod scriptum est Esa. 25. c. Et dicet in die illa, Ecce Deus noster iste, expectauimus eũ, & saluabit nos. Et sic etiam dicitur Thren. 3. c. Bonus est Deus expectantibus eum: Propterea enim quia non cessant gentes seculi dicere, Vbi est Deus eorum? futurũ est, Vt Deus sanctus & benedictus sedeat in medio iustorum, & ipsi sint ipsum digito ostensuri: sicut dictum est Psalm. 48. כי זה אלהים אלהינו עולם ועד הוא ינהגנו על מות Hoc est, Quoniam hic est Deus Deus noster in seculum & vltra, ipse deducet, vel gubernabit nos vsque ad mortem. Et rursus Psalm. 4. Confortamini, & roboretur cor vestrum omnes sperantes in Domino. Hæc traditio. Item in *Beresith* קטנרת *ketanna*, id est in expositione Gen. minori, super illud Genes. 18. cap. Et apparuit ei Dominus in conuallę Mamre: & ipse erat sedens in ostio tabernaculi ipsius diei: sic ad verbum legitur, Scriptum est Iob 19. cap. Et rursum, vel postea pelle mea circundabuntur ista: & ex carne mea videbo Deum. Hactenus traditio. Eccę quàm admirabili modo Iudæi antiqui duo hæc sacræ scripturæ testimonia hoc in loco coniungentes, diuinæ incarnationis mysterium docuerunt. Præsertim si ipsius Iob verba attendamus, textum hunc immediatè præcedentia: ואני ידעתי גאלי יחי ואחרון על עפר יקום: ואחר עורי נקפו זאת ומבשרי אחזה אלוה Id est, Et ego noui redemptorem meum viuum esse. Et nouissimus super humum surget, & postea pelle mea intuoluentur ista. Et ex carne mea videbo Deum. In quo autem sensu iste Deus ex carne nouissimus dicatur, & quis qualisque sit, Esaias palàm ostendit 44. cap. dicens, כה אמר יהוה מלך ישראל וגאלו יהוה צבאות אני ראשון ואני אחרון Hoc est, Dicit Deus (tetragrammaton) Rex Israel & redemptor eius, Deus exercituum, ego primus & ego nouissimus. In libro quoque qui dicitur, מפרי *Sipbre*, super illud Leuitici vigesimo sexto capite dictum, והתהלכתי בתוככם והייתי לכם לאלהים ואתם תהיו לי לעם Hoc est, Et ambulabo in medio vestri, & ero vobis in Deum, & vos eritis mihi in populum: hoc modo legitur, Exemplificauerunt exemplo, quòd hæc res similis est Regi, qui egressus est ad deambulandum cum hortulano suo in pomœrio, illeque hortulanus à facie Regis resiliebat. Ait igitur ei Rex, Cur ita à facie mea resilis. Eccę ego talis sum, qualis tu es. Sic futurum est, vt Deus sanctus & benedictus deambulet cum iustis in tempore venturo in paradiso voluptatis. Iusti autem videntes eum à facie eius contremiscent. Dicet ergo illis Deus sanctus & benedictus, Quamobrem à facie mea contremiscitis? Eccę ego conformis sum vobis, & talis, quales vos estis, ac similis vobis sum. Numquid autem quia dixi vobis, Eccę talis sum, quales vos estis, possibile erit, vt non sit reuerentia mea super vos? Docet quid ad hoc dicendum sit, quod sequitur Leuitici vigesimo sexto capite, Et ero vobis in Deum, & vos eritis mihi in populum: Si verò non crediderit is mihi ex omnibus verbis istis, credatis, quia ego sum Deus vester, qui extraxi vos de terra Ægypti. Hæc Talmud. Id idem ferè scribitur in libro תעניות *Taanith*, id est, de ieiunio, in calce capituli quod incipit בשלשה פרקים *Bilsosa peraḳim*: vbi sic dicitur, Dixit R. Eleazar, quòd dixit R. Hafabu, Futurum est, vt Deus sanctus & benedictus chorum faciat circularem iustis in horto voluptatis. Et ipse in medio eorum stabit, & vnusquisque eorum digito suo illum ostendent: sicut dictum est Esa. 25. Et dicent in illa die, Eccę Deus noster iste, expectauimus eum, & ipse saluabit nos. Iste est Deus expectauimus eum, & lætabimur & exultabimus in saluatione eius. Hæc traditio. Si igitur (vtipsi aiunt) huiusmodi traditiones atque explanationes magistrorum suorum fuerunt à Deo Mosi in monte Sinai traditæ, necessariò concedere debent, nisi nimium obcæcatum habeant intellectum, tam per textus in traditionibus inductos, quàm per ea quæ prisci eorum magistri circa eosdem textus dixerunt, Deum hominem fuisse futurum, salua semper in omnibus diuinitatis suæ gloria. Hoc. Deambulare Deo nullatenus conuenire potest, siquidem ambulare sit de loco ad locum moueri. Quod ita apud omnes sapientes, iuxta diuinitatis naturam Deo creatori impossibile est, atque omnino incongruum, quemadmodum posse corrumpi. Hoc enim creaturæ, corpus & pedes habentis, dicitur esse proprium. Præterea, Deus est in omni loco, licèt non localiter, totumque replet mundum: vt ex Ieremia colligitur, ita dicente, Nunquid non cœlum & terram ego impleo, ait Dominus. Cùm igitur Deus vbique sit, & nusquam essentialiter absit, consequens est, ipsum non posse vnum locum deserere, & ad alium ire, quod est deambulare. Id enim contra diuinitatis naturam Deo creatori impossibile est. GAL. Ad promissionis itaque Dei impletionem, qui Leuit. 26. cap. dixit, Ambulabo in medio vestri, vt iamiam retulimus, & ad sacræ scripturæ veritatem, quæ multa huiusmodi de Deo asserit, necnon ad traditionum præmissarum confirmationem, quæ eius generis scripturas pro nostræ fidei veritate exponere videntur, dicimus quàm breuissimè, idcirco Deum per Prophetas ita locutum fuisse, vt apertè insinuaret, quòd hominem quandoque tam vera, tamque vehementi vnione sibi vniturus erat, vt viso homine sibi vnito, ipse videri diceretur: & homine illo inter cæteros homines ambulante, verè Deus ipse ambulare dici posset, atque eundem hominem nos digito monstrantes, Hic est Deus noster, verè dicere possemus. Quod Baruch etiam optimè affirmat, dum cap. 3. ita ait, הן אלהינו ולא ישוה אחר לפניו זה מצא כל דרך הכמה ויתנה ליעקב נערו ולישראל חסוריו ואחריות בארץ נראה ובאנשים התגיל Id est, Hic est Deus noster, & non æstimabitur alius in conspectu eius. Hic adinuenit omnem viam sapientiæ, & tradidit eam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Quid clariùs his verbis? quid planiùs? quid euidentius? quid manifestiùs dici potest? Si enim certum est, Deum secundùm diuinitatem, neque oculis videri, neque cum hominibus conuersari posse, cùm colores tantummodo videantur, & conuersatio inter *ἰσοτιμίαν* proprie sit, Iudæos necessariò concedere oportet, futurum vtique fuisse, Deum hominem aliquando fieri, vt secundùm humanitatem & oculis conspici posset, & cum hominibus conuersari. Quapropter & frater Israel, & propinquus eius, sæpenumero in sacris literis dicitur.

## CAPVT XXVIII.

*Quod Deus dictus fuit frater Israel, & Messias est ille ad designandum quod Deus per nostra natura assumptionem frater noster fieri debebat.*

### CAPNIO.

HOc est quòd potissimum hic patefacere debes, quòd scilicet ad significandam futuram Filij Dei incarnationem, Deus ipse frater Israelis à priscis Iudæorum dictus fuerit.

GAL. Id in primis in libro *Mechilta*, id est, in expositione Exodi, facilè patet, cùm superillud Exod. 14. cap. dictum, Quid clamas ad me? ita legitur: Dixit R. Halcusi, Et nonne iam scriptura dicit Prou. 17. cap. בכל עת אהב הרע ואח לצרה יולד Hoc est, In omni tempore est amans amicus, & frater ad angustiam, vel ad tribulationem nascetur. Hic est Deus sanctus & benedictus, qui dixit, Frater ego ero Israeli, in hora tribulationis vel angustiæ eius: sicut dictum est Psal. 122. למען אחי ורעי אדברה נא שלום בך Id est, Propter fratres meos, & amicos, vel propinquos, vel socios meos, loquar nunc pacem in te. Hactenus traduxio. Ex qua clarè habetur, Deum amicum & fratrem Israelis dici, qui fuerat secundùm humanitatem ad angustiam nasciturus. Ad præmissæ autem traditionis veritatem, maximè facit quod in *Midras tehilim*, in expositione Psalmorum scriptum est, super illud Psalm. 4. In inuocatione mea exaudi me Deus iustitiæ meæ. Ibi enim sic ad literam legitur, Dixit R. Iodan, Qui declinat, vel currit post carnem & sanguinem, habet patronum. Sed cùm adest tempus angustiæ aut tribulationis, non statim ingreditur apud eum. Venit enim & stat ante ianuam patroni sui, vocatque seruum eius, & seruus quidem ait, En ille ante ianuam manet. Deus autem sanctus & benedictus non ita facit. Cùm enim accesserit tempus tribulationis, vel angustiæ Israeli, non vocabit Michaelem, aut Gabrielem, sed Deum ipsum inuocabit, ipseque eum exaudiet. Et hoc est quod scriptum est Ioelis 3. cap. והיה כל אשר יקרא בשם יהוה ימלט Hoc est, Et erit vt omnis qui inuocauerit in nomine Dei (tetragrammaton) liberetur. Et infrà: Dixit R. Simeon; Caro & sanguis habet קרוב *karob*, id est consanguineum, vel propinquum, & si fuerit diues, contiebitur eum: Deus autem sanctus & benedictus non ita agit. Nam cùm Israel in humilitate est, tunc eos fratres & propinquos vocat: sicut dictum est Psal. 122. Propter fratres meos, & propinquos meos, loquar nunc pacem in te. Item infrà: R. Aben in nomine R. אחא *Aba* sit, Caro & sanguis habens קרוב *karob*, id est propinquum captiuum, & deprædatum, erubescit fateri illum propinquum suum esse: sed Deus sanctus & benedictus educi fecit Israel captiuos, & deprædatos, & tamen eos קרובים *kerouim*, id est, propinquos vel consanguineos expresse vocat: sicut dictum est Psalm. 148. לבני ישראל עם קרובו הללויה Id est, Filiis Israel populo propinquo, vel consanguineo suo, Laudate Deum. Et rursus infrà, Dixit Deus sanctus & benedictus Esa. 65. Et erit, antequam inuocent, ego respondebo, & exaudiam. Quamuis autem ita sit, necesse tamen est, vt eorum inuocatio in veritate fiat: vt dictum est Psalm. 145. קרוב יהוה לכל קראיו לכל אשר יקראוהו באמת Hoc est, Propinquus est Deus omnibus inuocantibus eum, omnibus qui inuocabunt illum in veritate. Est-ne possibile, eum propinquum esse omnibus inuocantibus eum? Docet quid ad hoc dicendum sit quod sequitur, Omnibus qui inuocabunt illum in veritate. Hucusque traditio. Ex qua manifestè apparet, Deum esse fratrem, propinquum, & patronum Israel, & omnes qui eum in veritate inuocabunt, à suis aduersitatibus ab ipso liberandos esse.

CAP. Nunc igitur hunc Deum sanctum & benedictum Israelis fratrem, consanguineum, & propinquum toties appellatum, Messiam esse proba.

GAL. Id & *Midras* & *Targum* שיר ה שירים *Sir hassirim*, id est, Expositio siue glossa, & Caldaica translatio Cantici canticorum apertè ostendunt, super illud Cant. 8. cap. dictum מי יתנך כאח לי יונק שדי אמי אמצאך בחוץ אשקך גם לא יבוזו לי אנחגך אביאך אל בית אמי תלמדני Id est, Quis dabit te sicut fratrem mihi, lactentem vbera matris meæ, Inueniam te foris, osculabor te, etiam non despicient me. Deducam te, & inducam in domum matris meæ, & docebis me: *Midras* enim, id est, glossa ibi sic ait, Hæc verba dixit Ecclesia Israelis Deo sancto & benedicto. Ipse autem dixit ei, Vt qualis frater ero tibi? Numquid vt fuit Cain Habeli? Cain enim interfecit Habel: sicut dictum est Gen. 4. cap. Et insurrexit Cain contra Habel fratrem suum & occidit eum. An vt fuit Ismael ipsi Ishac? An vt Esau ipsi Iacob? An vt fratres Ioseph, ipsi Ioseph, odientes eum? sicut dictum est Gen. 37. Et oderunt eum, nec poterant eum quicquam ad pacem alloqui. Et iterum, Et inuidebant ei fratres eius. Vt qualis ergo frater ero tibi? Ecce dicendum, Vt fuit Ioseph ipsi Beniamin, qui dilexit eum quasi cor suum: sicut dictum est Gen. 43. cap. Et vidit Ioseph Beniamin frattem suum, filium matris suæ, & festinauit Ioseph, quia commotæ fuerunt commiserationes eius in fratrem suum, & voluit flere. Sequitur, Deducam te, & inducam te. Deducam te à superioribus ad inferiora. Inducam te in domum matris meæ, hoc est, in Sinai: Dixit R. Berachias, Quare vocatur Sinai domus matris meæ? Quia inde factus est Israel sicut lacteris, vel infans filius vnius dici. Hæc traditio. Targum autem, id est Chaldaica R. Ionathæ editio, verba illa præditæ Cantici canticorum, Quis dabit te sicut fratrem mihi? cum reliquis, ita Caldaicè exponit, Cùm reuelabit se Rex Messias Ecclesiæ Israel, dicent ei filii Israel, Tu eris nobis in frattrem. Item Targum Ierosolymitanum, quod alias vulgata Editio dicitur, sic eadem verba Chaldaicè traducit, atq; exponit, In illo tempore reuelabitur Rex Messias Ecclesiæ Israel, & dicent ei filii Israel, Veni, eris nobis vt frater, & ascendemus Ierosolymam, erimusq; lactentes tecum sententias legis, sicut lactet infans ex mammillis matris suæ. Sequitur in textu, Deducam te, & introducam in domum matris meæ: Docebis me. Targum Rabbi Ionathæ ita hæc exponit: Deducam te Regem Messiam: introducam te in domum sanctuarii mei. Et docebis



bis me timere Deum, & ambulare in viis eius. Targum autem Ierosolymitanum sic: Deducam te Regem Messiam, Inducam te in domum sanctuarij. Docebis me timere à facie Dei, & ambulare in viis eius, & ibi cœnabimus cœnam *Leviathan*. Ex istis igitur Targum, id est, ex his Chaldaicis antiquorum expositionibus euidentissimè patet, Regem Messiam esse illum Ecclesiæ frattrem, quem præcedens *Midras*, id est, expositio Deum sanctum & benedictum ex superioribus ad infima deducendum asseruit. Hoc idem etiam in *Bereşith Rabba*, id est, in expositione magna Gen. optimè ostenditur: vbi etsi plura eorum quæ præmissa sunt, repetantur, ad maiorem tamen Iudæorum recentiorum confusionem, eadem bis terque referre, prout in diuersis eorum libris leguntur, non est inutile. Prædicta igitur *Bereşith Rabba*, super illud Genes. 28. cap. dictum, Et egressus est Iacob, ita omnino dicit, Scriptum est Zachar. 4. Quis tu mons magne coram Zorobabel? Mons magnus iste Messias est. Et cur eum montem magnum appellat? Quia maior est quam patres: sicut dictum est Esa. 52. cap. Ecce intelliget seruus meus, id est Messias: qui leuabitur plusquàm Abraham: de quo scriptum est Genes. 14. Leuo manus meas ad Dominum: & exaltabitur plusquam Moses: de quo dictum est Numer. 11. Quia dicis mihi, Exalta eum in sinum tuum, sicut exaltat nutricius infantem. Et sublimis erit valde plusquàm Angeli ministerij: de quibus dictum est Ezech. 1. Et sublimitas eorum & sublimitas eis. Espropter dictum est, Quis tu mons magne? Alia expositio; Quamobrem dicitur Messias mons? Quia per viam montium venturus erat. Sicut dictum est Nahum. 1. cap. Ecce super montes pedes annunciantis, & audire facientis pacem. In illa hora Israel ad montes intendens erit. Sicut dictum est Psalm. 121. Leuabo oculos meos ad montem vnde veniet aditor meus. Hic est Messias, qui vocatus est adiutor. Sicut dictum est Psalm. 20. Mittet adiutorem tuum de sanctuario. Et vnde ipse veniet? A Deo sancto & benedicto. Et hoc est quod scriptum est Psalm. 121. Adiutor meus à Domino factore cœli & terræ. Porrò de eo scriptura dixit Psalm. 146. Beatus cuius Deus Iacob in adiutorem eius. Simile est hoc hominibus ad iudicium venientibus, ac iudicem timentibus. Quibus dicitur, Nolite timere à iudicio. Iudex enim amicus vester est. Sic futurum est, vt Israel stent in iudicio coram Deo sancto & benedicto: Quibus formidantibus, Angeli ministerij dicent, Ne timeatis à iudicio. Iudex enim ciuis vester est: sicut dictum est Esaiæ quadragesimo quinto capite, Ipse ædificabit ciuitatem meam, & captiuitatem soluet. Nonne cognoscitis ipsum? Propinquus enim, vel consanguineus vester est: sicut dictum est Psalm. 148. Filius Israel populo propinquo vel consanguineo suo, Laudate Deum. Iterum quoque dicent eis, Ne timeatis à iudicio. Frater eorum vester est index: sicut dictum est Psalm. 122. Propter fratres meos, & propinquos, vel amicos, vel socios meos, loquar nunc pacem in te. Præsertim autem, quia pater vester est: sicut dictum est Deuteronom. 32. cap. Nonne ipse est pater tuus, possessor tuus, vel emptor tuus? Eam ob rem dixit Selomo in persona Ecclesiæ Israel Cantic. 8. capit. Quis dabit te vt fratrem mihi? Vt qualem verò fratrem? Non talem, qualis fuit Cain fratri suo Habel, neque vt Ismael fuit fratri suo Ishac, neque vt Esau fratri suo Iacob, neque vt fratres Ioseph ipsi Ioseph: sed sicut fuit fugens vbera matris suæ: hoc est, qualis fuit Ioseph fratri suo Beniamin, quem dilexit vt cor suum. Et hoc est quod scriptum est Cantic. 8. capit. Sugentem vbera matris meæ: Inueniam te foris, hoc est in deserto, quod est extra populatum. Osculabor te: & non despicient me. Hæc omnia traditio. In qua minùs ponuntur pro nostra fide relatu dignissima. Videlicet quòd Messias dicitur mons magnus, maior scilicet quàm patres, ac Angeli ministerij diuini, qui cæteris omnibus sunt excellentiores, secundùm antiquorum Talmudistarum traditiones. Et quòd ipse est adiutor veniens à Deo. Et quòd Deus Iacob est in eo. Et quòd Deus sit ciuis, propinquus, siue consanguineus, & frater Israel. Ad quod probandum, inducitur præmissa Cantici canticorum autoritas, videlicet, Quis dabit te vt fratrem mihi? Quam Targum (vt visum est) de Messia exponit. His consentaneum est, valdeque mirabile, quòd in libro תנחומא *Tanhuma* scribitur super illud Leuit. 25. cap. כי ימוך אחיך ומכר מאחוזתו ובא גאלו הקרב אליו וגאל Id est, Quando pauper factus fuerit frater tuus, ac vendiderit de possessione sua, & veniet redemptor eius, proximus, vel propinquus ei, & redimet: Ibi enim sic dicitur, Et veniet redemptor eius, Hic est Deus sanctus & benedictus: sicut dictum Ierem. 50. cap. גאלם חזק יהוה צבאות שמו ריב יריב את ריבם למען הרגיע את יושבי בבל Hoc est, Redemptor eorum fortis, Deus (tetragrammaton) exercituum nomen eius. Disceptans disceptabit causam eorum, vel bellans bellabit bellum eorum: Propinquus vel consanguineus ei. Hic est Deus sanctus & benedictus: sicut dictum est Psalm. 148. Et exaltabit cornu populi sui, laus vel gaudium omnibus piis, vel benignis eius, filiis Israel, populo propinquo, vel consanguineo suo הללויה *hallelujah*, id est, Laudate Deum. Hæc traditio circa quam tria à Iudæis quærere placet; Quomodo scilicet Deus sanctus & benedictus factus sit Israel consanguineus, vel propinquus? De quo carcere, de quæ captiuitate erat hominem redempturus? Et quæ erat eorum causa, quam ipse disceptaturus erat, siue quod erat eorum bellum, quòd ipse bellaturus fuerat? CAP. Quia scio, Iudæos nequaquam ad hæc rationabiliter & rectè respondere posse: (sunt enim à Deo infanta, cæcitate ac stupore perculsi) ideo ipse ad ea secundum Christianam veritatem respondeas. GAL. Tunc itaque Deus sanctus & benedictus factus est Israeli consanguineus & propinquus, cùm ab anima Dei quæ Verbum & Sapientia, & Filius Dei est (vt paulò inferiùs probabitur) anima & corpus Messiæ assumpta sunt. Tunc enim illud ipsius Dei apud Esaiam quadragesimo secundo capite dictum, impletum est, הן עבדי אתמך בו בחירי רצתה נפשי נתתי רוחי עליו משפט לגוים יוציא Id est, Ecce seruus meus, suscipiam eum, vel innitar eo. Electus meus in quo sibi complacuit anima mea. Dedi Spiri-

tum meum super eum: Iudicium gentibus proferet. Quæ quidem verba sic R. Ionathas Chaldaicè traducens exposuit, הא עבדי משיחא סקר בינייהא כחירי דאתרעי ביה סמרי אתן רוח קודשא עלוהי דיני לעממיא יגלי: Hoc est, Ecce seruus meus Messias, applicabo eum: electus meus, in quo sibi complacuit verbum meum. Dabo Spiritum sanctum super eum, vel per eum. Iudicium gentibus reuelabit. Et post pauca apud Esaiam ita subiicitur, ישים בארץ משפט ולתורתו איים ייחלו Id est, Ponet in terra iudicium. Et legem eius insulæ expectabunt. Hæc & idem Ionathas ita in Chaldæum versa explanauit, יתקן בארעא דינא ובאוריתיה נגוון יכתרון Hoc est, Ordinabit in terra iudicium, & in lege eius gentes sperabunt. Hæc satis ad primum quæsitum. Ad reliqua verò duo, patebit in sequentibus responsio. CAP. Cùm Propheta in præmissis in persona Dei dixit, Electus meus in quo sibi complacuit anima mea, quid ibi per animam meam Dei intelligitur? GAL. Vbi Propheta in persona Dei loquens, Anima mea, dixit, ibi Ionathas, Verbum meum, transtulit. Sic enim (vt audistí) voce Dei ait, Electus meus, in quo sibi complacuit verbum meum. Quare dicere audeo, animam Dei ibi non esse, nisi Filium Dei, qui & Verbum Dei, & Sapientia Dei, & Virtus Dei dicitur. Ex præmissis igitur omnibus abundè patuit, quòd ad insinuandam Filij Dei incarnationem, ac diuinæ & humanæ naturæ cognationem in Christo futuram, Deus multoties à priscis Iudæorum propinquus siue consanguineus, & frater Israel dictus fuerit.

*Anima Dei.*

## CAP. XXIX.

*Quod Deus ipse ore proprio doctorem esset hominum, & Messias sit ille.*

### CAPNIO.

IN plerisque Iudæorum libris memini me legisse, futurum quandoque fuisse, vt Deus ipse cum hominibus consuetudinem ducens, ore proprio ipsos doceret: ex quo maximè ipsa diuina insinuatur incarnatio. GAL. Ita profectò est, vt ais. Legitur enim hoc modo in מדרש מכר סיני *Midras Medbar Sinai*, id est, in expositione super librum Numerorum 23. capit. eo in loco, vbi scriptum est, Sicut in tempore dicetur Iacob & Israeli, Quid fecit Deus? Vidit oculus Balaam, quòd Israel essent sedentes extra Domino in futurum, quemadmodum sedet discipulus coram magistro, quærentes ab eo super qualibet פרשה *parasa*, id est, de vnoquoque capitulo, quam ob rem scriptum fuerit: sicut dictum est Esa. 33. cap. כי לישבים לפני יהוה פחדה לאגף ולשבעה ולמכסה עתיק Hoc est, Quoniam sedentibus coram Deo erit negociatio, vt comedant ad satietatem, & vt induant preciolo, vel fortiti. Et iterum 30. capit. ait, ולא יכנף עוד מוריך והיו עיניך ראות את מוריך Id est, Et non auolabit vltra doctor tuus. Et erunt oculi tui videntes doctorem tuum. Et Angeli ministerij interrogabunt eos, dicentes, Quid docuit vos Deus sanctus & benedictus? Hoc autem dicturi sunt, quia non habebunt facultatem intrandi in medium eorum: sicut dictum est Numer. 23. cap. Sicut in tempore dicetur Iacob & Israeli, Quid fecit Deus? Hactenus traditio: quam Rabbi Selomo in diebus Messiæ complendam fuisse ostendit, cùm verba Esaiæ primùm in eadem traditione inducta, cum quibusdam præcedentibus exponit. Vbi enim Esa. 23. capit. ait, והיה סחרה ואתננה קודש להיותו Id est, Et erit negotiatio eius, & merces eius sanctuarium, vel sanctitas Deo: glossa eiusdem R. sic dicit, Futurum est, vt iusti talia contemnant cùm venerit Rex Messias. Et hoc est quod apud eundem Prophetam consequenter scriptum est, לא יאצר ולא יחסן כי ליושבים לפני יהוה יהיה סחרה לאכל לשבעה ולמכסה עתיק Id est, Non reponetur in horreo, neque thesaurizabitur: quoniam sedentibus, vel habitantibus coram Deo erit negociatio, vt comedant ad saturitatem, & vestiantur pretioso, vel forti: Quæ R. Ionathas ita Chaldaicè transtulit, Et erit negociatio eius sancta coram Deo. Non congregabitur in horreum, neque thesaurizabitur, quia ministrantibus coram Deo erit merces, vt comedant ad saturitatem, & induantur precioso. Optimè quoque ad propositum facit quod in libro ספרי *Siphre* legitur, cùm super illud Deuteronom. 33. cap. dictum, ובורית עולם בינו שנות דור ודור Id est, Memorare dies seculi, animaduertere annos generationis & generationis, ita dicitur, Dixit eis Moses, In tempore quo ipse locus, id est, Deus inducet tribulationes super vos in mundo isto, mementote quot bona, & quot consolationes sit vobis daturus in seculo futuro. Sequitur, Animaduerte annos generationis & generationis: Hæc est generatio Messiæ, in quo sunt tres generationes, sicut dictum est Psal. 72. יראוך עם שמש ולפני ירח דר דרים: Hoc est, Timebunt te cum sole & ante lunam generationem generationis. Sequitur Deut. 32. cap. שאל אביך ויגדך Id est, interroga patrem tuum, & annunciabit tibi: futurum est enim, vt sint Israel videntes & audientes, tanquam qui audiunt ex ore Dei sancti & benedicti, secundum sensum quo dictum est Esa. 30. cap. Hæc est via, ambulate in ea, siue ad dexteram siue ad sinistrā. Et rursus dicitur apud eundē Prophetā ibidem, Et dabit vobis Deus panē angustiæ, & aquam contritionis, vel panē angustum & aquam compressam: Sed non auolabit vltra doctor tuus, vel, non operiet se ala vltra doctor tuus. Et erunt oculi tui videntes doctorem tuum. Hæc omnia traditio. Rabbi verò Ionathas Vzielis filius hæc postrema Esaiæ verba ita Chaldaicè traduxit, ולא יסלק עור שבינת ז׳ ויהווין עינך להלכיוהי Hoc est, Et non recedet vltra diuinitas eius. Et erunt oculi tui videtes diuinitatē eius. Vbi igitur Propheta primò doctor tuus, deindè doctorē tuum, dixit, vtrobiq; Ionathas in Targum (vt nunc visum est) diuinitatē eius posuit. Ex quo profectò liquet, futurum fuisse vt homines Deum doctorem haberent, quem oculis viderent, & à quo veritatis viā discerēt. Quod profectò haudquaquam fieri potuisset, nisi futurum fuisset Deum hominem fieri ex vtroque genere, diuino scilicet



licet & humano permixtum. Super verbum autem illud, Panem angustum & aquam compressam, sic ait glossa R. Selomonis; Non erit vobis facultas eundi post voluptates, vt hactenus fecistis: sicut dictum est Amos 6. capit. השותים במזרקי יין Id est, Bibentes in phialis vinum. Cùm enim esse tis post voluptates euntes, videre nequiuistis Deum sanctum & benedictum. Quemadmodum dictum est Esa. 6. השמן לב העם הזה ואזניו הכבד ועיניו השע Hoc est, Impingua cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude. Cùm verò parum comederis, erunt oculi tui videntes doctorem tuum, ולא יכנף *Velo iccaneph*, id est, Et non se operiet abs te ala pallii sui: quasi dicat, non absondet vultum suum abs te מוריך *Morecha*, id est, doctor tuus, hoc est Deus sanctus & benedictus, qui docebit te, להועיל *Leboil*, id est, vt valeas, vel ascendas. Hæc R. Selomo. Ex quibus patet quorundam ex nostris non paruus error: vbi enim Iudaica prauitas doctorem hunc iuxta literalem sensum Deum esse asserit audibilem atque visibilem, quod Messiæ Deo & homini valde congruit: illi hunc eundem doctorem iuxta literam, Ezram fuisse affirmant: quod prorsus falsum esse, ex eo facilè videri potest, quòd dictum illud Esaiæ, Et non auolabit abs te doctor tuus, neque Ezræ, neque cuiquam puro homini conuenire potest, nisi soli illi, qui demum in se credentibus, atque credituris dixit Matth. vltimo, Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Nam etsi in humanitate ad Patrem ierit, in forma tamen qua Patri æqualis est, nunquam à fidelibus suis discedit. Valde quoque notandum est, quòd præmissa hæc traditio exponens illud Deuteronom. 32. Animaduerte annos generationis & generationis, hoc modo ait, Hæc est generatio Messiæ in quo sunt tres generationes. Vbi nihil aliud dictum esse censendum est, generationem Messiæ esse generationem & generationem, & rursus in eo nihilominus tres esse generationes, quàm geminam esse Messiæ generationem, diuinam scilicet qua à Patre ante secula genitus est, & humanam, qua ex matre in seculo natus est: & consequenter tres in eo sequitur esse generationes, tres videlicet subsistantias, id est corpus, animam & diuinitatem. Et iterum hæc duo & tria vnum esse Messiam. Prædictis etiam non incongruè annectitur, quòd in proœmio *Midras*, id est, expositionis Lamentationum Ieremiæ his verbis legitur, In futuro Deus sanctus & benedictus erit sedens, & exponens coram iustis sensum legis, & reuelans eis per manus Messiæ: sicut dictum est Prouerb. 21. יצמן לישרים תושיה מגן להלכיהם Hoc est, Reseruat, vel occultat rectis legem, clypeus ambulantibus simpliciter, vel perfectè. Dixit R. Abraham Auen Ezra, Celat regis legem: quia occultat ab eis verbum sapientiæ, donec veniat tempus eius, & exponat eam ore suo coram magistris. Et super hoc dictum est Prouerb. 15. ודבר בעתו מה טוב Id est, Et verbum in tempore suo quàm bonum est? Hucusque traditio. Ex his igitur omnibus quæ dicta sunt, palam patet, Deum ore suo doctorum fuisse hominem, visibilem atque audibilem factum: quod tunc proculdubio impletum est, cùm Dei Filius carne humana assumpta, visibilis atque audibilis effectus, & habitu inuentus vt homo, discipulos suos, hominumque turbas docebat, atque à Scribis & Pharisæis interrogatus, eorum quæstionibus respondebat.

## CAPVT XXX.

*Quod Deus coæquandus esset Ecclesiæ, & quòd Messias caput Ecclesiæ futurus erat.*

### CAPNIO.

AD hanc etiam Filij Dei incarnationem (vt arbitror) insinuandam Deus ipse Ecclesiam sororem ac sociam suam vocauit: ita Cantici canticorum 5. cap. dicens, פתחו לי אחותי יונתי תמתי Hoc est, Aperi mihi soror mea, vel socia mea, columba mea, perfecta mea. GAL. Ita certè est, vt ais. Sed aliud maius latitat mysterium in verbis istis, quod maximè ad propositum nostrum facit. Nam vbi nunc תמתי *taumathi*, id est perfecta mea scriptum est, תאומתי *teumathi*, id est gemella mea, Selomo scripsit. Sic enim scriptum fuisse prisci Talmudistæ testantur. Legitur enim in *Midras Sir hassirim*, id est, in expositione Cantici canticorum, super hunc textum sic R. Immai dixisse, quòd תאומתי *teumathi*, id est, gemella mea scriptum fuit. Ex quo igitur in lege scriptum est, dici potest. Dixit ibidem R. Iudas in nomine R. Leui *teumathi*, id est, gemella mea, idco dictum est, à Deo scilicet; quoniam sicut huiusmodi gemellis contingit, vt si aliquid senserit corpus alterius, mox socius eius turbetur, atque tumultuetur: ita ex quo in lege dictum est, dici potest, eò quòd Deus dixerit Psalm. 91. Cùm ipso sum ego in tribulatione, eruam eum, & honorabo eum, & ostendam illi saluationem meam. Hæc traditio. Ex qua apertè ostenditur, quòd Deus & Ecclesia velut duo gemelli futuri erant. Et tunc Deus cum homine pariter existendo, & conuersando ipsum honoraturus, & à tribulatione eripiturus. Quod non potest nisi de incarnatione intelligi. Ex quo planè infertur, Messiam geminam habiturum fuisse naturam, diuinam scilicet & humanam: vt in altera verus & perfectus Deus esset, in altera verus & perfectus homo. CAP. Secundùm quam naturam Messias caput Ecclesiæ esse debebat, vtrùm scil. secundum diuinam naturam, an secundum humanam, an secundum vtramq; simul? GAL. Secundum vtramque simul, inquam, quamuis secundum humanam longè magis, quàm secundùm diuinam. Nam secundùm eam naturam magis propriè caput Ecclesiæ esse debebat, secundùm quam ipsi Ecclesiæ corpus ipsius mysticum esse magis conueniebat: sed secundum naturam ipsius humanam, multò magis conuenit vniuersæ Christi Ecclesiæ, corpus eius mysticum esse, quàm secundùm naturam eius diuinam, cùm ipse secundùm naturam humanam, & non secundum naturam diuinam, membra propriè habeat: Messias igitur etsi secundùm vtramque naturam caput Ecclesiæ futurus erat, secundùm humanam tamen longè magis propriè. CAP.

*Messias caput Ecclesiæ futurum.*

Vt magis Iudæorum perfidia conuincatur, hoc loco Messiam vniuersæ Ecclesiæ, quæ ex Iudæis & Gentilibus congreganda erat, futurum fuisse caput, probandum est. GAL. Primùm igitur Hoseam in medium afferam, sic de isto capite & corpore primo capite apertè loquentem, ונקבצו בני יהודה ובני ישראל יחדו ושמו להם ראש אחד ועלו מן־הארץ כי גדול יום יזרעאל Quæ verba sic interpretantur, Et congregabuntur filij Iuda, & filij Israel simul, & ponent sibi caput vnum. Et ascendent de terra: quoniam magna dies Izreel. Vbi glossa R. Selomonis sic ait, Et ponent sibi caput vnum, Dauid scilicet Regem suum. Quoniam magna erit dies יזרעאל *izreel*, dies videlicet congregationis seminis eorum. Hæc R. Selomo. Hoc autem totum tunc impletum est, cùm Apostoli & cæteri Christi discipuli (quorum aliqui fuerunt de tribu Iuda, vt Iacobus, & Iohannes, & alius Iacobus, & fratres eius, & aliqui de singulis aliis tribubus) simul cum conuersis ex Gentibus in vnam Christi fidem congregati sunt, & caput vnum, Dauid Regem suum, id est Messiam sibi posuerunt. Quòd autem Dauid pro Messia accipiatur, in præcedentibus latissimè patuit: vbi inter cætera dictum est, quòd siue de viuis, siue de mortuis Messias sit, Dauid est nomen eius. Sequitur in prophetia, Et ascendent de terra, id est, de sensu & conuersatione terrena, & de humilitate literæ, ad spiritalis intelligentiæ altitudinem. Quoniam magna dies יזרעאל *izreel*, quod seminabit Deus, Latinè sonat. Magna enim fuit dies illa, non solùm duratione, verùm etiam miraculis, multisque aliis, quam Deus per Apostolos cæterosque Christi discipulos ac eorum successores per orbem semitauit, vt prædicationis fructum afferrent. Hanc & hactenus seminare non destitit, neque ad mundi vsque finem vnquam seminare cessabit. Quare factum est, vt Gentiles qui populus Dei non erant, populus Dei essent. Quod bene Hoseas ipse voce Dei prædixit 2. cap. dicens, ורעתיה לי בארץ ורחמתי את לא רחמה ואמרתי ללא עמי אתה והוא יאמר אלהי id est, Et seminabo eam mihi in terra: & miserebor eius, cuius non fui misertus: & dicam non populo meo, populus meus tu. Et ipse dicet, Deus meus. Deinde Micheam audi. sic 2. cap. dicentem, ויעבר מלכם לפניהם ויהוה בראשם Id est, Et transibit Rex eorum ante eos. Et Deus in caput ipsorum. Quod autem Messiæ caput Ecclesiæ Israelis futurus erat, habetur in libro *Sanhedrin* in cap. *Helec*: vbi ita ad verbum legitur, In *Bereschith Rabba* R. Mosis Hadarsan super illud Gen. 49. Lauabit in vino indumentum suum, sic dicitur, Quando veniet Rex Messias, indutus erit purpurâ pulchra visu. Et post pauca: Et ipse erit caput Israel. Quod haud incongruè cum ea Pauli sententia conuenit, cum ad Philippenses scribens 1. cap. ait, Ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam, quæ est corpus ipsius & plenitudo eius. Et rursus ad Coloss. 1. cap. dicit, Et omnia in ipso constant, & ipse caput corporis Ecclesiæ. Hæc satis de tertio libro, vbi abundè Messiam Deum & hominem simul futurum fuisse, probatum est. Alia permulta præter illa, quæ dicta sunt, tam de diuina trinitate in secundo libro, quam de Messiæ diuinitate in hoc tertio, opportunè dicenda occurrere potuissent: quæ ne præsens opus prolixius quàm decet, redderetur, omittere placuit. Ea enim duntaxat his in libris (quod & in cæteris faciam) afferre curaui, quæ ad referanda catholicæ veritatis arcana in Hebraicis codicibus inuenta, necessaria visa sunt. Quare Theologicarum difficultatum subtilitates, quæ ad detegenda huiusmodi arcana, necessariæ non sunt, prætermittendas duxi: præsertim cùm de ipsis abundè pertractet Georgius Benignus de Saluatis Archiepiscopus Nazarenus, vir vtique præstanti ingenio præditus, ac in omni disciplinarum genere maximè eruditus, in præclaro illo opere, quod de vexillo victoriæ Christianæ, Christianissimo Gallorum Regi Francisco huius nominis primo, dedicandum, nunc non minus eleganter quàm subtiliter confecit. In eo siquidem opere, ad probandum victoriam Christianam esse fidem nostram, qua credimus, tres esse qui testimonium perhibent in cœlo, & Iesum esse Filium Dei, circa diuinam trinitatem, ac diuini verbi incarnationem, tres & sexaginta pontuntur contemplationes. Quarum vnaquæque incipit, Lux deitatis, vt ipse oculis vidi.

LIBER



LIBER QVARTVS

# DE PRIMO MESSIÆ ADVENTV.

## CAPVT PRIMVM.

*Quòd duplex sit Messiæ aduentus, vnus cum humilitate, ad redimendum humanum genus: alter cum gloria & maiestate ad iudicandum vniuersum orbem.*

### CAPNIO.

QVONIAM duo potissimum inter cætera de Messia Iudæi nostri seculi negant, eius scilicet diuinitatem, & cum iam venisse (ipsum enim & purum hominem asserunt, & venturum adhuc expectant) ea propter sicuti Messiam ipsum & Deum & hominem futurum fuisse, per eorum scripturas abundè probasti, ita quoque eum iam venisse ostendere debes: vt cùm illum eundem, quem adhuc summo cum desiderio expectant, per suas scripturas, quæ hac de re clarissimè loquuntur, iam venisse cognouerint, Dominum nostrum Iesum Christum verum esse Messiam, ac mundi saluatorem, fateri cogantur. GAL. Ostendam vtique. Sed vnum prius, quod nemo vestrum quærit, declarari opus est. HOC. Quid illud est? GAL. Dicam statim. Quia igitur non solum eorum perfidiam veritate conuincere nobis in animo esse debet, verum illos quoque ad veritatis agnitionem reducere nobis pro viribus connitendum est: idcirco vnde tanti erroris occasionem sumant, vt quem venisse constat, præstolari nunquam desinant, nobis certè referendum est: vt semota huiusce erroris causa ipsius quoque effectus, hoc est, infidelitas ipsa, quæ ab eiusmodi errore ortum habet, semoueatur, nisi in perfidiæ cæcitate obstinati permanere velint. Necessariò itaque sciendum est, duplicem Messiæ esse aduentum, de quibus passim Prophetæ fuere locuti. Alterum quidem cum humilitate, ad redimendum, siue ad saluandum. Alterum verò cum gloria & maiestate, ad iudicandum. Iuniores tamen Iudæorum tanquam omnino obcæcati, geminum hunc Messiæ aduentum distinguere nescientes, Prophetarum vaticinia confundunt, seseque variis implicant erroribus, atque infinita penè mendacia circa Messiæ mysteria componunt. Alij namque Messiam ipsum mox in suo aduentu in tanta virtute ac potestate apparaturum expectant, vt cum omnia mundi regna sibi subiecturum, Iudæisque liberatis, ac regno Israel restituto, temporaliter regnaturum affirment. Quo in errore aliquando & Christi discipuli fuerunt, credentes ipsum illico post resurrectionem terreni regni sceptro potiturum. Vnde & quidam eorum superæteros primatum ambientes, ad eius dexteram & sinistram sedere petebant. Quidam verò post mortem eius, ac si sua spe defraudati essent, aiebant, Nos sperabamus, quòd ipse redempturus esset Israel. Quidam denique an eo tempore regnum Israel restituturus esset, ab eo quærebant. Alij autem Iudæorum (vt eò vnde digressus sum redeam) primi atque secundi aduentus prophetias confundentes, ipsasque vno eodemque tempore consummandas asserentes, Messiam nondum venisse dicunt. Alij demum & ob ea quæ de Messiæ humilitate, ac passione in primo eius aduentu subeunda, Prophetæ prædixerunt, & ob ea quæ de eius maiestate & gloria in secundo ipsius aduentu manifestanda, Prophetæ ipsi prænunciarunt, duos affirmant venturos esse Messias: Primumque, filium Ioseph appellant, quem in certamine Gog & Magog interficiendum dicunt. Alterum filium Dauid vocant, quem & primum Messiam resuscitaturum, & Israel redempturum, ipsiusque Israel regnum restituturum, aiunt. Sed si Prophetarum dicta, vetustorumque Talmudistarum expositiones rectè intelligere vellent, non solùm in tot errores non inciderent, verùm etiam veritatem ipsam facilè agnoscere possent. Nam vt primùm de Prophetis dicam, si varios veniendi modos quos Messiæ ipsi assignant, animaduerterent, eos de vno eodemque aduentu verificari non posse, inuenirent: quin potiùs ex diuersis ipsis veniendi modis, duos esse Messiæ aduentus, & ipsi quoque concederent: quod si facerent, facile ad veritatis agnitionem peruenire possent. CAP. Vellem aliquod huius gemini aduentus exemplum adduceres. GAL. Nonne Zachariam Messiam ipsum in forma pauperis super asinam & eius pullum equitantem, venturum prædixisse legisti? Sic enim 9. capite ait, גילי מאד בת ציון הריעי בת ירושלם הנה מלכך

יבוא לך צדיק ונושע הוא עני ורוכב על חמור ועל עיר בן אתונות Hoc est, Exulta valde filia Sion, iubila filia Ierusalem, Ecce Rex tuus veniet tibi iustus & saluatus ipse, pauper, & ascendens super asinam, & super pullum filium asinarum. Nonne etiam in Daniele eundem Messiam in nubibus cœli, quasi filium hominis venturum esse reperisti? cum sic Propheta ipse capite septimo Chaldaicè inquit, חזה הויית בחזוי ליליא וארו עם ענני שמיא כבר אנש אתת Id est, Aspiciebam ego in visione nóctis, & vidi cum nubibus cœli quasi filium hominis venientem. Cùm enim te vtramque linguam & Hebraicæ & Chaldaicæ non mediocriter callentem sciam sacrarumque literarum studiosissimum esse non ignorem, hæc te frequentiùs legisse arbitror.

CAP. Legi vtique quàm sæpissimè hæc. GAL. Certum est igitur, vtrumque Prophetam de vno eodemque Messia his in locis locutum fuisse: cui tamen longè diuersos veniendi modos tribuunt. Nam alter quidem ipsum pauperem & asinæ insidentem venturum dicit: alter verò eum cum nubibus cœli quasi è cœlo cum gloria descensurum ait. Qua de re & Talmudistæ non parum admirantur. Nam vt legitur in libro *Sanhedrin*, in cap. *Helec* R. Iehosuas filius Leui quæsiuit quidnam esset, quòd Messias apud Danielem quidem cum nubibus cœli venturus describitur, apud Zachariam verò pauper & super asinam sedens? Quia igitur hi duo veniendi modi qui à Prophetis istis Messiæ assignantur, simul esse non possunt, cùm incompassibiles sint, duos esse Messiæ aduentus dicere oportet: alterum cum humilitate, ad redimendum: alterum cum maiestate, ad iudicandum. De primo locutus est Zacharias: de secundo Daniel. Quod ex iis quoque quæ ibidem adiiciunt, facilè videri potest. Nam Zacharias quidem ibi non modò Messiam ipsum, pauperem & humilem ac saluatorem nuncupat, eo quòd per humilitatem & paupertatem humano generi salutem allaturus esset: sed redemptionis quoque opus exprimit, quod per Messiam ipsum fieri debebat, cùm ibidem ait, גם את דם בריתך שלחת אסיריך מבור Hoc est, Etiam tu in sanguine fœderis tui, emisisti vinctos tuos de lacu. Insuper & paulò ante sic, ורבר שלום לגיים id est, Et loquetur pacem gentibus. Quæ omnia redemptionis mysterium apertè innuunt. Daniel autem eodem in capite hæc etiam inter cætera dicit, ויגיא יתיב וספרין פתיחו Hoc est, Iudicium sedit, & libri aperti sunt. Ex quibus liquidò patet, ipsum de secundo Messiæ aduentu fuisse locutum. Ex horum igitur prophetarum aliorumque dictis manifestè colligitur duplicem esse Messiæ aduentum. Quod si Iudæi negare audent, eis priscorum Talmudistarum dicta obiicimus, qui neque veritatem hanc tacuerunt. Nam in מדרש קהלת *Midras Cohelet* id est, in expositione Ecclesiastis, super illud, Nihil est recens sub sole, legitur R. Berachias dixisse, הגואל האחרון נגלה וחזור שנתכסה Id est, Redemptor vltimus reuelatus est, & reuertetur qui occultatus est. Vbi veteres ferè omnes Messiam redemptorem bis appariturum esse aiunt. Quantum autem temporis spacium inter primam & secundam eius apparitionem futurum sit, nulla apud eos fit determinatio. Id ipsum etiam ex libro תנחומא *Tanhuma* clarius ha-

A betur, vbi sic dicitur, תנא בשעה יהוה את שיבת ציון היינו כחולמים: או יכלא שחוק פינו ולשון רינה: מאי בשעה יהוה מאי היינו כחולמים אמר ליה זאת היא בחמה משיח בן אפרים בי בשיפתך מעזרת בני ישראל יהיו כולם כחולמים לא ישנים ולא מתעוררים וכשישוב הקב"ה להראות להם אז יכלא שחוק פיהם וישמחו ויתאמרו של יהוה תראשון בסבת הראשונה שנית ויאמרו הגדיל יהוה לעשות עם אלה: id est, Legimus in Psal. 126. Dum conuerteret Deus captiuitatem Sion, eramus tanquam somniantes: tunc implebitur risu os nostrum, & lingua nostra cantu. Quid est, Dum conuerteret Deus captiuitatem Sion, eramus tanquam somniantes? Responsum est ei, Hoc erit in bello Messiæ filii Ephraim, qui dum subtrahet se, ne sit in auxilium filiorum Israel, erimus omnes veluti somniantes, non dormientes nec vigilantes. Quando verò reuertetur Messias, ostendetque se ipsum eis, tunc implebitur risu os eorum, eruntque gaudentes, & verificabunt primum aduentum, ratione huius secundæ ostensionis: & dicent, Magnificauit Deus facere pro nobis. Hæc traditio. Quæ quamuis iuniores Iudæorum in alienum sensum retorqueant, & quidam ex nostris morti & resurrectioni Christi piè applicent, ipsa tamen traditio de duobus Messiæ aduentibus expresse loquitur: nam sequentia verba Psalmi quem inducit, & conuersionem Iudæorum quæ circa mundi finem fiet, & præmium bonorum operum quod vnusquisque in secundo Messiæ aduentu reportabit, palàm insinuant. Sic enim eodem in Psalm. sequitur, אז יאמרו בגוים הגדיל יהוה לעשות עם אלה הגדיל יהוה לעשות עמנו היינו שמחים שובה יהוה את שביתנו כאפיקים בנגב Id est, Tunc dicent in gentibus, Magnificauit Deus vt faceret cum istis (scilicet benignè, vt ait translatio Chaldaica) Magnificauit Deus vt faceret nobiscum (benignè supple, vt eadem dicit) fuimus lætantes. Conuerte Deus captiuitatem nostram, sicut riuulos in Austro. Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent. Ambulans ambulabit & flebit, ferens charum semen. Veniens veniet in exultatione, reportans manipulos suos. Hunc etiam geminum Messiæ aduentum allegoricè tradiderunt, per Messiam scilicet filium Ioseph, & per Messiam filium Dauid. Nam per Messiam filium Ioseph, quem passurum, occidendum, resurrecturumque dixerunt, primum aduentum insinuarunt: per Messiam verò filium Dauid, secundum significauerunt, eo quòd Messias ipse in secundo aduentu, tanquam Rex mundi vniuersi, cum maiestatis gloria venturus sit. Et quamuis antiqui Talmudistæ & per filium Ioseph, & per filium Dauid, non duos Messias, sed vnius & eiusdem Messiæ duos admodum differentes designarint aduentus, vt ex eorum verbis perspicuè patet, nonnulli tamen recentiorum Iudæorum dicta veterum malè intelligentes, immò peruertere conantes, inde occasionem sumunt dicendi duos venturos esse Messias, quos frustra expectant. De duplici igitur Messiæ aduentu apud priscos Talmudistas nullum est dubium: Licet iuniores id negent, nec à Christianis confiteri cogantur primum eius aduentum iam præterisse.

CAPVT



## CAPVT II.

*De duobus Messiis, quos Iudæi recentiores frustra venturos expectant.*

## CAPNIO.

VNDE deliramentum hoc de duobus Messiis quos Iudæi nostri temporis venturos præstolantur, ortum habuit? GAL. Ex mala scripturarum intelligentia. In *Bereschith* enim *Rabba* super illud Gen. 49. cap. dictum, יששכר חמור גרם id est, Isachar asinus fortis, vel osseus, hoc modo legitur; Scriptum est Esa. 32. Beati vos seminantes super omnes aquas. Non est igitur seminare nisi eleemosynam, & opera misericordiæ facere: sicut dictum est Esa. 55. Eia omnes sitientes venite ad aquas. Si quis autem ita fecerit, merebitur Eliam & duos Messias. Hoc est autem quod scriptum est Esa. 32. Mittentes pedem bouis & asini. Mittentes, ille est Elias, de quo scriptum est Malach. vlt. cap. Ecce ego mitto vobis Eliam prophetam. Pedem bouis, hic est Messias filius Ioseph. Sicut dictum est Deut. 33. Primogenitus bos eius decor eius. Et asini, hic est, Messias filius Dauid, de quo scriptum est Zach. 9. c. Pauper & equitans super asinam. Hæc omnia ibi. Ex his igitur & aliis huiusmodi sacræ scripturæ verbis, astruunt Iudæi iuniores, duos Messias sibi esse mittendos. In libro quoque סכה *Succa* in c. *Habehi hamnoſa* ita ad verbum dicitur, Tradiderunt Rabbanan, id est, Magistri, quòd Messias filius Dauid qui redempturus est, citò redimet in diebus nostris, dicetque ei Deus sanctus & benedictus, Pete à me aliquid, & dabo tibi: sicut dictum est Psal. 2. Narrabo præceptum, Deus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam fines, vel terminos terræ. Cumque viderit Messias filium Ioseph interfectum, dicet coram eo, scilicet Deo: Domine seculi non ego peto à te nisi vitam. Dicet ei Deus sanctus & benedictus, Vitam petis scilicet à me? Cùm enim tu adhuc non dixeris, hoc tam prophetauit super te Dauid pater tuus: sicut dictum est Psal. 21. Vitam petiit à te, & dedisti ei longitudinem dierum in seculum & vltra. Hæc Talmud. Quæ quidem nihil continent, quod sit Domino nostro Iesu Christo contrarium. Ad illud autem quod sequitur, Messiam filium Dauid non fuisse moriturum, dici congruè potest, Dominum Iesum etsi secundùm humanitatem passum & mortuum vt hominem, tamen ipsum vitam petiisse, ac ei longitudinem dierum in seculum & vltra datam fuisse, cùm eum tertia die post mortem eius Deus suscitauit nunquam vlteriùs moriturum. Ex hac præterea traditione plura quoque alia contra Iudæos habentur. Et primò quidem, quod Messias filius Dauid citò redempturus esset: & per consequens, quòd in diebus eorum, i. cùm adhuc ipsi in terra sua domini & potentes essent, Messias ipse filius Dauid venturus esset. Dies enim vniuscuiusque gentis & regis ii dicuntur, quibus dominatur & viget. Deinde quòd Psal. 2. de Messia loquitur. Ex quo profectò Messiam esse Dei Filium consequens est, eò quòd eodem in Psalmo dicitur, Deus dixit ad me, Filius meus es tu. Et non adoptiuum quidem, propter id quod immediatè subiicitur, Ego hodie genui te cui tanquam vero Filio dedit gentes in hæreditatem, & orbem vniuersum in possessionem: quod in Christianis constat fuisse completum. Demum quòd Psalm. 21. videlicet, Deus in fortitudine tua lætabitur Rex, totus de Messia intelligitur. Eodem quoque in lib. & cap. sic præterea legitur, Et planget terra, familiæ, & familiæ seorsum. Hic planctus cur fiet? Dixit Rab: Discordes sunt in hoc R. יוסא *Dossa* & Magistri: Vnus enim dixit, propter Messiam filium Ioseph, qui interfectus erit. Alius verò ait, propter fomitem malum, vel propter sensualitatem quæ occisa erit. Pax sit illi, qui dixit super Messiam filium Ioseph occidendum, plan-ctum illum futurum. Hoc est enim quod de illo scriptum est Zach. 12. c. והביטו אלי את אשר דקרו Hoc est, Et respicient ad me, quem confixerunt. Hactenus traditio. Ex qua maximum contra Iudæos sumitur argumentum. Nam cum Deum esse oporteat eum, qui apud eundem Prophetam immediatè ante prædicta verba sic ait, ושפכתי על בית דוד ועל יושב ירושלם רוח חן ותחנונים Id est, Et effundam super domum Dauid & super habitatores Ierusalem spiritum gratiæ & deuotionum: (hoc enim facere solius Dei est) cumque ille idem immediatè subiungat, quod nunc dictum est, videlicet, Et respicient ad me quem confixerunt, quod Magistri Iudæorum de Messia filio Ioseph interficiendo, dictum fuisse expositum est, vt in hac traditione liquidò patet: consequens profectò est, Messiam filium Ioseph Deum simul & hominem esse oportere. Quatenus, inquantum Deus, spiritum gratiæ & deuotionum super credentes in se effundere valeret, & inquantum homo, clauis in cruce configi posset. Ex his igitur traditionibus non rectè intellectis, Iudæorum nostri seculi stultitia duos Messias expectat venturos; alterum filium Dauid, alterum filium Ioseph. Sed eos turpissimè decipi, dupliciter patet. Primò quidem per Sacram scripturam. Nam etsi Saul, Dauid & alij quidam Messiæ vocati sunt, nusquam tamen in omnibus 24. Sacræ paginæ libris ostendi potest, scripturam aliquam nisi de vno duntaxat Messia ad saluandum venturo, mentionem fecisse. Deinde id quoque per priscas eorum traditiones euidentissimè demonstratur. Nam apud antiquos Iudæorum & Messias filius Ioseph, & Messias filius Dauid vnus & idem habitus est. CAP. Vnde probas? GAL. Primum quod in *Bereschith rabba* dicitur, audi. Ibi enim super Gen. 28. c. dictum, Et egressus est Iacob de Bersaba, id est, de puteo septem, ita ad literam legitur, Hoc est quod scriptum est Psalm. 121. Leuabo oculos meos ad montes, vnde veniet aditus meus. Quis tu mons magne coram Zorobabel? Mons magnus iste Messias est filius Dauid. Et post pauca subditur: Gratiam ei, ideo scilicet dictum est, quia ipse erit donans gratiam & deuotiones Israeli. Sicut dictum est Zachar. 12. Et effundam super domum Dauid & super habitatores Ierusalem spiritum gratiæ & deuotionum. Hæc omnia traditio. In cuius calce

dicitur, quòd Messias filius Dauid gratiam & de-
uotiones Israeli daturus erat. Ad cuius probatio-
nem hæc Zachariæ autoritas inducitur, Et effun-
dam super domum Dauid & super habitatores Ie-
rusalem spiritum gratiæ & deuotionum. Quæ ta-
men autoritas in antecedenti traditione de Messia
filio Ioseph inducta est. Ex quo manifestum abs-
que dubio est, Messiam filium Dauid eundem o-
mnino esse. Quare sicut ibi Messiam filium Ioseph
Deum & hominem necessariò esse, ostensum est,
ita quoque hic Messiam filium Dauid Deum &
hominem fore, necessariò sequitur. Cùm enim
hic in persona Messiæ filij Dauid dicatur, Et ef-
fundam super domum Dauid, & super habitato-
res Ierusalem spiritum gratiæ & deuotionum,
quod soli Deo conueniat; atque immediatè sequa-
tur, Et aspicient ad me quem confixerunt, quod
Deo nullatenus competere potest: clarum profe-
ctò, atque perspicuum est, Messiam filium Dauid
Deum & hominem necessariò futurum fuisse: vt
tanquam Deus spiritum gratiæ & deuotionum su-
per homines effundere posset, & tanquam verus
homo absque diminitatis detrimento, configi ac
mori. In *Midrai* quoque *tehilim*, id est, in expositio-
ne Psalmorum alia quædam ponitur traditio, ex
qua manifestè colligitur Messiam filium Ioseph &
Messiam filium Dauid eundem proculdubio esse.
Ibi enim super illud Psalm. 92. ואתה מרום לעולם
יהוה Hoc est, Tu autem excelsus in æternum
Deus; sic habetur, Dixit R. Berachias, In æternum
manus tua Domine desuper exaltabitur quasi
monocerotis cornu meum. Sicuti enim vnicor-
nis cornua altiora sunt, quàm cornua omnium
bestiarum, ipse quoque ventilans est ad quatuor
ventos cœli: sic Messias filius Dauid ventilans erit
ad omnem ventum. Et de eo dixit Moses Deuter.
33. Primogenitus bos eius, decor eius: Et cornua mo-
nocerotis cornua eius. Ipsis populos ventilabit si-
mul. Et ipsa mille millia Ephraim. Et ipsa millena-
ria Manasse. Targum verò dicit ואינון ייבבתא
רבוית אפרים ובינון אלפיא רבית מנשה Id est, Et i-
sti erunt mille millia domus Ephraim: & isti erunt
millenaria domus Manasse. Et contra eum con-
surgent Reges ad occidendum eum: sicuti dic-
tum est Psalm. secundo, יתיצבו מלכי ארץ ורוזנים
נוסדו יחד על יהוה ועל משיחו Id est, Consurgent
Reges terræ & principes tractabunt vna aduersus
Deum, & aduersus Messiam eius. Israelitæ autem
qui tunc temporis in terra fuerint, in tribulatione
magna erunt: verumtamen in tribulatione sua e-
runt, quasi oliua vberrima: sicut dictum est, Et ve-
tulus mea in oleo vberi. Et Israelitæ videntes e-
runt ruinam suam. Sicut dictum est Psalm. 92.
ותבט עיני בשורי בקמים עלי מרעים תשמענה אזני
Id est, Et intuebitur oculus meus obseruatores
meos, vel inimicos meos, insurgentes aduersùm
me malignantes audient aures meæ. Deinde se-
quitur, scilicet ibidem: צדיק כתמר יפרח כארז בל
בנון ישגה Hoc est, Iustus vt palma florebit, sicut
cedrus in Libano multiplicabitur. Iustus iste est
Messias filius Dauid, qui palmæ assimilatur. Sicut
enim palma est pulchra vsu, omnesque fructus e-
ius dulces, ac boni, sic Messias filius Dauid specio-
sus aspectu suo erit, omnesque actus eius dulces,
ac boni coram Deo sancto & benedicto. Dixit
Rabbi Ishac, Quemadmodum vmbra palmæ longè est ab ipsa, ita largitio præmij iustorum, quod
scilicet per Messiam dabitur, longè est ab eis vsque
ad seculum venturum: sicut dictum est Deuter. 7.
Et erit postquam audieritis ista, & custodieritis at-
que feceritis ea, seruabit Dominus Deus tuus tibi
pactum, & misericordiam, quam iuratus patribus
tuis. Scriptum quoque est Deuter. 5. cap. Faciens
misericordiam ad millia diligentibus eum, & ser-
uantibus mandata eius. Ad millia, id est post mul-
ta tempora, & non statim in hac vita. Hæc omnia
traditio. Quæ etsi multa quidem contra Iudæos
contineat, maximè tamen quod ad propositum
facit, Messiam filium Ioseph & Messiam filium
Dauid eundem esse ostendit. Cùm illud Deute-
ronom. in benedictione Ioseph dictum, Primo-
genitus bos eius decor ei, de Messia filio Dauid
intelligendum esse tradit. Non abs re autem pri-
sci illi patres per Messiam filium Ioseph & per Mes-
siam filium Dauid, vnum & eundem verum Mes-
siam significarunt. In hoc enim non solùm duos
eius aduentus (vt dictum est) designarunt, verùm
etiam in Messia quidem filio Ioseph eius humili-
tatem ac mansuetudinem; in Messia verò filio Da-
uid ipsius nobilitatem ac regnum insinuarunt.
Quapropter Dominum nostrum Iesum Chri-
stum vtrunque Messiam extitisse clarissimè con-
stat. Fuit enim filius putatiuus Ioseph sponsi ma-
tris suæ, non quidem carne, sed educatione ac nu-
tritione. Fuit quoque filius Dauid secundùm car-
nem, vt alibi abundè probabitur: quare ei regnum
iustè debebatur. Quod ipsi etiam Iudæi fatentur.
Nam in libro *Sanhedrin* in capite נגמר הדין *Nig-
mar hadin*, id est, conclusa est sententia, vel deter-
minatum est iudicium, ita legitur, Dixit R. עלא
*Ila*, Quod Iesus Nazarenus propinquus erat regni,
Dauidici scilicet, Et suspenderunt eum in vespera
Paschæ. Quas ob res haud ineptè veteres Iudæo-
rum ipsum Dominum Iesum per duos præmissos
Messias, per Messiam scilicet filium Ioseph, & per
Messiam filium Dauid designarunt.

## CAPVT III.

*Quod primus Messiæ aduentus iam præteriit. Ex
quibus potissimum rationibus super Prophe-
tarum Talmudistarumque testi-
monijs fundatus id pro-
betur.*

## CAPNIO.

PRIMI nunc aduentus Messiæ tem-
pus iam præteriisse per prophetic-
as Talmudicasque scripturas (vt
pollicitus es) abs te probandum
est. GAL. Faciam equidem, &
eo certè accuratiùs, quo tem magis profuturam
me factum spero. Cùm enim totius fere belli
quod inter nos & Iudæos geritur, in eo vel maxi-
mè ratio consistat, quòd nos quidem dicimus,
Messiam in lege & Prophetis promissum, iam ve-
nisse, eumque Dominum nostrum Iesum Chri-
stum fuisse, cùm in ipso omnia prorsus Prophe-
tarum



tarum oracula conuenisse, atque consummata fu-
isse, constet: Ipsi verò è contra id penitus negan-
tes, eum quem Prophetæ prædixerunt quandoq;
venturum, nondum venisse, sed venturum esse, as-
fuerant: eam ob rem vtilitatem non paruam me
Christianæ religioni allaturum confido, si quibus-
cunq; potero modis, primi aduentus Messiæ tem-
pus iam præteriisse probauero. Ex hoc enim facilè
poterimus, & ipsum Dominum nostrum Iesum
verum fuisse Messiam concludere, & Iudæos ipsos
ad veritatis notionem reducere. Quod vt distin-
ctiùs, planiùs, atque efficacius facere valeamus, se-
ptem potissimas rationes adducemus: quæ ita su-
per Prophetarum vaticiniis fundatæ erunt, adeoq;
Talmudistarum testimoniis roboratæ, vt Iudæi ip-
si handquaquà eis contradicere possint. Quarum
Prima quidem, ex Iudaici sceptri ablatione su-
menda est. Cap. 4
Secunda verò, ex templi secundi desitione. 9
Tertia autem, ex loci assignati vastatione. 13
Quarta deinde, ex temporis determinati præ-
teritione. 14
Quinta insuper, ex Israelitici populi punitio-
ne. 22
Sexta præterea, ex Romani Imperij subiectio-
ne. 25
Septima demum, ex idololatrici cultus cessa-
tione. 29

CAP. Age quæso, mi Galatine, per vnamquamque
harum rationum, primi aduentus Messiæ tempus
iam præteriisse ostendito. GAL. Ego equidem
prout mea feret facultas, omni contentione id ag-
ere curabo: modò vterque vestrum & patientes
tis quę dicturus sum, aures accommodet, & quod-
cunq; dubitandum duxerit, scisciatari non omittat.

## CAPVT IV.

*Prima ratio qua tempus primi aduentus Messiæ iam præ-
teriisse probatur, sumitur ex Iudaici sceptri defectione. Pro
qua prima demonstratur, quod circa primum Messiæ
aduentum, sceptrum Regni Iudaici pe-
nitus defecere de-
bebat.*

## GALATINVS.

PRo primæ itaque rationis fundamento, Iacob patriarchæ referenda sunt verba: qui filiorum salu-
tem cupiens, eis in suo testamento inter cætera futurorum arcana, Messiæ mysterium explicare decreuit. Quare vt cautiores eos redderet, tempus aduentus eius de-
terminatum (vt Gen. 49. cap. legitur) his verbis as-
signauit, לא יסור שבט מיהודה ומחקק מבין רגליו
עד כי יבא שילה ולו יקהת עמים יסר Hoc est, Non rece-
det sceptrum de Iuda, & scriba siue legumlator de
medio pedum eius, donec veniat *Silo*, id est Messi-
as. Et illi erit congregatio populorum, id est, gen-
tium. HOC. Hæc verba longè secus, quàm nostra
editio habet, adduxisti. Sic enim (vt nosti) habet,
Non auferetur sceptrum de Iuda, neque Dux de
femore eius, donec veniat qui mittendus est, & ip-
se erit expectatio gentium. GAL. Ita prorsus est,
vt ais. Sed multò melius pro nostra fide, Hebraica
veritas habet. Ista namque nostra expositio magis
iuxta sensum est, quàm literalis. Vnde Iudæi nostri
temporis latam habent viam fugiendi, negandæ-
que veritatis. Obiicere etenim facilè possunt, pro-
phetiam hanc non de Messia, sed de aliquo alio in-
telligendam esse. Et præsertim de Nabuchodo-
nosor Babylonis rege, qui ad innumera eorum,
patrumque peccata punienda, & ad vrbem Ieru-
salem templumque destruendum, atque ad popu-
lum captiuandum, mittendus erat. Quemadmo-
dum & à Prophetis multipliciter prænunciatum
fuerat, & tempore Sedechiæ regis adimpletum est.
Tunc enim (vt aiunt) per Nabuchodonosor fuit
sceptrum de Iuda ablatum, cùm ciuitas eorum di-
ruta est, templumque exustum, & qui in cæde non
corruerant, in Babyloniam captiui ducti sunt: vt
Ieremiæ vltimo cap. dicitur. Exinde (inquiunt) ne-
que Regem, neque Ducem de domo Iuda habui-
mus vnquam. Quod etiam sequitur, Et erit expe-
ctatio gentium, de ipso Nabuchodonosor intelli-
gi volunt: cùm eius dominium in omnibus genti-
bus fuerit, ipsique vt Dan. 2. cap. dicitur, caput au-
reum extiterit. Vnde super omnia alta gentium
Regna quæ secutura erant, regni eius denotatur
excellentia. Hæc & alia multa secundum nostram
translationem, Iudæi nobis opponere solent, quæ
iuxta textus Hebraici veritatem, minimè obiicere
possunt. CAP. Imò & sic etiam sæpenumero nobis
obstiterunt. Cùm enim Prophetia ista non loquatur
apertè de Christo sub nomine Messiæ, sed obscurè
sub nomine שילה *Silo*, (Vbi enim nostra editio
habet, Donec veniat qui mittendus est, Hebraicus
textus dicit, Donec veniat שילה *Silo*, quod qui-
dem verbum apud Hebræos æquiuocum est: po-
test enim שילה *Silo*, proprium loci cuiusdam sic
nuncupati esse nomen, & missionem siue missum
significare, à verbo שלח *Salach* tractum, quod
mittere apud eos significat) eam ob rem quidam
recentiorum Iudæorum, verum huius Prophetiæ
sensum subuertere conantes, ac *Silo* pro loco acci-
pientes, ipsam non de Messia, sed de Saul intelligi
debere, aiunt. Qui quidem Saul in Regem electus,
venit vngendus in Silo, vbi Domini erat arca, in
qua seruabatur vnctio. Et tunc sceptrum quod
pro quodam primatu accipitur, & eatenus in tri-
bu Iuda fuerat, ex ipsa tribu amotum fuisse, di-
cunt, atque ad tribum Beniamin de qua erat ipse
Saul, translatum. GAL. Hæc eorum expositio
falsa omnino est. Tum, quia ante Saulis electio-
nem arca Domini in qua vnctio seruabatur, iam
à *Silo* in *Cariathiarim* transportata fuerat: vt patet
primi Regum cap. 7. Et ex consequenti Saul non
in *Silo*, sed in *Cariathiarim* vnctus fuit. Tum etiam,
quia immediatè post Saulem, imò ipso Sau-
le adhuc regnante, Dauid qui primus ex tribu
Iuda regnauit, fuit Rex institutus, atque à Se-
muele Propheta vnctus. Quare minimè verisimi-
le videtur, vt tunc sceptrum de tribu Iuda ab-
latum fuerit, quando eadem tribus ad regni per-
fectionem propinquissima erat. CAP. Sunt
& alij quidam, qui *Silo* pro loco etiam accipien-
tes, dicunt prophetiam hanc de Ieroboam, qui
de tribu Ephraim oriundus fuit, intelligendam

*Altera ob-
iectio.*

esse. Nam cùm decem tribus ob duram responsionem à Roboam rege Selomonis filio populo datam, à regno Iuda discessissent, ipsum Ieroboam sibi Regem delegerunt. Et tunc aiunt à tribu Iuda sceptrum ablatum fuisse, atque ad tribum Ephraim translatum: vnde sic exponunt Prophetæ dictum illud, Donec veniat *Silo*, id est, Donec veniat Ieroboam coronandus in *Confutatio. Silo!* GAL. Ista quoque expositio falsissima est: tum quidem, quia illa decem tribuum congregatio, quæ Ieroboam sibi Regem constituit, non in *Silo*, sed in Sichem facta fuit: vt ex tertij libri Regum capit. 12. apertè colligitur: tum quoque, quia non fuit tunc regnum à domo Iuda amotum: quod ex eo potissimum patet, quòd ex ea tribu Reges per hæreditariam successionem vsque ad Babylonicam captiuitatem per annos fermè 492. sine intermissione fuerunt: & illi soli veri Reges censebantur, cùm & in regia vrbe Ierusalem regnarent, & per vnctionem quæ in templo erat, instituerentur. CAP. Sunt postremò & alij nonnulli, qui dictionem hanc שילה *Tertio obiicitur.* *Silo*, prout quandam missionem significat, accipientes, Prophetiam hanc de Nabuchodonosor (vt ante dixi) exponunt: qui propter peccata populi ad totius terræ illius perditionem, atque ad regni ablationem à Deo missus fuit. Vnde ita exponunt illud Prophetæ dictum, Donec veniat *Silo*, id est, Donec veniat qui mittendus est Nabuchodonosor. Tunc enim (vt aiunt) interfecto Sedechia Rege, qui de tribu Iuda erat, ac filiis eius, regnum Iuda omnino defecit: cum ex eo tempore nullus vnquam ex ea tribu regnauerit. Quare & hos quoque mentitos esse, palàm ostende. GAL. Id igitur tripliciter ostendam. *Confutatio.* Et primò quidem, quia vt etiam R. Selomo hoc in loco ait, sceptrum de domo Iuda per Babylonicam captiuitatem ablatum non fuit: quod ex eo quoque maximè probatur, quia tunc non omnes *Sanhedrin*, qui capita Iudæorum erant, à Nabuchodonosor interfecti fuerunt: quandoquidem multi eorum in Babyloniam descenderunt, ibique iuxta eorum legem, ac mores, ex Regis consensu, Iudæorum causas determinabant, atque iudicabant. Quòd autem in Babyloniam descenderint, hoc *Mattas Sir hassirim*, id est, expositio Cantici canticorum manifestè testatur, super dictum illud, Dilectus meus descendit ad hortum suum, ad arcolam aromatis: vbi & Targum sic dicit, Dominus seculi suscepit orationem eorum cum complacentia, descenditque in Babyloniam ad sapientes *Sanhedrin*, & dedit odorem populo suo. Cùm igitur *Sanhedrin*, id est, iudices ordinarij in quorum manu sceptrum erat, tempore captiuitatis Babylonicæ non defecerint, consequens planè est, tunc sceptrum minimè defecisse. Deinde verò hoc ex eo probatur, quòd post captiuitatem illam Babylonicam, per eos qui ex tribu Iuda prodierant, vsque ad Herodem Ascalonitam Iudæorum populus gubernatus fuit. Nam Zorobabel qui populum eiusdem captiuitatis reditu, princeps extitit, de tribu Iuda fuit, vt legitur apud Zachar. cap. 4. & apud Haggæum cap. 1. Similiter & alij omnes, penes quos vsque ad Machabæos regimen populi pertenerunt, de tribu Iuda fuerunt: vt ipsi etiam Talmudistæ tradunt. Machabæi quoque qui postea vsque ad Herodem Ascalonitam, Iudæorum principatum obtinuerunt, de tribu Iuda censebantur, quia tribus regia & tribus sacerdotalis commixtæ erant: vt patet libri 4. Reg. cap. 11. Vnde & ipsi Machabæi secundùm genus maternum ex tribu Iuda processerant. Quæ omnia in libro *Sanhedrin* in capit. דיני ממונות *Dine mamonoth*, id est, de iudiciis diuitiarum, optimè confirmantur. Ibi enim sic dicitur, Non recedet sceptrum de Iuda; Hæc sunt capita captiuitatum, quæ regebant Israel virga & sceptro. Et scriba de medio pedum eius; Hi sunt filij filiorum *Hillel*. Vbi glossa, Capita (inquit) captiuitatum Babyloniæ fuerunt Zorobabel, & sui, ac Princeps qui fuit in terra Israel, qui fuit Mathathias, & sui, scilicet חשמונאי *Hasmonæi*, hoc est, Machabæi, & cæteri ab ipsis descendentes. Filij verò filiorum *Hillel* fuerunt *Sanhedrin*, id est, iudices prædicti à discipulis Hillelis edocti: quam ob rem ratione doctrinæ filij filiorum eius sunt nuncupati. Ex quibus manifestum est, vsque ad ipsius Herodis Ascalonitæ tempora, sceptrum de tribu Iuda non recessisse. Tertiò demum id potissimùm patet per Targum, id est, per Chaldaicam Rabbi Ankelos translationem, quæ hoc in loco sic dicit, לא יעדי עבר שולטן מדבית יהודה וספרא סבני בנוהי עד עלמא עד דייתי משיחא דדיליה הוא סלכותא דליה ישתעבדון עממיא Hoc est, Non præteribit autor vel factor potestatis, siue dominij regij de domo Iudæ, & scriba de filiis filiorum eius vsque in seculum, quousque veniat Messias, cuius est regnum. Et ei obedient, vel congregabunt se populi, siue nationes gentium ad eum. Ex ista Chaldaica traductione & expositione, si diligenter perspiciatur, multa ad propositum nostrum habentur. Quorum primum quidem est, quòd per verbum Hebraicum שבט *scepter*, quod virga vel sceptrum interpretatur, factum quoddam regium atque dominium intelligitur: cui illud Psalm. 45. congruit, שבט מישור שבט מלכותך Id est, Sceptrum directionis, sceptrum regni tui. Secundum verò est, quòd per verbum מחוקק *Mehokek*, quod idem est quod scriba, magnus legumlator intelligi debet. Vnde Deuteron. 33. cap. in benedictione Gad, vbi Latinè dicitur. Doctor, in Hebraico habetur מחוקק *Mehokek*: quod Ankelos de Mose Chaldaicè exposuit, באתמנתיה פשה ספרא רבא דישראל קביר Hoc est, In possessione Moses scriba magnus, hoc est, legislator magnus, sepultus est. In eo etiam quod nos apud Esaiam 33. sic habemus, Dominus legislator noster, in Hebraico ponitur dictio hæc מחוקקנו *Mehokek*: sic enim ibi dicitur, יהוה מחוקקנו id est, Deus legumlator noster. Tertium autem est, quòd dictio ista שילה *Silo* Messiam significat: quod in antiqua quoque *Bereschith Rabba* optimè probatur, cum super hunc locum, Donec veniat שילה *Silo*, sic dicitur, Donec veniat *Silo*; iste est Messias: & ad eum congregabunt se gentes: quia ipse iudicabit totum orbem. Et hoc est quod dictum est Mich. 4. capit. Et iudicabit inter gentes, & arguet populos multos. Et iterum Esa. 11. capit. Et iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate mansuetos terræ. Et percutiet terram



ram virga oris sui, & in spiritu labiorum suorum interficiet impium. Hæc omnia ibi: quibus satis conuenienter connectitur, quod in איכה רבתי *Echa rabbethi*, id est, in expositione planctus Ieremiæ legitur: vbi super illud Thren. 1. cap. Quia elongatus est à me consolator, conuertens animam meam, sic dicitur, Quod est nomen Messiæ? Qui de domo R. Sela erant, dixerunt שילה *Silo* est nomen eius: sicut dictum est Genes. 49. cap. Donec veniat *Silo*, id est, Messias. CAP. Si igitur in hac *Quare Messias dictus est Silo.* Prophetia, *Silo* nonnisi Messias intelligi potest, quamobrem Propheta non dixit, Donec veniat Messias, sed, Donec veniat *Silo*? GAL. Non abs re profectò sic locutus est. In hoc enim apertè innuere voluit, Messiam à matre absque patre nasciturum, siue de matris materia sine viri semine concipiendum fuisse: quod R. Kimhi in libro *Seraphim* manifestè testatur, dum ita de eo ait, Vocatur Messias, Princeps & Dominator: Mos enim Dominantis est, vt sit virga in manu eius. Et quia virga disciplinæ plebis in manu ipsius erit, ideo מחקק *Mehokek* etiam dicitur, quod scribam significat. *Silo, atymon interpretatio.* Porrò, Donec veniat Silo, id est, filius eius fœminini generis exponitur. Et est Prophetia de Messia. Deriuaturque שילה *Silo* à vocabulo שיליה *Silja*, quod est facculus quidam in quo manet infans in vtero matris, qui aliquando in scriptura pro embryone in matrice sumitur. Hæc omnia Rabbi Kimhi. Ex quibus apertissimè liquet, quòd *Silo* in antedicta Prophetia idem est quod filius mulieris. Ex quo palàm est, ideo Prophetam dixisse, Donec veniat *Silo*, vt ostenderet Messiam ipsum de matre absque patre nasciturum fuisse. Ex quibus omnibus manifestè patet contra Iudæorum nostri temporis perfidiam, quòd iuxta veterum Talmudistarum expositiones, præmissa Prophetia de nullo alio rectè intelligi potest, nisi de Messia. Et per consequens secundùm dicta antiquorum concluditur, quòd in aduentu ipsius Messiæ, Regni Iudaici sceptrum penitus deficere debebat.

## CAPVT V.

*Quod iudiciaria quoque potestas in aduentu Messiæ penitus à Iudæis auferenda erat. Et de Iudæorum iudicibus.*

## GALATINVS.

VBI præterea nostra editio in prædicta Prophetia, Neque Dux de fœmore eius, habet, Hebraicus textus, Scriba, eo in loco habet, quod magis veritati consonat, expressiusque de Christo testimonium perhibet. Non enim tantùm Dominationis potestas in Messiæ aduentu à Iudæis auferenda erat, sed iudiciaria quoque sapientum, qui *Sanhedrin* dicebantur, autoritas. Quod R. Moses Hadarsan apertè affirmat, in commentariis suis in librum Geneseos, super illud eiusdem Prophetiæ verbum, Et scriba de fœmore eius: Hi sunt *Sanhedrin*, sedentes in consistorio *Gazith*, ad iudicandum iudicia animarum. Hi nunquam de terra Iuda auferentur, quousque veniat *Silo*, qui est Messias. Hæc ille. In *Bereschith* quoque קצרה *ketsara*, id est, in expositione Gen. abbreuiata hoc modo legitur, Non recedet sceptrum de Iuda, & legumlator de medio pedum eius. Hi sunt sedentes יעבץ *Iabbetz*, docentes הלכות *hallacoth*, id est, sententias, in *Sanhedrin* magna, quæ sedet in consistorio *Gazith*, in parte Iudæ. De quibus dictum est 1. Paralip. 2. cap. Et familiæ scribarum sedentes יעבץ *Iabbetz*. Donec veniat Silio, id est, Messias. Quia futurum est, vt gentes seculi deferant munera Messiæ filio Dauid. Sicut dictum est Esa. 18. בעת ההיא יובל שי ליהוה צבאות Id est, In tempore illo deferetur munus Deo exercituum. Hæc omnia traditio. Ex qua non solùm patet propositum, sed argumentum quoque sumitur, quòd Messias est Deus exercituum, cui gentes per magos munera allaturæ erant. Hoc. Quid per nomen *Sanhedrin* importatur? Et quod eorum fuit munus, quamve potestatem habebant? GAL. Quemadmodum in 11. Numer. cap. legitur, tempore Mosis Dei iussu 70. Seniores ætate prouecti, ac scientia probati, delecti fuerunt: qui ipsius Mosis in populi regimine coadiutores essent: ad quos omnes legis ac fidei difficultates, seu dubia declarare, ac definire, & in rebus grauibus atque causis arduis iudicare pertinebat. De quibus illud Deuteronom. 17. cap. scriptum intelligitur, Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris, inter sanguinem & sanguinem, crimen & crimen: & post pauca, Surge, inquit, & ascende ad locum quem elegit Dominus, & sequaris sententiam eorum, nec declinabis ad dexteram, nec ad sinistram. Hi autem *Sanhedrin* vocabantur, quos nos Iudices ordinarios appellare possumus, dicebantur quoque מחוקקים *Mehokekim*, id est Scribæ siue legumlatores: eò quòd quidquid tradebant, & scribebant, tanquam lex ab aliis habebatur. Horum collegium sceptrum datum à Spiritu sancto per Iacob domui Iudæ repræsentabat, & in ipsis sceptrum ipsum pendebat. Quare non solùm sub regibus & ducibus residentes, iudicandi potestatem exercebant, verùm nullo etiam Rege, aut Duce in Iudæis existente, eorum nihilominus adhuc durabat autoritas. De quorum qualitate in libro *Sanhedrin* in capite דיני ממונות *Dine mamonoth*, id est iudicia diuitiarum, sic legitur; Dixit Rabbi Iohanan, Non erant constituentes in *Sanhedrin*, nisi dominos sapientiæ, staturæ, & apparentiæ, ac senectutis, & dominos incantationum, nec non & scientes 70. linguas, ne oporteret eos interpretes alios audire. Vbi glossa R. Selomonis sic ait, Statura & apparentia in eis requirebatur, vt in reuerentia haberentur. Quòd autem essent incantationum Domini, ideo exigebatur, vt incantatores & maleficos in suis maleficiis & incantationibus confidentes, conuincerent, & occiderent. Hæc R. Selomo. De eorum autem iudicandi potestate & modo, in libro *Sanhedrin* Babylonico in cap. ארבע מיתות *Arbamittoth*, id est, Quatuor mortes, sic habetur, Quatuor mortes, id est, quatuor occidendi modi traditi sunt domui iudicij, id est, ipsis *Sanhedrin*: videlicet, סקילה שרפה הרג וחנק Hoc est, Lapidare, comburere, occi-

dere, & strangulare. Dixit R. Akiba, Vnde habebant *Sanhedrin*, quòd quando interfecissent animam, id est, cum aliquem occidendum iudicassent, tota die illa nihil gustarent? Inde vbi dictum est, Non comedetis super sanguinem. Legitur quoque in libro *Sanhedrin*, in cap. דיני ממונות *Dine mamonoth*. Id est, Iudicia diuitiarum, quòd iudicia diuitiarum siue pecuniarum & bonorum mobilium per tres iudices fiebant: iudicia verò animarum per viginti tres. Hoc est, viginti tres de 70. iudicibus ordinariis, & non pauciores poterant hominem mortis reum, siue morti obnoxium iudicare. Non erant autem iudicantes tribum, vel sceptrum, neque pseudoprophetam, neque sacerdotem magnum, nisi domus iudicij septuaginta vnius iudicum. Nec erant egredientes ad licitum bellum, nisi secundùm os domus iudicij septuaginta vnius iudicum. Nec addebant ciuitati, nec falarius templi, nisi per os domus iudicij septuaginta vnius iudicum. Nec faciebant סנהדריות *sanhedrioth*, id est conuentus iudicum ordinariorum tribubus, nisi per domum iudicij septuaginta vnius iudicum: quod per manuum impositionem in tribum fiebat: vt dicit R. Ismael. R. verò Iudas dixit, quòd quinque erant necessarij in manuum impositione. Lupus autem, & leo, vrsus, pardus, & serpens per viginti tres iudices interficiendi erant. Collegium quoque magnum quod סנהדרי גדולה *Sanhedre ghedola* dicebatur, septuaginta vnius iudicum erat. Minus verò viginti trium. Vnde habetur, quòd concilium magnum *Sanhedrin* erat 71. iudicum? Ex eo quod dictum est Num. 11. cap. Congrega mihi 70. viros de Senioribus Israel. Moses autem fuit super eos. Sic ergo fuerunt 71. Hucusque Talmud. Vnde habetur argumentum, quòd tota domus iudicij 71. iudicum ad indicandum Christum simul conuenit, eò quòd vt dictum est, non iudicabat tribum, neque sceptrum, neque pseudoprophetam, neque Sacerdotem magnum, nisi domus iudicij 71. iudicum. Est autem sciendum, quòd minor ipsorum *Sanhedrin* conuentus non poterat, nisi à 70. maiorum conuentu ordinari, vt ibidem dicitur. Ipsi namque 70. iudices ordinabant aliorum iudicum conuentus, qui in aliis ciuitatibus & locis circumquaque populum regebant. Hac tamen conditione, vt vnusquisque cuiuscunque regionis conuentus, magno maiorum conuentui in Ierusalem, & in loco *Gazith* vocato, existenti, subesset. In eodem quoque libro *Sanhedrin*, in cap. ואלוהן *Vellu hen*, id est. Et isti sunt, sic ad verbum dicitur; Traditio est R. Iose dixisse, quòd in principio non erat controuersia in Israel, sed domus iudicij septuaginta vnius Iudicum sedens erat in consistorio *Gazith*, id est, dolato. Et aliæ domus iudicij viginti trium in diuersis locis sedentes erant. Vna enim earum sedebat in porta montis domus, id est, templi. Altera verò in porta atrij. Reliquæ autem domus iudiciorum viginti trium Iudicum, sedentes erant in singulis ciuitatibus Israel. Cum verò aliquid quærendum erat, à domo iudicij quæ erat in ciuitate propria quærebatur. Si audiebant, dicebant. Sin autem, ad illum ordinem veniebant, qui in propinquiori ciuitate erant. Qui si audiebant, dicebant eis. Sin autem, ad illum ordinem ibant, qui in porta montis dominus Domini erant: dicebantque, Sic exposui, & sic socij mei exposuerunt: sic docui, & sic socij mei docuerunt. Qui si audiebant, dicebant eis: sin minùs, ad eum ordinem veniebant, qui in porta atrij domus Domini erat dicebantque, Sic exposui, & sic socij mei exposuerunt: sic docui, & sic socij mei docuerunt. Qui si audiebant, dicebant eis. Sin minus, & illi & illi ibant ad consistorium *Gazith*, id est, dolatum vel politum, in quo *Sanhedrin* à manè vsque ad vesperam sedentes erant. In sabbatis autem, & diebus solennibus in muro sedebant. Ex quo verò multiplicati sunt discipuli *Sammai* & *Illel*, qui non ministrauerunt vt expediebat, creuerunt schismata in Israel, & lex facta est sicut duæ leges.

## CAPVT VI.

*Quando, quomodo, & quare Iudæorum regnum, & eorum iudiciaria potestas defecerint.*

## CAPNIO.

NVNC reliquum est, vt pro huiusce rationis conclusione edisseras, quo tempore, quo pacto, & quam ob rem Iudæorum tum regnum, tum iudiciaria potestas finem habuerint. GAL. Vtrumque Herode Ascalonita regnante, defecit: qui non modo alienigena, verùm seruus quoque Machabæorum extitit. Ad huius autem rei clariorem intellectum, sciendum est tres fuisse Herodes: quorum primus dictus est Ascalonita, Antipatri filius quem Iudæi אנטיפטר הורדוס בן *Herodes ben antiphtar* vocant. Hic primus alienigena, post Hircanum in Iudæa regnauit. Sub hoc Christus natus est, anno scilicet regni eius tricesimo primo. Siquidem omnes anni regni eius triginta septem fuerunt. Hic & infantes Bethlehemitas à bimatu & infrà, Christo nato, interemit. Secundus verò Herodes cognominatus est Antipater, superioris Herodis filius: qui adiudicante Cæsare, in Galilæa patri successit. Archelaus verò frater eius in Iudæa. Hic autem Herodes Ioannem Baptistam decollauit: eiusque tempore Christus passus est. Tertius autem Herodes vocatus est Agrippa, huius Herodis filius, atque primi nepos. De quo sic scriptum est in *Midras*, id est, in expositione super illud Deut. 17. dictum, De medio fratrum tuorum pones super te Regem: nec poteris dare super te extraneum, qui non est frater tuus; Cùm peruenissent Agrippas ad פסוק *pasuc*, id est, versiculum istum, fleuit, adeo vt oculi eius emiserint lachrymas. Omnis autem Israel dixit ei, Ne timeas Agrippa, frater enim noster es tu. Legitur autem de eo in *Baua bathra*, in cap. השותפין *Hassuttaphin*, Quòd Romani sic inter cætera scripserunt ei, Si autem diruisti & ædificasti, seruus es nequam, sic cessor seruorum reges se facientium. Nam si generis tui librum relegeris, non inuenies te nobilem, nec filium nobilis, sed Herodis Ascalonitæ possessi in seruum. Hæc omnia Talmud. Herodes igitur Ascalonita primus alienigena regnum Iudæorum dolo obtinuit. Nam vt & Iosephus, & alij historiographi tradunt, ex patre Antipatro Ascalonita, & matre Cypride Arabica genitus, paterno quidem genere Idumæus, materno verò Arabs fuit. Hic à Romanis Iudæorum regnum suscepit, vt tributis præesset, & Romano pareret imperio; neptemque Hircani Sacerdotis magni & Principis Iudæorum, qui Alexandra Iudæorum Reginæ filius fuit, & ex Machabæis originem traxit, duxit vxorem. Et circumcidûs se, ob regni & eius amorem, factus est proselytus. Et tandem eundem Hircanum dolo occidit; eo quòd diceret Regnum sibi deberi. Nam cùm Hircano ipso Pontifice à Parthis capto, Iudæam nihil ad se pertinentem, ab Augusto & Senatu accepisset, regressum postea de captiuitate Parthica eundem Hircanum, vnà cum Antigono eius filio, qui patri in Pontificatu & Regno successerat, interfecit. Quotquot etiam regia de stirpe prodierant, pariter interemit, propter illud Deuteronomij 17. scriptum, De medio fratrum tuorum pones super te Regem: omnesque libros qui de regum genealogia inscripti erant, exuri fecit, ne ipse aut filij eius alieni à regno censerentur. Et inter alia quæ crudeliter gessit, virum quoque sororis suæ Salomæ occidit. Et cùm eam alij tradidissent vxorem, etiam & hunc necauit. Scribas quoque & diuinæ legis doctores, simili scelere interfecit, vt omnem à Iudæis recuperandi regni modum spemque auferret. Quare tunc propriè & verè de tribu Iuda regni sceptrum ablatum fuit, cùm nemo de regio genere remansisse crederetur. Tunc etiam Iudiciaria potestas ab eis amota est, cùm omnes *Sanhedrin* Herodes ipse interimi fecit. Quæ omnia Talmudistæ referunt. Nam quòd Herodes ipse & capita captiuitatum Babyloniæ, & *Sanhedrin* ipsos destruxerit, habetur in בבא בתרא *Baua bathra*, in capit. השותפין *Hassuttaphin*. Id est, Socij in negociatione; vbi sic ad verbum dicitur, Herodes seruus fuit domus *Hasmonæi*, id est, Machabæorum: conieciqueque oculos in quandam puellam de eadem domo & familia, quæ מיריס *Merime* vocabatur. Die igitur quodam audiuit filiam vocis, id est, reuelationem de cœlo dicentem, Omnis seruus qui hoc tempore insurrexerit, prosperabitur. Insurrexit ergo & interfecit omnes dominos suos, omnesque filios dominorum, puella supradicta duntaxat reseruata, vt ea mediante affinitatem contraheret. Ipsa verò ascendit in turrim, eleuatisque vocem, & dixit, Omnis qui dixerit De domo *Hasmonæi*, id est, Machabæorum procedimus, seruus est. Nemo enim inde remansit præter me. His dictis præcipitauit se, & mortua est. Ipse verò balsamo condiuit eam annis septem. Fuerunt autem qui dicerent, quòd cognoscebat eam; & fuerunt qui dicerent, quòd non. Qui autem dixerunt quòd cognouit eam, causam hanc assignabant, vt concupiscentiam suam expleret atque libidinem: qui verò dixerunt, quòd non cognouit eam, rationem hanc reddebant, vt sic tenendo eam, diceretur affinis Machabæorum, quia filiam haberet regis. Dixerunt igitur *Rabbanan*, id est Magistri, Scriptum est Deuteronom. 17. cap. De medio fratrum tuorum pones super te Regem. Surrexit ergo & occidit vniuersos *Rabbanan*, id est, Magistros, reseruato sibi solo *Baba* filio *Bota*, vt consuleret eum. Quodam verò die iussit eum accersiri ad se & eruit ei oculos. Et post pauca, Homo iste extinxit lumen mundi, id est, *Rabbanan*: sicut scriptum est Prouerb. 6. cap. Quia lucerna est mandatum, & lex lux. Hæc omnia traditio. Ex qua satis apertè liquet, tempore huius Herodis, qui & capita Babylonis, id est, Machabæos, & Iudices ordinarios interfecit, sceptrum de Iuda recessisse, ac penitus defecisse. CAP. Si Iudæus obiiceret, sceptrum de Iuda tempore Herodis non recessisse, cum prædictus *Baba* filius *Bota*, ex ipsis *Sanhedrin* reseruatus alios adhuc *Sanhedrin* instituere potuisset, quid respondendum esset? GAL. Id falsum prorsus esse: Cùm neque eum id fecisse vllibi scriptum inueniatur, neque de iure facere potuisset: quod ex eo facilè videri potest, quod scriptum est in libro *Sanhedrin* in cap. דיני ממונות *Dine mamonoth*, id est iudicia diuitiarum. Ibi enim sic inter cætera dicitur; Dixit *Rabba* filius *Rab Asse*, Quòd confirmatio, vel institutio supra dictorum Iudicum, aut manu fiebat, aut nomine tantùm. Aut enim manum capiti eius imponebant, & confirmabant eum: aut nomine instituebant, vocantes eum *Rabbi*: vnus autem non instituebat. Hæc ille. Et ratio quare vnus non poterat Iudicem instituere, est (vt ibidem dicitur) quia huiusmodi institutio per manuum impositionem fieri non poterat, nisi per tres: vt dixit R. Ismael: aut per quinque, vt dixit R. Iudas. Tot enim erant necessarij. Quamuis autem Herode permittente, alij postea huiusmodi collegij Iudices instituti fuerint, qui sub ipso rege essent, sicuti & antea sub aliis extiterant, quia tamen non erant veri Iudices, nullam in rebus grauibus aut criminalibus iudicandi potestatem habebant: vt inde planè ostenderetur, sub ipso Herode hanc iudicandi autoritatem vna cum dominandi sceptro in Iudæis penitus defecisse. Eam ob rem Dominus noster Iesus Christus dum de his Iudicibus loquebatur, qui ea tempestate de Scribis & Pharisæis eligi solebant, Super cathedram (inquit) Mosis sederunt Scribæ & Pharisæi. Matth. 23. Sederunt, dixit, & non sedenti vt manifestè demonstraret, quòd eorum tunc iam cessauerat potestas. Quod etiam ipsimet confitebantur. Nam & Pilato dixerunt, Nobis non licet interficere quemquam: cùm à nobis scilicet sanguinis ablatum sit iudicium. Et tunc ob falsum iudicium in sanguinem ipsius iusti Christi prolatum, de consistorio *Gazith* expulsi fuerunt, anno ante vltimi templi excidium 40. & postea iussu Romanorum cœlestis quoque vocis persuasu, omnes denuo interfecti: vt in Talmud latius continetur. Nam in libro *Sanhedrin* Ierosolymitano sic inter cætera dicitur, Legunt Magistri, quòd per annos 40. ante templi destructionem, expulsi fuerunt Iudices de consistorio *Gazith*, & habitauerunt in *Hamith*. Quod exponens R. *Sichim*, ait *Gazith* & *Hamith* loca fuisse Ierosolymis. Et statim ex eo tempore (vt inquit ibidem R. *abdimi*) nunquam amplius criminale iudicauerunt iudicium, cùm huiusmodi iudicium non liceret nisi in *Gazith* fieri. In *Bereschith* verò

*rabba*, id est, in expositione magna libri Gen. super illud Genes. 49. cap. dictum, Non recedet sceptrum de Iuda; cum cæteris, quæ sequuntur; ita legitur, Non recedet sceptrum de Iuda; Istud est לישכת *liscath*, id est, camera vel consistorium הגזית *Haggazith*, id est, dolatum seu politum, quod datum est in parte Iudæ: sicut dictum est Psalm. 78. Et repulit tabernaculum Ioseph, & tribum Ephraim non elegit: sed elegit tribum Iuda, montem Sion quem dilexit. Montem, inquam, speculatiuum per legem. Et sic ait Psalm. 87. Diligit B Dominus portas Sion, id est, portas sepeculatiuas in sententia. Et scriba de medio pedum eius; Isti sunt sedentes, & dantes sententias in Israel in *Sanhedrin* magna, quæ sedet בלשכת הגזית *beliscath baggazith*, id est, in consistorio vel camera dolata seu polita in parte Iudæ; sicut dictum est primi libri Paralipom. 2. cap. Et familiæ scribarum sedentes Iahbez ianitores vel cantores. Et quid est, Non recedet sceptrum de Iuda? Nonne iam recesserunt *Sanhedrin* de consistorio *Ga-* C *zith*? Sed dicitur ibi, quòd non fuit data potestas *Sanhedrin*, id est, ipsis iudicibus ordinariis iudicandi animarum iudicia, nisi omni tempore quo erant sedentes in consistorio *Gazith*. Cùm lenim ad alium locum migrauerunt, deleta sunt animarum iudicia: sicut scriptum est Deuteronom. 17. cap. Et facies secundum verbum oris quod nunciabunt tibi de loco illo. Hinc docetur quòd locus erat necessarius. Donec veniat *Silo*, id est, D Messias. Legitur quoque in libro עבודה זרה *Auoda zara*, id est, Cultus alienus in capit. לפני אידהן *Liphne edehen*, id est, ante festa eorum: & in libro *Sanhedrin*, in capit. היו בודקין *Haiu bodkin*, id est, Erant quærentes; quod per 40. annos antequam destructa esset domus Domini, migrauit *Sanhedrin*, id est, collegium 70. Iudicum de *Gazith*, & sedit in *Hamith*. Et quare inde recessit? Dixit R. *Ishac* filius *Abudia*; Eo quòd non iudicauerunt E iudicia pœnarum. Ergo propter iudicia pœnarum videtur tibi? Imò quia non iudicabant iudicia animarum? Hæc traditio. Vbi glossa R. Selomonis sic dicit, Et numquid לשכת הגזית *Liscath baggazith*, id est, camera dolata vel polita ad iudicia pœnarum necessaria erat? Nequaquam, sed ad iudicia animarum, quando scilicet aliquis ad mortem iudicabatur. Non enim iudicia animarum in omni loco iudicabantur: sed quamdiu *Sanhedrin*, id est, collegium Iudicum ordinariorum in consistorio *Gazith* existebat: sicut di- F ctum est Deuteronom. 17. cap. Et surges & ascendes ad locum. Per hoc docetur, quòd locus ad huiusmodi iudicia erat necessarius. Migrauerunt igitur inde, & non iudicauerunt ampliùs iudicia animarum, quoniam per 40. annos ante destructionem domus, id est, templi, deleta sunt. Hæc omnia ad literam R. Selomo. Legitur præterea in libro *Sanhedrin* Ierosolymitano R. Rahamon dixisse, quòd cùm *Sanhedrin* migrassent de consistorio *Gazith*, & ab eis ablata fuissent iudicia a- G nimarum, consuerunt super pellem suam cilicium, depilaueruntque sibi caluitium, plorantes & dicentes, אוי לנו כי סר שבט מיהודה ובן דוד לא בא Hoc est, Veh nobis, quia recessit sce-

A ptrum de Iuda, & nondum venit filius Dauid, id est Messias. Hoc est quod scriptum est Amos 8. capit. והעליתי על כל מתנים שק ועל כל ראש קרחה ושמתיה כאבל יחיד ואחריתה כיום מר id est, Et ascendere faciam super omne dorsum saccum, vel cilicium, & super omne caput depilationem, vel caluitium. Et ponam eam vt planctum vnici, & nouissimum eius vt diem amarum. Hæc omnia idem Rabbi ibidem. Ex his omnibus manifestum est, quando, quomodo, & quare sceptrum Iudæorum penitus defecerit. CAP. Quo- B rundam nihilominus Iudæorum nequitia adhuc dicere præsumit, se in Babylonia sceptrum supradictum ac iudices habere: vbi ראשי גליות *Rasse galioth*, id est, capita captiuitatum huc vsque esse aiunt. GAL. Horum perfida audacia facilè conuincitur, si Isaiæ verba inspiciantur 13. cap. sic dicentis, Et erit Babylonia gloria regnorum, decus nobilitatis Chaldæorum, sicut subuersio Dei Sodomæ & Amoræ, non habitabitur in sempiternum: Et reliqua. Vbi glossa R. Selomonis sic di- C cit, Duæ vindictæ venerunt ei in duobus annis. Darius enim occidit Balthasar, & regnauit anno vno. In secundo verò anno subuersa est Babylonia, ad instar subuersionis Sodomæ & Amoræ, quæ cœlitus facta est. Legimus autem hoc in Talmud, in libro qui dicitur סדר עולם *Seder holam*, id est, ordo mundi. Sequitur in Isaia, Hirci saltabunt ibi. Quod interpretatus est Ionathan, Et dæmones ludent ibi. Dixit autem R. Kimhi in D vocabulo שעיר שעירים *Seir Seirim*, id est, Dæmon, dæmones; Hirci sunt dæmones. Vocauit autem eos sic, quia in forma hircorum apparent iis qui credunt in eos. Hæc Rabbi Selomo. Ex quibus apertè colligitur Babyloniam Chaldæorum de qua superiùs loquitur Talmud, desertam esse, ac fore in sempiternum, neque inhabitandam esse nisi à draconibus & feris ac dæmonibus; quos ראשי גליות *rasse galioth*, id est, capita captiuita- E tum omnium Iudæorum, qui à Christo hucusque in perfidia permanserunt, esse concedimus. CAPNIO. Sunt & alij ex Iudæis, qui sceptrum suum alicubi esse delirantes aiunt, locum tamen nullum in quo sit, determinatè affirmant. GAL. Horum deliramentum etsi confutatione non egeat, contra illud tamen, præter ea quæ dicta sunt, Talmudisticam illam traditionem satis est adducere, Quòd extra terram Israel *Sanhedrin* instituti nequeant: vt in libro *Sanhedrin* clarè habetur. Vbi inter cætera legitur Rabbi Iuda dixisse, Quòd F non poterat esse ordinatio, sine manuum impositio, qua *Sanhedrin* institui solebant, nisi in terra Israel. His igitur Iudæorum deliramentis non obstantibus, per ea quæ præmisimus, satis abundè patuit, regnum quidem Iudæorum tempore Herodis Ascalonitæ sub quo Christus natus est, ab eis ablatum fuisse, iudiciariam verò eorum potestatem ac Iudices tunc amoueri quidem cœpisse, sed per quadraginta annos ante templi secundi incendium, tempore scilicet quo Christus G passus est omnino defecisse: neque aliam ob causam, nisi quia Christum ipsum neci condemnassent.

*Obiectio Iudæorum in dararum.*

*Confutatio.*

CAPVT



## CAPVT VII.

*Conclusio rationis, quod Messias iam venerit.*

### CAPNIO.

OMNIBVS his ita deductis, nunc ratio ipsa formanda est, atq; Messiam ipsum tunc venisse concludendum. GAL. Si igitur eo tempore Messias omnino venturus erat, cùm duo hæc, & dominandi potestas, & iudicandi autoritas penitus in Iudæis deficerent (hæc autem Herodis Ascalonitæ tempore, sub quo Christus natus est, ab Iudæis prorsus ablata fuisse, per eorum scripturas probatum est) aduentus ergo Messiæ tempus iam præteriisse, Messiamque ipsum iam venisse, certum est. Maior huius rationis propositio per ea quæ dicta sunt, liquidò patet. Cùm enim Iacob per Spiritum sanctum in benedictione Iudæ dixerit, Mosesque eodem Spiritu plenus, in lege scripserit, Quòd sceptrum & scriba de Iuda non recessura erant, donec *Silo* veniret, sceptrumque & scriba secundùm veterum Talmudistarum expositiones, sit collegium *Sanhedrin*, id est, septuaginta vnius Iudicum, ac ipsum consistorium *Gazith*, id est, dolatum, de lapidibus scilicet politis constructum; *Silo* autem non sit nisi Messias, vt per eorundem scripturas iam probatum est: Cumque ipsorum *Sanhedrin* collegium ac iudicandi potestas per quadraginta fermè annos ante templi secundi euersionem (vt ostensum est) perdita fuerint; necessariò profectò sequitur, apud omnes qui rationum consequentias non prorsus ignorant, aut Messiam circa tempus illud omnino venisse, aut Iacob & Mosem penitus mentitos fuisse. Sed cùm postremum nemo vel eorum vel nostrum concesserit, primum concedant necesse est. Nam cum Prophetia dicit, Non recedet sceptrum de Iuda, & scriba de medio pedum eius, donec veniat *Silo*, id est, Messias: E perinde certè est, ac si diceret, Quando recedent sceptrum & scriba de Iuda, tunc veniet *Silo* שילה hoc est, Messias, ponitur enim *he*, loco *vau*. Hoc enim frequens est in scriptura Hebraica, & שיל propriè Filium significat, & est sensus, Donec veniat filius eius, scilicet Iudah. Hæc Rabbi Dauid Kimhi. Hæc autem propositio cùm conditionalis propositionis vim habeat, ex cuius antecedentis positione, sequitur necessariò consequentis positio, consequens necessariò est, eo tempore quo sceptrum & scriba à Iudæis recesserunt, ipsum *Silo*, id F est, Messiam, venisse.

## CAPVT VIII.

*Quod deficiente Iudæorum sceptro, & miracula quoq; templi pariter defecerint.*

### CAPNIO.

HAC igitur de causa arbitror & miracula templi vnà cum sceptro de- G fecisse. GAL. Rectè quidem arbitraris. Quemadmodum enim Iudæi anno ante templi secundi excidium 40. vt multifariam iam probatum est, sceptrum omnino amiserunt, ita eodem quoq; tem-

A pore miracula templi vnà cum sceptro perdiderunt: vt multis in locis ipsius Talmud manifestè habetur. Sed in primis in libro qui dicitur יומא *ioma*, id est, dierum, in capite quod incipit טרף בקלפי *Tereph bekalpi*: vbi ita legitur, Tradiderunt *Rabbanan*, id est, Magistri, quòd quadraginta annis in quibus Simeon Iustus ministrauit, fuit sors nominis Domini ascendens in dexteram. Ab illo autem tempore quandoque in dexteram, quandoque in sinistram ascendebat. Erat quoque לשון של זהורית מלבין id est, lingua splendoris albe- B scens. Ex eo autem tempore quandoque lingua illa albescebat, quandoque non. Lumen etiam vespertinum semper ardebat. Ex tunc autem aliquando ardebat, aliquando extinguebatur. Ignis quoque præparationis, id est, qui in altari Domini semper ardere debebat, semper validus erat, nec oportebat ligna ibi apponere, exceptis duabus assellis, ad complendum appositionis mandatum. Ex tunc verò quandoq; validus erat, quandoq; non, C & tamen sacerdotes nunquam cessabant tota die ligna apponere. Immissa adhuc erat benedictio in manipulum, & in duos panes, & in panes facierum. Ita vt cuicunque sacerdoti proueniret quantum oliua, comederet & saturaretur, & essent quibus superesset. Ex eo autem tempore immissa fuit maledictio in manipulum, & in duos panes, & in panes facierum, & omnibus sacerdotibus inde proueniebat quantum vna faba. Honesti verò retrahebant ab eo manus suas, & gulosi tolerabant. D Hæc ibi: vbi sic etiam immediatè sequitur, Tradiderunt *Rabbanan*, id est, Magistri, Quòd eo anno quo mortuus est Simeon Iustus, dixit eis, In anno isto ego moriar. Dixerunt ei, Vnde hoc scis? Ait eis, Omni tempore quo intrabam in sancta sanctorum, assimilabatur mihi senex albis indutus, qui mecum intrabat, mecumque exibat. Hodie autem apparuit mihi senex vnus nigris amictus, qui ingressus est mecum. Postea infirmatus diebus se- E ptem, mortuus est: cessaueruntque fratres eius sacerdotes ex illa hora benedicere in nomine Domini. Hæc traditio. Ex qua magnum sumitur veritatis argumentum, quòd Simeon Iustus præsciuerit se moriturum (vt refert Euangelium) quia vidit Christum Domini. Hoc autem isti in figmentum quoddam mendacij (sicut dictum est) commutarunt. Ibidē præterea sic legitur, Tradiderunt *Rabbanan*, quòd quadraginta annis ante destructionem domus, id est, templi, non fuit sors in dextera ascendens, nec fuit lingua splendoris in albedinem F conuersa, nec lumen vespertinum fuit ardens. Erantque portæ templi aperientes seipsas, donec increpauit eas Rabban Iohanan filius Zaccai, & dixit, Templum, templum, cur destruis te ipsum? Scio enim de te, quòd finis tuus erit destructio. Nam super te prophetauit Zach. 11. פתח לבנון דלתיך ותאכל אש בארזיך Hoc est, Aperi Libane portas tuas, & deuoret ignis cedros tuos. In Talmud insuper Ierosolymitano sic ad verbū dicitur, G Omnibus diebus quibus fuit Simeon Iustus ministrans, erat sors nominis Dei ascendens in dexterā, & lingua splendoris albescens, lumenque vespertinum semper ardens. Quadraginta verò annis antequam domus Domini destructa esset, extinguebatur lumen vespertinū, & lingua splendoris rube-

secebat vt sanguis, & sors nominis Dei in sinistra ascendebat, portæque templi cum vespere claudererentur, de nocte seipsas aperiebant, venientesque mane apertas inueniebant: dixitque Rabban Iohanan filius Zaccai, היכל חיכל למה אתרת סכריזלנו יודעין אנו שסופך ליחרב ועליך נתנבא זכריה פתח לבנון ותאכל אש בארזיך Id est, Templum, templum cur tu separasti nos, scilicet à te? Scimus nos, quòd finis tuus ad vastationem erit, & quòd super te prophetauit Zacharias 11. c. dicens; Aperi Libane portas tuas, & deuoret ignis cedros tuos. In Talmud denique Babylonico, in cap. שבעת ימים Id est, septem dies, ita legitur, Tradiderunt Rabbanan, id est, Magistri, quòd decem ligna facta sunt in domo sanctuarij. Non enim abortiuit mulier propter nidorem carnium sanctuarij. Neque carnes sanctuarij fœtebant vnquam. Neque vlla fuit musca in macello templi. Neque contigit accidens sacerdoti magno in die propitiationis. Neque inuenta est corruptio in manipulo, aut in duobus panibus, aut in panibus facierum. Stantes anguli erant, procidentes verò vt adorarent spacioli erant, licet à domo propitiatorij per vndecim vlnas remoti essent. Nunquam nocuit serpens neque scorpius in Ierusalem. Nec vnquam dixit homo proximo suo, angustus est mihi locus manendi in Ierusalem. Nunquam pluuiæ extinxerunt ignem lignorum præparationis. Neque ventus vnquam vicit columnam fumi. Quamuis enim omnes venti qui sunt in mundo in eam flarent, non tamen poterant eam deuiare, ne rectè sursum ascenderet. Traditio etiam est, quòd Rab. שמעיה *Semaia* dixit, quòd fragmenta valorum fictilium à locis suis absorbebantur. Cineres quoque altaris interioris & candelabri à loco suo absorbebantur, כל אלה בטלו ארבעים שנה קודם חרבן הבית שנאמר אותותינו לא ראינו ואין עוד נביא ולא אתנו יודע עד מה Hoc est, Omnia vero hæc cessauerunt per annos quadraginta ante destructionem templi. Sicut dictum est Psalmo septuagesimo quarto, Signa nostra non vidimus, non est vltra Propheta, neque nobiscum qui sciat: vsque quo? Hactenus traditio. Ex his igitur quæ dicta sunt, apertè patet, quòd deficiente Iudæorum sceptro, miracula quoq; templi pariter defecerunt, tempore scilicet quo Christus passus est. Nam vt præmissæ traditiones referunt, anno ante ipsius templi euersionem quadragesimo miracula eiusdem templi cessauerunt, eò quòd tunc ob Christi mortem templum illud sanctitatem suam perdiderat. In cuius rei signum, ipso Domino Iesu moriente, velum ipsius templi in duas partes scissum est.

*Miracula templi.*

## CAP. IX.

*Secunda ratio sumpta ex templi secunda destitione. Quòd primi aduentus Messiæ tempus iam præterierit: eò quòd Messias ipse ante templi secundi euersionem venturus erat.*

## CAPNIO.

SECVNDAM nunc adducas rationem, qua primi aduentus Messiæ templi secundi præteritum probatur. GALAT. Quoniam ratio hæc tota super Haggæi Prophetæ verba fundabitur, idcirco Haggæus ipse primum audiatur, ita 2. cap. dicens, והחזק עשות בחוכם אל תוראו כי כה אמר יהוה צבאות עוד אחת מעט היא ואנוי מרעיש את השמים ואת הארץ ואת הים ואת התרבה והרעשתי את כל הגוים ובאו חמדת כל הגוים ומלאתי את הבית הזה כבוד אמר יהוה צבאות ליהכסף ולי יהזהב נאם יהוה צבאות גדול יהיה כבוד הבית הזה האחרון מן הראשון אמר יהוה צבאות ובמקום הזה אתן שלום נאם יהוה צבאות׃ Hoc est, Et Spiritus meus erit stans in medio vestri. Ne timeatis, Quoniam sic dicit Dominus exercituum; Adhuc modicum vnum est, & ego commouebo cœlum, & terram, & mare, & aridam, vel desertum, & commouebo omnes gentes. Et venient eum desiderio omnes gentes. Et replebo domum istam gloria. Dixit Deus exercituum, Meum est argentum, & meum est aurum: dixit Deus exercituum, Magna erit gloria domus istius nouissimæ, magis quàm primæ, dixit Deus exercituum: Et in loco isto dabo pacem, dixit Deus exercituum. Hanc Prophetiam sicut & cæteras quæ aduentus Messiæ tempus determinatè prænunciabant, recentiores Iudæorum multifariam corrumpere nituntur, ipsam ostendere volentes de Messia minimè intelligendam esse. Sed facilè eorum calumniæ per Talmudistarum expositiones redarguuntur, qui in ea de Messia sermonem fieri expresè aiunt. Nam in libro *Sanhedrin*, in capite *Helec*, sic ad verbum dicitur, Rabbi Akiba exponebat, Adhuc vnum modicum est, & ego commouebo cœlum & terram, & adducam desiderium cunctarum gentium, de diebus Messiæ & de Rege Messia, & de tempore quòd fuit post destructionem primæ domus. Alia expositio. Adhuc vnum modicum est: Modicum, scilicet regni venturi Israel post destructionem prioris domus. Et post illud regnum, Ecce ego commouebo cœlum, & terram, & mare, & aridam & omnes gentes: & posthæ veniet Messias. Hæc omnia ibi. Vbi per duas veterum Talmudistarum expositiones, palàm ostenditur, Prophetiam hanc de Messia debere intelligi. Quemadmodum & nos ipsam intelligendam esse ducimus. Quod neque mirandum est: nam si alia non sit fides nostra, quàm Prophetarum, necessarium certè fuit, priscos Hebræorum Doctores, Prophetias quæ de Messia loquuntur, rectè exponere volentes, in earum expositionibus nobilcum conuenire. Quæ quidem expositiones etsi à Rabbi Selomone improbentur, ambæ tamen veræ sunt. Quandoquidem Messias ipse venit post modicum illud regni Macchabæorum, Herodis Ascalonitæ tempore, vt in superiori ratione latissimè patuit. Omissis igitur iumiorum Iudæorum calumnis, Prophetiam istam iuxta priscorum sententiam explanantes, per tria potissimum quæ in ea ponuntur, aduentus Messiæ tempus iam præterisse, probabimus. Et primum quidem, quia dicit, Adhuc modicum vnum est, id est, iuxta Rabbi Akibæ glossam, Adhuc vsque ad Messiæ reuelationem modicum tempus restat. Si igitur iuxta Iudæorum nostri seculi errorem, primus Messiæ aduentus adhuc expectandus esset, sequeretur sanè quòd falsum Propheta insinuauerit, cùm dixit, Quòd tunc vsque ad Messiæ aduentum modicum temporis reliquum esset. Ab eo enim tempore quo hæc Prophetia prolata fuit, plures quàm bis mille transierunt anni. Quare ex prima huiusce Prophetiæ particula necessariò infertur, primi aduentus Messiæ tempus iam præteriisse: id deinde ex eo quoque ostenditur quod ait, Et replebo domum istam gloria. De secunda etenim Dei domo, quæ post Babylonicæ captiuitatis reditum erigenda erat, Prophetam locutum fuisse, nemini dubium est. Quæ gloria præsentiæ Messiæ replenda erat. Ergo domo illa adhuc stante, Messias venturus erat. Sed cùm ea domus anno post Christum passum 42. funditus à Tito Romani exercitus Duce diruta fit, constat certè aduentus Messiæ tempus iam præteriisse. Id ipsum demum & per ea quæ his in eadem Prophetia subiiciuntur, apertius patet. Cùm enim inquit, Magna erit gloria domus istius nouissimæ, magis quam primæ, de secunda Dei domo (vt dictum est) Propheta loquebatur, ad cuius ædificationem populum inducere volebat. Videns namque Deus eos qui eiusdem templi structuræ incumbebant, adeo remisse procedere, vt aut opus inchoare non auderent, aut ab incœpto desistere vellent, ad illos Haggæum Prophetam misit: qui vt eos ad operis inchoationem atque perfectionem induceret, mysterium eodem in templo consummandum, illis prædixit. Et inter cætera prophetauit, quòd domus illa Dei vltima quæ construenda erat, maiorem habitura esset gloriam, quàm prima illa quæ à Selomone erecta fuerat. Dicant igitur Iudæi, in quo huiusce gloriæ præstantia quam domus hæc vltima habitura erat, consliterit? Respondet Rabbi Selomo, Quòd secundùm quosdam quidem in ædificij magnitudine: secundùm quosdam verò in temporis duratione præstantia huius gloriæ consliterit. Ipse tamen in vtroque eam constituisse asserit. Nam & Herodis ædificio qui templum illud vltimum instauravit, nullum vnquam simile visum fuit, & templum ipsum secundum, decem plusquam primum durauit annos: cùm primum quidem quadringentis & decem, secundum autem quadringentis & viginti (vt ipse dicit) persliterit annis. Sed hoc profectò posteremum nullius esse momenti, ex his maximè apparet: tum quia si templum secundum (vt ipse ait) decem duntaxat annis primum superasset, valde absurdum videretur, Prophetam de tam paruo tempore mentionem fecisse, cùm præsertim verba quibus vsus est, magnam præ se ferre excellentiam videantur: tum etiam quia etsi pluribus quàm decem permansisset annis, cùm tamen pluries violatum fuerit, illa maior temporis duratio, non illi ad honorem & gloriam, sed magis ad dedecus accessisset. Nam priùs quidem ab Antiocho profanatum fuit, qui & vasa Dei quæ in ministerio erant, vastauit, & Iouis Olympij simulachrum eodem in templo posuit. Deinde verò à Pompeio, qui Hircano & Aristobulo Alexandræ Iudæorum Reginæ filiis, de Imperio dimicantibus, Ierosolymam venienes, capta vrbe, & eodem templo reserato, vsque ad sancta sanctorum accessit. Cassius præterea anno septimo Cleopatræ Iudæa capta, templum ipsum spoliauit. Quare temporis illa duratio qua secundum templum dicitur excessisse primum, non ei in gloriam, sed potiùs in opprobrium attribuenda est. Nec de ædificij amplitudine aut pulchritudine dictum R. Selomonis verificari potest: cùm inter templum primum & secundum, nulla potuerit esse comparatio. Nam de primo quidem in 2. libro Paralip. cap. 3. ita scribitur, הגדול הבית עליו תפח עץ ברושים ויחפהו זהב טוב ויעל עליו תמרים ושרשרות ויקח את הבית אבן יקרה לתפארת והזהב זהב פרוים ויקח את הבית הקורות הספים וקיריותיו וילתותיו זהב ויפתח כרובים על הקירות Quæ verba sic interpretantur, Et domus magna tecta fuit ligno abiegno. Texitque illud auro optimo, & elcuauit vel sculpsit super illud palmas & catenulas. Et operuit domum lapide precioso ad decorem. Porrò ipsum aurum, aurum purissimum. Texit etiam domum, trabes, postes, & parietes eius, ac ostia eius auro. Et sculpsit Cherubim in parietibus. Item de eodem templo in 3. Reg. 6. sic dicitur, ואת כל הבית צפה זהב עד תם כל הבירת וכל המזבח אשר לדביר צפה זהב Id est, Et totam domum operuit auro, vsque ad consummationem totius domus. Et totum altare oraculi texit auro. Et post pauca ita subiungitur, ואת קרקע הבית צפה זהב Hoc est, Pauimentum domus operuit auro intus & foris. Adhuc de ipsius primi templi gloria in libro יומא *Ioma*, id est, Dierum, in capite שבעת ימים Id est, septem dies, fertur Rabbi הסיא *Hassia* ita dixisse, Cùm ædificaret Selomo domum sanctuarij, plantauit in ea omnia genera fructuum ex auro, producebanturque fructus tempore suo. Cumque ventus flaret in eos, defluebant. Sicut dictum est Psalmo septuagesimo secundo, Contremiscet vt Libanus fructus eius. Et de ipsis erat procuratio sacerdotibus. Quando autem intrauerunt Gentiles in templum, siccæ factæ sunt arbores, scilicet aureæ. Sicut dictum est Nahum primo capite, Et flos vel germen Libani elanguit, vel emarcuit. Hæc ibi. Quæ etsi metaphoricè dicta sint, maximè tamen ad propositum faciunt. Ex his igitur colligi potest, quanta fuerit primi templi gloria. Quare vt in primo Esræ libro, capite quarto legitur, expleto templi secundi opere, plurimi sacerdotum atque aliorum, qui primum templum viderant, cæteris exultantibus, lachrymabantur, quòd templum illud secundum respectu primi, nil. il penè esset. Vasa quoque ferè omnia quæ in primo templo aurea fuerant, in secundo facta sunt æneæ: vt Talmudistæ referunt. Nec de Herodis ædificio, etsi (vt Iosephus ait) ingens fuerit, dictum ipsius Rabbi Selomonis veritatem habet: cum Herodes neque in diuitiis, neque in potestate, neque vlla in re cum Selomone conferri valuerit. Nec etiam dici potest, quòd illa gloriæ præstantia, qua secunda Dei domus primam excedere debebat, ipsius loci sanctitas fuerit: cùm, vt aiunt Talmudistæ, inter cætera sanctitatis

*Gloria secunda domus.*

*Duratio templi 1. & 2.*

*Templum quatenus profanatum.*

*Ratio.*

primi templi indicia, quæ in secundo defuerunt, nec ignis qui in primo templo de cœlo descendens, holocaustа comburebat, in secundo vnquam descendere visus sit: nec gloria Dei quæ in primo templo in sanctis sanctorum inter Cherubim apparere solebat, in secundo vnquam apparuerit: nec Spiritus sanctus qui in primo templo ad loquendum cum Prophetis frequentissimè veniebat, in secundo venire solitus fuerit. Quæ omnia per Talmud optimè probantur. Nam in libro *Sanhedrin* Ierosolymitano in cap. אלו הן הנוליין *Ellu ben haggolin* id est, isti sunt captiui, sic dicitur, Ait Rabbi Semuel, Quinque res defuerunt in vltimo templo, quæ in primo fuerunt. Et vnde probatur? Ex eo quod dictum est Haggæi primo capite, עלו ההר והבאתם עץ ובנו הבית וארצה בו ואכבד אמר יהוה Hoc est, Ascendite in montem, & afferte lignum, & ædificate domum & delectabor in ea, & honorabor, dixit Deus. ואכבד *Veecabda*, id est, & honorabor, vel honorabo scilicet eam, diminutè scriptum est, sine litera ה *he*, quæ quinque designat, ad significandum quinque res, in quibus sanctuarium vltimum fuit à primo diminutum: videlicet ignem, arcam, אורים ותומים *vrim vethummim*, id est lumina & simplicitates, hoc est, rationale iudicij, oleum vnctionis, & Spiritum sanctum. Glossa autem Rabbi Selomonis super verbo ואכבד *Veeccabda*, id est, & honorabo eam, sic dicit, Deest hic litera ה *he*, quæ quinque significat, ob quinque res quæ in secundo templo defuerunt, & in primo fuerant, videlicet אורים ותומים *Vrim vethummim*, id est, lumina & simplicitates, hoc est rationale iudicij, & arca, & ignis, & diuinitas, & Spiritus. Item in libro יומא *ioma*, id est, Dierum, sic legitur. Dixit Rabbi אחא *Aha*, Quid est quòd in verbo ואכבד *Veeccabda* deest litera ה *he*? Quia per ipsam designantur quinque res, quæ fuerunt in primo templo, & defuerunt in vltimo. Hæ autem sunt, Arca cum propitiatorio, Cherub, Ignis, שכינת *sechina*, id est, Diuinitas siue Dei gloria, Spiritus sanctus, & *vrim vethummim*, hoc est, Lumina & simplicitates, id est, rationale iudicij. In *Midras* quoque *Sir hassirim*, id est in expositione Cantici canticorum, super illud octauo capite dictum אחות לנו קטנה ושדים אין לה Id est, Soror nobis parua, & vbera non sunt ei, ita dicitur, Soror nobis; Isti fuerunt ascendentes de captiuitate. Parua, quia fuerunt inopes in exercitibus. Et vbera non sunt ei; Hæc sunt quinque res, in quibus vltima domus extitit à prima diminuta. In libro insuper יומא *ioma* sic dicitur, In sanctuario secundo non fuit arca. Traditio enim est, quòd ex quo abscissa est arca, abscissa est cum ea vrna manna, & lenticula olei vnctionis, & virga Aharon, & amigdalæ eius, & flores eius, & capsuli quam miserunt Philistæi munus Deo Israel. Sicut dictum est 1. Reg. 6. Et omnia vasa quæ reddidistis ei pro delicto, ponite in capsula ad latus eius. Cùm igitur Haggæus Prophetà dixerit, gloriam domus Dei vltimæ maiorem quàm primæ futuram fuisse, domusque prima tanta gloriæ copia fulserit, vt nec in vna quidem re domus secunda illi comparari potuisset, necessariò dicendum est, maiorem hanc gloriam, quam domus Dei vltima præ prima habitura erat, aliam non fuisse, quàm Messiæ præsentia, qua ipsa domus vltima plusquam prima honorari debebat. Nam si præstantia hæc gloriæ, neque de temporis duratione, neque de ædificij excellentia, neque de diuitiis, neque de sanctitate (vt probatum est) intelligi potest, de Messiæ præsentia intelligatur, necesse est: cùm nulla alia assignari possit. Quare alterum de duobus concedi oportet, aut Messiam templo secundo adhuc stante, venisse, aut Prophetam falsa vaticinatum fuisse: sed cùm vltimum absurdum omnino sit, primum necessariò concedendum est. Ex huius igitur Prophetiæ verbis palàm est, primi aduentus Messiæ tempus iam præteriisse. Quoniam templo secundo adhuc stante venturus erat, quod tamen ita in verbis Ierosolymæ excidio, per Titum Vespasiani filium euersum fuit, vt ne lapis quidem super lapidem in eo remanserit.

*Quinq; res defuerunt in templo secundo.*

## CAPVT X.

*Obiectionis Iudæorum confutatio, & Prophetiæ ipsius Haggæi catholica explanatio, iuxta ipsorummet glossas: ac rationis suprædictæ confirmatio per Ieremiam.*

## CAPNIO.

TVDÆI nostri temporis cum sint durissimæ ceruicis, omniumque obstinatissimi, contra ea quæ dixisti, sese opponentes aiunt, Cùm Propheta dicat, Adhuc vnum modicum est, & ego commouebo omnes gentes, & postea subdat verba, quibus Messiæ aduentum iam præteriisse ostendere conatus es, ex ipsis eiusdem Prophetæ verbis, satis apertè apparet, quòd omnes commotiones illæ aut Messiæ aduentum præcessuræ erant, aut circa eius natiuitatem fieri debebant: sed cùm notum sit huiusmodi commotiones nondum factas fuisse, consequens planè est, nec Prophetiam hanc adhuc impletam esse, necdum Messiam ipsum aduenisse. Quare per eorum scripturas ipsos in hoc falsiloquos omnino esse, ostende. GAL. Has igitur omnes de quibus Propheta loquitur commotiones, circa Iesu Nazareni ortum, etiam secundùm eos, fieri contigisse, probabimus. Nam si Prophetiam hanc etiam iuxta eorum expositiones, explanare voluerimus, ipsam totam tempore Domini nostri Iesu Christi adimpletam fuisse, comperiemus. Quamobrem notandum est, quòd cùm paulò antè Haggæus ipse Zorobabeli Iudæorum principi, & Iehosuæ filio Iehosedec Pontifici, hæc inter cætera dixisset, Et nunc confortare Zorobabel, dicit Deus, confortare & Iehosua fili Iehosedec Sacerdos magne: postea quasi rationem reddens, huiusce Prophetiæ verba subiecit, dicens, Spiritus meus erit stans in medio vestri, id est secundum glossam Rabbi Selomonis, Ego ponam, vel descendere faciam Spiritum meum super Prophetas vestros ne timeatis: quoniam sic dicit Deus exercituum, Adhuc vnum modicum est, id est secundùm expositionem Rabbi Akibæ, quem עקיבא *Akiba* vocant. Adhuc breue tempus restat vsq; ad Messiæ aduentum: & ego cõmouebo

*Portenta circa Christi ortum contingentia.*



uebo cœlum, & terram, & mare, & aridam, & commouebo omnes gentes, R. Selomo & R. Dauid, quamuis Prophetiam hanc modis quibuscunque possunt à vero sensu extorquere contendant, vt ipsam de Messia non intelligi ostendant, veritatem tamen non omnino tacere potuerunt. Nam Rabbi quidem Selomo dixit, cœlum & terram & reliqua miraculis commouenda fuisse, quibus Deum ipsum in templo illo secundo esse, omnes intelligerent. R. verò Dauid etsi commotiones illas metaphoricè intelligendas esse dicat (quod quidem falsum esse, ex eo vel maximè patet, quòd Propheta in tota hac Prophetia non metaphoricè, neque parabolicè, sed aperto sermone loquatur) ait tamen se in libro Iosephi scriptum inuenisse, maximum terræmotum tempore Herodis Ascalonitæ in Iudæa factum fuisse. Gentes quoque commotas fuisse, sic intelligendum esse inquit, Quòd Deus eorum corda commouerit, vt à locis suis mouerentur, & ad videndam huius templi gloriam venirent, & non quidem manibus vacuis, sed cum suis desideratis rebus. Quæ quidem omnia neque à veritate prorsus aliena putanda sunt, vt inox in nostra expositione videbitur. Dicimus ergo, cœlum & terram, miraculis ac prodigiis (vti R. Selomo exponit) circa Christi natiuitatem commota fuisse, dum & in cœlo & in terra plurima ac maxima visa fuere miracula. Nam in cœlo quidem (vt omittam tres soles, qui circa Augusti tempora, sub quo Christus natus est, Romæ simul exorti, paulatim in eundem orbem coierunt) mox Christo nato, noua ac mirabilis stella illa apparuit, quæ ab extremis regionibus ad eius ortum tribus Regibus ducatum præbuit. De qua Chalcidius super Timæum Platonis, Stella illa (inquit) non fuit morbos aut mortem denuncians, sed aduentum venerabilis Dei. Quam cùm Chaldæorum quidam, viri profectò excellentes, & in rerum cœlestium scientia admodum experti, inspexissent, recentis Dei ortum quæsisse dicuntur. Terra quoque tunc mota fuit, non solùm portentis, quæ eisdem fermè temporibus toto orbe facta sunt, bobus scilicet loquentibus, serpentibus per aera volantibus, pueris ex matrum vteris verba quædam proclamantibus, fœminisque in masculum sexum mutatis: ac Romæ eodem die quo Christus ipse natus est, fonte olei è terra abundè emanante: atque in Iudæa, de cuius terra specialiter Propheta loquitur, ingenti terræmotu facto: verum ob victoriam quoque quam Romani vbique terrarum obtinuerunt. Tunc igitur terra, tunc mare, hoc est, maris insulæ, tunc & omnes gentes commotæ sunt, quando Christo nascente, edicto à Cæsare Augusto egresso, vt vniuersus describeretur orbis, singuli in ciuitatem suam proficiscebantur. Deinde Propheta subdit, Et venient cum desiderio cuncta gentes, id est, iuxta R. Dauidis glossam, Et venient ad adorandum cum desideratis rebus suis. Quòd nunquam in secundo templo factum legitur. Id ergo de tribus illis regibus magis intelligi oportet, qui ab Oriente cum muneribus Christum adoratum venerunt: quemadmodum prænunciauerat Esaias 60. capite dicens, כלם משבא יבאו זהב ולבונה ישאו ותהלות יהוה יבשרו Hoc est, Omnes de Saba venient, aurum & thus deferent, & laudes Dei nunciabunt. De quibus alibi latiùs dicemus. Post hæc sequitur in Prophetia, Et replebo domum istam gloria. Quod, vt Rabbi Akiba exponit, de Messia intelligitur, cuius præsentia templum secundum illustrandum erat. Hoc & Malachias quoque apertiùs eodem tempore prædixit, dum ita capite tertio Hebraicè ait, חנני שולח מלאכי ופנה דרך לפני ופתאום יבא אל היכלו האדון אשר אתם מבקשים ומלאך הבריית אשר אתם חפצים הנה בא אמר יהוה צבאות: Id est, Ecce ego mitto Angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam. Et statim veniet ad templum suum Dominus, quem vos quæritis, & Angelus fœderis, quem vos vultis. Ecce venit, ait Deus exercituum: vbi Malachias de secundo quoque templo locutus est. Per tria ergo quæ ponit, Messiæ aduentum parum tunc distasse, significauit. In eo enim quòd, Ecce, dicit, rem quasi præsentem ostendit. In eo verò quòd, Statim, ait, tempus admodum propinquum innuit. In eo autem quòd postremò, Ecce venit, replicauit, tempus aduentus eius quàm brevissimum affignauit. Dixit autem ad templum suum, vt duo simul quæ Iudæi negaturi erant, ostenderet. In hoc enim & eius diuinitatem insinuauit. Nisi enim Messias Deus futurus fuisset, frustra eum ad templum suum venturum, dixisset. Et aduentus eius tempus præfixit, cùm stante templo illo, ipsum aduenturum prædixit. Vbi Iudæorum nostri temporis refellitur error, qui asserunt Messiam cùm venerit, & templum desolatum, & eos in captiuitate dispersos inuenturum. Sed ad Haggæum reuertamur: qui ne de temporali gloria quam templum illud secundum habiturum erat, se locutum crederent, hæc subiecit, Meum est argentum, & meum est aurum, dixit Deus exercituum: quasi diceret, Non argenti & auri copiam me in gloriam æstimare, putetis, cùm hæc vbicunque sint, mea sint. Non ergo de temporali gloria Propheta loquebatur, sed de spirituali, qua ob ipsius Messiæ præsentiam, templum illud replendum erat. Quare & subdidit, Magna erit gloria domus huius nouissimæ, magis quàm primæ. Quod de miraculis quoque quæ Messias sua diuina virtute in templo illo secundo facturus erat, eodem die ipsius præsentia intelligendum est. In hoc enim vel maximè secundi templi gloriam longè maiorem, quàm primi extitisse, constat, quòd Deus in primo quidem templo per Prophetas populo loquebatur; in secundo verò per seipsum locutus est, per se ipsum turbas docuit, per se ipsum miracula fecit. Et notanter domus huius nouissimæ dixit, & non secundæ; vt inde palàm innotesceret, tertium templum ædificandum non fuisse, templum áque quod per Messiam construendum erat, non materiale iuxta iuniorum Iudæorum errorem, sed spiritale futurum fuisse. Illud quoque quod postremò addidit, Et in loco isto dabo pacem; de temporali pace intelligi non potest, cùm ab ipsius templi initio, vsque ad finem, variis semper bellorum ærumnis Iudæi ab aliis gentibus affecti fuerint. Quare de spirituali pace, quam Messias daturus erat, intelligendum est. Hoc Rabbi quoque Aki-

ba sentit, vt in libro *Sanhedrin*, capite *Helec*, liquidò patet. Quæ cùm ita sint, satis clarum, atque perspicuum est, quòd non obstante Iudæorum obiectione, Messias ante secundi templi excidium venturus erat: quod ex eo quoque necessariò elicitur, quod Ierem. 30. cap. legitur, si Targum, id est translatio Chaldaica quæ eo in loco habetur, diligenter inspiciatur. Ieremias igitur sic ibi ait, הנני שב שבות אהלי יעקב ומשכנותיו ארחם ונבנתה עיר על תילה וארמון על משפטו ישב ויצא מהם תודה וקול משחקים והרביתים ולא יפעטו והכבדתים ולא יצערו והיו בניהם כקדם ועדתו לפני תכון ופקדתי על כל לוחציו והידה אוירו סמנו ומושלו מקרבו יצא והקרבתיו ונגש אליכי מי יהוא ותערב את לבו לגשת אלי נאם יהוה Hoc est, Ecce ego conuerto captiuitatem tabernaculorum Iacob (quod sub Zorobabel impletum est) & tabernaculorum ipsius miserebor. Et ædificabitur ciuitas super excelso suo, vel super aggere suo. Et *armon*, id est, basilica, siue templum, iccundùm normam suam statuetur. Et exibit ex eis laus, vel confessio, & vox ludentium. Et multiplicabo eos, & non diminuentur. Eruntque filij eius, sicut antiquitus, & cœtus eius coram me permanebit. Et visitabo super omnes oppressores eius. Et erit Dux eius ex eo, & Dominator eius de medio eius egredietur. Et appropinquabo, vel applicabo eum, & appropinquabit, vel adhærebit, vel coniungetur mihi. Quis enim est iste obligans cor suum, vt adhæreat, vel coniungatur mihi, dixit Deus? Hæc omnia idem Propheta. Ea autem verba, *Et erit Dux eius ex eo*, & *Dominator eius de medio eius egredietur*, Rabbi Ionathas ita in Chaldæum vertit, ויתרבא מלכיהון מנהון ומשיחיהון מבניהון יתגלי Id est, Et nutrict se, vel vngetur Rex eorum ex eis, & Messias eorum de medio eorum reuelabit se. Ex prædictis igitur Ieremiæ verbis, si quis diligenter attendat, apertè datur intelligi, quòd quando filiorum Iudæorum qui à captiuitate Babylonica reuersi erant, templumque ac ciuitatem condituri, status futurus esset, sicut antiquitus fuerat, quod Machabæorum tempore fuit, tunc nasciturus ac reuelandus esset Messias. Quod Targum manifestè ostendit, cùm inquit, Et Messias eorum de medio eorum reuelabit se. Quod quidem post diuinæ & humanæ naturæ vnionem, quæ in Messia fieri debebat, futurum fuisse, Prophcta manifestat, cùm in persona Dei dicit, Et applicabo eum, & adhærebit, vel coniunget se mihi. Ex quibus aduentus eius tempus iam præteriisse, certum est.

## CAPVT XI.

*Quòd prope finem secundi templi aduentus est Messiæ.*

### CAPNIO.

ET si optimè quidem per Iudæorum scripturas, Messiam templo secundo adhuc stante, quòd Titus funditus euertit, venturum fuisse ostenderis; quia tamen quo tempore, templo illo durante, venturus fuerat, nihil determinatè dixisti (cùm neque Prophetæ quos induxisti, neque Iudæorum expositiones, quas attulisti, id præcisè asserant) idcirco rem perutilem faciet, si ad planiorem huiusce veritatis expressionem, tum per Prophetarum, tum per Talmudistarum testimonia, quonam tempore templo secundo adhuc persistente, Messias ipse venturus erat, aperuerit. GAL. Certum est, mi Capnio, Messiam ipsum etiam secundùm eos, prope finem templi secundi non modò venturum fuisse, verùm etiam venisse. CAP. O rem ad conterendam Iudæorum nostri temporis duriciem maximè opportunam! Potest-ne igitur quod ais, per eorum probari scripturas? GAL. Potest vtique, & per Prophcticas & per Talmudisticas. Et primum quidem per prophcticas. Ifaiam igitur audiamus ita capite vltimo dicentem, בטרם תחיל ילדה בטרם יבא חבל לה ותמליטה זכר מי שמע כואת ומי ראה כאלה Hoc est, Antequàm parturiat, pariet: antequam veniant dolores partus ei, iam peperit masculum. Quis audiuit sicut hoc? Quis vidit sicut ista? Quam quidem Prophetiam haud secus ac Iudæorum doctores exponant, exponendam duco. Rabbi namque Moses Hadarsan in פירוש *Perus*, id est, in glossa Hebraica sic eam exponit, קודם שנגלה מוליך ישראל בגלות האחרון גואל הנאול Id est, Antequàm natus esset qui redegit Israel in nouissimam seruitutem, natus est redemptor. Per hanc igitur glossam manifestum est, ante Titi natiuitatem, qui Iudæos in hanc vltimam reduxit captiuitatem, templumque atque vrbem Ierosolymam fosso æquauit, natum fuisse Messiam. Rabbi autem Ionathas Vzielis filius, in Targum, id est, in Chaldaica translatione ita eandem Prophetiam exponit, ער לא ייתי לה עקא תתפרוק ועד לא ייתי לה ויצא בהבלין על ילידה יתגלי מלכה Hoc est, Antequam veniat ei angustia, saluabitur, & antequam veniant ei dolores partus, reuelabitur Rex ipsius. Ex quibus liquet, quòd Isaias in præmissa prophetia iuxta huius Chaldaici Doctoris expositionem, mulieri parturienti Iudæos comparat, ob vehementem angustiam, quam in vrbis eorum templique excidio à Romanis passuri erant. Quoniam vt ait Rabbi Semuel in *Bereschith Rabba* super illud Geneseos trigesimo capite dictum, In omni feruore ouium: In ea hora qua destructa est domus sanctuarii, clamauerunt Iudæi vt mulier parturiens. Sicut dictum est Ieremiæ 4. capit. קול כחולה שמעתי צרה כמכניהרה Id est, Vocem tanquam parturientis audiui, angustiam vt primò parientis. Sed ante angustiam illam (vt exponit Rabbi Ionathas) nasciturus erat Messias, ac per eius mortem humanum genus seruandum. Prophetico igitur testimonio ostensum est, circa finem templi secundi natum fuisse Messiam. Nunc per Talmudistas id ipsum probabimus. Legitur namque in *Bereschith Rabba*, id est, in expositione magna libri Geneseos, Quòd dum Iudæus quidam ad excolendam terram boues arantes sequeretur, bos magnum dedit mugitum. Quem vt audiuit Arabs quidam, illac transiens dixit Iudæo, התר שוריך ואת כליו ואל תאחר כי הכלכם ואת קרשוכם חריב Hoc est, Solue boues tuos, & apparatum eorum, & ne tardes, quoniam templi vestri, & sanctuarij vestri venit finis. Quo dicto, alteroque boue mugiente



giente, ait iterum Arabs, אסור שוריך ואת כליו והכן עצמך כי נולד מלך משיח Id est, Liga boues tuos, & apparatum eorum, & præpara te ipsum: quia natus est Rex Messias. Quod cùm Iudæus audisset, miratus est, & dixit, משיח נולד ויפת שמו Hoc est, Messias natus est? & quod est nomen eius? Respondit Arabs, מנחם *Menahem*, id est, consolator. Iudæus iterum inquit, ומה שם אביו חזקיה Id est, Et quod est nomen patris eius? Hoc est, *Hezechias*: Dixit Iudæus, באי זה מקום Id est, Et in quo loco? Respondit Arabs, בבית-לחם יהודה Hoc est, in Bethlehem Iudæ. Hactenus traditio. Cui simile ferè habetur in libro *Berachoth*, id est, benedictionum Ierosolymitano, in cap. הירה קוראי *Haia kore*, id est, Erat legens, siue clamans. Et in *Echa rabbati*, id est, in expositione planctus Ieremiæ, super illud, Quia elongatus est à me consolator: vbi dixit R. אבון *Abon* מרה לנו ללמדן הער בים והלא מקרא אחד הוא דכתיב ולבנון באדיר יפול מה כתיב בתריה ויצא חטר מגזע ישי ונצר משרשיו יפרה Id est, Quid nobis necesse est discere hoc ab Arabibus? quandoquidem iam textus clarus est: hoc est enim quod scriptum est Isa. 11. Et Libanus in robusto, vel per robustum cadet. Quid autem scriptum est immediatè posteà? Et egredietur virga de stipite Iesse, & plantula de radicibus eius germinabit, vel fructificabit. Hæc ibi. Vbi per Libanum in verbis Isaiæ templum intelligitur, quod per robustum, id est, per Nabuchodonosor casurum erat. Quamuis autem hæc quæ in traditionibus præmissis recitantur, literaliter intellecta, fabulosa videantur, ex ipsis tamen quatuor contra Iudæos nostri temporis elicIuntur conclusiones: quarum prima quidem est, Quòd Messias natus est paulo ante templi secundi euersionem: secunda verò, Quòd nomen Messiæ est מנחם *Menahem*, id est, consolator, eo quòd humano generi consolationem attulerit: tertia autem, Quòd Messias sit Dei Filius, eo quòd dicit nomen Patris eius esse Hezechiam, quod Dei fortitudo interpretatur: quarta postremò, Quòd natus est in Bethlehem Iudæ. Ex quibus omnibus concluditur, Messiam circa finem secundi templi natum fuisse: quod erat probandum.

## CAPVT XII.

*Oppositionis Iudæorum improbatio, insaniæq; ipsorum redarguitio, qui Messiam diu iam natum fuisse fatentur, sed nondum venisse aiunt.*

### CAPNIO.

RECENTIORES Iudæorum his autoritatibus conuicti, fatentur quidem Messiam diu iam natum fuisse, eo quòd Talmudica testimonia per te nunc inducta, ipsum die illa qua templum dirutum fuit, natum asserant, sed eum nondum venisse aiunt. Hanc autem suam insaniam per ea etiam Isaiæ verba, quibus Messiam ante templi vrbisque Ierosolymæ destructionem natum fuisse, optimè probasti, veram esse ostendere conantur. Et ex eo potissimum, quòd in *Bereschith Rabba*, id est, in expositione magna libri Geneseos super illud Genes. trigesimo capite dictum, In omni feruore ouium, legitur Rabbi Semuelem dixisse, Vnde probas, quòd ipsa die natus est Messias, qua destructa est domus sanctuarij? Ex eo quod dictum est Isaiæ sexagesimo sexto capite, Dum parturiret peperit, dum veniret dolor ei, emisit masculum. Quis audiuit sicut hoc? Quis vidit sicut ista? In hora enim qua domus sanctuarij destructa fuit, clamauit Israel vt parturiens. Et per hanc igitur Isaiæ autoritatem, & Talmudicas traditiones quas in præcedenti capite induxisti, iuniores Iudæorum probare nituntur, ea die natum fuisse Messiam, qua templum euersum fuit per Titum Vespasiani filium. Qua ex re inferunt, nos per easdem scripturas minimè ostendere posse, Dominum nostrum Iesum Christum Messiam fuisse, cùm non ea ipsa die, qua templum cotruit, natus fuerit, sed longè ante. GALAT. Adhæc respondentes, primò quidem concedimus Messiam in præmissis Isaiæ verbis ob omnimodam eius perfectionem masculum dici: & quòd gens Iudaica eum peperit, cùm de tribu Iuda secundùm carnem natus sit. Sed die quo templum corruit, ipsum natum fuisse, omnino negamus, cùm per annos circiter septuaginta quinque ante natus fuerit. Verbum enim illud טרם *terem*, in verbis Isaiæ positum, non Dum, vti recentiores Iudæorum accipiunt, sed Ante significat. Ex quo patet, quòd cùm non Dum gens Iudaica parturiret, hoc est, de templi destructione doleret, natus est Messias, sed Antequam parturiret. Quod triplici ratione constat: quarum prima quidem est Prophetæ ipsius admiratio, sic dicentis, Quis audiuit sicut hoc? Quis vidit sicut ista? Si enim dum parturiret, peperisset, nihil mirabile extitisset, cùm omnes fœminæ dum parturiunt, pariant. Vt ergo non sit frustra prophetæ admiratio, neque incongrua comparatio, concedere Iudæos oportet, ante templi ipsius euersionem Messiam fuisse natum. Secunda verò ratio est, quòd dictio hæc Hebraica טרם *terem*, tam in eisdem Isaiæ verbis, quàm omnibus ferè aliis in locis, semper pro קודם *kodem* quod antequam significat accipitur. Quod per Rabbi Kimhi excellentissimum apud eos vocabulorum expositorem, optimè patet: sic enim in libro *Seraphim* inquit, *Beterem* parturiret, peperit, Sensus huius dictionis טרם *terem* est קודם *kodem*, id est antequam. Vt est illud in Sam. tertio capit. טרם ידע את יהוה וטרם יגלה אליו רבר יהוה Hoc est, Antequàm cognosceret Deum, & antequàm reuelaretur ei verbum Dei. Ibi enim טרם *terem*, pro קודם *Kodem*, quod idem est quod antequàm, sumitur. Alias quoque multas Rabbi Kimhi adducit authoritates, in quibus ponitur hæc dictio טרם *terem*, & semper in calce cuiuslibet ait, quòd *terem* non significat nisi *kodem*, quod idem omnino est quod antequam. Tertia demum ratio omnium fortissima est quòd tam glossa Hebraica R. Mosis Haddarsan, quàm Targum, hoc est, Chaldaica translatio, dictionem hanc טרם *terem*,

non pro num, sed pro Antequàm (vt supra visum est) accipiunt. Ex quibus sequitur, quòd non in die destructionis templi, vt Iudæi delirant, sed ante (vt Christiani asserunt) natus est Messias. Deinde pro Talmudistarum traditionibus, qui ea die natum fuisse Messiam dicunt, qua templum dirutum fuit, dicimus, Quòd tripliciter dies accipi solet: Primò quidem pro tempore, quo sol est super horizontem, quem astronomi diem artificialem vocant. Secundò verò pro 24. horarum capitur spacio, quem & naturalem diem appellant. Tertiò denique, pro aliquo indeterminato tempore. Et tunc in fœminino duntaxat ponitur genere. Quo quidem modo sæpissimè in sacra scriptura reperimus. Et præsertim apud Isaiam innumeris penè in locis dicentem ביום ההוא id est, in die illa, id est, in tempore illo: quod nonnisi pro aliquo annorum curriculo accipi posse, certum est. Et sic diem accipiunt Talmudistæ, cùm aiunt ea die natum fuisse Messiam, qua templum corruit. Nam etsi templum illud quoad structuram quidem, post Christum passum 42. permanserit annis, quoad sanctitatem tamen eadem hora qua passus est, destructum fuit. Tunc enim (vt alibi diximus) sanctitatem omnem suam perdidit. Idcirco ipso Christo moriente statim in huius signum, velum eius scissum est à summo vsque deorsum. Cuius quoque rei ipsa miraculorum cessatio potissimum fuit indicium. Nam vt alibi per eorum scripturas ostendimus, miracula quæ in templo fiebant, per quadraginta annos ante ipsius ruinam penitus defecerunt. Ex his igitur dictis clarum est, non eodem die (vt Iudæi nostri temporis mentiuntur) quo templum euersum fuit, Messiam natum fuisse, sed ante ipsius templi euersionem, vt iam probauimus. CAP. Si Messias (vt aiunt) eodem die quo templum destructum fuit, in Bethlehem natus est, cùm nullibi adhuc apparuerit, vbi igitur eum tamdiu latitasse dicunt? GAL. Audi quæso ridicula quæ fabulantur. In *Beresith* enim *Rabba*, id est, in expositione magna libri Geneseos, super illud trigesimo capite dictum, Et factum est in omni feruore ouium, sic ad verbum legitur, Dixit Rabbi Semuel, Quòd cùm semel Elias bonæ memoriæ per viam ambularet, in ipsa die qua domus sanctuarij destructa fuit, audiuit filiam vocis, id est, vocem de cœlis clamantem, & dicentem, Domus sanctuarij sancta vadit ad destructionem: quòd cùm audisset Elias bonæ memoriæ, opinatus est totum mundum fuisse destruendum. Iuit igitur, & inuenit filios hominum arantes, & seminantes, aitque illis, Deus sanctus & benedictus contra mundum suum iratus est, vultque domum suam destruere, atque filios suos inter gentes seculi captiuare. Et vos de vita temporali curatis, & soliciti estis? Egressa est autem filia vocis, hoc est, vox cœlestis, dixitque ei, הנח להם שכבר גולי לישראל מושיע Id est, Dimitte eos, quia iam natus est Israeli saluator. Dixit Elias, Et vbi est? Ait vox, בבית לחם יהודה Hoc est, In Bethlehem Iudæ. Iuit ergo, & inuenit mulierem quandam, quæ in oltio domus suæ sedebat, filumque eius sanguine cruentatum coram ea iacentem. Et dixit ei, Filia mea filium peperisti? Quæ ait, Etiam. Et dixit ei, Quid fibi vult, quòd iacet ita sanguine cruentatus? At illa dixit, Malum est maximum: ipsa namque die qua natus est, domus sanctuarij destructa fuit. Qui dixit ei, Filia mea constans esto, & curam illius habeto. Magna enim erit salus Israeli per manum eius. Et mox illa animata est, & curam illius egit. Elias autem dimisit eam, atque abscessit. Post quintum verò annum, dixit, Vadam & videbo saluatorem Israelis, vtrum nutriatur in forma Regum, an in forma Angelorum ministerij Dei. Iuit itaque, inuenitque mulierem in ostio domus suæ stantem. Dixitque ei, Filia mea, in quo statu est puer ille? Quæ respondens ait, Rabbi, nonne dixi tibi, quòd malum erat nutrire ipsum? In die enim qua natus est, destructa est domus sanctuarij. Neque hoc solùm, sed pedes habet, & non ambulat: oculos habet, & non videt: aures habet, & non audit: os habet, & minimè loquitur, & ecce quasi lapis iacet. Adhuc Elia loquente, flauerunt super eum venti à quatuor mundi angulis, duxeruntque ipsum ad mare magnum. Elias autem scidit vestimenta sua, depilauitque sibi capillos, & clamauit, ac dixit, Hea perdita est salus Israel. Et egressa est filia vocis, id est, reuelatio, dixitque ei, Elia non est ita, vt ais: sed quadringentis annis morabitur in mari magno: 80. in assensu fumi apud filios Koræ, & octuaginta annis in porta Romæ, & reliduo annorum reuertetur super omnes ciuitates insignas vsque ad temporis finem. Hæc omnia ibi. In libro *Sanhedrin*, in capit. *Helec*, ita quoque scriptum est, R. Ichosuas filius Leui inuenit Eliam, & Rabbi Simeonem in horto voluptatis, id est, in paradiso stantes, & ait eis, Venimusne ad seculum venturum? Dixerunt ei, Etiam, si ille dominus vult. Dixit eis, Duos vidi & vocem trium audiui. Glossa Rabbi Selomonis, Diuinitas (inquit) erat cum eis. Dixit quoque eis, Quando veniet Messias? Dixerunt ei, Vade & quære ab ipso. Ait eis, Vbi moratur? Dixerunt ei, In porta Romæ. Et quod est signum eius? Sedet inter pauperes patientes infirmitates. Glossa Rabbi Selomonis, id est, inter leprosos. Nam & ipse quoque leprosus est: iuxta illud quod scriptum est Isaiæ quinquagesimo tertio, Et ipse plagatus est propter culpas nostras. Et iterum, Vere infirmitates nostras ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Et nos reputauimus eum leprosum. Leprosi soluunt vnum vulnus, & ligant aliud. Ipse autem deligat plagam vnam, & religat aliam, nec vult aliter, ne retrahatur. Glossa Rabbi Selomonis, Messias autem vnam plagam soluit, & abstergit, ac eam statim ligat. Et sic de aliis facit, & non soluit omnes simul. Veretur enim ne tardetur in ligando plagas omnes suas, si diceretur ei, vt liberaret Israel. Iuit ergo ad eum (scilicet Rabbi Ichosuas ad Messiam) & ait ei, Salus super te Rabbi & Domine mi. Dixit ei, super te quoque sit pax fili Leui. At ille dixit ei, Quando venies Domine? Respondit ei, Hodie. Venit igitur ad Eliam, & dixit illi, Mentiens mentitus est. Dixit enim mihi, hodie se venturum. Respondit ei Elias



Elias, Hodie, scilicet si vocem eius audieritis. Hæc omnia ibi. Quæ quamuis vera non sint, nisi fortè metaphoricè ac spiritualiter intellecta, contra Iudæos tamen optima sunt. Per ea namque conuinci possunt, & Messiam iam diu natum fuisse, & eum olim Romæ fuisse. Ea quoque Isaiæ verba, Ecce intelliget seruus meus: cum reliquis, vsque ad quinquagesimi tertij capitis finem, de Messia R. Selomonem intellexisse, licèt alibi ipsa ad populum Iudaicum retorquere nixus sit. Et quòd iuxta Eliæ verbum de Messia quoque intelligendum sit illud Psalm. 95. כי הוא אלהינו ואנחנו עם מרעיתו וצאן ידו היום אם בקולו תשמעו אל תקשו לבבכם Hoc est, vt verbum verbo reddam, Quoniam ipse est Deus noster, nos autem populus pascui eius, & oues manus eius. Hodie si vocem eius audieritis, ne obduretis corda vestra. Quod clarissimum testimonium est, Messiam esse Deum: & quòd hodie miseri Iudæi Messiam haberent, Dominum nostrum scilicet Iesum Christum, si vocem eius, obediendo, atque credendo, audire vellent, & corda sua non obdurarent.

## CAPVT XIII.

*Tertia ratio qua probatur primi aduentus Messiæ tempus iam præterisse, sumpta ex loco assignato vastatione.*

## CAPNIO.

SI Talmudistæ Messiam (vt in præmissis patuit) in Bethlehem Iuda natum sue nasciturum dixerunt, ideo non absre quæritur, an ex assignato natiuitati Messiæ loco, tempus aduentus eius iam præteriisse, probari possit. GAL. Potest vtique. Nam Micheas quidem, quem (vt paulò antè visum est) veteres Talmudistæ sequuntur, ipsum in Bethlehem nasciturum prædixit, dum ita capite quinto ait, ואתה בית-לחם אפרתה צעיר לחיות באלפי יהודה ממך לי יצא להיות מושל בישראל ומוצאותיו מקדם מימי עולם Quæ verba sic Latinè sonant, Et tu Bethlehem Ephratha, parulus es in millibus Iuda. Ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel. Et egressus eius ex ante, à diebus seculi, id est, secundùm Rabbenu Haccados expositionem, ab æterno, & à diebus seculi. Quæ quidem Prophetia non potest nisi de Messia intelligi: tum propter Targum Rabbi Ionathæ, quæ verba illa, Ex te mihi egredietur qui sit dominator, ita Chaldaicè exponit, מנך קדמי יפוק משיחא Id est, Ex te coram me vel ex parte mea egredietur Messias: tum etiam ob Rabbi Selomonis glossam, quæ hanc Prophetiam ita explanat, Et tu Bethlehem Ephratha de qua egressus est Dauid: sicut dictum est primi libri Regum capite decimo septimo, Filius ipsius serui tui Isai Bethlehemitis. Bethlehem quoque vocata est Ephratha: sicut dictum est Genes. quadragesimo octauo cap. In via Ephrata, ipsa est Bethlehem. Parvula es in millibus Iuda. Propter statum culum Ruth Moabitis, quæ fuit in te. Ex te mihi egredietur Messias filius Dauid: sicut ipse dicit, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, fuit in caput anguli. Hoc autem sic transtulit Ionathas, Ex te mihi, id est, ex parte mea egredietur Messias. Et egressus eius ante dies seculi: sicut dictum est Psal. 72. Ante solem, ינון *innon*, id est, natus vel genitus vel filius nomen eius: quod sic transtulit R. Ionathas, וישמיה אסר מלך רמין מקקמי עלמא Hoc est, Et nomen eius dictum est Rex ante dies seculi. Sequitur in Prophetia, לכן ייתנם עד עת ילדה ילדה Id est, Propter hoc dabit eos vsque ad tempus quo parturiens pariet. Magistri nostri dixerunt, Hinc habetur filium Dauid, id est, Messiam non fuisse venturum, donec Regnum nequam, id est, Romanum super totum orbem nouem mensibus imperasset. Scriptura autem hæc mystica est. Hæc Rabbi Selomo. Qui satis bene ac fideliter (vt verum fatear) hæc verba de Messia (quod rarissimè facit) exposuit, hoc duntaxat excepto, quod vbi de Messia dictum est, Et egressus eius ex ante, à diebus seculi, siue ab æterno & diebus seculi, videtur ipse de solo Messiæ nomine velle intelligi, cùm ait, Et nomen eius dictum est ante dies seculi. Nos autem à textus veritate nullatenus recedentes, non abnuimus nomen Messiæ ינין *innon* ante solem, & ante dies seculi fuisse: quod haud aliud est, quàm Messiam ab æterno filium Dei extitisse: liquidem ינין *innon* (vt alibi diximus) idem omnino Latinè est, quod natus siue genitus vel filius. Cùm igitur Prophetia ista de Messia loquatur, clarum profectò est, secundum eam, Messiam ipsum in Bethlehem Iuda fuisse nasciturum, tempore quo Iudæa adhuc in ea regione regnarent. Quare cum ipsa Bethlehem & omnis Iudæa desolata fuerit, Iudæique per orbem captiui permanent, eos alterum de duobus concedere oportet, aut ante desolationem illam, Messiam natum fuisse, aut ipsos prius ad terram suam redituros esse. Sed cum secundum minimè eum eorum expectationi stare possit, primum concedant necesse est. Quod per ipsos quoque Talmudistas probatur. Sic enim legitur in libro *Sanhedrin*, capite *Helec*, אמר רבי יהודה דור שבן בא בית סיער יהיה לזונורת מסך לייצא להיות מושל בישראל ונגליל יחרב Hoc est, Dixit magister Iudas, Secundo quo venict filius Dauid, domus collegij erit meretricum, & Galilæa vastabitur. Cùm autem à templi vastatione vsque ad incendio hucusque nullum fuerit iudicum collegium, imò vt alibi ostendimus, collegium ipsorum *Sanhedrin*, siue iudicum per annos quadraginta ante ipsius templi euersionem penitus defecerit, & Galilæa cum vniuersa Iudæorum regione iamdiu vastata sit, constat planè, filium Dauid siue Messiam iam diu venisse: cùm tempus aduentus eius (vt nunc probatum est) iam diu præterierit. CAP. Quanquam omnes Iudæorum doctores Prophetiam hanc de Messia exponant, quia tamen iuniores eorum ipsam non exponendo, sed magis peruertendo, duo omni conatu negare contendunt, quæ in ea maxime insinuantur, Messiæ scilicet diuinitatem, & Dominum nostrum Iesum verum fuisse Messiam, ea propter vellem, per veterum Talmudistarum sententias, recentiorum in hoc reselleres errores. GAL. Rabbi Dauid inter cæteros sic eam deprauare nititur; Et tu (inquiens) Beth-

lchem, etsi minima sis in millibus Iuda, ex te tamen egrédietur mihi qui sit Dominator in Israel. Et hic est Rex Messias, qui de semine Dauid natus egressurus est, pro quo dixit, Et egressus eius ab initio à diebus seculi. Egressus enim Messiæ à tempore Dauid fuerunt. Dixit autem ab initio à diebus seculi, propter temporis longitudinem, quod inter Dauid & Messiam esse debebat. Christianis autem qui Iesu Nazareno hanc Prophetiæ partem attribuentes, ipsum & in Bethlehem natum esse, & Deum ab initio & diebus seculi fuisse, affirmant, ex eo responsum datur, Quòd ipse in Israel dominator non fuit, sed magis Israelitæ dominati sunt ei. Et cùm Messiam Deum esse probarit, cò quòd à diebus seculi fuisse dicatur, respondet, eos in hoc falso argumentari, cùm ante mundi initium Deus fuerit, & per eos tunc ipsum creatum fuisse sequeretur, quod absurdum est dicere. Quòd si eam autoritatem inducant, A seculo & vsque in seculum tu es Deus; & illam, A seculo vnxi Regem meum; dicas illas non à seculo, sed ante seculum intelligi debere. Hæc omnia confutationem, priùs Prophetiam hanc iuxta vetustorum Talmudistarum glossas explanabimus. Deinde eius extortam, atque falsam expositionem refellemus. Exponimus igitur eam sic, Et tu Bethlehem Ephrata etsi in millibus Iuda minima sis, quia tamen primus Rex Iuda, id est, Dauid ex te ortus est, Messias etiam qui vltimus erit, ex te mihi egredietur. Et rectè, egredietur inquit, vt ipsum ex humano semine generari non debere ostenderet. In hoc etiam geminam eius naturam diuinam scilicet & humanam mira breuitate insinuauit. Cùm enim dixit, ex te, eius humanitatem demonstrauit. Cùm verò ait, mihi, ipsius diuinitatem innuit. Mihi enim, inquit: ac si diceret, Is homo qui ex te egredietur, mihi, hoc est diuinitati meæ vnuri, dignus erit. Hoc manifestiùs deinde expresit, dicens, Et egressus eius ab æterno, & à diebus seculi. Egressus quippe hoc in loco in lingua Hebraica, sicuti & Latina pluralis est numeri. Sensus ergo est, Egressus, id est, processus huius dominatoris siue Messiæ duo sunt. Vnus ab æternitate, quo secundùm diuinitatem à Patre processit. Alter à diebus seculi, quo secundùm humanitatem à matre prodiit. Quod vtique cum illo Athanasij dicto optimè conuenit, Deus est ex substantia Patris ante secula genitus, & homo est ex substantia matris in seculo natus. Verumtamen Athanasius quidem, In seculo dicit, quia natiuitatem ipsam accepit, Propheta verò, A diebus seculi ait, quia cùm materis Adæ formata fuit, mox eidem materiæ infuit virginis gloriosæ materia, & ipsius virginis preciosissimo sanguini infuit Christi benedicti humanitas. Quæ quidem omnia Iudæi nostri temporis hâudquaquam negare possunt: cùm ipsa ferè eadem Rabbenu Haccados dicat, in libro גלי רזייא *Galeratzeia* eandem Prophetiam exponens, Et egressus eius ab æterno, & à diebus seculi, Dicit Propheta, egressus, numero multitudinis, quia duo sunt Messiæ egressus. Vnus diuinitatis, quæ est æterna, & ideo dicit ab æterno. Alter humanitatis, quæ in suæ matris substantia extat, quæ ab hora creationis mundi creata est. Et iidem ait,

A A diebus seculi. Nam vt ibidem paulò superius idem dicit, mater Regis Messiæ, quia à Deo creata est, vt in ea fœdeat ipse Messias, ad ostendendam gloriam maiestatis suæ cunctis mortalibus, ideo ipsa ostenditur esse prima creatura Dei in genere humano. Hæc Rabbenu ille Haccados, quem ipsi magistrum nostrum sanctum vocant. Ex histigitur quæ dicta sunt, facilè Rabbi Dauid peruersitas improbatur. Nam Messiæ quidem egressus quos ab æterno & à diebus seculi fuisse, Propheta asserit, à diebus Dauid Regis (vt ipse R. Dauid vult) fuisse dicere, & prauum & impium est. Esto enim quòd ab initio, vt R. Dauid ipse falsò exponit, & non ab æterno Propheta dicat, adhuc tempus illud quod inter Dauid & Messiam esse dicit, minimè ab initio & à diebus seculi fuit. Quam quidem prauitatem etiam autoritates (vide quanta eius sit cæcitas) quas Christianorum nomine adducit, clariùs ostendunt. Nam altera quidem Messiam Deum esse affirmat: altera verò egressum eius secundùm humanitatem simul cum mundi creatione fuisse, quemadmodum ex sententia Rabbenu Haccados expositum est. Cùm autem ait, Christum Dominum nostrum super Israel non habuisse dominium, sed potiùs eos qui de Israel erant, ei dominatos fuisse, nimis certè longè à veritate aberrat. Nam sicut frequentiùs sacræ literæ prænunciant, Messias super Israel, id est, super bonos & fideles suos ipsum recipientes, in primo aduentu dominaturus erat. Quamuis & circa mundi finem super Iudæorum quoque reliquias, quæ ad ipsum conuertentur, dominium sit habiturus.

## Caput XIV.

*Quarta ratio efficaciter demonstrans primi aduentus Messiæ tempus iam præteriisse, sumpta ex determinati temporis præteritione, per Danielis vaticinium secundum Talmudistarum expositiones. Et quomodo accipienda sint 70. Danielis hebdomades, tempus Messiæ præfixum continentes.*

## CAPNIO.

TOti Christianæ reipublicæ operæprecium te facturum arbitrot, si ad iniuriosum Iudæorum perfidiam magis conuincendam, determinatum veniendi tempus à Prophetis Messiæ assignatum, iam præteriisse per eorum scripturas ostenderis. GAL. Inter exteros igitur qui præfixum Messiæ venturi descripsere tempus, Danielem id præcipuè fecisse, te (vt puto) minimè latet. Is namque ita ait cap. nono, ועוד אנוכי דבר בתפלה והאיש גבריאל אשר ראיתי בתחלה מועף ביעף נגע אלי בעת מנחת ערב: ויבן ויורני עמי ויאמר דניאל עתה יצאתי להשכילך בינה: בתחלת תחנוניך יצא דבר ואני באתי להגיד כי חמודות אתה ובין בדבר והבן במראה: שבעים נחתך על עמך ועל עיר קדשך לכלא הפשע ולחתם חטאות ולכפר עון ולהביא צדק עלמים ולחתם חזון ונביא ולמשח קדש קדשים



קדשים: ותדע ותשכל מן מצא דבר להשיב ולבנות ירושלם עד משיח נגיד שבעים שבעה ושבעים ששים ושנים תשוב ונבנתה רחוב וחרוץ ובצוק העתים: ואחרי השבעים ששים ושנים יכרת משיח ואין לו והעיר והקודש ישחית עם נגיד הבא וקצו בשטף ועד קץ מלחמה נחרצת שממות: והגביר ברית לרבים שבוע אחד והצי השבוע ישבית זבח ומנחה על כנף שקוצים משומם ועד כלה ונחרצה תתך על שומם:

Hoc est, vt verbum verbo reddam, Et dum ego loquerer in oratione, vir Gabriel, quem videram in visione à principio, citò volans tetigit me in tempore sacrificij vespertini, & docuit me, & locutus est mihi, dixitque: Daniel nunc egressus sum, vt docerem te intellectionem. Ab exordio precum tuarum egressum est verbum. Et ego veni, vt indicarem, quia vir desideriorum tu es. Animaduerte autem sermonem, & intellige visionem. Hebdomades 70. præcisum est (tempus scilicet) super populum tuum, & super Vrbem sanctuarij tui, ad consummandam prætuaricationem & ad finiendum peccatum, & ad delendam iniquitatem, & ad adducendam iustitiam seculorum, & ad vngendum sanctuarium sanctuariorum. Scito autem & animaduerte. Ab exitu verbi ad reuertendum, & ad ædificandum Ierusalem, vel abegressu verbi, vt iterum ædificetur Ierusalem, vsque ad Messiam Ducem, vel Principem, vel principalem, hebdomades septem, & hebdomades sexaginta & duæ. Reuertetur ipsa, & ædificabitur platea & fossatum, sed in angustia temporum. Et post hebdomadas sexaginta & duas, occidetur Messias, & non ei. Et ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus Ducis venturi: & finis eius in impetu, vel raptu. Et vsque ad finem belli præcisi, desolationes. Confirmabit autem pactum multis hebdomada vna: & medium ipsius hebdomadæ deficere faciet decollationem, & oblationem: & super abominationes desolatio. Et vsque ad finem & præfinitionem perseuerabit, vel conflabitur, vel liquefiet ipsa super desolationem.

*Porphyrius Iudæus contra Danielem.*

CAP. Quoniam vt video, Prophetia hæc multa ac magna continet mysteria, eamque recentiores Iudæorum vt contra veritatem sibi fugam parent, multimodis extorsionibus peruertere conantur, eapropter præ cæteris ipsam diligentius discutias, oportet. Et primò quidem quonam pacto hebdomades istæ accipiendæ sint. GAL. Faciam equidem, cum primum quisquam Iudæi ex Sadducæorum genere, nomine Porphyrij perfidiam refellero impudentiam: qui ne cogeretur per hanc Danielis Prophetiam veritatem fateri, contra omnium sententiam dicere ausus est, de Danielis huiusmodi verbis non esse curandum, cùm Propheta non fuerit, nec inter Prophetas numeretur. Contra quem nos dicimus, Danielem ipsum non modò Prophetam fuisse, sed maiorem quoque quàm multi ex Propheris apud Hebræos fere omnes haberi. Prophetam namque eum extitisse in libro מגילת *Meghila*, in capite מגילה נקראות *Meghila nikreth*, id est, Historia legitur, manifestè ostenditur: vbi sic ad verbum dicitur, Baruch filius Neriæ, & Sarias Mahasiæ, & Ieremias filius Hilchiæ, & Daniel vir desideriorum, & Mardochæus, & Haggæus, & Zacharias, & Malachias omnes prophetauerunt anno secundo Darij. Hæc ibi. Cùm igitur Daniel hic prophetasse dicatur, atque inter Prophetas connumeretur, ipsum Prophetam fuisse, minimè negari potest. Liber quoque ipsius apud Hebræos inter viginti quatuor Sacræ scripturæ libros, vnum per se obtinet gradum, semperque apud eos inter veraces habitus est veracissimus, Susannæ duntaxat, ac Belis, draconisque historiis exceptis, quas secundùm Hebræos Danielis volumen respuit. Neque apud eos quisquam inuentus est vnquam tam vehementer insulsus, qui Danielis sanctitati & veritati derogare præsumpserit, præter nequissimum hunc Porphyrium Sadducæum, qui maluit conscientia reluctante, Danielis autoritatem denigrare, quàm Dominum Iesum Christum tam claro eiusdem Danielis testimonio conuictus, confiteri. Eius tamen temeritatem non homo, sed Deus ipse confutat: dum apud Ezechielem 14. capit. ait, Fili Adam terra cùm peccauerit: & infra, Fuerintque tres viri isti in medio eius, Noas, Daniel, & Iob, ipsi in iustitia sua liberabunt animam suam, dicit Dominus Deus. Et rursus 28. cap. Fili Adam (inquit) die Principi Tyri (ironicè scilicet) Ecce sapientior es tu Daniele, nullum mysterium latuit te. Ex his igitur aliisque quàm plurimis, satis liquet ad huius impiissimi Sadducæi impudentiam improbandam, quanta apud homines esse debeat Danielis autoritas, cuius talis ac tanta est apud Deum. Nunc autem quomodo in hac Danielis Prophetia accipiendæ sint hebdomades, videndum est. Quod vt paucis absoluam, dico, quòd hic omnes tam Christiani, quam Hebræi expositores in modo accipiendi hebdomades conueniunt. Accipiunt enim illi hebdomadem hic pro septem annorum spacio, quemadmodum & nos. Quamuis quidam ex nostri seculi Iudæis si quando cos his Danielis sermonibus ad veritatem contendam concuti, atque coartari contingat, hebdomadam hoc loco non septem annorum, sed septem iubilæorum, vel centenariorum, seu decadum spacium intelligi debere asserunt: quòd nemo eorum quantumcunque peruersus, siue in Talmud, siue alibi scripsisse hucusque compertus est. Horum autem impudentiam Gabriel ipse Angelus obstendit, cùm in præmissis ait, Et medium ipsius hebdomadis, vltimæ scilicet, deficere faciet decollationem, sacrificiorum scilicet, & oblationem, cæterorum videlicet omnium. Cùm enim hæc sacrificiorum defectio siue cessatio, ante templi destructionem tam per Dominum Iesum Christum, quàm per Romanos facta reperiatur, ipsáque sacrificiorum decollatio nunquam ac nusquam à Iudæis (vt ipsi fatentur) ex eo tempore facta fuerit, liquidò profectò constat septuaginta has hebdomades ante templi euersionem omnino completas fuisse. Hanc enim hebdomadem, in cuius medio erat sacrificiorum sanguinolenta congeries cessatura, notissimus locus quem tenet, postremam omnium esse demonstrat. Ex quo necessariò sequitur, hebdomades istas non quidem iubilæorum, nec centenariorum, nec decadum, nec alterius cu-

*Liber Danielis quantæ sit autoritatis.*

iusuis numeri, sed annorum tantùm esse spatia, a- A lioquin minimè tunc temporis completæ fuissent: cùm à prioris templi incendio, vsque ad nouissimi excidium, non fuerint secundùm eos, nisi septuaginta captiuitatis Babylonicæ anni, atque quadringenti & viginti quibus vltimum templum in sua perfectione permansisse aiunt. Ex quibus omnibus septuaginta has Danielis hebdomadas Iudæi constituunt, vt in sequentibus latiùs patebit. Quòd autem prædictæ Danielis hebdomadæ annorum sint, primò ex modis quibus sacra scriptura hebdomadas accipit, ostenditur. Non enim B eas nisi dupliciter accipere solet. Nam vno quidem modo hebdomadam accipit pro septem dierum spacio, vt patet Leuit. 23. cap. vbi dicitur, quòd septem hebdomadæ sunt à festo Paschæ accipiendæ, quæ 49. dies faciunt, & quinquagesimadie festum est Pentecostes. Altero verò modo sumit hebdomadem pro septem annorum curriculo: vt est illud Leuit. 25. dictum, Numerabitis septem hebdomadas annorum, quæ faciunt annos 49. C Et quinquagesimus annus immediatè sequens, Iubileus esse præcipitur, qui apud Iudæos remissionis erat annus. Cùm igitur alius ab his duobus non inueniatur modus, quo hebdomada accipiatur in sacris literis, nec possit in prædictis Danielis verbis hebdomada pro septem dierum spacio accipi, quia sic tota Danielis Prophetia infra annum & dimidium completa fuisset, pro septem igitur annorum curriculo accipiatur, necessariò consequens est. Hoc deinde per R. Abraham D magnum apud eos glossatorem ac Doctorem, hoc modo probatur, cùm ait, Dixit venerabilis Magister noster מעורית *Seadiat*, quòd istæ septuaginta hebdomades annorum sunt. Testis autem huius rei est illud Dan. 10. dictum, Post hoc ego Daniel fui lugens tribus hebdomadibus dierum, panem desiderabilem non comedi: & reliqua vsque ad complementum trium hebdomadum dierum. Non autem numerauit cum septuaginta hebdomadibus dies. Medium namque hebdo- E madis præmemoratum sunt mille ducenti & viginti dies: sicut probatione sufficienti probabo. Porrò medium possibile est, quòd non sit medium perfectum, non habens minus nec plus, vt illud Numer. 32. Et dimidium tribus Manasse. Et multa huiusmodi. Scito autem quòd dies semper sunt dies, & non anni in sacra scilicet scriptura. Verumtamen possibile est, quòd cùm dicitur dies, sit annus perfectus, redeunte anno in iteratione dierum, vt cùm dicitur Exod. 13. ימים ימימה F Id est, A diebus in dies, hoc est, ab anno in annum, qui sunt annus perfectus. Cùm verò dies dicitur cum numero, vt duo dies, aut tres, non possunt dies esse anni, sed oportet quòd sint dies, quemadmodum dicuntur. Et propter hoc dictum est Leuit. 14. Et numerabis tibi septem hebdomadas annorum. Et idcirco dixi, quòd dies mille ducenti & nonaginta sunt medietas seu medium hebdomadis supradictæ. Et hoc est illud Dan. 12. אשרי המחכה ויגיע לימים מאות שלשים ותשעה G Hoc est, Beatus qui expectat & peruenit ad dies mille trecentos triginta quinque. Si enim hic dies dicantur esse anni, quomodo verum esse poterit, quòd homo expectet mille annos & peruenit? maximè cùm scriptum sit Psalm. 90. Dies annorum nostrorum in eis septuaginta anni. Hæc R. Abraham super Danielem. Ex quibus tria sumuntur argumenta. Primum quidem est, quòd prædictæ Danielis hebdomadæ sunt omnino annorum. Secundum verò est, contra Iudæos nostri temporis frequentiùs dicentes, Quòd dies mille trecenti triginta quinque de quibus meminit Dan. 12. sunt anni, quibus visitari debent, & Messiam habere, quos quidem annos ab vltimi templi destructione computant. Quod falsum esse, ex præmissa R. Abraham expositione, manifestè patet. Tertium demum est, quòd hi prædictorum dies sunt dimidium vltimæ hebdomadum Danielis. Quo scilicet tempore Christus venit ad baptismum, & prædicauit, ac discipulos ad se vocauit. Ex his omnibus clarum est, quòd in hac Danielis Prophetia hebdomada non accipitur nisi pro septem annorum spacio. Quare septuaginta hebdomadæ illæ quadringentos & nonaginta continent annos. Hoc. Quomodo accipiendi sunt harum hebdomadum anni? Nam Beda quidem, & alij quidam ex nostris eos lunares esse aiunt, duplici potissimùm ratione moti: tum quia in textu hebdomadæ istæ abbreuiatæ dicuntur quare cùm anni lunares vndecim diebus breuiores sint quàm solares, (annus enim solaris dies 365. & quadrantem vnum, ac minutas 5. continet, Lunaris verò ex 354. constat diebus) sequitur planè harum hebdomadum annos non solares, sed lunares esse debere: tum etiam quia cùm Angelus Danieli loqueretur qui Hebræus erat, Hebræi autem per annos lunares computarent, ipsum non de solaribus, sed de lunaribus locutum fuisse annis, credere par est. Gal. Qui hoc dicunt, non parum errant. Non enim textus ipse (vt eorum respondeam rationibus) hebdomadas istas abbreuiatas dicit: nam vbi nostra editio, abbreuiatæ sunt, habet, Hebraica litera dicit, נחתך *Nehtach*, quod idem est, quod præcisum, cum à verbo Hebraico חתך *hatzach* veniat, quod propriè incidere, seu præcidere, ac determinare, & statuere significat. Quamobrem hebdomadæ istæ iuxta Hebraicam veritatem non abbreuiatæ dici debent, sed potiùs præcisæ, præfinitæ, vel prædestinatæ: quia per 70. annos prædestinatæ fuerunt antequam per Gabrielem Danieli nunciatæ fuissent. Quod in libro qui סדר עולם *Seder holam*, id est, ordo mundi appellatur, optimè ostenditur, cùm in calce eiusdem libri scriptum est, ita R. Iose dixisse, Quid est hebdomadæ septuaginta præcisæ sunt? Per hoc docetur, quòd fuerunt præcisione præcisæ ante per septuaginta annos. Si præterea Iudæi annum vndecim diebus breuiorem quam sit solaris haberent, cùm secundùm eorum legem 14. die primi mensis cuiuslibet anni Pascha celebrare teneantur, sequeretur profectò, quòd celebrando Pascha, semper in vnoquoque anno celebrationem Paschæ alterius anni per dies vndecim anticiparent. Quod si esset, infrà breue tempus Pascha suum in vnoquoque mense celebrarent, neque nobiscum in tempore celebrandi conuenirent. Quod falsum esse ex eorum vsu liquidò patet, cùm semper eodem fermè tempore ipsum Pascha celebrent. Quare manifestum est, eos per annos



annos solares sicuti & nos tempora computare. A Nam etsi menses lunares habeant, tertius tamen quisque annus apud eos tredecim menses siue lunationes habet, cæterorum verò vnusquisque duodecim duntaxat continet menses. Ita vt per embolismos temporum adæquationes ipsi facientes, per annos solares, quemadmodum & nos, tempora metiantur. Habent enim & ipsi duodecim menses quos tam primo quàm secundo anno tribuunt, incipiuntque annum à mense Martio, quem ניסן *Nisan* vocant. Sed vltimo mensi tertij anni, hoc est Februario, quem אדר *Adar* nuncupant, alium addunt mensem quem ואדר *Veadar*, id est, Et Februarium appellant. Eam ob rem & nos & illi in annorum computatione conuenimus.

## Caput XV.

*Quòd præfixum 70. harum hebdomadum tempus secundum Hebræorum computationem in Domino nostro Iesu Christo præcisè impletum sit.*

## CAPNIO.

Vonam tempore hæ annorum hebdomadæ connumerari cœperint, & quousque peruenerint, nunc te dicere opus est. Gal. A quo termino hebdomadæ istæ inchoari debuerint, non est paucis absoluendum, cum quicquid hic intenditur, ab eo maximè pendere videatur, ac inter nos & Iudæos circa hoc diuersa sit opinio. Ipsi namque harum hebdomadum numerum ab eo tempore inchoant, quo Ierusalem per Nabuchodonosor Regem Babylonis, vt 4. Reg. 25. & Ierem. 52. legitur, diruta fuit: ex eo fuam fulcientes sententiam, quòd Dan. 9. cap. ita dictum sit, In anno vno Darij filij Assueri de se- E mine Madaj, qui Rex effectus est super Regnum Chaldæorum, in anno vno Regni eius, ego Daniel intellexi in libris numerum annorum, quorum factus est sermo ad Ieremiam Propheram, vt complerentur desertis vel dirutis Ierusalem septuaginta anni. Ex horum igitur verborum sine astruere nituntur, quòd 70. anni per Ieremiam dicti inter ipsas hebdomadas computari debeant. Nam si ipsis addantur 420. anni illi quibus vltimum templum duraſſe aiunt, 70. istæ Danielis hebdomadæ, F hoc est, anni 490. perficiuntur. Quod ex libro qui apud eos סדר עולם *Seder holam*, id est, ordo mundi dicitur, probare nituntur. Sed facilè est ostendere ipsos in hoc insania nimia laborare: non solùm ex eo, quòd in antedictis Danielis verbis, super quæ suppurationis suæ fundamenta insipienter iaciunt, de his hebdomadibus nulla facta sit mentio, sed de complendis tantummodo captiuitatis Babylonicæ annis: quod in primo Cyri Regis anno completum fuisse, in fin libri principio Esras docet: verum ex eo quoque, quòd Gabriel Angelus in suis verbis, in quibus ipsi impudenter protruunt, cùm Danieli dixit, Scito autem & intelligas: Ab exitu verbi ad reuertendum, & ædificandum Ierusalem, vsque ad Messiam Ducem, hebdomadæ septem, & hebdomadæ septuaginta & duæ, non dixit ab exitu verbi destructionis Ierusalem, sed ab exitu verbi ad reuertendum & ædificandum Ierusalem. Quibus ex verbis manifestè patet Iudæorum insania: qui dum à primi templi excidio harum hebdomadum supputationem incipientes, septuaginta annos quibus primi templi destructio durauit, & 420. quibus secundum templum constructum permansit, computant nulla tempo- B ris quo ipsum templum secundum ædificatum est, mentione facta, & à verbis ipsius Angeli dissentanea, & à veritate prorsus aliena asserunt: non animaduertentes miseri (vide quanta contradicendi Christo cupiditate excæcantur) quàm repugnantia quamque impossibilia sint, quæ loquuntur. Quod R. Abraham Auen Ezra aduertens, sic super Danielem ait, Miror super verbis expositorum, quomodo connectatur templi desolatio, & status eius perfectio in numero vno. Hæc expositio neque saporem habet neque odorem. Hæc R. C Abraham, qui magnæ apud eos est autoritatis, contra ipsorum computationem quàm à primi temph euersione inchoant. Neque tamen propterea ab obstinata factuitate discedunt. Cap. Cùm igitur in hoc lacertæ simillimi sint, quæ ab eo quod momorderit, nisi cum pane miliacco, nunquam recedit, Velis obsecro eos in hac eorum supputatione falsiloquos ac fures arguere, ori eorum scripturas ipsorum, velut quendam panem miliaceum calidum apponendo. Gal. Illud itaque in D primis loco panis miliacei afferam, quod in libro מגילה *Meghila*, in cap. מגילת נקראת *Meghila nikreth* id est, Historia legitur, ab hoc modo scriptum est, Et vnde habetur, quòd Nabuchodonosor regnauit 45. annis? Ex eo habetur, quòd in captione Iehoiachin Regis Iuda, erat octauus annus Nabuchodonosor: iuxta illud 4. Reg. 24. dictum, Et ingressus est Iehoiachin Rex Iuda. Et post pauca, Et cœpit cum Rex Babel anno 8. regni sui. Scriptum quoq; est Ierem. vlt. & 4. Reg. vlt. Factum est autem, 38. anno captiuitatis Iehoiachin Regis Iuda duodecimo mense vigesima quinta mensis, & eleuauit Euilmerodach Rex Babel anno primo Regni sui caput Iehoiachin. Si istis triginta septem annis addas octo paulo ante dictos, habebis 45. annos, quibus Nabuchodonosor regnauit. Habetur quoque per גמרא *Ghemara*, &c. per traditionem in Talmud, Euilmerodach eius filium triginta trib. regnasse annis. Quod ita necessariò fuisse, per ea quæ Ierem. 27. cap. dicta sunt, liquidò patet. Sic enim ibi dicitur, Ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor Regis Babylonis serui mei. Et paulò post, Et seruient ei omnes gentes, & filio eius & filio filij eius. Quanto autem tempore id durare debuerit, ostenditur Ierem. 25. c. Et seruient omnes gentes istæ Regi Babylonis septuaginta annis. Quod, nisi Euilmerodach viginti tribus (vt dictum est) regnasset annis, verum haudquaquam esse potuisset. Posthea ita in eadem traditione subditur, Balthasar eius filius tribus regnauit annis. Anno enim, inquit Dan. 8. ca. tertio Regni Balthasar: Darius autem qui ipsum occidit, duobus regnauit annis. Cyrus verò nepos eius secundùm eos tribus regnauit annis. Assuerus autem qui & Artaxasta, annis

*Falla Iudæorum error.*

*Computatio.*

*Anni lunares hic non sunt accipiendi.*

regnauit 14. De quibus duo quidem per traditionem habentur: duodecim verò ex libri Esther 3. capit. Denique anno sexto Darij secundi Regis, domus Dei secunda consummata est, atque perfecta: vt legitur in libro ערכין *Arachin*, id est, preciorum, in capit. אין נערכין *Ein naarachin*, id est, Non ordinabunt, vbi sic dicitur, בירח שני בשנה ששי ארבע מאות ועשרים שנה Hoc est, Domus secunda quantum stetit? quadringentis viginti annis. In libro quoque עבדה זרה *Auoda zara*, id est, cultus alienus, in cap. לפני איריחן *Iiphne ideben*, id est, ante eorum festa, siue solennitates, legitur Ioſe ita dixiſſe, Regnum Perſidis durauit domo Dei durante, annis 33. Regnum verò Græcorum permanente eadem domo durauit annis 180. Regnum autem Machabæorum 103. Regnum poſtremò Herodis ſimiliter 103. Gloſſa R. Selomonis, Cum annis (inquit) ſcilicet 30. quibus Barcozba cum Agrippa regnauit. Ex quibus omnibus 420. quibus domus Dei ſecunda durauit, habentur anni. Hæc omnia ex præmemoratis Iudæorum libris. Ex quibus hos annorum numeros quàm breuiſſimè potuimus, excepimus, ſuperſluis quibuſdam quæ ad rem nihil pertinent, omiſſis. CAP. Quantum video, nemo Chriſtianorum numeros iſtos tam ſacræ ſcripturæ teſtimoniis, quàm Talmudicis traditionibus roboratos, contemnere debet: quinimò ſuper aurum, & topacium, omnemque lapidem preciоſum eos ampleƈti, atque diligere: cùm nihil compendioſius, nihil efficacius, nihilque magis neceſſarium inueniri poſſit, ad demonſtrandum contra Iudæos 70. has Danielis hebdomadas in morte Chriſti fuiſſe completas. In his namque numeris neque ſolaris & lunaris nimium Iudæis ridicula requiritur collatio, neque alia plurima, quibus peritus etiam Theologus ſæpè confunditur: per eos quoque Iudæorum intuitorum obſtinata impietas tum de mendacio, tum de furto criminaliter convincitur. Et vſque adeo quidem, vt nulla ſe tergiuerſatione defendere queant. Quamobrem quod cæpiſti clariùs quæſo proſequere. GAL. Didicimus itaque ex ſacræ ſcripturæ verbis, ex Ieremi. ſcilicet 52. & 4. Reg. 25 anno regni Nabuchodonoſor 19 primum templum diruтum atque ſolo æquatum fuiſſe. Cùm igitur Nabuchodonoſor ipſe 45. regnauerit annos, vt iam dudum probatum eſt, ipſum profectò poſt euerſionem templi euerſionem 27. ſuperregnaſſe annos, conſequens eſt. Nec obſtat quòd primus annus imperfectus fuerit. Moris etenim ſcripturæ fuiſſe docet Talmud, non ſolum 7. menſes abſque 10. diebus, quos annus ille habuit, pro anno vno ſupputare, ſed etiam diem vnum quandoque pro anno ponere, vt in libro ראש השנה *Rosh hassana*, id est, capitis anni, capit. אר בעה ראשי השנה הן Quatuor principia anni ſunt. Ibi enim ſic legitur, אמר מר יום אחד בשנה נחשב לשנים לשנה Hoc eſt: Dixit Mor, Dies vnus in anno computata eſt quandoque pro anno. Si his igitur 27. annis, quibus Nabuchodonoſor poſt primi templi excidium regnaſſe oſtenſum eſt 23. anni illi quibus Euilmerodach filius eius poſt eum regnauit (vt per Talmudiſticam eorum traditionem probatum eſt) addantur, 50. præciſè habentur anni. Si hoc etiam modo reliquos prædictæ traditionis proſecutus fueris annos; tres videlicet quibus Balthaſar poſtmodum regnauit, ac duos Darij: tres quoque ſecundum eos Cyri, quem ipſi Cores vocant, atque 14. Aſſueri, & ſex Darij, ſub quo ſecundum templum completum eſt, cum quinquaginta antedictis connectantur, à primi templi ſubuerſione vſque ad ſecundi conſummationem, 78. computabuntur anni. Ex quo eos 8. nobis ſecundum eorum ſupputationem furari annos, adeo manifeſtum eſt, vt nulla valeant excuſatione negare. Et quemadmodum 8. antedictos in oculis hominum inſenſibiliter ſurripere nituntur annos: ita quoque de 30. quibus Cyrus regnauit annis, furtum nobis 27. ſubtrahere conantur, tribus duntaxat eum regnaſſe aſſerentes. Nam cùm Euſebius Cæſarienſis, Paulus Oroſius, Hieronymus, & Beda, ac alij quoque omnes hiſtorici tam Græci quàm Latini, Cyrum ipſum triginta regnaſſe annis dixerint, liquet planè, Iudæos ipſos falſiloquos, atque fures eſſe, & fruſtra ante pennatorum ac videntium oculos, falſitatis ſuæ iacere retiacula. CAP. Vt magis igitur huius furti rei deprehendantur, vellem per eorum quoque hiſtoriographos, Cyrum ipſum probares triginta regnaſſe annis. GAL. Ioſephus, quem ipſi Ioſeph ben Gorion appellant, id ipſum apud eos apertè aſſerit. Idem quoque & Ioſephon ipſius Ioſephi abbreuiator, manifeſtè oſtendit, dum ita Hebraicè loquitur, Tunc vt Cyrus audiuit, quòd eunuchus quidam interfecerat Balthaſar Babylonis Regem, votum vouit ædificare templum Domini in Ieruſalem, ac vaſa templi remittere. Et poſt pauca, Factum eſt inquit, vt Darius Medorum Rex ægrotaret ad mortem. Vocauitque Cyrum generum atque propinquum ſuum, & eum Regem pro ſe conſtituit. Sicque factum eſt vnum Perſarum atque Medorum Regnum. Et infrà, Pugnauit autem Cyrus in Oriente, & cepit eos qui ſunt vltra Indiam, & in Auſtrali plaga. omnemque terram Æthiopiæ, & omnes habitantes in finibus Auſtri, ac in Occidente etiam vſque ad terram ספרד *Sepharad*, id est, Hiſpaniæ. Et in Aquilone omnem terram Macedoniæ, & Cappadociæ, & Scythiæ, omnemque terram Elam, & Elazar, ac montes Eltalu, & Hazar, vſque ad montes niuis, qui tranſiri non poſſunt. Reliqua verò geſta Cyri nonne ſcripta ſunt in libro Regum Medorum atque Perſarum? Et in libro Ioſephi filij Gorionis, quem Titus Veſpaſiani filius captiuauit? Et paulò poſt, Pugnauit adhuc Cyrus cõtra Regẽ Setim. i. Scythiæ. Verteruntq; tergà viri Setim, & cecidit Rex eorum omneſq; fortes eorũ. Cæteri autẽ ad ciuitates cõfugerunt, cũ Tamyra Regina & eius filio: quod cùm Cyrus vidiſſet, fugam ſimulauit: quod vidẽtes viri Setim, poſt ũ exierunt ad planiciẽ. Cyrus autem in eos reuerſus, plurimos ex ipſis interfecit. Fugerunt itaq; reliqui viri Setim cũ Regina ad mõtes. Cũq; vidiſſet Tamyra quòd filius ſuus mortuus eſſet, vehemẽter doluit, occupatiq; fecit montium tranſitus. Cũq; Cyrus nullũ iam timens aduerſariũ, ſecurus & confidenter de ſinibus terræ Setim egrederetur, exiuit omnis exercitus. Ipſe autẽ cum paucis remanens, nocte illa inter duos mõtes commoratus eſt. Tamyra igitur morti ſe exponens, ſubitò in caſtra Cyri irruit, perculſitq; ducenta millia virorũ fortium Perſarum; cepitque Regem Cyrum. Succinxit autem ſe Regina, & quaſi fera raptis ſibi catulis venit ad cadauer Cyri: abſciſſumque caput eius proiecit in puteum occiſorum ſanguine plenum, dicens, Bibe Cyre, & ſatiare, atque inebriare ſanguine quem ſtiſti. Triginta etenim annis ſanguinem abſque menſura fudiſti. Rex igitur Cyrus inuenit vitæ ſuæ terminum in terra Setim, & regnauit Cambyſes filius eius pro eo. Hæc omnia Ioſephon Hebræus. Ex quibus apertè patet, Cyrum poſt Darium triginta regnaſſe annis, in quibus iuxta Tamyræ Reginæ dictum, ſanguinis effuſioni operam dedit. Neque enim poſſibile, neque veriſimile eſt, in trium annorum ſpacio, quo ipſum Iudæi regnaſſe aiunt, tot Orientis, & Occidentis, & Auſtri, atque Aquilonis Regna ſibi ſubiicere potuiſſe. CAP. Vnde igitur Iudæi tanti erroris accipiunt occaſionem, vt tres tantum annos ipſi Cyro tribuant? GAL. Quemadmodum Dan. 11. cap. ſcribitur, In primo Darij anno eidem Danieli Gabriel Angelus huiuſmodi verba dixit, Adhuc tres Reges ſtabunt in Perſide, & quartus ditabitur opibus nimiis ſuper omnes: & reliqua. Horum ergo trium Regum, ſecundum Hebræos primus Cyrus fuit, qui & Darius, & Artaxerſes dictus eſt, vt dicitur in libro ראש חשנה *Rosh hassana*, id est, capitis anni, in capite quod incipit, אר בעה ראשי השנה הן Id est, Quatuor capita anni ſunt hæc: vbi ſic ad verbum legitur, Cyrus ipſe eſt Artaxerſes, ipſe eſt & Darius. Cyrus autem dictus eſt, quia Rex rectus fuit. Artaxerſes verò appellatus eſt, propter eius Regnum. Et quod erat nomen eius, proprium ſcilicet? Darius erat nomen eius. Secundus verò horum Regum fuit Aſſuerus maritus Eſther: qui etiam & Artaxerſes & Cambyſes nuncupatus eſt. Tertius autem Darius extitit: qui Artaxerſes etiam dictus eſt, quemadmodum plures alij Perſarum Reges Artaxerſes ſunt appellati. Iudæi ergo idcirco Cyrum nonniſi tribus annis regnaſſe aiunt, quia pluribus ipſum regnaſſe in Danielis libro non inuenerunt. Quare piſcatori perſimiles cenſendi ſunt, qui in mari tribus piſcibus hamo captis, plures in mari piſces non eſſe aſſerebat, atque contendebat, eò quòd plures ibi ipſe inuenire neſciret. Concedant igitur Cyrum triginta regnaſſe annos, etſi omnes in textu ſcripturæ non habeantur, ſicuti Aſſuerum eius filium quatuordecim regnaſſe affirmant, quanquam duodecim tantum ex eis in textu comperiant. CAP. Optimè quidem demonſtraſti, Iudæos ſeptuaginta harum hebdomadum numerum malè inchoaſſe, peius deſtruxiſſe, ac peſſimè conſummaſſe, perparum tamen (mihi parce) te feciſſe dixerim, niſi numerum ipſum & bene incipere, & melius proſequi, & optimè finire, per eorum ſcripturas docueris. GAL. Neceſſarium igitur eſt 70. harum hebdomadum Danielis numerum, abſque Iudæorum calumnia bene inchoare cupienti, diligentius attendere, quid ipſius Danielis auribus ex ore Gabrielis Angeli verbum Dei perſonuerit, dum dixit, Scito autem & animaduerte, ab egreſſu verbi ad redeundum, vel de redeundo, & ad ædificandam, vel de ædificanda Ieruſalem, vſque ad Meſſiam Principem hebdomadæ ſeptem & hebdomadæ ſexaginta & duæ: Vbi valde notandum eſt, quàm diligenter Gabriel Danielem hortetur, ſcire atque animaduertere temporis egreſſionis verbi de reditu populi Dei ex Babylonica captiuitate, ab eoque tempore earundem hebdomadum numerum incipere. Nuſquam autem huius verbi egreſſus inuenitur expreſſius, imò nuſquam tam euidenter reperiri poteris, quàm apud Ieremiam 29. cap. ſic dicentem, כי כה אמר יהוה כי למי מלאת לבבל שבעים שנה אפקד אתכם והקימתי עליכם את דברי הטוב להשיב אתכם אל המקום הזה Id est, Sic dicit Deus, Cùm fuerint completi in Babylonia 70. anni, viſitabo vos, & ſtatuam, vel erigam ſuper vos verbum meum bonum, & reuerti faciam vos ad locum iſtum. Et rurſus poſt pauca, והקבצתי אתכם מכל הגוים ומכל המקומות אשר הדחתי אתכם שם נאם יהוה והשבתי אתכם אל המקום אשר הגליתי אתכם משם id est, Et congregabo vos de vniuerſis gentibus, & de cunctis locis, ad quæ expulſi vos, dicit Deus. Et reuerti faciam vos ad locum ex quo vos tranſmigrare feci. Et tandem poſt multa ſic 30. cap. inquit, כיה אמר יהוה הנני שב שבות אהלי יעקב ומשכנותיו ארחם ונבנתה עיר על תלה וארמון על משפטו ישב Hoc eſt, Sic dicit Deus, Ecce ego conuertam captiuitatem tabernaculorum Iacob, & habitaculorum ipſius miſerebor, Et ædificabitur ciuitas ſuper excelſo vel aggere ſuo, & templum iuxta normam ſuam conſtituetur. Si quis aduerterit has tres autoritates, atque Gabrielis verba paulò ſuperius dicta, iſtaque cum illis contulerit, negare minimè poterit, egreſſum verbi ex ore Ieremiæ de populi reuerſione, deque Ieruſalem & templi reædificatione ibi fuiſſe. A quo quidem verbi egreſſu 70. harum hebdomadum numerum inchoandum fuiſſe oſtendit. Quòd ſi quis negare vellet, non ſatis video quomodo poſſit ſui eſſe defenſor, quin ſit vel mentis inops, vel mentis inopis impudens imitator. Qui verò ſcire volnerit, quonam tempore hoc verbum fuerit ex ore Ieremiæ egreſſum, 28. libri eiuſdem Prophetæ caput legat, quod ita incipit, בשנה ההיא בראשית ממלכת צדקיה מלך יהודה בשנה הרביעית בחדש החמישי Hoc eſt, Et factum eſt in anno illo, in principio Regni Sedechiæ Regis Iudæ in anno 4. in menſe 5. Cumque alium nullum annorum numerum propinquiorem quàm iſtum in ſupradictis inuenire poſſit, perſpicuè ipſi patebit, in quarto regis Sedechiæ anno, verbum hoc de populi reditu, deque Ieruſalem & templi reædificatione, ex ore Ieremiæ fuiſſe egreſſum. Quartus autem Sedechiæ annus fuit 12. Nabuchodonoſor. Sedechias quippe 11. regnauit annis, vt habetur 4. Reg. 24. & Ierem. 52. cum capta atque combuſta fuerit vrbs Ieroſolyma, & templum, anno Nabuchodonoſor (vt patet eiſdem locis) 19. Si ergo Talmudiſticam traditionem ſequamur, quæ in libro מגילה *Megbila*, cap. 1. ex Sacræ ſcripturæ verbis colligit, Nabuchodonoſor annis regnaſſe 45. cuius anno 19. ac menſe 5. (vt dictum eſt) templum diruтum fuit, habebimus ſanè, Nabuchodonoſor ipſum ab eo tempore quo verbum de populi regreſſu, & Ieruſalem ac templi reædificatione ab ore Ieremiæ

*Cyrus. Artaxerſes dictus & Darius.*

*Cyrus Artaxerſes dictus.*

*Aſſuerus, Artaxerſes dictus & Cambyſes.*

*Cyri mors.*

egressum est, triginta quatuor regnasse annis: A
quorum etsi vnus imperfectus sit, cùm tamen maiorem anni partem habuerit, pro integro computatur. Deinde verò prædictam traditionem diligentiùs prosequentes, his 34. annis ipsius Nabuchodonosor, 23. addamus, quibus Euilmerodach filius eius regnauit: & 57. habebimus annos. Quibus si tres ipsius Balthasar filij Euilmerodach iungantur, 60. habentur anni. His quoque si duo anni Darij, & 30. quibus Cyrus nepos eius regnauit, accedant, anni erunt 92. Porrò si illis & anni 14. Assueri, & sex Darij, sub quo templi structura B
consummata est, adiungantur, clarum est quòd ab egressu verbi sæpius dicti, vsque ad templi secundi completionem, secundùm Iudæorum scripturas, 112. fluxerunt anni. Quibus si addantur anni 420. quibus templum secundum constitisse indubitanter ab eis asseritur, habebuntur ab egressu verbi ex ore Ieremiæ de populi reditu & de Ierusalem templíque reædificatione, vsque ad eiusdem vrbis templíque excidium anni 532. De quibus si 42. qui post Christum passum prætermittuntur, subtraxeris, anni 490. remanebunt, qui 70. Danielis hebdomadas perficiunt. Quæ cum ita sint, satis, vt arbitror, abundè per Iudæorum scripturas patuit, has 70. Danielis hebdomadas in Domino nostro Iesu Christo præcisè completas fuisse: vt longè clariùs in sequentibus patebit.

## CAPVT XVI.

*Quòd secundum nostras quoque historias tam Græcas quàm Latinas, præfixum Messiæ tempus in 70. his hebdomadibus contentum, præcisè in Christi morte consummatum sit.*

## CAPNIO.

EATEOR quidem quòd Talmudistarum sequentes computum, per eorum scripturas contra recentiores Iudæos propositum nostrum concludimus, quòd scilicet harum hebdomadum tempus in Christi morte (vt iam probasti) completum fuerit. Sed maturè tamen (vt arbitror) hoc assequi valebimus, si nostras historias tam Græcas, quàm Latinas in harum hebdomadum supputatione sequi voluerimus. Sumus enim nos & illi, circa Medorum & Persarum, Græcorumque atque Romanorum historias, admodum diuersi. Quare non parum te forte exiit exultabo, si per nostras quoque historias, præfixum Messiæ tempus in 70. his hebdomadibus contentum, in Christi passione consummatum fuisse, ostenderis. GAL. Sumus profectò nos & Talmudistæ in annorum computatione (vt ais) longè diuersi. Nam à quarto Sedechiæ anno, vsque ad Christum passum, secundum eorum quidem historias anni 486. ac menses sex (vt ostendimus) fluxerunt: qui hebdomadas 69. cum dimidia perficiunt. Secundùm nostras verò tam Græcas quàm Latinas, anni 115. plures decurrerunt. Item iuxta eorum computationes templum secundum ab eo tempore quo perfectum fuit, vsque ad sui ruinam, annis 420. permansisse reperitur. Iuxta nostras autem temporum supputationes, templum illud annos circiter 559. perdurauit. Quapropter qui volunt Iudæos per eorum scripturas convincere, ab eo tempore quo verbum Dei, egressum populi pollicentis, ex ore Ieremiæ egressum est, à quarto scilicet anno Sedechiæ, harum hebdomadum computationem inchoare debent: vt in præmissa latissimè ostendimus. Qui verò per nostras quoque historias veritatem hanc nancisci cupiunt, ab alio eos tempore computationem hanc incipere oportet. Quod facilius facere poterunt, si verba ipsa Angeli diligentiùs discusserint, cùm ait, Ab egressu verbi, vt iterum ædificetur Ierusalem, vsque ad Messiam Ducem: quasi dicere vellet, Eo quidem tempore erit harum hebdomadum inceptio, quo verbum de vrbe Ierusalem iterum ædificanda egredietur, & vsque ad Messiam peruenient. Cum igitur in his verbis de vrbis Ierusalem reædificatione mentio fiat, ab eo prorsus tempore 70. istæ hebdomadæ inchoari debent, quo verbum de vrbe Ierusalem iterum ædificanda egressum est. Quod anno 20. Regni Artaxerxis Longimani Persarum Regis, qui facultatem & libertatem reædificandæ Ierusalem Iudæis dedit, factum fuisse constat. Sic enim 2. cap. libri Nehemiæ ad verbum legitur, Factum est in mense Nisan, id est, Martio, anno 20. Artaxerxis Regis: & vinum erat ante eum, & ego, scilicet Nehemias, leuaui manum, & dedi Regi. Eram autem quasi languidus ante faciem eius, dixitque mihi Rex, Quare vultus tuus tristis est, cùm te ægrotum non videam? Non est hoc frustra, sed malum nescio quod in corde tuo est. Et timui valde, ac nimis, dixique Regi, Rex in æternum viue. Quare non mœreat vultus meus, cùm ciuitas domus sepulchrorum patris mei deserta sit, portæque eius combustæ igni? Et dixit mihi Rex, Pro qua re postulas? Et orauit Dominum cœli, & dixi ad Regem, Si videtur Regi bonum, & placet seruus tuus in conspectu tuo, obsecro vt mittas me in Iudæam, ad ciuitatem sepulchri patris mei, & ædificabo eam. Dixeruntque mihi Rex, & Regina, quæ iuxta eum sedebat, Vsque ad quod tempus erit iter tuum? & quando reuerteris? Et placuit ante faciem Regis, & misit me. Hæc ibi. Et tunc primum data fuit Iudæis libertas & facultas ædificandæ iterum vrbis Ierusalem. Nam etsi prius à Cyro & redeundi à captiuitate, & construendi templi libertatem accepissent, adhuc tamen neque facultatem condendæ denuo vrbis prædictæ acceperant, neque templum, quod Zorobabele Principe erigere cœperant, perficere potuerant. Ex quo manifestè patet, quòd iuxta Angeli institutionem à 20. anno Artaxerxis Longimani, à quo primum exiit verbum, vt Ierusalem iterum ædificaretur, harum hebdomadum connumeratio inchoari debuit. Quòd autem hebdomades istæ vsque ad Christum passum peruenerint, ex Græcarum Latinarumque historiarum concordantia atque connexu, facile videri potest. CAP. Hoc est quod te maximè facere velim. GAL. Artaxerxes itaque iste postquàm ad reædificandam Ierusalem misit Nehemiam, regnauit adhuc annis viginti. Post quem



quem Xerxes secundus mensibus duobus. Deinde Sogdianus mensibus septem. Deinde Darius secundus, qui dictus est Nothus, id est, spurius, annis 19. Deinde Artaxerxes Mnemon, qui & Assuerus & Arphaxad appellatus est, annis quadraginta. Postea Artaxerxes Ochus, cius ex Esther Hebræa filius, annis 27. Post quem Arsanus eius filius annis quatuor. Darius demum tertius, Arsani filius, in quo defecit Persarum Regnum, annis 6. & sic ab egressu verbi, vt iterum ædificaretur Ierusalem huc usque, Persarum Regum tempora connumerando, habentur anni 126. minùs tribus mensibus. Post Darij verò mortem Alexander Macedo cognomento Magnus in regno Græcorum sex regnauit annis. Post quem Ptolomæus Lagi filius, annis quadraginta. Deinde Ptolomæus Philadelphus annis triginta octo. Deinde Ptolomæus Euergetes primus, annis viginti quinque. Deinde Ptolomæus Philopator, annis sedecim. Deinde Ptolomæus Epiphanes, annis vigintiquatuor. Deinde Ptolomæus Philometor, annis triginta quinque. Deinde Ptolomæus Euergetes secundus, annis vigintinouem. Deinde Ptolomæus Physcon, annis decem & septem. Deinde Ptolomæus Alexander, annis decem. Deinde Ptolomæus Soter, annis octo. Deinde Ptolomæus Dionysius, annis triginta. Denique Cleopatra, in qua Græcorum Regnum finem accepit, annis vigintiduobus. A morte igitur Darij tertij hactenus trecenti colliguntur anni minùs vno, quibus Græcorum Regnum perdurasse constat. Octauianus verò Augustus post mortem Cleopatræ in Romanorum Regno annis imperauit quadraginta tribus: cui Tyberius successit: & eius anno decimo octauo passus est Christus. Ab obitu ergo Cleopatræ vsque ad Christum passum habentur anni sexaginta vnus. Quibus si addantur anni quos Persarum Græcorumque Regum tempora supputando, collegimus, habebuntur ab egressu verbi, vt iterum ædificaretur Ierusalem, id est, à vigesimo Artaxersis Longimani anno, vsque ad Christum passum, anni quadringenti octuaginta septem, minus tribus mensibus, qui septuaginta complent hebdomadas minùs tribus annis tribusque mensibus. Si quidem in dimidio vltimæ hebdomadis Messias occidendus erat. Ex quibus profectò palàm ostensum est, determinatum Messiæ tempus in Angelo Danieli rectè dictum, in Domino nostro Iesu Christo præcisè impletum fuisse.

## CAP. XVII.

*Contra obstinatam R. Salomonis, & R. Leui, aliorumq; iuniorum temeritatem & insaniam, impudentissimè Danielis verba peruertere conantium.*

## CAPNIO.

QVANQVAM ob ea quę dicta sunt, Iudæi recentiores scripturis suis quasi armis propriis deuicti, negare haudquaquam valeant, Messiam iam venisse, ipsumque Dominum nostrum Iesum fuisse, tanta tamen calumniandi atque contradicendi cupiditate obcæcantur, vt minimè animaduertant, quàm absurda, quàm impossibilia, quamque diuinæ scripturæ dissentanea sint, quæ contra hanc Danielis Prophetiam diuersimodè garriunt, pro viribus ostendere conantes, ea quæ Gabriel de Messia Danieli dixit, non de vero Messia in lege & Prophetis promisso, sed de alio aliquo intelligi debere. Nam alij quidem Messiam in Gabrielis primo eloquio expressum, cùm dicitur, Vsque ad Messiam ducem, Cyrum fuisse aiunt: inter quos est Rabbi Salomo in expositione quam super Danielem edidit. Alij verò Messiam ipsum Nehemiam extitisse dicunt: inter quos R. Abraham Auen Ezra, vt eius expositio super Danielem ostendit. Alij autem Messiam ipsum Ichoshuam Sacerdotem magnum fuisse, asserunt: inter quos est Rabbi Leui, vt eius scripta super Danielem indicant. Alij insuper Messiam ipsum Zorobabelem fuisse affirmant: quorum opinionem multi hodie sectantur. Alij rursus Messiam secundò ibi positum, vbi scilicet dictum est, Et post hebdomadas sexaginta & duas occidetur Messias, ipsum Messiam Agrippam fuisse exponunt: quos Rabbi Selomo etiam secutus est. Vt igitur magis eorum appareat insania, velim singulorum deliramenta responsione veridica confutare. GAL. Rectè eos in hoc, vti & in cæteris insanire existimas. Quid enim aliud in contradicendo tam euidenti Gabrielis testimonio, tam absurda eorum diuersitas ostendit, quàm triste illud Mosis præsagium eis euenisse Deuteronom. 28. cap. de eis prophetatum, יכך יהוה בשגעון ובעורון ובתמהון לבב וחיית מששש בצהריים כאשר ימשש העור באפלה ולא תצליחו את דרכיך Hoc est, Percutiet te Deus insania, & cæcitate, ac stupore cordis. Et eris palpans in meridie, quemadmodum palpat cæcus in obscuritate. Et non diriges vias tuas. Vbi igitur ab Angelo Danieli dictum est, Vsque ad Messiam Ducem, hebdomadæ 7. & hebdomadæ 62. quicunque ibi per Messiam, alium quàm verum Messiam in lege & Prophetis promissum, esse asseuerant, ipsos & insaniam & alias maledictiones paulò ante dictas incurrisse, manifestum est: cùm nullus vnquam in Sacra scriptura inueniatur Messias appellatus, qui vel sacro illo corporali oleo, quo Reges & sacerdotes vngebantur, vel spirituali, id est, Spiritus sancti gratia (quod sanctus Dauid Psalm. 45. oleum lætitiæ vocat) vnctus fuerit. Corporali autem oleo supradicto, neque Cyrus, neque Nehemias, neque Iehoshuas ipse Pontifex, neque Zorobabel, neque Agrippa, neque alius illius temporis quispiam vnctus dici potuit: cùm oleum illud in vltimo templo nunquam fuerit. Quod optimè in libro *Sanhedrin* Ierosolymitano probatur, dum in capite אלו הן הנהרגים *Elu hen haggolim*, id est, Isti sunt captiui, ita ait Rabbi Semuel, Quinque res defuerunt in vltimo templo, quæ in primo fuerunt. Et vnde probatur? Ex eo quod dictum est Haggæi 1. capit. עלו ההר והבאתם עץ ובנו הבית וארצה בו ואכבר I. Ascendite in montẽ, & afferte lignũ, & ædificate domum, & delectabor in ea, & honorabor. Hic enim ואכבר *vaecabda* diminutè scriptum est, absque litera ה *he*, quæ quinque significat, ad designãdum quinque res in quibus sanctuarium vltimum fuit

*Varius Iudæorum error circa Messiæ acceptionem.*

*Confutatio.*

à primo diminutum, videlicet ignem, arcam, אורים ותומים *urim vethummim*, id est, lumina & simplicitates, hoc est rationale iudicij, oleum vnctionis, & Spiritum sanctum. Idem quoque in *Midras Sir hasirim*, id est, in expositione Cantici canticorum apertè ostenditur, super illud 8. capit. dictum, אחות לנו קטנה ושדים אין לה Hoc est, Soror nobis parua, & vbera non sunt ei: ibi enim sic dicitur, Soror nobis; Isti fuerunt de captiuitate ascendentes. Parua, quia pauperes in exercitibus fuerunt. Et vbera non sunt ei; Hæc sunt quinque res, in quibus vltima domus sancta à prima est diminuta, videlicet ignis, arca אורים ותומים *urim vethummim*, id est, lumina & simplicitates, in quibus futura videbantur, oleum vnctionis, & Spiritus sanctus. Ex horum itaque duorum testium ore palàm liquet, sacræ vnctionis oleum tam corporale quàm spiritale in templo nouissimo defuisse, cùm neque Spiritum sanctum, neque oleum vnctionis in eo tunc temporis fuisse dicant. Ex quo concluditur, neque Cyrum, neque Nehemiam, neque Iehosuam Sacerdotem magnum, neque Zorobabelem, neque Agrippam, neque aliquem quempiam illius temporis, præter Iesum Nazarenum, qui, vt ait Psalmographus, oleo lætitiæ vnctus fuit, secundum veritatem Messiam dici potuisse: cum Messiam oleo vnctionis, aut corporali, aut spirituli, aut vtroque simul, vnctum esse oporteat. CAP. Hic Iudæi nobis possent obicere, neutro oleo inunctos nonnunquam in sacris literis Messias vocatos fuisse. Dicitur enim Psalmo 105. אל תגעו במשיחי Id est, Nolite tangere Messias meos. Cyrum quoque ipsum ab Isaia Messiam appellatum legimus, cum 45. capit. ait, כה אמר יהוה למשיחו לכורש אשר החזקתי בימינו Hoc est, Sic dicit Deus Messiæ suo Cyro, cuius fortificaui dexteram.

*Iudæorum iuniorum obiectio.*

*Confutatio.* GAL. Veteres Talmudistæ eis respondeant, ipsosque in hoc, sicut & in cæteris, falsidicos esse, ostendant. Nam *Midras tillim*, id est, expositio Psalmorum super dictum illud, Nolite tangere Messias meos, dicit per Messias eo in loco patres priscos intelligi: Abraham scilicet, Isaac & Iacob, quos spirituli oleo, hoc est, Prophetiæ spiritu vnctos fuisse, nemo it inficias. Cum verò Isaias dixit, Sic dicit Deus Messiæ suo Cyro, cuius fortificaui dexteram, vt arbitror catholicè asseuerandum existimo, Deum ibi non Cyro quidem Persarum Regi, sed vero Messiæ fuisse locutum, prout in Talmud dicitur, eo in libro qui מגילה *Megbila* nuncupatur, vbi sic ad verbum legitur, Quid est quod scriptum est apud Isaiam, Sic dicit Deus Messiæ suo Cyro, Numquid Cyrus Messias est? Non: sed Deus sanctus & benedictus dixit Messiæ, Oppono ego te Cyro, cuius fortificaui dexteram: Et reliqua, quæ in eodem capite Isaiæ sequuntur. Rabbi quoque Selomo hunc Isaiæ locum exponens ita ait, Dixerunt magistri, quòd Regi Messiæ dixit Deus sanctus & benedictus, קובל *kobel*, id est, oppono ego te contra Cyrum, sicut dicitur in libro מגילה *Megbilla*. Rabbi etiam Abraham in expositione Danielis, super illud, Confirmabit autem pactum multis hebdomada vna, sic dicit, Opinio eius qui dixit, Cyrum esse Messiam Domini, non est congrua. Ex his igitur clarum est, secundum veteres Iudæorum, Cyrum in Isaia Messiam non esse vocatum. Quare quicunque ex Iudæis contrarium dicit, tanquam infamis in eorum autoritatem proteruit, quos veridicos esse contendit. CAP. Etsi omnes ferè Iudæorum iuniores hanc Danielis Prophetiam diuersimodè deprauare conentur, vt in libro qui apud eos עבודה זרה *Hauoda zara*, id est, cultus alienus, & in libro qui סדר עולם *Seder holam*, id est, ordo mundi appellatur, liquidò apparet; quia tamen Rabbi Selomonis prauitas hoc in loco super cæterorum sententias penitus fundatur, ideo ad maiorem clarioremque veritatis expressionem, vellem ipsius Rabbi Selomonis expositionem præ cæteris peruersam fideliter referres, ipsamque veraciter improbares, vt vno dempto, cæteri omnes pariter deuincantur. GAL. Sic igitur ipse hanc ipsam Danielis visionem siue Prophetiam exponens, peruertere nititur. Et ecce, inquiens, vir Gabriel citò volans tetigit me, & docuit me, dixitque, Daniel ab exordio precum tuarum egressum est Dei verbum ad me, vt venirem ad indicandum tibi ipsum. Tu autem animaduerte verbum, & intellige visionem. Nam septuaginta hebdomadas esse præcisum est, id est, constitutum est, super Ierusalem à primi templi ruina, quæ Sedechiæ tempore fuit, vsque ad destructionem secundam per Titum faciendam. Quæ quidem erit, vt in ea captiuitate Iudæorum præuaricatio consummetur, & perfectionibus medianubus, eorum peccatum ita finem accipiat, vt mundati ab iniquitatibus mercantur, vt adducam eis iustitiam sempiternam, & inungatur sanctuarium sanctuariorum, id est altare, & arca, aliaque sanctuarij vasa. Quæ omnia per Regis Messiæ manus ipsis fient. Dicit præterea has septuaginta hebdomadas quadringentorum & nonaginta annorum tempus continere. Quod à Babylonica transmigratione computare incipit, atque in secundi templi destructione terminari dicit. Deinde siram peruersissimam expositionem exequens ait, Scito ergo & animaduerte, Ab egressu verbi; quasi diceret Danieli Angelus, Quòd per virtutem verbi quod ab exordio precum eius à Deo egressum fuerat, vt illud ei nunciaret, id quod per dictum verbum importatur, ipse scire & animaduertere poterat. Nam tempus quo à sui destructione Ierusalem iterum ædificabitur, vsque ad Messiam Ducem, hoc est, vsque ad Cyrum Persarum Regem, qui Messias Isaiæ 45. capite dictus est, hebdomadæ septem annorum erunt: quæ quidem septem annorum hebdomadæ, numerum 49. annorum faciunt. Verumtamen tres anni supersunt, quos Angelus non enumerauit, quia nouisti de hebdomadis completis mentionem fecit. Et sic annos duos & quinquaginta habemus. Et deinde hebdomadæ 62. quibus platea, id est, ciuitas & fossatum rursus ædificabuntur, quæ tantum temporis permanebunt. In quibus 70. hebdomadum numerus reperitur. Sed hæc cum tatis & fossati, id est, muri duratio in angustia temporum erit: quia aut à Persis, aut à Græcis, aut



aut à Romanis, aut ab aliis gentibus Iudæi continuè vexabuntur. Et post hebdomadas 62. occidetur Messias, id est, Agrippa, qui in Vespasiani bello & templi excidio, Iudæorum rex erit. Et non illi; hoc est, ipse Agrippa amplius non erit, per mortem enim de medio tolletur. Fuit autem hic Agrippa Messiæ nomine appellatus, quia idem quod princeps seu magnus, per hanc dictionem Messias denotatur. Et ciuitatem, scilicet Ierusalem, & sanctuarium dissipabit populus Ducis venturi, id est, Titi Vespasiani filij, & finis eius in impetu vel raptu, populi scilicet Romani. Et vsque ad finem belli Gog & Magog hæ desolationes perdurabunt. Et confirmabit pactum multis hebdomada vna, Titus scilicet Vespasiani filius ad pactum & inducias cum Principibus Iudæorum veniet. Quas ob res infra illud septem annorum tempus, eis pacti spem dabit, & tamen in medio hebdomadis pactum suum irritum faciet, adeo vt ciuitatem & templum dissipando, decollationem & oblationem sacrificiorum deficere faciat. Et vltra hoc desolans iste, loco sanctuarij abominationem, id est, statuam idoli in templo ponet, & vsque ad consummationem & constitutionem ipsius desolantis, per Messiæ manus faciendam, perseuerabit desolatio. Tempus enim idoli desolationis & illi seruientium tunc erit. Hæc sunt quæ perfidus ille R. Selomo super hanc Danielis visionem seu Prophetiam dicit: quæ quantum veritati consentanea sint, per ea quæ eius peruersitatem refellendo, dicturus sum, facilè vnusquisque iudicare poterit. Multa enim dicit, quæ vt videbitur, ipsius Angeli dictis manifestè repugnant. Error autem quem in annorum computatione committit, per ea quæ paulò superiùs diximus, improbatur. Nunc eos duntaxat errores qui ipsius Prophetiæ visionis partes tangunt, satis sit confutare. Quorum primus quidem est, Quòd ea omnia quæ in prima Angeli propositione continentur, præuaricationis scilicet consummatio, peccati deletio, iustitiæ sempiternæ adductio, & reliqua, post septuaginta illas hebdomadas verificanda fuisse affirmat, post scilicet templi excidium. Quod est manifestè falsum. Nam cùm textus his omnibus septuaginta hebdomadum tempus constituat, ea omnia infra septuaginta annorum hebdomadas necessariò adimplenda erant. Dicit enim hebdomadum septuaginta tempus præcisum, id est, prædestinatum fuisse, scilicet ad consummandam præuaricationem. Et postea hebdomadibus illis iuxta opera quæ in eis futura erant diuisis, tandem ad hebdomadam vltimam deuenient, ait, Et post hebdomadas septuaginta & duas, occidetur Messias; cum cæterit, quæ sequuntur. Non obstante, quòd maledictus iste Rabbi ad sui propositi accommodationem, dictiones multas textui addere coactus fuerit. Secundus error est, cùm ait dictum illud Angeli, Ad consummandam præuaricationem, & ad finiendum peccatum, sic intelligendum esse, Quòd in ea captiuitate in qua sunt, Iudæorum præuaricatio consummanda sit, pecca tumque eorum persecutionibus mediantibus, finem habiturum. Ab eo igitur quæro, de qua præuaricatione, de quove peccato intelligat? Nam si de iis præuaricationibus & peccatis se intelligere dicat, quæ Iudæi tempore primi templi commiserunt, nihil profectò dicit, cùm eorum pœnas Iudæi secundi templi portare non debuerint. Quia iuxta veterum Talmudistarum sententiam, filij patrum iniquitates ferre non debent, nisi cùm patrum vitam sequuntur. Si verò de peccatis, quæ Iudæi tempore secundi templi admiserunt se intelligere ait, certè sic dicendo, Deum iniustum esse asserit: cùm peccata illa grauissima & intolerabilia, quæ à Iudæis tempore primi templi commissa fuerunt, puta idololatriam, tot Prophetarum cædes, totúmque nefanda scelera, sola septuaginta annorum captiuitate Babylonica deleuerit, qua in captiuitate & multa eis beneficia contulit, Prophetas scilicet, miracula, aliásque dignitates. Et peccata tempore secundi templi commissa, quæ respectu illorum leuia erant, tam diuturna captiuitate, totóque calamitatibus adhuc non deleuerit, nec aliquod beneficiorum, quæ in Babylonica captiuitate eis concesserat, in hac vnquam concesserit. Quapropter necessariò concludendum est, de alio peccato, quàm de iis quæ R. perfidus iste dixerit, Angelum Danieli locutum fuisse. Tertius error est, cùm arcam, aliaque sanctuarij vasa per sanctuarium sanctuariorum, vel per sanctum sanctorum intelligi debere, affirmat. Quod expresiè est contra sacræ scripturæ sententiam, quæ apud Ieremiam, dum de Iudæorum redemptione loquitur, ita cap. 3. ait, בימים ההם נאם יהוה לא יאמרו עוד ארון ברית יהוה ולא יעלה על לב ולא יזכרו בו ולא יפקדו ולא יעשה עוד id est, In diebus illis, ait Deus, non dicent vltrà, Arca testamenti Dei, neque ascendet super cor, neque illius recordabuntur, neque visitabitur, neque fiet vltra. Quia scil. vt alio in loco dicemus, omnes veteres testamenti ceremoniæ post Messiæ passionem, omnino cessaturæ erant. Ex quo liquidò patet, quòd particula illa Sanctuarium sanctuariorum, siue, sanctus sanctorum, neque de arca, neque de aliis sanctuarij vasis, intelligi potest. Quartus error est, dum super particulam illam, Scito ergo, & animaduerte, ab egressu verbi, vult quod hæc propositio, מן *min*, i. ab, pro Per præpositione ponatur. Non enim vult ipsum terminum A quo significare. Verùm oppositum persuadere videmur, qui terminum etiam Ad quem subsequenter posuit, cùm vsque ad Messiam Ducem, subiecit. Quintus error est, cum per hunc Messiam Ducem, Cyrum Regem Persarum intelligendum esse dixit. Quod quidem falsum esse ratione multiplici manifestum est. Primò quidem, quia cum Angelus vsque ad Messiam נגיד *Naghid*, id est, principalem, dixit, & Cyrum, & omnem alium præter principalem Messiam, excluserit. Secundò verò, quia non septem tantùm hebdomadas vsque ad Messiam principalem futuras dixit, sed septem & sexaginta duas. Tertiò autem, quia iuxta eorum etiam supputationem, hebdomadas illas septem, annos quadraginta nouem continentes, non vsque ad Cyrum, sed vsque ad Balthasar captiuitate fuisse constat, vt suprà per Talmudisticam traditionem ostensum est: secundum quam dictum est, quod post primi templi euersionem, vnde ipsi hebdomadas illas numerare incipiunt, Nabuchodonosor viginti septem regnauit annis. Euilmerodach verò eius filius viginti

tribus: qui omnes quinquaginta sunt. Ex quo patet, quòd antequam Balthasar regnare cœpisset, ipsæ septem annorum hebdomadæ completæ fuerant. Deinde Balthasar ipse annis regnauit tribus: post quem Darius duobus: deinde Cyrus ipse regnare cœpit. Quare perspicuum est, secundùm Talmudistarum computationem, Angelum haudquaquam de Cyro locutum fuisse, cùm vsque ad Messiam Ducem dixit. Sextus error est, cùm Messiam hunc occidendum, Agrippam fuisse dicit, quem in secundi templi excidio per Romanos interfectum fuisse, asserit. Cuius contrarium in lib. de bello Iudaico Iosephus refert: cùm ait Agrippam ipsum se Romam contulisse, & bello illo durante, cum Romanis fœdus pepigisse. Septimus denique error est, cum dicit particulam illam, Confirmabit autem pactum multis hebdomada vna, & dimidio hebdomadæ deficere faciet decollationem & oblationem sacrificiorum, de Tito Vespasiani filio intelligendam esse: quia scilicet Titus ipse fœdus cum Iudæorum Principibus percussum, in dimidio ipsius hebdomadæ soluere atque delere debebat. Quod veritati omnino repugnat. Nam vt Iosephus eodem in libro inquit, Titus ipse ad vrbis Ierosolymæ ac templi excidium non libens, sed inuitus accedebat. Quamobrem pluries nunc per se, nunc per alios, Iudæis persuadere nitebatur, ne vellent loci illius destructionis causa esse. CAP. Optimè mi Galatine Rabbi Selomonis peruersæ expositionis, cui cæteri Iudæorum recentiores maximè adhærent, per antiquorum suorum scripturas errores detexisti. Sed quia Rabbi quoque Leui expositio non minoris apud eos est autoritatis, eam ob rem vt magis adhuc ipsorũ perfida cæcitas omnibus pateat, hanc etiam te confutare opus est. GAL. Et hoc mi Capnio, libenter faciam. Sed quò melius fiat, prius eius verba referã, quę hæc ipsa sunt; Hebdomadas (inquit) 70. præcisum esse, id est, constitutum est tore super populum tuum. Et reliqua. Imaginabile autem est, quòd ideo hæc Angelus Danieli dixerit, quia cogitabat ipse Daniel ad hoc suæ orationę preces suas accommodare, vt reuersio illa Israel talis esset, vt templum nunquam amplius destrueretur. Putabat enim ideirco posse id licitè fieri, quòd eorum peccata punitionibus iam habitis deleta essent. Angelus autem nõ secundùm cogitationem eius rem processuram fuisse, ei notificauit. Non enim templum illud permanere debebat, nisi hebdomadibus 70. à primi templi destructione incipientibus, quæ sunt anni 490. Vel fortè in hoc Angelus significare voluit, quòd non propterea ad tempus longum sua oratione Daniel se extenderat, vt sciret, quòd secundi templi structura vitra constitutum 70. hebdomadum tempus excedere non deberet, eò quòd sic apud Deum ordinatum esset: sed vt hac diuturna captiuitate peccatum Israel finem acciperet, in tantum quòd iustitiam sempiternam, quæ per quintum Regnum à Daniele Nabuchodonosori interpretata fuit, recipere mereretur, quæ quidem iustitia sempiterna ipse Messias est, per cuius aduẽtum visio & Prophetia omnis implebitur. Et ad vngendum sanctuariũ sanctuariorum. Tunc enim sancta oleo quod absconditum in templo secundo fuit, inungentur. Fuit autem id à Deo factum propter breuem secundi templi durationem. Scito ergo & animaduerte, ab egressu verbi, quod vt Israel reuerteretur, & Ierusalẽ & templum iterum ædificaretur, egressum est, vsq; ad Messiam Ducẽ, i. vsq; ad tempus quo Messias, qui est dux, hoc est, sacerdos magnus, cum ea erit, quod quidem erit post completum ædificiũ hebdomadę septem erunt. Hi enim sunt anni quia templi primi destructione fluxerunt. Vbi de annis qui his supersunt, Angelus non curauit, quia hoc Danieli notum facere non oportebat, cum id totum illi iam notum esset. Hic autem sacerdos magnus Iehosuas Sedechiæ filius fuit. Et hebdomadæ 62. & reliqua: id est, hebdomadis 62. Ierusalem in sua structura cum platea & muro à principio ædificij perficuerabit. Sed hoc in angustia temporum. Nam Iudęi à pluribus vexabuntur. Et post hebdomadas 62. occidetur Messias, hoc est truncabitur, quia magni sacerdotis officio suus dabitur. Et ciuitatem & sanctuariũ dissipabit populus Ducis venturi, i. Titi filij Vespasiani. Dixi: autem populus Ducis, quia Titus, vt narrant historiæ, destructioni ciuitatis & sanctuarij non assentiebatur. Et finis eius in impetu, vel raptu, eius scilicet ciuitatis. Et vsque ad finẽ belli desolationes erunt, & nõ paucæ quidẽ. Durãte enim bello, intra ciuitatem factiones exortæ sunt, quã ob rem inter se infiniti sunt interfecti. Cõfirmabit autẽ pactum multis hebdomada vna. Titus scil. qui pacem eis prædicabat, suadebatque, ne ruinæ ciuitatis & templi causa existerent, sed titum tributũ Romanę genti redderẽt. Quod quidẽ hebdomada vna durauit. In dimidio autem nouissimæ hebdomadæ sacrificiũ & oblationẽ à templo deficere fecit. Et propter abominationes quas Manasses & alij Reges ei similes, in templo posuerunt, Dux iste illud desolans erit, quousq; Israel, qui desolatus erit, desolatione vltima desolabitur. Hæc sunt quæ & perfidus iste R. Leui super hanc Danielis visionem perfidè dicit. Quæ si rectè inspicantur, duo potissimùm contra eum in ipsis competunt. Primum quidem est, quòd inter cætera quæ de Angelo & de Daniele vaniloqua asserit, ipsum Prophetiæ vel visionis intellectum, quem fugere credit, præter suum propositum concludit. Alterum verò est, quòd dum inconueniens approbat, quod euitare nititur, in plura alia incidit inconuenientia. Dum ea igitur quæ in prima Angeli propositione continentur mysteria, infra septuaginta hebdomadum tempus implenda fuisse ait, veritati quidem adhæsisse videtur. Sed cùm videret id falso suo proposito contraire, ad ipsorum mysteriorum enucleationem praua cautela descendere noluit: & pro vulgi satisfactione, omissa prima expositione ad secundam deuenit. In qua quidem cum Rabbi Selomone conuenit, paucis duntaxat demptis. Nam clausulam illam, Ad adducendam iustitiam sempiternam, vero & proprio Messiæ assignat, dicens mysterium hoc in somnio Nabuchodonosor à Daniele interpretato, figuratum fuisse. Ex quo quintum illud Messiæ Regnum infra harum 70. hebdomadum tempus oriturum fuisse, necessario consequens est. Nam si infra tempus illud omnia mysteria hic contenta, consummanda erant, & per iustitiam sempiternam quintum Messiæ regnum (vt ipse ait) intelligitur, Messiam igitur infra tempus illud venturum fuisse, absque dubio ex verbis eius sequitur. Cùm autem in hebdomadum diuisione, de annorum superabundantia dummodo

*R. Leui falsa expositio.*

*Prima expositio.*

*Secunda expositio.*



modo mysteria verificarentur, Angelum non curasse ait, ridiculum procul dubio est. Quorsum enim Angelus tempus illud in partes diuisisset, ac mysteria in vnaquaque parte consummanda ab inuicem distinxisset, si absque temporis defectu, omnia in quocunque in determinato tempore contingere potuissent. Cùm præterea per Messiam ducem, sacerdotem magnum intelligendum dicit, qua ratione moueatur, non satis ipsemet intelligit: cùm duæ hæ dignitates, regia & sacerdotalis neminì in sacra scriptura, nisi Messiæ attribui soleant. Nam & illud Dauid in Psalm. 110. dictum, אתה כהן לעולם hoc est, Tu es sacerdos in æternum; & illud Isa. 55. scriptum, הן עד לאומים נתתיו נגיד ומצוה לעמים Id est, Ecce testem populis dedi eum, Ducem & præceptorem gentibus; vtrumque de Messia dicitur. Quare de Iehosua sacerdote magno, vt ipse affirmat) Angelum locutum fuisse, dici minimè potest. Præsertim cùm has ambas dignitates illum habuisse, nusquam legamus. Id denique quod superest clausulam, Occidetur Messias, & non erit ei, dicit, directè contra ipsum venit. Illam enim de Regni truncatione & fine loqui vult. Ex quo sacerdotale officium tunc finem habuisse, necessariò sequitur: cùm per Messiam ducem, sacerdotem magnum intelligat. Quod per vltimam quoque Prophetiæ particulam confirmat, cùm ait, Iudaicum populum per Titum vltima desolatione desolari debuisse. Quæ cùm ita sint, facilè poterit vnusquisque iudicare, quanta sit rumorum Iudæorum perfidia atque peruersitas, qui ne veritatem fateantur, tot se contradictionibus implicant.

## CAPVT XVIII.

*Vera atque catholica ipsius Prophetiæ Danielis explanatio, per Iudæorum scripturas.*

## CAPNIO.

RELIQVVM nunc est, vt huius visionis siue Prophetiæ iuxta ipsorummet sententias, veram, atque catholicam expositionem aggrediaris. GAL. Prius itaque animaduertendum duco, quòd cum Danieli quintum Regnum Messiæ quod finem nunquam habiturum erat, & per somnium Nabuchodonosor, & per visiones quas ipsemet viderat, reuelarum fuisset, cumque ipse Daniel bella Gog & Magog, id est, Antichristi, post quæ Israelis saluandæ sunt reliquiæ, præuidisset, atque ipsius Dei verba apud Ieremiam 29. & 30. capite, reuertionem Israel ex Babylonica captiuitate pollicentis, secum mente volutaret, horum mysteriorum processus intelligere summopere cupiebat. Quamobrem sese orationi dedit, Deum toto corde deprecans, vt pro sua clementia, desiderio suo dignaretur facere Leui. Quod vtique in hac visione exorare meruit. Non enim solum pro populi reditu, proque Ierusalem templique reædificatione (vt recentiores Iudæorum asserunt) orabat: cùm ad altiora quoque mysteria, atque ad longiora tempora (vt ait Rabbi Leui) se eius oratio extenderet. Quod ipse quoque Daniel in huiusce capitis principio innuit, dum inquit, Ego Daniel intellexi in libris, hoc est meditatus sum mysteria, quæ in libris continentur. Et hanc ob rem dixit ad eum Angelus, Daniel nunc egressus sum, à Dei scilicet conspectu, vt docerem te intellectionem, mysteriorum scilicet, quæ tantopere scire optas. Ab exordio precum tuarum egressum est verbum, hoc est, sententia definitiua à Deo exiit. Et ego veni, vt indicarem, tibi scilicet illam, quia vir desideriorum es. Animaduerte autem verbum, quòd scilicet à Deo egressum est, & intellige visionem, hanc scilicet quæ magna completur mysteria, Hebdomades septuaginta, hoc est 490. annos præcisum est tempus, id est, præfinitum vel prædestinatum (à Deo scilicet) super populum tuum, & super vrbem sanctuarij tui, ad consummandam præuaricationem, & ad finiendum peccatum, & ad delendam iniquitatem. Hoc autem cùm (vt paulò supernis R. Selomonis improbando errores, visum est) de peccatis tempore primi templi siue secundi commissis verificari nullatenus possit, de primorum patrum præuaricatione, deque originali peccato, atque totius humani generis iniquitate, quæ per Messiæ mortem delenda erant, necessariò intelligi debet. Quod etiam ex modo loquendi ipsius Angeli manifestè insinuatur, dum non peccata, sed peccatum singulariter dicit: Nam vt Rabbenu Haceados, in libro qui גלי רזייא *Gale razeia*, id est, Reuelatos arcanorum dicitur optimè testatur, Messias ad relaxandum originale peccatum, & ad inferendas animas in paradisum, venturus erat. Deinde subdit Angelus, Et ad adducendam iustitiam seculorum, id est, Legem Euangelicam, quæ omnium seculorum iustitiam contentura erat, & à Messia dari debebat. Imò vt Rabbi Moses Hadarsan, & Rabbi Leui hoc in loco exponunt, iustitia seculorum vel sempiterna, non est nisi Messias, de quo scriptum est Isaiæ 56. capit. שמרו משפט ועשו צדקה כי קרובה ישועתי לבוא וצדקתי להגלות Hoc est, Custodite iudicium, & facite iustitiam, quia proxima est saluatio mea, vt veniat, & iustitia mea, vt reueletur. Vbi sic ait Rabbi Berachias, Custodite iudicium, & facite iustitiam. Hæc sunt mandata & opera nostra. Quia proxima est saluatio mea, vt veniat, & iustitia mea, vt reueletur. Ille est Messias, de quo scriptum est Dan. 9. cap. Et ad adducendam iustitiam seculorum, id est, Messiam. Hæc ille. Et ad complendam visionem, & Prophetiam, quæ scilicet de Messia loquebantur, per cuius aduentum, iuxta Rabbi Leui glossam, omnia visio & Prophetia implenda erat. Et ad vngendum sanctuarium sanctuariorum, quod secundum veterum Talmudistarum sententiam, non est nisi Messias sanctificatus. Quos Rabbi Moses filius Nahman Gerundensis secutus, sic hoc in loco inquit, קדש קדשים הוא המשוח מקודש מכניזוד Id est, Sanctuarium sanctuariorum est ipse Messias sanctificatus de filio Dauid. Neque tamen abs re hoc in loco Messias sanctuarium sanctuariorum appellatus est, cum futurum esset, vt in eo secundum humanitatem omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei recon-

*Lex Euangelica.*

*Messias dicitur sanctuarium sanctuariorum.*

diti requiescerent. Eratque super omnem creaturam oleo gratiæ, ac beneplaciti Dei vngendus. Vnde & meritò dictus est Messias Hebraicè, quod idem est quod Χριστὸς Græcè, & Vnctus Latinè, vt alibi latiùs diximus. Deinde volens Angelus Danielem certum reddere, ex quonam tempore harum hebdomadum initium accipiendum esset, & quousque peruenturæ essent. Scito (inquit) & animaduerte, ab egressu verbi ad reuertendum, & ad ædificandum Ierusalem, vel de reditu, populi scilicet, & de reædificanda Ierusalem, hoc est, Ab eo tempore hæ annorum hebdomadæ inchoari debent, quo ex ore Ieremiæ (vt suprà ostensum est) egressum est Dei verbum, de reditu populi ex Babylonica captiuitate, & de reædificanda vrbe Ierusalem. Quod quidem (vt in præcedentibus latiùs probauimus) anno quarto Regni Sedechiæ Regis, Regni verò Nabuchodonosor Regis Babylonis duodecimo fuit. Tunc enim ex ore Ieremiæ (vt in superioribus diximus) exiit Dei verbum, quòd completis septuaginta Babylonicæ captiuitatis annis, Israeliticus populus ex captiuitate illa reuersurus esset, ac vrbs Ierosolyma reædificanda. Ab illo ergo tempore, id est, à quarto Sedechiæ Regis & duodecimo Nabuchodonosor, iuxta angelicum documentum, harum hebdomadum computatio inchoanda erat, & tempore Messiæ terminanda. Ideo subiecit, Vsque ad Messiam נגיד *Neghid*, id est, Ducem, vel Principem, vel Principalem. Hæc enim Hebraica dictio נגיד *Naghid* (vt ait Rabbi Kimhi in libro *Seraſim*) à נגד *negheḋ*, quod propriè coram significat, deriuatur. Et inde dictum est primi Regum 16. capite, Numquid נגד *negheḋ*, id est, coram Domino Messias eius. Et inde dictus est Princeps נגיד *Naghid*, iuxta illud 2. Reg. 5. capite dictum, ואתת תהיה לנגיד Hoc est, Et tu eris in Principem. Hinc etiam nobilia & preciosa dicuntur נגידים *Neghidim*, id est, principalia, vt illud Prouerb. cap. 8. שמעו כי נגידים אדבר Id est, Andite quia principalia loquar. Ex quibus patet, quòd נגיד *Naghid*, idem est quod Dux, Princeps, Principalis. Postea Angelus has hebdomadas in tres dimidit partes, in septem scilicet hebdomadas, in sexaginta duo, & in vnam, quæ postremò remanet, propter specialia opera quæ in vnaquaque harum partium fieri debebant; dicens, Hebdomadæ septem, & hebdomadæ sexaginta & duæ. Septem enim hebdomadæ priores quadraginta nouem efficiunt annos. Sexaginta autem & duæ quæ sequuntur, quadringentos triginta quatuor annos reddunt, quibus si septem priores addantur quadringentos octuaginta tres annos conflituunt. Omnes verò septuaginta hebdomadæ quadringentos nonaginta (vt alibi diximus) conument annos. Deinde ea quæ in primis septem hebdomadibus futura erant, insinuare volens, ait, Reuertetur ipsa, & ædificabitur platea, id est, vrbs Ierosolyma, quam ob amplitudinem, plateam vocauit, & fossatum, id est, murus, scilicet eius. Vt Rabbi Selomo, & Rabbi Leui, ac cæteri pene omnes exponunt. Sed in angustia temporum inquit, finitimas scilicet ob gentes, à quibus Iudæi assiduis bellis vexandi erant, vt Ezras, & Nehemias testantur. Sequitur in Prophetia, Et post sexaginta & duas hebdomadas, occidetur Messias. CAP. Hic Iudæi nostri temporis obstant, quia verbum יכרת *iccareth*, quod hic ponitur, venit à verbo כרת *carath*, quod non occidere, sed propriè abscindere significat. Quare (vt aiunt) textus hoc in loco non dicit, occidetur Messias, sed abscindetur Messias. GAL. Quamuis verbum יכרת *iccareth*, primariò abscindere significet, frequentius tamen in sacra scriptura pro occidere ponitur: vt Genes. 9. והכרתי את בריתי אתכם ולא יכרת כל בשר עוד מימי המבול Id est, Et statuam pactum meum vobiscum, & non *iccareth*, id est, non occidetur omnis caro vltrà ab aquis diluuij. Item apud Ezech. 21. capit. והכרתי ממך צדיק ורשע Id est, Et occidam ex te iustum & impium. In tertio quoque libro Regum capit. 18. ita legitur. ויהי בהכרית איזבל את נביאי יהוה Id est, Et factum est, dum occideret Iezebel Prophetas Domini. Quòd autem hoc sensu verbum hoc ibi sumatur, per id quod statim subiicitur manifestè patet, sequitur enim sic, הלא הגד לאדני את אשר עשיתי בהרג איזבל את נביאי יהוה Id est, Numquid (ait Abdias Eliæ) non est annunciatum Domino meo id quod feci, cùm occideret Iezebel Prophetas Dei? Ex quibus clarum est verbum hoc יכרת *iccareth*, pro eo quod est, occidetur, hoc loco accipi. Quod autem ipsi occisuri essent Messiam, in sequentibus vbi de morte Messiæ agetur, per veteres eorum Doctores latissimè patebit. Nunc verba Rabbi Simeonis filij Iohai in libro מחקר חסורות *Mehkar hossoḋoth*, satis sit audire. Ibi enim Hoseyas flens dicebat, Veh illis, veh illis impiis, iniquis, homicidis Israel, ob quorum amorem vt peccatum eis dimittat, Deus mittet Filium sanctum suum, & carne humana se induet. Veh illis, quia propter suas prauas actiones, rebelles erunt huic Messiæ, nec respicient dicta, quibus imperabit vt mundificentur aqua mundificationis, ad expianda peccata sua, nec incedent in viis Deo gratis, nec facient eius voluntatem, sed ingenti iracundia perciti, ipsum occident. Subinde cùm dixisset Angelus, occidetur Messias, protinus subiunxit, ואין לו *vein lo*, id est, Et non ei. Quod autor noster additionis transtulit, Et non erit eius populus qui eum negaturus est. Textus tamen dicit, ואין לו *vein lo*, id est, Et non ei: Hoc est, non erit ei, quod Iudæi perfidi autumabunt; vt videlicet crucifixus occumbat, & postmodum non resurgat. Quin potius licèt Messias occidatur, resurget tamen tertia die, ad cœlosque ascendet, ac Spiritum sanctum super credentes mittet. Deinde exequitur Angelus, Et ciuitatem scilicet Ierusalem, & sanctuarium dissipabit populus Ducis venturi, id est, Titi filij Vespasiani. Et finis eius in impetu vel raptu, populi scilicet Romani. Hoc autem infrà hebdomadas istas non accidit, sed annis quadraginta post elapsis. Sed ideo Angelus mox vt de Messiæ nece locutus est, illud adiecit, vt in mortis Messiæ pœnam Iudæis

*Hebdomadarum termini.*

*Naghid dictio.*

*Tribus annis cum dimidio Messias docebat.*



Iudæis id euenturum ostenderet. Dixit autem populum Ducis venturi, & non ipsum Ducem, ciuitatem & sanctuarium dissipaturum: vt apertè innueret, Titum, iuxta Rabbi Leui glossam, ad id non libenter, sed inuitum deuenturum: ipse enim (vt ait Iosephus in libro de bello Iudaico) ne vrbis & templi deletio fieret, & cum Iudæis primum, & demum cum militibus maximam adhibuit operam. Quod minimè tamen obtinere valuit, cùm ob Christi cædem vastitas illa subsecutura fuerit. Et vsque ad finem belli præcisi, id est statuti vel prædestinati, Gog & Magog scilicet, hoc est, Antichristi, desolationes (supple) perdurabunt. Post hæc reuertitur Angelus ad vltimam hebdomadam, vt quæ in ea fieri debebant, referaret, dicens, Confirmabit autem, Messias scilicet pactum, id est, legem suam Euangelicam. Legem enim sæpè literæ plerumque pactum vocant. Multis, qui scilicet in eum crediturì erant, legemque eius recepturi. Hebdomada vna, id est, septem annis. Tres enim anni illi cum dimidio quibus Christus docuit, & tres alij cum dimidio quibus post eum Apostoli in Iudæa prædicarunt, hebdomadam vnam perficiunt, in qua Messias & per se primùm, & deinde per discipulos suos legem suam opere & verbo confirmaturus erat. De qua quidem lege sic apud Ieremiam 31. prædictum fuit, חנת ימים באים נאם יהוה וכרתי את בית ישראל ואת בית יהודה ברית חדשה לא כברית אשר כרתי את אבותם ביום החזיקי בידם להוציאם מארץ מצרים אשר המה הפרו את בריתי ואנכי בעלתי בם: Quæ quidem verba sic in Latinum vertuntur, Ecce dies veniunt, dicit Deus, & feriam cum domo Israel, & cum domo Iuda pactum nouum, id est legem nouam. Non sicut pactum quod ferij cum patribus eorum, id est, non sicut legem quam dedi patribus eorum in die, qua confortaui manum eorum, vt ducerem eos de terra Ægypti, qui irritum fecerunt pactum meum, & ego reprobaui, vel neglexi, vel dereliqui eos. Quare cum dicitur hic, Confirmabit autem pactum multis hebdomada vna, pactum pro lege capitur. Quamuis enim ברית *Berith*, sit fœdus vel pactum, in plerisque tamen Sacræ scripturæ locis pro lege accipitur: vt in præmissis Ierem. verbis manifestè patet. Quod etiam in libro מכילתא *Mechilta*, super illud Exod. 12. dictum, In decimo mensis huius, aperte probatur, cùm dicitur, אינו ברית אלא תורה כמו שכתוב באלה הדברים אלה דברי הברית אשר צוה יהוה את משה לכרות את בני ישראל בארץ מואב מלבד הברית אשר כרת אותם בחורב Hoc est, Non est *berith* nisi lex, sicut scriptum est Deuteronom. 29. Ista sunt verba *berith*, id est, pacti, hoc est, legis, quod mandauit Deus Mosi, vt feriret cum filijs Israel in terra Moab, præter pactum quod ferit cum eis in Horeb. Hæc ibi. Ex quibus palàm liquet, pactum pro lege accipi. Quod autem proprio ore tribus annis cum dimidio Messias docere debebat, per Talmudistas liquidò patet: Legitur enim in *Midras tillim*, id est, in expositione Psalmorum, sic R. Iohanan dixisse, שלשה"ר שנים וחצי היתה שכינה עשרת בהר הזתים דרשו את יחוה כתם צאו קראוהו בהיותו קרוב Id est, Tribus annis cum dimidio stetit præsentia Dei in monte Oliueti, dans voces, ac dicens, Quærite Deum, dum inueniri potest, inuocate eum, dum prope est. Quod etiam in *bereſith rabba*, id est, in expositione libri Gen. confirmatur: vbi R. Moses Hadarsan sic dicit, Quid dicere voluit Selomo in cantico canticorum, cùm ait, Exultabimus & lætabimur in te? אימתי אנו שמחים כשעמרו רגלי שכינה על הר הזתים Hoc est, Quando lætabimur? Quando stabunt pedes Dei in monte Oliueti. Et sunt verba R. Iohanan filij Zaccai. Ex quibus manifestè apparet, hos tres annos cum dimidio, eos esse, in quibus iuxta vetum Angeli Messias per se ipsum opere & verbo ac miraculis legem suam confirmaturus erat. Ita enim omnino factum fuisse, certum est. Saluator namque ipse 30. annos natus, baptismum suscepit, & inde vsque ad eius passionem tres anni fere cum dimidio præterierunt: in quibus & Galilæam & Iudæam perambulans, ac æpenumero super montem Oliueti commorans, atque docens, opere & verbo legem suam confirmauit. Meritò igitur Angelus hebdomadam istam in qua hæc & alia quam plurima diuina opera futura erant, tanquam omnium complementum, postremo loco collocauit. Et quia in dimidio huius nouissimæ hebdomadæ Messias diuino decreto mortem obiturus erat, per quam omnia veteris legis sacrificia finem habitura erant, eò quòd verum illud sacrificium quod Messias ipse suum sanctissimum corpus in ara crucis Patri offerens, pro peccatorum humani generis remissione, facturus erat, præfigurassent; idcirco Angelus subiecit, Et in dimidio hebdomadæ deficere faciet decollationem (sacrificiorum scilicet) & oblationem (cæterorum videlicet omnium quæ in templo offerebantur) quæ omnia in morte Messiæ quoad significatum cessare debebant. In cuius rei signum, in ipsa mortis Christi hora, & velum templi à summo vsque ad imum scissum est, & cuncta quæ in templo fiebant miracula, finem acceperunt, prout suprà abundè disseruimus. Et tandem concludens ait, Et super abominationes, id est, propter abominationes, quæ contra Messiam fient, desolatio erit. Et vsque ad consummationem & præfinitionem perseuerabit, scilicet desolatio super desolationem. Ex quo patet, Iudæos nunquam Ierosolymam ex captiuitate hac nouissima esse redituros, nisi fortè post Antichristi bellum, cùm fidem Christi receperint. Omnia igitur quæ in hanc Danielis Prophetiam in quinque præmissis capitibus latissimè diximus, in rationis formam reducentes, sic denique concludimus. Cum Angelus Gabriel Danieli dixerit, quòd ab egressu verbi de populi reditu, vsque ad Messiam principalem, hebdomadæ 7. & 62. futuræ erant, ac numerus iste anno ante templi secundi incendium 40. completus fuerit; nullusque præter Dominum Iesum, tunc, siue postea hucusque extiterit, qui principalis, ac veri Messiæ signa habuerit (vt etiam ab ipsis aduersariis conceditur) quique post ipsas 7. & 62. hebdomadas tam docendo, quàm opera soli Deo possibilia, faciendo, occisus fuerit; illum profectò principalem, ac verum fuisse Messiam, apud omnes qui rationis non sunt expertes, necessariò consequens est.

*Rationis conclusio.*

## CAPVT XIX.

*Quòd tempus determinatum aduentui Messiæ ab Isaia insinuatum iam præterierit, & in Domino nostro Iesu Christo completum sit.*

### CAPNIO.

HÆc quidem omnia quæ dixisti optima sunt, ac talia, vt minimè à Iudæis nostri temporis negari possint: vt tamen magis adhuc eorum perfidia conuincatur, velim & per aliquem alium Prophetarum confirmares, præfixum aduentus Messiæ tempus iam præteriisse, & in Domino nostro Iesu consummatum fuisse, sicuti per Danielem efficacissimè nunc ostenditis. GAL. Id etiam per Isaiam optimè probatur. Et primùm quidem ex eo quòd 9. c. politis octo Messiæ nominibus, quæ sunt, Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis, Pater, Sempiternus, Princeps, Pax, in fine omnium vbi dicit, לסרבה המשרה *lemarbe hamisra*, id est, ad multiplicandum eius principatum, in medio dictionis לסרבה *lemarbe*, contra naturam scribendi, contraque orthographiæ legem, ponitur *mem* clausa, cùm aperta ponenda esset. HOC. Hæc ego nisi declares, intelligere nequeo. GAL. Duplicem *mem* literam Hebræi habent. Alteram quidem apertam, cuius hic est character ם, quæ nusquam in calce dictionis, sed semper in principio, & in medio ponitur. Alteram verò clausam, quam sic figurant ם, & nonnisi in fine dictionis scribere solent. In hac igitur dictione לסרבה *lemarbe*, cùm sit in medio, non clausa, sed aperta esse deberet, & tamen clausa ibi præter morem ponitur. Quod alibi profectò nusquam inuenitur. Idcirco absque mysterio hoc factum fuisse, haud quaquam credendum est. Vt enim in libro שבת *Sabbath*, id est, de sabbato, in cap. הבונה *Habbone*, id est, Ædificans, dicitur, סבם סתומה רבר פתום רומז Hoc est, *Mem* clausa, verbum clausum, vel rem clausam, id est, occultam significat. Voluit enim per hoc Isaias ipse à prudentibus intelligi, impiis verò occultum fieri. Eam ob rem in libro *Sanhedrin* in cap. כל ישראל *Omnes Israel*, id est, Totus Israel, fertur, Quòd cùm R. Tanhuma quæreret, quænam esset ratio, quòd cùm omnis *mem* in medio vocabuli posita, aperta sit, hæc solà inueniatur clausa, statim in illa horà exiuit filia vocis, id est, reuelatio, siue vox de cœlo, dicens, רזי לי רזי לי Id est, Secretum meum mihi, secretum meum mihi. Quod exponens R. Selomo ait, Deum dixisse, Hoc secretum de Messiæ aduentu meum est. Attamen, vt prisci Iudæorum Spiritu sancto illustrati dixerunt, per *mem* hoc in loco clausam, multa designantur arcana, & præsertim, vt alibi probabimus, quòd ipse Messias de virgine clausa, quæ Maria vocanda erat, præter communem nascendi modum, præterque naturæ ordinem, nasciturus erat. Nunc autem per ipsam *mem* clausam tempus aduentus Messiæ præfixum significari ostendemus. Per hoc etiam quòd *mem* huiusmodi clausa apud Iudæos in numeris sexcentenarium designat, ostenditur proculdubio, quòd ab huius Prophetiæ tempore vsque ad Messiæ natiuitatem sexcenti anni futuri erant. Quod rei postmodum probauit euentus. Hoc autem sic probatur: Prophetia namque illa eodem tempore ex ore Isaiæ egressa est, quo idem Propheta prophetauit, dicens; Ecce virgo concipiet, cum reliquis. Sunt enim ambæ hæ Prophetiæ in vno eodemque contextu. Anno igitur 4. regni Achaz Regis Prophetia hæc facta est, vt ait R. Selomo. Quòd hoc modo super 4. Reg. 15. probatur. Cùm scriptum est (inquit) in anno 20. Iotham filij Oziæ, dicendum erat in anno 4. Achaz. Ecce enim omnes dies Regis Iotham sexdecim anni sunt. Sicut enim dictum est 4. Reg. 15. Iotham filius Oziæ Regis Iuda 25. annorum erat, cùm regnare cœpit, & sexdecim annis regnauit. Sed quoniam Achaz impius fuit, placuit scripturæ 4. annos computare in annis Iotham in sepulchro existentis, & non in annis Achaz existentis vini: vt dicitur in libro qui appellatur סדר עולם *Seder Iolam*, id est, ordo mundi. Hæc R. Selomo. Quòd autem ab eiusdem Prophetiæ egressu vsque ad Christi ortum anni sexcenti transierint, sic ostenditur: Si enim Achaz 16. regnauit annis, vt habetur 4. Reg. 15. & 4. anno Regni eius hæc Prophetia (vt R. Selomo inquit) facta fuit, sequitur quòd post Prophetiam istam Achaz ipse 12. regnauerit annis, post quem Hezechias filius eius annis regnauit 29. vt legitur 4. Reg. 16. Manasses autem annis regnauit 55. vt habetur ex 4. Reg. 18. Ammon verò regnauit annis duobus, vt dicitur 4. Reg. 21. capit. Iosias autem annis triginta vno, vt patet 4. Reg. 21. cap. Ioachaz verò mensibus tribus, vt fertur 4. Reg. 22. Iehoiakim autem annis vndecim, vt ex 4. Reg. 23. cap. colligitur. Iehoiachin verò mensibus tribus, vt habetur ibidem. Sedechias demum vndecim regnauit annis, vt patet 4. Regum vigesimoquarto cap. Horum annorum summa annos continet 151. & dimidium. A quinto enim Regni Regis Achaz anno, vsque ad vndecimum Sedechiæ, Iudæorum Reges regnauerunt annis 151. Deinde ab vndecimo Sedechiæ anno, qui fuit 19. Nabuchodonosor, vt ex Ierem. vltimo cap. & ex 4. Reg. 25. apertè colligitur, Nabuchodonosor ipse annis regnauit 26. Euilmerodach verò filius eius annis viginti tribus, vt supra ostensum est. Balthasar autem annis tribus. Darius duobus. Cyrus triginta. Assuerus quatuor decim. Post quem succedit Darius: cuius Regni anno sexto templum consummatum, atque perfectum est. His additis supradictis 151. annis cum dimidio, quibus Reges regnauerunt, insuper & quadringentis & viginti, quibus templum secundum durasse aiunt, habentur à quarto anno Regis Achaz vsque ad templi secundi excidium anni sexcenti septuaginta quinque, & dimidius: ex quibus si quadraginta duo demantur anni, qui à Christi passione vsque ad vrbis Ierusalem templique euersionem fluxerunt, & 33. fere cum dimidio, quibus Christus ipse inter homines vixit, habebuntur ab eo tempore quo Isaias de Messiæ conceptu & ortu vaticinatus est, vsque ad ipsius Christi natiuitatem, anni præcisè sexcenti, quos prædicta *mem* clausa designat. Ad quod etiam probandum, valde ad propositum facit illud eiusdem Prophetæ quinquagesimo quarto capite dictum, כי מי נח זאת לי אשר



אשרי נשבעתי מעבור מי נח עוד על הארץ כן נשבעתי מקצף עליך וסגער בך Hoc est, Sicut dies Noæ istud mihi: nam iurauì non transituras ampliùs aquas Noæ super terram: sic iurauì fore vt non irascar tibi, & non increpem te. Quæ quidem Rabbi Ionathas sic in Chaldæum vertit, ארי כיומי נח דא קדמי דקייסית בסברי דלא יעדון מי טופנא די הוו ביומוי נח עור על ארעא כן קייסית בסברי דלא ייהול רוגזי עלך Id est, Quoniam sicut dies Noæ coram me, cùm statui in verbo meo, quòd non transirent aquæ diluuij, quæ fuerunt in diebus Noæ vltrà super terram, sic statui in verbo meo vt non descendat furor meus super te. Hæc ille. Vbi omni animi diligentia animaduertendum est, quòd iuxta expositionem R. Nahman in libro *Sanhedrin*, in cap. *Helec*, dies Noæ ad dies Messiæ referendi sunt. Idcirco cùm Propheta ait, Sicut dies Noæ istud mihi, hoc pronomen istud, ad illud quod in præcedentibus dixit, referri debet: ad totum illud scilicet, quod à quinquagesimo secundo capite, cùm inquit, Ecce intelliget seruus meus, huc vsque Propheta dixerat. Quod ferè totum ab antiquis Iudæorum de Messia dictum accipitur. Nam verba illa eiusdem capitis, Ecce intelliget seruus meus, sic R. Ionathas Chaldaicè traduxit, atque exposuit, הא יצלח עבדי מסייעא Hoc est, Ecce prosperabitur seruus meus Messias. Quod Rabbi quoque Selomo testatur, dum locum hunc exponens, ita haud ineptè ait, Magistri nostri affirmant hæc de Messia dici. Dies autem Noæ cùm diluuium cessasset, sexcenti anni erant. Ab eo ergo tempore quo Isaias hoc verbum protulit, vsque ad Messiæ aduentum, sexcenti anni futuri erant. Quæ omnia per Hebræorum scripturas optimè probantur. Quòd enim Noas sexcentorum esset annorum cum diluuium cessasset, primùm patet per id quod in *Bereschith Rabba* dicitur, super illud, Noas filius sexcentorum annorum erat cùm diluuium aquæ erat super terram. Vbi Rabbi נחמיה *Nehumia* sic dicit, Annus diluuij ascendens est de numero, id est, de numero est cum embolismis & computis. Deinde ex eo hoc idem ostenditur, quòd Genes. nono capite sic scriptum est, ויחי נח אחר המבול שלש מאות שנה וחמשים שנה: ויהיו כל ימי נח תשע מאות שנה וחמשים שנה וימת Id est, Et vixit Noas post diluuium trecentis & quinquaginta annis. Fuerunt autem omnes dies eius nongenti & quinquaginta anni, & mortuus est. Si igitur omnes dies vitæ Noæ fuerunt anni nongenti & quinquaginta anni, & post diluuium vixit annis trecentis quinquaginta, necessariò certè sequitur, quòd annus ipse diluuij fuerit prædictorum 600. vltimus. Quare palàm profectò ostensum est, dies Noæ cùm diluuium cessasset, sexcentos annos fuisse. Quòd autem & totidem anni fuerint ab eo tempore quo Isaias verba illa protulit, vsque ad Messiæ aduentum, per ea quæ nunc dicta sunt in expositione *mem* clausæ in dictione לסרבה *Lemarbe* positæ, clarè patuit. Isaias enim (vt ostensum est) in fine quarti anni, vel in principio quinti Regni Achaz, de Messiæ conceptione ac natiuitate prophetare cœpit, dicens, Ecce virgo concipiet, & pariet filium, cum cæteris. Ab illo autem tempore vsque ad Christi natiuitatem (vt probatum est ibidem) sexcenti præcisè fluxerunt anni. Et totidem (vt ostendimus) cessante diluuio, fuerunt dies Noæ. Quare Messiam iam venisse, ipsumque Dominum nostrum Iesum fuisse (cùm talis nemo alius, qualis per Prophetas Messias describitus est, tunc natus fuerit) concedatur necesse est.

## CAPVT XX.

*Quòd tempus quoque aduentui Messiæ præfixum, à prisis Talmudistis traditum, iam transierit, ac in Domino nostro Iesu Christo consummatum sit.*

### CAPNIO.

QVANQVAM in præcedentibus per tempus determinatum à Prophetis aduentus Messiæ, Messiam ipsum iam venisse secundùm Hebræorum expositiones, satis abundè probaueris, vt tamen magis Iudæorum nostri temporis obstinata prauitas deprehendatur, ac magis magisque Catholicæ fidei veritas innotescat, haud inutile quidem esset, si hoc ipsum per præfixum quoque tempus quod aduentui Messiæ à veteribus Talmudistis assignatum legitur, euidentiùs ostenderes. GAL. Hoc etiam lubens faciam. Illud itaque in primis, quod in libro *Sanhedrin*, in capite *Helec* scribitur, adducam Id est, Sententia domus Heliæ. Sex millia annorum erit mundus, & iterum destruetur. Duo millia inanitatis, duo millia legis, duo millia dierum Messiæ: vnde contra iuniorum Iudæorum perfidiam, duo quæ maximè negant, colligi possunt. Vnum quidem est, quòd lex Mosaica non erat nisi vsque ad dies Messiæ permansura. Alterum verò est, quòd aduentus Messiæ tempus iam præteriit. Ad quod probandum antequam aliquid dicam, Rabbi Selomonis glossam afferam, quæ sic eadem verba exponit. Sex millia annorum erit mundus, id est, tantùm durabit. Horum verò duo millia fuerunt inanitatis. Quomodo autem ab Adam vsque ad quinquagesimum secundum annum Abrahæ duo millia annorum fuerint, scriptura instruit. Postquam enim hæc duo millia annorum completa sunt, studuit Abraham in lege: sicut scriptum est Genes. duodecimo capite, Et animam quam fecerunt in Arã: quod interpretati sunt, Et animã quã fecerunt cum lege in Aram. Dixerunt autem magistri, in libro עבודה זרה *Haueda Zara*, quòd tunc temporis Abraham duorum & quinquaginta erat annorum. Duo millia verò legis vsque ad aduentum Messiæ hoc modo habentur. Quadraginta & octo anni fuerunt vsque quo natus est Ishac. Sexaginta verò anni à natiuitate Ishac, vsque ad natiuitatem Iacob: qui centum & octo annos efficiunt. Deinde centum & triginta anni qui fuerunt Iacob, quando ingressus est Ægyptum. Ecce anni ducenti triginta octo. Et ducenti decem quibus morati sunt filij Israel in Ægypto. Ecce 448. anni. Portò ab egressu ex Ægypto donec

*Traditio discipulorum Elie.*

ædificata est domus sancta prima, fluxerunt anni 480. sicut scriptum est in libro vltimo Regum sexto capite, Fuit autem in anno quadringentesimo octogesimo: & reliqua: & ædificata est domus Domini. Ecce igitur nongenti & viginti octo anni. Rursum quadringenti & decem anni quibus domus prima durauit, vt probatur per scripturas annorum Regum, & septuaginta anni captiuitatis Babylonicæ: & quadringenti viginti quibus domus secunda permansit. Ecce habes ex vna parte annos nongentos, & ex altera parte, nongentos viginti octo. Et sic habentur duo millia annorum, minùs centum septuaginta duo. Per centum septuaginta duo igitur annos ante consummationem quatuor millium annorum ab initio mundi destructa est domus Dei. Et in fine prædictorum 172. annorum, completa fuerunt duo millia annorum legis. Non tamen tunc cuacuanda erat lex, vt dicebat Magister meus. Sequitur, Et duo millia annorum dies Messiæ. Nam post duo millia legis, erit iudicium eius, vt veniat Messias, & euacuetur Regnum nequam, id est, Regnum Romanorum. Huiusque glossa Rabbi Selomonis. Qui etsi in annorum computatione etiam secundùm Talmudistas non parum errauerit, vt per ea quæ in præcedentibus dicta sunt, facilè patet, ex dictis tamen eius Messiam iam venisse necessariò sequitur. Nam si iuxta eius expositionem ex sententia siue traditione Eliæ ac discipulorum eius, in fine quatuor millium annorum mundi Messias venturus erat, & secundùm Iudæorum computationem à mundi initio vsque ad præsentem annum, qui est annus Christi millesimus quingentesimus decimus sextus, quinque millia ducenti ac septuaginta sex transierunt anni (tametsi secundùm nostram multò plures, vt paulò inferiùs probabitur) necessariò certè concluditur Messiæ aduentum per annos secundùm eos mille ducentos & septuaginta duos iam præteriisse. CAP. Iuniores Iudæorum fatentur quidem, quòd secundùm Talmudisticam hanc traditionem, Messias in fine quarti millenarij venturus erat, sed propter eorum scelera ipsum nondum venisse, aiunt. Quod per eandem quoque traditionem probare nituntur, eò quòd in calce einsdem traditionis sic immediatè sequatur, ובעונותינו שרבו יצאו מהם מה שיצאו Hoc est, Propter peccata autem nostra, quæ creuerunt, exierunt ex eis, scilicet annis, qui exierunt. Vbi glossa R. Selomonis ita dicit, Verumtamen propter peccata nostra quæ multiplicata sunt, non venit Messias in fine quatuor millium annorum. GAL. Mentiuntur planè. Quare vt mendacij arguantur, duplicem eis damus responsionem. Et primum quidem dicimus, verba hæc eiusdem traditionis non esse, cùm neque Eliæ, neque discipulorum eius fuerint. Quod satis ex ipsorum verborum natura patere potest: sed ab aliquo R. Iudaicam perfidiam protegere volente eidem traditioni verba ipsa addita fuisse: cuius rei maximum est indicium, quod in libro עבודה זרה *Hauoda Zara*, id est, seruitus aliena, vbi hæc eadem traditio ponitur, non eisdem omnino verbis huiusmodi cauda ipsi traditioni inseritur. Ibi enim in capit. לעני אירימן *Lephnume ezeben*, id est, ante festa eorum, legitur. Traditit domus Eliæ, Sex millium annorum durationem fore mundi. Horumque duo millia esse vanitatis vel inanitatis, duo millia legis, & duo millia dierum Messiæ. Propter peccata verò nostra, quæ multiplicata sunt, egressi sunt ex eis septingenti & quatuordecim. Hæc ad verbum traditio ipsa. Per se igitur patet, quòd postrema hæc verba, quibus Iudæi recentiores suam conantur velare perfidiam, non sunt eadem hic & ibi, sed longè diuersa. Ibi enim nullum certum ponitur tempus, hic verò annorum qui iam præterierant, certus apponitur numerus. Quod est falsitatis Iudaicæ efficax argumentum. Deinde eis obiicimus, quòd aduentus Messiæ accelerari quidem potuit, retardari verò minimè. Quod in libro *Sanhedrin* capit. *Helec*, optimè probatur: vbi sic legitur, אמר רבי אלכסנדרי אשר רבי יהושע בן לוי תרי כתיב אני יהוה בעתה אחישנה זכו אחישנה לא זכו בעתרן Id est, Dixit R. Alexandri, Dixit R. Iehosuas filius Leui, Scriptum est Isaiæ sexagesimo capit. (de salutione scilicet quæ per Messiæ aduentum futura erat) Ego Deus in tempore suo accelerabo eam. Si meruerint, accelerabo eam; si non meruerint, in tempore suo, supple faciam eam. Ex his Iudæi dicunt, quòd Messiæ aduentus minimè retardari poterat, quin in tempore suo esset, sed accelerari quidem bene potuisset, dummodo existerent qui illum mererentur. Item super eadem verba Isaiæ, אני יהוה בעתה אחישנה Hoc est, Ego Deus in tempore suo accelerabo eam, פירוש *Perus*, id est, glossa ita dicit, אם יהיו טובים בפני זפנו ואם לא בזמנו Id est, si fuerint boni, ante tempus eius. Sin autem, in tempore suo. Sed glossa ista secundum Hebræorum Doctores de Saluatione per Messiam facienda loquitur. Ergo si Iudæi boni erant, propter eorum bonitatem Deus aduentum Messiæ accelerare debuit. Si autem mali erant propter eorum peccata, prætermittere non debebat, ipsum tempore suo determinato mittere. Quare necessariò Iudæi concedere debent, eorum peccatis non obstantibus, eum saltem tempore determinato iam venisse. CAP. Adhuc Iudaica pruitas obiicit, si Messias in fine quatuor millium annorum mundi venturus fuerat, minimè nos ex hoc inferre posse, Dominum nostrum Iesum verum fuisse Messiam, cùm quatuor hæc annorum millia, anno post templi vltimi excidium, secundùm R. Selomonem 172. secundùm verò alios, centesimo trigesimo sexto completa fuerint: vt ex temporum supputatione, quam per Hebræorum scripturas paulò superiùs fecisti, colligi potest: ipse verò Dominus Iesus anno ante eiusdem templi euersionem quadragesimo secundo passus fuerit. GAL. Hæc eorum fuga nihil eis suffragari potest. Primò, quia vt nunc diximus, aduentus quidem Messiæ etsi non retardari, accelerari tamen potuisset, ac debuisset, dummodo essent, qui illum mererentur. Quare haud incongruè dicere possumus, quòd aduentus Messiæ accelerationem multa meruerint: videlicet sanctorum Patrum in inferno existentium miseranda captiuitas, ac Apostolorum, aliorumq; Christi discipulorum bonitas iam præuisa. Sed maximè Mariæ virginis sanctitas, atq; humilitas, neçnon sanctissimum ac singulare virgi-

*Obiectio Iudæorum soluitur.*



nitatis seruandæ propositum: quæ præcedentium omnium sanctitatis humilitatisque pleuere defectum. Tum deinde, quia dato quod mors Messiæ circa quam dies Regni eius incipere debebant, eo tempore præcisè non fuerit, quo à mundi conditione annorum quatuor millia defluxerant, id eis minimè mirum videri debet: quandoquidem in sacris literis longè minor quam hæc inueniatur temporis varietas. Scimus enim Deum (vt cætera omittam) Abrahæ prædixisse, semen eius quadringentis annis captiuum in terra aliena futurum: & tamen omne tempus quo filij Israel fuerunt in Ægypto, de cuius captiuitate Deus locutus fuerat, non fuit nisi annorum ducentorum & decem, ab eo scilicet anno, quo Iacob descendit in Ægyptum, vsque ad liberationem per Mosem factam: vt ex sacræ scripturæ textu clarè habetur, & R. Selomo etiam testatur. Quocirca mirandum non est, si discipuli Eliæ post quartum mundi millenarium completum, Messiam regnaturum prædixerint: & tamen Christus anno 136. ante eiusdem millenarij completionem, iuxta Hebræorum supputationem, mortuus fuerit. Tum denique, quia si veritatem iuxta historiarum fidem, sequi voluerimus, inueniemus Christum in fine quarti millenarij, siue completis quatuor annorum millibus à mundo condito, passum fuisse. CAP. Id retegus obseero. GAL. Faciam. Anno igitur 15. mundi, Adam genuit Cain, & 30. Habel. Anno vero 100. mundi, Cain occidit Habel, & tunc natus est Seth. Seth autem anno 105. ætatis suæ genuit Enos, qui nomen Dei inuocare cœpit. Enos anno 90. genuit Kenan, qui nostra editione Caina dicitur. Kenan anno 70. genuit Mahallalel. Mahallalel anno 65. genuit Iared. Iared anno 162. genuit Hanoch: qui translatus est, & à nostris Enoch appellatur. Hanoch anno 65. genuit Methuselam, quem nos corrupto vocabulo Mathusalem dicimus. Methuseleas (qui plus cæteris vixit, annos scilicet 969.) anno ætatis suæ 187. genuit Lamech. Lamech anno 182. genuit Noam: cuius anno 600. factus est cataclysmus, vt per Talmudicam traditionem in 19. huius libri capit. probatum est. Ex quibus omnibus secundum Hebræos à mundi creatione vsque ad tempus illud, quo diluuium cessauit, colliguntur anni 1656. Sem deinde anno secundo post diluuium genuit Arpaxad. Arpaxad anno ætatis suæ 35. genuit Sale. Sale anno trigesimo genuit Heber, à quo Hebræi. Heber anno trigesimo quarto genuit Paleg. Tunc Nemrod filius Cus filij Ham, Assur de terra Senaar expulso, primus regnare cœpit. A quo & Babylon vrbs & Turris in campo Senaar ædificatur, & tunc septuaginta duarum linguarum facta est diuisio, vt Abidenus quoque & Eliæus historici testantur, tunc etiam idololatra incepit, cùm Nemrod homines ignem adorare cogebat: Paleg anno trigesimo genuit Reu: Reu anno vigesimo quinto genuit Serug: Serug anno trigesimo genuit Nahor: Nahor anno 29. genuit Taran: Taras anno septuagesimo genuit Abraham, anno scilicet regni Nini filij Beli secundi quadragesimotertio. Hoc tempore Ninus à Nino conditur, & Belus secundus ab Assyriis pro Deo colitur: Abraham anno quinquagesimo secundo (vt ait R. Selomo) in lege studere cœpit. Et tunc secundum ipsum completa sunt à mundi principio, duo annorum millia. Nam à diluuio hucusque 344. colliguntur anni. Sed supputatis annis mille sexcentis quinquaginta sex ante diluuium transactis, habentur à mundi initio hucusque duo millia annorum præcisè. Quæ quidem discipuli Eliæ in traditione præmissa inanitatis, siue vacuitatis tempora appellant, eo quòd humanum genus nullam aliam præter naturæ legem habens, inane & vasuum ab omni alia lege per ea tempora vixit. Alia autem duo annorum millia legis nuncuparunt: tum, quia in principio eorum Abrahami (vt dixit R. Selomo) legis studio vacare cœpit: tum quia Abraham ipse eo fere tempore circumcisionis legem accepit: tum etiam quia infra illa tempora lex lata fuit. Tertiumari autem debebant duo hæc annorum millia in legis antiquæ desitione, atque in nouæ, quam Messias laturus erat, promulgatione. Probatur autem horum duorum millium annorum discursus, hoc modo: Ab eo tempore quo Abraham secundum R. Selomonis expositionem, legi studere cœpit vsque ad natiuitatem Isaac, anni fluxerunt 48. Isaac autem cum esset annos sexaginta natus, genuit Iacob. Iacob autem cum esset annorum centum & triginta, ingressus est Ægyptum. Filij verò Israel commorati sunt in Ægypto annis 210. Moses rexit populum annis 40. Iehosuas annis 27. Iudices gubernauerunt annis 299. Sacerdotes autem annis octoginta, computatis iis, quibus Saul vna cum Samuele regnauit. Reges verò annis regnauerunt 492. à Dauid incipiendo, vsque ad vndecimum Sedechiæ annum, qua tempestate templi primi, & vrbis Ierusalem excidium fuit. Nabuchodonosor autem post Ierosolymorum euersionem, regnauit annis (secundùm Talmudistas) 27. in quo defecit regnum Chaldæorum. Post quem Regnum Persarum duravit annis 241. Nam à sui principio vsque ad vigesimum Artaxersis Longimani annum, fluxerunt anni 115. Et deinde vsque ad sextum Darij tertij annum, vt in præcedentibus visum est, decurrerunt anni 126. Regnum verò Græcorum ab Alexandro magno, vsque ad 22. Cleopatræ annum (vt in præmissis patuit) perstitit annis 300. minùs vno, vt in superioribus probauimus. Octauianus autem post mortem Cleopatræ, imperauit annis 43. Christus tandem anno Tiberij 18. passus est. Ex quibus omnibus colligitur, ab eo tempore quo Abraham iuxta R. Selomonem in lege studere cœpit, hoc est à 52. anno Abrahæ, vsque ad Christi passionem, duo millia annorum & quindecim annos præcisè decurrisse. Et tunc dies Messiæ, hoc est duo millia annorum quibus Messias regnaturus erat, incipere debebant per legis ipsius Messiæ promulgationem. Quibus ex omnibus palàm ostensum est secundùm veras temporum supputationes, Dominum nostrum Iesum Christum quatuor millibus annorum post mundi creationem completis, passum fuisse. Et tunc propriè inceperunt dies Regni eius, cùm lex Euangelica ab Apostolis circumquaque per orbem prædicari cœpit, mundusque ad ipsum conuerti.

*Refutatio secunda.*

*Refutatio tertia.*

*Discursus temporum à mundi initio vsque ad Christi passionem.*

Vtrum autem mundus per duo alia duntaxat annorum millia, qui dies Messiæ in traditione antedicta dicuntur, duraturus sit, id ego nolo discutere. Non enim propterea traditionem hanc Talmudicam induxi, vt per eam mundi finem determinarem, aut vtipsam approbarem: sed vt potiùs per approbatas eorum scripturas, Iudæorum nostri seculi perfidiam conuincerem, qui tam pertinaciter Messiam venisse negant. Ad quorum etiam duritiem conterendam, illud Eliæ testimonium adducam, quod in eodem libro *Sanhedrin*, capite *Helec*, hoc modo ponitur, אמר אליהו לרב יהודה אין העולם פוחת משמונים וחמשה יובלות ויובל ארדכון בקרוב בא Id est, Dixit Elias Magistro Iudæ, Non erit, id est, non durabit mundus minùs quàm octogintaquinque Iubileis, & in vltimo Iubileo filius Dauid veniet. Vbi R. Salomonis glossa ait, והיובל אלפים ומאתים וחמשים שנה Hoc est, Hi Iubilei continent annos quatermille ducentos & quinquaginta. Si igitur iuxta hanc Eliæ traditionem Messias anno ab orbe condito quater millesimo ducentesimo quinquagesimo, hoc est, anno post Christum passum circiter ducentesimo quinquagesimo, quo tempore gratia eius per mundi conuersionem in plenitudinem vergere cœpit, venturus erat, ipsum iam venisse, nemo nisi ratione prorsus carens, negare possit. Hoc idem per illud quoque quod in *Midras tabilim*, id est, in expositione Psalmorum super titulum Psalmi vigesimi secundi legitur, manifestè ostenditur; vbi sic ad verbum dicitur, למנצח על אילת השחר Id est, Victori super cerua auroræ; Hoc est quod scriptum est Psalmo quinquagesimo septimo, עורה כבודי עורה חנבל וכנור אעירה שחר Hoc est, Surge gloria mea, surge psalterium & cithara, surgam manè vel diluculo. Et iterum Psalmo centesimo octauo עורה חנבל וכנור אעירה שחר Id est, Surge psalterium & cithara, surgam manè vel diluculo. Loquar de quatuor Regnis: Surge in Babel, vbi suscitasti nobis Misael, Ananiam, & Azariam. Surge in Media, quia ibi astare fecisti nobis Mardochæum, & Esther. Surge in Græcia, quia ibi astare fecisti nobis משמונאי *Hasmonæi*, id est, Machabæos, Machathiam scilicet & filios eius. Surge in Edom, id est, in Romanis, cum futurum est, vt astare nobis facias Regem Messiam, de quo scriptum est, Surgam diluculo. Hæc omnia traditio. Ex quo locutionissimè patet, quòd tempore quarti Regni, id est Romanorum, cum scilicet vniuerso orbi dominaturi erant, Messias venturus erat. Quod in libro quoque *Sanhedrin*, capit. *Helec*, optimè confirmatur, dum ita legitur, Dixit Rabbi, Non veniet filius Dauid, donec dominetur Regnum nequam (Glossa R. Selomonis, id est Romanum) super Israel nouem mensibus; sicut dictum est Micheæ 5. capit. Propterea dabit eos (Glossa R. Selomonis, eos, id est Israel) vsque ad tempus quo parturiens pariet. Glossa R. Selomonis: Et hi sunt nouem menses. Idem in libro etiam qui יומא *Iuma*, id est dierum appellatur, hoc modo habetur: Non erit filius Dauid veniens, donec dominetur Regnum nequam, id est Romanum vniuerso orbi nouem mensibus: sicut scriptum est Micheæ quinto cap. לכן יתנם עד עת יולדה ילדה ויתר אחיו ישובון על בני ישראל Hoc est, Propterea dabit eos vsque ad tempus, quo parturiens pariet. Et residuum fratrum suorum conuertetur ad domum Israel. Quòd autem Romani super Iudæos regnarint, habetur in libro qui עבודה זרה *Auoda zara* dicitur, in capite לפני אידהן *Ipsimet ei dicu*, id est, Ante eorum festa: vbi sic scriptum est, Dixit Abba, Per 180. annos ante destructionem domus sanctæ dominatum est regnum nequam, id est Romanum super Israel, hoc est super Iudæos. Cum igitur Messias tunc venire debuerit, cum Romani nouem mensibus super Iudæos, vniuersumque orbem dominati fuissent, Romani autem cum maximè tempore Cæsaris Augusti, sub quo Christus natus est, & Iudæis & vniuerso orbi imperuerint, Messiam tunc venisse, manifestum & certum est. Cum igitur nemo alius (vt omnia præmissa concludamus) præter Iesum Dominum nostrum, aut in fine quarti millenarij mundi apparuerit, aut sub Cæsare Augusto natus fuerit, qui veri Messiæ signa habuerit, cuique Prophetarum oracula, & præsertim aduentus ipsius tempus determinantia, ipsumque ac gesta eius describentia, rectè congruant, ipsum procul dubio Dominum Iesum verum fuisse Messiam, apud omnes quos perfidia, vel odium non obcæcat, necessario consequens est.

*Messias venturus Romanis dominantibus.*

## CAPVT XXI.

*De duobus falsis Messiis, quos Iudæi ob temporis prefixi aduentus Messiæ præteritionem, post Christum passum receperunt. Et quam ob rem primum à Vespasiano & Tito, deinde ab Hadriano tam acriter puniti fuerint.*

## CAPNIO.

HAnc ob causam arbitror, Iudæos post Christum passum duos vnum post alium falsos recepisse Messias: quia scilicet determinatum aduentus Messiæ tempus, tum à Prophetis, tum à priscis Talmudistis traditum, iam præteriisse videbant. Quare non parum vilitatis afferes, si iniquam eorum semitam, qua post nostri Saluatoris ascensum, præuaricati sunt, cunctis detegas, quonam pacto falsos ipsos Messias receperint, referendo. GAL. Ipsi igitur cum viderent tempus aduentus veri Messiæ in scripturis designatum, iam præteriisse, Christique fidem miraculis in eius nomine crebrescentibus, in dies augeri, duos sibi vnum post alterum falsos assumpsere Messias. Nam paulò post Christi passionem, surrexit quidam Iudæus, cui nomen erat secundum quosdam בר כוזיבא *Bar cozba*, secundùm alios verò בן כוזיבא *Ben cozba*: quæ quidem nomina idem omnino sunt. Nam כר *Bar*, quidem Chaldaicum nomen, & בן *Ben* Hebraicum, idem sunt quod apud nos filius. כזב *cazab* autem mendacium interpretatur. Ideo *Barcozba*, vel *Bencozba* idem prorsus est, quod mendacij, vel falsitatis filius. Hic ergo pro Messia se ingessit, à Iudæis susceptus est: vt legitur in libro *Sanhedrin*, capite *Helec*: vbi sic de eo inter cætera dicitur, *Barcozba* annis 30. cum dimidio regnauit. Dixit enim לרבנן *Lerabbanan*, id est Magistris אנא משיחא *Ana Messiha*, hoc est, Ego sum Messias. Et secundùm R. Selomonis glossam ibidem, fuit cum Herodis Agrippæ Regno. Quare verbum illud dominicum Iohannis 5. capit. dictum, tunc impletum est; Ego veni in nomine Patris mei, & non recepistis me. Si alius in nomine suo veniet, recipietis eum. Venit igitur in nomine suo *Barcozba* mendacij filius, & ab eis receptus est. Etsi ex ipso nomine saltem eum (si sensum habuissent) cognoscere certè deberant. Neque enim solum vulgus ipsum recepit, sed sapientum quoque eorum maxima pars. Inter quos R. Akiba vnus fuit, qui de sapientioribus Talmud habitus est. Neque signum ab ipso falso Messia fieri vllum quæsierunt, quemadmodum à Christo & quæsierant, & viderant: vt in eorum scripturis latissimè legitur. Nam R. Moses בן מימון *ben Maimon*, id est, filius Maimonis, sic in sententiis Regum refert. R. Akiba sapiens fuit, & quidem de sapientioribus Talmud. Ipseque ferebat arma *Barcozba regi*, & dicebat ipsum esse Messiam. Ipse enim sic arbitratus est, omnesque sapientes generationis suæ putabant eum esse Messiam, quousque ob scelera sua fuit interfectus. Et non petierunt ab eo sapientes signum, neque miraculum. Hæc R. Moses ille. R. igitur Akiba vt plebi suggereret ipsum *Bencozbam* Messiam esse, de eo dicta Prophetarum exponebat, & præsertim illud Haggæi 2. capit. dictum, Adhuc modicum vnum est, & ego commouebo cœlum, & terram, & mare, & aridam, & commouebo omnes gentes, & venient cum desiderio cunctæ gentes: vt habetur in libro *Sanhedrin* cap. *Helec*. Sed in eo quidem, quòd R. iste Akiba prædicta Haggæi Prophetæ verba de Messiæ diebus exponebat, optimè quidem faciebat: cum de nullo alio, quàm de Messia conuenientius exponi possint. In eo verò quòd ad *Bencozbam* falsum Messiam ea referebat, pessimè certè agebat. Huius itaque cæterorumque magistrorum suasionibus, Iudæi prædictum falsum Messiam recipientes, à Romano deficerunt imperio. Quapropter Vespasianus cum filio Tito contra eos missus est: vt sicuti Dei Filium vna cum Patre negauerant, dicentes, Non habemus Regem nisi Cæsarem, ita patri & filio, Vespasiano scilicet & Tito, meritò exterminandi traderentur. Qui in festo azymorum, in quo Iudæi ipsi perfidi Christi mortem perpetrauerant, innumeros fere eorum populos qui Ierosolymam ad ipsum festum celebrandum conuenerant, concluserunt. Et sicut tribus annis cum dimidio quibus Saluator mundi docuerat, Dei gratiam contemperant, ita tribus annis cum dimidio eos Romani ipsi Principes obsidione atroci atque durissima afflixerunt. Cumque obsiderentur tunc primùm à *Bencozba* eorum falso Messia, ob cuius amorem aduersus Romanos insurrexerant, liberationis suæ signum fieri petierunt. Videntes Iudæi quòd miraculum nullum ad eorum liberationem facere poterat, cum neci tradiderunt. De cuius morte in libro *Sanhedrin*, in capite *Helec*, legi-

*Vespasianus & Titus quare venerunt contra Iudæos.*

*Mortes falsi Messiæ.*



tur, quòd ita demum dixerunt ei Magistri, Scriptum est Isa. 11. cap. de Messia, Quòd odorans erit & iudicans, hoc est, odoratu sentiet, quis innocens, quisve reus erit: videamus igitur an odorando id iudicare valeat. Qui cum vidissent, quòd non esset odorans, & iudicans, ipsum interfecerunt. Hæc Talmud. Quibus tandem captis, Deo proculdubio disponente, eadem mensura qua Christo mensi fuerant, eis remensum fuit. Quemadmodum apud eos in libro expositionis planctus Ieremiæ, qui איכה רבתי *Echa Rabbethi* dicitur, latiùs continetur, cum super illud primo cap. dictum, היו צריה לראש איביה שלו Hoc est, Facti sunt hostes eius in capite, inimici eius tranquillè egerunt, sic inter cætera legitur, Facti sunt hostes eius in caput, Hic est Vespasianus Cæsar: Inimici tranquillè egerunt, Iste est Titus nequam filius eius. Tribus enim annis cum dimidio obsedit Vespasianus Ierusalem: erantque cum eo quatuor Duces, Dux Arabiæ, Dux Phœnicis, Dux Alexandriæ, & Dux Palestinæ. Erant & quatuor baiuli, quorum quilibet armatis ciuitatis decem annis prouidere poterat. Hæc in *Echa rabbethi*. Tanta autem fuit fames Iosepho qui aderat, prostratorum multitudo, vt vndecies centena millia peremptà fuisse dicantur, adeò vt mortuorum corpora muris ciuitatis coæquarentur. Alios autem ad lusum reseruatos fuisse ait, adiunctis eorum ducentis millibus qui in captiuitatem ducti sunt. Tanta quoque eodem in populo vilitas fuisse dicitur, vt quis vno argenteo dato triginta sibi emeret Iudæos. Quod nutu Dei factum esse, nemo est qui ambigat: vt qui Deum ac Dominum suum quasi vile mancipium vili precio vendidérant, viliori precio & ipsi venderentur. Verum enimuero Vespasianus dum acriter Iudæos obsidione premeret, in tantum Deo agente, Romanis placuit, vt mortuo Othone, ipsum absentem communi consensu Imperatorem deligerent. Voluit quippe Deus, vt pro labore quo perfidos sacrilegosque Iudæos deuastando, sibi seruierat, hoc illi præmium redderetur. Quamobrem Tito filio in eadem obsidione relicto, Romam rediit. Titus autem quinto Idus Iulij, capta ac solo æquata ciuitate, & templo, atque pace cum iis qui in Iudæa remanserant, firmata, decreuit, vt nullus Iudæorum deinceps sabbatum seruaret, nullus à menstruata contineret: vt in Talmud, eo in libro qui מגילת *Megbila*, id est historia appellatur, abundè continetur. Anno autem ab vrbis Ierosolymæ excidio 48. cum dimidio transacto, Iudæi ciuitatem nomine *Bitter* sibi metropolim fecerunt, ibique alium falsum Messiam sibi præfecerunt, non animaduertentes infani, ac mente capti, quòd *Bencozba* vel *Barcozba* quoque sicut & ille quem prædecessores eorum in Ierusalem receperant, propter quem & destructi fuerant, vocaretur. Adeo vt ipse quoque R. Akiba non obstante quòd ab antedicto falso Messia Ierosolymis turpiter delusus fuerat, hunc imprudenter recipere non horruerit, quin potius eum verum esse Messiam, autoritate sacræ scripturæ populis persuadere conatus sit. Nam vt legitur in Talmud Ierosolymitano, *in libro qui* תעניות *Taanith*, id est, de ieiunio nuncupatur,

*Destructio Ierosolymæ.*

*De secundo falso Messia.*

in cap. quod incipit בשלשה פרקים *Bistosa perakim*, id est in tribus capitulis, R. Akiba scripturam illam Numer. 23. מיעקב דרך כוכב Id est, Orietur stella ex Iacob, ita exponebat, Orietur *Barcochba* ex Iacob. Et cum videret ipsum *Barcochabi*, dicebat; En hic est Rex Messias. Id idem quoque in expositione planctus Ieremiæ, quæ איכה רבתי *Echa rabbathi* appellatur, clarè habetur, super illud Thren. 2. dictum, Dissipauit Dominus, & non est misertus: ibi enim dicitur R. Iudam filium Elai dixisse, quòd R. Akiba exponens dictum illud, Orietur stella ex Iacob, diceret, Non esse legendum כוכב *cochab*, id est, stella, sed כוזב *cozab* id est mendacium, quod sui falsi Messiæ nomen erat. Quapropter cùm Iudæi aduersus Romanum Imperium cum eo rebellassent, Hadrianus Cæsar transfretauit, & eos cum eodem falso Messia acriter obsedit in ipsa ciuitate *Bitter*, in qua innumerabilis Iudæorum erat multitudo. Nam in *Bereschith rabba*, id est, in expositione magna libri Genes. 10 in loco, vbi dicitur, Vox quidem, vox Iacob est, manus autem, manus sunt Esau, sic ad verbum legitur, Dixit R. Iohanan, Octoginta millia parium cantientium tuba erant in *Bitter*, & vnusquisque eorum multis præerat exercitibus, qui ibi cum *Barcochba* erant. Cùi & ducenta millia eorum erant, qui abscissum digitum habebant: qui scilicet vium de digitis sibimet quando probabantur, abscinderant, volentes hoc indicio suam audaciam animositatemque ostendere.

*Iudæi ab Hadriano obsessi.*

A

B

C

Quare ad ipsum *Barcochbam* sapientes miserunt, dicentes, Quousque filios Israel mutilatos facies? Qui respondens ait, Et quonam pacto periculum de eis faciam? Dixerunt ei, Quicunque super equum suum insidens, cedrum de Libano non euulserit, tyrocinio tuo non aferibatur. Fuerunt igitur ei & ducenta alia millia sic probatorum. Cumque ad pugnam egrederetur, dicebat, Domine mundi, non fulcias nos, neque præstes audaciam nobis. Nonne enim tu Deus repulisti nos? Non ergo egrediaris in exercitibus nostris. Hæc omnia ibi. Ex quibus non solùm Iudæorum ingens, ac penè innumerus patet exercitus, verùm etiam qualem sibi Messiam elegerant, qui Deum contemnebat. Tertio denique obsidionis anno mense 6. Hadrianus ciuitatem cepit cum maxima Iudæorum strage. Vbi & ipse quoque *Barcocha* falsus eorum Messias occisus est: vt eodem in libro *Echa rabbathi*, vocato, eodemque in loco latissimè dicitur; vbi hæc inter cætera leguntur, Tribus annis cum dimidio obsedit Hadrianus *Bitter*. Et post pauca subditur, Capta autem ciuitate, interfectus est *Barcocha*. Et allato capite eius coram Hadriano, dixit Hadrianus, Quis hunc occidit? Ait miles quidam, Ego eum occidi. Dixit ei Hadrianus, Vade & addnc ad me eius truncum. Iuit ille, & serpentem collo eius inuolutum inuenit. Quo allato, ait Hadrianus, Nisi Deus suus hunc occidisset, quis aliquid contra eum potuisset? Legitur enim de eis Deut. 32. אם לא כי צורם מכרם ויהוה הסגירם Hoc est, Nonne quia Deus eorum vendidit eos, & Dominus conclusit illos? Neque interficientes cessabant, quousque equus vsque ad os per sanguinem iret. Sanguisque tantus erat, vt lapides maximos voluens, duceret. Fluebatque vsque ad mare, quod

D

E

*Vrbis Bitter captio, eiusdemq; falsi Messiæ interfectio.*

F

*Maxima Iudæorum strages.*

G

quatuor passuum millibus ab vrbe *Bitter* distabat. Eratque Hadriano vinea duodeviginti millia passuum habens longitudinis, totidemque latitudinis, quam sepium ex cadaueribus in *Bitter* occiliorum. Sepis autem altitudo, hominis statura erat, quantum pedibus manibusq; se poterat attollere. Durauit autem *Bitter* post domus secundæ sanctæ destructionem, annis 52. & destructa est. In libro quoque qui מסכת גטין *Massechet ghittin*, id est tractatus diuortiorum dicitur, in capite המוציא *Hamotsi*, id est, Damna, ita ad verbum legitur, Tradidit R. Eliezer, duo flumina esse in regione Ierico, quorum vnum hinc, & alterum inde protenditur. Æstimauerunt autem illa sapientes, & erat tertia pars eorum sanguis effusus. Per septem quoque annos populi gentium vindemiauerunt vineas suas, ex limo sanguinis Iudæorum simantes eas, absque alio limo. Habetur præterea ibidem, Quòd Hadrianus interfecit ex Iudæis in Alexandria quidem Ægyptiorum septuagies decem millia, id est, duplo plures iis qui tempore Mosis de Ægypto egressi sunt. In *Bitter* verò 45000.

Quidam tamen aiunt, quater millesies decem millia interfectorum in *Bitter* fuisse. Hæc ego an vera sint, non affirmo. Satis tamen sit, per eorum scripturas probasse, infinitam pene eorum stragem ab Hadriano Dei iudicio factam fuisse. Ad cuius confirmationem, Ezechielem Prophetam adduco, qui destructionem hanc *Bitter* futuram præsignans, ita cap. 5. ait ואתה בן אדם קח לך חרב חדה תער הגלבים תקחנה לך והעברת על ראשך ועל זקנך ולקחת לך מאזני משקל וחלקתם: שלישית באור בעיר בתוך העיר כמלאת ימי הצור ולקחת את השלישית תכה בחרב סביבותיה והשלשית תזרה לרוח וחרב אריק אחריהם: ולקחת משם מעט בספר וצרורת אותם בכנפיך: ומתוכם עוד תקח והשלכת אותם אל תוך האש ושרפת אתם באש תמצנו מכל בית ישראל: Id est, Et tu fili hominis sume tibi cultrum acutum, radentem pilos. Et assumes eum tibi, & duces per caput tuum, & barbam tuam. Et assumes tibi stateram ponderis, & diuides eos. Tertiam scilicet partem combustione combures in medio ciuitatis, iuxta completionem dierum obsidionis. Et assumes tertiam, & percuties gladio in circuitu eius. Et tertiam sparges ad ventum, & gladium euaginabo post eos. Et assumes inde modicum in numero, & ligabis eos in alis tuis. Et ex eis adhuc tolles, & mittes eos in medium ignis, & combures eos igni. Et ex eis egredietur ignis in omnem domum Israel. Hæc ille. Per tertiam igitur partem quam in ignem proiecit, eos qui de illo populo incendio vastati sunt, intelligere debemus. Per tertiam verò quam gladio feriri iussit, eos qui ferro interempti sunt, intelligimus. Per tertiam autem quam ad ventum dispertit, illi qui in captiuitatem ducti fuerunt, intelliguntur. Per reliquam verò, quam in summitatibus pallij ligari præcepit, eos qui vt conuertantur in fine restant, designauit.

De quibus Apostolus ad Romanos scribens 11. cap. sic ait, Cæcitas ex parte contigit in Israel donec plenitudo Gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret. Ex his præmissis palam est, nullam aliam ob causam Iudæos tam per Vespasianum & Titum, quàm per Hadrianum tam multiplici ac



A

B

C

D

E

F

G

*Confutatio.*

*R. Salomonis expositio.*

sæuissima animaduersione percussos fuisse, nisi quia vero Messia reprobato, atque atroci morte perempto, falsos Messias receperunt.

## CAPVT XXII.

*Quinta ratio qua ostenditur primi aduentus Messiæ tempus iam præterisse, ex Israelitici populi punitione. Et quòd Iudæi in aduentu Messiæ ob mortem quam ei illaturi erant, multiplici pœna multandi essent.*

## CAPNIO.

QVIA ad probandum Messiam iam venisse nullum aduersus Iudaicam perfidiam tam efficax argumentum esse potest, quàm per eorum scripturas ostendere, captiuitatem hanc nouissimam in qua sunt, in mortis Christi pœnam eis contigisse, eam ob rem haud incongruè nunc probandum esset, & stragis illas quas tum per Vespasianum & Titum, tum per Hadrianum ex ipsis factas fuisse commemorasti, & ærumnosas clades, quibus per orbem dispersi, crudelius in dies affligi nunquam desinunt, eos propter Messiæ mortem, quam iniquè atque crudeliter patrauerant, perpessuros fuisse. GAL. Omnia hæc longè ante per Prophetas prænunciata fuerunt. Quòd enim Iudæi in primo Messiæ aduentu, ob mortem quam ei illaturi erant, multis pœnis, multisque flagellis puniendi essent, hoc non modò Angelus Danieli retexit, vt superiùs in 70. hebdomadum expositione dictum est, sed plerique etiam Prophetarum prædixerunt. Et præsertim Isaias hæc 28. dicens, לכן שמעו דבר יהוה אנשי לצון מושלי העם הזה אשר בירושלם: כי אמרתם כרתנו ברית את מות ועם שאול עשינו חוזה שוט שוטף כי יעבור לא יבואנו כי שמנו כזב מחסינו ובשקר נסתרנו: לכן כה אמר אדני יהוה הנני יסד בציון אבן אבן בחן פנת יקרת מוסד מוסד הם מאמין לא יחיש: ושמתי משפט לקו וצדקה למשקלת ויעור ברד מחסה כזב וסתר מים ישטופו: וכפר בריתכם את מות והזותכם אין תקום שוט שוטף כי יעבר והייתם לו למרמס: מדי עברו יקח אתכם כי בבקר בבקר יעבר ביום ובלילה והיתה רק זועה הבין שמועה: כי קצר המצע מהשתרע והמסכה צרה כהתכנס: כי בהר פרצים יקום יהוה כעמק בגבעון ירגז לעשות מעשהו זר מעשהו ולעבד עבדתו נכריה עבדתו: ועתה אל תתלוצצו פן יחזקו מוסריכם כי כלה ונחרצה שמעתי מאת אדני יהוה צבאות על כל הארץ Hoc est, Propter hoc, audite verbum Dei homines illusores, dominantes populo huic, qui est in Ierusalem. Quoniam dixistis, Percussimus fœdus cum morte, & cum sepulchro fecimus pacem, flagellum inundans cùm pertransierit, non veniet super nos. Quia posuimus mendacium spem nostram, & falsitate protecti sumus. Eapropter sic dicit Dominus Deus, Ecce ego fundabo in Sion lapidem, lapidem fortem, angularem, pretiosum, fundamentum fundamenti. Qui crediderit, non festinet. Et ponam iudicium in mensura, & iustitiam in pondere. Et subuertet grando spem mendacij, & protectionem aquæ obruent, & delebitur fœdus vestrum cum morte, & pax vestra cum sepulchro non stabit. Flagellum inundans cùm pertransierit, eritis ei in conculcationem. Quandocunque pertransierit, tollet vos. Quoniam manè diluculo pertransibit, die noctuque. Et erit tantummodo commotio & tremor, intelligere auditum. Coangustatum est enim stratum, vt extendatur, & cooperimentum abbreuiatum est, vt dorso adhæreat. Nam sicut in monte diuisionum, surget Deus, sicut in valle quæ est in Gabaon, irascetur; vt faciat opus suum: alienum est opus eius: vt operetur opus suum; extraneum est opus eius. Nunc autem nolite illudere, ne forte flagella vestra fortiora efficiantur. Destructionem vltimam audiui à Domino Deo exercituum super omni terra. Et reliqua vsque ad vigesimi noni capitis finem. Super hanc Prophetiam quicquid iuniores Iudæorum dicant, dempto Rabbi Selomone, omnes deliranti: cùm rectè nonnisi Domino nostro Iesu aptari possit. Quamuis enim si vt decet intelligatur, per illa, Ecce ego fundabo in Sion lapidem, lapidem fortem, angularem, preciosum, fundamentum fundamenti, reliqua tota Prophetia facile ex seipsa pateat, R. tamen Dauid tanquam is qui dummodo Christi mysterium, veritatemque fugiat, Prophetias omnes à vero sensu peruertere non curat, partem hanc Hezekiæ Regi tribuit, sic dicens, Ecce ego fundabo in Sion lapidem, id est Regem bonum, Hezekiam scilicet, quem lapidi forti, qui in angulo fundamento ponitur, assimilauit: per cuius manus populus ab hoste, & ab inimico liberabitur, propterea quia populum ipsum ad bonum reducet, & impios malosque perdet. Clausulam quoque illam, Qui crediderit non festinet, sic accommodat, atque exponit: Cùm enim (inquit) maior eorum pars diebus Achaz veris Prophetæ non adhiberet fidem, idcirco his vti voluit verbis: ac si diceret, Siquis in vobis est, qui Prophetiam hanc verificatam videre cupiat, non festinet, id est non putet ipsam fic de proximo venturam, etsi eam omnino adimpletam videat. Hæc R. Dauid ille perfidus. Cuius quidem expositionis falsitas ex ipsius Prophetiæ processu manifestè apparet: ex ea enim colligitur Iudæos per hunc regem mala innumera passuros fuisse: per Hezekiam autem, sicut etiam ipse asserit, non tantùm eos nulla pati mala contigit, verùm ab hoste quoque Sennacherib liberati fuerunt. Quamobrem Prophetiam hanc de ipso Hezekia loqui, dici minimè potest. Cùm etiam ex ea clausula, Qui crediderit, non festinet, Prophetiam de proximo verificandam non fuisse, dicit, aperte sibi ipsi contradicere videtur. Nam si in diebus Achaz (vt ipse ait) dicta fuit, post quem Hezekias ipse immediatè successit, nonne satis citò consummanda erat? Constat igitur hanc Prophetiæ partem non de Hezekia, sed de Messia necessariò intelligi debere. Quod primò per Targum Rabbi Ionathæ liquidò patet, qui sic locum hunc Chaldaicè traduxit, atque exposuit, אמר יהוה אלהים הא אנא מכני בציון מלכא משיחא מלכא תקיף ותיבר Id est, Dixit Dominus Deus, Ecce ego constituo in Sion Regem Messiam, Regem potentem, robustum & fortem. Deinde per R. Selomonem, qui Prophetiam ipsam de Messia expo-

nens, ita inquit, Ecce ego sum qui in Sion, id est, in A tis. Simili quoque modo & pax vestra à me vobis
mente mea fundaui, id est, decreui, Messiam regem promissa, cum sepulchro, scilicet ipsius Messiæ,
constituere, qui lapis fortis, fundamentumque non stabit. Ex eo enim infinitas perpessuri estis
fundamentorum erit. Ita vt qui crediderit Pro- calamitates, vobisque continuè bellum geram.
phetiam hanc venturam esse, non festinet, hoc est, Cuius quidem expositionis veritas ex eo maximè
aduentum eius non desideret. Hæc ille. Qua qui- confirmatur, Quia si secus Prophetia exponere-
dem expositione stante, ex Messiæ aduentu vlti- tur, nequaquam ita bene coaptari posset, quin
mam hanc Iudæorum destructionem secuturam, plura inconuenientia, pluresque contradictiones
per hanc Prophetiam prænunciatum fuisse, abs- inde sequerentur. Idcirco autem hoc loquendi
que dubio videmus. Quare neque Prophetia ipsa modo vsus est, vt ostenderet, ipsos mysterium hoc
de Messia, quem Iudæi falsò venturum expectant B suis verbis quodammodo prophetasse. Perinde
verificari potest: cùm ab eo infinita bona se rece- ac diceret, Quoniam dixistis, Percussimus fœdus
pturos sperent. Vt autem R. Dauid aliorumque cum morte, & cum sepulchro fecimus pacem; &
recentiorum, qui Prophetiam hanc subuertere reliqua, Ideo vos rectè locutos esse aio. Nam sic
contendunt, peruersitas clarius videatur, in vera i- dicit Dominus Deus, Ecce ego fundabo in Sion
psius Prophetiæ expositione, quam nunc aggre- lapidem, id est constituam Messiam, per quem e-
diar, sparsim eorum opiniones confutandæ recita- loquia vestra verificabuntur. Eius enim causa pas-
buntur. Dico igitur per Prophetiam hanc, totum suri estis mala cuncta, atque flagella, quæ super vos
Vera & Catholica huius Prophetæ expositio. Iesu Christi mysterium summatim prænarratum venire non posse dixistis, necnon & alia infinita.
fuisse. Cùm enim Iudæorum temporibus Achaz Quare immediatè subdidit, Flagellum inundans
existentium opera praua Prophetæ reprehenderet, C cùm transierit, eis in conculcationem eritis; cum
mysterium hoc eis prædicere volens, vt eis osten- reliquis quæ subiiciuntur. Huius autem expositio-
deret, quòd eorum successores vitam ipsorum se- nis veritas ex eo potissimùm patet quod dicitur,
quentes, tandem peruenturi essent, Audite, inquit, Sicut in monte diuisionum surget Deus; sicut in
verbum Dei homines illusores, dominantes po- valle quæ est in Gabaon irascetur, vt faciat opus
pulo huic, qui est in Ierusalem, Quoniam dixistis, suum, alienum est opus eius: vt operetur opus su-
Percussimus fœdus cum morte, & cum sepulchro um: extraneum est opus eius. Quibus ex verbis a-
fecimus pacem: Hoc est, Propterea quòd vos ma- perte colligitur, quòd, vt R. Dauid ex patris sui
iores aliis causa mali estis, nolentes Dei mandata sententia testatur, opus illud quod contra Israel
seruare, neque Prophetarum eius monitis obtem- facturus erat, ideo extraneum atque alienum à
perare, dicentes, Percussimus fœdus cum morte, & D Deo esse dicitur, quia Deus ipse sua voluntate ad
cum sepulchro fecimus pacem, ita vt de nullo cu- illud venire non debebat, cùm eius propositum
remus, idcirco sic dicit Dominus Deus, Ecce ego eò maximè tenderet, vt lapidem illum pro bono
fundabo in Sion lapidem, id est Regem Messiam, eorum, & non pro malo fundaret. Quod si con-
(vt R. Ionathas ex priscis, & R. Selomo ex iuniori- trarius secutus sit effectus, non Deo, sed ipsis as-
bus exponunt) qui quidem Messias erit lapis an- cribenda est causa. Et ne tanquam illusores quo-
gularis, preciosus, atque fundamentum fundamenti, id est fundamentorum. Qui crediderit non
festinet: id est, iuxta eiusdem R. Selomonis glos- sam, qui crediderit Prophetiam hanc venturam
sam, qui crediderit Prophetiam hanc venturam esse, non festinabit, id est, aduentum eius non de- E
siderabit. Hoc est, Qui de Iudæis Messiam ventu-
rum crediderit, intelligens mala, quæ in eius ad-
uentu super eos oritura sunt, aduentum ipsius fe-
stinare non desiderabit, quin potius Deum, vt i-
psum differat, rogabit. Quæ quidem mala, Pro-
pheta statim enumerat, dicens, Et ponam iudi-
cium in mensura, & iustitiam in ponderes: cum cæ-
teris quæ sequuntur. Quæ ideo dicit, vt salutis si-
ue damnationis eorum terminum tunc ponen-
dum fuisse denotaret, eo scilicet modo, vt spes
mendacij eos falleret. Vnicuique enim in aduen-
tu Messiæ pro meritis siue gratia siue pœna retri-
buenda erat. Et cum eos pro maiori parte in dete-
riùs declinaturos Propheta videret, antequam ad
malorum quæ passuri erant, expressionem veni-
ret, causam ipsorum quæ non alia quàm mors
Messiæ futura erat, assignare volens, ita subiecit; Et
delebitur fœdus vestrum cum morte, & pax ve-
stra cum sepulchro non stabit. Quasi diceret, Fœ-
dus quod cum patribus vestris, Abraham, Isaac, & G
Iacob, eorumque semine iniui, cum morte, scili-
cet Messiæ, quæ per vos perpetranda erit; delebi-
tur, soluetur que. Vos enim per mortem quam ip-
si Messiæ illaturi estis, fœdus illud irritum facie-

CAPVT



## CAPVT XXIII.

*De peccatis Iudæorum tempore primi & vltimi templi commissis. Et de morte Zachariæ & Isaiæ Prophetæ. Et quæ fuerit huius nouissimæ captiuitatis eorum causa. Deq; odio gratis, quo Christum persecuti sunt.*

## CAPNIO.

IVDÆI nostri seculi id penitus negantes, aiunt captiuitatem hanc nouissimam non in pœnam mortis Iesu Nazareni, sed propter peccata patrum suorum sibi euenisse.

GAL. Facilè est in hoc eos conuincere, atque falsiloquos esse ostendere, si scelera eorum primi & vltimi templi temporibus perpetrata, considerantur. Quare in primis ea quæ in Talmud Ierosolymitano, in libro יומא *Ioma*, id est Diorum, in capite שבעת ימים *Sibat tamin*, id est septem dies, scribuntur, referam. Ibi enim Rabbi Iohanan ita dixisse legitur; Inuenimus Silo (quod est proprium loci nomen prope Iordanem fluuium) non fuisse destructum, nisi propterea, quia prophanauerunt sanctuaria, & spreuerunt solennitates. Et inuenimus hoc non fuisse, nisi quia coluerunt idola, & reuelauerunt pudenda, effuderunt que sanguinem. In secunda autem domo sancta, nouimus omnes eos fuisse laborantes in lege, monentesque seruari præcepta, ac decimationes. Omnisque mos & habitus bonus fuit in eis, nisi quòd erant amatores pecuniarum, & odientes alij alios odio gratis. O quàm graue est odium gratis, quod præponderat reuelationi pudendorum, & idololatriæ, ac sanguinis effusioni! Dicitur præterea, quòd R. Esra, & R. Iacob, ac Rab Huna erant sedentes, ac dicentes, Quod fuit primò, fuit reædificatum: quod verò secundo fuit, non est reædificatum: quia primi quidem egerunt pœnitentiam, secun- E di verò non egerunt. Dixit R. Eleazar, Priores pœnitentiam egerunt, ideo & peccatum eorum reuelatum fuit, & finis captiuitatis eorum reuelatus quoque fuit. Nouissimi pœnitentiam non egerunt, idcirco neque peccatum eorum reuelatum, neque finis captiuitatis eorum reuelatus est. Quæ fierunt à R. Eleazar, an generationes posteriorum Iudæorum digniores essent, quàm priorum. Et dixit ea, Testimonium eorum in domo electionis. Ipsa enim domus arguit hoc. Nam patres nostri ædificauerunt inde tectum, nos autem parietes F fundius euulsimus. Sicut dictum est Psalm. 137. ערו ערו עד היסוד בה Id est, Diruite, diruite vsque ad fundamentum in ea. Hæc omnia traditio. In eodem quoque libro יומא *Ioma*, in cap. שבעת ימים לפני יום הכפורים id est, Septem dies ante diem propitiationis, ita dicitur, Sanctuarium primum quasi horum destructum fuit? Ob tria, quæ ibi fuerunt. Fuit enim ibi idololatria, reuelatio pudendorum, id est, luxuria, & effusio sanguinis. Fuit inquam ibi idololatria: sicut scriptum est I- G te apud veteres Hebræorum inueni. De morte Zachariæ igitur Zachariæ dicam quæ variis in libris legi, & præsertim in Talmud Ierosolymitano in libro תענית *Taanith*, id est de Ieiunio. Et super planctum Ieremiæ, super illud 2. cap. dictum,

Peccata Iudæorum primi templi. Idololatria.

Luxuria.

Sanguinis effusio.

Zachariæ mors.

Destruxit Dominus, & non pepercit omnibus preciosis Iacob. Et in *Midras iabbeth*, id est, in expositione Ecclesiastis, super illud 10. capit. scriptum, Si Spiritus dominantis ascenderit super te; cum cæteris. His omnibus in locis ita legitur, Scriptum est, Si Spiritus dominantis ascenderit super te, locum tuum ne dimittas. Si datum fuerit tibi dominium desuper, ne derelinquas morem humilitatis tuæ: vt docearis, quòd omnis qui dimittit humilitatem suam, inducit sibi mortem, & peccatum generi suo. Et à quo hoc discis? A Zacharia, de quo dictum est 2. Paralipom. 24. cap. Et Spiritus Dei induit Zachariam filium Ioiadæ sacerdotis: stetitque desuper populo. Et quid? Ambulabat ne super capita populi? Non, sed quia videbat se maiorem omni populo. Erat enim gener Regis, & Sacerdos, & Propheta, & Iudex. Cœpit igitur loqui grandia dicens, Sic ait Dominus, Cur vos transgredimini præcepta Domini? Idcirco non prosperabimini: dereliquistis enim Dominum, & ipse derelinquet vos. Quare ilico interfecerunt eum: sicut dictum est 2. Parap. 24. cap. Et conglobati sunt super eum, & lapidauerunt eum lapidibus ad imperium regis, in ambitu domus Domini. Non autem occiderunt eum in atrio Israel, neque in atrio mulierum, sed in atrio sacerdotum. Et non seruauerunt in sanguine eius ritum sanguinis damulæ, neque ritum sanguinis cerui. De ceruo siquidem & damula scriptum est Leuit. 17. cap. Et effundet sanguinem eius, & operiet ipsum humo. De sanguine autem huius scriptum est apud Ezechielem 24. Sanguis enim eius fuit in medio eius, super limpidissimam petram posuit ipsum. Non effudit eum super terram, vt operiretur humo. Et hoc totum quare? Ad superinducendam indignationem, & ad vlciscendam vltionem, dedit sanguinem super limpidissimum lapidem, ne operiretur. Septem transgressiones fecit Israel in die illo. Interfecit sacerdotem, & Prophetam, & legalem iudicem, effuditque sanguinem innocentem, ac polluit atrium domus Domini, atque sabbatum, & dies propitiationis erat. Hactenus traditio. De morte verò Isaiæ in libro יבמורת *iuamoth*, id est Fratriarum, in capit. quod incipit התולין *Habalze*, id est Discalceans, ita ad verbum scriptum reperi; Dixit Rabba, Manasses Isaiam iudicans iudicauit. Sic autem occidit eum: Dixit enim ei, Moses Magister tuus ait de Deo Exod. 31. Non videbit me homo, & viuet: tu autem dixisti 6. cap. Vidi Dominum. Item Moses Magister tuus dixit Deuteronom. 4. capit. Quænam est gens magna, quæ habeat deos appropinquantes sibi, sicut Dominus Deus noster omnibus invocantibus eum? tu verò dixisti 55. cap. Quærite Dominum, dum inueniri potest: invocate eum, dum propè est. Præterea Moses Magister tuus dixit Exod. 23. capit. in persona Dei, Numerum dierum tuorum complebo: tu autem dixisti 4. Regum 20. cap. Et addam super dies tuos quindecim annos. Dixit ergo Isaias, Scio ipsum talem esse, vt non audiat, si quid ei dixero. Quare invocauit nomen Domini, & à quadam cedro deglutitus est. Adduxerunt igitur cedrum, & simul cum ea fecuerunt ipsum. Cumque serra ad os eius peruenisset, emisit animam: eò quòd dixerat sexto capite, In medio populi polluti ego habito. Hæc ibi. Cap. Persequere nunc quæ de sceleribus Iudæorum tempore primi templi perpetratis adhuc dicenda sunt. Gal. De auaritia igitur, deque aliis innumeris quibus Iudæi primi templi fuerunt immersi criminibus, in *Echa rabbethi*, id est, in expositione planctus Ieremiæ, super dictum illud, Completa est iniquitas tua filia Sion, sic inter cætera dicitur; Rabbi Simon dixit, Melior fuit terror sigilli Assueri in Media, quàm 60. millium Prophetarum prædicatio, qui prophetauerunt in diebus Eliæ, auaritiam scilicet aliaque cætera facinora Iudæorum reprehendentes. Abieceruntenim legem Dei, iuxta illud Isa. 5. capit. dictum, Abieecerunt legem Dei exercituum, & verbum sancti Israel contempserunt. Propter hoc auctus est indignatio Domini in populum. Pauperibus quoque nihil erogabant, quin potiùs ab eis propria auferebant: iuxta illud Isa. 3. capite dictum, Rapina pauperis in domibus vestris. Quid vobis, quòd atteritis populum meum, & faciem pauperis commolitis? Quòd autem pecuniam nimis amarent, habetur apud Ieremiam 6. capit. ita dicentem, A paruo vsque ad magnum eorum, omnis thesaurizans thesaurizauit, & à Prophetavsque ad sacerdotem, vniuersus facit dolum. Et alia infinita de sceleribus Iudæorum primi templi in libris Prophetarum inueniuntur. Sed ne plura ipse dicam, Ezechielem in medium afferam 22. capit. hæc de eorum flagitiis prometentem, Ecce prælati Israel quilibet ad brachium suum fuerunt in te, ad effundendum sanguinem, patrem & matrem vilipenderunt in te, aduenæ fecerunt violentiam in medio tui, pupillum & viduam seduxerunt in te, Sanctuaria mea spreuisti, & sabbata mea violasti. Viri detractores fuerunt in te, ad effundendum sanguinem, fœditatem fecerunt in medio tui. Pudor patris reuelatus est in te, immunditiam menstruatæ humiliauerunt in te, vnusquisque cum vxore proximi sui fecit abominationem. Et quilibet nurum suam polluit nefariè. Quilibet etiam sororem filiam patris sui humiliauit in te. Munus clandestinum acceperunt in te, ad effundendum sanguinem. Vsuram & superabundantiam accepisti, auaré proximos tuos calumniabaris, meique oblita es, ait Dominus Deus. Et post pauca, Congregatio, inquit, Prophetarum eius, in medio eius, tanquam leo rugiens, capiens prædam. Animam comederunt, facultates & pretium acceperunt, viduas eius multiplicauerunt in medio eius. Sacerdotes iniquam fecerunt legem meam, & prophanauerunt sanctuaria mea, inter sanctum & prophanum non fecerunt distinguere, & inter pollutum & mundum non præbuerunt noticiam. Principes eius in medio eius, velut lupi prædantes prædam, ad effundendum sanguinem, & ad perdendas animas, vt thesaurizaretur auaritia. Et rursus paucis interiectis, ait; Populi terræ calumniati sunt calumniam & rapuerunt rapinam, & pauperem ac mendicum seduxerunt, vel afflixerunt, & aduenam calumniati sunt absque iudicio. Et quæsiui ex eis virum sepientem sepem, & stantem in labe muri, ad faciem meam pro terra, vt non dis-

*Mors Isaiæ Prophetæ.*



sperderetur, & non inueni. Hæc omnia ibi, ad verbum ex Hebraico traducta. Vbi super illud: Animam comederunt, glossa R. Selomonis ait, Quia recipiebant clandestinum munus, confortantes manus malignorum ad occidendum, spoliandum, & diripiendum. Illud autem, Vt thesaurizaretur auaritia, R. Ionathas ita Chaldaicè traduxit, atque exposuit, Vt acciperent auidè ac fraudulenter diuitias. Ex his omnibus aperte liquet, quàm multiplicia, quàm magna, quamque enormia fuerint Iudæorum scelera, tempore primi templi admissa. Pro quibus omnibus non fuerunt nisi 70. annis in captiuitate Babylonica puniti. Iudæi autem secundi templi qui tot & tanta facinora non commiserunt (quia vt dicitur in libro יומא *ioma*, id est. Dierum in capit. Septem dies, erant in lege, in mandatis Dei, ac in operibus misericordiæ studiosi) longissima hac & diuturna captiuitate absque misericordia animaduersi sunt. Quare cum apud Deum qui iustissimus est, pœna peccato correspondere debeat, huius nouissimæ eorum captiuitatis aliam causam, quàm peccata patrum suorum Iudæi nostri temporis necessariò assignare debent. Nam si Iudæi priores, quorum flagitia fuerunt destructionis primi templi causa, in summo gradu (vt dictum est) extiterunt idolosatræ, Prophetarum occisores, legis diuinæ contemptores, atque abiectores, luxuria, auaritia, odio, aliisque sceleribus innumeris pleni, ac pietatis operibus, aliisque bonis actionibus vacui, (vt nunc per eorum scripturas probatum est) posteriores autem qui tempore secundi templi extiterunt, constat neque idololatras fuisse, neque Prophetarum homicidas, neque adeo luxuriosos, neque ita auaros, neque tantis facinoribus infectos, quin imò in lege studiosissimos, virtutibus prædictos, cunctisque bonis moribus adornatos, vt eorum attestantur scripturæ: idcirco aliam cuersionis secundi templi causam, quàm posteriorum Iudæorum scelera, eos reddere oportet: præsertim cum diuina iustitia vnicuique iuxta opera sua retribuat, & captiuitas hæc nouissima, respectu illius Babylonicæ, infinita pene sit. Illa enim propter omnia illa priorum flagitia 70. duntaxat duravit annos: hæc autem hucusque supra 1460. neque vllum adhuc finis, vel consummationis eius signum apparet. Quamobrem rationabiliter aliam nullam ipsius possunt assignare causam, quàm Iesu Nazareni veri Messiæ mortem, qui Deus & homo erat. Nam si purus homo fuisset, propter eius mortem, tam magna ac diuturna animaduersione perquisi non fuissent. Quod Moses Ægyptius apertè fatetur, ita in libro *Ioshua* dicens, ישוה הנוצרי נראת משיח ונתרג סבית הדין והיה ספרה שישראל נתרבה רב Id est, Iesus Nazarenus vitus est esse Messias, & interfectus est à domo iudicij, & fuit causa, vt Israel destrueretur gladio. Cap. Contra hæc Iudæi obiciunt, dicentes huius eorum destructionis captiuitatisque nouissimæ causam, non fuisse Iesu Nazareni mortem, sed odium gratis, hoc est sine causa, quod inter eos erat, quodque supradictis omnibus priorum, flagitiis præponderabat: ad quod probandum Talmudisticam autoritatem adducunt. In libro enim יומא *ioma*, id est Die-

*Quæ fuit huius nouissimæ captiuitatis causa.*

*Obiectio Iudæorum tuentium.*



rum, in capit. quod incipit, שבעה ימים לפני יום הכפורים Id est, septem dies ante diem propiciationis, ita inter cætera legitur, Sanctuarium secundum de quo certi sumus, quòd erant studiosi in lege, & in mandatis, ac in operibus misericordiæ, quamobrem destructum est? כסבור שנאת חנם Id est, propter odium gratis. Vt docearis, quòd odium gratis quod fuit inter eos, præponderat tribus sceleribus prædictis: quæ fuerunt idololatria, reuelatio pudendorum, & effusio sanguinis. Gal. Hæc eorum obiectio mihi certè eis prodesse potest: cùm odium gratis inter priores illos etiam fuerit, quo tam maiores, quàm inniores se inuicem petebant, inuicemque interficiebant. Nam eodem in libro, eodemque capit. sic immediatè sequitur, Et in sanctuario primo nonne fuit odium gratis? Ecce enim scriptum est Ezech. 21. cap. Prostrati gladio fuerunt populus meus. Dixit R. Eleazar, Hi fuerunt filij Adam, qui inuicem comedebant, & bibebant: & alter alterum gladiis linguarum suarum transigebat. Et fortassis dices, Numquid hoc erat in Principibus Israel? Etiam. Scriptum est enim (vbi supra, scilicet) Clama & vlula fili hominis, quia ipsa quæ fuit in populo meo, ipsa est in omnibus Principibus Israel. Vbi glossa R. Selomonis ait, Ipsi scilicet romphæa vel gladius qui fuit in populo, modò est & in omnibus Principibus eius. Ex quibus manifestè patet, odium gratis in Iudæis quoque prioribus tempore primi templi existentibus, acriter fuisse. Nullum præterea odium gratis quod in puros homines fieri solet, cum illo odio gratis conferri potest, quo Iudæi priores (vt dictum est) & Zachariam Prophetam lapidauerunt, & Isaiam non obstante arboris ipsum suscipientis miraculo, medium secuerunt, & Ieremiam crudeliter afflixerunt, aliosque innumeros Dei Prophetas gladio peremerunt. Quamobrem aliud odium gratis propter quod vltimum templum euersum fuit, ac Iudæi in nouissimam hanc captiuitatem dispersi sunt, in posteriores Iudæis fuisse, dici necesse est, quod & antedicto duplici odio gratis, & cæteris omnibus priorum flagitiis præponderare potuerit. Siquidem vltionis grauitas, offensionis arguit grauitatem. Impossibile est autem (vti ex prædictis innotuit) huiusmodi odium gratis aliud in vltimis Iudæis fuisse, quàm illud, quo (vt præmemorata testatur traditio, in principio huius capitis inducta) hi ipsos, hoc est, Iudæi nouissimi Saluatorem nostrum eiusque discipulos gratis, id est, sine causa & perfecuti sunt, & perfequuntur. Messias quippe quem ipsi occiderunt, Deus & homo fuit. Quare odium quo eum gratis & affecerunt, & adhuc afficiunt, merito omnibus priorum Iudæorum odiis, vniuersisque sceleribus præponderat. De quo cum pœnitentiam agere nolint, quamdiu in perfidia obstinati permanserint, nunquam eorum miserebitur Deus. Quocirca constat plane impletum esse quod attestante Chrysostomo, Deus per Prophetam suum protulit, cum ait, Psalm. 35. אל ישמחו לי אויבי שקר שנאי חנם יקרצו עין: כי לא שלום ידברו ועל רגעי ארץ רברי מרמות יחשבון וירחיבו עליהם Id est, Nè exultet mihi inimici mei mendaciter, odientes me gratis

*Odium gratis, quo Christum Iudæi persecuti sunt.*

frangent oculum, id est annuent oculo. Non enim pacem loquentur, sed super minutiis terræ verba fraudium cogitabunt. Et dilatabunt contra me os suum: cum cæteris quæ sequuntur. Et rursus Psalm. 68. רבו משערות ראשי שנאי חנם Id est, Multiplicati sunt super capillos capitis mei odientes me gratis. Quæ redemptor noster de se dicta fuisse, manifestè ostendit, dum dixit, Vt impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est, Quia odio habuerunt me gratis. Quod autem Psalterium, & cæteri 24. sacræ scripturæ libri, nedum Pentateuchus ipse, lex apud eos dicantur, satis Talmudistæ diuersis in locis testantur.

## CAPVT XXIV.

*Confirmatio præmissorum ex Messiæ venditione & mercatione.*

### GALATINVS.

PROPTER Messiæ quoque veri Dei & hominis venditionem ac mercationem, Iudæos nouissimam hanc subiisse captiuitatem ex verbis Amos Prophetæ optimè probatur, ità cap. 2. dicentis, כה אמר יהוה על שלשה פשעי ישראל ועל ארבעה לא אשיבנו על מכרם בכסף צדיק ואביון בעבור נעלים Hoc est, Ita dixit Deus, Super tribus sceleribus Israel, & super quatuor non conuertam eum, vel non reducam eum, vel non transferam eum, eo quòd vendiderit, vel mercatus fuerit pro argento iustum, & pauperem pro calceis. CAP. Iudæi nostri temporis quoniam per hanc Prophetiam fateri veritatem maximè coguntur, ideo vt veritatem ipsam effugiant, verum ipsius Prophetiæ intellectum multis cauillationibus peruertere nituntur. Quare vellem falsas eorum obiectiones veridicis (vt soles) responsionibus refelleres. GAL. Faciam equidem quàm libentissimè. Vt igitur meliùs eorum arguantur calumniæ, tu quidem eorum obiecta singillatim referes. Ego autem vnum quodque eorum, priscorum gentis suæ sententiis, confutare conabor. CAP. Primùm itaque sic obiiciunt, Cùm Prophetæ priùs de sceleribus Iudæ meminerit, deinde de sceleribus Israelis loquatur, scelus autem in Iesum Nazarenum commissum, non ab Israel, sed à Iuda patratum fuerit, sanè ex hoc textu nihil contra se inferri posse aiunt. GAL. Hæc obiectio nulla profectò est. Nam etsi tempore primi templi Israel à Iuda separatus fuerit, tempore tamen secundi templi ambo inter se vniti fuerunt, simulque congregati: quoniam omnibus tam de Israel, quàm de Iuda à Cyro Persarum rege redeundi facultas è Babylonica captiuitate data fuerat: vt patet Nehemiæ 7. & 8. cap. Omnesque regressi, tempore secundi templi in suis ciuitatibus habitauerunt, atque omnes Israel vocati sunt: vt habetur in calce secundi capitis, & in principio tertij libri Esræ. Quod ergo in Prophetiæ textu de sceleribus Iuda præmittitur, ad Iudæos qui ante primi templi destructionem erant, referitur, cùm ibi de Israel tunc non esset. Quod autem de sceleribus Israel subiungitur, secundi templi tempora atque excidium respicit, cùm omnes de Israel & de Iuda tunc ibi existerent, omnesque vno nomine Israel appellarentur.] Peccatum præterea quod Iuda tantummodo fecit, peccatum Iuda dicitur: quod autem Iuda & Israel commiserunt simul, peccatum Israel appellatur. Cùm igitur tunc Ierosolymis cum Iuda magna pars filiorum Beniamin & Leui fuerit, imò ex omni Israel qui ad Paschæ celebrationem confluxerat, iure pars debuit totius suscipere nomen. Quare cùm omnes ferè morti Christi consenserint, non abs re huiusce sceleris perpetratio toti Israeli attribuitur, totusque Israel destruitur, atque totus per orbem nunquam reuersurus, dispergitur. CAP. Cùm Israel Christum non vendiderit, sed ipsum à Iuda Iscarioth solummodo emisse legatur, non rectè nos Christianos sentire aiunt, cùm propter iusti Iesu venditionem, captiuitatem hanc nouissimam eis accidisse dicimus: quia ipsi (vt dictum est) iustum hunc non vendiderunt, sed mercati fuerunt. GAL. Ad hoc primùm dicimus, quòd מיכרם *Michrum* Hebraicum verbum, quod in hac Prophetia ponitur, æquiuocum est, & tam mercationem, quàm venditionem significat. Si ergo illud in sensu mercationis (vt quibusdam placet) hic accipitur, dicimus meritò eis captiuitatem hanc euenisse, eò quòd mercati fuerint argento iustum. Sin autem in sensu venditionis (vt frequentiùs sumitur) accipiatur, tunc dicimus, quòd cùm Israel, vt Christus venderetur, consensum, auxilium, consiliumque pro viribus adhibuerit, omnes de Israel non minùs quàm si ipsi vendidissent, scelus hoc admiserunt. Neque enim idola vnquam Selomo effinxit, sed quia vxoribus & concubinis effingentibus assensum præbuit, cum effinxisse scriptura tradit. CAP. Iudæorum recentiorum pars maxima scelus hoc propter quod captiuitas hæc vltima Israeli contigit, Ioseph iusti venditionem fuisse asserit, qui à fratribus argento venundatus est. GAL. Hanc fugam nihil eis suffragari posse, ex eo potissimùm patet, quòd vbicunque primum, secundum, tertium, & quartum memoratur scelus, inter ipsa profectò scelera ordinem secundum priùs & posteriùs esse oportet. Ordine igitur quo scelera Israel patrata fuerunt procedendo, constat quòd primum eorum scelus fuit, cum Ioseph fratrem suum 20. argenteis vendiderunt. Ob quod in Ægypto annis 210. captiui fuerunt. Post quos ducibus Mose & Iehosua, ad terram eorum ipsos Dominus reduxit. Secundum scelus fuit, cùm promissionem de Messia sub nomine Dauid patribus factam, despexerunt, dicentes, Non est nobis pars in Dauid. Et cùm duos sibi vitulos formantes, atque adorantes, dixerunt, Hi sunt dij tui Israel; & reliqua. Et ob hoc scelus captiuauit eos Dominus per Regem Assyriorum. Tertium scelus fuit, cùm varia colentes idola, ipsis non solùm bellias, verùm proprios quoque filios immolabant, & cum Prophetas qui eos de hoc aliisque vitiis arguiebant, occiderunt. Propter quod scelus à rege Babylonis 70. annis captiuati sunt. De vtraque autem captiuitate ista prædicta, reduxit eos Dominus tempore Esræ. Quartum denique scelus fuit, quando, vt ait Propheta ista, Iustum, hoc est Messiam, argento

*Iudæorum obiecta.*

*Primum obiectum.*

*Responsio.*

*Secundum obiectum.*

*Tertium obiectum.*

*Ioseph.*

*Quartum obiectum.*

*Ioseph.*

*Responsio.*



gento vendiderunt, vel potiùs mercati sunt, & morti tradiderunt. Propter quod scelus à Romanis hac nouissima captiuitate captiuati sunt, à qua nunquam eos Dominus reducet, quamdiu scilicet tales fuerint. Cum igitur venditio Ioseph primum in ordine scelus fuerit, ob quod durissimam postmodum Pharaonis seruitutem subierunt, quartum propter quod hanc tam diuturnam sustinent captiuitatem, minimè dici potest; maximè cùm diuina iustitia nunquam pro eodem crimine bis puniat. CAP. Quidam hac moti ratione, iustum illum ob cuius venditionem captiuitatem hanc irrenocabilem subeunt, concedunt quidem Ioseph non fuisse, non tamen propterea veritatem fatentur, sed longè magis negant. Non enim iustum illum Iesum Nazarenum extitisse aiunt, sed alium quendam iustum cuius nomen ignoratur. GAL. Hoc certè dictum quàm inane irrationabileque sit, ex eo maximè apparet, Quòd cùm crimen illud tam graue, tamque Deo præ cæteris abominabile fuerit, vt adhuc & nulla ipsum secuta sit remissio, & diuina indignatio propter ipsum in totum Israel tam diu inpacata fuerit, tamen is in quem commissum fuit, mortales omnes lateat. CAP. Alij etiam nonnulli dicunt, pro iusto isto, iustitiam hoc loco intelligi debere. Tunc enim iudices ac iustitiæ ministri, pecunia (vt aiunt) corrupti, pauperum hominum iusticiam passim paruo precio vendebant. GAL. Peruersa quoque est expositio ista: tum quia iustus & iustitia apud Hebræos diuersa sunt nomina. Nam iustus quidem צריק *tsadic*, iustitia verò צדק *tsedec* vocatur. Et textus non *tsedec*, id est, iusticiam, sed צריק *tsadic*, id est, iustum dicit: tum etiam quia de iusti huius venditione, siue mercatione & de pauperum oppressione, seorsum Propheta meminit. Præmisit autem iusti venditionem seu mercationem, vt ex hoc apertè insinuaret, ideo Iudæos captiuitatem hanc vltimam passuros fuisse, quia iustum illum essent venditum, vel potius mercaturi. Si præterea pro iusto hoc vendendo, pauperum iusticia, quæ venalis futura erat, intelligenda esset, nequaquam in huius sceleris punitionem tanta vltio subsecuta fuisset. Nam si pro delicti mensura pœna infligenda est, grauiora crimina grauiùs puniri debent: leuiora autem leuiori sunt pœna afficienda. Constat autem fratris venditionem, idololatriam, atque Prophetarum cædem, grauiora fuisse scelera, quàm iusticiæ pauperum venditionem. Si igitur quartum scelus fuit (vt asserunt) iusticiæ pauperum venditio, grauius primis tribus puniri non debuit: præsertim à Deo, qui suapte natura pronior ac facilior est ad miserendum, quàm ad puniendum. Si ergo Israelitæ ob quarti sceleris patrationem longè grauius, longè acerbius, longeque diutius, quàm propter trium præcedentium commissionem, puniti fuerunt, necessariò profectò sequitur, quartum scelus aliud quàm iustitiæ pauperum venditionem, multoque grauius fuisse, cùm eius pœna cæterorum pœnas quasi in infinitum excesserit. Nam etsi iure humano minora peccata grauiùs quandoque puniantur, in lege tamen diuina pro peccati mensura est plagarum modus, vt Deuteronom. 24. dicitur. Sed quod peccatum, aut fraterna venditione, aut idololatria, aut Prophetarum necatione, maius esse potuit? Certè aliud nullum, quàm ipsius Messiæ qui Deus & homo erat, ad mortem venditio, seu mercatio. Quod ex eo quoque patet, quia in Hebraico sermone huiusmodi reatus tali describitur vocabulo, quale ei qui Deum negauerit, imponitur: puri autem hominis ad mortem venditio, seu mercatio, Dei negationi æquari non potest. Quare iustum hunc ob cuius venditionem vel mercationem pœnam hanc pœnarum omnium maximam incursuri erant, Deum quoque, nedum hominem futurum fuisse, necessariò consequens est. CAP. Quærunt denique, si per iustum hic argento vendendum, Messias intelligitur, quis igitur fuit pauper ille, quem Propheta ibidem pro calceis venundandum dicit, cùm illicò subiecit, ואביון בעבור נעלים Id est, Et pauperem pro calceis? GAL. Vterque non alius, quàm vnus & idem verus Messias, quem Prophetæ & iustum & pauperem in primo aduentu venturum, prædixerant, & præsertim Zacharias sic 9. capit. dicens, הנה מלכך יבוא לך צדיק ונושע הוא עני ורוכב על חמור Hoc est, Ecce Rex tuus veniet tibi, iustus & saluator ipse, pauper sedens super asinam. Nequis ergo argentum illud, quo iustus ille vendendus erat, magni æstimaret, idcirco statim Propheta subdidit, Et pauperem pro calceis: ac si diceret, Argentum quo iustum & pauperem illum vendituri, vel mercaturi sunt, tanti erit, vt precio calceorum æstimari possit. Quod autem euidentius testimonium quærimus, Iudæos propter Messiæ veri Dei & hominis venditionem, seu mercationem, & mortem, hanc subiisse captiuitatem, quàm id, quod ipsimet apud se legunt? Nam vt in Talmud legitur, in ipso captiuitatis exordio, Hadrianus Cæsar decem ex Israel viros, qui doctrina, dignitate, ac genere cæteros excellebant, captos in carcerem misit, scisciatans nunquid iustum vendidissent? Lex enim vestra (inquit) decreuit, Vt mortis sententia multetur, quicunque Iudæum vendiderit. Et vos igitur secundùm legis vestræ iudicium, mori debetis. Quare ciusdem legis decreto variis supplicijs eos interfici iussit. Non enim omnes vna coercuit pœna, sed singulis singula sunt mortis genera prosita. Alius enim viuus decoriatus est, alius ferrei pectinis vnguibus lacceratus, alius igni crematus, reliquos verò mors quæuis diuersa consumpsit. Quemadmodum mortes illas & Talmudicus codex exponit, & liber מחזור *Machazor* testatur, in orationibus quas faciunt כפור כפות *Bessonu chippur*, id est, in ieiunio propitiationis, quod luna decima mensis Septembris, quem תשרי *Tisri* vocant, solenniter celebrant, על עשרה הרוגי מלכות סקיסר Hoc est, Super decem interfectos regni à Cæsare: vnde hæc excerpsi, כתחלת גלות ישראל סקיסר לקח עשרה מגדולי ישראל שהיו רבי ישמעאל בן אלישע כהן גדול: רבן שמעון בן גמליאל הנשיא. רבי עקיבא. רבי חנינא בן תרדיון רבי חוצפית המתורגמן רבי יהודה בן חבינאי. רבי יהודה בן דסא. רבי ישבב הסופר. רבי אלעזר בן שמוע. רבן יהוחנן בן בבאי ואמר להם דינו שפטן צדק לאשורו כי יומצא איש גונב נפש מאחיו מבני ישראל והתעמר בו ומכרו מה יהודין: הם השיכותו וכת הגנב החוא השיב ואמר איה אמותיכם אשר אתיתם מכרו ואתם קבלו דין שפים עליכם ואם היו חייים חבאתי דינם לפניכם

ואתם תשאו עון אבותיכם: Id est, In principio ca- A
*Interfecti ab Hadriano Cæsare, ob insti venditionem.*
ptiuitatis Israel, Cæsar cepit decem de maioribus: qui fuerunt R. Ismael filius Elisæi, sacerdos magnus; Rabban Simeon filius Gamaliels, Princeps; R. Akiba; R. Hanina filius Teradionis; R. Huspith interpres; R. Elazar filius Samua; R. Iudas filius Dama; R. Iesebab scriba; R. Iudas filius Hachinai; R. Iudas filius Baba. Et dixit eis, Iudicate iudicium iustitiæ rectè. Si inuentus fuerit vir, qui furatus animam fratris sui ex filijs Israel, prodiderit eam, atque vendiderit, quid erit? Respondentes autem dicentes, Morietur fur ille. Respondit, & ait Cæsar, Et vbi sunt patres vestri, qui fratrem suum vendiderunt? Et vos ergo recipite iudicium cœli super vos. Si autem ipsi viuerent, ducerem eorum iudicium coram vobis. Vos igitur iniquitatem patrum vestrorum portabitis. Hæc omnia ibi. Et sic ob scelus in venditionem iussi a patribus eorum commissum, diuersis eos fecit interire supplicijs, vt latius ibidem continetur. Vbi valde animaduertendum est, quòd volens Cæsar eos per legem eorum conuincere, verba Deuteronomij capite vigesimoquarto scripta, eis proposuit, dicens, Si inuentus fuerit vir, qui furatus animam ex filijs Israel, eam cum proditione vendiderit, quid erit? Illi autem proptio ore se ipsos condemnantes, verba etiam Deuteronomij eodem in loco immediatè sequentia responderunt, dicentes, Morietur fur ille. Quoniam autem ibi iussi huius, ob quem illi sunt ita puniti, non ponitur nomen: tum quia illud forte Talmudistæ tacuerunt: tum D
quia recentiores Iudæorum, quod verius est, illud inde deleuerunt: eam ob rem iuniorum ipsorum glossæ dicunt ibidem, iustum illum Ioseph filium Iacob fuisse, quem fratres in Ægypto vendiderunt. Et propterea Cæsarem sanguinem eius ab illis repetisse, eosque huiusmodi pœnis affecisse aiunt. Quare ne veritatem fateantur, in nefandissimam hæresim incidere compulsi sunt. Nam dum inter se quærunt, Cur potius isti, quam E
alij peccati fratrum Ioseph tulere pœnam? aliam rationem reddere nescientes, גלגולו של משורר *Gilgul nephasith*, id est reuolutionem animarum fuisse, dicunt: asserentes eam ob rem eos pro scelere fratrum Ioseph pœnas dedisse, quia illorum animæ in eis erant. Quod profectò tam absurdum est, vt confutatione non egeat. Est enim non solùm contra fidem rectam, ac sacram scripturam, sed contra rationem quoque naturalem. Rationi etiam minimè congruit, Cæsarem ab eis exegisse quod ad minimum mille quingentis annis antè factum fuisset, maximè cùm ea tempestate, qua venundatus fuit Ioseph, nulla lex esset, qua eos Cæsar mortis reos conuincere potuisset. Quocirca concludere necesse est, iustum hunc ob cuius venditionem & mortem, illi tam crudeli nece multati fuerunt, alium nemitem, quàm Iesum Nazarenum verum Messiam verumque Deum & hominem fuisse, in cuius vltionem post eius mortem annis ferè 40. transfictis, & Ierusalem funditus euersa est, & captiuitas hæc nouissima Iudæorum subsecuta. CAP. Quam ob rem non *Quare Iudæi non festum post Christi mortem pu-*
statim post Messiæ necem secuta fuit vltio, sed annis 40. post ea ipsis? GAL. Non abs re profectò id factum fuisse censendum est. Deus enim pa- tienter agit, nolens aliquem perire, sed omnes ad *nisi pœ-*
pœnitentiam reuerti, vt demum salui fiant. Quare vt Iudæi post tantum commissum scelus, pœnitentiæ tempus haberent, vindictam hanc per annos 40. differre voluit. Quod veteres quoque Talmudistæ qui Christi antecesserunt aduentum, & senserunt, & Spiritu sancto illustrati prædixerunt. Nam Rabbenu Haccados, in libro quem גלירזייא *Galeraseia*, id est, reuelatorem arcanorum nuncupauit, petitione 8. sic ait, Quadraginta annis post passionem suam Deus destructionem prorogabit, vt videat an ad eum conuertantur. Et B
post pauca, causam reddere volens, cur Deus magis quadragenarium, quàm alium accepturus esset numerum ad prorogandum puninonis tempus, hæc eadem verba subiecit: Accipiet autem Deus numerum quadragenarium, ratione illorum 40. dierum, quibus factus homo, in peccato originali in vtero matris ad membrorum compositionem moratur. Et quia Rex Messias venturus est, ad relaxandum hoc delictum, ad inferendasque animas in paradisum, ideo 40. annos expectabit, vnum C
annum pro vnoquoque die. Quemadmodum exploratores quos misit Israel ad inquirendam terram promissionis, & ad veritatem indagandam 40. dies in itinere morati sunt, dicentes, quicquid Deus dixerat, falsum esse, ideoque in eam ingredi nolebant. Omne id de Israel figuratum est, qui obloquitur Regi Messiæ, dicentque falsas esse pollicitationes eius de ipsis in paradisum inferendis. Et idcirco expectabit annos 40. sicut alios 40. præsloiatus est Israel in deserto, ne in Ierusalem ingrederetur, annum vnum pro quolibet die. Verumtamen sicut qui post illos venerunt, ingressi sunt Ierusalem inferiorem, qui corda non indurauerunt, vt patres eorum: ita & illi qui se se nece Regis Messiæ inficient, Ierusalem supernam non ingredientur, his exceptis, qui sublequentur, si ad eum se conuertent. expectabuntque annos quadraginta. Hæc omnia ad verbum Rabbenu ille Haccados, quem Iudæi Magistrum nostrum sanctum appellant. Si igitur Iudæi in mortis Messiæ punitionem, captiuitatem hanc nouissimam in qua sunt, (vt in præmissis tribus capitibus abunde probatum est) subituri erant, necessario profectò ex his quæ dicta sunt, concluditur, non solum primi aduentus Messiæ tempus iam præteriisse, verum etiam Messiam ipsum iam venisse, eumque non alium quàm Iesum Nazarenum fuisse.

## CAPVT XXV.

*Sextæ ratio ostendens primi aduentus Messiæ tempus iam præteriisse, fundata super Romani imperij subuersionem. Et primum quod Messias Romanorum imperium sibi subacturus erat.*

## CAPNIO.

ER sextam nunc rationem temporis aduentus Messiæ præterritionem tibi probare volenti, in primis Messiam ipsum Romanorum imperium sibi subiugaturū fuisse, ostendere opus est. GAL. Id primò per visionem Nabuchodonosor Chaldæorum Regis pulcherrimè probatur. Hic namque Rex (vt Danielis 2. capit. scribitur) quandam pergrandem vidit statuam, quæ ex variis compacta erat metallis. Eius enim caput ex optimo constabat auro, pectus & brachia ex argento, venter & fœmora ex ære, tibiæ ex ferro, pedes autem partim ferrei, partim fictiles erant. Exinde vero Daniel somniorum Regis & index & interpres, ita Chaldaicè profequitur, חזה הויית עד די התגזרת אבן די לא בידין ומחת לצלמא על רגלוהי די פרזלא וחספא והרקת הדקן Hoc est, Videns eras, donec abscissus est lapis de monte sine manibus, & percussit statuam super pedes eius ferreos & fictiles, & comminuit eos. Postea volens Daniel ipse eidem regi quid statua ipsa designaret, exponere, hæc inter cætera fabricit, אנת הוא ראשה די דהבא ובתרך תקום מלכו אחרי ארעא מנך ומלכו תליתיא אחרי נחשא די תשלט בכל ארעא: ומלכו רבעיא תהוא תקפה כפרזלא כל קבל די פרזלא מהרק וחשל כלא ובפרזלא די מרע ע כל אלן תדק ותרוע: ודי חזיתה רגליא ואצבעתא מנהון חסף די פחר ומנהון פרזל מלכו פלגינא תהוה ומן נצבתא די פרזלא להוא בה כל קבל די חזיתה פרזלא מערב בחסף טינא: ואצבעת רגליא מנהון פרזל ומנהון חסף כן קצת מלכותא תתוה תקיפא ומנה תהוא תבירא: די חזית פרזלא מערב בחסף טינא מתערבין להון בזרע אנשא ולא להדבקין דנה עם דנה הא כדי פרזלא לא מתערב עם חספא: וביומיהון די מלכיא אנין יקים אלה שמיא מלכו די לעלמין לא תתחבל ומלכותה לעם אחרן לא תשתבק תדק ותסף כל אלן מלכותא והיא תקום לעלמיא Id est, Tu es caput aureum. Et post te surget regnum argenteum aliud minus te. Regnum aliud tertium æneum, quod imperabit in vniuersa terra. Regnum verò quartum erit robustum velut ferrum. Quemadmodum ferrum comminuit, & conterit ac domat omnia, ita omnia hæc conteret & domabit. Et quòd vidisti pedes & digitos partim testam figuli, & partim ferrum, regnum diuisum erit: & de robore ferri erit in eo, E
sicut vidisti ferrum mixtum cum testa luti. Porrò digiti pedum partim ferrei, & partim testacei, ex parte regnum erit solidum, & ex parte erit fragile. Quòd autem vidisti ferrum mixtum cum testa luti, commiscebunt se inuicem semine hominis, sed nequaquam erunt sibi adhærentia istud cum illo, sicuti ferrum non se miscet cum testa. Et in diebus regum illorum suscitabit, vel statuet Deus cœli Regnum quod in secula non dissipabitur. Et regnum eius populo alteri non tradetur. Comminuet & consumet omnia ista Regna, & ipsum stabit in secula. In præmissis Deus magnus Regi Nabuchodonosor per Danielem quatuor Regna sibi inuicem in mundo successura, indicauit. Nam caput quidem aureum statuæ quam viderat, ipsum ac regnum eius, hoc est, Chaldæorum Regnum significabat. Pectus verò & brachia ex argento, Persarum atque Medorum regnum. Venter autem & fœmora ex ære, Græcorum Monarchiam. Porrò tibiæ ferreæ, Romanorum designabant imperium. Deinde ferri & testæ in pedibus ac digitis statuæ mixtura, duorum regnorum, fortis scilicet & imbecillis, hoc est Romani

*Romanorum fædus cum Iudæis.*

scilicet in terra sua existentibus, & potestatem habentibus, Messias venturus erat. Quod autem illud, Et digiti pedum partim fertei & partim testacei: &, ex parte regnum erit solidum, & ex parte fragile: intelligendum sit de Romanorum Regno & Iudæorum, qui societatem inuicem inierunt, postquam Machabæi Regnum Iudæorum de manu Græcorum extorserunt, patet per id quod in libro עבודה זרה *Hauoda Zara*, in capite לפני איריחן *Liphne idolhen*, id est, Ante eorum festa dicitur, vbi ita legitur, R. ריסי *Dimi* dixit, Triginta & duobus annis bellum gesserunt Romani cum Græcis, & non præualuerunt aduersus eos, quousq; associauerunt se Israeli, eo pacto, vt quando essent Reges de illis, essent comites de istis, & quãdo essent Reges de his super Iudæos scilicet, essent comites de illis. Dixit R. כותנא *Cahana*. Cum egrotaret R. Ismael miserunt ad eum, dicentes, Rabbi expone nobis duo vel tria verba, quæ dixisti nobis in nomine patris tui. Qui remisit ad eos, ita dicens, Dixit pater meus, quod per centum & duo annos ante destructionem domus sanctæ potestatem habuit Regnum nequam super Israel. Hęc ibi. Regnum autem nequam in Talmud, Romanorum imperium intelligitur. De hac autem Romanorum Iudæorumque societate primus Machab. lib. 8. latius meminit. Et sicut dies Regum istorum tunc esse cœperunt, cum primum facta est Romanorum Iudæorumque societas, & posteaquando coniuncta fuit viri semine, sed non fœminæ, quod fuit cũ Herodes cum puella mortua de genere Machabęorum flagitium perpetrauit (vt supra in 6. huius lib. cap. dictum est) & ideo non cohæserunt. Ita tunc dies eorundem Regum esse defierunt, quando Iudæi cum suo falso Messia in Romanum imperium insurrexerunt. Vt in 21. huius quoque lib. capite late patuit. Quod vero Romanorum imperium per ferrum designetur, nullum est dubium. Quia vt prædictum fuit à Daniele in visionis declaratione, quemadmodum ferrum omnia metalla domat: ita Romanorum imperium omnia domuit regna. Quod autem Iudæi testa figuli vocentur, Thren. 4. habetur: vbi sic dicitur, בני ציון היקרים המסלאים בפז איכה נחשבו לנבלי חרש מעשה ידי יוצר Id est Filij Sion pretiosi, amicti auro, quomodo purati sunt vasa testæ, opus manuum figuli? Id quoque apud Ies. 45. aperte patet, dum ipse ait, הוי רב את יוצרו חרש את חרשי אדמה Id est, Væ contradicenti fictori suo, vel formatori suo, testa de testis terræ. Ex his omnibus palam ostensum est, quam elegantes Nabuchodonosor regi reuelatum fuerit, non solum quod Messias Romanorum imperium sibi subiectum erat: verum etiam & quonam pacto Messias ipse secundum carnem de matre abiis, patre generandus esset, sub figura lapidis se ipsum de monte sine manibus abscindentis, & quo tempore nasciturus erat, & quæ & qualia factutus. Sitigitur Messias Romanorum imperium sibi subactum erat, & Iesus Nazarenus illud sibi subiecit, necessario profecto sequitur, Messiam iam venisse, ipsumque Iesum Nazarenum fuisse: cui hactenus Romanorum subiectum est imperium.

*Iudæi testa dicti.*

## CAPVT XXVI.

*Quòd Messias vniuerso orbi dominaturus erat, & de vniuersali Domini nostri Iesu Christi Regno.*

### CAPNIO.

QVAMVIS Messiam vniuerso orbi dominaturum fuisse, satis ex his quæ nunc dicta sunt, insinuetur. Vt tamen hoc in Domino nostro Iesu Christo adimpletum esse clarius constet, id idem apertius probandum est. GAL. Hoc primò probatur ex commentariis R. Mosis Hadarsan, in lib. Gen. super illud 49. eiusdem lib. dictum, לא יסור שבט מיהודה ומחוקק מבין רגליו עד כי יבא שילה ולו יקהת עמים Id est, Non recedet sceptrum de Iuda, & scriba de medio pedum eius, donec veniat Silo, id est, Messias. Et aggregabuntur populi. Ibi enim idem Rabbi sic ait, אסר שבט ולא אסר מלך כי גלוי וידוע לפניו שלא יעמדו המלכים הסיד עד כי יבא שילה והוא הבן המקנן העתיד להיות לי באחריות ימים רבים כמו שהרבים אוהבים ומקלוח ומטילוחה ובועירותיה כי אשר יקהלו אליו כל הגוים וים לוך עליהם מלכות שלמדה כמו שנאמר וישתחוו לו כל מלכים כל גוים יעבדוהו ומשם ואילך רא יפיף לכרוע לפניו וזולתו אבל כולם לפניו יכרעו ויפולו ושנאמר לפניו יכרעו ציים ואויביו עפר ילחכו Hoc est, Dixit sceptrum, & non regem. Quoniam notum, & manifestum est apud eum, quòd reges eius non sunt semper mansuri, sed solum quousque veniat Silo, id est Messias, qui est filius paruulus, qui erit ei post multos dies, vti expositum Ankelos de infantia & de paruitate eius. Quoniam is est cui aggregabuntur omnes gentes, & regnabit super illas regno Salomonis, id est regno pacis: Sicut scriptum est Psalm. 72. Et humiliabuntur ei omnes reges, cunctæ gentes seruient ei. Et postea, Ipse nemini humiliabitur, imò coram eo procident & prosternentur omnes. Et hoc est quod scriptum est eodem in Psalm. Coram eo procident Æthiopes, & inimici eius puluerem lingent. Hæc R. ille Moses Hadarsan. Ex quibus patet propositum. Id ipsum deinde per illud clarissimè quoque ostenditur quod in præmissa visione Nabuchodonosor subiicitur Dan. 2. cap. Sic enim ibi sequitur, ואנאה חזה הוית עד די התחזי אבן טוד דנה מן טוד אדמא ומחת לצלמא על רגלוהי די פרזלא וחסף ומדק כל אדעא Id est, Et lapis qui percussit statuam, factus est mons magnus, & impleuit vniuersam terram. Quod de vniuersali Messiæ dominio prisci Talmudistæ intelligi voluerunt. Nam in *Bereshit rabba*, id est, in expositione libri Genes. super illud Gen. 42. cap. dictum, Et Ioseph ipse potens factus est super terram, ita ad verbum legitur, Tradiderunt Magistri, decem Reges dominatos esse à mundi initio, vsque ad finem eius. Horum autem primus est Deus sanctus & benedictus, qui dixit & fuit mundus, hoc est, qui imperio verbi sui mundum creauit. Secundus autem Rex fuit נמרוד *Nemrod* impius. Rex tertius fuit Ioseph. Rex quartus fuit Selomo, Rex Israel. Rex quintus fuit Nabuchodonosor Rex Babyloniis. Rex sextus fuit Darius, qui super Regnum Chaldæorum regnauit.



nit. Rex septimus fuit Cyrus, qui à fine orbis vsque ad finem eius dominatus est: sicut dictum est Esræ 1. cap. & Paralip. vltimo, Dixit Cyrus Rex פרס *Parsi*, id est Persidis, Omnia Regna terræ dedit mihi Dominus. Rex octauus fuit Alexander Macedo, qui super vniuersum orbem dominatus est: sicut dictum est Dan. 8. cap. Et ego fui intelligens, Et ecce hœdus caprarum, veniens ab occidente, super faciem totius terræ. Rex verò nonus est ipse Cæsar Augustus, qui vniuerso orbi imperauit: sicut dictum est Dan. 2. Et Regnum quartum erit forte sicut ferrum: quia sicut terrum vniuersa hæc comminuet, & conteret. Rex autem decimus est Rex Messias, qui regnabit à fine mundi, vsque ad finem eius, sicut dictum est Psal. 72. Et dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos terræ. Item alia scriptura dicit Dan. 2. ca. Et lapis qui percussit statuam, factus est mons magnus, & impleuit vniuersam terram. Et rursus ibidem, Et in diebus Regum illorum suscitabit, vel statuet Deus cœli Regnum, quod in æternum non dissipabitur, & populo alteri non tradetur. Et comminuet & conteret omnia hæc Regna, & ipsum stabit in æternum. Et per Regnum hoc decimum, reuertetur Regnum ad Dominum suum. Atque ita qui fuit primus Rex, erit vltimus Rex: sicut scriptum est Isa. 44. cap. כה אמר יהוה מלך ישראל וגאלו יהוה צבאות אני ראשון ואני אחרון ומבלעדי אין אלהים Id est, Sic dicit Deus Rex Israel, & redemptor eius, Deus exercituum: Ego primus & ego nouissimus, scilicet Rex: Et iterum Zachariæ illud והיה יהוה למלך על כל הארץ Id est, erit Deus Rex super omnem terram. Hæc omnia traditio: paucis quibusdam quæ ad rem non pertinent, omissis. Cùm igitur in hac traditione dicatur, Rex decimus esse Messias, qui à fine mundi vsque ad finem eius regnaturus erat: idcirco Iudæis dicamus, Christum Dominum nostrum non solùm à fine mundi vsque ad finem eius, verùm in Regno quoque cœlorum in quantum ipse Deus est, dominari: cùm subsequenter ibi Dauidicum illud Psal. 72. dictum ponatur, וירד מים עד ים ומנהר עד אפסי ארץ Hoc est, Et dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos terræ, id etiam ad literam de Christianorum Regno intelligendum est: quod non solùm olim per vniuersum orbem terrarum fuisse, constat: sed hodie quoque à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos terræ esse, recte dici potest. Quandoquidem illud etiam hodie sit à mari vsque ad mare, hoc est à mari mediterraneo vsque ad mare Oceanum, saltem Anglicum. Et à flumine, id est, à Danubio qui inter cæteros fluuios maximus est, & vltra Græciam in mare Ponticum descendit, vsque ad caput terræ, id est vsque ad Hispaniam quæ est caput terræ. Et licèt Sarraceni siue Mahumetani multa ac pene infinita Christianorum loca occupent, in eisdem tamen locis Christus adhuc regnare non desinit: cum cum ipsi Messiam esse fateantur ac Spiritu Dei conceptum, & de virgine sine vitili semine natum: esti duinitatem eius negent. Quod verò dicitur in eadem traditione iuxta Danielis vaticinium, Et lapis qui percussit statuam factus est mons magnus, & impleuit vniuersam terram: tunc certè adimpletum est, cùm Apostolorum, aliorumque sanctorum ipsorum vestigia imitantium, prædicatione ac doctrina, idola Romanorum atque Græcorum, aliarumque quàm-plurimarum gentium per orbem vniuersum exposa fuerunt. Quare tunc proculdubio lapis iste, id est Messias monis magnus factus est. Non quidem, quòd maior fuerit quàm antea fuit, sed quia Gentibus ad ipsum conuersis magis fuit cognitus.

## CAPVT XXVII.

*Quòd Christus verè sibi Romanorum subegit imperium. Et de Romani Pontificis atque Imperatoris vniuersali dominio.*

### CAPNIO.

TSI omnia hæc tam vera sint, vt à Iudæis minimè negari possint, ad maiorem tamen eorum confusionem, aliquo Prophetarum testimonio probandum est ipsum Romanorum Imperium Domino nostro Iesu Christo subiiciendum fuisse. GAL. Et Romam ipsam, & Romanorum imperium Domino Iesu vero Messiæ subiici debuisse, Isaias longè ante prædixit, cùm vigesimo sexto capit. ait, עיר עז לנו ישועה ישית חומות וחל: פתחו שערים ויבא גוי צדיק שמר אמנים: יצר סמוך תצר שלום כי בך בטוח: בטחו ביהוה עדי עד כי ביהוה צור עולמים: כי השח ישכי מרום קריה נשגבת ישפילה ישפילה עד ארץ יגיענה עד עפר: תרמסנה רגל רגלי עני מעמי דלים: Hoc est, Vrbs fortitudinis nobis Iesus, ponet muros & antemurale. Aperite portas, & ingredietur gens iusta, custodiens fidelitates. Creatura coniuncta seruabit pacem, quia in te est spes. Sperate in Deo in æternum, quoniam in Domino Deo est fortitudo seculorum. Quia incuruabit habitantes in excelso. Vrbem sublimem humiliabit, humiliabit eam vsque ad terram, deducet eam vsque ad pulueren, calcabit eam pes pedum pauperis, gressus egenorum. Horum verborum expositionem aliam quàm R. Selomonis non quæramus. Sic enim eam ipse exponit, Vrbs fortitudinis erit nobis ישוע *Iesus*, i. Saluator siue saluatio. Et infrà, Vrbem sublimem humiliabit, i. Romam & Italiam: humiliabit, in quam, eam vsque ad terram; calcabit eam pes pedum pauperis id est, regis Messiæ, de quo dictum est Zach. 9. Pauper & equitans super asinam. Gressus egenorum, i. Israel. Hæc glossa R. Selomonis fidei nostræ multum roboris affert. Tunc enim pes pedum pauperis, i. regis Messiæ Romam atq; Italiam vsq; ad terram humiliauit, cùm sublimitas Romani imperij cœlum pene tangens, iugo Christianæ fidei humiliter collum submisit, vsq; ad pauperum & humilium vices Christi gerentium pedum oscula. Tunc autem gressus egenorum, i. Israel, iuxta R. Selomonis glossam, Romam ipsam calcauit, cùm ad prædicationem Apostolorum Christi & Petri & Pauli, idololatriæ cultum, voluptatesque, ac delicias quas Christiana religio respuit, prorsus dimittendo, sese Christo subiecit. CAP. Quando quæso Christus Romanum sibi subegit imperium? GAL. Tunc certè potissimùm cùm Constantinus Romanorum Imperator, orbisq; Monarcha baptismi

*Constantinus Imperator se ac Romanorum imperium Christo subiecit. Eiusdem donatio Christi vicario facta.*

sacramento suscepto, à lepra mundatus, sanitateque diuinitus recuperata, ipsum Iesum Christum mundi redemptorem, ac saluatorem, verum regem regum, atque vnicum cœli & terræ Dominum esse cognoscens, sponte seipsum, vniuersumque Romanum imperium eidem subiecit. In cuius quidem subiectionis signum, Lateranense imperiale palatium, capitis sui coronam ex auro purissimo & lapillis preciosis ac margaritis constructam, phrygium, id est, mitram, superhumerale, hoc est lorum, quod imperiale collum circumdare consueuit, purpuream chlamydem, coccineam tunicam, & imperialia omnia indumenta, imperialiumque præsidentium equitum dignitatem, ac imperialia sceptra, simulque cuncta signa, atque banna, diuersaque imperatoria ornamenta, & omnem in processionibus imperatorij culminis gloriam, ac potestatem, beato Syluestro tunc Christi vicario, cunctisque eius successoribus, dono contulit. Eiusque sacratissimo vertici propriis manibus Phrygium imponens, atque equi cui Pontifex ipse insidebat, frena detinens, stratoris officium illi exhibuit. Et ne sacer Christi Senatus minori fulgeret gloria, quàm imperialis, præcelsis patribus sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, multas ac maximas instituit dignitates. Et tandem tam Roma Vrbe, quæ & mundi caput, & imperij sedes erat; quàm multis occidentalium regionum prouinciis, ciuitatibus, ac locis, Syluestro Pontifici maximo tanquam Christi vicario, & beatissimo Petro successori, eiusque successoribus perpetuò concessis, se Byzantium conferens, Romanum imperium, quod Christo subiugauerat, ad orientales transtulit regiones, prout in eius imperiali edicto hæc omnia, ac alia permulta latissimè continentur. Si igitur Romanorum Imperator qui super omnes reges est, super omnesque nationes 7. q. 1. c. In apibus, Et 11. q. 1. §. Hadrianus. Est enim mundi princeps ac dominus. ff. ad legem Rhodiam. L. Deprecatus: vnde & Græci ipsum αυτοκράτορα apuissimè vocant, quòd per se dominetur, eiusque dominium à nullo dependeat, Domino nostro Iesu vero Messiæ vere subiicitur; quis rectè ire poterit inficias, ipsum Dominum nostrum Iesum Christum, qui & eidem Imperatori, & vniuerso Romano imperio præest, super vniuersa regna, vniuersasque gentes, ac prouinctas, principatum habere, verumque totius orbis monarcham esse, ac regem regum, & dominum dominantium, verè & dici & esse? Verumenimuero œcumenicum hoc totius orbis dominium, Romanorum Imperator in temporalibus habet, & Romanus Pontifex in spiritualibus. Quocirca de vtroque haud incongruè dictum arbitror illud Gen. 1. cap. scriptum, Fecit Deus duo magna luminaria: luminare maius vt præesset diei, & luminare minus vt præesset nocti. Quid enim aliud per duo hæc magna luminaria mysticè designatur, quàm summus ipse Pontifex atque imperator? Quorum alter tanquam sol, dici, id est spiritualibus, alter velut luna, nocti, hoc est temporalibus præest, imperat, moderatur. Vnde palàm ostenditur, vtrumque super vniuersum orbem vniuersale dominium. Si ergo Romanorum imperium nonnisi à Messia subiugari debebat, & ipsum Domino nostro Iesu Christo diu subditum fuisse constat, vt iam probatum est, consequens profectò est, Dominum nostrum Iesum Christum verum esse Messiam.

*Romanorum Imperator super vniuersum orbem dominium habet.*

*Ecclesia.*

## CAP. XXVIII.

*Iudaica oppositionis improbatio.*

CAPNIO.

QVANQVAM Iudæi tam manifestæ veritati haud quaquam contradicere possint, ipsam tamen impugnare non desistunt. Nam fatentur quidem quartum illud regnum per ferrum designatum, Romanorum esse imperium, in cuius fine Messiam venturum atque regnaturum asserunt: sed ipsum Romanorum regnum adhuc defecisse omnino negant. Cùm enim Roma ipsa eiusdem regni caput sit, & Papæ sedes, atque Ecclesiæ Christianæ caput, ideo & nos Christianos ex ipsius vrbis nomine, Romanos nuncupant, & ipsum Romanorum regnum quamdiu in vrbe Roma regnauerint Christiani, stabile fore aiunt. Creduntque Romanorum gentem esse Edom. Quia cùm Iulium Cæsarem de Edom esse putent, tam eos qui Romæ post eum regnauerunt, quàm Romanos ipsos de Edom esse dicunt. Quare cùm Christianos (vt dixi) Romanos vocent, ipsos etiam de Edom esse asserunt. Et ad sui erroris confirmationem, illud Ieremiæ Thren. 4. dictum adducunt, שישי ושמחי בת אדום ישבת בארץ עוץ גם עליך תעבור כוס תשכרי ותתערי: תם עונך בת ציון לא יוסיף להגלותך פקד עונך בת אדום גלה על חטאתיך Id est, Gaude & lætare filia Edom quæ habitas in terra Hus, super te quoque transibit calix, inebriaberis, & nudaberis. Completa est iniquitas tua filia Sion. Non addet, vt deportet te. Visitabit iniquitatem tuam filia Edom, discooperiet peccata tua. Ex quibus inferunt, quòd ab hac nouissima captiuitate per Messiam redimi non debent, nisi illorum de Edom, quos Romanos qui Iesu Nazareni legem seruant, esse aiunt, contritio, ac destructio prius fiat. Vnde super prædicta Ieremiæ verba, Rabbi Selomo dicit, quòd Ieremias ibi Romani Imperij destructionem prædixit, quæ idcirco Romanis accidere debet, quia ipsi tempore Titi templum vrbemque Ierusalem euerterunt, atque Iudæos per orbem captiuos dispersérunt. Et sicper filiam Edom Romam seu populum Romanum intelligentes, ita eadem verba exponunt, Gaude & lætare filia Edom: ac si diceret, Gaudium illud quod in vrbis Ierusalem templique subuersione habuisti, tibi in tristitiam conuertetur. Quia super te quoque transibit diuinæ vindictæ calix. Ex quo cum Romanum imperium nondum destructum arbitrentur, idcirco Messiam necdum venisse, opinantur. Et hoc argumentum inter cæteros eos in perfidiæ errore maximè roborat. Quòd sit, vt eo magis Romani imperij destructionem indies expectent, ac desiderent, quò magis ex hoc argumento se certos reddi opinantur, quòd statim post ipsius Romani imperij defectionem, & Messiæ venturus sit, & ipsi à captiuitate liberandi. Eapropter, mi Galatine, maximè hoc in loco



*Prima ratio.*

*Secunda ratio.*

*Tertia ratio.*

loco tibi connitendum est, vt hæc eorum ratio funditus euertatur. GAL. Hoc facile, mi Capnio, profectò fiet, si primum per filiam Edom, hoc in loco Romani, siue populum Romanum intelligi, falsùm protsus esse ostéderimus. Falsùm quippe est, Romanos Edom esse gentem, quia homo qui fuit de Edom, super eos regnauerit. Sicut nec ipsi Iudæi appellantur Romani, aut Edomitæ, eo quod Herodes qui fuit de gente Edom, eis dominatus sit. Edom præterea alio nomine Esau dictus fuit, vt habetur Genes. 25. Ex quo patet Edom ipsum de Sem filio Noæ, per Isaac cuius filius fuit Esau, descendisse. Cum tota igitur Europa in qua vrbs Roma sita est, à filiis Iapheth primum habitata fuisse dicatur, nulla ratione dici potest, per Edom Romanum imperium significari. Certum quoque est, terram Edom eam esse regionem, quam Græci Idumæam denominarunt: ad quam filij Israel ex Ægypto egressi, ac per desertum trãseuntes, deuenerunt: in qua montes Sinai & Hor esse referuntur; vbi & Aharon diem clausit extremum. Ex his igitur clarum est, filiam Edom Romam, siue populũ Romanum dici falsùm omnino esse. CAP. Quare ergo Talmudistę Romanos filios Edom & Esau sæpissime vocant? GAL. Verum quidem est in Talmud locis pene innumeris, Romanos ipsos, quandoque Edom, quandoque Esau, quandoque Seir, quandoque etiam filios Edom, seu Esau, mysticè nuncupatos esse, & Romam ipsam montem Seir, atq; montem Esau olim dictam fuisse: quod neque absque fidei nostræ mysterio, factum esse, censendum est. Ad cuius quidem rei probationem, pauca quædam subnectam. Et primo illud apud Abdiam scriptum adducam, ועלו מושיעים בהר ציון לשפוט את הר עשו והיתה ליהוה המלוכה Hoc est, Et ascendent saluatores (id est, Apostoli secundum glossam nostram) ad montem Sion, ad iudicandum montẽ Esau, & erit Domino regnum. Glossa Rabbi Selomonis: Docet te (inquit) quod non erit regnum eius, scilicet, Dei perfectum, vel pacificatum, donec de impio Esau vindictam fecerit. Montem vero Esau in prædictis Abdiæ verbis, castrum maximum Esau, R. Ionathas Chaldaice interpretatus est. Glossa Rab. Selomonis dicit, Et ipsum est Roma. In lib. etiam qui פסח שני *Pesa seni*, id est, Pascha secundum, dicitur, ita scriptum est, Futurum est, vt Ægyptus afferat munus Messiæ. Sicut dictum est Psalm. 68. יאתיו חשמנים מני מצרים id est, Venient inclyti ex Ægypto. Assumet tunc Æthiopia pro se argumentum à minori, quod Hebræi קל וחומר *Kal Vahomer* vocant, dicens, Si isti qui seruitę fecerunt Israel, fic facient, & à Messia recipiuntur, quanto magis nos, supple si sic fecerimus, ab eo recipiemur? Et hoc est quod mox scriptum est eodem in Ps. כוש תריץ ידיו לאלהים Hoc est, Æthiopia currere faciet manus suas Deo. Sumet quoq; regnum nequam, id est, Romanum, secundum R. Selomonis glossam, locum vel argumentum à minori pro se dicens, Si isti qui non sunt fratres, sic faciẽtes à Messia admittuntur, quanto magis nos qui fratres sumus? Hoc autem est quod scriptum est Michææ 5. ויתר אחיו ישובון על בני ישראל id est, Et residuum fratrum eorum reuertentur super filios Israel. Hæc omnia traditio. Ex cuius fine satis habetur Romanos filios Esau apud Hebræos, mystice appellatos fuisse, eo quod hic fratres Israel dicantur, ac tempore Messiæ ad eos conuertendi essent. Quod tunc proculdubio impletum est, cum per Apostolorum Petri & Pauli prædicationem, & maxime tempore Syluestri, ad Christi fidem sunt conuersi. In libro quoque qui יומא *Ioma*, id est. Dierum dicitur, ita ad verbum legitur, Dixit Rabbi, Futurum est vt Roma cadat in manum Persidis: sicut scriptum est Ierem. 49. לכן שמעו עצת יהוה אשר יעץ אל אדום ומחשבותיו אשר חשב אל יושבי תימן אם לא יסחבום צעירי הצאן אם לא ישים עליהם נוהם: Hoc est, Idcirco audite consilium Dei quod iniit de Edom, & cogitationes eius quas cogitauit de habitatoribus Temam. Nisi traxerint eos minores ouium. Si non dissipauerit super eos mansiones eorũ. Hæc traditio. Ex qua manifeste patet Romanos in sacta scriptura Edom interdum vocari. Glossa autẽ R. Selomonis dicit, minores ouium in eadem traditione Persas esse, à quibus Romani trahendi erant, quia Perseus in filiis Iaphieth minor fuit. Sed cum hoc nequaquam verũ fuerit, per minores ouium Apostolos cæterosque Christi discipulos intelligi oportet: qui suæ prædicationis miraculorumque virtute Romanos ad Christi fidem traxerunt. Hi enim minores, hoc est iuniores ouium Iudæorum fuerunt. Quia Iudæi oues appellari sunt, iuxta illud Ezech. 34. cap. dictum, ואתן צאני צאן מרעיתי אדם אתם אני אלהיכם נאם אדני יהוה id est, Et vos oues meæ, oues pascui mei, homines vos estis, ego Deus vester, dicit Dominus Deus. Ex his igitur palam liquet, non iniuria Romanos mystice & metaphorice filios Esau, & Edom olim nuncupatos fuisse. CAP. Quamobrem Romani metaphorice Edom & filij Esau sunt olim appellati? GAL. Propter imitationem inquam. Non enim ipsi solum, sed omnes quoq; alij qui populum Dei persecuti sunt, & idolis cultum exhibebant, Edom & Esau secundum carnem à veteribus Iudæorũ dicti sunt, quia eorũ imitabantur opera. Quod satis ex eo videtur, quod in libro עבודה זרה *Auoda zara*, id est cultus alienus, siue idololatria, ita legitur, super illud Abdię dictum, ולא יהיה שריד לבית עשו Hoc est, Et non erit reliquum domui Esau. I. faCientibus opera Esau. Traditum est etiam hic, Et non erit reliquum domui Esau. Potestne de omni dici? Docet dicendum, Domui Esau, id est, omni operanti opus Esau. Hæc traditio. Ex quibus satis manifestum est, Iudæos nostri temporis mentiri, qui Christianos Edom, vel filios Esau vocãt, cum eorũ opera minimè imitentur. Imo tunc Romani ipsi Edom, atq; filij Esau esse desierunt, cum Christiani effecti sunt. Tunc. n illud Micheę 5. dictum adimpletum fuit, Et residuum fratrum eorũ conuertetur ad domũ Israel. Quapropter vt ad præmissam Ieremiæ prophetiam redeamus, dicimus in eadem secundum veritatem filiam Edom esse regnum Idumææ, ab eodẽ Edom sic denominatum, & Hus esse ciuitatem in eodem regno sitam. Ideoq; Edom habitare dicitur in terra Hus: qa ciuitas illa Hus in toto illo regno celebris erat. CAP. Si Iudęus forte diceret, Ex quo filia Edom est proprie Idumææ regnũ, & vos Christiani dicitis, pro-

*R. Selomonis expositio.*

*Vera expositio.*

*Romani mystice & metaphorice filij Esau & Edom nuncupati. propter imitationem*

phetiam hanc completã fuisse, quando ergo completa est? GAL. Prisci Iudæorum dicunt, prophetiam istam tempore regis Hircani Machabæi impletam fuisse. Tunc enim tota terra illa destructa fuit. Ex qua Hircanus ipse inter cæteros 4000. captiuorum eduxit, qui muros vrbis Ierusalem custodirent. Quare vt ait Iosephus in illa die magna à Iudæis facta fuit lætitia: adeo vt sicut R. Iehosuas filius Leui refert, nulla vnquã maior illa fuerit in templo lætitia: eo quod *Bethsean* cæteræque Idumæorũ ciuitates, quæ nec tempore Iehosuæ, nec Iudicum, nec tempore regum Israel & Iuda vinci potuerant, tempore huius regis Hircani victæ, ac ditioni Iudæorum subiugatæ fuerint. Dicit præterea Iosephus, q illi de Edom filij Esau tempore prædicti regis Hircani ad Iudaismũ sunt conuersi, fuerunt q circumcisi, necã Iudæis tempore Vespasiani & Titi recesserunt, sed semper deinceps Iudæi permãserunt. Propterea dicimus, peccatum Iudæorum filiorum Esau tunc rememoratum fuisse, eosq; in captiuitatem cecidisse, quãdo iniquitas filiorum Iuda qui in aduentu Messiæ Iesu Nazareni iusti permãserunt, completa fuit. Ex quibus omnibus sole clarius constat, nimis extortam, ac omnino falsam esse prophetiæ supradictæ expositionem, quam iuniores Iudæorum faciunt, expectantes Romani imperij destructionem, ac Messiæ aduentum: falsum quoq; penitus esse, q Christiani (vt aiunt) de Edom descendernt. Quin potiꝰ econtra dicimus, ipsosmet Iudæos de Edom esse. qui ex Edom ad eos conuersi fuerunt, & qui mali sunt, & peccatores, ac simul cum eis perpetuam receperunt punitionem, in qua nunc sunt, eruntq; vlq; ad mundi finem. Christianos autem dicimus filios Sion, ac bonos Iudæos esse, qui ad Christũ conuersi sunt, in quibus & iniquitas completa fuit, hoc est, peccatum atq; captiuitas cessauit, ipsique perpetuo liberi etunt, vt in prædicta prophetia liquido patet. Illis enim de Edom ad Iudaismum conuersis, cæteris q; Iudæis Christum negantibus, ait prophera, Ad te quoque peruenit calix, id est, pœna diuinæ vltionis. Inebriaberis, id est, ad plenum punieris, & nudaberis, hoc est honore, dignitatibus aliisq; bonis priuaberis. Quemadmodum per Titum Romanorum principem factum fuisse certum est. De bonis autem Iudæis qui Iesum Nazarenum verum Messiam receperunt, quique vere filij Sion dicuntur, subdit propheta ipse, Completa est iniquitas tua filia Sion, in aduentu scilicet Christi. Quia nunquam amplius populus ille Sion credens in Christum, fuit alicui captiuitati subiectus, loquendo de populi vniuersalitate, sicuti de populo Iudęorum ter iam factum est. Ideo subsequenter ait, Non addet vltra, vt deportet te: à libertate scilicet in seruitutem. Sequitur de malis Iudæis filiis Edom; Visitabit iniquitatem tuam, filia Edom, eam scilicet iuste puniendo. Discooperiet peccata tua, pœnam scilicet manifestam omnibus inferendo: quia eorum captiuitas & seruitus in toto mundo publica est. Vbicunque enim Iudæi morantur, siue inter Christianos, siue inter Sarracenos, semper captiui, semperq; in abominationem habiti sunt. Ex his patet solutio ad Iudæorum argumentum. CAP. Iudæi adhuc instant. Quia cum Romanorum regnum inter cætera regna à Daniele prænunciata, quartum sit, post quod regnum Messiæ nunquam fine cariturum successurum erat, Romanorumq; imperium adhuc persueret, quia nunquam cessauerunt Romanorũ imperatores & reges, idcirco nondum Messiam venisse concludunt. GAL. Quemadmodum intentio Danielis prophetæ regni Chaldæorum destructionem prædicẽtis, non fuit, neminem amplꝰ in Babylonia regnaturum, sed neminem de genere Nabuchodonosor, nec de gente eius ibidem deinceps regnaturum: quare dictum est regnum Chaldęorum tunc defecisse; ita & in cessatione regni Medorũ & Persarum, intentio ipsius prophetæ non fuit neminẽ in Media & in Perside deinceps regnaturũ, sed nullum deinceps de genere vel de gente Darij quo ad regnum Medorum, nec de genere siue de gente Cyri quo ad regnum Persarum, regnaturum: sic & in defectione regni Græcorum, intentio eiusdem prophetæ non fuit, nullum deinceps in Græcia regnaturum, sed neminem de genere Alexandri, nec de gente eius vltra regem futurum: ita quoq; & in defitione regni Romanorum dicendum est, quod intentio prædicti prophetæ non fuerit, neminem amplius Romæ regnaturum, sed q nullus deinceps de genere aut de gente Iulij Cæsaris, & Octauiani Augusti, & Tiberij, ac cæterorum, qui idola colebant regnaturum. Ex quo igitur Romanorum Imperatores & reges in fide Iulij Cæsaris, & cæterorum idola colentium minime credunt, sed in fide Iesu Nazareni veri Messiæ: & etiã quia Constantinus Cæsar dimisit Romanorũ regnum seruis ipsius Iesu Nazareni: & Papa qui est Dominus vrbis Romæ, non fuit vocatus deinde Cæsar, nec venit de Cæsaris genere, siue gente: & Imperator ipse Romanorum cui vniuersus orbis iure subiicitur, Christianus est, atq; Iesu Christo vere subiectus, necessario dicendum est, q omnia Regna illa in libro Danielis prędicta iam tranhemit, ac defecerint, excepto Iesu Nazareni veri Messiæ regno, quod firmissime durat, ac in æternum durabit. Ex quo Messiam iam venisse, ipsumq; Iesum Nazarenum verum Messiam fuisse, concedi necesse est: vt ex his quæ in quatuor capitibus antecedentibus dicta sunt, abunde colligitur.

*Cyrus Isse.*

*Iudæorum rectiorum obiectio.*

## CAPVT XXIX.

*Septima ratio qua primi aduentus Messiæ tempus præterisse demonstratur, sumitur ex idololatricis cultus cessatione. Et quod in aduentu Messiæ idololatria penitus cessatura erat.*

### CAPNIO.

SEPTIMAM denique rationem nunc aggrediar[9], quod in aduentu Messiæ maxime idolorum cultus auferendus esset, probare debes. GAL. Prophetæ certe idolatricl cultus ablationem præcipue semper & vbique inculcant, vt patet apud Zach. 13. sic dicentem, והיה ביום ההוא נאם יהוה צבאות אכרית את שמות העצבים מן הארץ ולא יזכרו עוד Hoc est. Erit in die illa, dicit Deus exercituum, & disperdam omnia nomina idolorum de terra, & non memorabuntur vltra. Vbi etiãnum Iudæorum sententia. textus de Messia loquitur: Et Sephoniæ 3. c. ait, לקרא כלם בשם יהוה לעבדו שכם אחד Id est, Ad inuocandum omnes nomen Dei; ad seruiendum ei humeto vno. Vbi quoque de Messia agitur. Idem etiã per veteres Talmudistas manifeste patet, & præsertim in Midras שוה השירים *Schir hasirim*, id est, in expositione Cantici canticorum super illud 2. cap dictum. קול דודי הנה זה בא מרלג על ההרים מקפץ על הגבעות Id est, Vox dilecti mei. Ecce iste venit saliens super montes, & saltans super colles. Vbi Rabbi Nathan nomine R. Eliezer filij R. Iosæ Galilæi, & Rab Hunna nomine R. Elazar dicunt, Hic est rex Messias, & non est mons, scilicet hic, aliud quam *avoda zara*, id est, cultus alienus, hoc est idololatria. Hoc est autem quod dicitur apud Hoseam 4. על ראשי ההרים יזבחו ועל הגבעות יקטרו Id est, Super capita montium decollabunt, sacrificabunt, & super colles fumigabunt, id est, thurificabunt. Hæc traditio. Ex qua patet, Messiam in aduentu suo conculcaturum fuisse idololattriam. Iam igitur dixi est, ex quo idololatria ex toto orbe omnino exposa fuit. Nam ante discipulorum Iesu Nazareni prædictionem vniuersus orbis idola colebat, exceptis Iudæis, qui soli Deum verum cœli & terræ creatorem venerabantur: ex quo autem Apostoli cæteique ipsius Iesu Nazareni discipuli in vniuersum mundum ab eo missi fuerunt, idololatria vndique exposa, omnes gentes ad cognitionem vnius & veri Dei peruenerunt. De ipsis namque Iesu Nazareni discipulis Isaias prophetauerat, sic vlt. cap. dicens, ושמתי בהם אות וישלחתי מהם פליטים אל הגוים תרשיש פול ולוד משכי קשת תבל יוון האיים הרחקים אשר לא שמעו את שמעי ולא ראו את כבודי והגידו את כבודי בגוים: Id est, Et ponam in eis signum, & mittam ex eis, qui euasi fuerint, ad gentes, in Tarsiam, in Aphricam, in Lydiam, trahentes arcu, in Italiam, & in Græciam, & ad insulas longinquas, quæ non audierunt auditionem mei, & non viderunt gloriam meam. Et annunciabunt gloriam meam in gentibus. Stetgo idololatria in aduentu Messiæ deficere debebat. & per Iesum Nazarenum (vt probatum est) iamdiu est, ex quo defecit, quod etiam effectus ipse manifeste ostendit, cum omnes tam Christiani quam Sarraceni vnum verum Deum colant, rerum omnium opificem: necessario profecto sequitur, non solum tempus aduentus Messiæ iamdiu præteriisse, verum etiam Messiam ipsum iam venisse, eumque non alium, quam Iesum Nazarenum fuisse.



# LIBER QVINTVS.

# IN QVO OBIECTA IVDÆORVM NOSTRI TEMPORIS, MESSIAM NONDVM VENISSE PROBARE CONNITentium, optime confutantur.

## CAPVT PRIMVM.

*Iudæorum Iudæorum obiecta. Quod Iesus Nazarenus Messias non fuerit, cum Messias ipse nondum venerit.*

### CAPNIO.

QVONIAM non solum parum aut nullam Christianę fidei affert vtilitatem, verum etiã maximo quandoq; catholicæ veritati iolent esse discrimini, qui validis licet rationibus tuimicorum fidei refellant errores, eorum tamen falsitates quibus veritates; fidei fidei impugnant, penitus ignorant. (Quid enim prodesl, fortiter hostẽ ferire, nisi vires quoque eius, omnesq; nocendi adiutrix noscantur? vt tutius ictus aut prouide euitari, aut absq; lesione fascipi valeant) eam ob rem si Christi sectatoribus operæ pretium facere cupis, obiecta Iudæorum nostri temporis, quibus veritatem subuertere meminit, omni studio, omniq; diligentia cõfutare contendis. GAL. Tu igitur qui eorum linguam optime calles, libros sæpe legisti, ac motes semper odisti, quæcunque contra nos facere contendunt argumenta, in medium afferas, ego vero vnumquodq; eorum per ipsorummet scripturas soluere curabo. CAP. Primum itaq; verba Isaiæ contra nos obiiciunt, cap. 2. sic dicentis, והיה באחרית הימים נכון יהיה הר בית יהוה בראש ההרים ונשא מגבעות ונהרו אליו כל הגוים: והלכו עמים רבים ואמרו לכו ונעלה אל הר יהוה אל בית אלהי יעקב ויורנו מדרכיו ונלכה בארחותיו כי מציון תצא תורה ודבר יהוה מירושלם: ושפט בין הגוים והוכיח לעמים רבים והתו חרבותם לאתים וחניתותיהם למזמרות לא ישא גוי אל גוי חרב ולא ילמדון עוד מלחמה Hoc est, Et erit in fine dierum & paratus erit mons domus Dei in capite mõtium, & eleuabitur prisquam colles. Et fluent ad eum omnes gentes. Et ibunt populi multi, & dicent, Venite & ascenda-

mus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob. Et docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius. Quia de Sion exibit lex, & verbum Dei de Ierusalem. Et cõtundent, vel malleabunt, vel comminuent enses suos in ligones, & iacula sua in putatoria, vel in falces. Non leuabit gens contra gentem gladium, neque discent vltra bellum. Totum hoc eisdem quasi verbis apud Micheam quoque scribitur. Ex his igitur sex contra nos faciunt obiecta, probare volentes, Dominum nostrum Iesum Messiam nõ fuisse, eo quod Messias ipse nondum venerit. Et primo quidem sic argumentantur. Cum propheta dicit, Et erit in fine dierum: dictum eius in diebus Messiæ implendum intelligitur. Messias ergo in fine dierũ venturus erat. Sed Christus veiter non venit in fine dierum, cum multi dies post eius aduẽtum transacti fuerint. Ergo ipse non fuit Messias. Deinde vero sic: Quod propheta ait, Paratus erit mons domus Dei in capite montium, nondum accidit. Adhuc enim non vidimus montem templi Domini super capita montium eleuari. Messias igitur nondum venit. Tertio autem sic: Cum propheta ait, Et fluent ad Messiam, omnes gentes confluxuras prædixit: cum igitur ad illum, quem vos Messiam fuisse dicitis, nõ omnes gentes confluxerint (non enim Sarraceni, non Tartari, non alij multi ad eum per fidem concurrerunt) ipsum Messiam non fuisse, consequens est. Postea quod propheta dicit, Et ibiint populi multi, & dicent, Venite ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, in aduentu Iesu Nazareni nequaquam impletum fuit: cum aliqui eorum qui in ipsum credunt, dicant, Eamus ad domum Petri. Aliqui, eamus ad domum Pauli. Alij, eamus ad domum Francisci. Alij, eamus ad domum Antonij: & sic de cæteris. Nemo vero dicit, eamus ad domum Dei Iacob. Quare ipsum Iesum Nazarenum non fuisse Messiam, clarum est. Quinto ex eo quod inquit, Et contundent, vel malleabunt, vel comminuent enses suos in ligones; cum reliquis, patet, quod tanta pax in diebus Messiæ futura erat, vt homines arma bellica in agriculturæ instrumẽta conuertisti essent & quod gẽs in gentem non leuatura esset vltra gladium: & per consequens pax illa fine fine duratura esset. Cum igitur nunquam tale aliquid fieri contigerit, imo postquam venit ille quem vos Messiam asseritis, ita gesta sunt bella, sicut antea gesta fuerant; & fortasse multo plura, multoq; maiora atq; acriora post Iesum ipsum contigisse prælia constat, quam ante eum fieri contigerit: igitur ipse non fuit Messias. Demum ex eo, quod dicit. Non leuabit gens in gentem gladium, neque discent vltra bellum, inferunt Messiam nondum venisse, quia nondum pax fine fine in mundo facta est. Adducunt præterea contra nos & illa eiusdem Isaiæ prophetæ verba, cum vndecimo capite sic iterum ait, ויצא חטר מגזע ישי ונצר משרשיו יפרה: ונחה עליו רוח יהוה רוח חכמה ובינה רוח עצה וגבורה רוח דעת ויראת יהוה: והריחו ביראת יהוה ולא למראה עיניו ישפוט ולא למשמע אזניו יוכיח: ושפט בצדק דלים והוכיח במישור לענוי ארץ והכה ארץ בשבט פיו וברוח שפתיו ימית רשע: והיה צדק אזור מתניו והאמונה אזור חלציו וגו׳

*Primum obiectum.*

*Secundum.*

*Tertium.*

*Quartum.*

*Quintum.*

*Sextum.*

*Septimum.*



cabile malum super eos venit: vt in præcedentibus latius ostensum est. Tunc enim finita die, venit vesperum, quod finis est diei, soleque eorum occidit, & ceciderunt super eos tenebræ, atq; calamitates super eorum capita descendit, quia Messiam Domini negauerunt. Quod autem tunc recedente die, & vesperum & tenebræ super eos venerint, habetur in Commentariis in Genesin R. Mosis Hadarsan, super illud 30 cap. eiusdem libri dictum, ויבא יעקב מן השדה בערב ויצא לארץ לקראתו id est, Et venit Iacob de agro in vespere, & egressa est Lia obuiam ei: sic enim ibi dicitur, Hoc est quod scriptum est Psalm. 104. תשת חשך ויהי לילה בו תרמש כל חיתו יער הכפירים שואגים לטרף ולבקש מאל אכלם: זרח השמש יאספון Hoc est, Pones tenebras, & erit nox: in ipsa repent cuncta animalia syluæ. Leunculi rugientes ad rapiendum, & ad quærendum à Deo cibum suum. Oriente sole, congregabuntur: Pones tenebras, id est, captiuitatem Israel, cum obtenebrabuntur opera sua, iuxta illud Isa. 29. dictum, והיה במחשך מעשיהם id est, Et fuerunt in tenebris opera eorum. Ideo obtenebrabit Deus contra eos mundum. Sicut dictum est Ioelis 2. ca. שמש וירח קדרו וכוכבים אספו נגהם Hoc est, Sol & Luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt splendorem suum. Sequitur, Et erit nox: Hi sunt dies captiuitatis, qui sunt Israeli ve nox. In ipsa repent cuncta animalia syluæ: Hæ sunt gentes seculi, quæ animalia syluæ vocantur, quia repunt conculcando Israel: sicut dictum est Psalm. 80. וזרסנה חזיר מיער יונ יערנה i. Demolietur eam aper de sylua & animal agreste depascet illam. Sequitur, Leunculi rugientes ad rapiendum: Leunculi isti sunt Gentiles, negantes Deum sanctum & benedictum, ac rugientes ad rapiendum. Dixit R. Hanina, Ipsi sunt negantes Deum, & rugientes ad rapiendum, & nihilominus requirent à Deo mercedem in futuro. Quia dicitur, Et ad quærendum à Deo cibum suum. Et quæ erit eorum merces apud Deum? Hæc, quia vt dicitur in eodem Psalmo, Oriente sole, congregabuntur. Orietur enim sol regis Messiæ: sicut scriptum est 2. Reg. 23. cap. ומאור בקר יזרח שמש Hoc est, Et sicut lux matutina orietur sol. In illa hora occidet sol eorum, sol videlicet idololatriæ. Hinc ergo dictũ est, Et congregabuntur vel adiungentur. Hactenus traditio. In qua sex notatu dignissima ponuntur. Quorum primum quidem est, quod Iudæi fecerunt opera tenebrosa, & quod eorũ tenebræ & nox est ipsorum captiuitas, & quod Deus contra eos obtenebrauerit mundum. Secundum vero est, quod à Ieuncula, id est, ab omnibus seculi gentibus deleti fuerint, quæ ibi animalia syluæ nuncupantur. Tertium est, quod homines quandoque animalium irrationalium nominibus appellantur. Quartum, quod valde notandum, est quod gentes quę Iudæos delere debebant, à Deo mercedem suam requisituræ erãt & accepturæ. Quintum est quod mercedes eorum debebat esse sol. id est Messias, qui eis ortum erat. Sextum denique est, quod in illa hora, quando sol, id est Messias, est ortus debebat, tunc sol idololatriæ erat eis occasurus. Quę omnia adimpleta esse, ipse rerum euentus demonstrat. Nam Romani qui tum propter eorũ robur atque dominium, tum quia Roma ipsa sub Leone est, vere leunculi dici poterant, Deum per idololatriam negantes, quique cunctis orbis gentibus dominabantur, tunc diem Iudæorum obtenebrauerunt, cum Titus primo templum eorum, ciuitatemque funditus euertit, & deunum Hadrianus eos perdidit. Tunc autem à Deo mercedem quæsierunt, cum tempore Constantini & Syluestri veram fidem susceperunt. Et tunc etiam eis verus sol, id est Messias, ortus est, & sol idololatriæ occidit, vt prædictis traditio optime ostendit. Quamuis autem in his quæ nunc diximus, liquido pateat finem dierum dici omne templi victimi tempus vsque ad ipsius destructionem: hoc tamen ex eo maxime insinuatur, q̃ huic dictioni ימים *iamim* præponitur litera ה *he*, cum dicitur הימים *haiamim*, facitque dictionem articulatam, determinateque significantem. Quod perinde est, ac si Græce diceretur τὴν ἡμέραν. Quæ quidem litera ideo apud eos הא הידיעה *he haidia*, id est, *he* notitiæ dicitur, eo quod nonficet dictionem cui præponitur, non de re ignota, sed de nota dici. Hoc autem satis bene est. nditur, vbi per Mosem Deuter. 31. hoc modo dicitur, ועתי אחרי מותי כי השחת תשחיתון וסרתם מן הדרך אשר צויתי אתכם וקראת אתכם הרעה באחרית הימים: id est, Noui, quod post mortem meam corruptione eorum pemini, & deuiabitis à via, quam mandaui vobis. Et obuiabit vobis malum in fine *haiamim*, id est, illorum dierum, cum feceritis malum Deo (tetragrammaton) vel Messiæ, ad prouocandum eum in opere manuum vestrarum. Hoc autem malum tunc eis obuiauit, vel occurrit, cum in fine dierum suorum reprobato Messia Dei Filio, primum per Vespasianum & Titum, deinde per Hadrianum fuerunt omnes vel penitus deleti, vel in captiuitatem redacti. Et sic responsum est ad primum eorum obiectum.

## CAPVT II.

*Ad primum Iudæorum obiectum, Quod Messias in fine dierum venturus erat.*

## GALATINVS.

AD primum igitur horum obiectorum, quo inniores Iudæorum concludere conantur, Messiam nondum venisse, & per consequens Dominum nostrum Iesum Messiam non fuisse, eo quod iuxta prædicta Isaiæ & Micheę vaticinia, Messias ipse in fine vel in nouissimo dierum venturus sit; dicimus, quod nulla ratio cogit, per finem, vel nouissimum dierum in supradictis verbis finem hominum, siue mundi designari, sed potius eorum quibus prophetæ ipsi loquebantur. Finis namq; dierum dicitur ibi tempus illud quod à tempore Cyri Persarum regis vsque ad templi secundi excidium fuit. Quod ex eo potissimum patet, quod apud Ierem. cap. 49. sic legitur, והיה באחרית הימים אשיב את שבות עילם נאם יהוה Hoc est, Et erit vt in fine dierum reducam captiuitatem Elam, dicit Deus. Elam autem Persidis regio erat, vbi Cyrus qui Iudęis redeundi indulgentiam concessit, habitabat, vt Esræ 1. cap. patet. Finis igitur dierum de quo prophæta loquitur, est secundi templi tempus & status fuit: in quo & omne eorum bonum euanuit, & omne illis euitabile

senex, qui Ierusalem in statu suo viderat, dixit mihi, quod trium seculorum erat. Et forsitan dices, quod difficultas erit in ascendendo ad eam. Docemur autem quod non, vbi dictum est Isaiæ 60. cap. מי אלה כעב תעופנה וכיונים אל ארבותיהם Id est, Qui sunt isti, qui vt nubes volant, & sicut columbæ ad fenestras suas? In *Midras* quoque *tehillim*, id est in expositione Psalmorum, super illud Psalmi 87. dictum, יסודתו בהרי קדש Hoc est, Fundatio eius in montibus sanctuarij: ità dicitur אמר ר׳ פנחס בשם ר׳ ראובן עתיד הקב״ה להביא לחבור ולכרמל וליתן ירושלם כראשון שנ׳ נתון יהיה הר בית יהוה בראש ההרים Id est, Dixit Rabbi Pinhas in nomine R. Ruben, Futurum est, vt Deus sanctus & benedictus adducat Tabor & Carmelum, ponatque Ierusalem in capitibus eorum. Sicut dictum est Isa. 2. c. Paratus erit mons domus Dei in capite montium. Huiusmodi igitur scripturas iuniores Iudæorum male intelligentes (non enim mystice, vt intelligi debēt, sed literaliter eas intelligunt) cum hoc (inquiunt) in aduentu Messiæ fieri debuerit, necdum factum esse constet, Messiam ipsum nondum venisse, manifestum est. Quibus nos respondemus, Hanc montis domus Domini eleuationem nō literaliter, sed spiritualiter intelligendam fuisse. Quod non solum per veterum Talmudistarum expositiones, sed etiam per Rabbi Selomonis glossam aperte ostenditur. Is enim super Isaiam, locum hunc exponens, docet supradicta Isaiæ & Michææ verba spiritualiter esse sumenda. Sic enim illa exponit, והיה באחרית הימים לפי שיכלו הפושעים כמו שאמר למעלה גבון יורה כל הענין עד לכן ולכרמל באור יהוה מי נמשרת חנני מסך הדיבור אל השכינה כי כל מרת שנכשת את עמך בעונם היה כי כלאו וכל הענין כל הפרשיות מסובבות זו על זו ועד אשר הגיע כשיכלו הפושעים תהם נבון מתוכן בראש ההרים בחר שהוא ראש לכל ההרים בחשיבות ונשא מגבעות ישראל יהוה גם שעושה כוכסגיסי סיני וכרמל ותבור וכולי Hoc est, Et erit in nouissimo vel in fine dierum, id est, Postquam deficient sceleſti, vel postquam consumti fuerint peccatores: quemadmodum supradictum est ab Isaia 1. cum ait, Et conteret sceleſtos, & peccatores pariter, & derelinquētes Deum deficient, vel consumentur: Præparatus erit: Totum eodem modo vsque ibi, Ambulantes ambulabim' in lumine Dei. Hanc sententiam prophetæ ad diuinitatem referendam censeo. Nam quod derelictus sit populus, in causa fuerunt peccata eorum, vsq; ibi. Completi sunt. Et omnia quæ ibi habentur, omniaq; capitula intricem coniunguntur: vsq; ibi, Canam nunc. Itaq; in nouissimo, siue in fine dierum, quando cessabunt peccatores, benigne cum illis faciens, præparatus erit mons Dei in capite mōtium, in monte scilicet quod est caput omniū montium, quantum ad dignitatem, siue quantum ad pretium & æstimationem. Eleuabitur super colles. Quoniam scilicet magnificabitur Deus signo vel miraculo quod fiet in eo, maiore signis vel miraculis montis Sinai, Carmeli, & Tabor. Hæc ille. Deinde idē Rabbi verborum prophetæ expositionem prosequēs, ait, Et ibunt populi multi, id est, quilibet populus confortabit se inuicem multis verbis, atque exhortabitur, dicens, Venite ad atrium magnum, quod est in Ierusalem, quia ibi sunt iudicia Domini. Quoniam de Sion exibit lex ad omnes gentes. Et iudicabit ipse mons inter gentes, & arguet controuersias atq; discordias earum. Et dicet, Ad quid indigetis vlterius armis, vt inuicem præliemini? Et fluent, id est, congregabunt se, & trahent se ad eū, velut flumina omnes gentes. Hæc omnia R. Selomo. Vbi manifeste asserit non quantum ad situm, montem domus Domini super montes & colles eleuandum fuisse, sed potius quantum ad dignitatem, & quantum ad signi vel miraculi ibi faciendi magnitudinem. Demum si diligenter inspiciatur quod dicit, Et iudicabit ipse mons inter gentes, & arguet controuersias & discordias earū, & dicet, Ad quid indigetis vlterius armis, vt inuicem præliemini? videbitur plane, quod de monte rationali, id est, de Messia, qui mons dicitur, & non de monte terrestri & irrationali loquatur. Quod longe clarius R. Abraham Auen Ezra super Micheam 4. affirmat, eundem locum ita exponens, Et fluent ad eum, quasi dicat, Et current ad eum. Et ab hoc loco vsq; ad finem libri loquitur prophetа super materia Messiæ, & de impiis qui impie agent in talos Messiæ, id est, post Messiam, vel contra successores eius, vt dixerunt Magistri nostri. Et iudicabit Messias inter populos multos. Hęc ille R. Abraham. Messias igitur est ille mons de quo prophetæ isti loquuntur, qui super capita montium, id est, supra patres sanctos eleuandus erat. Quod autē Messias dicatur mons, ac sancti patres ex quorum semine proditur' erat, montes appellentur habetur in *Bereſith rabba*, id est, in expositione libri Geneſis, super illud Gen. 38. dictum, Et egressus est Iacob de Berſabee: vbi sic dicitur, Leuabo oculos meos ad montes, vnde veniet auxiliator meus, vel auxilium meum: Hoc est quod scriptum est Zach. 4. Quis tu mons magne coram Zorobabel? Mons magnus iste est Messias. Et quare ipsum vocat montē magnum? Quia maior est quam patres: sicut dictum Isa. 52. Ecce intelliget seruus meus. Et eleuabitur & exaltabitur, & sublimis erit. Hic est Messias qui eleuabitur plusquam Abraham, de quo dictum est Gen. 14. Leuabo manus meas ad Dominum. Et exaltabitur plusquam Moses, de quo dictum est Num 12. Quia dicis mihi, exalta eum in sinu tuum. Et sublimis erit, plusquam Angeli ministerij, de quibus dictum est Ezech. 1. Et sublimitas eorum & sublimitas eis. Propter hoc dictum est Zach. quarto, Quis tu mons magne coram Zorobabel? Et cui dicit cotā Zorobabel? Quia de Zorobabel egressurus est. Cui autem ait, Ad æquitatem? Quia ipse futurus est ad arguendum cum æquitate. Sicut dictum est Isa. 11. c. Et iudicabit cum iustitia pauperes, & arguet cum æquitate mansuetos. Alia expositio, Leuabo oculos meos ad montes, vnde veniet auxiliator meus, vel auxilium meum: In die qua iecebit Deus sanctus & benedictus in iudicio cum Israel, ipsi erunt intendentes ad patres, vt loquantur pro eis: sed non erit pater qui emat filium, nec aliquis qui liberet fratrem suum. Et hoc est. Leuabo oculos meos ad montes. Hi sunt patres. Sicut dictum est Michææ 6. c. Audite montes disceptationem Domini. Hucusque traditio. Ex qua patet, & Messiā & sanctos patres tē de montes dici.

*Reges & principes dicuntur montes.*

tes dici. Quod autem & reges etiam ac principes montes nuncupentur, habetur apud Nahum, dum sic ait, c. ait, הרים רעשו מפניו והגבעות התמוגגו Montes, Montes contremuerunt ab eo, & colles fluctuauerūt. Vbi glossa R. Selomonis dicit Montes, id est, reges & principes paruebunt ā sententia eius, scilicet Dei. Apud Isaiam etiam 41. c. sic dicitur, אל תיראי תולעת יעקב Id est, Ne timeas vermis Iacob. Et paulo inferius תדוש הרים ותדק וגבעות כמץ תשים Hoc est, Triturabis montes, & contēres, & colles velut glumam pones. Vbi glossa R. Selomonis ait, Triturabis montes, id est, reges & principes. Ex his patet ad secundum obiectum responsio.

## CAPVT IV.

*ad tertium Iudæorum obiectum, Quod Ieſus Nazarenus non fuerit Meſſias, quia ad eum omnes gentes non fluxerint.*

### GALATINVS.

TERTIO autem eorum obiecto, ex quo inferunt Iesum Nazarenum Dominum nostrum non fuisse Messiam, eo quod ad eum omnes gentes non fluxerint, huiusmodi datur responsio, Quod dictio Hebraica כל Col, quæ idem est quod omnis, vel cunctus, vel totus, vel vniuersus, non ita stricte sumitur apud prophetas & Theologos, sicut apud dialecticos. Qua de re etsi multa in sacra scriptura competiantur exempla, satis tamen sit pauca quædam adducere. In hoc namque Regum secundo 16. cap. hoc modo legimus, ויבא אבשלום אל כל אנשי ישראל לעיני כל ישראל Hoc est, Et ingressus est Absalom ad concubinas patris sui, ante oculos omnis vel totius Israel. Et rursus 17. cap. eiusdem libri ויאמר אבשלום וכל אישישראל טובה עצת חושי הארכי מעצת אחיתפל Et ait Absalom & omnis vir Israel, Bonum, id est, melius est consilium Chusai Architæ, quam consilium Achitophel. Ecce igitur quomodo scriptura vtrobiq; hoc nomen omnis ponit. Non ideo tamen tam insulsus quisquam fuerit qui dicat, neminem de Israel ibi defuisse, vel qui Absalom cum flagitium illud perpetraret, non viderit, vel qui Chusai Architis consilium non approbauerit. Licet enim omnis Israël, & omnis vir scriptura dicat, credi tamen par est multo plures de Israel absentes ibi fuisse, quam præsentes, in cōsideratis qui cum Dauid erant, & qui in cunctis finibus Israël remanserant. Hoc autem & ex ipsi' Chusai dicto manifeste patet, cum ibidem ad Absalom dixit, Cōgregans ad te omnem Israel, Dan vsq; ad Berſabee. In Psalmo quoque 41. ita dicitur, כל משבריך וגליך עלי עברו Hoc est, Omnes conflictationes tuæ & fluctus tui super me trāsierunt. Et Psalm. 118. כל גוים סבבוני בשם יהוה כי אמילם Id est, Omnes gentes circundederunt me, in nomine Dei diuidam vel scindam eas. Vbi non sine, vt arbitror, mentis censendos esset, qui omnes conflictationes & fluctus quos Deus habet, siue tribulationum siue maris intelligas, super Dauid vel alium quempiam transisse assereret, atq; omnes mundi gentes ipsum (nemine deficiente) circundedisse, diceret. Quando igitur



A scriptura sic loquitur, hæc dictio Omnis, sæpissime non pro cunctis & singulis, sed pro multis accipitur. Quod R. Kimhi in libro *Seraſim* optime declarat dicēs, כל *col*, id est omnis, est dictio comprehendens singula, & aliquoties partem multitudinis. Vt illud Gen. 41. וכל הארץ באו מצריימה Hoc est, & omnis terra venit in Ægyptum. Et iterum 24. cap. וכל טוב אדוני בידו Id est, Et omnia bona Domini in manu eius. Item 4. Reg. 8. ויקח מנחת בידו וכל טוב דמשק Hoc est. Et accepit munus in manu sua, & omnia bona Damasci. Hæc Rabbi Kimhi. Idem quoque ex *Midras Sir haſsirim*, id est, ex expositione Cantici canticorum clare patet, cum super illud 2. cap. dictum, Vox dilecti mei. Ecce iste venit saliens super montes, saltans super colles, sic dicitur, Non sunt montes hic nisi idololatriæ. Hoc est autem quod dictum est apud Hoseam 4. c. Super capita montium decollabunt, & super colles fumigabunt. Rabbi Ioden & Rabbi Huna in nomine R. Eliezer dixerunt,

C Vox dilecti mei: Ecce iste venit saliēs super montes, saltans super colles: Hic est rex Messias, In hora enim qua ipse veniet, dicet Israeli, In mense isto vos redimemini. Ipsi vero dicent ei, Magister noster rex Messia, quando nos erim' redemti? Nonne iurauit Deus sanctus & benedictus, quod seruire nos faceret 70. gentibus? Ipse autem dabit eis duas responsiones, dicens, Vnus ex vobis captiuatus est apud Sarmatas, alius vero in Aphrica: quod perinde est, ac si apud omnes vos captiuasset. Nec solum hoc, sed etiam regnum hoc nequam, id est, Romanum scribit in tyrocinio suo ex omnibus gentibus orbis, & de vnaquaque earum. Venit ergo Cuthæus vnus, & angariauit vos. Venit vnus Sarchites, & angariauit vos. Venit vnus Æthiops, & angariauit vos. Venit vnus de Perside, & angariauit vos, donec omnis gens ipsius vos angariauerit, atque seruire fecerit. Quare ita est, ac si 70 gentibus seruisseris. Et in tempore isto, scilicet Paschæ vos redimemini. Sicut dictum est Exod. 12. Hæc traditio. Ex his igitur clarum est, quod dictio hæc Hebraica כל *col*, id est, omnis, sæpenumero non pro omnibus ac singulis, sed pro multis accipitur. Qui quidem loquendi modus à cæteris quoq; omnibus seruari solet. Cum enim pars hominum magna alicuius ciuitatis ad spectaculum aliquod vadit, totam ciuitatem, aut omnes homines ipsius, vel etiam totum mundum eo concurrisse dicimus. Hunc autem loquendi modum passim in Sacra scriptura reperiri ostendimus. Quod autem hoc in loco sic sumenda sit, ex ipsius Isaiæ verbis patenter ostenditur. Nam cum dixisset, Et fluent ad eum omnes gentes: statim se ipsum quasi exponens, subiecit, Et ibunt populi multi. Hinc Michæas qui eodem tempore cum Isaia prophetauit, hæc eadem verba referens, Illum ipsum in hoc sensu fuisse locutum ostendit, ita quarto capite dicens, ונהרו עליו עמים והלכו גוים רבים Id est, Et fluent ad eum populi, & ibunt gentes multæ. Et nota, quod vbicunque apud Hebræos ponitur dictio hæc עמים *ammim*, id est, populi in plurali numero, semper pro gentibus accipitur. Ex his igitur quæ dicta sunt, aperte liquet, hoc Isaiæ dictum quod ipsi nobis opponunt, Et fluent ad eum omnes gentes: in

Saluatore nostro fuisse completum: cum nullus A
quantumcunque peruersus inficiari possit, populos multos, gentesque innumeras ad eum gressibus fidei confluxisse, maxime cum in præcedenti traditione dictum sit, omnes gentes reputari Romanos, qui cunctis gentibus imperabant. Vnde secundum hoc, atque iuxta eorum traditionem, recte dici potest, quod si nulli alij in Saluatorem nostrum nisi Romani credidissent, omnes gentes ad eum confluxerint. Quare in nullo prorsus hæc fatua Iudæorum obiectio Saluatori nostro de- B
rogat.

## CAPVT V.

*Ad quartum Iudæorum obiectum, Quod Messias nondum venerit, quia gentes nondum dixerunt, Venite ascendamus ad domum Dei Iacob.*

## GALATINVS.

NVNC ad quartum eorum obiectum respondeamus, quo probare nituntur, Messiam adhuc non venisse, & ex consequenti Dominum nostrum Iesum Nazarenum Messiam non fuisse, quia nec in aduentu ipsius, nec adhuc aliquando illud eiusdem prophetæ verbum adimpletum est, Venite ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob. Dixi- D
mus igitur in præmissis, Quod mons iste Messias est, in quem gentes credituræ erant, quem & nunc gentes ipsæ colunt, atque adorant, vna & concordi voce dicentes, Eamus ad montem Domini, ito est ad Messiam filium Dei Saluatorem nostrum, & ad domum Dei Iacob, hoc est, ad domum Dei quem coluit Iacob, & cæteri patres sancti veteris testamenti. Ideo ostenditur vnum Deum esse omnium fidelium, & eorum qui ante legem fuerunt, & eorum qui sub lege extiterunt, E
& eorum quoque qui nunc in Christum credunt. Quod autem nos arguunt de eo quod dicimus, Eamus ad domum Petri, ad domum Pauli, ad domum Francisci, & sic de reliquis: respondemus, quod nullus qui sane sapit, dictum hoc ita intelligit. Nullam quippe Petro, neque Paulo, neque Francisco, neque alij cuitis sancto domum facimus. Sed in honorem Petri, atq; memoriam Pauli, eam Deo dedicamus. Quare nec alicui pontificum fas est in Ecclesiarum consecratione dicere, F
Tibi Petro, aut tibi Paulo, hanc domum dedicamus, sed Deo duntaxat quodlibet templum consecrari dicitur. Et quamuis diuersæ Ecclesiæ Deo consecrentur, vna tamen est domus Dei, vna est Dei Ecclesia, omniumque fidelium conuentus. Adhanc domum Dei accedit, qui de vnitate Ecclesiæ est. In hac Christus ipse mons montium & sanctus sanctorum à fidelibus adoratur. In hac & peccata remittuntur.

## CAPVT VI.

*Ad quintum Iudæorum obiectum, Quod Messias nondum venerit, quia nondum arma bellica in agricultura instrumenta sunt conuersa.*

## GALATINVS.

EORVM quintum obiectum, cum ex eiusdem prophetæ verbis concludere contendunt, Messiam nondum venisse, quia nondum enses in ligones conuersi fuerint, nec iacula in falces, per eorum Talmud confutatur. Non enim mundum tam fortiter alterandum fuisse, vt ipsi ignoranter, vel potius fraudulenter asserunt, ostendit quædam eorum traditio, quæ in libro שבת *Sabbath*, id est sabbati hoc modo ait, Tradiderunt magistri, ne egrediatur aliquis in die Sabbati cum ense, & cæteris armis. R. autem Eliezer dicit, quod ornamenta sunt homini arma. Dixerunt igitur ei, Postquam sunt homini ornamenta, quam ob rem cessatura sunt in diebus Messiæ? Respondit eis, Quia non erunt necessaria. Sicut dictum est Isaiæ 2. cap. Et non leuabit gens gladium contra gentem, nec discent vltra bellum. Dixerunt ei, Erunt saltem ad orna- C
tum, vel decorem. Dixit autem R. אביא *Abaie*, Ad quid, ex quo futuri sunt tanquam lucerna in meridie? Horum autem contrarium opinatus est R. Semuel. Ait enim, Non interest inter seculo hoc, & dies Messiæ, nisi seruitus regnorum tantum. Sicut scriptum est Deuter. 15. Quia deerit pauper de medio terræ. Et paulo post sic sequitur, Et fuerunt qui dicerent, quod dixerunt ad eum, ad Rabbi scilicet Eliezer, Ex quo sunt homini ornamento arma, cur ergo cessabunt in diebus Messiæ? Respondit eis, Etiam in diebus Messiæ non cessabunt arma, sed cessabunt in futuro aduentu. Hactenus Talmud. Vbi notandum est, quod idem Rabbi qui paulo ante asserere videbatur, arma in diebus Messiæ cessare debuisse, hic se ipsum exponens, reuocat quod dixerat, Non scilicet in aduentu Messiæ primo, sed in futuro aduentu, hoc est in secundo eius aduentu, cessatura esse. Secundum quod, est quod vbi traditio illa dicit, Quod nun interest inter seculum hoc & dies Messiæ, nisi regnorum seruitus: sensus est, Quod sciui Messiæ atque in eum credentes, idololatrarum gentium regibus vltra seruituti non erunt. Quod tunc profecto vsquequaque completum est, cum sub Constantino Cæsare, & Syluestro Pontifice maximo, Romanum imperium se Domino Iesu Christo sponte subiecit. Ex his igitur quæ dicta sunt, satis liquido patet, nihil ex his propheræ verbis à perfidis Iudæis contra Saluatorem nostrum obijci posse, quod facile per eorum scripturas solui non possit. Nam cum dicit, Et confundent, vel malleabunt enses suos in ligones, cum reliquis; si velint verba ista vt hucusque lonat, intelligere, ipsa tempore Domini Iesu Christi impleta esse, negare non possunt, præsertim cum per traditionem nunc dictam patuerit, in diebus Messiæ nec arma omnino cessatura, nec mundum ipsum alterandum fuisse: vt ipsi & hic & alibi scripturas peruerse exponendo, impudentissime deliranr. Si autem spiritualiter eadem verba intelligenda duxerint, quid vnquam melius, quam hoc in diebus Domini nostri Iesu Christi potest inueniri completum? Cum gentium sapientes ac philosophi, vt fuit Clemens ille Romanus Dionysius Grecus, Cyprianus, & Augu-



stinus Aphricani, ac alij pene innumeri, linguas, A
verba, argumentationumq; vestutias quibus anre eorum cōuersionem disputando contra fidem nostram, acerrime pugnabant, postmodum ad scelus idololatriæ penitus extirpandum, ad hominumque vitia radicitus euellenda, & ad veri Dei cultum ampliandum, atque ad virtutes tam in Iudæorum, quàm in Gentilium cordibus nutriendas, conferterunt. Quare si sacra scriptura spiritualiter (vt oportet) hic intelligatur, inueniemus procul dubio in diebus Domini nostri Iesu Chri- B
sti huiusmodi arma bellica in agriculturæ instrumenta optime commutata fuisse. Et consequenter completum autumabimus illud Isa. 61. cap. dictum, quod Petro & Paulo cæteris q; ex Iudæis in ipsum Dominum Iesum verum Messiam credentibus longe ante propheratum fuerat. ועמדו זרים ורעו צאנכם ובני נכר אכריכם וכרמיכם ואתם כהני יהוה תקראו משרתי אלהינו יאמר לכם חיל גוים תאכלו ובכבודם תתימו׳ Hoc est, Et stabunt alie- C
ni, & pascent oues vestras, & filij extranei erunt agricolæ vestri. Et vos sacerdotes Dei vocabimini, ministri Dei nostri dicetur vobis. Fortitudinem gentium comedetis, & in gloria vel honore eorum dominificabimini. Quemadmodum igitur lingua & verba sæpenumero gladius & lanceæ ac venabula dicuntur, maxime cum quis ipsis ad nocendum vtitur, iuxta illud Psa. 57. בני אדם שניהם חניתות וחצים ולשונם חרב חדה׳ Hoc est, Filij homi- D
num, dentes eorum iacula & sagittæ, & lingua eorum ensis acutus. Et rursum Psalmo iuxta Hebraicam veritatem 55. secundum vero nostram ædi- tionem 54. רכו דבריו משמן והמה חיצים׳ Hoc est, Mollia facta sunt verba eius super oleum, & ipsa sunt venabula. Item Prou. 25. מפיץ וחרב וחץ שנון איש עונה ברעהו עד שקר id est, Claua & ensis atq; sagitta acuta, vir respondens in proximum suum testimonium falsum. Ita quoque lingua ipsa ac verba non abs re vomeres, ligones, ac falces vocari possunt, cum quis illis ad aliorum institutionem, atque ad Dei cultum vtitur. E

## CAPVT VII.

*Ad sextum obiectum, Quod Messias nondum venerit quia nondum pax sine fine venit.*

## GALATINVS.

SEXTVM ipsorum obiectum per eorum quoque scripturas facile cōfutatur. Cum enim ex eo quod F
prophera dicit, Non leuabit gens in gentem gladium, nec; discent vltra bellum, Messiam nondum venisse inferunt, quia nondum pax sine fine mundo aduenit; cum tamen pacem perpetuo duraturam in diebus Messiæ fieri debere, verba ipsius prophetæ sonare videantur, respondendum est eis, prout in Talmud à sapientibus eorum verba hæc exponuntur. Primum itaque notandum est, quod hæc dictio עוד *ed*, quam nos vltra interpretamur, etsi quandoq; G
& rato pro Nunquam aut Vnquam accipiatur, vt est illud Genes 8. cap. dictum, לא אוסיף לקלל עוד את האדמה׳ Hoc est, Non addam vltra maledicere terræ: Et rursus 9. cap. ולא יהיה עוד חמים למבול Id est, Non erit vltra diluuium: crebro tamen tempus admodum breue significat, vt docet Rabbi Kimbi in libro *Serasim*, dicens, Contingit hanc dictionem עוד *od*, id est, vltra, paruum tempus significare: vt cum dicitur Prouerb. 31. cap. תני שכר לאובד ויין למרי נפש ישתה וישכח רישו ועמלו לא יזכר עוד׳ Hoc est, Date inebriatiuum pereunti, & vinum ei qui amaro est animo. Bibet & obliuiscetur egestatis suæ, & laboris sui non recordabitur vltra. Vltra enim ibi non significat vnquam, vel in æternum, sed quamdiu vinum in eo fuerit. Ita quoque dictum illud 4. Reg. 6. cap. ולא יספו עוד גדודי ארם לבוא בארץ ישראל Id est, Et non addiderunt vltra turmæ Aram venire in terram Israel, id est in illo tempore. Item contingit quandoq; עוד *od*, significare ערן *aden*, id est adhuc. Vt illud Psal. 88. במתים חפשי כמו חללים שוכבי קבר אשר לא זכרתם עוד׳ Hoc est, In mortuis liber, sicut interfecti dormientes in sepulchro quorum non memor fuisti *od*, id est adhuc. Quasi dicat: adhuc non fuisti memor eorum, donec veniat tempus, in quo fiet mortuorum memoria, vt resurgant. Et sic etiam est illud Iob 2. cap. עודך מחזיק בתמתך Id est, Adhuc tu retines perfectionem tuam. Hactenus Rabbi Kimhi. Ex cuius dictis satis liquido patet, quod dictio hæc Hebraica *ed*, id est, vltra, rato quidem pro Vnquam, vel pro Amplius accipitur, frequenter autem pro determinato, vel etiam pro modico tempore sumitur. Sed quoniam Iudæi, vt moris eorum est, non obstantibus iis quæ circa hoc dicta sunt adhuc contentiose obstant. ideo oportet nos iterum quędam alia sua in eos spicula contorquere. De quibus illud vnum sit, quod Genes. trigesimo quinto capite habetur, ויאמר לו אלהים שמך יעקב לא יקרא שמך עוד יעקב כי אם ישראל יהיה שמך Id est, Et dixit ei Deus, Nomen tuum Iacob, non vocabitur nomen tuum vltra Iacob, sed erit Israel nomen tuum. Hic ergo acutius cernat Iudaica prauitas: quod sicut dictum est apud Isaiam, Non leuabit gens cōtra gentem gladium, nec discent vltra bellum, ita hic dicitur, Non vocabitur vltra nomen tuum Iacob: qui tamen & confestim eodem in cap. octies vocatus est Iacob, & nonnisi ter Israel. Aliud vero spiculum est illud, quod 1. Reg. 7. ita de Philistæis legitur, ולא יספו עוד לבא בגבול ישראל Hoc est, Et non addiderunt vltra venire ad terminum Israel. Fuitque manus Domini in *Philistum* omnibus diebus Semuel. Quomodo autem istud vltra ibi intelligendum sit, ex eo ostenditur, quod in eodem libro capite 13. dicitur, Quod mortuo Semuele, & regnante Saul, ascenderunt Philistæi ad terram Israel. Sic enim ibi legitur, Et *Philistum* congregati sunt ad pugnandum cum Israel, triginta millia equitantium, & sex millia equitum siue militum, & populus sicut arena quæ est in littore maris. Et ascenderunt, & castrametati sunt in Michmas eorum Bethauen. Ex his igitur omnibus constat, quod hæc Hebraica dictio עוד *od*, id est, vltra, non semper æternitatem (vt Iudæi deliranr) importat, sed aliquando temporis diuturnitatem, & multoties tempus valde exiguum. Ex quo aperte liquet tempore Domini nostri Iesu Christi impletum fuisse hoc Isaiæ dictum, Non leuabit gens

contra gentem gladium, nec discent vltra bellum. Vltra, id est, per aliquod tempus. Ipse siquidem natus est pacis satis longæuæ tempore, Augusto orbi imperante. Quę quidem pax eo viuente semper durauit, & postmodum eo mortuo, per annos quadraginta quousque Iudæi bella volentes, pacem ipsam turbauerunt, contra Romanum imperium, cum suo falso Messia nomine *Bencozba* (vt in superioribus dictum est) insurgendo. Romani etenim anno ante Ierusalem euersionem à Tito factam 80. Iudęis dominari cœperunt, vt in præcedentibus per Talmud probatum est. Denique non multo post tantam vniuersus mundus pacem habuit, vt solus vnus homo, hoc est, Cæsar Augustus vniuerso orbi pacifice præesset. Quod igitur aliud maius pacis indicium Iudæi mente capti quæruntur, quam vniuersum terrarum orbem sub vnius hominis dominio fuisse? Quocirca nemini dubium esse debet, quod in tam diuturna pace multa arma bellica in ligones, falces, & vomeres conuersa fuerunt.

## CAPVT VIII.

*Ad septimum obiectum, Quod Messias adhuc non venerit, quia nondum ser exsum carnium desertes, ac omni feritate deposita, cum animantibus mansuetu accubuerint.*

## GALATINVS.

ILLVD quoq; quod ex verbis eiusdem prophetæ nostri obiciunt, Quod scilicet nondum feras videmus eum carnium deserere, neque cum animantibus domesticis ac mansuetis, omni feritate deposita accumbere: ex quo Messiam nondum venisse concludunt, per eorum etiam scripturas refellimus, doctes. Quod sacra scriptura frequentero mystice atq; parabolice, ac etiam tapissime tueraphorice & per transtationem loquitur, non solum res quaslibet aliorum nominibus vocando, atq; etiam homines secundum quod eorum exigunt actiones, siue mores, vel etiam qualitates, irrationalium vocabulis appellando, verum etiam & Deum ipsum, ad ipsius operationes respectum habendo: Quod R. Moses Ægyptius in libro סורה הנבוכים *More hanebochim* circa eius principium optime declarat: vt in sexto capite primi libri huius operis latius vidimus. Quod autem aliter intelligenda sint præmissa Isaiæ verba, quam ipsi intelligenda dicunt, habetur ab ipso quoque R. Mose Ægyptio in suis חלכורת *hallacoth*, id est sententiis, super librum Iudicum sic dicente, Non ascendas super vos tumm, quod in diebus Messiæ deficere debeat aliquid de via huius mundi, vel quod tunc innouari debeat aliquid de operibus sex dierum: sed potius quod mundi ire debeat in ea solitam viam suam. Quod igitur apud Isaiam 11. ca. dictum est, Et habitabit lupus cum ariete: cum reliquis: sensus est, quod Israel habitaturus sit confidenter cum impiis seculi, quibuslibet, & lupis, ac pardis comparatur: sicut dictum est Ierem. 5. capite, חכם אריות מיער זאב ערבות ישרדם נמר שקד על

A עריהם Hoc est, Percussit eos leo de sylua, lupus nemorum, vel vespertorum vastabit eos, pardus vigilat vel insidiatur prope ciuitates eorum. Postquam consumti fuerint peccatores, de quibus dictum est Isaiæ 1. ויעזבי יהוה יבלו Id est, Et derelinquentes Deum consumentur. & conuersi fuerint omnes ad legem veritatis, tunc non dispersi neque destructi, sed comedent licita in tranquillitate etiam Israel: sicut dictum est ab Isaia, Et leo sicut bos comedet paleam. Et sic in hunc modum

B verba scripta de Messia similitudines sunt. In tempore autem regis Messię scietur de omnibus, cuius rei, & quam ob rem fuerint similitudines, & quid per eas significatum sit. Dixerunt enim sapientes, quod non intercrit inter seculum hoc & dies Messiæ, nisi seruitus duntaxat regnorum. Hæc omnia idem Rabbi. Prædicta quoque non parum sumunt roboris à translatione Chaldaica R. Ionathę filij Vzielis, cui apud eos nefas est contradicere. Nam illud quidem, Et egredietur virga de stipite Isai: & virgultum, vel planta, vel

C stirps de radicibus eius fructificabit. vel germinabit, ita Chaldaice traduxit, רשות מלכוא מכנותי רישי ומשיחא מבני בנותי יתרבי Hoc est, Et exibit rex de filiis Isai & Messias de filiis filiorum eius se nutriet. Illud autem, Et erit iustitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium, vel lumbare renum eius, sic interpretatus est, ויהון צדקיא חד סחור ליה ועבריה המנותא יהון קריבין ליה

D id est, Et erunt iusti circa eum, & fideliter agentes appropinquabunt ei. Illud quoque, Et habitabit lupus cum ariete, cum cæteris, ita exposuit, וימותי רמשיחא ישראל יתני שלמא בארעא Hoc est, In diebus Messiæ Israelis multiplicabitur pax in terra. Quæ quidem interpretatio duo contra Iudaicam impietatem facit. Primum quidem, quod ipsa Isaiæ verba de Messia dicta sint. Ita enim ibi eius nomen exprimit. Secundum vero quod spiritualiter sint intelligenda. Cui etiam interpretationi glossa Rabbi Solomonis valde suffragatur, quæ eadem verba hoc modo exponit.

E Non ad visionem oculorum iudicabit res Messias, sed cum sapientia Dei sancti & benedicti quę in eo erit, sciet & intelliget quis reus fuerit, & quis innocens. Et arguet in æquitate, id est, cum lingua quieta & tenera. Et per cutiet terram virga oris sui, hoc intelligendum est secundum Targum, id est, secundum Chaldaicam editionem quæ talis est, ויקטל חויתי ארעא במימר פומיה id est. Et delebit reos de terra verbo oris sui. Et spiritu labiorum suorum mortificabit impium, id est, Et ser-

F mone labiorum eius erit mortuus impius. Et erit iustitia cingulum lumborum eius, hoc est, Erunt iusti circa eum, id est, adhærentes ei sicut cingulum. Hæc Rabbi Solomo. Supradicto quoque loquendi modo, appellantur creberrime in sacra scriptura homines ferarum, pecudum, auium atque reptilium nominibus. Nam vt legitur Geuch. 49. Iacob ille patriarcha filijs suis benedicens, Iudam quidem גור אריה id est, catulum leonis vocauit: Isachar vero חמור גרם Hoc est, asinum osseum vel fortem. Dan autem נחש עלי דרך id est, serpentem super viam, cerastem super semitam. Nephthali vero אילה שלחה Hoc est, ceruam transmissam. Beniamin autem זאב יטרף

G בבקר יאכל עד ולערב יחלק שלל Hoc est, Beniamin lupus rapax, mane comedet prædam, & ad vesperam diuidet spolium. Sic etiam est illud Psal. 28. dictum, ארי נהם ורב שוקק פושל רשע id est, Leo rugiens, & vrsus circumiens, dominator impius super populum pauperem. Ad quod etiam pertinet quod apud Ierem. 50. sic dicitur, שה פוזרא ישראל אריות הריחו הראשון אכלו מלך אשור Hoc est, Quis dispersa vel dissipata Israel, Leones expulerunt eum. Primus comedit eum rex Assur. Et sequitur immediate ibidem, והאחרון עצמו נבוכד־ראצר מלך בבל id est, Et vltimus exossauit eum rex Babylonis. Et iterum ibidem paulo superius, צאן אברות היה עמי רעיהם התעום Hoc est, Grex vel oues perditę fuerunt populus meus. Pastores earū errare fecerūt eas Glossa R. Selomonis, Pastores, inquit, earum, id est regex. His subnectendum est q̄ in libro חולין *Hullin*, in cap. הכל שוחטין *Haccol sohatin* scribitur, super illud Ps. 36. אדם ובהמה תושיע יהוה id est, Homi-

C nem & bestiam saluabis Deus. Sic enim ibi ad verbum dicitur, Dixit R. Iudas, quod dixit Rab, Hi sunt filij Adæ, qui astuti sunt per scientiam, & statuunt se ipsos velut iumentum, vel bestiam. Hæc Talmud. Quasi dicat, Eos Deus saluabit qui prudentes sunt tanquam homines ad faciendum bonum, & simplices velut iumenta ad patrandū malum, atque patientes ad onus Dei portandum. In *Midras* quoque *tehilim*, id est, in expositione Psalmorum super illud Psalm. 64. שמע אלהים קולי

D משיחי מפחד אויב תיצור חיי Hoc est, Exaudi Deus vocem meā, cum deprecor, à timore inimici seruabis vitam meam, sic dicitur, Scriptum est Danielis 6. capite, Deus meus misit Angelum, & clausit os leonum. Venit leo, & liberauit leonem de ore leonis. Venit leo; Hic est Deus sanctus & benedictus: sicut dictum est Amos 3. c. אריה שאג מי לא ייראי ארני יהוה דבר מי לא ינבא Id est, Leo rugiit, quis non timebit? Dominus Deus locutus est, quis nō prophetabit? Et liberauit leonem; Hic est Da-

E niel, qui venit ex Iuda, sicut dictum est Gen. 49 c. גור אריה יהודה Hoc est, Catulus leonis Iuda. De ore leonis; Hic est Nabuchodonosor: sicut dictū est Ierem. 4. עלה אריה מסבכו Id est, Ascendit leo de cubili suo. Cum satis prouide (vt ex prædictis patuit) cognosci possit, quod nec ferę, nec iumenta, nec cætera id genus, cum irrationalia sint, diuinæ legis aut cognitionis possint esse capacia, nec-

F essario profecto consequens est, verba antedicta Isaiæ, videlicet, Habitabit lupus cum ariete, cum reliquis, non de brutis, sed de hominibus intellectum habentibus, intelligenda esse.

## CAPVT IX.

*Ad alterum Iudeorum obiectum, Quod Messias adhuc non venerit, quia nondum ipsi in terram suam congregati sunt.*

## CAPNIO.

ASSVMVNT adhuc & aliud suæ falsitatis & cęcitatis argumentum, ex eo quod Deut. trigesimo capite sic legitur, ישב יהוה אלהיך את



שבותך ורחמך ושב וקבצך מכל העמים אשר הפיצך יהוה אלהיך שמה: אם יהיה נדחך בקצה השמים משם יקבצך יהוה אלהיך ומשם יקחך: והביאך יהוה אלהיך אל הארץ אשר ירשו אבותיך וירשתה: Hoc est, Et conuertet Dominus Deus tu⁹ captiuitatem tuam, & miserebitur tui. Et conuertet, & congregabit te ex cunctis populis, ad quos dispersit te Dominus Deus tuus, vt esses ibi. Si fuerit impulsio tua in extremitates cœli, inde congregabit te Dominus Deus tuus, & inde assu-

B met te, & introducet te Dominus Deus tuus ad terram, quam hæreditauerunt patres tui, & hæreditabis eam. Cum igitur (inquiunt) plures quam mille & quadringenti fluxerint anni, ex quo per orbem dispersi sumus, & per Messiam cum venerit, sicut à patribus nostris traditum est nobis, ad terram quam patres nostri possederunt, reducendi & congregandi simus, quemadmodum & per Mosem in verbis præmissis, & per alios quoque prophetas sæpenumero prophetatum est, manifestum est, Messiam ipsum nondum venisse, &

C per consequens Iesum vestrum Messiam non fuisse. Quoniam igitur argumentum hoc sæpissime contra nos facere solent, velim illud penitus soluas GAL. Iudæi nostri temporis crebro contra nos verba ista impudentissime inducunt, omisso fraudulenter eorundem principio (quod in nostra quoque editione deficit) quo Dominus ipse ait, עתה אשיב את שבות יעקב Id est, Nunc conuertam captiuitatem Iacob. Et reliqua: Quod

D manifeste falsum esset, si adhuc totum futurum esset, cum ab eo tempore hucusque plures duobus millibus transierint anni. Quare cum Deum vel hic vel alibi mentiri, aut falsum dicere, sit impossibile, necessario profecto sequitur, quod tunc cum Deus dixit, Nunc conuertam captiuitatem Iacob, cum reliquis, fuerint hæc incepta. Deinde vero suis temporibus, prout Deus ipse prædestinauerat, vniuersa completa. Dicimus ergo, quod de Iudæorum congregatione & reditu ex Babylonica captiuitate fuerint verba illa Deuteronomij dicta. Tempore enim Nehemiæ & Eztræ nutu Dei, Iudæi à Cyro rege Persarum redeundi facultate accepta, congregati fuerunt, reuersiq; sunt

E ad terram suam, quicunque reuerti voluerunt: vt habetur in fine Paralip. & in principio Ezræ. Quod ex eo maxime patet, q⁹ apud Nehemiam 1. cap. ita scribitur, זכר נא את הדבר אשר צויתה את משה עבדך לאמר אתם תמעלו אני אפיץ אתכם בעמים: ושבתם אלי ושמרתם מצותי ועשיתם אתם אם תהיה נדחיכם בקצה השמים משם אקבצם והביאתים אל המקום אשר בחרתי לשכן את שמי שם: Hoc est, recordare quæso (dixit Nehemias Domino) verbi quod præcepisti Mosi seruo tuo, dicens, Vos perperam agetis. Ego dispergam vos in populis. Et reuertemini ad me, & seruabitis

F præcepta mea. Si fuerit impulsio vestra in extremitates cœli, inde congregabo vos, & ducam ad locum quem elegi, vt habitet nomen meum ibi. Ex his euidenter liquet, de Iudæorum congregatione & regressu ex Babylonica captiuitate, suprædicta Deut. verba dicta fuisse. De qua etiam congregatione & reditu apud Ezech. 39. sic dicitur, בית ישראל וקנאתי לשם קדשי כה אמר אדני יהוה עתה אשיב את שבות יעקב ורחמתי id est, Sic

dixit Dominus Deus. Nunc conuertam captiui-
tatem Iacob, & miserebor totius domus Israel, &
zelabo nomen sanctum meum. Et infra, וקנאתי
אותם מארצות אויביהם ונקדשתי בם לעיני הגוים
רבים וידעו כי אני יהוה אלהיהם בהגלתי אותם אל
הגוים ונכנסתים אל ארצם ולא אותיר עוד מהם
שם: ולא אסתיר עוד פני מהם אשר שפכתי את
רוחי על בית ישראל נאם ארני יהוה Hoc est, Et
congregabo eos de terris inimicorum suorum, &
sanctificabor in eis in oculis gentium multarum.
Et scient, quia ego sum Dominus Deus eorum,
cum captiuauero eos ad gentes, & congregauero
eos super terram suam, & non reliquero vltra ex
eis ibi, & non abscondam vltra faciem meam ab
eis: cum effudero Spiritum meum super domum
Israel. Dixit Dominus Deus. CAP. Iudæi tanquam
perfidi huic verbo Ezechielis tenacissimo morsu
adhærent: eo quod per ipsum Dominus dixerit,
Et congregauero eos super terram suam, & non
reliquero ex eis ibi, quenquam scilicet. Cum igi-
tur (inquiunt) non omnis Israel tempore Ezræ ad
terram suam congregatus fuerit, ita vt nemo ex
eis in gentibus remanserit, palam liquet, prophe-
tiam hanc nondum impletam esse. GAL. Eos in
hoc & falsiloquos esse, & Deo ingratos, Ezras
ipse aperte ostendit, cum in fine secundi capitis li-
bri sui, & in principio tertij fic ait, וישבו הכהנים
והלוים ומן העם והמשררים והשוערים והנתינים
וכל ישראל בעריהם Id est, Et habitaue-
runt sacerdotes & Leuitæ, & de populo, & can-
tores, & ianitores, & Nathinæi in ciuitatibus suis.
Et omnis Israel in ciuitatibus suis. Congrega-
tusque est populus quasi vir vnus ad Ierusalem.
Quare & tunc etiam illud Isaiæ 11. cap. dictum,
quod nobis frequenter obiiciunt, impletum
est, ויוסף ארני שנית ידו לקנות את שאר עמו
אשר ישאר מאשור Id est, Et addet Dominus se-
cundo manum suam, ad possidendum residuum
populi sui, quod relinquetur ab Assyriis, cum cæ-
teris: nam primo manum suam ad possidendum
eos Dominus extendit, cum illos ex Ægypto edu-
xit. Secundo vero cum è Babylonica captiuitate
reduxit. Demum nunquam faciem suam abscon-
dit ab eis, qui ei crediderunt, ex quo Spiritum san-
ctum super eos in die Pentecostes effudit: vt in
calce præmissorum verborum Ezechielis mani-
feste insinuatur.

*Iudæorum inuiorum obiectio.*

## CAPVT X.

*Ad nonum Iudæorum obiectum, Quod Messias nondum venerit, quia tertium templum non est adhuc ædificatum.*

## CAPNIO.



D quoque nobis sæpe opponunt, q̃ apud Zachariam 6. ca. hoc mo-
do legitur, וכה אמר יהוה צבאות
לאמר הנה איש צמח שמו ומתחתיו
יצמח ובנה את היכל יהוה והוא
יבנה את היכל יהוה והוא ישא הדר וישב ומשל על
כסאו והיה כהן כאו עצה שלום תהיה בין שניהם:
Id est, Sic dixit Deus exercituum, dicens, Ecce vir,
Germen nomen eius, & de subter se, vel de loco
suo, vel per se germinabit. Et ædificabit templum
Dei. Et ipse tollet, vel portabit gloriam, & sedo-

bit, & dominabitur super solio suo. Et consilium
pacis erit inter duos ipsos. Et paulo inferius, והיה
אם שמע תשמעון בקול יהוה אלהיכם Hoc est. Et
erit si audiendo audieritis vocem Domini Dei
vestri. Ex his igitur, & ex verbis Ezechielis vlti-
mo capite dictenus, Quod Ierusalem & templum
tempore Messiæ reædificari debebant, iuniores
Iudæorum sic argumentantur, Cum hæc tempore
Iesu Nazareni implèta non fuerint, neque hac-
tenus tertium templum ædificatum sit, constat
plane, neque Iesum Nazarenum Messiam fuisse,
neque Messiam ipsum adhuc venisse. GAL. Hor-
rum verborum Zachariæ à Rabbi Selomone ha-
betur solutio, qui sic ipsa exponit, Germē nomen
eius: Innuitur Messias: Tollet gloriam, id est tol-
let cornu. Inter duos ipsos, id est, inter Iudam &
Israel. Et hæc ædificatio tota de domo secunda lo-
quitur. Et erit si auditu audieritis: id est, Et erit
vobis factum hoc, vel res hæc, si auditu audieritis.
Hæc Rabbi Selomo. Ex quibus habetur argu-
mentum, quod Messias tempore secundi templi
venturus erat. Quod autem prædicta Zachariæ
verba de Messia intelligantur, per Targum, id
est, per translationem Chaldaicam liquido pa-
tet, quæ sic eadem verba habet, אמר יהוה צבאות
למימר הא גברא פשיתא שמיה עתיד ריחלי
והרבי ליבני יה היכלא דיהוה והוא יאול ויו ויתיב
ושלום על לורסוהי ויהי כהן רב על בורסוהי
ומלכא רשלמא יהא בין תרויהון Id est, Dixit Deus
exercituum dicendo, Ecce vir, Messias nomen
eius. Futurum est, vt reuelet se, & multiplica-
bitur. Et ædificabit templum Dei. Et ipse le-
uabit decorem, & sedebit, & dominabitur super
solio suo. Et erit lacerdos magnus super solio
suo. Et consilium pacis erit inter duos ipsos.
Et infra והיו אם קבלא תקבלון למימרא דיהוה
אלהכון Hoc est, Et erit (scilicet hoc) si recipien-
tes receperitis verbum Domini Dei vestri. Hæc
Targum. Vbi per verbum hoc Domini Dei (vt
alibi latius probatum est) Messias ipse intelligi-
tur. Quod autem tertium templum non fuerit
ædificandum, per eorum scripturas multifariam
probatur. Nam in *Bereschith* קטנה *ketanna*, id est
in expositione minori libri Geneseos, hoc modo
scriptum legimus. Dixit Rabbi אביא *Abia*, Ab
initio creationis mundi, vidit Deus sanctus & be-
nedictus domum sanctuarij ædificatam & destru-
ctam. Et ædificatam quidem: sicut dictū est Gen.
1. בראשית ברא אלהים את השמים ואת הארץ Id
est, In principio creauit Deus cœlum & terram.
Ecce ædificata. Quemadmodum dicitur apud
Isaiam 31. cap. Vt plantaret cœlos, & fundaret ter-
ram. Destructam vero cum dicitur והארץ היתה
תהו ובהו Id est, Et terra erat inanis & vacua. Ec-
ce destructa. Quemadmodum dictum est Ierem.
4. ראיתי את הארץ והנה תהו ובהו Id est, Vidi ter-
ram, & ecce inanis & vacua erat. Sequitur ויאמר
אלהים יהי אור ויהי אור Id est, Et dixit Deus: fit
lux, & fuit lux. Ecce ædificata est & consummata
in futurum. prout dictum est Isa. 60. קומי אורי כי
בא אורך וכבוד יהוה עליך זרח Hoc est, Surge, il-
luminare, quia venit lumen tuum, & gloria Dei
super te orta est. Scriptum est etiam sic in *Bereschith rabba*, id est in expositione magna libri Geneseos
super illud Genes. 47, cap. dictum, Vide adhuc

*Templum tertium in actu prod. nondum est.*



filij mei sicut agri pleni, cui benedixit Dominus:
Hic docet Deum ostendisse sibi domum sanctua-
rij ædificatam & destructam. Et ædificatam qui-
dem ibi, Vide odorem filij mei. Sicut scriptum est
Num. 18. Odorem suauem seruabis. Destructam
vero ibi, Sicut agri pleni. Sicut scriptum est Mi-
chææ 3. cap. Propterea causa vestri Sion tanquam
ager arabitur. Ædificatam autem & consumma-
tam in futurum ibi, Cui benedixit Dominus. Sic-
ut scriptum est Psal. 132. Quia ibi mandauit Do-
minus benedictionem & vitam vsq; in seculum,
vel in æternum. In libro quoq; Succa, id est, Ta-
bernaculi ita legitur, Dixit R. Ezra, Scriptum est
Ioelis 2. cap. ואת הצפוני ארחיק מעליכם והדחתיו
אל ארץ ציה ושממה את פניו אל הים הקדמוני
וסופו אל הים האחרון id est, Et aquilonem elon-
gabo à vobis vel desuper vobis, & impellam eum
ad terram aridam, vel desertam, vel desolatam.
Facies eius ad mare orientale, & finis eius ad ma-
re vltimum. Et aquilonem elongabo à vobis. Hic
est יצר הרע *Iester hara*, id est fomes vel concupi-
scentia mala, quæ latitat in corde hominis. Et im-
pellam eum ad terram aridam, id est ad locum,
vbi filij Adæ nō inueniuntur habitare. Facies eius
ad mare Orientale, Quia dedit oculos suos in san-
ctuarium primum, & destruxit illud occidito; sa-
pientes, qui ibi erant. Et finis eius ad mare vlti-
mum. Quia dedit oculos suos in sanctuarium se-
cundum, & enertit ipsum, interfecito; sapientes
qui in illo erant. Ex his traditionibus satis aperte
innuitur, tertium templum non fuisse ædifican-
dum. Quod manifestius apud Ieremiam habetur,
ita 7. cap. dicentem, חטיבו וראכיכם ושלליכם
ושכנתי אתכם במקום הזה: אל תמטחו לכם אל
דברי השקר לאמר היכל יהוה היכל יהוה היכל
יהוה המה Hoc est, Bonas facite vias vestras, & a-
ctiones vestras. Et habitare vos faciam in loco isto.
Ne confidatis in verbis mendacij, vel falsitatis, ad
dicendum, Templum Dei. Templum Dei. Tem-
plum Dei sunt. Quia scilicet falsum omnino est,
quod tertium templum Domini ædificetur in
terris, cum aliud quam primum & secundum tem-
plū Domini esse nō debeat. Quod in libro נזירות
*Nezirath*, id est, Separationis, in capite *Bethshammai* confirmatur, cum sic super eisdem Ieremię verbis
dicitur. Quid est quod scriptum est, Templum
Dei, Templum Dei? Istud est sanctuarium pri-
mum & secundum. Per ea igitur quæ dicta sunt,
palam ostenditur, quod templum non reædifica-
bitur terris, neque Iudaica prauitas poterit aliqua
euidentissima ratione probare illud tertio reædifican-
dum esse: cum, vt ex præmissis satis manifeste pa-
tuit, nonnisi duo in terra templa esse debuerint.
Primum scilicet quod à Salomone constructum
fuit, & à Nabuchodonosor subuersum: & secun-
dum, quod sub Zorobabele ædificatum est, & à Tito
denum destructum. Tertium autem templū non
in terra, sed in cœlo, atque in Ierusalem superna
ponendum est: vt prisci Talmudistæ tradiderunt.
Quod multis in locis ipsius Talmud probatur:
Nam in *Bereschith rabba*, id est in expositione libri
Geneseos super illud 28. ca. eiusdem libri scriptum,
ויירא ויאמר מה נורא המקום הזה אין זה כי אם
בית אלהים וזה שער השמים Id est, Et expauit ac dixit
Quam terribilis est locus iste. Non est hic nisi do-

*Duplex Ierusalem, superna & terrestris.*

mus Dei. Et hic est porta cœli: sic legitur, Dixit
magister noster Iehosuas filius Nun, Illa die qua
appropinquauit mors Mosi, sustulit eum Domi-
nus ad cœlum altissimum, ostenditq; ei domum
præmij sui, & quid ei venturum esset. Astititque ei
pietas, dixitque: Moses bonam tibi nunciationē
nunciabo, de qua multum lætaberis. Respice ver-
sus diuinæ pietatis thronum, & vide. Respexitque
Moses, & vidit Deum sanctum & benedictum
domum sanctuarij ex lapidibus preciosis & mar-
garitis manu sua ædificantem. Inter lapidem vero
& lapidem diuinitatis gloriam, siue decus, vel or-
natum, nobiliorem scilicet quam margaritas po-
nebat. Messias autem filius Dauid in medio eius
sedebat. Aharon vero frater ipsius Mosis super
pedes suos stabat & pallium eius super eum erat.
Tunc locutus est Aharon Mosi, dicens, Moses ne
appropinques: timeo enim חשכינה *Hasschabina* id
est diuinitatem tibi. Non enim ingreditur hic ho-
mo, nisi prius mortem gustauerit. Cecidit ergo
Moses in faciem suam in conspectu Dei, cum
verba Aharon audisset, & ait, Domine seculi da
mihi loquendi cum Messia tuo facultatem ante-
quam moriar. Dixit ei Deus sanctus & benedi-
ctus, Vade. Docuitq; eum nomen suum magnum
ne voraret eum diuinitatis splendor. Cumque
vidissent eum Messias & Aharon, cognouerunt
quod Deus sanctus & benedictus nomen suum
magnum eum docuerat. Dixerunt igitur ei Mes-
sias & Aharon, Benedictus qui venit in nomine
Domini. Nisi enim Deus sanctus & benedictus
eum nomen suum docuisset, ad diuinitatem cum
eis ingredi non potuisset. Rogauit itaque Moses
Messiam filium Dauid, dicens, Loquere quæso
mihi. Deus sanctus & benedictus ædificabit do-
mum sanctuarij in terra Israel? Et ecce ego video
eum in cœlo domum sanctuarij manu sua ædifi-
cantem. Respondit Messias Mosi, Moses, Iacob
pater tuus vidit domum, quæ ædificabitur in ter-
ra. Vidit quoque domum, quam Deus sanctus &
benedictus manibus suis ædificat in cœlis. Intel-
lexitq; omni vi animi sui, quod dom⁹ quam Deus
sanctus & benedictus ædificat manibus suis in
cœlis de lapidibus preciosis & margaritis, cum di-
uinitatis ornatu, vel splendore, est domus quæ Is-
raeli in seculum & in secula seculorum permane-
bit. Et sic locutus est in nocte, qua dormiuit super
lapidem & vidit Ierusalem ædificandam in terra,
& Ierusalem ædificandam in cœlis. Cum igitur vi-
dit Iacob pater tuus vtramq; Ierusalem, vnam in
terra, & vnam in cœlis, ait, Non est hæc quæ est in
terra aliquid. Sient dictum est Gen. 28. Et expauit
ac dixit, Quam terribilis est locus iste. Non est
hæc, sed domus quæ permanet in generationem
& generationem, illa enim est domus Dei, quam
ipse manibus suis ædificat in cœlis, sic eam ædifi-
cat in terra iuxta dictum illud Exod. 15. מקדש
יהוה כוננו ידיך Hoc est, Sanctuarium ò Deus,
aptauerunt manus tuæ. Cumque audisset Moses
verba hæc ex ore Messiæ filij Dauid, gaudio
fuit magno. Sicut dictum est Psal. 122. שמחתי
באמרים לי בית יהוה נלך עמדות היו רגלינו
בשעריך ירושלם הבנוי העיר שחברה לה יחדיו
id est, Lætatus sum propter dicentes mihi, In do-
mum Dei ibimus. Stantes erant pedes nostri in

portis tuis, Ierusalem. Ierusalem quæ ædificata est A
vt ciuitas, quæ iuncta est ei simul. Hæc omnia traditio. Quę quidem sex principaliter continet. Primum quidem est, quod Moses cum moriturus esset, in cœlum ascendit, ibiq; vidit Deum, domum sanctuarij cœlestis ædificantem. Secundum vero, quod vidit Messiam, in medio domus seu templi cœlestis sedentem. Tertium autem, quod à Deo petierit loquendi cum Messia facultatem. Quartum deinde, quod Deus erat domum sanctuarij ædificaturus in terra, & alterâ manu sua ædificabat in cœlis, quæ de lapidibus preciosis & margaritis erat. Quintum præterea, quod Iacob veramque Ierusalem videret, cœlestem scilicet, & terrenã, & respectu superioris nihil sit inferior. Sextum denique, quod illud psalmographi dictum, Ierusalem quæ ædificatur vt ciuitas, de cœlesti Ierusalem intelligendum sit. Quod Targum quoque, id est, Chaldaica translatio aperte ostendit. Sic enim ait, ירושלם דפתבניא ברקיעא חיך קרתא B
דמהאבדא לה כחדא בארעא Hoc est, Ierusalem C
quæ ædificata est in firmamento vt ciuitas, quæ communita est ei sicut vnum in terra. Hoc & in libro תענית *Taanith*, id est, Ieiunij manifeste patet: vbi legitur R. Iohanan dixisse, Non intrabo in Ierusalem supernam, quousq; non fuerit Ierusalem inferior ædificata. Dixerunt ei, Quomodo est Ierusalem superior? Respondit eis, Ita vt scriptum est Psalm. 122. Ierusalem ædificata vt ciuitas, quæ participationem habent simul. Ex omnibus præmissis concludendum est, Ierusalem & templum D
de quibus loquitur Ezechiel, mystice intelligenda esse. Similiter & templum quod à Messia ædificandum Zacharias dixit, spiritualiter intelligi debere. Ipse enim spirituale templum ædificaturus erat, hoc est, Ecclesiam ex viuis & electis lapidibus, id est, ex fidelibus suis. Illis igitur qui Dominum Iesum Christum receperunt, verbum eius, hoc est, Euangelium audientes, templum in cœlis ædificatum est: in vero qui eum non receperunt, non est ædificatum.

## Capvt XI.

*Ad decimum Iudæorum obiectum, Quod Messias nondum venerit, quia adhuc ipsi non sint saluati.*

### CAPNIO.

EA etiam contra nos adducunt, quę de Messia apud Ieremiam 23. cap. hoc modo dicuntur, הנה ימים
באים נאם יהוה והקימתי לדוד צמח
צדיק ומלך מלך והשכיל ועשה
משפט וצדקה בארץ בימיו תושע יהודה וישראל
ישכון לבטח ושמו אשר יקראו יהוה צדקינו
Hoc est, Ecce dies venient, dicit Deus, & suscitabo Dauidi Germen iustum: & regnabit rex, & intelliget, & faciet iudicium & iustitiam in terra. In diebus eius saluabitur Iuda, & Israel habitabit ad fiduciam. Et hoc est nomen eius, quo vocabunt eum, Deus iustus noster. Hæc (inquiunt) de Messia dicta sunt, vt patet per Targum, id est per Chaldaicam editionem, sic dicentem, הא יסין אתן
אמר יהוה ואקים לדוד משיח רצדקא
id est, Ecce dies venient, dicit Deus, & statuam Dauidi Messiam iustum. Ex eo igitur quod ait, In diebus eius saluabitur Iuda, & Israel habitabit ad fiduciam; aperte ostenditur, nos Iudæos in aduentu Messiæ omnes saluari debere. Cum igitur in aduentu Iesu Nazareni minime saluati fuerimus, sed potius perditi, (nunquam enim tot, tamque grauia mala perpessi fuimus, qualia in diebus eius nobis euenerunt, cum penitus destructi, dissipati, ac per orbem dispersi simus) manifestum ac certum omnino est, neq; ipsum Messiam fuisse, neque verum Messiam adhuc venisse. GAL. Aliam est non damus responsionem, quam eam quæ à priscis comm datur, qui aiunt, quod hoc in loco Iuda non est nisi confessio, & quod omnes confitentes saluatorem, siue Messiam per ipsum saluandi erant. Ita enim legitur in Commentatiis R. Mosis Hadarsan in librum Geneseos, super illud eiusdem libri Gen. 41. dictum, ויאמר פרעה אל יוסף אני פרעה
תכלעדיך לא ירים איש את ידו id est, Et dixit Pharao ad Ioseph, Ego Pharao, & absq; te non eleuabit vir manum suam. Dixit R. Aha. Ex. Ego. carnis & sanguinis, tu discis, Ego, Dei sancti & benedicti. Nã si ex eo quod dixit Pharao ad Ioseph, Ego Pharao, meruit Ioseph totam hanc benedictionem: cum venerit, Ego, Dei sancti & benedicti, de quo dictum est Isa. 46. אני עשיתי ואני אשא
אני אסבול ואמלט Ego feci, & ego leuabo, ego feram & liberabo: quanto magis admittet? Potestne dici, quod redemtor erit acceptator personarum? Absit. Omnes enim confitentes eum ex toto suo, & operibus suis & corde suo, saluabit & liberabit, sicut scriptum est Ieremiæ 23. cap. In diebus eius saluabitur Iuda: ac si dicat, Confitentes eum. Et iterum ipse ait Isa. 45. פנו אלי והושעו כל אפסי
ארץ Hoc est, Conuertimini ad me, & saluabimini omnes fines terræ. Hucusq; R. ille Moses Hadarsan. Ex ista igitur traditione luculentèr apparet, quod in præmissis Ieremiæ verbis, cum ait, In diebus eius saluabitur Iuda, Iuda non pro Iudæa perfidia verum Messiã negantibus, sed pro omnibus quibuscunq; saluatorem ipsum confitentibus accipitur. Et quod omnes eum corde, ore & opere cõfitentes, saluabuntur. Iuda enim Dei confessio interpretatur. Nam יה *id*, idem est quod Deus & יהודה *Iuda* confessio: vnde componitur יהודה
*iehuda*, id est Iuda, quod idem est, quod Dei confessio. Legitur etiam apud Hoseam 2. cap. sic, לא
אזיף עוד את בית ישראל כי נשא אשא
להם ואת בית יהודה ארחם והושעתים ביהוה
אלהיהם ולא אושיעם בקשת ובחרב ובמלחמה
ובסוסים ובפרשים. Non adiiciam vltra, vt misereat domus Israel, quia obliuione obliuiscar eorũ. Sed domui Iuda misereb or, & saluabo eos in Domino Deo suo. Et nõ saluabo eos in arcu & in bello, neq; in prælio cum equis & equitibus. Quæ R. Ionathas ita Chaldaice transtulit, atque exposuit, לא אוסיף עוד לרחמא על בית ישראל ברם אם
יהבון משכב אשבק להון ועל ביתיה יהודה ארחם
ואפרקינון במימרא דיהוה אלההון ולא יתפרקון
בקשתא ובחרבא ובעבדי קרבא ובסוסון ובפרשין
Hoc est, Ecce nõ addã vltra, vt misereat super domũ Israel. Verumtamen si eos pœnituerit, parcens parcã eis. Sed domũ Iuda misereb or, & saluabo eos in verbo Domini Dei eorũ. Et non saluabo eos in arcu & in bello, neq; in facientib⁹ prœliũ cũ equis & equit-



*Demum Iudæi ostendunt se Christianorum Ecclesiæ.*

bus. Quod autem Messias sit verbum A
Dei, in tertio libro latissime visum est. Ex his quoque verbis manifestum est, quod domus Iuda, cuius Deus misertus erat, & quam verbo suo, hoc est per Messiam filium suum saluare debebat, Ecclesia Christi intelligitur, id est, congregatio fidelium Christum verum Dei Filium confitentium, & non perfidorum Iudæorum synagoga, eum negantium. De quibus Isaias 59. ait. הן לא
קצרה יד יהוה מהושיע ולא כבדה אזנו משמוע:
כי אם עונותיכם היו מבדילים בינכם לבין אלהיכם B
וחטאותיכם הסתירו פנים מכם משמוע: Id est, Ecce non est abbreuiata manus Dei à saluando, neq; est aggrauata auris eius ab audiendo. Sed peccata vestra fuerunt diuidentia inter vos & Deum vestrum. Et culpæ vestræ operuerunt faciem eius à vobis, ab auditu, id est, ne vos audiat. Glossa Rabbi Selomonis; Quod non estis saluati (inquit) non propter breuitatem manus eius contingit. Culpæ vestræ operuerunt faciem eius à vobis, id est, exegerunt vt operiret faciem suam à vobis.

## Capvt XII.

*Ad vndecimum Iudæorum obiectum, Quod Messias adhuc non venerit, quia nondum Gog interemtus est, neq; Magog expugnatus.*

### CAPNIO.

OBIECIVNT præterea Iudæi contra nos, & contra Dominum nostrum verum Messiam, aliud argu- D
mentum, ob ea quæ de Gog & Magog in sacris litteris leguntur, & præsertim apud Ezechielem 38. cap. sic dicentem, בן אדם שים פניך אל גוג ארץ המגוג
Hoc est, Fili hominis pone faciem tuam ad Gog, terram Magog. Vbi glossa R. Selomonis air, Gog est nomen regis, Magog nomen gentis. Sicut dictum est Gen. 10. cap. גמר ומגוג id est, *Gomer & Magog*. Deinde apud eundem prophetam ita paulo infer⁹ sequitur, האתה הוא אשר דברתי בימים קדמונים ביד
עבדי נביאי ישראל הנבואים בימים ההם שנים E
Id est, Num tu es, de quo locutus sum in diebus antiquis per manum seruorum meorum prophetarum Israel qui prophetauerunt in diebus illorum *annum*, id est annorum? Vbi glossa R. Selomonis sic dicit, Dixit Deus sanctus & benedictus; Num tu es ille, de quo annunciaui in diebus antiquis per manum seruorum meorum prophetarum Israel? Vt fuit Ezechiel & Zacharias: nam & ipse Zacharias prophetauit de prælio Gog & Magog. 14. cap dicens, ואספתי את כל הגוים אל ירושלם
למלחמה ונלכדה העיר ונשסו הבתים והנשים
תשגלנה ויצא חצי העיר בגולה ויתר העם לא יכרת
מן העיר: ויצא יהוה ונלחם בגוים ההם Hoc est, Et congregabo omnes gentes in Ierusalem ad prælium. Et capientur ciuitas, & prædabuntur, vel diripientur domus, & mulieres stupribuntur. Et exibit medietas ciuitatis in captiuitatẽ, & residuum populi non abscindetur de ciuitate. Et egredietur Deus, & pugnabit cum gentibus illis. Magistri vero nostri dixerunt, quod illud & Midad prophetauerunt etiam de bello Gog & Magog. Quod indicat hæc dictio שנים *sanim* hic dicta. Tu autem non dicas שנים *sanim* id est annorum, sed שנים *sa-*

*naim* id est duorum. Duo enim prophetæ vnam A
prænunciarũt prophetiam eodem tempore. Hactenus Rabbi Selomo. Ex his igitur & ex aliis quę Ezechiel ipse 39. cap. de Gog & Magog meminit, sumunt iuniores Iudæorum suæ nequitiæ argumentum, dicentes, Quod per Messiam Deus expugnaturus sit Gog & Magog, qui & ipsum Gog interfecturus est, iuxta illud Esaiæ, Et Spiritu labiorum suorum occidet impium; & nos in terram nostram reducturus, simul cum ipso in Ierusalem perpetuo regnaturos. Quod cum adhuc minime B
fieri contigerit, & Messiam nondum venisse, & Iesum vestrum Messiam non fuisse, clarum & certum est. GAL. Quoniam nec tertium templum ædificandum est, vt in præcedentibus latius patuit, nec Iudæi sunt vnquam terram suam possessuri, neq; decem tribus sunt viterius reuersuræ, vt in sequentibus latissime patebit: id circo dicimus præd. ta Ezechielis verba, & alia quæcunque de Gog & Mag. g. vbius leguntur, non iuxta litera- C
ram, sed spiritualiter intelligenda esse. Quod autem decem tribus nunquam sint reuersuræ, per illud nunc ostenditur, quod in libro *Sanhedrin*, in cap. *Helec*, hoc modo legitur, Decem tribus non sunt futuræ ad reuertendum: id est, nunquã sunt reuersuræ ad terram Israel. Tradiderunt *Rabbanan*, id est, Magistri, quod decem tribus non habebunt partem in sæculo futuro: sicut dictum est Deut. 29. ויתשם יהוה מעל אדמתם באף ובחמה ובקצף
גדול id est, Et euellet eos Dominus de terra eorũ cum furore, & ira & indignatione magna. Hæc D
traditio. Quoniam igitur tertium templum non est ædificandum, nec Iudæi vnquam amplius in terram suam sunt reuersuri, nec vlteri⁹ ipsam possessuri, suntq; à Deo in perpetuum reprobati, atq; decem tribus non sunt vltra ad terram patrũ suorum reuersuræ, vt per præmissam traditionem ostensum est: propterea quicquid in Ezechiele, vel alibi, de Gog & Magog legitur, non literaliter, sed spiritualiter intelligi oportet. Quod quidem ex eo ostendi potest, quod in prædicto cap *Helec*, ita E
legitur: Dixit R. Abba, Domus quæ est coã Deo sancto & benedicto, decem & octo millium leuatum est: sicut dictum est Ezech. vlt. סביב שמנה
עשר אלף id est, Circuitus decem & octo millia: vbi glossa R. Selomonis air, De Ierusalem superna locutæ sunt scripturæ in fin. Ezechielis. Item in *Midras cohelet* h id est, in expositione libri Ecclesiastis super illud 10. c. dictum, Quis vt sapiens? Sic dicitur, Hic est primus Adam, de quo dictum est
Ezech. 28. בן אדם שא קינה על מלך צר ואמרת לו F
כה אמר ארני יהוה אתה חותם תבנית סלא חכמה
id est, Fili Adam leua planctum super regem Tyri, & dices ei, Sic dicit Domin⁹ Deus, Tu sigillum, vel annulus similationis, plenus sapiẽtia. In libro quoq; *Bana bathra*, in ca. החכור את הספינה *Hanmocher eth haspphina*, id est, Vendens nauem, ita legitur, Dixit R. Hanina; Decem operimenta fecit Deus sanctus & benedictus. Adæ primo in horto voluptatis: sicut dictum est (apud Ezechielẽ scili- G
cet eodẽ in loco, immediate) בערן גן אלהים היית
כל אבן סכתך אדם פטדה ויהלם תרשיש שהם
וישפה ספיר נפך וברקת ותהב מלאת תפיך ונקביך
בך ביום הבראך כוננו Id est, In deliciis horti Dei fuisti. Omnis lapis preciosus operimentum tuum

Sardius, topacius, chrysolithus, onix, iaspis, saphirus, berillus, carbunculus, smaragdus, & aurum, opus tympani tui. Et foramina tua in te in die creationis tuæ præparata sunt. His ita præmissis, dicamus Iudæis. Cum ea quæ tam expresse de rege Tyri in Ezechiele dicta sunt, non de ipso, sed de Adam intellecta fuerint, vt ex prædictis patet: & cum illa quæ in fine eiusdem Ezechielis de Ierusalem & templo scripta sunt, non de terrestri, sed de cœlesti Ierusalem accipienda sint: Cum ista duo (inquam) de quibus nunc meminimus, non vt litera exterius sonat, sed longe sub eius sapientibus Iudæorum intellecta fuerint, proculdubio id quoq; quod inter hæc duo de Gog & Magog dicitur aliter quam litera extrinsecus ostendit, intelligantur necesse est. Præterea cum (vt ait Rabbi Moses Ægyptius circa initium libri *More*) clauis intelligentiæ vniuersorum quæ prophetæ dixerunt, sit intelligere parabolas, metaphoras, similitudines, atque ænigmata. Hoc etiam euidentius habetur ex eo quod in libro *Sanhedrin*, in cap. *Helec* legitur, super illud Isaiæ 9. cap. dictum, לרבה המשרה ולשלום אין קץ Hoc est, Vt multiplicetur imperium, & pacis non sit finis: sic enim ibi dicitur, Dixit Rabbi Tanhuma, Quam ob rem omnis *mem* quæ est in medio dictionis est aperta, & ista est causa? Quia quæsiuit Deus sanctus & benedictus facere Hezechiam Messiam, & Sennacherib Gog & Magog. Dixit tunc סרח הדין id est, proprieras iudicij coram Deo, Domine mundi quid erit hoc? Dauid qui dixit in conspectu tuo tot cantica, totque laudes, non fecisti Messiam: Hezechiam autem cui fecisti omnia signa hæc, & non dixit canticum coram te, facies Messiam? Exiuit autem filia vocis, id est reuelatio cœlestis, & ait: רזי לי רזי לי Id est, secretum meum mihi, secretum meum mihi. Hæc traditio. In qua etsi hoc, Deum scilicet voluisse Hezechiam Messiam facere, Sennacherib autem Gog & Magog, fabulosum sit, nisi spiritualiter intelligatur, habemus tamen intentum de Gog & Magog, quod mysti-
*Per Gog & Magog, qui intelligantur.*
ce intelligi debeant. Ex his igitur quæ dicta sunt aperte liquet, quod Gog non sit rex aliquis futurus, nec Magog gentis aliqua specialis, vt reseantiores Iudæorum somniant, atque delirant: sed quilibet impij qui populum Dei persequuntur, ac tribulant, ipsi sunt Gog atque Magog. Non enim vt Iudæi, & quidam etiam ex nostris Iudaizantes putant, Gog & Magog Scythicæ gentes sunt innumerabiles, atque immanes, quas trans Caucasum montem, & Mæotidem paludem, ac prope Caspium mare ad Indiam vsque protendi aiunt, quasque post mille annorum regnum, à diabolo commouendas asserunt, vt veniant in terram Israel, & pugnent contra sanctos gentibus multis aliis sibi adiunctis. Et primum quidem משך *Mesech*, quos Iosephi Cappadoces dicit. Deinde תובל *Tubal*, quos idem Iberos, vel Hispanos, Hebræi Italos suspicantur, habentes secum Persas, Æthiopes, Aphros, & reliquos. Quod ex eo potissimū probare conantur, quod diuus Iohannes Apocal. 20. cap. ait, Et cum finiti fuerint mille anni, soluetur satanas, vt seducat gentes in quatuor angulis terræ, Gog & Magog. In hunc autem errorem incidunt, quia non animaduertunt, to-
A rum Ioannis librum qui reuelationis titulo prænotatur, mysticum esse. Cum Iudæis igitur errant, qui Gog & Magog iuxta literam intelligi volunt. Sicut enim propheta præuidit atque prædixit sanctorum iustorumque remunerationem in visione templi & terræ distributione, ita hic præuidit atque prædixit sub figura Gog & Magog Ecclesiæ
Det atque iustorum persecutionem, quæ facta est atque quotidie fit tam per hæreticos, quam per
B alios sanctæ fidei & veritatis Catholicæ persecutores, qui sunt cacodæmonum tectum & habitaculum. Gog enim à גג *Gag* Hebraico nomine dicitur, quod idem est quod tectum. Vt est illud
*Gog & Magog proprie tectum.*
Prouerb. 25. capite dictum, מוב שבת על פנת גג Id est, Melius est sedere in angulo *gag*, id est tecti, quam cum muliere litigiosa, & in domo communi. Et inde venit מגוג *Magog*, quod idem est, quod de tecto. Quare Magog rectè diabolus dicitur, qui de domo procedit. Gog autem maxime in nouissimis temporibus Antichristus erit, qui tectum & domus erit
C diaboli, ex quo Magog, id est diabolus per apertam persecutionem exibit. Et idcirco apud Ezechielem ad ipsum Gog dictum est, באחרית הימים תהיה Hoc est, In nouissimo dierum eris.

## CAPVT XIII.

*Ad duodecimum Iudæorum obiectum, Quod Iesus Nazarenus non fuerit verus Messias, quia non reliquit post se semen, nec habuit filios.*

## CAPNIO.

HIs non obstantibus, Iudaica perfidia ostendere volens, Dominum nostrum Iesum Christum verum non fuisse Messiam, illud postremo nobis opponit, quod
E apud Isaiam quinquagesimo tertio capite de Messia dicitur, יראת זרע יאריך ימים וחפץ יהוה ביריו יצלח Hoc est, Videbit semen longæuum, & voluntas Dei in manu eius prosperabitur. Et illud quoque quod Psalmo octuagesimo octauo sic de eodem scribitur, לעולם אבנה זרעו וכסאו כימי שמים Id est, Et ponam in æternum semen eius, & thronum eius tanquam dies cœli. Cum igitur (inquiunt) Iesus vester filios non habuerit, nec semen filiorum post se reliquerit, Messias minime esse potuit. GAL. Facile in hoc eorum refelli poterit insania, si vel vnum eorum quæ dicam fuerit memoriæ commendatum. Legitur enim sic in *Bereschith* minori super illud Geneseos vigesimo quinto capit. dictum, ויוסף אברהם ויקח אשרה ושמה קטורה Hoc est, Et denuo Abraham accepit vxorem, cuius nomen Ketura. Scriptum est Ecclesiastis 11. cap. בבקר זרע את זרעך ולערב אל תנח ידך id est, Mane semina semen tuum & ad vesperum non cesset manus tua. Non
G enim tu scis quod erit magis idoneū, vel rectum, Vtrum hoc, an illud, vel si ambo simul bona. R. Akiba ait, Si fuerint tibi discipuli in adolescentia tua, instrue quoque discipulos in senectute tua. Nescis enim quos eorum ascribet tibi Deus, vel vtrum



vel vtrum omnes erunt simul boni. Hæc ibi. Cum
A hic discipuli ab aliquo edocti, semen eius vocentius, semen ergo Christi fuerunt Apostoli, cæteriq; eius discipuli. In *Bereschith* quoque *rabba*, super illud Gen. 28. Tibi dabo eam & semini tuo, sic dicitur, Semen tuum erunt similes tibi: sicut dictum est Deut. 33. c. Et habitabit Israel confidenter, solum modo oculus Iacob. Et super hoc Amos propheta postulabat miserationes, dicens 7. ca. Domine Deus parce quæso, vel parce nunc. Quis surget Iacob, id est, vt Iacob? Licet parvus sit ipse, vel numquid paruus ipse? Misertus est super hoc. Et reliqua. Hæc traditio. Vbi notandum est, quod similes Iacob semen eius dicuntur. Legitur etiam hoc modo in מסכת בכורים *Massecheth bechorim*, id est, in libro primitiarum, Tradiderunt in nomine Rabbi Iudæ, quod גר *ger*, id est aduena conuersus, qui de gentilitate venit ad fidem, ipsemet asserit primitias, & didicit sine legit illud Deuter. 26. Pronuncio hodie Domino tuo, quod intrauerim in terram, quam iurauit Deus patribus vestris. Quæ
C est huius rei probatio? Id quod dictum est Gen. 17. cap. ולא יקרא עוד את שמך אברם והיה שמך אברהם כי אב המון גוים נתתיך Hoc est, Non vocabitur vltra nomen tuum Abram, sed erit nomen tuum Abraham: quia patrem multitudinis gentiū dedi te. In principio enim fuit pater Aram, & ideo vocatus est Abram. Demum vero pater totius seculi, & idcirco dictus est Abraham. Hæc traditio. In libro etiam *Sanhedrin* in ca. ריני ממנות *Duos mamanorh*, id est, Iudicia diuitiarum, sic dicitur, Scriptum est Genes. 49. cap. Non recedet sceptrum de Iuda: Hi sunt qui capita fuerunt captiuitatum Babyloniæ, qui Israel sceptro regebant.
*Abram cur vocatus sit Abraham.*
D Et scriba de medio pedum eius. Hi sunt filij filiorum Hillelis, legem Israelem docentes. Hæc ibi. Magistri igitur ab Hillele edocti, filij eius sunt appellati. Vnusquisq; enim apud Hebræos, eius filius dicitur est, à quo edoctus vel nutritus est. Vnde eodem in libro in capite כהן גדול *cohen gadol*, id est sacerdos magnus, sic legitur, Scriptum est secundi Regum vigesimo primo, Et quinque filios Micol filiæ Saul. Dixit Rabbi Iehosuas, Merob peperit, & Micol nutriuit, quæ nunquam habuit filios. Nam vt scribitur secundi Regum sexto capite, Micol filiæ Saul non est natus filius vsque ad diem mortis suæ. Quia igitur nutriuit eos, filij eius sunt vocati: vt doceret te scriptura, quod quicunque nutrit in medio domus suæ orphanum, siue
E pupillū, pater eius reputatur, ac si eum genuisset. Dixit Rabbi Iohanan, Quicunque docet filium proximi sui, haud secus ipsum scriptura reputat, quam si eum genuerit: sicut dictum est Num. 3. cap. ואלה תולדת אהרן ומשה Id est, Hæ sunt generationes Aharon & Mosis. Deinde sequitur ואלה שמות בני אהרן Hoc est, Et hæc sunt nomina filiorum Aharon. Sed Aharon quidem genuit, Moses autem docuit: & ideo ita filij eius dicuntur, sicut & Aharon. Hæc omnia Talmud. Ex
B his igitur omnibus clarum est, quod etsi Dominus noster Iesus filios carnales non habuerit, habuit tamen infinitos spirituales. Non enim soli Apostoli cæteriq; eius discipuli ab ipso immediate educti, filij eius sunt nuncupati, verum etiam & reliqui omnes Christiani, qui eius doctrinam sequuntur, atque obseruant. Quare semen longæuum, quod post se reliquit, non corpotale, sed spirituale est. Quod absque mysterio factum non est. Quemadmodum enim ipse de setnine non corporali, sed spirituali desc̄dit, ita & semen non corporale, sed spirituale habere debet. Quod autem Messias de spirituali semine proditurus esset, patet ex promissione Abrahæ de ipso Messia facta, cum Deus ei Gen. 22. dixit, והתברכו בזרעך כל גויי הארץ id est, Et benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ. Et in antecedenti cap. dicitur, quod ei Dominus dixerit, כי ביצחק יקרא לך זרע Hoc est, In Ishac vocabitur tibi semen: Et tamen constat, Ishac secundum spiritū conceptum
D esse, & non secundum carnem, sicut Israel: vt ait Apostolus ad Galatas scribens. A fortiori igitur & longe magis Messias, qui non ex vitili semine, sed ex mystico spiramine (vt in sequentibus latissime probabitur) concipiendus erat, secundum spiritum conceptus dicitur. Quia ergo Iesus Nazarenus verus Messias tam literaliter secundum spiritum de virgine sine viro natus est, filios non carnales sed spirales habere debuit. Quod ex glossa quoque Hebraica aperte ostenditur, quæ super illud, In
*Seculo duo.*
E Ishac vocabitur tibi semen, dicit duo secula ibi notari, vnum legis, alterum Messiæ, & in seculo legis fuisse semen & filios carnales: in seculo vero Messiæ semen & filios futuros fuisse spirituales, quemadmodum Ishac secundum spiritum natus est. Et de huiusmodi filiis loquebatur Dauid Psal. 45. qui secundum priscos Hebræorum de Messia exponitur, sic dicens, תחת אבתיך יהיו בניך Id est, Pro patribus tuis erunt tibi filij.

LIBER SEXTVS.

# DE HVMANI GENERIS REDEMTIONE ET SALVTE, PROPTER QVAM MESSIAS VENTVRVS ERAT, ET quæ nonnisi à Deo & homine fieri poterat.

## CAPVT PRIMVM.

*Quod nullus futurus erat saluator & redemtor nisi Deus, qui se ipsum humana redemtionis pretium daturus erat.*

### CAPNIO.

PRIMÆ quidem ac satis abunde, mi Galatine, in præcedentibus per authenticas veterum Iudæorum scripturas probasti, non modo præfixum primi aduentus Messiæ tempus iam præteriisse; verum etiam & Messiam ipsum iam venisse, & eundem Messiam alium quam Dominū nostrum Iesum, neminem fuisse: eapropter vt magis Iudæorum nostri seculi arguatur impietas, de humani generis redemtione & salute, propter quam Messias ipse venturus erat, & quæ per Deum hominem duntaxat fieri poterat, nunc dicendum est. Quare in primis vt ordinate procedatur, ostendendum est, nullum futurum fuisse saluatorē & redemtorem, nisi Deum, qui se ipsum humanæ redemtionis pretium daturus esset. GAL. Ad hoc inuitandum, & prophetæ primo Deum solum esse saluatorem passim prænunciarunt, & deinde antiqui Talmudistæ id ipsum diserte tradiderunt. Isaiam igitur primum audi, ita 43. cap. in persona Dei loquentem. אנכי אנכי יהוה ואין מבלעדי מושיע Hoc est, Ego, Ego Deus, & non est absq; me saluator. Audi deinde & Hoseam sic etiam voce Dei demonstrantem tertio capite dicentem, ואנכי יהוה אלהיך מארץ מצרים ואלהים זולתי לא תדע ומושיע אין בלתי Id est, Et ego Dominus Deus tuus ex terra Ægyptiorum, & Deos vel Deum absque me nesties, & saluator non est præter me. Deinde vt Talmudistarum sententiæ percipiantur, ea quæ in *Midras tehilim* hac de re scribuntur, notanda sunt: & primo super illud Psalm. 13. ואני בחסדך בטחתי Hoc est. Ego autem in misericordia tua confisus sum, exultabit cor meum in saluatione tua. Ibi enim sic habetur, אמר הקדוש ברוך הוא לאברהם זומרפוסיא אתה אומר רבונים חללי אמר לי שאני בוטח על חסדך שנאמר ואני בחסדך בטחתי באותי החסד שנאמר

A נתן חסד יהוה מלאה הארץ: ואומר אם אמרתי מטה רגלי חסדך יהוה יסערני דבר אחר ואני בחסדך בטחתי בתורה כתוב ראתאמר ותורת חסד על לשונה עללבי בישועתך ודא אחר מן המקראות הקשין שישותו של הקדוש ברוך הוא הוא ישועת של ישראל ישועתנו אין כתוב באן אלא ישועתך אמר Id est, Dixit Deus sanctus & benedictus Dauidi. Dauid quomodo pietatis tu dicere verba huiuscemodi? Dixit ei, Quoniam ego confisus sum in misericordia tua. Sicut dictum est. Ego autem in misericordia tua confisus sum. In illa scilicet misericordia, de qua dictum est, Misericordia Dei plena est terra. De qua etiam dictum est, Si dixi, motus est pes meus, misericordia tua, ô Deus, sustentabit me. Secundo alius: Et ego in misericordia tua confisus sum, in lege scilicet: sicut dictum est, Et lex pietatis in lingua eius. Exultabit cor meum in saluatione tua. Hæc est vna de scripturis durissimis. Quod scilicet saluatio Dei sancti & benedicti, sit saluatio Israelis. Saluatio nostra, non est scriptum hic, sed saluatio tua. Dixit ergo Dauid, Saluatio nostra, ipsa est saluatio tua. Hæc ibi. Ex quibus aperte colligitur, Deum ipsum, Israelis saluatorem futurum fuisse: qui ipso Israele saluato, se ipsum saluasse dicerētur, propter naturæ nostræ assumtionem. Quod lucidius liquet in eodē libro *Midras tehilim*, super titulum Psalm. 88. שיר מזמור לבני קרח: למנצח על מחלת לענות Hoc est, Canticum Psalmi filiis Koræ, victori super languorem, vel dolorem, ad clamandum, vel mitigandum, vel mansuefaciendum: vbi sic dicitur, זקן כתוב פה שכתוב זכור יהוה לדור ארן כל ענותו אמרה כנסרת ישראל לפני הקדוש ברוך הוא אין לי ישועה אלא בך אמר לה הקדוש ברוך הוא הואיל ובך הוא אני מושיעך שנאמר ישראל נושע ביהוה תשועת עולמים Id est. Hoc est quod scriptum est Psal. 131. Memento Deus Dauidis, & omnis afflictionis eius. Dixit Ecclesia Israel coram Deo sancto & benedicto, Non est mihi saluatio, nisi in te. Dixit ei Deus sanctus & benedictus, Ex quo ita est, sic ego saluabo te, sicut



A dictum est Isaiæ quadragesimo quinto capite, ישראל נושע ביהוה תשועת עולמים id est, Israel saluatus erit in Deo, vel per Deum, saluatione seculorum, vel sempiterna. Item eodem in lib. super illud Psalmi, כי עמך מקור חיים באורך נראה / אור Hoc est, Quoniam in te est fons vitæ, in lumine tuo videbimus lumen; sic legitur, אמר ר׳ יוחנן עובדא הוה כתיב בר נשא היה מדליק את הנר בלילה ותיה כבדה ומדליק ובבא אמר עד מתי אחייע מתייגע ויחלך מסתין אני עמך שתזהה השמש ואני אלך לאור החמה כך ישראל שנתעכבו במצרים עמדו משה ואהרן ואלעזר והזרו ונשתעבדו בבבל וחזרו וגאלו על ידי הנביאים מישאל ועזריה וחזרו ונשתעבדו ביוים אמרו ישראל הרי אנו מייגעין נגאלין ונשתעבדין אין אנו מבקשין שיאיר לנו משר חדם מעתה אלא הקדוש ברוך הוא נעשה שנאמר אל יהודה ויאר לנו עורו בישעיה ישראל נושע ביהוה תשועת עולמים id est, Dixit R. Iohanan, Euenit, vt homo quispiam niteretur accendere lucernam nocte: lucerna vero frequenter extinguebatur. Dixit ergo, Quousq; fatigabor in C vpere hoc? expectabo ortum solis, & ambulabo die lumine solis. Ita & Israel oppressi sunt seruitute in Ægypto, sunt exeruntque Moses & Aharon, & liberauerunt eos. Oppressi sunt seruitute in Babylonia, & liberati sunt per manus Ananiæ, Misaelis, & Azariæ. Iterū oppressi sunt seruitute per Edom, & diu erunt, Quousq; grauamur seruitute, & modo seruimus, modo liberamur? Non quærimus vlteriors, ve illucescat nobis caro & sanguis, sed Deus sanctus & benedictus in substātia sua; iuxta D illud Psalmi centesimi decimi octaui, אל יהוה ויאר לנו Id est, Deus Dominus, & illucescet nobis. Et rursus apud Isaiam 45. cap. Israel saluatus erit in Deo salutione sempiterna. Hæc traditio. Ex cuius dictis, quamuis clarissime contra Iudæos nostri temporis pateat propositum nostrum, ad maiorem tamen eorum pertidiam contundendam, atque ad maiorem Catholicæ veritatis expressionem, præmissa quoq; addendum est quod in *Midras vaiicra*, id est, In expositione libri Leuitici legitur, super illud, Quilibet de domo Israel. Ibi enim sic dicitur, Scriptum est Psalmo quinquagesimo, זובח תודה יכבדנני ושם דרך אראנו בישע אלהים Hoc est, Qui sacrificat laudem, vel confessionem, honorabit me. Et qui disponit, vel meditatur, vel leuat viam, ostēdam ei saluationem Dei. Et quam ob rem cedem ego tribuam ei? Quando ego addecam saluatorem Israeli, ipse me debitur videre eum. Sicut dictū est, Et qui leuat viam, ostendam ei saluationem Dei. Dixit Rabbi אבחו Abba, Omnis saluatio quæ venit Israeli, est saluatio Dei propter hoc quod dictum est Psal. 91. עמו אנכי בצרה אחלצהו ואכבדהו ארך ימים אשביעהו Id est, Cum ipso ero ego in tribulatione, eripiam eum & honorabo eum. Longitudine dierum saturabo eum, & ostendam ei saluationem meam. Dixit Israel, Domine seculi ex quo ita est, & tu dixisti, Cum ipso ero ego in tribulatione, liberabo eum. Vbi dicitur? Psal. 108. למען יחלצון ידידיך הושיעה ימינך וענני Hoc est, G Vt liberentur dilecti tui, salua dexteram tuam, & exaudi me. Nam si exaudieris nos saluti ipsa nostra tua est. Sicut dictum est in Psalmo, Et tua saluatio nostra. Ne sit ipsa dextra tua retrorsum: sicut dictum est Thren. 2. cap. תשיב אחור ימינו Hoc est, Conuertit retrorsum dextram suam. Dixit Rabbi Berachias Sacerdos filius Rabbi, Vide quid scriptum est Zachariæ nono capite, Ecce Rex tuus veniet tibi iustus & saluatus ipse: Iustus & saluator non est scriptum, sed Iustus & Saluatus. Et sic etiam Isaias ait 62. cap. אמרו לבת ציון הנה ישעך בא Id est, Dicite filiæ Sion, Ecce Saluatus tuus veniet. Saluator tuus non est scriptum, sed Saluatus tuus. Ex quo in lege scriptum est, dici potest. Dixit B Rabbi Aruni, Moses cōmendat Ecclesiam Israel, dicens Deuteronomij trigesimo tertio, אשריך ישראל מי כמוך עם נושע ביהוה Hoc est, Beatus tu Israel. Quis vt tu, populus saluatus erit in Deo, vel per Deum, vel cum Deo? Non est scriptum, Populus quem saluabit Deus, sed populus saluatus in Deo. Simile autem est hoc homini cuidam habenti modicum tritici secundæ decimæ. Quid ipse agit? Dat precium, & redimit ipsum. Sic Israel in quo erit redemt? Ex quo in lege scriptum est, dici potest; In Deo sancto & benedicto. Sicut dictum est Deuteronomij trigesimo tertio capite, Populus saluatus erit in Deo, vel per Deum, vel cum Deo. Dixit enim Deus, In seculo isto vos saluati fuistis per manus filiorum Adæ. Nam ex Ægypto saluati estis per manus Mosis & Aharon. In diebus vero Sisaræ per manus Barac & Deboræ. A Madianitis autem per manus Samgar filij Ariath. Sicut dictum est Iudicum tertio capito. Et saluauit etiam ipse Israel: ita quoque & per manus aliorum iudicum. Et quoniam fuerunt caro & sanguis, fuistis semper iterum seruituti subiecti. Sed in futuro ego in substantia mea redimam, vel saluabo vos. Et rursus in seruitutem non redigemini: sicut dictum est Isaiæ quadragesimo quinto capite, Israel saluatus erit in Deo saluatione seculorum, vel sempiterna. Hactenus traditio. In qua sex ad modum mira, ad fidei nostræ plurimum consentanea exptimuntur. Primum est, cum dicit, Qui sacrificat confessionem, videbit Dei saluationem. Secundum est, E quod Deus dixit se futurum fuisse cum homine in tribulatione. Tertium est, quod si Deus saluaret hominem, saluaret se ipsum, alioqui impotens dextra eius videretur. Quartum est, quod tunc Deus ipse saluatus esset, & ostendit per autoritates quas inducit, quod hoc fieri debuerit in Messia. Et ideo Deum in Messia saluandū fuisse consequens est. Iudicro non abs re multis ex antiquis Hebræorum sapientibus maxime durum visum fuit, quod in præmissis autoritatibus Deus non saluator Israel, sed saluatus dicatur. Quintum est, quod per similitudinem inductam, Deus futurus erat humanæ redemtionis precium. Sextum denique est, quod futurum erat, vt Deus in sua substantia saluaret Israel. Quæ pene omnia confirmantur in commentariis Rabbi Mosis Hadarsan in librum Geneseos, super illud quadragesimum nonum caput eiusdem libri, Iuda te confitebuntur fratres tui: cum sic ibi dicitur, Hoc est quod scriptum est Psalmo quinquagesimo, Qui sacrificat confessionem, honorabit me, & qui eleuat viam ostendam ei saluationem Dei. Saluationem suam non est scriptum, sed saluationem Dei. Dixit Rabbi *Abba*, Hæc est vna de grauioribus

scripturis, Quod saluatio Israel, est saluatio Dei A
sancti & benedicti. Et quare sic? Quia sic pollicitus est ei in Psalmo nonagesimo, dicens, Cum ipso ero ego in tribulatione, liberabo eum, & honorificabo eum, & longitudine dierum saturabo eum, & ostendam illi saluationem meam. Dixit Ecclesia Israel, Domine seculi salua dexteram tuam. Ipsa namq; saluatio nostra, saluatio tua est. Hinc scriptum est Psal. 108. Salua dexteram tuam & exaudi me. Et sic idem air Psal. 80. עוררה את
בגבורתך ולכה לישועתה לנו אלהים השיבנו ואר B
פניך ונושעה Id est, Suscita potentiam tuam, & tua erit saluatio nostra: ô Deus conuerte nos, & illumina, vel fac lucere faciem tuam super nos, & saluabimur. Dixit Rabbi Berachias sacerdos filius Rabbi, Vide id quod scriptum est Zach. 9. Ecce Rex tuus venit tibi iustus & saluatus ipse: Iustus & Saluator non est scriptum, sed iustus & saluatus: & sic ipse air Isaiæ 62. Dicite filiæ Sion, Ecce saluatus tuus. Ecce saluator tuus non est scriptum, C
sed ecce saluatus tuus. Ex quo in lege scriptum est, dici poterit Israel enim saluabitur & redimetur. Et erit ac si Deus ipse sanctus & benedictus redimatur, & saluetur. Et hæc est vna de duritoribus & grauioribus scripturis, Quod salus Israel est salus Dei sancti & benedicti. Dixit Rabbi אגיוה Ena; Moses dixit Deut. 33. c. Beatus tu Israel. Quis vt tu populus saluatus? Non est sic scriptum, sed populus saluatus in Domino. Simile est huic homini cuidam habenti parum decimæ secundæ. Quid ipse facit? Dat pretium, & redimit. Sic Israel in D
quo redimetur? cum in lege scriptum sit, dici poterit, Populus saluatus ביהוה *badonai*, id est in Deo. Ita scilicet vt Deus sit pretium redemptionis eius. Scriptum quoque est in *Midras tehilim*, super illud Psalm. 90. Inuocabit me & ego exaudiam eum, quod R. Ishac hoc exponens dixit, Si quæsierint me in hora, qua tribulatio ad eos accesserit, statim ego exaudiam eos: sicut scriptum est (vbi supra) Inuocabit me & ego exaudiam eum. Et infra, Et ostendam ei saluationem meam; Propterea quia E
non erit post illam saluationem tribulatio: sicut dictum est Isaiæ 45. capite, Israel saluabitur in Deo saluatione sempiterna. Dicit autem, Et ostendam ei saluationem meam: quia saluatio Mosis, & Deboræ, & Dauid, & Exæ talis fuit, vt veneret tribulatio post saluationem. Et hæc est vna de duritoribus scripturis, quod saluatio Israel est saluatio Dei sancti & benedicti. Hic non incongrue additur quod in libro *Sipbre* legitur, super illud Psalmi quadragesimi noni, F
אל אלה פדה ימלה איש לא יתן Id est, Frater non redimit, redimet vir? neq; dabit Deo pretium eius. אני אני אנכי ואין מלבדי מושיע Ego ego ipse, & non est præter me saluator. כה אמר יהוה מלך ישראל וגואלו יהוה צבאות
אני ראשון ואני אחרון ואין אלהים מבלעדי ומי כמוני יקרא
שמו ואני אשים לעולם אותי ומוסדי עמים אתיד ואשר
לא שמעו יגידו להם מעתה תחיינה הנחשים אני אסיתך
ואחיה מתות נפשי במותי ישרים יהי ראובן ואל
ימות יחיינו מיום מים דבר אחר אני אסיתך ואחיה
שמע אני מיתתך באחר וחיים באחר תלמוד לומר
מחצתי ואני ארפא כך מיחתי וחיים באחר הוין סדרי
מציל אין אלות מצילין ואת אברהם מציל G
את ישמעאל ולא יצחק מציל את עשו אין לו לאלא
אלות שאין מצילין את הבנים אתם את אהרן מניין
תלמוד לומר את לא פדה יפדה איש ולא יצחק
מציל את ישמעאל ולא יעקב מציל את עשו ואפילו

נתן לך כל ממון שבעולם אין נותנין לו מיפדיו
שנאמר את לא פדה יפדה איש ולא יתן לאלהים
כופרו ויקר פדיון נפשם וגומר יקרה היא נפש ו
id est, Ego occidam, & ego viuere faciam: & reliqua. Hæc ait Deus rex Israel, & redemtor eius, Deus exercitum nomen eius; Ego primus, & ego nouissimus. Ego occidam, & ego viuere faciam. Hoc quidem postquam data est eis manna pro vitificatione mortuorum. Ego occidam, & ego viuere faciam. Moriatur anima mea morte iustorum. Viuet Ruben, & non morietur. Vitificabit nos in die dietum. Alius sermo; Ego occidam, & ego viuere faciam. Possumne ego ex hoc intelligere, mortem esse in vno, & vitam in alio? Nequaquam. Quoniam dictum est, Ego vulnus inferam, & ego medebor. Ita mors & vita in vno. Et nō est qui de manu mea possit eruere. Patres non saluabunt filios, Abraham non saluabit Ismael, neq; Ishac Esau. Ex hoc habetur, quod patres non saluabunt filios. Quod autem fratres non saluabunt fratres, vnde probatur? Ex eo quod dictum est, frater non redimit, redimet vir? Non enim Ishac saluabit Ismaelem, neq; Iacob saluabit Esau. Et si darent pro redemtione eorum omnes mundi diuitias, non sufficiunt saluare illos, nec sunt dignum animarum eorum pretium. Et hoc est quod scriptum est, Frater non redimit, redimet vir? Et non dabit Deo pretium eius. Ex prædictis igitur euidentissime patet, quod solus Deus saluator & redemtor Israel futurus erat, & quod ipse esse humanæ redemtionis pretium daturus esset.

## CAPVT II.

*Quod iste saluator & redemtor debebat esse Messias.*

### CAPNIO.

NVNC probandum est, saluatorem hunc & redemtorē futurum, non fuisse nisi Messiam. GAL. Multis in locis id manifestū est. Primum igitur ea afferam quæ in Bereschit Rabba Mosis Hadarsan super illud Gen. 25. cap. Et introduxit eam Ishac in tabernaculum Saræ matris suæ, ad propositum nostrum scribuntur: sic enim ibi dicitur, Hic est rex Messias, qui fuit in generatione implorum: sicut dictum est Isaiæ 53. c. Hoc est, Et in vulnere eius medicati est nobis. Et propter hoc Deus seruat eum, vt saluet Israel, & exulter cum eis in resurrectione mortuorum: iuxta illud Deut. 33. cap. dictum, אשריך ישראל מי כמוך עם נושע ביהוה מגן עזרך
id est, Beatus tu Israel. Quis vt tu populus saluatus in Deo, vel per Deum clypeum saluationis tuæ? Vnde & sic dicitur Isaiæ quadragesimo quinto, ישראל נושע ביהוה תשועת עולמים לא תבשו ולא
תכלמו עד עולמי עד Hoc est, Israel saluatus erit in Deo vel per Deum saluatione seculorum vel sempiterna. Non erubescetis, neque confundemini vsque in secula perpetuitatis. Rabbi autem Ionathas filius Vzielis sic ista Chaldaice transtulit atque exposuit. ישראל אתפריק במימרא דיהוה
פורקן עלמיא id est, Israel saluabitur in verbo Dei, vel per verbum Dei saluatione seculorum. Cum autem



autem in tertio libro probatum sit, Messiam esse A
verbum Dei, saluationem hanc seculorum siue sempiternam per Messiam faciendam fuisse, consequens est. Quod etiam per Rabbi Selomonem confirmatur, qui super Danielem exponens verbum illud, וצדק קדש Hoc est, Et iustificatur sanctuarium: sic ait, Parcetur peccatum Israeli, & redimetur saluatione æterna per regem Messiam; sicut dictum est Isaiæ 45. cap. Israel saluatus erit in Deo, vel per Deum saluatione seculorum. Hæc Rabbi Selomo. Quoniam igitur in traditionibus quas in superiori capite ex libris plurimis apud eos authenticis adduximus, probatur per eadem ætate dicta Isaiæ verba, videlicet Israel saluabitur in Deo, vel per Deum saluatione sempiterna, saluatorem hunc non esse nisi Deum: & hunc in proxima hac traditione, per ipsa eadem verba, saluatio hæc sempiterna attribuitur Messiæ, quod similiter gloriator Rabbi Selomo facit, & per translationem Chaldaicam hæc eadem saluatio verbo Dei tribuitur: ea propter necessario C
sequitur, hunc saluatorem Deum qui humanum genus saluatione sempiterna saluaturus erat, non esse nisi Messiam Verbum Dei ac Dei Filium. Nam si solus Deus futurus erat saluator saluatione seculorum, vel æterna, vt in præcedenti capite per prophetarum testimonia, ac per veterum traditiones probatum est, nunc autem cum eisdem testimoniis in eorundem traditionibus saluator saluatione seculorum siue æterna, Messias dicatur, vt iamiam ostensum est, Messiam proculdu- D
bio non solum hominem, sed etiam Deum esse, apud omnes qui rationum consequentias non ignorant, & quos diabolus culpis eorum exigentibus, non excæcauit, necessario consequens est. Si autem aliquid maius adhuc quam quod hic conclusum est contra Iudæorum nostri temporis perfidiam videre cupis, audi quod apud Hoseam primo capite scribitur, לא אוסיף עוד ארחם את
בית ישראל כי נשא אשא להם ואת בית יהודה
ארחם Id est, non addam vltra, vt miserear domui E
Israel. Quoniam obliuione obliuiscar eorum, vel auferendo auferam eos: sed domui Iuda, id est confessionis miserebor, & saluabo eos in Domino Deo eorum, vel per Dominum Deum eorum. Quod Rabbi Ionathas ita Chaldaice traducens, expoluit, לא אוסיף עוד לרחמא על בית ישראל
ברם אם יחובון קדמי אשכח לחון על בית יהודה
ארחם ואפרקינון במימרא דיי אלההון Hoc est, Non addam vltra misereri super domum Israel. Tamen si eos peccauerit, ignoscens ignoscam eis. F
Sed domui Iuda miserebor, & saluabo eos in verbo Domini Dei eorum. Cum igitur *Targum*, id est Chaldaica translatio verbum Dei posuerit, vbi prophetæ loco Dei, nomen Dei tetragrammaton quod est יהוה posuit, quod idem est quod Dominus Deus, aperte inlinuatur verbum Dei esse Deum, & consequenter Messiam esse verbum Dei, ac Dominum Deum, in quo & per quem sempiterna ista saluatio fieri debebat, manifeste ostenditur. Vnde & non abs re ישוע id est Ie- G
sus vocatus est, vt alibi probauimus,
quod saluator siue saluatio
interpretatur.

## CAPVT III.

*Quod redemtor vt esset perfectus redemtor, Deus & homo esse debebat.*

### CAPNIO.

EX his quę dixisti palam patuit, humani generis redemtorem Deum & hominem futurum fuisse. GAL. Ita prorsus, alioqui pro peccato humani generis sufficienter satisfacere non potuisset. CAP. Vellem igitur ad iu- B
niorum Iudæorum qui hoc omnino negant, perfidiam magis confundendam, id veterum Talmudistarum testimoniis apertius probares. GAL. Faciam equidem. Sed primum referam, quæ hac de re leguntur in commentariis R. Abraham Pici, quæ inscribuntur de significatione apicum, quæ literis libri legis superscribuntur, quos Hebræi חגין *Taghin* vocant. Ibi enim hæc inter cætera habentur, רמז שלמה עליו השלום ראיתי ארת כל
החיים המהלכים תחת השמש עם הילד השני אשר
יעמוד תחתיו ואמנם ררך האדם בו יום שגולר הוא
ילד והולך וגדל ער כי נרל מאר ועל זה אמר ראיתי
ארת כל החיים המהלכים תחת השמש עם הילד
השני רוצה לומר עם השני שהבנת בעין השכל
הילד השני אחר תחתיו פשכל הראשון ורי בזה
למשכיל ואין לגלותו אלא לפבין פרעתו וזה פח
שאחר פעמים שלש עם גבר וספיך ליח לחשים
נפשו מני שחרת לתרת לה נוף אחר לאור באור
החיים בעולם חבא ועל כן אומר כי טוב חסרך מחיים
Hoc est, Tradidit Selomo (sit pax super eum) dicens, Vidi cunctos viuentes, qui proficiscuntur sub sole, cum adolescente secundo, qui manebit loco eius: Eccl. 4. Certum est, homini proprium esse, nasci puerum, & adolescētem, & in dies proficere, accipereq; incrementum, donec veniat ad perfectionē. Et hoc est quod dicit, Omnes viuentes proficiscentes, id est proficientes sub sole, cum adolescente secundo. Estque huius verbi sensus iuxta doctrinam meam, secundum quam iubeo te intellectu percipere hoc, quod adolescens secundus est intelligentia prima, id est Deus. Nec licet hæc patefacere & reuelare, nisi ei duntaxat, qui per se ipsum hæc intelliget. Et hoc est quod habet Iob cap. 33. Duabus vicibus, scilicet à Deo remissio facta est. Tertia vero fecit homo. Et mox subiungit, Vt redimeret animas de inferno, daretque eis corpus aliud lucidum, vt luceret in vita. Et vita intelligitur vita æterna. Hæc vbi Ex quibus liquido patet, redemtorem Deum & hominem futurum fuisse. Deinde ad id clarius probandum, quod in איכה רבתי *Echa rabbethi*, id est in expositione planctus Ieremiæ dicitur, adducam. Ibi enim super illud Threnorum primo capite dictum, וילכו בלא כח לפני רודף Hoc est, Et abierunt absque fortitudine coram persequente: sic legitur Rabbi אחא *Aha* dixisse; Quemadmodum non fuit captiuatus Israel nisi per רודף בלא *Rodeph male*, id est, persecutorem plenum: ita non redimetur nisi per גואל בלא *Goel male*, id est per redemtorem plenum, seu perfectum: sicut scriptum est apud Isaiam quinquagesimo nono cap. ובא
לציון גואל בלא id est, Et venit in Sion redemtor plenus, vel perfectus: גואל בלא *Goel male*, id est, redemtor plenus siue perfectus est ibi scriptum,

Hæc traditio. Ex qua patet ratione diuinitatis plena & perfecta ad redimendum & saluandum Messiæ potentia: quam *Midras Sir hasirim*, id est expositio Cantici canticorum planius ostendit. Super illud enim quod nostra editio primo capite sic habet, Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engadi; Hebraica vero veritas ita, אשכול הכפר דודי לי בכרמי עין גדי Hoc est, Vir omnia parcens, vel omnia satisfaciens dilectus meus mihi in vineis *hen gedi*, id est fontis, vel oculi hœdi: dixit Rabbi Berachias, quod dixerit Ecclesia Israel coram Deo sancto & benedicto; Domine mundi in hora qua tu tribulas me, dilectus meus es tu. Tu enim ties dilectus meus mihi, & prouidens. O qualis ille homo qui in me erit: & dicere poterit proptietati iudicij, sufficit. Et tu eris assumens, vel impignorans, vel tradens eum pro me. Et hoc est quod dicitur אישׁ כל הכפר *is col hacophir*, id est vir omnia parcens, vel satisfaciens. Et quid est vir omnia? Vir in quo omnia sunt. Et quid est parcens, vel satisfaciens, nisi quia parcet, vel satisfaciet super peccatis, vel pro peccatis Israel? Sequitur in vineis *hen gedi*, id est fontis vel oculi hœdi. Hi sunt patres seculi, qui traiebantur post te velut hœdi. & acceperunt benedictionem, quæ est fons & oculus seculi, vel fons æternus. R. autem Leui in nomine R. Hanina dixit, Murmur verborum fuit ibi. Et quis murmurauit? Abraham murmurauit dicens, Domine mundi tu percussisti fœdus cum Noa: steti ego & thesaurizaui opera bona coram te: plusquam ille, & excludet eus fœdus meum? Ait ei Deus sanctus & benedictus, Genes. 15. cap. אל תירא אברם אנכי מגן לך שכרך הרבה מאד id est, Ne timeas Abraham. Ego clypeus tuus, & merces tua magna nimis. De Noa enim non statui clypeos, vel protectores, neque Principes, neque iustos. De te autem ego statuam iustos, & Principes protectores. Et non solum hoc, sed etiam filij tui venient ad manum meam cum transgressionibus & operibus malis: & ego ero prouidens. O qualis ille homo qui erit in eis, & valebit dicere proptietati iudicij, Satis est. Et ego suscipiam eum, & impignorabo, vel tradam eum pro eis: sicut dictum est, Cantici canticorum primo capite, Vir omnia parcens, vel satisfaciens, dilectus meus mihi. Et quare vir omnia parcens? Quia parcet peccata Israeli. Alia expositio; Vir omnia parcens vel satisfaciens: Dixit בן סירא *Ben Sira*, quod iste vir est Deus sanctus & benedictus, in quo sunt omnia. Hactenus traditio. Quod autem dilectus iste antedictus sit Messias; habetur in prædicta *Midras Sir hasirim*, vbi super illud Cantici canticorum secundo capite dictum, Vox dilecti mei, ecce iste venit saliens super montes: ait Rabbi Elazar filius Iacob, Vox dilecti mei: ecce iste venit. Hic est Rex Messias, & non sunt montes nisi idololatria. Et hoc est quod dictum est Hoseæ 4. cap. Super capita montium inactabunt: Hæc tradito. De hoc etiam dilecto, id est Ecclesiæ sponso, habetur in eadem *Midras*, super illud Cantici canticorum quinto capite dictum, חכו ממתקים וכלו מחמדים Hoc est, Palatum eus dulcedines, & totum ipsum desiderabiles res: sic enim ibi dicitur, Hic est dilectus meus, & hic est amicus, vel proximus meus, filiæ Ierusalem. Scriptum est enim Amos 5. cap. כה אמר יהוה לבית ישראל דרשוני וחיו Id est, Sic ait Deus domui Israel, Quærite me & viuetis. Estne ibi palatum magis dulce, quam istud, de quo dictum est Ezech. 33. חי אני נאם אדני יהוה אם אחפץ במות הרשע כי אם בשוב רשע מדרכו וחיה Id est, viuo ego ait Dominus Deus: si volo mortem impij, id est, nolo mortem impij; sed vt conuertatur impius à via sua, & viuat? Et subditur; Estne ibi palatum magis dulce, quam hoc de quo dictum est Ezechielis decimo octauo ca. לא אחפץ במות המת נאם יהוה Id est, Non enim volo mortem mortui, ait Deus? Et iterum ibidem paulo supetius, ושוב רשע מרשעתו אשר עשׂה ויעש משפט וצדקה הוא את נפשו יחיה id est, In conuersione impij ab impietate sua, vel si conuersus fuerit impius ab impietate sua, quam fecit, & fecerit iudicium & iustitiam, ipse animam suam viuificabit. Habesne palatum dulcius isto? Hæc traditio. In qua attribuuntur actiones diuinæ huic dilecto, qui in antecedenti traditione Messias esse dicitur. Messias igitur vt posset esse redemtor perfectus, vel vir qui omnia peccata parceret, vel pro omnibus satisfaceret, vt dicit alia præcedens traditio, necessario Deus & homo futurus erat. Quod etiam propter meritum huius redemtoris venturi, Deus populum Hebraicum per singulas quasq; generationes semper & ab hostibus protexerit, & à temporalibus seruitutibus redemerit, in ipsum potissimæ protectionis ac redemtionis figuram, quæ per hunc perfectum redemtotem venturum fieri debebat, in eadem *Midras Sir hasirim* optime patet: vbi super illud Cantici canticorum quarto capite dictum, אלף המגן תלוי עליו Hoc est, Mille clypei suspensi super eum: sic dicitur, Omnia illa millia, & decem millia eorum qui steterunt coram monte Sinai, & protexi eos. Non ptotexi eos nisi propter meritum illius venturi mille generationibus. Et non solum vos estis suspensi in eo, verum etiam omnes potentiæ siue potestates, vel omnia scuta fortium. Item alius sermo, id est, alia expositio; Mille clypei suspensi super eum: Dixit Rabbi Berachias: Ait Deus sanct⁹ & benedictus, Mille generationes succedere feci, vt adducam illum clypeum, qui factus est desiderium filiorum vestrorum. Dixit Rabbi Barachi nomine Rabbi Ishac, Quod dixerit Abraham coram Deo, Domine mundi, tu mihi factus es clypeus. Nonne filiis meis etiam fies clypeus? Dixit ei Deus sanctus & benedictus, Tibi fui clypeus vnus: sicut dictum est Genesis decimoquinto, אנכי מגן לך Id est, Ego clypeus tuus. Filiis vero tuis ego fiam multi clypei. Et hoc est, quod scriptum est Cantici canticorum quatto, Mille clypei suspensi super eum. Et immediate sequitur, כל שלטי הגברים Hoc est, Omnes clypei fortium, Id est Sacerdotum, & Regum. Hæc traditio. Ex qua non solum habetur propositum, sed etiam quod Messias sit clypeus supradictus. Ipse enim semper fuit omnium iustorum desiderium.

## Caput IV.

*Quod saluatio atque redemtio per Messiam faciendæ spiritualis futura erat.*

CAPNIO



## CAPNIO.

QVANQVAM ex his quæ dixisti, palam insinuetur, saluationem æternam siue redemtionē potissimam, quæ per Messiā fieri debebat, non temporalem, neque corporalem (vt Iudæi nostri seculi fabulantur) sed spiritualem futuram fuisse, ad conuincendam tamen magis futuram eorum perfidiam, id tibi clarius per eorum quoq; scripturas probandum est. GAL. Primum contra eos illud affero quod Psal. 72. qui à veustis Hebræorum totus de Messia exponitur, hoc modo legitur, יחס על דל ואביון ונפשות אביונים ישיע מתוך ומחמס יגאל נפשם ויקר דמם בעיניו Hoc est, Parcet pauperi & inopi: vel, Miserebitur super pauperem & inopem, & animas pauperum saluabit. De fraude & iniquitate redimet animam eorum, & precios⁹, vel honoratus sanguis eorum in oculis eius. Per Talmudistas quoque id ipsum probatur: & primo quidem ex eo quod aiunt, huiusce redemtionis credulitatem necessariam esse ad salutem: quod quidem non esset, si redemtio potissima temporalis foret. Præterea multorum antiquorum sententia est, quod bonorum operū merces in hoc seculo expectanda non sit, vt habetur in *Bereschith rabba*, id est in expositione libri Genesis super illud Deuteronomij dictum אשר אנכי מצוך היום לעשותם id est, Quæ ego mando tibi hodie vt facias. Sic enim ibi dicunt, היום לעשותם ולא לתן שכרם היום Hoc est, Hodie vt facias, nō autem vt radhibeatur merces hodie. vbi omnes fere Talmudistę per Hodie, præsens intelligunt seculum: vnde & alibi dicunt, שלרם עזוז בראי עלמא לאו id est, Merces bonorum operum in hoc seculo non est. Cum igitur omnium consensu, Messiæ redemtio non sit, nisi per pœnitentiam, & opera virtutum expectanda, quorum merito sal⁹ redemtionis speratur, & nulla hui⁹ seculi salus pro merito bonorum operum sperāda sit, sequitur sane, redemtionem seu salutem quam Messias operaturus erat, quæ & ab eis timet fidei articulos, quos radices fidei appellant, numeratur, nō temporalem, seu huius seculi ctedendam esse. Nam cum Messiæ redemtio bonorum operum merces sit, & bonorū operum merces temporalis non sit, necessario consequens est, Messiæ redemtionem non temporalem, sed spiritualem futuram fuisse. Quod etiam per R. Ionathan confirmatur, qui fere vbique, & præsertim in Psalterio, cum de saluatione seu redemtione fit sermo, eam semper expresse spiritalem exponit. Illud quoque Isa. 12. dictum, ושאבתם מים בששון ממעיני הישועה Hoc est, Hauricis aquas cū gaudio de fontibus salutis: quod omnium Hebræorum sententia, de Messia intelligitur, ita ipse Chaldæus interpretatur, וילפן אולפן חדש מבחירי צדיקיא id est, Et discent nouam doctrinam ab electo iustorum. Prisci etiam Talmudistæ per terram promissionis, & per Ierusalem seu Sion, spiritualem intelligunt salutem. In libro quoq; *Sanhedrin* in principio capitis *Helec* sic dicitur, כל ישראל יש להם חלק לעולם הבא שנאמר ועמך כלם צדיקים לעולם יירשו ארץ Hoc est, Omnis Israel partem habet in seculo venturo. Sicut dictum est apud Isaiam, Et populi tui omnes iusti in æternum hæreditabunt terram. Hæc ibi: Vbi per terram mundum spiritualem intelligunt, quem seculum venturum nuncupant. R. insuper Moses Ægyptus in תלמוד *hilcheth teschuba*, id est in tractatu pœnitentiæ 8. sic dicit, החיים הנצחיי מן הנביאי ברמיני נגרלי הם רמזוי בכו אלו: הר יהוה מקום קדשו דרך הקרשיהוה נעם יהוה אהל יהוה היכל יהוה שער יהוה Vita æterna à prophetis differentibus similitudinibus designatur, vt Mons Dei, Locus sanctitatis eius, Via sanctitatis, Atria Dei, Suauitas Dei, Tabernaculum Dei, Templum Dei, Porta Dei. Quibus conspectis, quis dubitabit, quod Israel, id est iustorum congregatio, templique reædificatio, spiritalem quoq; sensum postulent? Quod de templo quod Ezechiel describit, R. Selomo in cap. *Helec*, expresse affirmat. Quibus ex omnibus manifeste constat, saluationem seculorum, vel sempiternam seu redemtionem potissimam atque perfectam, quæ per Messiam fieri debebat, non temporalem neque corporum (vt Iudæi nostri temporis delitantes autumant) sed spiritalem & animarum futuram fuisse qua Messias ipse & à peccato originali, & à cæteris peccatis, & à diabolica seruitute, quam propter primorum parentum peccatum homines incurterant, humanum genus redemturus, atque saluaturus erat, & ad cœlestem sempiternamq; beatitudinem, quam propter idem peccatum perdiderant, perducturus. Quod clarissime R. Nehumias filius Haccanæ, vir probatissimus, cuius magna apud Hebræos est autoritas, exprimit, & fatetur, ita in principio אגרת התורות *ighereth hassedath*, id est, epistolæ secretorum, quam filio suo Haccanæ scripsit, dicens, Cum considerarem humani generis finem & perfectionem, cuius anima nostra auida est, beatitudinem atque felicitatem esse, vt ipsa fasciculo vitæ cum Domino Deo nostro colligetur. Hoc autem in aduentu nostri Messiæ constitit. sine quo haudquaquam peruenire possumus ad illam immensam & inæstimabilem perfectionem, quæ non potest compatari tinctis in die coloribus, nec lapidi sardonico pretiosissimo atque saphiro.

Rationes Talmudistarum.

## Caput V.

*De peccato originali, quo propter peccatum primorum parentum, totum humanum genus corruptum fuit. Et quid est peccatum originale secundum Hebræos, & quo nomine ipsum appellant.*

## CAPNIO.

VT igitur ad contundendam magis duriſſimam Iudæorum ceruicem, ipsa sempiterna saluatio, potissimaque ac perfecta redemtio quæ per Messiam fieri debebat, magis appareat spiritualis atque animarum futura fuisse, de ipso originali peccato, propter quod totum humanum genus corruptum fuit, nunc agendum est. Dic igitur obsecro, quid sit peccatum originale secundum Hebræos, & quo nomine ipsum nuncupent. GAL. Quamuis ipsum

Conclusio.

Peccatum originale quid sit.

initiale peccatum proptie loquendo, sit iustitiæ initialis, siue originalis nobis debitæ, ac in primis parentibus amissæ carentia, quę ex actuali primorum parentum culpa, ad posteros omnes naturali propagatione descendentes, qui non fuerint specialis gratiæ priuilegio præuenti, emanans, ipsos ad geminam mortem, spiritualem scilicet & corporalem, ad cæteraſque pœnas; quæ huiusmodi carentiam sequuntur, obligat: quandoq; tamen ipsum originale peccatum apud nos ab effectu, A

*Fomes peccati siue concupiscentia.*

fomes peccati, scilicet concupiscentia appellatur. B Quæ quidem peccati concupiscentia, quandoq; lex membrorum, quandoq; lex carnis, quandoque languor naturæ, quandoque tyrannus qui in membris nostris est, dicitur. Est enim in nobis (vt Augustinus inquit) concupiscentia, quæ permittenda non est regnare. Sunt & eius desideria, quæ actuales sunt concupiscentiæ, quæ arma sunt diaboli, quæ ex naturæ languore veniunt. Languor autem iste tyrannus est, qui mala desideria mouet. Si ergo vis esse tyranni victor, inermemque inimicum diabolum inuenire, nisi ne non obedias concupiscentiæ. Hæc ex Augustini sententia in libro de Baptismo parulorum. Ita quoque apud Hebræos ipsum initiale peccatum multiplici nuncupatur vocabulo. Vocant enim ipsum, originale peccatum, siue fomitem יצר הרע *iester hara*, quod idem est quod plasma, siue figmentum malum. Vnde Rabbi Moses Hadarsan super illud Genesis octauo capite dictum, יצר לב האדם רע מנעוריו Hoc est, Figmentum cordis hominis malum ab adolescentia eius, vel si pueritia eius, vel ab excusione eius, id est, ex quo à visceribus matris suæ excussus est: sic air, Hoc est quod scriptum est Psal. 103. כי הוא ידע יצרנו זכור כי עפר אנחנו id est, Quoniam ipse cognouit figmentum nostrum, recordatus est, quoniam terra sumus. Dixit Rabbi Ioses, Triste vel tenebrosum est figmentum, contra quod testimonium perhibet qui creauit illud, quod malum sit. Magistri autem dixerunt, Quod tristis est planta, contra quam plantator ipsius testimonium perhibet, quod mala sit, iuxta illud Ierem. 11. c. dictum ויהוה צבאות נוטע אותך רבר עליך רעה id est, Et Deus exercituũ qui plantauit te, locutus est super te, vel de te malum. Interrogauit autem Antonin⁹ Consul *Rabbeni Hacados*, id est, Magistrum nostrum sanctum, dicens, Quando יצר הרע *iester hara*, id est, figmentum malum, hoc est fomes siue peccatum originale datur in homine? Respondit ei, Ab hora qua formatus est. Hæc omnia Rabbi Moses ille Hadarsan. In *Midras* quoque *cohelet*, id est, in expositione Ecclesiastis sic exponuntur verba illa quarto c. eiusdem libri dicta, טוב ילד מסכן וחכם מסלך זקן וכסיל id est, Melior est puer pauper & sapiens, quam rex senex & insipiens, qui nescit cauere in posterum. Puer pauper & sapiens id est, figmentum bonum, vel bonus affectus, vel bona ratio, vel bonus intellectus. Et cur vocatur puer? Quia non adiungitur homini, nisi post tertium decimum annum. Et quare vocat eum pauperem? Quia non omnes obediunt ei. Quare vero sapientem? Quia docet creaturas, & instruit eas ad viam rectam. Sequitur. Quamvis rex senex, & insipiens, hic est יצר הרע *iester hara*, id est, figmentum malum, vel peccatum originale, vel fomes. Et cur vocat eum regem? Quia omnes fere obediunt ei. Et quam ob rem appellat eum senem? Quia copulatur atq; coniungitur homini ab infantia eius, vsq; ad eius senectutem. Quare autem vocat eum insipientem? Quia ostendit homini viam, quam nescit. Idem quoque habetur in *Midras tehilim*, id est, in expositione Psalmorum super illud Psal. 9. אירה יהוה בכל לבי Hoc est, Confitebor Deum in toto corde meo. Quòd sic ibi exponitur, id est, in figmẽto bono & malo, ita quod non sit in corde meo schisma. Est autem hoc quod scriptum est Eccles. 4. Melior est puer pauper & sapiens: cum reliquis. Puer pauper & sapiens, Hic est figmentum bonum, hoc est bona ratio, siue bonus intellectus. Et cur vocat ipsum puerum? Quia coniungitur homini a 13. anno & supra. Cur vero pauperem? Quia non omnis populus obedit ei. Sapientem autem quare? Quia creaturam dirigit ad bonam viam. Sequitur, Quam rex senex & insipiens. Hic est figmentum malum, vel fomes. Quam ob rem vocat ipsum regem? Quia cuncta membra obtemperant ei. Et quare senem? Quia coniunctus est homini ab infantia vsque ad senectutem ipsius. In commentariis etiam Rabbi Mosis Hadarsan in Genesin super illud 21. cap. eiusdem libri dictũ, ויהי בעת ההיא ויאמר אבימלך id est, Et fuit in tempore illo, & dixit Abimelech, ita dicitur, Hoc est quod scriptum est Prouerb. 16. ברצות יהוה דרכי איש גם אויביו ישלים אתו id est, Cum placuerint Deo vię viri, etiam inimicos eius pacificabit cum eo. Dixit Rabbi Iehosuas, Hoc est plasma, vel figmentum malum. Nam secundum mores seculi, nutritur homo cum socio duobus aut tribus annis, & ex hoc alligatur ei per amorem. Sed יצר הרע *iester hara*, id est, figmentum malum vel fomes crescit & nutritur cum homine vsque ad senectutem, & nihilominus si inuenerit opportunitatem in medio 70. annorum, vel in medio 80. præcipitabit eum. In *Midras* quoque *tehilim*, id est in expositione Psalmorum, super illud Psal. 54. פדה יהוה נפש עבדיו id est, Redimit Deus animas seruorũ suorum. Dixit R. Samuel filius Nachmani; Scriptum est Prou. 25. cap. Si esurierit inimicus tuus, ciba eum pane. De יצר הרע *iester hara*, id est, de figmento malo, vel fomite scriptura loquitur, Homo enim cum socio suo per vnam horam ambulat, & efficitur ei amicus. Sed יצר הרע *iester hara*, id est, figmentum malum natum est cum homine, & cum eo crescit cunctis diebus eius: sicut scriptũ est Gen. 8. c. Figmentum cordis hominis malum à pueritia eius. Et tamen si inuenerit locum ad præcipitandum eum, cum est 20. vel 30. vel 40. vel 70. vel 80. annorũ, præcipitabit



cipitabit eum. Quis igitur inimicus est tibi maior isto? Id quoque in *Midras cohelech*, id est in expositione Ecclesiastis optimè comprobatur, super verba illa 9. capit. eiusdem libri scripta, עיר קטנה ואנשים בה מעט ובא אליה מלך גדול וסבב אתה וכנה עליה מצודים גדולים: ומצא בה איש מסכן וחכם ומלט הוא את העיר בחכמתו Hoc est, Ciuitas parua, & viri in ea pauci. Et venit ad eam rex magnus & circumdedit eam, & extruxit contra eam munitiones per gyrum. Et inuentus est in ea vir pauper & sapiens, & liberauit ipse ciuitatem per sapientiam suam. Hæc enim sic ibi exponuntur, Ciuitas parua hæc est corpus, vel homo, vt dicitur in *Midras tehilim*. Et viri in ea pauci: Hi sunt corporis humani membra. Et venit ad eam rex magnus, & circumdedit eam: Hic est figmentum malum, vel fomes. Et cur vocat ipsum magnum? Quia 13. annis maior est figmento bono. Et extruxit contra eam munitiones magnas: Hæ sunt insidiæ & circumuentiones. Et inuentus est in ea vir pauper: Hic est figmentum bonum. Et cur vocat eum pauperem? Quia non inuenitur in omnibus creaturis, & plures ex creaturis non obediunt ei. Et liberauit ipse ciuitatem per sapientiam suam: quia quicunque obedit figmento bono, vel intellectui, siue rationi, liberabitur. Dixit enim Dauid, quòd bene illecerit, qui obediens ei fuerit. Et hoc est quod scriptum est Psalm. 41. אשרי משכיל אל דל ביום רעה ימלטהו יהוה id est, Beatus qui intelligit in pauperem, in die mala liberabit eum Deus. Sequitur ibidem Ecclesiastis 9. ואדם לא זכר את האיש המסכן ההוא Hoc est, Et homo non est recordatus viri pauperis illius: Dixit ergo Deus sanctus & benedictus, Ego recordabor eius: sicut dictum est Ezech. 36. והסרותי את לב האבן מבשרכם id est, Et remoueri faciam cor lapideum de carne vestra. In *Midras* in super *tehilim* super illud Psalm. 78. ויזכר כי בשר המה רוח הולך ולא ישוב Hoc est, Et recordatus est quòd sint caro, spiritus vadens & non reuersurus: ita scriptum est, סברו אמרין רלית, מתין חיין רוח הולך ולא ישוב אלא זה יצר הרע שהולך עמו בשעת מיתה ואינו שב עמו בשעה שיעלו המתים Id est, Opinati sunt aliqui dicentes, quòd mortui non erunt viuentes, eò quòd scriptum sit, Spiritus vadens & non reuersurus: sed hic est, יצר הרע *iester hara*, id est figmentum malum, siue fomes, qui cum homine vadit in hora mortis, & non reuertetur cum eo in hora qua mortui resurgent. Item in eadem *Midras* super illud Psalm. 103. Quoniam ipse cognouit figmentum nostrum, sic legitur: Dixit Rabbi חייא *Hiia*. Vah masse cui pastor eius perhibet testimonium, quòd mala sit: Quoniam figmentum Adæ malum. Sed scriptum est in Psalmo, כי רוח עוברת הבו ואיננו כי רוח עוברת בו ואינו id est, Quoniam spiritus pertransibit in eo, & non erit. Hic dictum est à quibusdam, quòd mortui non erunt viuentes. Sed hic spiritus est יצר הרע *iester hara*, id est fomes qui vadit cum eo: sicut dictum est, Spiritus est vadens, & non reuersurus. Hic enim יצר הרע *iester hara*, id est fomes non reuertetur vltrà cum eo. Deinde sequitur, ולא יכירנו עוד מקומו Hoc est, Et non cognoscet eum vlterius locus eius. Hæc ibi. Ex quibus omnibus abunde patuit, quid sit peccatum originale apud Hebræos, & quo nomine ipsum appellent.

## CAPVT VI.

*Quod omnes patres veteris testamenti quantumcunque sancti, propter originale peccatum, vsque ad Messiæ aduentum, reis atque Deo obnoxii fuerunt.*

## CAPNIO.

NVNC igitur ad probandam redemptionis humanæ per Messiam faciendæ necessitatem, ostendendum est omnes patres veteris testamenti quantumcunque sanctos, vsque ad Messiæ aduentum, reos, atque Deo obnoxios extitisse. GAL. Ex innumeris penè locis tam sacræ scripturæ, quàm ipsius Talmud id apertè ostenditur. Quare illud in primis audi, quod in *Midras tehilim*, id est in expositione Psalmorum hoc modo legitur, super illud Psalm. 16. dictum, אמרתי ליהוה אדני אתה טובתי בל עליך Hoc est, Dixi Deo, Domini mei es tu, bonitas mea non est super te, אמר דוד לפני הקבה רבונו של עולם אעפ שהייתי מלך המלכתיך עלי אפר לי הקבה איני מחזיק לך טובה טובתי בל עליך ולפי אני מהזיק טובה לקדושים אשר בארץ הסה שאין הקדוש ברוך הוא קורא לצדיקים קדושים עד שיותנו בארץ עד יום מותם למה שיצוה הע׳ פיצר באדם בעולם הזה ואינו מאמין בהם עד יום מותם וכן אמר שלמה כי אדם אין צדיק בארץ לפיכך אינו נקרא קדוש עד שיתן בארץ ואפילו האבות לא נקראו קדושים עד שנתנו בארץ שנאמר הן בקדושיו לא יאמין ואומתי האמין בהם בשעת שאמר למשה לך ואספת את זקני ישראל ספר משה ואמר אל האל זכור לאברהם ליצחק ולישראל עבריך אמר רבי פנחס אפילו בקשו האבות שתהא דיורתן למעלה יבולין היו נאף אל פי כן לא נקראו קדושים עד שנתנו בארץ וכספר תורה הגולל בפניהם אמר רבי אחא בר פפא מאי קראה משך אבירים בכחו וה יצר הרע שמשך אבירים בכחו יצר הרע דור של אנוש ודור המבול ודור הפלגה ודרומים ירכו עצותם כמו שכתוב בעצבון האכלנה ואומר הרבה ארבה עצבונך והיה הרבה עצבונות לאומות העולם ושמא תפסידו תלמוד לומר בל אסיף נסכיהם מדם Id est, Dixit Dauid coram Deo sancto & benedicto, Domine orbis, quamuis ego essem rex, tamen constituit te regem super me. Dixit ei Deus sanctus & benedictus, Nequaquam confirmo tibi bonum. Bonitas mea non est super te. Et cuinam ego confirmo bonum? Sanctis qui in terra sunt; Deus enim sanctus & benedictus non vocat iustos sanctos, donec terræ tradantur, id est vsque ad diem mortis eorum. Et quare? Quoniam יצר הרע *iester hara*, id est figmentum malum, hoc est fomes, vel concupiscentia mala formatur, vel singitur, vel innouatur homini in seculo isto, & non est securus de ipso, vsque ad diem mortis suæ. Propterea dixit Salomo Ecclesiastis octauo capite, אין צדיק בארץ אשר יעשה טוב ולא יחטא Hoc est, Non est iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. Nam etiam Patriarchæ non sunt vocati sancti, quamdiu non fuerunt terræ traditi. Idcirco dictum est Iob vigesimo quinto capite, הן בקדושיו לא יאמין Id est, Ecce in sanctis suis non

*Talmudica expositio.*

*Peccatum originale quomodo ab Hebræis nuncupatur.*

*Nemo dicitur sanctus nisi post mortem.*

confidit. Quando igitur confidit in eis? In ea hora qua dixit Mosi Exodi trigesimo secundo capite, Vade, descende ad seniores Israel. Respondit Moses, & ait, Memento Abraham, Isaac, & Israel seruorum tuorum. Dixit Rabbi Pinhas, Si quæsissent patres mundi, vt fuisset eorum habitatio sursum, obtinuissent. Non tamen propter hoc vocati sunt sancti, quamdiu non sunt terræ traditi. & quamdiu non fuerunt sudario velatæ facies eorum. Dixit Rabbi Abba filius Papa, Quid est quod scriptum est Iob 24. cap. ומשך אבירים בכחו Hoc est, Et traxit robustos in fortitudine sua? Hoc est יצר הרע *iesser hara*, id est figmentum malum, hoc est peccatum originale. Traxit enim ipsum robustos in fortitudine sua, hoc est generationem Enos, generationem diuisionis linguarum turris Babel, & Sodomorum. Sicut de eo scriptum est Genes. 3. cap. בעצבון תאכלנה id est, In afflictione, vel in dolore, vel in labore comedes eam. Et iterum ibidem הרבה ארבה עצבונך Hoc est, Multiplicans multiplicabo labores tuos. Multiplicasti o tu Heus labores patribus mundi. Sicut dictum est Psalmo decimo sexto, ירבו עצבותם אחר מהרו id est, Multiplicabuntur labores, vel grauamina eorum, aliam dotauerunt, id est, Quia Adam & Heua alium præter Deum, scilicet diabolum dotauerunt, tradendo ei se ipsos per consensum. Et numquid ex hoc fortassis aliquid perdiderunt? Docet quid dicendum sit, quod sequitur, בל אסיף נסכיהם מדם Hoc est, Non libabo libamina eorum de sanguine. Hæc omnia traditio. R. etiam Abraham אבן עזרא *Aben Ezra* exponens illud Psalm. 51. dictum, חן בעוון חוללתי וכחטא יחמתני *Ecce* id est, Ecce in peccato genitus sum, & in culpa calefecit, vel concepit me mater mea, sic ait, Hoc est ac si diceret, Ecce propter concupiscentiam complantatam in corde Adæ, quasi in peccato genitus sum. Et est sensus, quòd in hora natiuitatis ipsum figmentum malum plantatum est in corde. Quod verò dicit, Et in culpa calefecit me mater mea, est modus extraneus loquendi, quasi dicat, calefacta est ex me. Et sunt qui dicunt, quòd per hoc innuitur, Heuam non peperisse, nisi postquam peccauit. Sequitur eodem in Psalmo, לב טהור ברא לי אלהים ורוח נכון חדש בקרבי Hoc est, Cor mundum crea mihi Deus, & spiritum rectum, vel stabilem, vel aptum innoua in medio mei. Et hoc ideo ait, quia se genitum cum peccato memorauerat. Et est sensus, Quòd concupiscentia complantata cum ad culpam perduxit, & idcirco orat Deum, vt iuuet eum contra figmentum malum, id est fomitem suum, ne iterum huiusmodi peccatum admittat. Quod autem ait, Cor mundum, & spiritum rectum, cum cæteris, replicatio est eiusdem. Hæc ille Rabbi Abrahami. In commentariis quoque Rabbi Mosis Hadarsan in librum Geneseos, sic exponitur illud 4. cap. eiusdem libri dictum, הלא אם תטיב שאת ואם לא לפתח חטאת רבץ תשיב Id est, Nonne si bene egeris, recipies? Si autem non bene egeris, ad ianuam peccatum iacens erit? Hoc est, Nonne si bene egeris, recipies benedictionem. Et si non bene feceris, recipies maledictionem? Aliter: Nonne si bene egeris, recipies à me veniam? Si autem non bene egeris, coacervatum iacens erit ad ianuam: רבצת *rouetset*, id est accubans, vel iacens in fœminino genere, non est scriptum, sed רובץ *rouets*, in masculino. Quia in principio quidem fomes debilis est, vt fœmina, deinde verò fortis, vt masculus. Dixit Rabbi Akiba יצר הרע *iesser hara*, id est figmentum malum vel fomes in principio quidem est velut filum bombycis, in nouissimo verò sit velut fundis nauis, quæ vulgò dicitur *poggia*. Sicut scriptum est Isaiæ quinto capite, Vch trahentibus peccatum: cum reliquis. Dixit Rabbi Ishac, Figmentum malum, id est fomes in principio quidem fit peregrinus, siue aduena, deinde verò viator, demum autem Dominus: sicut scriptum est 2. Reg. 12. cap. Et deuenit peregrinus in virum diuitem. Dixit Rabbi Abba, Et de ipso dicit scriptura, Iob 21. cap. מקור רגבי נחל ואחריו בל ארם ימשך ולפניו אין מספר Hoc est, Dulcia fuerunt ei prata vallis, vel ripæ torrentis: Et post se omnem hominem trahit, & ante se absque numero. Est autem hoc simile cuidam latroni solitario, qui in quodam biuio sedens, dicebat omni transeunti, Da mihi quod est super te. Cumque transiret prudens quidam, & videret ipsum neque gladium habentem, neque in quo foret ei spes, cœpit conterere. Ita quoque quàm plurimas generationes perdidit figmentum malum, & quàm plurimos fortes ac strenuos. Deiecit enim generationem Enos, generationem diluuij, & generationem dispersionis, Samsonem quoque, & Dauid, ac Solomonem. Cùm autem venerit Messias filius Dauid, incipiet conterere ipsum: sicut scriptum est Psalm. 89. ואנחנו מעוינו צרירים שנאינו אנוף ואמוגתי וחמרי עמו ובשמי חרום קרנו ושפחני כים ירו Id est, Et conteram à facie ipsius inimicos eius, & odientes eum percutiam, vel allidam. Et fides mea, & misericordia mea cum ipso, & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Et ponam in mari manum eius: & reliqua: Postea subditur, Si verò dixeris, quòd non est sub arbitrio tuo, docet quid sit dicendum Isaias, cùm 26. capit. ait, Quia in te confidit. Et iam scriptum est Genes. 4. ואליך תשוקתו ואתה תמשל בו Hoc est, Et ad te concupiscentia eius, & tu dominaberis illi. Glossa R. Selomonis hic ita ait, Et ad te concupiscentia eius, peccati scilicet, quod est figmentum malum iugiter concupiscens, & affectans, vt te ruere faciat. Et tu dominaberis illi, hoc est, si volueris, præualebis aduersus eum. Hæc R. Selomo. Quatuor notanda sunt in traditione ista: quorum primum quidem est quòd fomes in principio est imbecillis, & velut filum bombycis, postea fortis, & velut funis nauis. Secundum verò est, quòd Messias de quo parabolicè dicit, quòd tanquam vir prudens cœpit in biuio latronem conterere, primus fuit qui figmentum malum contriturus erat. Tertium autem est, quòd figmentum malum siue fomes multos perdidit fortes. Quartum denique est, quòd libero arbitrio subiacet. Ita etiam legitur apud Isaiam 43. capit. אביך הראשון חטא ופושעיך פשעו בי וגומר Id est, Pater tuus primus peccauit, & loquaces, vel verbosi, vel interpretes tui peccauerunt in me. Et excommunicati, vel exclusi, vel repuli Principes sanctuarij vel sanctita-





tis. Et dedi in anathema, vel in prohibitionem Iacob, & Israel ad improperia, vel opprobria. Vbi glossa Rabbi Selomonis ita dicit, Et interpretes tui culpabiles fuerunt in me: hoc est, Non est quisquam in loquacibus, vel interpretibus tuis, quorum meritis tu inniteris, in quo non inuenerum culpam. Abraham quippe dixit, In quo cognoscam, quòd possidebo eam? Genes. 15. Ishac verò dilexit Esau inimicum meum. Et sic de reliquis. Hæc R. Selomo. Sunt & qui aliter exponunt hæc Isaiæ verba, dicentes, Pater tuus primus peccauit: Hic est Adam primus. Et verbosi vel loquaces tui: Hi sunt ipsi ambo, Adam scilicet & Heua, propter id quod dictum est Genes. 3. capit. Et dixit Adam, Mulier quam dedisti mihi, ipsa dedit mihi de arbore, & comedi. Ita quoque ibidem scriptum est, Et dixit mulier, Serpens seduxit me, & comedi. Sequitur, Culpabiles fuerunt in me: Hoc est, quod dictum est Genes. 3. Et accepit ipsa de fructu eius, deditque ipsa viro suo secum, & comedit. Sequitur, Et excommunicati, vel exclusi: glossa R. Selomonis, propter peccata scilicet vestra: Principes sanctuarij, vel sanctitatis, hoc est, patres. Et dedi in anathema vel prohibitionem Iacob, Hi sunt Prophetæ. Et Israel ad improperia vel opprobria, Hi sunt omnes iusti. Ad prædictorum etiam confirmationem, multum facit quod in *Midras Sir hassirim*, id est, in expositione Cantici canticorum legitur, super illud, Trahe me, post te curremus: Ibi enim sic ad verbum dicitur, Dixit Rabbi Meir, In hora qua stetit Israel super montem Sinai, vt reciperet legem, dixit eis Deus sanctus & benedictus, Non dabo vobis legem, nisi deditis mihi fideiussores, quòd seruabitis eam: & tunc dabo vobis. Dixerunt coram eo, Domine mundi, patres nostri fideiubebunt pro nobis. Ait Deus sanctus & benedictus, Patres vestri tales sunt, quòd ipsi fideiussoribus egent. Abraham enim reus est mihi, quia dixit Genes. 15. capit. Domine Deus in quo sciam quòd possidebo eam? Ishac etiam reus est mihi, quia dilexit Esau inimicum meum: sicut dictum est Malachiæ 1. capit. Et Esau odi. Iacob quoque reus est mihi, quoniam dixit Isaiæ 40. capit. Abscondita est via mea à Domino. Dixerunt ergo in conspectu eius, Ecce Prophetæ nostri fideiubebunt pro nobis. Ait illis Deus sanctus & benedictus; Etiam ipsi culpabiles sunt mihi: sicut dictum est Ierem. 2. capit. Et pastores culpabiles, vel rei fuerunt in me. Et rursus Ezechiel. 13. capit. Sicut vulpes in deserto Prophetæ tui Israel fuerunt. Dixerunt ei, Ecce filij nostri fideiubebunt pro nobis. Tunc ait illis Deus, Super manum eorum dabo vobis eam. Et hoc est quod scriptum est Psalm. 8. מפי עוללים ויונקים יסדת עוז Hoc est, Ex ore infantium & lactentium fundasti fortitudinem. In *Midras* quoque אלה הדברים *Elle hadebarim*, id est in expositione libri Deuteronomij super illud, Et iratus fuit Dominus in me propter vos, & non audiuit me: sed dixit Dominus ad me, Multum est tibi, vel sufficit tibi. Non addas loqui ad me vlterius in verbo isto: ita legitur, Hoc est quod scriptum est Iob 20. cap. אם יעלה לשמים ראשו ועד לעב יגיע כגללו לנצח יאבד id est, Si ascenderit ad cœlos excellentia eius, & caput eius ad nubem accesserit, vel tetigerit, velut stercus in finem perdetur. Non dixit Iob scripturam istam nisi respectu diei mortis. Licèt namque homo ad cœlum ascenderit, fecerit̃que sibi alas, cùm tamen finis eius ad mortem propinquauerit, frangentur eius alæ, ipsecque cum angelo mortis ruens erit. Et sic inquit est Dauid Psalm. 147. תצא רוחו ישוב לאדמתן Hoc est, Exibit spiritus eius, reuersurus in humum suam. Si ascenderit ad cœlos excellentia eius; Hic est Moses qui ascendit, & contriuerunt pedes eius caliginem, fuitque tanquam vnus ex Angelis ministerij, & locutus est cum Deo facie ad faciem, accepitque legem de manu ipsius. Et tamen cùm appropinquaret finis eius, dixit ei, Ecce appropinquauerunt dies tui ad mortem. Ille autem ait coram eo, Domine mundi frustra ergo contriuerunt pedes mei caliginem? frustra cucurri coram filijs tuis velut equus quandoquidem finis meus crit vermis & tinea? Respondit ei, Iam decreui mortem contra Adam primum, & cæteros omnes. Hæc omnia ibi. Vbi notandum est, quòd mors dicitur Angelus mortis, vt habetur in *Midras* Deut. cùm sic dicitur, Et hæc est benedictio, qua benedixit Moses vir Dei filios Israel coram morte sua. Fuit enim benediens Israel coram Angelo mortis. Et ideo dictum est coram morte sua. Isaias etiam se ipsum exterosque omnes vsque ad Messiæ aduentum reos, & iræ Dei filios, propter peccata fuisse ostendit, cùm cap. 64. ita inquit, הן אתה קצפת ונחטא בהם עולם ונושע ונהי כטמא כלנו וכבגד עדים כל צדקתינו ונבל כעלה כלנו ועוונינו כרוח ישאונו: ואין קורא בשמך מתעורר להחזיק בך כי הסתרת פניך ממנו ותמוגנו ביד עוונינו id est, Ecce tu iratus es, & nos peccauimus in ipsis *holam*, id est semper, & saluabimur. Fuimusque vt immundus omnes nos, & sicut pannus vulnerum, vel menstruorum, vel prædarum, omnes iustitiæ nostræ. Et cecidimus vt folium, & peccata nostra quasi ventus tollunt nos. Et non est qui inuocet in nomine tuo, se leuans vel consurgens ad retinendum te. Abscondisti faciem tuam à nobis, & laxassi, vel tabescere, vel fluctuare permisisti nos in manu peccatorum nostrorum. Vbi glossa R. Selomonis sic ait, Et non est qui inuocet in nomine tuo, se leuans, id est prævalens super figmentum malum, vel fomitem suum. Hæc igitur verba possunt non incongruè hoc modo exponi; Ecce tu, Deus scilicet, ait Propheta in persona totius generis humani, iratus es, primis scilicet parentibus, nec solùm eis, verùm etiam omnibus nobis eorum filijs: & quoniam nos peccauimus in ipsis, primis scilicet parentibus, non solùm vt in exemplo, sed etiam quantum ad materiam, עולם *holam*, id est semper, vel à seculo, id est à mundi initio, cùm Adam peccauit: ideo omnes nascimur peccatores, sicut mortales, & iræ Dei filij, excepto Messia, & eius matre. Vnde & bene ait hoc loco Propheta, Et omnes peccauimus in ipsis עולם *holam*, id est, semper. Omnes enim (vt inquit Paulus) in Adam peccauerunt, & egent gratia Dei, vt scilicet saluentur. Quam ob rem Propheta subiungit, Et saluabimur: ac si dice-

*Catholica expositio.*

ret, Quamuis hoc ita sit, saluabimur tamen passionis Messiæ merito. Sicut alibi idem Propheta expressiùs insinuat 53. capit. ita dicens, כלנו כצאן תעינו איש לדרכו פנינו ויהוה הפגיע בו את עון כלנו Id est, Omnes nos vt oues errauimus, vnusquisque in viam suam faciem vertit, & Deus obuiare, vel occurrere fecit in eum peccatum omnium nostrum. Vbi abundè de nostra omnium curatione per Messiæ passionem futura locutus est, vt latiùs in 8. libro patebit. Sequitur, Et non est qui innocet in nomine tuo se eleuans: Hoc est, Nemo de innocantibus nomen tuum est sufficiens se eleuare, vel per se surgere: vel iuxta R. Selomonis expositionem, qui satis sit ad præualendum contra fomitem suum, id est contra originalis peccati culpam. Ad retinendum te, ne scilicet mittas ad infernum totum humanum genus. Hoc est autem quod dicitur Psalmo 143. ואל תבא במשפט את עבדך כי לא יצדק לפניך כל חי: כי רדף אויב נפשי דכא לארץ חיתי הושיבני במחשכים כמתי עולם ותתעטף עלי רוחי id est, Et non venias, vel non intres in iudicium cum seruo tuo. Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Quoniam persecutus est inimicus animam meam, prostrauit ad terram vitam meam, collocauit vel morari fecit me in tenebris, sicut mortuos seculi. Et compressus est super me spiritus meus. Vbi glossa R. Selomonis dicit, quòd in persona totius Israel dixit Dauid Psalmum hunc. Sequitur deinde in Isaia, Fuimusque vt immundus, qui secundùm legem de castris excludebatur, omnes nos, nemine excepto vsque ad redemptoris aduentum. Et sicut pannus vulnerum vel menstruorum quo nihil immundius, vel sicut pannus prædarum, siue rapinarum quo nihil in domo iusti magis inuisum, omnes iustitiæ nostræ tam legales quàm aliæ, ad diuinæ iusticiæ comparationem. Omnis namque humana iusticia diuinæ iustitiæ comparata, iniusticia est, & fordet in iudicis iusti conspectu, quicquid boni in operantis oculis fulget. Et hoc est quod paulò ante Psalmographus dixit, Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Sequitur, Et cecidimus, in paradiso scilicet, cùm materialiter in Adam essemus vt folium. Quid enim aliud est homo nisi folium, quod in paradiso ab arbore vitæ cecidit, quodque tentationum vento rapitur, ac desideriorum flatibus leuatur? Et peccata nostra, originale scilicet & actuale quasi ventus tollunt nos: & in hoc mundo, scilicet per varias affectiones, & post mortem, ad inferos per differentes euentuum conditiones. Nam impij quidem ob sua facinora tollebantur, vt nunc etiam tolluntur, ad æterna supplicia: iusti autem ob originale peccatum ad limbum patrum, qui sinus Abrahæ dicebatur, & propter diuinæ visionis carentiam tenebrosus erat. Quare rectè subiicitur, Abscondisti enim faciem tuam à nobis, in limbo scilicet existentibus. Et laxasti, vel etiam tabescere, vel fluctuare nos permisisti: quia iuxta illud Prouerbior. 13. תוחלת ממשכת מחלה לב Hoc est, Spes prolongata affligit cor. In manu peccatorum nostrorum, id est, in manu inferni, meritis peccatorum nostrorum, originalis videlicet & actualium: quousque misericordiæ tempus aduenit, in quo nos redimemur de manu hac pessima, iuxta diuinum illud apud Hoseam Prophetam 13. cap. dictum. מיד שאול אפדם ממות אגאלם id est, De manu inferni redimam eos, de morte liberabo illos. Quando autem hoc futurum esset, Psalmographus patefecit 49. Psalm. dicens, אך אלהים יפדה נפשי מיד שאול Hoc est, Verè vel verumtamen Deus redimit animam meam de manu inferni, quia suscipiet, vel assumet me perpetuò. Quasi dicere voluisset, ideo liberabit animam meam de inferni potestate, quia ex me carnem nunquam sibi dimittendam, assumpturus est. Præterea in מסכת *Massecheth kidduſin*, id est in libro sanctificationum, in capit. quod incipit, האשה נקנית *Raiſz nikgeth*, id est vxor emitur, sic legitur, Dictum est Ecclesiastis 9. capit. וחוטא אחד יאבד טובה הר בה id est, Peccans vnum, vel perpetrans peccatum vnum, perdit bonitatem multam. Hoc est, Propter peccatum vnius, qui peccauit, perdita est ab eo, & ab vniuerso mundo multa bonitas. Glossa R. Selomonis: Iste inquit fuit primus Adam. Hinc ergo manifestè patet, quòd propter Adæ peccatum, non solùm ipse priuatus est multa bonitate, verum totum quoque genus humanum. Nam perditione bonitatis iustitiæ originalis, quam ipse pro se suisque posteris acceperat, sibi ac filiis suis mortem infernumque lucratus est. Quandoquidem originale peccatum (vt diximus) nihil aliud est, quàm ipsius originalis iusticiæ carentia. Quòd autem non propter originale peccatum tantum, sed propter actuale quoque omnes homines peccatores fuerint; non modò ex antedictis liquidò apparet, sed ex Selomonis etiam sententia, ita Ecclesiastis septimo capite dicentis, כי אדם אין צדיק בארץ אשר יעשה טוב ולא יחטא Hoc est, Quoniam non est homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. Quod alibi etiam affirmat dum 2. Paralip. 6. ait, כוכיאין אדם אשר לא יחטא id est, Non est homo, qui non peccet. Et hoc tamen vt alibi probabitur, mater Messiæ excluditur, quæ Spiritus sancti gratia qua plena fuit, præueniente, ab omni peccato præseruata est. Ex præmissis igitur latè patuit, omnes patres veteris testamenti quantumcunque sanctos, propter originale peccatum, vsque ad Messiæ aduentum reos atque Deo culpabiles fuisse.

## CAP. VII.

*Quod propter peccatum originale, ante Messiæ aduentum omnes homines ad infernum descendebant. Et quibus nominibus apud Hebræos infernus nuncupatur.*

## CAPNIO.

CONSEQVENTER ex eorum quoque scripturis nunc probari opus est, omnes homines vsque ad Messiæ mortem propter originale peccatum ad infernum descendisse.

GAL. Ad hoc itaque probandum, primùm quod in *Midras tehilim*, id est in expositione Psalmorum



morum super illud Psalmi, Cantabo Domino in vita mea, scribitur, adducam. Ibi enim & Rabbi Innai, & Rabbi Iudæ sententiæ hac de re ponuntur. Quorum vnus quidem dixit, si homo poneret se ipsum sub cardine portæ, vt liberaretur à morte, non liberaretur. Alter verò ait, Si ponaret homo linguam suam sub cardine portæ, vt per hoc posset שאול *ſeol*, id est infernum euadere, non euaderet. CAP. Quoniam video te sub hoc nomine שאול *ſeol*, multa de huiusmodi materia dicturum, nec me fugit, Iudæos nostri temporis tanta contradicendi nobis ac veritati malignitate ferri, vt veras singulorum ferè verborum significationes negare non vereantur: ea propter cùm hæc dictio שאול *ſeol*, æquiuoca sit, significat enim infernum & foueam, siue sepulchrum: idcirco nequa eis negandæ veritatis detur facultas, ostende in primis obsecro per eorum scripturas, nomine שאול *ſeol*, infernum significari. GAL. Infernus apud eos (vt te minimè latet) multis appellatur nominibus. De quibus vnum est שאול *ſeol*, vt patet in libro, ערוכין *Erubin*, in cap. עשרה מיוחסין *Oſim paſuo*: vbi sic ad verbum legitur, Dixit R. Iehosuas filius Leui, Septem sunt nomina gehennæ: & hæc sunt, שאול *Seol*, id est infernus: אבדון *Auadon*, id est perditio: בור שחרת *Bor ſahath*, id est puteus, vel lacus corruptionis: בור שאון *Bor ſeon*, id est puteus tumultus, vel mugitus: טיט היון *Tit haauen*, id est lutum fecis: צלמורת *ſalmauaueth*, id est vmbra mortis: & ארץ תחתיורת *eretz athtith*, id est, terra contitionis, vel pauoris, vel terra inferior. Et שאול *ſeol*, quidem infernus dicitur, sicut dictum est Psalm. 16. כי לא תעזב נפשי לשאול Hoc est, Quia non derelinques animam meam ad infernum; אבדון *Auadon* verò, id est perditio, sicut scriptum est Psalm. 88. היסופר בקבר חסדך אמתך באבדון id est, Numquid narrabitur in sepulchro misericordia tua, & fides tua in perditione? בור שחרת *Bor ſahath* autem, id est puteus vel lacus corruptionis, sicut scriptum est Psalm. 55. ואתה אלהים תורידם לבאר שחרת Hoc est, Et tu Deus descendere eos facies in puteum, vel lacum corruptionis בור שאון *Bor ſeon* quoque, id est, puteus tumultus vel mugitus, & טיט היון *Tit haauen*, id est lutum fecis, sicut scriptum est Psalm. 40. ויעלני מבור שאון מטיט היון id est, Et ascendere me fecit de puteo tumultus, & de luto fecis: צלמורת *Tſalmauth* etiam, id est vmbra mortis, sicut scriptum est Psalm. 107. ישבי חשך וצלמורת Hoc est, Sedentes vel morantes in tenebris & vmbra mortis. Hæc omnia ibi. Dicitur præterea apud eos infernus proprio nomine גיהנם *gehinnam*, id est vallis profunda. Item quòd שאול *ſeol* sit infernus, & quod omnes homines in infernum descenderint, & quod nemo eorum pro redemptionis pretio satisfacere potuerit, habetur in *Midras tehilim*, id est in expositione Psalmorum super illud Psalm. 49. גם בני אדם גם בני איש יחד עשיר ואביון Hoc est, Etiam filij Adam, etiam filij viri, simul vel pariter diues & pauper: vbi sic dicitur, Filij Adam: Hic Adam est Adam primus. Licèt alij dicant, hunc esse Abraham, qui vocatus est Iehosua 14. capit. Adam magnus in gigantibus. Sequitur, Etiam filij viri: Hi sunt filij Noæ, qui vir iustus appellatus est. Sunt autem qui aiunt, hos esse 70. gentes, quæ omnes descendunt in gehennam. Sequitur, Simul vel pariter diues & pauper. Diues scilicet in lege, & pauper in lege, omnes descendunt in gehennam, etiamsi fuerint capita, vel Principes, id est *Sanhedrin*, hoc est Iudices ordinarij, quos Moses ordinauit. Sequitur infrà חבטחים על חילם וברוב עשרם יתהללו id est, Qui confidunt super fortitudine sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur. Quid potèrunt facere? Diuitiæ quippe eorum non remanebunt eis: sicut dictum est Sephon. 1. cap. גם כספם גם זהבם לא יוכל להצילם Hoc est, Etiam argentum eorum, etiam aurum eorum non valebit liberare eos. Non dicat homo, pater meus diues fuit, in meritorum scilicet multitudine, & ideo per merita eius liberabor. Frater meus fuit iustus, idcirco per ipsius liberatus ero. Non enim Abraham liberabit Ismael filium suum, neque Isaac Esau fratrem suum. Et hoc est quod dicit, אחלא פדה יפדה איש id est, Frater non redimit, redimet vir, vel aliquis? Glossa R. Selomonis, Frater inquit non poterit redimere fratrem. Et quòd est etiam dictum אה *Ah*, id est, frater, vel heu, nisi quòd isti dicant de illa die, Heu quàm grauis est? Cur etiam dictum est, לא יתן לאלהים כפרו Hoc est, Et non dabit Deo satisfactionem, vel propitiationem eius? Propter hoc quod sequitur, ויקר פדין נפשם id est, Et pretiosa est redemptio animarum ipsorum. Et quid quoque est, וחדל לעולם Hoc est, Et prohibitus in æternum? nisi quia qui in illa die prohibitus est, in æternum prohibitus erit. Sequitur, ויחי עוד לנצח לא יראה השחת id est, Et viuet adhuc, vel vltrà, in æternum non videbit corruptionem. Et quò vadunt? Dixerant filij Coræ, Ad infernum. Sicut dictum est: כצאן לשאול שתו Hoc est, Sicut oues ad infernum positi sunt. Glossa R. Selomonis, Sicut oues (inquit) ad ouile congregantur, ita ipsi אל שאול *el ſeol*, id est, ad infernum profundi dati sunt. Sequitur, מות ירעם id est, Mors depascet eos. Glossa R. Selomonis, id est, angelus mortis deuorabit eos. Nec mireris de huiusmodi locutione. Simile namque alio in loco inuenimus, illud videlicet Iob 18. cap. dictum, יאכל בדיו גבור מורת Hoc est, Comedet propagationes, vel ramos eius, maior vel primogenitus mors. Et quid est quòd dicit, וירדו בם ישרים לבקר id est, Et descendent in eos recti manè? docet, quòd iusti quolibet manè visitant eos, dicentes filijs Coræ, Quid faciunt istis? in illa hora dicunt eis illud Psalmi 46. אלהים לנו מחסה ועז עזרה בצרות נמצא מאד Hoc est, Deus nobis refugium, & fortitudo, adiutorium in tribulationibus inuentus est valde. Dicunt etiam illud Nahum primo טוב יהוה למעוז ביום צרה id est, Bonus est Deus ad confortandum, vel ad adiuuandum in die tribulationis. Et quid est in die tribulationis, nisi quòd in qualibet tribulatione, quæ ad nos appropinquat, inuenitur nobis? Sicut ipse dicit Psalmo nonagesimo primo, Inuocabit me, & exaudiam eum, cum ipso ero in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo, vel honorabo eum. Hæc omnia *Midras*, id est, expositio suprædicta, exceptis Rabbi Selo-

*Nomina inferni.*

monis glossis. In *Midras* etiam *cobeleth*, id est, in expositione Ecclesiastis sic exponitur illud primi capitis dictum, כלהנחלים הלכים אל הים והים איננו מלא Hoc est, Omnia flumina vadunt in mare, & mare non est plenum, id est, omnes mortui non intrant, nisi in שאול *seol*, id est, in infernum, & infernus nunquam impletur. Sicut dictum est Proverb. 27. שאול ואבדון לא תשבענה *Seol* & *aiadon*, id est infernus & perditio non satiantur. De hoc etiam in commentariis super Genes. Rabbi Mosis Hadarsan super illud 1. cap. dictum, ויסלאו את הימים בימים Hoc est, Repletè aquas in maribus: ita habetur. Non sunt maria hic significantia nisi gehennam. Nam sicut mare hoc profundùm est, iuxta illud Genesis primo capite dictum, Et congregationem aquarum appellauit maria: ita gehenna appellatur profunda: sicut dictum est Proverb. 9. cap. בעמקי שאול קראית id est, In profundis *seol*, hoc est infernum imitati eius. De hac insuper materia ita pulchrè Psalmographus loquitur, Psalm. 88. כי שבעה ברעות נפשי וחיי לשאול הגיעו נחשבתי עם יורדי בור היית כגבר אין איל בפתים חפשי כמו חללים שכבי קבר אשר לא זכרתם עוד Hoc est, Quoniam satiata est malis anima mea, & vitæ meæ ad infernum accesserunt. Reputatus sum cum descendentibus in puteum, fui sicut vir non fortis, in mortuis liber. Tanquam interfecti dormientes in sepulchro, quorum non es recordatus adhuc (vt scilicet resurgant.) Item Psal. 89. ita inquit, מי גבר יחיה ולא יראה מות ימלט נפשו מיד שאול סלה id est. Quis vir vivet, & non videbit, vel non timebit mortem? eruat animam suam de manu inferni iugiter vel perpetuò. De hoc etiam Iob ita cap. 10. ait, פן חשך בשאול תצפנני תסתירני עד שוב אפך חשית לי חק ותזכרני Hoc est, Quis dabit vt in inferno occultes me, & coperias me, vsque ad auersionem iræ tuæ, & ponas mihi terminum, & recorderis mei? Dauid præterea in persona sanctorum patrum, qui peccatum actuale propter quod irent in infernum nequaquam admiserant, vel si fortè admiserant iam satisfecerant, sic Psalm. 44. dicit, לא נשנו אחור לבבנו ותט אשורנו מני ארחך כי דכיתנו במקום תנים ותכס עלינו בצלמות id est, Non est conuersum retrò cor nostrum, nec declinauit gressus noster à semita tua. Quoniam contriuisti, vel deiecisti, vel humiliasti nos in loco draconum, & cooperuisti nos in vmbra, vel cum vmbra mortis. Ex præmissis clarum est, omnes propter originale peccatum vsque ad Messiæ aduentum, ad infernum descendisse.

## CAP. VIII.

*Quòd Patriarcha quoque ac Prophetæ, cæteriquæ sancti veteris Testamenti, vsque ad Messiæ mortem omnes ad infernum descenderunt.*

## CAPNIO.

VT magis igitur constet neminem ab hoc diuino decreto excepturn fuisse, Patriarchas quoque, ac Prophetas, cæterosque sanctos veteris testamenti vsque ad Messiæ mortem omnes ad infernum descendisse, hic probare haud ineptum esset. GAL. Id igitur primò de Patriarchis verum fuisse ostendam. Et de Abraham quidem inde colligitur vbi Genes. 15. ita eiá Deo dictum est ואתה תבוא אל אבתיך בשלום תקבר בשיבה טובה Hoc est, Et Tu ibis, vel intrabis ad patres tuos in pace, sepelieris in senectute bona. Vbi ait Rabbi נחמון *Nahuuen*, Ibis ad patres tuos, qui idololatræ fuerunt, sicut dictum est Iehosuæ 24. capite, Ita dixit Dominus Deus Israeli. Trans fluuium habitauerunt patres vestri à sæculo. Taras enim pater Abrahæ, & pater Nachor, coluerunt Deos alienos. Si igitur Abrahæ dictum fuit, Ibis ad patres tuos: patres autem ipsius eum idololatræ fuerint, quòd in infernum descenderint, dubium non est: Abraham ipsum ad infernum descensurum fuisse, certum est. Verumtamen cùm Abraham fidelissimus esset Dei cultor, ac iustus, nec igne inferni, nec à dæmonibus infestandus erat. Ideo dictus est ad patres suos in pace iturus. De Iacob verò ex eo habetur, quod Ge. 37. ita scribitur, וקרסול בניוזל בנתיו לנחמו ואמרהי אדר אל בני אבל שאולה Hoc est, Et surrexerunt omnes filij eius, & omnes filiæ eius ad consolandum eum. Renuitque consolari, & ait, Quia descendam ad filium meum lugens in infernum. Et sicut eum pater eius. Glossa R. Selomonis, In infernum, inquit, id est in sepulchrum iuxta literæ quidem superficiem, sed iuxta *Midras*, hoc est, secundùm glossam est, in gehennam. In *Bereschith* autem *Rabba*, id est in expositione libri Genes. super hunc locum, sic dicitur, Omnes filiæ eius cur dictum est, cùm vnam tantùm haberet filiam, scilicet Dinam? Quia non est prohibitum homini vocare generum filium suum, & nurum filiam suam. Sequitur, Et fleuit eum pater eius, id est, Ishac cum eo flebat. Cùm autem egressus esset ab eo, lauabat se & vngebat, & comedebat ac bibebat. Et quare non reuelabat ei (scilicet Ishac ipsi Iacob) quòd Ioseph viueret, qui hoc spiritu Prophetico sciebat? Quia dicebat Ishac, Deus non reuelauit ei, & ego reuelabo? Hæc ibi. CAP. Iudæi nostri seculi nequitiam peruertendæ scripturæ deponere nescientes, aiunt hoc in loco שאול *seol*, non infernum, sed foueam vel sepulchrum significare. GAL. Falsum eos asserere, ratio latere non finit. Iacob enim filij sui corpus non opinabatur sepultum fuisse, sed à fera pessima deuoratum: vnde dixit Genes. 38. חיה רעה אכלתהו טרף יוסף id est, Fera mala comedit ipsum, direptione direptus est Ioseph. Ex quo proculdubio liquet, ipsum nec de se nec de filio quantùm ad corpus, sed quantùm ad animam fuisse locutum, neque etiam de tumulo, sed de inferno, quòd animam filij sui iam præcessisse credebat, ea verba protulisse. Quod Rabbi Selomo animadvertens, non hanc arripuit falsitatem, sed aliam, dicens, Quòd cùm dicitur אל בני *el beni*, id est ad filium meum, ibi dictio hæc אל *el* non ad, vel versus, sed propter significet. Vnde hunc esse sensum ait, Descendam propter filium meum lugens in sepulchrum. Cuius fallitatem, cæterorumque ipsum sequentium Rabbi Ankelos Chaldaicus interpres, euidenter ostendit, qui has dictiones Hebraicas אל בני *el liboni*, id est, ad filium meum, ita Chaldaicè transtulit, לוות בריי *Leuath beri*, id est apud filium meum. Ex quo apertè patet, quòd אל *el* hoc loco non propter, sed ad, vel rursus, vel apud significat. Et sic vbicunque in pentateucho ponitur, apud Hebræos hæc dictio אל *el*, ipse eam Chaldaicè לוות *Leuath*, quod idem est quod apud, vel ad, vel versus, interpretatus est. Nam ipse quod in libro Genes. ita Hebraicè scribitur, Et iuit Esau אל ישמעאל *el Ismael*, id est ad Ismael, ipse Chaldaicè sic traduxit, לוות ישמעאל *Leuat Ismael*, id est apud, vel versus, vel ad Ismael. Illud etiam quod Genes. 18. sic Hebraicè dicitur, ואל הבקר רץ *Vel habakar ratz Abraham*, id est & ad boues cucurrit Abraham: ita ille Chaldaicè transtulit, ולות תוריא רחט אברהם *Vleuath tore rahat*, id est, versus, vel apud, vel ad boues cucurrit Abraham. Si igitur in præmissis verbis Iacob, hæc dictio אל *el*, propter significaret, ibi pro ea non לוות *Leuath*, quod apud vel ad, vel versus significat, sed בריל *Beth* interpres posuisset. Propriè enim בריל Chaldaicè, idem est quod propter Latinè. Nam illud quoque Domini verbum de Sodomitis ad Abraham Genes. 18. dictum, Non delebo propter decem, ita in Chaldaicum vertit, Non delebo בריל עשרה *Bedil hasra*, id est, propter decem. Et sic etiam de aliis quàm plurimis locis. Quæ cùm ita sint, palam profectò liquet, quòd sciebat Iacob animam suam in infernum iturum: & per consequens nec de aliorum omnium animabus dubitabat, cùm ipse sanctus esset atque Propheta. Quare & credebat animam filij sui quamuis iustissimi, ob originalis tamen notæ contagium, illuc fuisse profectam. Quòd cæteri etiam Patriarchæ, omnesque Prophetæ vsque ad Messiæ passionem, ad infernum descenderint, non solum ex præcedentibus, sed etiam ex Talmud euidentius patet. Nam in libro qui הגיגה *Hagiga*, id est, historia dicitur, in cap. quod incipit הכל חייבין *Haccol haiauin*, id est, omnes tenentur, ita legitur, R. Elazar cùm appropinquaret ad scripturam hanc 1. Reg. 28. scriptam, ויאמר שמואל אל שאול למה הרגזתני להעלות אותי id est, Et dixit Samuel ad Saul, Quare turbasti me faciendo me ascendere? dicebat, Ex quo Samuel iustus de iudicio timebat, quantò magis nos? Et quid est quod scriptum est ibidem? Et dixit mulier ad Saul אלהים *Elohim*, id est, Deos, vel iudices vidi ascendentes de terra. Quoniam duo erant, quorum vnus erat Samuel, alter Moses. Iuit enim Samuel & adduxit Mosem secum, & ait, Forsitan (quod absit, & pax sit) ad iudicium quarto. Surge ergo mecum. Nec enim vna quidem dictio est in lege absque scriptura, quam ego non compleuerim. CAP. Vellem historiam hanc de Samuel, quem, cùm esset mortuus rogatu Saulis regis, pythonissa ex inferno ascendere fecit (vt in 28. capit. primi libri Regum legitur) secundùm Hebræorum Doctorum glossas expositam, absque audire. GAL. Audiri potest quæ hac de re in *Midras* ויקרא *Vaikra*, id est, in, in expositione libri Leuitici leguntur. Ibi enim super illud 20. capit. eiusdem libri dictum ואיש או אשה כי יהיה בהם אוב או ידעוני מות יומתו id est, Vir siue mulier in quibus fuerit spiritus pythonicus, aut diuinationes, morte morientur: sic dicitur (quod ad propositum nostrum optimè spectat) Et venerunt, Saul scilicet & duo viri eius comites, ad mulierem nocte. Et numquid nox erat? Sed illa hora fuit eis obscura vt nox. Et ait, scilicet Saul mulieri, Diuina quæso mihi per אוב *ob*, id est per pythonem, & fac ascendere mihi ex inferno illum quem dixero tibi. Iurauitque ei Saul in Domino dicens, Viuit Dominus, si id est, non accidet tibi peccatum in facto, vel in verbo isto. Dixit autem mulier, Quem faciam tibi ascendere? Ait ei Saul, Semuelem fac mihi ascendere. Magistrum omnium Prophetarum, temporis scilicet sui. Fecit itaque mulier illud quod fecit, fecitque eum ascendentes. Sicut dictum est primi libri Regum 28. capit. Et vidit mulier Semuelem, & clamauit, Cur decepisti me? Nam tu es Saul. Et vnde cognouit eum? Dixerunt Magistri nostri, Quòd non eodem modo ascendit mortuus Regi, & alius. Quando enim regi ascendit, facicm habet sursum, & pedes deorsum. Quando autem rustico, faciem habet deorsum, & pedes sursum. Dixit ad eam Rex, Ne timeas, si quid vidisti. Et ait mulier אלהים *Elohim*, id est deos vel iudices vidi ascendentes de terra: אלהים *Elohim*, id est, deos vel iudices ideo dixit, quia duo fuerunt. Et qui fuerunt? Moses & Samuel. Cùm audiuit hoc Saul, timuit: quoniam vnum vocauerat, & duo ascenderunt. Sic enim dictum est ibidem, Ascendentes de terra. Et ait ad eam, Quæ est forma eius? Semuelis videlicet? Dixit ipsa, Vir senex ascendens, & amictus pallio. Et ait Semuel ad Saul, Cur terruisti me vel tremere me fecisti, vt faceres me ascendere? Ecce verba in quibus est ratio à loco maioris & minoris. Nam si eximius omnium Prophetarum, Semuel scilicet, iudicium timuit, quantò magis cæteri omnium? Et quid est, quod ei adiecit? Et cras tu & filij tui mecum eritis. Mecum, id est in pace mea. Cumque Saul audiret hoc, festinauit, & cecidit iuxta plenitudinem staturæ suæ in terram. Dixerunt ei Abner & Amasa, Quid dixit tibi? Ait eis, Tu ibis ad prælium, & corrues, & filij tui reputabuntur Principes. Dixit Rabbi Simeon, Tunc vocauit Deus sanctus & benedictus angelos ministerij, & ait eis, Venite & videte, qualem creaturam creauit in mundo isto. In vita enim huius mundi homo qui vadit ad conuiuium, non facit secum ire filios suos, ne fascinentur. Et ecce hic descendit in prælium, & scit se occidendum, & nihilominus assumit filios suos secum gaudens, applaudendo iusticiæ diuinæ, quam imminere sibi non ignorabat. Tradiderunt autem Magistri, quòd ob quinque peccata iustè occisus fuit: sicut dictum est primi libri Paralip. 10. capite, Et mortuus est Saul propter præuaricationem suam, qua præuaricatus est, in Dominum videlicet, eò quòd non seruauerit verbum Domini super eos. Et quòd interrecioni dedit Nob ciuitatem sacerdotum, vt legitur 1. Paralip. 10. Et quòd non obedierit Semueli, qui dixerat ei, Septem diebus expectabis: & reliqua: & ipse non fecit sic, sed obtulit sacrificium. Et quòd pepercerit Agag, vt habetur 1. Reg. 15. Et quòd consuluerit pythonissam, & non Dominum. Propterea interfecit eum. Hæc omnia ex prædicta *Midras*. Qui-

*Peccata propter quæ Saul occisus est.*

bus nihil efficacius, nihil fortius esse potest, ad probandum contra Iudæos nostri temporis, quòd omnes homines tam boni, quàm mali, vsque ad Messiæ aduentum ad infernum descenderint, ibique diuina permissione detenti fuerint. Nam si Moses & Semuel Prophetarum principes, omnium sanctissimi (de quibus Deus ipse testimonium perhibens, apud Ierem. 15. sic ait, אם יעמד משה ושמואל לפניי נפשי לעם הזה id est, si steterint Moses & Semuel in conspectu meo, non est anima mea ad popalum istum) in inferno fuerint propter originale peccatum detenti, vt ex hac traditione patuit: quantò magis cæteros omnes, qui nec eis similes erant, nec tanta aut sanctitate aut dignitate prædi ti, eò descendisse, ibique detentos fuisse, vsque ad Messiæ redemptionem censendum est? CAP. Quidam aiunt, & piè quidem, non fuisse Semuelem, quem pythonissa ascendere fecit, sed ipsum humani generis hostem, qui vt Saulem deciperet, Semuelem se esse mentitus est. Quomodo enim, vt dicitur in Decretis 26. quæst. 5. cap. *Nec mirum*: fieri poterat, vt Semuel & natiuitate sanctus, & vitæ operibus iustus, arte magica attraheretur? At si non attractus est, consentit tamen, quod vtrumque de viro iusto credere, aduersum est. Nullum enim suffragium habet iustitia. Vtrum attractus, an voluntarius spiritualè amiserit meritum, quod positus in carnè, quæritur. Si præterea Semuel Sauli verè apparuisset, se adorari ab eo virum iustus minimè permisisset, qui Deum solum adorandum esse, prædicauerat. Qualiter insuper homo Dei, qui cùm Abraham in refrigerio erat, ad virum pestilentiæ, gehennæ ardore dignum, Cras mecum eris, dixisset? Quare malignus ille spiritus duobus his titulis, fallaciæ suæ subtilitatem prodidit. Quia & sub habitu ac nomine Semuelis, se contra legem adorari permisit, & virum peccatorum onere pressum (cùm magna sit peccatorum atque iustorum distantia) cùm Semuele iustissimo futurum, mentitus est. GAL. Miratur hi, quonam pacto malignus spiritus animam iusti, vt videretur, & cum Saule loqueretur, excitare potuerit. Nonne magis mirandum est, quòd fatuus Dominum ipsum assumpserit, eumque & supra templi pinnaculum constituerit, & in montem excelsum transtulerit? Non est enim absurdum, mi Capnio, credere aliqua diuina dispensatione permissa fuisse. Quatenus non dominante magica arte, sed Dei dispositione occulta quæ & pythonissam & Saulem latebat, se spiritus iusti aspectibus regis ostenderet, diuina cum sententia percussurus. CAP. Quamobrem ergo Semuel se à Saule adorari permisit, cùm adorationis cultus soli Deo exhiberi debeat, iuxta illud Deuteronom. 6. cap. dictum, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies? GAL. Primùm in hoc animaduertendum est, quid hoc loco primi libri Reg. 28. capit. scriptura dicat. Dicit enim sic, ויקר אמים ארצה וישתחו id est, Et inclinauit faciem suam ad terram, & adorauit. Non igitur dicit, quòd Saul Semuelem adorauerit, sed quòd adorauerit duntaxat. Quam ob rem non incongruè dici potest, quòd Deum tunc, & non Semuelem adorauerit. Quicquid enim dubium est, debet semper humanitas in melius interpretari. Deinde esto quòd Semuelem adorauerit, neque ideo Semuel ipse contrà legem egisse dicendus esset, quòd se adorari permiserit. Cùm verbum hoc וישתחו quod adorare significat, dupliciter (vt ipse nosti) apud Hebræos sumatur, quemadmodum adorare, colere, venerari, atque reuereri apud Latinos, pro adoratione scilicet *latriæ*, quæ soli Deo debetur, & pro adoratione *duliæ* quæ creaturis exhibetur: vt ex multis sacræ scripturæ locis videri potest. Si propterea igitur Saul impius esset, quòd Semuelem adorasset: & Semuel idcirco diabolus censendus, quòd adorari se permisisset, (cùm de consimilibus idem debeat esse iudicium) pari quoque ratione Nathan Propheta impius dicendus esset, & ipse Dauid diabolus iudicandus: cùm alter eorum alterum adorauerit, alterque ab altero se adorari permiserit. Ita enim de ipsis 3. Reg. 1. cap. legitur, ויבוא למלך הגד נתן הנביא ויבא לפני המלך וישתחו למלך אל אפיו ארצה Hoc est, Et nuntiauerunt regi, dicentes, Ecce Nathan Propheta. Et intrauit, vel venit ad faciem regis, adorauitque regem super faciem suam in terra. CAP. Cur Semuel dixit Sauli, Cras mecum eris? Nam si Semuel iustus erat, & Saul peccatorum pœnis obnoxius, simul in altero seculo esse non poterant. GAL. Aiunt quidam ex nostris, & rectè quidem. Quòd cùm mortuus tunc viuo mortem præmunciaret, verbum illud, Cras mecum eris, ad parem non loci, sed mortis conditionem referetur. Hebræi tamen Saulem saluum fuisse, atque post mortem in loco iustorum receptum asserunt. Nam etsi peccator extiterat, à Semuele tamen, quòd Dominum reliquisset, & pythonissam consuluisset, reprehensus, sufficientem pœnitentiam egit. Quod quidem inde (vt dicunt) insinuatur, quòd tanquam gaudens de diuina iustitia, ipse cum tribus filiis ad suam, ipsorumque mortem, cuius præscius erat, ob defensionem populi Dei prudenter ac studiosè cucurrerit. Nec obliti at (vt aiunt) quòd se ipsum lethaliter à sagittariis sauciatum, occiderit: cum se iam neque pugnare valiturum, neque viturus, nisi modicum, ac in Dei contumeliam, & in sui ipsius ludibrium, victurum non ignoraret. Aiunt quippe peccatum nullum esse, quin potius meritum, hominem se ipsum perimere, vbi se ad creatoris contumeliam victurum videt. Hinc Samsonem se ipsum occidisse dicunt. Hinc & sibi ipsi manus iniecisse venerandum virum illum affirmant, de quo 2. Mach. 14. capite sic legitur, Cum iam comprehenderetur, gladio se petiit, eligens potius nobiliter mori, quàm fieri peccatoribus subditus, & supra natales suos indignis iniuriis agi. Cùm igitur Saul & ob pœnitentiam, quam actarus erat, & propter martyrium, quod bellum Domini gerendo, subire debebat, iustificandus esset, ideo inquiunt, rectè ei Semuel dicere potuit, Cras tu & filij mecum eritis. Obiectis igitur antedictis non obstantibus, dico salua sanctæ Romanæ Ecclesiæ definitione, cui me semper in omnibus submitto, tunc verè Semuelem ipsum, & non diabolum, Sauli apparuisse. Quamuis enim quædam in præmissa historia dicta, & ad visum pythonissæ, quæ se Deos vidisse dixit, & ad intellectum Saulis, qui ascendentem Semuelem esse intelleuerat, & non ad veritatis rationem trahi possint: ob tria tamen quæ ibi referuntur, si verè anima Semuelis tunc ibi non affuisset, non videretur sacræ historiæ scriptor à mendacio excusari, nec veridicus existimandus esset: quod profectò absurdum est dicere. Quorum primum est, Et dixit Semuel ad Saul, Cur terrusti me vel tremere me fecisti, vel inquietasti me, vt ascendere me faceres? Secundum verò est, cùm subditur, Et dixit Semuel, Cur interrogas me? Et Dominus recessit à te. Tertium demum est, cùm subinfertur, Et eras tu & filij tui mecum eritis. Et reliqua vsque ad locum illum, Timuit Saul valde propter verba Semuelis, vt legitur primi libri Regum 28. cap. Ex his igitur satis (vt arbitror) palam est, quod si is qui toties Semuel nominatus est, diabolus fuisset: haudquaquam huius sacræ historiæ autor, in non parum ipsius sancti viri iniuriam, & in discrimen erroris fidelium, atque in autoritatis sacræ scripturæ detrimentum, eum Semuelem tam sedulò toties nuncupasset. Posstremò licet cacodæmon Semuelem Deo permittente ad Saulem adduxerit, siue traxerit, non tamen propter hoc iusticia, aut sanctitas in eo penitus suffragium perdidit. Sicut nec in sancto Iob à diabolo tam vehementer afflicto, nec in Paulo colaphis ab eodem affecto, nec in Antonio ab ipso diris verberibus acto, nec etiam in ipso Domino Iesu Christo à membris ipsius diaboli patibulo crucis affixo. Maximè cùm per huius rei veritatem, nobis & damni peccati originalis magnitudo ostenditur, & aduentus, & misericordiæ, ac gratiæ redemptoris necessitas demonstratur, & tandem Iudæorum recentiorum negantium patrum iustorumque antiquorum ad limbum descensum, impudentia efficacius confutatur.

*Obiectio.*

*Prima ratio.*

*Secunda ratio.*

*Tertia ratio.*

*Responsio.*

*Alia obiectio.*

*Responsio.*

## CAPVT IX.

*Quod sancti patres in inferno à diabolo Deo permittente, propter Ada peccatum detinebantur. Et de limbo, ad quem descendebant.*

## CAPNIO.

SANCTI Patres, & Prophetæ, cæterique iusti qui vsque ad Messiæ mortem ad infernum descenderunt, detinebantur-ne ibi à diabolo? Dic obsecro, quid de hoc veteres Iudæorum senserint. GAL. Potestatem quidem sanctos & iustos in inferno vsque ad Messiæ passionem detinendi dæmones habebant, facultatem tamen eis vel nocendi, vel mali alicuius inferendi, nullam prorsus habebant. Nisi enim à diabolo, Deo permittente, vsque ad Messiæ aduentum detenti fuissent, nequaquam verum nec verisimile esse poterat, quòd diabolus ipse Semuelem omnium Prophetarum sanctissimum, nec non & Mosem cum eo ad pythonissæ præceptum traxisset. Constat enim eam quicquid egit, per dæmones egisse. Præbet autem mihi dicendi audaciam, quòd ante Christi aduentum sancti apud inferos propter Adæ peccatum à diabolo permissione diuina detinerentur, non solùm id quod dictum est, verum etiam longè magis Pauli Apostoli sententia, de Domino nostro Iesu Christo, ad Colossenses secundo capite dicentis, Quòd ipse fuit expolians principatus & potestates, infernales videlicet (vt ibi dicit glossa) auferendo ab eis Abraham, Isaac, & Iacob, cæterosque iustos, traduxit eos, id est longè à re tenebrarum ad cœlum duxit. HOC. Rectè quidem ais, Galatine. Nam ad huius sententiæ tuæ confirmationem, super illud Psalmi illius qui vigesimus tertius est in ordine, Attollite portas, principes, vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ; ita glossa dicit, Vox est Angelorum, qui Christum ad inferos descendentem, præcesserunt, dicentes, O principes inferni, auferte potestatem vestram, qua hucusque in inferno iustos omnes detinebatis. GAL. Bene quidem, ac piè Hogostrate dicis. Sed caue tibi à Iudæis, qui hoc loco sic habent, שאו שערים ראשיכם והנשאו פתחי עולם ויבא מלך הכבוד Hoc est, Attollite portas capita vestra, & eleuamini portæ æternales, & veniet, vel introibit Rex gloriæ. Patitur tamen Hebraica litera, vt dicatur, Attollite portæ capita vestra. Sed non attollite portas, principes, vestras, vt editio nostra habet. Quòd autem (vt ad quæsitum Capnionis nostri redeam) nullam sanctis patribus inibi detentis, nocendi potestatem cacodæmones haberent, ex eo quod in *Midras cohelet*, id est, in expositione Ecclesiastis scriptum est, colligitur: vbi super illud tertij capitis dictum, כי יודע רוח בני האדם העלה היא למעלה id est, Quis scit, an spiritus filiorum Adam ascendat sursum? sic dicitur, Animæ iustorum reponuntur in apotheca, vel cellario. Et hoc est, quod ait Abigail ad Dauid, per spiritum sanctum dicens primi libri Regum vigesimo quinto capite, והיתה נפש אדני צרר וזרה בצרור החיים את יהוה אלהיך Hoc est, Et erit anima Domini mei ligata in fasciculo viuentium siue vitæ, cum Domino Deo tuo. Poteratne fieri, vt vita essent animæ impiorum? Docet hoc nos quod sequitur, ואת נפש איביך יקלענה בתוך כף הקלע id est, Et anima inimicorum tuorum circumuoluetur in medio palmæ fundæ. Vbi glossa Rabbi Selomonis, Palma fundæ (inquit) est frustum corij latum, instar palmæ factum, in medio fundę, vbi ponitur lapis. Item glossa Rabbi Kimhi ait, Cum dicitur את יהוה *eth Adonai eth*, hic ponitur loco אל *el*, id est ad. Sicut in libro Iudicum decimo nono capite, ואת ואת בירת יהוה אני הולך *eth beth*, hoc est, Ad domum Dei ego vado. Item Iob vigesimo sexto capite, את מי הגדת מלין *Eth mi*, id est, ad quem annunciasti verba. Ex his patet, quòd id quod Abigail per Spiritum sanctum (vt paulò antè ab eis dictum est) viuentium fasciculum vocauit, instar conseruatorij gemmarum, vel pecuniæ, quæ in faeculo, vel in panno ligantur, & seruantur, hoc Iudæorum Doctores animarum iustorum apothecam seu cellarium appellarunt. Et quod in præcedentibus gehenna, assisque multis nominibus dicitur, hoc ipsi fundæ palmam nuncuparunt. Ex quo apertè liquet, duo olim apud Hebræos animarum receptacula fuisse, vnum scilicet bonorum, alterum malorum: vtrumque tamen infernus vocabatur. Sed impiorum quidem locus שאול תחתית *seol tahtith*, id est infernus inferior: iustorũ verò locus, infernus superior dicebatur.

*Duo animarum receptacula, secundum priscos Hebræorum.*

tur. Sicuti ex eo colligi potest, quod Deut. 32. cap. scriptum est, cùm dicitur, כי אש קרחה באפי ותיקד עד שאול תחתית Id est, Quia ignis succensus est in ira mea, & ardebit vsque ad infernum inferiorem. Glossa in libro *Tanhuma* dicit, In ira mea, id est in medio gehennæ. Sicut consequenter dicitur, Et ardebit vsque ad infernum inferiorem. Item Prouerbiorum decimo quinto, אורח חיים למעלה למשכיל למען סור משאול מטה Id est, Semita vitæ ad superna intelligenti, vt declinet ab inferno inferiori. Hæc traditio. In *Midras* quoque *tehilim*, id est in expositione Psalmorum, super illud Psalmi octuagesimi quinti, כי חסדך גדול עלי והצלת נפשי משאול תחתיה Id est, Quia misericordia tua magna est super me, & liberasti animam meam ex inferno inferiori; legitur Rabbi Ioden sic dixisse, Via adulterorum data est in profundum inferni. Et hinc est, quod dicit, Quia misericordia tua magna est super me, & liberasti animam meam ex inferno inferiori. Vbi glossa Rabbi Salomonis: Via (inquit) adulterorum est, vt sint in profundo inferni, & inde liberasti me, cùm dixit mihi Nathan, Dominus quoque transtulit peccatum tuum. Hæc Rabbi Salomo. Quoniam igitur locus inferior non dicitur nisi respectu loci superioris (sunt enim superior & inferior nomina correlativa, quæ posita, se ponunt, & perempta, se perimunt, vt ait Philosophus in prædicamentis) manifestum profectò est, quòd cùm Dauid de inferno inferiori meminit, necessariò superiorem infernum esse insinuauit. Quod & per eorum expositiones euidenter ostenditur. Hunc autem infernum superiorem portas inferni Hezekias appellauit, cùm apud Isaiam trigesimo octauo capite ita dixit, אני אמרתי בדמי ימי אלכה בשערי שאול Hoc est, Ego dixi in abscissione dierum meorum, vadam ad portas inferni: Id est, vadam ad limbum: qui cùm sit quasi in principio inferni, non inepte porta inferni dicitur. Et hunc infernum Christus expoliauit, quum animas sanctorum patrum inde eduxit. Quod enim nos limbum id est, locum requiei, seu sinum Abrahæ dicimus, hoc prisci Hebræorum צרור *tsror*, id est, fasciculum siue conseruatorium, vel אוצר *otsar*, id est, apothecam siue cellarium, vel portas inferni, vel infernum superiorem vocabant. Vnde patet, vnam omnino atque eandem fuisse fidem eorum, atque nostram.

*Limbum patrum quem & de Hebræi vocabant.*

## CAPVT X.

*Quòd anima electorum non poterant, nec debebant nisi à Messia Deo & homine ex inferno liberari.*

## CAPNIO.

ANIMAS iustorum quæ propter Adæ peccatum in inferno tanquam in carcere detrusæ detinebantur, à solo Deo inde liberandas fuisse, nunc te ostendere par est. GAL. Ad id probandum, illud in primis adduco, quod in *Midras Sir hasirim*, id est in expositione Cantici canticorum legitur. Ibi enim super illud 2. c. dictum, אני חבצלת השרון שושנת העמקים Hoc est, Ego narcissus, vel rosa terræ campestris pinguissimæ, lilium profundorum siue conuallium: ita dicitur, Hoc est quod scriptum est Psal. 130. ממעמקים קראתיך יהוה Id est, De profundis vocaui te Deus. Dixerunt autem Magistri, Quòd Ecclesia Israel dixit hoc: quæ ait, Ego sum dilecta à Deo. Ego quippe data ero in profundis gehennæ, donec redimat me inde Deus sanctus & benedictus. Hoc est autem quod dictum est Psal. 89. Et subire me fecit de puteo tumultus, & de luto fecis, id est de inferno. Rabbi Ruben dixit, Nisi scriptura dixisset Isa. 66. cap. non licuisset dicere: sed ex quo scriptum est, dici potest כי באש יהוה נשפט Hoc est, Quia in igne, vel per ignem Deus iudicatus est. Non enim scriptum est שופט *sophat*, id est iudicans, sed נשפט *nisphat*, id est iudicatus. Et ipsum est, quo Dauid per Spiritum sanctum dixit Psal. 23. גם כי אלך בגיא צלמות לא אירא רע כי אתה עמדי שבטך ומשענתך המה ינחמני Id est, Etiam cùm ambulauero in valle vmbræ mortis, id est inferni, non timebo malum, quoniam tu mecum eris. Virga tua, id est, tormenta tua & baculus tuus, id est lex tua, ipsa consolabuntur me. Erit ne autem hoc possibile absque tormentis? Docet quid sit ad hoc dicendum, cùm ait ibidem, אך טוב וחסד ירדפוני Hoc est, verè, vel saltem bonum & misericordia subsequentur me. Et hoc possibile-ne est in hoc seculo? Docet quid dicendum sit, quod sequitur, כל ימי חיי Id est, Omnibus diebus vitæ meæ. Et quare? ושבתי בבית יהוה לאורך ימים Hoc est, Quia habitabo in domo Dei in longitudine dierum. Hæc omnia traditio. Quòd autem Adam, nec non & filij eius propter ipsius peccatum, in carcere inferni vsque ad redemptoris aduentum detrusi fuerint, & quòd per nullum alium nisi per Deum ipsum reparari potuerint, in *Midras kohelath*, id est in expositione Ecclesiastis optimè innuitur: vbi super illud 7. cap. eiusdem libri dictum, ראה את מעשה האלהים כי מי יוכל לתקן את אשר עיותו Id est, Vide opus Dei. Quis enim potest aptare, vel reparare id quod torserit, vel obliquauerit? sic ad literam legitur; Dixit R. Azdrias, In hora qua Deus sanctus & benedictus creauit primum Adam, tulit eum, & duxit, atque reduxit per omnes arbores paradisi, dixitque ei, Vide opera mea, quàm pulchra, & quam laudabilia sint, & quicquid creaui, propter te creaui. Prębe mentem tuam, vt non corrumpas, vel destruas mundum meum. Si enim destruxeris, non erit post te qui reparet. Et non solùm hoc, sed etiam ipsi iusto causabis mortem: sicut scriptum est Isa. 57. capite, הצדיק אבד ואין איש שם על לב Hoc est, Ipse iustus perit, & non est vir, vel aliquis, qui consideret super cor. Sicut etiam dictum est Eccle. 7. capit. יש צדיק אובד בצדקו Id est, Est iustus qui perit in iustitia sua. Cui similis fuit Moses Magister noster? Similis fuit filio mulieris prægnantis quæ in domo captiuorum tenebatur capta. Quæ ibi peperit, ibi nutriuit, & ibi mortua est. Post aliquot verò dies transiuit rex per ostium carceris. Cumque vidisset eum transeuntem filius illius mulieris, cœpit clamare, ac dicere, Domine mi Rex, hic natus sum, hic educatus sum. Et nescio, ob cuius peccatum hic detentus sum. Respondit ei Rex, Propter peccatum matris tuæ. Huiusq; traditio. In qua breui & congrua quidem similitudine Iudæis à priscis eorũ Magistris cuidéter o-



ter ostensum est, totum genus humanum fuisse olim propter Heuæ atque Adæ peccatum in carcere regis totius mundi non iniustè detentum. Nam si Moses Prophetarum omnium apud eos maximus, (iuxta illud Deuteronom. vlt. cap. ולא קם נביא עוד בישראל כמשה אשר ידעו יהוה פנים אל פנים id est, Et non surrexit vlterius in Israel Propheta sicut Moses, quem nouit Deus facie ad faciem. Id est (vt R. Ankelos ait in Targum) דאתגלי ליה אפין באפין Cui reuelata est facies ad faciem, à detentione carceris regis cœlestis nequiit eximi. vt præmissa parabola manifestè ostendit, quanto minùs aliquis alius inde eximi valuit? In eo autem quod prædicta traditio refert, Deum Adæ dixisse, Quòd si peccando mundum suum quodammodo corrumperet, vel destrueret, non esset post eum, qui illum reparare posset, apertè insinuatur, vniuersum propter Adæ peccatum quodammodo corruptum, non potuisse nisi à Deo reparari. Cùm enim Adam peccauit, suo peccato totum humanum genus infecit, atque corrupit, se ipsosque posteros duplici morti, atque carceri infernali obligando. Quare totum vniuersum quod propter hominem creatum fuerat, vt suprædicta traditio attestatur, cùm esset à suo fine frustratum, corruptum quodammodo, atque destrictum fuit. Quamobrem ad ipsius vniuersi instaurationem, aliquis necessarius fuit, qui post Adam nec potentia, nec tempore, nec dignitate, nec virtute, nec sanctitate, sed omnibus simul his modis, ac etiam æternitate ipsum antecelleret. Cum igitur Adam omnes homines præcesserit, nullus homo purus potuisset ipsum humanum genus, nec per consequens vniuersum instaurare. Et licèt Angeli Adam ipsum & tempore & dignitate secundùm naturam præcesserint, Angelum tamen *satis* reparatorem, atque redemptorem homo habere non debuit: tum quia ad tam magnum negocium nulla potestas, nisi diuina satis erat: tum etiam, quia si Angelus hominem ab æterna damnatione liberasset, homo eius obsequio ac seruituti videretur astrictus. Quare ad eam dignitatem, quam si non peccasset habiturus erat, haudquaquam instauratus esset: cùm homo ipse qui solus Dei seruus, & Angelis æqualis per gratiam futurus erat, eius seruus foret, qui nec Deus esset, nec eius serui Angeli forent. Quocirca concluditur, hominem modo suprædicto perditum, non per puram creaturam, sed per Deum ipsum reparari, atque à damnatione æterna liberari debuisse. Solus quippe Deus ad hoc & sufficiens erat per suam omnipotentiam, & sapiens per suam infinitam sapientiam, & voluntarius per suam immensam clementiam. Non tamen absque suæ iustitiæ satisfactione humanum genus instaurare debebat, cùm misericordia minimè præiudicare possit iustitiæ. Hinc est, quòd in sacris literis quemadmodum misericors sæpissimè prædicatur, ita quoque & iustus frequentius dicitur. Nam licèt Deo insit clementia, seu misericordia, quæ omnem superat offensionem, inest etiam ei & iustitia, quæ nullum peccatum remanere permittit impunitum. Si enim peccatum per iustitiam non puniretur, sed semper per solam misericordiam remitteretur, Deus certè eodem modo erga peccantem, & non peccantem se haberet, & impius atque iustus æquales in conspectu eius essent. Quod Deo nullatenus conuenire posse, ex sacræ scripturæ dictis manifestè ostenditur. Ait enim Psalmographus Psalm. 11. יהוה צדיק יבחן ורשע ואהב חמס שנאה נפשו id est, Deus iustum probat & impium, & diligentem iniquitatem odit anima eius. Sapiens quoque Prouerb. 10. cap. dicit, תוחלת צדיקים שמחה ותקות רשעים תאבד id est, expectatio iustorum gaudium, & spes impiorum peribit. Item Isa. tertio capite, אמרו צדיק כי טוב כי פרי מעלליהם יאכלו: אוי לרשע רע כי גמול ידיו יעשה לו id est, Dicite iusto, quoniam bene, vel bonum. Nam fructus operum suorum comedent (iusti scilicet) Veh impio nequam, quoniam retributio manuum eius fiet ei. Et vt cætera huius generis omittam, Dauidis postremò verba adducam Psalm. 62. sic dicentis, דלך אדני חסד כי אתה תשלם לאיש כמעשהו Hoc est, Et tibi Domine misericordia, quia tu reddis vnicuique iuxta opera sua. Quamuis igitur Deus ad quem solum humani generis spectabat reparatio, peccatum primorum parentum per solam misericordiam remittere potuisset: quia tamen iusticia eius satisfactionem exigebat, quæ & præuaricatorem & satisfactorem eiusdem generis esse requirebat: idcirco Deum & hominem esse oportuit, qui ipsum humanum genus reparaturus esset. Hic autem esse non potuit, nisi Messias qui Deus & homo futurus erat. Quòd autem ad sanandum, & instaurandum, ac redimendum humanum genus, nulla pura creatura sufficiens esset, ex eo potissimùm videri potest, quod in *Echa rabbathi*, id est, in expositione planctus Ieremiæ legitur, super illud secundo capite eiusdem libri dictum, מת אעידך מה ארפה לך חבת ירושלם מת אשוה לך ואנחמך בתולת בת ציון כי גדול כים שברך מי ירפא לך Id est, Quid contestabor tibi? & quid assimilabo tibi filia Ierusalem? quid adæquabo tibi, & consolabor te virgo filia Sion? Magna est enim velut mare fractura tua. Quis medebitur tibi? Ibi enim hæc verba sic exponuntur, Quid contestabor tibi? Hoc est, per quot Prophetas contestatus sum vobiscum? Id autem est quod scriptum est 4. Regum 17. cap. Et contestatus est Dominus cum Israel & cum Iuda per manum omnium Prophetarum suorum. Scriptum est etiam Ierem. 44. cap. Et misi ad vos omnes seruos meos Prophetas. Sequitur, Et quid assimilabo tibi filia Ierusalem? id est, quæ es filia timens & obtemperans mihi. Sequitur, Quid adæquabo tibi, & consolabor te? Quando aderit dies illa, de qua scriptum est Isa. 2. cap. Et exaltabitur Deus solus in die illa, & idola penitus mutabuntur. In illa hora consolabor te, virgo filia Sion, id est, filij signati. Magna enim est velut mare fractura tua. Quis medebitur tibi? Dixit Rabbi Aben: Ille cui dixisti canticum super mare, vt habetur Exod. 15. cap. Quia ego Dominus medicus tuus. Hactenus traditio. Ex qua planè colligitur, solum Deum totum genus humanum quod propter Adæ peccatum ægrotum iacebat, curaturum fuisse. Solus ergo Dei Filius verus Messias, sanctos patres exterosque electos ex inferni carceribus liberare debebat. Quare vniuersum quod propter Adæ

*Homo non potest humanum genus reparare.*

*Angelus non debuit humanum naturam reparare.*

*Nulla pura creatura ad reparandum humanum satis erat.*

peccatum corruptum quodammodo & destru-
ctum fuerat, consequenter per Messiam ipsum in-
staurandum erat, & mors ipsa destruenda.

## Cap. XI.

*Quod per Messiam, & vniuersum reparandum erat, & mors ipsa destruenda.*

## CAPNIO.

ID consequens velim ego per eorum scripturas probes. GAL. Probabo vtique. Quòd igitur mundus ille vniuersus qui propter Adę peccatum corruptus quodammodo fuerat, per Messiam reparandus esset, in *Bereshith rabba*, id est in expositione libri Geneseos optimè ostenditur, super illud 2. cap. eiusdem libri dictum, אלה תולדות השמים והארץ בהבראם Hoc est, Hæ sunt generationes cœli & terræ in creatione eorum. Ibi enim ita ad verbum legitur, Dixit R. Berachias. Quamvis creatæ fuerint secundùm plenitudinem suam atque perfectionem: quando tamen Adam primus peccauit, diminutæ sunt, & corruptæ atque concussæ, & vlterius ad decentem compositionem non reuertentur, donec veniat filius *Peres*, iuxta illud Ruth vlt. cap. ואלה תולדות פרץ Id est, Hæ sunt generationes *Peres*. Quod plenariè scriptum est, in signum scilicet quòd omnia quæ propter peccatum diminuta erant, per filium *Peres*, qui à nostris corrupto vocabulo *Pharez* dicitur, perfici atque compleri debebant. Sequitur בהבראם *Behibbaram*, id est, in creatione eorum, vel cum creauit ea. Dixit R. אבהו *Abhu*, Cum ה *he* litera creauit ea. Mundus igitur ille cum ה *he* creatus est. Ille autem litera, quæ clausa est ab omni sui parte, & aperta in fernus, (sic enim facta est ה) indexit, quòd omnes ad infernum descendunt. Id verò quod in ea sursum tendit, indicium est quòd inde ascensuri sunt. Fenestra autem eius in latere indicat viros pœnitentiæ. Seculum verò futurum creatum est cum י *iod*. Quemadmodum enim *iod* staturam habet replicatam, sic impiorum statura replicabitur, eorumque facies turbulentæ erunt in futuro: sicut dictum est Isa. 2. ושח גבהות האדם ושפל רום id est, Et incitabitur sublimitas hominis, & deprimetur celsitudo virorum, & exaltabitur Deus solus in die illa. Et quid est quod sequitur, והאלילים כלל לא יחלף Hoc est, Idola vel imagines penitus commutabit? Illud quod scriptum est Isa. 26. כי ביה יהוה צור עולמים Id est, Quia cum יה *iod he*, formauit Deus secula: cum his enim duabus literis creauit secula Deus sanctus & benedictus. Hæc traditio. Quæ in *Midras tehilim* eodem ferè modo habentur, super Psal. 113. qui incipit, In exitu Israël: vbi sic dicitur, אמר רבי יהושע תנשיא הכל על הסיבורין ולא משהמרו שאלית יתת לרבי אלעזר ולא אמרה לזין אלא כך אמרת לי ביה שמו בשני אותיות הללו ברא הקדוש ברוך הוא שני עולמים שנאמר כי ביה יהוה צור עולמים ואין אנו יודעין אם העולם הזה נברא בה או העולם הבא נברא כי מסת שנאמר אלה תולדות השמים בהבראם

תעולם הזה נברה בה ולמה לה עיקא שלה פתיחדר
למטרד ומתוסה מכל צדדיה כך העולם הזה כל מה
שנברא בו יורדין לשאול ואותה העקיצא שיש בה רמז
להיות המתים והעולם הבא נברא בי למה מה עיקא
שלזה כפופה כך פניהם של רשעים עתידין להיות
מבורכות לעתיד לבא רבר אחר מה עיקא קטן
בקופתה כך הרשעים לעתיד לבא שנאמר ושח
גבהות האדם משראה דוד בן שבשחי אותיות הללו
ברא הקדוש ברוך הוא שני עולמות ד"ה לחיל מקלס
בהם הללויה Hoc est, Dixit Rabbi Iudas Hannassi.

Funis super illos qui inquirunt, & non reperiunt. Scisc itatus sum quidnam hoc esset à Rabbi Elazar. Et non dixit mihi verum. Sed taliter dixit mihi, Quidnam illud *bera*, id est in Deo? hoc est quòd in יה *iod he*, sit nomen eius. Quia duabus his literis creauit Deus sanctus & benedictus duos mundos. Sicut dictum est Isa. 26. Quoniam in יה *iod he*, formauit Deus mundos. Et nos nescimus, vtrum hic mundus creatus sit cum ה *he*, & mundus futurus creatus sit cum *iod*. Et quid fecit nos nescire hoc? Quoniam dictum est Gen. 2. c. Hæ sunt generationes cœli & terræ. Vbi secundùm proprietatem Hebraicæ scripturæ videtur, quòd cum הי *iod he*, vterque mundus creatus sit. Verum cum *he*, hic prefixus mundus creatus est. Quemadmodum enim dispositio huius literæ ה *he*, aperta est inferius, & claudat omnia eius latere: sic seculum istud dispositum est. Quicunque enim creati sunt in eo, in infernum descendunt. Illud verò quod est in ea rectum, mortuorum viuificationem significat. Secnlum autem futurum creatum est cum י *iod*. Quare? quia sicut dispositio literæ י *iod* staturam habet replicatam: ita facies impiorum pallidæ erunt, contrahentur & contristabuntur in futuro. Alius sermo. Quemadmoduu dispositio huius literæ י *iod*, modica est in sua statura, sic impij in futuro: sicut dictum est Isa. 2. Deprimetur sublimitas hominis. Cernens autem Dauid duabus literis illis creasse Deum sanctum & benedictum mundos duos, cœpit cum eis magnificare & laudare Deum, dixitque הללויה *halleluia*, id est laudate Deum. Cuius dictionis duæ vltimæ literæ sunt יה *iod he*. Hæc ibi. Quod autem huius *Peres* per quem vniuersa perfici atque compleri debebant, vt dicit antecedens traditio, sit ipse Messias, habetur in ואלה שמות רבה *Veelle semoth rabba*, id est in expositione libri Exodi, super illud 21. cap. eiusdem libri dictum: Et ista iudicia: Vbi sic dicitur, Tu inuenis omnes generationes quæ sunt in scriptura, diminutas, præter istas duas, videlicet, Istæ sunt generationes cœli & terræ, Gen. 2. Et hæ sunt generationes *Peres*, Ruth vltimo. Quod quidem magnam habet sententiam. Cur enim eum dicitur, Istæ sunt generationes cœli & terræ, generationes plenariè scriptæ sunt, id est non carent litera ו *vau*, sicut aliæ? Quia Deus creauit seculum istum, & non fuit Angelus mortis in eo. Hæc de causa scripta est supradicta dictio תולדות *toldoth*, id est generationes מלא *male*, id est plenariè. Cumque Adam & Heua peccassent, diminuit Deus תולדת *toldath*, id est generationes, quæ in scriptura sunt. Cum autem stetit *Peres*, factæ sunt תולדות *toldoth*, id est generationes מלא *male*, id est plenariè scriptæ sunt. Non enim ibi deficit ו *vau*. Quia Messias de ipso surget, & in diebus eius Deus sanctus & benedictus deglutiet vel destruet mortem: sicut dictum



בלע המות לנצח est Isaiæ vigesimo quinto capite, & deglutiuit vel destruxit mortem in sempiternum. Propterea תולדות id est, generationes *Peres* מלא *male*, id est plenariè scriptæ sunt. Hæc traditio. Hoc idem etiam in *Midras* Ruth, id est, in expositione libri Ruth confirmatur, super eadem verba. Hæ sunt generationes *Peres*: cum sic ibi dicitur, Vbicunque in lege dictum est, תולדת *toldath*, id est generationes, diminutæ sunt, hoc est vna litera quæ ו *vau* dicitur, ibi deest, exceptis his duabus, videlicet, Istæ sunt generationes cœli & terræ, 2. Gen. Et hæ sunt generationes *Peres* Ruth vltimo. Et quamobrem hoc factum sit, tandem vtrobique eadem ratio redditur, quæ in præcedenti traditione reddita est. Ex quibus patet, quod in aduentu Messiæ, & vniuersum quod propter Adæ peccatum pene corruerat, instaurandum erat, & mors ipsa destruenda.

## Caput XII.

*Quod Angelorum quoque ruina per Messiam reparanda erat.*

## CAPNIO.

VONIAM teste philosopho perfectum est, cui nihil deest, & ad perfectam vniuersi instaurationem, Angelicæ ruinæ reparatio pertinere videtur: eam ob rem ad ostendendum, Messiam ipsum totius vniuersi perfectum reparatorem futurum fuisse, Angelorum quoque ruinam per ipsum instaurandam fuisse, probare necessarium est. GAL. Id potissimum ac satis clare in *Midras tehilim* habetur, eo in loco vbi super principium Psal. 89. משכיל לאיתן האזרחי Hoc est, Intellectus forti, vel venturo, indigenæ vel illustratiuo, vel orientali: Misericordias Dei semper cantabo: hoc modo legitur. Hoc est quod scriptum est Ierem. 9. ca. כי אם בזאת יתהלל המתהלל השכל וידע אותי כי אני יהוה עשה חסד משפט וצדקה בארץ Id est, Sed in hoc gloriatur, qui gloriatur, intelligere & nosse me, qui sum Deus faciens misericordiam & iudicium & iustitiam in terra: Hæc sunt enim quæ volui, dixit Deus. Propter hoc dictum est Psalm. 101. חסד ומשפט אשירה Hoc est, Misericordiam & iudicium cantabo. Deinde in eadem *Midras* sic immediate sequitur, יאסר להם אני יאסרתי עולם חסר יבנה אף שמים תכין ולא תשמים בלבד אלא אף תכסא אינו עומד אלא בחסד שנאמר והכין בחסד כסא למה הדבר דומה לכסא שיש לו ארבע רגלים והיה האחד מתמוטט נפל צרור ומכו קרהדי הכסא של מעלה ככיוצא שנתמוטט עד שהקדוש ברוך הוא מכוין ובונה מכוי בחסד הוי עולם חסר יבנה אף שמים וכן דוד אמר לעשרה השמים בתבונה ועל ידי מי הם עומדים על החסד שנאמר כי לעולם חסדו לרוקע הארץ על ידי מי כי לעולם חסדו Id est, Dixit eis, scilicet Dauid Israeli, Psalmi ochange simi noni initio, Quoniam dixi, mundus misericordia ædificabitur, cœlos reparabis, vel rectificabis, vel aptabis, tu Deus supple. Misericordia, dixit, Quia non cœli solum, sed etiam ipse thronus nō est persistens, nisi per misericordiam. Sicut dictum est per Isaiam decimosexto capite, Et præparabitur, vel aptabitur, vel rectificabitur in misericordia, vel per misericordiam thronus. Simile autem hoc parabolice est throno, vel solio quàtuor pedes habenti, quorum vnus commouerat se: accepit ergo glebam, vel fragmentum lapidis quispiam, & sulciuit ipsum. Sic thronus supernus (ex quo in lege scriptum est, dici potest) commotus, vel agitatus, vel diminutus fuerat, donec sulciuit illum Deus sanctus & benedictus. Et quo sulciuit illum? Misericordia. Et hoc est quod dictum est, Mundus misericordia ædificabitur, cœlos tu reparabis, vel instaurabis. Et sic est Dauid dicens Psalmo centesimo trigesimo sexto, Facienti cœlos cum prudentia. Et super cuius manus sunt stantes? Super misericordiam. Sicut consequenter dictum est, Quoniam in seculum vel in æternum misericordia eius. Extendit terram. Et per cuius manum? Quoniam in seculum misericordia eius. Propter hoc ait Psal. 63. Quia melior est misericordia quam vita. Hæc omnia *Midras* prædicta. Hic plurimum conuenit antimadvertere illud Isa. 16. dictum, quod in præmissa traditione inductum est, והוכן בחסר כסא וישב עליו באמת באהל דוד שפט ודרש משפט ומהר צדק id est, Et præparabitur in misericordia thronus vel solium. Et sedebit super illud in veritate in tabernáculo Dauid, iudicans & quærens iudicium, & expediens vel accelerans iustitiam. Hæc autem Rabbi Ionathas sic in Chaldæum vertit, בכין משיחא דישראל יתקן כסוד פרסוהי ויתיב עלוהי בקשוט בקרתא דדוד וחבץ דין ועביד קשוט Id est, In hoc vel propter hoc Messias Israel apponet, vel aptabit in bono thronum suum. Et sedebit super eum intus ciuitatem Dauid, & iudicabit iudicium, & faciet veritatem. Cum igitur in præcedenti traditione per hæc Isaiæ verba probatum sit, Quod Deus cum misericordia thronum supernum confirmaturus & instauraturus erat, ipsius diminutioni & agitationi, siue commotioni glebam vel fragmentum lapidis apponendo: & hic per translationem Chaldaicam aperte ostendatur, quod ipsa eadem Isaiæ verba de Messia loquantur: necessario profecto, ac manifeste consequens est, Messiam ipsum Deum esse supremi throni instauratorem. Nemo enim rectius supradicti lapidis fragmen posuisse intelligi potest, quam Messias cœlestium atq; terrestrium reparatorqui immensa sua misericordia ac passione, peccatores hominesliuore suæ passionis, Isaia teste, sanando, ac in supernam Ierusalem inducendo, ruinæ Angelicæ factus est sulcimentum. Et sic iustificatos homines Angelis sociando instaurauit, atq; sulciuit supernum thronum, hoc est Angelorum chorum, qui propter ruinam dæmonum diminutus erat. Qui & ideo supernus thronus vocatur, quia super eum Deus quodammodo sedet, iuxta illud Psalmographi Psal. 80. dictum, ישב אל הכרובים Hoc est, Sedens super Cherubim. Et tursus Psal. 99. ישב הכרובים תנוט הארץ Id est, Sedens super Cherubim, moueatur terra. Ex quibus patet quod per Messiam non solum vniuersum, quod propter primorum parentum peccatum corruptum quodammodo fuerat, reparandum erat, & mors ipsa destruenda, vt in præmissis ostensum est, verum Angelica quoque ruina (vt nunc probatum est) instauranda.

## CAPVT XIII.

*Quod summo desiderio sancti patres Messiæ desiderabant aduentum.*

## CAPNIO.

EApropter summo desiderio sancti patres Messiæ desiderabant aduentum. GAL. Ita prorsus. Idcirco sanctus Iob sic 9. c. dicebat, לו ישׁ בינינו מוכיח ישׁת ידו על שנינו id est, Vtinã esset inter nos argutor, poneret manum suam super nos ambos. Argutorem hunc seueritatis diuinæ iustitiæq; secundum quam infernus erat omnium hominum domus, Messiam esse Isaias ostendit, dum 9. cap. de ipso loquens, ait, ושׁפט בצדק דלים והוכיח במישׁור לענוי ארץ Id est, Et iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate humiles, vel pauperes, vel mansuetos terræ. Est autem notandum, quod in eisdem verbis Iob apud Hebræos aliqui libri habent לו *lu* cum litera *Vau*, & tunc idem est quod vtinam, & verba eius (vt diximus) sic interpretantur: Vtinam esset inter nos argutor, poneret, id est qui poneret manum suam inter nos ambos. Alij vero libri habent ibi לא *lo*, cum א *aleph* litera, quod dictionem hanc negatiuam Non significat. Et tunc sic eadem verba traducuntur, Non est inter nos argutor. Hinc nostra editio habet, Non est qui vtrumque valeat arguere, & ponere manum suam in ambobus. Vtraque autem bona est litera, & in eandem rediens sententiam. Nam secundum primam quidem, quam Talmud ponit, sanctus Iob cogitans, quam peruerse atque damnose primus homo deliquerat, & quam inexorabiliter conditor hominum iratus fuerat, Messiam Dei & hominis mediatorem perquirebat, qui manum in ambobus poneret, hoc est, qui vtramq; naturam, Dei scilicet & nostram simul amplecteretur, & gereret, quique solus inter homines homo innocens appareret, & esset, & tamen ad pœnam culpæ portandam spontaneus absq; culpa procederet, atq; sic exemplo & verbo hominem argueret, ne peccaret, & ignominiosam ipse innocens pro homine pœnam perferendo, seueritati diuinæ iustitiæ obsisteret, ne feriret. Secundum aliam vero literam in Spiritu sancto prævidens idem sanctus Iob, neminem ante Messiam, neque post venturum fuisse, qui propitiis non grauatus, alienos posset subire peccatorum reatus, vel qui seueritati diuinæ iustitiæ satisfacere valeret, aduentus ipsius Messiæ motæ nimium longæ dispendium deplorabat, dicens, Non est inter nos, id est, inter Deum & hominem arguitor, qui cum æquitate arguere queat, cum omnes rei sint, donec veniat ille, qui super nos (vt dictum est) manum suam ponat, & solus cum æquitate arguat humiles terræ, hoc est, ad humilium hominum salutem. Hunc etiam arguitorem & Isaias flagranti desiderio quærebat 64. ca. dicens, לוּא קרעת שׁמים וירדתה Hoc est, Vtinam dirumperes cœlos, & descenderes. CAP. Iuniores Iudæorum præmissam sanctiIob scripturam, quemadmodum & alias, perperam intelligentes, aiunt, ipsum aliquem alium præter Deum desiderasse iudicem, sub quo & ipsum Deum iustum, & sese ostenderet innocentem: vt habetur in libro בבא כתרא *Baua bathra*, in c. quod incipit השׁותפין *Hassuttafin*: vbi super illa eadem verba Iob sic ait Rabba, Puluis sit in ore Iob. Nihil enim est seruus, qui arguit Dominum Dei suum. GAL. Iudaica proculdubio cæcitas virum sanctum Iob iniuste atque impie condemnat, verba eius peruerse intelligendo. Contra quos illius primo testimonium afferimus, qui ait 1. ca. בבל ואת לא חטא איוב ולא נתן תפלה לאלוהים id est, Intoto hoc non peccauit Iob, nec attribuit fatuitatem Deo. Et rursus eiusdem libri vlt. c. ויאמר יהוה אל אליפז התימני חרה אפי בך ובשׁני רעיך כי לא דברתם אלי נכונה כעבדי איוב Hoc est, Et dixit Deus ad Eliphaz Temanitem, Incaluit indignatio mea in te, & in duos amicos tuos: quia non estis locuti ad me rectũ, vel conuenienti, sicut seruus meus Iob. Præstat etiam autoritatem libro Iob non paruam apud Hebræos, quod à Mose dicatur idem liber scriptus, vt habetur in בבא כתרא *Baua bathra*, in cap. השׁותפין *hassuttafin*: vbi sic legitur, Tradiderunt Magistri, quod Moses scripsit volumen suum, & distinctionem Balaam, & Iob. Recte igitur & cõuenienter Iob fuisse locutum, non solum Mosis, sed etiam Dei testimonio comparabatur. Nihil ergo rectius atque conuenientius dicendum est hic, secundum quod eius verba sonant, quam quod secundum primam literam præsentiam Dei & hominis in Messia optauerit, vel quod iuxta alteram literam, ipsius Messiæ Dei & hominis moram deplorauerit: qui ponendo manum suam in ambobus, homines iustificando, & Angelorum cœtibus aggregando, vtrotumq; ruinas instauraret. Ex quo liquet summum eius desiderium ergà Messiæ aduentum. Id idem Rabbenu Haccados in libro *Gale razzia*, & de reliquis sanctis patribus, deque omnibus iustis affirmat, respondens ad quintam Antonini Consulis vbis Romæ petitionem. Cum enim idem Antoninus eum interrogasset, quodnam sacrificium faciens esset Israel post cessationem sacrificij quod tunc fiebat, sic ei ille inter cætera respondit, Quod petieris tibi notũ est dari de sacrificio quod Israel facturus est post Messiæ aduentum, dicã tibi quod reperi à Rabbi Simeone filio Iohai scriptum in libro qui מתקר חסורות *Machkar hassdoth*, id est, inuestigatio secretorũ inscribitur; Dum semel proficisceret ex monte Ebal ad montem Gherizim, vt à Deo peteret gratiam, ipsumq; adoraret, inueni Eliam supra montem Gherizin stantem, orantemq; atq; plorantem. Cui ego pacem dedi, spetau: em me respicere noluit. Quod cum videretem, flere cœpi. Mox q; vertit faciem ad me, dixitque, Fili Iohai non est hora conueniens. Et abiit. Iterum reuersus sum ad montem Gherizin, ipsumq; inueni orantem laudantemque Dominum orbis. Tunc vidi venientes super montẽ Gherizin octoginta millia legionum Angelorum, & in vnaquaque legione erant octoginta millia aciem, & in vnaquaq; acie octoginta millia Angelorum. Frebantque coram se Abraham, Isaac, Iacob, Mosem, & Aharon, Dauid & Salomonem, omnesq; reges de domo Dauid, atque prophetas & iustos qui in mundo fuerant. Ipsi autẽ Angeli rogabant Deum dicentes, Recordare Abraham, Isaac, & Israel seruorum tuorum, quibus iurasti per temetipsum. Abraham autem, Isaac, & Iacob orabant, dicentes, Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Reges ex domo Dauid, & prophetæ dicebant illud Isa. 63. ca. scriptum, אתה אבינו כי אברהם לא ידענו וישׂראל לא יכירנו אתה יהוה אבינו גאלנו מעולם שׁמך Hoc est, Tu pater noster, & Abraham nescivit nos, & Israel ignorauit nos. Tu Deus pater noster redemtor noster, à seculo nomen tuum. Tunc vidi montem Ebal remeantem, & ad eum accedentes nonaginta millia dæmonium: qui currentes, ac festinantes dicebant, O Domine mundi, recordare quod in hoc monte dederis maledictionem, dicens Deut. 27. ca. ארור האישׁ אשׁר יעשׂה פסל ומסכה תועבת יהוה Id est, Maledictus vir, qui fecerit scalptile & conflatile abominationem Dei. Item ibidem, ארור אשׁר לא יקים את דברי התורת הזאת לעשׂות אותם Hoc est, Maledictus qui non permanet in verbis legis huius, vt opere perficiat ea. Tunc exiit vox de cœlo, dicens illud Psal. 103. כרחם אב על בנים רחם יהוה על יראיו Id est, Sicut miseretur pater super filios, misertus est Deus super timentes eum. Exemplo cum summa lætitia & gaudio patres, reges, omnesq; prophetæ, & iusti induerunt se sacerdotis more, accesseruntq; ad Eliam, eumque secum duxerũt. Elias vero induit se tanquam summus Pontifex, omnesque Deum laudabant. Elias autem rem sacram faciebat. At ego ignorabam, quodnam esset hoc sacrificium. Deinde omnes Angeli Eliam comitabantur. Reuertentes autem ad locum vbi morabatur, & postea ad patres & reges & iustos: Vtautem recesserunt, vidi Eliam hilarem, ridentemque. Cui pacem dedi, dixique, Pax Domini nostri sit super te, & pax tua, Domine, sit super me. Reddiditque mihi pacem, dicens, Pax Domini mundi sit super te, & super vniuersum orbem. Tunc dixi, Die mihi Domine, quare cum primum inueni dominationem tuam plorantem, dedique tibi pacem, non respexisti, sed abiisti? nunc autem video te, domine, ridentem & hilarem. Illi vero Angeli & animæ patrum & iustorum cur in monte Gherizin morabantur, & dæmones in monte Ebal? Respondit, Fili Iohai, ter in hebdomada conueniunt omnes animæ patrum, Regum, & iustorum secum adducentes omnes Angelos, qui sentiunt eis, assistuntque rogantes ipsum, vt Filium sanctum suum mittat, & redimat omnem Israel, ducatq; ad terram sanctam. Idcirco orant enim dicentes, Recordare Abraham, Isaac, & Israel seruorum tuorum. Diaboli autem veniunt, vt illis obsistant & aduersentur. Ideo Angeli monti Gherizin insidebant, quia in eo datæ sunt benedictiones. Diaboli vero in monte Ebal morabãtur, quia in eo dedit Deus maledictiones Israeli. Ipsiq; alludebant in memoriam remeabant omnia delicta & peccata, quæ ipse Israel fecerat in hoc mundo: vtpote quod adorauerat idola. Ideoq; dicebant, Maledictus homo, qui facit scalptile, & reliqua. Et maledictus homo qui non permanet in sermonibus legis huius. Et quia cum primum mihi obuiasti, non erat placatus Deus, & diaboli efficiebant, quo minus Messias veniret: idcirco flebam, & non respexi. Nunc autem quia venerunt patres ad Filium sanctum Dei, ipsumque rogauerunt, vt ipse mecum vna cum

*Iudæorum recentiorũ obiectio.*



eis Patrem rogaret, vt eum mittat ad redimendum eos: quod factum est, Deusq; preces eorum exaudiuit, neque respexit ad dæmonum verba: prodiitq; verbum ab ipso, ex hac hora ad ducentesimum annum Deum missurum Filiũ sanctum suum regem, vt redimat vniuersum terrarum orbem: idcirco vox quæ de cœlo prodiit, intonabat, Quomodo miseretur pater super filios, misertus est Deus super timentes eum: Ideo lætus eram. Hæc omnia in libro *Gale razzia* Rabbenu haccados, ex Hebraico in Latinum traducta. Ex quibus luce clarius patet flagrantissimum desiderium, quod prisci illi patres erga Messiæ aduentum habebant. Quid autem dixerit de sacrificio quod post aduentum Messiæ fieri debebat, dicemus in decimo libro, cum de efficacia sacrificij ab ipso Messia instituendi, nobis dicendum occurrerit.

## CAPVT XIV.

*Quod non Iudæi tantum, sed Gentiles quoq; per Messiam redimendi, atque saluandi erant. Nec tamen omnes sine Iudæi, siue Gentiles, sed ij dumtaxat ex vtrisque, qui ipsum & recepturi, & confessuri essent.*

## CAPNIO.

QVAMVIS ex his omnibus quæ à quarto cap. huiusque, tam abunde atque veridice dixisti, aperte colligatur, quod sempiterna salus, perfectaq; redemtio quæ per Messiam fieri debebat, non corporalis (vt iuniores Iudæorum deliuantes asserunt) sed spiritalis futura erat: qua redemtor ipse Deus & homo humanum g.n ab inferno, & à morte æterna quam propter primorum parentum peccatum, vniuersi homines incurrerant, redemturus atq; saluaturus erat: quia tamen plerique Iudæorum aiunt, hanc siue redemtionem, siue saluationem solius Israel, & non Gentilium futuram fuisse: idcirco vt magis adhuc eorum perfidia conuincatur, per antiquas eorum scripturas probare debes, non solum Iudæos qui Messiam recepturi etant, verum Gentiles quoque in Messiam ipsum credituros, ab eo redimendos ac saluandos fuisse. GAL. Hoc plurimis ex locis manifeste habetur. Et primum quidem ex iis quæ in *Bereschith rabba*, id est, in expositione libri Gen. leguntur, super illud 41. cap. eiusdem libri dictum, ויאסר פרעה אל יוסף אני פרעה ומבלעדיך לא ירים איש את ידו Hoc est, Et dixit Pharao ad Ioseph, Ego Phatao, & absque te non eleuabit vir, vel aliquis manum suam. Ibi enim sic inter cætera dicitur, Dixit Rabbi אחא *Aba*, Poterit me dici, quod redemtor sit acceptor faciem, id est persona rum? Absit, sed omnes eum confitentes ore suo, & operibus suis, & corde suo, saluabit, atque liberabit: sicut dictum est Iete. 25. c. בימיו תושׁע יהודה id est, In diebus eius saluabitur Iuda, id est, confitentes eum saluabuntur. Et sic ipse ait apud Isaiam quadragesimo quinto capite, פנו אליו והושׁעו כל אפסי ארץ Hoc est, Conuertimini ad me, & saluabimini omnes fines terræ. Et

frerum dicit ibidem, כי לי תכרע כל ברך תשבע, Quia mihi flectetur omne genu, & iurabit omnis lingua. Et de ipso quoque scriptum est Isaię quadragesimo nono capite, ונתתיך לאור גוים להיות ישועתי עד קצה הארץ Hoc est, Dedi te in lucem gentium, vt tis saluatio mea vsq; ad fines terræ. Et propter hoc etiam ait Dauid Psalmo sexagesimo septimo וירוך עמים אלהים Id est, Confitebuntur te populi, Deus, confitebuntur te populi omnes. Lætabuntur & exultabunt gentes, quoniam iudicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis. Confitebuntur te populi, Deus, confitebuntur te populi omnes, terra dedit fructum suum. Vbi cum quater commemorauit, confitebuntur, ita est ac si dixisset, Confitebuntur te corde suo, confitebuntur te ore suo, confitebuntur te operibus suis, confitebuntur te pariter omnibus his: sicut dictum est Sophoniæ tertio capite כי אז אהפוך אל עמים שפה ברורה לקרא כלם בשם יהוה לעבדו שכם אחד Hoc est, Quia tunc conuertam ad populos labium electum: vt inuocent omnes in nomine Dei, & vt seruiant ei humero vno. Non est autem nomen Dei dictum hoc loco, nisi rex Messias, de quo dictum est Isa. 30. cap. הנה שם יהוה בא ממרחק id est, Ecce nomen Dei venit de longe. Quod idem docetur de Deo sancto & benedicto: sicut dictum est Ieremiæ 23. cap. האלהים מקרוב אני נאם יהוה ולא אלהי מרחוק id est, Numquid Deus de prope ego, dixit Deus, & non Deus de longe? Et quare seruient ei humero vno? Propterea, quia factus est principatus super humerum eius: sicut dictum est Isa. 9. 6. ותהי המשרה על שכמו id est, Et fuit principatus super humerum eius. Hactenus traditio. In qua multa notanda sunt notatu dignissima. Primum quidem est, quod redemtor non debebat esse personarum acceptor, sed omnium ipsum confitentium saluator. Ideo redemtorem hunc necesse est esse Messiam, propter verba illa Ieremię ibi inducta. In diebus eius saluabitur Iuda: quæ in scripturis Hebraicis, & in translatione Chaldaica de Messia exponuntur vt in superioribus probatum est. Secundum vero est quod in prædictis Ieremię verbis per Iuda nõ intelliguntur Iudęi, vt ipsi contra nos sæpenumero argumentantur, sed omnes tam d. Gentilibus, quam de Iudęis qui corde, ore, & opere Messiam confessuri erant. Tertium autem est, quod Messias dandus erat in lucem gentium, & salutem vsq; ad fines terræ. Quartum est, quod Messias est nomen Dei, cui populi, id est, Gentiles labio electo seruire debebant. Quintum est, quod ipse venturus erat de longe, hoc est, de Deo sancto & benedicto. Quod ibi per illud Ieremiæ probatur, Numquid Deus de prope ego, & non Deus de longe. Quapropter Messiam esse Deum, consequens est. Sextum est, quod illa Isaię verba 9. cap. tempta, Infans natus est nobis, filius datus est nobis, & erit principatus super humerum eius, de Messia intelliguntur. Quod est contra Iudæorum iuniorum deliramenta. Notandum insuper est, Quod sicut per præmissam traditionem in verbis illis Ieremiæ, In diebus eius saluabitur Iuda, per Iuda non ipsi Iudæi intelliguntur, sed omnes Messiam confitentes: ita in eisdem verbis cum immediate sequitur, וישראל ישכון לבטח Hoc est, Et Israel habitabit ad fiduciam: per Israel, eadem ratione non homines de populo Israelitico intelligendi sunt, sed omnes Deum videntes, hoc est, omnes tam de gente Israelitica, quam de cæteris gentibus, qui Messiam ipsum verum Deum & hominem fide & opere visuri erant: vt fuerunt Apostoli, & reliqui tam ex Iudæis, quam ex Gentilibus ad Christum conuersi, qui Christum videntes, Deum verum viderũt. Et hæc est literalis expositio. Nam Israel non erat proprium nomen ipsius Iacob, sed ei in Angelorum visione impositum fuit. Cum igitur Messias, vt in pręce denibus latissime ostensum est, sit maior Angelis, cum sit verus Deus, illi sunt veri Israelitæ, qui Messiam ipsum viderunt, & vident. Huic etiam traditioni addendum est, quod in *Midras tillim*, id est in expositione Psalmorum super illud Psalm. 67. לדרך בארץ דרכך בכל גוים ישועתך id est, Ad cognoscendam in terra viam tuam in omnibus gentibus saluationem tuam: ita dicitur, Non erit Deus sanctus & benedictus saluans Israel propter eorum opera, sed vt notificet potentiam suam, & vt notum faciat nomen suum gentibus. Asaph enim ait Psal. 76. נודע ביהודה אלהים בישראל גדול שמו id est, Notus in Iudæa Deus, in Israel magnum nomen eius. Et rursus dicit Ps. 77. אתה האל עשה פלא הודעת בעמים עזך id est, Tu es Deus faciens mirabile, notam fecisti in populis potentiam tuam. Poterunt ne dicere eis, Iudæi scilicet Gentilibus, Quod redemtor sit acceptor facierum, id est personarum? Nequaquam, sed confitentium eum. Sicut dictum est Psal. 67. Confitebuntur te populi Deus, confitebuntur te populi omnes, cum reliquis. Et sic est quod Isaias ait 61. cap. כי כארץ תוציא צמחה וכגנה זרועיה תצמיח כן אדני יהוה יצמיח צדקה ותהלה נגד כל הגוים id est, Nam sicut terra producit germen suum, & sicut hortus semina sua germinat, sic Dominus Deus germinabit iustitiam & laudem coram cunctis gentibus. Hæc Talmud. Item in eadem *Midras tillim* super illud Ps. 100. זמרו לתורה הרועי ליהוה כל הארץ עברו ארץ יהודה משמרה בואו לפניו ברננה id est, Psalmus ad confessionem. Iubilate Deo omnis terra, seruite Deo in lætitia, venite coram eo cum cantu: ita scriptum est. אמרי יעקב אמרו אבותינו שם רבי אחא מזמור לתודה ירדו לי כל האומות ואני מקבלן שנא כי לי תכרע כל ברך תשבע כל לשון אני מקבלן ונו׳ id est, Dixit Rabbi Iacob, dictum est a Rabbi Abhu in nomine Rabbi Aha, Psalmus ad confessionem: Confitebuntur me omnes gentes, & ego recipiam eas. Sicut dictum est Isa. 65. Quoniam mihi flectetur omne genu & iurabit omnis lingua, & ego recipiam eos. Ex his quæ dicta sunt, palam demonstratum est, Quod non Iudæi modo, sed Gentiles etiam per Messiam redimi, atq; saluari debebant. Neq; tamen omnes Iudæi, neq; omnes Gentiles tempore Messiæ saluandi erant, sed ij duntaxat ex vtrisque, qui Messiam ipsum recepturi essent, atque corde, ore, & opere confessum.

CAPVT



## CAPVT XV.

*Quod ad deseruandam tum Iudæorum, tum Gentilium saluationem per Messiam futuram, ex vtriusque Messiæ ipse prodire voluit.*

### CAPNIO.

HAnc (vt puto) ob causam Messias ex Iudæis & Gentilibus proceßit, vt ex hoc vtrorumque saluatio per ipsum futura, præsignata retur. GAL. Recte ais, mi Capnio. Hoc enim ex coniecturis maxime patet, quod in commentariis Rabbi Moßis Hadarsan scriptum est, super illud Gen. 19. cap. dictum, ותאמר הבכירה אל הצעירה הן שכבתי אמש את אבי נשקנו יין גם הלילה ונבואה שכבי עמו ונחיה מאבינו זרע Hoc est, Et dixit maior ad minorem eius, Ecce dormiui, vel iacui heri cum patre meo. Potemus eum vino etiam hac nocte, & veni, & iace, & dormi cum eo. Et viuificemus de patre nostro semen. Dixit Rabbi Tanhuma. Et viuificemus de patre nostro filium, non est scriptum, sed semen. Et hic est Rex Messias qui venit de ambabus. Dauid quippe ęcclesie ex Ruth Moabitide, & Roboam ex Naama Ammonitide. Rex veto Messias ex filiis filiorum eius. Et hoc est quod dixit Sophar ad Iob vndecimo capite, dicens, החקר אלוה תמצא אם עד תכלית שדי תמצא Id est, Numquid profundum, vel inuestigationem Dei inuenies? Numquid vsque ad consummationem *Sadai*, id est illius qui sufficit, repetier? Numquid ipse profunditatem Dei tu qui queris astare? Si veniſſet coram te iudicium hominis qui iacuit cum nuru sua, cuiusmodi sententiam dedisses contra eum? Respondit ei, Lapidationis. Et si veniſſet coram te iudicium hominis q iacuit cum filia sua, quid iudicasses contra eum? Dixit ei, Combustionem: Ait ei Sophar. Hæc autem iudicia venerunt coram Deo sancto & benedicto. Lot enim concubuit cum filiabus suis, & Iudæ cum nuru sua. Et assumsit tamen Deus sanctus & benedictus de vtrusque, & constituit de ipsis reges in hoc seculo, & redemtorem in futuro. Et hoc est ex Messia. Hæc traditio. Item in eodem libro legitur, sic Rabbi Hanina dixiſſe, Quid sibi vult textus Geneſis decimonono capite, vbi dictum filiæ Lot, Vt seruare possimus ex patre nostro semen? Quis dixerunt semen, & non filios, videlicet reuelatum fuiſſe eis arcanum de aduentu Messiæ. & quod de semine Adæ atq; ex eis proditurus esset Messias: innuentes semen illud Messiæ de quo dixit Adam, Posuit mihi Dominus semen aliud pro Habel, absq; his fuiſſe procreſitum. Ideoque voluerunt cum patre concumbere ad huiusmodi semen conseruandum, non aliqua malicia, aut inhoneſtate dactæ, sed quia existimabant alium hominem præter patrem in mundo non esse, propter Sodomæ & Amoræ deſtructionem. Ideo ne prætermitteretur Messiæ aduentus, quælibet earum vna nocte cum patre iacuit, grauidæque factæ, duos filios peperetunt: vna Ammon, altera Moab. A quibus duæ maximæ gentes emanarunt, quę Ammon & Moab appellatæ sunt. Ex Moab autę processit Ruth Moabitis, quæ accepit coniugem Boaz. Ex cuius genere prodiit rex Dauid: vt ex eius genealogia apparet. Rex autem Salomo inter alias vxores, habuit Naamam Ammonitidem, & ex ea ortus est Roboam Rex Iudæ. Dauid vero inter cæteros filios, habuit Salomonem & Nathan. Ex Nathan autem processit beatissima virgo secundũ Lucæ genealogiam. Ex Salomone vero & Roboam eius filio, prodiit Ioseph, eiusdem virginis sponsus, vt latius in sequenti libro dicemus. Cum igitur filiæ Lot nescirent, ex qua ipsarũ proditurus esset Messias, & vnaquæque ipsum ex se processurum putaret, dixerunt, Vt seruare possimus ex patre nostro semen, quod absque magno mysterio factum fuisse, censendum non est. Cum enim Deus præsciret Iudæos magna ex parte Messiam negaturos, eique non crediturros, Gentiles vero eum recepturos, ac proinde populum nouum ipsos se facturum, iuxta illud Psalmographi Psalm. 100. dictum, ועם נברא יהלל יה Hoc est, Populus qui creabitur laudabit Deum. Item apud Isaiam 43. c. עם זו יצרתי לי תהלתי יספרו Id est, Populus iste quem creaui mihi, laudem meam narrabit: idcirco diuina prouidentia factum est, vt redemtor & verus Messias ex Gentilibus & ex Iudæis procederet: vt inde cunctis innotesceret, quod ad saluandos vtrosque venturus erat. Quare Dominus ipse Gentiles quoque oues suas vocauit, dicens, Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, illas oportet me adducere, & fiet vnum ouile, & vnus pastor. Eam ob rem dicebat Rex Dauid, Laudate Dominum omnes gẽtes: collaudate eum omnes populi. Quid autem ei dicetis? Quoniam confirmata est super nos misericordia eius, & veritas Domini maner in æternum. Et hanc ob rem quia Messias vtrosque, scilicet Iudæos & Gentiles saluare debebat, recte totius generis humani redemtor dictus est, ac mundi vniuersi saluator.

## CAPVT XVI.

*Quod mundus per peccatorum remissionem saluandus erat: & de generali peccatorum remissione, quæ per Messiam fieri debebat.*

### CAPNIO.

QVomodo igitur mundus, siue humanum genus per Messiam saluandum erat? Nam id quoque per eorum scripturas te ostendere oportet. GAL. Per generalem vtiq; peccatorum remissionem mundum ipsum, seu humanum genus tempore Messiæ saluandum fuisse, prisæ eorum scripturæ ostendunt. Quod enim per Messiam futura esset peccatorum remissio, in libro יומא *ioma*, id est Dierum, in capite יום הכפורים *iom hacchippurim*, id est, Dies propitiationum, optime probatur: vbi sic legitur. Traditio est, quod Rabbi Meir dicebat, Magna est pœnitentia: propter vnum enim qui actorus est pœnitentiam, vniuersum mundum absolueretur. (Dicit, absoluentes erunt, propter diuinarum personarum trinitatem in vna essentia, quæ ad remissionem peccatorum simul concurrere debebant) Deinde subditur in eadem traditione sicut dictum est Hoseæ decimoquarto capite,

ארפא משובתם אהבם נדבה כי שב אפי ממנו Hoc est. Sanabo peruersitatem, vel auersionẽ eorum, diligam eos gratis vel spõte. Quoniam auertetur furor meus ab eo, id est, propter eum. Hæc traditio. Verba autem Hoseæ in hac traditione inducta, R. Ionathas ita Chaldaice traducit, אקבליגון בתיובתן אשכח לחוביהון כד יתיכן כנרבתא id est. Recipiam pœnitentiam ipsorum, propitius ero reatibus eorum, miserebor illorum, quando pœnitentiam egerint. Quod autem prædictum vnum, propter cuius pœnitentiam, hoc est propter cuius pœnitentiæ pœnam, mundus à peccatis absoluendus erat, Targum, id est Chaldaica translatio ostẽdat esse Messiam, ex eo patet, quod idem Hoseas immediate subiecit, dicens, אחיה כחל לישראל אתי ממרי כסלא Hoc est, Ero quasi ros Israeli: ipse Ionathas ita Chaldaice transtulit, לישראל אתי ממרי כסלא id est, Erit verbum meum velut ros Israeli. Hac igitur Chaldaica traductione assumta, quæ verbum Dei quasi rorem Israeli futurũ fuisse asserit, videamus quid propheta de hoc verbo in textu addat: Dicit enim sic, יפרח כשושנה ויך שושיו כלבנון Hoc est, Florebit sicut lilium, & producet radices suas sicut Libanus. Quod glossa R. Selomonis sic exponit, Et producet ipse ros radices suas, & prospectati eas faciet sicut Libanus, hoc est, sicut radices arborum Libani, quæ maximæ sunt. Sequitur in prophetia, ילכו יונקותיו והיו כזית הודו וריחו לו כלבנון id est, Ibunt propagines eius, & erit sicut oliuæ splendor, vel gloria, vel confessio eius, & odor erit eius, vt Libani. Hæc autem sic & Ionathas in Chaldæum vertit, יסגון בנין ובנן ויהי כזיו סטרתא קודשא זיוהון וריחהון כריח קטרת בוסמיא id est, Multiplicabuntur filij & filiæ, quorum splendor erit sicut splendor candelabri sanctuarij, & odor eorum sicut odor fumi. Sequitur adhuc in prophetia, ישובו ישבי בצלו יחיו דגן ויפרחו כגפן זכרו כיין לבנון id est. Conuertentur sedentes, vel habitantes in vmbra eius, viuificãbuntur tritico, & florebunt, vel germinabunt sicut vitis. Memoriale ipsius, vt vinum Libani. Hæc etiam idem Ionathas ita Chaldaice exponit, Congregabuntur de filiis captiuitatum eorum, habitabunt vel sedebunt in vmbra Messiæ sui, viuificabuntur mortui, & multiplicabitur bonum in terra. Et erit memoriale ipsorum ascendens, vel fructuosum, sicut memoriale vel recordatio domus bucciatæ super vino antiquo; quod miscebatur in domo sanctuarij Domini. His ita præmissis, quærendum est à Iudæis, Cum hic à Propheta dictum sit, Conuertentur sedentes vel habitantes in vmbra eius, hoc pronomen *eius* quod ipsi vocant *Chimmi*, vocant ad quod prædictorum referatur? Natura quippe eiusmodi כינוים *Chiuuim*, id est pronominum est, ad antedicta & propinquiora referri: quemadmodum ex innumeris Sacræ scripturæ locis habeit potest. Nam cum Exod 15. cap. dicitur, יהוה איש מלחמה יהוה שמו id est, Deus vir pugnæ, Deus nomen eius: Hoc pronomen *eius*, ad vltimum prædictorum, hoc est, ad Deum, vel ad virum, vel ad vtrumq; refertur. Ita quoque hic cum dicitur, Habitantes vel sedentes in vmbra eius, hoc pronomen *Eius*, inspectis diligenter verborum præmissorum circumstantiis, referri oportet vel ad vnum illum, de quo paulo ante dictum fuit, quod propter eius pœnitentiam Deus vniuersum absoluturus erat mundum, vel ad aduentum, quem Chaldaica translatio (vt visum est) Dei verbum esse exponit. Quia igitur vbi prophetæ posuit, In vmbra eius, R. Ionathas, in vmbra Messiæ, Chaldaice interpretatus est, palam profecto ostenditur, alterum illorum, vel etiam vtrumque oportere esse Messiam. De hac autem pœnitentia quam pro mundi saluatione, vel pro salute dahominibus Messias Deus & homo acturus erat, Psalmographus aperte meminit Psalmo nonagesimo quinto, dicens, שובנו אלהי ישענו והפר כעסך עמנו הלעולם תאנף תמשוך אפך לדור ודור הלא אתה תשוב תחיינו ועמך ישמחו בך Hoc est, Conuerte nos Deus salus nostra, auerte ira tua nobiscum, id est à nobis. Numquid perpetuo iratus eris in nos, extendes iram tuã in generationem & generationem? Nonne tu conuersus, vel pœnitentiam agens, viuificabis nos, & populus tuus lætabitur in te? Ex his igitur quæ diximus manifeste patet, quod propter pœnitentiã quam Messias acturus erat, humanum genus saluari debebat. Hanc enim pœnitentiam non pro se actura erat, cum peccatum nullum habiturus esset, propter quod pœnitentiam ipsum agere oporteret; sicut Isaias testatur, cum de ipso ita 53. c. ait, על לא חמס עשה ולא למרמה בפיו id est, Eo quod iniquitatem non fecerit, neque fuerit dolus in ore eius. Pro humano ergo genere pœnitẽtiam illam agere debebat, in quantum pœnam peccatorum totius humani generis subiturus erat: iuxta illud eiusdem prophetæ eodem cap. dictum, אכן חלינו הוא נשאו ומכאובינו סבלם Hoc est, Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros sustinuit; prout latius in octauo libro videbimus.

## CAPVT XVII.

*Quod per lignum crucis, mundi fuit humani generis salvatio fieri debebat. Et de mysterio atque excellentia ipsius crucis.*

## CAPNIO.

QVÆNAM igitur erat pœnitentia hæc quam in remissionem peccatorum totius mundi Messias acturus erat? GAL. Crucis passio quam pro nobis subire debebat. Eam ob rem Cabalistæ summis laudibus ipsam efferunt. Ex Cabalisticis namque fragmentis in illud Psal. 139. אחור וקדם צרתני ותשת עלי כפכה. Retro & ante formasti me; & posuisti super me volam tuam, id est, manum tuam: ita habetur. ושמעאל אל אשר אני רובר אליך רץ כי הכורא יתעלה ברא אנשים תחתונים בצלם אנשים עליונים וברא את האדם בשני פרצופים פנים אחור נמו שאומר אחור וקדם צרתני וכן נמצאים ביוצר טוב ויצר הרע וזה שני מלאכים אף על פי שהם שרים מלאך שכל מי שהמציאן האל נקרא מלאך ועל כן אמרו זל מלאך טוב ומלאך רע מלאך טוב הוא המנהיג את קאדם לעשות טוב בחייו ואם הוא מתעב מתהפך בעצמו והוא מחיצם ולכן נקרא יצר כלומר יצר על לרע טוב וחציו רע והוא סוד פנים אחור ומכנו מוצא המזון תסחיה והמפיל ומסנו תוכבע



חנובע הטוב או המטון אפר האמנם כי תמלאנה בתחיונים היא מן שכל שני נפתר שהוא סוגיא כל המציאות כאשר אמרנו ומפני זה נשמעים מכנו שני יצרים ופורו חשתי והערב עבאות עבאות כלי ימין ושמאל והשם עבורו בשמו יחברך ואפר לא יקרא שכך שמי בקרבו ולמיך קראתו אישים שהוא משפיע על כל האישים ומפני שיש מצאות הרע: id est, Tu vero aduerte omnia quæ eloquatur tibi. Scire te volo, quod creator Deus creauit hominem inferiorem ad imaginẽ hominum superiorum, creauitque hominem duos vultus habentem, anteriorem scilicet & posteriorem. Sicut dictum est, Ante & retro formasti me. Et inueniuntur in illo appetitus bonus, & appetitus malus, & sunt duo Angeli: licet alter eorum sit diabolus, & alter Angelus. Arqui intellectus qui dedit eis esse, est Deus, & vocatur Angelus. Et propterea dictum est à sapientibus, Angelus bonus & Angelus malus. Angelus bonus ille, qui dirigit hominem in bonum in vita eius. Et si homo operatur contrarium, vertit se in ipsum, & est homini infernus. Et propterea vocatur medium, significans quod medietas sphæræ est bona, & medietas mala. Et hoc est secretum contentum in eo quod dicitur, Ante & retro, & reliqua. Ab eo autem procedit essentia præbens vitam, præbens quo mortem, & ab eo insuper est natura bona, & natura contraria, id est Mala. Et dixerunt, quod opus inferiorum est intellectus secundi occulti, qui præpositus est toti vniuerso, & dirigit illud, sicut sum præsidium. Et propterea ab illo facta summa habentes duas concupiscentias, quarum secretum est eius, & innuit *semaeth semaeth*, significans dextrum & sinistrum; & nomen, id est, Deus donauit tam cotoni, quæ est nomen suum altissimum. Et dixit ei. Vocetur nomen tuum nomine meo. Et hoc est quod dictum est, Nomen meum est in ea. Et propterea vocauit illam hominem, quoniam influit super omnes homines. Et inuentum est, quod figmentum malum vel concupiscentia mala siue peccatorum originale est oppositum eius. Quoniam ipsa est summum bonum. Hæc omnia sic. Vbi inter cætera miranda crucis mysteria, dicitur quod crux innuit *sebaath sebaath* significans dextrum & sinistrum. Quod ideo nimirum dicitur, quia computantibus arithmetica ratione literas quibus significant crucem, & literas quibus scribuntur his *sebaath*, resultat idem præcise numerus ex vtraque suppurationc. Crucem enim ipsi השתי והערב *hasserbi vehaereb*, vocant. Cuius literæ arithmetica ratione 998. apud eos reddunt. Nam literæ ת *he*, ר reddit, *sin* ש 300. ת *tau* 400. ו *vau* 6. ע *ain* 70. ר *res* 200. ב *beth* 2. Ex quibus simul iunctis resultat numerus prædictus, videlicet 998. Et idem præcise numerus resultat ex literis quibus bis scribitur צבאות *sebaoth*. Nam literæ צ *sade* importat 90. ב *beth* 2. א *Aleph* 1. ו *vau* 6. ת *tau* 400. Ex quibus simul iunctis fiunt 499. Quibus rursum replicatis pro altera dictione צבאות *sebaoth* habetur idem præcise numerus, qui habetur ex literis, quib' crux apud eos scribitur. Quod non absque grandi mysterio fieri contigit. *Sebaoth* quippe idem est, quod apud nos in plurali numero exercitus. Cum igitur dicitur quod crux innuit *sebaoth sebaoth*, significans dextrum & sinistrum, quid aliud datur intelligi, nisi crucis victoria & triumphus? Per crucem namque & cœlestes exercitus per dextrum designati, reparati sunt, & exercitus infernales per sinistrum significati, debellati ac penitus victi fuerunt. Cum vero ibidem dicitur, crucem esse summum bonum, influereque in omnes homines, donatamque coronam, ac in ea esse nomen Dei Altissimi: quomodo hæc intelligenda sint, speculatoribus humani generis redemptionem, per crucem à Deo factam, arbitror non difficile. Quo autem pacto per crucem ipsam Deus humanum genus redemturus esset, Rabbi ille magnus apud eos, quem ob singularem vitæ sanctitatem, ac doctrinæ excellentiam, רבינו הקדוש *habbenu Haccados*, id est, Magistrum nostrum sanctum vocant, annis multis ante Christum natum prædixit, ea in libro quem גלי רזייא *Gale razeia*, id est, reuelatorem arcanorum nuncupauit; cum ad quartam Antonini consulis vrbis Romæ petitionem, qui ipsum interrogauerat, ex qua arbore excisa esset virga, qua Moses miracula faciebat, atque vnde eam nactus fuerat, ita respondit, Quod me rogas de virga Mosis tibi notitiam dare, dicam tibi quod de hoc scriptum reperi à Rabbi Simeone filio Iohai in libro, qui מתקר הסודות *Mathkar hassodoth*, id est, inuestigatio secretorum dicitur, sic dicente, Virga illa qua Moses & Ahaton miracula faciebant in terra Ægypti, & postea in deserto floruit, gemmasque edidit, ab ea arbore excisa est, quam Deus Mosi ostendit in deserto, vt aquæ amaræ dulces fierent. Et hæc arbor excisa fuit ab arbore vitæ, quæ in paradiso sita erat Angelorum manibus. Quam quidem miserunt Adæ, cum ille misisset Seth filium suum ad paradisum, misericordiam Dei implorãturum de suo peccato. Dixerunt que Angeli ad Seth, vt plantaret hanc arborem. Quæ quum primum fructum faceret, misericordiæ Dei in eum descenderent, aperirenturque portæ cœli, quæ obseratæ sunt. Hanc autem arborem, seu potius ramum accepit Seth, plantauitque in deserto, quam postea Moses inuenit, & ex ea virgam suam excidit. Ideoque virga Dei dicta est. Cum autem venisset Israel ad מרה *Mara*, neque illius aquas (erant enim amaræ) bibere possent, Deus ostendit Mosi hanc arborem, vt aquas illas redderet dulces. Et hæc est arbor illa, in qua Moses ipse serpentem imposuit, per quam Deus vniuersum orbem salnum facere instituit, & mittere misericordiam suam super Adam, cum venerit rex Messias. Tunc enim hæc arbor fructus gestabit, quibus secundo aquę amaræ efficientur dulces, purgabuntq; primum peccatum, omniaque delicta, quæ fecerunt, facturiq; sunt homines: sicut dictum est Zach. 13. cap. ביום ההוא יהיה מקור נפתח לבית דוד ולישבי ירושלם לחטאת ולנדה Hoc est, In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Ierusalem, in ablutionem peccatorum. Postquam autem te docui hoc arcanum, cum contemplaberis arborem scientiæ boni & mali, & insuper arborem vitæ, quæ in paradiso sitæ erant, ac etiam serpentem qui Heuam tentaturus accessit: intelliges quam ob rem virga Mosis in terrã proiecta, serpens effecta sit, moxque per caudam accepta, eleuataq;

à terra virga rediecit, vt erat, absq; bueris q; omnes virgas magorum Ægypti, qui idem faciebant, quod Moses: sicut dictum est Zach. 11. cap. והיה ביום ההוא נאם יהוה צבאות אכרית את העצבים מן הארץ ולא יזכרו עוד id est, Et erit in die illa, dicit Deus exercituum, disperdam nomina idolorum de terra, & non memorabuntur vltra. Item intelliges cur Deus miserit serpentes in Israel in deserto, & tamen præceperit Mosi, eique dixerit, Numer. 21. c. עשה לך שרף ושים אותו על נס והיה כל הנשוך וראה אתו וחי Hoc est, Fac tibi serpentem æneum, & pone eum super lignum. Et omnis qui percussus fuerit, & aspexerit eum, viuet. Hoc enim significat, quod quicunque mortus fuerit à serpente peccatorum, respiciens serpentem in arbore collocatum, semper viuet. Et quoniam ex arbore vitæ hæc arbor excisa fuerat, fructus eius vitam afferent mundo. Hęc tamen arbor absconderat in terra cunctis mortalibus ignota. Cum autem dominabitur in terra sancta Regina Elena, omnis Israel in angustiis erit, ac detrimento. Quippe quod ab ea perquireretur hęc arbor, & nulla ipsius apud eos extabit notitia, neque ipsa inuenietur, quousq; Deus impleatur misericordia, & ex terra eam prodire faciat. Et reperierut vna de illis arboribus, de quibus dixit Isaias, Et dedit cum impijs sepulturam suam. Hoc autem erit, vt notum faciat Deus, quam magna sint sua miracula, ac mirabilia sua quam sortia. Hæc omnia ad verbum ille, quem vel ipsi Magistrum nostrum sanctum appellant. Qui quoniam optime ac palam de mysterio sanctæ crucis, atque humani generis salute quæ per ipsam fieri debebat, locutus est, vt nihil ipse verbis eius addam, duntaxat quæ beatus Andreas Apostolus, Ægeę Proconsuli eiusdem salutiferæ crucis mysterium exponens dixit, subiiciam: vt ex iis clare intelligat, vnam prorsus atque eandem fuisse veterum Hebræorum, atque Apostolorum fidem. Ipse enim Apostolus sic ait. Primus homo per lignum prævaricationis mortem induxit, & nes sepulturam: hoc erat generi humano, vt per lignum passionis mors quæ ingressa fuerat, pelleretur. Et quoniam de immaculata terra factus fuerat homo primus, qui per lignum prævaricationis mundo mortem intulerat: necessario de immaculata virgine natus est perfectus homo, in quo Dei Filius qui primum fecerat hominem, vitam æternam, quam perdiderat per Adam homines, repararet, ac per lignum crucis, lignum concupiscentiæ excluderet, expanderit in cruce immaculatas manus pro manibus incontinenter extensis, pro suaui cibo arboris vetiti, escam fellis acciperet, & in se suscipiens mortalitatem nostram, suam nobis immortalitatem offerret.

*De serpente æneo.*

# LIBER SEPTIMVS.

# DE SANCTISSIMA MATRE MESSIÆ.

## CAPVT PRIMVM.

*Quod matrem Messiæ ab æterno fuerit à Deo præuisa Filium eius conceptura, atque Messiam verum Deum & hominem pariturа.*

### CAPNIO.

VAM tot & tanta in præcedentibus de Messia dixeris, decet nunc vt de eius sanctissima genitrice aliquid dicas. Quare primum ipsam ab æterno à Deo præuisam fuisse, Filium ipsius Dei concepturam, atque verum Messiam Deum & hominem pariturам, per veteres Iudæorum scripturas ostende. GAL. Si (vt in sequenti capite latius dicemus) iuxta Rabbenu Haccados sententiam, ideo Deus mundum creauit, quia viderat ex Israel excidendam fuisse petram sine manibus, quæ est petra primaria, hoc est beatissima virgo, ex qua Messias proditurus erat: consequens profecto est, iuxta priscorum sententiam, matrem Messiæ ante mundi constitutionem à Deo præuisam fuisse, Messiam ipsum conceptуram, & pariturам. Deus namque qui omnia præuidet, antequam fiant, & futura tanquam præsentia intuetur, cum, antequam mundum creasset, Adam peccaturum præcisset, totumque humanum genus ob ipsius peccatum condemnatum iri voluit tanquam optimus medicus, optimam atque efficacissimam toti generi humano præparare medicinam. Nullum autem efficacius remedium, nec vllam tanto vulneri meliorem putauit medelam, quam Filij sui incarnationem & passionem: vt ex eo ostenderet amoris sui erga genus humanum immensitatem. Igitur ante quam mundum produceret, præuidit virginem gloriosam Filium suum concepturam, ac matrem Messiæ futuram. Et sic iam in mente eius creata erat, iuxta illud sapientiæ in persona ipsius matris Messiæ Prou. octauo capite Hebraice dicentis, יהוה קנני ראשית דרכו קדם מפעליו מאז: מעולם נסכתי מראש מקדמי ארץ: באין תהומות חוללתי Hoc est, Deus possedit me principium viæ suæ, initium ab operibus eius ex tunc. Ab æterno ordinata sum ex capite, & ex antiquis terræ, antequam essent abyssi, genita sum. Item Ecclesiastici 24. ca. Iehosuas Syrach sic ait; Ab initio & ante secula creata sum. Verumtamen iuniores Iudæorum sese nobis opponunt, asserentes, Sapientem verba prædicta non de matre Messiæ dixisse, sed de lege Dei, quam ante mundi conditionem creatam fuisse: ac literis igneis nigris in dorso ignis candidi scriptam, eamque duobus annorum millibus mundum præcessisse, aiunt. Quibus nos respondemus, fortunia vanissima eos narrare. Primo quidem, quia nullum annorū numerum ante mundi constitutionem colligere possunt. Quod duplici ratione probatur. Quarum prima est, quod Deus non subiacet tempori. Secunda vero, quia tempus sequitur orbium cœlestium motum, illique continguitur. Nam horam facit planeta, qui horam vnam gubernat. Et diem facit motus solis, qui 24. horis moratur, ex quo ascendit, & iterum ascendere incipit in oriente. Hebdomadam autem faciunt septem planetæ, quorum quilibet diem vnum gubernat. Dominicum enim diem gubernat Sol. Hinc quidam voluerunt diem dominicum à Solis dominio dici, qui rex est planetarum. Lunæ vero diem Luna ipsa gubernat. Martis autem diem Mars: Et sic de reliquis. Mensem lunarem cursus conficit lunæ. Solarem vero cursu signi, quia vnumquodque zodiaci signum suo mensi dominatur. Annum perficit sol, qui anno integro peragrat 12. zodiaci signa. Quamobrem si cœlum non erant creati, non erat tempus. Tempore igitur non existente, duo millia annorum ante mundi creationem falsò à Iudæis adducūtur. Hæreticam quoque illorum esse opinionem, ex eo constat; Quod ignis est ex quatuor elementis vnum. Elementa autem creata non fuerunt, nisi in mundi creatione. Si ergo vera esset eorum opinio, duo contra legem ipsorum sequeretur incommenientia. Primum quidem, quod mundus ab æterno fuisset, ex quo erat iam ignis. Secundum vero, quod Deus non creauit ex nihilo mundum, sed ex aliquo fecit. Quod vtrumq; etiam tenendum eos hæresis est maxima, cum sit contra illud Gen. 1. c. dictum, בראשית ברא אלהים את השמים ואת הארץ id est, In principio creauit Deus cœlum & terram. Et reliqua. Supradicta igitur Sapientis verba de lege minime intelligi possunt. Quare de virgine matre Messiæ intelligenda sunt. Neque enim illorum sententiam approbandam duco, qui non de beatissima virgine, sed de sapientia diuina duntaxat eadem verba dici affirmant. Quod (pace eorū dixerim) falsum omnino est. Nam etsi præmissa Prouerb. verba, Deus possedit me; cum cæteris; de sapientia diuina quę ab æterno genita fuit, recte dicantur, prout nos etiam illa de eadem sapientia in tertio libro exposuimus: ea tamen verba Ecclesiastici, Ab initio & ante secula creata sum, eidem sapientiæ diuinæ minime conuenire possunt. Cuius ratio est; Quia cum iuxta sacrorum Theologorum sententiam, nihil sit in Deo quod non sit ipse Deus: quod priſci quoq; Talmudistæ senserunt, vt pater per *Rabbenu Haccados* in prima petitione libri גלי רזייא *Galeatzsia*, sic dicentem, לא נמצא שלם רבר אצל אשר לא יהיה אל Hoc est, Non inuenitur aliquid in Deo, quod non sit Deus: idcirco sapientiam quę in Deo est, Deum esse, necessario consequens est. Quare & ipsam increatam esse oportet. Verba igitur illa, Ab initio & ante secula creata sum, cum non possint de diuina sapientia intelligi, de sanctissima matre Messiæ intelligi oportet.

*Falsa Iudæorum opinio.*

*Fundamentum opinionis Iudæorum.*

*Confutatio primi fundamenti.*

*Secundum fundamentum.*

## CAPVT II.

*Quod amore matris Regis Messiæ & Filij eius Deus mundum creauerit: quia viderat ipsos à peccato Adæ immunes futuros.*

### CAPNIO.

SI Deus præsciuit Adam peccaturum, propter cuius peccarum totus mundus quodammodo corrumpendus, atque destruendus erat, vt in antedictis optime probasti: quamobrem igitur mundum ipsum creauit? GAL. Vt hac de re nihil ipse dicam, solum ea quæ veteres Iudæorum dicunt, referam. Nam inter cæteros Rabbi ille, cuius apud eos tanta est autoritas, vt ipsum רבינו הקדוש *Rabbenu Haccados*, id est, Magistrum nostrum sanctum vocent, in libro quem גלי רזייא *Galeatzsia*, id est, Reuelatorem arcanorū nuncupauit, respondens ad sextam Antonini consulis vrbis Romæ petitionem, hæc inter cætera ait, Quoniā ante mundi creationem, præuiderat Deus sanctus & benedictus Adā peccaturū, mandatumq; suum transgressurum, & ob id vniuersum orbē se cōdemnaturum, propterea Deus ipse dicebat se nolle mundum creare. Verbum autem eius instabat, mundum esse creandum. Videns autem Deus sanctus & benedictus, ex Israel excidendam esse petrā sine manibus (& hæc est petra primaria, ex qua Messias futurus est, qui misericordias suas extendet super totum orbem: & ob hoc vocatus est Israel pater totius orbis, & populus peculiaris) huius petræ dilectione, & Messiæ filij Dauid Regis eorum, creauit Deus sanctus & benedictus hunc mundum, ob quod quidem arcanum dictum est apud Ierem. 33. cap. אם לא בריתי יומם ולילה חקות שמים וארץ לא שמתי Hoc est, Nisi pactum meum (supple esset) diem ac noctem, leges cœlo & terræ non posuissem. Hæc *Rabbenu* ille *Haccados*. Pro verborum autem Ieremiæ declaratione, quę ipse inducit, ne

*Ratio Cabalistica.*

tandum est, quod hæc nomina Hebraica ישו A tis (vt arbitror) apette colligatur, hanc priscorum
וסרים id est, Iesus & Maria ratione arithmetica Iudæorum fuisse fidem, nedum opinionem: hoc
ascendunt ad numerum בריית *berith*, quod idem tamen manifestius ex verbis prædicti *Rabbren hacadas* habetur: qui eodem in libro גלי רזיא *Galeatzaia*, cum ad septimam Antonini Consulatu vi-
est quod pactum. Nam וישועתרים id est, Iesus & bis Romæ peritionem inter cætera dixisset, Propter
Maria apud Hebræos 612. ratione arithmetica matrem vero eius, fulcret Messiæ, ait Dauid
continent, *Iod* enim continent 10. ש *sin* 300. ו Psalmo 80. ונטה אשר נטעה ימינך Hoc est, Et
*vau* 6. Et sic וישו id est *Iesus* continet 316. Iterum abacum quam plantauit dextera tua: Dixisset ei
ו *vau* continet 6. ם *mem* 40. ר *res* 200. י *ioth* 10. ם Antoninus, Cur mater Dei comparatur abaco,
*mith* 40. Et sic וסרים id est, Et Maria 196. continet. Quæ וישוסרים id est, Iesus & Maria apud curue dicit, eam à dextera Dei plantatam? Re-
Hebræos continent 612. Nunc eundem etiam nu- B spondit sic ille, Similis facta est abaco mater Dei.
merum continet apud eos בריית *berith*, id est pactum. Nam ב *beth* continet 2. ר *res* 200. י *ioth* 10. ת Quandoquidem sicut abaci est armarium, quod
*thau* 400. Ex quo patet, quod Iesus & Maria apud principes conficiunt, ad collocanda vascula auri
Hebræos ratione arithmetica ascendunt ad numerum *Berith*, id est pactum, hoc est ad numerum & argenti, vt gloriam suam atque opes omnibus
612. cuius quidem numeri mentio sit non vulgatis in Cabala, quæ quotiescunque huiusmodi nu- ostendant: ita mater Regis Messiæ erit armarium,
meros nancisci potest, eos plurimi facit, eisq; non quod Deus construxit, vt in eo tedearet ipse Mes-
mediocrem adhibet fidem. Quamobrem verba siæ, ad ostendendam gloriam maiestatis suæ cun-
ipsa Ieremiæ ita intelpretantur, Nisi pactū meum C ctis mortalibus. Per id autem quod ait plantatam
esset, id est, nisi amore mei Iesu & Mariæ, diem & esse à dextera Dei, ostendit eam primam esse cre-
noctem leges cœlo & terræ non posuissem: hoc aturam Dei in genere humano: sicut dictum est
est mundum nō creassem. Cuius rei ratio est, pro- Micheæ 5. c. מוצאותיו מקדם מימי עולם Id est, Et
pter Adæ peccatum. Hoc autē est, quia finis pro- egressus eius ab æternitate, & à diebus seculi. De-
pter quem Deus mundum creauit, est homo. Fi- cret enim egressus numero multitudinis. Quia sunt
nis vero hominis, est salus & beatitudo. Peccatum duo Messiæ egressus. Vnus diuinitatis, quæ est æ-
autem Adæ totum orbem quodammodo corru- terna, ideoq; dicit ab æternitate. Alter humanita-
pit. Ideo Deus dicebat, se mundum nolle creare. tis, quæ in suæ matris extat substantia, quæ creata
Verbum vero eius, hoc est, Filius Dei mundum est ab hora creationis mundi. Hæc ille, quem Iu-
ipsum creandum esse cōtendebat. Quippe quod D dæi Magistrum nostrum sanctum nuncupant. Ad
accepta humana carne, ipse pro Adæ peccato sa- quorum declarationem notandum est, Quod
tisfactarus esset. Et idco amore Iesu & Mariæ opinio quorundam veterum Iudæorum fuit, ma-
Deus mundum creauit. Quod etiam Rabbi An- trem Messiæ non solum in mente Dei ab initio &
kelos confirmat, dum in glossa Chaldaica super ante secula creatam fuisse, vt paulo superius dic-
illud Gen. 1. cap. dictum, In principio creauit Deus tum est: verum etiam materiam eius in materia
cœlum & terram, ita ait, באוכמא ברא יהוה ירח Adæ fuisse productam, ipsamq; gloriosam Messiæ
ית שמיא וית ארעא id est, Propter sapientiam Deus matrem principalem extitisse: cum eius amore
creauit cœlum & terram. Hoc est, Amore inte- (vt dictū est) mundus creatus sit. Nam cum Deus
meratæ virginis, quæ est mundi sapientia, creauit Adam psalmiaret, fecit quasi massam, ex cui' parte
Deus cœlum & terram: Vel amore Messiæ Filij E nobiliori accepit intemeratæ matris Messiæ ma-
sui, cui in diuinis sapientia attribuitur. Non solum terram, ex reliquo vero eius, & superfluitate A-
autem totus mundus amore beatissimæ virginis dam formauit. Ex materia autem immaculatæ
conditus est, sed etiam sustentatur. Mundus enim matris Messiæ facta est virtus quæ in nobiliori lo-
ipse ob nostras prauas actiones, nullo pacto con- co & membro corporis Adæ conseruata fuit. Quę
sistere posset, nisi ipsa gloriosa virgo eum sua mi- postea emanauit ad Seth, deinde ad Enos, deinde
sericordia & clementia, pro nobis orando sustineret. Et his etiam sequitur, ipsam, & Filium eius succedendo ordine ad reliquos, vsq; ad sanctum
ab Adæ peccato omnino immunes fuisse. Iehoiakim. Ex hac demum virtute beatissima
mater Messiæ formata fuit. Et idcirco eam Zach.
4. cap. suæ prophetiæ את האבן הראשה Hoc est,
Petram primariam, tectæ appellauit. Ex qua, vt
antiqui Iudæorum exposuerunt, excidendus erat
F Messias. Neq; quidem abs re, cum tempore, gra-
du, & excellentia primaria futura esset. Ex qua
quidem opinione aperte concluditur, eamem
gloriosæ matris Messiæ non fuisse peccato origi-
nali infectam, sed purissimam à diuina prouiden-
tia præseruatam. Quocirca nec anima eius huius-
modi peccatum in conceptione contractura erat.

## CAPVT III.

*Quod mater Messiæ non fuerit in peccato originali concipienda. Et quod ipsa fuit ante peccatum Adæ secundum materiam creata & caro ipsius semper ab omni macula peccati præseruata.*

## CAPNIO.

VELIM expressius audire ab ve- G teres Hebræorum senserint matrem Messiæ in peccato originali concipiendam non fuisse. GAL. Quamus ex his quæ diximus sa-

## CAPVT IV.

*Ad primam Hogostrati obiectionem. Et quod mater Messiæ fuit prima in genere humano creatura, vsq; mortalis hominum mater, atq; cumEtiæ Angelis superior, secundum Talmudistarum sententiam.*

HOGO-



HOGOSTRATVS.

DATA huius opinionis veritate, se- A Messias ipse inerat, ideo vocauit nomen filij sui
quereter gloriosam matrem Mes- Seth, quod à verbo שת *sath*, quod ponere significat, derivatur, dicens, Quia posuit mihi Dominus
siæ non vere ex Dauidica stirpe de- semen aliud. Sensus est, In me repertum est se-
scendisse, neq; vere sancti Ioakim men alienum, & virtus quædam ex qua generan-
(quem tu præter communem scri- dus est Messias. Ex nouo autem Testamento ha-
bentium morem, Iehoiakim vocasti) filiam fuisse. bemus inter alia Ioannis Baptistæ testimonium,
Ait enim sic sanctus Thomas in 3. distinct. 3. quæs. ita Ioann. 1. capite dicentis, In medio autem ve-
quæ incipit, *Vtrum caro Christi: insecta non fuerit:* strum stetit, quem vos nescitis. Ipse est. Et rur-
Aliam errorē fuit dicentium, quod caro Christi se- sus ibidem, Ecce (inquit) agnus Dei, ecce qui tollit
cundum quod à parentibus erat, infecta non fuit. B peccata mundi Hic est de quo dixi, Post me venit
Dicunt enim quod peccante Adam, Dominus vir, qui ante me factus est. Ex his igitur liquet, opi-
aliquid incorruptum, & non infectum in Adam nionem præmissam veram esse. Nam siquidem
conseruauit, per quod natura humana seruari dixerimus, id quod dixit, Qui ante me factus est,
posset: & quod hoc idem transfusum est sine ali- de diuinitate intelligendum esse, falsum omnino
qua infectione ad beatam virginem, & exinde erit: cum Filius in diuinis non sit creatus, nec fi-
factum est corpus Christi. Hocautem erro- ctus, sed à patre genitus. Si vero dicere voluerit-
neum reputatur propter duo. Primo, quia secun- mus, eum de aduentu ipsius in hunc mundum
dum hanc positionem Christus non vere filius fuisse locutum, falsum prorsus quoque erit, cum
virginis esset, nec vere ex stirpe alicuius progeni- Ioannes Baptista ante Christi natiu tatem men-
tus: nisi solum ex Adam. Illa enim pars, quia in- C ses sex natus sit. Ex his igitur necessario sequitur,
corrupta in humana natura remansit, in omnibus prædictam veterum Hebræorum opinionem ve-
aliis ab Adam fuisset quasi quid extraneum ab eis, ram esse, dicentium, Matrem Messiæ ex nobiliori
& soli Adæ connaturalis quantum ad primum parte massæ Adæ factam fuisse, atque ideo absq;
statum. Secundo autem, quia tollitur congruus originali peccato conceptam. Et licet eius mate-
satisfactionis ordo. Sicut enim non erat decens, ria timul cum materia Adæ creata fuerit, prima
vt per Adam & eius successione corrupta aliquis tamen fuit in causa excellentia, & dignitate. Pro-
satisfaceret, qui ex illo genere non esset: ita etiam pter quod prisci quidam Iudæorum ipsam ma-
non fuisset congruum, vt naturam infectam satisfa- trem Messiæ petram primariam, ac primam crea-
ciendo sanaret Dei Filius, nisi hoc ipsum quod turarum in genere humano, primumque homi-
prius infectum erat, assumeret. Et ideo dicendum D nem vocauerunt. Vnde in *Bereshith Rabba*, id est in
est, quod caro Christi secundum quod fuit in pa- expositione libri Gen. antiqua, super illud Gen. 1.
rentibus, & etiam in ipsa beata virgine, peccato cap. dictum, נעשה אדם כצלמנו כדמותינו Id est,
infecta fuit, antequam assumeretur. Sed in ipsa Faciamus hominem ad imaginem nostram, tan-
assumtione ab omni infectione peccati purgata quam similitudinem nostram: sic ad verbum le-
est vt secundum quod actu est caro Christi, nihil gitur. Dixit Rabbi Simeon, Quid fibi vult quod
in ea maculæ inueniretur. Hæc beatus Thomas. scriptum est Prou. 18. capite, צדיק תראשון בריבו
Ex quibus liquido patet, beatissimæ virginis car- יבא רעהו וחקרו Hoc est, Iustus primus in lite sua,
nem peccato Adæ fuisse infectam. GAL. Quo- venit amicus eius, & inuestigauit eum? Sensus
niam per hæc eadem argumenta, quæ sanctus est, Quando veniet Deus sanctus & benedictus
Thomas affert, probari posset intemeratam vir- E ad iudicandum orbem in die iudicij, totus mun-
ginem beati Iehoiakim non fuisse filiam, neque dus expauescet, & timebit diem illum terribilem,
ex tribu Iuda & regia progenie prodiisse: si ho- dicentque, O Dauid Rex noster, ora Deum pro
minum veterum Iudæorum sententiam sequi volue- nobis, quoniam ex te processit Messias. Ipse au-
mus, qui aiunt, postinnculam quandam carnis tem respondebit eis, Propter hoc ipsum quod di-
in Adam puritissimam ab omni labe præseruatam citis, non sufficio. Nam ex me multi reges prodie-
fuisse, eamque à generatione in generationem vs- runt, qui in multis Deum offenderunt. Præterea
que ad ipsam immaculatam virginem descendis- ego sum iniustus Deo propter peccatum Bathse-
se: eam ob tem opinionem hanc testimoniis tam bæ & Uriæ. Tunc accedet ad Mosem, dicentque,
Sacræ scripturæ & veteris & noui Testamenti, O Moses magister noster, tu qui dedisti nobis le-
quam Doctorum veterum Hebræorum, veram F gem, fuisti q; fidelis Dei seruus, ora Deum pro no-
esse probabimus. Ex vetere namque testamento bis: Respondebit illis, Non sufficio, quandoqui-
illud Genes. 4. cap. dictum adducimus, ותקרא את dem Deum rogaui, vt me sineret in terram pro-
שמו שת כי שת לי אלהים זרע אחר missionis introire, & oratio mea non fuit exau-
שמו שת כי שת לי אלהים זרע אחר Hoc est, Et vo- dita. Quod si pro me exorare non potui, quomodo
cauit nomen eius Seth, dicens, Quia posuit mihi pro aliis potero? Illi autem ad Iacob se conferent,
Deus semen aliud. Videns enim Adam omnes dicentes, O Iacob pater noster, tu qui duodecim
animas propter peccatum suum perditū iri (ideo- trib' Israel genuisti, rogato Deū pro nobis. Ipse re-
que tutta 70. interpretum editionem 130. annis spondebit, Non valeo, quia duas sorores vxores
postquam genuit Habel, ab vxoris cognitione duxi, vtraq; viuente. Accedēt postea ad Ishacro-
abstinuit, ne filios qui damnarentur generaret) gates, O Ishac pater noster, tu qui amore Dei im-
verumtamen postquam vaticinatus est Messiæ G molatus fuisti, ora p nobis. Ipse vero respondebit,
aduentum, per quem mundus saluandus erat, v- Non sufficio, quoniam ex me natus est Edom, qui
xorem cognouit, genuitque Seth. Et quia cogno- fuit idololatra, & templū Dei destruxit. Tandem
uit eam virtutem in se esse, ex qua mater Messiæ Abraham adibunt, dicentes, Tu qui voluisti fi-
generanda erat, cuius pretiosissimo sanguini

lium tuum amore Dei immolare, ora Deum pro nobis. Ipse itidem respondebit, se non sufficere, eo quod Ismaelem genuerit. Cum ergo neminē inuenerint, qui pro ipsis precetur, dicent, Eamus ad primum hominem, vt oret pro nobis, qui est absq; peccato & macula. Et hoc est quod dictum est Prou. 18. ca. Iustus primus in lite sua. Et dicent, O homo prime cum nos omnes emanemus à te, qui es à peccato immunis, ora Deum pro nobis. Ipse autem respondebit, Pro quibus rogaturus sum? Si pro filiis iustis, non est necesse. Si pro iniquis, & iis qui quantum in ipsis fuit, Deum offenderunt, fallo iurantes nomen eius, & pecuniam ad vsuram mutuantes, peierantesque, ac blasphemantes legem eius, & sanctos (de quibus dictum est Iere. 5. c. Negauerunt Deum, & dixerunt, non est ipse) pro eis nolo effundere preces, cum omni beneficio careant, sintque omnino damnati. Sed orabo pro iis, qui nec omni ex parte sunt iusti, nec penitus impij, cum & hi quoque filij mei sint, licet propter merita sua id assequi non debeant. Tunc venient omnes sancti patres, reges, & iusti ad primum hominem, dicentes, O prime homo, & prime patens noster, tu qui manu Dei creatus es, & à peccato immunis existis, precare pro nobis Deum, quia nos non sufficimus. Tunc veniet primus homo, & rogabit Deum pro eis. Deus autem iudicabit bonos & iustos ob eorum bonas & mediocres operationes, ac propter preces primi hominis vitæ æternæ adiudicabit. Malos autem & impios perditioni æternæ condemnabit. Hoc est autem quod dictum est Prouerb. 18. Et venit amicus eius, & inuestigauit eum. Iuxta illud quod dictum est Cantici canticorum 4. cap. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Hæc omnia ad verbum traditio prædicta. Ex quibus colligitur, traditionem præmissam de matre Messiæ loqui, cum ait, Omnes sanctos patres adtogandum primum hominem accessuros, ipsumque omnis peccati expertē esse, testaturos. Quod in Adam minime cadere potest, qui suo peccato vniuersum mundum infecit. Autoritas igitur Prouerb. quam inducit, videlicet Iustus primus in lite sua, & venit amicus eius, & inuestigauit eum, sic exponēnda est, Hic primus homo, qui est mater Messiæ, ob quam Messias ipse siue Christus, filius hominis dicitur, iustus est in lite sua, qua ipsa in peccato originali concepta fuisse, ab aduersariis accusata est. Et venit amicus eius, hoc est Deus, & hanc litem inuestigauit, tulitque sententiam, dicens, Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Quam quidem autoritatem prisci Hebræorum doctores, ad immaculatæ conceptionis matris Messiæ confirmationem adduxisse videntur. Quæ ideo primus homo, vel prima creatura in genere humano dicitur, quia prima omnium quoad materiam producta est. Vnde corollarium sequitur, Quod omnes homines sint eius filij. Si enim mater Messiæ prima in causa Adæ extitit, Adamque ipse ab ea processit, quamquam eodem in tempore fuerint (veluti sol, qui licet prior sit in causa claritate, sintque simul in eodem instanti, claritas tamen solem præcedit) ita mater Messiæ, etsi quoad materiam simul cum Adam producta fuerit: quia tamen Adam ab ea processit (ideo enim ipsa primus homo dicitur) & ab Adam vniuersum genus humanum, haud inepte omnes homines ipsius matris Messiæ filij dici quodammodo possunt. Verumtamen verus & naturalis ac primogenitus filius eius est ipse Messias, qui ex eius purissimis sanguinibus formatus, ab ipsa genitus est: iuxta illud Lucæ 1. cap. dictum, Peperit filium suum primogenitum. Legitur quoque in commentatijs Rabbi Mosis Hadarsan in librum Geneseos, super illud eiusdem libri 5. cap. dictum, ויהיו כל ימי אדם אשר חי Hoc est, Et fuit omne tempus quo vixit Adam: ita ad verbum Rabbi Iehoshuam filium Leui dixisse, Cum vidisset Deus Adam formatum, vocauit omnes Angelos, eisque dixit, Humiliamini, & estote obedientes huic homini. Magna eorum pars imperium recepit, & illi sese flexit, iuxta Dei voluntatem. Satanas vero, hoc est, lucifer omnium excellentissimus, cum sua secta dixit Deo sancto & benedicto, O Domine mundi tu creasti nos ex claritate gloriæ tuæ, & nunc imperas nobis, vt inclinemur homini, quem ex terra formasti? Respondit ei Deus sanctus & benedictus, in hoc homine qui ex puluere terræ creatus est, plus sapientiæ & intelligentiæ est, quam in te. Videns autem Deus sanctus & benedictus Satanam cum sua secta nolle flecti, nec obedire huic homini, illum è cœlo ex pulit, & effectus est diabolus. Et idcirco dixit Isaias 14. cap. Quomodo cecidisti lucifer de cœlo, qui mane oriebaris? Hæc traditio. Quæ nonnisi de gloriosa Messiæ matre loquitur. Cuius materia simul cum materia Adæ producta fuit, etsi prior in causa & excellentia extiterit, propter quam Christus ipse filius hominis appellatur. Non enim de Adam loqui potest, duplici ratione. Tum quia Deus Angelis non præcepisset, vt Adæ inclinarentur, quem cito in peccatum ruiturum sciebat. Tum etiam, quia etsi Adam intelligens & sapiens esset, plus tamen scientiæ in Angelis erat, quam in eo. Traditio autem dicit, quod plus scientiæ in illo primo homine fuerit, quam in Angelis. Quapropter de matre Messiæ loquitur, necesse est, quæ omni sapientia & scientia plena esse debebat, ac post Deum superior omnibus. Ex hac igitur traditione non solum habemus propositum: verum etiam ipsam matrem Messiæ superiorem Angelis futuram fuisse. Nunc ad argumenta beati Thomæ respondeamus. Ad primum igitur, cum ait, Quod si ita esset, sequeretur, Christum non fuisse beatę virginis filium, nec ex vera patrum stirpe processisse: dicimus non Aristotelis & Plinij autoritate satisfacturos. Nam Aristoteles quidem in decimo octauo libro de Animalibus, ita ait, In Socrate est virtus Socratis propria, ac etiam parentum, & autorum, cæterorumque prædecessorum, tam paternotum quam maternorum, & hoc vsque ad vltimum. Estque etiam in eo virtus hominis, & deinde virtus animalis. Cum ergo virtus Socratis fortis est, generatur masculus, quum vero debilis, generatur femina. Si autem vincit virtus propria Socratis, assimilatur filius Socrati, siue mas siue fœmina sit. Si vero vincit virtus patris Socratis, generatur filius similis non Socratis patri, sed auo. Ita deinceps ascendendo. Et si deficit virtus cognationis generatur homo nulli de parentela similis. Si autem deficit virtus hominis, vbi deficit motus omnium, manet virtus generationis monstrosa. Et sic etiam proceditur ex parte matris. Idem quoq; philosophus in septimo de Historia animalium libro sic inquit, Similes etiam aliqui parentibus, aut auis, fiuntque maiotibus generantur. Aliqui simillimis nihil refemnt: vt in Sicilia eius quæ adulterum cum Æthiope commiserat, filia, non colorem patris Æthiopis retulit, sed qui natus ex hac est. Is autem Æthiopem suum regenerauit. Fœminæ magna ex parte matri, mares patri proueniunt similes. Sed fit etiam è diuerso, vt fœminæ patri, mares matri similes procreentur. Hæc ille. Ex quibus palam liquet, Siue filius patentibus sit similis, siue non, siue perfectus sit partus, siue monstrosus. fœtum semper generatis esse filium: cum vt dictum est, Æthiopes filios albos genuerint. Virgo igitur intemerata quamuis progenitoribus non fuerit in culpa similis, non tamen propter hoc eorū filia dicenda non est. Et sic respondetur ad primum sancti Thomæ argumentum.

Ad secundum vero dicimus. Quod quemadmodum (antiquis Talmudistis attestantibus) eo genus humanum fortius emanauit, quia materia intemeratæ matris Messiæ vna cum materia Adæ fuerit, atq; ipsa prima in causa eidem Adæ extiterit: eodem quoq; modo dicimus, ex eo satisfactionis ordinem magis congruum fuisse. Nam preciosissimo sanguini beatissimæ virginis cum Christi cuspis inesset, congruum fuit, vt ad purgandum peccatum veniret. Sicut enim cum aliquis puer forte domum fœdat, vocamus eius matrem, vt filij sordes tergat, domumque mundet: ita etiam cognum fuit, vt ad diluendas immundicias, quas Adam fecerat, Christi humanitas veniret. Non obstantibus igitur Doctoris sancti argumentis, remanet in suo robore conclusionis prisorum Talmudistarum veritas, de immaculata beatissimæ matris Messiæ conceptione.

## CAPVT V.

*Ad secundum Hogostrati obiectionem. Et quod opinio de immaculata gloriosa virginis conceptione vetustissima sit.*

### HOGOSTRATVS.

PRIMO hæc de virginis Deiparæ conceptione, quæ nunc prætuale re videtur, admodum recens est. Nam licet antiquorum Iudæorum quos induxisti, testimonijs fulciatur: quis tamen nec sacræ scripturæ, nec vetustiorum sanctorum, quos Ecclesia approbauit, autoritate roboratur, firmitatem nullam obtinet. GAL. Imo opinio hæc vetustissima est. Nam primum quidem sacræ paginæ scriptores Spiritu sancto afflati, ipsam tenuerunt. Sic enim inter alia Salomo Cantici canticorum cap. 4. ait, כלך יפה רעיתי וטומה אין בך Hoc est, Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. CAP. Recentiores Iudæorum aiunt, textum hunc de Isaac Israel, qui secundo circumcisi sunt in deserto, immaculique mundi erant, intelligi. Defuncti enim cunctis peccatoribus qui ex Ægypto exierant, & quos ad explosandam terram miserant, soli illi remanserunt, qui in deserto nati fuerant, qui omnes iusti erant. Et propter eos (vt dicunt) ait textus iste, Tota pulchra es amica mea: cum cæteris. GAL. Hanc eorum rationem ex eo falsam esse constat, quòd textus dicit, Et macula non est in te: quod illis minimè congruit, cùm à peccato originali immunes non fuerint. CAP. Ad hoc ipsi respondent, circumcisionem eos à peccato originali mundasse, eisq; ianuam paradisi sufficienter aperuisse. GAL. Id quoque falsum est. Nam etsi circumcisio contra originale peccatum remedium esset, non tamen ad aperiendam cœli ianuam satis erat. Quod ex eo potissimum patet, quòd Moses, & Samuel, & maximi quique Prophetarum, cum cæteris omnibus, ad inferos (vt in præcedenti libro ostensum est) descendebant. Si igitur circumcisio ianuam Regni cœlestis eis reseraſſet, certè non ad inferos, sed ad cœlum emigrasſent. Hoc, Ego autem dico, textum hunc iuxta quorundam expositionem, non de virgine intemerata, sed de Dei Ecclesia loqui. GAL. Hoc etiam (pace eorum dixerim) falsum omnino est. Tum quia omnia quæ mater Ecclesia canit, à Spiritu sancto instituta sunt, quem mendacem esse impossibile est. Sancta autem Ecclesia dictum hoc sapientis matri Dei tribuit. Ergo illud de ipsa loqui, necessariò dicendum est. Tum etiam, quia laudes gloriosissimæ ipsius virginis immensæ sunt, atque incomprehensibiles. Si nos igitur eam laudare volentes, alienas ei tribueremus laudes, ostenderemus proculdubio, eas laudes in ipsa non esse, sed ab alio mutuari. Hoc autem falsum penitus est, cùm ipsa aliis mutuet de laudibus suis, & non ab aliis accipiat, sitque omni laude dignissima. Ex his igitur manifestum est, textum hunc de nullo alio, quàm de matre Messiæ conuenienter intelligi posse. Quod aliis quoq; multis in locis aperte ostenditur. Eodem enim in libro Sapiens ipse cap. primo ita quoq; ait, גאוו לחייך כתורים Hoc est. Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis. Vbi matrē Messiæ eam ob rem turturi cōparat, vt ostēdat quōd quēadmodū turtur felle caret, & à principio sine eo creata est, ita matri Messiæ nec originale, nec actuale, nec etiā mētale peccatū attribuendū erat. Idcirco à.e. eiusdē libri eam colūbæ, quæ etiā felle caret, assimilauit, dicēs קומי לכי רעיתי יפתי ולכי לך יונתי בחגוי הסלע בסתר המדרגה הראיני את מראיך Id est, Surge propera amica mea, speciosa mea, & veni colūba mea, in foraminib. petræ, in cauerna macerię ostende mihi faciē tuā. Ex quo colligitur, matrē Messiæ nō solūm colūbæ cōparari ratione prædicta, verūm etiam ipsius fundamentū & principiū absq; peccato originali futurū fuisse. Et quia petra principium est & fundamentum, super quod ædificium sustentatur: ideo in foraminibus petræ inquit, hoc est, in embryone, vbi cōcepta fuit, in quo est foramē, vbi fuit ædificata, illic fuit colūba, absq; felle peccati originalis mundissima. Quod autē principiū assimiletur petræ, patet per Isa. 55. c. dicentem, Attendite ad petram vnde excisi estis. Hinc Christus ait, Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam:



Catholica expositio.

Quare mater Messiæ dicitur primus homo.

Autores libri Iasher.

Autoritas Rabbi Mosis Hadarsan.

Eorundem obiectio.

Responsio.

Hogostrati obiectio.

Cōfutatio.

Cantici canticorum 4. cap. sic scribitur, תנך יפה רעיתי תנך יפה עיניך יונים מבעד לצפחך Hoc est, Quam pulchra es amica mea, quam pulchra, oculi tui columbarum, absque eo quod intrinsecus latet: vbi veritas hæc melius exprimitur. Distinguuntur enim perfectiones eius separatæ ab iis quę in ea sunt occultæ. Ex quo ostenditur, absque peccato originali eam concipiendam fuisse. Et rursus ibidem, פתחי לי אחותי רעיתי יונתי תמתי id est, Aperi mihi, soror mea, amica mea, columba mea, perfecta mea, vel immaculata mea. Dicit autem immaculata mea, vt magis atq; magis veritas ista confirmetur. Item ibidem, אחרת היא יונתי תמתי אחת היא לאמה ברה היא לילדתה Hoc est, Vna est columba mea, vna est perfecta mea, vna est matri suæ, electa genitrici suæ: ac si diceret, vna sola ex omnibus fœminis, absq; originali peccato concepta est, quemadmodum Christus solus ex omnibus viris. Ideo vt dicitur 1. cap. eiusdem libri, שיקתי יפה רעיתי תנך יפה id est, Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra. Duplicauit autem sermonem, vt ostenderet, ipsam pulchram, id est puram & in conceptione, & in vita futuram fuisse. Cui ipsa respondit, תנך יפה דודי אף נעים אף ארשיני ירעננו קרות בתינו לארזים רהיטינו ברותים Hoc est, Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus, lectulus noster floridus, tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina. Sensus est, Certe quemadmodum ego absq; originali labe concepta sum ita tu quoq; amicus meus. Et dicit eo pulcher es & furmosus, & lectulus noster, hoc est conceptio nostra est florida, & odorifera, absque peccati corruptione. Trabes enim domus nostræ sunt ex cedro, & laquearia ex cypresso, quæ corruptionem aliquam non patiuntur. Item 2. cap. sic ipse dicit, כשושנה בין החוחים כן רעיתי בין הבנות Id est, Sicut rosa inter spinas, sic amica mea inter filias. Sensus est, Quemadmodum rosa speciosa & odorifera, ex qua multa conficiuntur aromatica, nascitur inter spinas, ipsa tamen spinis caret: ita amica mea nata est inter fœminas, originali peccato conceptas, tanquam rosa inter spinas, ipsa tamen eiusdem peccati omnino expers fuit. Dixit autem filias, propter matris Messiæ dignitatem, pro omnibus tamen tam maribus quam fœminis textus intelligitur. Ipsa vero respondit, כתפוח בעצי היער כן רעיתי בין הבנים Hoc est, Sicut malus inter ligna syluarum, sic dilectus meus inter filios. Omnium autem rationum conclusio de Messia & matre eius tangitur 6. c. eiusdem libri, cum dicitur, אני לדודי ודודי לי Id est, Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi. Sensus est, Vt ego absque originali peccato concepta fum, ita amicus quoq; meus. Item 1. cap. ערש שהמלך במסבו נרדי נתן ריחו Hoc est, Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Dum esset Rex in accubitu suo, hoc est in incarnatione sua, nardus mea, id est, conceptio mea, absque peccato originali effecta, dedit odorem suum, puritatis scilicet & innocentiæ. Item 1. cap. שמאלו תחת לראשי וימינו תחבקני id est, Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Si Christus igitur læuam sub capite virginis tenebat, & dextera illius eam amplexabatur, impossibile est illam eam in peccatum originale cadere permisisse. Item tertio capite, קר שמצאתי את שאהבה נפשי אחזתיו ולא ארפנו עד שהבאתיו אל בית אמי ואל חדר הורתי Hoc est, Inueni quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. Sensus est, Quando inueni amicum meum in eius incarnatione, apprehendi eum, nec dimisi, quousq; eum adduxerim in domum & cameram matris meæ. Quasi aperte diceret, Sicuti ego in embryone matris meæ sine peccato originali cõcepta fui, ita quoq; ipsum genui. Item 6. cap. מי זאת הנשקפה כמו שחר יפה כלבנה ברה כחמה id est, Quæ est ista quæ progreditur, qui si aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol? Sensus est, Quæ est ista quæ ostendit se venire, vt aurora? Quemadmodum enim aurora diei claritatē inchoat, ita certe gloriosa mater Messiæ mox veniens, totum mundum illuminare cœpit. Atq; vt luna à sole recipit claritatem, ita mater Messiæ omnia sua priuilegia, & gratias à filio recepit. Estque perinde clara, vt sol, qui in suæ creationis instanti, suam omnem adeptus est claritatem. Ipsius namque virginis immaculatæ materia in suæ conceptionis instanti, omnes materiales affecta est perfectiones, atq; ipsa sine peccato originali concepta. Hoc quidem & per Isaiam patet, ita in persona matris Messiæ 61. cap. dicentem, שוש אשיש ביהוה תגל נפשי באלהי כי הלבישני בגדי ישע מעיל צדקה יעטני כאחתן יפאר ובכלה תעדה כליה: Hoc est, Gaudens gaudebo in Deo, & exultabit anima mea in Deo meo. Quia induit me vestimentis Iesu, & chlamyde iustitiæ circũdedit me, quasi sponsus decorauit gloria, vel corona, & quasi sponsam ornauit monilib⁹ eius. Propheta enim videns in spiritu matrem Messiæ dicturam, Magnificat anima mea Dominum: Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo: antedicta verba in persona eius protulit, dicens, Gaudens gaudebo ביהוה *beadonai*, id est, in Deo (tetragrammaton) qui vt ait R. Hibba, Deum Patrem significat. Et exultauit anima mea באלהי *beelohai*, id est, in Deo meo, qui vt idem dicit, Deum Filiũ designat. Ait igitur, Gaudens gaudebo in Deo, qui est Pater. Et exultabit anima in Deo meo, qui est Filius. Quoniam duplicẽ gratiam mihi fecit. Vnam quidẽ, quia induit me vestimentis Iesu, q̃ est, me absq; originali peccato conceptã fuisse. Alteram vero, quia chlamyde iustitiæ, scilicet originalis circumdedit me. Dicit autem circumdedit, quia omnia ipsi⁹ virginis mẽbra à vertice capitis ad vngues vsq; pedum, omnesq; sensus, & cogitationes, animæ impetus absq; vlla repugnãtia obtemperabant. Vsq; adeo quidem, vt eius oculi nihil inhonesti, nihil illiciti vnquam aspexerint. Imo vt nunquam vel oculos eleuauerit, sicut cæteri homines facere solent, sed semper humi defixos tenuerit, nisi dum Deum oraret. A quo inter cæteras perfectiones eo spiritu prophetiæ donata est: vt si forte aliquod inconcessum, seu illicitum, vel audituta, vel visura esset, illico eius aures & oculi clauderentur: ita vt nonnisi voluntati diuinæ deseruire viderentur. Quocirca ait, Et chlamyde iustitiæ circumdedit me: id est vndique & omni ex parte vallauit me. Postea cum subdit, Quasi sponsus decorauit ornamẽta, vel gloria, & quasi sponsam ornauit monilibus eius, his verbis duo complectitur, ob duas gratias sibi factas. Duo enim sunt sponsæ necessaria. Vnum, vt sponsus det ei monilia gratis. Alterum vt iis sponsa bene vtatur, seseque ornet. Primum quidem ad sponsum attinet. Secundum vero ad sponsam. Propter primum dicit, Quasi sponsus decorauit, me scilicet gloria, vel corona, hoc est, Quemadmodum sponsus sponsæ monilia donat, ita Deus hanc mihi contulit gratiam, vt essem absque originali peccato concepta. Propter secundum vero ait, Et quasi sponsam ornauit monilibus eius. Ac si diceret, Sicuti sponsæ interest se bene ornare, ita quoque quod ego sim iustitia originali circumdata, ex bona gubernatione, & sensibus meis ex libero arbitrio animæ obedientibus, mihi pertenuit: tameti Deus me in grata confirmauerit. Sequitur, כי כארץ תוציא צמחה וכגנה זרועיה תצמיח כן אדני יהוה יצמיח צדקה והתלה נגד כל הגוים id est, Sicut enim terra profert germen suum, & sicut hortus semina sua germinat: sic Dominus Deus germinabit iustitiam, & laudem coram vniuersis gentibus. Quibus quidem verbis, Cur Deus (inquit) me sponsum acceperit, hasque gratias concesserit, causa est, quia in me incarnandus est Messias qui futurus est vt germen, quod parte caret, solamq; terram matrem habet. Ita enim Deus germinare faciet in me Messiam, qui iustitia & laus in omnibus gentibus erit, nec alium quoad humanitatem patrem habebit, præter me matrem suam. Dicit autem iustitiam, Quia propter hanc Deus passus erat. Laudem vero ait Quia gratia & non merito vllo hoc fiebat. Ex quo igitur beatissima virgo has gratias sortita est, recte vestibus Iesu, & chlamyde iustitiæ indui dicitur, quas nemo vnquam alius ex viro & muliere genitus assecutus est, & præsertim vestimenta Iesu, qui est totius orbis salus. Quapropter ipsam absque originali peccato concepcam fuisse, necesse est dicere. Hoc. Ebuio nostra non habet, Quia induit me vestimentis Iesu: sed, Quia induit me vestimentis salutis. GAL. Vbi nostra editio hoc loco vestimenta salutis habet, Hebraica veritas vestimentis ישוע *Iesua* dicit. Dictio autem hæc ישוע *Iesua*, duplicem habet significationem: significat enim Iesum, & salutem. Hic autem secundum primam significatum accipitur, cum dicit, Quia induit me vestimentis Iesu: quod perinde est, ac si diceret, Quemadmodum Iesus secundum humanitatem absque originali peccato concipietur, ita quoque ego absque eo concipiar. Quare eius vestibus, quæ sunt puritas & innocentia, indutus. Veruntamen nostræ editionis autor tutioris latinitatis, ne ipsum carpere possent, salutis transtulit, & non Iesu. Quod etiam alias in locis pene omnibus facit. Vbicunque enim sensus duplicitatem habet, semper fere eum qui pro illis est, accepit. Nam ita hic dicere poterat, & recte quidem, Quia induit me vestimentis Iesu. Quemadmodum Habacuc 3. cap. dixit, Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo: cum autem nomen, hoc est ישוע *Iesua* vtrobique Hebraicus textus habeat. Ex his igitur manifestum est, pulcros factæ scripturæ autores, firmiter



tenuisse, immaculatam matrem Messiæ sine originali peccato concipiendam fuisse. Quod idem noui testamenti quoq; scriptores tenuerunt. Legitur quippe in Euangelio Matthæi capite vndecimo, Saluatorem nostrum ita de Ioanne Baptista dixisse, Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Cum igitur sanctus Ioannes Baptista ipso Christo qui de muliere natus est, maior non fuerit: dicat quæ textus, Surrexit: quod dici non potest, nisi de eo qui prius cecidit, & postea surgit: ita hoc saluatoris dictum interpretari necessario cogimur, Inter natos mulierum, id est, inter eos qui in originali peccato concepti sunt, non surrexit maior Ioanne Baptista. Christus autem in peccatum non cecidit, ergo ipso Ioannes maior non est. Cum igitur beatissima virgo eodem Ioanne Baptista maior quoque sit, ipsam in peccatum originale non cecidisse, necessario consequens est. Quod si non concederetur, sequeretur plane, Ioannem Baptistam maiorem ea extitisse, quod omnino falsum est. Ex Euangelio igitur, ac Saluatoris nostri sententia ipsam absq; originali peccato conceptam fuisse, necessario concluditur. Hoc. Id quidem verum esset, si Euangelium inter natos & natas diceret: cum igitur inter natos solum dicat, palam ostendit, Saluatoris nostri dictum non de mulieribus, sed de solis viris intelligi. Ex eo igitur beatissimam virginem in peccatum originale non cecidisse, infetri non potest. GAL. Obiectio tua nulla est, cum secundum grammaticos masculinum genus fœminino comprehendat, præter me matrem suam. Dicit autem iustitiam, Quia propter hanc Deus passus erat. Laudem vero ait Quia gratia & non merito vllo hoc fiebat. Ex quo igitur beatissima virgo has gratias sortita est, recte vestibus Iesu, & chlamyde iustitiæ indui dicitur, quas nemo vnquam alius ex viro & muliere genitus assecutus est, & præsertim vestimenta Iesu, qui est totius orbis salus. Quapropter ipsam absque originali peccato concepcam fuisse, necesse est dicere. Hoc. Ebuio nostra non habet, Quia induit me vestimentis Iesu: sed, Quia induit me vestimentis salutis. GAL. Vbi nostra editio hoc loco vestimenta salutis habet, Hebraica veritas vestimentis ישוע *Iesua* dicit. Dictio autem hæc ישוע *Iesua*, duplicem habet significationem: significat enim Iesum, & salutem. Hic autem secundum primam significatum accipitur, cum dicit, Quia induit me vestimentis Iesu: quod perinde est, ac si diceret, Quemadmodum Iesus secundum humanitatem absque originali peccato concipietur, ita quoque ego absque eo concipiar. Quare eius vestibus, quæ sunt puritas & innocentia, indutus. Veruntamen nostræ editionis autor tutioris latinitatis, ne ipsum carpere possent, salutis transtulit, & non Iesu. Quod etiam alias in locis pene omnibus facit. Vbicunque enim sensus duplicitatem habet, semper fere eum qui pro illis est, accepit. Nam ita hic dicere poterat, & recte quidem, Quia induit me vestimentis Iesu. Quemadmodum Habacuc 3. cap. dixit, Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo: cum autem nomen, hoc est ישוע *Iesua* vtrobique Hebraicus textus habeat. Ex his igitur manifestum est, pulcros factæ scripturæ autores, firmiter

*Autores facta scripturæ nouæ instrumenti.*

*Obiectio.*

*Responsio.*

*Antiqui Ecclesiæ Doctores.*

matris Messiæ materiam in materia Adæ fuisse productam, voluerunt, ipsamque primam in causa & excellentia extitisse, atque purissimam vsque ad actualem ipsius virginis formationem præseruatam fuisse. Vnde & ipse diuus Ioannes Damascenus, in sermone de eiusdem virginis natiuitate, de beato Iehoiakim ipsius virginis patre loquens, eam ob rem dixisse videtur, O beati lumbi, ex quibus immaculatissimum semen fluxit. Prisci quoque ac sancti Latinorum Doctores id idem absque dubitatione senserunt: vt Hieronymus, Augustinus, Ambrosius, Gregorius, ac cæteri pene omnes. Quorum dicta nunc adducere & longum & supervacuum esset, cum sacri concionatores nostri temporis verbum Dei in Ecclesiis proponentes, passim ea attestantur. Quid mirum si sancti viri opinionem hanc tenuerunt, cum Mahmedus veritatis catholicæ inimicus, ipsam tenuerit, vt in authenticis Saracenorum libris legitur? Quorum vnus *Albokari:* Alter vero *Mezlim* vocatur. In his enim tic ad verbum dicitur, Dixit *Ebiborayra* socius scilicet Mahmedi, Quod audiuit nuncium Dei, id est *Mahmedum* dicentem, Nullus nascitur de filiis Adam, quem non tangat satan quando nascitur, & ideo plorat vociferans, ex tactu satanę. præter Mariam & filium eius. Clamor enim infantis cum cadit de ventre matris, propter percussionem satan contingit. Item dixit *Ebumuse*, Prophetam id est *Mahmed* dixisse, Multi perfecti fuerunt ex viris, nulla vero perfecta fuit vnquam ex mulieribus, nisi Maria mater Iesu. Ex his igitur quæ dicta sunt liquido constat, opinionem de immaculata virginis conceptione, non recentem, sed antiquissimam esse. Quin potius oppositam opinionem quam aduersarij pertinaciter tenent, recentiorem dicimus. Quam ideo Deus aliquo tempore pullulare permisit, vt videretur quantam gratiam matri suæ contulerat: eam à peccato originali, quod naturaliter nisi præseruata fuisset, contrahere debebat, immunem atque immaculatam præseruando.

A tæ matris Messiæ mundam atq; immaculatam in Adam præseruari debuisse, & consequenter ipsam matrem Messiæ absq; initiali peccato conceptam fuisse. Deinde vero ad Pauli Apostoli auctoritatem respondebo. Pro primæ igitur rationis fundamento, duo præmittam. Primum quidem est, quod in vnoquoq; subiecto quatuor debent reperiri causæ, videlicet materialis, efficiens, formalis, & finalis: quarum finalis sublimior est cæteris, atq; præstantior. Secundum vero est quod causa finalis & opinio naturæ semper permanent, neq; vnquam cessant suo subiecto & individuo perfectiorem tradere formam, si materiam aptam ad recipiendam huiusmodi formam inuenerint. Quare necesse est omni efficienti, tam naturali, quam voluntario, & artificiali, habiliorem quam possit materiam cuilibet subiecto disponere, vt finis peculiaris ei adueniat, iuxta cogitationem & finem ab ipso excogitatum. Exempli gratia, piper cuius finis est caliditas & siccitas, naturaliter facit ignis operationem. Econtrario vero viola, quam natura ad aquæ qualitatem disponit, vipote nec frigiditati conuenientem, quæ est finis ei peculiaris. Eadem ratione saphirus, adamas, & reliqui lapilli preciosi, quos natura & causa finalis ad materiam quandam sublimem, lucidam, & diaphanam ex quatuor elementis disponit, vt formam propriam sibi ac peculiarem recipiant, non obstante, quod ex terrestri sint elemento, quod est obscurum ac tenebrosum. Quod cum ita sit naturalibus in rebus, consequens profecto est, gloriosam virginem ex quo erat subiectum, in quo Dei Filius incarnari debebat, perfectiorem ac sublimiorem omni humana creatura, imo omni ente creato dispositam fuisse. Quemadmodum finis peculiaris propter quem creata fuit, cæteris cunctis perfectior, & sublimior erat, cum illa sola creata fuerit, vt ex ea Filius Dei nasceretur. Sed si eius materia immunda fuisset, ipsaque in peccato originali concepta, nequaquam perfectius ac sublimius omni ente creato disposita fuisset. Igitur & ipsius materiam puram & immaculatam præseruari, & ipsam absque originali peccato concipi, oportuit. Item vnicuique enti cui deest aliqua perfectio, insitus est naturalis appetitus, assimilandi se enti perfectioti, odioque res sibi infimas. Natura autem, si dispositio subiecti ad recipiendum habilis sit, eo maiorem dat ei perfectionem, quo capacior est: idcirco Saphirus, cuius materia ex terra est, in gradum claritatis quæ est in elemento aereo, naturaliter ascendere cupit, ab ipsoque claritatem accipiens, lucidum fit, atq; diaphanum. Minerale autem iteri cupit vegetatiuum, etsi animam vegetatiuam non habeat. Natura enim dat ei crescendi perfectionem, cum materiam ad crescendum aptam habeat. Vegetatiuum vero fieri appetit animal. Ideo mandragoræ ob materiæ dispositionem, quam habet, natura dedit hominis figuram, etsi anima sensitiua careat. Animal præterea fieri appetit homo, ob quod simia hominis habet effigiem, effingitque ea quæ homo ipse facit: licet anima rationali careat. Ex quo igitur appetitus materiæ matris Messiæ erat absque originali peccato concipi, eiusque materiæ dispositio ad recipiendam huius-

## CAPVT VII.

*Ad tertiam Hogostrati obiectionem: vbi quod mater Messia absque originali peccato concipienda esset, naturalibus rationibus probatur.*

## HOGOSTRATVS.

HOc si verum esset, verbum Pauli Apostoli falsum prorsus esset, qui ad Romanos scribens 3. cap. ait, Omnes in Adam peccauerunt, & egent gratia Dei. Necessario igitur dicendum eit, gloriosam virginem in Adam peccasse, & consequenter & eius materiam peccato Adæ infectam, & ipsam in peccato originali conceptam fuisse. Qui in omnes dicit, nemi- G nem excludit. GAL. Vte, quod pace tua dixerim, minus quam decet vere locutum ostendam, duo faciam. Primum enim septem naturalibus probabo rationibus, & materiam intemera-



dam huiusmodi perfectionem, habilis erat: ne necessario sequitur, longe rationabilius esse, ipsam absque originali peccato coceptam, quam post conceptum purgatam fuisse. Item materia, forma, & causa efficiens quanto perfectior est earum finis, tanto altiores sunt. Quemadmodum quatuor elementa cum primum animam sensitiuam nanciscuntur, sublimiora sunt, quam cum solũ animam vegetatiuam habebant. Mineralia quoque cum primum lapilli preciosi efficiũtur, nobiliora sunt. Nam saphirus & adamas nobiliores sunt hiaspide & porphyrite. Hiaspis autem & porphyrites excellentiores sunt lapidibus, quibus domus constituitur. Eadem etiam ratione ex herbis nobilibus est frumentum, & ex architectis, præstantior qui regiã construit. Hac insuper ratione sublimius est basilicas erigere, quam Regum palaria ædificare. Atque præstantius est amore Deo seruire, quam necessitate. Consequens igitur est, vt quo sublimior est causa finalis, eo plures ab ipsa in subiectum emanent perfectiones, vt excellentior C materia, ab eaque adimeretur peccati originalis sit futura. Quod cum ita sit, necesse erat intemeratam virginem Messiæ matrem, quæ subiectum & tabernaculum in quo Dei Filius incarnandus esset, futura erat, sublimiori gradu concipi, quam subiecta minora, quæ cum originali peccato concipiuntur: vipote quæ perfectionis excessum super cætera omnia haberet. Igitur absque originali peccato concepta est item exploratissimum est in natura, quacumque in re plures inueniuntur fines à primo separati, secundum finem esse primo D sublimiorem, & tertium secundo. Et sic de cæteris gradibus. Eadem quoque ratione, materia & forma secundi finis perfectiores sunt materia & forma primi, & materia & forma tertij sublimioris secundi. Verbi causa, Esse animal, perfectior finis est, quam esse vegetatiuum. Esse autem hominem, perfectior finis est, quã esse animal. Præterea cum hominis definitionem dare volumus, prout solum animal est, dicimus ipsum esse corpus mutuum, sensibile. Si autem prout est ho- E mo, dicimus eum esse animal rationale, quæ sublimior est definitio, quam prima. Cum igitur immaculata virgo concepta fit non tantum vt homo esset, sed vt mater Dei quoque foret: & hic finis sit excellentior, atque sublimior vltimo fine in genere humano oportuit ipsam in sui conceptione habere materiam & formam perfectiorem ea, quæ illam hominem esse faciebat. Hęc autem alia non est, quam ipsam originali peccato non fuisse infectam. Nam quemadmodum materia animalium sublimior est atque perfectior, quam materia plantarum: materia autem hominis excellentior, quam materia animalium: ita quoque & ratione congruum & necessarium est materiam virginis gloriosæ perfectiorem sublimioremque materia hominum fuisse, cum in altissimum hominis gradum ascenderit. Item tunc natura dicitur agere, & secundum seipsam agere, cum tantum perfectionem dat subiecto, quantum subiectum recipere potest. Et secundum hoc non dicitur ali- G quid contra naturã fieri. Tunc enim id diceretur, cum ipsa natura non daret perfectionem, quam subiectum recipere posset. Sicuti enim contra naturam est, dare perfectionem ei, qui non meretur; ita quoq; contra naturam est, ei qui meretur, perfectionem adimere. Quod cum ita sit, necesse fuit, gloriosæ virginis materiam, quæ habilis erat, atque apta huiusmodi perfectionem recipere, vt absq; originali peccato conciperetur, sine initiali macula productam fuisse. Item pro sexta ratione duas facio propositiones. Prima sit hæc, Certum est, peccatum originale non esse generationis causam efficientem: paret: Quia si Adam non peccasset, certe genera sset. Secunda sit hæc, quam exemplo probabo. Esto quod rex quidam domum sordidam ac fœdam sit ingressur, Quæro, Vtrum decentius sit, eam domum ornari debere, variisque repleri odoribus, antequam rex ingrediatur, an poste aquam ingressus fuerit? Certe regiæ conuenit dignitati, prius eam mundam, nitidam, redolentemq; reddere, quam postea. Itaq; dicimus de cœlorum regina, iustius decentiusq; fuisse, vt materia quæ futura erat matris Dei materia mundificaretur, ac sanctificaretur, dum generantis esset

*Tertia ratio.*

*Sexta ratio.*

*Quarta ratio.*

*Quinta ratio.*

*Septimã ratio.*

R iij

*Obiectio.*

*Responsio.*

Christi opera glorificati faciebat. Nam in sua natiuitate ex virgineo vtero absq; matris corruptione exiuit. Habent enim hoc præcipuum glorificata corpora, vt sua subtilitate per patientem absque eius fractione transeant. In sua etiam transfiguratione glorificato corpore vsus est. Cum præterea Iudæi ipsum lapidare vellent, illis nō videntibus, de templo exiuit. Ad confirmationem autem nostræ rationis facit, quod nō reperiatur apud Euangelistas aliqua de glorificatione Christi in eius resurrectione mentio. Quare consequens est, glorioſam virginem in ſuę conceptionis inſtanti, abſque initialis peccati macula fuiſſe; quin potius in eius cōceptione materiam eius omnes perfectiones quas habitura erat, habuiſſe. Animam veto eius mox cum eidem materiæ infuſa eſt, omnes perfectiones quæ in anima reperiri poſſunt, actualiter adeptam fuiſſe, vt eſt ſcientia, ſapientia, intelligentia, prophetia, gratia, & quæcunque animæ attribui poſſent. Cum autem Dei Filius ad eam incarnādus venit, in gradum altiſſimum ipſa conſcendit: quandoquidem ei tanquam matri ſuæ vniuerſi orbis regimen atque gubernationem ille reliquit, fecitque, vt eſſet cœlorum Angelorumq; regina. Nunc ad beati Pauli verba reſpondeamus. Cum igitur inquit, Omnes in Adam peccauerūt: ſic exponamus dictum, Omnes, ſcilicet, qui ſubeunt ſolum Adæ regulam, neque altiorem ſortiuntur gradum. Hi enim in Adam vere peccatores ſunt, ac in originali peccato concepti. Gloriosa autem virgo, cum ad ſublimiorem quam Adam aſcendere gradum, dici non poteſt in peccatum Adæ cecidiſſe: quandoquidem ipſa ſola inter cęteras omnes creaturas hoc priuilegio donata fuit, vt in ea filius Dei conciperetur. Quod autem hic fuerit eius vltimus finis, ac ſuę conceptionis, ex eo potiſſimum patet, quod nulla vnquam alia creatura præter ipſam, ad hoc concepta fuit, vt in ea Filius Dei incarnaretur, quia in nulla alia, quam in ipſa Filius Dei incarnatus eſt. Ergo vt in ea Filius Dei conciperetur, ipſa concepta eſt. Concluditur igitur Filij Dei incarnationem conceptionis ipſius virginis cauſam finalem extitiſſe. Quare vt ex præmiſſis rationibus colligitur, oportuit, materiam & formam ipſius immaculatæ virginis perfectionem atque ſublimiorem quacunq; alia materia & forma in genere humano fuiſſe, ac ſine peccati initialis infectione produſtam.

*Ad Pauli Apoſtoli auctoritatem.*

## CAPVT VII.

*Ad quartam Hogoſtratianam obiectionem. Vbi concluſio de immaculata virginis conceptione ſeptem Theologicis ſimul ac naturalibus confirmatur rationibus.*

## HOGOSTRATVS.

GERTVM eſt, Deum nolle tollere naturæ ordinem, quem ipſe inſtituit. Sed ſi Deus beatiſſimam virginem ab originali peccato immunem præſtitiſſet, abſtuliſſet vtique, imo peruertiſſet naturæ ordinem, quem ipſe inſtituit, cum propter Adæ peccatum omnes homines ab eo naturali propagatione deſcendentes, cum originali peccato concipi decreuerit. Ergo minime dicendum eſt, ipſam intemeratam virginem ab originalis peccati labe præſeruatam fuiſſe. GAL. Nimium certe (mihi patre) Hogoſtrate deciperis. Quod ſeptem Theologicis ſimul ac naturalibus probabo rationibus, vt tandem obiectioni tuæ, quæ nulla eſt, reſponſio detur. Primo igitur ratio ſit hæc. Deo auaritiam & tenacitatem attribui non poſſe, certum eſt: cum tantam deus vnicuique creaturæ perfectionem, quantam ipſa apta ſit recipere. Verbi cauſa, Cum Deus mūdum condidit, tantum perfectionis vnicuiq; rerum generi tribuit, quantum eius ſubiectum capere poterat. Nam ſi aſino ſubiectum perfectionem hominis, ſiue leonis, ſiue etiam hominis recipere potuiſſet, certe illi dediſſet. Sed cum aptum ad recipiēdum non eſſet, non dedit. Quod cum ita ſit, ſequitur plane, Deum virginem gloriosam abſque initiali peccato feciſſe, ex quo eius ſubiectum ita aptum erat. Alioquin auarus & tenax ipſe fuiſſet. Quod omnino falſum eſt. Igitur abſque initiali peccato ipſa concepta eſt. Secunda ratio ſit hæc. Certum eſt, principiū cognitionis eſſe operis finem. Quo fit, vt cum principium cognitionis diuinæ fuerit, beatiſſimam virginem à peccato originali mundare, ac purificare, longe decentē fuit eam mundam & abſque peccato feciſſe quam poſtea mundaſſe. Si enim ita non fuiſſet, operationes diuinæ humanis variis & inconſtantibus aſſimilarentur. Hoc autem falſum eſt. Fecit igitur eam à peccato originali omnino mundam ac puram. Tertia ratio ſit hæc: Vnicuique homini appetitus quidam à natura inſitus eſt, vt eius mater perfectionibus ſitis cunctis mundi perfectionibus. Et hoc ideo quia ex eius ſanguine genitus eſt. Nam ſi mater ex intacta munda & optima conſtabit, filius quoq; idem ex materia conficietur. Quare filius impetrat matris perfectionem cupit, odit que imperfectionem. Si igitur Dei Filius qui virtutes ac perfectiones ſummopere diligit: vitia veto & peccata aeq; imperfectiones maxime deteſtatur, matrē ſuam nobiliorem ac perfectiorem in bonitate & cęteris ſanctitate, exterisq; perfectionibus futuram non optaſſet, profecto in voluntate & appetitu inordinatus fuiſſet. Quippe qui deſiderium ſuum potius ad res viles & imperfectas, quam ad nobiliores & perfectiores inclinaſſet. Sequeretur præterea, eum viliorem habuiſſe appetitum, quam pura quæuis creatura humana, cum materiam & humanitatem ſuam imperfectam fore voluiſſet. Hoc autem manifeſte falſum eſt, ac omnem penitus contra rationem. Cum ergo Deus ſit ſummā perfectione perfectus: perfecti autem ſit amare perfecta, poti' quam imperfecta, debuit tamen matrem ſuam perfectam omni perfectione poſſibili, & cupere & facere. Quare abſq; originali peccato ipſam cōcipi fecit. Quarta ratio ſit hæc: Certum eſt, quod Deus ante mundi creationem præſciit & Adam peccaturum, & ſe ipſum pro peccati eius redemtione incarnandū. Ex quo ſequitur, quod ſi in muliere in peccato originali concepta Deus incarnari decreuiſſet, & Deus ipſe peccati cauſa extitiſſet, & Adam ad peccandum coactē fuiſſet libero arbitrio ipſi ademto. Quod ſi eſſet, Adam



fuiſſet, Adam pœnam minime meruiſſet. Ex his autem multa ſequerentur inconuenientia. Quare neceſſario dicendum eſt, mulierem ex qua Deus incarnandus erat, ab æterno à peccati initialis labe præſeruatam fuiſſe. Quintra ratio ſit hæc; Principium generis humani fuit Adam, finisq; ipſius fuit Chriſtus, cuius amore creatum eſt humanum genus. Vt igitur principium, medium & finis inter ſe conueniant, neceſſe fuit, quod quemadmodum Adam qui eſt principium, & Chriſtus qui eſt finis, abſq; originali peccato facti ſunt: ita quoq; medium, quod eſt beatiſſima virgo, ſine ipſo peccato concepta ſit. Præterea ſequitur, quod ſicut Heva fuit vna caro cum Adam primumq; medium pro humani generis conſeruatione, abſq; originali peccato facta: ita quoq; neceſſarium fuit, & intemeratam virginem, quæ eſt vltimum medium pro animarum ſalute, & vna caro cum Chriſto, qui eſt finis, abſque originali peccato concipi. Alioqui principium & primum medium cum vltimo medio & fine non conuenirent, quod eſt valde inconueniens. Sexta ratio ſit hæc; Notum eſt, quod potentiſſimus quiſque rex volens ſibi regiam conſtruere, aut baſilicam ad honorem Dei Optimi Maximi erigere, prius quæcunque ædificio neceſſaria ſunt, quærit, & parat, quanto perfectiora atque excellentiora inuenirī queunt. Quemadmodum regem Salomonem feciſſe legimus: qui ob templi excellentiam, quod in Dei cōſequium conſtruxit, voluit in opere fabrili & lapidibus excidendis, ne malleus, aut aliquod ferri inſtrumenti genus adhiberetur, nec eorum quidem ſonus audiretur ſed vermem reperit nomine *Zamir*, qui lapidi impoſitus, dum per eum incederet, ipſum illico frangebat, quod in figuram contigiſſe, clarum eſt. Nam in ædificio templi, in quo Filius Dei incarnandus erat, & in tabernaculi in quo Deus claritatem & ſanctitatem ſuam oſtendere debebat, non poterat deficere materia tantæ perfectionis ad conſtruendum, nec opus erat, vt in excidendis lapidibus, hoc eſt, in conceptione intemeratæ virginis, ferrum aliquod, quod peccatum originale ſignificat, adhiberetur. Huius autem rei ratio eſt, quia vnum peccatum non poteſt cum altero ſanari, niſi eum ſit ſimplici & quodammodo minima, hoc eſt, cum verme. Idcirco repetit *Zamir*, id eſt Chriſtum qui vermi comparatur, & ita à Pſalmographo vocatur, cum Pſalm. 22. ait, ואנכי תולעת ולא איש Hoc eſt, Ego ſum vermis & non vir. Et exciſa beatiſſimam virginem ſine ferro, hoc eſt, abſque aliquo peccato. Et vt in ædificio templi, nec ſonus quidem ferri auditus eſt: ita in ædificio & conceptione immaculatæ virginis, nec vox quidem peccati originalis reperta eſt. Quod ſi ubi deceſſiſſet materia ſanctiſſima ad eius conceptionem, fuiſſet in maximo defectu, minoique gratia, quam Rex Salomo. Hoc autem falſum eſt, Ergo abſque originali peccato concepta fuit. Septima ratio ſit hæc; pro reſponſione ad obiectionem Hogoſtratā dicentis, Deum nolle tollere naturæ regulam & ordinem, quem ipſe inſtituit. Fateamur quidem id verum eſſe, non tamen omni ex parte ſic intelligi debere, ſicut Hogoſtratus ipſe intelligit. Deus enim neceſſitate exigente, multoties contra regulam & ordinem naturæ fecit. Non enim eſt naturæ regula & ordo, vt arbor cæſa & ſicca, flores, folia & fructus producat. Virga autem Aharon gemmas, flores, frondes, & amygdalas edidit. Neque eſt naturæ opus, vt vna nocte hæc omnia arbor proferat. Ipſa tamen virga Aharon vna nocte eadem omnia protulit. Neque eſt ex naturæ curſu, vt arbor ſiue viridis, ſiue ſicca, animam habeat ſenſitiuam. Virga autem Moſis ſerpens effecta eſt. Neque ordine naturæ poſſibile eſt alicui bruto, loqui atque diſſerere. Aſinus autem Balaam cum eo diſputauit. Ex naturæ quoque curſu prophetia non poteſt niſi in genere humano reperiri. Non enim brutum aliquod vaticinari poteſt. Deum autem cum ceto Ionæ locutum legimus. Iuxta etiam naturæ ordinem rotas cœlorum à ſuo motu circulari ceſſare poſſe, eſt impoſſibile. Tempore autem Iehoſuæ, ipſo in bello Gibon exiſtente, ſol in medio cœli ſe oppoſuit, ſteritque per diem integrum, hoc eſt per 24. horas immobilis. Impoſſibile quoque eſt ſecundum naturæ ordinem, vt torę cœli quæ ab Oriente in Occidentem mouentur, retrogrediantur. Hezekiæ autem tempore, ſol retroceſſit gradibus decem ab eo itinere, quod fecerat. Impoſſibile eſt etiam ſecundum naturę curſum, vt Leo à feritate ceſſet, ſeque ab occidendo contineat, præſertim cum famelicus eſt. Danieli autem in foueam leonum proiecto, nihil nocumenti leones intulerunt. Ignis etiam ſecundum naturæ ordinem temperavit, & deuorat, ſed Ananię Miſaeli, & Azarię in fornace ardentiſſima poſitis, nihil moleſtiæ intulit, nec pilo quidem veſtimentorum nocuit. Deus præterea poſtquam Adam & Henam creauit, hanc dedit naturæ regulam & ordinem, ne poſſet homo ſine viri & mulieris ſemine generari. Chriſtum tamen reperimus abſque humano ſemine generatum. Ex his omnibus liquido patet, quod quandoque Deus neceſſitate exigente, facit præter naturæ ordinem. Quare palam euidens eſt, quod quamuis Deus nolit auferre naturæ ordinem in genere, & omni ex parte: in particulari tamen id quandoq; facit. Nec propter hanc particularitatem dici poteſt naturæ regulam rumpere. Vel ſi dicere voluerimus, iuxta Hebræorum ſententiam, Deum ob ſpecialem conditionem id quandoque facere, multo minus dicetur eſſe cōtra naturam quod facit. Talmudiſtæ namque videntes omnia iſta quæ contra naturam fieri videntur, volenteſque rationem reddere, cur fiant, Deum inquiunt cum mundum creaſſet, hāc tribuiſſe naturæ facultatem, vt operaretur ſecundum ordinem ab eo inſtitutum, nec le illi contradicturum pollicitum fuiſſe, niſi hac inſtante conditione. Quod ſi neceſſitas ſecus fieri exigeret, ipſe poſſet facere quicquid ſibi videretur, etiamſi contra ipſam naturam foret. Idcirco cum aliquid huiuſmodi fieri contingit, de eo naturam conqueri contra ſe id fieri, minime poſſe aiunt, ex quo illi Deus conditionaliter vires tribuit. Cum ſola igitur virgo gloriosa inter omnes à viro & muliere genitos, abſque originali peccato concepta ſit, id contra naturam fuiſſe, haudquaquam dici poteſt, ſed vnum ex ſupradictis. Maxime cum immaculatæ

*Talmudiſtæ. Rationes Dionſii.*

virginis subiectum, vt in præcedenti capite ostensum est, aptum esset huiusmodi perfectionem recipere, vt absque initiali labe produceretur.

## CAPVT VIII.

*Ad quintam Hogostrati obiectionem. Et quod intemerata mater Messiæ absque libidine & concupiscentia genita sit.*

### HOGOSTRATVS.

SI beatissima virgo sine peccato originali concepta esset, absq; libidine & concupiscentia generata fuisset. Probatur, quia originale peccatum libidini, concupiscentiæ, ac voluptati admixtum est. Quod diuus Augustinus affirmat in libro de fide ad Petrum, parte prima q. vigesima quarta. Cuius dictum ponitur in Decretis de *consec.* dist. quarta cap. *Firmissime*; Vbi sic dicitur, Firmissime tene, & nullatenus dubites, omnem hominem qui per concubitum viri & mulieris concipitur, cum peccato originali nasci, impietati subditum, mortique subiectum. Quare omnes ex libidine ac voluptate coitus geniti, cum peccato originali concipiuntur. Sed virgo gloriosa cum libidine ac voluptate coitus genita fuit: cum ex verissima sancti Iehoiakim & sanctæ Hannæ coniunctione, vt cæteri homines, generata sit. Ipsam igitur in peccato originali conceptam fuisse, consequens est. GAL. Certum est, matus priuare minus. Experientia enim cognoscimus, solem lunæ atq; candelæ priuare claritatem. Videmus quoque sensum maiorem priuare minorem. Homo enim qui omnem cogitationem suam, ac phantasiam in vnam rem, vel studendo, vel speculando vehementer collocat, pro eo tempore sensum minorem amittit. Nam si tunc coram eo quispiam transiret, transeuntem illum non videret, & si ipsum alloqueretur, non audiret. Fateor igitur sanctum Iehoiakim & sanctam Hannam Iesu coniugaliter copulasse, ob ardentem tamen deuotionem, vehementemque contemplationem, qua vnani mihi in generatione beatissimæ virginis intenti ambo tenebantur, fumes in illo actu penitus extinctus fuit. Quare peccatum originale in conceptione immaculatæ virginis locum nullum habuit. Confidimus autem quæ dicimus, vera esse ostendere. Nam cum à templo patentes eius tanquam profani à sacerdotibus cum increpatione expulsi fuissent, eo quod steriles essent, & tam senio confecti, filios nondum genuissent: Deum mœsti & supplices rogarunt, vt eis sobolem ad eius seruitia procreandam, concederet. Quibus exauditis, apparuit Angelus seorsum vtrique, nuncians, prolem eos in Dei obsequium genituros, ita (Hieronymo attestante) dicens, Ego sum Angelus Domini missus ad te, vt annunciem tibi preces tuas exauditas esse, & eleemosynas tuas in conspectum Domini ascendisse. Vidi enim pudorem tuum, & auditi sterilitatem, & opprobrium non recte tibi obiectum. Peccati enim, non naturæ vltor est Deus. Et ideo cum alicuius vterum claudit, hoc facit, vt mirabilius denuo aperiat: vt non libidinis, sed diuinæ muneris fore cognoscatur, quod nascitur.

Iuxta igitur Angelicum præceptum ambo sibi obuiantes, de mutua visione lætati, ac de promissa sobole securi & certi, adorato Domino, domum redierunt, diuinum punctum hilariter expectantes. Et tanta se deuotione coniunxerunt, vt absq; libidine & corpotis voluptate virginem gloriosam matrem Dei futuram, genuerint. Vehementissima enim deuotio, atque animi delectatio, omnem corporis voluptatem, concupiscentiam, atq; libidinem extinxit. Vnde non immerito eis nomina Iehoiakim & Hanna impolita fuerunt. Iehoiakim enim Deus electabit, vel euiget, siue suscitabit, ac etiam confirmabit Latine interpretatur. Nomen vero Hanna à nomine gratiæ quod est gratia, deriuatur. Vt ex nominibus ipsa palam innotesceret, quod per prolem quam genituri erant, Deus ex misericordiæ suæ gratia, humanum genus & à peccato primorum parentum eleuaturus erat, & à morte æterna suscitaturus, & ad cœlestem gloriã erecturus atq; confirmaturus. Cum igitur beatissima virgo absq; concupiscentia & libidine genita fuerit, necessario consequens est, & absq; initiali peccato eam conceptam fuisse, cum libido & concupiscentia fuerit peccati Adæ causa. Ipse quippe Adam vitiis mundanis, concupiscentialque cæ nalibus adhærens (vt per illud Gen. 3. capite liquet, ותרא האשה כי טוב העץ למאכל וכי תאוה הוא לעינים Hoc est, Et vidit mulier, quod bona esset arbor ad vescendum, & delectabilis oculis) se superbia atque inobedientia implent, transgressuque est Dei præceptum, eoque modo carnem suam infecit, vt omnes ab eo descendentes, cum eadem superbia & inobedientia quæ est omnium peccatorum origo, concepti sint. Ideoq; peccatum originale, siue mortale dicitur. Eam ob rem & cum libidine atq; effœnata voluptate procreantur. & vt voluntatem suam perficiant, inclinati sunt, atque ad peccandum, & transgrediendum Dei præceptum obnoxij. Quod ad sensum maxime patet. Nam cum homo est in effœnata libidinis appetitu, membrum genitale adeo erigit voluptatis inque optatam perficere perget, vtnec morte etiam proposita ab actu illo desistat: sit quod in nullo aliorum membrorum esse comperitur: cum quis enim ad furtum accedit, & antequam perficiat, eum furti pœnitet, itatim pro tua voluntate pedes à gressu cessant, manusq; à rapina abstinent, iuxtaque voluntati obtemperant. Verumtamen vt ait Magister sententiarum in 3. dist. secundi, si prima homines non peccassent, absq; omni peccato & macula in paradiso carnali copula conuenissent, effectq; ibi actus immaculatus, ac mixtio sine concupiscentia, atque genitalibus membris sicut & cæteris ita imperarent, vtis nullum motum illicitum sentirent. Et sicut alia membra corporis alias admouemus sine libidinis ardore, vt manum capiti: ita absq; carnis pruritu genitalibus vteremur membris. Hæc enim lethalis agitudo ex peccato membris humanis infusa est. Genuissent, inquit, in paradiso filios per coitum immaculatum absq; corruptione. Vt tuæ Augustinus super Genes. Cur non credamus, inquit, ipsos homines ante peccatã genitalibus membris ad procreationem imperasse potuisse, sicut cæteris in quolibet opere sine voluptatis pruritu vtimur? Incredibile enim non est, Deum talia fecisse corpora illa, vt si non peccarent, membris illis sicut pedibus imperarent. Nec cum ardore seminarent, nec cum dolore parerent. Sed post peccatum mortem illum meruerunt, quem nuptiæ ordinant, continentia cohibet. Infirmitasque prona in turpitudinis ruinam, honestate excipitur nuptiali, vt quod sanis officium esset, ægrotis sit remedium. Ex hac igitur ratione colligitur, intemeratam virginem absque originali peccato fuisse conceptam. Quamuis enim naturaliter non sit possibile, quempiam absque peccato propagari, cum mare ia ob Adæ infectionem, in peccatum prona sit: gloriosa tamen virgo vt absque peccato propagaretur, non natura, sed gratia id consecuta est: cum rationabilius decentiusque fuerit, Deum mundasse materiam ex qua mater sua effici debebat, dum efficientis esset materia, & antequam patientis materia fieret. Quocirca à sancto Iehoiakim & à sancta Hanna omnem corporis libidinem, voluptatemque effrenatam Deus abstulit, vt eo modo ipsam immaculatam virginem generarent, quo primi parentes si non peccassent, filios suos in paradiso genuissent. Ex his patet obiectionis Hogostrati solutio. Dictum autem diui Augustini quod inducit, verum quidem est: dicimus, quatenus omnes homines per concubitum viri & mulieris cum corporis libidine & voluptate generati, non sunt peccati originalis expertes. Sed dictum nostrum verius quidem esse, quatenus virgo ipsa gloriosa absque effœnata libidine corporali, voluptate propagata fuit. Quod ex gratia ac voluntate diuina prouenisse dicimus, cum ipsi eius tabernaculum futura esset, ex cuius preciosissimo sanguine Christi Dei & hominis corpus formandum erat. Ideoque necesse fuit, vt esset omnium creaturarum perfectissima atque purissima. Cui opinioni idem etiam Augustinus dictis suis astipulatur, sic in libro de Hæresibus contra Manicheos in persona Christi, dicens, Si potuit inquinari mater mea, tum eam facerem, potuit inquinari ego, cum ex ea nascerer. Et in libro de Natura & gratia, Excepta (inquit) virgine Maria, de qua propter honorem Domini mei, cum de peccatis agitur, nullam prorsus volo fieri quæstionem. Et multis etiam aliis locis ipsam immaculatam, puritissimam, atque ab omni peccato immunem prædicat.

*Responsio ad argumentum Hogostrati.*

## CAPVT IX.

*Ad sextam Hogostrati obiectionem. Et quod merito passum Christi exhibende fuerit virgo gloriosa à peccato originali modo nobilissimo redempta.*

### HOGOSTRATVS.

VIRGO gloriosa fuit per Christi passionem redempta. Alioqui & ipsa tanto bono & priuata fuisset, & Christus vniuersalis redemptor non extitisset, quod valde inconueniens est. Ergo ipsius quoque virginis fuit redemptor & saluator. Quod ipsamet fatetur in cantico suo, dicens, Et exultauit spiritus meus in Deo saluatori meo. Sed redemtio seu saluatio præsupponit culpam. Non enim intelligi potest redempta & saluata, nisi ab aliqua culpa. Cum igitur ipsa actualem culpam nunquam habuerit, sequitur plane, quod ab originali redempta fuerit. Quare ipsam in peccato originali conceptam fuisse, consequens est. GAL. Ratio tua nulla est: cum æque redemtor ac saluator sit, qui hominem custodit, ne captiuus fiat, sicut is qui eum à captiuitate liberat. Quemadmodum ita medicus dicitur, qui homini regulam & ordinem dat, vt sanitatem conseruet, & ne in ægritudinem decidat, vti qui ægrotantem sanat. Quamobrem Auicenna medicinam definiuit esse scientiam, qua humani corporis dispositiones noscuntur, ex parte qua sanatur, vel ab eo infirmitas remouetur, & habita sanitas conseruatur, amissaque recuperatur. Eadem quoque ratione dicimus, ita redemtorem & saluatorem appellandum, qui prohibet ne quis in peccatum cadat, sicuti eum qui hominem à peccato tollendat. Ex his dicere possumus, geminam esse redemtionem, subleuatiuam & præseruatiuam. Præseruatiuamq; longe nobiliorem ac perfectiorem subleuatiua. Sicuti enim multo melius est, quempiam à vulnere præseruare, quam ei post acceptum vulnus remedium adhibere: ita longe nobilius ac perfectius est, aliquem à peccato, ne in ipsum cadat præseruare, quam illum postquam in illud cecidit, à peccato liberare. Quare nobilioris perfectiori modo redimitur, manuq; beneficium accipit, qui à peccato futuro immunis præseruatur, quam qui à peccato perpetrato eripitur. Multo igitur præstantior ac perfectior est redemtio præseruatiua, quam redemtio subleuatiua. Cæteri omnes homines redemtione subleuatiua à peccato redemti fuerunt. Virgo autem gloriosa sola ex viro & muliere, ppagatis, redemtione præseruatiua redempta est. Quomodo & Angeli boni ne cum Lucifero ruerent, à peccato redemti fuere, vt Ioannes Chrysostomus optime sentit. De ipsa autem virgine immaculata Anselmus in libro secundo, *Cur Deus homo*, cap. 10. Joquens, Indigait (inquit) beata virgo redemtione & Christi passione, non propter peccatum quod influerit, sed propter peccatum quod influsset, nisi ipsemet ex speciali priuilegio eam præseruasset. Hoc præterea & ipsa redemtionis humanæ perfectio necessario exigebat. Sunt enim tex ipsius redemtionis modi. Primus quidem est, cum quis à peccato actuali mortali, postquam in ipsum cecidit, redimitur. Et hoc modo peccatores qui in peccatum nuortale ceciderunt, per pœnitentiæ sacramentum redimuntur. Secundus vero modus est, cum quis ab ipso peccato mortali præseruatur. Et ho modo Apostoli redemti fuerunt: qui postquam Spiritum sanctum acceperunt, nunquam mortale peccatum admiserunt. Tertius autem modus est, cum quis peccato veniali commisso redimitur: quo modo iusti redimi solent, qui de lege communi ipsum veniale peccatum omino euitare nequeunt: cum iuxta sapientis dictum, Septies in die cadat iustus, & resurgat. Quod nonnisi de veniali peccato intelligi potest. Quartus quoque modus est,

*Duplex redemtio.*

*Medicina quid sit.*

*Sex redemtionis modi.*

cum quis ab ipso veniali peccato præseruatur: quo quidem modo Ioannes Baptista redemtus est: qui vt quibusdam placet, peccati venialis penitus expers fuit, ob id quod de eo Ecclesia canit, *Ne leui saltem maculare vitam fœmine posses.* Quintus præterea modus est, cum quis ab originali peccato contracto redimitur: quo modo paruuli baptizati per baptismi sacramentum redimuntur. Sextus demum modus est, cum quis ab ipso originali peccato illæsus præseruatur. Et hoc modo sola beatissima virgo ex naturali propagatione genitis, redemta est. Nisi igitur ipsa ab originali peccato meritò mortis filij sui præuisæ, omnino immunis præseruata esset, nec humanum genus perfectè redemtum fuisset, nec Christus ipse humani generis perfectus redemtor extitisset: cum illud omnibus modis quibus redimendum erat, non redemisset.

## CAPVT X.

*Ad septimam Hogostrati obiectionem. Et quod virgo gloriosa nunquam ægrotauerit, nec vnquam immundam passa fuit. Et quam ob rem obierit. Et quod mortua, statim resurrexit.*

## HOGOSTRATVS.

PECCATVM originale fuit mortis causa, iuxta dominicum illud Geneseos secundo capite dictum, Quacunque hora comederitis ex eo, morte morieminí. Sed beatissima virgo corporaliter mortua fuit, vt catholica tenet Ecclesia. Ergo peccati Adæ fuit particeps. Quare & in originali peccato ipsam conceptam fuisse, consequens est. Alioqui pœnam absque culpa minime habuisset: cum pœna sola sinos debeat tenere autores. GAL. Concedo quidem, mortem peccati fuisse effectum postquam Adam peccauit, in his qui in ipso peccauerunt, atque in peccatis nascuntur. Adam tamen ipse anteqtiam peccasset, in rerum æternarum contemplatione & fruitione versabatur. Et hæc erat arbor vitæ in paradiso sita secundum Talmudistas. Sed quia diuinorum contemplationem reliquit, vinisque mundanis atque concupiscentijs carnalibus adhæsit, in ægritudines & mortem incidit. Ideoque mortuus. Et hæc est arbor scientiæ boni & mali quæ mortis causa est, iuxta eorundem sententiam. Hinc est illud Geneseos secundo capite dictum, כי ביום אכלך ממנו מות תמות Hoc est, Quia quo die comederis ex eo morte morieris. Hoc autem ex homine composito ex quatuor elementis, à quibus quatuor procedunt humores, manifeste apparet. Vnde enim humana etsi multiplicia sint, in quatuor tamen genera diuiduntur. Quorum primum quidem in cibo & potu consistit. Secundum vero in coitu. Tertium autem in rerum gubernatione. Quartum denique in diuitiarum augmento. Ex cibo namque & potu certum est, quatuor generari humores, vnicuique peculiares, vt phlegmatico phlegma, cholerico cholera, melancholico melancholiam, & sanguineo sanguinem. Eadem quoque ratione venerem sectanti, cum voluerit libidinis appetitum explere, augetur calor. Et ti re optata fraudetur, melancholia multiplicatur. Et sic de reliquis humoribus dicendum est; quo fit, vt à complexione sua homo egrediatur, angeatq; vnum humorem super alium, qui propter excessum ægritudinem efficiunt. Fitq; exinde elementorum diuisio, ac animæ corporisq; separatio, quæ mors appellatur. Ex quo sequitur, quod Adam vitia sectatus, in infirmitates mortemq; incurrerit. Gloriosa autem virgo ac eius filius cum peccati Adæ handquaquam particeps fuerint, atque ab originali peccato penitus alieni extiterint, merito impassibiles & immortales esse debebãt. Sed quia ob redemtionem nostrã mors Christi & passio necessaria erat, cum sine ea parere humano generi diuina iustitia nollet: ideo Christus corpus passibile & mortale necessario habere debuit. Inte merata itidem virgo cum filium passibilem & mortalem genuisset, qui cum ea vna caro futurus erat, & ab impassibili & immortali passibile & mortale naturali ter procedere non posset, necessario mortalisque fuit. Quare tam mater quã filius mortui sunt. Verumtamen à malis & pœnis contingentibus propter Adæ pecca um, & non necessitus Christi passioni, ipsa beata virgo liberata fuit: cum ab initiali peccato omnino immunis esset: vt est cum dolore patere, quod Heuæ pro maledictione dictum fuit, menstruis fœdari, & infirmitatibus et peccato proucnientibus affici, quorum omnium virgo gloriosa penitus expers fuit. Et quia licet mors & passio Christi & intactæ virginis fuit ad humani generis redemtionem, vt dictum est: ita Christi resurrectio, non obstante quod necessaria esset ad catholicæ fidei confirmationem, necessario esse debebat, ex quo ab originali peccato corperis omnino erat. Pari quoque ratione virginis immaculata mox vt mortua est resurrexit, & vna cum filio in cœlum empyreum assumta, ac in regni cœlestis solio sublimata, atq; ad dexteram filij sedens, in anima simul & corpore gloriosissima regnat. Et propterea Psalmographus Psalmo vii. de resurrectione filij & matris loquens ait, קומה יהוה למנוחך אתה וארון עזך id est, Surge Dñe in requiem tuam, tu & arca fortitudinis tuę. Deipsa autem ad dexteram filij sessione atque corporis gloriã, idem Psalmo quadragesimo quinto inquit, נצבה שגל לימינך בכתם אופיר Hoc est, Astitit Regina ad dexteram tuam in diademate, vel vestitu aureo. Vbi per vestimentum autem gloria superna, atq; excellentissima corporis, quod animæ est indumentum, exprimitur. CAP. Etsi recte quidem dixeris, Virginem gloriosam nunquã menstrua passam fuisse, cum mundissima esse debuerit, vt de mundissima matre (sicut ait Augustinus) mundissimus nasceretur filius: hinc & Anselmus, Decuit inquit virginem ea puritate nitere, qua maior sub Deo nequit intelligi. Quamobrem non solum ab omni peccati labe puruissima esse debuit, verum etiam nec vlla alia immundicia ei attribui potuit. Ideirco cum ratio ipsa postuler, vt extra mulierum regulam de menstruo esset, eam menstruis nunquam fœdatam fuisse handquaquam dubito. Vellem tamen rationibus id probares. GAL. Vt fingulari igitur deuotioni tuæ, quato erga ipsam geris, satisfaciam, quod peris tripliei ratione probabo. Primo quidem, quia adeo proportionata, adeoqi bene complexionata fuit, vt menstruis omnino esset. Quamdoquidem Auicenna ac cæteri naturales scribant, menstruorum causam in muliere superfluitatem esse materiæ. Ideo natura vt huiusmodi superfluitatem expellat, mẽstruorum viam instituit. Gloriosa autem virgo cum ob optimam complexionem quam habebat, materiæ superfluitatem nullam in se habuerit, nec menstrua in ea locum habuerunt. Deinde vero, quia mulier cum menstrua patitur, ægrotat ac vndique dolet: omnes autem ægritudines cum ex peccato primorum parentum prouenient, ipsaque intemerata virgo eorum peccati particeps minime fuerit etc. sequitur plane, ipsam menstrua nunquam passam fuisse. Vnde nec legimus eam aliquando ægrotasse, aut aliquo dolore laborasse. Postremo, quia cum mulier menstruata dicatur polluta, iuxta illud Leuitici decimo octauo capite dictum, ואל אשה בנדת טמאתה לא תקרב Hoc est, Ad mulierem in pollutione menstruationis suæ ne accedas. Si igitur beatissimam virginem menstrua passam dicere mus, sequeretur tane, eam fuisse pollutam. Quod si esset, falsum prorsus esset Sapientis illud Cantici canticorum quarto capite, de ipsa in persona Dei dictum, Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. HOG. Si beatissima virgo ante filij passionem obuisset, dic mihi quonam anima eius profecta fuisset? Ad infernos ne, an in cœlestem paradisum? Si enim in cœlestem paradisum dixeris, id nequaquam esse potuisset, cum nondum portæ cœli paterent. Ad infernos ergo ipsam descensuram fuisse, te dicere oportebit tad infernum scilicet superiorem, quem nos limbum vocamus, quo sancti patres ante mortem Christi descendebant. Sed eo sancti patres nullam aliam ob causam proficiscebantur, nisi propter originale peccatum. Igitur & ipsa propter originale peccatum illuc profecta fuisset. Quare eam & in originali peccato conceptam fuisse, consequens est. GAL. Duas tibi do responsiones. Primum enim dico, Quod in neutrum locum accessisset, sed ad alium locum cœlorum sanctissimum. Deinde vero aio, propositionem tuam de eius obitu ante filij sui passionem, falsam penitus esse, cum eam ante passionem filij obiisse, impossibile fuerit. Quod triplici ratione probatur. Prima quidem est, quia ita à Deo præordinatum fuerit, vt passionem filij ipsa videret. Quare sine mortuæ non potuit. Secunda vero est, quia necesse erat, vt ipsa quoque ad remissionem peccati immitteret, cum omnia quæ in perpetrando Adæ peccatum interfuerant, eius relaxationi interesse debuerint. Quemadmodum igitur muliere mediante peccatum illud commissum fuit, ita etiam muliere mediante, remittendum erat: vt hinc mulier peccatrix mortem mundo tulit, ita mulier sanctissima & immaculata vitam afferret: iuxta illud D. Augustini, Auctrix perditi Heua, auctrix meriti Maria. Heua occidit, Maria vinificando profuit. Percussit illa, sanauit ista. Tertia demum est, Quia necesse fuit Deum ante tempus constitutum obiisse fa-



eit, nisi duabus ex causis: aut scilicet ob eius scelera, quibus mortem mereretur, aut propter eius bonitatẽ & virtutes, ne eas peccando perdat. Quum enim Deus scit quempiam in peccatum relapsurum, & ob id damnandum, pro sua misericordia nolens animam eius perdi facit eum tempore iustitiæ suæ obire. Cum igitur beatissima virgo fuerit ab omni prorsus peccatorum labe immunis, neque in peccatum labi potuerit, non potuisset ante tempus obire: cum à diuina iustitia nihil insisti procedere possit. Ex his igitur quę in præmissis capitibus dicta sunt, sole clarius patet, quod non obstantibus Hogostrati obiectionibus, opinio antiquorum Hebræorum de immaculatissima matris Messiæ conceptione, verissima atque catholica sit.

## CAPVT XI.

*Quod propter matrem Messiæ vocatus fuerit Israel populus Dei peculiaris.*

## CAPNIO.

SI ea quæ dixisti arbitror Israeliticum populũ propter amotẽ quem Deus ab ætemo erga matrem Messiæ habuit, populum Dei peculiarem nuncupatum fuisse. GAL. Optime quidem arbitraris. Tam ingens enim, tamque immensus fuit ab æterno Dei in matrem Messiæ amor, vt propter eam Israeliticum populum sibi peculiarem fecerit, eo quod ex ipso proditura esset. Quod apertissime Rabbi ille insinuauit, cuius tanta apud Hebræos est auctoritas, vt eum רבינו הקדוש *Rabbenu Haccados*, id est, Magistrum nostrum sanctum appellent. Is enim libro qui גלי רזיא *Gale razeia*, hoc est, Reuelator secretorum dicitur, ad Sextam Antonini Consulis petitionem, sic inter alia dixit: Quod petisti, Quam ob rem Israel populus Dei peculiaris dictus fuerit, dicam tibi quod scriptum reperi à Rabbi Simeone filio Iohai in libro qui מתקר הסודות *Mechkar hassodoth*, id est, Inuestigator arcanorum inscribitur, ita dicente, Cepit Rab Isaias sermonem & dixit, Veh tibi Moab, perdidisti populc Chamos, dedi filios eius in libertatem, & filias in captiuitatem. Veh illis, veh illis, qui vocati sunt patres totius orbis, & humani generis, ac insuper populus Dei peculiaris: Et post pauca; Videns, inquit, Deus ex Israel excidendam esse petram sine manibus, quæ est petra primaria, ex qua Messias futurus est, qui extendet misericordias suas super vniuersum orbem, propterea vocari voluit Israel patrem vniuersi orbis ac populum suum peculiarem. Hæc ille. Rabbi autem Nehumias filius Haccanæ באיגרת הסודות *Beigereth hassodoth*, id est, in epistola arcanorum, verba antedicta exponens sic ait, Hæc petra primaria est matẽr Regis Messiæ. Ad eorum igitur declarationem, dico, Doctorem illum antiquum nullam aliam ob causam sensisse, Israel dictum fuisse populum Dei peculiarem, nisi ob quandam eius proprietatem nobis occultam. Id autem propterea est, quod vnumquodque agens vno ex tribus

*Arbor vitæ quid.*

*Arbor scientiæ boni & mali quid.*

*Quadruplex humorum genus.*

modis in aliud agit, aut scilicet quantitate, aut qualitate, aut proprietate quadam sibi insita. Quod autem quantitate agit, est, exempli gratia, vt cibus, quem si supra modum quisptam capiat, incidit in stomachi dolorem, si vero minus debito sumat, deuenit in hecticam. Quod autem qualitate agit, est sicut ignis, qui calefacit, & nix, quæ frigefacit. Quorum alterum est caliditate calidum, alterum frigiditate frigidum. Caliditas autem & frigiditas qualitates sunt. Quod denique proprietate occulta agit, est veluti magnes, qui ferrum ad se trahit, & lapillus quem vulgo turchinam vocant, quem si gestauerit quispiam, deque sublimi loco ceciderit, si membra hangenda essent, lapillus quidem frangitur, gestans vero remanet illæsus. Aut tanquam amethystus, qui dum gestatur, prohibet ebrietatem. Aut vt cæteri lapilli, ac gemmæ proprietates varias habentes. De quibus si quis interroget, Cur eiusmodi operationes faciant, Ex eorum proprietate occulta eas prouenire gemmarij respondent. Huius autem rei rationem sibi ignotam esse aiunt. Ego vero dico, quod etsi hos huiusmodi proprietates lateant, Deo tamen notæ sunt, qui mundum e nihilo creauit, & vnicunque rei vim propriam indidit. Quare ipse optime scit, cur magnes ferrum trahat. Et sic de singulis. His igitur præmissis, quæramus à Iudæis, Qua harum operationum elegit Deus Israeliticum populum, vt esset ei præ cunctis gentibus populus electus, & peculiaris? Quantitate scilicet, an qualitate, an proprietate? Si quantitate dixerint, ob maximum scilicet eorum numerum, falsum omnino est, cum scriptum sit Deuter. 7. cap. Te elegit Dominus Deus tuus, vt sis ei populus peculiaris de cunctis populis, qui sunt super terram. Non quia cunctas gentes numero vincebatis, vobis iunctus est Dominus, & elegit vos, cum omnibus fitis pauciores. Si autem qualitate responderint, hoc est, propter sanctas eorum operationes: hoc itidem falsum est: cum etiam scriptum sit Deut. 9. cap. Neque enim propter iustitias tuas, & æquitatem cordis tui ingredieris vt possideas terras eorum. Eos igitur concedere oportet, nullam aliam ob causam, Israeliticum populum Deum elegisse, nisi propter proprietatem occultam, quę erat illis insita, q fuit immaculata mater Messiæ ex eis processura. Quemadmodum vet⁹ ille eorum Doctor asseruit, quem diximus רבינו הקדוש *Rabbenu Haccados*, id est Magistrum nostrum sanctum ab eis vocari.

## CAPVT XII.

*Quod mater Messiæ ex stirpe Regia Dauid, & tribu Iuda proditura erat. Vbi Matthæus & Lucas Christi genealogiam describentes, optime concordantur.*

## CAPNIO.

SI Deus totum Israeliticum populum propter Messiæ matrem sibi elegit, peculiaremque fecit, multo magis tribum illam atq; familiam, ex qua ipsa processura erat, sibi elegisse censendus est. Ex qua igitur tribu, ex quane familia eam prodituram fuisse, petisti Iudæorum asserebant; GAL. Ex tribu Iuda, & ex domo siue familia Dauid. Nam si Messiam ex tribu Iuda, & domo Dauid nasciturum fuisse, tam per factam scripturam, quam per Talmudicas deductiones ampliſſime patet, ipsique veteres Iudæorum Messiam ipsum ex muliere absque viro (vt in sequentibus abunde probabitur) generandum tradiderunt: sequitur tane, eos proculdubio matrem quoque eius ex tribu Iuda, & stirpe Davidica futuram fuisse, minime ignorasse. Et vt aliot omittam, quos ante ipsam esse contigit, antiquus ille eorum Doctor, quem ipsi רבינו הקדוש *Rabbenu Haccados*, id est Magistrum nostrum sanctum appellant, eo in libro quem גלי רזיא *Galle raziæ*, id est, Reuelatorem secretorum nuncupauit, ad tertiam Antonini Consulis vrbis Romæ petitionem respondens, ac ea referens, quæ inter cætera ab Elia apparente sibi in spelunca oranti, acceperat, sic ait, Quod autem petisti, cuius esset filia (mater scilicet Messiæ de qua loquebantur) ex quane tribu; animaduertere debes patrem eius duplex habituram nomen, vnum Eli, alterum Iehoiakim. Et Eli quidem, quod est nomen deriuatiuum, ostendit eum ad sublimem gradum ascensutum. Iehoiakim veto, quod est nomen compositum, significat Deum in manu ipsum suscitaturum saluationem Israelis maximam. Tribus autem Iuda descendit ex domo Zerubabelis filij Sealthiel. Sicut scriptum est Zachariæ quarto capite; Quis tu mons magne coram Zerubabel? in planum deducet pertam primatiam. Hac petra primatiæ est mater Regis Messiæ. Hæc *Rabbenu* ille *Haccados*. CAP. Etsi prisci quidam Iudæorum qui ante matrem Messiæ fuerunt, ipsam ex tribu Iuda & domo Dauid futuram prædixerint, vt ex his quæ nunc induxisti, apertę ostenditur: iuniores tamen eorum fatentur quidem, Messiam ex tribu Iuda, atque Davidica stirpe nasciturum (Quod consequenter nec de matre eius abnuere possent, si Messiam ipsum de virgine absque virili semine secundum eorum scripturas concipiendum, concedere vellent) sed glotiosam ipsam Mariam virginem nostri Messiæ matrem, ex tribu Iuda & Dauidica progenie oriundam fuisse, negant, cum id ex euangelio non constet. Si enim (inquiunt) Maria Christi vestri mater, ex tribu Iuda, ac Regia Davidis prosapia nata est, cur Euangelistæ Christi vestri genealogiam scribentes, de hoc non meminerunt? Nam neque Lucas quidem id refert, qui Christi vestri genealogiam à Ioseph vsque ad Adam deducit, neque Matthæus hoc attestatur, qui ipsam ab Abraham vsque ad Ioseph deducens, hic tandem ait, Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. Quare vnum de duobus vos concedere oportet, Aut Christum vestrum patrem habuisse Ioseph, aut ipsum non fuisse ex tribu Iuda, & Davidica stirpe progenitum. Quocirca vt mutā fiant eorum labia dolosa, velim per aliorum scripturas probares, Mariam virginem, ex Davidica progenie, per lineam rectam descen-



disse. GAL. Impia Iudæorum calliditas vtrimq; ad oppugnandam veritatem calumnias inuenit. Sed frustra certe laborant, cum lux ipsa veritatis in tenebris latere nequeat. Quidam itaq; ex nostris volentes difficultatē hanc auferre, aiunt Mariam & Ioseph ex eadem fuisse tribu: vnde Ioseph eam ex lege ducere cogebatur. Ideo autem generationis Christi ordinem ad Ioseph vsque deduci dicunt, quia mos non est scripturarum, vt generationis series per fœminas texatur. Sed hi quidem verum aiunt, difficultatem tamen quam nobis Iudei faciunt, minime tollunt. Non enim probant Mariam ipsam beatissimam ex tribu Iuda, & domo Dauid descendisse, nec per consequens eam & Ioseph ex vna tribu fuisse. Idcirco nonnulli alij id probare volentes, dicunt, quod Leui, qui (vt refert Lucas) ex carena Nathan filij Dauid, per rectam lineam descendit, genuit Melchi, & Panthera. Panther autem Barpanthera, sic appellatum. Barpanther autem Iehoiakim. Iehoiakim vero ipsam Dei genitricem. Sed hi profecto & veritate longe discedunt, & obiectionem nobis ab Iudęis factam nullatenus soluunt: cum vetum minime sit (pace eorum dixerim) Leui genuisse Melchi & Panthera. Imo Melchi genuit ipsum Leui, vt ex Luca satis euidenter apparet, qui Christi generationem ex filiis ad patres prosecutus, ita ait, Et ipse Iesus incipiebat esse quasi annorum triginta, vt putabatur filius Ioseph, qui fuit Eli, qui fuit Mathan, qui fuit Leui, qui fuit Melchi. Ex quo manifestę patet Melchi non fuisse filium Leui, vt isti asserunt, sed patrem. Quod si esset, vt aiunt, neq; tamen sic esse, per euangelium, aut per scripturas apud Iudæos authenticas probant. Quo fit, vt eorum argumento nequaquam satisfaciant. Quid ergo nos dicemus? Dicam in hoc ipse quicquid sentiam, saluo tamen meliori iudicio, & sacrosanctæ Ecclesiæ determinatione, cui me semper in omnibus submitto. Dauid itaq; duos inter cæteros legimus habuisse filios, Selomonem scilicet & Nathan. Per lineam autem Selomonis descendit Ioseph, virginis gloriolæ sponsus. Per lineam vero Nathan, descendit ipsa beatissima virgo rei Messiæ mater. Matthæus igitur per Selomonis lineam, ipsius Ioseph genealogiam descendendo describit. Lucas vero per lineam Nathan, Dei genitricis progeniem ascendendo exprimit. Quod ex Zachariæ prophetia maxime insinuatur, qui cum vidisset in spiritu beatissimam virginem ex Zerubabele Sealthielis filio prodituram, ex qua Messias nasciturus erat, ita quarto capite dixit, מי אתה הר הגדול לפני זרבבל למישור והוציא את האבן הראשה תשואות חן חן לה Hoc est, Quis tu mons magne coră Zerubabel in planum. Et educet pertam primatiam, & ponet gratiam gratię ei. Vbi per pertam primatiam, virginem intemeratam intellexit, ex qua Messias proceſsurus erat, vt Rabbenu Haccados paulo superius exposuit. Propterea Rabbi Ionathas Vzielis filius, verba hęc Zachariæ, Et deducet pertam primatiam, ita Chaldaice exponit, ומינה אבנא ישוק משיחא ותשויה יהי לעלמא Id est, Et ex ipsa petra procedet Messias, cuius nomen est æternū. Quod cum illo Euangelistæ conuenit, in principio erat verbum. Quare autem virgo glotiosa, petra primaria dicatur, in præcedentibus dictum est. Notandum est autem, quod hic Zerubabel est ille de quo scribit Lucas, texendo eiusdem virginis genealogiam per lineam Nathan, non autem ille de quo Matthæus meminit, Ipsius Ioseph genealogiam per Selomonis lineam describens. Cum duo fuerint Zerubabeles, duoque Sealthieles, eorundem Zerubabelem patres. Quod ex eo potissimum patet, quod Zerubabel ille, de quo Matthæus scribit, duabus generationibus post transmigrationem Babylonis natus sit. Ait enim sic, Iosias autem genuit Iechoniam & fratres eius in transmigratione Babylonis. Iechonias autem genuit Sealthiel. Sealthiel autem genuit Zerubabel. Sed Zerubabel de quo meminerunt Zacharias & Lucas, ante transmigrationē Babylonis est. Quod ex verbis Haggæi manifeste videri potest, ita capite secundo dicentis, Factum est verbum Domini in manu Haggæi prophetæ, dicens, Loquere ad Zerubabel filium Sealthiel, Ducem Iuda, & ad Iehoſuam filium Iehosadee, Sacerdotem magnum, & ad reliquos populi, dicens, Quis ex vobis reſtet derelict⁹, qui viderit domum istam in gloria sua prima? Ex quibus videtur, Zerubabel hunc domum Dei in suo primo ædificio vidisse, & consequenter ante transmigrationem ipsam Babylonis natum fuisse. Præterea, prophetia ipsius Zerubabelis fuit in ipsa transmigratione, imo ipse populum eduxit ex eadem transmigratione, vt apud Ezram secundo capite habetur. Ex his igitur palam ostensum est, alium fuisse Zerubabelem, de quo Zacharias & Lucas scripserunt, & alium de quo Matthæus meminit. Idcirco in genealogia quam Matthæus describit, à Zerubabele vsque ad Ioseph vndecim tantummodo generationes ponuntur. In illa vero de qua Lucas agit, à Ioseph vsque ad Zerubabelem multo plures inueniuntur, propter maius temporis curriculum, quod intercessit. Ex quibus omnibus plane colligitur, gloriosam virginem Mariam nostri Saluatoris matrem, ex tribu Iuda & Regia Dauidis prosapia extitisse, atque per lineam rectam Nathan filij Dauid, quam Lucas optime describit, prodiisse. Si quis autem cōtra id quod diximus obiciat, quod in serie eiusdem genealogiæ nulla de sancto Iehoiakim ipsius virginis patre fiat mentio: dico ipsum Eli fuisse Iehoiakim, qui ascendendo primus in ordine ponitur. Nam apud Syros Iehoiakim, Eli, & Eliakim idem fuit, vt scribit Philo Iudæus. Vnde pater matris Messiæ Eli & Iehoiakim vocatus est, vti & antea Rabbenu Haccados ex reuelatione Eliæ prædixerat, sicuti in præmissis patuit. Et postmodum R. Haccanas R. Nehuntiæ filius, optime testatus est, in epistola quam ad cognitionem generationis Messiæ scripsit, dicens, Erat quædam puella in Bethlehem Iuda nomine Maria, filia Iehoiakim Eli de genere Zerubabelis filij Sealthielis, ex tribu Iuda. Euangelista igitur proprium eius nomen accepit, quod fuit Eli. Sancta vero Ecclesia nomen eius vulgare, quod fuit Iehoiakim. Neque tamen abs re: cum Iehoiakim (vt in præcedentibus dictum est) Deus etiam, vel suscitat, vel confirmat, interpretetur, & Deus ipse ex eius filia incarnat⁹, humanum genus quod per peccatum ceciderat, ac morti æternæ condemna-

tum fuerat, ad gratiam & gloriam erecturus, atq; A
suscitaturus esset. Eli autem à verbo עלה *ala*, quod
ascendere significat, deriuatur, eo quod humanum genus per eius filium ad supremum gradum
*Quæstio.* ascensionum fuerit. CAP. Si ergo Ioseph non fuit
eius filius, sed ipsius Iacob, vt in eius genealogia
Matthæus refert, quamobrem Lucas ipsum Io-
*Responsio quorūdam nostrorum.* seph filium eius nuncupat, dicens, Qui fuit Eli, scilicet filius? GAL. Quidam ex nostris dicunt,
Quod Iacob & Eli fratres fuerunt, mortuoq; Eli
absque liberis, Iacob frater eius, vt semen ac no- B
men ipsius suscitaret (vti lex precipiebat) eius vxo-
rē duxit, ex qua ipsum Ioseph genuit. Eamobrem
alterum secundum naturam, alterum secundum
legem ei patrem fuisse, aiunt. Sed vt verum fateat
*Responsio nis prædi ctæ confutatio.* nimium falluntur. Tum quia vt maxime Iacob &
Eli ex eadem tribu fuerint, atq; Dauidica ex stir-
pe prodierint, fratres tamen esse non potuerunt:
cum alter per lineam Selomonis, alter per lineam
Nathan descenderit: quare & valde distantes e- C
rant. Tum etiam, quia cum quis fratris defuncti
ducebat vxorem, filio quem ex illa suscipiebat,
nomen fratris defuncti imponebat, iuxta præcō-
stitutionem: vt & semen & nomen fratri
suo suscitaret, cum lex vtrumque suscitari iube-
ret. Quare si Iacob (vt aiunt) vxorem fratris sui Eli
defuncti accepit, ipsi Ioseph, non Ioseph, sed Eli
*Galatini responsio.* sicuti defunctus appellatus fuerat, nomen impo-
suisset. Dico igitur saluo meliori iudicio, Quod
quia coniuges per verum matrimonium efficie- D
bantur vna caro, iuxta illud Genes. Erunt duo in
carne vna: ideo pater vnius coniugis, pater alte-
rius recte dicebatur. Quod etiam in *Bereschith rabba*
confirmatur, super illud Gen. 37. c. dictum, ויקומו
כל בניו וכל בנותיו לנחמו Hoc est, Et surrexerunt
omnes filij eius, & filiæ eius ad consolandum
eum, scilicet Iacob. Sic enim ibi dicitur, Omnes
filiæ eius cur dictum est, cum Iacob vnam tan-
tum haberet filiam, scilicet Dinam? Quia non
est prohibitum homini, vocare generum filium
suum. & nurum filiam suam. Et quamuis inter
beatissimam virginem & Ioseph carnalis non in- E
tercesserit copula, inter eos tamen verum fuit ma-
trimonium, quare & veri coniuges fuerunt. Quod
Angelus restatus est, dum apud Matthæum pri-
mo capite dixit, Ioseph fili Dauid, noli timere ac-
cipere Mariam coniugem tuam. Quod enim in
ea natum est, de Spiritu sancto est. Eam ob rem,
non inepte Ioseph dici potuit filius Eli siue Ie-
hoiakim, qui suę matrę coniugis pater fuit. Quia
igitur mos non erat (scripturarum per mulieres F
genealogias texere: idcirco Lucas in genealogia
gloriosæ virginis loco ipsius virginis, ipsum Io-
seph posuit, eumque filium Eli, hoc est Iehoia-
kim, nuncupauit.

## CAPVT XIII.

*Quod mater Messiæ Maria vxori debebat.*

### CAPNIO.

Dic obsecro, sciuerunt ne veteres Iu-
daeorum, qui matrem Messiæ antece-
derunt, quo nomine ipsa vocanda es-

set? Nam si nomen patris eius (vt in præmissis o-
stenditi) quosdam eorum minime latuit, neque
nomen ipsius eos latuisse putandum est. GAL.
Ita prorsus. Quidam enim prisci eorum (mirabile
dictu) nec nomen quidem ipsum quo mater Mes-
siæ vocanda erat, ignotauerunt. Ipsam namque
Mariam appellandam esse, prædixerunt. E qui-
bus vnus ille extitit, qui rantæ apud eos auctori-
tatis est, vt eum רבינו הקדוש *Rabbenu Haccados*,
id est, Magistrum nostrum sanctum vocent.
Hic enim in tertia p. tr. sue ei° libri qui גלי רזייא
*Galeterzeia*, id est, Reuelator arcanorum dicitur,
inquisitioni Antonini consulis vrbis Romæ sa-
tisfacere volens, qui ipsum m. r cætera de nomi-
ne matris Messiæ interrogaret, sic respondit,
prout sibi in spelunca duplici otanti Elias reue-
lauerat; Quod autem interrogasti, quo nomi-
ne prophetissa vocetur, Maria est nomen eius.
Ideoque Isaias cecinit 9. capite dicens, ילד ילד
לנו בן נתן לנו Hoc est, Quia infans natus est no-
bis, & filius datus est nobis. Et infra, למרבה
המשרה id est, Ad multiplicandum imperium,
vel primi patum, siue. Vt multiplicetur imperium
vel principatus. Quæ verba significant Messiam
à Deo generandum esse, qui multiplicabit impe-
rium, quia est Dominus totius orbis. Nascetur ip-
ex Maria Domina Et hoc est quod dicit, למרבה
המשרה *lemarbe hamisra*, id est, Ad multiplicas-
dum imperium. Ab his enim dictionibus oritur
מרים שרה *Miriam sara*, id est, Maria Domina,
hoc modo: Si accipias ל *lamed*, מ *mem*, & רבה,
constituent primam particulam *lemarbe*, hoc est
למר *lemar*. Si autem acceperis ה *he* ex *lemarbe*, &
ה *he* huius dictionis המשרה *hamisra*: quarum
singularum numerus est quinque, & ambæ de-
cem conficiunt, significant י *iod* huius dictionis
מרים *Miriam*. Additio autem מ *mem* huius dictio-
nis *hamisra*, Ecce tibi מרים *Miriam*, id est Maria.
Ex dictione autem המשרה *hamisra*, restat שרה
*sara*, id est Domina, quæ tribus literis scribitur.
Ecce tibi ex *lemarbe hamisra*, quod idem est quod
Ad multiplicandum imperium, siue principa-
tum. למרים שרה *lemiriam Sara*, id est Mariæ Do-
minæ. Vt nobis innotescat, hanc Mariam esse
Dominam & superiorem vniuersi, ac cœlorum
Reginam. Dixit ei Antoninus, Quare igitur di-
uisa est י *iod* in duo ה *he*? Et cur in scriptura est ב
*beth*, in medio nominis מרים *Miriam*, id est Ma-
ria? Quidue significat מ *mem* clausa huius dictio-
nis למרבה *lemarbe*, quæ iure optimo aperta esse
debebat, quandoquidem in medio dictionis
constituitur? Respondit ille, Diuisa est *iod* in
duo *he*, vt nobis secreta admirabilia panderet.
Quemadmodum enim *he* ex *daleth* & *vau* com-
ponitur in hac figura ה, ita Rex Messias compo-
nitur ex diuinitate & humanitate. Et sicut hæ
duo *he*, sunt duo *daleth*, ex quibus procedunt
duo *vau*, tanquam duo filij, qui ab ipsis ornan-
tur, hoc modo הה: ita in substantia Regis Mes-
siæ inueniuntur duæ filiationes: quarum vna
est diuinitatis, qua Dei Filius est: altera huma- G
nitatis, qua erit filius huius prophetissæ. Et
sicut harum literarum *daleth* & *vau* quæ con-
ciunt *he*, vnaquæque est ab inuicem distincta
quantum



quantum sit vna litera, sic enim scribitur ה: ita
in Messia substantia diuinitatis & substantia hu-
manitatis, quæ simul vnitæ sunt, sunt vnus Mes-
sias. Quod autem *beth* huius dictionis למרבה *le-*
*marbe* positum sit in medio nominis מרים id est
Maria, ostendit huius prophetissę mentem & co-
gitationem omnem esse, vt suam virginitatē con-
seruet. Erit enim virgo mente & actu, Quoniam
*Beth* בתולה *bethula*, id est virgo significatur.
Mem vero clausa huius dictionis למרבה *lemarbe*,
quæ numerum 677. importat, ostendit quod ab B
hora qua prophetatum fuit, Ecce virgo conci-
piet, vsque ad Messiæ natiuitatem, 677. ad vn-
quem anni præteribunt. Hæc omnia ad verbum
ille eorum Doctor, quem ipsi Magistrū nostrum
sanctum vocant. Ex quibus maxima arcana ae
sanctæ nostræ fidei consentanea, sacramq; theo-
logiam redolentia, longe ante Christum natum
reuelata, colligantur.

## CAPVT XIV.

*Quod mater Messiæ virgo futura erat. Et de omnimoda eius virginitate, videlicet ante partum, in in partu, & post partum.*

### CAPNIO.

*De Beatæ Virginis.*

QVoniam per *mem* clausam, in
medio dictionis *lemarbe* scriptam,
non solum determinatus sexcen- D
torum annorum numerus (vt in
præcedenti capite Rabbenu Hac-
cados tradidit) insinuatur, qui ab eo tempore quo
prophetia illa prolata est, ad Messiæ vsq; nativi-
tatem defluxuri erant, verum etiam matris Mes-
siæ omnimoda virginitas significatur: in hoc enim
quod in medio eiusdem dictionis למרבה *lemar-*
*be*, in qua matris Messiæ nomen (vt ꝓbasti) osten-
ditur, *mem* clausa præter morem poniur: palam
innuitur, Messiam præter naturæ morem de Ma- E
tia virgine fuisse nasciturum: idcirco ad perfidiam
kimonim Iudæorum magis conuincendam, rem
non inuisam facies, si matrem Messiæ virginem
futuram fuisse, per eorum scripturas ostenderis.
GAL. Virginem futuram fuisse Messiæ matrem,
Iudaica impietas minime negare potest. Hoc
enim & per legem, & per prophetarum oracula,
& per veterum Talmudistarum testimonia, pas-
sim atq; clarissime demonstratur. Et primum qui-
dem Leui 12. cap. id plane habetur, cum sic dici-
tur, אשה כי תזריע וילדה זכר וטמאה Hoc est, Mu-
lier quæ fuscepetit semen, & peperierit masculum,
& immunda erit. Cum itaque naturaliter nulla
mulier sine semine parere possit: textꝰ autē dicat,
Mulier quę fuscepetit semen, & peperierit mascu-
lum: fatendum profecto, Quod quandoqi mulier
aliqua sine fuscepto virili semine, paritura esset
masculum, atque ab omni macula munda futura.
Hæc autem alia futura non erat, nisi mater Mes-
siæ. De qua postea prophetæ apertius locuti sunt. F
Nam Isaias quidem sic de ea 7. cap. ait, ויוסף יהוה
דבר אל אחז לאמר: שאל לך אות מעם יהוה
אלהיך העמק שאלה או הגבה למעלה ואמר אחז
לא אשאל ולא אנסה את יהוה: ויאמר שמעו

Messias. De quo dictum est Psalmo secundo אני
היום ילדתיך Hoc est, Ego hodie genui te. Et de eo
quoqꝰ Isaias ait 62. cap. למען ציון לא אחשה
ולמען ירושלם לא אשקוט עד יצא כנגה צדקה

ישועתה כלפיד יבער id est, Propter Sion non tacebo, & propter Ierusalem non silebo, donec egrediatur vt splendor iustus eius, & saluatio eius ardeat vt facula. Et hoc est quod scriptura dicit Iudicum 5. cap. יבחר אלהים חדשים או לחם שעריט Hoc est, Eligeret Deus nouitates vel nouos, & tunc expugnabit portas. Hactenus traditio. Ex qua propositum satis aperte patet. Portæ autem quas Messias debellare debebat, erat limbus parrum, qui vt in præcedenti libro diximus, infernus superior, ac porta inferni inter cætera eius nomina, apud Hebræos vocabatur. Id ipsum quoque in מסכת יומא *Massecheth ioma*, id est in libro dierum, hoc modo legitur: Dixit Elias ad Rabbi Iudam, Dixillis quamobrem non veniet Messias. Et ecce in hoc tempore dies propitiationis est, & consuprarat quot virgines in נהר דעה *Nehardaa*, id est in flumine scientiæ? Ex hac traditione manifeste datur intelligi, quod causa quare Messias non magis acceleraut aduentus sui tempus, fuit conscientiarum virginum Iudaicarum corruptio. Quæ omnes fere vel per coniuges, vel per alios defloratæ cupiebant. Sola ergo Maria virgo beatissima, quæ sola inter cæteras omnes se virginitatem perpetuo seruaturam proposuit, Messiam concipere meruit. Quod ex eo maxime notatur, quod sicillam Angelo respondisse leginus Lucæ primo cap. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Hebræa siquidem ipsa existens, Non cognosco, pro non cognoscam dixit, more vtique Hebræorum, qui vna eademque voce, & præsens & futurum tempus sæpe designant. Ezechiel quoque hanc matris Messiæ virginitatem optime insinuauit, cum capite 44. hæc protulit, וישב אותי דרך שער המקדש החיצון הפונה קדים והוא סגור: ויאמר אלי יהוה השער הזה סגור יהיה לא יפתח ואיש לא יבא בו כי יהוה אלהי ישראל בא בו והיה סגור Id est, Et conuertit me ad viam portæ sanctuarij eximi, quæ respicit orientem. Et ipsa clausa erat. Et dixit Deus ad me, Porta hæc clausa erit, non aperietur, & vir non veniet in eam, vel non tranlibit per eam. Quoniam Dominus Deus Israel venit, vel ingressus est per eam. Et erit clausa. Et hic est finis פסוק *pasuc*, id est versiculi apud Hebræos. Vbi in eo quod dicitur ter clausa porta hæc, quæ matrem Messiæ virginem significabat, designatur, ipsam virginem ante partum, in partu, & post partum futuram fuisse. Hanc omnimodam matris Messiæ veri Dei & hominis virginitatem clarius expressit Rabbi ille Simeon ben Iohai in commentariis libri Geneseos remotiore Ierosolymorum lingua conscriptis (siquidem ipse eorum autor fuisse creditur) dum exponens illud primo capite eiusdem libri dictum, Faciamus hominem ad imaginem nostram, tanquam similitudinem nostram, hæc inter cætera dicit, חומא בחומא אשתמודע מרצונא: תא חזי מה כתיב עתיקא לזעיר אפין דא אבי החומא חיין כנוקבא חיין דתיין. דא חומא הוא פרישא דיבחינשיבחומא לזעיר אפין וכריעת סליחה נחת רוחא דרוחא דנפיק מהא מאינון נוקבין חד רוחא נפיק לזעיר יומין לאתעד בגוותא דעדן וחד רוחא דחיי דכיר זמנין בומנא דבריה דיוד למנדע חכמתא ומהרוא נוקבא אחרנא ונפיק רוחא סתימאה חסין לשרא. על סלנא

A משיחא דכתיב ונחת עליו רוח יהוה רוח חכמה ובינה רוח עצה וגבורה רוח דעת ויראת יהוה הריחו ארבעה ריחוחיו הוא אמרין חלתי רבי יוסי אפר ביומוי דסלא משיחא לא ייפרון הד לחד אוליף חכפתא ד'ה דחכי פתים ולא יאפרו עוד איש את אחיו ונומר מיטולם ידעו אותי מקטנם ועד גדולם: ובההוא זמנא יתפר עתיק יומין רוחא דנפיק מן סותא סתימאה ובדשליף ודא כל רוחין דלהתא יתערון B עמיה id est, Vultus per vultum, vel facies per faciem manifestabitur. Et ita factum est. Vbi vel-quia qui habitus est, humanam naturam desiguat, quam ros diuinitatis assumsit. Terra vero hæc est virginis vterus, humano semine non perfusus. Quod vero posilea dicit, quod solum vellus secum sit, & tota terra rorem habens, significat, quod habitus Christi non sit infusus: tota autem terra virginei corporis Spiritus sancti gratia fuerit imbuta. In virga etiam Aharon significata est materia Dei virginitas & integritas: quæ absq; vllo extrinsec humore sola Dei virtute floruit, fronduit, ac fructum fecit. tam sanis quam egris dulcem patiter & vilem. Sic enim de ea Num. 17. ca. legitur, ותצא פרח ותצא נצה ויצא פרחים ויבשקדים: Hoc est. Et ecce flotuit virga Aharon, emisit Leui, & produxit florem, atq; germinauit germen, & perfecit amygdalam. Nec nobis obstat, quod hic dicitur virga m Aharon floruisse tantum Leui. Quia non solum de tribu Iuda, sed de tribu quoq; Leui, ac etiam de gentibus nasciturus erat Messias. Contra igitur vniuersa naturæ iura, virga Aharon produxit, quod nec semine suggen poruit, nec radice. Virga igitur valuit contra naturam nuces producere. Et virgo Dei mater non potuerit præter naturam ex iussu Dei Filium generare: Dicant nobis Iudæi incredduli, quonam pacto arida virga floruit, & fronduit, atq; amygdalas protulit. Et nos dicemus eis, quomodo virgo Dei Filium concepit & peperit. Si nec Iudæi nobis virgæ concepium explicare poterunt, nec nos eis virginis partum. Cum ipsi præterea credant, Heuam de corpore Adæ fuisse formatam, anne enim hoc voluntatis diuinæ mirac ulo accidisse per eundem etiam modum respondendum C eis de Messiæ conceptione, ac natiuitate ex virgine. Cum diuina voluntas naturæ cuiusli, aut ordine minime indigeat.

## CAPVT XV.

*Opprobrium recentiorum Iudæorum, matris Messiæ virginitatem impugnantium, confutatio.*

## CAPNIO.

QVAMVIS hæc ita sint, Iudæi tamen nostri temporis matris Messiæ virginitatem impugnare cupientes, minime signo illo de virgineo cõceptu & partu, ab Isaia dato, neq; per te inducto, multitudinem contradicere non desistant, impossibile existimantes, virginem concipere, ac filium parere. Quare asserunt hæc Isaiæ verba, cum dixit, *Ecce* concipiet & pariet filium, non de matre Messiæ intelligi debere, sicuti pulcherrimum expositum est, & fides Catholica de gloriosa Matria illa eadem verba prædicta esse fatetur. Quocirca plura contra nos in hoc



A facere solent argumẽta. Quibus, vt obmutescant, eorum in matrem Messiæ latratus, re per eorum scripturas respondere cupio. Primum itaq; sic argumentantur. Signum hoc (inquiunt) quod prophera dedit, liberationis futuræ Regis Achaz a duobus Regibus, qui contra eum venerant, signũ fuit. Christus autem vester post Achaz vitra annos quingentos, natus est. Signum igitur hoc conceptionis eius ex virgine esse non potuit. GAL. Facile nobis erit huic argumento respondere, si prius B pro veritatis propheticæ intellectu, historiã summatim notauerimus. Tepestate igitur qua Achaz in Iudæa regnabat, cum reges potentes duo, Syriæ scilicet & Israel Ierololymã copioso exercitu obsedissent, vt scribitur apud Isaiam 7. cap. & 4. Reg. 16. tunc misit Dominus Deus Isaiam ad Achaz, vt eum moneret, ne ab illotum Regum exercitu metueret. Ipse autem vt prauus & incredulus (erat enim idolorum cultor) prophetæ verbis credere noluit. Quam ob rem propheta eum monuit, vt C ex quo ei non credebat, peteret sibi aliquod suæ liberationis signum, dicens, Pete tibi signum, vel miraculum à Domino Deo tuo. Profunda petitione & exalta eam sursum. Hoc est, Pete signum tuæ liberationis fieri, siue ex inferni profundo per alicuius mortui resuscitationem, siue de cœlo per solis stationem, sicut tempore Iehosue factum est. Ille autem cum impius esset, nolẽs à Deo signum peter, excusationem protulit, Quod hoc esset Deum tentare. Vnde ait, Non petam, & non tentabo. Cum igitur Isaias cognouisset, quod nõ bona fide Achaz hoc dixerat, sed potius quia Deum minime timeret, ipsum huiusmodi signo indigni iudicans signum et dare noluit, sed illud domui Dauid dedit, dicens, Audite ergo domus Dauid. Numquid parum est vobis vexare homines, quod vexetis etiam Deum meum? Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet, & pariet filium & vocabit ipsa nomen eius Emmanuel. Ex his patet, signum de virginis conceptu, & partu non fuisse datum ipsi Achaz, sed domui Dauid; ex cuius semine Messias secundum carnẽ nasciturus erat. Negandum igitur est, quod in argumento dicitur, hoc signum scilicet ipsi Achaz fuisse datum. Ad illud autem quod dicitur, Quod cum Christus post Achaz per annos vitra quingentos natus sit, conceptio eius ex virgine signum liberationis prædictæ à duobus illis Regibus esse non potuit: dicimus duplex in sacra Scriptura reperiri signum. Vnum prognosticum, alterum rememorationis. Prognosticum quidem signum est respectu futuri eucntus. Cuiusmodi fuit illud, quod (vt dicitur Iudicum 6. cap.) Gedeoni in vellere futuræ victoriæ indicatium datum fuit. Rementoratiuum vero respectu præteriti. Cuiusmodi illud extirit, quod Mosi Dominus dedit Exod. 3. ca. dicens, אנכי אלהיך בהוציאך את העם ממצרים תעבדון את האלהים אל ההר הזה Hoc est, Et hoc erit tibi signum, quod misserim te. Cum eduxeris populum meum de Ægypto immolabis super montem istum, gratias scilicet agens mihi de missione hac quæ tibi imposittus. Signum igitur de virginis conceptu & partu rememoratiuum fuit, nõ prognosticum. Nec obstat magna temporis diuisio

*Primum Iudæorum argumentum.*

*Solutio.*

*Signum duplex prognosticum & rememoratiuum.*

tia, cum ita signum rememorationum in magna distantia præstitum respiciat, sicut & prognosticum respicit futurum: decuit certe signum hoc in magna distantia dari vt Achaz qui verbo prophetæ incredulus fuit, ita signum illud à seipso longinquum haberet, sicut nec ipse mente ercdebat. Illi tamen qui ab eo descensuri erant, tandem illud videre debebant. Ideo signum hoc non ei, sed domui Dauid datum fuit. CAP. Deinde obiicit. Quod vbi editio nostra, Ecce virgo, dicit: Hebraica litera, Ecce העלמה *haalma* ponit. *Alma* autem apud eos non virginem, sed adolescentulam significare dicunt, quæ tam de virgine quam de corrupta dicitur. Prophetam igitur non de virginis, sed adolescentulæ conceptu & partu locutum fuisse, aiunt. Nam si de virginis conceptu locutus esset, non Ecce *alma*, id est, adolescentula, sed Ecce בתולה *bethula*, quod idem est quod virgo, dixisset. GAL. Tria sunt apud Hebræos (vt nolli) vocabula, idem fere significantia: videlicet נערת *Naara*, בתולה *bethula*, עלמה *alma*. *Naara* enim solum ætatis respectum habens puellam siue adolescentulam significat, tam virginē quam corruptam. *Bethula* vero ad virginitatem duntaxat respectum habens, virginem significat, siue adolescentula sit, siue anus. *Alma* autem ad vtrumque respectum habens, ad adolescentiam scilicet & ad virginitatem, & adolescentulam & virginem designat. Quapropter mulier sine iuuencula sit, siue annosa, quamdiu virgo est, *bethula* appellari potest. Quamdiu autem iuuencula est, siue virgo siue corrupta sit, *naara* nuncupatur. *Alma* autem nulla vocari potest, nisi & iuuencula sit, & virgo intacta. Quod ipsa quoque vocabuli interpretatio aperte indicat. Detiuatur enim עלמות *alma*, à verbo עלם *alam*, quod abscondere, siue celare significat, vt dicit Rabbi Kimhi in libro *Seosfim*. Sicut est illud Psalm 90 dictum, שת עלומינו לנגדך עלמנו למאור פניך id est, Posuisti iniquitates nostras coram te, abscondita nostra ad lumen vultus tui. Et rursus Psal. 44 הוא יודע תעלמות לב Hoc est, ipse cognouit absconduta cordis. Et apud Iob 28. cap. ותעלמה יוציא אור id est, Et abscondita producit in lucem. Item Genes. 24. cap. העלמה לשאב היצאת Hoc est, *Alma* egrediens ad hauriendum. Hæc omnia (inquit Rabbi Kimhi) abscōsionem & celationem significant. Quamobrem *alma* apud eos adolescentulam aspectibus hominum abscōditam, celatam & occultam, atque omnino intactam significat, de cuius pudicitia atque integritate nullum sit dubium, maxime cum ei proponitur articulus, qui apud Hebræos est hæc litera ה *he*, quæ dictionem determinate significare facit, & sæpe additur his quæ vel nota sunt, vel de quibus ptius facta est mentio. Nec in tota scriptura sacra inuenitur dictio הָעַלְמָה *haalma* cum litera *he* scripta, siue articulata, nisi in tribus locis. Et primum quidem Genes. 24. cap. cum de Rebecca dicitur, הִנֵּה אֲנֹכִי נִצָּב עַל עֵין הַמָּיִם וְהָיָה הָעַלְמָה הַיֹּצֵאת לִשְׁאֹב אֲשֶׁר אֹמַר אֵלֶיהָ הַשְׁקִינִי נָא מְעַט מַיִם מִכַּדֵּךְ Iuxta fontem aquæ, & erit *haalma*, id est, virgo egrediens ad hauriendum, & dicam ei, Pota me quæso modico aquæ de hydria tua. Quæ dum *alma* vocata est, virgo erat atq; intacta, vt patet per

*Secundum Iudæorum argumentum.*

*Solutio.*

A textum, qui ibidem sic de ea dicit, וְהָאִישׁ לֹא יְדָעָהּ Hoc est, Virgo, & vir non cognouerat eam. Deinde reperitur Exod 2. cap. cum de Maria sorore Mosis ita scribitur, וַתֵּלֶךְ הָעַלְמָה וַתִּקְרָא אֶת אֵם הַיֶּלֶד id est, Et perrexit *haalma*, id est, virgo, & vocauit matrem ipsius infantis. Et ista quoque tunc adolescentula virgo erat. Tertio demum apud Isaiam hoc in loco inuenitur, vt paulo ante patuit. Tribus his locis duntaxat excepti, alibi nusquam in tota sacra pagina apud Hebræos inuenitur dictio hæc *haalma* cum articula scripta. Si igitur duæ primæ ibi denominatæ fuerunt, virgines intactæ erant, cum ita denominarentur, ad idem tenendum est de illa de qua Isaias loquitur. Cum iuxta sapientum sententiam, de omnium cōsimilibus, idem omnino debeat esse iudicium. Eam ob rem 70. interpretes eum in hunc locum deuenerunt, pro *haalma*, virgo cum articulo prælato transtulerunt, dicentes ἰδοὺ ἡ παρθένος. Et reliqua. Quod autem sic intelligi oporteat, ex eo quoque patet, quod signum illud pro eximia liberatione ab Isaia datum, vt ait Rabbi Selomo, valde miraculosum esse debebat. Adolescentulam autem concipere & parere filium, virginitate non remanente, nullum est miraculum, cum hoc naturaliter fieri quotidie contingat. Necessario igitur dicendum est, signum quod ei prophetæ dedit, virginem scilicet concepturam, ac filium paritum, præter naturæ morem, & solo Dei miraculo futurum fuisse. Quia igitur vt ad B fidæorum obiectionem respondeamus, mulier quæ Dei Filium conceptura ac paritura erat, & puella siue iuuencula, & virgo omnino intacta esse debebat, ideirco Isaias vt vtrumque insinuaret, dixit, Ecce *haalma* quod vtrumque (vt dictum est) significat. Et non dixit, Ecce *bethula* quod vnum tantummodo designat. Præterea si, Ecce *bethula* dixisset, non omnimodam matris Messiæ virginitatem præsignasset. Nam *bethula* est virginem significet, non tamen omnimo intactam. C Quod R. Selomo aperte ostendit, cum superius Gen. vigesimo quarto cap. dictum *bethula*, id est, virgo erat, & vir non cognouerat eam, volens rationem reddere propter quam cum textus dixisset *Bethula* i. virgo erat, adiecit, Et vir non cognouerat eam. Hic autem sic ait, בְּתוּלָה בִּמְקוֹם כְּתוּלִים וְאִישׁ לֹא יְדָעָהּ שֶׁלֹּא בְּרִית לְפִי שֶׁבְּנוֹת הַגּוֹיִם מְשַׁמְּרוֹת עַצְמָן מִמְּקוֹמוֹת כְּתוּלִין וּמִמְּקוֹמוֹת עֲצָטָן מִמְּקוֹם אֲשֶׁר עָלֶיהָ הַצִּיר עַל וּ וּמִפְּנֵי שֶׁהִיא תִּנָּקֵית מִכֹּל Hoc est, Virgo erat, & vir non cognouerat eam, scilicet per viam non tectam. Quoniam filiæ gentium custodiebant quidem corpus suum in loco virginitatis, prostitutebant autem illud in alio loco. Pater ea hoc ipsum mundum fuisse in toto, hoc est omnino incognitum, & intactam. Ex quibus manifestum est, quod bethula non est omnino intacta, & incognita viro, cum possit esse contra naturam corrupta, atq; vitis cognita. *Alma* autem omnino intactam significat, vtiq; penitus incognitam. CAP. Ad hæc Iudæi, Si העלמה *haalma* cum articulo (inquiunt) aliquam fui mentionem præscripsisse exigit, & huius virginis quam vos Christum saluatorem virginitate concepturam, ac parturiam fuisse, asseritis, nulla apud ipsum Isaiam, neque apud alium prophetarū præcessit mentio sequitur ne, vir-

D

E

F

G



A ginem de qua vos loquimini, non esse illam de qua Isaias meminit, dicens, Ecce *haalma* concipiet & pariet filium. Per hæc ergo verba, matris Messiæ virginitatem probare non potestis. GAL. Isaias Selomo longe ante Isaiam de virgine ista sub nomine *alma*, mentionem fecerat, ita Prouerb. trigesimo capite dicens, שְׁלֹשָׁה הֵמָּה נִפְלְאוּ מִמֶּנִּי וְאַרְבָּעָה לֹא יְדַעְתִּים דֶּרֶךְ הַנֶּשֶׁר בַּשָּׁמַיִם דֶּרֶךְ נָחָשׁ עַל צוּר דֶּרֶךְ אֳנִיָּה בְלֶב יָם וְדֶרֶךְ גֶּבֶר בָּעַלְמָה Hoc est, Tria sunt quæ separata sunt, vel distantia me, vel mirabilia sunt mihi, & quartum minime cognouit. Via aquilæ in cœlis, via colubri super petram, via nauis in corde, vel in medio maris, & via viri in *alma*, id est in virgine. His verbis optime Selomo Messiæ vias describit. Incipiens enim à nouissima eius via, hoc est, ab ascensione in cœlum, ad primam, id est ad eius incarnationem, quæ de virgine futura erat, tandem peruenit. Quarum quidem viarum alium expositorem non quæramus, quam eum quem ipsi רִבֵּינוּ הַקָּדוֹשׁ *Rabbenu Hakados*, id est, Magistrum nostrum sanctum appellant. Item in libro qui מְגַלֶּה דְּבִירַיְתָא *Megale reteta*, id est, Reuelator arcanorum inscribitur, ad secundam Antonini Consulis vrbis Romę petitionem, qui eiusdem verborum explanationem poscebat hæc ait. Magnam rem quæsiti. Sed quia dictum est Proverb. 12. cap. מְעַלֶּה יְקֹוָק לְאוֹם id est, Qui abscondit frumentum, id est doctrinam, vel expositionem legis, maledicetur in populis: dicam tibi rem admodum sublimem. Via aquilæ in cœlis est Rex Messias, qui post passionem suam ascendet in cœlum. Quemadmodum dictum est Amos nono cap. הַבּוֹנֶה בַשָּׁמַיִם מַעֲלֹתָיו Hoc est, Qui ædificat in cœlo ascensionem suam. Via nauis in medio maris: Hic idem est Rex Messias: cuius vita sicut nauis *in medio* maris agitabitur: sicut dictum est de trigesimo capite, מְרוּץ אִישִׁתִי לְכֹל גִּבֹּרֵי עַל הַלָּיְלָה id est, Quare vidi omnis viri nimis super lumbos suos? Viri, hoc est Dei, qui Hebraice dicitur גֶּבֶר *gheber*, id est, fortis vel potens. Quoniam omnibus fortitudo vel potentia est ipse Deus. Et via colubri super petram: Hic est etiam Rex Messias, qui se faciet vt columbam, quem Moses super petram posuit, vt duceret filios Israel in terram sanctam. Rabbi autem Iodam dixit, Et via colubri super petram: Hic est Rex Messias, qui transibit per petram postquam expulsus erit, & ab ipsa egredietur, nec videbitur quis transierit: sicut dictum est Exodi trigesimo tertio, וְהָיָה מָקוֹם אִתִּי וְנִצַּבְתָּ עַל הַצּוּר וְהָיָה בַּעֲבֹר כְּבוֹדִי וְשַׂמְתִּיךָ בְּנִקְרַת הַצּוּר Hoc est, Ecce est locus mecum, & stabis super petram. Cumq; transierit gloria mea, ponam te in foramine petræ. Et *gheber*, id est vir vel fortis, seu potentis in *alma*: Hic quoque est Deus Israelis filius Ierusalem, vt generetur Rex Messias ex vna earum. Concipiet *alma* & pariet, remanebit q; virgo: sicut dictum est de trigesimo tertio primo capite, Quia creauit Deus nouum super terram, fœmina circumdabit *gheber*, id est virum fortem, seu potentem, hoc est Deum. Hæc omnia ad verbum Rabbi Hakadosh reteta, quem ipsi Magistrum nostrum sanctum vocant. Via igitur *gheber*, id est viri fortis, vel potentis, hoc est Dei in *alma*, id est in virgine, fuit Filij Dei ex virgine incarnatio. Et hanc quidem

B

C

D

E

F

G

*Iudæorum obiectio.*

*Obiectio.*

*Iudæi eam parant mulieri adulteræ.*

viam plene atque perfecte Selomo cognoscere non potuit: quonam scilicet pacto absque humano semine virgo concipere posset, ac perfectum Deum & hominem in vtero concludere, filiumque parere ac virgo remanere, nec Selomonis intellectus plene capere potuit, nec vnquam lingua vlla explicare. Quamobrem recte dixit, Et quartum minime cognouit. Merito igitur de matre Messiæ Isaias ait, הִנֵּה הָעַלְמָה הָרָה *Hinne haalma hara*, id est, Ecce virgo concipiet: cum litera *he*, id est, cum articulo præpositio, tanquam de nota loquens apud prophetas, & de qua iam Selomo meminerat. CAP. Iudæorum nostri seculi peruersitas, contra id quod de *alma* dictum est, subsannando adhuc & blasphemando exclamat, & dicit, Prosequamini rectum, per vos inductum. Legite vtrenus quod Proverb. 30. cap. sequitur, Sic enim ibi immediate scriptum inuenietis, כֵּן דֶּרֶךְ אִשָּׁה מְנָאָפֶת אָכְלָה וּמָחֲתָה פִּיהָ וְאָמְרָה לֹא פָעָלְתִּי אָוֶן id est, Sic est via mulieris adulteræ, quæ comedit, & tersit os suum, & ait, Non feci iniquitatem. Ecce inquiunt, quod *alma* hoc loco non potest esse nisi corrupta, eo quod mulieri adulteræ comparetur. GAL. Ad reprimendam eorum audaciam, respondetur, quod Selomonis verba hoc in libro ideo מְשָׁלֵי *Mule*, id est prouerbia, vel parabolæ vocantur, quia semper fere vnum prætendunt, & aliud intendunt. Alioqui *Massal*, id est Parabola, vel similitudo, vel exemplum nō erit מָשָׁל *Massal*, si ita vt sonat omnino intelligatur. Viam ergo mulieris adulteræ non debemus hic ad literam accipere, sed vitam & pessimum agendi modum alicuius alterius, adulteræ mulieris factum imitantis. Quamobrem prisci quidam Iudæorum per viam mulieris adulteræ hoc loco primi parentis præuaricationem intellexerunt. Vnde ille idem quem רִבֵּינוּ הַקָּדוֹשׁ *Rabbenu Hacados*, id est, Magistrum nostrum sanctum ab eis vocari diximus, ibidem locum hunc exponens, ita ait. Sic est via mulieris adulteræ: cum cæteris, Totum hoc egit Adam qui de peccato suo se se excusauit, noluit fateri, sed dixit, Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de arbore, & comedi. Fecitque vt meretrix, quæ comedit, & os tergit, nihil mali se fecisse contendens. Quamobrem rationi congruit, vt totus terrarum orbis plectatur. Et cum venerit tempus salutationis, æquum est, vt Deus ad inferos descendat, eosque saluet. Et hoc est quod dictum est Ieremiæ secundo cap. הֲנִי שָׁפְטְךָ אִתָּךְ עַל אֹמְרֵךְ לֹא חָטָאתִי Hoc est, Ecce ego iudicabor tecum, eo quod dixeris non peccaui. Item apud Isaiam sexagesimo sexto capite, כִּי כְאֵשׁ יְהוָה יִשְׁפֹּט i. Quia in igne Dei iudicabitur. Hæc ille. Nos autem dicere possimus, per viam mulieris huius adulteræ, iudæorum quoq; perfidiam non inepte designari quibus à Domino per Isaiam quinquagesimo septimo capite, ita dicitur, וְאַתֶּם קִרְבוּ הֵנָּה בְּנֵי עוֹנֵנִת זֶרַע מְנָאֵף וְתִזְנֹרָ Hoc est, Et vos accedite huc filij augurantium, semen adulteræ, & fornicatiæ. De quibus etiam apud Ezechielem decimosexto capite ita scribitur; Sicut Dominus Deus ait Ierusalem: Et infra, וְלֹא הָיִית כְּמוֹתָהּ לִקְלֹס אֹתָךְ הָאִשָּׁה הַמְנָאֶפֶת תַּחַת אִישָׁהּ תִּקְרָאת זֹנִים: Et non fuisti sicut meretrix ad deridendum, vel

contemnendum pretium, sed vt mulier adulteta, quæ sub viro suo, vel pro viro suo suscipit alienos. Et post aliqua ibidem, ושמטתיך משפטי נואפות ושפכות דם הנה חמת וקנאת Hoc est, Et iudicabo te iudicijs adulteratum & effundentium sanguinem, & dabo te sanguinem furoris & zeli. Ex his igitur patet, quod mulier adultera in præmissa Salomonis parabola est synagoga Iudaica, quæ comedit, & comedere non desinit sapidissimum sibi panem illum, de quo Prouerb. 20. cap. ita scriptum est, ערב לאיש לחם שקר ואחר ימלא B פיהו חצץ id est, Sapidissimus est homini panis mendacij, & postea, vel deniq; implebitur os eius calculo. Calculus hoc in loco, non est nisi pœna inferni æterna. Nam calculus cum durus sit, mandi non potest, neq; consumi, neq; deglutiri, neq; expui, cum totum os plenum est: sic pœna inferni durissima quidem ac durabilis est, nullatenus q; eius di potest, neq; finiri, neq; diminui, neq; aliqua lachrymarum humiditate molliri. Quod autem panis mendacij suauis ac sapidus sit Iudæis, per id C potissimum ostenditur, quod apud Ieremiam nono capite sic de eis dicitur, ואמה לא ידברו למדו דבר שקר לשונם עוה הלך id est, Et veritatem nō loquuntur, docuerunt linguam suam loqui mendacium. Item apud eundem quinto capite, ואמם חי יהוה יאשרו לכן לשקר ישבעו id est, Et si, Viuit Deus, dixerint: tamen hoc ad mendacium, vel ad falsitatem, vel ad fraudem iurabunt. Quemadmodum ergo via aquilæ in cœlo, & via colubri vel serpentis super petram, & via nauis in corde vel D in medio maris, & via viri vel potentis, hoc est Dei in *alma*, id est, in virgine, factæ sunt Salomoni mirabiles ac difficiles, multumq; ab eius intellectu distantes: sic fuit apud eum admodum mirabilis, ac valde ab eius ratione distans nequissimæ huius adulteræ via. Quomodo enim Salomonis ratio capere potuisset, aut debuisset malitiæ immensitatem, impietatis profunditatē, ac perfidiæ quantitatem, qua erat hæc adultera Messiam iustum ac omnino innocentem morte condemnatura, & E Barabbam seditiosum atque homicidam liberari petitura? Aut quomodo eiusdem sapientis intellectus comprehēdere suffecisset, qua etiam furiositate, qua insania, qua mentis inopia, quaue diabolica inuidia stimulata, aut quo cacodæmone agitata, posset verum Messiam repellere, solo verbo cæcos illuminantem, claudos dirigentem, languidos curantem, lepro sos mundantem, mutis sermonem, surdisq; auditum restituentem, dæmoniacos liberantem, de paucis panibus plura ho- F minum millia satiantem: & duos falsos Messias, qui nihil tale vnquam fecerant, vnū post alterum pro vero Messia suscipere: Bencozabam scilicet ante vrbis Hierosolymæ excidium, & Barcozbam apud Butter non multo post eiusdem vrbis incendium, quos ex nomine solo falsum, & horrori habere debuerat & suspectos, cum vterq; nisi ndacij vel falsitatis filius interpretetur? Optime igitur ipse Salomo quattuor vtiarum antedictarum, hoc est, Messiæ mysteriorum altitudinem, ac huius mulieris adulteræ ingratitudinem, impietatem, perfidiamq; admiratus, verba hæc subiecit: Sic est via mulieris adulteræ, sic scilicet ad miranda, atq; ad intelligendum difficilis, & supra quam dici potest, stupenda: quæ panem tot mendaciorum se comedit, & comedere adhuc tam auide non desistit. Et quasi tergens os suum, ac si nihil mali operata sit, erubescere nescit. Et hoc est quod ei apud Ieremiam 3. cap. dicitur, מצח אשה זונה היה לך מאנת הכלם Hoc est, Frons meretricis facta est tibi, renuisti erubescere. Quæ cum ita sint, oppositionib⁹ eorundem in matris Messiæ virginitatem oblatrantium non obstantibus, sic exponenda sunt præmemorata Isaiæ verba, Ecce *halma*, id est ipsa virgo sancta & abscondita, de qua longe ante Salomo meminerat, concipiet diuina virtute, & pariet filium. Et vocabit ipsa virgo ab Angelo Gabriele præmonita & instructa, ac Spiritu sancto repleta, nomen eius Emmanuel; quod idem est quod Nobiscum Deus, per quod diuinę atque humanæ naturę in vna Messię persona vnio aperte demonstratur. Ad cætera autem Iudæorum argumenta, quæ vt verum huius prophetiæ sensum peruertere possint, contra nos facere solent, inter C tio libro, vbi Messiam Emmanuelem vocatum fuisse, ostendimus, plenius iam respondimus.

## CAPVT XVI.

*Quod mater Messiæ Spiritu sancto cooperante, Dei Filium conceptura erat.*

## CAPNIÓ.

HIc non abs re scire velim, An veteres Iudæorum sicut matrem Messiæ virginem concepturam, ac parituram prædixerunt: ita quoque ipsam de Spiritu sancto concepturam prænunciauerint. GAL. Id quidem à propheris longe ante prænunciatum fuit, & ab antiquis Iudæorum Doctoribus expresse expositum. Nam inter prophetas quidem in persona Spiritus sancti loquens Isaias sic 8. cap. ait, ואקרב אל הנביאה ותלד בן Hoc est, Et accessi ad prophetissam, & concepit & peperit filium. CAP. 16. niores Iudæorum verba hæc de accessu ipsius Isaiæ per concubitum ad vxorem suam, ex qua mox faciæ peperit filium. GAL. Quæ (vt aiunt) ex ipso concipiens, peperit ipsius prophetæ filium. GAL. Nos eos verba ipsa falso exponere, atque contra prophetæ intentionem peruertere, ex ipsiusmet prophetæ verbis ostendemus. Neque enim immediate præcedentia, neque mox sequentia, expositioni eorum suffragantur, quin potius manifeste contradicunt. Sic namque propheta antè dixit, ויאמר לי קרא שם בנך מהר שלל חש בז אחש הטהן ואת זכריהו בן יברכיהו id est, Et contestatus sum mihi testes fideles, Vriam sacerdotem, & Zachariam filium Barachiæ. Echa præmissis immediate protulit verba hæc, Et accessi ad prophetissam, & concepit & peperit filium. Et postea illico subiecit, ויאמר יהוה אלי קרא שמו מהר שלל חש בז Hoc est, Et dixit Deus ad me, vocā nomen eius, Velociter spolia, cito prædate. Vel, Voca nomen eius, Expeditum, spoliatorem, festinum, prædatorem. Hæc autem Ionathas in Chaldæum transtulit, ואמר יהוה לי קרי שמיה מהי לבזן ביזה ולמערי ערארי id est, Et dixit Deus ad me, Voca nomen eius, Velocem ad spoliandum spolia, & festinum ad prædandum prædam. Quæ nullatenus filio Isaiæ conueniunt: cum nec sic vocatus fuerit, neq; de eius nomine, neque de vita, neque de gestis, neque de morte ipsius aliquā fiat in sacra scriptura mentio. Quare non illi, sed Messiæ aptissime conuenire videntur: qui velox ad spoliandum infernum futurus erat, & festinus ad prædandum, hoc est, ad auferendam à diabolo prædam, quam propter peccatum primi hominis possidebat. Quod in se iam compendium Messias noster testatus est, cum B Lucæ 11. cap. dixit, Cum fortis armatus custodit atrium, in pace sunt omnia quę possidet. Si autem fortior eo superueniens, vicerit eum, vniuersa armamenta eius auferet, in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. Circa præcedentia autem duo à Iudæis quæramus. Primum ad quid propheta testes illos induxerit? Numquid ei ad vxoris suæ concubitum accedenti, testibus opus erat? Hoc enim turpe est, vel cogitare, nedum dicere. Deinde qui nam fuerint hi testes, Vrias scilicet sacerdos C & Zacharias Barachię filius? Constat enim Vriam hunc non vtique illum idolorum cultorem fuisse, vt quidam ex nostris putant: cui Achaz (vt 4. Regum 16. capite legitur) è Damasco literas scripsit: sed illum de quo Ieremias meminit 26. cap. dicens, Fuit vir prophetans in nomine Domini, Vrias filius Semei, quem & Iehoiakim Rex occidit. Zachariam quoq; hunc Barachiæ filium eum fuisse certum est, qui in numero 12. prophetarum videtur esse. De his enim secundum He- D braeorum expositiones, Isaias ibi loquitur. Hos autem longe post Isaiam nasci contigit. Ex quo patet, Isaiam ipsum non in persona sua, sed in persona Spiritus sancti verba illa protulisse. Qui quidem Spiritus sanctus antequam ad prophetissam id est ad virginem illam, quæ saluatorem cōceptura & paritura erat, accederet, vt sua virtute & cooperatione, absque virili semine Filium Dei conciperet, & pareret, hos prophetas veritatis futuræ testes sibi adhibere debebat. Alter enim E eorum, Vrias scilicet Semei filius multa mala contra Iudæos, & ciuitatem eorum ventura prædixit, quæ postmodum in captiuitate Babylonica eis obuenerunt. Alter vero, hoc est Zacharias Barachiæ filius, multa ac maxima bona eis in aduentu Messiæ ventura, prophetauit. Et præsertim cum 2. cap. dixit, רני ושמחי בת ציון כי הנני בא ושכנתי בתוכך נאם יהוה Hoc est, Exulta & lætare filia Sion. Quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui, ait Deus. Et iterum nono cap. גילי מאד בת ציון הריעי בת ירושלם הנה מלכך יבוא לך צדיק ונושע הוא id est, Exulta quam plurimum filia Sion, iubila filia Ierusalem. Ecce Rex tuus venit tibi iustus & Saluator ipse. Hoc autem ita esse vt exposuimus, per Rabbi Ionathæ Targum, id est per translationem Chaldaicam maxime videtur, quæ sic eo in loco habet, ואסהיד קדמי סהדין מהימנין ית לוטי דאסרית לאיתתא בנבואה אריח כתנא והא אתו ואף כל נחסתא דאסרית לאיתתא בנבואה זכריה בן יברכיה אנא עתיד לאיתאה Hoc G est, Et contestatus sum ex parte mea testificationes malas quas dixi venturas in prophetia Vriæ Sacerdotis. Ecce futurum est quoq; sic, vt omnem consolationem quam dixi venturam in prophetia Zachariæ filij Barachiæ, ego adducturus sim. Et intrauiad prophetissam, & concepit & peperit. Vbi euidenter ostenditur, verba illa non Isaiæ, sed Spiritus sancti fuisse. Quod autem hi prophetæ sint ipsi iidem, de quibus Isaias in persona Spiritus sancti loquitur, primo per Rabbi Selomonem apparet: qui locum hunc exponens, sic ait: Et adhibui mihi in diebus etiam Iehoiakim duos testes fideles. Quorum vnus est Vrias Sacerdos, quem Iehoiakim interfecit. Sicut dictum est Ieremię vigesimo sexto capite. Fuit quoque vir prophetans in nomine Domini Vrias filius Semei de Cariathiarim. Et prophetauit contra ciuitatem istam, & contra terram istam, iuxta omnia verba Ieremiæ. Et alter est Zacharias filius Barachiæ, qui prophetauit in anno secundo Darij, dicens, Adhuc habitabunt, vel sedebunt senes & vetulæ in plateis Ierusalem. Vrias ergo fuit signum Zachariæ. Si enim vidistis impleri prophetiam Vrię, sitis expectantes, quod prophetia quoq; Zacharię implebitur. Et hoc quemadmodum adhibui mihi testes in facto Sennacherib. Amos enim testis fuit supplicij decem tribuum, dicens 7. cap. Et Israel captiuatione captiuabitur. Isaias vero ad animandum Hezekiam, vt fiducialiter ageret. Sequitur in Prophetia, Et peperit filium, illum scilicet eundem filiū. quem vocauit prophetissa Emmanuel. Hęc Rabbi Selomo. Deinde id idem per Talmud probatur. Legitur namque in fine libri מכות Maccoth, id est flagellorum. Quod Rabbi Elazer, & D Rabbi Iehoiias, & Rabbi Akiba, cum semel Ierosolymam post eius excidium ascendissent, atq; ad montem speculatorum peruenissent, scinderunt vestimenta sua. Et cum se ad montem domus Domini contulissent, vidissentque vulpem de domo sancti sanctorum egredientem, cœperunt ipsi flere. Rabbi autem Akiba ridebat. Dixerunt ergo ei, Quare tu rides? Respondit eis, & quamobrem vos fletis? Dicunt ei, Quia nunc completum est illud Thren. 5. cap. dictum, Super montem Sion quod desertum est, vulpes ambulauerunt. Et post hæc non plorabimus? Dixit eis Rabbi Akiba. Propter hoc ego rideo. Scriptum est enim Isaiæ 8. ca. Et contestatus sum mihi testes fideles, Vriam sacerdotem, & Zachariam filium Barachiæ. Et quæ est materia Vriæ apud Zachariam? Vrias namq; fuit in sanctuario primo. Sicut dictum est Ieremiæ 26. cap. Vir quoq; fuit prophetans in nomine Domini Vrias filius Semei de Cariathiarim. Et prophetauit contra ciuitatem istam, & contra terram istam, secundum omnia verba Ieremiæ. Et audiuit rex Iehoiakim, & oēs robusti eius. Et eduxerunt Vriam ex Ægypto, & introduxerunt eum ad Regem Iehoiakim, & percussit eum gladio. Zacharias autem in sanctuario secundo fuit. Sed scriptura suspendit prophetiam Zachariæ in prophetia Vriæ. In Vria enim scriptum est Micheæ 3. capite, Causa vestri Sion quasi ager arabitur, & Ierusalem aceruus erit. Et mons domus sanctæ bestiis syluæ, vel in excelsa syluæ. In Zacharia vero scriptum est 2. cap. Adhuc habitabunt senes & vetulæ in plateis Ierusalem, & vir in cuius manu baculus propter multitudinem dierum. Cum igitur prophetia Vriæ impleta sit, gaudius sum, quia scio, quod prophetia quoque

*Rabbi Selomonis expositio.*

Zacharię implebitur. Quo audito, dixerunt ad R. Akiba huiusmodi verba, Consolatus es nos, consolatus es nos. Hæc omnia Talmud. Ex quibus aperte liquet, hos eosdem prophetas esse, de quibus Isaias in persona Spiritus sancti locutus est. Quod autem hi prophetæ multo post Isaiam nati fuerint, id quoque facile videri poterit. Nam Vrias quidem à Iehoiakim Rege interemtus fuit, Isaias vero quarto anno Regis Achaz (vt ait Rabbi Selomo) verba prædicta protulit. A quarto autem anno Achaz, vsque ad Iehoiakim fluxerunt anni 140. Nam omnes anni quibus Achaz regnauit fuerunt 16. E quibus quatuor subtractis, remanent 12. In quorum principio factum est antedictum Isaiæ vaticinium. Deinde Hezekias filius eius annis regnauit 29. Post quem Manasses 55. Exinde Amon annis duobus. Postea Iosias annis 31. Postmodum Ioachaz mensibus tribus. Post quem Iehoiakim, qui Vriam prophetam suprædictum occidit, annis 11. Qui quidem anni omnes simul sumti, sunt 160. & menses tres. Ex quo satis manifeste patet, quod primus testis, scilicet Vrias, quem Isaias vel Spiritus sanctus sibi adhibuit, nondum natus erat, quando adhibitus fuit. De secundo vero, hoc est de Zacharia, nemo hoc dubitandum duxerit: cum à quinto anno Achaz, vsq; ad secundum Darij, quo ipse prophetauit, anni 250. fluxerint. Cum igitur hi tales ac tanti prophetæ quos sibi testes adhibuit Isaias, imo Spiritus sanctus per Isaiam, vbi de virgine prophetilla & filio eius Emmanuel locutus est, tempore Isaiæ nondum nati essent: palam ostenditur omnibus vsum rationis sanum habentibus, prophetissam illam de qua Spiritus sanctus per Isaiam loquebatur, dicens, Accessi ad prophetissam, & concepit & peperit filium, nõdum natam fuisse, nec per consequens ipsam Isaiæ vxorem esse potuisse, vt falso Iudæi iuniores delirantes affirmant: sed potius virginem illam, quę Spiritu sancto interueniente, Dei filium conceptura, & paritura erat, de qua paulo ante quoque meminerat, dicens, Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabit ipsa nomen ei Emmanuel. Ex his etiam patet, accessum hunc ad prophetissam, spiritalem futurum fuisse. Quæ cum ita sint, clarum est, prophetissam hanc aliam non fuisse, quam virginem Mariam, quæ Messiam Dei filium conceptura, & paritura erat. Ad quam accessit Spiritus sanctus, non locum mutando, sed per prophetam loquendo, & demum tempore ab æterno prædestinato, virtutem sine viro concipiendi, ei conferendo. Et tunc virgo ipsa concepit, & peperit filium, Dei verbum carne humana indutum, ac mundi saluatorem. Hic igitur Spiritus sancti accessus tunc ad eam factus est, cum, vt ait Lucas 1. cap. in mense sexto, à conceptione scilicet Ioannis Baptistæ, missus est Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid, & nomen virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eã dixit, שלום מחן מלאח יהוה עמך ברוכה את בנשים id est, aue gratia plena, Deus tecum, benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat, qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei, אל תראי מרים כי מצאת חן לפני האל הנך הרה ויולדת בן וקראת שמו ישוע הוא יהיה גדול ובן עליון יקרא ויתן לו יהוה אלהים כסא דויד אביו וימלוך בבית יעקב לעולם ולמלכותו אין קץ Hoc est, Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur. Et dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum, איך היה זה אופן יעשה זה כי איש איני יודעת id est, Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus dixit ei, רוח הקדש יבא עליך ויכלת עליון יסך לכיולכן הנולד ממך קדוש בן עליון יקרא הנה אלישבע קרובתך היא הרת בן בזקנותה וזה החדש ששי לה׳ עקרת עקרה כי לא יהיה בלתי אפשרי לפני יהוה כל דבר Hoc est, Spiritus sanctus supemeniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Idque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Et ecce Elisebа cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi, quę vocatur sterilis. Quia non est impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria, הנה שפחת יהוה יעשה לי כדברך id est, Ecce ancilla Dei, fiat mihi secundum verbum tuum. Quo dicto, mox concepit Dei Filium. Nec est mirandum, quod Iudæi recentiores hæc tam euidentia, vtpotè à suis patribus tradita, nequam intelligunt, cum hoc satis idem propheta eodem in capite ostenderit, sic dicens, ואיחיל ליהוה המסתיר פניו מבית יעקב Hoc est, Expectabo Deum occultantem faciem suam à domo Iacob. CAP. VNum est, quod hic iuniores Iudæorum contra nos obiiciunt. Quia cum prophetæ in persona Spiritus sancti dixit, Et accessi ad prophetissam, & concepit, & peperit, non de futuro, sed de præteritis locutus est. GAL. Hæc profecto obiectio, nec Iudæos impinguat nec eis famem mitigat. Mos quippe diuinæ scripturæ est, præteritum pro futuro (vt te minime latet) sæpissime ponere. Eo quod dictum Dei haud secus atq; factum beatur: vt pulchre dicitur in *Midras tillim*, id est, in expositione Psalmorum, super illud Psal. 107. dictum, יאמרו גאולי יהוה אשר גאלם מיד צר Dicent redemti Dei, quos redemit de manu tribulantis. Ibi enim hæc inter cætera Hebraice scripta leguntur, אמר רבי יהודה בר שלום יפה הוא אשר לפי שמאמרו של הקדוש ברוך הוא מעשה אמר הוא בשם רבי דוסתאי בשם רבי שמואל בר נחמן מקום אחר לפר שמאמרו של הקדוש ברוך הוא מעשה הוא וסמי אתה לפר מאברהם מה היום הזה אומר אלא נתתי לזרעך נתתי אין אינו אומר אלא נתתי ועד עכשיו לא הוליד להם אלא שמאמרו של הקדוש ברוך הוא מעשה אמר הקדוש ברוך הוא אפרתי רבר נעשה מעשה אף כאן אומר גאולי שכבר גאלם id est, Dixit Rabbi Iudas filius Salon, Pulchre dictum est, testimit, quamuis futurum esset. Quoniam dictum Dei sancti & benedicti tanquam factum est. Dixit Rabbi Hunna in nomine Rabbi Dusai, in nomine Rabbi Semuel filij Nahman. Et alio quoque loco docemur, quod dictum Dei tanquam factum est. Vnde de Abraham quid scriptum est in libro Geneseos, quintodecimo capite? ביום ההוא כרת יהוה את אברם ברית לאמר לזרעך נתתי את הארץ הזאת Hoc est, In die illo pepigit Deus cum Abram pactum, dicens, Semini tuo dedi terram hanc. Non dixit: Dabo, sed dedi. Et quomodo, cum nondum Abraham filios genuisset? Quia dictum Dei, factum est, ideo sic dixit: Hinc etiam docemur, quod dictum Dei factum est, cum dicitur, Ego Dominus locutus sum, & feci. Et quando fecit? Nisi quia dictum Dei factum reputatur? Bene ergo dictum est, Redemit, quamuis futurũ esset. Hæc traditio Glossa autem R. Selomonis super illud Isaiæ. Hæc verba sic dicit: Feci, id est faciam. Omnis namq; lingua prophetarum, de futuro tanquam de iam facto loquitur. Ex quibus patet obiectionem Iudæorum nullam penitus esse. Quandoquidem secundum traditionem præmissam, sic accipienda sit quę ista verba, Et accessi, id est accedam ad prophetissam, & concepit & peperit, id est, & accipiet & pariet filium.

## CAPVT XVII.

*Quod mater Messiæ prophetissa esse debebat, prophetas omnes anteceliens.*

### CAP NIO.

EX his optime quoq; ostensum est, gloriosam virginem Messiæ matrem prophetissam futuram fuisse. Quamuis autem non ignorem, Vatem eam excellentissimam extitisse (vt in his præsertim quæ in Cantico suo mirabili cecinisse prædixit, luculenter apparet: Inter quæ hic de se ipsa canit, Et exultauit spiritus meus in Deo saluatore meo. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes) vt tamen impia istorum Iudæorum contumacia perfidia qui ipsam blasphemiis innumeris petere non pertimescunt: velim et hoc eam in præsentiarum, & mirabilis peccatis expertem, & virginem purissimam, per totam scripturas demonstrasti, ita quoq; & propter ipsam ipsam fauisam fuisse, per aliquem ex prophetis omnino, qui id expresse dixerit, ostenderes. GAL. Quoniam in antecedentibus multa hac de re dicta sunt, & adhuc aliqua in sequentibus dicentur, nunc illum duntaxat maxime apud eos auctoritatem, quem ipsi רבינו הקדוש *Rabbenu Hacadon*, id est, Magistrum nostrum sanctum nuncupant, satis fit audire. Is namq; in tertia eius libri petitione, qui גלי רזיא *Gale razeia*, id est, Reuelator arcanorum inscribitur, ab Antonino vtro Romæ consule interrogatus, Quæ sit propheticalis ista de qua Isaias meminit, cum dixit o-ctauo capite, Et accessi ad prophetissam, & concepit & peperit filium: ita respondit. Sæpenumero in hac quæstione suspensas hu & anxius. Et quadam die ingressus patrum speluncam, vbi sepulti sunt Adam & Heua, Abraham & Sara, Isaac & Rebecca, Iacob & Lia, vt illic oraret, inuenit Eliezer quem perconctans sum. Quare notum tibi sacerdos, inquam, sit ipse accepi, quod hæc prophetissa est mater Regis Messiæ, quem Deus sanctus & benedictus le missurum ad Israel pollicitus est. Dicebat autem prophetissa, quia suo vaticinio scit omnia, à primordio ad finem vsque. Quod nemo vnquam prophetarum cognoscere potuit. Ipsa est enim omnium prophetarum domina & magistra. Et hęc est *alma* illa, de qua dixit Selomo Proverb. 30. capite, Et via viri in *alma*, id est, Et via Dei in virginem. De qua & Isaias ait 7. cap. Ecce *haalma* concipiet & pariet filium. De ea quoq; apud Micheam 5. cap. sic dicitur, Et tu Bethlehem Ephrata parvula es. Et post pauca, Propter hoc dabis eos vsque ad tempus, quo parturiens pariet. Præterea de Rege Messia etiam quem prophetissa ista partitura erat, dixit Isaias 9. cap. Infans natus est nobis, filius datus est nobis. Et erit principatus super humerum eius, & vocabitur nomen eius, Admirabilis, Consiliarius, Deus fortis, Pater sempiternus, Princeps, Pax. Hæc ille longe ante quam prophetissa hæc nata esset. Cuius verba Iudæi minime negare possunt, cum ipsum magistrum nostrum sanctum vocent, eiusq; autoritas maxima (vt dictum est) apud eos existat.

## CAPVT XVIII.

*Quod mater Messiæ sedes Dei futura erat, supra quam diuina maiestas sedere debebat.*

### CAP NIO.

VM Ieremias 17. ca. verba ista protulit, כסא כבוד מרום מראשון מקום מקדשנו מקוה ישראל יהוה Hoc est, Solium gloriæ altitudinis, à principio locus sanctificationis nostræ, expectatio Israel Deus: quid ibi per solium gloriæ intelligitur? Ego enim per solium gloriæ eo in loco gloriosam virginem Messiæ matrem intelligi arbitror: quæ cum sit in cœlesti gloria super omnes choros Angelicos exaltata, tecte solii gloriæ altitudinis dicitur, hoc est sedes Dei Altissimi super quam diuina sedet maiestas. GAL. Recte ais mi Capnio. Vt igitur melius quod sentis, declaretur, ea quæ Rabbi Moses ben Maimon in libro *More* parte prima, capite nono dicit, afferam. Vbi quonam pacto sedes Deo attribuatur, exponens, hæc inter cætera ait, Quid sedes significet notum est. Cum quispiam eam ob tuam & pontificio more paratam conspiciet, existimabit in ea Regem, aut Imperator, eum aliquem sedere. Ipsa enim sedentis excellentiam ac maiestatem ostendit. Hac ratione domus Dei, sedes Dei appellatur, quippe cum ipsi dominium & potestatem eius ostendat, qui in ea gloriam suam, & claritatem patefacit. Ideo Ieremias dixit, Solium gloriæ altitudinis à principio, locus sanctificationis nostræ. Eadem ratione & cœli sedes Dei vocantur, quatenus mentoris fortitudinem ostendunt, motorem moderatoremque huiusce mundi inferioris, atque influentiam gratiæ eius patefaciunt. Idcirco dictum est apud Isaiam 56. capite, השמים כסאי id est, Cœli sedes mea sunt. Ac si dicat, Cœu cœlorum meam, fortitudinem, & potentiam iugiter ostendunt. Queuadmodum sedes dominium & maiestatem eius insinuat, qui in ea sedere dignus est. Hoc autem necessarium est in Deum credenti. Non quod hæc sedes corpus sit, in quo Deus sedeat. Absit, vt in hunc er-

torem incidamus. Cum enim iam probauerimus, Deum corporeum non esse, quomodo dicemus, eum loco, aut tabernaculo corporeo indigere? Certum est autem (vt diximus) quemliberlocum à Deo gloria sua magnificatum, vt est domus sancta, aut cœli, sedem eius dici. Verumtamen cum Deus largiori modo locutus est Exod. 17. ca. Quia manus soliì Domini, & bellum Dei erit contra Amalech à generatione in generationem: hæc est propria Dei substantia atque essentia. Neque imaginandum est, hanc sedem esse rem ab illa distinctam, aut à Deo creatam, vt cæteræ eius creaturæ. Quia sequeretur, Deum esse in tempore, & absque sede fuisse ante quam eam creasset. Hoc autem dicere, aut credere, est maxima hæresis, cum scriptum sit Psalm. 102. ואתה יהוה לעולם תשב כמאך לדור ודור id est, Et tu Deus in æternum permanes, sedes tua in generationem & generationem. Hoc est, Quemadmodum tu Deus æternus es, ita & sedes tua æterna est. Et ob id ostenditur, hanc sedem nõ esse rem à Deo distinctam. Et ideo hæc sedes, & quodcunque aliud significat propriam Dei essentiam, non sunt res ab eo distinctæ. Hactenus Rabbi Moses ille Ægyptius. Ex cuius quidem verbis tres eliciuntur conclusiones, cum tria sedium genera ipse adducat. Quarum duæ creatæ sunt, tertia vero increata. Prima conclusio est, Quod prima sedes creata, quam Doctor ipse licet pro domo sancta accipiat, dicatq; in ea ob eius excellentiam sedentis maiestatem cognosci, rectius tamen de intemerata Messiæ matre intelligitur, quæ propter eius perfectionem atque excellentiam, sedes Dei futura erat, in qua ipse ostendere debebat gloriam suam & claritatem, quæ est Messias totius mundi gloria, lux & claritas. Ob quod dictum est Isaiæ nono cap. העם ההולכים בחשך ראו אור גדול ישבי בארץ צלמות אור נגה עליהם id est, Populus qui ambulabant in tenebris, viderunt lucẽ magnam: illis qui sedebant in terra vmbræ mortis, lux orta est. Quare verba Ieremiæ, cum dicit, Solium gloriæ altitudinis à principio; non intelliguntur pro domo sancta, quæ erat in Ierusalem. Quia etsi Deus in ea gloriam suam ostenderit, illa tamen gloria comparatione gloriæ & claritatis, quam in matre Messiæ ostensurus erat, nihil fuit. Neque enim reperimus domum illam sanctam à mundi principio fuisse, vt matrem Messiæ extitisse in præcedentibus probatum est. Præterea solium gloriæ domus illa sancta dici non potest, cum sedes Dei gloriosa debeat perennis seu perpetua esse, & non euanescere. Quia quicquid Deus semel accipit, nunquam dimittit. Et quanquam duæ aliæ Dei sedes quas ipse affert, videlicet cœli, & propria Dei essentia, altera perpetua sit, altera æterna, Domus tamen sancta in Ierusalem excidio transiit, atque euanuit. Denique sequitur in Ieremiæ textu, Expectatio Israel Deus. Vera autem expectatio & spes Israel, non fuit nisi Messias, qui ex matre sua sanctissima proditurus erat. His ergo rationibus palam ostenditur, verba Ieremiæ antedicta, non de domo sancta, vt Rabbi Moses Ægyptius sentit, quæ vna cum Ierusalem corruit, sed de matre Messiæ intelligi debere, vt ipse intelligenda optime sentis. Ipsa enim (vt ait Rabbenu Hacedos in libro *Cele rezeia*, ad tertiam Antonini consulis Vrbis Romæ petitionem) futura erat sedes, quam Deus construxit, vt in ea sederet Rex Messias, ad ostendendam maiestatis suæ gloriam cunctis mortalibus. Secunda & tertia conclusio sunt, secundam quidem sedem esse creatam, tertiam vero increatam. Hæ autem duæ Dei sedes sunt Messias ipse. Nam creata quidem est eius humanitas quę Verbo Dei facta est sedes: increata vero diuinitas ipsa. Quod autem Messiæ humanitas dicta sit Dei sedes, patet per illud Ptalmi 45. dictum, כסאך אלהים עולם ועד שבט מישר שבט מלכותך Sedes tua Deus perpetua & æterna, sceptrum directionis, sceptrum Regni tui. Quemadmodum enim ex operatione cœlorum, ostenditur inuentorem eorum gloria, hoc scilicet argumento, Quodcunque mouetur, necessario motorem habet, atque gubernatorem: Cœli autem mouentur, motorem igitur habent, atque gubernatorem: ita et Messiæ humanitate, propter eius diuinas operationes, ostenditur suppositum ipsius esse Deum, vniuersi orbis conditorem & gubernatorem. Sicuti enim cœli ostendunt motoris sui gloriam, & huius orbis inferioris moderationem, mediante suæ gratiæ influentia: ita Messiæ humanitas ostendit magnificentiam & dominium inuentoris, & motoris huius mundi, mediante saluationis influentia, quam humanitati Deus influit. Sedem vero tertiam dicit esse diuinitatem, quæ increata est. Nam increatus est Pater, increatus Filius, increatus Spiritus sanctus. Sensus autem eorum verborum quem ducit, Tu autem Deus in æternum permanes, sedes tua in generationem & generationem, iste est, Quemadmodum tu Deus æternus es, ita sedes tua quæ est Filius tuus, æterna est, Quia æternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus sanctus. Ex verbis igitur ipsimet Rabbi Mosis Ægyptij, plane (vt probauimus) ostenditur, præmemorata Ieremiæ verba Solium gloriæ altitudinis à principio, locus sanctificationis nostræ: de beatissima Messiæ matre intelligenda esse, quæ est sedes Dei altissimi. Dixit autem, A principio, vt ostendat eam absque initiali peccato conceptam fuisse. Idem quoque optime insinuatur per illud Ezechielis primo cap. dictum, ממעל לרקיע אשר על ראשם כמראה אבן ספיר דמות כסא ועל דמות הכסא דמות כמראה אדם עליו ממעלה id est, Et super firmamentum, quod erat imminens capiti eorum, quasi aspectus lapidis saphiri, similitudo throni, & super similitudinem throni quasi aspectus hominis desuper. Vbi Ezechiel de immaculata matre Messiæ vaticinatus est. Postquam enim viderat quatuor animalia, eorumque motum, ait se vidisse super capita animalium in cœlo stare similitudinem throni, vel solij, siue sedis, quæ est gloriosa mater Messiæ. Mox que super hanc, similitudinem hominis, qui est Dei Filius incarnatus, seu Messias. Dicit autem aspectum huius sedis esse similem saphiro, vt non solum innuat huius intemeratæ virginis gloriam, sed ipsius quoque omnimodam puritatem. Quia sicut saphirus licet ex elemento terrestri, opaco & obscuro originem habeat, à sui tamen principio diaphanus & clarus est. Ita immaculata mater ipsa Messiæ, etsi à parentibus peccato obnoxiis prodierit, à sui tamen initio clarissima & absque originalis peccati macula fuit. Hæc de immaculata ac sanctissima matre Messiæ secundum veterum Hebræorum sententias dicta sufficiant. Nunc ad filiuſn eius redeuntes, de ipsius mysteriis agamus.

*Triplex genus sedium.*

*Prima sedes est mater Messiæ.*



LIBER OCTAVVS.

# DE MESSIÆ MYSTERIIS, QVÆ IN DOMINO NOSTRO IESV CHRISTO CONSVMmata sunt.

## CAPVT PRIMVM.

*Quod Messias secundum carnem ex Iacob & cæteris patribus per lineam rectam descensurus erat.*

CAPNIO.

DE Messiæ igitur mysteriis nunc dictum, quibus iuniorum Iudęorum perfidia optime conuincitur (per ea namque Dominum nostrũ Iesum Christum verum fuisse Messiam, palam ostenditur: cum in eo omnia ipsa Messiæ mysteria à Prophetis prænuntiata ad vnguem completa fuerint) primum, quod Messias ipse ex Iacob, cæterisque patribus per lineam rectam descensurus esset, patefacere debes. GAL. Adducam igitur, quæ hac de re Numer. 24. cap. hoc modo scribuntur, דרך כוכב מיעקב וקם שבט מישראל וסחץ פאתי מואב וקרקר כל בני שת והיה אדום ירשה והיה ירשה שעיר איביו וישראל עשה חיל וירד מיעקב והאביד שריד מעיר i. Egressa est stella de Iacob, & surrexit virga vel sceptrum ex Israel, & conquassauit angulos, vel rectices Moab, & dirruit, vel dissipauit omnes filios Seth. Et erit Edom possessio eius. Et erit possessio Seir inimicis eius, & Israel agens fortiter. Et dominabitur de Iacob, & destruet reliquum, vel reliquias de ciuitate. Vbi glossa Rab. Selomonis, De ciuitate (inquit) famosa Edom, id est, de Roma. De Rege autem Messia dicitur, Et dominabitur de Iacob: cum reliquis. Nam de ipso dictum est Psalmo 72. Et dominabitur à mari vsque ad mare. Item in Abdia, Et non erit residuum domui Iacob. Hæc Rab. Selomo. Hæc autem verba, Egressa est stella ex Iacob, & surrexit virga vel sceptrum ex Israel: ita Rabbi Ankelos Chaldaice transtulit, יקום מלכא מבירית יעקב i. Surget Rex ex domo Iacob, & nutriet se, & magnificabitur Messias ex Israel. Ex qua Chaldaica translatione dno habentur. Primum quidem, quod scriptura hæc de Messia loquitur. Secundum vero, quod in eadem præteritum pro futuro more prophetico ponitur. In commentariis autem Rabbi Mosis Hadarsan in librum Geneseos, super illud 49. cap. eiusdem libri dictum, Non recedet sceptrum de Iuda; cum cæteris: sic dicitur, Hoc est, quod ait Balaam, Egressa est stella ex Iacob: & reliqua. Et quando complebitur prophetia hæc? Cum veniet Silo, id est, Messias. Ex his patet propositum. Quod etiam de Iuda, & subsequenter de Isai Messias prodituris esset, habetur in *Bereşit* קטנה *Ketauna*, id est, in expositione minori libri Genes. super illud Gen. quadragesimo nono capite dictum, יהודה אתה יודוך אחיך h. e. Iuda te confitebuntur fratres tui: vbi sic dicitur, Iudas quartus natus est in tribubus, in die quarta creata sunt luminaria cœli, & de Messia scriptum est Psalmo 89. Et thronus eius sicut sol coram me. Et de Iuda natus est Messias, iuxta illud Isaiæ 11. cap. dictum, Et egredietur virga de stipite Isai, & planta de radicibus eius fructificabit. Hæc traditio. Quod etiam ex David nasciturus erat, habetur in *Midras tehilim*, id est, in expositione Psalmorum, circa super illud Psal. 16. dictum, לכן שמח לבי ויגל כבודי Hoc est, Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit gloria mea: sic dicitur, אמר רבי אבהו שמח לבי ברבורי תורה יגל כבודי במלך המשיח שעתיד לצאת ממנוכי על כל ככוד תפה id est, Dixit Rabbi Abhu, Lætatum est cor meum, scilicet in verbis legis, & exultauit gloria mea, in Rege scilicet Messia, qui egressurus erat de ipso Dauid. Quoniam de ipso dictum est Isaiæ 4. c. כי על כל כבוד חפה h. e. Quia super omnem gloriam erit operimentum, vel thalamus. Hæc ibi. Dixit autem Rabbi

Kimhi, quod תמרה *huppa*, quod in verbis Isaiæ A ponitur, est locus, in quo absconditur se sponsa cum sponso. Ex quibus apparet liquet, Messiam secundum carnem ex Iacob & cæteris patribus processurum fuisse. Sed quoniam multa in præcedentibus de hac materia dicta sunt, quæ nunc diximus sufficiant.

## CAPVT II.

*Quod Messias nouo modo nasciturus erat, hoc est, absq; viri semine, sive de matre absque patre.*

## CAPNIO.

QVANQVAM in superioribus multa de matris Messiæ virginitate dixisti: quia tamen recentiores Iudæorum asserunt, Messiam ex viro & muliere more cæterorum C hominum generandum, non paruam in hoc tam matri quam filio blasphemiam inferentes: idcirco ad reprimendam falsiloquam atq; impiam eorum temeritatem, proba obsecro per eorum scripturas, Messiam ipsum nouo modo, hoc est, de matre absq; patre nasciturum fuisse. GAL. Messiam nouo modo generandum fuisse, patremque carnalem minime habiturum, multifariam à patriD bus antiquis dictum fuit. Quare in primis notandum est, quod legitur in *Midras tehilim*, id est, in expositione Psalmorum, super illud Psalm. 2. dictum, אספרה אל חק יהוה אמר אלי בני אתה אני היום ילדתיך hoc est, Narrabo præceptum; Deus dixit ad me, Filius meus es tu, Ego hodie genui te. Vbi sic dicitur. מספרים הם תנאי מלך המשיח בתורתך שלנביאים וכתובים כמו שאמר פרעם משחר לך טל ילדותיך רב הונא אמר שלשה חלקים היסורין אחרין נטלו אבות העולם וכל הדורות ואחת דורו של שפר ואחר דורו של משיח E וכך תיתי שעתידה אומר הקדוש ברוך הוא עלי להראותו בשיאת חרשה וכן הוא אומר אני היום ילדתיך i. Narratæ sunt materiæ, siue mysteria Regis Messiæ in scriptura prophetiarum atq; hagiographorum. Sicut dictum est Psal. 110. De matrice ex aurora, vel de matrice auroræ, tibi ros natiuitatis tuæ. Dixit R. Hunna, vel (vt alibi legitur) R. Idi, In tres diuisiones diuisæ sunt tribulationes. Vnam tulerunt patres mundi (Abraham scilicet & cæteri) omnesque generationes. Alteram tulit F generatio destructionis (scilicet eorum, qui per Romanos destructi sunt.) Tertiam vero generatio Messiæ. Et cum venerit hora eius, dicet Deus sanctus & benedictus, Super me est, id est, ad me spectat, vt creem eum nouam creaturam. Et hoc est, quod ipse dicit, Ego hodie genui te. Hactenus traditio. In qua duo sunt, quæ satis euidenter ostendunt, quod Messias non sicut cæteri homines, sed nouo modo fuerat concipiendus, ac generandus. Vnum quidem est id, quod postremo G ait, quod scilicet Deus erat ipsum nouam creaturam creaturus. Alterum vero, quod paulo ante iuxta Hebraicam veritatem dixit eo in loco, vbi nos habemus, Ex vtero ante luciferum genui te. De matrice ex aurora, vel de matrice auroræ tibi ros natiuitatis tuæ. Sic enim ibi Hebraicus textus habet, quod veritati nostræ fidei magis consonat. Probato namque per traditionem istum hæc de Messia fuisse dicta, nihil aliud rationabiliter & conuenienter per matricem auroræ intelligi oportet, quam matricem seu vterum sacratissimæ mattis eius ad literam. Quæ ipsum virtute diuina conceptura, ac paritura erat, absque vlli semine, saluaque virginitate: quemadmodum aurora solem recipit, ipsumque patit sine corruptione. Quod totum per rorem natiuitatis Messiæ ex matrice auroræ datur intelligi. Aurora enim est pars illa cœli & terræ, quæ mane ante solis ortum illic, vbi sol exoritur, illuminata apparet. Quæ quamprimum lucescere incipit, aurora dicitur: quamprimum vero sol oritur, & videtur, amplius non appellatur aurora. Mattix autem auroræ siue vterus dicitur interstitium illud inter terram & cæteram siue mare horizontis nostri adspectus, per quod sol se ipsum effert & eleuat, ac videtur surgere & ascendere. Ros verò natiuitatis est proma hominis conceptio in vtero, quæ non abiter ros dicitur. Vt enim ros cito à sole soluitur, sic & primi conceptus tam hominum quam cæterorum animalium facillime fiunt abortus, diuturniores autem difficultet abortiuntur. Sensus igitur est, Quod quemadmodum sol præexistens se ipso sine vllo alio educente, sese de centro auroræ profert: sic verbum Dei per seipsum, sine viro generante, primum conceptum natiuitatis suæ humanitatis accipere debebat ex centro auroræ, id est, ex vtero virginis, nullo viro cooperante: idem existens Dei Filius, qui primus erat. Id quoque ex eo confirmatur, quod in annotationibus Rabbi Mosis Hadarsan legitur, super illud Psalm. 85. אמת מארץ תצמח וצדק משמים נשקף id est, Veritas de terra germinabit, & iustitia de cœlo respicietur: sic enim ibi dicitur, אמר רבי יודן זאת היא תשועתינו שתצמח מארץ באמצעיות אלהי וחזנקשרות שניהם יחד ולמה אמר תצמח ולא אמר חולר לפי שלא תהיה רוסת לחולדת ברורת העלם אלא נפרדת בלתי חבור וזה הוא שאמר גם יהוה יתן הטוב וארצנו תתן יבולה והאמת הוא כי אין מי שיעיד שם אביו ושידעו אלא הוא נסתר מעיני החסון עד שיבא הוא ויגידהו Dixit Rabbi Ioden, Hæc est salus nostra, quæ de terra orietur mediante Deo, eruntque connectæ ambæ simul (veritas scilicet & iustitia) Et cur dixit, Germinabit siue pullulabit, & non dixit, nascetur? Quia nimirum generatio siue natiuitas eius non erit similis generationi siue natiuitati creaturarum, quæ sunt in mundo, imo diuersa & distans absque socio & connunctione. Et hic erit Saluator noster, & iustus noster, quem mittet Deus. Et hoc est, quod dicit in eodem Psalmo, גם יהוה יתן הטוב וארצנו תתן יבולה id est, Etiam Deus dabit bonum, siue bonitatem, & terra nostra dabit fructum suum. Constat autem, non reperiri, & non esse, qui enarret nomen Patris eius, neque qui illud sciat, sed hoc occultum est ab oculis vulgi, donec veniat ipse, & manifestum faciat illud. Hæc Rabbi ille Moses Hadarsan: qui etiam in commentatiis in librum Geneseos, super illud 25. eiusdem libri, Et dixit eis Ruben, Non effundatis sanguinem, mittite eum in puteu istum, qui est in solitudine, A & manum non immittatis in eum: sic ad verbum dicit. Hoc est quod scriptum est Iob 6. cap. אף על יתום תפיל והכרו על רעיכם i. Etiam super pupillum iacturis, & mercamini vel epulamini contra proximum vestrum. Hoc perinde est, ac si scriptura dicat illud Thren. vlt. cap. Pupilli facti sumus absque patre. Dixit R. Berachias, quod Deus sanctus & benedictus ait Israeli, אתם אמרתם לפני יתומים היינו ואין אב הנואל אשר אקים סכם אין לי אב שנאמר הנה איש צמח שמו ומתחתיו יצמח וכן הוא אומר ויעל כיונק לפניו וכשורש מארץ ציה ועליו דוד אומר פרעם משחר לך טל ילדותיך ועליו הכתוב אומר אני היום ילדתיך i. Vos dixistis coram me, pupilli facti sumus absque patre. Redemptor quoque, quem constituam, vel suscitabo ex vobis, absque patre erit. Sicut dictum est Zachar. 6. cap. Ecce vir, Germen nomen eius, & de subter se germinabit. Et sic etiam ipse ait Isaiæ 53. cap. Et ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix ex terra sicca. De ipso quoque C Dauid inquit Psalm. 110. De matrice auroræ tibi ros natiuitatis tuæ. Et super ipsum etiam scriptum est Psal. 2. Ego hodie genui te. Hæc ibi. Vbi bonus iste R. Berachias per multa nititur ostendere, Messiam absque virili semine fuisse generandum. Primum quidem per id, quod ait, absque patre ipsum futurum fuisse. Secundo, quia testimonio Zachariæ dixit, ipsum subter se, i. per se germinaturum. Tertio quia ex testimonio Isaiæ dixit, eum et terra sicca ascensurum: per terram siccam virD ginem humano semine non humectatam, intelligens. Quarto, quia dixit, de matrice auroræ tibi ros natiuitatis tuæ: per matricem auroræ vterum virginis etiam intelligens, quemadmodum & nos exposuimus. In eo autem, quod postremo subiecit, Ego hodie genui te, diuinitatem eius expressè ostendit, qua ab æterno à Patre genitus est. Satis adhuc aperte ostenditur, corpus Messiæ non ex viri semine, sed ex purissimæ virginis substantia fructurum fuisse materiam, ex eo quod in *Bereshit rabba*, id est, in expositione parua libri Gen. Scribitur super illud eiusdem libri 4. cap. dictum, וידע אדם עוד את אשתו ותלד בן ותקרא את שמו שת כי שת לי אלהים זרע אחר תחת הבל id est, Et cognouit adhuc Adam vxorem suam, & peperit filium, & vocauit ipsa nomen eius Seth: Quia posuit mihi Deus semen aliud pro Habel: Dixit Rabbi Tanhuma, Illud videlicet semen, quod fuerexit de alio loco. Et quod est istud? Istud est Messias. Hoc idem ponitur in *Midras* F *Ruth*, id est, in expositione libri Ruth: vbi sic dicitur, כתיב כי שת לי אלהים זרע אחר אותו הזרע שהוא בא ממקום אחר והוה מלך המשיח Scriptum est Gen. 4. cap. Posuit mihi Deus semen aliud, ipsum semen, quod emanat ex alio loco. Et istud est Rex Messias. Item in *Bereshit rabba* קטנה *ketana*, i. in expositione minori libri Gen. super illud Gen. 19. cap. נשקה את אבינו יין ונשכבה עמו ונחיה מאבינו זרע i. Veni, potemus patrem nostrum vino, & dormiamus cum eo, Et viuificemus de patre nostro semen: Legitur sic, Dixit R. Abbi Tanhuma, Viuificemus ex patre nostro filium, non est scriptum, sed semen: Illud scilicet semen, quod erit veniens de alio loco. Et quod erit hoc? Hoc erit Rex Messias. Hæc ibi. Hoc ergo semen illud esse intelligi oportet, de quo Psal. 105. dicitur, זרע אברהם עבדו בני יעקב בחיריו הוא יהוה אלהינו Hoc est, Semen Abrahæ serui eius filii Iacob electorum eius, ipsum est Dominus Deus noster. Simile huic habetur apud Malachiã 2. c. dicentem, ומה האחד מבקש זרע אלהים i. Et quid vnus erat quærens? semen Deum. Super quo Abraham Auen Azra, & Rabbi Selomo dixerunt, Magistri nostri hoc exposuerunt, Quod conuenerunt coniuges alienigenarum ad Prophetam, eique dixerunt, Et nonne Abraham fecit sic, qui duxit Hagar super vxorem suam? Ait eis Propheta, Alius spiritus inerat illi. Non enim erat eius intentio, sicut est intentio vestra. Quia non dedit oculos suos in eam. Dixerunt ei, Et quid ipse vnus quærebat? Quæ fuit eius intentio? Respondit illis, Vt esset sibi זרע אלהים *Zera elohim*, id est, semen Dei, vel semen Deus. Hęc illi. Vbi notandum est, quod sicut יהוה אלהים *Adonahi elohim*, est Dominus Deus: ita haud incongrue *Zera elohim*, semen Deus esse potest. Messiam præterea ex muliere absque viro generandum fuisse, siue ex matre sine patre, adhuc probatur testimonio ipsius Iacob, ita Gen. 49. c. dicentis, לא יסור שבט מיהודה ומחקק מבין רגליו עד כי יבא שילה Hoc est, Non recedet sceptrum de Iuda, & scriba de medio pedum eius, donec veniat שילה *Silo*, i. filius ipsius, mulieris scil. Sic enim exponit hoc verbū *Silo* R. Kimhi in concordantiis suis, in dictione *Silo*, vt in 4. c. quarti libri latius patuit. Ad cuius declarationem animaduertendum est, quod magnum discrimen faciunt Hebræi in Grammatica sua (vt ipse bene nosti) inter demonstrationē masculinam & fœmininam. Nam si dicturi sunt filium eius, vel ipsius, siue illius, demonstratione masculina dicunt בנו *Benu*, cum litera ו *vau* in calce dictionis. Si autem dicturi sunt, filium eius vel illius, siue ipsius demonstratione fœminina, dicunt בנה *Bena*, cum litera ה *he* in fine dictionis. Hæc autem dictio שילה *Silo* quamuis in prolatione dicatur demonstratione masculina, cum ante dici debuerit שילת *Sila*, quod scribæ aptauerunt: scriptum tamen est cum litera ה *he* demonstratione fœminina. Dicitur enim שילה *Silo*, quod idē est quod filius illius, scilicet mulieris. Sic ergo dicit textus, Non recedet sceptrū de Iuda, & scriba de medio pedum eius, donec veniat filius ipsius mulieris. Vt autem sciatur, quid filius mulieris significet, notanda sunt verba Gen. 15. c. scripta, ויהי רביני ישובו הנה Et generatione quarta reuertentur huc. Quæ dicta fuerunt à Deo, cum Abrahę Ægyptiacã captiuitatem nūtiaret, quæ animarū captiuitatē in interno præfigurauit. Verū enimuero nonnulli nostrorum *Iudæorū* iudæorum exponunt has quatuor generationes *mor um fal-* annos fuisse quadringentos, afferētes vnamquam- *sa expositio.* que earum annorum fuisse centum. Quorū qui- *Confuta-* dem expositio nulla est. Qui enim vel computant *tio.* hos annos à tēpore prolationis prophetiæ, vel ex quo cœpit ipsa captiuitas Ægyptiaca. Quod vtrūque falsum est. Nam si ab eo tempore computent, quo prophetia prolata fuit, multum tempus supra quadringentos annos decurrisse inuenient. Si vero à principio ipsius captiuitatis non com-

plebitur prædictus annorum numerus: cum ea- A
ptiuitas ipsa pluribus quam decem & ducētis non
*Alia eorum expositio.* durauerit annis. Quidam vero alii volunt, & præ-
*Confutatio.* sertim R. Selomo, ipsas quatuor generationes fu-
isse patrem, filium, nepotē & abnepotem. Quo-
rum quoq; expositio falsior est prima. Quia qua-
tuor hæ generationes aut à tempore prophetiæ
numerandæ sunt, aut à captiuitatis ipsius exordio.
Quod si eas à tempore prophetiæ numeremus,
septem, & non quatuor inueniemus generatio-
nes. Quæ sunt Abraham, Ishae, Iacob, Iuda, Peres, B
Soron, & Caleb. Si autem eas ab initio ciusdem
captiuitatis computauerimus, vt R. Selomo facit,
*R. Selomonis expositio.* qui computat Iudam, Peres, Soron & Caleb, pau-
ciores quam quatuor erunt. Nam Iudas & Peres
*Confutatio.* filius eius, antequam Ægyptum ingrederentur,
nati erant, vt patet Gen. 45. c. Quare subtiliori in-
*Quadruplex hominum generatio.* dagatione à nobis videdum est, quid quatuor ge-
nerationes istæ significent. Itaque notandum est,
quatuor inueniri hominum generationes. Prima
quidē fuit Adæ, qui sine viro & muliere procrea- C
tus est. Secunda vero Heuæ, quę ex viro absq; mu-
liere producta est. Cum ergo iuxta Aristotelis do-
ctrinam eadem sit contrariorum disciplina: & po-
sita vna contrarietatis differentia, opus est ponī &
alteram. (Nam si nigrum inuenitur, & album in-
ueniri necesse est. Si dulce repetietur, & amarum
quoq; reperiri, concedere oportet) Idcirco neces-
sarium est, duabus generationibus præmissis, op-
positas duas assignare. Oppositā igitur generatio-
ni Adæ, qui absque viro & fœmina productus est, D
tertia generatio est, qua omnes communiter ex
viro & muliere generantur. Contraria vero gene-
rationi Heuæ, quæ de viro absq; fœmina formata
fuit, quarta datur generatio, qua Messias de mu-
*Catholica expositio.* liere absque viro nasciturus erat. Quapropter sic
exponenda sunt verba antedicta. Generatione
quarta reuertentur huc, i. aduenīente Messiæ ge-
nerationę, animæ ex captiuitate inferni liberabū-
tur, & ad patriam cœlestem, à qua propter Adæ
peccatum expulsi fuerant, ipso Messia duce reuer- E
tentur. Propter hanc igitur generationē, dixit Ia-
cob, Non recedet sceptrum de Iuda, & scriba de
medio pedum eius, donec veniat filius ipsius mu-
lieris, hoc est, Messias, qui ideo filius mulieris di-
ctus est, quia de muliere absque viro nasciturus
erat.

## CAPVT III.

*Quod Reges gentium ad Messiam orandum venturi erant, ei munera deferentes.*

### CAPNIO.

QVVM de mysteriis, quæ circa Messiæ natiuitatem contingere debebant, multa in superioribus retulerimus (satis enim abunde dixisti, quōniam tempore Messias ipse venturus erat, & in qua ciuitate, quóue in loco nasciturus: & quod propriō nomine Iesus vocandus esset) nunc reliquum est, vt de Regibus gentium, qui ad locum natiuitatis eius, ad ipsum G
adorandum venturi erant, eiq; munera oblaturi,
aliquid ex eorum scripturis dicas. GAL. Dicam
de mysterio isto, quid prisci Iudæorum dixerint.
In *Midras* nam q; *tehilim*, id est, in expositione Psal-
morum super illud Psl. 87. dictū, אזכיר רחב ובבל
ליודעי h.e. Commemorabo Raab & Babylonem
scientibus, vel cognoscentibus me, hæc legūntur,
Rabbi Ioses filius Simeon, עתידין אומות העולם
להביא דורונות למלך המשיח שנאמר תשורים
מראש אמנה id est, Futurum est vt nationes mun-
di adducant munera Regi Messiæ. Sicut dictum
est Cantici canticorum 4. cap. Munera dabūtur
capite Amana Sequitur in eodem Psal. יהוה יספר
בכתב עמים זה ילד שם Hoc est, Et hoc est nomen, quo vo-
bit, vel scribet in scriptura populos, ille natus B
Hoc est, Ex illis populis, qui adducent munera
Regi Messiæ, Deus sanctus & benedictus adscri-
bet eos cum Israel. Sequitur, זה ילד שם Hoc
est, Iste natus est ibi, ac si dicat, Hi tales erunt, ac
si nati in illa hora fuerint. Hæc traditio. Ad eius
intellectum notandum est: quod nunquam in to-
ta veteri sacra scriptura ponuntur populi plurali-
ter, quin Gentiles, vel ii, qui non erant Iudæi, per
eos apud ipsos intelligantur. Apud Isaiam quoq;
ita de hoc eodē mysterio 60. ca. legitur, קומי אורי C
כי בא אורך וכבוד יהוה עליך זרחה: כי הנה החשך
יכסה ארץ וערפל לאמים ועליך יזרח יהוה וכבודו
עליך יראה: והלכו גוים לאורך ומלכים לנגה זרחך
Id est, Surge illuminare, quia venit lumen tuum,
& gloria Dei super te illuxit, vel orta. Quia ecce
tenebræ operient terram, & caligo populos. Su-
per te autem illucescet, vel orietur Deus, & glo-
ria eius super te apparebit. Et ibunt gentes ad lu-
men tuum, & Reges ad splendorem illuminatio-
nis tuæ. Hæc autem Rabbi Ionathas ita Chalda-
ce transtulerūt, expositis, קומי אנהרי ירושלם ארי
מטו זמן פורקניך ויקר אתיהון עלך יתגלי אריה א
חשוא יתמי ארעא וקכלא למל כוותא ובוך ישרי
שכינתא דיהוה ויקריה עליך יתגלי ויהכון עממיא
לנהורך ומלכיא לקבל זהורך Hoc est, Surge,
illuminare Ierusalem, quia appropinquauit tem-
pus saluationis tuæ, & honor Dei super te reue-
lauit se. Quia ecce tenebræ opetient terram, & ca-
ligo Regna. Super te autem descendet diuinitas
Dei, & honor eius super te reuelabitur. Et ibunt
gentes ad lumen tuum, & Reges ad suscipiendum
splendorem tuum. Quod autem hæc de Messia
dicta sint, ex eo patet, quod in *Bereßith rabba*, i. in
expositione libri Geneseos habetur, super illud
Gen. 25. c. dictum, Et emisit eos de super Ishac fi-
lio suo, cum adhuc viueret, ad plagā orientalem.
Ibi enim sic dicitur, Hoc est quod scriptū est apud
Iob 6. ca. מביטו ארחות תמא חליטורת שבא קוו למו
i. Respicite semitas Tema, itinera Saba expecta-
te eum, vel eos. Non est Saba nisi filii Abrahæ F
ut dictū est Gen. 25. c. ויקטן ילד את שבא ואת דדן
Hoc est, Et Iaklan genuit Saba & Dedan. Cum
magnificatus esset Selomo in Regno suo, dixe-
runt, Forsitan hic est Messias, & statim venerunt
ad eum: sicut dictū est 3. Reg. 10. c. Et Regina Sa-
ba, audita fama Selomonis, in nomine Dei venit
ad tentandū eum in ænigmatib. Non legas מלכת
שבא i. Regina Saba, sed מלכות שבא i. Regnum
Saba. Et quid est dictum in nomine Dei? Prophe-
tæ fuerunt apud eos, qui eis in nomine Domini
Dei sui prophetauerūt verba, quæ eis tradita fue-
runt, & quæ successiue ad manus eorum ex Abra-
ham venerant. Et vnde habetur, quod venturi
essent in diebus Messiæ, eique seruituri? Ex
eo quod



eo quod dictum est Isaiæ sexagesimo cap. שפעת A
גמלים תכסך בכרי מדין ועיפה כלם משבא יבאו
זהב ולבונה ישאו והתלות יהוה יבשרו
h.e. Multi-
tudo camelorum operiet te, dromedarii Madian
& Epha. Omnes ipsi de Saba venient, aurum &
thus deferent, & laudes Dei (Tetragrammaton)
annuntiabunt. Hic enim Rex Messias: sicut di-
ctum est Ieremiæ 23. & 33. ca. וזה שמו אשר יקראו
יהוה צדקינו Hoc est, Et hoc est nomen, quo vo-
cabunt eum, Deus (Tetragrammaton) iustus no- B
ster. Et sic Isaias ait sexagesimo capite, Et super te
illucescet, vel orietur Deus (Tetragrammaton) &
gloria eius super te apparebit. Et ibunt gentes ad
lumen tuum, & Reges ad splendorem illustratio-
nis tuæ. Hactenus traditio. In qua quinque præ-
cipue notanda sunt. Quorum primum quidem
est, quod dicit, Quod Regina Saba audita fama
Salomonis, venit in nomine Dei ad tentandum
eum tum ænigmatibus. Et causam assignans, ait,
Quia cum magnificatus esset Selomo in Regno C
suo, dixerat, Forsitan hic est Messias. Ex eo autem
quod ait, Non esse legendum, Regina Saba, sed
Regnum Saba, respōdetur obiectioni, quam no-
bis aliqui Iudæorum facere solent, dum falso
probare conantur, Christum nostrum non fuisse
Messiam, eo quod Propheta dixerit, Omnes de
Saba venient, aurum & thus deferent, & teste Eu-
angelio, non omnes illi de Saba, sed pauci Chri-
stum adorātum venerint. Hic igitur per suum
Talmud optime conuincuntur, cum ait, Non le- D
gas, Regina Saba, sed Regnum Saba. Quia cum
Rex repræsentet omnes de Regno suo existen-
tes, Regina ipsa Saba, quæ venit ad Salomonem,
totum regnum ipsum repræsentabat. Cum ergo
Regum, qui ad adorandum Christum natum ve-
nerunt, vnus Rex Saba extiterit, qui omnes eius-
dem Regni repræsentabat: ideo rectè per Isaiam
prædictum fuerat, Omnes de Saba venient, au-
rum & thus deferent. Probatum est quoque in
præcedentibus, raro in sacra pagina omnes pro E
singulis omnium, quin potius sæpenumero pro
minima parte poni. Secundo in eadem traditio-
ne notandum est, quod ait, illos de Saba in die-
bus Messiæ venturos fuisse, eique seruituros: quod
per prædicta Isaiæ verba futurum fuisse ostendit.
Tertio, quod dicit eos de Saba filios Abrahæ fuis-
se, quod per sacræ scripturæ authoritatem pro-
bat, quam ibi inducit. Et quod fuerit in eis pro-
pheta, qui in nomine Dei sui eis verba propheta-
uerit, quæ illis tradita fuerant, & quæ ad manus F
eorum successiue ex Abraham venerant. Quarto,
quia exponendo illud Isaiæ, Omnes de Saba ve-
nient, aurum & thus deferent, & laudes Dei (Te-
tragrammaton) annuntiabunt: dicit hunc Deum
nomine Tetragrammaton scriptum, cui illi de Sa-
ba munera illa oblaturi erant, eiusque laudes an-
nuntiaturi, Regem esse Messiam. Quod Ieremiæ
testimonio probat, dicentis, Et hoc est nomen,
quo vocabunt eum, Deus (Tetragrammaton) iu-
stus noster. Quod (vt in præcedentibus dictum G
est) est nomen vnicum Deo ac ipsi soli appro-
priatum, ipsiusque Creatoris indicans essentiam.
Quare nulla puta creatura eo nomine vocari
potest. Ex quo aperte sequitur, Messiam esse
Deum. Quinto, quod Gentiles ad lumen hu-
ius Messiæ nomine Dei Tetragrammaton vocan-
di, ituri essent. Quod optime cum eo conuenit,
quod Ioannes Euangelista ait, Erat lux vera, quæ
illuminat omnem hominem venientem in hunc
mundum. Atque cum eo quoque, quod Eccle-
sia in Symbolo canit: Lumen de lumine, Deum
verum de Deo vero. Quod autem Messias vt
Deus adorandus esset, habetur in Psalm. 72. Vbi
sic legitur, מלכי תרשיש ואיים מנחה ישיבו מלכי
שבא וסבא אשר יקריבו h.e. Reges Tarsis & In-
sularum munus reddent, Reges Saba & Seba xe-
nium afferent. Et post pauca subditur, ויחי ויתן לו
מזהב שבא ויתפלל בעדו תמיד כל היום יברכנהו
Hoc est, Et viuet, & dabitur ei de auro Saba, &
orabunt ipsum iugiter, tota die benedicent ei.
Quod autem hæc omnia de Messia intelligi de-
beant, ex eo patet, quod in *Bereßith Rabba*, id
est, in expositione magna libri Genes. super illud
33. cap. dictum, Et compulit eum, & recepit: ita
legitur, Dixit Rabbenu, id est, Magister noster.
Quod omnia munera illa, quæ dedit pater noster
Iacob Esau, futurum est, vt Reges mundi Regi
Messiæ restituant. Vnde probatur hoc? Ex eo,
quod scriptum est Psalmo 72. Reges Tarsis & In-
sularum munus adducent. Non ita scriptum est,
sed munus reddent. Quod autem omnia præmis-
sa in Domino nostro Iesu Christo completa fue-
rint, ex iis ostenditur, quæ Matthæi 2. capite hoc
modo scribuntur, Cum natus esset Iesus in Beth-
lehem Iudæ in diebus Herodis Regis, ecce Magi
ab Oriente venerunt Ierosolymam, dicentes, Vbi
est qui natus est Rex Iudæorum? Vidimus enim
stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum:
& reliqua. Deinde subiungitur, Et intrantes do-
mum inuenerunt puerum cum Maria matre eius.
Et procidentes adorauerunt eum. Et apertis the-
sauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, &
myrrham.

## CAPVT IIII.

*Quod Messias ex Ægypto reuocandus erat; quo post natiuitatem suam Herodem fugiens, profecturus erat.*

### CAPNIO.

ALIVD adhuc mysterium est, quod post Messiæ natum euentorum erat, eius sollicet profectio in Ægyptum, atque inde postmodum regressio in terram Israel. Nam vt Euangelista refert, post magorum Regum discessum, parante Herode Christo infanti necem, monitu angelico Christus ipse matris gestatus sinu, Herodem fugiens, in Ægyptum se contulit. Et postmodum Herode defuncto, ad terram Israel reuersus est. Velim igitur abs te audire, si quid veterum Iudæorum, qui Christi præcesserunt aduentum, de hoc mysterio prædixerint. GAL. Messiam post natiuitatem suam Herodis fugientē persecutionem, in Ægyptum abiturum fuisse, indeque postmodum Dei iussu regressurum, prisci illi patres minime certe tacuerunt. Scribitur enim in expositione libri Genes. Rab-

bi Mosis Hadarsan, super illud Geneseos quadragesimo capite dictum, והגיד הן לפני Hoc est, Ecce vitis coram me; hoc modo, Hic est Israel, sicut scriptum est Psalmo octuagesimo, תמיך מצרים גפן ממצרים id est, Vitem de Ægypto transferes, vel mouebis. Alia expositio: Et ecce vitis coram me: Hic est Rex Messias, de quo dictum est Psalmo octuagesimo, וגפן אשר נטעה ימינך hoc est, Et præpara, vel perfice, quam plantauit dextera tua: vel, Et vitem præparatam & dispositam. Vel, Et abacum, quam plantauit dextera tua. Vbi notandum est, quod כנך *chana*, quod ibi ponitur, & est nomen vitis ordinatæ atque bene dispositæ, significat quoque abacum. Est etiam *chana* verbum imperatiui modi, à verbo Hebraico כון *can*, quod præpatare, vel disponere, vel perficere significat. Hæc igitur *chana*, id est, vitis bene disposita, & ordinata est Rex Messias, qui ex Ægypto transferendus erat. Ad prædicta quoque plurimum facit, quod scriptum est in libro ברכות *beracoth*, id est, benedictionum, in cap. quod incipit, הרואה מקום *Haroe mecom*, id est, qui videt locum. Sic enim dicitur, Qui videt per somnium שורקה *Soreka*, id est, palmitem vitis, יראה צפרדע, id est, videbit, vel contemplabitur Messiam, de quo scriptum est Psal. 80. Vitem de Ægypto transferes. Vbi notandū est, quod transferes dicit textus, & non transtulit, vt nostra editio habet. Per hoc igitur euidenter patet, quod non de Israel Prophera loquutus fuerat, sed de Messia, qui ex Ægypto reuocandus erat. Quod D lucidius per Rabbenu Haccados expositionem ostenditur, eo in libro, quem גלי רזייא *Gale razaia*, id est, reuelatorem arcanorum nuncupauit. In septima enim eiusdem libri petitione legitur, quod inter cætera ab eo Antoninus vibis Romæ Consul quæsisset, quid tibi vellet illud Psal. 80. dictum, Vitem de Ægypto transferes, vel remouebis? Respondit ei, Hic est Messias. Dixit ei Antoninus, Ergo Rex Messias in Ægypto nascituus est? Nönne in Bethlehem? vt E dictum est apud Michæam 5. capite. Et tu Bethlehem terra Ephrata, parvula es in millibus Iuda: Ex te mihi egredietur, qui sit Dominator in Israel. Respondit ei Rabbenu, Fateor Regem Messiam in Bethlehem nasciturum. Sed dicit, Vitem de Ægypto transferes. Quum enim natus erit Messias, Herodes, qui in Ierusalem regnabit, quæret eum ad necem. Reuelatione autem diuina in Ægyptum fugere cogetur, vbi aliquandiu morabitur, & postea in Ierusalem iussu Dei reuertetur. Idcirco textus dicit, Vitem de Ægypto transferes. Propter matrem vero suam ait, Et abacum, quam plantauit dextera tua. Hæc ille Rabbenu Haccados vere sanctus. Quare autem matet Dei assimiletur abaco, in tertio capite septimi libri ex sententia eiusdem Rabbenu Haccados satis abunde dictum est. Iuxta autem traditiones præmissas, quæ Messiam ex Ægypto reuocandum fuisse asserunt, eidem Messiæ optime conuenit illud Dominicum apud Hoseam 11. cap, G dictum, ומצרים קראתי לבני hoc est, Et ex Ægypto vocani filium meum. Nec obstat proposito nostro, quod, vocani, dicit, & non vocabo. Quia vt ait Rabbi Selomo super illud Isaiæ 42. cap. dictum, Hæc verba feci eis, Omnis lingua prophemia loquitur de futuro tanquam de præterito. Et hoc ideo, quia dictum Dei habetur pro facto, iuxta veterum Talmudistarum sententiam, vt latius in antecedentibus declaratum est. Ex præmissis igitur liquido patet, Messiam non fuisse ex Ægypto reuocandum fuisse; verum etiam vitem à Deo plantatam futurum. Quod cum dicto eiusdem Domini bene congruit, apud Ioannem 15. cap. dicentis, Ego sum vitis vera, & Pater meus agricola est.

## Caput V.

*Quod Messias miracula propria virtute fecerit. Et de miraculo Domini nostri Iesu Christi, & discipulorum eius ex Talmud.*

## CAPNIO.

DOminvs noster Iesus Christus, quoniã miracula multa fecit propria virtute, idcirco ad probandum ipsum verum fuisse Messiam, ostendere debes, Messiam ipsum factorum fuisse miracula. GAL. Id aperte Isaias inter cæteros prædixit, cum c. 25. ait, גמול אלהים הוא יבא וישענכם: אז תפקחנה עיני עורים ואזני חרשים תפתחנה אז ירלג כאיל פסח ותרון לשון אלם. Præmium Dei, vel præmium Deus, ipse veniet & saluabit vos. Tunc aperientur oculi cœcorum, & aures surdorum patefient. Tunc saliet tanquam cervus claudus, & decantabit linguamuti. Ex quibus manifestum est, quod Messias non solum miracula propria virtute tanquam Deus factus erat, sed quod Deus ēt futurus erat. Quandoquidem præmissa Isaiæ verba de ipso Messia intelligi debere, prisci Iudæorum tradiderunt: Qui etiam Pharisæos, quos פריזים *parefim*, i. scelestos seu corruptos moribus, vel remerarios vocit, miraculis Messiæ non crediturosfuisse, palam prædixerunt. Vt R. Moses Hadarsan in suis commentariis pulchre testatur super illud Ps. 74. איותינו לא ראינו אין עוד נביא ולא אתנו יודע עד מה ; Signa nostra non vidimus, non est vltra Propheta, neq; nobiscū qui sciat amplius, vel vsquequo ita dicens, שאל רבינו מרוחאי מתו דרכתיב אותותינו לא ראינו אין עוד נביא ולא אתנו יודע עד מה אמר לו דקאתא זה נאמר על פרעיו הדור שלא יאמינו לאותות שיעשה משיח צדקנו ויאמרו עליו פוקי מסייעי ושמות הטומאה וכי אותם האותות לא היו אותם שנתנבאו על תם שיהיו אומים היו כי תם לא היו ע"ם גם לא היה להם נביא שיעיד להם שהיו מתיירות ולכך היה לו מן הראוי שיביא ראיה מאותות הרבים ואם לא שיהא רבינו הולוה אמר הנבי עד מתי אלהי יחרף צר ינאץ אויב שמך לנצח לן שלא יסבול דברים כאלו id est, Interrogauit Rabbi Nathonai, Quidnam illud est, quod scriptum est, Signa nostra non vidimus, non est vltra Propheta, neque nobiscum qui sciat amplius, vel vsquequo? Respondit ei Rabbi Aha, Hoc dictum est de generatione scelestorum, qui non credent signis, quæ faciet Messias iustus noster. Sed dicent de illo, quod operabitur ea arte magica, & nominibus immundiciæ. Et quod signa, quæ ipse



ipse ille dabit, non erant signa illa, quæ prophetarunt prophetæ de Messia. Et quod si ipsa eraut, haberant eos. & quod non esset inter eos prophera qui posset illis veritatem manifestare. Quapropter necesse illi erat probationem verborum ipsorum afferre, alioqui ipsi interficerent eum. Et ideo exclamat Propheta, dicens, Vsq; quo Deus impebabit aduersarius? blasphemabit inimicus nomen eum in æternum? Ac si dicat Deo vt zoni patieur similia verba. Hæc ibi. Quamuis auerro miracula Christum fecisse recentiores Iudæorum negare non possint, cum ipsius miracula maxima ac manifesta fuerint, conati tamen sunt ea mendacio atq; blasphemia deturpare. Videntes enim ipsum talia fecisse, quæ facultatē omnem creatam excederent, non ea diabolicæ virtuti, vt patres eorum tribuere ausi sunt, sed diuino nomini, quod שם המפורש *Sem hammphoras*, id est nomen expositum nuncupant, tribuerunt: asserentes eum nomen illud recte pronunciando, miracula illa fecisse. Quomodo autem nomen illud dicerit, ostendere volentes, libellum quendam mendacii blasphemiisque plenum, non ex Talmud, vnde hæc arcana catholicæ veritatis excerpimus, sed ex diabolica suggestione composuerunt. Sed eos prorsus mentur, atq; falsiloquos esse, ex eo vel potissimum videti potest, quod Apostoli, ceterq; eius discipuli post mortem ipsius, non per *Sem hammphoras*, id est per nomen Dei expositum, sed in nomine ipsius Iesu Nazareni, esse Talmud, miracula faciebant. CAP. Vbi in Talmud id habetur? GAL. In Talmud Ierosolymitano, in libro qui עבודה זרה *Anoda zara*, id est cultus alienus dicitur. Ibi enim sic ad verbum legitur. Dixit Rabbi Iohanan, quod filius filij Rabbi Iehosuæ filij Leui quoddam mortiferum deglutiuerat, coniuratumq; illi fuit in nomine Iesu filij פנתר *Panther*, & sanatus est. Cum autem euasisset, dixit pater pueri ei qui eum sanum fecerat, Quid super eum dixisti? Ait illi, Nomen Iesu Nazareni minocani. Dixit pater pueri, Remissius fuisset ei, si mortuus fuisset, & non audisset verbum hoc. Et re ita tamen facta est ei (propter patris scilicet ingratitudiem) Dixit Rabbi Ioses, quod serpēs quidam momordit Elazar filium Duma. Venit igitur ad eum Iacob, id est, Iacobus vir quidam de discipulis Iesu filij Panther, vt curaret eum, & ait ei, Dicam tibi ex nomine Iesu Nazareni, & curaberis. Dixit ei Rabbi Semuel, Non licet tibi hoc, fili Duma. At ille dixit ei, Et ego inducā probationem, quod licitum sit mihi, vt curet me. Et non permisit eum inducere probationem, donec moritur est. Et quam probationem inducere poterat? illud quod scriptum est Leuit. 18. cap. אשר יעשה אתם האדם וחי בהם id est, Quæ (scilicet mandata mea) faciet homo, & viuet in eis. Hæc omnia in eodem libro Talmud Ierosolymitani. Idem quoque habetur in מדרש קהלת *Midras coheleth* id est, in expositione libri Ecclesiastis, super illud 1. cap. dictum, כל הדברים יגעים לא יוכל איש לדבר Hoc est, Cunctans res difficiles, vel cuncta verba difficilia non potest vir sermone exprimere. Vt hoc modo dicitur, Accidit quod R. Elazaren filium Duma momordetit serpens. Venit quæ Iacob, id est Iacobus de Villa זכניה *Zaccania* ad curandum eum in nomine Iesu filij Panther. Et non permisit ei R. Semuel, sed dixit ei, Non licet tibi, fili Duma. Ait ille, Permitte me curati, & ego inducam contra te autoritatem, quod liceat mihi. Et nequiuit autoritatem inducere, donec egressa est anima eius. Et quæ erat autoritas, quā inducere volebat? Leuit. 18. c. Quæ faciet homo, & viuet in eis. Dictum est hoc in mandatis Dei, quę facere debet homo, vt viuat, & non vt moriatur in eis. Hęc traditio. Ex his igitur duabus Iudaicis traditionibus palam liquet, post mortem Domini nostri Iesu Christi facta fuisse miracula in nomine eius. CAP. Cur Dominum Iesum, filium Panther appellant? GAL. Quia cum patrem in terris non haberet, idcirco alij ipsum filium Panther, qui secundum quosdam atauus fuit virginis gloriosæ matris eius ex linea Nathan filij Dauid: Alij vero filium Ioseph, qui quidem eiusdem virginis sponsus fuit, vocabant. Contra miniores autem Iudæorum, qui miracula Christi propria ac diuina virtute ab eo facta fuisse negant, ita ipse apud Hoseam 7. cap. ait, אויי להם כי נדדו ממני שוד להם כי פשעו בי ואנכי אפדם והמה דברו עלי כזבים id est. Veh eis, quia refugerunt à me: vastatio eis, quia præuaricati sunt in me. Et ego redimam eos. Et ipli locuti sunt contra me mendacia. Ieremias quoque 5. c. inquit, ואם חי יהוה יאמרו לכן לשקר ישבעו: יהוה עיניך הלא לאמונה הכית אתם ולא חלו כליתם מאנו קחרת מוסר חזקו פניהם מסלע מאנו לשוב Hoc est, Et si dixerint, viuit Deus, tamen falsitatem iurabunt. Domine oculi tui nonne ad fidem. Percussisti eos, & non doluerunt. Consumsisti eos, & renuerunt accipere disciplinam, indurauerunt facies suas supra petram, renuerunt conuerti.

## Caput VI.

*Quod miracula Domini nostri Iesu Christi, discipulorumque eius nullatenus negari possint.*

## CAPNIO.

CVm de miraculis nostri redemtoris, discipulorumq; eius sermonem cœperimus: ideo vt recentiorum Iudæorum, qui ea tam obstinate aut negāt aut impugnant, impia temeritas magis arguatur, probādum est miracula ipsa tam firmiter constare, vt nulla possint aduersariorum negari nequitia. GAL. Id certe tritarā ostendit. Per variam scilicet scripturam, per strebram famam, & per necessariam rationem. Primo quidem per variam scripturam, videlicet Iudæorum, Christianorum, & Saracenorum. Per scripturam Iudæorum, inquam, vt ex his quæ dicta sunt, patuit. Scripturā vero Christianorum ad hoc inducere non oportet. Tum quia de ea nullum est dubium. Tum etiam, quia ipsam aduersarij non recipiunt. Quamuis recipere deberent, cum nonnisi vera narret. Et Psalmographus Psal. 87. dicit, יהוה יספר בכתוב עמים id est Deus narrabit in scriptura populorum. Quamuis dictum hoc ita quoque exponi possit, Deus annumerabit in scriptura populos. CAP. Quæ sunt scripturæ populorum, per

quàs (vt interpretatio prima insinuat) Dominum veritatem narraturum prophetæ dixit. GAL. Scripturæ vtique Gentilium, qui Messiam recepturi erant. Populos enim in plurali numero vetus sacra scriptura (vt in præcedentibus diximus) semper pro Gentilibus, aut pro iis qui Iudæi non erant, accipit. Possumus quoque dicere, has populorum scripturas esse sanctorum imagines, quę in templis Christianorum ad populorum institutionem fieri solent. In quibus miracula tam Christi, quam sectatorum eius literarum ignari B fugiter legunt, quæ in codicibus sapientes lectitant. Saracenorum autem scripturam, etsi eam Iudæi non recipiant, sicut nec nos ipsam recipimus, ad ipsorum tamen Iudæorum confusionem, hoc loco inducendam arbitror: vt cognoscant mundum vniuersum Christi miracula recepisse: quod absque diuina virtute fieri non potuit. In Saracenorum igitur lege quæ Alchoranus dicitur, inter cætera continetur, Quod Gabriel Angelus ad Mariam virginem à Deo missus fuit: qui ei con- C ceptum Domini Iesu sola Dei virtute, absque virili semine nunciaret. Ibidemque dicitur, quod eo die quo natus est, aperte atque distincte locutus sit. Deinde, quod matri Iudæos fugienti ac æstuanti palmam inclinari fecerit, vt ex dactylis eius comederet: & vt biberet, ad palmæ radicem fontem erumpere fecit. Et quod eodem quoque die quo natus est, matrem Iudæis eam de adulterio arguentibus, excusauerit. Ibidem etiam legitur, quod Dominus ipse Iesus iam grandis factus, D fuscitabat mortuos, mundabat leprosos, illuminabat cæcos, cuncta quę solo verbo cuiuscunque generis ægros. Et quod de luto quoque formatis, vitam simul & volatum dabat auiculis. Et quod mensam insuper de cœlo descendere fecit, super quam cum discipulis comedit. Item quod effigiem suam vni ex discipulis suis impressit, qui sponte sua pro ipso à Iudæis est crucifixus. Ipse autem Christus in cœlum à Deo est eleuatus. Et quod inde iterum est in fine mundi venturus, & E mundum vniuersum per annos (secundum eos 40.) iudicaturus. Miraculum quoq; septem dormientium, qui à Decio Cæsare, ob Christi confessionem, in quadam spelunca fortissimo muro conclusi fuerunt, & somno per ducentos annos protracto, tempore Theodosij imperatoris expergefacti sunt, & Christianæ fidei & futuræ resurrectioni testimonium perhibentes, in ipso Alchorano pulchre inuenitur. Constant deinde Christi miracula per crebram famam: quæ est iuxta F sapientum sententiam, multorum narratio, de aliquo per sensum perceptibili, in præsenti tempore constituto, siue in præteritis succedentibus & non interruptis. Quorum multitudinem impossibile est, secundum consuetudinem, ad confingendum tale quid, imperceptibiliter conuenire. Rerum autem (vt aiunt) quæ per crebram habentur famam, duo sunt genera: primum quidem est, Vt narrent qui crebram faciunt famam, aliquid quod ipsi vel visu, vel aliquo alio sensu percepe- G runt. Huiusmodi autem narratio tunc veram præbet scientiam, cum duo concurrunt. Quorum vnum est, vt narrantium multitudo ad eum perueniat numerum, vt impossibile sit secundum consuetudinem, multitudinem illam ad mendacium confingendum imperceptibiliter conuenire. Vt si verbi causa, videamus homines diuersarum distantiarumq; regionum, diuersarumq; consuetudinum ac linguarum cõuenientes, in mundo vrbem esse affirmantes quę Roma dicitur: nobis pro certo constabit, hanc vrbem in mundo esse. Alterum vero est, vt narratum sensibus possit esse subiectum. Nam si orientales omnes atq; occidentales mundum initium habuisse, aut aeternum fuisse narrarent, mũdiq; esse cõtrarium vtrum, aut plures extitisse, dicerent, eorum certe narratio scientiam non præstaret, sed fidem: cum eiusmodi narrata sensibus nequeant subiacere. Si vero, exempli gratia, narrarent, quod in regione aliqua puta in Flandria, ad faciendum igitur glebis pro lignis vtantur, eorum narratio scientiam ferret, cum id quod narrant, sensibus apprehendi possit. Quandocunque igitur duo ista concurrunt, videlicet quod narratores tot atque tales sint, vt secundum consuetudinem ad confingendum mendacium nequeant imperceptibiliter conuenire, & narratum sensatum fuerit: tunc proculdubio iuxta Auicennæ, & Algazelis, & Ibn-zatib sententiam, certam præstat scientiam. Et hoc modo Iacob filium suum Ioseph, quem mortuum credebat, viuere sciuit. Secundum autem rerum genus quæ per crebram famam habentur, est cum narrantes quidem ita se habẽt, vt dictum est, verum rem quam narrant, se nõ vidisse aiunt: asserunt tamen, multitudinem talem qualem diximus, se vidisse, & audisse, quę quod ipsi narrant, se vidisse & audisse dicebat. Hoc autem genus tum certam præbet scientiam, cum in eo duo illa concurrunt, quæ in primo genere concurrere diximus. Et tertium hoc aliud, vt si narrantium omnia longius se extenderit, nunquam tamen fuerit interrupta, neque omnino extenuata, sed semper finis & media in quantitate & qualitate principio correspondeant. Quemadmodum si dixerim, alicui de lege Mosis, quod ad Ezram & quosdam paucos deuenerit. Per hunc modum hodie homines Alexandriam, Cæsaream, Platonem, Aristotelem, cæteroscque excellentissimos, quos antiquos tradidit vetustas, fuisse sciunt. Per hunc etiam modum si animaduertas, Iudæos nostri temporis fore oportet Mosem fuisse, mirabilia fecisse, legemque dedisse, Iudæos quoque antiquos vnicum adorasse, prophetis plurimos occidisse, ac Dominum Iesum qui se Messiam asserebat, reprobasse, & loco eius duos falsos Messias recepisse. Quapropter ad hunc sciẽdi modum Moses Iudaicum populum mirabatur, dum Deut. 32 cap. dixit: זכר עולם בינו שנות דר ודור שאל אביך ויגדך זקניך ויאמרו לך id est, Memento dierum seculi, aduerte annos generationis & generationes. Interroga patrem tuum, & annunciabit tibi, Hanc etiam sciendi modum Dauid ponit, cum Psal. 48 ait, למען ידעו דור אחרון בנים יולדו יקומו ויספרו לבניהם וישימו באלהים כסלם ולא ישכחו מעללי אל ומצותיו יצרו Hoc est, Vt cognoscat generatio vltima, filij nascentur surgent, & narrabunt filiis suis. Et ponent in Deum fiduciam suam, & non obliuiscentur operum Dei, & mandata eius seruabunt. CAP. Hic sciendi modus per crebram famam.



famam, secundum Aristotelis doctrinã valde debilis videtur. Tum quia de singularibus sensibilibus procul factis à sensu, nõ habetur sensatio, nec per consequens scientia. Tum deinde, quia non propter hoc summus simpliciter expertes fidei & credulitatis. Nam ad hoc sunt propositiones probabiles, quæ ponuntur ab Aristotele in libro maioris Rhetoricæ. Tum demum, quia famosum secundum Aristotelem, idem est quod probabile, vt patet in quinq; probabilium modis, ab ipso in primo libro Topicorum positis. GAL. Ad hanc B Scholastici Theologi. tibi obiectionem libenter vnus de supra enumeratis philosophis Arabicis, respondet, sic inter cætera dicens, Scito intet sapientes cõtrouersiam fuisse, Vtrum scientia quæ per crebram habetur famam, necessaria sit, an probabilis. Circa quod dicũt pro vtraque parte quamplurimis, electio tandem omnium est, ipsam necessariam esse. Necessarium siquidem est quod dubiũ nobis fieri, tentantes nos ipsos, nolumus, neque valemus. Porro cum auditis omnibus, quæ contra crebram obiectionem famam, tentamus nos ipsos: inuenimus animas nostras præcise indicantes, quod Moses exemplo gratia fuit: & dixit se Dei nuncium ad filios Israel missum. Nec inuenimus aliquid de obiectis hoc transigens. Sic nec illa quæ necessaria sunt. Nihil ergo quod contra crebram famam est, meretur responsum. Responsum namq; oportet esse probabile. Retinere autem necessarium cum probabili circulationem inducit, & impossibile est. Hæc ille, ex Arabico ad verbum traducta. Ex D quibus patet, quod quæ contra crebram famam dicta sunt, non merentur responsionem. Miracula postremo Domini nostri Iesu Christi per necessariam rationem, hoc est per eorum effectum cõstare, probantur. Ars namque ratiocinandi & demonstrandi, causas ex eorum effectibus optime concludere docet. Siquidem nemo rationis particeps fortem esse ambigit, cui actus fortium inesse possunt. Et cuicunq; velocitas inest, ipsum velocem esse manifestum est. Agit enim vniusquisque E natura quod sibi proprium est, nec rerum cõtrariam suscipit effectũ. Dominum igitur nostrum, Iesum Christum, eiusq; sectatores opera in nomine ipsius visibiliter fecisse, quæ totius naturę superat facultatem, in mirabili languorum curatione, in mortuorum suscitatione, in cœlestium corporum elementorumq; stupenda mutatione, & quod mirabilius est, in humanarum mentium subita inspiratione, cum idiotæ scilicet atq; ignari Spiritu sancto in instanti repleti, summam sapientiam, scripturarum intelligentiam, variarumq; linguarum peritiam consecuti sint. Hæc inquam omnia à Domino nostro Iesu Christo, & post ipsũ ab ipsius sequacibus in nomine eius facta fuisse, effectus ipse secutus euidenter ostendit: Quod videlicet non armorum violentia, non voluptatum permissione, seu licentia, sed per rudes ac simplices Christi discipulos, valde paucos ac pauperes, contra inauditam persecutorum totius orbis tam Iudaicorum quam gentilium rabiem, ac tyrannidem, innumerabiles turbæ non rudium atq; tantum vulgarium, sed sapientissimorum quoq; hominum, spreta dæmonum cultura, quę ita animos allicbat, vt ab ipsa nunquam antea, aut per Mosem aut aliquem alium etiã ipsi Iudæi multis ac stupẽdis visis miraculis, vsquequaq; auersi fuerint, ad fidem ipsius Domini Iesu affectuosissime sint cõuersæ. In qua quidem fide omnem humanum intellectum, rationemq; transcendentia docentur, corporis voluptates maxime mortalibus optatæ, sohibentur. Laboriosę inusitatis quæri, & mundana omnia cõtemni iubentur. Quibus animos mortaliũ assentire, & maximum miraculum est. & manifestũ diuinæ inspirationis op⁹. Hoc autẽ non à fortuna vel casu factũ fuisse, ex eo potissimum patet, q; tot multis ante seculis per prophetarum oracula, se Deus factũrũ prædixit, tempus & modũ faciendi designando. Hęc igitur tam mirabilis ad fidem Christi mundi conuersio, præteritorum quæ narrãtur, & in libris scripta leguntur miraculorum, certissimum est indicium. Ita vt vlterius ea iterari, non sit necesse, cũ in suo effectu euidentissime appareant. Quamuis nostris etiam temporibus, ad Christianę fidei conseruationem, C per sanctos suos miracula Deus facere non cesset. Quocirca si Iudæi cum quibus nobis bellum est, miracula Christi nobis negare vellent, id nobis vnum grande, ac omnium maximũ restat miraculum, Quod ad credendũ tam ardua, ad agendum tam difficilia, sanguini & carni cõtraria, & ad sperandum tam alta, tamq; occulta, mund⁹ à suis erroribus & vitiis, quibus ille⁹ atq; absorptus erat, à tam paucis vitis, atq; ignaris secundum seculum & mẽdicis inductus sit, etiq; sine miraculis crediderit. Quod autem Iudęi quidem miracula Christi respuere deberent, gentiles vero ipsa respicere, vtrumq; à prophetis longe ante nunc⁹ actum fuit. Hinc Psalmographus Psalm. 86. dicit אין כמוך באלהים אדני ואין כמעשיך: כל גוים אשר עשית יבואו וישתחוו לפניך אדני ויכבדו לשמך כי גדול אתה ועושה נפלאות אתה אלהים לבדך. i. Non est sicut tu, in diis Deus, neq; sicut opera tua. Omnes gentes quas fecisti, venient & adorabunt faciem tuam Deus, & honorabunt nomen tuum, quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia. Tu es Deus solus. Quod autem Messias sit facies Dei, nomen Dei, & Deus, in superioribus latissime patuit. Ex his igitur quæ dicta sunt, palam patet, quod miracula Domini nostri Iesu Christi, atq; eius sectatorum in nomine ipsius facta, talia fuerunt, tamque firmiter constantia, vt nulla valeant aduersatiorum calumnia negari.

## CAPVT VII.

### *Quod Messias propheta esse debebat.*

## CAPNIO.

QVA quondam ex Iudęis nostri temporis tanta est malignitas, vt Messiam prophetam fore penitus negent: ideo vt ex hoc etiam mysterio, Dominum nostrum Iesum Christum verum fuisse Messiam, concludamus, Messiam ipsum prophetam futurum fuisse, probandum est GAL. Hoc ex eo manifeste ostenditur, quod Moses de eo loquens, ita Deut. 18. cap. dixit, נביא מקרב אחיך כמני יקים לך יהוה אלהיך אליו תשמעון Hoc est, Prophetam de medio tui, de fratribus tuis tanquam me statuet, vel suscitabit tibi Dominus Deus tuus, ei obedietis.

Mahmed quid de miraculis Christi senserit.

Crebra fama quid sit.

*Iudæorum obstatio.*

CAP. Iudei ipsi asserunt, prophetam hunc qui sic ut Moses futurus erat, non esse Messiã. sed vnumquemq; prophetarum qui post Mosem venturus fuerat. Quare autoritatem quam nunc induxisti, nõ de Messia, sed de singulis prophetis, quos post Mosem esse contigit, intelligendã esse aiunt. Eam ob rem ad reprimendam eorum audaciam, prophetã hunc qui sicut Moses esse debebat, Messiã esse per eorum scripturas probare debes. GAL. In *Midras cohelelh*, id est, in expositione libri Ecclesiastis, super illud 1. cap. eiusdem libri dictum, מה שהיה הוא שיהיה id est, Quid est quod fuit? ipsum quod erit: sic legitur R. Berachiam in nomine R. Ishac dixisse. Sicut fuit redemtor primus, id est Moses, ita erit redemtor vltimus, id est, Messias. Qualis autem fuit redemtor primus? Talis, vt dictum est Exod. 4. c. ויקח משה את אשתו ואת בניו וירכיבם על החמור Hoc est, Et ecce accepit Moses vxorem suam, & filios suos, & equitare fecit eos super asinum: sic futurus est redemtor vltimus. Sicut dictum est Zach. 9. cap. עני ורוכב על חמור ועל עיר בן אתונות id est, Pauper & equitans super asinam, & super pullum filium asinarum. Et quemadmodum redemtor primus fecit descendere manna: sic dictum est Exod. 16. cap. הנני ממטיר לכם לחם מן השמים Hoc est, Ecce ego pluam vobis panem de cœlo: ita redemtor vltimus faciet: sicut dictum est Psalm. 71. יהי פסת בר בארץ id est, Erit placenta frumenti in terra. Et sicuti redemtor primus fecit ascendere fontem, ita redemtor vltimus, qui est Messias, ascendere faciet aquas: sicut dictum est Ioelis vlt. cap. ומעין מבית יהוה יצא והשקה את נחל השטים Hoc est, Et fons de domo Dei exibit, & rigabit torrentem, vel vallem, siue planiciem Setim. Hæc traditio, per quam Iudæi negantes Messiam futurum fuisse prophetam similem Mosi facile conuincuntur. Quanquam hæc similitudo qua Messias Mosi similis futurus erat, potissimum circa legis diuinæ dationem consistere debuerit. Nam etsi multi fuerãt legumlatores, siquidem Mercurius Trismegistus Ægyptiis, Phoronæus Græcis, Lycurgus Lacedæmonijs, Numa Pompilius Romanis legem laturus erat: nemo tamen legem diuinam sicuti Moses dederat, daturus erat, nisi Messias: cum cæteri omnes non diuinas, sed humanas tantummodo condituri essent leges. Quare maxime in danda lege diuina, Messias Mosi persimilis suscitandus erat, vt latius in decimo libro patebit, cum de noua Dei lege per Messiam instituenda dicendum nobis occurret. Nunc autem satis est, per Hebraicas scripturas probasse, prophetam hunc similem Mosi ex Iudæis suscitandum, Messiam futurum fuisse. CAP. Iudæi adhuc nobis obiiciunt, dicentes, Nunquam audiumus Christum vestrum prophetam extitisse. Nec etiam vos prophetam ipsum vocatis. Si ergo Messias propheta esse debuit, & Christus vester propheta non fuit, ipsum Messiam non fuisse, necessario consequens est. GAL. Respondeatur ei, Et Christum nostrum prophetam fuisse, & nos ipsum prophetam habere. De ipso namque Lucas cap 24. ait, Qui fuit vir propheta, potens in opere & sermone. Quare mulier illa Samaritana (vt refert Ioannes quarto capite) Domine, inquit, vt video propheta es tu. Sr autem quærentes à nobis dixerint, Quid propheta- A
*Alia Iudæorum obiectio.*
uerit? Respondebimus eis, Quod multa quidem, & præsertim de se ipso, de discipulis suis, & de Iudæis. Nam de se ipso quidem prophetauit illud apud Lucam 18. c. Ecce ascendimus Ierosolymam, & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur. Et postquam flagellauerint, occident eum, & die tertia resurget. Item apud Matth. 16. cap. Filius hominis (inquit) venturus est in gloria Patris sui B
cum Angelis suis. Et tunc reddet vnicuiq; secundum opera eius. De discipulis vero suis, cum dixit apud Matth. decimo cap. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Cauete autem ab hominibus. Tradent enim vos in conciliis, & in synagogis suis flagellabunt vos, & ad præsides, & ad reges ducemini propter me in testimonium illis & gentibus. Et reliqua. Prophetauit demum de Iudæis, cum, vt ait Lucas 19. cap. C
videns ciuitatem fleuit super illam dicens, Quia si cognouisses tu, & quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi! nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia venient dies, & circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te, & coangustabunt te vndique, & ad terram prosternent te, & filios tuos qui in te sunt, & non relinquent in te lapidem super lapidem. Eo quod non cognoueris tempus visitationis tuæ. Idem quoque alia in locis. Quapropter eum prophetam verum fuisse, & non alium quam illum eundem, de quo Moses locutus est, vt iam ostendimus, dubium nullum est.

## CAPVT VIII.

*Quod Messias pœnitentiam prædicare debebat.*

## CAPNIO.

PŒNITENTIAM Dominum nostrum Iesum Christum docuisse in Euangelijs legimus: imo cum primum prædicare cœpit, hoc proposuit verba, pœnitentiam agite, appropinquauit enim vobis Regnum cœlorum. Pœnitentiam quoque ipsum per se, & per suos discipulos prædicando, vniuersum orbẽ ad vnius & veri Dei cultum adduxisse, certum est. Eam ob rem vt hoc etiam mysterio, ipsum verum extitisse Messiam, ostendere valeas, Messiam ipsum pœnitentiam prædicaturum fuisse, atque per pœnitentiam mundum vniuersum ad salutis metam adducturum, te per veterum Iudæorum scripturas ostendere oportet. GAL. De pœnitentia namque quam Messias tam per se, quam per discipulos suos prædicaturus erat, scriptum est in libro מכות *Maccoth* id est flagellorum, ierosolymitano, in cap. quod incipit אלו הן הגולין *Ellu ben hagolin*, id est, Isti sunt captiui: vbi sic ad verbum dicitur: Dixit Rabbi Pinhas, Scriptum est Psalmo 25. טוב וישר יהוה על כן יורה חטאים בדרך Hoc est, Bonus & rectus Deus, propter hoc docebit errantes viam, vel in via. Quare autem est bonus? Quia rectus. *Pœnitentia Messiæ.*



rectus. Et quare est rectus? Quia bonus. Propter hoc docebit errãtes viam. Docebit siquidẽ viam, per quã faciant pœnitentiam. Quæritum est enim à sapientia, q̃ sit peccatoris condemnatio? Et dixit ei qui quæsierat, id quod scriptũ est Prou. 13. c. חטאים תרדף רעה. i. Peccatores persequetur malum. Quæ iuxta et etiam à propheta, Quæ est peccatorum condemnatio? Et ait eis Ezech. 18. c. הנפש החוטאת היא תמות Hoc est, Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Interrogauerunt quoq; legem, dicentes. Quæ est peccatoris condemnatio? Et respondit eis. Offerat sacrificiũ, & remittetur ei: sicut scriptũ est Leuit. 1. ca. ונרצה לו לכפר עליו id est, Et placatus erit ei, vt parcat illi. Interrogauerunt deinde Deum sanctum & benedictum, Quæ est peccatoris condemnatio? Et dixit eis, Agat pœnitentiam & ignoscetur ei. Et hoc est q̃ scriptum est Psal. 25. Bonus & rectus Deus, propter hoc docebit errantes, vel peccatores viam, vel in via. Quia ipse ostendet peccatoribus viam agendi pœnitentiam. Hæc traditio. In libro quoq; יומא *ioma*, id est, Dierum, in cap. q̃ incipit יום הכפורים *iom hakippurim*. i. Dies ẽpiationũ, ita legitur. Dixit R. Ishac, Veni & vide, q̃ mos Dei sancti & benedicti, non est sicut mos carnis & sanguinis. Mos namq; carnis & sanguinis est, q̃ si homo offendit proximum suum, quia doq; placet eum verbis, quandoq; nequeat ipsum verbis tantum placare. Mos autẽ Dei sancti & benedicti non est hic. Homo. n. transgreditur trãsgressionẽ, & tamen placat ipsum verbis. Sicut dictum est Hos. 14. c. שובה ישראל עד יהוה אלהיך כי כשלת בעונך קחו עמכם דברים ושובו אל יהוה Hoc est, Conuerte, vel age pœnitentiam Israel, vsq; ad Dominum Deum tuum. Quia impegisti, vel cecidisti in iniquitate tua. Sumite vobiscum verba, & reuertimini ad Deum. Et non solum hoc, sed etiã confert ei bonitatem. Sicut consequenter dictum est, יאמרו אליו כל תשא עון וקח טוב. i. Dicite ei, totum aufer peccatum, & accipe bonum. Nec solum hoc, sed perinde quoq; eum scriptura habet, ac si offerret in sacrificio vitulos. Sicut deinde dictum est, ונשלמה פרים שפתינו Hoc est, Et reddem⁹ vitulos labiorum nostrorum. Fortitan dices, Vitulosne culpæ? Docet quid ad hoc dicendum sit, id q̃ sequitur, ארפא משובם כתם אוהבם נדבה. i. Sanabo pertẽ sitatem, vel cõuersionem eorum. Diligam eos sponte. Hæc traditio. Quãta adhuc sit pœnitẽtiæ efficacia & virtus, maxime ex eo apparet, q̃ in *Midras* שיר השירים *Sir hasserim*. i. in expositione Cantici cantic. scribitur, super illud 5. c. eiusdem libri dictũ, Aperi mihi soror mea. Ita enim sic dicitur: Dixit R. Ioses, Quod Deus sanctus & benedictus dixerit Israel, Filij mei aperite mihi aperturam vnã pœnitentiæ, sicut est foramen acus, & ego aperiam vobis aperturas misericordiæ, per quas intrabunt quadrigæ & currus. R. Leui dixit, Si filij Israel pœnitentiam egissent saltem vno die, statim redemti essent, statimq; venisset ens filius Dauid, id est, Messias. Vnde, pbatur hoc? Ex eo q̃ scriptum est Psal. 95. היום אם בקולו תשמעו hoc est, Hodie si vocẽ eius audieritis. Hæc traditum. Ex his verbis Psalmi postremo de Messia inducis ratione præcedentium verborũ eiusdem Psalmi necessario sequitur, Messiã Deum esse. In eodẽ siquidẽ Psalmo ita præmittitur, באו נשתחוה

A ונברעה לפני יהוה עושנו כי הוא אלהינו ואנחנו עם מרעיתו וצאן ידו Hoc est, Venite adoremus, & curuemur, flectamus genua ante faciem Dei factoris nostri. Quia ipse est Deus noster, nos autem populus pascui eius, & oues manus eius. Et mox immediate subiicitur, q̃ de Messia expositũ est, Hodie si vocem eius audieritis. Ex quo profecto consequens est, q̃ Deus qui viam pœnitentiæ docturus erat, vt in principio huiꝰ capitis dictum est, non sit nisi ipse Messias, qui pœnitentiã prædi-
B care debebat. Ad cuius rei confirmationẽ, notandum adhuc est, id q̃ in *Midras* quoque *Sir hasserim* dicitur, super illud Cantici cant. 7. dictũ, צוארה מגני דמשק hoc est, Respiciens versus Damascũ, vel faciẽ Damasci: vbi sic legitur, Dixit R. Iohanan, Futurum est, vt Ierusalẽ pertingat vsq; ad portas Damasci. Quæ est huius rei ꝓbatio? Quod scriptum est Zach. 9. משא דבר יהוה בארץ חדרך ודמשק מנוחתו Onus vel prophetia verbi Dei in terra Hadrach. Et Damascus erit requies eius. Quid est *Hadrach*? R. Iudas & R. Nahmias sunt in hoc discor-
C des. Nam R. Iudas quidem dicit, q̃ est locus Damasci qui *Hadrac* vocatur. R. vero Nahmias ait, q̃ hic est Rex Messias, qui est חד *had* i. acurus gentibus seculi, & דרך *rach*. i. tener Israeli. Alia expositio dicit, q̃ הדרך *Hadrac* est Rex Messias qui futurus est להדריך *lehadrich*. i. ad dirigendum, vel ad adducendum vniuersum mundũ per pœnitentiam ad faciẽ Dei sancti & benedicti. Sequitur, Et Damascus erit requies eius: Et quando Damasc⁹ erit requies eius, non erit requies eius nisi domus sanctuarij: sicut scriptum est Psal. 131. זאת מנוחתי עדי עד Hoc est, Hæc requies mea in sempiternum, hic habitabo, quia desideraui eam. Hęc omnia traditio. Ad quorum intellectum animaduertendum est, quod hæc dictio *Hadrach* apud Hebræos duobus modis dicitur, & pronunciatur. Quandoquẽ enim scribitur cum litera ה *he*, quę quinta est in alphabeto, & tunc vna dictio est, quæ per viã deducere significat. Quandoq; vero scribitur cum litera ח *heth*, quæ octauum obtinet alphabeti locum, tunc duę sunt dictiones, scil. חד *had* i acutus, & דרך *rach*, id est, tener. Quæ quidẽ duo optime Christo conueniunt, q pœnitentibus acutus erit per iustitiam, & tener per misericordiã. Fuit quoq; Paulo persequenti acutus, iuxta portas Damasci, & postmodũ tener eidẽ pœnitenti. Et rũc Damascus fuit ipsius diuinitatis requies in mẽte Pauli. Ac etiam Sion in Apostolis cæterisq; fidelibus. Neq̃ tunc solum, verum etiam in perpetuum. Nunquam enim Christus vt Deus, in mentibus fidelium habitare desinet. Alia autem dictio cum ה *he* scripta, scilicet הדרך *Hadrach*, quæ dirigere vel per viam deducere sonat, aptissime quoq; saluatori nostro congruit. Ipse enim, & per se, & per suos discipulos pœnitentiam prædicando, vniuersum pene orbem ad vnius veri Dei agnitionem, atque salutis metam direxit, atque deduxit.

## CAPVT IX.

*Quod Messias pauper & humilis esse debebat.*

## CAPNIO.

NTER cætera quæ de Messia recentiores Iudæorum maxime negant, est eius paupertas & humilitas. Cum enim tam

magnam tamq; miram Domini nostri Iesu Chri- A
sti paupertatem atq; humilitatem fuisse audiunt,
vt nec vbi caput declinaret (Matthæo teste) ha-
buerit, nec vnde didrachma solueret, nec vnde
(vt Lucas refert) pauperum discipulorum esuriem
sedaret: ne eum verum fuisse Messiam fateri co-
gantur, negant Messiam ipsum pauperem, & hu-
milem futurum fuisse. Quod te ad conuincendam
eorum perfidiam, per eorum scripturas ostende-
re, necesse est. GAL. Quamuis in hoc Iudaica cæ-
citas atq; superbia vsq; adeo maxime erruerit, vt B
propterea Dominum Iesum Messiam non fuisse
decreuerit, quia ipse admodum pauper & humi-
lis fuit: Regem tamen Messiam pauperem fore
legebant, sed talem fuisse venturum, ob eorum
superbiam non intelligebant CAP. Hoc est in-
quam, quod maxime probare debes. GAL. In pri-
mis itaq; Zachariam audiant, hæc inter cætera 9.
ca. dicentem, גילי מאד בת ציון הריעי בת ירושלם
הנה מלכך יבוא לך צדיק ונושע הוא עני ורוכב על
חמור ועל עיר בן אתונות: Hoc est, Exulta valde fi- C
lia Sion, iubila filia Ierusalem. Ecce Rex tuus ve-
niet tibi iustus & saluatus ipse, pauper & equitans
super asinam, & super pullum filium asinarum. Et
post pauca, וברר שלום לגוים ומשלו מים עד ים
ומנהר עד אפסי ארץ id est, Et loquetur pacem
gentibus, & dominium eius à mari vsq; ad mare,
& à flumine vsq; ad fines terræ. Quod autem hæc
de Messia intelligi debeant, patet per Rabbi Se-
lomonis glossam: quæ ita ait, Ecce Rex tuus ve-
niet tibi. Non potest hoc exponi, nisi de rege Mes- D
sia. Quia dictum est hic, Et dominium eius à mari
vsq; ad mare, & à flumine vsq; ad fines terræ. Et
non inuenimus talem dominatorem in domo se-
cunda, hoc est, tempore secundi templi fuisse. Ex
quibus apette liquet, Regnum Messiæ spirituali-
ter intelligendum esse, cum regnum temporale &
paupertas simul esse non possint. Ad hoc etiam
facit quod Rabbi Moses Hadarsan in expositione
Genes. super illud quadragesimo nono capite,
eiusdem libri dictum, Ligans ad vitem pullum E
suum: sic dicit, Cum venerit Messias in Ierusalem,
ipse erit cingens asinum suum, & equitabit, & su-
per eum veniet in Ierusalem, vt ducat se ipsum in
paupertate, vel humilitate: sicut scriptū est Zach.
nono capite. Pauper & humilis, equitans super a-
sinum, vel asinam. Sequitur in libro Genes. ibi-
dem, Et ad palmitem sili mi asinam suam. Quan-
do enim veniet ad congregandum Israel, sicut di-
ctum est Zach. 10. cap. אשרקה להם ואקבצם כי
פריתים Hoc est, Sibilabo eis, & congregabo eos, F
quia redemi eos) tunc equitabit super filium asi-
næ suæ. Et sic dicit Zach. 9. cap. Et super pullum
filium asinarum. Hæc traditio. Item in *Bereshith rabba* super illud Genes. 49 cap. scriptum, Non re-
cedet sceptrum de Iuda, cum cæteris, ita legitur,
Non recedet sceptrum: Hic est Rex Messias filius
Dauid, qui venturus est ad confringendum regna
cum virga: sicut dictū est Psalmo secundo. תרועם
בשבט ברזל ככלי יוצר תנפצם id est, Confringes
eos virga ferrea, & tanquam vas figuli proficies eos. G
Sequitur, Et scriba vel coritor de medio pedum
eius. Hic est etiam Rex Messias, qui venturus est
ad conterendum gentes pedibus suis. Quemad-
modum dictum est Isa. 16. cap. תרמסנה רגלי עני

Hoc est, Conculcabit eam pes pedum pauperū.
Iste enim pauper est Messias, de quo dictum est
Zach. 9. c. Pauper & equitans super asinam. Hac-
usque traditio. Ex his igitur quæ dicta sunt, iam
manifeste patet, Messiam pauperem & humilem
futurum fuisse, ac super asinam equitaturum ad
saluandum venturum. Quare Iudæi minime ob-
iiciari possunt, Saluatorem nostrum verum fuisse
Messiam, propterea quia pauper & humilis fuit.

## CAPVT X.

*Quod Messias passiones multas subiturus erat, ac Deus quoq; multa passurus.*

## CAPNIO.

QVoniam Iudæi nostri tempo-
ris, cum audiunt Redemtorem
nostrum vel post 40. dierum &
noctium ieiunium esuriisse, mul-
tipliciterq; à diabolo tentatum,
vel ex itinere defatigatum, cum cuitates & cubi-
la regnum Dei euangelizando, peccatoresque ad
pœnitentiam inducendo, circuiret, vel tanquam
hominem pauidum Iudæos eum lapidare volen-
tes, fugisse, vel instante passionis suæ hora, pauis-
se, contristari cœpisse, vt se verum hominem demo-
straret: ipsum neq; verum Messiam, neq; Deum
extitisse, aiunt: Eam ob rem haud inepte facies
& Messiam & Deum ipsum (idem enim vterque
futurus erat) per eorum scripturas talia, ac longe
grauiora passurum fuisse, ostendetis. GAL. Ini-
tiam itaque primo adducam capite 14. huc cum
cætera proferentem, עקידת ישראל מושיעו בערת
זה לסת תהיה כגר בארץ ואורח נטה ללון למות
והיה איש נרהם כגבור לא יוכל להושיע ואתה
בקרבנו יהוה ושמך עלינו נקרא אל תניחנו Hoc
est, Expectatio Israelis, Saluatore eius in tempore
tribulationis, cum eris vt aduena in terra, & iter- Alius exposi-
tio.
viator declinans ad manendum, vel ad hospitan-
dum. Quare eris vt vir pauidus, vel territus, siue
validus qui non potest saluare. Tu autem in me-
dio nostri Deus, & nomen tuum super nos invo-
catum est. Ne derelinquas nos. Ad præmissa quo-
que optime facit, quod in libro תורת כהנים
*Torath cohanim*, id est, legis sacerdotum, hoc est in
expositione libri Leuitici legitur, super illud 25
cap. eiusdem libri dictum. ונרים יתושבים אתם
עמרי id est, Quoniam aduenæ & habitatores vos
coloni vos mecum. Ibi enim sic dicitur, Dixit
Deus sanctus & benedictus, Non faciatis vobis
subitantiam. Aduenę enim & habitatores aduen-
ticij vos mecum. Et sic Dauid ait primi libri Pa-
ralip. 29. cap. כי גרים אנחנו לפניך ותושבים ככל
אבותינו Hoc est, Quoniam aduenæ vel peregri-
nos cotam te, & moratores vel coloni, sicut o-
mnes patres nostri. Tanquam vmbra dies nostri
super terram, & non est mora. Et sic etiam dici-
in Psalm 39. שמעה תפלתי ואזנה אל דמעתי אל
תחרש כי גר אנכי עמך תושב ככל אבותי Id est,
Aduena enim vel peregrinus ego tecum, mora-
tor vel colonus, sicut omnes patres mei. Vos igi-
tur mecum גרים ותושבים *gherim vetoschabim* id
est aduenæ, vel peregrini, atque moratores, vel
coloni. Sufficit scitu, vt sit sicut Dominus eius



cum veneret quod mihi futurum est, ecce ipsum A
eris mihi, quod vobis fuit. Hæc traditio. Præmissa
autem tam Ieremiæ, quam huius traditionis ver-
ba, proprie nec soli Deo, nec soli homini conue-
nire possunt. Soli ergo Messiæ, qui & Deus & ho-
mo est, optime conueniunt. Ipse enim & ratione
diuinitatis, expectatio Israelis est, & ratione hu-
manitatis, vt aduena & peregrinus, atq; vt vir ter-
renus ac pauidus, necnon vt fortis qui saluare non
potest, in sua passione fuit. Ad propositum quo-
que est secundum Chaldaicam translationem id
quod apud Isaiam quinto capite ita scribitur, לכן
גלה עמי מבלי דעת Hoc est, Propterea captiuatus
est populus meus sine cognitione. Vbi glossa R.
Salomonis ait, propter hoc scilicet quia est sine
scientia & cognitione. Et reliqua vsque ad לכן
הרחיבה שאול נפשה ופערה פיה לבלי חק Id est,
Propterea dilatauit infernus animam suam, & a-
peruit os suum absque termino. Vbi glossa Rab-
bi Salomonis, Dilatauit (inquit) infernus animam
suam, id est sepisum. Et aperuit os suum absq; ter-
mino. Quia non fuit חק *hoc*, id est præceptum di-
uinum in manu eorum. Et post pauca, וישח אדם
וישפל איש Hoc est, Et inclinabitur vel incurua-
bitur homo, & humiliabitur vir. Vbi glossa Rab-
bi Salomonis, Transtulit (inquit) hoc Ionathan
Chaldaice sic, Et incurvabitur, vel inclinabitur
homo, & humiliabitur altus, vel fortis virorum.
Patent per huiusmodi expositionem hæc quæ ibi
dicuntur, quod ipsi tales fuerunt coram Deo san-
cto & benedicto, vt offenderet se tanquam virum D
נרהם *Nelham*, id est veritum vel pauidum. Et hoc
est quod ipse dicit Deut. trigesimo secundo capi-
te, צור ילדך תשי ותשכח אל מחוללך Hoc est,
Deum qui te natu fecit, vel qui te genuit, debili-
tabis, vel affliges, & obliuisceris Deum vulnera-
tum, vel occisum, vel afflictum, vel doloratum
tuum. Hucusque Rabbi Selomo. Huic simile est,
quod in libro ספרי *Siphre* habetur, cum eo in lo-
co, vbi præmissa verba, Deum qui te genuit, debili-
tabis, vel affliges; cum reliquis, exponuntur; sic
ad reibum dicitur, Dixit Deus sanctus & bene-
dictus Israeli, Fecistis me, ac si essem masculus vo-
lens parere. Nam si mulier esset parturiens, sedens
super partu suo, nonne tribulata esset? Quemad-
modum dictum est Isaiæ trigesimo septimo capi-
te, כאו בנים ער משבר ונח אין ללדת id est, Vene-
runt filij vsque ad partum, & potestas non est pa-
riendi. Et si esset aliqua dolens, atq; primo partu-
riret, nonne magis tribulata esset? Vt Ierem. 4. c.
קול כחולה שמעתי יצרה כמצרית Hoc est, Vo- F
cem quasi parturientis audiui, angustiam vt pri-
mo pariantis. Et si essent duo in visceribus eius,
nonne magis angustiaretur? vt dictum est Genes.
25. cap. ויתרצצו הבנים בקרבה id est, Et collide-
bantur filij in medio eius. Et si esset masculus, cui
via non est pariendi, qui quæreret parere, nonne
angustia ipsius duplicata esset? Quemadmodum
dictum est Ierem. 30. cap. שאלו נא ראו אם יליד זכר
Hoc est, Interrogate quæso, & videte, si parturit
masculus. Alia expositio. Deum qui te genuit de- G
bilabis, vel affliges, & obliuisceris, Deum vulne-
ratum, vel occisum, vel afflictum, vel doloratum
tuum. Dixit Deus sanctus benedictus, Obliti
estis me propter meritum patrum vestrorum. Et

והביטו אל צור חצבתם
id est, Respicite ad petram, vnde excisi, vel dolati
estis. Alia adhuc expositio, Deum qui te genuit
debilitabis: Dixit Deus sanctus & benedictus, *Alia Tal-mudistica expositio.*
Omni tempore quo ego quæsiui benefacere vo-
bis, vos debilitastis supernam potentiam meam.
Sequitur, Et obliuiscetis Deum doloratum tuum:
Dixit R. Meir, Deum scilicet qui doloratus erit
pro te, vel per te. Deum, inquam, qui angustiatus
erit pro te, vel per te: sicut dictum est Psalm. 48.
שם חיל כיולדה B
Hoc est, Ibi dolor vt parturientis.
Hæc omnia ex libro *Siphre*. Legitur etiam in libro
*Sanhedrin* in capite *Helec*, Quod R. Iehudi dixit,
Non veniet filius Dauid, id est Messias, donec ex-
tenderit se Regnum nequam (id est Romanum
iuxta R. Selomonis glossam) super Israel. Dixit R.
עולא *Vla*, Veniat Messias, & ego nō videam eum.
Dixit R. Ioses, Veniat, & vtinam dignus sim, vt se-
deam in vmbra caudę asinę eius. Dixit אביי *Abbaie*
ad Rabba, Quæ est causa, ob quam non vis eum
videre? Numquid propter passionem, vel tribu- C
lationem ipsius? Traditio enim est, Quod disci-
puli Eliezer interrogauerint eum, dicentes, Quid
faciet homo, & humiliabitur à passione vel tribula-
tione Messiæ? Respondit eis, Exerceat legem, &
opera misericordiæ. Dixit *Mor*, Ecce sit lex, & opera misericordiæ, fortsan peccatum faciet eum ob-
noxium. Quemadmodum obiecit Iacob: scri-
ptum est enim Genes. 31. cap. Et dixit Dominus ad
Iacob, Reuertere ad terram patrum tuorum, & D
ad locum nationitatis tuæ, & ego ero tecum: & ra-
men scriptum est Gen. 32. cap. מאור ייראי יעקב ויזר id
est, Et timuit valde Iacob. Timebat enim ne pec-
catum eum fecisset obnoxium. Sic etiam dixit
R. Iohanan, Veniat Messias, & ego non videam
eum. Dixit ei ריש לקיש *Res Lakis*. Quid causæ est?
Numquid propter hoc quod scriptum est Amos
5 cap. Vt si fugiat vir à facie leonis? Nequaquam?
sed propter id quod scriptum est Ierem. 30. ca. In-
terrogate quæso, & videte, si parturit masculus.
כרוע ראיתי E
Quam ob rem? vel quid sibi vult hoc?
כל גבר ידיו על חלציו כיולדה ונהפכו כל פנים
לירקון Hoc est, Quia vidi omnem virum, haben-
tem manus super lumbos, velut parturientem, &
conuersæ sunt omnes facies, Ægelorum scilicet
& Israel, (secundum Rabbi Selomonis glossam)
ad ictericium colorem. Quid est autē, vidi omnē
virū? Dixit Rabba, Hic est ille, qui habet omnem
virtutem, vel potestatem, Deus scilicet, vt ait R.
Selomonis glossa, qui ipsemet angustiabitur vt
parturiens. Et quid est, Et conuersæ sunt omnes F
facies ad ictericium colorem? Dixit R. Iohanan,
Etiam facies superioris & inferioris familię. In ho-
ra enim qua dixit Deus sanctus & benedictus, Hi
sunt opus manuum mearum, & isti quoque opus
manuum mearum. Et quomodo destruam hos,
propter istos? Dixit R. מא *Papa*, Ad hoc est, quod
dixerunt homines, Cucurrit bos, & cecidit, & sub-
stituerunt ei equum in stabulo. Hucusq; traditio.
Glossa autem R. Selomonis exponens exemplum
posteremo inductum, sic ait, Cum bos cuiusdam G
curreret, cecidit. Substituerunt ergo equum loco
ipsius in stabulo. Quod antea non fecisset domi-
nus bouis & equi, tantum enim diligebat bo-
uem. Postquam autem curatus est bos, graue fuit

ei, equum de stabulo expellere, & ibi bouē repo- A nere. Ita facit Deus sanctus & benedictus. Quando enim casus Israelis contingit, dat Deus magnitudinem eorum gentibus mundi. Cum vero postea Israel ad pœnitentiam reuertitur, durum est Deo, perdere eos, scilicet Gentiles propter Israel. Hæc R. Selomo. Plura certe sunt in hac traditione notanda. Primum quidem, quod Messiæ aduentū magno affectu desiderabatur ab omnibus, etiam ab his qui propter tormenta quæ passurus erat, eū videre nolebant. Deinde vero quod iuxta B autoritatem illam Ieremiæ quam ibi inducunt, causam reddere volentes, quare ipsum videre nolebant, videlicet, Interrogate quæso, & videte si parturit masculus: Quam ob rem? Quia vidi omnem virum, habentem manus super lumbos, velut parturientem: Deus ipse tempore Messiæ extrema tormenta passur⁹ erat. Nam omnem virum ibi Deum sanctum & benedictum sapientes Talmudistæ esse, exponūt. Tertio demum, quod gentes mundi loco Iudæorum à Deo constitutæ C sunt, Iudæique ipsi de loco suo deiecti. Id quoque quantum ad nostrum spectat propositum, in *Bereschith* קטנה *ketanna*, id est, in expositione minori libri Gen. clarius patet, cum super illud Gen. 36. c. scriptum, Et regnauit in Edom Bela filius Beor; sic dicitur, Hoc est quod scriptum est Ierem. 30. c. Quoniam sic dicit Dominus, Vocem terroris, vel tremotis audiuimus, formidinis & non pacis. Interrogate quæso, & videte, si parturit masculus. Quare? Quia vidi omnem virum, habentem ma- D nus super lumbos, vt parturiētem. Quia scriptum est in lege, potest dici, Iste est Deus sanctus & benedictus, cui ineſt omnis virtus, contribulatus vel doloratus, vel angustiatus pro seculo. Hæc traditio. Id idem etiam ponitur in *Midras tehilim* id est in expositione Psalmorum, super illud Psal. 10. dictum, Exaudiat te Dominus in die tribulationis. De hoc insuper Ieremias vlt. Threnorum cap. sic ait, רוח אפינו משיח יהוה נלכד בשחיתותם Hoc est, Spiritus oris nostri, Messias Deus (tetragrammaton) captus est in retibus, vel corruptionibus eorum. De quo diximus, In vmbra eius viuemus in gentibus. Ex his omnibus optime patet, Messiam Deum & hominem passiones maximas, tormentaque inaudita passurum fuisse.

## CAPVT XI.

*Quod Messias tormenta acerbissima voluntarie propter humanum genus susciperе debebat.*

## CAPNIO.

QVm Christum voluntatie pro humani generis salute passum legamus, scire velim an veteres Iudæorum Messiam voluntarie tormenta passurum prædixerint. GAL. Ita prorsus. Nam vt prophetas nunc omittam, Messiam ipsum ipsorte ac voluntarie propter humani generis charitatem, tormenta passurum fuisse, in expositione libri Geneseos R. Mosis Hadarsan, clarissime ostenditur, vbi super illud 1. ca. ciusdem libri dictum, ויאמר אלהים יהי אור ויהי אור, Hoc est, Dixit Deus, Sit lux, & fuit lux: ita legitur, Hoc est quod scriptum est Psal. 97. אור זרע לצדיק id est, Lux orta est iusto. Dixit R. Abba, Scriptum est etiam Dan. 2. ca. ותהורא עמיה Hoc est, Et lux cum eo. Hæc est enim lux Regis Messiæ. Sic enim de eo dictum est Psal. 36. כי עמך מקור חיים באורך נראה אור id est, Quoniam tecum est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Illud enim est lumen Regis Messiæ. Docet autem quod Deus occultauerit Messiam, & generationē eius sub throno gloriæ suæ. Dixit igitur satan coram Deo, Domine mundi, hoc lumen sub throno gloriæ tuæ reconditum, cuius est? Respondit ei, Messiæ & generationis eius. Ait satan coram eo, Domine mundi, permitte me, & aduersabor Messiæ & generationi eius. Dixit ei Deus, Non polles contra eum. Ait rursus coram eo satan, Permitte me, & ego potero. Dixit ei Deus sanctus & benedictus, Si tu fueris satan ita auidus in hoc, ego destruam ipsum de mundo. Verumtamen nec vni quidem animam illius generationis ego destruam. Mox- que cœpit Deus sanctus & benedictus loqui cum Messia, eique dixit, Messia iste mi, isti qui recondi- diti sunt apud te, huiusmodi erunt, quod futurum est, vt peccata eorum inducant te in iugum grauissimum. Oculi enim tui non videbunt lumen, & auribus audient opprobrium magnum. Nasus tuus tot- que rabit furtore, & os tuum gustabit amaritudinem, adhærebitq; lingua tua palato tuo, & hæret ca- tis tua ossibus tuis, attenuabitur q; fortitudo tua luctu, & gemitu. Est-ne ergo voluntas tua in eis? enim tu super te hęc susceperis, bene quidem est. Sin autem, ecce ego abigam ea ex nunc. Respondit coram eo Messias: Domine mundi, ego quidem lætus susc ipio super me tribulationes istas atque tormenta, eo tamen pacto, vt tu in diebus meis viuifices mortuos, & eos qui à primo Adam vsq; ad illud tempus mortui fuerint. Et non eos tantum salues, sed etiam illos qui à lupis & leonibus deuorati fuerint, ac illos quos in æquoribus deliminibus submergi cōtigerit. Neq; eos solum, sed etiam abortiuos. Neque abortiuos modo, verum illos quoque, qui ascenderunt in proclinatione creandi, in diebus meis salues. Dixit ei Deus sanctus & benedictus, Concedo. Protinus igitur inscripsit ex dilectione super se Messias tormenta & omnia, & tribulationes: sicut scriptum est illa. 53. נגש והוא נענה Hoc est, Oblatus est, & ipse afflictus. Hæc omnia traditio. Vbi quinque præpositionis notatu dignissima cōtra Iudæos nostri seculi continentur. Quorum primum quidem est, q Messias antequam esset secundum humanitatem, erat lux & lumen cum Deo, & in Deo, atq; principio quo Deus creauit mundum. Cui valde consentaneum est verbum illud ipsius Domini Iesu dictum Ioan. 8. c. Antequam Abraham fieret, ego sum. Item 7. ca. Et ego lux in mundum veni, vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat. Secundum vero est, quod permissione diuina satan contra Messiæ in eumq; credentiū⁹ aduersatum fuerit, quique omni conatu turbauerit. Cui plurimum consonat illud eiusdem Domini dictum Luc. 22. Symon, ecce satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum. Ex quo patet, q nihil Christo deinde à diabolo tentatus sit. Tertium autem est, quod





Messias multipliciter atque grauissime passurus A erat propter humani generis peccata. Quod notatur, vbi dicitur Deum cum Messia pactum iniisse, eique dixisse, Messia fuisti meus, isti qui apud te reconditi sunt, per prædestinationem scilicet, huiusmodi erunt vt futura eorum peccata inducant te in iugum grauissimum. Vnde liquet, quod nihil eorum quæ Saluator noster passus est prohiberi ipsum fuisse Messiam: cum Messiam ipsum pro hominum salute, & vt adimpletentur scripturæ, pati oportuerit. Quartum quoque est, quod sicut B per Adam omnes morerentur, ita per Messiam omnes viuificandi erant. Hoc autem notatur, vbi Messias introducitur cum Deo loquens, ac dicens, Domine mundi, ego quidem lætus super me suscipio tribulationes istas, seu tormenta ea conditione, vt in diebus meis mortuos viuifices: cum reliquis. Quintum denique est, Quod Messias non inuitus, sed libens ac voluntarius ex charitate, propter humani generis salutem cruciandus erat, atque tormenta passurus. Ex quibus non so- C lum patet propositum, verum etiam Messiam ipsum, qui tormentis afficiendus erat, Deum verum esse.

## CAPVT XII.

*Quod Deus percussiones, opprobria, contumelias, ac etiam mortem passurus erat.*

## CAPNIO.

TAs in præcedentibus satis abunde ostenderis, Messiam Deum & hominem, ac Deum ipsum tormenta plurima subiturum fuisse; vt tamen magis magisque Iudaica perfidia conuincatur, deberes adhuc expressius Deum ipsum percussionibus, opprobriis, ac etiam morte pro humani generis salute, afficiendum fuisse, per eorum scripturas probare. GAL. Id primo ex eo patet, quod Thren. 3. cap. ita scribitur, E ישב בדד וידם כי נטל עליו יתן בעפר פיהו אולי יש תקוה: יתן למכהו לחיישבע בחרפה Hoc est, Sedebit solus, & tacebit, quia baiulauit, vel tulit super se. Dabit in humo, vel in pulnere os suum. Forsitan erit spes: Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobrio, vel contumelia. Quod autem hæc de Deo intelligi debeant, patet in *Midras* איכה *Echa*, id est in expositione planctus Ieremiæ. Vbi super eisdem verbis sic ad verbum dicitur: Dixit Rabbi Semuel filius Nahman, Quod vocati Deus sanctus & benedictus Angelos ministeriij, dixitq; eis, Rex carnis & sanguinis quando luget, quid facit? Dixerunt ei, Suspendit saccum super ostium suum. Ille autem dixit eis, Ego quoq; ita faciam sic. Sicut dictum est Isaiæ quinquagesimo capite, אלביש שמים קדרות ושק אשים כסותם Id est, Induam cœlos obscuritate, & saccum ponam operimentum eorum. Iterum ait eis, Rex carnis & sanguinis lugens, quid agit? Dixerunt ei, Extinguit luminaria: Dixitq; eis, Etiam ego sic faciam. G Hoc est quod scriptum est Ioelis tertio capite, שמש וירח קדרו וכוכבים אספו נגהם Hoc est, Sol & Luna obscurati sunt, & stellæ abscōderunt splendorem suum. Adhuc intendauit eos dicēs, Rex carnis & sanguinis lugens, quid facit? Responderunt ei, Vadit discaleiatus. Dixit eis, Ego quoq; sic agam. Et hoc est quod scriptum est Nahum primo capite, יהוה בסופה וכמערה דרכו וענן אבק רגליו Id est, Deus in turbine, & in tempestate via eius, & nubes puluis pedum eius. Rursum interrogauit eos, dicens, Rex carnis & sanguinis cum luget, quid facit? Dixerunt ei, Sedet & tacet. At ille dixit eis, Ego etiam ita faciam. Et hoc est quod scriptum est Threnorum tertio capite, Sedebit solus & tacebit, quia baiulauit, vel tulit super se, dabit in humum, vel in pulnerem os suum. Forsitan erit spes. Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobrio. Quare R. enucleans scripturam hanc, peruenientesque ad hos מסוקים *pasukim*, id est versiculos, semper ilebat. Hæc omnia traditio. Micheas quoque de maxillæ Dei percussione hoc modo quinto capite locutus est, בשבט יכו על הלחי את שופט ישראל Hoc est, Virga percutient super maxillam iudicis Israel. Quis sit autem iste iudex Israel, Isaias ostendit, dum trigesimo tertio capite ait, יהוה שפטנו יהוה מחקקנו יהוה מלכנו הוא ישיענו id est, Deus iudex noster, Deus legislator noster, Deus Rex noster: Ipse saluabit nos. Quod autem Deus esset contumelias grauissimas à Iudæis passurus, per Hoseā prophetam prænunciatum fuit, ita verbis Dei capite septimo dicentem. Veh eis, quia recesserunt, pro recedent à me. Vastatio eis, quia culpauerunt, pro culpabunt in me. Et ego redemi, pro redimam eos. D Ipsi autem locuti sunt, pro loquentur super me mendacia. In quibus quidem verbis duo Iudæis maxima mala Deus comminatus est, damnationem scilicet æternam in seculo futuro, eo quod ipsum negantes coram Pilato, ab eo recessuri essent. Et ideo dicit, Veh eis quia recesserunt, id est recedent à me. Et vltimam eorum vastationem, atque per orbem dispersionem, cum ait, Vastatio eis, quia peccauerunt, id est peccabunt in me, hoc est, contra me. Et causam exprimere volens, subdit, Et ego redemi, id est redimam eos. Ipsi autem locuti sunt, id est loquentur super me mendacia. Ac si dixisset, Ecce quāta erit eorum ingratitudo! dum enim ego redimam eos, tunc ipsi in me loquentur mendacia, me scilicet coram Pilato falsō accusantes, & contumeliis grauissimis afficientes. Quod autem hæc ita prorsus vt expōsita sunt, exponi debeant, per veteres eorum Doctores aperte liquet, & præsertim per ea quæ in *Midras tehilim* id est, in expositione Psalmorum super illud Psal. trigesimo nono dictum, אמרתי אשמרה F דרכי מחטוא בלשוני id est, Dixi custodiam vias meas à peccando lingua mea. Sic enim ibi dicitur: Hoc est quod scriptum est Prou. 15. c. מעגרת רע ישיב חמר ודבר עצם יעלה אף Hoc est, Responsio tenera compescit iram, & verbum durum excitat furorē. Grauior enim est mala lingua, quæ scilicet contra Deum loquitur, quam idololatria. Nam cum demum peccauerint filij Israel in deserto, non est lata contra eos sententia iudicij donec peccauerint in Deum ore suo. Sic enim scriptura dicit, Et audiuit Deus verborum eorum, & iratus est. Et rursus ait Numer. 14. cap. Viuo ego, dicit Deus, si non vt locuti estis in auribus meis, sic faciam vobis. Et sic etiam Malachias inquit 2. cap.

תוגעתם יהוה ברבריכם id est, Vexastis Deum in verbis vestris. In factis vestris ipse non dicit, sed in verbis vestris. Et sic etiam Isaias ipse ait 5. ca כשלה ירושלם ויהודה נפלו לשונם ומעלליהם אל יהוה לסרות עיני כבודו Hoc est, Corruit Ierusalem, & Iuda cecidit, quia lingua eorum & opera eorum contra Deum, ad rebellandum in oculos gloriæ eius. Ita quoque per Ieremiam dicit duodecimo capite, עזבתי את ביתי נטשתי את נחלתי נתתי את ידידות נפשי בכף איביה Id est, Dimisi domum meam, deseruiq; vel abieci hæreditatem meam, dedi dilectionem animæ meæ, vel dedi ex dilectione animam meam in manu inimicorum eius. Fuit mihi hæreditas mea quasi leo in sylua, dedit super me, vel contra me vocem suam, id circo odi eam. Hucusq; traditio. Ex qua patet propositum. Cum enim Deus dicit se ex dilectione animam suam, vel se ipsum dedisse, haud profecto dubium est, quin ipsam pro eorum redemptione ad passionem & mortē dederit. Quod in eo notatur, cum dicitur, In manu inimicorum eius. Quod autem Deus propter populi sui dilectionem animam suam, id est, se ipsum daturus esset, patet per *Midras* שיר השירים *Sir hassirim* id est, per expositionem Cantici canticorum: quæ illud 1. c. eiusdem libri dictum, הגידה לי את שאהבה נפשי Hoc est, Indica mihi, quam dilexit anima mea: sic exponit, indica mihi plebem quam dilexit anima mea, plebem, scilicet pro qua dedi נפשי *naphsi* id est, animam meam, vel me ipsum, vel personam meam. Quod autem Deus mortem subiturus esset, patet per illud quod apud Malach 1. ca. ita scriptum est. ואפרסתם חגת פרצאתם והפחתם את אסר יהוה צבאות id est, Et dixistis, ecce qualis vilitas: & exspirare fecistis me, ait Deus exercituum. Ibi enim expirare me fecistis, scriptum erat. Sed scribæ exspirare eum fecistis, polluerunt, vt testatur ibi R. Selomo in glossa. Item apud Habacuc 1. cap. הלוא אתה מקדם יהוה אלהי קדושי לא נמות. Nunquid tu, ab antiquo Dominus Deus meus, sanctus meus, non morieris? Sic enim ibi scriptum erat. Scribæ autem, morietur. polluerunt, vt dicitur in libro *Siphre*, super illud Numer. 10. c. dictum, Surge Domine & dissipentur inimici tui. & fugiant odientes te. Ex his igitur quæ dicta sunt, manifestum est, Deum percussiones, contumelias, mortemq; passurum fuisse. Cum autem hæc Deus pati non posset, palam profecto liquet quod ea de Messia, qui & Deus & homo futurus erat intelligenda erant: cum ipsam etiam eadem omnia passurum fuisse, prophetæ prædixerint.

## Caput XIII.

*Quod Messias in sua passione vendendus, exprobrandus, flagellādus, colaphisque cædendus, probris contumeliisq; innumeris afficiendus, ac purpura induendus, spinisque coronandus erat.*

### CAPNIO.

VT Dominus noster Iesus Christus in sua passione venditus, exprobratus, vilipensus, & flagellis colaphisque cæsus, probris iniuriisque grauioribus affectus, ac purpura indutus, coronaq; spinea coronatus fuerit: vellem forte an hæc eadem omnia Messiam in sua passione subiturum fuisse, per priscorum Iudæorum lecturas probari posset. GAL. Potest vtique. Nam quod Messias Deus & homo vili precio, hoc est triginta argenteis vendendus esset, Zacharias propheta dixit 11. capite, ita in persona eius dicens, ויקלו את שכרי שלשים כסף ויאמר יהוה אלי השליכהו אל היוצר אדר היקר אשר יקרתי מעליהם Hoc est, Appenderunt mercedem meam triginta argenteis. Et dixit Deus ad me, Proice ipsum ad figulum, vel statuarium, magnum decus quo honoratus sum ab eis. De hoc & Amos 2. cap. ita ait, על מכרם בכסף צדיק ואביון בעבור נעלים Hoc est, Super tribus sceleribus Israel, & super quatuor non convertam, vel non reducam, vel non transferam eum, eo quod vendiderint, vel mercati fuerint argento iustum. Quorum verborum expositio in 14. cap. quinti libri latissime ponitur. Quod Messias ipse sua passione exprobrandus esset, hauetur Psal. 89. ubi sic dicitur, אשר חרפו אויביך יהוה אשר חרפו עקבות משיחך Hoc est. Quod exprobrauerunt inimici tui Deus, quod exprobrauerunt talos Messiæ tui. Vbi glossa Rabbi Selomonis, Talos, inquit, Messiæ tui, id est nouissima Regis Messiæ. Tunc autem nouissima Messiæ exprobrata fuerunt, cum ipse in sua passione & morte ab omnibus vilipensus fuit. Quod autem hæc expositio recta sit, patet ex expositione libri Genes. Rabbi Mosis Hadarsan, super illud quod 39. cap de Ioseph dicitur, Et fugit extra. Ibi enim sic legunt R. Iodan dixisse, Dixit Dauid, Quemadmodum ego non dixi Canticum, donec fui exprobratus, vel vilipensus, sic filij Israel non sunt dicturi Canticum, cum venerit Rex Messias, donec ipse fuerit exprobratus, vel vilipensus, vel vituperatus. Sicut scriptum est, Quod exprobrauerunt inimici tui, Deus, quod exprobrauerunt talos, id est, extrema, vel finem Messiæ tui. De Messiæ quoque exprobratione habetur in *Midras tehilim*, id est, in expositione Psalmorum super titulo illo Psal. 18. Verba Cantici huius. Ita. n. ibi dicitur, Cum venerit Messias cum festinatione, non dicent Canticum, donec ipse Messias exprobratus fuerit. Quemadmodum dictum est, quod exprobrauerunt inimici tui Deus, quod exprobrauerunt talos. id est nouissima Messiæ tui. In *Midras* quoque *Siphre* id est in Talmud scriptum est, quod in talos, id est contra nouissima, Messiæ impudentia multiplicabitur. Quod vero flagellis, alapisque percuti deus esset, cōtumeliisq; grauissimis afficiendus, per illud maxime patet, quod Isaias in eius persona loquēs 50. c. ita dixit, גויתי לכים ולחיי למורטים פני לא הסתרתי מכלימות ורוק. Dorsum meum dedi percutientibus, & genas meas depilantibus, vel lacerantibus. Faciē meam non operui à confusionibus & sputo. Hoc etiā futurū fuisse Psalmographus significauit Ps. 129. ita dicēs, על גבי חרשו חורשים האריכו למעניתם Hoc est, Supra dorsum meum arauerunt aratores, prolongauerunt sulcum suū. Quod Chaldæus interpres qui pro חרשו habetur, ita traduxit, על גבי דאנו דאדיא אוריכו למגורותהון id est, Super corpus meum arauerunt aratores, prolongauerūt arationes suas. Vbi propheta præteritum pro futuro accipiens more prophetico, ad ostendendam infallibilem futuræ veritatis certitudinem, in persona Messiæ locutus est. Super corpus igitur Messiæ arantes aratores erant, quia illud Iudæi flagellis crudelissime cæsuri erant. Erant etiam super ipsum sulcum siue rationes prolongaturi, quia illud plagis & percussuris torum repleturi erant, iuxta illud Isa. primo capite dictum, A planta pedis vsque ad verticem, non est in eo sanitas. Quod etiam purpura in derisum induendus erat, habetur in expositione libri Gen. R. Mosis Hadarsan, super illud eiusdem libri 49. cap. dictum, כבס ביין לבשו ובדם ענבים סותה Hoc est, Lauabit in vino vestimentum suum, & in sanguine vuarum opertorium suum. Ibi enim sic legitur, Lauabit (inquit) in vino vestimentum suum. Quando enim veniet Messias, vestietur purpura pulchra visu, quæ in colore similis erit vino. Sequitur, Et in sanguine vuarum indumentum suum. Indumentum enim regis Messiæ erit sericū, rubrum vt sanguis, & erit acu pictum de super aliis coloribus. Et ipse erit caput Israel. Et hoc est quod dictū est Isaiæ sexagesimo tertio capite, מדוע אדום ללבושך Id est, Quare rubrum est vestimentum tuum? Et in sanguine vuarum indumentum suum. Sicut dictum est ab eodem propheta ibidem, ודמם אל בגדי יגאלתי כל מדותי אגאל נתתי בלבבי ושנת גאולי באה id est, Et indumenta tua sicut calcantis in torculari? Hæc traditio. Vbi licet ad literam & vestimentum purpureum quo Messias illudendus erat, & tunica eius inconsutilis desuper contexta per totum, aperte ponantur: verba tamen tam Isaiæ, quam Iacob Patriarchæ mystice intelligenda sunt. Cum enim inquit, Lauabit in vino vestem suam, & in sanguine vuarū opertorium suum: diuersis verbis eandem replicando sententiam, grande mysterium passionis Messiæ explicare volūt. Nam dictio hæc Hebraica ענבים *enamim*, id est, vuarum quæ in secunda continetur clausula, per regulam grammaticalē Hebraicam, qua literæ מ *hemph* vna, alia ponuntur, mutata ב *beth* in ר *reu*, idem est quod humilium. Et iuncte hunc hic est sensus, & in sanguine humilium opertorū suum, fupple lauabit: vt ostenderetur Messiā in sua humilitate opertorū suum, vel vestimentum suum, id est, corpus suū suo sanguine lotorum fuisse. Quod clarius Isaiæ verba exprimunt. Quod autem spinis coronādus esset, ex eiusdem prophetę verbis apertè colligitur, dum 5. cap. ait, כרם היה לידידי id est, Vinea fuit dilecto meo. Et post pauca, ויקו לעשות ענבים ויעש באשים Hoc est, Et sperauit vt faceret vuas & fecit spinas. Vbi dictio illa Hebraica באשים *beusim*, etsi ad labruscas, & spinas æquiuoca sit, hic tamen spinar, non labruscas significat: Quemadmodum veterum expositiones aperte indicant. Et sic exponit R. Ionas hoc in loco, cū ait, Et fecit באשים *beusim*, id est, spinas. Sicut dictum est Iob 31. cap. Et pro hordeo באשה *baasse* id est spina. Quod per præcedentem clausulam insinuatur, in qua dicitur, Pro frumēto egrediatur tribulus. Quod Rabbi quoque Kimhi affirmat, dicens באשים *beusim*, in hac terra Isaiæ genus esse spinarum. Hoc igitur totum vnus adimplerum fuisse constat, cum, vt referit Ioannes 19. ca. Milites plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius, & veste purpurea circumdederunt eum. Ex quibus omnibus patet, Messiam in sua passione vendendum, exprobrandum, & vilipendendum, flagellis colaphisq; cædendum, probris contumeliisq; grauissimis affligendum, ac purpura induendum, spinisq; coronandum fuisse. Hæc autem ac cætera omnia quæ de Messiæ passione præmissimus, expressius distinctiusq; ab ipso Isaia pronuncrata fuerunt.

## Caput XIV.

*Quod passionis Messiæ mysterium expresse atq; distincte ab Isaia pronunciatum sit.*

### CAPNIO.

DIc obsecro, vbi Isaias de passionis Messiæ mysterio explicite atq; distincte meminerit. GAL. In quinquagesimo tertio capite: Nam in fine 52. de hoc mysterio sermonē incipiens, per totum 53. illud tam expresse, ramq; distincte prosequitur, vt non sicut propheta futura prædicere, sed res gestas tanquam Euangelista narrare videatur. Sic enim ait, הנה ישכיל עבדי ירום ונשא וגבה מאד: כאשר שממו עליך רבים כן משחת מאיש מראהו ותארו מבני אדם: כן יזה גוים רבים עליו יקפצו מלכים פיהם כי אשר לא ספר להם ראו ואשר לא שמעו התבוננו: מי האמין לשמעתנו וזרוע יהוה על מי נגלתה: ויעל כיונק לפניו וכשרש מארץ ציה לא תאר לו ולא הדר ונראהו ולא מראה ונחמדהו: נבזה וחדל אישים איש מכאובות ויודע חולי וכמסתר פנים ממנו נבזה ולא חשבנהו אכן חלינו הוא נשא ומכאבנו סבלם ואנחנו חשבנהו נגוע מכה אלהים ומענה: והוא מחולל מפשעינו מדכא מחונותינו מוסר שלומנו עליו ובחבורתו נרפא לנו: כלנו כצאן תעינו איש לדרכו פנינו ויהוה הפגיע בו את עון כלנו: נגש והוא נענה ולא יפתח פיו כשה לטבח יובל וכרחל לפני גזזיה נאלמה ולא יפתח פיו: מעצר וממשפט לקח ואת דורו מי ישוחח כי נגזר מארץ חיים מפשע עמי נגע למו: ויתן את רשעים קברו ואת עשיר במותיו על לא חמס עשה ולא מרמה בפיו: ויהוה חפץ דכאו החלי אם תשים אשם נפשו יראה זרע יאריך ימים וחפץ יהוה בידו יצלח: מעמל נפשו יראה ישבע ברעתו יצדיק צדיק עבדי לרבים ועונתם הוא יסבל: לכן אחלק לו ברבים ואת עצומים יחלק שלל תחת אשר הערה למות נפשו וארש פשעים נמנה והוא חטא רבים נשא ולפשעים יפגיע: Hoc est. Ecce intelliget seruus meus, exaltabitur, & eleuabitur, & sublimabitur valde. Sicut stupuerūt super te multi, & sicut despectus, vel distillatus à viris aspectus, vel vultus eius, & forma eius, à filiis hominum. Sic asperget gentes inultas. Super eum stringent Reges os suum, quia quod non fuit narratum eis, videbunt, & quod non audierunt, intellexerunt vel contemplati sunt. Quis crediditi auditui nostro? & brachium Dei super quem, vel cui reuelatum est? Et ascendet sicut virgultum coram eo, & velut radix de terra sitiēti. Non est species ei, neque decor. Et vidimus eum, & non erat aspectus, & non desideravimus eum. Despectus erat, & desinissimus virorum, vir dolorum, & nouit infirmitate, & quasi velatæ facies ab eo, vel, & cum vela-

tione ficlerum ab eo. Vilis, & non reputauimus A eum. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros sustinuit. Et nos reputauimus eum vlceratum, percussum Deum & afflictum. Ipse autem vulneratus, vel occisus est propter culpas nostras, contritus propter peccata nostra. Disciplina pacis nostræ super eum, & liuore, vel vulnere eius medicatum est nobis. Omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisque ad viam suam declinauit. Et Deus obuiare fecit in eo peccatum omnium nostrum. Oblatus est, & ipse afflictus, B vel, libens siue voluntarius, & nō aperiet os suum. Quasi agnus ad occisionem ducetur, & sicut ouis coram tondentibus se obmutescet, & non aperiet os suum. De angustia, & de iudicio sublatus est, & generationem eius quis enarrabit? Quoniam abscissus est de terra viuentium, propter scelus populi mei, & vlcus eorum, vel, & vlcus quod erat eis. Et dabit impios in sepulchrum suum, & diuitem in mortibus suis, vel, pro mortibus suis, eo quod iniquitatem non fecerit, neque fuerit C dolus in ore eius, & Deus voluit conterere eum infirmitate. Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longitudinis dierum, & voluntas Dei in manu eius prosperabitur. Ex labore animæ suæ videbit, saturabitur. In scientia sua, vel cum scientia sua iustificabit iustus seruus meus multos, & peccata eorum ipse portabit. Ideo dividam ei in multis, vel participare faciam eum cum multis, & cum fortibus dividet spolium, eo quod effuderit, vel exposuerit, vel tradiderit in D mor. em animam suam, vel se ipsum, & cum iniquis computatus est. Et ipse peccatum multorum tulit, & pro peccatoribus exorabit. Hæc ille. In quibus quidem verbis multa ipsius Messiæ referuntur mysteria. Primum quidem est, quod Mes- *Sedecim mysteria.*
sias ipse seruus Dei, quoad humanitatem excellentior futurus erat cæteris sanctis, tam in cœlo quam in terra existentibus. De quo dicit, Exaltabitur, & eleuabitur, & sublimabitur valde. Hoc enim in libro *Sanhedrim*, capite *Helec*, sic exponitur, E ירום מאברהם ונשא ממשרת וגבה מאר יותר ממלאכי השרת id est, Exaltabitur plusquam Abraham, eleuabitur plusquam Moses, & sublimabitur valde, plusquam Angeli ministerij, id est, ministrantes Deo. Ex quibus Messiam Deum futurum fuisse, consequens est. Nam cum solus Deus Angelicam excedat naturam, & Messias Angelis Deo ministrantibus altior futurus esset, qui secundum Talmudistas cæteris omnibus & dignior & sublimior sunt, ipsum certe Iudæi F Deum esse pet suas scripturas necessario concedere debent. Secundum est de eius exaltatione in cruce, per quam exaltandus, eleuandus, & valde sublimandus erat: per suam namque passionem & resurrectionem ad se omnia trahere debebat. Ideirco sequitur, Sicut obstupuerunt super te multi, & sicut despectus, vel dissipatus à viris aspectus, vel vultus eius, & forma eius à filiis hominum, sic asperget gentes multas: aqua scilicet baptismatis. Per quam eos qui legem eius recepturi G erant, ad æternam salutē deducere debebat. Nec obstat, quod prophera quandoque ad secundam personam loquitur, quandoq, ad tertiam, cum id more prophetico faciat. Quare reges gentium su- *Talmudistica expositio.*

per eum admirati, os suum stringere debebunt, aut suo manum imponentes: quia quod eis narratum non fuerat, visuri erant, & quod non audierant, contemplaturi. Certum enim est, quod Messiæ mysteria non nisi Israelitico populo narrata à prophetis fuerunt. Ideo subdit, Quis credidit auditui nostro? & brachium Domini super quem, vel cui reuelatum est? Hoc est, Quis vnquam credidit nunciationi nostræ, vt his quibus huiusmodi mysterium nunquam narratum fuit, neque eiquam reuelatum extitit qua ratione Deus illud consummaturus esset, ipsum firmissime credere deberent? Tertium est, quod Messias in exordio partulus futurus erat, humilemque habiturus ortum, cum dicit, Et ascendet sicut virgultum coram eo, & velut radix de terra aridā: vbi & ipsum Messiæ nascentis paupertas exprimitur, & matris eius parientis virginitas. Ipse enim propter paupertatem virgulto gracili ac tenui recte in ista tituitate comparandus erat: & mater eius ob iam virginitatem terræ aridæ non inepte assimilanda, quoniam nullo prorsus humano semine humectata, ipsum conceptum ac partum erat. Quartum est, quod in suo progressu sit despectus, & quasi pro nihilo reputatus: De quo dicit, Non est species ei, neque decor. Et vidimus eum, & non erat aspectus, & non desideravimus eum. Nam etsi textus, Et desideravimus affirmative dicat, negative tamen intelligendus est. Præcedit enim dictio negativa לא *lo*, id est non, vt air R. Obi Dauid, duabus clausulis seruit: ac si dicerit, Et vidimus eum, & non erat aspectus, nec desideravimus eum. Et volens causam reddere, quare ipsum non desiderarent, statim subiecit. Despectus erat, & prohibitus virorum, vir dolorum, & notus infirmitate, & cum absconsione faciem ab eo. Quasi dicat, Facies nostras absconderebamus, ne ipsum aspiceremus. Et hoc ideo, quia vilis erat. Vnde nec reputauimus eum. Quintum est, quod propter peccata nostra pati debebat: circo dicit, Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros sustinuit. Et nos reputauimus eum vlceratum, percussum Deum, & afflictum. Vbi valde notandum est, quod textus Hebraicus percussum Deum habet, & non percussum à Deo: nostra editio dicit, Ait enim hic textus ipse Hebraicus מכה אלהים *Mucche Elohim*, id est, percussum vel vulneratum Deum. Nam si per iustum à Deo haberet, מכה מאלהים *Mucha Meelohim* diceret, cum præpositione *min* quæ à vel ab, vel de vel ex apud Hebræos significat. Sequitur, Ipse autem vulneratus est propter culpas nostras, contritus propter peccata nostra. Disciplina, id est, correctio pacis nostræ super eum, & in liuore vel vulnere eius, hoc est per liuorem, & vulnus eius, medicatum est nobis. Sextum est, quod omnes absq; præter ipsum, & matrem eius, de lege communi erauerunt à via salutis, & ipse omnium peccata portauit, quoad pœnas scilicet. Idcirco dicit, Omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit. Et Deus obuiare fecit in eo peccatum omnium nostrum, vt ipse scilicet pro nobis omnibus satisfaceret. Septimum est, quod has pœnas seu dolores ad mortem vsque voluntarie & patienter pro nobis sustinuit. * Idcir-



co dicit, Oblatus est ipse afflictus, vel voluntā- A tumdecimum est, quod tanta futura erat Messiæ tatis sue, libens, & non aperiet os suum. Sicut agnum ad occisionem ducetur, & velut ouis coram tondentibus se obmutescet, & non aperiet os suum. Octauum est, quod licet vt homo passurus esset, vt Deus tamen futurus erat omnino impassibilis. Idcirco subdit, De angustia & de iudicio sublatus est, & generationem eius quis enarrabit? Hic enim Deus Pater de Messia homine loquitur, dicens, Postquam de his, quæ Messiæ quoad humanitatem fieri poterunt, sublatus e- B rit, id est, cum ea parte sublata consideratus erit, generationem eius quis enarrabit? hoc est, modum & causam incarnationis eius quis enarrare poterit? Nemini enim tanta facultas dabitur, vt eam plene atque perfecte enarrare possit. Et causam reddens subdit, Quoniam abscissus est, id est, abscinditur de terra viuentium, propter scelus populi mei, & vlcus eorum, vel quod erat eis. Quod pro vlcere originalis peccati accipitur. Est enim vlcus (vt Medicis placet) antiquum vulnus. C Notum est, quod sicut Propheta eum per metiram passionis fidelium redemptorem descripsit: ita ipsum per diuinitatis potentiam infidelium damnatorem insinuauit, vbi ait, Dabit impios in sepulchrum suum, vel in foueam suam. Hoc est secundum Rabbi Ionathæ expositionem, Tradet impios in gehennam, & diuites diuitiarum, qui iniquitatem fecit in mortem perditionis. Decimum est, quod omnino iustus, atque ab omni peccato immunis esse debebat, cum dicit, Eo quod iniquitatem non fecerit, nec dolus inuentus fuerit in ore eius. Et Deus voluit conterere eum infirmitate, quasi diceret, Etsi omnino iustus erit, totalisque peccati expers: pro aliorum tamen peccatis passurus est. Vndecimum est, quod propter mortis suæ meritum, plurimos filios spirituales, hoc est, discipulos usque ad mundi finem habiturus esset. Et hoc est, quod dicit, Si posuerit, id est, quia ponet pro peccato animam suam, videbit semen longitudinis dierum. Quod de suis fideli- B bus, quique fide, quæ in æternum stabit, intelligitur. Sequitur, Et voluntas Dei in manu eius prosperabitur. Et ratio est, quia, vt dicitur, Ex labore, id est, pro labore animæ suæ, quem ipse videbit, saturabitur. Duodecimū est, quod per sapientiam suæ doctrinæ multos iustificaturus erat. Quare subdit, In scientia sua iustificabit iustus seruus meus multos, & peccata eorum ipse portabit. Tertiumdecimum est, quod victoriam contra Diabolum habere debebat, & fortium spolia dividere, eo quod se ipsum in mortem traditurus esset. Idcirco ait, Ideo dividam ei in multis, vel participare faciam eum cum multis, & cum fortibus dividet spolium, id est, spolia. Eo quod exposuit vel tradidit in mortem animam suam, id est, se ipsum. Quartumdecimū est, quod tanquam reus & malefactor cum sceleratis connumerandus erat. Idcirco inquit, Et cum iniquis computatus est. Quintumdecimum est, quod licet passio eius ad delenda omnium peccata sufficiens G esse debebat, non tamen omnium peccata deleturus erat, sed eorum duntaxat, qui in eum crediturī essent, atque pœnitentiam acturi. Eam ob rem subdit, Et ipse peccatū multorum tulit. Sextumdecimum est, quod tanta futura erat Messiæ charitas, vt etiam pro suis aduersariis, ipsumque affligentibus, atque occidentibus, Patrem suum æternum oraturus esset. Quocirca denique subdit, Et pro peccatoribus exorabit. Quæ quidem omnia & singula in Domino nostro Iesu Christo completa fuisse, nemo negandum duxerit, qui gesta ipsius tam in vita, quam in morte diligenter scrutatus fuerit.

## Caput XV.

*Obiectionis recentiorum Iudæorum, Isaiæ verba falso exponentium, confutatio, per veterum Talmudistarum expositiones.*

## CAPNIO.

Et si hæc omnia ita prorsus, vt exposuisti, se habeant, iuniores tamen Iudæorum nobis obiiciunt, quod Propheta ibi non de Messia (prout tu exposuisti sed potius ad literam de Iudæorum populo, quasi de vno homine loquatur. Quemadmodum ex 4. ea. de eodem dicit, Filius meus primogenitus Israel. Quæ obtem omnes pene recentiores, & præsertim R. Dauid, & R. Selomo, exponētes eadem Isaiæ verba de ipso Iudæorum populo, omnia, quæ in eisdem verbis continentur, videlicet languores, plagas, despectus, ignominias, & cætera id genus, eidem populo applicant. Eapropter optime quidem faceres, si ad conuincendam eorum perfidiam, eadem ipsa Prophetæ verba nonnisi de Messia exponi posse, per eorum scripturas probando, falsam atque peruersam ipsorum expositionem refelleres. Gal. Verum quidem est, quod R. Selomo, & R. Dauid, ac alii fere omnes iuniores, vt mysterium passionis Messiæ, quod in præmissis Prophetæ verbis plane traditur, occulere possint, expositionem hanc contortam, contra literæ sensum, veterumque omnium sententiam, finxerunt. Sed cum veritas nunquam lateat, facile est mendaces atque fallíloquos conuincere. Duo igitur hic faciam. Primum quidem, quod prædicta Isaiæ verba nullatenus Iudæorum populo in hac nouissima captiuitate existenti, applicati possint, ostendam. Deinde vero, quod ipsa eadē verba nonnisi de Messia exponi queant, per scripturas apud eos authenticas & approbatas probabo. F Primum itaque ex eo potissimum patet, Quod multa, quæ in eisdem verbis continentur, nullo modo Iudæorum populo applicari possunt. Et maxime tria, Quorum primum illud est, Ipse au- *Primum.*
tem vulneratus est propter culpas nostras, contritus propter peccata nostra. Nam licet Iudæorum populus in captiuitate hac multipliciter sit afflictus: id tamen non propter iniquitates & scelera gentiū patitur. Ita vt gentes propter Iudæorum talia patientiū merita, ipsæ à Deo saluatæ veniam recipiant, vt ipsi aiunt, qui asserunt, gentes verba hæc dicturas. Hoc enim non solum manifeste falsum est, cum sit contra diuinā iustitiā, secundum quā Deus reddit vnicuiq; iuxta opera sua, sed etiam contra ipsorum met sententiā: qui fere omnes

nemine discrepante, dicunt, Quod gentes, quæ iam Iudaicum populum in hac captiuitate supprimunt & affligunt, similiter sint propter hoc à Deo puniendæ. Ad quod probandum illud Ioelis vlt. c. dictum inducunt, Congregabo omnes gentes, & ducam illas in vallem Iosaphat, & disceptabo cum eis ibi super populo meo. Cum igitur Propheta dicat, Quod in liuore suæ vulnerationis sanati sumus, & quod Deus obuiare fecerit in eum peccatum omnium aliorum hominum: sequitur sane, quod hic non loquatur de Iudæorum populo, ob cuius pœnas alii non saluantur, sed potius puniuntur.

*Secundum.* Secundum vero est, cum Propheta de eodem seruo Dei loquens, ait, Eo quod iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore eius. Quod non solum de Iudæis aperte falsum est, vt per rei euidentiam liquido patet: quandoquidem pro maioris partem sunt vsuris, iniquitatibus, dolis, sortilegiis, maleficiis, aliisque flagitiis immersi: Verum etiam ex testimonio sacræ scripturæ euidenter haberur, quod in captiuitate hac nouissima (vt alibi probauimus) non sunt nisi propter propria eorum scelera. Imo si de peccatis suis pœnitentiam agere vellent, statim (vt in sequentibus patebit) redimerentur. Hoc insuper est contra ipsorummet expositionem: qui præsupponentes seipsos in hac captiuitate non esse, nisi propter peccatum magnum, seu magna peccata, quærentesque inter se, quod sit peccatum illud, vel quæ sint peccata illa, diuersi diuersa sentiunt. Veruntamen in eo omnes conueniunt, quod Iudæorum populus in captiuitate ista non est, sine peccato seu iniquitate, nec propter aliarum gentium pec cata, sed propter sua propria punitatur. Ex quo palam liquet, quod seruus Dei iste, de quo Isaias loquitur, non potest intelligi Iudæorum populus, sed Messias ipse, quia peccato omnino immunis futurus erat.

*Tertium.* Tertium denique est, quum de eodem seruo Dei demum Propheta ait, Et pro peccatoribus exorabit. Quod de populo Iudaico in captiuitate hac existenti haud quaquam intelligi potest. Ipsi enim non solum non orant pro peccatorum aliarum gentium salute, sed potius pro earum destructione, & præsertim pro Romani Imperii & Ecclesiæ Christianæ pernicie ac perditione: existimantes post Romani Imperii defectionem, atque Ecclesiæ Christi destructionem, se mox ab hac seruitute & captiuitate liberandos esse, vt alibi ostendimus. Ex quo manifestum est, dictum hoc Prophetæ, Et pro peccatoribus exorabit, nequaquam de eis verificari posse. Ex his igitur, atq; aliis multis in hac propheta contentis, quæ nollarenus Iudæorum populo in hac captiuitate existenti conuenire possunt, clarum atq; perspicuum est, ipsum Dei seruum, de quo Propheta loquitur, ipsum Iudaicum populum minime esse posse. Quod autem præmissa Isaiæ verba nemini alii, quam ipsi Messiæ recte conuenire possint, non expræ dictis tantum, atq; textu ipso clare patet, verum ex dictis quoq; veterum expositorum clarius atq; eminentius apparet. Omnes quippe prisci expositores, tam qui Christi antecessierunt aduentum, quam qui post Christum passum fuerunt, eadem ipsa Isaiæ verba non nisi de Messia exposuerunt: sicuti ipse quoque Rabbi Selomo aperte testatur, dum ipsa exponens super illud Ecce intelliget seruus meus; cum reliquis: sicut Magistri nostri totum hoc de Messia intelligi affirmant. Quod etiam per multos alios videri potest, qui diuersis in locis verba ipsa de Messia dicta asserunt. Nam in expositione libri Geneseos Rabbi Mosis Hadarsan, super illud 24. cap. dictum, ויביאה יצחק האהלה שרהאמו id est, Et introduxit eam Isaac in tabernaculum Saræ matris suæ: sic ad verbum dicitur, Hic est Rex Messias, qui fuit in generatione impiorum, & reprobauit eos, & elegit Deum sanctum & benedictum, & nomen sanctum eius, vt coleret eum toto corde. Deditque cor suum ad petendum misericordias pro Israel, & ad ieiunandum, & adhumiliandum se pro eis. Sicut dictum est Isa. 53. c. Et ipse vulneratus est propter culpas nostras, contritus propter peccata nostra. Disciplina pacis nostræ super eum. Cumque filii Israel fuerint peccatores, ipse exorabit pro eis. Quemadmodum dictum est Isaiæ eodem cap. Et in liuore eius medicatum est nobis. Et propterea Deus seruat eum, vt saluet Israel, & vt exultet cum eis in tempore electionis eorum. Sicut dictum est Deut. 33. c. Beatum te Israel. Quis vt tu, populus saluatus per Deum, clypeum auxiliatoris tui? Sicut & Isaiæ habetur 45. c. Israel saluatus erit in Deo saluatione seculorum, vel sempiterna. Non erubescetis, neque confundemini vsq; in secula æternitatis. Hæc traditio Scriptum præterea est in libro *Sambedrin*, capit. Helec, Quod ex domo Rab, id est, à discipuli Rabbi dictum fuit, Quod languidus est nomen Messiæ iuxta illud Isaiæ 53. c. dictum, Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros sustinuit. Eodem quoque legitur, quod Rab dixit, Si Messias de viuis est, ipse est sicut Magister noster sanctus. Si vero de mortuis, est sicut Daniel vir desideratorum. Vbi glossa R. Selomonis, Si Messias est, inquit) de illis, qui adhuc viui sunt, in veritate est, sicut Magister noster sanctus. Ipse enim & languores sustinuit, & sanctus fuit. Si vero de illis, qui iam mortui sunt: ecce ipse fuit sicut Daniel vir desideratorum, qui adiudicatus fuit pabulum bus in lacu leonũ, & sanctus & perfectus, accepcepit fuit. Tamen כגבר chegeber, i. sicut non sumam hic stricte. Hæc R. Selomo. Ex quibus manifestum paret, dubium fuisse apud veteres Iudæorum, vtrum tũc Messias viueret, an mortuus esset: Constabat enim eis, ipsum iam venisse. Eodem insuper in libro & capite verba illa, Ecce intelliget seruus meus, exaltabitur, & eleuabitur, & sublimabitur valde (vt in præcedenti capite diximus) interpretantur, Ecce prosperabitur seruus meus Messias, exaltabitur plusquam Abraham, eleuabitur plusquam Moses, & sublimabitur plusquam Angeli ministerii, qui scilicet Deo ministrant. Ex quibus omnibus satis manifeste patet, Quod omnia Isaiæ verba ab eo loco, Ecce intelliget seruus meus, vsque ad finem 53. cap. ab antiquis Iudæorum sapientibus de Messia intellecta fuerunt.

CAPVT



## CAPVT XVI.

*Confutatione praedicta confirmatio per Chaldaicam R. Ionathæ paraphrasin in eadem Isaiæ verba.*

## CAPNIO

VONIAM R. Ionathæ filij Vzielis Chaldaica translatio quam *Targum* vocant, tanq; apud eos est auctoritatis, vt nemo eorum ei contradicere audeat, velim ad huius confutationis confirmationem, per ipsum *Targum* eiusdem R. ostendere, antedicta omnia Isaiæ verba non posse neq; de populo Israelitico, neq; de vllo alio quouis homine, nisi de ipso Messia intelligi. GAL. Non abs re, mi Capnio, hoc me facere horteris: quandoquidem idem Rab. in sua Chaldæa paraphrasi, omnia eadem verba (vt nobis) de Messia ad nostrum propositum exponit. Nam vbi Hebraicus textus dicit, Ecce intelliget seruus meus, exaltabitur, & eleuabitur, & sublimabitur valde: ita ipse Chaldaice ait, הא יצלח עבדי משיחא ירם ויסגי ויתקף לחדא Hoc est, Ecce prosperabitur seruus meus Messias, exaltabitur, & multiplicabitur, & fortificabitur valde. Vbi vero Hebraicus textus habet, Sic asperget gentes multas, super eum stringent Reges os suum: ipse ita Chaldaice dicit, כן יבדר עממין סגיאין עלוהי מלכוותהון יתקפון על מיטתהון id est, Sic dispergentur populi multi super eum, & super lectum suum coangustabuntur, vel eliget gentes plurimas. Super ipsum tacebunt Reges, & ponent manum suam super os suum Vode patet, quod verbum illud Hebraicum עקץ quod ibi ponitur, & æquiuocum est (Nam & aperire, & abbreuiare, siue stringere significat) hic non pro eo quod est aperire (vt authoc nostræ editionis accepit) sed pro eo quod est abbreuiare, vel stringere, accipitur. Vbi autem Hebraica litera dicit, Quia quod non est narratum eis, videntur, & quod non audierunt, intelleuerunt, vel contemplati sunt, Ionathas ipse sic ait, ארי דלא ישתעיו להון חזו ודלא שמעו יסתכלו id est, Quoniam quibus nõ est de ipso narratum, viderunt, & qui non audierunt, contemplati sunt. Et vbi Hebraice dicitur, Quis credidit auditui nostro, & brachium Dei super quem reuelatum est? Sic ipse Chaldaice dicit מאןהימין לבסורתנא ודרא וחקף דרע גבורתיה יתודד ברן על מאן אתגליאת Hoc est, Quis credidit annunciationi nostræ huic: & fortitudo brachij virtutis Dei huiusmodi, super quem reuelata est? Et quod Hebraice habetur, Non est species ei, neque decor: cæteraq; reliqui: sic idem Chaldaice exponit, לא חיזו הולא חזויה ולא איסתיה איסת חייוי וחי דיקרא קודשא ויהה רהל ויחזוניה אסתל בה id est, Non erit vita despicabilis vitæ eius, neq; reuerentia, vel authoritas idiotæ. Sed erit gloria sanctitatis, gloria eius. Et quicunq; viderit eum, contemplabitur ipsum. Propter hoc erit ad bonam annunciationem. Et quod Hebraica litera habet, Et quasi facies ab eo: cum reliquis: ipse ita Chaldaice translulit, וכמא דהות מסלקא אפי שכינתא מנא בסירין ולא אסתיר Hoc est, Et quasi fuisset abstracta, vel remota facies diuinitatis eius à nobis videntibus & non reputantibus. Quod aliæ Hebraice dicitur, Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros sustinuit: ipse ita in Chaldæum vertit, בכיון חובנא הוא יבעי ועויתנא ברילידיה ישתבקון אנחנא i. Sic vel tunc pro reatib⁹ nostris ipse exorabit, & peccata nostra ꝓpter eum remittentur nobis. Et quod Hebraice habetur, Disciplina pacis nostræ super eum; cum cæteris: ita ipse Chaldaice traduxit, זבאולפניה שלמא יסגי עלנא וברעיותהי לסחנמותי חובנא ישתבקון לנא id est, Et in doctrina eius pax multiplicabitur super nos & in morte, ad sermonem eius reatus nostri remittentur nobis. Quod vero Hebraice dicitur, Omnes nos quasi oues erauimus: cum reliquis; ita ipse Chaldaice exposuit, כלנא כענא אתבדרנא גבר לקבל ארחיה גלינא ומן קדם יהוה הות ליה לעויא לסשבק חובי כלנא ברילית Hoc est, Omnes eramus quasi oues dispersi suimus, quilibet versus viam suã captiuatus erat. Et ex parte Dei beneplacitum fuit parcere, vel remittere reatus omniũ nostrum, propter ipsum. Et quod Hebraicus textus habet, Oblatus est & ipse afflictus vel voluntarius, vel liberis, & non aperiet os suum: sic ipse Chaldaice traduxit, בעי והוא מתחב ועד לא פתח פומיה מתקבל חקיפי עממיא Hoc est, Exoratus, & ipse exauditus est, donec non aperuit os suũ, susceperunt robustos gentium. Et vbi Hebraice habetur; Quasi agnus ad occisionem ducetur, & reliqua: sic idem Chaldaice dicit, כאמרא לנכסתא יסקר וכרחל דקדם גזזהא שתקא ולידיה לקבליה רפתח פומיה סמוטיה מסליל מילא i. Sicut aries occisioni tradetur, & sicut ouis coram tondente bus se, mutefiet. Et non erit qui ꝓeo aperiat os suum, & loquatur verbum. Et q; Hebraica litera habet, Et generationẽ eius quis narrabit? sic ipse Chaldaice transtulit, זפרישן דיתעברן לנא ביומוהי מאן יכיל למסני Hoc est, Et mirabilis & fient nobis in diebus eius, quis poterit enarrare? Quod autem Hebraice legitur, Dabit impios in sepulchrum suum & diuitem in mortibus suis: ita ipse Chaldaice exposuit, ויסקר ית רשיעייא לגיהנם ויית עתירי נכסיא דאנסו במותא דאברנא i. Et tradet impios in gehennam, & diuites diuitiarum, qui inique egerunt, in mortẽ perditionis. Et quod Hebraice dicitur, Et Dominus voluit cõterere eum infirmitate: Si posuerit pro peccato animam suam: & reliqua: ita ipse Chaldaice quoque exposuit, ומן קדם יהוה חורץ דעיבא למצרף ולכארזת ית שראבא דעמיה ברזיל לנקמא מחובין נפשיהון יחוון בסלכורת משיחהון יסגון בנין ובנן יורכון יסין ויעברי אורייתא דיהוה ברעותיה יצלחון Hoc est, Et ex parte Dei beneplacitũ fuit, vt cõflaretur, & refidũ populi sui: vt mundarentur à reatibus suis animæ ipsorũ, & videant Regnũ Messiæ sui. Multiplicabunt filios & filias, qui prolongabunt dies. Et facientes legem Dei, in beneplacito ipsius prosperabuntur. Quod etiam Hebraice dicitur, In scientia sua iustificabit iustus seruus meus multos, & peccata eorum ipse portabit: ita quoque ipse transtulit, זכאה מתיה יתקי זכאין ברזיל לסעבדא פגיאין לאורייתא ועל חוביהון הוא יבעי id est, In sapientia sua iustificabit iustos, vt obliget multos ad legem, & pro reatibus eorum ipse exorabit. Et quod demum Hebraicus textus habet. Eo quod exposuit vel tradidit in mortem animam suam: cum reliquis vsque in finem: idem ipse ita Chaldaice transtulit, ארי אתמסר לסותא נפשיה ית מרורייא שעליך לאורייתא והוא על חובין פגיאין יבעי ולסרורייא

ישתביק כרוליה Hoc est, Pro eo quod tradidit in A mortem animam suam, vel se ipsum, & transgressores obligauit ad legem: Et ipse pro reis multis exorabit, & transgressoribus parcetur propter ipsum. Ex hac igitur Chaldaica traductione palam ostenditur, prædicta omnia Isaiæ verba ab exordio vsque in finem, alii nemini, quam ipsi Messiæ recte competere posse.

## CAPVT XVII.

*Quod Deus in cruce suspendendus erat, crucique affigendus, Et quod ille sit Messias, qui morte crucis moriturus fuerat.*

## CAPNIO.

QVAMVIS per ea, quæ de Messiæ passione hactenus dixisti, ita Iudæorum nostri temporis perfidia conuincatur, vt plane obmutescere debeat: vt tamen clarius adhuc eorum arguatur impietas, qui propterea Dominum nostrum Iesum negant verum fuisse Messiam, quod cruci fuerit affixus: licet plerique eorum ipsum suspensum fuisse mentiantur: eaproptet Messiam ipsum Deum & hominem in cruce suspendendum, ac morte crucis obiturum fuisse, per eorum quoque scripturas ostendas, necesse est. GAL. Duo igitur hic me facere oportet. Primum enim Deum ipsum suspendendum, D crucique affigendum fuisse, probandum mihi est. Et demum, quod Messias ipse morte crucis moritutus erat. Quod Deus itaque suspendendus esset, Deuter. 28. cap. satis clare habetur, vbi sic dicitur, והיו חייך תלאים לך מנגד ופחדת לילה וליום ולא תאמין בחייך hoc est, Et erunt vitæ tuæ suspensæ tibi coram, & timebis nocte ac die, & non credes in vitas tuas. Vbi ideo fortassis pluraliter, vitas, dixit, quia sicut gemina est Messiæ natura, ita & eius vita, Deus scilicet & anima. Hæ E autem Messiæ vitæ, quæ pro nobis in cruce suspendendæ erant, nostræ sunt. Nam de vita quidem, quæ Deus est, ita Deuteron. 30. cap. legitur, הוא חייך ואורך ימיך Id est, Ipse est enim vita tua, & longitudo dierum tuorum. Quod Messias quoque vita sit, probatum est iam supra. Nam & ipse Dominus Iesus id ipsum testatus est, dicens, Ego sum via, veritas, & vita. In *Bereschith* etiam קטנת *Ketanna*, id est, in expositione minori libri Geneseos, hoc certe mirabile, quod dicturus sum, F scribitur super illud 22. cap. eiusdem libri dictum, ויקח אברהם את עצי העולה וישם על יצחק בנו i. Et accepit Abraham ligna holocausti, & posuit ea super Ishac filium suum. Sic enim ibi dicitur: Sicut זה *Ze*, id est, iste, hoc est, Deus, qui baiulat crucem suam super scapulam suam. Simile quoque huic habetur in libro ברכות *Berachoth*, id est, Benedictionum, Ierosolymitano, in cap. quod incipit, מאימתי קורין *Meemathai korin*, id est, Quando legunt: Ibi enim sic dicitur, Et fuit, cum compleuit Salomo orare ad Dominum vniuersam orationem, & deprecationem hanc, surrexit de conspectu altaris Domini, procumbens super genua sua, & manus eius erant expansæ ad cœlos.

Dixit Rabbi אבחי *Abba*, Et manus eius erant expansæ ad cœlos. Nam sicut זה *Ze*, id est, iste crucifixus, vel in cruce extensus erat stans. Hæc ibi, זה *Ze*, quod Latine interpretatur iste, hoc in loco non est nisi Deus. Quod per id, quod in libro מנחות *Menahoth*, id est, oblationum, in cap. quod incipit חמנחות *Hammenahoth*, id est, Oblationes, scribitur, maxime probatur: vbi sic dicitur, תכלת נקרא זה שנאמר זה אלי ואנוהו i. Deus sanctus & benedictus vocatur *Ze*, id est, iste: sicut scriptum B est Exod. 15. c. *Ze*, i. Iste Deus meus, & glorificabo eum. Hæc traditio. Secundum ergo duas istas traditiones, Deus crucem humeris baiulaturus erat, & cruci manibus extensis affigendus. Cum autem Deus ex sua natura hæc pati non possit, de Messia necessario intelligenda sunt, qui Deus & homo futurus erat, & morte crucis moriturus. Quod autem manus & pedes ipsius Messiæ in cruce fodiendi essent, Psalmographus Psalm. 21. pronuntiauit, dicens, כי סבבוני כלבים עדת מרעים כארו ידי ורגלי הקפוני i. Quoniam circumdederunt me canes. Concilium malignantium obsederunt me, foderunt manus meas & pedes meos. Ieiunet tamen, i. Scribæ, dictionem illam כארו *caro*, i. foderunt, in כארי *cari*, quod, sicut leo, significat, mutantes, scripturam simul & sensum peruerterunt. Quod multis quoque aliis in locis eos fecisse, in primo libro latissime ostendimus. Verumtamen quidam ex nostris (licet pie & bono zelo) aiunt, Quod cum textus Hebraicus hic dicit, Sicut leo manus meæ & pedes mei, sine manus meas & pedes meos, constructio defectiua ibi sit, subaudiendumque, Impii tanquam leo manus meas & pedes meos foderunt, perforauerunt, & xerunt, aut male fractauerunt. Ad quod probandum, Chaldaica traductione induci nt, quæ hoc loco sic habet, שבבוני עלי רשיעיא דמחיליו למיכל בשרי כנישת מבאשיין אקפוני נכתין ידי כארויא אידוי ורגלי id est, Quoniam vallauerunt me impii, similes canibus plurimis, congregatio malignorum circumdedit me, mordentes velut leones manus meas & pedes meos. Ex quo intelligunt, Hebræos locum hunc non corrupisse. Sed vt verum fatear, hoc eorum dictum mihi minime placet. Primo, quia etsi in infinitis pene locis dicebus, quos nunc Iudæi passim præ manibus habent, כארי *cari*, id est, sicut leo, depraua ntur, siti in aliquibus tamē vetustissimis כרו *caro*, quod idem est quod, foderunt, scriptum adhuc reperitur; tametsi Iudæi in eisdem non כרו *caro*, vt scriptum est, sed כארי *cari*, legant. Dicunt enim in כתיב *cheteb*, id est, scribendum esse כרו *caro*, sed קרי *keri*, i. legendum כארי *cari*. Qui est tertius depraua ndæ scripturæ modus: vt latius in primo libro ostensum est. Tum deinde, quia cum maiuo Chaldaica, quam inducunt, non sit lonatha filii Vzielis, qui annis pluribus Christi ortum antecessit, sed R. Ioseph cœci (vt ipsimet affirmant videntur) qui annis ferme trecentis quadragesimo post Christum passum claruit, non mirum videri debet, si depraua tionem hanc sequuta, ita hoc loco habeat. Quamuis ipsa quoque multum contra Iudæos nostri temporis (quod maxime animadvertendum est) & hic, & aliis plurimis in locis adpropositum nostrum facta. Tum demum, quod



quod non כארי *cari*, id est, sicut leo, sed כרו *caro*, A id est foderunt, hic scriptum fuerit, non solum in expositione libri Genes. R. Mosis Hadarsan (vt in 8. cap. primi libri visum est) liquido patet, super illud, Et Abraham adhuc stabat coram Domino: verum etiam per 70. interpretum editionem, qui ita hæc verba transtulerunt, ὅτι ἐκύκλωσάν με κύνες πολλοί, συναγωγὴ πονηρευομένων περιέσχεν με, ὤρυξαν χεῖρας μου καὶ πόδας μου. Ex quo manifeste patet, quod כארו *caro* id est foderunt, & non כארי *cari*, hoc est, sicut leo, hoc loco scriptum erat. Id B etiam ex translatione illa Chaldaica, qua Indi atque Æthiopes vtuntur, potissimum videri potest. Secundum habet *Canaanni ouuira vaagaria*: id est, Vulnerauerunt, vel foderunt manus meas, & pedes meos. Non ergo Dauid in persona sua hæc verba protulit, vt iuniores Iudæorum delirantes nunc, sed in persona Messiæ, quem talia passurum prænoscebat. Quod etiam ex immediate sequentibus apertè intimatur: cum dicitur, אספרו כל עצמותי המה יביטו ירא בי יחלקו בגדיהם ועל לבושי ישליכו גורל Hoc est, Numerabo omnia ossa mea: ipsi considerabunt, & despicient me: divident pannos meos sibi, & super vestem meam mittent sortem. Cum igitur hęc nunquam Dauid passus sit, nec vnquam in eo completa fuerint, de Messia ea intelligi oportet: præsertim cum scriptum sit in libro שבת *Sabbath*, in cap. quod incipit, במה האשה יוצאת *Bamme haissa iotsea*, id est, ea quo vsque egrediatur, Rabbi חייא *Hiia* dixisse, omnes prophetas non propheta sse, nisi de diebus D Messiæ. Pulci quoq; Talmudistæ illud Zachariæ 12. cap. dictum, והביטו אליו את אשר דקרו Aspicient in me quem transfixerunt: Messiæ filio Ioseph attribuunt, vt refert ibi dem Rabbi Dauid Kimhi. Hoc per ea etiam quæ in libro סוכה *Succa*, in cap. חלול חמשה *Halulu hamemisse* habentur, facile probatur. Ibi enim sic legitur, Scriptum est Zach. 12. et id est, Planget terra familiæ familiæ seorsum. Hic planctus ad quid fiet? controuertia est ibi inter E Rabbi רומה *Duſa*, & magistros. Vnus enim dicit, quod planctus ille fiet super Messia filio Ioseph, qui occisus erit. Et alter ait, quod super fornite qui futurus est, vt habetur בשלמא *Bulama*, id est, pax ei qui dixit, quod planctus ante dictus fiet super Messia filio Ioseph. Hoc est enim quod scriptū est Zach. 12. והביטו אלי את אשר דקרו וספדו עליו כמספד על היחיד והמר עליו כהמר על הבכור Hoc est, Et aspicient in me quem transfixerunt, & plangent super eum quasi planctum super vnicum. Et do- F lebunt super eum, sicut doleri solet super primogenitum. Hæc traditio. Quamuis autem expositores in id ipsum dimittant, vtrum Messias ille Ieremias nus Ioseph, quia ex tribu Ioseph progenitus esset, an à patre vocato Ioseph: dictum tamen Talmudistarum de Christo Domino nostro intelligunt. Quem ideo Talmudistæ filium Ioseph appellarunt, quia aliunde patrem in terris habentem non erat, nisi putatiuum, Ioseph scilicet uirginis sponsum, qui vt referunt Euan. G gelia, ejus filius putabatur. Quemobrem & ipsa Beata Virgo dixit ei apud Lucam 2. ca. Fili quid fecisti nobis hoc? Ecce pater tuus, & ego dolentes quærebamus te. Ex hac igitur traditione neces-

rio sequitur, Deum ipsum vulnerandum, transfigendumq; fuisse. Nam cum ea verba, Et aspicient in me quem transfixerunt: quæ veteres Talmudistarum de Messia intelligi voluerunt, in persona Dei propheta protulerit, ac si Deus ipse crucifigendus esset: quod nec excogitari quidem potuisset, nisi diuinitas cum humanitate in ipso Messia hypostatice vnienda fuisset: consequens profecto est, Messiam qui crucifigendus erat, Deum & hominem futurum fuisse. Cum præterea Spiritum gratiæ super homines effundere, nemini nisi soli Deo conueniat, clarum certe est, eum omnino Deum esse, in cuius persona propheta loquitur, dicens, ושפכתי על בית דויד ועל יושב ירושלם רוח חן ותחנונים והביטו אלי את אשר דקרו Hoc est, Et effundam super domum Dauid, & super habitatores Ierusalē spiritum gratiæ & deuotionum, siue precum. Et aspicient in me quem confixerūt, vel transfixerunt. CAP. Iuniores Iudæorum tam euidens passionis Dei & hominis testimoniū depraua re non valentes, aiunt hoc in loco, Respicient in eum, & non in me, apud eos scriptum esse. GAL. Primum eorum falsitas ex eo patet, quod omnes antiqui eorum libri (vt ipse optime nosti) ita prorsus habent, vt ego scripsi atque traduxi. Deinde vero per Chaldaicam R. Ionathę translationem, quæ sic eadem verba Chaldaice profert, Et effundam super domum Dauid, & super habitatores Ierusalem spiritum pietatis & miseratiōnū, & respicient in me quem transfixerunt. Quare & idem propheta 13. c. air, ואמר אליו מה המכות האלה בין ידיך ואמר אשר הכיתי בית מאהבי יהרב עורי על רעיעל גבר עמיתי נאם יהוה צבאות הך הרעה ארת הרעה ותפצין הצאן Hoc est, Dicet ad eum, Quid sunt plagæ istæ inter manus tuas? Et dicet, His plagatus sum in domo eorum qui me diligebant, id est qui me diligere debebant. Framea iuscitare super pastorem meum & super virum socium meum, vel consimilem mihi, seu cohærentem mihi, ait Deus exercituum. Percute pastorem, & dispergentur oues. Ex quibus omnibus luce clariùs constat Messiam Deum & hominem crucis patibulo suspendendum fuisse, atq; crucis morte obiturum.

*Iudæorum iuniorum obiectio.*

*Confutatio.*

## CAPVT XVIII.

*Ad Iudæorum obiectum responsio, qui ideo Christum Deum non fuisse asserunt, quia in cruce se a Deo derelictum clamauerit.*

## CAPNIO.

HIc nobis sese opponit recentiorum Iudæorum impia perfidia. Si Christus vester (inquietis) Deus fuit, cur mox in cruce moriturus, se à Deo derelictum clamauit, dicens, אלי למה עזבתני Hoc est, Deus meus, Deus meus cur dereliquisti me? Si enim Deus & homo fuisset, nunquam homo ille à Deo cui hypostatice (vt ais) vnitus erat, deseri potuisset. Quoniam vt ipsimet asseritis, quod semel assumsit, nunquam dimisit. Quare cum se à Deo derelictum clamauerit, palam ipsemet se Deum non esse, protestatus est. HOC. Ad hoc Hieronymus dicit, Christum cecinisse in cruce Psal. 22. aliosq, sequentes, vsque ad illum Psalm 31. versiculum, In manus tuas Do-

mine commendo spiritũ meũ. Ex quo sequitur, A quod verba illa, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? nõ ideo dixerit, vt se à Deo derelictum ostenderet, sed quia eũ aliis eorundẽ Psalmorum verbis sibi dicenda occurrerint. GAL. Ego quidem Hieronymo non contradico, sed vnum hoc adnicio, Quod quemadmodum Iudæis etiam dixit apud Isaiam 33. cap. Et quare moriemini domus Israel? Non quidem vt hoc ab eis discereť, quin potius, vt eos ad suæ perditionis B considerationem salubriter excitaret: ita quoque Christus, quum, inquantum homo, clamando à Deo quæriuit, cur eum in manibus Iudæorum ad illudendum, conspuẽdum, flagellandum, crucifigendum, occidendumque dereliquisset, non quasi ignarus, nec quasi de Deo conquerens, vel ipsum arguens, id fecit, sed vt Iudæos ipsos audientes, ad salubertimam suæ passionis considerationem, fidemque induceret. Quod verba mox ibidem sequentia aperte insinuant. Nam cum in C persona Messiæ Propheta (vt dictum est) dixisset, אלי אלי למה עזבתני Hoc est, Deus meus, Deus meus, cur dereliquisti me? statim immediate subiecit, רחוק מישועתי דברי שאגתי hoc est, longe à saluatione mea verba rugitus mei. Verba vtique rugitus Christi, quibus vt homo se à Deo suo derelictum clamauit, in cordibus Iudæorum eum occidere cupientium, longe fuerunt à saluatione eius, qua ipsum Deus suscitauit, atque in cœlum videntibus discipulis eleuauit. Vel aliter: D Cum in sexto libro ex priscorum Talmudistarum sententia dictum sit, saluationẽ nostrã saluationem Dei esse, eo quod Deus saluando Israelem, se ipsum saluare dicatur: hinc & Messias ipse, qui humanum genus saluaturus erat, saluatus pro eo quod est saluator, plerumque dicitur. Eam ob rem haud incongrue dici etiam potest, Verba rugitus, id est, lamentationis Christi, longe à saluatione eius, hoc est, à redemptione humani generis futura fuisse, quoad illos scilicet duntaxat, E qui propter impœnitens & obstinatum cor eorum non erant humanæ redemptionis fructum percepturi. Quare & mox subiiciens, Sitio, inquit, id est, salutem omnium desidero, quia pro omnibus patior, etsi non omnes sint merito passionis meæ saluandi. Et in hunc sensum Chaldæus interpres prædicta verba transtulisse videtur: cum ita Chaldaice ait, אלהי אלהי סטול מה שבקתני רחיק מן פורקני פילי אבלויתי id est, Deus meus, Deus meus quare dereliquisti me? longe à redemptione mea verba lamentationis meæ. Hoc. Editio nostra longe aliter habet quam ipse transtulisti. Sic enim habet, Deus meus, respice in me, quare me dereliquisti? longe à salute mea verba delictorum meorum. GAL. Vt inspicienti euidenter patet, pro fide Christiana longe melius Hebraica veritas hic habet, quam nostra siue Græca, siue Latina editio: cuius authores nescio quo spiritu moti, pronomen hoc, meus, à principio eiusdem versiculi remouerunt, & in medio G eius, te spice in me, addiderunt, atq; in fine ipsius, verba rugitus mei, in verba delictorum meorum, mutauerunt. Quæ quidem tria, hoc est, minuere, addere, mutare, multis aliis in locis Scripturæ locis, tam apud Græcos, quam apud Latinos sæpissime fecisse comperiuntur. Ex eo igitur, quod Saluator noster se à Deo derelictum clamauerit, ipsum Deum non fuisse, minime concludere poterit falsa nimium Iudæorum nostri temporis calliditas. Neque etiam nos arguere valebit, quod Deum omnino impatibilem, immortalem, & incommutabilem, crucifixũ, clauis ac lancea transfixum, mortuumque, & fateamur, & credamus. Quum hæc omnia Messiam ipsum Deum & hominem, non vtique secundum diuinitatem, sed secundum naturam nostræ mortalitatis assumptam, passum asseramus. Quæ omnia nobiscum Prophetæ, cæterique sancti patres, acceteres Talmudistæ longe ante nos & fassi sunt, & credidere runt, vt in præmissis liquido patuit. Quare libet haud inepte ipsi (vt supra visum est) eum נוצרי *Ei naarats*, id est, Deum confractum siue contritum, aut territum vocauerunt. Est enim נוצרי, id est, confractus, seu contritus, vel territus, secundum formam Dei. Et נוצרי *naarats*, id est, confractus, seu contritus, vel territus, secundum formam serui: secundum quam in sua passione, vt refert Marcus 14. cap. cœpit pauere & tedere, fuitque flagellis contritus, colaphis dilapisque cæsus, atque crucifixus, & clauis ac lancea confossus atque confractus. Quapropter Psalmographus Deum alloquens, & ex impiorum malicio, ipsum contra ea, quæ de Messia promissa, quasi facientem, quodammodo arguẽs, ne Pilatus ait, חרפה נחה ותכאסה התעברית עם משיחיך נצארת id est, Et terpuisti, & abiecisti, ita vt eis magnopere cum Messia tuo. Neglexisti pactum serui tui, profanasti in terra coronam eius. Et post pauca, עד מה יהוה תסתר לנצח תבער כמו אש חמתך Hoc est, Vsquequo Deus occultabis te, in æternum exardebit velut ignis ira tua? Vbi glossa R. Abraham Aben Ezra, Vsquequo (inquit) Deus occultabis te ex vna parte scilicet, vel ex vno angulo aut vmbra quasi occultatus sis, ita vt non videas mala Messiæ tui, sed exardescat sicut ignis contra eum ira tua? Et infra, עד מתי ריב ראשונים אדני נשבעת לדוד באמונתך id est, Vbi sunt misericordiæ tuæ priores Domine, quas iurasti Dauid per fidem tuam? Vbi glossa eiusdem R. Abraham ait, Scias, Domine, iuramentum tuum, quod de adimenda Redemtoris fecisti. Et demum, מן יהוה לעולם אמן ואמן h. e. Benedictus Deus in æternũ, Amen, amen. Vbi glossa ipsius Rabbi, Sensus est, inquit, Quod Psalmista viderit per Spiritum sanctum Messiæ aduentum, ideoque dedit laudes nomini Dei, hoc est, Deo. Fuit autem in Hispania quidam magnus sapiens, & probus homo, cui Psalmista ille ignotus admodum erat, & vsq; adeo, vt ipsum nec legere posset, nec patienter audire, eo quod Psalmista gratia contra Deum hic loquantur. Hæc ille.

## CAPVT XIX.

*Quod Messias in sua morte felle & aceto potandus esset, eoq; moriente, tenebræ super omnem terram fieri debebant.*

## CAPNIO.

QVONIAM legimus Christũ redemptorem nostrũ in sua passione fel & aceto potatum, tenebras super vniuersam terram eo mortuo fuisse



contigisse: eam ob rem ad magis confutandam A impiam obstinatamq; Iudæorum nostri temporis incredulitatem, hæc omnia in morte Messiæ accidere debuisse, per eorum scripturas probandum quoque est. GAL. Primum itaque notandum est quod legitur in libro *Sanhedrin*, in c. quod incipit, נגמר דינן *Nigmar haddin*, id est, Definitum est iudicium: vbi sic ad verbum dicitur: Dixit R. חסדא Hasda, Quod egressurus occidendus potabatur pocillum incensi in scypho vini, vt separaretur B sensus eius ab eo: sicut dictum est Prouerb. 31. ca. תנו שכר לאובד ויין למרי נפש Hoc est, Date cerebrinum perdito, & vinum iis qui sunt amaro animo. Erant autem in Ierusalem mulieres honestæ, quæ hæc spoute mittebant. Hęc Talmud. Bonum igitur vinum Domino Iesu Christo, aliisque cum eo crucifigendis ad hoc missum Iudæi bibere runt. Quare tunc impletum est, quod longe ante per Amos cap. 2. dictum fuerat, ויין עגושים ישתו בית אלהיהם Et vinum damnatorum bibet C domus Dei eorum: Quasi diceret. Vinũ damnatorum bibet domus Israel, & quod maioris erit facinoris, vinum etiam Dei eorum. Neque tamen cuipiam inconueniens videri debet, quod paucorum admodum Iudæorum factum, domui Israel propheta attribuat: cum ibi non solum ingens populi multitudo adesset, facientibus quod dictũ est consentiens, verum eorum quoque de quibus Matth 27. capite dicitur, Quod similiter & Principes faciebatorum illudentes cum scribis & seniori- D bus dicebant, Alios saluos fecit, se ipsum non potest saluum facere? Si Rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credemus ei. Confidit in Deo, liberet nunc eum, si vult. Dixit enim, Filius Dei sum. Mos est etiam diuinæ scripturæ multitudini quandoq; ascribere, quod vel ab vno solo factum est. Legitur enim Iehosuæ 7. cap. Dominum ad ipsum Iehosuam dixisse, Peccauit Israel, & transgressi sunt pactum meum, quod præcepi eis, & etiam acceperunt de anathemate, & etiam furati E sunt: cum reliquis. Ecce quomodo Dominus Israeli attribuit, quod solus Achan perpetrauerat. Pro incenso igitur & bono vino bibito, myrrham & aceum cum felle mixtũ Iudaica impietas Domino Iesu propinauit. Et tunc illud Psalm 69. dictum impletum est, ויתנו בכרותי ראש ולצמאי ישקוני חומץ Hoc est, Et dabunt in escam meam fel, & in siti mea potabunt me aceto. Hæc autem de Messia intelligenda fuisse, in *Midras Ruth*, id est in expositione libri Ruth euidentius apparet, F super illud quod dixit Booz, secundo capite, Accede huc, & comedes de pane, & tinges fructum tuum, vel buccellam tuam in aceto. Sic enim ibi dicitur: Loquitur de Rege Messia, Accede huc, id est appropinqua ad Regnum. Et comedes de pane filie est panis Regni. Et tinges fructum tuum, vel buccellem tuam in aceto: Hæ sunt passiones, vel tormenta Messiæ: de quo dictum est Isa. 53. Et ipse vulneratus est, vel occisus est propter culpas nostras, contritus propter peccata nostra. Hæc G traditio. Ex qua manifeste ostenditur, quod aceum Ruth significauit ac præfiguravit Messiæ passiones ac tormenta. Quanto magis igitur in persona Messiæ dictum fuisse oportet, quod iam præmissum est, Et dabunt in escam meam fel, & in siti mea potabunt me aceto? Quod maxime in iusta Iudæorum retributione innuitur, cum protinus eodem in Psal. subditur, יהי שלחנם לפניהם לפח ולשלומים למוקש תחשכנה עיניהם מראות וממתניהם תמיד הפעד: שפך עליהם זעמך וחרון אפך ישיגם: תהי מירתם נשמה באהליהם אל יהי יושב id est, Sit mensa eorũ coram eis in laqueum, & quæ sunt pacis in scandalum. Obscurentur oculi eorum à visione, & lumbos eorum iugiter dissolue. Effunde super eos indignationem tuam, & ita furoris tui comprehendat eos. Sit habitatio eorum deserta, in tabernaculis eorum non sit habitator. Et post hæc statim subiicitur, כי אתה את אשר הכית רדפו ואל מכאוב חלליך יספרו: תנה עון על עונם ואל יבאו בצדקתך: ימחו מספר חיים ועם צדיקים אל יכתבו: Hoc est, Quoniam quem tu percussisti persecuti sunt, & ad dolorem, vel ad afflictionem, vulneratos tuos vel occisos tuos narrabunt. Pone peccatum super peccatum eorum, & non veniant in, vel cum iustitia tua: deleantur de libro vitæ, vel viuentium, & cum iustis non scribantur. Hæc autem omnia Chaldaicus interpres ita Chaldaice traduxit atque exposuit: יהי פתורחון דפרון קדמי באכלי קרסחון לקלא ונכסתהון לתקלא: יתחשכן עיניהון מן למיחמי והרציהון הרירא תזעזע: שרי עליהון רוגזך ותקוף רוגזך ירבקינון: תהי משכנתהון צריא במשכנהון לא יהא יתיב: ארום ראנת מחיתא דרפו ונון רמאים על קטולך ישתעיק: חב עויה על עויתהון ולא יהכון לסיעל בצניעות צדקיך: יתמחון מספר רכרין חייא ועם צדקייא לא יתכתבון: Hoc est, Sit mensa eorum quam paraueunt coram me vt comedentes, in laqueum, & sacrificia eorũ in scandalum. Obscurentur oculi eorũ, vt videre nequeant, & lumbos eorum continuo tremore affice. Effunde super eos furorem tuum, & fortitudo furoris tui apprehendat eos. Sit habitatio eorum deserta, & in tabernaculis eorum non sit habitator. Quoniam quem tu vulnerasti, persecuti sunt, & in afflictum propter interfectos tuos, obloquentur. Adde peccatum super peccatum eorum, & non mereantur ingredi in Ecclesiam iustorum tuorum. Deleantur de libro memoriæ viuorum, & cum iustis non scribantur. Ad horum verborum Psalmographi declarationem, notandum est, quod menta in sacra scriptura quandoq; regnum significat. Vnde in *Midras tsilum*, id est, in expositione Psalmorum, super illud Psal. 23. dictum, תערוך לפני שלחן id est, Parabis coram me mensam: hic dicitur, Hæc mensa est Regnum. Quandoq; vero tota ipsa diuina scriptura quę in 24. distinguitur libros, mensa nuncupatur: iuxta illud Deut. 8. ca. dictum לא על הלחם לבדו יחיה האדם כי על כל מוצא פי יהוה יחיה האדם Hoc est, Non de solo pane viuit homo, sed de omni eo quod egreditur ex ore Dei, viuit homo. Vtraq; hæc mensa facta est Iudæis in laqueum. Quia enim Messiam vino myrrhato & aceto cum felle mixto potauerunt, idcirco & regnũ & veram scripturæ intelligentiam perdiderunt. Quare de eorum cæcitate subditur, Obscurentur oculi eorum à visione, id est, ne videant. Hinc etiam verus Messias, qui eis ad pacem esse debuit, & pax vocatur, iusto Dei iudicio, factus est eis in scandalum: quia os eius felle & aceto amaricauerunt. Et hoc est quod in planctu suo Ieremi. 1. c. ait,

צריק הוא יהוה כי פיהו מריתי id est, Iustus est ipse A
Deus, quia os eius amaricaui. Tunc enim Iudaica
pratitas os Dei amaricauit, cum spongiam aceto
felleque plenam, arundini circumpositam, ori at-
que naso Domini nostri Iesu veri Messiæ appo-
suit. Qu amobrem tunc etiam impletum est Ezec.
illud 8. cap. dictum, והנם שלחים את הזמורה אל
אפי id est, Et ipsi erunt mittentes fœtorem ad na-
sum meum. Quod exponens R. Kimhi ait, Vult
dicere, odorem malum. Ho c. His in locis longe
secus scriptura nostra habet, quam tu traduxisti. B
Nam illud quidem lamentationis Ieremiæ sic ha-
bet, Iustus est Dominus, quia os eius ad iracun-
diam prouocaui. Hoc autem Ezechielis ita, Et ec-
ce applicant tamum ad nares meas. GAL. Vtro-
bique author nostrę editionis (pace eius dixerim)
nimium Iudæis blanditus est. Nam dictio מריתי
*marithi* quæ in verbis Ieremiæ ponitur, à verbo
מרירת *mara*, quod amaricare proprie significat,
deriuatur. Idcirco מריתי *marithi*, idem est quod
amaricaui. Dictum autem Ezechielis tam apud C
nos, quam apud Hebræos penitus deprauatum
est, sed multo magis apud nos quam apud eos illi
enim sic habent, Et ipsi mittentes erunt fœtorem
ad nasum suum. Neutra tamen litera vera est, ne-
que quam ipsi habent, neq; quam nos habemus,
sed illa quam prius posui. Antiqui namque eo-
rum sapientes, quos סופרים *Sophrim*, id est scribas
nuncupant, attendentes prophetam eadem verba in persona Dei protulisse: fœtorem que ad na-
sum eius poni, & inconueniens, & impossibile es-
se existimantes: ne huiusmodi locutio in simpli-
cium scandalum cederet, scripturam hanc quem-
admodum & alias eius generis quamplurimas,
commutauerunt: vt latius in primo libro osten-
dimus. Hic autem ad nasum meum scriptum e-
rat, quod ipsi mutantes, ad nasum suum, scripse-
runt: vt ibidem quoq; per eorum scripturas pro-
baumus. Quod autem Messia moriente, sol ob-
scurari debebat, tenebræque per vniuersam ter-
ram fieri, longe ante per Amos prophetam nun-
ciatum fuit, sic 8. cap. dicentem. E
והיה ביום ההוא
נאם אדני יהוה והאתי השמש בצהרים והחשכתי
לארץ ביום אור: והפכתי חגיכם לאבל וכל שיריכם
לקינה והעליתי על כל מתנים שק ועל כל ראש
קרחה Hoc est, Et erit in die illo, ait Dominus
Deus, & occidere faciam solem in meridie, & te-
nebrescere faciam terram in die lucis: Et conuer-
tam festiuitates vestras in luctum, & omnia can-
tica vestra in lamentum. Et ascendere faciam su-
per omnia dorsa saccum, & super omne caput cal
uicium, vel depilationem. Tenebras vero factas
fuisse ea die & hora, qua Christus mortuus est, ne-
mo it inficias: cum id vel Gentiles ipsi testentur.
Depilationem autem hanc atq; lamentationem
inconsolabilem tunc, aut parum post fieri contigit,
cum scilicet quadragesimo anno ante templi
euersionem, Iudicibus Iudæorum ex consistorio
Gazith expulsis, omnis ab eis iudiciaria potestas
ablata fuit: sicut in quarto libro latissime patuit.

## CAPVT XX.

*De meritu passionis Messiæ, & mortis, ac effusionis sanguinis eius.*

VM per meritum passionis Christi humanum genus saluatum sit: ideo vt nihil de Messiæ passione præter-
mittatur, de merito nunc passionis, mortis, & effusionis sanguinis eius, aliquid ex Iudæorum scripturis patefacias. GAL. Faciam equidem. De merito itaq; passionis Messiæ id nunc solum audiendum est, quod in libro qui apud eos ספרי *Sephre* vocatur, ex verbis R. Iosuæ hoc modo scriptum est, Egredere & disce me-
rum regis Messiæ, ac præmium iustorum ab an-
tiquo Adam: cui non fuit datum; nisi vnum præ-
ceptum de negatiuis, & transgressus est illud. Vide quot mortes decretæ sunt ei, & generationibus eius, generationibusq; generationum, vsque ad finem omnium generationum. Porro quæ ea mensura multiplicatur, mensuræ ne boni, in mensura vindictæ? Esto dicens, quod mensura boni multiplicatur, mensura vero vindictæ minuatur. Quasi dicat, Deus semper citra condignum pu-
nit, & vltra condignum remunerat. Rex igitur Messias afflictus & humiliatus ieiunio, pœnisque affectus, meritũ & præmium omnibus reinbuit: sicut dictum est Isa. 53. c. Et Dominus obtulit in eo peccatum omnium nostrum. Hæc Tal-
mud. Hoc etiam modo arguimentatus est Paulus ille summus Talmudista, cum ad Romanos scribens 5. cap. ait, Si vnius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei, & donum in gratia vnius hominis Iesu Christi, in plures abundauit. Mo-
tum autem mortis Messiæ ex eo maxime ostendi-
tur, quod in eodem libro ita legitur, ממש בני
חמדת אשר שפכו דם נקי בארצם באותה שעה
הדה לעולם חשב ונקתי דמם לא נקיתי וכפר
יהוה עמו מגיון אחר אופר שחריגתו שביר
עזות העולם כמרה היא להם לעולם הבא שנאמר
והיה מזמור לאסף אלהים באו גוים בנחלתיך
iniquitate filiorum Iudæ, qui fuderunt sangui-
nem innocentem in terra eorum in illa hora. Fi-
das semper manebit, & parcam, sanguini vero
eorum non parcam. Parcet tamen terræ eius, id
est cadauer eius populo suo. Et vnde id habes? quod
mors eius, quæ est in manu gentium mundi, par-
cet eis in seculo venturo? Quia dictum est in Pro-
mo Aleph, Deus, venerunt gentes in hereditatem
tuam. Hæc traditio. Ex qua manifeste liquet, quod
mortem Messiæ, futuram fuisse peccatorum re-
missionem: tum ex eo quod dicit, quod terra eius
id est cadaues eius parcet populo suo: tum etiam
quia ait, quod mors eius, scilicet Messiæ, parcet
debebat gentibus in seculo venturo, id est tempore Messiæ. Et recte quidem. Nam Messias pro humani generis salute, & præsertim propter saluandos patres moriturus erat. Quod ex com-
mentariis R. Mosis Hadarsan palam ostenditur, super illud Psal. 49 יחי עוד לנצח לא יראה השחת
כי יראה חכמים ימותו Hoc est, Et viuet vltra in
sempiternum, & non videbit infernum, cum vi-
derint sapientes morientes. vel, vt videbit hoc
tes monentes, vt aliqui interpretati sunt. Cum
sic ibi dicitur, אחר רשו תרשן ורא חפקוק
לך על חמשיח שיסורין הרי לפרוע את
המצרים ואחר יחיד לנצח לא יראה שחת
כמו החכמים שימותו Hoc est, Dixit Rabbi Mo-
ses Ho-



ses Hadarsan, Hic textus dictus est de Rege Mes-
sia, qui mouetur ad redimendos patres. Et post-
modum viuet in sempiternum. Nec videbit in-
fernum, quemadmodum sapientes qui moriun-
tur. Quod autem nonnisi per sanguinis Messiæ
effusionem, & à peccatis mundandi essent fide-
les, & ab infernо liberandi, patet per illud Zacha-
riæ nono capite dictum, גם את כרם בריתך
שלחתי אסיריך מבור אין מים בו Hoc est, Etiam
tu per sanguinem pacti tui, emisi captiuos tuos de
puteo, in quo non sunt aquæ. Ad cuius dicti intel-
lectum, notandum est, quod hæ dictiones tu &
tuos, hic positę fœminini sunt generis. Ideo eas ad
aliquod fœmininum, cuius mentio præcesserit,
referri oportet. Ad quod autem fœmininum sint
referendæ, ostenditur ibidem, cum paulo ante
hæc verba, sic dicitur, גילי מאד בת ציון הריעי בת
ירושלם הנה מלכך יבוא לך צדיק ונושע הוא
Exulta valde filia Sion, iubila filia Ierusalem. Ecce
Rex tuus veniet tibi iustus & saluatus ipse. Vbi Io-
nathæ Chaldæica translatio sic dicit, חדאי לחדא
כנשתא ציון גילי קלא ירושלם
gaudio Ecclesia Sion, iubila Ecclesia Ierusalem,
Ad filiam igitur, id est, Ecclesiam Sion & Ieru-
salem referenda sunt hæc pronomina ibi posita, cum
dicitur, Etiam tũ in sanguine pacti tui, emisi ca-
ptiuos tuos de puteo, in quo non sunt aquæ. Quæ
quidem verba sic R. Selomo exponit: Etiam tu
Ecclesia Sion & Ierusalem saluaberis cum Mes-
sia: sicut ipse iustus est & saluatus. Per sanguinem
pacti tui, id est, per meritum sanguinis pacti, qui
effusus est super vos in Sinai. De quo dictum est
Exod. 24 ca. Ecce sanguis pacti, quod pepigit Do-
minus Emisi captiuos tuos de puteo, id est, de ca-
pitiuitate. Hæc ille. Cum inquit, de puteo, id est de
captiuitate, hoc non potest intelligi de puteo ca-
ptiuitatis Ægypti vel Babylonis, cum aquis vtraq;
abundet, & propheta puteum de quo loquitur,
carere aquis dicat. Quare de puteo gehennæ in
quo non sunt aquæ, sed ignis & sulphur, dictum
esse intelligi oportet, vt patet in prologo איכרה
רבתי *Echa Rebbethi*, id est expositionis planctus
Ieremiæ: vbi sic dicitur, Deus sanctus & benedi-
ctus promisit nobis, se erepturum nos de gehen-
na per meritum circumcisionis. Et vbi hoc dixit?
Apud Zachariam dicentem, Etiam tu per sangui-
ne pacti tui, emisi captiuos tuos de puteo, in quo
non sunt aquæ. Hæc traditio. Cum autem dicit
per meritum circumcisionis futurum fuisse salua-
tionem, per meritum effusionis sanguinis Christi
intelligi voluit, cuius typum circumcisio gessit.
Nam cũ omnes patriarchæ & prophetæ, omnesq;
sancti patres quantumcunq; sancti, qui circumci-
sionem acceperunt, vsq; ad passionem Christi, ad
infernum descenderint, vt patet in multis locis
Talmud, & præsertim in libro qui חגיגה *Hagiga*
dicitur, in ea quod incipit הכל חייבין *Haccol haiabin*,
id est, omnes sunt obligati, vt latius in præce-
dentibus ostendimus: consequens plane est, quod
illis per meritum circumcisionis, sed per meritum
passionis Christi, cuius figuram circumcisio gere-
bat, eramus ab inferno liberandi. Præterea cum
nec peccatorum venia, nec satisfactio, nec per cõ-
sequens animarum saluatio, nisi per sanguinis ef-
fusionem fieri debuerit, vt patet in libro יומא *ioma*,
id est Dictum, in cap. quod incipit, Septem dies
ante diem propiciationis: vbi sic ad verbum le-
gitur, Non est venia, vel peccati remissio, nisi per
sanguinem: sicut scriptum est Leuit. 17. c. כי הדם
הוא בנפש יכפר id est, Nam sanguis ipse pro ani-
ma satisfaciet, vel animæ parcere faciet. Saluatio
autem cum nonnisi per Messiam futura fuerit, vt
in superioribus probatum est: necessario profecto
sequitur, quod neq; merito circumcisionis, neque
merito sanguinis super filios Israel in monte Sinai
effusi, Deus peccata remittebat, sed merito dun-
taxat sanguinis Messiæ effundendi, quem sangui-
nes prædicti figurabant, sine quo nec fuit, nec est,
nec erit vnquam perfecta peccatorum remissio.

## CAPVT XXI.

*Quod Messias ad infernum descensurus esset, omnesq; electos inde educturus.*

VM Christum Dominum nostrum post mortem suam ad inferos de-
scendisse, indeq; electorum suorum
animas eduxisse, & credamus, &
confiteamur: eapropter vt magis
magisq; adhuc iuniorum Iudæorum conuincatur
perfidia, id ipsum Messiam facturum fuisse, pro-
bari quoque per eorum scripturas oportet. GAL.
Messiam itaq; ad infernum descensurum, atque
electos omnes inde educturum fuisse, per illud in
primis patet, quod in *Bereschith rabba*, id est in expo-
sitione libri Geneſ. Rabbi Mosis Hadarsan legi-
tur vbi super illud 24. cap. eiusdem libri dictum,
Et induxit me in tabernaculum: sic ad verbum
dicitur: Dixit Rabbi Iehosuas filius Leui, Iui cum
Angelo mortis nomine קיפוד *kippod*, quousq; per-
ueni ad portas gehennæ? Statimq; mihi *kippod* An-
gelum, qui scilicet præest gehennæ, vt meturetur
gehennam à capire vsque ad finem, & non fuit ei
hora vacans ad metiendum. Quia tunc occide-
runt Rabban Simeonem filiũ Gamlielis. Et volui
lire, & non potui. Post hoc autem mi cum *kippod*
Angelo, & ibat mecum Messias filius Dauid, quo-
usque peruenì ad portas gehennæ. Cumque vi-
derent captiui qui in gehenna erant, lumen Mes-
siæ, gauisi sunt eum recipere, dicentes, Hic educet
nos de his tenebris: sicut dictum est Hoseæ 13. ca.
מיד שאול אפדם ממות אגאלם Hoc est, De manu
inferni redimam eos, à morte liberabo illos. Et
sic Isaias quoque dicit 35. c. ופדוי יהוה ישבון ובאו
ציון id est, Et redempti Dei red. buntur, & venient,
vel intrabunt in Sion: Et reliqua vsque ונסו יגון
ואנחה Hoc est, Et fugient dolor & gemitus. Non
dicitur autem Sion in loco isto, nisi גן עדן *gan eden*,
id est hortus voluptatis hoc est, paradisus. Hucusq;
traditio. Quę etsi ita rum quoddam videatur
ponere figmentum, quia tamen Talmudistæ ar-
cana Messiæ nonnisi in parabolis tradere solitì
sunt: ideo figmentum illud finxerunt, vt Messiæ
descensum ad inferos, gaudiumq; sanctorum pa-
trum in limbo existentium, quod propter ipsius
aduentum, suamq; liberationem habituri erãt in-
finitarent. Quod testimonio Hoseæ & Isaiæ opti-
me probant. Hoc idem etiam ille eorum Doctor,
quem רבינו הקדוש *Rabbenu Hacados*, id est Ma-

gistrum nostrum sanctũ vocant, longe ante Christum natum apertius ostendit, in libro quem גלי רזיא *Galerazia*, id est, teuelatorem arcanorum appellauit. Et præsertim ad secundam Antonini Consulis vrbis Romæ petitionem: vbi inter cætera idem Antoninus ab eo quæsiuit, dicens, Ex quo גבר *gheuer*, id est, vir Deum significat, quid sibi vult textus ille Thren. 3. cap. scriptus, אני הגבר ראה עני בשבטו עברתו: אותי נהג וילך חשך ולא אור id est, Ego *gheuer*, id est vir videns paupertatem, in virga indignationis suæ me minauit, & adduxit in tenebras, & non in lucem. Respondit ei Rabbenu: Hic est Deus sanctus & benedictus, qui ait, Ego sum vir qui vidi paupertatem. Me minauit & adduxit in tenebras & non in lucem. Hic itidem Deus sanctus & benedictus est, qui dixit, Decreui descendere ad inferos, ad redimendas animas iustorum, quas in virga indignationis suæ pater meus qui est in cœlis, illuc detrudit propter peccatum Adæ. Item eodem in libro ad textum eiusdẽ Antonini petitionem, idem *Rabbenu Hatadol* dicit se in libro Rabbi Simeonis filij Iohai qui מחקר הסתורות *Me. hikar hassadoth*, id est, Inuestigatio secretorum nuncupatur, hæc inter cæteras inuenisse: His audiis cœpit flere Rab Hoseas, dixitque, Veh illis, veh illis impijs, homicidis Israel: quorum amore, vt peccatum illis dimittat, Deus sanctus & benedictus mittet Filium sanctũ suum, & carne humana se indũet. Veh illis, quia propter suas prauas operationes erunt rebelles huic Messiæ, & sequent dicta, quibus præcipiet vt mundificentur aqua mundificationis, ad purganda eorum peccata. Ipsi vero non incedent in vijs Deo gratis, nec facient voluntatem eius, sed ingenti iracundia perciti, eum occident. Tunc anima eius descendet ad inferos, apud quos triduo morabitur: vt inde omnes animas patrum iustorum quæ eduxit. Sicut dictum est Gen. 47. c. אנכי ארד עמך מצרימה ואנכי אעלך id est, Ego descendam tecum in Ægyptum, & ego inde educam te. Et faciet Deus sanctus & benedictus, vt eos in paradisum deducat, sintque læti in gloria Dei, iuxta illud Hoseæ 6. cap. dictum, Viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos, & viuemus ante faciem eius. Hęc omnia ille, quem ipsi Magistrum nostrum sanctum appellant. Ex quibus omnibus satis manifestæ patet, Messiam Deum & hominem statim post mortem suam ad inferum descensorum fuisse, atq; animas electorum suorum inde eduxisse.

## CAPVT XXII.

*Quod Messias tertio die à mortuis resurgere debebat.*

## CAPNIO.

IEsvm Christum quoq; Dominum nostrum tertio die à mortuis resurrexisse, Euangelistæ scripserunt. Hoc igitur idem in Messia futurum fuisse, per Hebraicas scripturas ostendere debes. GAL. Primum igitur quid veteres Talmudistæ super illud Psalm. 17. dictum senserint, dicam, אנני בצדק אחזה פניך אשבעה כתקיץ תמונתך id est, Ego in iustitia, vel per iustitiam, faciem tuam, satiabor cum resurrexerit forma, videbo vel figura, vel imago, vel similitudo tua. Supra probatum est per Talmudistarum scripturas, Messiam esse faciem Dei. Hæc enim forma, vel figura seu imago, siue similitudo Dei, dicitur, quia hic propheta loquitur, non est nisi Dei Filius, siue Messias ipse secundum diuinitatem, secundum quam ipse Dei Filius similis est patri. Vtiam supta, hoc est in 3. libro, ostensum est. Et hæc fuit illa figura, siue imago Dei, quam Moses vidit, cum Numer. 12. ca. dicitur, תמונת יהוה יביט id est, Et figuram Dei contemplatur. Quod R. Ankelos sic in Chaldæum transtulit, וחזית יקרא דיהוה מחכל Hoc est, Et similitudinem, vel imaginem charitatis Dei intelligit. Ita ergo secundum sensum istum antedictæ prophetæ verba exponi possunt: Videbo faciem tuam, id est Messiam thesaurum, Satiabor, cum resurrexerit forma, vel figura, vel similitudo tua. Id est Filius tuus. Quamuis autem aliter ipsa quoq; exponant, vt in actum recidatur, cum de resurrectione generali dicendum nobis occurrerit, expositio tamen quam hic posuimus, in *Bereschith* קטנה *bet anna*, id est, in expositione libri Gen. minori optime confirmatur, ibi per illud quod 3. cap. eiusdem libri de Adam scriptum est, Et emisit eum Dominus de horto, vel de paradiso voluptatis. Ibi enim sic ad literam legitur: Dixit R. Hamias, Em ilius fuit Adam de paradiso in isto seculo, sed in futuro seculo nõ emittetur. Iuxtaq; autem hoc R. Hamiæ dictum, per id quod scriptum est Psal. 17. Ego in iustitia, vel per iustitiam contemplabor faciem tuã. Satiabor cum surrexerit forma, vel figura, vel imago, vel similitudo tua. Dixit Deus sanct⁹ & benedictus, In hora illa ego iustificabo eum, scilicet Adam ab illa sententia. Dixit Deo sancto & benedicto David. Et in illa hora qua resurget ille, qui est similitudo tua, satiabor, & in iustitia contemplabor, vel videbo faciem tuam. Vbi glossa R. Selomonis. Contemplabor, inquit faciem tuam: sicut dictum est Isa 52. כי עין בעין יראו בשוב יהוה ציון Quum enim ad oculum videbunt, cum morabitur vel habitabit. Quod Deus in Sion R. Ionathanus Chaldæe transtulit, ארי בעיניהון יחזון גבורן דיעבר יהוה כד יתיב שכינתיה לציון Hoc est, Quia oculis videbunt virtutem, vel fortitudinem suam quam faciet Deus, cum sedebit vel habitabit diuinum ipsius in Sion. Hæc omnia tradito. In quibus non admodum magna continentur mysteria. Quorum primum est, quod Adam olim de paradiso expulsum, erat Deus iustificaturus, auferendo ei sententiam contra eum latam. Secundum est, quod id futurum erat, cum iuxta Dauidis prophetam תמונה *temunah* forma, vel figura, vel imago, vel similitudo Dei resurgeret. Tertium est, quod cum illo qui similitudo Dei, id est, similis Deo Patri erat secundum diuinitatem, secundum humanitatem resurrecturus erat, nunc sciebat Dauid se saturandum esse, ac per iustitiã faciẽdi Dei visurã atq; contemplaturum. Nec tamen dixit, per eũ⁹ iustitiam ab eo consecuturus erat: quia forte maluit hoc per ista dicti qui post eum de Messia Dei Filio loquerentur, vt in præcedentib⁹ ostendimus 53. c. inquit, Iustificabit iustus seruus meus multos, & peccata eorum ipse portabit. Hic etiam haud incongrue dici potest, quod in libro *Sanhedrin*, cap. *Helec*, hoc modo scriptum est. Dixit R. Nahman ad R. Ishac, בר ניפלי Quis fecit te audire, quãdo venturus sit בן נפלי *Ben naphli*, id est, filius caducus. Ait ei, Quis est *Ben naphli*? Dixit ei, Messias. Ait illi, Messiamne vocas *Ben naphli*, filium caducum? Respondit ei, Etiam Sicut de ipso scriptum est Amos 9. cap. ביום ההיא אקים את סכת דוד הנפלת id est, In die illa suscitabo, vel erigam casũlam Dauid deiectam, vel prostratã. Hæc traditio. Vbi non abs re vetus hic Talmudista, Messiam *Ben naphli*, id est filium caducum appellauit. Quia vt dictum suum prophetæ testimonio probat, Messias ipse quoad corpus, casula Dauid deiecta, siue prostrata in sua passione & morte esse debebat, in sua autem resurrectione à Deo suscitari & erigi. Hic neque silentio prætereundum puto, quod in *Midras tehelim*, id est in expositione Psalmorum legitur, super titulum illum Psal. 22. qui est לאילת השחר Hoc est, Super cerua aurorę: vbi sic dicitur: Hoc est quod scriptum est, Excitare gloria mea, excitare psalterium & cythara, Excitabo auroram. Et infra. Excitare in Edom, id est in Romanis. Futurum est enim vt astare faciat nobis regem Messiã. Et quid est, Excitabo auroram, & aurora nõ excitat me. A seculo enim nõ venit super me aurora, & inuenit me dormiẽtem. Et hoc est, Excitabo auroram. Et sic ipse dicit Psal. 117. הציה לילה אקום להודות לך Hoc est, Media nocte surgo ad confitendum tibi. Hactenus traditio. Vbi notandum est, quod gloria Dauid fuit in Messia, vt habetur in *Midras tehelim*, id est, in expositione Psalmorum, super illud Psal. 16. Lætatum est cor meum, scilicet in verbis legis, & exultauit gloria mea. Dixit Rabbi אכחו *Abbu*, Lætatum est cor meum, scilicet in Rege Messiæ, qui ex me egrediturus est. Sicut dictum est Isaiæ 4. cap. Quia super omni gloria protectio. Hoc est Messias. Etiam caro mea habitabit ad fiduciam, scilicet post mortem. Dixit Rabbi Ishac, Docet per hoc quod non habuit in eo potestatem vmica. & vermis. Hæc traditio. Præmissis quoq; addendum est, quod in Psal. 16. hoc modo scribitur. לכן שמח לבי ויגל כבודי אף בשרי ישכן לבטח כי לא תעזב נפשי לשאול ולא תתן חסידך לראות שחת Hoc est, Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit gloria mea, etiam caro mea habitabit ad fiduciam. Quia non derelinques animam meam in inferna, nec dabis sanctum, vel pium tuum, vt videat corruptionẽ. Vbi propheta de corporis Christi incorruptione, deque eius resurrectione aperte loquitur. De eadem quoque corporis Messiæ incorruptione sic apud Isaiam 51. capite legitur, מהר צעת להפתח ולא יסות לשחת ולא יחסר לחמו Id est, Cito claudus, vel mobilis ad aperiendum, & non morietur ad corruptionem, nec diminuetur cara eius. Vbi glossa Rabbi Kimhi, Est inquit, ibi לחמו *lehmo*, cadens super carnem tantum, iuxta illud Leuit. 21. cap. אישי יהוה לחם אלהיהם הם מקריבים הקדש Hoc est, Quia sacrificium Dei, carnem Dei sui ipsi sacrificant, erũt sancti. Quod autem tertio die resurrecturus esset, patet per ea quæ R. Moses Hadarsan in expositione libri Geneseos dicit, super illud eiusdem lib. 22. cap. dictum, ביום השלישי וישא אברהם את עיניו id est, In die tertio eleuabit Abraham oculos suos: ibi enim idem Rabbi sic ad verbum ait, Hoc est quod scriptum est Hoseæ 6. c. יחיינו מיומים ביום השלישי יקימנו ונחיה לפניו ונדעה נרדפה לדעת את יהוה Hoc est, Viuificabit nos post duos dies, in die tertio suscitabit nos. Et viuemus ante faciem eius. Et sciemus, vt sequamur ad cognoscendum Deum. In die tertio, id est triduo: sicut scriptum est Gen. 42. ca. Et dixit eis Ioseph, In die tertio. In die vero tertio dationis legis, iuxta illud Exod. 19. Et fuit in die tertio facto mane, & fuerunt voces & fulgura. In die autem tertio exploratorum. Sicut dictum est Iehosuæ 2. Et abscondimini ibi tribus diebus. In die quoq; tertio Ionæ iuxta illud, Fuit Ionas in visceribus piscis tribus diebus & tribus noctibus. In die etiam tertio ascendentium de captiuitate. Sicut dictum est Ezræ 8. c. Et castrametati sumus ibi diebus tribus. In die denum tertio viuificationis mortuorum, iuxta illud Hoseæ 6. c. dictum, Viuificabit nos post duos dies, in die tertio suscitabit nos. Et viuemus ante faciem eius: quæ est Rex Messiæ. Sicut dictum est Ps. 80. יהוה אלהים צבאות השיבנו האר פניך ונושעה id est, Deus exercituum conuerte nos, ostende faciem tuam, id est Messiam tuum, & saluabimur. Hæc traditio. In libro autem *Mechilta* super illud Psalm. 30. כי רגע באפו חיים ברצונו id est, Quoniam momentum in ira eius, & vita in beneplacito eius: ita scriptum legimus, אמר רבו משה הרשון כי רגע באפו חיים ברצונו באמר על משיח צדקנו כי יהיה ברגע חסות ויחיים ברצונו לחת לאחרים ולקבלה הוא לעצמו וסמיך ליה רנה כי כשיתן המיתר לשוב אדם ויבכו בערבו כשיהיה אותו ירננו והוא בשיעורו יאבלו על רוב פי שמו ובשיהיה ירננו ונסתך לורי יהיינו Hoc est, Dixit Rabbi Moses Hadarsan. Quoniam momentum in ira eius, vita in beneplacito eius. Hoc dictum est de Messia iusto nostro. Quoniam erũt in momento mors & vita eius, p voluntate sua, ad dandum aliis, & ad recipiendum in semetipso. Et huic coniungitur illud immediate in eodem Psal, sequens, בערב ילין בכי ולבוקר רנה id est, ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum cãtus. Quando enim alicui inferet mortem, flebunt super illum, & cum ad vitam restituet eum, Canticum canent. Cum autem ipse morietur, tristes erunt de morte eius omnes sectatores nominis eius, & cum ad vitam redibit, siue cum resurget, gaudebunt, & canent. Et huic additur illud, Viuificabit nos post duos dies, & in die tertia resurgere faciet nos, & viuemus ante faciem eius. Verba igitur Hoseę prophetæ sic iuxta eorum expositiones, iuxta illę data sunt, Viuificabit nos, scilicet Messias à morte culpæ post duos dies, quibus scilicet iacebit in sepulchro. In die tertio iustificabit nos, per spem scilicet resurrectionis. Nam Christi resurrectio nostræ resurrectionis generalis futuræ exemplum & causa fuit. Quemadmodum enim Christ⁹ resurrexit, ita nos quoq; resurgemus. Eam ob rem Petrus quasi prophetiam hanc Hoseæ exponere volens, ita primæ primo cap. ait, Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui secundum magnam misericordiam suam regenerauit nos in spem viuam, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis. Hoc ipsum autẽ per Rab-

*Catholica expositio.*

benu Haccados expressius dictum fuit, eo in libro qui גלי רזייא *Gale razeia* id est, Reuelator arcanorum inscribitur, dum ita dixit, Post triduum vero anima Messiæ ad corpus suum reuertetur, & exibit ex illo lapide quo erit sepultꝰ: sicut dictum est Exod. 33. c. הנה מקום אתי ונצבת על הצור והיה בעבור כבודי ושמתיך בנקרת הצור Hoc est, Ecce locus est apud me, stabis supra petram. Cumque transierit gloria mea ponam te in foramine petræ. Hæc illé quem Hebræi Magistrum nostrum sanctum vocant.

## CAPVT XXIII.

*Quod Messias in cœlum ascensurus erat, docens secum eos quos de inferno liberare debebat.*

### CAPNIO.

IN cœlum quoq; Christum ascendisse fides Catholica firmiter tenet. Idcirco Messiam id ipsum post resurrectionem suam factum fuisse, per Hebraicarum scripturarum testimonia probandum est. GAL. Hoc per septem præcipue testimonia probare possumus. Quorum primum quidem illud sit, quod Deut. 32. cap. ponitur, כי אשא אל שמים ידי Hoc est, Quia leuabo ad cœlos manum meam: Quod R. Ankelos in Chaldæum vertens, sic expoſuit, ארי אתקנית בשמיא בית שכינתי dimabo, vel præparabo in cœlo domum diuinitatis meæ, & dicam permanens ego in æternum. Id quoq; R. Selomo ita exposuit, Leuabo ad cœlos manum meam, id est, locum diuinitatis meæ. Locus autem & domus diuinitatis Messiæ est secundum humanitatem. Quod satis per Isaiam ostenditur, ita 57. cap. dicentem, כה אמר רם ונשא שוכן עד וקדוש שמו מרום וקדוש אשכון את דכא ושפל רוח להחיות רוח שפלים ולהחיות לב נדכאים Hoc est, Sic ait excelsus, habitans in æternitate, & sanctum nomen eius. Excelsum & sanctum inhabitabo, & contritum & inferiorem spiritu, ad viuificandum spiritum inferiorum, & ad viuificandum cor contritorum. Vbi glossa R. Selomonis, Excelsum, inquit, & sanctum inhabito, & inde ego sum cum contrito & inferiore spiritu. Prolongo enim diuinitatem meam super eum. Hæc R. Selomo. Contritus autem & inferior spiritu, id est, humilis, nemo aptius quam Messias est. De quo Isaiæ 53. cap. ait, Percussum Deum, vel Dei, & humiliatum. Et ipse vulneratus, vel occisus est propter culpas nostras, contritus propter peccata nostra. Videtur ergo Rabbi Selomo in præmissis expositionibus propheta, quamuis nesciret quid prophetauerit. Secundum testimonium est Michææ, ita de Messia, cap. 2. dicentis, עלה הפרץ לפניהם פרצו ויעברו שער ויצאו בו ויעבור מלכם לפניהם ויהוה בראשם Id est, Ascendit labefactans ante eos. Irruperunt & transierunt portam, & egressi sunt super eam, & transibit Rex eorum ante eos, & Deus in caput ipsorum. Quod autem hæc de Messia intelligēda sint, per eorum scripturas liquido patet. Nam in expositione libri Gen. R. Mosis Hadarsan, super illud 40. c. eiusdem libri dictum, בחלום ויתהלך גפן לפני Hoc est, In somnio meo, & ecce vitis coram me: sic dicitur, Hoc est quod scriptum est Psal. 80. וכנה אשר נטעה ימינך

*Primum testimonii.*

id est, Et per fice, vel præpara quam plantauit dextera tua. Plantam scilicet de inferno. Et hæc est Abraham: & plantā de supernis: & hæc est Messias. De quo dictum est Michææ 2. cap. Ascendit labefactans coram eis. Hucusq; traditio. Glossa autem R. Selomonis ita eadem Michææ verba exponit, Ascendit scilicet saluator eorum labefactans, sæpes scilicet spinarum & veprium, ad diligendum eis viam. R. quoque Moses Hadarsan super illud Gen. 44. c. dictum, Et accessit ad eum Iudas, sic ait, Hoc est quod scriptum est Cantici cant. 1. Exultabimus & lætabimur in te. Et quādo hoc erit? Cum ascēdet captiuitas de gehenna, & diuinitas erit in caput eorum. Sicut dictū est Michęę 2. Et transibit Rex eorum coram eis, & Deꝰ in caput eorum. Idem quoq; Rabbi in expositione libri Gen. super illud 41. cap. eiusdem libri dictum, Post finem duorum annorū, Pharao somniauit: ita dicit. Sed quid est adhuc quod scriptum est Psal. 146. יהוה מתיר אסורים id est, Deus absoluet *Asurim* id est, captiuos inferni, captiuos mortis. Hucusq; Rabbi Moses Hadarsan. Item in *Midras Rabbethi* id est, in expositione planctus Ieremiæ super illud 1. c. incipiens בי רבות אנחותי ולבי דוי Multa enim sunt suspiria mea, & cor meum mœstum: sic dicitur, Tu inuenis, quod in eisdem rebus, in quibus peccauit Israel, punitus est, & deinde consolatus. Peccauerunt. n. in capite: Sicut scriptum est Numer. 14. Deuertebris caput, & reuertamur in Ægyptū. Et puniti sunt in capite. Sicut scriptum est Isa. 1. Omne caput ad languorem. Et consilium deerant in capite. Quemadmodum scriptum est Mich. 2. cap. Et transibit Rex eorum coram eis, & Deus in caput eorum. Quod autem Messias sit caput Israel, satis per eorum scripturas in præcedentibus probatum est: Quod adhuc etiam per illud Hos. 1. c. dictum, optime pater, וקבצו בני יהודה וכנסי ישראל יחדו ושמו להם ראש אחד i. Et congregabuntur filij Iuda, & filij Israel pariter, & ponent sibi caput vnum. Vbi glossa R. Selomonis, Caput vnum, id est Dauid Regem eorum. Quia magnus dies cōgregationis seminis Dei. Cum autem Hoseas tempore Achaz Regis prophetauerit, non poterant verba eius de Dauid filio Isai intelligi, cum ille longe ante fuerit. Quare de Messia, vt supra ostendimꝰ, Dauid quoq; in sua scriptura sæpe dictus est, ipsa intelligi oportet. Ferme testimonium habetur Psal. 68. vbi dicitur, רכב בערבות בשמי קדם הן יתן בקולו קול עז תנו עז לאלהים Ascendit in altum, captiuos ducens prædam, accepisti dona in Adam, & etiam rebelles ad habitandū cum Domino Deo. Quartum testimonium est apud Amos, sic 9. ca. dicitur, הבונה במעלותיו אגדתו על ארץ יסדה קוראי למי הים וישפכם על פני הארץ יהוה שמו Hoc est, Qui ædificat in cœlo, vel in cœlestibus mansiones suas, & fasciculum suum super terram fundauit, qui vocat aquas maris, & effundit eas super faciem terræ, Deus (tetragrammaton) nomē eius. Quæ R. Ionathas Vzielis filius ita in Chaldæum transtulit, דבני כתקוף רומא שכינתי יקריה ומשריית על ארעא קשוא דאמר לכנשא משריין ומרחיק בני נשא וסברה להון על אפי ארעא יהוה שמיה i. Qui posuit in robusto altissimo diuinitatem gloriæ suæ, & Ecclesiam suam super terram

*Secundum testimonii.*

*Tertium testimonium.*

*Quartum testimonium.*



confirmauit. Qui dixit, vt congregentur turmæ, vel multitudines velut aqua maris, & sparget eas super faciem terræ: Deus (tetragrammaton) est nomen eius. In supertionibus autem probauimus nomen Dei tetragrammaton soli Deo conuenire, eoque Messiam vocandum fuisse. Quintum testimonium ponitur Deuter. 33. cap. vbi dicitur, אין כאל ישרון רכב שמים בעזרך ובגאותו שחקים Hoc est, Non sicut Deus Iesurun ascensor, vel equitator cœli in adiutore tuo, & in magnificentia sua ascendens nubes vel cœlos. Quæ Rabbi Ankelos ita Chaldaice traduxit, לית אלה כאלהא דישראל די שכנתיה בשמיא כסעדך ותקפיד בשחקי שבא i. Non est Deus, sicut Deus Israel. Cuius diuinitas in cœlis in adiutore tuo, & virtus, vel fortitudo in cœlis cœlorum. Rabbi quoq; Selomon in glossa super verbo Ascensor cœli, sic ait, Ipse est Deus ille, qui est in adiutore tuo, & in magnificentia sua ipse ascendens שחקים *schakim*, id est cœlos vel nubes. Dictum est autem supra, Messiam adiutorem vocari. Sextum testimonium habemus Psal. 104. vbi sic legitur, השם עבים רכובו המהלך על כנפי רוח: עושה מלאכיו רוחות משרתיו אש להט: יסד ארץ על מכוניה בל תמוט עולם ועד Hoc est, Qui ponit nubem currū suum, vel equitatum suum, ambulatis super alas venti, qui facit nuncios suos spiritus, & ministros suos ignem vrentem. fundauit terrā super basim suam, non labetur in seculum, & vltra. Mystice hoc in loco terra Israel sunt apostoli & alij Messiæ nostri discipuli, qui vt alibi probatum est, veri Israelitæ fuerunt. Basis quoq; terræ est Ecclesię fundamentum. Ad cuius expositionis propositum facit. q. in *Midras tehelleth*. id est in expositione libri Ecclesiastis legitur, super illud primo capite eiusdem libri dictum, דור הלך ודור בא והארץ לעולם עומדת Id est, Generatio vadit, & generatio venit. Terra autem in seculum, vel in æternum manet: vbi sic ad verbum dicitur: Dixit Rabbi Isiae, Regnum hoc ingreditur, & Regnum hoc egreditur. Israel autem permanet. Et hoc est, terra autem in æternum manet. Iungitur autem hoc scriptura, quæ dicit Iudicum 18. cap. Et Ionathan filius Gerson filij Manasse, ipsi & filij eius fuerunt sacerdotes tribui Dan, vsq; ad diem transmigrationis terræ. Et numquid terra trāsmigrat, aut trāsfert se? Non, sed tribus Israel, qui vocatur terra. Sicut dictum est Malachiæ tertio capite כי תהיו אתם ארץ חפץ Hoc est, Et beatificabunt vos omnes gentes, cum fueritis terra delectabilis. Hæc omnia traditiō. Septimum testimonium est *Rabbeth Haccados*, in libro quem גלי רזייא *Gale razeia* id est Reuelatorem arcanorum appellauerūt, ita dicentis, Vetūbimur autem Messias post resurrectionem in suam cum iustis, qui audient præceptum 40. diebus in figuram illorum 40. dierum, quibus vita in defecto ad affligendam animam suam, ante quam eum occidant. Et his peractis ascendet in cœlum, sedebitq; ad dexteram Dei. Sicut dictum est Psalmo 110. Dixit Deus Domino meo, sede ad dexteram meam.

*Septimum testimonium.*

## CAPVT XXIV.

*Quod Messias ad dexteram Dei Patris sessurus erat.*

### CAPNIO.

D quoque est, quod maxime per eorum scripturas probare debes, Messiam scilicet ad dexteram Dei Patris sessurum fuisse. GAL. Hoc etiam per multa priscorum dicta probare possumus. Præcipue autem per illud idem Psalmographi dictum, quod nūc per eum, quem ipsi רבינו הקדוש *Rabbenu Haccados*, id est, Magistrum nostrum sanctum vocant, allegarum est. Sic enim Psalmographus ipse Psal. 110. Hebraice ait, נאם יהוה לאדני שב לימיני Hoc est, Dixit Deus Domino meo, sede ad dexteram meam. CAP. Etsi per hoc Psalmographi tam euidens testimonium, optime propositum probetur, recentiores tamen Iudæorum veritatis lumen extinguere conantes, asserunt, Dauid non de Messia, sed de aliquo alio verba hæc fuisse locutum. Nam nonnulli quidem eum de Abraham eadem verba dixisse, ferunt. Quem & ipsum Dominum suum vocasse affirmant, ob reuerentiæ paternæ exhibitionem. Nonnulli vero aiunt, Dauid de Angelo in custodiam sibi deputato, verba ipsa protulisse. Quem idcirco Dominum suum appellasse dicunt, quia cum vnusquisque hominum vnum ex Angelis ad sui custodiam destinatum habeat, rectè Angelus ei præsse dicitur. cuius custodiam gerit. Quare & eius Dominus recte quodammodo nuncupari potest. Et alia quoque præter hoc multa huius generis nobis obiciunt, vt veritatem effugere possint. GAL. Hæc Hebraicas literas ignorantibus dicere possunt, non autem iis qui eas callent. Ipsi enim (vt optime nosti) facile eos per proprias ipsorum scripturas conuincunt. Per authenticas igitur & approbatas veterum suorum scripturas, euidentissime ostenditur, Dauid non de Abraham, neque de Angelo sibi custode deputato, neque de aliquo alio, sed de Messia Deo & homine verba illa dixisse, cum nulli puræ creaturæ sedere ad dexteram Dei conuenire possit. Primum igitur hoc patet per R. Ionathæ Targum, id est per Chaldaicam eius editionem, quæ sic eadem verba Chaldaice exponit, אמר יהוה למימריה תיב לימיני id est, Dixit Deus Verbo suo, sede ad dexteram meam. Nonnulli tamen aiunt, non ita in traductione Chaldaica esse, sicuti ipse retuli, sed sic אמר יהוה בממרידך לממיתן לי רבנותא חלף דיתיבית לאולפן אורייתא ושכינתי אחסם כל תגיות ימיני אוריך Hoc est, Dixit Deus in verbo suo, vel per verbum suum, quod daret mihi dominationem, eo quod sederim ad discendam legem, dextera mea expecta. Quibus ego verū esse inquio, in translatione Chaldaica Psalmorum, quam nunc ludæi præ manibus frequentius habent, ita esse, vt ipsi dicunt: Ea tamen translatio non est Ionathæ, sed R. Akilas, siue R. Ioseph cœci, qui floruit annis ferme trecentis post secundi templi euertionem. Translatio autem Ionathæ, quam ipsi nondum viderunt, ita prorsus habet, vti ipse retuli. Quam neque idcirco negare debent, quia eam ipsi non viderunt. Ipse siquidem Ionathas tota biblia (vt alibi probauimus) in Chaldæum vertit, quamuis non omnes eius libri nunc præ manibus habeantur. Deinde probatur verba Dauidis illa, Dixit Deus Domino meo, sede ad dex-

teram meam, de Messia intelligenda fuisse, per *Midras tehilim*, super illud secundi Psalmi, אספרה אל חק id est, Narrabo præceptum: vbi sic dicitur, פסופרים הם בחוקה של תורה ובחוקה של נביאים וכתובים בחוקה של תורה בני בנו דיישראל בחוקת של נביאים הגה ישכיל עברי ירום ונשא: בכתובים נאם יהוה לארני שב לימיני Hoc est, Narrata sunt mysteria eius, scilicet Regis Messiæ in scriptura legis, vt illud Exod. 4. Filius meus primogenitus Israel. In scriptura prophetarum, vt illud Isa. 52. Ecce intelliget seruus meus, exaltabitur, & eleuabitur. In hagiographis, vt illud Psal. 110. Dixit Deus Domino meo, sede ad dextram meam. Deinde idipsum per *Midras tehilim*, id est, per expositionem Psalmorum probatur, super illud Psal. 17. dictum, ותתן לי מגן ישעך ויסיגך תמעני Hoc est, Et dabis mihi scutum saluationem tuam, vel saluationis tuæ, & dextera tua confortabit, vt fulciet me, vel suscipiet me. Ibi enim sic dicitur, רבי יורן כשם רבי חייא אמר לעתיד לבא הקדוש ברוך הוא מושיב למלך המשיח ליסינו שנאמר נאם יהוה לארני שב לימיני Hoc est, R. Ioden in nomine R. Chiia dixit, Futurum est, vt Deus sanctus & benedictus sedere faciat regem Messiam ad dexteram suam. Sicut dictum est Psalm. 110. Dixit Deus Domino meo sede ad dexteram meam. Hoc idem etiam in expositione libri Gen. R. Mosis Hadarsan, optime insinuatur, cum super illud 18. c. eiusdem libri dictum, Et appatuit ei Dominus in ilice Mambræ: sic dicitur, R. Barachias in nomine R. Leni referuit, id est exposuit hoc, p id quod scriptum est Psalm. 17. Et dabis mihi scutum saluationem tuam, & dextera tua confortabit, vel suscipiet me. In futuro enim Deus sanctus & benedictus sedere faciet Messiã ad dexteram suam. Sicut dictum est, Dixit Deus Domino meo, sede ad dexteram meam. Hæc traditio. Ex his omnibus palam ostensum est, prædicta Dauidis verba de Messia omnino intelligenda esse, & consequenter Messiam ipsum ad dexteram Dei Patris sessurum fuisse, quod erat probandum.

## CAPVT XXV.

*Quod Messias Spiritum sanctum super apostolos, ac alios in se credentes, missurus erat.*

### CAPNIO.

QVm Christum Spiritum sanctum super apostolos aliosque suos discipulos in die Pentecostes mississe legamus, ideo vt omnia Messiæ mysteria in ipso Domino nostro completa appareant, Messiam ipsum hoc idem facere debuisse, per veterum Iudæorum scripturas demum probari, necesse est. GAL. Spiritum sanctum super Apostolos, aliosque Messiæ discipulos, necnon super conuersos ac baptizatos ex Gentibus mittendum fuisse, ex his quæ apud Isaiam quadragesimo quarto capite dicuntur, maxime habetur. Ibi enim sic legitur, אל תירא עבדי יעקב וישרון בחרתי בו: כי אצק מים על צמא ונזלים על יבשה אצק רוחי על זרעך וברכתי על צאצאיך וצמחו בבין חציר כערבים על יבלי מים: זה יאמר ליהוה אני יהוה יקרא בשם יעקב וזה יכתב ידו ליהוה Hoc est, Ne timeas seruus meus Iacob, & rectissime quem elegi. Effundam enim aquas super sitientem, & fluenta super aridam. Effundam Spiritum meum super semen tuum, & benedictionem meam super stirpes tuas. Et germinabunt in medio fœni, vel herbæ, velut salices super alueos aquarum. Iste dicet, Dei ego sum. Et iste inuocabit in nomine Iacob. Et hic scribet manum vel fortitudinem suam Deo, & nomine Israelis pronominabitur. Rabbi autem Ionathan hæc. Effundam Spiritum meum: cum cæteris ita in Chaldæũ vertit, אשרי הקדישי על בנך וברכתי ויתרבון צריקייא רכיכין וסגנין על בני בנך: כשב באילן רשלטא שרשוהי על נגדין ומלבלי כשב באילן רשלטא שרשוהי על נגדין ורמיין id est, Dabo Spiritum sanctum meum super filium tuum, & benedictionem meam super stirpes filiorum tuorum, & nutrientur, vel multiplicabuntur iusti, tenelli, & delicati, quasi pullulamenta herbæ, & quasi arbor mittens radices suas super alueos, vel fluenta aquarum. Glossa autem Rabbi Selomonis super verba illa prophetæ, Effundam enim aquam super sitientem: sic ait, Quemadmodum ego effundo aquas super sitientem, ita effundam spiritum meum super semen tuum. De supradicta autem aquarum super baptizandos effusione, necnon & Spiritus sancti missione, Ezechiel quoque meminit 36. capite dicens, וזרקתי עליכם מים טהורים וטהרתם מכל טמאותיכם id est, Effundã super vos aquas mundas, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Et post pauca, ואת רוחי אתן בקרבכם ועשיתי את אשר בחקי תלכו ומשפטי תשמרו ועשיתם id est, Et Spiritum meũ dabo in medio vestri, & faciam id propter quod in præceptis meis ambulem, & iudicia mea custodiatis, & faciatis ea. Vbi Rabbi Ionathan hoc, Et Spiritum meum dabo in medio vestri: ita Chaldaice interpretatus est, ורוח קודשי אתן בכוותיכם Hoc est, Et Spiritum meum dabo in visceribus vestris. De Spiritus sancti etiam super Apostolos, aliosq; Messiæ discipulos, in die Pentecostes effusione, siue missione, apud Isaiam habetur 32. sic dicentem, עד יערה עלינו רוח ממרום והיה מדבר לכרמל וכרמל ליער יחשב id est, Donec effundatur super nos spiritus de excelso, ita desertum in Carmel, vel vinea Domini. Et Carmel, vel vinea Domini nemus reputabitur. Vbi glossa R. Selomonis dicit, Donec effundat super nos spiritum. Quemadmodum dictum est Genes. 24. cap. והגמל ארק vattear id est, Et effudit hydriam suam. Vocabulum enim שפיכה sephicha, id est, effusionis, frequenter de spiritu dicitur, sicut illud Zach. 12. cap. dictum, ושפכתי על בית דוד ועל ישיבי ירושלם רוח חן ותחנונים id est, Et effundam super domum Dauid, & super habitatores Ierusalem spiritum gratiæ & deuotionum. Et etiam dictum est apud Ioelem 3. cap. והיה אחרי כן אשפוך את רוחי על כל בשר ונבאו בניכם ובנותיכם זקניכם חלמות יחלמון בחוריכם חזיונות יראו: וגם על העבדים ועל השפחות בימים ההמה אשפוך את רוחי id est, Et erit post hæc, Effundam spiritum meũ super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri, & filiæ vestræ. Senes vestri somnia somniabunt. Iuuenes vestri visiones videbunt. Et etiam super seruos & ancillas in diebus illis effun-



dam spiritum meum. Et dabo prodigia in cœlo & in terra, sanguinem, & ignem & vaporem fumi. Vbi glossa R. Selomonis super illud, Et effundam spiritum meum super omnem carnem, ait, hoc sibi vult, Super omnem illum cuius cor fuerit tenebrosum, et caro. De quo dictum est Ezech. 36. Et dabo vobis cor carneum. Hæc R. Selomo. Præmissis quoque haud inepte subiungitur, quod in libro Tanhum super illud Num. 15. ca. dictum, Et ecclesiastici, hoc modo legitur, Dixit Dominus Israeli, In ecclesiastico per manum יצר הרע *ietser hara* id est, vel peccati originalis, vos estis à præceptis meis separati: sed in futuro in diebus Messiæ ego euellam à vobis ipsum: sicut dictum est Ezech. 36. והסירותי את לב האבן מבשרכם ואתתי לכם לב בשר ואת רוחי אתן בקרבכם id est, Auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum, & spiritum meum ponam in medio vestri. Et reliqua vt supra. Hæc traditio. Ex quibus liquido patet, nec Spiritum sanctum super Iudæos obstitisse aut non venisse, neq; effusum fuisse, quia cor lapideum deponere noluerunt. Christi vero fideles idcirco ipsum abunde recepisse, quia cor carneum habuerunt. Quod experientia teste nulla ratione negari potest. Quod autem Spiritum sanctum Messias ipse super discipulos suos missurus esset, *Rabbenu Haccados*, qui longe ante Christum natum fuit, in libro qui גלי רזייא *Gale razzia*, id est, Reuelator arcanorum inscribitur apertissime prædixit, dum ad sextam Antonini Consulis vrbis Romæ petitionem, hæc inter cætera respondit, Post dies vero decem, à sua scilicet ascensione, ad perfectionem 50. dierum mittet Spiritum sanctum de cœlis super iustos, vt in fide eius confirmentur. Moxq; illis præcipiet, vt eant, doceantq; omnes homines legem eius. Quemadmodum dictum est Ezech. 36. Et spiritum meum dabo in medio vestri, & faciam, vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis, & faciatis ea. Horum autem 50. dierum figura fuerunt illi 50. dies quibus Israel agnum Paschalem occidit, & exiit de terra Ægypti, in quibus Deus sanctus & benedictus misit Spiritum sanctum super eos, deditq; eis legẽ sanctam, vt essent firmi in fide eius: sicut scriptum est Exo. 19. Iam nunc veniam ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquentem ad te, & credat tibi in perpetuum. Hæc ad verbum ille, quem aduentarij ipsi רבינו הקדוש *Rabbenu Haccados*, id est, Magistrum nostrum sanctum vocitant.

# LIBER NONVS.

# DE IVDÆORVM RE-PROBATIONE DEQVE GENTILIVM VOCATIONE & salute.

## CAPVT PRIMVM.

*Quod omnes Dei promissiones cum conditione Iudæis factæ fuerint, videlicet si Messiam reciperent, eique obtemperarent.*

### CAPNIO.

QVoniam post mysteriorum Messiæ reseratorem, quam in Domino nostro Iesu Christo pentus consummatam fuisse, ipse rerum euentus manifeste ostendit, te & de Iudæorum reprobatione, qui verum Messiam recipere abnuerunt, & de Gentilium vocatione ac salute, qui ei deuotissime adhæserunt, dicturum arbitror: (hoc enim ordo ipse dicendorum postulat) eam ob eam, tum pro fundamento eorum, quæ dicenda sunt, tum etiam, vt iusta Iudæorum obstinatorum reprobatio clarius appareat, facilisque probetur, in primis te per eorum scripturas ostendere oportet, cunctas Dei promissiones Iudæis factas, cum conditione factas fuisse, videlicet si Messiam recepturi essent, eique obtemperaturi. GAL. Ita hoc recentiores Iudæorum maxime erant, firmiter asserentes promissionem quidem Dei in bonis, etiamsi ei facta sit qui de iustitia ad iniustitiam labitur, à Deo nunquam reuocari, sed semper necessario adimpleri: Malorum vero comminationem, etiam cum iuramento à Deo factam, sæpenumero pœnitentia intercedente, reuocari. Ad quod probandum, Rabbi Selomo- *R. Selomonis sententia explicata.*

nis verbà præcipue inducunt, super illud Ieremiæ A
quod Ananiæ pseudoprophetæ dixit, dum vigesimo octauo capite ait, Propheta qui prophetat ad pacem, cum venit verbum prophetæ, scietur esse propheta, quem misit Dominus in veritate. Super hoc itaq; sic Rabbi Selomo inquit: Dixit Ieremias Ananiæ. Ego propheto Dei vindictam: Si venerit quod propheto non reputabor שקרן *sca-ram*, id est mendax, siue fallax. Deum namq; sanctum & benedictũ pœniteret super malo. Propheta B
vero qui prophetat ad pacẽ, cum venerit verbum ipsius prophetæ, scietur esse propheta. Si autem non venerit verbũ eius, mendax est. Sicut dictum est Num. 23. c. Non est vt homo Deus, vt mentiatur. Ita enim expoluit hoc R. Tanhuma. Hæc R. Selomo. Ex quibus Iudæi inferunt, pollicitationes quidem Dei bonas nunquam reuocari posse. Comminationes vero Dei sæpissime, pœnitentia intercedente, irritas fieri. Nos autem postremam quidem opinionis eorum partem concedimus: C
Dei videlicet comminationes, ac malorum promissiones propter scelera factas, per pœnitentiam omnino reuocari. Primam vero partem pacis scilicet bonorumq; promissiones à Deo factas, hãdquaquam reuocari posse, tanquam falsam & hæreticam prorsus negamus. CAP. Vellem igitur eos in hoc mendaces esse, per eorum scripturas ostenderes. GAL. Primum itaq; Iudæi nostri temporis qui hoc implicantur errore, illud audiant quod 1. Reg 2. hoc modo legunt, ויבוא איש האלהים אל D
עלי ויאמר id est, Et venit vir Dei ad Eli, & dixit ad eum. Vbi glossa R. Selomonis ait, Hic vir Dei fuit Elcana. Et post pauca, לבן נאם יהוה אלהי ישראל
אמר אמרתי ביתך ובית אביך יתהלכו לפני עד עולם Hoc est, propter hoc ait Dominus Deus Israel, Dicens dixi, domus tua, & domus patris tui ambulabunt coram me vsque in seculum. Quod ità Rabbi Ionathas Chaldaice interpretatus est, ואתה תשתמש קדמי ער עלמא id est, Seruient coram me vsq; in seculum. Et mox deinde sequitur, E
ועתה נאם יהוה חלילה לי כי מכבדי אכבד ובזי יקלו תגרת ימים באים וגרעתי את זרועך ואת זרוע בית אביך Hoc est, Et nunc ait Deus, Absit à me. Honorantes enim me honorabo, cõtemnentes autem me, vilescent; Ecce dies venient, & confringam brachium tuum, & brachium domus patris tui. Vbi glossa Rabbi Selomonis ait, brachium, id est, protestatem quam habetis in domo mea, & quã dicitis, Alioquin rollam vi. Honorantes enim me, hoc est, filios Pinhas qui honorauit me in Setim, ho- F
norabo. Et sic factum est in diebus Selomonis, quando ædificata est domus sanctuarij. Tunc enim repulit Selomo Abiatar, qui erat de domo & familia Merari, ne esset sacerdos Domini iuxta verbum Domini, quod locutus est ad domum Eli. Factusq; est Sadoc sacerdos magnus, eo quod esset de filiis Pinhas. Sic enim genealogizatum est in primi libri Paralip. 6. cap. Hæc Rabbi Selomo: In quibus aperte repugnantia asserit iis, quæ super Ieremiam eum dixisse audisti. Deinde quod apud G
Ieremiam 18. lectitant, eis propono, vbi sic dicitur, היציר הזה לא אוכל לעשות לכם בית ישראל
נאם יהוה הנה כחמר ביד היוצר כן אתם בידי בית ישראל: רגע אדבר על גוי ועל ממלכה לנתוש ולנתוץ ולהאביד: ושב הגוי ההוא מרעתו אשר



לקולי יישראל לא אבא לי: ואשלחהו בשרירות A
לבם וילכו במועצותיהם: לו עמי שומע לי ישראל
בדרכי יהלכו: כמעט אויביהם אכניע ועל צריהם
אשיב ידי: משנאי יהוה יכחשו לו ויהי עתם לעולם:
id est, Et nõ audiuit populus meus vocem meam, & Israel noluit me. Et dimisi eos in cogitationes, vel obstinatione cordis eorum, ibunt in consiliis suis. Vtinam populus meus audisset me, Israel in viis meis ambulasset. Momento inimicos eorum humiliassem, & super tribulantes eos vertissem manum meam. Odientes Deum negabunt eum, & erit tempus eorum in seculum. CAP. Hæc certe tam vera sunt, tamque veraciter atque soleriter dicta, vt nulla possint Iudæorum calumnia refelli. Verum quia antiquati mores difficile deponuntur, ipsique Iudæi (Mose patre eorum testimonium perhibente) semper aduersus Deum ipsum, nedum contra veritatem contentiose egerunt, iuxta illud Deuter. 31. dictum, הן בעודני חי עמכם היום ממרים הייתם עם יהוה ואף כי אחרי
מותי Hoc est, Ecce adhuc me viuente vobiscum, hodie, contentiosi fuistis cum Deo, quanto magis ero post mortem meam? Idcirco non dubito, Iudæos nostri temporis patrum suorum nequitiam imitantes, his quæ tam euidenter per eorum scripturas probasti, adhuc contradicturos, non ratione quidem, neque scripturæ authoritate, sed sola perfidiæ obstinatione ostendere conantes, quod bonorum promissiones nullo peccato impedire valente, semper adimpleri necesse sit. Aliquam igitur exempli causa promissionem boni eis factam adducas, quæ peccato eorum impediente, impleta non fuerit. GAL. Vnam ergo duntaxat de multis bonorum promissionem certissimis verbis factam, afferam, quam ad literam impletam fuisse, minime ostendere possunt, eam scilicet de qua Ieremias loquitur, dum 33. cap. ait, כיכה אמר יהוה לא יכרת לדוד איש ישב על כסא
בית ישראל: ולכהנים הלוים לא יכרת איש מלפני
מעלה עולה ומקטיר מנחה ועשה זבח כל הימים Hoc est, Quia sic ait Deus, Non abscindetur Dauidi vir sedens super thronum domus Israel. Et sacerdotibus Leuiticis non abscindetur vir coram me eleuans holocaustum, & adolens, vel suffumigans oblationem, & faciens sacrificium, cunctis diebus. Et mox deinde sequitur, ויהי דבר יהוה אל
ירמיהו לאמור: כה אמר יהוה אם הפרתם בריתי
היום ואת בריתי הלילה ולבלתי היות יומם ולילה
בעתם: גם בריתי תפר את דוד עבדי מהיות לו בן
מלך על כסאו ואת הלוים הכהנים משרתי: אשר
לא יספר צבא השמים ולא ימד חול הים כן ארבה
את זרע דוד עבדי ואת הלוים משרתי אתי: id est, Et fuit verbum Dei ad Ieremiam, vt diceret: Sic ait Deus, Si irritabitis pactum meum diei, & pactum meum noctis, vt non sit dies & nox in tempore suo: pactum meum etiam irritabitur cum Dauid seruo meo, vt non sit ei filius regnans super thronum eius, & Leuitæ sacerdotes ministri mei. Quemadmodum non numeratur exercitus cœli, & non mensuratur arena maris, sic multiplicabo semen Dauid serui mei, & Leuitas ministrantes mihi. Hæc ibi. Glossa autem Rabbi Selomonis super illis, Si irritabitis pactum meum diei, & pactum meum noctis: sic ait, Si poteritis irritare pactum, quod percussi ad diem & no-

ctem, confido ego in te, quod daturus sis præ- A
mium bonis iustis in futuro: nescio tamen, si etiã
mihi pars inter eos, an non. Et ecce Dauid חסיד
*hasid*, id est, sanctus erat. Sic enim ipse ait Psal. 86.
שמרה נפשי כי חסיד אני Hoc est, Custodi animam meam, quia sanctus ego sum. Et tamen ipse
timebat, ne peccatum infringeret meritum eius,
Transierunt quoque magistri, exponentes illud
Exod. 33. c. scriptum, עד יעבור עמך יהוה עד יעבר
עם זו קנית id est, Donec transeat populus tuus, B
Deus, donec transeat populus iste quem possedi- B
sti. Donec transeat populus tuus, Deus: Iste est
primus introitus, vel aduentus in terram in diebus Iehosuæ. Donec transeat populus iste quem
possedisti: Hic est secundus aduentus in diebus
Esræ. Digni enim erant filij Israel vt fieret signum
vel miraculum in secũdo aduentu eorum, quemadmodum factum fuit in primo. Peccatum tamẽ
egit, vt nullum fieret eis miraculum. Quare nec
facti fuit Ereamob rem in ueniturIacob timuisse à peccato. Dixit quoq; R. Iacob, Scriptum est C
Gen. 28. c. Et ecce ego ero tecum, & seruabo te in
omnibus in quibus iueris, & reducam te ad terram istam. Non enim relinquam te, quousq; fecerim quod locutus sum tibi. Et tamen scriptum est
Gen. 32. c. Et timuit Iacob valde. Timuit quidem
ne forte peccatum infregisset, quod Deus supra
duxerat, sibiq; promiserat. Hæc omnia R. Moses
Hadarsan ex priscorum traditionibus. Quibus
addendum est, quod in libro *Sanhedrin*, cap. *Helec*,
hoc modo legitur: Scriptum est Exod. 15. cap D
כל המחלה אשר שמתי במצרים לא אשים עליך
כי אני יהוה רפאך Hoc est, Vniuersum languorem,
vel dolorem quem posui in Ægypto, non ponam
super te, quia ego Deus medicus tuus sum. Si non
pones languorem, ad quid erit medicus? Dixit R.
Iohanan, Scriptura hæc per se ipsam exponitur,
cum itaque dicitur, ויאמר אם שמוע תשמע לקול
יהוה אלהיך והישר בעיניו תעשה id est Et dixit, Si
audiendo audieris vocem Domini Dei tui, & rectum
in oculis eius feceris. Si audieris (inquit) non po- E
nam. Si vero non audieris, ponam super te vniuersum langorem etsi medicus tuus sim. Hæc
tradidit. Ex his omnibus euidenter patet, omnes
Dei promissiones olim Israelitico populo factas,
conditionales semper fuisse. Hoc est, Si illi quibus
bonum aliquod promissum fuerat, à malo recedentes, acin bono perseuerantes, ei obedirent,
etiamsi scriptura quandoq; huiusmodi conditionem non explicuerit. Tunc enim haud secus condi-
tio ipsa, ac si posita explicite fuisset, intelligenda F
erat. Alioqui Iacob & Moses qui postquam à Deo
tam firmam securitatem acceperant, vehementer
timuerunt, nullatenus ab infidelitatis & incredulitatis vitio excusari potuissent. Quòd de tam timens vita nefas esset vel somniare. Quæ cum ita sint,
sole lucidius constat, promissiones omnes Iudæis
de Messia, deque eorum saluatione factas, conditionales fuisse: videlicet si ipsum reciperent, eique tanquam Deo saluatori suo obtemperarent.
Causa igitur quare Iudæi non fuerunt per Mes- G
siam redempti, & saluati, alia non est, nisi quia
ipsum non receperunt, neque audire voluerunt,
quin potius negauerunt, atque occiderunt, nexta
Dauid coram Deo sancto & benedicto, Domi-

ctem, vt sint in tempore suo. Quod quidem pactum pepigit cum Noa, & filiis eius cum dixit Genes. 8. c. Dies & nox non quiescent. Hic ille. Cum igitur constet, quod ab vltis Ierusalem templiq; secundi excidio hucusque, anni plures quã 1440. iam præterierint, in quibus neque Regem de domo Dauid, aut ex se ipsis, neque sacerdotem magnum, aut paruum, neq; sacrificium vnquam habuerunt: nulla profecto vera, vel saltem verisimili ratione nobis ostendere possunt, Deum quæ eis per Ieremiam in verbis præmissis pollicitus fuerat, iuxta literam compleuisse. Quamobrem promissiones Iudaicas à Deo factas, conditionales fuisse concedant necesse est.

## CAPVT II.

*Quod valde pauci ex Iudæis saluandi erant, reliqui vero occidendi, destruendi, atq; dissipandi.*

## CAPNIO.

ET si ex his quæ dixisti, facile patet, promissionem Iudæis à Deo factam de eorum saluatione tempore Messiæ conditionalem fuisse, videlicet si Messiam ipsum recepturi essent eique obtemperaturi (Quare si maxima eorum pars per Christi aduentum atque passionem, non solum spiritualiter saluata non fuerit, verum etiam temporaliter perdita, atque dissipata, mirum minime videri debet, cum ipsum verum Messiam neque receperint, neque audire voluerint, sed potius morte turpissima occiderint.) Vt tamen magis eorum perfidia conuincatur, rem admodum nostro proposito congruam facies, si non omnes Iudæos, sed valde paucos per Messiam saluandos fuisse, ex eorũ scripturis ptobaueris. GAL. Hoc in primis per eorum traditionem, quæ in libro *Sanhedrin* in fine cap. *Helec* ponitur, aperte demonstratur: vbi sic ad verbum legitur: Dixit Rabbi שמאי Sammai, dictum est apud Ietem. 3. cap. ולקחתי אתכם אחד מעיר ושנים משפחת Hoc est. Et assumam vos, vnum de ciuitate, & duos de cognatione. Et rursus dictum est, והבאתי אתכם ציון id est, Et introducam vos in Sion. Commensuratus est igitur egressus eorum ex Ægypto, ingressui eorum in terram. Sicut introitus eorum in terram fuit duorum de sexcentis millibus: Vbi glossa Rabbi Selomonis, Reliqui (inquit) mortui sunt in tribus diebus obscuratis. Dixit Rabba, Et sic erit in diebus Messiæ: sicut dictum est Hoseæ secundo capite, ועלתה שמרה כימי נעוריה וכימי עלותה מארץ מצרים Hoc est, Et respondebit, vel canrabit ibi, sicut in diebus iuuentutis, vel puentiæ suæ, & sicut in diebus ascensionis suæ ex terra Ægypti. Hæc traditio. Ex qua manifestè habetur, quod sicut de sexcentis millibus Iudæorum, qui ex Ægypto egressi fuerant, non intrauerunt in terram promissionis, nisi duo duntaxat, Iehositas & Caleb: ita quoque in diebus Messiæ (vt per Hoseam prophetam probat traditio) non erant de Iudæis nisi duo solummodo de sexcentis millibus saluandi, ac si vnus de ciuitate, & duo de cognatione (vt per Ieremiam prophetarum fuerat) assumendi essent, reliqui vero omnes penitus destruendi, ac dissipandi erant. Nec derogat Christo quicquam prædicta Iudæorum destructio in diebus eius facta, quin potius ei quam plurimum conciliat fidei apud omnes qui veritatem non ignorant. Sicut antiqui Iudæorum patres (teste eorum Talmud) prophetarum verba intellexerunt. Legitur namque in libro *Sanhedrin*, in capite quod incipit דיני ממונות *Dine mammonoth*, id est Iudicia dominarum: Quod filij Rabbi חייא *Hiia*, sederunt coram Rabbi in conuiuio: Cumque nihil loqui vellent de secretis sacræ scripturæ, quæ à patre suo habuerant, ait Rabbi seruo. Auge vinum istis, quia ipsi loquentur. Quod cum factum fuisset, aperuit pater eorum os suum, & dixit, Non veniet filius Dauid, donec defecerint duæ domus parnum de Israel, quæ sunt caput captiuitatis, quæ erat in Babylonia, & נשיא *Nasi*, id est Princeps qui erat in terra Israel. Sicut dictum est Isa. 8. ארור למקדש לאבן נגף ולצור מכשול לשני בתי ישראל לפח ולמוקש לישב ירושלם וכשלו בם רבים ונפלו ונשברו ונוקשו ונלכדו צור חעידה תתם תורה בלמודי והלמי ליהודה המסתיר פני מבירת יעקב וקויתי לו Hoc est, Et erit in sanctificationem vel præparationem, & in lapidem offensionis, & in petram scandali duabus domibus Israel, & in laqueum & in ruinam habitatoribus Ierusalem. Et offendent ex eis multi, & ruent, & affringentur, & irretientur, & capientur. Liga testimonium, & signa legem inter discipulos meos. Et expectabo Deum, absconde ntem facies suas à domo Iacob, & præstolabor eum. Dixit eis Rabbi, filij mirabiles vos mittitis mihi inter oculos meos. Dixit Rabbi Hiia, Rabbi, non sit hoc tibi mirum. Vnum datum est in 70. & secretum datum est in 70. Intrauit vinum, & exiuit secretum. Hæc dicitio. Rabbi autem Kimhi super illud Isaiæ, Erit in sanctificationem, sic exponens ait: Hoc est, Erit locus ad quem ibit homo, vt saluetur eo. Sunt quoque qui exponunt, Erit in sanctificationem, id est in præparationem: ac si dicta præparationem vltionis, iuxta illud Ietem. 51. dictum, והקרישום ליום הרגה Hoc est, Sanctificate eos ad diem occisionis. Hæc Rabbi Kimhi. Cui hanc igitur traditionem primo notandum est, quod ea Isaiæ verba, Et erit in sanctificationem, cum reliquis; de Messia dicta sunt. Secũdo, quod ad huius rei veritatem, & ad sententiam verba li, qui verba ista antecedit: videlicet, ויראת יהוה צבאות אותו תקדישו Hoc est, Deum exercituum ipsum sanctificare: sic dicit Rabbi Ionathæ Chaldæa translatio, והוא מעריצכם והוא מוראכם Hoc est, Et ipse sit timor vester, & ipse erit confortator vester. Et erit in sanctificationem; & reliqua. Ex quo sequitur necessario Messiam non hominem tantum, sed Deum quoque esse. Tertio insuper notandum est, quod Messias esse debebat non omnibus, sed aliquibus ex Iudæis, id est solis in eum credentibus, ac obtemperantibus in sanctificationem, & præparationem, hoc est, vt eos sanctos ac præparatos faceret ad æternæ vitæ & gloriæ suscipiendam. Non credentibus vero qui multo plures fuerunt, ad multiplicem destructionem, & [illegible]



nem (oportuit requiescere per fidia) esse debebat. Quod A notarunt, cũ dicunt, Et offendent ex eis multi cum cæteris quæ sequuntur. Et ob hoc speciliter traditionis Talmudistica hoc loco inducta est. Quarto quoq; animaduertendũ est, quod Deus Iudæos omnes, qui Messiæ non erant credituri, reprobaturus erat, alteisq; scripturæ intelligentiæ gratiam abiturus, ipsimq; Messiæ discipulis collaturus. Et hoc tum infinuatur, cum dicitur, Liga testimonium, signa legem inter discipulos meos. Et ex- B pectabo Deum absconde ntem facies suas à domo Iacob, i. à Iudæis. Quinto et notandum est, quod traditio illa propter magna Messiæ, quæ continebat arcana, apud pisces partes in maximo habebatur secreto. Sexto, quod nullum latet secretum, vbi præualet vinum. Septimo denum, quand destructo captiuitatis Babylonicę capite, quod fuit Zerubabel & filii eius, ac Matathias & filij, hoc est, Machabæi, quos ipsi חשמונאי *Helsmonæi* vocant, venturus erat Messias. Filios autem Zerubabel יון *zman*, i. Græci deposuerunt, ab esse Iudæorũ dominiũ penitus abstulerũt. Quod quisq; vel ex roma time videri potest, quod Matathias ac filii eius dominiũ ipsum de manu Græcorum fortiter postea extorserunt, factiq; sunt Iudæorum principes, vsq; ad Herodẽ Ascalonitã, qui in eos postmodum insurgens, regnum de eorum manib. rapuit: vt alibi latius dicemus. Et sic iuxta prædictum traditionem cessauerunt duæ domus parnum de Israel, quę erant caput captiuitatis, quę D es Babylone tenerat, videlicet Zerubabel & sui, & principes, qui erant in terra Israel, qui fuerunt Machabæi. Post Machabæorum igitur destructionem, tempore Ć Herodis Ascalonitæ, qui Machabæos perdidit, & Messiam venisse, & Iudæos magna ex parte paulo post destructos fuisse, secundũ Talmudisticam hãc traditionem certũ est. Quod pauci quoq; ex Iudæis saluatioi erant, exceptis iis, qui circa mundi finem conuerti, de peccato suo pœnitenti im actum sunt, ex eo quod Isa. 10. c. te- E status est, dicens, אם יהוה עמך ישראל כחול הים שאר ישוב בו i. Si enim fuerit populus tuus Israel sicut arena maris, residuum conuertetur ex eo. Quod R. Ionathas ita Chaldaice traduxit, אריי אם יהי עמך ישראל פני לחלא ריסנא שאר לאתחזי ותחבו מחזאת i. e. Si enim fuerit populus tuus multus, sicut arena maris, residuum quod nõ peccauerit, vel quod peccati pœnituerit, conuertetur. Glossa autem R. Selomonis super præmissa Isaiæ verba sic ait, Etiamsi fuerit Israel sicut arena F maris per multitudine, ego cõflabo eos vt argentum, & redigetur in modicum. Residuum illius modici conuertetur ad bonum. Præmissis etiam addendum est, quod in lib. *Sanhedrin*, cap. *Helec* sic scribitur: Dixit Iohanan, Generatione in qua filius Dauid venturus est, sapientes magistri minorabuntur. Reliquorum vero oculi deficient in luctu & suspirio. Et angustiæ multæ, & sententiæ graues contra eos innouabuntur. Adhuc enim pœna non est executioni mandata, & iam veniet illata. Et quibus omnibus patet propositum.

## CAPVT III.

*Quod Iudæi, qui Messiam non erant recepturi, scripturarum intelligentiam perdituri erant, & in summam quæ nunc lapsuri.*

## CAPNIO.

ID quod iam in præmissis dixisti, intelligendæ scilicet scripturæ gratiam à Iudæis auferendam fuisse, & Messiæ discipulis conferẽdam, vellim ex eorum scripturis ostendere. Et præsertim, quod qui Messiam receptum non erant, scripturarum intelligentiam penitus perituri erant. GAL. Primum hoc in libro *Sanhedrin*, c. *Helec*, clare habetur, vbi ita legitur: Dixit R. Iudas, Generatione in qua filius Dauid venturus est, domus præcidentionis erit ad fornicationem. (Glossa R. Selomonis, i. locus, vbi sapientes magistri docebant legem) & viri *Gaseth* (Glossa R. Selomonis, h. e. *Sanhedrin*, i. 70. Iudices ordinarii) circumibunt de ciuitate in ciuitatem, & nemo misereb itur eorum. Et sapientia scribarum fœtebit, & ũmentes peccate reprobabũtur. Et facies illius generationis, vt canis (Glossa R. Selomonis, ad literam, erunt impudentes vt canes) & veritas erit diminuta. In libro quoq; סיפרי *Siphre*, sic exponitur illud Deut. 32. c. dictũ, דור עקש ופתלתל הלוחות הנמלו זאת עם נבל ולא חכם Hoc est, Generatio praua atq; peruersa, ut nunquid Deo rettribuetis hoc populc stulte, & non sapiens? Populc stulte, in iis scilicet, quæ præcesserunt. Et non sapiens, in iis videlicet, quæ in seculo venturo sient. Et hoc est, quod dictum est Isa. cap. 1. ישראל לא ידע עמי לא התבונן i. Israel non cognouit, populus meus non intellexit. Israel non cognouit ea, quæ præterierunt. Populus meus nõ intellexit ad seculum venturum. Quid promeruit Israel, vt essent infatuati, & cor de incrassati? Quia non sapuerunt in verbis legis. Et sic ipse Iob dicit cap. 4. הלא נסע יתרם בם ימתו ולא בחכמה hoc est, Nonne abscessit funis eorum cum eis, morientur, & non in cognitione, vel sapientia? Hucusque traditio. Cum igitur seculum venturum vel futurum in Talmud sit fere semper tempus Messiæ, satis plane habetur secundum præmissam traditionem, id circo Iudæos infatuatos esse, quia non sapuerunt, neq; intellexerunt verba legis, quibus Messias euidenter ostenditur, vt ipsum reciperent. Funis autẽ eorum cum eis tunc abscessit, quando negantes Messiham Deum saluatorem suum, & in hoc seculo in Romani imperij votaginem, & in futuro in inferni barathrum præcipites corruerunt: instar illius, qui se ab alto per funem dimittit, quo dissoluto, cum ipso in præcipitium ruit. Iuxta illud Isaiæ vaticinium quinto capite dictum, לכן גלה עמי מבלי דעת וכבודו מתי רעב והמונו צמא צמא: לכן הרחיבה שאול נפשה ופערה פיה לבלי חק וירד הדרה והמונה ושאונה ועלזבה i. e. Propter hoc captiuatus est populus meus, quia fuit absque cognitione, & honorati eius mortui fame, & plebei eius sicci siti. Propter hoc dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absque termino. Et descendet nobilitas eius, & vulgus eius, & tumultus eius. Et lætabitur in eo, scilicet infernus. Super hæc autem verba, Dilatauit infernus animam suam: cum reliquis sic dicit glossa Rabbi Rhamo, Mensura pro mensura. Ipsi enim dilatauerunt se ipsos ad deglutiendum cibum, & potum nimis, & aperuerunt os suum ad negandum Deum saluatorem suum, si-

cut dictum est Iere. 3. cap. Negauerunt Deum, & A
dixerunt, non est ipse. In libro etiam חגיגה *Haghige*, id est, Solennitatis, in capite, quod incipit הכל חייבין *Hacol haiiabin*, id est, omnes tenentur, hoc modo legitur: Scriptum est Iere. 49. cap. אברה עצת מבנים נסרחה חכמתם Hoc est, Periit consilium à filiis, fœtuda facta est sapientia eorum. Quando perditum est consilium à filiis, & fœtida facta est sapientia eorum? Cum apud gentes seculi fuerint. Infatuauit enim Iudæos (Deo B
permittente) Diabolus, abstulitque ab eis sensum quoad veritatis intellectum. Et vique adeo quidem, vt in diuinis scripturis minoris intelligentiæ sint, quam asini. Quod ipsimet fateri coguntur. Nam in libro שקלים *Sekalim*, id est, Ponderum, in capite quod incipit ואלו הן *Veellu hen*, id est, Et isti sunt; Sic ad verbum legitur: Dixit R. Haggai, Priores arauerunt, & seminauerunt, & sarculauerunt, & messuerunt, & fecerunt areas, & trituranerunt, & ventilauerunt, & molurunt, & C
appositerunt nobis panem, id est, Scripturæ doctrinam. Et non est nobis os ad comedendum. Dixit R. Abba, Si fuerunt antiqui filii hominum, nos sumus asini. Dixit R. Meu in illa hora, Etiam asinæ R. Pinhas filii Hair non sumus comparandi. Hæc omnia in Talmud. Aliud de hoc adhuc habetur testimonium in libro שבת *Sabbath*, id est, sabbatij; vbi sic ad litetam dicitur: Dixit R. Zera, quod dixit Rabbi, Spriores fuerunt filii hominum, nos sumus asini. Et non sumus adhuc D
tales, qualis est asinus R. Hanina, vel sicut asinus R. Menahem, sed vt cæteri asini. Ex his autem, quæ nuis Iudæi omnes, qui Christum non receperunt, asini esse conuincantur: eos tamen deteriores asinis existere constat, qui falso dogmate cæteros in foueam pertrahunt. Quos Ieremias pastores vocat, eorumque aliniratem bestialitatem nuncupat, ita 10. c. dicés, את כי נבערו הרועים ואת יהוה לא דרשו: על כן לא השכילו וכל מרעיתם נפוצה h.e. Quia bestiæ facti sunt pastores, & Deū E
non quæsierunt: propter hoc non intellexerunt, & omnia pascua eorum dispersa sunt. Rursus 50. cap. sic ait, צאן אבדות היה עמי רעיהם התעום hoc est, Oues perditæ fuerunt populus meus, vel populi mei, pastores earum errare fecerunt eas. Iudæorum vtique pastores, eorum scilicet magistri atque Doctores: etsi olim eos pluries errare fecerint, hodie tamen maxime errare faciunt. Quare bene de ipsis Saluator 15. cap. Matthæi loquens, dixit, Cæci sunt, & duces cæcorum. Si cæcus cæco ducatum præstat, ambo in foueam cadunt.

## CAPVT IIII.

*De Iudæorum reprobatione, & quod tanquam Dei inimici de domo Dei expellendi erant.*

### CAPNIO.

VDÆOS Deus tanquam sibi rebelles & inimicos quum de domo sua abiecerit, & reprobauerit, ideo G
ad eorum confusionem hæc eis euentura fuisse, ex eorum scripturis afferenda sunt testimonia. GAL. Hæc potissimum Hoseæ testimonio patent, ita capite 9. in persona Dei dicentis, על ארץ יהוה מבתי אשרשם לא



ferant, palam datur intelligi, eos in ista captiuitate A
in tantam deuenturos fuisse deiectionē, vt quamdiuin perfidia permanserint, nunquam in pristinum redire possint libertatem: iuxta illud Psal. 2. dictum, תרועם בשבט ברזל ככלי יוצר תנפצם h. e. Confringes eos virga ferrea, & tanquam vas figuli proicies eos. Ex his igitur, quæ dicta sunt, manifestum est. Iudæos propter operum suorum malitiam, de domo Dei ab ipso Deo merito eiiciendos fuisse, atque nunquam ab eo diligendos, quandiu in perfidiæ malitia permanserint. Quod B
propidens Ieremias in calce lamētationis suæ cauiam quæsiuit, dicens, למה לנצחה תשכחינו תעזבנו לאורך ימים Quare in æternum obliuiscēris nos, derelinques nos in longitudine dierum? Cui respondit Dominus 8. c. eiusdem Propheræ, ita dicens, ואמרת אליהם כה אמר יהוה היפלו ולא יקומו אם ישוב ולא ישובו: מדוע שובבה העם הזה ירושלם משובה נצחה החזיקו בתרמית מאנו לשוב: הקשבתי ואשמע לוא כן דברו אין איש נחם על רעתו לאמר מה עשיתי כל השב במרוצתם כסום שוטף C
במלחמה: גם חסידה בשמים ידעה מועדיה: תור וסוס וענור שמרו את עת באתה ועמי לא ידעו את משפט יהוה. Dicēs ad eos, Sic ait Deus, Nunquid cadent, & non surgent? Si auertentur, nōnne conuertentur? Quum ob tam obstinatus factus est populus iste Ierusalem obstinatione vehementi, vel æterna? Fortificauerunt se in dolo, & noluerunt conuerti. Attendi & audiui: non ita, vt scilicet in corde habēt, loquuntur. Non est vir, quem pœniteat super malitia sua, dicens, quid feci? Vni- D
uersus conuersus est ad cursum suum, velut equus impetuosus in prælio. Etiam ciconia in cœlo cognouit tempora sua, & turtur, & grus, & hirundo obseruauerunt tempus aduentus sui. Populus vero meus non cognouit iudicium Dei. Ex quibus patet propositum.

## CAPVT V.

*Quod Iudæi nunquam ampliùs in terram suam regressuri sunt, neque eam possessuri.* E

### CAPNIO.

RECENTIORES Iudæorum, cum se per captiuitatem hanc, in qua sunt, sceleris sui reos esse conuincuntur, statim nobis obiiciunt, se in terram suam regressuros esse, ipsumq; possessuros. Vt igitur non solum se in hoc falsiloquos esse, verum & frustra id se sperare cognoscant, quod nunquam sint in terram suam regressuri, nec ipsam vnquam possessuri, scripturis F
eorum probandum est. GAL. Hoc optime per id probatur, quod habetur apud eos in libro יבמות *Iebamoth*, i. Fratrium, in cap. quod incipit תאריז *Haarem*, i. Terras vbi sic ad verbum legitur, Tradidrum est in libro סדר עולם *Seder olam*, i. ordinis mundi, scriptum esse Deut. 30. cap. והביאך יהוה אלהיך אל הארץ אשר ירשו אבתיך וירשתה hoc est, Et introducet te Dominus Deus tuus in terram, quam possederunt patres tui, & possidebis eam. Possessio namque prima & secunda fuit eis, G
terra autem non erit. Dixit Rabbi Iohanan, Quis sit autor סדר עולם *Seder olam*, id est, libri ordinis mundi Rabbi Iosee. Hæc traditio. Hoc ipsum in ordinario *Seder olam*, hoc modo quoque habetur: scriptum est Deut. 30. cap. Et introducet te Dominus Deus tuus in terram, quam possederunt patres tui, & possidebis eam. Poterit ne fieri, vt sit tertia possessio in futuro? Docet quid sit ad hoc dicendum id quod ait, Quam possederunt patres tui, & possidebis eam. Possessionem enim primam, atq; secundam habituri erant, possessio autem tertia non erit eis. Hæc traditio. Cum igitur Iudæi terram quondam suam bis tantum possessuri essent, vt ex his traditionibus aperte liquet: B
& eam olim iam bis possederint (Nam primo quidem à tempore Iehosuæ vsque ad primi templi euersionem, secundo vero à Zerubabelis & Ezræ temporibus, vsque ad vltimi templi incendium, vel vsq; ad Hadriani Cæsaris tempora, eam possederunt, vt ex eorum scripturis multipliciter patet) ipsamq; tertio (traditionibus præmissis attestantibus) haudquaquam sint possessuri: ipsimet concedant necesse est, se nunquam amplius terram suam possessuros esse. & consequenter nec ad eam reuersuros. Quare falsa prorsus sunt, antiquisque eorum scripturis penitus dissentanea, quæcunque de suo in Ierusalem reditu, deque templi reædificatione, ac terræ illius tertia possessione, contra nos obiiciunt: Verum enimuero tertia denique terræ eorum possessio, quam ipsi frustra præstolantur, Sarracenis (teste Ezechiele) in eorum opprobrium ad tempus danda erat. Sic enim 7. cap. ait, והבאתי רעי גוים וירשו את בתיהם והשבתי גאון עזים ונחלו מקדשיהם id est. Et adducam malos gentium, hoc est, Sarracenos, & possidebunt terras eorum, & cessare faciam superbiā fortium, & hæreditabunt sanctificata ipsorum. Et infra, תורה תאבד מכהן ועצה מזקנים h.e. Et lex peribit à sacerdote, & consilium à senioribus. Et hoc ideo, quia absque sacrificio, & absque Principe, imo & absque Deo, propter eorum perfidiam, vsque ad mundi finem esse debebant.

## CAPVT VI.

*Quod Iudæi absque Principe, absque sacrificio, & absque Deo vsque ad mundi finem futuri erant.*

### CAPNIO.

VELIEM quod postremo dixisti, Iudæos scilicet absque Principe, absque sacrificio, & absque Deo vsq; ad mundi finem esse debuisse, per eorum scripturas ostendetes. GALAT. Id itaque per illud Hoseæ tertio capite dictum optime probatur, כי ימים רבים ישבו בני ישראל אין מלך ואין שר ואין זבח ואין יבמות מצבה ואין אפוד ותרפים Hoc est, Quia diebus multis morabuntur filii Israel absque Rege, & absque Principe, & absque sacrificio, & absque ara, & absque Ephod (id est, absque ornamento pontificio) & imaginibus. Hæc autem Rabbi Ionathas im Chaldaice transtulit, ארי יומין פגיאין יתכנן בני ישראל ליית מלכא סרגירת דוד וליית רבעבור שולטן על ישראל וליית דוכא לרעוא בירושלם וליית קסמא בשומרון וליית אפוד ומחוי id est, Quia diebus multis morabuntur filii Israel, in quibus non habebunt Regem de domo David, nec gerentem potestatem super Israel, nec sacrificium acceptabile, vel placitum in Ieru-

sileth, nec altare in Samaria, nec Ephod denun- A
tiantem. Quemadmodum igitur Iudæi non erant
habituri Regem de domo Dauid, nec Principem
aliquem ex ſe ipſis, nec ſacrificium, nec altare: cum
reliquis, quæ hic ponuntur: ita etiam probatur,
quod nec ſacerdote, nec legem, nec etiam Deum
verum habituri erant, per illud, quod 2. Paralip. 15.
cap. ita ſcribitur, ימים רבים לישראל ללא אלהי
אמת וללא כהן מורה וללא תורה hoc eſt, Dies
multi erunt Iſraeli ſine Deo vero, vel veritatis,
& ſine ſacerdote docente, & ſine lege. Vbi quod B
ſine Deo vero vel veritatis tranſtuli, ſine iudici-
bus veritatis, Hebræi doloſe interpretantur, eo
quod אלהי אמרת *Elohe emeth* ſcriptum ſit, quod
ad Deum & ad Iudices æquiuocum eſſe aiunt.
Sed eos male ac falſo id interpretari, ex eo potiſ-
ſimum videtur: quod quamuis nomen אלהים *E-*
*lohim*, Iudices quandoque in ſactis literis ſigni-
ficate inueniatur, ſuo tamen primo ſignificato,
Deum pluraliter propter diuinarum perſonarum
trinitatem, ſignificat. Quam ob rem hic potius C
Deum, quam Iudices, ſignificare dicendum eſt.
Maxime cum veteres Talmudiſtæ illud pro Deo
vero hoc in illo accipiant. Nam in libro עבודרה
זרה *Auoda Zara*, id eſt, cultus alienus, in capite
quod incipit, לפני אידיהן *Iiphne edehen*, id eſt, An-
te feſta eorum, ita ad verbum legitur: Dixit R.
Hanina ad R. Elazar, Beatus tu, qui te ipſum exer-
cuiſti in lege, & in operibus miſericordiæ. Et væh
mihi, qui exercui me in lege duntaxat. Quoniam
vt dixit Rabbi Hunna, quicunq; ſtudet vel exer- D
cet ſe in lege tantum, ſimilis eſt ei, qui non habet
Deum. Sicut ſcriptum eſt ſecundi libri Paralipo-
menon decimo quinto capite, Dies multi Iſraeli
ſine Deo vero, & ſine ſacerdote, & ſine lege. Et
quid eſt, ſine lege? Dixit R. Hunna, Omnis ſtu-
dens in lege tantummodo, & in operibus miſeri-
cordiæ vel pietatis non ſtudens, ſimilis eſt ei, qui
non habet Deum. Sicut dictum eſt (vbi ſupra, ſci-
licet) Dies multi Iſraeli ſine Deo vero, vel veri-
tatis. Et notandum, quòd cum paulo ſupertius di- E
xiſſet Hoſeas, Iudæos diebus multis futuros ſi-
ne Rege: cum reliquis: conſequenter oſtendit,
eos vſque ad mundi finem ſine Deo vero, & ſine
Meſſia futuros, cum ibidem immediate ſubiecit,
אחר ישובו בני ישראל ובקשו את יהוה אלהיהם
ואת דויד מלכם ופחדו אל יהוה ואל טובו באחרית
הימים. Et poſtea conuertentur filii Iſrael, & quæ-
rent Dominum Deum ſuum, & Dauid Regem
ſuum, & pauebũt ad Deum, & ad bonitatem eius
in fine dierũ. Quę R. Ionathas ita in Chaldęũ ver- F
tit, כתר כן יתובן בני ישראל ויתבעין ית פולחנא
דיהוה אלהיהון וישתמעון לשיבותא בר רוחי
מלכיהון h.e. Et poſt hæc conuer entur filii Iſrael,
& quærent cultum Domini Dei ſui, & obedient
Meſſiæ filio Dauidis Regi ſuo. Hæc autem circa
mundi finem futura ſunt, cum reliquiæ Iudæo-
tum ad Dominum noſtrum Ieſum verũ Meſſiam
conuertentur. Ideirco vſque ad tempus illud, abſq;
Rege & Principe, abſque templo & ſacerdo-
te, abſque lege, abſque Deo vero, & abſque G
Meſſia vero Saluatore permanebit Iudaica perfi-
dia. Quod erat probandum.

## CAPVT VII

*Quod ſicut Hebræi in Iſrael & Iuda diuiſi fuerunt: ita tempore Meſſiæ fieri debebat eorũm in Iudæos per ſolos & veros Chriſtianos diuiſio.*

## CAPNIO.

QVANQVAM in præcedentibus ſatis abunde probaſſi, paucos ex Iudæis tempore Meſſiæ ſaluandos fuiſſe, reliquos vero perdendos atq; diſſipandos: conſtat tamen eos qui Redemtorem noſtrum verum Meſſiam receperunt, & ſaluatos fuiſſe, & nomine mutato משיחים *Meſſihim*, id eſt, Chriſtianos vocatos. Qui autem ipſum recipere abnuerunt, nec eos ſaluari contigit, nec alio nomine vocati. Ad dehotandam enim eorum perfidiam, hodiè hactenus vocantur, & vocabuntur, quamdiu in perfidia permanſerint. Quare ad ipſam eorum perfidiam magis conuincendam, hanc eorum diuiſionem in perfidos Iudæos, ac veros Chriſtianos tempore Meſſiæ futuram fuiſſe, per eorum ſcripturas probare debes. GAL. Quemadmodum certe inter Iſrael & Iuda continue vigere diuiſio, Iſraele ſcilicet duos vitulos aureos pro diis adorante: ita inter Chriſtianos quoque & Iudæos diuiſio nunquã eſſe deſinit, Iudæis ipſis Domini noſtri Ieſu Chriſti & Chriſtianæ fidei veritatem negantibus. Quocirca ſciendum eſt, ſchiſma decem tribuum Iudæis nomen hoc impoſuiſſe. Antea quippe Hebræi, ſeu Iſrael vel Iudælitæ, dicebantur. Ex quo ergo in duo Regna populus ille diuiſus eſt, quicunque ex eis Regem de ſtirpe Iuda, aut de tribu Iuda habuerunt, Iudæi appellati ſunt. Decem verò tribus & quicunque in Samaria Ieroboam ſibi Regem aſciuerunt, Iſrael dicti ſunt. Quibus Ieroboam eorum Rex duos vitulos aureos faciens, vnum in Dan, alterum in Bethel poſuit. Dixit que eis (vt habetur 3. Reg. 12. cap.) רב לכם מעלות ירושלם הנה אלהיך ישראל אשר העלוך מארץ מצרים vltra aſcendere in Ieruſalem. Ecce dii tui Iſrael qui te fecerunt aſcendere ex terra Ægypti. Ob hoc autem ac alia quàm plurima ſcelera, ex Deo reprobati ſunt, ſequentia oſtendunt. Et primo quidem id quod legitur 4. Reg. decimo ſeptimo capite, ויעש את כל מצות יהוה אלהיהם ויעשו להם מסכה שנים עגלים ויעשו אשרה וישתחו לכל צבא השמים ויעבדו את הבעל ויעבירו את בניהם ואת בנותיהם באש ויקסמו קסמים ויתמכרו לעשות הרע בעיני יהוה להכעיסו ויתאנף יהוה מאד בישראל ויסירם מעל פניו לא נשאר רק שבט יהודה לבדו: גם יהודה לא שמר את מצות יהוה אלהיהם וילכו בחקת ישראל אשר עשו: ויואס יהוה בכל זרע ישראל: ויענם ויתנם ביד שסים עד אשר השליכם מפניו כי קרע ישראל מעל בית דויד ויכו את ירבעם בן נבט ויט ירבעם את ישראל מאחרי יהוה והחטיאם חטאה גדולה ויסרו בני ישראל בכל חטאת ירבעם אשר עשה לא סרו ממנה עד אשר הסיר יהוה את ישראל מעל פניו כאשר דבר ביד כל עבדיו הנביאים ויגל ישראל מעל אדמתם אשה ואשור עד היום הזה. Et dereliquerunt omnia præcepta Domini Dei ſui, & fecerunt ſibi cõflatile, ſcil. duos vitulos, & fecerũt lucũ, & adorauerunt vniuerſam militiã cæli, & coluerũt Baal, tradiderunt q; filios ſuos, & filias ſuas per ignẽ, & diuinauerũt diuinationes, & augurati ſunt, & vẽdiderunt ſe ad faciẽdum malum in oculis Dei, ad prouocãdum cũ. Et iratus eſt Dominus vehemẽter in Iſrael, & abſtulit eos de ſuper facie ſua, nec remanſit niſi tribus Iuda ſola. Porrò Iuda non cuſtodiuit mandata Domini Dei ſui, & ambulauerunt in ſtatutis Iſrael, quas fece- A
runt. Reprobauit autem Deus omne ſemen Iſra-
el, & humiliauit eos, tradiditque eos in manum
diripientium, quouſque proiecit eos à facie ſua.
Separauit enim, vel diripuit Iſrael deſuper do-
mo Dauid. Et Regem fecerunt Ieroboam filium
Nabath. Hæc omnia ibi ad verbum traducta. Ex
quibus clare habetur, & decem tribuum repro-
batio, & ipſius reprobationis cauſa. Legitur etiam
in libro *Sanhedrim*, cap. *Helec*, hoc modo: Tradide-
runt Rabbanan, id eſt, Magiſtri, Quod decem tri- B
bus non habẽt partem in ſeculo venturo, nec ſunt
vnquam reuertũrę: ſicut dictum eſt Deuter. 29.
cap. ויתשם יהוה מעל אדמתם באף ובחמה וקצף
גדול וישליכם אל ארץ אחרת כיום הזה hoc eſt,
Et euellet eos Deus deſuper terra ſua in ira, & in
furore & indignatione magna, in ſeculo ſcilicet
venturo, ſicut dies iſta. Quemadmodum enim
dies iſta vadit, & non reuertitur, ſic ipſi euntes, &
nunquam reuertentes erunt. Verba hæc ſunt R.
*Akiba*. R. autem Eliezer dixit, Quomodo dies C
iſta obtenebreſcit, deinde illuceſcit: ita & ipſi.
Quemadmodum enim obtenebreſcet eis, ſic fu-
turi ſunt et eis, quibus illucebſcat. Hucuſque Tal-
mud. Verbum autem hoc vltimum R. Eliezer
veritatem eſt tempore Chriſti & diſcipulorum
eius, quando multi Gentiles, qui fuerant de de-
cem tribubus Iſrael, Chriſtianæ fidei lumine illu-
ſtrati ſunt. Gentiles enim cunĉti effecti fuerant,
(vt ſequens oſtendit traditio) Notandum quo- D
que eſt, ſeculum venturũ ſiue futurum fere ſem-
per in ſcripturis Hebtaicis pro tempore Meſſihæ
accipi. In libro autem *Sanhedrim* Ieroſolymitano,
in capite, quod incipit, Iſti ſunt, qui non habent
partem, ſic ad verbum dicitur, R. Eliezer, & R.
Iudas de decem tribubus loquentes, alter quidem
ait, quod non fuit in captiuitatem Iſrael, do-
nec facti ſunt omnes ממזרים *mam-zerim*, id eſt,
ſpuri. Dixit quoque R. Iohanan, quod non eſt
captiuatus Iſrael, donec factæ ſunt ex eo 24. ſectæ
מינים *minim*, id eſt, hæreticorum. Vnde ſcriptum E
eſt Ezech. 1. cap. בן אדם שלח אני אותך אל בני
ישראל אל גוים המורדים אשר מרדו בי המה
ואבותם פשעו בי עד עצם היום הזה i. Fili Adam
mitto ego te ad filios Iſrael, ad *Gaim hammordem*,
h. ad gentiles apoſtatas, qui apoſtatarunt à me,
ipſi & patres eorum culpabiles extiterunt in me,
vſque in diem hanc. Hæc traditio. Quocirca Do-
minus recte dixit, Non ſum miſſus niſi ad oues
quæ perierunt domus Iſrael. Rurſum autem ad
id, quod dictum eſt in præcedenti traditione, F
quod ſcilicet Iſrael facti ſunt ממזרים *mam-zerim*,
id eſt, ſpuri, pertinet, quod apud Zachar. nono
capite ita dicitur, וישב ממזר באשדוד Hoc eſt,
Et habebit, vel morabitur *mamzer*, id eſt, ſpurius
in Azoto: quod de Iſrael intelligendum eſſe Rab-
bi Ionathas Vzielis filius in Chaldaica editione
eſſendit, dicens, ויתיב בירית ישראל באשדוד id
eſt, Et habebunt domus Iſrael in Azoto. Ad hoc
etiam ſpectat, quod in libr. יבמות *Iebamoth*, id eſt,
Feminarum, in capite, quod incipit נשים *Naſſim*, G
Mulieres, hoc modo ſcribitur: Traditio
eſt, quod filiæ, id eſt, mulieres illius generatio-
nis dicuntur, ſcilicet tribuum, caſtratione caſtra-
tæ ſunt. Nec ſunt inde moti de terra, ſcilicet ſua,
donec fecit eos Salmanaſar perfectos Gentiles,
ſicut dictum eſt Hoſeæ quinto capite, ביהוה
בגדו כי בנים זרים ילדו hoc eſt, In Deum dolo-
ſe egerunt, quia filios alienos genuerunt. Cauſa
autem huiuſce diuiſionis Hebræorum, & reproba-
tionis maioris partis eorum, decem videlicet
tribuum, alia non fuit, niſi quia in Dauid partem
habere primum renuerunt. Dixerunt enim, vt le-
gitur 3. Reg. 12. אין לנו חלק בדוד ולא נחלה לנו
בבן ישי id eſt, Non eſt nobis pars in Dauid, ne-
que hæreditas in filio Iſſai. Et quia etiam falſos
deos in duobus vitulis (vt dictum eſt) ſuſcepe-
runt. Quemadmodum igitur tempore Iero-
boam in Iſrael & Iudæos, Hebræi diuiſi ſunt: ita
in hebdomada ſeptuageſima Danielis, Iudæi ipſi
diuiſi ſunt in perfidos Iudæos, & veros Chriſtia-
nos. Et quomodo tunc maior Hebræorum pars
decem ſcilicet tribus dixerunt, Non eſt nobis
pars in Dauid, neque hæreditas in filio Iſſai: ita
tempore Meſſihæ maior pars Iudæorum dixit,
Non habemus Regem, niſi Cæſarem: Domi-
num Ieſum verum Meſſiham in Dauid præfigu-
ratum fatue reprobantes. Et ſicut illi deinde re-
probato Dauid, falſos deos in duobus vitulis co-
luerunt: ita iſti reprobato vero Meſſia, duos ſibi
falſos Meſſias, vnum poſt alterum (ſcripturis eo-
rum teſtantibus, vt in antecedentibus latiſſime
dictum eſt) ſtatuerunt. Rurſus ſicut illi propter
hæc & alia (vt paulo ſuperius ſacra atteſtatur hi-
ſtoria) fuerunt & à Deo reprobati, & per Salma-
naſar captiuati: ſic & iſti, quia verum Meſſihам
Dominum Ieſum reſpuerunt, & duos falſos Meſ-
ſihas receperunt, fuerunt in perpetuum & à Deo
reprobati, & per Veſpaſianum & Titum Roma-
nos Principes captiuati. Et hoc eſt, quod eis Do-
minus per Ieremiam ſeptimo capite comminatus
fuerat; Et proiiciam vos deſuper facie mea, ſicut
proieci omnes fratres veſtros, omne ſemen E-
phraim. Vbi Rabbi Ionathas, Omnes fratres ve-
ſtros, ולכל זרעי ישראל id eſt, Omne ſemen Iſrael
Chaldaice tranſtulit. Cæterum quomodo tunc
maxima eorum pars in errorem turpiſſime incidit,
pro vero Deo falſos recipiendo atque colendo deos: minima vero pars in veritate permanſit,
Deum verum colendo, domumque Dauid ſequendo: ita quoque nunc maxima Iudæorum
pars, duos falſos ſequuta Meſſihas, in turpiſſi-
mum infidelitatis incidit errorem: minima ve-
ro pars, Chriſto adhærens, ipſumque fide &
opere ſequuta, veritatem amplexata eſt. Præ-
terea ſicut tunc ſerui Dei, veritatem ſequentes,
aliter quam antea vocati ſunt, quia non He-
bræi, ſed Iudæi mutato nomine deinceps dicti
fuerunt: ita nunc ſerui Dei, Chriſtianæ fidei veri-
tatem ſectantes, aliter quam prius appellati ſunt:
quia non Iudæi, ſed mutato nomine משיחים *Meſ-*
*ſihim*, id eſt, Chriſtiani ſiant nuncupati. Quemad-
modum per Iſaiam de eis prophetarum fuerat, ita
65. ca. dicentem, והנחתם שמכם לשבועה לבחירי
והמיתך ארני יהוה ולעבדיו יקרא שם אחר hoc eſt,
Et dimittetis nomen veſtrum ad iuramẽtum electis meis. Et occidet te Dominus Deus, & ſeruos
ſuos vocabit nomine alio. Nomen autem eorum
eſt in iuramento Chriſtianis. Nam iurãtes dicũt,
negatiue ſcilicet, Si non ſum Iudæus, hoc non

ficiam. Vel affirmatiue sic, Iudæus sim ego, si hoc fecero. Et Dominus Deus occidet eos, vt Propheta dicit, vsque ad mundi finem, vt in præcedentibus patuit, & in sequentibus adhuc latius patebit. Denique sicut inter Iudæos & Israel fratres, fuit semper certatio: Ita inter Iudæos & Christianos, tam in motibus quam in fide nunquam defuit bellum. Quemadmodum enim illis non satis fuit, Deum & domum Dauid repulisse, & vnum vitulum in Bethel, alterum in Dan pro diis coluisse, sed peccatis peccata addendo, Baal etiam coluerunt: ita neque istis suffecit, verum reprobasse atque occidisse Messiam, vnumque falsum in Ierusalem *Barcozba* vel *Bencozba* vocatum, id est, mendacii, vel falsitatis filium, & alterum in Bitter eiusdem nominis Messiam sibi fecisse, sed patrum quoque suorum mensuram adimplentes, erroresque erroribus accumulantes, tertium adhuc sibi promittunt: non obstante, quod & patres eorum in duobus Messiis antedictis (vt eorum testantur scripturæ, & ipsi minime negant) tam turpiter deluli fuerint, & eorum Magistri tertio quem adhuc expectant, varios assignantes terminos, omnes tandem falsiloqui sint inuenti, vt in superioribus abunde probatum est.

## CAPVT VIII.

*Quod Iudæi ideo destruendi erant, quia Deum verum erant prodituri, ac negaturi.*

## CAPNIO.

ET si in præmissis causam reprobationis eorum satis tetigisti: vt tamen & veritas clarius pateat, & ipsorum perfidia magis confundatur, destructionis eorum causam expressius adhuc per eorum scripturas retegas, obsecro. GAL. De Iudæorum igitur destructione, quę per Romanos facti debebat, deq; eiusdem destructionis causa, atq; malitia reliquiarum ipsorum, apud Ierem. 5. cap. his verbis prædictum fuit, שוטטו בחוצות ירושלם וראו נא ודעו ובקשו ברחובותיה אם תמצאו איש אם יש עשה משפט מבקש אמונה ואסלח לה׳: ואם חי יהוה יאמרו לכן לשקר ישבעו: יהוה עיניך הלוא לאמונה הכיתה אתם ולא חלו כליתם מאנו קחת מוסר חזקו פניהם מסלע מאנו לשוב: h.e. Circuite vicos Ierusalem, & videte quæso, ac scitote, & inquirite in plateis eius, an inuentatis vnum facientem iudicium, quærentem fidem, & propitius ero ei, scilicet Ierusalem. Et, si viuit Deus, dixerint, veruntamen ad falsitatem iurabunt. Deus oculi tui nonne ad fidem? percussisti eos, & non doluerunt. Consumpsisti eos, & renuerunt accipere disciplinam, vel correctionem. Indurauerunt facies suas supra petram, & renuerunt conuerti. Et paulo inferius subditur, עליכשריתיה וישחתיו וכלה אל תעשו מסירו נטישותיה כי לוא ליהוה המה: כי כגוד בגדו בי בית ישראל ובית יהודה נאם יהוה: כחשו ביהוה ויאמרו לוא הוא ולא תבא עלינו רעה וחרב ורעב לוא נראה: והנביאים יהיו לרוח והדבר אין בהם כה יעשה להם: id est, Ascendite in mutos eius, & dissipate, consummationem autem non facietis. Auferte palmites, & propagines, quia non sunt Dei. Proditione enim prodierunt me domus Israel, & domus Iuda, Dixit Deus. Negauerunt Deum (Tetragrammaton) & dixerunt, non est ipse, neque veniet super nos malum, & gladium, & famem non videbimus. Et Prophetæ erunt ad ventum, vel ad spiritum, & sermocinatio non erit in eis. Hoc fiet illis. Quod autem hæc de Iudæorum destructione, quæ per Romanos futura erat, prædicta fuerint, patet per eorum expositores. Legitur enim sic in *Berrsith rabba vbi erat anna*, id est, in expositione libri Gen. maiori, & minori, super illud 18. cap. eiusdem lib. dictum, Et dixit, scilicet Abraham, Non displiceat quæso Domine, & loquar etiam hac vice. Si forte inueniantur adhuc decem? Et dixit, Non destruam propter ipsos decem. Quare decem? Quia iam remanserant in generatione diluuii octo, & non suspendit Deus sententiam suam propter mentra eorum. Alia expositio. Quare decem? Quia epinabatur decem ibi esse, Loth videlicet, & vxorem eius, & quatuor filias ipsius, quatuorque generos. R. autem Iodan & R. Hanina dixerunt, Dictum est hic decem, & in Ierusalem salrem vnus. Hoc autem est, quod scriptum est Ierc. 5. c. Circuite Ierusalem. Et reliqua. Et sic alibi dicitur, Ecclesiastis scilicet 7. cap. Vna ad vnam, ad inueniendum computum vel numerum. Dixit R. Ishac, Et vsque ad quot inuentio numeri? Vsque ad vnum. Hactenus traditio. Si ergitur hic argumentandum est: Si in prioris quidem templi destructione pietes iusti fuerunt atque inueniri potuerunt in Ierusalem: fuit namque ibi Batuch filius Neriæ, de quo sic apud Ierc. 36. cap. dicitur, Et vocauit Ieremias Baruch filium Neriæ. Et scripsit Baruch ex ore Ieremiæ omnia verba Domini. Et at quoque ibi Abdemelech Æthiops, qui Ieremiam de cisterna, vbi moriebatur, extraxit, cum sic fuisset Regem allocutus (vt habetur Ierc. 38.) Domine mi Rex, male fecerunt viri isti, quicquid fecerunt Ieremiæ Prophetæ, quem miserunt in puteum, vt moreretur: cui & propterea dixit Dominus (vt scribitur Ier. 39.) Eruens eruam te, & gladio non cades, eritque tibi anima tua vt lut spolium. Quia confisus es, vel quia sperasti in me, dicit Dominus. Fuit etiam ibi domus seu familia Recabitarum, de quibus dicitur apud eúdem Prophetam, Vade ad domum Recabitarum, & loquere ad eos. Et post pauca, Non abscindetur vir de Ionadab filio Recab, stans coram me cunctis diebus. Fuit insuper tunc Ieremias Propheta, & alii plures multi viri iusti, ac sancti, qui in Babylonem transmigrarunt. Si igitur tot iusti tempore destructionis prioris templi in Ierusalem fuerunt: pulsus profecto ostenditur ex calce antedictæ ratiocinatis, quæ dicit, neminẽ iustum in Ierusalem inuentum fuisse, quod supradictorum verborum intentæ principium, cum ait, Circuite vicos Ierusalem; cum reliquis; non de primo eius vbi prodio loquatur, quod per Nabuchidonosor Babylonis Regem factum est, sed de vltimo, quod per Vespasianum & Titum Romanos Principes nostri contigit. Cauta vero, ob quam Deus Iudæos per Romanos destruxit, ac reprobauit, etiam



dixerunt, cum ibidem dicitur, Proditione enim prodierunt me domus Israel, & domus Iuda, Dixit Deus. Quæ autem & qualis fuerit ista proditio, aperte insinuatur, cum statim subiicitur, Negauerunt Deum, & dixerunt, non est ipse. Cum igitur post regressum ex Babylonica captiuitate, Dominum Deum nec verbo, nec facto Iudæi negauerunt vnquam, per idololatrię scilicet cultum: consequens necessario est, tunc eos negasse illum, dicentes Deum non esse ipsum, cum Dominum Iesum Christum verum Deum, ac Dei Filium reprobantes, dixerunt, ipsum non esse Messiam: ac alium falsos Messias vnum post alterum sibi constituerunt. Idcirco in eodem ca. eiusdem prophetæ dicitur, הכם אריה סיער ואב ערבות ישדדם נמר שקד על עריהם כל היוצא מהנה יטרף Hoc est, Percussit eos leo de sylua, lupus deserti, vel vesperi vastabit eos, scilicet Regnum Medorum. Pardus vigilans super ciuitates eorum: Omnis egrediens ex eis prædabitur. Quæ glossa R. Selomonis ita exponit, Percussit eos leo de silua, id est, Regnum Babylonis; Lupus deserti, vel vesperi vastabit eos, scilicet Regnum Medorum. Pardus vigilans super ciuitates eorum: Regnum Græcorum. Omnis egrediés ex eis prædabitur per Edom, id est, per Regnum Romanorum. Hæc R. Selomo. Per quam quidem expositionem manifeste apparet, ab illo loco vbi dicitur in Ieremiæ verbis, Omnis ex eis egrediens prędabitur per Edom, id est, per Romanos, omnia quæ sequuntur, de destructione Iudæorum per Romanos facta intelligi oportere. Vbi enim cætera, sunt verba ista, Auferte palmites, quia non sunt Dei. Proditione. n. prodierunt me domus Israel, & domus Iuda, ait Deus. Negauerunt Deum, & dixerunt: nõ est ipse. Vitis autem vnde auferendi erant isti palmites, siue propagines, eo quod non essent Dei, erat tota domus ipsa Israel, iuxta illud Hoc to dictum, גפן בוקק ישראל id est, Vitis frondosa Israel. Ex quibus omnibus manifestum est, eam ob rem Iudæos per Romanos destruendos fuisse, quia Deum essent prodituri ac negaturi. Quamuis & alia quoq; fuerit perditionis, æternæque damnationis eorum causa, quia videlicet legem Messiæ recipere noluerunt.

## CAPVT IX.

*Quod eius Iudæi perdi, atque damnari debebant, quia legem Messiæ non erant recepturi.*

## CAPNIO.

HANC etiam obsecro causam per eorũ scripturas patefacito. GAL. Ideo certe Iudæi destruendi, ac damnandi erant, quia legem Messiæ noluerunt recipere, nec penitus Messiam ipsum audire. Quod ex iis maxime liquet, quæ in libro *Medras tehillim*, habentur, super illud Psal. 10. לנצח אבדו גוים מארצו למה יהוה תעמד ברחוק תעלים Hoc est, Cur Deus manebis à longe, & absconderis in temporibus angustię? Ibi enim sic scriptum legitur, אמר רבי יוחנן שלש שנים ומחצה היתה שכינה עומדת בהר חזיתים ומתרת דרשו יהוה בהמצאו ולא הין משנאמר בקשתי דרשתי ללא שאלו נמצאתי ללא בקשוני

probitam, te ostendere oportet, propterea Iudæos
A dest uctos, ac perditos fuisse, quod legem veri
Messihæ recipere noluerint, ipsumq; audire contem
nerint. Quo ostenso, authoritatem Isaiæ per te
inductam, de ipso Messiha intelligendam esse Iu-
daica prauitas minime negare poterit. GAL. Hæc
omnia vtique, & hanc scilicet fuisse destructionis
eorum causam, & eadem Isaiæ verba de Messiha
intelligi debere, in *Messechetb ghittin*, id est, in li-
bro libellorum repudij, in cap. *Hamnilet* optime
probantur: vbi sic ad verbum legitur, Tradide-
B runt Rabbanan, id est Doctores, quod cum ac-
cessisset Rabbi Iehosuas filius Ananiæ ad castrum
quoddam magnum, quod erat Romæ, dixerunt
ei, quod erat puer quidam Hebræus ibi carceri-
bus mancipatus. Cum igitur R. iussisset ad ostium
carceris, interrogans eundem puerum, dixit ei il-
lud Isa. 42. cap. dictum, מי נתן למשוסה יעקב
ישראל לבזזים id est, Quis dedit in directionem
Iacob, & Israel vastantibus? Respondens puer, di-
xit illud, quod apud eundem prophetam imme-
diate ibidem sic sequitur, הלא יהוה זו חטאנו לו
C ולא אבו בדרכיו הלך ולא שמעו בתורתו: וישפוך
עליו חמת אפו ועזון מלחמה ותלחטהו מסביב ולא
ידע ותבער בו ולא ישים על לב: Hoc est, Nonne
*Adonai* iste, cui peccauimus? & non ambulaue-
runt in viis eius, nec audierunt legem eius. Et ef-
fudit super eum indignationem furoris sui, & for-
te bellum, & combussit eum in circuitu, & non
cognouit: & succendit eum, & non posuit super
cor. Hæc Talmud. In eo autem quod dixit *Adonai*
D iste, ostendit, prophetam de Messia fuisse locu-
tum: qui est *Adonai*, id est, Dominus Deus iste: de-
monstrabilis scilicet factus per carnis humanæ as-
sumtionem. In eo vero quod subdidit, Et non au-
dierunt legem eius, de lege Messiæ prophetam
ipsum dixisse, insinuauit. Legem enim per Mo-
sem datam, & audiebant, & Romanis etiam con-
tradicentibus, seruare conabantur, morte nõ ob-
stante, quę ob hoc eis frequenter inferebatur. Le-
E gem autem Domini nostri Iesu Christi noluerunt
audire, neque hucusque recipere. Quamobrem
sequitur, Et effudit super eos indignationem fu-
roris sui, scilicet Romanos, ac forte bellum; cum
cæteris, quæ subiiciuntur. Id ipsum etiam Rabbi
ille confirmat, quem ipsi רבינו הקדוש *Rabbenu*
*Haccados*, id est, Magistrum nostrum sanctum ap-
pellant, in libro quem גלי רזייא *Galerazeia*, id est,
reuelatorem secretorum nuncupauit, cum ad sex-
tam Antonini consulis vibis Romæ petitionem
respondens, hæc inter cætera dixit, Ex Israel qui
F non credidetint verbis eius, scilicet Messiæ, Deus
ira percitus, effundet eam super eos, iurabitque
per sanctitatem suam, eos non habituros salutem,
nec in paradiso cum illo mansuros: sicut dictum
est Ps. 95. ארבעים שנה אקוט בדור ואומר עם תעי
לבב הם והם לא ידעו דרכי אשר נשבעתי באפיאם
אם יבאון אל מנוחתי id est, Quadraginta annis fastidio
affectus sui in generatione illa, & dixi, popu-
lus errans corde sunt ipsi, ipsi autem non cogno-
uerunt vias meas. Qui iurauí in furore meo, quod
G non ingredientur in requiem meam. Item in hoc
mundo disiungentur à Deo, amittentque suum
imperium, & dispersi per vniuersum orbem, sub-



iugabuntur, imperabuntque illis serui seruorum.
Neque vocabuntur amplius patres totius seculi,
sed populus, quem Deus eorum odio habuit, re-
iosq; à se expulit cum furore. Nec etiam assequen-
tur gratiam cum iustis resuscitandis in mundo fu-
turo: propter quos dictum est in Psalm. 1. לכן לא
יקמו רשעים במשפט וחטאים בעדת צדיקים
כי יודע יהוה דרך צדיקים ודרך רשעים תאבד
est, Non sic impij, sed tanquam gluma quam pro-
iicit ventus. Ideo non resurgent impij in iudicio,
neq; peccatores in congregatione iustorum. Hæc
omnia ad verbum longe ante Christi natiuitatem
ille prædixit, quem ipsi Magistrum nostrum san-
ctum (vt diximus) vocant. Ex quibus omnibus
quæ dicta sunt, satis aperte patet propositum.

## CAPVT X.

*Quod idcirco quoque reprobandi, atque in Dei odia permansuri erant, quia Iesum verum Messiam & Mariam matrem eius negaturi, ac blasphematuri erant.*

## CAPNIO.

ESTNE alia præter præmissa, re-
probationis eorum, atq; odij apud
Deum causa? GAL. Est vtique, &
ea potissimum, quæ in maxima
fidei nostræ arcanis, quæ hucusq;
in libris Iudeorum latuerunt, haud insimum ob-
tinet locum. CAP. Hanc etiam quæ sit, obtestor
edissere. GAL. Rabbi itaque Nehumias in epistu-
la secretorum, quam אגרת הסודות *Igherath hasse-*
*dith* appellat, exponens Doctoris illius quem ipsi
רבינו הקדוש *Rabbenu Haccados*, id est Magistrum
nostrum sanctum nuncupant, verba illa, Hæc
petra primaria, ex qua Messias proditurus est:
hæc inter alia dicit, Petra hæc primaria est inter
Regis Messiæ. Et post panca: Cum scieueris (in-
quit) nomen petræ huius, cuiusque filij ratione
arithmetica, inuenies ea ascendere ad numerum
בריית *Berith*, id est pacti, vel fœdetis. Et tunc intel-
liges arcanum textus illius Deut. 31. capite scripti,
הן שכב עם אבותיך וקם העם הזה וזנה
אחרי אלהי נכר הארץ אשר הוא בא שמה בקרבו
ועזבני והפר את בריתי אשר כרתי אתו
est, Ecce tu dormies cum patribus tuis, & consur-
get populus iste, & fornicabitur post deos alie-
nos terræ, ad quam ingredietur, vt habitet ea. Et
derelinquet me, & irritum faciet fœdus meum,
quod pepigi cum eo. Hæc Rabbi Nehumias, qui
quinquaginta ferme annis Redemptoris nostri
præcessit aduentum. Ad quorum explanationem
notandum est, quod dictio hæc Hebraica בריית
*Berith*, quæ pactum seu fœdus significat, ratione
arithmetica 612. apud Hebræos continet. Quæ-
tuor enim scribitur literis, quarum vnaquæque
apud eos aliquem numerum importat. Nam ב
*beth* quidem duo importat, ר *res* 200. י *iod* 10. &
ת *tau* 400. Igitur בריית *Berith* quod ex his com-
ponitur 612. continet. Hunc etiam eundem (vt
alibi quoque ostendimus) numerum continent
nomina matris Messiæ & filij eius. Nam nomen
quidem



qui dem matris Messiæ (vt in præcedentibus per
A eundem *Habbenu Haccados* ostensum est) debebat
esse מרים id est, Maria. Nomen vero Messiæ filij
eius, quo à Gentilibus fidem eius suscepturis, vo-
candus erat, ישו id est, Iesus esse debebat: vt idem
Rabbenu Haccados antea ostenderat. Hæc au-
tem nomina, scilicet מרים וישו id est, Maria & Ie-
sus, iuxta arithmetica apud Hebræos 612. quoq;
continent. Nam מ *mem* quidem designat 40. ר *res*
200. י *iod* 10. ם *mem* 40. ו *vau* 6. י *iod* 10. ש *scin* 300.
& ו *vau* 6. Et sic nomina matris Messiæ & filij, quæ
sunt, מרים וישו id est, Maria & Iesus, eundem nu-
merum continent. quem ipsa dictio בריית *Berith*
continet, scilicet 612. Hunc eundem etiam nu-
merum important verba quæ in prædicto textu
Deut. ab ipso R. Nehumia inducta sunt, אלהי
נכר הארץ *Elohe nechar haarets*, id est, Deos alienos
terræ. Nam א *aleph* vnum significat, ל *lamed* 30. ה
*he* 5. י *iod* 10. נ *num* 50. כ *caph* 20. ה *he* 5.
ר *res* 200. ה *he* 5. א *aleph* 1. ה *he* 5. ץ *sadi* 90. Quæ omnia sum-
mantur 612. efficiunt. Ex his igitur patent præmis-
C sa R. Nehumiæ verba, cum ait, Cum noueris no-
men petræ huius, id est, matris Messiæ, quod est
מרים id est, Maria, & nomen filij ei', hoc est ipsius
Messiæ quod est ישו id est Iesus, ratione arithme-
tica ascendere ad numerum בריית *Berith*, id est,
fœdetis, qui numerus est 612. tunc intelliges arca-
num illius textus, Ecce dormies cum patrib⁹ tuis,
& reliqua. Maximum igitur fuit arcanum illud,
quod tunc Dominus Mosi reuelauit, Deut. 31. ca.
dicens, Ecce tu dormies cum patribus tuis, & po-
D pulus consurgens fornicabitur: cum cæteris, quæ
sequuntur. Quorum quidem verborum hic est
sensus. Postquam tu à vita discesseris, hic populus
tuus consurget, & fornicabitur, id est, errabit. Er-
roc autem eorum erit, quia Iesum & Mariam di-
cent esse Deos alienos terræ, ad est, idololattias. Et
in hoc errabunt, meq; derelinquent, facientq; ir-
ritum *berith* meum, id est fœdus meum, hoc est Ie-
sum meum & Mariam meam, ipsos blasphemant-
que, dicentes esse Deos alienos terræ, id est ido-
E latrias. Quapropter ibidem immediate subiici-
tur, וחרה אפי בו ביום ההוא ועזבתים והסתרתי פני
מהם והיה לאכל id est, Et irascetur furor meus ad-
uersus eum in die illa, & derelinquam eum, & ab-
scondam faciem meas ab eo, & erit in deuoratio-
nem. Quis vero Deus tenuibus hominibus iuxta pec-
catorum suorum mensuram, idcirco paulo post subiecit,
Deuter. 32. cap. dicens, הם קנאוני בלא אל כעסוני
בהבליהם ואני אקניאם בלא עם בגוי נבל אכעיסם
est, Ipsi me prouocauerunt in eo qui non erat
Deus, & irritauerunt vanitatibus suis. Et ego pro-
uocabo eos eo qui non est populus, & gente stul-
ta irritabo illos. Hoc est, Quoniam prouocabunt
me, dicentes me non esse Deum, & irritabunt va-
nitatibus suis id est mēdacijs, blasphemijs, & abo-
minationibus, quas de me, deque Maria matre
mea impie referent: idcirco eadem mensura vl-
ciscar eos. Nam & ego prouocabo eos eo qui non
est populus, id est, faciam eos non esse populum
meum. Et gentē stultā irritabo illos, id est faciam
eos gentem stultam ab omnibus vocari, quæ sine
fide, sine veritate, sine Deo est, & quæ Deū suum
penitus ac totū negauit. Ex his igitur omnibus, quæ
pro certis ac tenuibus capitibus præmissimus, satis lu-



culenter apparet, quam iusta fuerit Iudeorum de-
A structio, dissipatio, captiuatio, atque reprobatio.
Verumtamen si de peccato suo pœnitentiam a-
gentes, perfidiam deponere vellent, statim Deus
eis parceret, eosque in gratiam reciperet, statim &
redimerentur, & à captiuitate liberarentur &
Messiam haberent.

## CAPVT XI.

*Quod si Iudæi de peccato suo pœnitentiam agere vellent, perfidiamque deponere, eluo redimerentur atque à captiuitate liberarentur, & Messiam Saluatorem haberent.*

## CAPNIO.

VT eorum igitur obstinata perfi-
dia magis appareat, magisque &
confundatur & conuincatur, pet
eorum scripturas verum esse pro-
ba, quod postremo dixisti. Non-
B ne quęso ex eorum scriptutis ostendi potest, quod
si eos nunc peccati sui pœniteret, ac Messiam
quem hucusque negarunt, reciperent, mox salua-
rentur, moxque ab hac nouissima captiuitate re-
dimerentur. GAL. Ira prorsus. Legitur enim in
*Midras* שיר השירים *Sir hassirim*, id est, in exposi-
tione Cantici canticorum, super illud 5. c. eiusdem
libri dictum, פתחי לי אחתי רעיתי יונתי תמתי
Hoc est, Aperi mihi soror mea, proxima mea, co-
lumba mea, perfecta mea: quod dixit R. Isa, Ait
D Deus sanctus & benedictus, Filij mei aperite mihi
aperturam vnam pœnitentiæ, quantum est fora-
men acus, & ego aperiam vobis aperturas misери-
cordiæ, per quas poterunt intrare cunus & qua-
drige. Quod exposuerunt Rabbi Ioden, & Rabbi
Leui. Nam Rabbi quidem Ioden dixit, Scriptum
est Psalm. 46. הרפו ודעו כי אנכי אלהים id est,
Vacate vel cessate, & cognoscite, quia ego Deus.
Dixit ergo Deus sanctus & benedictus Israel, Va-
cate ab operibus malis, & ag-te pœnitentiā, quan-
tum est ictus oculi. Et scietis, quia ego sum Deus.
Rabbi vero Leui dixit, Si essent filij Israel pœni-
tentiam agentes, saltem vna die, protinus redime-
E rentur, protinusque filius Dauid, id est, Messias
eis veniret. Vnde probatur hoc? Ex eo quod scri-
ptum est Psal. 95. היום אם בקלו תשמע Hoc est,
Hodie si vocem eius audieritis. Hæc traditio. Ex
qua primū aperte liquet, quod si vna sola die pœ-
nitentiam Iudæi agere vellent, perfidiæ duticiem
deponentes, statim redimerentur, & Messiam ha-
F berent. Quod quidem traditio per illud Psalmi
probat, Hodie si vocem eius audieritis. Quare si
peccatum quod patres eorum commiserunt, co-
gnoscere, pœnitentiamque agere vellent, mox &
Messiam haberent, & à præsenti captiuitate peni-
tus liberarentur. Deinde ex eadem traditione ma-
nifeste elicitur, Messiam esse Deum, per id quod
ante in eodem Psalmo sic dicitur, באו נשתחוה
ונכרעה נברכה לפני יהוה עשנו: כי הוא אלהינו
ואנחנו עם מרעיתו וצאן ידו. i. Venite adoremus, &
G curuemur, flectamus genua ante faciem Dei fa-
ctoris nostri. Quia ipse est Deus noster, nos au-
tem populus pascui eius, & oues manus eius. Et
postea immediate sequitur, quod de Messia in
præmissa traditione inductū est, videlicet, Hodie

si vocem eius audieritis. Ex quo Messiam Deum esse, plane consequens est. Id ipsum quoque ex eo patet, quod in *Midras tehilim*, id est, in expositione Psalmorum scribitur, cum super Psal. 44 titulum, qui talis est, למנצח על ששנים Hoc est, Triumphatori, vel victori, vel ad victoriam super liliis: sic dicitur, Dixit Deus sanctus & benedictus Israeli, Totum pendet ex vobis. Quemadmodum. n. huiusce modi lilium germinat, vel floret, & cor tamen eius sursum est: ita quoque vos agite תשובה *resipiscentiam*, id est, pœnitentiam coram me, & sit cor vestrum rectum, vel ordinatū sursum, sicut cor huiusmodi lilij. Et tunc adducam vobis גואל *Goel*, id est, Redemtorem: sicut dictum est Hos. 14. אהיה כטל לישראל id est, Ero quasi ros Israeli. Quod Rabbi Ionathas ita Chaldaice exposuit, אהיה מפרי כטלא לישראל Hoc est, Erit verbum meum velut ros Israeli. Et quando hoc erit? Cum germinabit sicut lilium. Sequitur enim apud Hoseam ibidem, יפרח כשושנה id est, germinabit, vel florebit sicut lilium. Propter hoc dicitur, Victori super liliis. Hactenus traditio. Ex qua satis aperte patet propositum. Idem etiam ex dictis prisci illius doctoris confirmatur, quem ipsi רבינו הקדוש *Rabbenu Haccados*, id est, Magistrum nostrum sanctum vocant: cum in libro qui גליי רזייא *Galeraccia*, id est, Revelator arcanorum inscribitur, in calce responsionis ad sextam Antonini Consulis petitionem, hoc modo ait, Ex Israel vero qui audierint præcepta Messiæ, nanciscentur gloriā futuri seculi: sicut scriptum est Isa. 60. ועמך כלם צדיקים לעולם ירשו ארץ נצר מטעי מעשה ידי להתפאר Hoc est, Et populi tui omnes iusti in perpetuum hereditabunt terram, germen plantationis meæ, opus manus meæ ad glorificandum. Hæc ille. Dictum autem Isaiæ ab eo inductum sic intelligitur, Populi tui omnes iusti, id est omnes qui ex populo tuo iusti fuerint, Messiam scilicet recipiendo, ac de peccato suo pœnitentiam agendo, in perpetuum hæreditabunt terram, cœlestem scilicet gloriam, quæ in Messiam credituris promissa fuit.

## CAPVT XII.

*Quod Gentiles Messiæ adhærere debebant.*

### CAPNIO

CVm tot de Iudæorum in perfidia permanentium reprobatione, hactenus dixeris, par est, vt de Gentilium quoq; vocatione, atq; electione ex Hebraicis scripturis aliquid proferas. Quare primum quod Gentiles ipsi Messiæ adhæsuri essent, ostende. GAL. Hoc ex eo potissimum patet, quod Zacharias sic prophetauit 2. cap. dicens, ונלוו גוים רבים אל יהוה ביום ההוא והיו לי לעם Hoc est, Et applicabuntur gentes multæ ad Deum in die illa. & erūt mihi in populū. Quod ita Rabbi Ionathas Chaldeus interpres exponit. ותוספון עממין סגיאין קדם יי ועמא דייי יהוה בעידנא ההיא ויהון קדמי לעם id est, Et addent se populi multi ad populum Dei in tempore illo, & erunt coram me in populum. CAP. Iudaica impietas ait hic, gentes in diebus Messiæ Deo addendas esse, non vt saluentur, sed vt populo Iudaico seruiant. GAL. Facile hæc eorum falsitas conuincitur. Quemadmodum. n. Leuit. 26. ca. Deus de eis dixit, והייתי לכם לאלהים ואתם תהיו לי לעם Hoc est, Et deambulabo in medio vestri, & ero vobis in Deum, & vos eritis mihi in populum: ita & hic de gentibus ait, Applicabuntur gentes multę ad Deum in die illa, & erunt mihi in populum. Ex quo manifestū est quæ tam ex diuina pagina, quam ex Chaldaica traductione, eos omnino falliloquos esse. Quod ex dictis etiam veterum suorū Doctorum ex positis patet. Legitur enim in מסכת כורים *Massechet bicurim* id est, in libro Primitiarū, hoc modo Traditum erant Magistri in nomine Rabbi Iudæ. Quod גר *gher*, id est aduena, hoc est conuersus, qui de gentilitate venit ad fidem, ipsemet est affirmans, qui se mittit as, & dicens illud Deuter. 26 cap. הרימותיו ליהוה אלהיך כי באתי אל הארץ אשר נשבע יהוה לאבותינו לתת לנו id est, Pronuncio hodie Domino Deo tuo, quod veni in terram, quam iuravit Deus patribus nostris se daturum nobis. Quæ est huius rei probatio? Quod scriptum est Genes. 17. cap. ולא יקרא עוד את שמך אברם והיה שמך אברהם כי אב המון גוים נתתיך Hoc est, Non ea vltra nomen tuū Abraham, sed erit nomen tuum Abraham, quia patrem multitudinis gentium dedi te. In principio enim fuit pater Aram, idcirco vocatus fuit Abram. Deinde vero pater totius mundi, & nomen eius idcirco dictum est Abraham. Hactenus traditio. Dixit præterea R. Rahmon super illud Iere. 31. c. dictum הריתי את בית ישראל ואת בית יהודה זרע אדם וזרע בהמה id est, Et insuper nabo domum Israel, & domum Iudæ semen hominis, & semen bestiæ. Semen hominis. Hi sunt Israel: Sicut dictum est Ezech. 34. אתם צאני צאן מרעיתי אדם אתם Hoc est, Et vos oues meæ, & oues pascui mei homines estis vos. Et de ipsis Deus sanctus & benedictus ait Isa. 65. והראתי מיעקב זרע id est, Et educam de Iacob semen. Quod autem sequitur, Et semen bestiæ: Isti sunt conuersi gentium, de quibus dicitur Iehoshuæ vlt. ca. Et bestia multa. Et apud Iob 18. cap. dixit Bidad Suites. Quare reputati sumus sicut bestia? Et de ipsis ait Zach. 2. Canta & lætare filia Sion, Quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui, ait Deus. Et applicabuntur gentiles multi, & erunt mihi in populum. Super Israel etiam, & super gentes locutus est scriptura apud Zach. 8. c. dicens, כי לפני הימים ההם שכר האדם לא נהיה ושכר הבהמה איננו וליוצא ולבא אין שלום מן הצר Hoc est, Quoniam ante dies illos merces hominis non erat, & merces bestiæ non erat. Et egredienti, & venienti, non erat pax à tribulatione, vel à tribulante. Ante dies illos, vult dicere ante dies Messiæ, quoniam in diebus Messiæ pax erit longinqua & propinqua: sicut dictum est Isaiæ quinquagesimo septimo c. ברא ניב שמתים שלום שלום לרחוק ולקרוב אמר יהוה ורפאתיו id est, Creans fructum labiorū pacem. Pacem longinquo & propinquo, ait Deus, Et sanabo eum. De ipso quoq; scriptum est Zach. 9. c. ודבר שלום לגוים Hoc est, Et loquetur pacem gentibus. In illa enim hora pœnitentiæ gredienti de hoc seculo per viam pœnitentiæ, & ingredienti, vel venienti ante Deum sanctum & benedictum cum operibus bonis & elemosynis. Sicut dictum est Proverb. 14. עולת תמים גוי id est, Iustitia exaltat gentem, & misericordia erit gentibus contra peccatum. Vbi gloriæ R. Selomonis & R. Abraham Auen Ezræ, Iustitia (inquiunt) quam gentes facient, & pietas quam retribuent, id est eleemosyna erunt eis loco sacrificij, & propitiatio pro peccatis. Hæc tradidit. Ex his omnibus patet Gentiles non addendos fuisse Messiæ, vt Iudæis seruirent. vt Iudæi ipsi delirantes garriunt, quin potius vt saluarentur, & populus Dei efficerentur: Sicut Deus ipse apud Hos. 2. ca. fidixerat. dicens, וזרעתיה לי בארץ ורחמתי את לא רחמה ואמרתי ללא עמי עמי אתה והוא יאמר אלהי Hoc est, Et seminabo eam mihi in terra, & misereboi eius, cuius non fui misertus, & dicam non populo meo, populus meus tu. Et ipse dicet mihi, Deus meus. Quod autem Gentiles qui Messiam ipsum recipientes, eum corde, ore, & opere confessuri erant, tempore Messiæ saluandi essent, supra in sexto libro late probatum est. Nunc autem satis est probasse, Gentiles ipsos Messiæ adhæsuros fuisse.

*Iudæorum insanorum obiectio.*

*Cassatio.*



## CAPVT XIII.

*Quod Gentiles Messiam recipientes, à Deo diligendi erant, ac populus Dei electus futuri.*

### CAPNIO.

AD maiorem igitur Iudæorum confusionem, qui à Deo tam turpiter reprobati, atque odio habiti sunt, per eorum scripturas probandum quoque est, quod Gentiles tempore Messiæ ad vnius & veri Dei cultum conuertendi, à Deo diligendi erant, ac populus eius electus & peculiaris efficiendi, atque vocandi. GAL. Hoc ex eo potissimum patet, quod ad huius rei figuram proselytos, hoc est, ex Gentilitate ad veram Dei cultum venientes, diligi in veteri testamento Deus ipse præcepit. Quare haudquaquam prætermittendum videtur, quod in libro מכילתא *Mechilta*, id est, in quadam expositione super Exodum hoc modo legitur, super illud 22. cap. eiusdem libri dictum, וגר לא תונה ולא תלחצנו Hoc est, Aduenam non obiurgabis, vel non conuiciaberis ei, nec opprimes eum, scilicet in pecunia. Nam dicet ei, Heri fuisti cultor Belis, & adorabas concupiscentem eius, & adhuc ecce citro porcorum remanent inter dentes tuos. Et stas & loqueris coram me? Et vnde habetur, quod si improperaveris, ipse quoque poterit improperare tibi? inde, vt dictum est Exod. 22. ca. Aduenam, id est conuersum non obiurgabis: cum reliquis. Hinc Natham dicebat, Maculam quæ in te est, ne dicas proximo tuo. Dilecti sunt enim aduenæ, id est conuersi. Nam in omni loco monitum est pro eis, vt illud Exod. 22. Et גר *gher*, id est conuersum non opprimes. Et aduenam, id est conuersum de gentilitate non obiurgabis. Dixit Rabbi Eliezer. Cum auersio aduenæ, id est conuersi sit pessima, idcirco monitum est pro eo in multis locis. Rabbi autem Simeon dixit, Ecce ipse Deus ait Iudæis cap. Et diligeris eum velut egressum solis in virtute sua. Quis enim maior est de duobus, ille ne qui Regem diligit, an is quem Rex diligit? Ecce proculdubio aiunt, quod ille quem Rex diligit? De quo dictum est Deut. 10. האל הגדול הגבור והנורא אשר לא ישא פנים ולא יקח שחד: עשה משפט יתום ואלמנה ואהב גר לתת לו לחם ושמלה id est, Deus magnus, fortis, & terribilis, qui non accipit facies, id est personas, nec recipit munus, facit iudicium pupillo & viduæ, & diligit גר *gher*, id est conuersum ex gentilibus, ad dandum ei victum & vestitum. Dilecti quoque sunt aduenæ, id est conuersi. In omnibus enim denominatur, vel describitur ipse *gher*, id est conuersus, sicut Israel. Nam Israel quidem vocatur seruus Dei. Vocantur etiam הגרים *hegherim*, id est conuersi, seruus Dei. Sicut dictum est Isa. 56. Ad diligendum nomen Dei, vt sint ei in seruos. Vocati sunt etiam Israel ministri Dei. Sicut dictum est apud Isa. 61. c. Ministri Dei nostri dicetur vobis. Et aduenæ quoque, id est conuersi, ministri Dei vocantur. Sicut dictum est Isa. 56. Et filios alienorum applicatos ad Dominum, ad ministrandum ei. Vocati sunt quoque Israel dilecti. Sicut dictum est Malach. 1. cap. Dilexi vos, ait Dominus. Vocantur & גרים *gherim*, id est conuersi, dilecti, iuxta illud Deuter. 10. cap. dictum, Et diligit *gher*, id est conuersum, vt det ei victum & vestitum. Dictum est insuper in Israel *berith*, id est pactum, vel fœdus, iuxta illud, Et dabo pactum meum in carne vestra. Dictum est & *beruth*, id est pactum, in *gherim*, id est conuersis, apud Isa. 56. Et filios alienorum applicatos ad Dominū, vt sint ei in seruos, omnem custodientem sabbarum, ne prophanet illud, & fortes in pacto meo adducam in montem sanctuarij mei. Dictum est præterea de Israel רצון *ratson*, id est beneplacitum, vel complacentia, vt est illud, Ad beneplacitum eis coram Domino. Dictum est & de *gherim*, id est conuersis *ratson*, id est beneplacitum, vel complacentia: Isa. 56. Holocausta eorum לרצון *leratson*, id est ad complacentiam erunt. Dicta est præterea & de Israel custodia, vt illud Psal. 121. dictum, Ecce non dormitabit, neque dormiet custodiens Israel. Et dicta est quoque custodia de *gherim*, id est conuersis, vt illud Psalm. 146. dictum, Deus custodit *gherim*, id est conuersos. Quid pluta? Abraham vocauit se ipsum *gher*. Sicut dictum est Genes. 23. cap. Locutusque est ad filios Heth, dicens, *Gher* & habitator ego vobiscum. Dauid similiter vocauit se ipsum *gher*, Psal. 39. dicens, Quoniam *gher* sum ego tecum. Hoc autem factum est, vt implearur quod dictum est Isa. 51. Dominus voluit propter iustitiam magnificare legem, & extollere. ipse autem deprecatus est & diuptus. Et sic inueniuntur apud Isa. 44. quatuor genera *gherim*, id est conuersorum respondentium & dicentium coram eo, qui dixit & factus est mundus, id est qui verbo suo fecit mundum: Cum ille dicitur, זה יאמר ליהוה אני יוקרא בשם יעקב וזה יכתוב ידו ליהוה ובשם ישראל יכנה Hoc est, Quia hic dicet, Dei ego sum. Hic inuocauit in nomine Iacob. Et hic scribet manum suam Deo, & nomine Israelis pronominabitur. Hic ergo dicet, Dei sum ego. Quia totus erit Domini, Hic inuocabit in nomine Iacob. Isti enim erunt aduenæ & conuersi ad iustitiam, id est ad Messiam. Et hic scribet manum suam Deo. Hi erunt viri pœnitentiæ. Et nomine

Israelis pronominabitur. Isti erunt timentes cœ- A
lum, id est, Deum. Hactenus traditio. In qua tres
assignantur rationes, quare diligendi erant con-
uersi ex gentilitate ad vnū veri Dei cultum. Quia-
rum prima est, quia à Deo diliguntur. Secunda,
quia in sacra scriptura in omnibus sicut Israel de-
nominabantur, & à Deo tractabātur. Tertia quia
sancti patres & prophetæ vt Abraham, & Dauid
aduenas, id est, conuersos se ipsos vocauerunt.
Glossa autem R. Selomonis sic eadem Isaiæ ver-
ba in calce huius traditionis inducta, exponit, B
Hic dicet: Dei sum ego: Hi erunt iusti perfecti.
Hic inuocabit in nomine Iacob: Hi erunt paruuli
filij impiorum. Et scribet manum suam Deo. Hi
erunt viri pœnitentes. Et nomine Israelis prono-
minabitur. Hi erunt הגרים *hagherim*, id est, con-
uersi ex gentibus. Hæc enim sic exposita sunt in
libro אבות *Auoth*, id est, Patrum Rabbi Nathan.
Hæc Rabbi Selomo. Præmissis quoque aptissime
nectitur, quod in ואלה שמות רבה *Vaelle scemoth*
*rabba*, id est, in expositione libri Exodi scribitur, C
super illud 12. c. eiusdem libri dictum, זאת חקת
הפסח id est, Hæc est lex paschæ: ibi enim ita dici-
tur: Hoc est quod scriptum est Isa. 56. ca. ואל יאמר
בן הנכר הנלוה אל יהוה לאמר הבדל יבדילני יהוה
Hoc est, Et non dicat filius alieni applicatus ad
Deum, dicens, separatione separabit me Deus.
Dixit enim Iob 31. c. בחון לא ילין גר id est, Foris
non hospitabitur *ghor*, id est conuersus, à Deo san-
cto & benedicto. Quamobrem: Quia non est
Deus sanctus & benedictus excludens creatu- D
ram, sed omnes recipit. Portæ enim eius apertæ
sunt omni hora, & quicunque vult & aggregari,
ingreditur & aggregatur. Propter hoc dictum est
à Iob, Foris nō hospitabitur *ghor*, id est conuersus.
Et iterū ait in persona Dei tolerantis pro creaturis
suis, ולחתי לאורח אמתח Hoc est, Oīnium meum
viatori aperiam. Dixit Rabbi Ilerachias, Pro per-
sona cuius dixit Iob, Foris non hospitabitur *ghor*,
id est conuersus? Hoc procul dubio dixit, Quia
futurum est, vt גריים *ghierim*, id est conuerti ex E
Gentilibus, sint כהנים *cohanim*, id est, Sacerdotes
ministrantes Deo sancto & benedicto. Sicut di-
ctum est Isa. 14. ונלוה הגר עליהם ונספחו על בית
יעקב id est, Et applicabitur *hagher*, id est conuersus
super eis, & aggregabuntur super domum Iacob.
Non est autem aggregati nisi sacerdotum. Sicut
dictum est 1. Reg. 2. capite, ספרני אל אחת הכהנות
id est, Aggrega me ad vnam sacerdotalium. Futu-
rum nam q̄ est, vt *ghierim*, id est conuersi ex Gen-
tilibus, comedant de pane חפנים *happanim*, id est F
facierum, hoc est propositionis. Et ita quæsiuit à
Magistris, dicens, Quid est quod dictum est Deut.
10. capite Et diligit Deus *ghier*, id est conuersum ad
dandum ei victum & vestitum? Ecce tota confi-
denti vel promissio, qua confidere facit Deus
*hagher*, id est ipsum conuersum, vt detur ei victus
& vestitus. Dixerunt ei, Iacob, cuius nomen est
Israel sic petuit à Deo Gen. 28. cap. Et dederit mi-
hi panem ad comedendum, & vestimentum ad
induendum. Et tibi qui venisti ad nos, non suffi- G
cit, vt sis sicut nos? Sufficiat tibi, vt sis sicut nos.
Satis sit tibi, vt sis sicut Iacob primogenitus Dei.
Demum autem non ascendat ad cogitationem
tuam, quod Iacob panem & vestimentum, vel vi-
ctum & vestitum duntaxat postulauerit. Quia in-
super dixit, Considere me fecit Deus, quod ipse
rit me eum, & stare faciet ex me seculum. Sequi-
tur, Et hoc est quod scriptum est Zach. 2. ca. Ca-
ce, vel lauda, & lætare filia Sion, quia ego venio &
habitabo in medio tui, ait Deus. Et applicabun-
tur gentes multę ad Deum in die illa, & erunt mi-
hi in populum. Hæc omnia traditio. Ex quibus si-
tis clare patet, quod Gentiles tempore Messiæ ad
Deum conuersi, ab ipso Deo diligendi erant, &
populus Dei electus vocandi.

## CAPVT XIV.

*Quod omnes dignitates olim Iudæis concessæ, ab eis abs-
uenda erant, & Gentilibus Messiam recepturis, an-
quam vero & electo Dei populo
concedenda.*

## CAPNIO.

MAVDQVAQVAM igitur hic præ-
termittendum duco, per Iudaicas
scripturas probari, dignitates o-
mnes olim Iudęis concessas, ab eis
tanquam indignis possessionibus,
auferendas fuisse, & Gentilibus Messiam recep-
turis, tanquam vero, & peculiari, atque electo
Dei populo, concedendas. GAL. Hoc maxime
per illud ostenditur, quod in *Midras tehilim*, id est,
in expositione Psalmorum legitur, super illud Ps. D
75. dictū, תלקיני רשעים אנרע תרוממנה קרנות
צדיק .i. Et omnia cornua impiorum abscindam,
& exaltabuntur cornua iusti. Ibi enim sic dicitur,
קרן לאאמר אלא קרנים כי עשר קרנות הזן שנתן
הקדוש ברוך הוא לישראל קרן אברהם שנאמר
ויהי מורה לידי בקרן בן שמן קרן יצחק שנאמר
ואשא בנבך בקרניו וקרנו של יוסף שנאמר וקרני
ראם קרניו וקרנו של משה שנאמר כי קרן עור
פניו וקרן של נבואה שנאמר ותתפלל חנה ותאמר
עמה קרני קרנו של תורה שנאמר וקרנים מירולי
קרנה של כהונה שנאמר קרניו תרום בכבוד וקרן
לחיה שנאמר כל אלה בגים להימן להרים קרן:
קרן ירושלים שנאמר מקרני ראמים עניתני
וקרנו של מלך משיח שנאמר וירם קרן משיחו
הוא שם אצמיח קרן לדוד ערכתי נר למשיחי כיון
שראו גוים שלוחם וניתנו לאומות העולם שנאמר
ותרנה חזות כחזו לילית וארז חיות רביעיא
ולא ואמתני ותקימה יהירה ושנים כיפרזלת
וברזן אכלה וסרקה ושארית ברגליה רמסה והיא
מכל חיותא די קדמיה וקרנים עשר לה
ומשלו אומות העולם לחיות הללו ול זמן
קדמי אומות העולם קיימין קדמי ישראל גדועים
שנאמר גרע בחריאף כל קרן ישראל: id est, Cor-
nu non est dictum, sed cornua. Decem enim cor-
nua sunt, quæ Deus sanctus & benedictus de-
Israeli. Cornu videlicet Abrahæ, de quo dictum
est Isa. 5. Vinea fuit dilecto meo in cornu filij olei.
Cornu Isaac, de quo scriptum est Gen. 22. Et re-
ce aries vnus retentus in dentitate per cornua sua.
Cornu Ioseph, id est cornu Regni, de quo dicitur
Deut. 24. Et cornua rhinocerotis cornua ei⁹. Cor-
nu Moīs, de quo dictū est Exod. 34. Quia cornu-
ta erat cutis faciei eius. Cornu ppheriæ, de quo di-
ctū est 1. Reg. 1. Et orauit Hanna & dixit, Exaltau
cor meum



cor meum in Domino, & exaltatum est cornu A
meum. Cornu legis, de quo dicitur Habacuc 3. c.
Et duo cornua de materia eius ei. Cornu sacer-
dotij, de quo legitur in Psal. 111. Cornu eius exal-
tabitur in gloria. Cornu Leuitarum, de quo di-
ctum est 1. Paral. 25. Omnes isti filij Heman vi-
dentis Regem in verbis Dei, ad exaltandum cor-
nu. Cornu Ierusalem, de quo dictum est Psalm.
21. Et cornibus vnicornium exaudisti me. Et
cornu Regis Messiæ, de quo dicitur primi Re-
gum secundo capite, Et dedit fortitudinem Re-
gi suo, & sublimabit cornu Messiæ sui. Et sic di-
cit Psalm. 131. Ibi germinare faciam cornu Dauid,
parauit lucernam Messiæ meo. Quando autem
peccauit Israel, ablata fuerunt eis cornua hæc, &
data gentibus seculi. Sicut dictum est Dan. 7. Post
videns fui in visione noctis, & ecce bestia quarta
terribilis, atque mirabilis, & fortis nimis, & den-
tibus ferreis habebat magnos, comedit & commi-
nuit, & reliquum pedibus suis conculcauit. Et i-
pse dissimilis ab omnibus bestiis, quæ fuerunt
ante ipsum, & cornua decem habebat. Assimilatæ
eum sunt gentes seculi huiusmodi feris. Omni
autem tempore quo cornua gentium seculi sana
fuerint, cornua Israel confracta erunt. Sicut di-
ctum est Thren 2. c. Confregit in ira furoris omne
cornu Israel. Hæc omnia traditio. Quæ eisdem
penè verbis in איכה רבתי *Echa Rabbethi*, id est, in
expositione planctus Ieremiæ ponuntur, super il-
lud 2 eiusdem libri dictum, Confregit in ira fu-
roris omne cornu Israel. Hoc duntaxat excepto, D
quod decimo loco non ponitur cornu Messiæ,
sed cornu Israel duntaxat. Cum igitur in hac tra-
ditione cornua omnia supradicta in capite Israe-
lis donata fuisse dicantur, deinde vero eorum ob
culpam, ab eis ablata, & gentibus tradita, vnum-
quemque ipsorum Messias fuerit, Messiam ipsum iam
venisse, & primum quidem Iudæis datum fuisse,
deinde vero ipsum (eorum exigente perfidia) ab
eis cum cęteris omnibus cornibus ablatum, Gen-
tilibusque datum esse, consequens est. CAP. Quia *Iudæorum*
iuniorum Iudæorum nimis fraudulenta nequi- *iuniorum*
tia bestiam paulo ante dictam, Papam nostrum, *obiectio.*
& Romanam asserit esse Ecclesiam, à qua sperat
cornua supradicta auferenda, sibique restituenda
esse: eam ob rem optime quidem feceris, si
ipsa Iudæorum cornua quando huic quartæ be-
stiæ, id est Romano imperio, quod propter ido-
lolatriam non inepte bestiæ comparabatur, data
fuerint, edisseras. GAL. Cornu itaque regni Iu- *Responsio.*
daici tunc in huiusce quartæ bestiæ capite appo-
situm fuit, cum regnum Iudaicum cum Iudæis i-
psis Romanorum imperio ac potestati possiden-
dum, imo conterendum, & dissipandum, tempo-
ribus Vespasiani & Titi atque Hadriani datum
est. Cornu vero sacerdotij & Leuitarum tunc ab
Iudæis ablatum fuit, cum ipsorum sacerdotes &
Leuitas occidit, diuinumque cultum in eis ob eo-
rum scelera penitus deleuit. Sed tempore Silue-
stri Romani Pontificis, & Constantini imperato-
ris in Romanorum capite cornu ipsum positum
est. Cornu quoque Messiæ tunc eis datum fuit,
cum Messias ipse eis ad saluandum missus: tunc
vero ab eis ablatum est, cum illi Messiam ipsum
reprobantes, ipsum crucifixerunt. Tunc autem
Romanæ Ecclesiæ ac cæteris fidelibus idem cor-
nu datum est, cum eundem Messiam gentes co-
lendum susceperunt. Cornu insuper Ierusalem
& sanctuarij tunc ab eis ablatum fuit, atque Ro-
manis traditum, cum ipsa vrbs & templum à Ti-
to euersa atque incensa sunt. Cornu denique le-
gis tunc bestiæ huic, quoad cæremonialia perden-
dum, traditum est, cum Romani Principes Iu-
dæis, ne sabbatum aut circumcisionem, cætera-
que legalia seruarent, inhibuerunt, vt in sequen-
ti libro latius patebit. Tunc vero idem cornu
quoad moralia, perfectius seruandum Romanis
cæterisque Gentilibus datum est, cum Gentiles
ipsi legem Domini Iesu veri Messiæ tanquam di-
uinam susceperunt.

LIBER DECIMVS.

# DE NOVÆ LEGIS DI-
## VINÆ INSTITVTIONE QVÆ PER MES-
## SIAM FIERI DEBEBAT,

## CAPVT PRIMVM.

*Quod Messiæ legem diuinam nouam, perfectiorem quam veterem instituturus erat, quam Gentiles suscipere debebant.*

### CAPNIO.

NOVAM igitur Messiæ legem si Gentiles tanquam diuinam recepturi erant, quos (Iudæis maxima ex parte ob eorum perfidiam reprobatis) ipsi Messiæ adhæsuros fuisse iam probabili: haud inepte nunc ad magis contundendam durissimam ipsorum Iudæorum ceruicem, de eiusdem nouæ legis diuinæ institutione dicendum est. Quare primum nouam legem diuinam perfectio-rem qua veterem, Messiam ipsum conditurum fuisse, eamq; Gentiles suscepturos, Hebraicis testimoniis te ostendere oportet. GAL. Nouam quidem legem aliam ab ea quam per Mosen in monte Sinai dederat, Deum daturum fuisse, longe ante per Ieremiam 31. ca. his verbis prophetatum fuit, הנה ימים באים נאם יהוה וכרתי את בית ישראל ואת בית יהודה ברית חדשה: לא כברית אשר כרתי את אבותם ביום החזיקי בידם להוציאם מארץ מצרים אשר הפרו את בריתי ואנכי בעלתי בם נאם יהוה: כי זאת הברית אשר אכרת את בית ישראל אחרי הימים ההם נאם יהוה נתתי את תורתי בקרבם ועל לבם אכתבנה והייתי להם לאלהים והמה יהיו לי לעם: id est, Ecce dies venient, ait Deus, Et feriam cum domo Israel, & cum domo Iuda fœdus, vel pactum nouum. Non sicut pactum, quod feci cum patribus eorum, in die qua apprehendi manum eorum, vt extraherem eos de terra Ægypti, qui irritum fecerunt pactum meum, & ego neglexi eos, ait Deus. Sed istud erit pactum quod feriam cum domo Israel, post dies illos, ait Deus, Dabo legem meam in medio eorum, & super cor eorum scribam eam. Et ero eis in Deum, & ipsi erũt mihi in populum. Quod autem ברית *berith*, id est pactum, siue fœdus, in præmissis, idem sit quod lex, in libro מכילתא *Mechilta* aperte ostenditur: vbi super illud Exod. 12. c. dictum, In decimo mensis huius: sic dicitur, Non est ברית *berith*, id est, fœdus vel pactum nisi lex. Sicut dictum est Deuter. 14. אלה דברי הברית אשר צוה יהוה את משה לכרות את בני ישראל בארץ מואב מלבד הברית אשר כרת אתם בחרב id est, Hæc sunt verba *haberith*, id est, illius pacti, quod mãdauit Deus Mosi, vt feriret cum filijs Israel in terra Moab, præter *haberith*, id est, illud pactum, quod ferũt cum eis in Horeb. Item Exod. 24. cap. ויכתב על הלחת את דברי הברית עשרת הדברים id est, Et scripsit super tabulis verba pacti decem. Hæc tradunt. Quod autem legem hanc diuinam nouam Messias ipse laturus esset, ac Gentilibus daturus, primo primum ex eo quod in *Midras tehillim*, id est, in expositione Psalmorum legitur, super illud Psalm. 21. dictum, למנצח מזמור לדוד: יהוה בעזך ישמח מלך ובישועתך מה יגל מאר id est, Victori, vel ad victoriam Psalmus Dauid. Deus in fortitudine tua lętabitur Rex, & in salutatione tua quam exultabit v. hementer? Ibi enim sic ad verbum dicitur, Hoc est quod scriptum est Isa. 11. cap. והיה ביום ההוא שרש ישי אשר עמד לנס עמים id est, Et erit in die illa radix Isai, qui erit stãs in signum populorum. Dixit R. Hanina, Non est Rex Messias venturus, nisi ad dandũ nouæ præcepta Gentibus. vt sunt סוכה *fucca*, id est casula, & לולב id est ramus, תפיכין *vthphilin*, id est, & phylacteria. Israel autem discent legem à Deo sancto & benedicto. Sicut dictum est Isa. 45. ca. וכל בניך למודי יהוה id est, Et omnes filij tui erunt docti à Deo. Et quare? Idcirco, quia dictum est Isa. 11. ca. אליו גוים ידרשו id est, Ad eum gentes studebunt. Rabbi Hanina in nomine Rabbi אחא *Aha* dixit, Quid est quod statim sequitur apud Isaiam ibidẽ, והיתה מנוחתו כבוד. i. Et erit requies eius honor vel gloria? Quia Deus sanctus & benedictus erit tribuens Regi Messiæ de gloria & honore superno. Hactenus traditio. Apud Isaiam autem 42. ca. sic legitur, הן עבדי אתמך בו בחירי רצתה נפשי נתתי רוחי עליו משפט לגוים יוציא id est, Ecce seruus meus, fulciam eum, vel innitar eo, electus meus, quem voluit, vel in quo sibi cõplacuit anima mea, vel persona mea. Dedi Spiritum meum super eum, iudicium gentibus proferet. Quæ R. Ionathas Vzielis filius ita Chaldaice exponit, הא עבדי משיחא קריבנידך בחיריי רעתחריצי ביה סיסרי אתן רוח קודשא עלוהי חיני לעממיא יגלי: i. Ecce seruus meus, applicabo eũ, fulciet mihi, electus meus, in quo volui esse verbum meum. Dabo Spiritũ sanctum super eum, iudicium gentibus reuelabit. Sequitur apud Isaiam 42. cap. לא יצעק ולא ישא ולא ישמע בחוץ קולו i. Non clamabit, & non vociferabit, nec faciet audiri extrã vocẽ suam. Vbi glossa R. Selomonis, Iudicium (inquit) gentibus proferet: Sicut dictum est Mich. 4. ושפט בין עמים והוכיח לגוים עצמים עד רחוק id est, Et iudicabit inter populos multos, & corripiet gentes fortes vsque in longinquum. Non clamabit, & non vociferabit: Quia non erit opus ei clamore, ad arguendam fœlicet & persuadendum gentibus. Ipsæ enim ex se venient ad discendum. Sequitur apud Isaiam eodem in loco, קנה רצוץ לא ישבור ופשתה כהה לא יכבנה לאמת יוציא משפט Hoc est, Arundinem confractam non franget, & linum fœlicum, vel caliginosum non extinguet, ad veritatem proferet iudicium. Vbi glossa Rabbi Selomonis, Hoc (inquit) sic interpretatus est Ionathas, שטותניא כקני רעיע לא ית בר והשיבא דכ בוצין עמי לא יטפי לקשטא יפקיא Fragiles vt arundo confracta, non franget, & tenebrosos, vel fuscos, vel caliginosos, quorum lux fusca est, non extinguet, ad veritatem producet iudicium. Sequitur apud eundem propheram ibidem, לא יכהה ולא ירוץ עד ישים בארץ משפט ולתורתו איים יחלו Hoc est, Non offuscabit, neque conteret, donec posuerit in terra iudicium, & ad legem eius Insulæ sperabunt, vel expectabunt. Insulæ, id est Gentiles, secundum Rabbi Selomonis glossam. Attestatur autem huic applicationi, quod scriptum est in *Midras tehillim*, id est, in expositione Psalmorum super illud Psal. 21. dictum, כי תשיתמו נתיבה לפנ id est, Quoniam pones eum benedictiones in æternum. Ibi enim sic dicitur, Hoc est quod dictum est Ierem. 4. והתברכו בו גוים ובו יהללו Hoc est, Et benedicentur in eo gentes, & in ipso gloriabuntur. Sequitur eodem in Psalmo, תהדהו כשפתח את פניך id est, Lætificabit eum in gaudio cum vultu tuo. Rabbi Berachias in nomine Rabbi Semuelis dixit, Vna scriptura de Messia dicit Dan. 7. וארו עם ענני שמיא כבר אנש אתה הוה ועד עתיק יומיא מסת קדמוהי הקרבוהי id est, Ecce in nubibus cœli, quasi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierum pernenit, & coram eo obtulerunt, vel applicauerunt, vel appropinquare fecerunt eum. Alia autem scriptura Ierem. 30. cap. ait, והקרבתיו ונגש אליו id est, Et applicabo eum, & adhærebit, vel coniunget mihi. Ecce per quem modum Angeli introducant ipsum vsque ad medium eorum. Deus autem sanctus & benedictus extendet manum suam, & introducet eum apud se. Puguet hoc dictum est de Rege Messia. Et applicabo eum, & adhærebit mihi. Hactenus traditio. Pethæ igitur euidenter ostenditur, quod in persona Messiæ locutus sit Isaias, dum 51. c. dixit, הקשיבו אלי עמי ואמי אלי האזינו כי תורה מאתי תצא ומשפטי לאור עמים ארגיע Hoc est, Attendite mihi populus meus, & mater mea ad me audite. Quia lex ex me egredietur, & iudicium meum in lucem populis quiescere faciam, vel requiescere. Hoc loco vbi ipse mater mea, traditur, plebs mea, Hebræi habent. Sed est *ttcum scribens*, id est, correctio, siue potius deprauatio scribentium. Non enim ibi אמי *imi*, id est, plebs mea, sed אמי *immi*, id est, mater mea, antea scriptum fuit, vt ait R. Elazar ben Iose, in *Midras Seir hasirim*, id est, in expositione Cantici canticorum super illud, 3. cap. eiusdem libri dictum, בעטרה שעטרה לו אמו id est, In corona, qua coronauit eum mater sua. Quare autem Deus Iudaicã gentem matrem suam vocauerit, dictum est in 14. tertij lib. cap. Quod autem hæc noua lex quam Messias instituturus erat, à Ierusalem ad Gentiles per vniuersum orbem promulganda, egredi debebat; patet per Isa. c 2. dicentem, כי מציון תצא תורה וד ברי יהוה מירושלם id est, Quia de Sion exibit lex, & verbum Dei de Ierusalem. Hoc autem de lege Mosis non potest intelligi: cum lex ipsa Mosis nõ exierit de Sion, siue de Ierusalem: sed de Sinai venerit in Ierusalẽ. De lege ergo Messiæ intelligendum est, quæ per Apostolos aliosq; eius discipulos, à Ierusalem ad gentes egressa est. Messias namq; ipse Dei Filius secundum diuinitatem, & sapientia Patris, descendens de altissimis, & à sede magnitudinis suæ, pro humani generis redemtione & salute, missus à patre, venit ad Sion & Ierusalem: ibique legem suam nouam, id est Euangelium compleuit, docendo, admonendo, suadendo, arguendo, miracula faciendo, patiendo, moriendo, resurgendo, ad cœlos ascendendo, atque lumen Spiritus sancti apostolis destinando. Tunc igitur dictum hoc propheticum impletum est, cum Apostoli post Spiritus sancti receptionem, primum legem Euangelicam Ierosolymis promulgarunt, postea inde exeuntes eam vbique terrarum Gentibus diuulgarunt. Quod etiam à discipulis electis Messiæ erant Gentes seculi legem & doctrinam hanc nouam cum gaudio susceptuæ, ex eo habetur quod apud Isa. 12. dicitur, ושאבתם מים בששון ממעיני הישועת Hoc est, Et haurietis aquas cum gaudio de fontibus Iesu, vel salutationis. Hoc enim sic Rabbi Ionathan Chaldaice transtulit, ותקבלון אורייתא חדתא עם חראי מבחירי צריקיא id est, Et suscipietis doctrinam nouam cum lętitia ab electis iusti, id est Messiæ. Infantiati sunt igitur Iudæi omnes nostri temporis, & à veritate diuinæ scripturæ omnino deuij & alieni: qui Messiam asserunt legibus sore coactam: quem in antecedentibus multifariam probauimus Deum esse. Ipse namque est Patris sapientia, cuius sunt leges. Ipse legem veterem dedit in monte Sinai. Ipse legem nouam condidit Ierosolymis. Ipse & hominum conditor est, quibus leges traditæ sunt, & omnium quæ in cœlis & sub cœlis sunt supremus opifex. Eam ob rem & decens, & dignum fuit, vt in descensu suo maiora & meliora ad dandum sibi seruaret, quam fuerant ea quæ per Mosen in monte Sinai tradiderat. Et hæc est sufficiens contra Iudæos nostri seculi ratio. Si quis enim in voluntariis rationem magis necessariam quærat, quam voluntaria ipsa ferant, hic penitus indisciplinabilis est, secundum Aristotelis sententiam in primo Ethicorum. Hæc autem ratio de voluntariis est, idcirco valde sufficiens est. Sic & enim in hominum principatibus fieri videmus, quod Reges & Principes in suo adventu optima quæque ciuitatibus largienda, sibi reseruant. Et hoc duplicem ob causam. Primum quidem, vt honorabilioribus largitionibus honorabiliorem sui reddant aduentum. Deinde vero, vt se gratiores, ac iucundiores ciuitatibus & Regno faciant. Quapropter mirum non est, si ad suum aduentum Dominus ipse perfectiorem legem seruare voluerit. Sicuti & cunctis iustis, atq; electis cœlis apertionem.

## CAPVT II.

*Quod Messias sacramentum baptismi instituere debebat, per quod circumcisio euacuanda erat.*

## CAPNIO.

CVm Christus Apostolis legem Euangelicam Gentibus per orbem promulgaturis, præceperit vt Gentiles baptizarent, formamq; baptizandi eis tradiderit, dicens Matthæi vlt. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quæcunque mandaui vobis: & baptismi sacramentum sit sacramentorum huius nouæ & euangelicæ legis ianua: Idcirco & ad veritatis catholicæ planiorem expretionem, & ad Iudaicæ obstinationis maiorem confusionem, Messiam ipsum baptisma in remissionem peccatorum instituturum fuisse, per Hebræorum scripturas probari necesse est. GAL. Hoc itaque ex eo primum habetur, quod Isaias in persona ipsius loquens, 44. capite protulit, אל תירא עברי יעקב וישרון בחרתי בו: כי אצק מים על צמא ונזלים על יבשה אצק רוחי על זרעך וברכתי על צאצאיך: וצמחו בבין חציר כערבים על יבלי מים זה יאמר ליהוה אני יהוה יקרא בשם יעקב וזה יכתב ידו ליהוה ובשם ישראל יכנה: Hoc est, Ne timeas seruе mi Iacob, & Rectissime quem elegi. Quoniam effundam aquas super sitientem, & fluenta super aridam. Effundam Spiritum meum super semen tuum, & benedictionem meam super stirpes tuas. Et germinabunt inter herbam, vt salices super alueus aquarum. Iste dicet, Dei ego sum. Et iste inuocabit in nomine Iacob. Et iste scribet manum suam Deo, & nomine Israelis pronominabitur. Hæc autem verba. Quoniam effundam aquas super sitientem, cum reliquis, Rabbi Ionathas ita Chaldaice traduxit, atque expoluit, ארי אנא דמחיתבין מיא על ארע בירא צחיונא ופתנגרין על יבשתא בן אתן רוחי קדשי על בנך וברכתי על בני בנך: ויתרבון צריקייא רכיכין וסמנקין כלבלבי עשב כאילן רמשלה שרשוהי על נגרין דמיין: דין יימר מדחלא ליהוה אנא ורין יצלי בשום יעקב ורין יקרב קרבניה קדם יהוה ובשמא דישראל יתקרב id est, (vt verbum verbo reddam) Quoniam sicut dantur aquæ super terram sitientem, & fluenta super aridam: sic dabo Spiritum sanctum meum super filium tuum, & benedictionem meam super filios filij tui. Et vigentur, vel multiplicabuntur tuiti, teneri, & delicati, sicut arbor quæ mittit radices suas super tractus aquarum. Hic dicet, de timentibus Dei ego sum. Et hic orabit in nomine Iacob. Et hic offeret sacrificium suum coram Deo, & nomine Israelis vocabitur. Ex his igitur prophetæ verbis, vbi de baptismo aperte loquitur, euidentissime patet, quod virtute baptismi ex Gentilibus connecti omnes q; Christiani filij Israel effici debebant. Ad cuius rei confirmationem notandum est, quod in libro יומא *iomæ* Ierosolymitano, in capite quod incipit יום הכפורים *iom hakkippurim*, id est dies propitiationum, hoc modo legitur, Scriptum est Ieremiæ 17. cap. מקוה ישראל יהוה Hoc est, Congregatio Israelis Deus: Quemadmodum enim congregatio, vel pelagus aquarum mundificat pollutos, ita Deus sanctus & benedictus erit mundans in futuro Israelem. Sic enim ipse dicit, Ezech. 36. capite, וזרקתי עליכם מים טהורים וטהרתם מכל טומאותיכם ומכל גלוליכם אטהר אתכם Hoc est, Et spargam super vos aquas mundas, & mundabimini ab omnibus immunditiis vestris, & ab omnibus spurcitiis, vel inquinamētis vestris mundabo vos. Hæc traditio. Ad quorum intellectum notandum est quod in *Bereschith* קטנה *berenna*, id est in expositione minori libri Gen. scribitur, super illud 49. c. eiusdem libri dictum, אסרי לגפן עירה ולשרקה בני אתנו Hoc est, Ligans ad vitem pullum suum, & ad palmitem fili mi asinam suam. Sic enim ibi dicitur: Hic est ille de quo scriptum est Zach. 9. cap. Et equitans super asinam, & super pullum filium asinarum. Et ipse est qui plantabit totum Israelē sicut שורקה *soreca*, id est palmitem. Sicut scriptum est Ieremiæ secundo capite, נטעתיך שורק כלה זרע אמת Hoc est, Et ego, plantaui te palmitem totum semen veritatis. Et quomodo ipse ager? Vt dictum est Ezechielis trigesimo sexto capite. Et spargam super vos aquas mundas, & mundabimini ab omnibus immunditiis vestris; & reliqua. Hæc traditio. Vides quam euidenter hic dicatur, quod Messias esset aquas istas Ezechielis spartiurus atque sic agendo, totum Israelem tam literalem quam spiritualem, de quo paulo ante diximus, plantaturus. Denullo namque alio nisi de Messia possunt præmissa Zachariæ verba intelligi. Nam super illud eiusdem prophetæ nono capite dictum, Ecce Rex tuus veniet tibi iustus & saluatus, glossa Rabbi Selomonis sic ait, Non est possibile hoc exponere, nisi de Rege Messia. Prædictis quoque haud incongrue adiungitur, quod in libro קדושין *kidussin*, id est, Sanctificationum, in capite quod incipit, עשרה יוחסין *Assara iohassin*, id est decem nobiles, ita scribitur, Tradiderunt Rabbanan, id est magistri, Quod spurij & filij mensiruatæ mundi erunt in futuro (Verba sunt hæc Rabbi Iosis) Sicut dictum est Ezech. 36. capite, Et spargam super vos aquas mundas; cum cæteris. Aqua etiam baptismi, ac virtus eius eo in loco prophetata est, vbi per Zachariam 13. cap. sic dictum fuit, ביום ההוא יהיה מקור נפתח לבית דוד ולישבי ירושלם לחטאת ולנדה: והיה ביום ההוא נאם יהוה צבאות אכרית את שמות העצבים מן הארץ ולא יזכרו עוד Hoc est, In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitatoribus Ierusalem ad mundificandum & ad aspergendum vel ad eluendum. Et erit in die illa dicit Deus exercituum, Abscindam nomina idolorum de terra, & non memorabuntur vltra. Quæ quidem verba luculentissime exponuntur. In die illa, id est in tempore Messiæ, quemadmodum probauimus prophetam ibi de Messia loqui, erit fons, scilicet baptismi: patens, id est, communis omnibus hominibus: domui Dauid & habitatoribus Ierusalem id est Ecclesiæ Christi de Iudæis & Gentilibus congregatæ: ad mundificandū, scilicet animas à peccato originali, & à cæteris peccatis: & ad aspergendum, id est ad lauandū peccatores ab omni peccatorū macula: vel ad elongandū, id est ad remouendum ab anima cuiusque peccati immunditiam. Quo autem tempore rorum hoc faciēdum erat, ostenditur, cum statim subiicitur, Et erit in die illa, dicit Deus exercituum: Abscindam nomina idolorum de terra, & non memorabuntur vltra. Cum igitur hoc non per Abraham, nec per aliquem prophetarum, nec in diebus Iesu Messiæ factum fuerit, sed solum in diebus Iesu Messiæ Nazareni, per ipsum atque per suos discipulos, aliosque in eum credentes factum sit, palam profecto liquet, ipsum Saluatorem nostrum, Dauid, id est Messiam esse, ac fuisse in præmissis Zachariæ verbis: baptismum quoque eius fontem omnibus præsentem esse, de quo ibidem dictum est. Aliud quoque prophetæ huic veritati euidentissimum adde signum, cum eisdem verbis protinus subiecit, ונתתי את רוחי בקרבכם ועשיתי את אשר בחקי תלכו ומשפטי תשמרו ועשיתם: Hoc est, Et effundam super vos aquas undas, & mundabimini ab omnibus immunditiis vestris, & a cunctis spurcitiis vestris mundabo vos. Et dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum dabo in medio vestri. Et auferam cor lapideum de carne vestra & dabo vobis cor carneum. Et spiritum meum dabo in medio vestri. Et faciam ita, vt ambuletis in præceptis meis, & iudicia mea custodiatis, & faciatis ea. Cor autem hoc lapideum quod auferendum dicit, cui cor carneum & Spiritus sanctus per gratiam succedere debebat, originale peccatum intelligitur, quod mediante baptismo à Deo penitus auferendum erat. Ad sciendum autem, quod baptismus circumcisionem euacuare debebat, summopere notandum est R. Iehosuæ dictum, cum in libro יבמות *Iebamoth*, id est Fratriarum, in ca. החולץ *Haholets*, id est, ducaciatus, sic ait, מישחוה סבול ואינו נימול הנח הוא גר כמו שחוה נמצא באמות שנטבלו ולא נימולו: Hoc est, Qui baptizarur, & non circumciditur? ecce ipse est *gher*, id est conuersus de gentilitate ad veram fidem. Sic enim inuenimus in matribus, scilicet in Sara & Rebecca, in Rachele & Lia. Quæ fuerunt baptizatæ & non circumcisæ. Hoc autem in loco sciendum quoque est, circumcisionem fuisse effusionis sanguinis Christi figuram: qui in sua circumcisione ipsum effundere cepit, & demum in sua passione pro humani generis salute eum totum exposuit. Nec deinceps vnquam circumcisio facienda fuit, ex quo Christus loco ipsius baptisma fieri mandauit, quod perfectius peccata delet, & tam mulieres quam mares eo vti possunt. Quod quoque per vniuersum orbem baptismi sacramentum promulgandum erat, ex eo quod in *Midras* קהלת *cohelerth*, id est in expositione libri Ecclesiastis legitur, colligi potest, cum super illud eiusdem libri 1. capite dictum, מרז שהיה הוא שיהיה Hoc est, Quid est quod fuit? ipsum quod erit, R. Berachias in nomine Rabbi Ishac ita dixit, Sicut fuit redemptor primus, id est, Moses, ita erit redemtor vltimus. Et post pauca, Quemadmodum (inquit) redemtor primus fecit ascendere puteum: ita redemtor vltimus, qui est Messias, ascendere facier aquas. Sicut dictum est Ioelis vlt. ca. ומעין מבית יהוה יצא והשקה את נחל השטים Hoc est, Et fons de domo Dei exibit, & rigabit torrentem, vel vallem, vel planiciem Setim. Hoc postremum sic Rabbi Ionathas Chaldaice transtulit, ויהי משקי ית מישר שיטין id est,

Et erit rigans planiciem Setim. Setim autem eiusdem regionis Græciæ est nomen. Ex qua, vt in principio i. libri Machabæorum dicitur, Alexander Macedo egressus est. Hoc igitur tũ cadimplenti contigit, cum Apostolis baptismum per vniuersum orbem prædicantibus, Græci baptizati sunt.

## CAPVT III.

*De pœnitentia sacramento, quod Messias per vocalem confessionem in remissionem peccatorum instituturus erat.*

## CAPNIO.

QVONIAM non solum baptisma, sed pœnitentiæ quoq; sacramentum, in remissionem peccatorum Dominus instituit (& recte quidem: Nam cum baptisma semel duntaxat suscipi possit, pœnirentiam instituì necesse fuit, vt iis quos post susceptũ baptisma peccare contingeret, pœnitentiæ sacramentum subueniret. Quare non inepte dixerunt quidam, pœnitentiam post naufragium secundam esse tabulam) Eaptopter cum de baptismo satis dictum sit, de pœnitentiæ quoque sacramento quod per vocalem confessionem in remissionem peccatorum Messias instituere debebat, aliquid ex Hebraicis scripturis nunc dicendum est. GAL. Quis de pœnitentia quam Messias per se, & per suos discipulos prædicare debebat, deque eius efficacia & virtute satis (vt arbitror) in octauo libro diximus; nunc ea ex Hebræorum scripturis patefacere sufficiat, quæ ad confessionem vocalem pertinent. Quare quod in *Midras tehilim*, id est in expositione Psalmorum legitur, primum audiatur: vbi super Psalmum 100. sic ad verbum dicitur, מזמור לתודה הריעו ליהוה כל הארץ Hoc est, Psalmus ad confessionem. Iubilate Deo omnis terra. Dixit Deus sanctus & benedictus, Confitebuntur mihi omnes gentes, & ego recipiam eas. Sicut dictum est Isa. 45. cap. כי לי תכרע כל ברך Hoc est, Quia mihi flectetur omne genu. Alius sermo, id est alia expositio. Psalmus ad confessionem, Hoc est quod scriptum est Proverb. 28. c מכסה משעיו לא יצליח ומודה ועזב ירחם Hoc est, Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: Qui autem confiterur, & reliquit ea, misericordiam consequetur. Qui abscondit scelera sua: Talis fuit Saul, cui dictum est 1. Reg. 15 Quæ est vox harum omnium? Ipse autem respondit, De Amalech adduxerunt eas. Qui autem confiterur, & relinquit ea, misericordiam consequetur. Talis fuit Dauid, de quo dictum est 2. Reg. 12. cap. Et dixit Dauid ad Nathan Peccaui Domino. Et dixit Nathan ad Dauid, Dominus quoque transtulit peccatum tuum, non morieris. Hucusque traditio: ex qua sumitur argumentum de confessionis efficacia. Pro qua etiam notandum est, quod in *Bereshith* קטנה *ketanna*, id est in expositione minoris libri Gen. canitur, super illud quadragesimo nono capite eiusdem libri dictum, יהודה אתה יודוך אחיך id est, Iuda, te confitebuntur vel laudabunt fratres tui. Ibi enim sic dicitur, Ista est confessio, de qua dictum est a Spiritu sancto per manus Iob 15. c. אשר חכמים ינידו ולא הגידו מאבותם Hoc est, Quia sapientes sunt, confitentur, vel indicant, & non abscondunt a patribus suis; peccata scilicet sua. De quibus dictum est hoc? De iustis, qui vincunt, vel subiugant semitem seu sensualitatem suam, & confitentur actus suos patribus suis. Omnis enim qui confitetur actus suos, dignus est seculo futuro. Sicut dictum est Psal. 50. זבחי אלהים רוח נשברה לב נשבר ונדכה אלהים לא תבזה id est, Qui sacrificat confessionem, honorabit me, & qui ponit viam, ostendam illi saluationem Dei. Et ita tu innexus in Iuda. In hora enim qua peruenit ad eum fictum Tamar, confessus est, quemadmodum dictum est Genes. 38. cap. הגד נא אתה בוראי ואל תכחד בושת מבשר ודם Hoc est, Recognosce quæso creatorem tuum, & non erubescas de carne & sanguine, id est de homine. Mox igitur vicit sensualitatem, vel affectum suum, & confessus est. Omni autem qui non confitetur opera sua, Deus sanctus & benedictus maledicit. Sic enim inimicus in Cain, qui negauit & dixit Genes. 4. cap. Numquid custos fratris mei ego sum? Maledictus ergo fuit. Sicut dictum est ibidem, Et nunc maledictus tu. Et reliqua. Cum autem cognouisse peccasse, petiit veniam a Deo sancto & benedicto, & dixit, Domine totius seculi magnum est peccatum meum, adeo, vt ferri aut tolerari non possit. Magnum, inquam, est peccatum meum, magis quam sexcentorum millium, qui peccati sunt coram te. Exod. 34. cap. Et quando dictum sunt tibi, Tolle peccatum, statim tu eris absolutus, continuo itaque dixit ille cuius nomen sit benedictum in secula, Si nõ absoluetro Cain, etiam portam omnibus pœnitentibus. Et quia non fecit pœnitentiam perfectam, peperit ex meditatõe. Et vnde hoc habetur? Ex eo quod dicitur Genes. quarto capite, Vagus & inquietus eris in terra. Postquam vero pœnitentiam egit, ait: Ecce habitauit in terra *Nod*, id est commotionis. Et de ipso ait Salomo Prou. 28. capite, Qui abscondit scelera sua, non dirigetur. Qui autem confitetur & relinquit ea, misericordiam consequetur. Hactenus traditio. Ad hoc etiam, quod confessio alteri homini facienda sit, & non soli Deo qui omnia scit, maxime ad propositum fuit quod in libro *Sanhedrin* Ierosolymitano, in capite quod incipit, נסקל תקיון *Nismat haddin*, id est de iustum est iudicium, hoc modo legitur, Omnis confitens habet partem in seculo futuro. Sic enim Achan reperimus, quod dixit ei Iehosuas, fili mi da obsecro honorem Domino Deo Israel, & da confessionem, & indica mihi quæso quid feceris, nec celes à me. Et respondit Achan ad Iehosuam, & ait, Vere ego peccaui Domino Deo Israel, & ita hoc, sicut hoc feci. Et vnde habemus, quod remissum fuerit ei peccatum? Ex eo quod dictum est ibidem, Iehosuæ scilicet 7. cap. Et ait Iehosuas, Sicut turbasti nos, turbat te Dominus in die isto. In die enim isto (inquit) turbauit, sed non eris turbatus in futuro. Hæc omnes tradidit. Quod autem omnia peccata omnesque circumstantiæ peccatum aggrauantes in confessione dici debeant, non solum habetur ex prædicta confessione Achan, verum ex eo quoque quod in libro יום הכפורים *iom hakippurim*, i. Dies propitiationum, ita scribitur: Dixit Rab. חנא *Hanna*, Omnis qui transgressione transgressus est, necesse est, vt singulatim exprimat peccatum. Sicut dictum est Exodi 32. cap. Et fecerunt sibi deos ex auro; cum reliquis. Quod autem hæc pœnitentia quocunq; tempore fiat, sit semper Deo accepta, habetur in *Midras tehillim*, i. in expositione Psalmorum. super illud Psalmi quinti & sexagesimi, לך דמיה תהלה אלהים בציון ולך ישלם נדר h.e. Tibi silentium est laus Deus in Sion, & tibi reddetur votũ. Ibi enim sic legitur, רבי חנינא בר פפא שאל לרבי ישמעאל בר נחמני מהו שכתוב בענין לך אחר לישעי תהלה פעמים פתוחים פעם נעולים שנאמר מבטיח קצוי ארץ יום רהוקים סרו הימים הזה אינו נעול לעולם אלא כל מי שמבקש לרחוץ בו רוחץ כל שעה שאדם רוצה לעשות כך התרוכה בכל שעה שאדם רוצה לעשות התשובה עושה התקדים סיוע תאמר קבלו h. e. R. Hanina filius Papa interrogauit R. Semuelem filium Nachmani, dicens, Quid est, quod scriptum est Threnorum tertio capite, *Protexisti* nube te, ne transeat oratio? respondit ei, Quia portæ orationis quandoque apertæ sunt, quandoque vero clausæ. Portæ autem pœnitentiæ nunquam clausæ sunt in mundo isto. Sicut dictum est Psalm. sexagesimo quinto, Spes omnium finium terræ, & maris longinquorum; est scilicet pœnitentia. Quemadmodum enim mare hoc nunquam claudiur, sed quicunque vult, latenter scilicet in omni hora qua vult ita ipsa pœnitentia quacunque hora vult homo ipsam facere, facit, & Deus sanctus & benedictus recipit eam. Oratio autem habet tempora. Sicut dictum est Psalmo 69. Et ego orationem meam ad te, Deus tempore beneplaciti. Hæc traditio, ex quibus omnibus patet propositum.

## CAPVT IIII.

*Quod Messias nouum sacrificium instituturus erat, in quo ipse panis & vinum esse debebat.*

## CAPNIO.

DICTO de baptismo, & pœnitentia, quoad vocalem cõfessionem, nunc de Eucharistiæ sacramento, quod Messias in pane & vino, panem in corpus suum, & vinum in sanguinẽ suum potestate diuina transubstantiando, mutare debebat, dicendum est. Quare primum quod Messias ipse nouum sacrificium instituturus esset, cuius ipsemet panis & cibus esse deberet, per prisc orum Iudæorũ scripturas probandum est. GAL. Primum itaq; prætermittendum non est, quod Psal. 72. qui incipit, Deus iudicium tuum Regi da; secundum veteres Iudæorum doctores totus de Messia loquatur, hoc autem ex eo potissimum ostenditur, quod in *Midras tehillim*, id est, in expositione Psalmorum legitur, super eiusdem Psalmi titulo, qui talis est, לשלמה i. Salomoni. hoc est, pacifico. Sic enim ibi dicitur זה מלך המשיח שנאמר ויצא מטר מגזר ישי Iste est Rex Messias, de quo dictum est Isa. scilicet 11. ca. Egredietur virgultum de stipite Iesse. Quamuis autem R. Selomo hunc Psalmum de rege Selomone exponere conetur, (vnde & verba illa eiusdem Psalmi, יפרח בימיו צדיק ורוב שלום עד בלי ירח h. e. Pullulabit in diebus eius iustus, & abundantia pacis vsq; ad senium vel defectum lunæ sic exponit, In diebus eius, i. in diebus Selomonis multiplicabuntur iusti, & abundantia pacis vique ad finem mundi) Cum tamen peruenisset ad locum illum, vbi nostra editio habet, Erit firmamentum in terra in summis montium, Hebraica autem veritas, יהי פיסת בר i. Erit placenta frumenti vel fructum frumenti in terra in capite montium, non valens veritatem omnino tacere, contra se ipsum protulit hæc verba, dicens, רבותנו פירשו גלופקאות ליסות חמשיח וכל חמזכור ביסות חמשיח. Magistri nostri exposuerunt hoc esse genus placentarum in diebus Messiæ, & totum Psalmum de Rege Messia explanauerunt. Hæc ille. Quomodo autẽ & qualiter Messias מסת בר *pissath bar*, id est, placenta frumenti futurus esset, secundum sapientum Magistrorum Iudæorum expositionem; habetur in libro, qui apud eos סיפרי *Siphre* nuncupatur: vbi super illud Deutero. 32. cap. dictum, Dominus solus deducet eum, & non erit cum eo Deus alienus: sic dicitur, דבר אחר יהוה בדד ינחנו וגומר עתיד אני להושיבכם בנחת בעולם ואין עמו אל נכר שלא יהא כוכם בני אדם שעוסקין בתר קסטיא של כלום כענין שנאמר יהי פיסת בר בארץ וגומר שיהו חיטין מוציאין גלופקאות כפלא פיסת יד יהיש כלבנון פריו שיהו חיטין שמורת זו בזו ונושרות סולתן בארץ ואתה בא וגוסל מסנה סלא פיסת הוי כתי פרנסתה hoc est, Sermo alius: Dixit Deus sanctus & benedictus, Futurum est, vt ego conuertam vos in mansuetudinẽ spiritus in mundo isto. Et non erit cum eo Deus alienus. Quia non erunt in vobis filii Adam, exercentes negotiationem aliquam, Quemadmodum dictum est Psal. 72. Erit placenta frumenti in terra, in capite montium, Quoniam frumenta producent in diebus Messiæ גלופקאות *gheluscaeth*, id est, placentas, sicut est plenitudo כף *caph*, id est, volæ manus Sequitur, ירעש כלבנון פריו hoc est, Tremet sicut Libanus fructus eius: Quia frumenta fricabunt se inuicem, & deficient similam suam in terram. Et tu veniens accipies inde plenitudinem מסת *pissath*, id est, placentulæ rotundæ instar volæ manus, iuxta defectionem vel profusionem tuam. Hæc ibi. Hoc idem habetur in libro כתובות *Chethuboth*, id est, Sponsalitiorum, in capit. quod incipit, שני דיינין *Sene dainane*, id est, Duo iudices: vbi hic ad verbum legitur: Dixit Rabbi עירא *Ira*, Futurum est, vt terra Israel producat placentas, & ornatum purpuræ. Sicut dictum est, Erit placenta frumenti in terra. Et nota, quod lingua Romanorum placenta tenuis & extensa vocatur מסת *pissa*. Legerunt Magistri super illud Psalmi, Erit מסת בר *pissath bar*, id est, placenta, vel fructum frumenti in terra. Et dixerunt. Futurum est, vt triticum palmescat, & ascendat palma: iuxta illud, Erit בר מסת *pissath bar*, id est, placenta, vel fructum frumenti in terra. Forsasse autem dices, Quod labor erit in colligendo? Docet, quid ad hoc dicendum sit, quod sequitur: Contremiscet, vel monebitur sicut Libanus fructus eius. Deus enim san-

ctus & benedictus educet ventum de thesaurisA
suis, & separabit similam ipsius. Veniet autem
homo, & reportabit inde plenam volam manus
suæ, procurabitque ex eo prosuisionem suam, ac
familiæ suæ. Vbi glossa R. Selomonis, Et totum
hoc (inquit) erit in diebus Messiæ. Dixit autem
R. Kimhi, Erit *pissath bar* in terra. Quod perinde
est, ac si diceretur, Erit frustum frumenti vel pa-
nis in terra. Ex his omnibus pater, quod Psal. iste
de Messia loquitur. Manifestum est igitur secun-
dum textus euidentiam, futurum fuisse, vt Mes-B
sias placenta frumenti esset in terra. Siquidem de
ipso (vt patuit) dictum est, Erit placenta frumen-
ti, vel frustum panis in terra. Quod autem Mes-
sias ipse futurus esset hæc placenta frumenti, in
*Midras* קהלת *cohelerh*, id est, in expositione libri
Ecclesiastis aptissime confirmatur, quum super
illud primum cap. eiusdem lib. dictum, מה שהיה
הוא שיהיה id est, Quid est quod fuit? ipsum est
quod erit: R. Berachias in nomine R. Ishac dixit,
Quod quemadmodum fuit Redemptor primus,C
id est, Moses: ita erit Redemptor vltimus. Et sic
dixit, Sicut enim Redemtor primus fecit descen-
dere Manna: sicut dictum est Exodi decimo sex-
to capite, Ecce ego pluam vobis panem de cœ-
lo: ita quoque Redemptor vltimus, id est, Messias
erit placenta frumenti in terra. Ioxta dictum illud
Psal. Et erit placenta frumenti in terra. Quamob-
rem R. Ionathas Vzielis filius locũ hunc in Chal-
dæum vertens, ita exposuit, יהי קרבן דעיבורא
בארעא ברישׁ טוריא נושׁתא Hoc est, Et erit D
sacrificium panis in terra, in capite montium Ec-
clesiæ. Cap. Quidam aiunt, Chaldæum interpretem hoc non ita vt ipse retulisti, interpretatum fuisse: sed sic, יהי סעיד לחמא בארעא ברישׁ
טוריא id est, Erit substantificus panis in terra in
capite montium. Gal. 2. Verum quidem est,
Chaldæum interpretem, quem ipsi viderunt, &
quem nunc Hebræi præ manibus habent, ita hoc
loco dicere, vt ipsi asserunt. Sed hic non est Rab-
bi Ionathan ben Vziel, sed Rabbi Akylas, siue E
Rabbi Ioseph cœcus. Ipse enim Rabbi Ionathan
(vt ipse notat) ita prorsus locum hunc interpreta-
tus est, vt ipse citauit. Cuius quidem interpreta-
tio in Psalterium quamuis rarissima sit, non ta-
men neganda est: cum passim non solum à no-
stris, sed ab ipsis Hebræis allegetur. Nam *besepher*
*kibudzim*, id est, in libro collectionum, erebro de
ipsa fit mentio. Vnde hoc in loco eodem in li-
bro sic dicitur, אסר התרגום יהי כרבן דעיבורא
בארעא ברישׁ טוריא כנישתא יראאתי שיש לן F
עינים איך אסר שאותו המשיח שמדבר כל המזמור
יהי פיסת בר בארץ רוצדק לוסר גלוסקא נעשירת
קרבן כראש ההתנים שהם הם בבבל ר. i. e. Dicit
Chaldæa translatio, scilicet Rabbi Ionathæ, Et e-
rit sacrificiũ panis in terra in capite montium Ec-
clesiæ. Videat qui habet oculos, quod sicut dictũ
est, ille est Messias, de quo loquitur totus Psal-
mus. Cum ergo ait, Et erit placenta frumenti in
terra in capite montium: vult dicere, quod pla-
centa panis fiet sacrificium in capitibus sacerdo-G
tum, qui sunt in Ecclesia. Hæcibi. Quæ satis esse
reor contra Iudæorum pertinaciam, eorumque
fautores. Quid igitur rectius in præmisso Rabbi
Ionathæ Thargum per montes Ecclesiæ designa-



tur, quam ipsius Ecclesiæ prælati & sacerdotes? A
In quibus hæc scriptura tunc certe admodum im-
ac verificatur, cum corpus Christi super caput
suum eleuant. Nec mirandum est de auctore Ia-
dæorum sapientibus, quieo modo, quo dictum
est, supradictam authoritatem exponentes, Mes-
siam placentam frumenti vel frustum panis in
rum fuisse dixerunt. Quid enim melius dicere pos-
tuissent, quibus nondum rei veritas plene reuela-
ta fuerat? Quod autem sacrificium corporis Mes-
siæ cibus nostri esse debebat, habetur in expo-B
tione libri Genes. Rabbi Mosis Hadarsan vbi su-
per illud trigesimo nono capite eiusdem libri dic-
tum, Ioseph autem descenderat cum eo in Ægy-
ptum: sic dicitur, Hoc est quod scriptum est Hosee
11. capite, במשכי אדם אמשכם בעבותות אהבה
והייתי להם כמרימי עול על לחייהם ואט אליו אוכיל
Hoc est, Funibus humanitatis traham eos, vinculis
amoris. Et ero eis sicut eleuatores iugi de ma-
xillis eorum, & dimittam vel inclinabo ad eum
cibum, vel comestionem. Funibus humanita-
tis traham eos: Hi sunt Israel, sicut dictum est
Cantici canticorum primo capite, Trahe me post
te, & curremus: Trahe, vinculis scilicet dilectio-
nis. Sicut dictum est Malachiæ primo cap. Diligo
vos, ait Deus: Et ero eis sicut eleuatores iugi.
Quia exaltasti tribulationes eorum super me.
Totum hoc quam ob rem? Propter mutilatio-
rum, id est, propter verbum, quod emiserunt ex
faucibus, vel è maxillis suis, dicentes secundo Ps
gum vigesimo capite, Non est nobis panis Dei
uid. Et inclinabo ad eum cibum, id est, Solum-
tam ad eum cibum bonum, suauem, & magnæ
cui non est aliius similis. De quo dictum est Psal-
mo septuagesimo secundo: Et erit placenta fru-
menti, vel frustum panis in terra. Hæc omnia tra-
ditio. Cum igitur probatum sit secundum pau-
rum expositionem, & Rabbi Ionathę editionem,
Messiam futurum fuisse hanc placętam frumenti
in terra, & sacrificium panis in capite montium
Ecclesię: sequitur plane, quod ipsemet Messias fu-
turus erat cibus huic suauissimus à Deo inclinatus,
& submissus, cui alius nullus similis esse potest.
De quo Rabbi Rambam in commentatione su-
per illud Psalmi. 105. לחם שמים ישבעם id est,
panem cœli saturauit eos, sic ait, לחם משמים
ירד לתאוות ישראל כלומר שמן השמים השליך
עליהם את המן ודבר ירעתה סודם ולא חויי
תדע שיש אנה עתה בעה תרצון כאשר תבין סוד
מאמרי השם פניו אליך בכרמת תכתנים ותרוזה
מקבל כו ותבין זה h. e. Protexit de cœlis in tem-
pulchritudine Israel: significare volés, quod Deus
descendere fecit de cœlis pulchritudinem in ter-
ram. Et notato secreta eius humi semiodi, nec di-
cedas ab eis. Et ipse ad se accipiet pulchritudi-
nem, cum sibi bene placitum fuerit. Quemadmo-
dum intelliges ex benedictione facer dotum. Ad
scendere faciet Deus facies suas ad se. Et si hoc
bene intellexeris, etiam quod supra dictum est,
intelliges. Hæc ibi. Vbi pulchritudo de cœlis in
terram descendens Messiam verum Dei Filium
significabat, qui cœlestis panis futurus erat, cuius
cœlestis manna figura fuit. Quæ omnia dicta sit
Domini nostri Iesu Christi optime congruunt.
Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi. Si



quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æter-A
num. Et panis, quem ego dabo ei, caro mea est
pro mundi vita.

## Capvt VI.

*Quod sacrificium hoc non pane solo, sed vino quoque institutum erat, per quod omnia sacrificia veteris legis esse debebant.*

## CAPNIO.

SAcrificivm, quod Christus B
instituit, non pane tantum, sed
pane & vino institut, ac fieri mã-
dauit. Ad maiorem igitur huius
catholicæ veritatis expressionem,
probandum quoque est per veterum Iudæorum
dicta, sacrificium hoc nouum, quod Messias in-
stituere debebat, pane simul & vino ab ipso insti-
tuendum fuisse. Gal. Hoc itaque in expositio-
ne libri Genes. R. Mosis Hadarsan apette osten-
ditur, quum super illud 14. capitis eiusdem libri C
dictum, ומלכי צדק מלך שלם הוציא לחם ויין
est, Et Melchisedec Rex Salem produxit, vel pro-
tulit, vel obtulit panem & vinum: ita dicitur, Hic
Melchisedec erat Sem filius Noe. Et quid docet
dicendum, cum ait, Protulit, vel produxit panem
& vinum? Rabbi Semuel filius Nahman dixit,
Sementias sacerdotii tradidit. Erat enim ipse sa-
crificans panem & vinum Deo sancto & benedi-
cto. Sicut dictum est ibidem, Et ipse erat sacer-
dos Dei Altissimi. Locus quippe quandoque iu-D
stificat subitatores suos. Alius sermo, id est, alia
expositio. Produxit panẽ: Hic est panis facierum,
id est, propositionis. Et vinum, scil. libaminum.
Magistri dixerunt, Quod legem reuelauit
ei, quæ dicit Prouerbiorum decimo nono capi-
te, לכו לחמו בלחמי ושתו ביין מסכתי hoc est,
Venite, comedite panem meum, & bibite vi-
num, quod miscui vobis. Hæc Rabbi ille Moses
Hadarsan. Qui etiam ibidem sic immediate sub-
iungit. דבר אחר מלכי צדק ברכתיו נשבע יהוה E
ולא ינחם אתה כהן לעולם על דברתי מלכי צדק
מלך שלם ומי הוא זה מלך צדק ונותע מלך
המשיח שנאמר הנה מלכך יבא לך צדק ונושע
הוא ומה תלמוד לומר תוציא לחם ויין שנאמר יהי
פיסת בר בארץ והוא שכתוב והוא אכזן לאל עליון
h. e. Alius sermo, Melchisedec Rex Salem. Hoc est
quod scriptum est Psalmo centesimo decimo,
Iurauit Deus, & non pœnitebit eum, tu es sacer-
dos in æternum super verbum (id est, secundum
verbum, vel propter verbum) Melchisedec. Et
quis hic? Hic est iustus & saluator Rex Mes-
sias: sicut dictum est Zachar. 9. capite, Ecce Rex
tuus venit tibi iustus & saluator. Et quid docet
dicendum, cum dicit, obtulit panem & vinum:
Hoc est, ac si diceret, quod scriptum est Psal. 72.
Et sit placenta tritici in terra. Et hoc est quod
dictum est, Et ipse erat sacerdos Dei altissimi.
Quod autem per hoc sacrificium omnia sacrifi-
cia veteris legis cessare debebant, ipsum autem
tamquam deficere, ex eo habetur, quod legitur
super illud Numer. 28. capite dictum, צו את בני
ישראל ואמרת אליהם את קרבני לחמי לאשי
ניחוחי תשמרו להקריב לי id est, Præcipe
filiis Israel, & dices ad eos, Oblationem meam pa-
nis mei ad ignes meos odoris suauitatis meæ re-
spicietis, vt offeratis mihi in tempore suo. Et In-
fra: Et dices ad eos, Sacrificia quæ offerre debetis,
Agnus & reliqua. Ibi enim sic dicitur: R. Pinhas
filius Iair dixit, Tempore Messiæ omnia sacrifi-
cia cessabunt, & sacrificiũ panis & vini nunquam
cessabit. Sicut dictum est Genes. 14. Et Melchise-
dec Rex Salem excepit panem & vinum. Melchi-
sedec, id est, Rex Messias. Dicitur autem מלכי
*Malchi*, id est, Rex, quia est Rex totius mundi, &
צדק *tsedec*, i. iustitiæ: quoniam mittet iustitiam
suam & gratiam super vniuersum orbem. Sicut
dictum est Psal. 85. Veritas de terra germinabit, &
iustitia de cœlis videbitur, vel prospicietur, siue
apparebit. Rex Salem, hoc est, Ierusalem superne
excepit panem & vinum: hoc est, Separabit à ces-
satione sacrificiorum, sacrificium panis & vini, vt
dictum est Psalmo centesimo decimo, Tu es sa-
cerdos in æternum secundum verbum Melchi-
sedec. Hog. Editio nostra dicit, Melchise-
dec proferens panem & vinũ. Protulit ergo (quod
idem est, quod foras tulit) Melchisedec panem &
vinum, & non excepit, vt Rabbi iste ait. Gal.
Recte quidem nostra editio haberet, si protulit,
vel produxit, diceret. Sed hic Rabbi vt sacrificium
panis & vini à cæteris sacrificiorum generibus,
quæ cessatura erant, exceptum declararet, ideo
excepit, dixit. Quare constat, ipsum quoque re-
cte dixisse. Item super eundem textum Numer.
28. capite. Præcipe filiis Israel, & reliqua: Rabbi
יואי *Iohas* sic dicit, Tempore Messiæ omnia sa-
crificia deficient, sacrificium vero panis & vini
nunquam deficiet: Sacrificium quidem vltificut
scriptum est Genes. quadragesimo nono capite,
אסרי לגפן עירה Hoc est, Ligans ad vitem ciui-
tatem suam, id est, corpus suum. Corpus enim ci-
uitas est animæ. Item alibi scriptum est, scilicet
Iudic. 9. cap. התחדלתי את תירשי המשמח אלהים
ואנשים id est, Nunquid possum deserere vinum
meum, quod lætificat Deum & homines? Et si
homines quidem lætificat, Deo autem in quo læ-
titiam affert? In sacrificio, quod de ipso fiet. Sa-
crificium vero panis nunquam desistebat esse
ex eo apparet, quod dictum est Psalm. 72. Et erit
placenta frumenti in terra, in capite montium.
Hæc omnia Rabbi ille Iohai, qui per multos an-
nos Christum antecessit.

## Capvt VII.

*Quod Messias in hoc sacrificio panem in corpus suum, & vinum in sanguinem suum transfusibstantiaturus erat.*

## CAPNIO.

FIdes catholica firmiter con-
tetur & tenet, in hoc sacrificio
panem in verum corpus Christi,
& vinum in verum sanguinem e-
ius, potestate diuina realiter trans-
substantiari. Igitur scire velim, an per veterum
Iudæorum scripturas probari possit, panem in
corpus Messiæ, & vinum in sanguinem eius, in
hoc eodem sacrificio vere ac realiter transsub-
stantianda fuisse. Gal. Potest vtique. De con-
uersione namque panis in carnem ipsius Messiæ

veri Dei, habetur in Commentariis R. Mosis Hadarsan, super illud Psal. centesimi trigesimi sexti, נתן לחם לכל בשר h.e. Qui dat panem vel cibum omni carni: vbi sic dicitur, אמר רבי יונתן עוף נתנו לכל בשר הדה הוא דאמרי טעמו וראו כי טוב לכל והוא בשרו ובטעם לחם שב לבשר וזהו שאמר וראו כי טוב יהוה והיה עלא גדולי: Hoc est, Amplius dictum est verbum notum, Qui dat panem omni carni. Hoc est, quod dictum est Psal. 34. Gustate & videte, quoniam bonus est Deus. Quia panis, quem dat omnibus, ipse est caro eius. Et dum gustatur panis, conuertitur in carnem. Et hoc est, quod dictum est, Et videte, quoniam bonus est Deus. Et erit hoc mirabile magnum. Hæc ibi. Quæ paucula verba si bene examinentur, de conuersione panis in corpus Messiæ intelliguntur. De sanguine vero ipsius, qui quotidie in altari immolatur, nobis quidem inuisibili, id est, sub vini specie occulto, soli autem Deo visibili, in libro *Mechilta* ita scriptum legitur, ורם נקי תרשיעו זה הוא שאמר וראיתי את הדם והנראה לי ולא לאחרים דברי רבי ישמעאל וספיך ליה יהידה הדם לכם לאות לאות לכם ולא לאחרים לאות: i. Et in sanguinem insontis impie egistis. Hoc est quod dictum est, Et videbo sanguinem, qui à me videbitur, & non ab aliis. Verba R. Ismaelis, Et huic annexũ est illud, Et erit sanguis vobis in signum. In signum, inquam, vobis, non autem aliis erit in signum. Cap. Velim conuersionem hanc ex vtraque specie in corpus & sanguinem Messiæ clarius per eorum scripturas ostendere. Gal. Id de vtroque Rabbi כהנא *Cahana* manifeste declarat, super illud Gen. 49. c. dictum, אסרי לגפן עירה ולשרקרה בני אתנו כבס בייין לבשו ובדם עבבים סותה: חכלילי עינים מייון ולבן שנים מחלב hoc est, Ligans ad vitem ciuitatem suam, & ad palmitem, ô fili mi, asinũ suum. Lauabit in vino vestẽ suam, & in sanguine vuæ pallium suum. Rubriores sunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores. Vbi sic R. Cahana ait, Hęc verba, Ligans ad vitem ciuitatem suam, ostendũt, quod sacrificium quod fiet ex vino, non solum transmutabitur in substantiam sanguinis Messiæ, sed etiam conuertetur in substantiã corporis eius. Verba autem illa, Et ad palmitem, ô fili mi, asinum suum: Significant, quod diuinitas & Dei Filius vnietur asino, id est, materiæ suæ. Quoniam חמר *hamor*. id est, asinus materialis est exprimitur. Quemadmodũ etiam asinus fert onera, & vestes viatorum: ita Rex Messias delicta totius orbis super se portabit: iuxta illud Isa. 53. cap. dictum, Et Deus obuiare fecit in eo peccatum omnium nostrũm. Cum autem dicitur, Lauabit in vino vestem suam, & in sanguine vuæ pallium suum: eadem est sententia diuersis verbis: quoniam vestis dicit materiam. Sicut dictum est Iob 10. cap. עור ובשר תלבישני hoc est, Pelle & carne vestisti me. Et in sanguine vuæ pallium suum, id est, diuinitatem suam. Quia sicut pallium totum hominem circumdat, ita Deus totum replet mundum. Rubriores sunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores: Hoc est, In sacrificio, quod fiet ex pane, non obstante, quod album sit velut lac, conuertetur substantia in substantiam corporis Messiæ, eritque in ipso sacrificio substantia sanguinis Messiæ rubra, vt vinum. Erunt item in sactificio vini sanguis & caro Messiæ, & eadem erunt in pane: quamuis corpus Messiæ non potest diuidi. Idque nos postulat. Nam si caro & sanguis diuisa essent, distinguerentur ab inuicem. Corpus autem Messiæ non potest diuidi: sicut scriptum est Exod. 12. confringetis in eo. Præterea caro sine sanguine, & è conuerso, sunt res mortuæ: corpus vero Messiæ post resurrectionem quia glorificatum erit, semper viuet. Et hinc est dictum illud, לא תשברו בו ועצם hoc est, Et substantiam non confringetis in eo. Præterea caro sine sanguine, & è conuerso, sunt res mortuæ: corpus vero Messiæ post resurrectionem quia glorificatum erit, semper viuet. Et hinc est dictum illud, לא תשברו בו ועצם id est, Et substantiam non confringetis in eo: apud nos non substantiam sed os habet. Sic enim dicit. Nec os illius cõfringetis. Gal. Illi Hebræica veritas עצם *hetsem* dicit, quod & substantiam & os significat. Nostræ igitur editionis author illud ad agnum paschalem, cuius nullum os confringendum erat, referens, os & non substantiã transtulit. Rabbi vero Cahana illud idem ad corpus Messiæ, cuius agnus ille figura fuit, referens. Idirco substantiam, & non os traduxit. Propterea erit item vtrumque dixisse, manifestum est: cuius alter quidem de figura, alter vero de figurato locutus sit. Prædictis etiam illud notatu dignissimum addendum esse puto, quod Rabbi Ishai super prædictum textum Numer. 28. capite scriptum, Oblationem meam panis mei: & reliqua: sic dicit. Oblationem meam panis mei, ad apertiodum suauitatis meæ respicietis ad offerendum mihi in tempore suo, i. in tempore Messiæ. Et dices ad eos, Sacrificia quæ offerre debetis Agnum: cum reliquis. Hoc est sacrificium, quod in præsentia facitis. Erit autem hic panis duarum facierum, de quo scriptum est Exod. 25. cap. לחם פנים לפני תמיד i. Panis facierum coram me semper. Quare autem dicatur panis facierũ, ratio est, quia vt ait R. Iudas, transmutabitur ex substantia panis, cum sacrificabitur, in substantiam corporis Messiæ, qui descendet de cœlis. Et ipse idem erit sacrificium. Ideo dicit, Respicietis ad offerendum mihi, vt est, offerri me. Enimq; inuisibilis atq; impalpabilis. Cuius rei fidem facit sedes Eliæ. Et Magistri aiunt, eam ob rem dictum esse panem facierum, quia in ipso sacrificio erunt duæ substantiæ, diuinitas & humanitas. Hæc Rabbi ille, qui multis annis Christum ante cessit. Hoc. Quomodo intelligitur Rabbi Iudæ dictum, cum ad probandum corpus Messiæ in ipso sacrificio inuisibile atque impalpabile futurum fuisse, dixit sedem Eliæ huic rei testimonium afferre? Gal. Doctores Hebræorum referunt, Deum hanc Eliæ dedisse prærogatiuam, vt circumcisionẽ nullam fieri contingeret, in qua ipse non interueniret. Quamobrem ipsi Magistri statuerunt, vt quoties circumcisio facienda esset, semper duæ ornatissimæ sedes præparabantur. Vna, in qua sederet, qui circumcidebatur: Altera, in qua nemo sedere posset, sed vacua remaneret, quia in eam ad sedendum Eliam venturum aiebant. Eam igitur ob rem Rabbi Iudas corpori Messiæ inuisibili & impalpabili in sacrificio panis & vini futuro, sedem Eliæ fidem præbere dixit, ne Iudæi recentiores, quorum perfidiam ipse præuidebat, ideo eum Messiæ in hoc sacrificio non esse dicerent, quia hi nec videatur, nec palpetur: cum Eliam



quod nostra litera pulchriores sunt, ait: in Hebraico חכלילי *hachlile* scriptum est, quod ad rubrum & pulchrum æquiuocum est. Hic tamen magis literæ & veritati consonat, rubriores dici, quam pulchriores. Quod demum textus nostri author suum habet, & asinũ suum à me traductum est, ex eo est, quod חמור *hamor*, i. asinus apud Hebræos communis est generis. Et ideo apud eos tam asinum quam asinam significat. Hoc. Textum etiam ille, quem idem Rabbi Cahana ad probandum corpus Messię non posse diuidi, ex Exodo inseruit, dicens, Et substantiam non confringetis in eo: apud nos non substantiam sed os habet. Sic enim dicit. Nec os illius cõfringetis. Gal. Illi Hebraica veritas עצם *hetsem* dicit, quod & substantiam & os significat. Nostræ igitur editionis author illud ad agnum paschalem, cuius nullum os confringendum erat, referens, os & non substantiã transtulit. Rabbi vero Cahana illud idem ad corpus Messiæ, cuius agnus ille figura fuit, referens. Idirco substantiam, & non os traduxit. Propterea erit item vtrumque dixisse, manifestum est: cuius alter quidem de figura, alter vero de figurato locutus sit. Prædictis etiam illud notatu dignissimum addendum esse puto, quod Rabbi Ishai super prædictum textum Numer. 28. capite scriptum, Oblationem meam panis mei: & reliqua: sic dicit. Oblationem meam panis mei, ad apertiodum suauitatis meæ respicietis ad offerendum mihi in tempore suo, i. in tempore Messiæ. Et dices ad eos, Sacrificia quæ offerre debetis Agnum: cum reliquis. Hoc est sacrificium, quod in præsentia facitis. Erit autem hic panis duarum facierum, de quo scriptum est Exod. 25. cap. לחם פנים לפני תמיד i. Panis facierum coram me semper. Quare autem dicatur panis facierũ, ratio est, quia vt ait R. Iudas, transmutabitur ex substantia panis, cum sacrificabitur, in substantiam corporis Messiæ, qui descendet de cœlis. Et ipse idem erit sacrificium. Ideo dicit, Respicietis ad offerendum mihi, vt est, offerri me. Enimq; inuisibilis atq; impalpabilis. Cuius rei fidem facit sedes Eliæ. Et Magistri aiunt, eam ob rem dictum esse panem facierum, quia in ipso sacrificio erunt duæ substantiæ, diuinitas & humanitas. Hæc Rabbi ille, qui multis annis Christum ante cessit. Hoc. Quomodo intelligitur Rabbi Iudæ dictum, cum ad probandum corpus Messiæ in ipso sacrificio inuisibile atque impalpabile futurum fuisse, dixit sedem Eliæ huic rei testimonium afferre? Gal. Doctores Hebræorum referunt, Deum hanc Eliæ dedisse prærogatiuam, vt circumcisionẽ nullam fieri contingeret, in qua ipse non interueniret. Quamobrem ipsi Magistri statuerunt, vt quoties circumcisio facienda esset, semper duæ ornatissimæ sedes præparabantur. Vna, in qua sederet, qui circumcidebatur: Altera, in qua nemo sedere posset, sed vacua remaneret, quia in eam ad sedendum Eliam venturum aiebant. Eam igitur ob rem Rabbi Iudas corpori Messiæ inuisibili & impalpabili in sacrificio panis & vini futuro, sedem Eliæ fidem præbere dixit, ne Iudæi recentiores, quorum perfidiam ipse præuidebat, ideo eum Messiæ in hoc sacrificio non esse dicerent, quia hi nec videatur, nec palpetur: cum Eliam in illa fede inuisibilem, atque impalpabilem esse, nec non eundem pluribus in locis eadem hora existere posse, & credant, & fateantur. Hoc. Quem superius R. Iohai panem facierum dixit, nos panem propositionis dicimus. Sic enim nostra editio ipsum appellat. Quomodo ergo dici debet, panis facierum, an panis propositionis? Gal. Panis facierum, & non propositionis proculdubio dicendus est, quemadmodum Hebraicæ veritatis textus manifestat. Sic enim magis ad nostræ fidei propositum facit, vt ex dictis prædictorum veterum Iudæorum plane liquet. Dici etiam potest, quod neq; abs re ipsum panem propositionis nostri vocarint: propterea quod illum Dominus supra mensam tabernaculi ante sancta sanctorum proponi iussit.

## Capvt VII

*Quanta futura esset huius sacrificii efficacia, & quanta sacerdotum illud pertractantium dignitas, qualisque vita.*

## CAPNIO.

Multa quidem atq; miranda de huius ineffabilis sacrificii mysteriis ex scripturis Hebræorum protulisti. Reliquum est, vt de eius efficacia, quid veteres eorum senserint, nunc detegas. Gal. Mira admodum profecto senserunt. Nam inter cætera signa atque figuras de hoc inenarrabili sacramento patribus Hebræis traditas, id quod de mirabili ipsius tum conuersione, tum efficacia legitur apud interpretem Chaldæum libri sanctissimi Iob, quicunque is fuerit, non est inter postrema signa, interque postremas figuras computandũ. Sic enim ibi dicitur, ושמעו תלתא חברי איוב ית כל בישתא הרא די אתא עלוהי גבר תימן אילני פרקסיתון יבישו ולחם סעדתהון די אתהפיך לבישרא חייא וירת חסר משתיתון די אתהפיך לדמא ואתו גבר מן אתריה ובתרא זכותא אתפריקו מן אתרא דמזמן להון בזיהנם אליפז דמן תימן וזלדד דמן שוחי וצופר דמן נעמה אנון אתחברו כחדא למיתי לימיר ליה ולנחמותיה: h.e. Et perceperunt tres socii Iob omnia mala, quæ euenerant ei. Vbi sc. viderunt arbores, quæ erant in hortis suis, aruisse, videruntq; panem, quo sustentabantur, cõuersum in carnem viuentem, & vinũ, quod bibituri erant, cõuersum in sanguinem. Et recesserunt vnusquisq; de loco suo. Et huius rei merito liberati sunt, à desertis in locũ, qui deputatus erat eis in inferno, Heliphaz de regione Teman (quæ, vt placet multis, insula est in sinu Arabico) Bildad de, quincia Suha (quã credunt esse Ægypti superioris partem) Tsophar de regione Naãma (ea est terra Iudææ, quam promissionis appellant) Et ipsi cõuenerunt in vnum, vt accederent ad eum, scilicet Iob, consolaturi ipsum. Hæc ibi. Vbi quum dicitur, Et huius rei merito liberati sunt à loco inferni: huius sacrificii efficacia palam insinuatur, qua vtentes ipso à morte æterna inferni libertandi erant. Illud quoque hoc in loco prætermittendum non est, quod ille ex prisci eorum Doctor, quem ipsi רבינו הקדוש

*Rabbenu Haccados*, id est, Magistrum nostrum sanctum noncupant, refert in libro, quem גלי רזייא *Gale razaia*, id est, Reuelatorem arcanorum appellant. Ibi enim ad quintam Antonini Consulis vrbis Romæ petitionem respondens, inter cætera ait, se ita à R. Simeone filio Iohai scriptum repetisse, in libro, qui מחקר הסודות *Mechkar hassodoth*, i. inuestigatio secretorum dicitur: Quod cum semel idem R. Simeon in spelunca duplici orans, vidisset Eliam sibi apparentem, & se tanquam summum pontificem induentem, remq; sacram facientem, atq; ideo omnes lætantes; tandé post multa interrogauit, dicens, Sacrum illud, quod faciebatis coram Deo sancto & benedicto, quidnam erat? Respondit ei Elias, Hoc est sacrificium, quod postquam venerit Messias, facient sacerdotes coram Deo sancto & benedicto: Tunc enim cessabunt omnia sacra, quæ prius fiebant. Faciét autem sacrificium illud ex pane & vino. Quod cum primum sacerdotes exercebunt, omnes Angeli cœli audientes illa sacra sanctaq; verba ex ore sacerdotum prodeuntia intelligêtes, inuidebunt mirum in modum illis, & contremiscent. Iratiq; omnes ad Deum venient, dicentes, O Domine mundi, quam magna est laus ista, quam dedisti Israel, qui peccatis pleni sunt, & non dedisti nobis, qui coram te à peccatis sumus immunes. Deus respondebit illis, dicetque, Non est vobis locus inuidię in Israel, quandoquidem vos oratum pro illis accessistis. Quia autem illi peccatores sunt, & ad peccandum prociues, ideo vt illis remittam, Messiam mitt, docuique eos hanc excellentem laudem. Vos vero, qui peccare non potestis, non indigetis hu.usmodi laude. Tunc Angeli ab ira discedentes, dicent, Domine Deus noster, quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Quoniam eleuata est magnificentia tua super cœlos. Tunc Deus misericordia implebitur, & virtute ingenti sanctorum verborum, quæ ab ore sacerdotum manabat, & illud omne sacrificium, quod in vnaquaque ara celebrabitur, in corpus Messiæ conuertetur. Tunc autem Angeli variis instrumentis coram Deo sancto & benedicto laudes maximas edent, dicêtes, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum. Pleni sunt cœli & terra gloria tua. CAP. Felices igitur atque beati sunt sacerdotes, qui hoc sacrificium faciunt Deo suo, ideoque oportet eos castos & sanctos esse. CAL. Oportet certe. Sicut scriptum est Leuit. 21. cap. לחם אלהיהם הם מקריבים והיו קדש Hoc est, Carnem Dei sui offerent, & ideo erunt sancti. Hæc omnia ibi ad verbum. Qualis autem debebat esse hæc Angelorum laus, quam in hora immolationis huius sacrificii Angeli facturi erant, ex Rabbi Nehumiæ filii Haccanæ verbis facile comprehenditur: quum in eodem arcanorum, quam אגרת הסודות *Ighereth hasodoth* appellauit, ita ait: Dico, quod si quis mortalium posset audire atque percipere cantum illum admodum suauem, atque mellifluum, quem Angeli concinunt, anima eius seiungeretur à potentiis corporis, & cum illa cantus dulcedine coniuncta quiesceret. Qualis etiam debeat esse sacerdotum vita, hoc sacrificium pertractantis, Dominus ipse insinuat, cum & de nostri temporis sacrificio, & de consectantis qualitate, ita Leuit. 21. capite inquit, וקדשתו את לחם אלהיך הוא מקריב קדש יהוה מקדשכם כי קדוש אני יהוה id est, Et sanctificabis eum, quia carnem Dei tui ipse est vel erit sacrificans. Sanctus erit tibi, quia ego sanctus sum sanctificans vos. HOC. Textus noster hoc in loco ita dicit, Et panes propositionis offert. Sit ergo sanctus, quia & ego sanctus sum Dominus, qui sanctifico vos. GAL. Hic nostra editio duas non paruas habet deprauationes. Prima quidem est, quod prima clausula huius textus omnino deficit, scilicet, & sanctificabis eum: quod vitio factum esse potuit. Altera vero est, quod in secunda clausula veritas Hebraica longe aliter habet. Nam vbi nos habemus, Et panes propositionis offert; in Hebraico habetur, Quia carnem Dei tui ipse est vel erit sacrificans. Quod veritati nostræ fidei magis congruit. Hanc vero deprauationem authori nostræ editionis non possum adscribere, quum huiusce erroris causa non sum, nisi vocabuli æquiuocatio. Nam hæc dictio Hebraica לחם *lehem* multa habet significata. Aliquando enim cibum, aliquando panem, aliquando carnem significat. Vt enim ait Rabbi David Kimhi in libro שרשים *Seraſim*, significationis dictionis לחם comprehendit omne comestibile. Quandoque tamen de solo pane dicitur, vt est illud Deuter. 8. cap. dictum, לתת לחם לכם יהוה הארם Hoc est, Non solo pane viuit homo. Quandoque vero cadit super solam carnem, vt illud Numer. 28. cap. קרבני לחמי לאשי id est, Sacrificium meum cibo meo ad incendium, vnde ignem meum. Et sic est illud Leuit. 21. cap. לחם אלהיך הוא מקריב Hoc est, Carnem Dei tui sacrificans. Sic etiam est illud Iob 6. cap. תמה מי לחמי id est, Ipsa sunt sicut dolores carnis mea. Hęc Rabbi Kimhi. Quod erat igitur, Carnem Dei tui tradu cendum, author nostræ editionis pro propositionis traduxit.

LIBER



LIBER VNDECIMVS.

# DE LEGIS ANTIQVÆ CESSATIONE.

## CAPVT PRIMVM.

*Quod lege Mośie adueniente, lex Mośaica in cunctis cæremonialibus cessatura erat.*

CAPNIO.

VM multa in præmissis dixeris, non solum de baptismate, per quod circumcisio euacuãda erat, & de sacrificio panis & vini, per quod cuncta veteris legis sacrificia deficere debebant, verum de ipsius quoque legis diuinæ institutione, quæ à Messia instituenda erat, per quam & tota ipsa lex antiqua quoad cæremonialia deficere debebat: capropter vt magis adhuc obstinata recentiorum Iudæorum contumacia perfidia, qui legem ipsam veterem immutabilem, atque vsque ad mundi finem duraturam asserunt, eam (adueniente lege Messiæ) in cunctis cæremonialibus finem habituram fuisse, tunc te per ipsorum scripturas probare oportet, vt cum ipsa Messiæ lege, non mixta literam, sed iuxta spiritualem ac mysticum sensum seruare possint. GAL. Hoc itaque sic futurum fuisse, ex libro קהלת *Cohelath*, id est, in expositione libri Ecclesiastis maxime ostenditur, super illud secundo capite eiusdem libri dictum, אמרתי אני בלבי לכה נא אנסכה בשמחה וראה בטוב וגם הנה הבל hoc est, Dixi ego in corde meo, Vade quæso præsto, vel dominare in lætitia, & vide bonum. Et ecce etiam ipsum vanitas. Sic enim Scriptura dicitur, Et vide bonum; bonum videlicet lege. Et ecce etiam ipsum vanitas. Nonne necesse fuit ea ipsa tam diu dicere, Et ecce etiam ipsum lætitia? Quid est ergo, quod dixit, Ecce ipsum vanitas? Rabbi חזקיה *Hizkia* dixit, Quia omnis lex quam tu discis in seculo isto, הבלים *habelim*, id est, vanitates sunt coram lege seculi venturi. Quod autem hæc lex seculi venturi sit lex Messiæ, & dies seculi venturi sint dies eius, ex eo patet, quod in eodem *Midras* legitur super illud Ecclesiastis 11. ca. אם שנים חרכה יחיה האדם בכלם ישמח ויזכר את ימי id est, Si annis multis vixerit homo, in omnibus his lætetur. Et memoretur dies tenebrarum. Ibi enim sic ista exponuntur: Si annis multis vixerit homo, in omnibus his lætetur, in lætitia videlicet legis. Et memoretur dies tenebrarum: Hi sunt dies malitiæ; qui quam multi erunt? Qui equidem nimi præcessit, erit *habel*, id est, vanitas: omnis תורה *tora*, id est, lex, quam discit homo in seculo isto הבל *habel*, id est, vanitas est in conspectu legis Messiæ. Hucusque traditio. Cui valde consentaneum est id, quod in eadem *Midras cohelath*, id est, expositione libri Ecclesiastis hoc modo scriptum est super illud 1. cap. eiusdem libri dictum, אין זכרון לראשנים וגם לאחרונים שיהיו לא יהיה להם זכרון עם שיהיו לאחרנה Hoc est, Non erit memoria priorum, ac etiam posteriorum, quæ erunt. Hoc est, Non erit memoria eorum, cum illis, quæ erunt ad vltimum. Quot signa seu miracula facta sunt filiis Israel, ex quo egressi sunt de Ægypto, & cum adhuc non exierant ex Ægypto? De ipsis ait, Non erit memoria priorum & posteriorum, & quæ erunt post exitum, scilicet de Ægypto. Non enim erit eis memoria cum illis, quæ erunt in vltimo, & cum signis aut miraculis seculi venturi. Sicut scriptum est Iere. 23. ולא יאמרו עוד חי יהוה אשר העלה את בני ישראל מארץ מצרים כי אם חי יהוה אשר העלה ואשר הביא את זרע בית ישראל מארץ צפונה וכל הארצות אשר הדחתים: h.e. Et non dicent vltra, Viuit Deus, qui ascendere fecit filios Israel de terra Ægypti. Quinimo, Viuit Deus, qui ascendere fecit, & qui venire fecit semen domus Israel de terra Aquilonis, & de omnibus terris, ad quas impulit eos. Hactenus traditio. Signa autem & miracula in hac traditione commemorata sunt miracula, quę tempore Messię fieri debebant. Seculum enim futurũ vel venturũ (vt sæpenumero dictũ est) in literis Hebraicis temptus Messię intelligitur. Quod per *Targum Ierusalmi*, i. per translationem Chaldaicam Ierosolymitanam facile ostenditur: quæ præmissa verba, Non erit memoria priorũ, & etiam posteriorum, quæ futura sunt: sic traduxit atq; exposuit, Non erit eorũ recordatio in generationibus, quæ erunt in diebus Messiæ. HOC. Quod est istud Targum Ierosolymitanum? GAL. Id forte (vt ipse opinor) quæ à nostris

*Vulgata editio qua fit.*

vulgata editio nuncupatur: cuius author ignotus, A exponentis magis, quam interpretantis modum tenuisse dignoscitur. Ad idem quoque plurimum facit (vt ad propositum redeamus) quod in libro ברכות *Beracboth*, i. Benedictionum, Ierosolymitano in ca. quod incipit, מאימתי קורין ita legitur: Dixit Benzuma, Futurum est, vt Israel non faciat memoriam exitus ex Ægypto in futuro seculo, & in diebus Messiæ. Et quæ est huius rei probatio? Quod scriptum est Iere. 23. cap. Propter hoc ecce dies venient, ait Deus. Et non dicent vltra, Viuit B Deus, qui ascendere fecit filios Israel de terra Ægypti. Cum cæteris. Dixerunt enim sapientes, Non quod euellendum esset nomen Ægypti de loco suo, sed quod mirabilia, quæ fient in diebus Regnorum gentium, erunt עקר *iocar*, id est, substantia, & Ægyptus erit *tapbla*, id est, accidens, quia mirabilia, quæ facta sunt in Ægypto, & in exitu de Ægypto habebunt se per modum accidentis. Et hoc modo dictum est Genesis 35. Non vocabitur vltra nomen tuum Iacob, sed Israel erit C nomen tuum. Quod exponentes Magistri, dixerunt, Non quod Iacob euellatur de loco suo, sed quod Israel erit substantia, & Iacob appositum ei siue accidens. Et sic Isaias quoque ait quadragesimo tertio cap. אל תזכרו ראשונות ויקדמונית אל תתבוננו הנני עשה חדשה עתה תצמח הלא תדעוהו Hoc est, Ne memineritis priorum, & antiqua ne curetis. Ecce ego facio nouam. Nunc germinabit. Nonne cognoscetis eam? Ne memineritis (inquit) priorum: ista sunt מצרים *mitsraim*, id est, D Ægyptiaca signa. Et antiqua ne curetis: Hæc sunt, quæ facta fuerunt post egressum de Ægypto. Ecce ego facio nouam. Et reliqua. Ista erunt de Gog in diebus Messiæ. Hucusque traditio. Glossa autem Rab. Selomonis sic exponit, Ne memineritis priorum, id est, ignorum & miraculorum, quæ ego memoro vobis, & quæ feci in Ægypto, ne memineritis posthac. Pro tedemptione vero ista erit is studiosi ad confitendum & laudandum. Sequitur, Et antiqua ne curetis, id est, ne aduertatis, E neque apponatis cor ad ea. Hæc R. Selomo. Idem pene, quod in præcedenti traditione dictum est, ponitur & in libro ברכות *Beracboth*, id est, benedictionum Babylonico, in fine capitis מאימתי קורין *Metmathai korin*: vbi ita dicitur, Traditio est, quod Benzuma dixit sapientibus, Et quomodo erunt memores exitus de Ægypto in diebus Messiæ? Nonne iam scriptum est apud Ieremiam vigesimo tertio capite, Ecce dies venient, ait Deus, Et non dicent vltra, Viuit Deus, qui ascendere F fecit filios Israel de terra Ægypti: cum cæteris? Responderunt ei, Non quod euellatur egressus Ægypti de loco suo, sed quia erit factum Regnorum, id est, signa, quæ fient temporibus Regnorum, subsistantia. Et egressus Ægypti, id est, signa egressionis ex Ægypto, erunt appositum ei, id est, habebunt se instar accidentis, quod adest & abest præter substantiæ corruptionem. Et sic ait Isaias quadragesimo tertio capite, Ne memineritis priorum; cum cæteris, vt supra. Hæc traditio. G Ad hoc etiam maxime facit, quod per Moysem Iudæis Dominus mandauit, Leuit. 26. capite dicens, וישן מפני חדש תוציאו id est, Et vetus à facie noui excludetis. Quod autem in hoc sensu hoc accipiendum sit, ex eo habetur, quod legitur in libro, qui סיפרי *Siphre* appellatur, in peri illud Leuit. 26. cap. dictum, והפרתי אתכם והרביתי אתכם והקמותי את בריתי אתכם ואכלתם ישן נושן וישן מפני חדש תוציאו hoc est, Et irrepciam ad vos, & fructificare vos faciam, & multiplicabo vos, vel crescere vos faciam, & statuam pactum meum vobiscum, & comedetis inueteratum, & vetus à facie noui excludetis, vel expelletis. Hæc enim sic ibi exponuntur: Et respiciam in vos ad bonum, & fructificare vos faciam per carnalem generationem. Et multiplicabo vos, vel crescere vos faciam per staturam rectam. Et statuam pactum meum vobiscum: Non sicut pactum primum, quod transgressi estis: sicut dictum est Ieremiæ 31. Quod ipsi transgressi sunt pactum meum. Sed pactum nouum, quod non transgredientur deinceps. De quo dictum est Iere. 31. cap. כרתי את בית ישראל ואת בית יהודה ברית חדשה לא כברית אשר כרתי את אבתם ביום החזיקי בידם להוציאם מארץ מצרים i. Et feriam cum domo Israel, & domo Iuda pactum nouum: Non sicut pactum, quod ferii cum patribus eorum in die, qua apprehendi manum eorum, vt eximerem eos de terra Ægypti. Et ideo ait, & comedetis inueteratum, & vetus à facie noui excludetis. Hæc traditio. Quod autem pactum in præmissis vobis idem sit quod lex, in libro מכילתא *Mechilta*, manifeste ostenditur: vbi super illud Exod. 12. cap. dictum, In decima mensis huius: sic dicitur, Non est pactum nisi lex. Sicut dictum est Deut. 29. cap. Hæc sunt verba pacti, quod mandauit Deus Moysi, vt feriret cum filiis Israel in terra Moab, præter pactum, quod pepigit cum eis in Horeb. Item alibi Exod. scilicet 34. cap. Et scripsit super tabulas verba pacti decem. Hæc in eodem libro *Mechilta*. Ex præcedenti igitur traditione clare habetur, quod adueniente lege noua Messiæ lex vetus cessare debebat. In libro præterea, qui ערובין *Erubin* appellatur, in c. quod incipit, עשיתן פסין *Osyysin* legitur, Quod dixit R. Iehosuas filius Leui, והשמרת את המצות ואת החקים ואת המשפטים אשר אנכי מצוך היום לעשותם היום לעתיך לבוא שכרם היום Hoc est, Quid est, quod scriptum est Deuter. 7. cap. Et serua præceptum & decretum atque iudicia, quæ ego præcipio hodie tibi, vt facias. Hodie (inquit) vt facias & non cras vt facias. Hæc traditio. Hodie igitur, id est, antequam Messias veniret, & non cras, id est, non postquam advenisset, cæremonialia præcepta seruanda erant. Ex his omnib. satis aperte patet, quod aduentente Messia, qui nouam legem instituere debebat, lex vetus in cunctis cæremonialibus cessatura fuit. Cum igitur in antecedentibus latissime probatum sit, Messiam iam venisse, ipsumque Dominum nostrum Iesum Christum fuisse: quæ nouam Euangelii sui legem per tres fere annos cum diuidio factis & verbis in cordibus credentium, & præsertim Apostolorum, suorumque discipulorum scribere non cessauit: & demum missio Spiritu sancto, quicquid in eorum cordib. docendo scripserat, adeo firmum reddidit, vt nulla persecutione, nullaq; oblitione inde deleri potuerit, tunc impletum fuisse certum est, quod longe ante per Ierem. trigesimo primo cap. his verbis prophetatum



אחרי ימים ההם נאם יהוה נתתי את תורתי בקרבם ועל לבם אכתבנה והיתי להם לאלהים והמה יהיו לי לעם id est, Post dies illos (dicit Deus) dabo legem meam in medio eorum, & super cor eorum scribam eam. Et ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Ex his omnibus plane sequitur, veterem legem in cunctis cæremonialibus tam cessasse. Quare nemitem circumcisionem ad literam facere, nemitem sabbatum, festaque alia Iudaica custodire, neminem annuas memorias propter veteres ipsorum miracula celebrare, vlteriusque teneri, palam confequens est. Quoniam ex quo Messias venit, qui legem nouam dedit, vetere abiecta, nouam omnes seruare tenentur.

## CAPVT II.

*Quomodo & quare Christus legem veterem impleuerit.*

## CAPNIO.

IVdæi nobis in hoc multifariam C obliquunt, probare volentes, legem antiquã, aduenière Messia, haudquaquam cessaturam fuisse. Quia nos Christiani dicimus, Christum Dominum nostrum fuisse Messiam, & tamen ipse legem illam totam seruauit, atque alios ad ipsam seruandam opere ac verbo induxit. Ait enim Matthæi quinto capite, Non veni soluere legem aut Prophetas, sed adimplere. Et rursus post pauca: Quicunque (inquit) soluerit vnum de D mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum. Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum. Ex verbis igitur ac factis (inquiunt) Christi vestri, quem vos Messiam esse dicitis, aperte liquet, Mosaicam minime cessasse legem. Quare nec vos ipsum (eo adueniente) cessare debuisse, dicere debetis. GAL. Verum quidem dicunt, Christum legem veterem totam implesse. Ex hoc tamen nullatenus inferre poterunt, eam, in quibus cessatura erat, non cessasse. E Vt igitur omnibus innotescat, quomodo legem ipsam ac Prophetas adimpleuerit, notandum est, quod in eadem lege & Prophetis quinque præcipue continebantur: videlicet, Moralia, iudicia, cæremonialia, promissa atque comminationes, & cæremonialia. Moralia quidem decem sunt præcepta, sine quibus salus nequit esse adultis. Hæc autem Exodi vigesimo capite specialiter habentur, cum sic dicitur, לא יהוה לך אלהים F אחרים על פני לא תשא את שם יהוה אלהיך לשוא זכור את יום השבת לקדשו כבד את אביך ואת אמך לא תרצח לא תנאף לא תגנב לא תענה ברעך עד שקר לא תחמד בית רעך לא תחמד אשת רעך ועבדו ואמתו ושורו וחמרו וכל אשר לרעך i. e. Non erunt tibi dii alieni coram me. Non assumas nomen Domini Dei tui ad vanitatem. Recole diem sabbati ad sanctificandum illum. Honora patrem tuũ & matrem tuam. Non occidas. Non adulteraberis. Non furtum facies. Non respondeas in proximum tuum testimonium falsum. Non concupiscas domum proximi tui. Non concupiscas vxorem proximi tui, & seruum eius, & ancillam eius, & bouem eius, & asinum eius, & omnia, quæ sunt proximi tui. Hæc autem adueniente Messia, cessare non debebant, sed perfici. Ideo Saluator noster verus Messias, vt ea perficeret, non solum actum prohibuit homicidii, aliorumque malorum operum, verum & animum quoque. Audistis (inquit Matthæi 5. capite) dictum fuisse antiquis: Non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis, omnem, qui irascitur fratri suo, reum esse iudicio: cum reliquis, quæ sequuntur. Eam ob rem & ipse ea seruauit, & alios ad seruandum induxit: vnde apud Matthæum decimo nono capite, Si vis (inquit) ad vitam ingredi, serua mandata. Iudicialia vero sunt, vt illa, de quibus Deuter. vigesimo quinto capite dicitur, Oculum pro oculo, dentem pro dente. Et reliqua. Quæ cum semiplena essent, & nimis lenete, & absque misericordia fierent, tempore Messiæ dulcedine misericordiæ mitiganda erant. Quare modo perfecte adimpleta sunt, cum ea in foro Ecclesiæ præsertim cum misericordia exæquantur ac temperantur. Cæremonialia autem erant omnia sactificia, & ea, quæ circa ipsa fiebant, vt circumcisio, & neomeniæ, & fimbriæ, & phylacteria, atq; cætera multa id genus. Quæ quoniam figuræ erant eorum, quæ in Messia, & a Messia fieri debebant, idcirco adueniente ipso Messia, finem habitura erant. Ipse tamen Messias Iesus Dominus noster ea perfecte adimpleuit: primum ipsa ad literam, vsque ad tempus eorum cessationis determinatum seruando: deinde per se & per suos ea ad sensum spiritualem ac mysticum reducendo. Promissa vero erant Messiæ aduentus, terra promissionis, Gentium conuersio, peccatorum remissio, & æterna salutio. Hæc etiam Saluator noster perfecte impleuit, carnem sumendo ex virgine, nascendo, miracula soli Deo possibilia propria virtute faciendo, patiendo, moriendo, resurgendo, ad cœlos videntibus multis ascendendo, ac longe meliora, quam lex vetus promittebat, promittendo. Lex quippe ipsa factoribus suis bona duntaxat temporalia, atque tertena pollicebatur; quæ tamen spiritualia atque æterna designabant. Saluator autem & Messias noster promisit cultoribus suis spiritualia atque æterna; quæ lex illa figurabat. Dixit enim Matth. 19. cap. Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorẽ, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Et rursus apud Lucam 6. Beati pauperes (inquit) quoniam vestrum est regnum Dei. Eapropter, vt dicitur Matthæi quarto capite, Incœpit Iesus prædicare, & dicere, Pœnitentiam agite, appropinquat enim regnum cœlorum. Sacramentalia denique fuerunt agnus paschalis, vitula rufa, & reliqua huius generis: quæ passionis Christi figura & vmbra erant. Idcirco eo adueniente, cuius typum gerebant, cessare omnino debuerunt. Hæc autem Christus ipse patiendo, & moriendo adimpleuit. Quod Euangelista testatus est, dum ait: Facta sunt hæc, vt scriptura adimpleretur, quæ dicit, Os non comminuetis ex eo. Ex his igitur patet, quomodo & quare Christus legem Prophetasque impleuerit. Et Prophetas quidem (vt Chrysostomus ait) omnia, quę de eo præ-

*Vulgata editio quã fit.* *Iudicialia.* *Cæremonialia.* *Promissa.* *Sacramentalia.*

dixerant, complendo. Legem autem, primo nihil A legalium transgrediendo, demum per fidem iustificando, quod lex ipsa per literam facere non valebat. Eaptopter dixit, Non veni soluere legem, aut Prophetas, sed adimplere. Ex quibus etiam manifeste ostenditur, quod etsi Christus legem vetere eo modo, quo diximus, adimpleuerit, non tamen ex hoc sequitur, ipsam in iis, quæ in eius aduentu cessatura erant, eo adueniente, non cessasse.

## CAPVT III.

*Rationum Iudaicarum confutatio. Et quod lex Mosaica mutabilis erat.*

## CAPNIO.

*Iudæorum reuerentiæ argumenta.*

VNIORES Iudæorum legis suæ stabilitatem probare conantes, nonnulla contra nos faciunt argumenta, quæ te soluere oportet: vt & vehementius eorum conuincatur pertidia, & clarius ea holicæ fidei elucescat C veritas. Sic itaque primo argumentantur: Quandiu manet alicuius effectus causa, tandiu durat & ille effectus, legis autem causa semper manet, semper igitur & tota lex durabit. Quod autem legis causa semper maneat, ita probant. Causa enim finalis totius legis est, intentio homines in proptiam perfectionem reducendi. Hæc autem intentio semper manet. Igitur & tota lex semper manebit. Deinde sic: Vniuscuiusque potentiæ perfectio est eius proprius actus. Hominis autem potentiæ aliæ corporales, aliæ intellectuales sunt. In actu igitur corporali atque intellectuali humana consistit perfectio. Lex ergo ad hominis perfectionem ordinata, ad hæc duo homines necessario reducit. Ex quo fit, vt quicquid lex intendit, aut ad corporis, aut ad animæ reducatur ornamentum. Sed corpus quidem moribus ornatur, anima vero intelligentia. Illos literalis & tropologica legis interpretatio demonstrat, hanc vero allegoricus & anagogicus intellectus insinuat. Quum igitur in hac vita homo semper egeat & morum compositione, & intellectus intelligentia: semper lex, quæ omnia hæc administrat, necessario permanere debet. Demum sic, Stante figurato, stat figura. Probatur, Quia cum fidei obiectum sit veritas increata (nihil enim corruptibile incorruptibilis potentiæ, qualis est anima intellectiua, est perfectio) si aliquid de fidei fundamentis in figuris creatum fuerit, illud ideo credibile est, quia ad increatam veritatem, veluti materia ad formam, reducitur. Stante ergo figurato, stat figura. Figuratum autem est æternum, quia est æterna veritas. Igitur & figura est æterna. Quare legem ipsam Mosaicam, quæ figuris plena est, æternam esse, consequens est. Ex quibus legem veterem, quoad cæremonialia, semper stabilem esse inferunt. GAL. Friuola certe sunt admodum hæc argumenta, & tanquam fallitatis palea igne veritatis comburenda. Sed primum quidem eorum conclusionem falsam omnino esse, ostendam. Deinde vero ad ipsa argumenta respondebo. Conclusio igitur, qua legem antiquani semper eodem ritu obligatoriam asserunt, hac ratione reuincitur, Quicquid ab ali-

*Primum argumentum.*

*Secundum argumentum.*

*Tertium argumentum.*

*Iudaica conclusionis confutatio.*



quo mutabili recipitur, illud quoque mutabile est. Probatur, Vnumquodque enim receptibile per modum recipientis recipitur. Quod in singulis, ac in nostræ animæ viribus diuidicari potest. Lex autem vetus est huiusmodi, quia recipitur ab homine, cuius natura assidua mutatione agitatur: igitur & ipsa mutari potest. Quemadmodum enim pater filium suum infantem, puerum, adolescentem, iuuenemque varijs legibus educat: ita alia ducitur lege congregatio hominum, B quæ sapiens & insta est, alia quæ insipiens. Insipiens autem & nequam erat Iudæorum gens, per Mosen ab Ægyptiorum seruitute reducta. Quod ipsa Mosaica scriptura sæpenumero refertur. Vnde plurima legis præcepta cæremonialia (teste Rabbi Moyse Ægyptio in tertio tractatu sui libri *More* nuncupati) magis exigebat populi illius hebetudo, & praua idololatriæ consuetudo, quam illorum perfectio: iuxta illud Psalmographi dictum, In chamo & freno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te. Quapropter ipsa recipientis hebetudine, pranæque consuetudine, velut infantiæ ætate mutata, ipsa quoque receptum, id est, legem mutari quoque contigit. Non ergo semper eodem ritu obligat lex. Quod etiam ram ipsius legis, quam vetus Talmudistarum testimonio confirmatur. Ipsi enim ipsa ad sui (excepto Decalogo) obseruantiam non obligabat, tuis in terra promissionis manente videlicet templo, Iudæorumque sceptro. Extra vero terram ipsam promissionis minime obligabat. Et hoc plane scriptura ipsa ostendit, in Deutero. 4. c. dicens, וראיתם אתכם חקים ומשפטים כאשר צוני יהוה אלהי לעשות כן בקרב הארץ אשר אתם באים שמה לרשתה: h.e. Ecce docui vos cæremonias & iudicia, sicut mandauit mihi Dominus Deus meus, vt facistis sic in terra, quam possessuri estis. Et post pauca inquit, ואת לכם את בריתו אשר צוה אתכם לעשות ועשרת הדברים ויכתבם על שני לחות אבנים: ואתכי בעת ההוא ללמד אתכם חקים ומשפטים לעשותכם אתם בארץ אשר אתם עברים שמה לרשתה: i. Et denuntiauit vobis fœdus suum, quod præcepit vobis, vt faceretis verba decem, quæ scripsit in duab. tabulis lapideis. Mihiq; mandauit illo tempore, vt docerem cæremonias & iudicia, quæ facere deberetis in terra, quã possessuri estis. Vbi dum sunt valde animaduertẽda: Primũ, quod decem præcepta singulariter appellauit fœdus suum, quomodo & vniuersa lex frequentius appellari solet: vt inde innotescaret, totius legis sententionem in his decem præceptis consistere atq; dependere. Quod doctores Iudæorũ planius innuunt, & præterea R. Seadias in lib. האמונות ודעות *Emunoth, & dogmatum*, i. credendorũ. Vbi docet, omnia legis mandata in ipsis decem decalogi præcepta reduci. Secundo vero animaduertẽdum est, quod præmissis decem hæc verba simpliciter fieri, nullam hoc apponendo conditionem: Et hoc ideo, vt ostenderet ea nunquam cessatura esse: cum ipsa ro. præcepta sint de iure naturæ, ac æternæ legis nobis inserta participatio, quæ nec loco nec tempore variatur. De cæteris autẽ legis mandatis loquẽs, mutabilia dicit, dicẽs, Quæ facere debetis in terra, quã possessuri estis. Ex quo manifeste patet, Iudæos eam

*Iudæorum reuerentiæ argumenta.*

*Primum argumentum.*

*Secundum argumentum.*

*Tertium argumentum.*

*Iudaica conclusionis confutatio.*



tantum promissionis ad ea minime obligati. Hæc A eadem & sententia alibi habetur in locis, videlicet Deuter. 5. 6. 12. & 11. capitibus. Quare manifestum est, quod ipsamet lex suam mutabilitatem secundum loci mutationem testetur. Id idem quoque per priscorum Talmudistarum dicta confirmatur, quæ etsi plura sunt, vnum tamen duntaxat breuitatis gratia satis sit adducere, ex libro Sanhedrin. cap. quod incipit, אלו הנחנקים אמור ר׳ יוחנן בכל בם יאסר לך הנביא עבור על דברי תורה עבור הזן בעבודה זרה hoc est, Dixit R. Iohanan: In omnibus, in quibus dixerit tibi Propheta, Transgredere legem, obtempera, excluso Idolatriæ cultu. Vbi denique concludunt, quod tempus exigat aliquid de lege mutari, quod appellant חוראת שעה *Horath saa*, id est, indicatio horæ vel temporis, illud Propheta, ac etiam aliquis minor quam Propheta, dummodo suo in seculo sapientior cæteris habeatur, mutare potest. Quod illa temporis occasio perduraverit, & illa C quoque pars legis sic mutata permanebit. Idem etiam R. Moyses Ægyptius in libro Iudicum plane ostendit, in הלכות ממרים *Halcoth mamorim*, id est, in sententias rebellium, capit. 2. Tacco hic Cabalistarum sententiam, qui aiunt, legem traditam fuisse propter serpentis venenum in Adam inuectum, & Messia aduenientc, huiusmodi venenum cessaturum. Et per consequens legem ipsam in aduentu Messiæ cessare debere. Ex his igitur liquido patet conclusionis Iudæorum falsitas de perpetua legalis obseruantiæ obligatione. Nunc ad eorum argumenta venio. Quanquam igitur ex tam dictis, rationum, quibus conclusionem suam probare nituntur, solutio facile conijci possit, vt magis tamen earundem rationum falsitas appareat, ad eas respondeamus. Cum igitur primo sic argumentantur, Quandiu manet causa, tandiu manet eius effectus: conceditur decensi, quam necessario & per se sequitur effectus: & tunc neganda est minor: Quod scilicet E totus legis semper maneat causa, totum pro singulis partibus accipiendo. Quamuis enim legis positiuna intentio semper maneat, nõ tamen tot singulæque particulæ legis. Multa namque sunt in lege, quæ non per se, & prima intentione necessitatis fine, sed sunt aut remouentia prohibens, aut ad bene esse: veluti sacrificia, & quamplurima cæremonialia: vt R. etiam Moyses Ægyptius in tertio tractatu libri *More* ostendit. Et secundum Talmudistarum sententiam, talia sunt, quæ extra F rerum promissionis ad obseruandum non obligabant, quod si non possent, si ea ad humanam salutem per se & necessario pertinerent. Secunda vero ratio, quæ magis eorum propria esse videtur, nihil aliud conuincit, quam quod ea, quæ ad conseruacion & mores attinent, permaneant: quod & catholica veritas non spernit. Immo iubet cunctis legis moralia seruari, non quia legis sint Mosaicæ, sed quia legis æternæ, cuius nostris mentibus inscriptio lex naturæ vocari potest. Postre- G mo vero, cum sic argumentantur, Quamdiu stat figuratum, stat figura, Figuratum autem stat in æternum, quia est veritas æterna: igitur & figura stat in æternum: id quidem totũ comprobamus:

sed inde non sequitur, quod exterior legis obseruatio obligatorie maneat: quia legis figuræ potissimum in ipso literali intellectu consistunt, qui nos ad intellectualem allegoriam ducit, & stimulat. Actus vero corporis exterior, etsi ad stimulandum coadiuuet, paruam tamen in hoc vim habet, sed ipsa literalis interpretatio concepta potissimum nos ad hoc ducit, & stimulat, etsi nihil exterius agamus. Quantum vero arcana legis literalem intellectum excedant, in primo libro huius operis latissime patuit. Iudaicis igitur supradictis rationibus non obstantibus, patet ex antedictis, legem Iudæorum mutabilem fuisse. Quæ & crebro mutata fuit.

## CAPVT IIII.

*Quod lex Iudæorum sæpenumero mutata sit.*

## CAPNIO.

HOc ego velim per eorum scripturas probes, legem scilicet veterem sæpenumero mutatã fuisse. GAL. Primum itaque audi, quod in libro מכות *Maccoth*, id est, flagellorum, in capit. quod incipit, אלו תן הלקין *Ella ben hallokin*, id est, Hi sunt flagellandi: hoc modo legitur: Dixit Rabbi, כומלו *Cumilat*, Sexcenta tredecim præcepta data sunt Moysi in Sinai. Tre- *Legis vetcris 613 præcepta quot fuerint.*
centa sexaginta quinque, vt est numerus dierum solis. Ducenta autem & quadragiinta octo, quot sunt membra in homine. Dixit Rabbi, Per quam scripturam probatur hoc? Per eam, quæ dicit Deuteronomio. trigesimo tertio capite, תורה צוה לנו משה מורישה, id est, *Tora*, id est, legem præcepit nobis Moyses. Nam תורה *tora*, id est, lex arithmetice ita se habet, id est, literis ralibus scribitur, quæ sexcenta & vndecim efficiunt. Nam ת *tau* quidem quadringenta significat, & ו *vau* sex, ר *res* autem ducenta, & ה *he* quinque. Duo vero alia habentur Exodi vigesimo capite, vbi dicitur, לא יהיה לך אלהים אחרים על פני: לא תעשה לך פסל וכל תמונה hoc est, Non erit tibi Deus alienus ante facies meas, vel coram me. Non facias tibi sculptile, neque omnem similitudinem, & reliqua. Hæc vero duo præcepta ab ore veritatis, id est, Dei audiuimus. Quę omnia sexcenta & tredecim sunt. Venit autem Dauid, & constituit præcepta sexcẽta tredecim ista super vndecim: sicut dictum est Psalmo decimo quinto, מזמור לדוד יהוה מי יגור באהלך מי ישכן בהר קדשך: הולך תמים ופעל צדק ודבר אמת בלבבו: לא רגל על לשנו לא עשה לרעהו רעה וחרפה לא נשא על קרבו: נבזה בעיניו נמאס id est, Psalmus Dauid: Deus, quis habitabit in tabernaculo tuo? & quis morabitur in monte sancto tuo? Qui ambulat perfectus, & qui operatur iustitiam, & qui loquitur veritatem in corde suo. Et non detulit lingua sua, i. non detraxit. Nec fecit amico suo, i. socio suo malum, & opprobrium non leuauit, vel non tulit super proximum suum. In cuius oculis despectus est reprobatus. Talis fuit Ezechias Rex Iuda, qui trasit ossa patris sui in tete. Sequitur, יראי יהוה יכבד h.e. Timentes autem Deum honorat: Talis fuit Iosaphat Rex Iudæ: ipse enim in hora, qua videbat Doctorem sapientem, surgebat de throno & sede sua,

&amplexabatur eum, atque osculabatur, voca- A
batque eum *Rabbi*, id est, Magister mi. Sequitur,
נשבע להרע ולא ימר id est, Qui iurat vt malefa-
ciat (scilicet sibi) vel vt affligat se, & non mutat:
vbi glossa Rabbi Selomonis: Qui iurat (inquit)
vt malefaciat sibimet, vel vt affligat seipsum, &
non mutat iuramentum. Multo igitur minus
mutat, quod non nocet sibi. Sequitur, כספו לא
נתן בנשך hoc est, Argentum suum non dedit ad
vsuram: etiam ad vsuram *goi*, id est, ei, qui non B
est Iudæus: ושוחד על נקי לא לקח עושה אלה לא
ימוט לעולם id est, Et munus contra innoxium
non accepit. Qui facit hæc, non mouebitur in se-
culum. Quum Rabban Gamliel perueniebat ad
scripturam hanc, flebat, dicens, Qui fecerit hæc
omnia, non mouebitur. Si autem non fecerit,
mouebitur. Hæc glossa Rabbi Selomonis. Se-
quitur autem in traditione præmissa: Venit Isaias,
& constituit ea, scilicet 613. præcepta legis super
sex, sicut dictum est Isaiæ trigesimo tertio capite, C
הולך צדקות ודבר מישרים מאס בבצע מעשקות
נער כפיו מתמך בשחד אטם אזנו משמע דמים
ועצם עיניו מראות ברע: הוא מרומים ישכון i. Qui
ambulat in iustitiis, & loquitur æquitates, qui re-
probat auaritiam calumniarum vel violentiarum,
qui excutit manus suas à susceptione muneris,
qui obturat aurem suam ab auditu sanguinum, &
claudit oculos suos à visione mali, ipse excelsa in-
habitabit. Venit quoque Micheas, & constituit
ea scilicet legis præcepta super tria: sicut dictum D
est Micheæ sexto capite, הגיד לך אדם מה טוב
ומה יהוה דורש ממך כי אם עשות משפט ואהבת
חסד והצנע לכת עם אלהיך: id est, Annuntiauit ti-
bi homo quid sit bonum. Et quid Deus petit à te?
vtique facere iudicium, & diligere pietatem, &
abiecte vel humiliter ambulare cum Deo tuo.
Vbi glossa Rabbi Selomonis ait, Interpretatus
est hoc Ionathan sic, יהוי צניע להלכא בדחלתא
דאלהך hoc est. Et esto abiectus ad ambulandum
cum timore Dei tui. Alius sermo. Annuntiauit E
Deus sanctus & benedictus tibi homo, quid sit
tibi bonum ad faciendum. Vt scilicet facias iudi-
cium iustitiæ, & diligas pietatem misericordiæ,
& honeste vel secrete ambules cum Deo tuo.
Non est enim similis mos Dei sancti & benedi-
cti mori carnis & sanguinis. Quippe mos carnis
& sanguinis est, quod si homo confundit proxi-
mum coram multis, & postmodum venit ad pla-
candum eum: dicit ei, Non ero placatus tibi, quo-
usque non veniant illi, coram quibus confudisti F
me. Deus autem non vult, quod homo pœniteat,
nisi inter se & ipsum. Hæc Rabbi Selomo. Sequi-
tur deinde in traditione, Rursus constituit ea, sci-
licet præcepta omnia legis super duobus, sicut di-
ctum est Isaiæ quinquagesimo sexto capite, שמרו
משפט ועשו צדקה id est, Custodite iudicium, &
facite iustitiam. Venit tandem Habacuc, & con-
stituit ea omnia super vnum. Sicut dictum est se-
cundo capite eiusdem Prophetæ, וצדיק באמונתו
יחיה hoc est, Et iustus in fide sua viuet. Hæc om- G
nia traditio prædicta, exceptis Rabbi Selomonis
glossis: Qui etiam in principio eiusdem traditio-
nis sic dicit, Omni tempore generationes mino-
rationem præceptorum fecerunt, paucificantes
ea. In principio enim fuerunt iusti, qui potentes

erant ad suscipiendum multorum præceptorum
iugum. In generationibus autem posterioribus
non fuerunt omnino iusti huiusmodi. Quare si
venissent ad obseruandum omnia præcepta illa,
non fuisset aliquis, qui potuisset iustificari. Hæc
Rabbi Selomo. Item eodem in libro & loco istud
verbum legitur: Dixit Rabbi Ioses, Quatuor de-
creta instituit Moyses super Israel. Veneruntque
quatuor Prophetæ, & deleuerunt ea. Moyses e-
nim dixit Deuteronomii trigesimo tertio capite,
וישכן ישראל בטח בדד עין יעקב hoc est, Et ha-
bitabit Israel confidenter, solummodo oculus
Iacob. Vbi glossa Rabbi Selomonis: Quando
(inquit) habitabit Israel confidenter? Cum fue-
rint sicut oculus Iacob, id est, omnino tales, qua-
lis Iacob. Venit autem Amos, & cassauit illud si-
ut dictum est Amos septimo capit. אדני יהוה חדל
נא מי יקום יעקב hoc est, Domine Deus propi-
tiare quæso, quis stabit vt Iacob? Vbi glossa
Rabbi Selomonis ait, Quis poterit esse sanctus
vt Iacob? Nunquid parum hoc? Quoniam &
ibidem scriptum est, נחם יהוה על זאת גם היא לא
תהיה אמר יהוה id est, Misertus est Deus, vel pœ-
nituit Deum super hoc. Etiam ipsum non erit,
dixit Deus. Moyses etiam dixit Deuteronomii
trigesimo octauo capite, ובגוים ההם לא תרגיע
hoc est, Et in gentibus istis non quiesces. Venit
autem Ieremias, & deleuit illud: sicut dictum est
Ieremiæ trigesimo primo capite, הלוך להרגיעו
ישראל hoc est, Vadet ad requiem suam Israel.
Moyses quoque dixit Exodi nono capite, פקד עון
אבות על בנים hoc est, Visitans peccatum pa-
trum super filios, & reliqua. Venit autem Eze-
chiel, & deleuit illud: vt dictum est Ezechielis
decimo octauo capite, הנפש החוטאת היא תמות
הבן לא ישא בעון האב ואב לא ישא בעון הבן id est,
Anima quæ peccauerit, ipsa morietur: filius non
portabit peccatum patris, & pater non portabit
peccatum filii. Moyses præterea dixit Leuitici vi-
gesimo sexto capite, ואבדתם בגוים Hoc est,
Et perdemini in gentibus. Venit autem Isaias,
& deleuit illud: quemadmodum dictum est vi-
gesimo septimo capite eiusdem Prophetæ, והיה
ביום ההוא יתקע בשופר גדול ובאו האבדים בארץ
אשור והנדחים בארץ מצרים והשתחוו ליהוה בהר
הקדש בירושלם id est, Et erit in die illa clangetur
tuba magna, & venient perditi in terra Assur, &
pulsi in terra Ægypti, & adorabunt Deum in
monte sancto in Ierusalem. Hactenus traditio.
Cui addendum est, quod in *Midras* במדבר סיני
*Bamidbar sinai*, id est, in expositione libri Nu-
mer. legitur, vbi exponitur illud Numer. vige-
simo secundo dictum, ועתה אם רע בעיניך אשובה
לי Hoc est, Et nunc si malum est in oculis tuis,
reuertar mihi. Dixit ei, Balaam scilicet Ange-
lo, Ego non iui, donec dixit mihi Deus san-
ctus & benedictus, Surge & vade cum eis: Et tu
dicis mihi, vt reuertar? Dixit ei Angelus, Iam
est officium, vel ars eius, Nonne dixit & Abra-
ham Genesis vigesimo secundo capite, vt immo-
laret filium suum? Et tamen post hoc scriptum est
ibidem, Et vocauit eum Angelus Domini, & di-
xit: ne extendas manum tuam super filium tuum.
Vbi docetur, quod rem vel verbum, quod ipse di-
xit, quandoque ex voluntate eius Angelus immu-
Præmissis



Præmissis deniq; annectendum quoq; est, quod A
in libro *Sanhedrin*, in cap. אלו הן הנחנקים *Elu hen
hanne hencakim*, ita scribitur, Plus vel maius est in
verbis scribarum, id est sapientum, quam in ver-
bis legis, hoc est maioris authoritatis sunt magi-
storum verba, quam legis. Qui enim dicit, Non
sunt תפילין *tephillin*, id est phylacteria, transgre-
diens verba legis, פטור *Patur*, id est immunis est.
Qui vero ait, quod quinq; sunt טטפת *totaphoth*,
id est phylacteria de quibus Deuteronomij sexto
capite fit mentio, addendo verbis *Sophrim*, id est B
sapientum, vel scribarum, reus est. Item in *Midras*
אלה הדברים *Elle haddebarim*, id est in expositione
Deuteronomij super verbum illud, Non deuia-
bis, vel non declinabis à verbo quod annuncia-
uerint tibi ad dexteram neq; ad sinistram: sic di-
citur, Etiam si ostenderint in oculis tuis de dexte-
ra quod sit sinistra, & de sinistra quod sit dextera:
crede eis, vel obtempera. HOG. Quid erant phy-
lacteria ista? GAL. De his Deuteronomij sexto
capite ita scriptum legitur, וקשרתם לאות על ידך C
והיו לטטפת בין עיניך Hoc est, Et ligabis ea, sci-
licet præcepta, in signum super manus tuas, & erunt
in *totaphoth*, id est in phylacteria inter oculos tuos.
Scaligitur phylacterium nomen esse Græcum,
& dicitur (vt quibusdam placet) ἀπὸ τοῦ φυλάσσειν
verbo Græco, quod est seruare, & תורה *tora* He-
braice, quod legem significat: inde phylacteria
quasi legis conseruatoria: Quod mihi minime
placet: cum lingua Græca atque Hebraica haud-
quaquam commisceri possint. Quare vocabu- D
lum hoc totum Græcum esse aio, atq; Græce φυ-
λακτήρια dici. Faciebant enim quatuor huiusmodi
conseruatoria, in quibus decalogus pone-
bant: vnumq; in capite ligabant, vbi cerebrum
puerorum palpitat: hæc autem in Talmud
dicuntur, תפילין *tephillin*, in Deuteronomio vero
טטפת *totaphoth*. Ex his igitur omnibus liquido
patet, legem Mosaicam non solum mutabilem,
verum etiam plerumque mutatam fuisse. Quare
omnia præmissa in rationis ordinem redigentes, E
iam demum concludamus: Cum omnia quæ de
præceptis legis propheta, vel etiam aliquis alius
sapiens minor quam propheta, transgredienda
docuit, dempta idololatria, transgredienda sint (vt
per Talmud in præcedenti capite probatum est:
quam obrem sexcenta tredecim legis præcepta
Dauid ad vndecim reduxit: Et post eum Isaias ad
sex: deinde Micheas ad tria: rursus Isaias ad duo:
Habacuc tandem ad vnum, scilicet ad fidem ex
dilectione Dei & proximi operantem: vt paulo F
superius in hoc capite ostensum est) & Messias, vt
in antecedentibus patuit, sit maior Abraham, cæ-
terisque patriarchis, ac maior Mose, omnibusque
Prophetis, maior quoque Angelis ministerij, qui
immediatius cæteris Deo assistunt: nihil prohibet,
Messiam potuisse cæremonialia omnia præcepta
legis reuocare, atque ad spiritalem sensum redu-
cere. Maxime cum sic futurum fuisse constet, vt
supra probatum est.

## CAPVT V.

*Diluuntur Iudæorum obiecta, legem veterem etiam quoad cæremonialia permansuram fuisse, per ipsius legis testimonia probare conantium.*

### CAPNIO.

Ex his Iudæi recentiores maiori ira & odio succensi, contra nos legis testimonia inducunt, quæ cæremonialium legis perdurationem ostendere videntur. Primumque illud Deuteronomij vigesimo nono capite scriptum in medium afferūt, הנסתרת ליהוה אלהינו והנגלת לנו ולבנינו עד עולם לעשות את כל דברי התורה הזאת id est, Absconditū Deo nostro, supple attribuitur, & quæ manifesta sunt, nobis & filiis nostris vsq; in æternum, scilicet concessa sunt, vt faciamus vniuersa legis huius. Ex quo vniuersam legem in æternum permansurā esse inferunt. Deinde quantum ad circumcisionem, illud Genesis decimo septimo c. dictum adducunt, והיתה בריתי בבשרכם לברית עולם: וערל זכר אשר לא ימול את בשר ערלתו ונכרתה הנפש ההיא מעמיה id est, Et erit fœdus meum in carne vestra in fœdus æternū. Et præputiatus masculus qui non circumciderit carnem præputij sui, abscindetur vtique anima eius de populo suo. Quantum vero ad sabbatum, illud nobis obiiciunt, quod Exodi trigesimo primo cap. hoc modo scribitur, ושמרו בני ישראל את השבת לעשות את השבת לדרתם ברית עולם: ביני ובין בני ישראל אות היא לעלם כי ששת ימים עשה יהוה את השמים ואת הארץ וביום השביעי שבת וינפש id est, Custodient filij Israel sabbatum, ad faciendum sabbatum in generationes suas, pactum æternum, inter me & inter filios Israel signū est in æternum. Quia sex diebus fecit Deus cœlos & terram, & in die septimo requieuit, & animauit. Quantum insuper ad festum paschæ, illud nobis opponunt, quod Exodi duodecimo capite ita scriptum est, והיה היום הזה לכם לזכרון וחגתם אתו חג ליהוה לדרתיכם חקת עולם id est, Et erit dies hęc vobis in memoriale, & solennizabitis eam solennitatem Domino in generationes vestras lege æterna. Rursus ibidem, ושמרתם את הדבר הזה לחק לך ולבניך עד עולם Hoc est, Et custodi rem hanc in legem, vel in præceptum tibi, & filiis tuis in æternum. De primitiis tandem frugum offerendis, & de solennitate pentecostes, ac oblationibus, aliisq; sacrificiis, deq; die propitiationis in casulis, necnon de panibus propositionis, quos rectius illi facierum vocant, illud contra nos inducunt, quod Leuitici 23. habetur: vbi de casula ista ita dicitur, כל מלאכה לא תעשו חקת עולם לדרתיכם בכל משבתיכם id est, Omne opus non facietis. Lex vel præceptum sempiternum erit generationibus vestris in cunctis habitationibus vestris. Et iterum vigesimo quarto capite, ביום השבת יערכנו לפני יהוה תמיד מאת בני ישראל ברית עולם Hoc est, In die sabbati præparabuntur coram Deo iugiter à filiis Israel fœdere sempiterno. Quod de panibus facierum, id est, propositionis dictum est. His atq; similibus probare nituntur nequissimi Iudæi nostri temporis, legem Mosaicam quoad cæremonialia nequaquam cessaturam fuisse, sed in æternum duraturam. Quare te ista pro viribus refellere oportet.

GAL. Id quoque libentissime faciam. Id igitur ex quo primum legis mandata in æternum seruanda concludunt, si ad moralia præcepta referunt, verum quidem dicunt. Nam quæcunque ad

*Iuniorum Iudæorum obiecta.*

*Primum obiectum quoad legem.*

*Secundum obiectum quoad circumcisionem.*

*Tertium obiectum quoad sabbatum.*

*Quartum obiectum quoad festum paschæ.*

*Quintum obiectum quoad alia cæremonialia.*

*Obiectorum prædictorum confutatio.*

*Phylacteria quid sint.*

*Conclusio.*

mores pertinent, semper permanent, semperque seruari debent. Et hoc modo catholica veritas (vt superius dictum est) legis moralia seruari præcipit, non quia legis Mosaicæ præcepta sunt, sed quia legis æternæ. Si autem ad cæremonialia eorum argumentum referatur: dico, quod tunc æternum suæ sempiternum pro perpetuo, aut pro seculo intelligitur. Nam vbicunque his in locis nos æternum siue sempiternum in nostra editione habemus, Hebraicus textus עולם *olam* habet, quod pro perpetuo, aut pro seculo, ibidem accipitur. Si igitur עולם *olam*, eiidem in locis pro perpetuo accipiatur, tunc *olam* idem est quod continuum, quodque pro rei alicuius seculo, siue ætate sine intertruptione durat. Perpetuum enim proprie idem est quod continuum. Iuxta illud Ouidij,

Olam *Hebraica dictio, quid significet.*

*Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.*

Hinc per petuam orationem dicimus, quæ continua & absque interruptione est. Hinc perpetuus Consul, perpetuus Censor, perpetuus Imperator dicitur, qui semper & continuo dum vixit, vel Censor, vel Consul, vel Imperator extitit: quo tamen defuncto, alius suffectus est. Sic circumcisio, sic & alia cæremonialia in fœdus *olam*, id est perpetuum, seruanda Iudæis data fuerunt: hoc est, semper & continuo, donec seruanda essent, & non vlterius, Si autem *olam*, pro seculo accipiatur, tunc *olam*, non æternitatem: sed tempus determinatum importat. Ad quod probandum, illud in primis afferā, quod de Samuele ab Hanna matre eius, primi libri Regum primo capite sic dictum est, והמיאתיו וברא את פני יהוה וישב שם עד עולם id est, Et adducam eum, & apparebit in conspectu Dei, & morabitur ibi *le olam*, id est in seculum. Vbi glossa Rabbi Selomonis ait, id est, vsque in seculum Leuitarum: sicut dictum est Numer. octauo capite, ובן חמשים שנת ישוב מצבא העבדה ולא יעבד עוד Hoc est, Et a filio quinquaginta annorum cessabit negocium seruiendi, & non seruiet vltra. Et sic fuerunt omnes dies Semuelis 52. anni. Deinde valde notandum est, quod in *Midras* אלה תדרשים *Elle hadebarim*, id est, in expositione libri Deuteronomij legitur, super illud 15. ca. eiusdem libri dictum, ולקחת את המרצע ונתת באזנו ובדלת והיה לך עבד עולם Hoc est, Et accipies subulam, & dabis eam in aurem eius, & in ianua, & erit tibi seruus *olam*, id est seculi. Ibi enim dicitur *olam*, id est, cunctis diebus seculi domini vsque ad Iubileum, etiamsi emtus esset trigesimo vel quadragesimo anno ante Iubileum. Hactenus *Midras*, id est expositio. Ex quæ patet, quod hoc in loco *olam*, id est seculum, pro quo interpres nostri æternum posuit, vnus annus, vel etiam minus esse potest, secundum quod dominus serui alius eius aut seruus mori poterat. Hoc autem R. Selomo in glossa super eadem verba ita probat, Et erit tibi seruus *olam*, id est seculi. Potest (inquit) hoc esse, sicut iudicus eius ostendit, quod scriptum est Leuit. 25. cap. ושבתם איש אל אחזתו ואיש אל משפחתו תשובו Hoc est, Et reuertemini vnusquisq; ad possessionem suam, & quilibet ad familiam suam redibit. Ecce hinc doceris, quod iſtud *olam* non est nisi seculum Iubilei. Hæc Rabbi Selomo. Confirmatur id quoque in libro Kidduschin, id est, Sponsaliorum: cum sic ibi inter cætera dicitur, Quid est quod scriptum est Exodi vigesimo primo capite, והגישו את אדניו במרצע ועבדו לעולם Hoc est, Et perforabit dominus eius aurem ipsius subula, & seruiet ei *le olam*, id est in seculum: Vsque ad quod seculum? Vsque ad seculum Iubilei, vel vsque ad mortem domini sui: sicut scriptum est: vbi supra. Et seruiet ei, Non tango seruiet filio eius. Hæc traditio. Idem quoque & per Rabbi Dauid Kimhi patet, in libro *Sarsim* sic dicentem, Scriptum est Exo. vigesimo primo capite, Et seruiet ei *le olam*, id est in seculum: Vult dicere omnibus diebus vsque ad Iubileum. Idem illud Prouer. vigesimo secundo capite scriptum, גבול עולם אשר עשו אבותיך Hoc est, Ne repellas, vel ne postponas terminum *olam*, id est dierum multorum, quem fecerunt patres tui. Item apud Ieremiam secundo capite, כי מעולם שברתי עלך id est, Quoniam *ab olam*, id est, ex multo tempore confregi iugum tuum. Et in Psal. 119. לעולם לא אשכח פקודיך Hoc est, In seculum non obliuiscar mandata tua: Vult dicere *le olam*, vel in seculum, id est, omnibus diebus vitæ meæ non obliuiscar mandata tua. Hæc R. Kimhi. Ex his igitur omnibus manifestum est, quod hæc dictio *olam*, nec æternitatem, nec sempiternitatem significat, sed seculum, & tempus determinatum, & aliquando valde paruum, vt tam ostensum est. Ex quo patet, quod author nostræ editionis tam Græcæ quam Latinæ, & quicunque alij interpretes pro hac dictione eius æternum, vel sempiternum transtulerunt, vbi diuina scriptura de circumcisiotie, de sabbato, de casulis, vel de cæteris cæremonialibus loquitur, longe aliter, quam veritas habeat, interpretati sunt. Propter quod nonnulli in Iudaicum hæresorem, a fide Christiana irreuocabiliter abducti sunt: cum de circumcisione aliisque cæremonialibus, pactum æternum, aut legem sempiternam eos audire, aut legere contigit. Quid autem sit æternum, quidue sempiternū apud Hebræos, R. Kimhi in libro *Seraſsim* optime declarat, cum inquit: Scriptum est Psal. 84. יהללוך סלה, id est, Laudabunt te *sela*, id est, in sempiternum. Exposuerunt enim hanc dictionem סלה *sela*, עד *ad*, id est, in sempiternum. Ita quoque in verbis Magistrorum nostrorum traditio est ex domo R. Ezechiæ, Quod omnis locus in quo ponitur נצח *Netsah*, סלה *sela*, ועד *vaâed*, non habet intermissionem, sed in seculum & in secula seculorum significat. *Netsah* sicut scriptum est Isa. 57. cap. לא לנצח אקצוף Hoc est, Et non ad *Netsah*, id est, in æternum, vel in sempiternum irascar. *Sela* vero, sicut scriptum est Psal. 48. כוננה עד עולם סלה Hoc est, Re ficiabit, vel componet, vel ordinabit eam vsque in seculum *sela*, id est, in seculum sempiternum, vel semper. *Vaed* autem, sicut scriptum est Exo. 15. יהוה ימלוך לעולם ועד Hoc est, Deus regnabit in seculum *vaed*, id est, in æternum vel sempiternum. Hæc R. Kimhi. Cum igitur harum dictionum in lege ponatur, vbi de circumcisione, de sabbato, de sacrificiis, aliisque cæteris cæremonialibus fit mentio, sed dumtaxat עולם *olam*, vt visum est, palam absque dubio manifestum est, cæremonialia illa non fuisse in æternum ad literam seruanda, sed ad tempus terminatum, videlicet vsque ad Messiæ aduentum. Præterea quia ipsa cum iuxta literam essent non bona, spiritualiter tantum in diebus Messiæ seruari debebant.

## CAPVT VI.

*Quod cæremonialia veteris legis præcepta erant non bona, non tamen mala.*

## CAPNIO.

CVm cæremonialia Mosaicæ legis mandata à Deo data fuerint, miror te ea non bona dixisse. GAL. Iudaicas idcirco cæremonias præcepta non bona dixi, quia sic eas Deus ipse vocauit, cum apud Ezec. 20. c. ita dixit, אני נתתי להם חקים לא טובים ומשפטים לא יחיו בהם: ואטמא אותם במתנותם בהעביר כל פטר רחם למען אשימם למען אשר ידעו אשר אני יהוה id est, Ego dedi eis præcepta non bona, & iudicia in quibus non viuent. Et pollui eos in donariis eorum, in transferendo, vel traducendo omne aperiens vulvam, propter delicta eorum, vel vt desolatem eos: vt scirent, quod sum Deus. Vbi glossa Rabbi Selomonis sic exponit verbum illud למען אשימם *Lemaan asimem*, id est, vt desolarem eos, atque desituerem: אשימם *Asimem* est vocabulum desolationis, id est, desolationem significans. Quiergo exposuit hoc per vocabulum delicti, dicens propter delicta eorum, errās est. *Aleph* enim quæ ibi est, non est de dictionis radice. Vt scirent, vel vt scirent, quod sum Deus: Cum scilicet adultero super eos mala. Hęc Rabbi Selomo. Scigitur Deus ipse cæremonialia præcepta quę iudæis dedit non bona nuncupauit, minum neq; tibi, neque cuiquam videri debet, si ea ita quo que ipse appellauit. CAP. Quamobrem igitur dicta sunt non bona? GAL. Quia per ea homines non iustificabantur. Erāt enim vmbræ gratiā qua nunc iustificamur, præsignantes. Nec tamen mala fuisse dicenda sunt, cum diuinitus præcepta fuerint, tempori personisque congruentia. Et propterea bona Deus ea non dixit mala, sed solum non bona, id est non talia, vt per ea homines boni iustique fierent. Quare Abraham cæterique omnes patres ret atq; culpabiles Deo fuerunt, vsq; adeo, vt sacrificiis cæterisque cæremonialibus non obstantibus, ad infernum descenderent, vt in præcedentibus satis abunde probauimus. Hinc non aliter Isaiæ 40. cap dixit, ולבנון אין די בער ויחיו ואיין כל העלתה Hoc est, Et Libanus non est sufficiens ad incendendum, & animal eius non sufficit ad holocaustum. Quod glossa Rabbi Selomonis exponit ad satisfaciendum pro peccatis Gentium. Libanus autem non intelligitur nisi templum, vt secundo patet in *Midras* שיר השירים *Scir hasirim*, id est, in expositione Cantici canticorum: vbi de dicitur super illud 7. cap. eiusdem libri dictum, אפך כמגדל הלבנון Hoc est, Nasus tu⁹ sicut turris Libani, id est domus sanctuarij. Quemadmodum erect nasus ille datus est in altitudine hominis: ita domus Domini, id est templum, data est in altitudine mundi. Cum ergo dicitur, Sicut turris Libani: non est Libanus nisi domus sanctuarij: sicut dictum est Deut. 3. cap. ההר הטוב הזה והלבנון Hoc id est, Mons bonus iste & Libanus. Hæc traditio. Libanus igitur, id est templum, quemadmodum cum omnibus holocaustis & sacrificiis suis ad satisfaciendum pro peccatis gentium, iuxta Rabbi Selomonis expositionem, sufficiens non erat, ita nec ad satisfaciendum pro Iudæorum peccatis satis erat: cum omnes tam boni quam mali etsi differenter, ad infernum descenderent. Quod per illud etiam quod in expositione libri Geneſis Rabbi Mosis Hadarsan scribitur, optime probatur, cum super illud vigesimo septimo capite eiusdem libri dictum, ויהי כי זקן יצחק Hoc est, Et fuit cum senuit Ishac: ita legitur: Dixit Rabbi Nahmia, Dilectæ sunt tribulationes à Deo magis quam sacrificia. Sacrificia namque fuerunt de diuitiis hominis: tribulationes vero de corpore ipsius: sicut dictum est Iob secundo capite. עור בער עור וכל אשר לאיש יתן בעד נפשו Hoc est, Pellem pro pelle, & quicquid habet vir dabit pro anima sua. Vbi anima pro corpore animato sumitur. Ex quibus omnibus patet propositum. Quod scilicet cæremonialia legis Mosaicæ etsi mala non fuerint, quia à Deo præcepta fuerunt, erant tamen non bona, quia homines iustificare non valebant. Idcirco aduenientе Messia, ita finem habitura erant, vt spiritualiter tantum seruari debebant.

## CAPVT VII.

*Quod circumcisio tempore Messiæ non carnalis, sed spiritualis seruanda erat.*

## CAPNIO.

VT magis igitur magisque Iudæorum conuincatur perfidia, nunc per eorum scripturas probādum est: quod in diebus Messiæ ipsorum cæremoniæ spiritualiter seruandæ erant. Quare de circumcisione primum id ostendas obsecto. GAL. In primis itaque Dei omnipotentis vocem audiant, sic apud Ieremiam 4. cap. viris Iuda & Ierusalem dicentis, נירו לכם ניל ואל תזרעו אל קוצים: המלו ליהוה והסירו ערלת לבבכם איש יהודה וישבי ירושלם פן תצא באש חמתי ובערה ואין מכבה מפני רוע מעלליכם Hoc est, Nouate vobis nouale. & ne seminetis super spinas. Circumcidimini Deo, & auferte præputia cordis vestri, viri Iuda, & habitatores Ierusalem: Ne egrediatur velut ignis indignatio mea, & accendatur, & non sit extinguens, propter malitiam operum vestrorum. Deut. quoque 10. cap. sic ait, וימלתם את ערלת לבבכם וערפכם לא תקשו עוד id est, Et circumcidetis præputium cordis vestri, & ceruicem vestram non indurabitis vltra. CAP. Velim per eorum doctores probates circumcisionem tempore Messiæ spiritualiter seruandam fuisse. GAL. Faciam equidem. In *Midras* igitur שיר השירים *Scir hasirim*, id est, in expositione Cantici canticorum, super illud secundo capite eiusdem libri dictum ענה דודי ואמר לי Hoc est, Respondit dilectus meus, &

xit mihi: ita legitur, Dixit Ecclesia Israelis: Respondit mihi per manum Eliæ: dedit expositionem per manum Danielis: & dixit mihi per manum Regis Messiæ. Et quid dixit mihi? קומי לך רעייתי יפתי ולכי לך id est, Surge tibi amica mea, formosa mea, & vade tibi: ecce enim hyems transiit: Et reliqua, vsque את הזמיר הגיע Hoc est, Tempus putationis peruenit: Peruenit enim tempus, vt redimatur Israel: Peruenit tempus, vt amputetur præputium, de quo dictum est Deuteronomij trigesimo capite, ומל יהוה אלהיך את לבבך ואת לבב זרעך לאהבה את יהוה אלהיך id est, Et circumcidet Dominus Deus tuus cor tuum, & cor seminis tui, ad diligendum Dominum Deum tuum. Et lex conuerteretur ad nouitatem, & renouabitur Israel: sicut dictum est Ieremiæ trigesimo primo capite. Et feriam cum domo Israel & cum domo Iuda pactum nouum, id est, legem nouam. Hactenus traditio. In qua duo valde notanda manifeste patent. Primum quidem est, quod circumcisio tempore Messiæ ipsi rituliter fieri debebat. Quod per illud Deuter. probat, Et circumcidet Dominus Deꝰ cor tuum, & cor seminis tui. Quod non potest nisi spiritualiter intelligi, cum ad literam nullatenus de corde aliquid sine morte auferri possit. Secundum vero est, quod lex ad nouitatem conuerti debebat, propter legem scilicet nouam, quam Messias daturus erat. Ad cuius probationem illud Ieremiæ inducit, Et feriam cum domo Israel & cum domo Iuda fœdus nouum. Vbi per fœdus veteres Talmudistæ legem intelligunt, vt in præcedentibus patuit. Hoc etiam ex eo potissimum probatur, quod in *Bereshith* קטנה *ketanna*, id est, in expositione minori libri Genes. legitur, super illud decimo septimo capite eiusdem libri dictum, ואתנה בריתי ביני וביניך Hoc est, Et dabo pactum meum inter me & inter te: vbi R. Akiba sic dixisse dicitur, Quatuor sunt præputia. Dicitur enim præputium in aure, de quo scriptum est Ierem. sexto capite, הן ערלה אזניהם ולא יוכלו להקשיב הנה דבר יהוה היה להם לחרפה לא יחפצו בו Hoc est, Cui loquar, & contestabor, & audient? Ecce præputiatæ sunt aures eorum, & non potent aut attendere. Ecce verbum Dei fuit eis ad opprobrium. Non volunt ipsum. Dictum est etiam præputium oris: sicut scriptum est Exodi sexto capite, ואני ערל שפתים Hoc est, Et ego præputiatus labiis. Et rursus ibidem, הן אני ערל שפתים id est, Ecce ego præputiatus labiis. Dictum est etiam præputium in corde: iuxta illud Ierem. nono capite, וכל בית ישראל ערלי לב Hoc est, Et omnis domus Israel præputiati sunt corde. Et iterum Leuit. vigesimo primo capite. Et inducam eos in terram inimicorum eorum: vt tunc supplicet, vel humilietur cor eorum præputiatum, & tunc placent pro peccato suo. Et rursus ait Deuter. 10. cap. Et circumcidetis præputium cordis vestri. Et denuo eiusdem libri 30. cap. Et circumcidet Dominus Deus tuus cor tuum, & cor seminis tui. Dicitur denique præputium in corpore, iuxta illud Gen. 17. cap. Et præputiatus masculus, qui non circumciderit carnem præputij sui, abscindetur anima illius de populo suo. Dixit R. Tanhuma, Dubium est circa hanc scripturam, quæ ait, Et præputiatus masculus: Numquid enim est ibi præputiatæ mina? Sed sensus est, quod de loco vnde quisque alienus est à Deo, siue sit mas siue fœmina, nisi circumcidêdus est. Hæc R. Akiba. Ex quibus pate ne sequitur, quod sicut sunt quatuor præputia quatuor quoque circumcisionum genera. Quatum tria quidem scilicet auris, oris & cordis quæ spiritualia sunt, semper & omnibꝰ necessaria sunt. Quartum vero genus quia corporale est, & eorum vmbra fuit figura, ex quo venit Messias noster, spiritualium præceptorum Magister, non solum inutile est, verum etiam omnibus ipsum scientibus admodum perniciosum. Hinc Paulus in quo locutus est Christus, ad Galatas scribens 5. c. his verbis ait, Ego Paulus dico vobis, quod si circumcidimini, Christus vobis nihil proderit. Et rursus ad Rom. 4. cap. Dicimus enim, inquit, quia reputata est fides Abrahæ ad iustitiam. Quomodo ergo reputata est? In circumcisione, an in præputio? non in circumcisione, sed in præputio. Et infra. Non est facta per legem promissio Abrahæ, aut semini eius, vt hæres esset mundi, sed per iustitiam fidei. Item ad Galat. 5. c. Scientes autꝫ, inquit, quod non iustificatur homo ex operibus legis sed per fidem Iesu Christi. Et nos in Christo Iesu credimus, vt iustificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis. Hęc ille. Talmudistarum excellentissimus, & in quo locutꝰ est Christus, vt ipse ad Cor. 13. c. testatus est. In eo igitur quod dicit, fuisse reputatam fuisse Abrahę ad iustitiam in præputio, & nõ in circumcisione, palam insinuat. Abraham ante fidelem & iustum fuisse, quam circumcisum. Quod sic probari potest: Scribitur enim Gen. 17. cap. ואתכם בן תשעים ושנה כהמלן בשר ערלתו id est. Et Abraham filius nonaginta nouem annorum erat, quando circumcidit carnem præputij sui. Antea autem, id scilicet cap. eiusdē libri ita de eo legitur, והאמן ביהוה וישחבה לו צדקה Hoc est, Et credidit in Deum, & reputatum est ei ad iustitiam. Vbi glossa Rabbi Selomonis dicit, Deus sanctus & benedictus reputauit eum, scilicet fidē, qua Abraham Deo credidit, iustitiam & iustificationem. Ex quibꝰ patet, Abraham ante fidelem & iustum fuisse, quā circumcisum. Quod ex eo etiam confirmatur, quod in *Bereshith* קטנה *ketanna*, id est, in expositione libri Genes. minori legitur, cum super illud 6. c. eiusdem libri dictum, Noas vir iustus: & reliqua: sic dicitur: Rabbi Iohanan & Rabbi Hanina ambo dixerūt, Etiam si annorum cognouit Abraham creatorem suum, & credidit in eum. Et quid fatuebat in eum, id est, quid proponebat se facturum pro eo? Reducere totum orbem ad pœnitentiam. Ex quo sequitur, Quod quemadmodum Abraham fidelis & iustus fuit, antequam circumcisus: ita & Noas (iuxta attestante scriptura) iustus & rectus fuit atque perfectꝰ, nec tamen circumcisus. Sic & Melchisedec. Sic & Iob. Sic & alij quam plurimi. Quare valde notandum est dictum illud R. Iehosuæ, cum in libro יבמות *Iebamoth*, id est Fratrium, in cap. חתולץ *Hatholetz*, id est discalceatus, sic ad verbum air, Baptizatus & non circumcisus, ecce ipse est *ger*, id est, conuersus ad fidem. Sic enim inuenimus in matribus, in Sara scilicet & Rebecca atque

*Quadruplex præputiorum genus.*



ceteris, quæ baptizabantur, & non circumcidebantur. Quamobrem optime Paulus Apostolus dixit ex sententia est, cum ad Galatas scribens 5. cap. In Christo Iesu (inquit) neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed fides, quæ per dilectionem operatur. Et rursus ibidem ait, In Christo enim Iesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed noua creatura, id est, regeneratio quæ per baptismum fit, & noua vita. Gentiles enim cum dæmones in idolis colerent, nihil erant coram Deo, iuxta illud Isa. 40. cap. Omnes gentes quasi non essent coram eo, nihil & inane reputatæ sunt ei. Cum igitur Gentiles ipsi idolis abdicati, ad Deum conuersi baptizati sunt, quasi ex nihilo à Deo creati sunt. Ideo haud inepte nouam creaturā dicuntur. Quod non incongrue Rabbi Selomo confirmare videtur, cum super illud Psal. תכתב זאת לדור אחרון ועם נברא יהללי־ה Hoc est, Scribatur hoc generationi nouissimæ, & populus qui creabitur, laudabit Deum. Ita in gloriam ait: Scribatur hoc: Sic enim dicent videntes salutationem, Scribatur hæc saluatio, vt narretur generationi nouissimæ. Et populus qui creabitur, id est, qui fiet nouā creatura, de seruitute egrediendo ad libertatem, & de tenebris ad lucem, laudabit Deum. Hæc Rabbi Selomo. Postremo autem non ignorandum est, circumcisionem in signum Iudæis datam fuisse. Sic enim Gen. 17. ca. scriptum est, זנמלתם את בשר ערלתכם והיה לאות ברית ביני וביניכם id est, Et circumcidetis carnem præputij vestri, & erit in signum fœderis inter me & inter vos. Cum itaque circumcisio in signum Iudæis data fuerit, eoſque propter eorum scelera Deus reprobauerit: vt in præcedentibus ostensum est: Plane sequitur, Christianos nullatenus circumcisionem facere debere, etiamsi alia causa non prohiberet; cùm sit signum non fidelium quidem, vt olim, sed infidelium, & eorum quos Deus reprobauit. De qua quidem circumcisione cum in oratione quā de dominica circumcisione ad Leonem X. Pontificem Maximum habui, multa dixerim, idcirco nunc de ea nihil aliud dicam. Eadem quoque ratione & sabbatum à Christianis non nisi spiritualiter seruandum est: cum ipsum etiam in signum Iudæis datum fuerit: cum ita ex Exod. 31. cap. à Deo dictum fuit, את שבתותי תשמרו כי אות היא ביני וביניכם לדורותיכם Hoc est, Sabbata mea seruabitis, quia signum sunt inter me & inter vos in generationes vestras.

## CAPVT VIII.

*Quod sabbatum quoque in diebus Messiæ spiritualiter tantum seruari debebat.*

## CAPNIO.

DICENDVM est modo, quonam pacto sabbatum tempore Messiæ spiritualiter seruandum erat. GAL. Spirituale sabbatum aliud nõ est, nisi non habere peccatum: nullum opus seruile in eo fieri præceptum fuit, primum Exodi vigesimo c. Sed quid aliud est opus seruile, nisi peccatum, cum iuxta dominicum verbum Ioannis octauo capite, Omnis qui facit peccatum, seruus sit peccati? Sabbatum igitur in diebus Messiæ spiritualiter seruandum erat, quia euangelica auxiliante lege, ab omni opere seruili, hoc est, ab omni vitio & peccato, quod homines seruos diaboli facit, erat tunc summopere abstinendum. Hic spiritualis sabbati cultus cultores suos tãdem ad sabbatum perducit sempiternum. Sabbatum enim requies interpretatur. Quare nõ solum requiem Messiæ in sepulchro septimo die futuram, significabat, sed etiam requiem illam septimam, quam in septima mundi ætate post resurrectionem generalem habitum sunt, qui sabbatum spiritualiter seruauerint ab omni vitio & peccato abstinentes. De hoc autem sabbato sempiterno habetur in *Midras tehillim*, id est, in expositione Psalmorum super illud Psalm. 90. שמחנו כימות עניתנו Hoc est, Lætifica nos pro diebus, vel secundum dies, quibus nos afflixisti: Sic enim ibi dicitur, Secundum dies, quibus nos afflixisti: videlicet per Babyloniam, per Græciam, & per Romanos, atque in diebus Messiæ. Et quot sunt dies Messiæ? R. Iehosuas dixit, Quod sunt duo millia annorum. Sicut dictum est hic, Secundum dies quibus nos humiliasti, id est, secundum duos dies. Dies enim vna Dei sancti & benedicti sunt mille anni, iuxta illud eiusdem Psalmi dictum, כי אלף שנים בעיניך כיום אתמול Id est, Quoniam mille anni in oculis tuis, tanquam dies hesterna. Dixerunt etiam Magistri, Quod secundum futurum dies Messiæ erit vna. Deus enim sanctus & benedictus in futuro faciet ei diem vnam, de qua dictum est Zach. 14. cap. והיה יום אחד הוא יודע ליהוה לא יום ולא לילה והיה לעת ערב יהיה אור Hoc est, Et erit dies vna, & ipsa est nota Deo. Non dies neq; nox. Et erit, ad tempus vesperi erit lux. Hęc dies est seculum futurum, & viuificatio mortuorum. Et hoc est lumen, quod Deus sanctus & benedictus reseruauit iustis in principio mundi, videlicet illud de quo dictum est Genes. 1. Et vidit ipsum lumen quod esset bonum. Et iterum de ipso dicitur Psalm. 36. Quoniam tecum est fons vitæ, in lumine tuo videbimus lumen. Adhuc etiam Isaias ait vlt. cap. והיה מדי חדש בחדשו ומדי שבת בשבתו id est, Et erit, scilicet semen eorum, ex sufficientia mensis in mense suo, & ex sufficientia sabbati in sabbato suo. Illud sabbatum est seculum futurum, quod eorum est sabbatum, id est requies. Hucusq; traditio. Ex qua pater propositum Sed ad verborum Isaiæ intellectum, quæ traditio ista posterius valde congruenter adducit; notandum est: quod mensis Hebraice dicitur חדש *hodes*, ponitur quie apud eos pro omnium dierum perfectione, in quibus luna cursum suum perficit. Per lunam namque Iudæi tempora computant, & non per solem. Mensis ergo pro perfectione positus est, sabbatum vero pro requie. Sic igitur iuxta præmissam traditionem exponenda sunt ipsa Isaiæ verba. Et erit, scilicet semen eorum, id est, Apostolorum & sanctorum doctorum filios spirituales gignentium, ex sufficientia mensis, id est, ex sufficientia perfectionis vitæ præsentis, in mense suo, id est in perfectione glorię suę in futuro. Ita quoq; semen antedictũ ex sufficiẽtia sab-

*Sabbatum quomodo interpretatur & quid figurabat.*

bati, id est, sex sufficientia requietis & cessationis à vitiis & peccatis in hac vita, erit in sabbato suo, id est in requie sempiterna sua in vita futuri seculi, quod totum erit sabbatum, id est requies, vt dicit prædicta traditio. Iuxta cuius intentionem verba Isaiæ expoluimus.

## CAPVT IX.

*Obiectionum Iudæorum solutio, quibus ostendere conantur, sabbatum à Christianis quoque atque à cæteris omnibus, nedum ab ipsis Iudæis, liter aliter seruari debere.*

## CAPNIO.

*Iudæorum obiectiones circa sabbati observationem.*

IMPIA Iudæorum nostri seculi perfidia multipliciter nobis in hoc se opponit, omni contentione probare volens, sabbatum non solum à Iudæis ipsis, sed à nobis quoque Christianis atq; à cæteris omnibus cuiuscunque sectæ fuerint, literaliter seruandum esse.

*Prima obiectio.*

Et primo quidem, quia inter decem præcepta moralia eius observatio connumeratur. Est enim tertium in ordine inter decalogi præcepta: Cum sic Dominus ipse Exod. 20. cap dixit, זכור את יום השבת לקדשו Hoc est, Memento diei sabbati, vt sanctifices ipsum. Qua. e cum decalogi præcepta sint ab omnibus obleruãda, quia sunt de iure naturæ: sequitur plane, sabbatum ab omnibus obseruari debere.

*Secunda obiectio.*

Secundo vero quia sabbatum, creationis, quæ omnibus communis est, respicit beneficium. Sabbato enim Deus quieuit ab omni opere, quod fecerat, ideo sanctificauit ipsum, ac benedixit. Quamobrem cum illud sanctificari præcepit, quali rationem assignans, mox ita subiecit, Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. Septimo autem die sabbatum Domini Dei tui est. Non facies vllum opus in eo, tu & filius tuus, & filia tua, seruus tuus & ancilla tua, iumentum tuum & aduena qui est intra portas tuas. Sex enim diebus fecit Deus cœlum & terram & mare & omnia quæ in eis sunt. Et requieuit in die septimo. Idcirco benedixit Dominus diei sabbati, & sanctificauit eum. Cum igitur ratione creationis omnes Deo obligentur: consequens est, ad

*Tertia obiectio.*

obseruationem sabbati omnes teneri. Tertio denum, quia omnes ad hoc inducit naturale exemplum Sabbatici fluuij, qui (vt aiunt) per totam hebdomadam raptim fluens, lapides trahit, sabbato vero quiescit. Vnde legitur in *Bereşith* קטנה *ketanna*, id est, in expositione libri Genes. minori, super illud 2. cap. eiusdem libri dictum, ויברך את יום השביעי id est, Et benedixit diei septimo: Quod Dominus Rufus Romanus quæsiuit à Rabbi Akiba, dixitque ei, Quid interest inter diem & dies? Respondit ei Rabbi Akiba, dicens, Et quid interest inter virum & viros? Dixit ei Rufus, Quid dixi tibi? & quid dixisti mihi? Respondit ei ille, Dixisti quidem mihi: In quo differt sabbatum à cæteris omnibus diebus: Ego vero dixi tibi, Quid præstat Rufus cæteris omnibus viris? Quemadmodum igitur excedit Rex cæteros omnes propter gloriam suam: ita voluit quoque Deus diem hunc præ cæteris honorari. Dixit ei Rufus, Vnde facies me hoc scire? Respondit Rabbi, Fluuius sabbaticus hoc ostendit qui per totam hebdomadam lapides trahit, & in sabbato quiescit. His igitur rationibus recentiores Iudæorum probare conantur, sabbatum non solum nunquam cessare debuisse, verum etiam ab omnibus semper seruandum esse. Quæ quidem rationes etsi parui sint momenti, ad eorum tamen obstinationem magis confundendam, qui tam fragili ac ruinoso innituntur fundamento, eas prius refellas. Deinde quod etiam mor eos sabbatum ipsum dissolutum fuerit, per eorum scripturas ostendas, necesse est. GAL. Curabo equidem omni conatu votis tuis facere satis. Ad primam igitur eorum rationem dico, breuiter, Quod præceptum de sabbati observatione partim morale, partim cæremoniale fuit. Et moquidem, inquantum per illud præcipiebatur homines aliquo tempore rebus diuinis vacare debere. Iuxta illud Psalm. 46. Cessate & cognoscite, quia ego sum Deus. Et secundum hoc immoralia decalogi præcepta connumerabatur, cæremoniale vero fuit, quantum ad tempora diei septimi institutionem. Et secundum hoc non connumerabatur inter decalogi præcepta, sed inter alia cæremonialia. Hinc est, quod sæpenumero in veteri testamento sabbatum fuisse solemne comperimus. Quod minime factum fuisset, si quantum ad diei septimi obseruationem, inter decalogi præcepta numeraretur, cum nullo vnquam tempore illa soluere liceat, quia sunt de iure naturæ. Hinc etiam Dominus noster Iesus verus Messias, postquam triginta quatuor annos sabbatum ipsum quantum ad partem illam aliquoties soluisse legitur. Nam in eo & infirmos curauit dans eis facultatem lectulos suos vehendi, & discipulis suis eturientibus, spicas euellendi & confricare indulsit. Ad secundam vero dico, Quod sicut sabbatum beneficium respicit creationis, ita dies dominicus redemptionis beneficium ostentat. Quemadmodum enim Deus in sabbato opus creationis impleuit, ita in die dominico opus redemptionis per resurrectionem Domini nostri Iesu Christi perfecit. Christus enim ipse (vt ait Apostolus) mortuus est propter institutionem nostram, & resurrexit propter gloriam nostram. Cum igitur omnium sententia opus redemptionis maius sit, quam opus creationis (Nam in creatione quidem Deus dixit, & factus est mundus, vt Talmudistæ dicunt. In redemptione vero, vt ipsi iidem aiunt, non tantum dixit, sed multa quoque facere, ac pati Deum ipsum oportebat: vt latissime ex eorum dictis in 8. libro probauimus) Idcirco sabbatum quantum ad eius cæremoniale, ab eodem qui ipsum instituit, in diem dominicum mutandum fuit: qui & creationis & redemptionis respicit beneficium. Inde etenim & mundus sumpsit exordium, & per resurrectionem Domini mors interitum, & vita accepit initium. Ad tertiam denique respondeo, figmentum illud Iudaicum de Sabbatico fluuio contra ipsos conuertendo. Quemadmodum enim fluuius ille fictus obseruandi sabbati signum fuit, cum in tota hebdomada lapides volutando flueret, & in sabbatis quiesceret, vt ipsi fabulantur: ita quoque nunc est sabbati non obseruandi efficax contra eos argumentum: cum nunquam



quam sub cœlo sit nunc fluuius, qui magis in sabbatis, quam cæteris diebus quiescat. Per vniuersas namque orbem mercatores discurrunt, qui tieuri ab extremis terris aduehunt medicinalia, variaque pigmenta: ita tantum quid, si verum est, sibi inuicem narrarent, ac nomen prouinciæ vbi fluuius huiusmodi esset, Iudæis percontantibus, non tacerent. CAP. Imo Iosephus eo in lib. quæ de bello Iudaico inscribitur, refert, vbi fluuius ille sit: Cuius verba ne plura dicam, ipse referam: Sic enim ait lib. 7. cap. 35. Princeps vero Titus aliquandiu quidem Beriti commotabatur, ita vt diximus. Inde autem reuertus. Et infra. Conspicit in itinere fluuium cognitione dignissimum. Is fluit medius inter Arcas & Raphaneas regni Agrippæ ciuitates. Habet autem quoddam peculiare miraculum. Nam cum sit quando fluit, plurimus, neque meatu segnis, tamen interpositis sex diebus, à fontibus deficiens, siccum exhibet locum videri. Deinde quasi nulla mutatione facta, septimo die similis exoritur. A quo hunc ordinem semper eum obseruare, compertum est. Vnde etiam Sabbaticus appellatus est, à sacro Iudæorum septimo die, sic nominatus. Hæc Iosephus. Plinius quoq; in lib. 31. de naturali hist. ca. 2. de hoc fluuio mentionem facit, sic dicēs. In Iudæa fluuius sabbatis omnibus siccatur. Eapropter Iudæi dicentes, figmentum non esse, sed veritatem, eius generis fluuium fuisse, cum & Iosephus & Plinius de eo meminerint, ac locum vbi fuerit, assignent. GAL. Fateor quidem tunc eiusmodi fluuium extitisse. Nunc autē nemo est, qui ipsum vel se vidisse dicat, vel ab aliquo visum fuisse, referat. Quare eiusmodi fluuium dicere nunc esse, & figmentum & mendacium merito censendum est. Neque etiam Iosephus neque Plinius dicunt, eum in sabbatis quieuisse, vt isti asserunt: sed alter ipsum debere, alter desiccari sabbatis solitū fuisse, commemorat. Ex quo futuram sabbati defectionem & siccitatem portendebat, quod scilicet illo die vitium venerandum non esset. Ex his igitur patrum Iudaicarum rationum solutio, quibus probare conantur, ab omnibus literaliter colendum esse sabbatum. Quorum opinio per veteres etiam eorum optime refellitur. Sic enim legitur apud eos in פרוש *perus*, id est, in glossa super illud Exo. ראה כי יהוה נתן לכם את השבת Hoc est, Videte, quia Deus dedit vobis sabbatum. Et quid est, dedit vobis sabbatum? Quia vobis, scilicet Iudæis dedit, & non gentibus seculi. In libro quoq; ביצה Beza, id est, Oui, in cap. יום טוב *iom tob*, id est, Dies bonus, ita dicitur: Dixit R. Iohanan, Omne præceptum quod dedit Deus sanctus & benedictus Israeli, dedit eis public e, præter sabbatum, quod dedit eis secreto. Sicut dictum est Exod. 31. ביני ובין בני ישראל id est, Inter me & inter filios Israel. Quod si ita est, non obligantur גרים *gum*, id est, genres ad sabbatum. Hæc traditio. Ex quibus manifeste liquet præmissæ conclusionis Iudæorum falsitas.

## CAPVT X.

*Quid sabbatum apud Iudæos multoties dissolutum fuerit.*

## GALATINVS.

RELIQVVM est, vt secundæ petitioni tuæ nunc satisfaciam, sabbatum ipsum apud eos frequentius dissolutum fuisse, per eorum scripturas ostendendo. Primum itaq; dico, sabbatum in ipso mundi principio solutum fuisse. Nam vbi editio nostra habet Genes. 2. cap. Et consummauit Deus in die sexto opera sua, quæ fecit: Hebraica veritas sic habet, ויכל אלהים ביום השביעי מלאכתו אשר עשה id est, Et compleuit Deus in die septimo opus suum quod fecerat. Vbi ergo nos, tam Græci quam Latini (præter D. Hieronymū) in nostra editione in die sexto Deum opus creationis perfecisse, dicimus: Hebraica litera in septimo die Deum id fecisse, refert. Hinc igitur maxime artantur Iudæi, qui de ocio sabbati gloriantur: Quod iam tunc in principio sabbatum ipsum dissolutum sit, dum Deus in sabbato operatus est, complens in eo opera sua, & benedicens ipsi diei, quia in ipso vniuersa compleuit. HOC. Vnde ergo nostri præter D. Hieronymum, qui locum hunc (vt ais) bene traduxit, erroris causam sumserunt, vt sextum diem pro septimo ponerent? GAL. Ex 70 interpretibus, qui locum hunc ita transtulerunt, vt in eorum editione videri potest. Quod etiam in *Bereşith ketanna*, id est, in expositione libri Genes. minori, super hunc eundem locum aperte ostenditur. Sic enim ibi dicitur, Et hoc est vnum de verbis, quæ mutauerunt sapientes Ptolomæo regi. Ptolomæus enim rex interrogauit septuaginta seniores, dicens, In quot diebus creauit Deus sanctus & benedictus mundum suum? Dixerunt ei, In sex. Vt est Genes. 1. Et compleuit Deus die sexto opus suum. Hæc ibi. Dico vlterius, quod nec Abraham, nec Ishac, nec Iacob, sabbatum coluerunt, & tamen iusti fuerunt. Quod autem Abraham ipsum non coluerit, habetur in *Bereşith* קטנה *ketanna*, super illud 2. cap. eiusdem libri, Et benedixit Deus diei septimæ: vbi legitur, Dixit R. Iohanan, Non est scripta de Abraham obseruatio sabbati. CAP. Diceret hic forte Iudæus, quod tunc nondum præceptum de sabbati sanctificatione datū fuerat. Ideo Abraham ipsum non coluit, cum nemo illud ante præceptum colere teneretur. GAL. Ex hoc saltem infertur, sabbati cultum non esse de lege naturæ. Quia lex naturalis cum sit menti vniuersaliq; inscripta, semper à mundi exordio omnes homines rationis capaces ad sui obseruantiam obligauit. Hoc tamen non obstante, ostendam per eorum scripturas, quod etiam post præceptum de sanctificatione sabbati datum, multoties ab eis sabbatum ipsum solutum fuerit. Quare vt de hoc nihil ipse dicam, solum ea quæ ipsorum scripturæ narrant, referam. Primum igitur, audiendum est quod apud eos legitur, in libro ספרי *Sephre*, super illud Numer. 9. Et fecerunt pascha in primo: & reliqua. Ibi enim sic dicitur, Non fecerunt nisi illud tantum. Dixit R. Elazar. Habetur Exo. 16. וישבתו העם ביום השביעי id est, Sabbatizauit populus in die septimo. Per hoc docet, quod omnibus 40. annis quibus filij Israel fuerunt in deserto, non fecerūt nisi duntaxat primum sabbatum. Quemadmodum ipse ait Amos propheta in quinto cap. הזבחים ומנחה הגשתם לי במדבר ארבעים שנה

בית ישראל Hoc eſt, Num ſacrificia & oblatio-
nem obtuliſtis mihi in deſerto 40. annis, domus
Iſrael? Hæc traditio. In libro quoq; qui סדר עילם
*Seder holam*, id eſt, ordo mundi dicitur, in ca. quod
incipit, Et populus qui aſcendit de Iordane, ſuper
illud Iehoſuæ 6. cap. dictum, In die ſeptimo: cum
reliquis, ita ſcriptum eſt: Dixit R. Ioſes, Dies ſab-
bati erat cum fuit prælium in Ierico. In *Bereſith*
קטנה *ketanna* id eſt, in expoſitione libri Geneſ.
minori, ſuper illud 17. cap. eiuſdem libri ſcriptum,
Omnes viros domus ſuæ: ſic dicitur, Inuenimus
quod non fuit capta Ierico, niſi in ſabbato. Dixit
R. Rahmon, Hoc eſt quod ſcriptum eſt Iehoſuæ
6. capite, וביום השביעי תסבו את העיר שבע פעמים
id eſt, Et in die ſeptimo circuibitis ciuitatem ſe-
pties. In libro inſuper qui dicitur, ראש השנה *Ros
haſſana*, id eſt, Caput anni, in cap. ארבע ראשי
שנים *Arbaa raſſe ſanim*, id eſt, quatuor capita an-
norum: ſic legitur, Per duos menſes ſoluebant
ſabbatum, per ניסן *Niſan*, id eſt, Martium, & per
תשרי *Tiſri*, id eſt Septembrem. In ipſis enim mit-
tebant egredientes in Syriam, & ibi emebant ne-
ceſſaria. Quando autem domus ſanctuarij in ſta-
tuto ſuo erat, ſoluebant etiam per omnes menſes
ſabbatum, propter præparationes eorum quæ e-
rant ſacrificiis neceſſaria. In libro quoque שבת
*Sabbath* dicitur, Quod R. Simeon dixit, Propter
puerum vnius diei viuum, ſoluunt ſabbatum: pro-
pter Dauid vero Regem mortuum, non ſoluunt
ſabbatum. In *Midras*, id eſt, in expoſitione poſtre-
ma libri Numer. ſuper illud 13. cap. eiuſdem libri,
Mitte tibi viros: ſic dicitur, Nuncio præcepti lici-
tum eſt recedere quocunq; die voluerit. Quamo-
brem? Quia nuncius eſt præcepti. Nuncius au-
tem præcepti excludit ſabbatum. Ex his igitur
omnibus plane conſtat, ſabbatum apud Iudæos
ſæpenumero fuiſſe ſolutum.

## CAPVT IX.

*Quod Iudæorum etiam ſacrificia tempore Meſſiæ ſpi-
ritualiter tantum ſeruanda erant.*

CAPNIO.

NVNC de veteris legis ſacrificiis di-
cendum eſt, an in diebus Meſſiæ
ſpiritualiter tantum ſeruanda eſ-
ſent. GAL. Erant vtique, vt per eo-
rum ſcripturas plane oſtenditur.
In *Midras* namq; *tehilim*, id eſt, in expoſitione Pſal-
morum, ſuper illud Pſalm. 56. עלי אלהים נדריך
אשלם תודות Hoc eſt, Super me Deus vota tua,
ſoluam confeſſiones, vel laudes: legitur, quod di-
xerunt Rabbi Pinhas in nomine Rabbi Leui, &
Rabbi Iohanan in nomine Rabbi Menahem, O-
mnes orationes deletæ erunt in futuro, & confeſ-
ſio vel laus non delebitur in æternum. Sic enim
ſcriptum eſt Nehemiæ 12. ca. Et ſtabunt duæ con-
feſſiones in domo Domini. Vna loco orationis,
& altera loco ſacrificij. Hæc traditio: cui pluri-
mum conſonat Dauidicum illud Pſal. 51. dictum,
אדני שפתי תפתח ופי יגיד תהלתך: כי לא תחפוץ
זבח ואתנה עולה לא תרצה: זבחי אלהים רוח
נשברה לב נשבר ונדכה אלהים לא תבזה
id eſt, Domine labia mea aperies, & os meum an-
nunciabit laudem tuam. Non vis ſacrificium, &

A dabo? holocauſtum non affectabis. Sacrificia Dei
ſpiritus confractus: cor confractum & contritum,
Deus, non deſpicies. Hinc legitur in libro סכה
*Succa*, id eſt, caſulæ, in c. שנפה המגלה אשתו *ſena
hamegale iſto*, id eſt, Stultus deſpicit vxorem ſuam.
Quod dixit R. Iehoſuas filius Leui, Veni & vide
quam magni ſint humiles. In tempore enim quo
domus ſanctuarij ſtabat, homo ſacrificabat holo-
cauſtum, & merces holocauſti erat in manu eius.
Si offerebat oblationem, merces oblationis erat
B in manu eius. Illum vero cuius conſcientia humi-
lis eſt, perinde habet ſcriptura ac ſi omnia ſacrifi-
cia ſacrificaret. Iuxta dictum illud, Sacrificia Dei
ſpiritus confractus. Neq; hoc ſolum, ſed etiam o-
ratio eius non eſt reprobata. Iuxta illud quod ſe-
quitur, Cor confractum & contritum, Deus, non
deſpicies. In libro quoque *Sanhedrin*, in cap. נגמר
הדין *Nigmar haddin*, id eſt, Definitum eſt iudicium,
dicitur: Quod R. Iehoſuas fili⁹ Leui dixit, Omnem
eum qui immolat fomitem, vel côcupiſcentiam,
C & confitetur ipſam, haud ſecus habet ſcriptura ac
ſi honoraret Deum in duobus ſeculis. Quorum
vnum eſt ſeculum præſens, alterum futurum. Iu-
xta dictum illud Pſal. Immolans confeſſionē ho-
norabit me. Ad horum autem declarationem no-
tandum eſt, Quod ſi rationabiliter conſideremus
ea quæ ſacrificabantur, quædam eorū inuenie-
tur vitia vitiorumq; mortificationem ſignificaſſe:
quædam vero virtutes bonoſq; mores, vel Chriſti
paſſionem. Primogeniti namq; ouium agnum, quem
D Habel domino offerre cœpit, atq; agnus paſcha-
lis Meſſiæ paſſionem, ipſiuſq; pro hominum pec-
catis immolationem figurabant. Hirci vero & ca-
præ quædam alia, nonniſi vitia atq; peccata, ca-
rniſq; mortificationem per pœnitentiam deſigna-
bant. In hirco enim & capra vniuſcuiuſq; pecca-
toris fœtens, ac luxurioſa, plenaq; verbis impudi-
cis petulantia ſignificabatur. Ac ſimiliter in tauro
ſuperbia, in vitulo laſciuia, in hœdo & paſſere cla-
mor, & inconſtantia. Quæ quidem vitia cum in
E confeſſione per pœnitentiam mactantur, atq; de-
ſtruuntur, ſacrificia ſunt ipſi Deo acceptabilia, &
quam gratiſſima, quę in illis antiquis (vt diximus)
præfigurabantur ſacrificiis. Sacrificia autem quæ
virtutes & bonos mores prȩſignabant, erant ouis,
agnus, bos, aries, turtur, pullus columbæ, & cetera
id genus. In oue enim ſimplicitas atq; manſuetu-
do, in agno innocentia, in boue fructuoſi prædi-
catio, in ariete vtilis ac manſueta prælatio ſignifi-
cabatur. In turture vero quæ ſuo perdito coniuge
F alteri nunquam vlterius copulatur, caſtitas: in co-
lumbis autem q̃ felle carent, & gregatim volant,
charitas præfigurabatur. Ex ſimilibus igitur liquet,
cuiuſmodi ſacrificia velit nunc Deus. Præſertim
cum apud Hoſeam 6. cap. ipſe dicat, כי חסד חפצתי
ולא זבח ודעת אלהים מעלות. i. Quia miſericor-
diam volui & nō ſacrificium, & cognitionem Dei
pluſquam holocauſta. Denique quod à Gentilibus
qui Meſſiam recepturi erant, & non à Iudæis vel-
let ſupradicta ſacrificia ſpiritualia ſibi offerri, quæ
G Iudæis perfidis reprobatis, ex eo aperte oſtendi-
tur, quod apud Malachiam primo capite dicitur.
אין לי חפץ בכם אמר יהוה צבאות ומנחה לא ארצה
מידכם: כי ממזרח שמש עד מבואו גדול שמי בגוים
ובכל מקום מקטר מגש לשמי ומנחה טהורה כי



גדול שמי בגוים אמר יהוה צבאות: id eſt, Non eſt
mihi voluntas in vobis, ait Deus exercituum, &
munus vel oblatio non placebit de manu veſtra.
Nam ab ortu ſolis vſque ad occaſum magnum eſt
nomen meum in gentibus, & in omni loco eſt
thurificator & appropinquator nomini meo, &
oblatio munda. Quia magnum eſt nomen meum
in gentibus, dixit Deus exercituum. Quomodo
autem hoc totum ſit intelligendum, eleganter
inſinuat Rabbi Abraham Auen Hezra in ſua ex-
poſitione, ita dicens, Quia vos contēnitis nomen
meum, & ipſum eſt magnum & glorioſum etiam
in gentibus. Reputatur autem in oculis meis ho-
nor magnus, quo ipſi honorant me, & ac ſi ipſi in
omni loco adducerent nomini meo thurificato-
rem, & appropinquatorem, oblationemq; mun-
dam, ſiue munus mundum. Non ſicut vos facitis,
offerentes faciei meę panem pollutum, & cęcum,
& claudum. R. vero Selomo exponens hoc ita ait,
Magiſtri noſtri expoſuerunt hoc, dicentes, Dicit
homo ſocio ſuo, claude mihi portam iſtam, & nō
poſcit de hoc mercedem. Accende mihi lucer-
nam, & non quærit ſuper hoc præmium. Quis eſt
autem in vobis, qui claudat ianuas meas gratis?
Neque illuminatis altare meum gratis. Quare ſe-
quitur, quod multo min⁹ faceretis gratis res, qua-
rum mos eſt, vt fiant pro mercede. Propter hoc
nō eſt voluntas mihi in vobis. Magnum eſt enim
nomen meum in gentibus, & in omni loco eſt
thurificator: cum cæteris. Spontanei enim erunt
nomini meo etiam Gentiles. Hæc R. Selomo. R.
vero Ionathan hæc ita in Chaldæum vertit, לא
רעוא מן קדמי בכון אמר יהוה צבאות וקרבן לרעוא
מידכון לא אקבל Hoc eſt, Non eſt voluntas co-
ram me in vobis, dixit Deus exercituum, & ſacri-
ficium voluntarium non ſuſcipiam de manibus
veſtris: cum reliquis: Ex quibus omnibus clare
patet, Iudaica ſacrificia olim per Moſem mandata
tempore Meſſiæ ſpiritualiter ſeruanda fuiſſe.

## CAPVT XII.

*Quod omnia quæ ſecundum veterem legem immunda e-
rant, tempore Meſſiæ munda eſſe debebant, & carnes
porcinæ licite comedi poterant.*

CAPNIO.

QVONIAM iuniores Iudæorum
cum nos aut carnibus ſuillis veſci,
aut cætera quæ ſecundum legem
antiquam immunda atq; illicita
erant, comedere vidēt, ſtatim nos
arguunt, atq; accuſant: idcirco per eorum ſcriptu-
ras probandum eſt, quod omnia quę in lege vete-
ri immunda & illicita reputabantur, tēpore Meſ-
ſiæ munda ac licita eſſe debuerint. GAL. Id quoq;
eorum teſtimoniis optime ꝓbatur. Legitur enim
hoc modo in expoſitione libri Gen. Rabbi Moſis
Hadarſan, ſuper illud 41. ca. eiuſdem libri dictum,
ויהי מקץ שנתים ימים ופרעה חלם Hoc eſt, Poſt
finem duorum annorum dierum, & Pharao ſo-
mniauit. Hoc eſt quod ſcriptura dicit Pſalm. 146.
יהוה מתיר אסורים id eſt, Deus erit abſoluens pro-
hibita. Omnis enim beſtia, quæ immunda repu-
tatur in ſeculo iſto, Deus ſanctus & benedictus
faciet eam mundam in ſeculo venturo, id eſt tem-
pore Meſſiæ: quemadmodum munda fuerunt
primum omnia filiis Noe: Sicut dictum eſt Gen.

A 9. כל רמש אשר הוא חי לכם יהיה לאכלה כירק
עשב נתתי לכם את כל Hoc eſt, Et omne quod
mouetur & viuit, erit vobis in cibum: ſicut olus
herbæ, vel ſicut viridem herbā dedi vobis omnia.
Quemadmodum igitur olus fuit mūdum omni-
bus, & ſicut animalia & beſtiæ munda fuerunt fi-
liis Noe: ita quoq; in futuro ſeculo, id eſt, in die-
bus Meſſiæ, ipſe erit abſoluens quicquid prohi-
buit. Et cur prohibuit in ſeculo iſto? Vt videretur
quis eſſet recipiens verba eius. Et quid eſt quod
B dicit Pſal. 146. Deus מתיר *mattir*, id eſt, abſoluens
prohibita? Non eſt maior prohibitio, quam נדה
*nidda*, id eſt, menſtruatæ, quam Deus prohibuit.
Et tamen in futuro ſeculo, id eſt, tempore Meſſię,
ipſe abſoluet eam. Sic enim ipſe ait Zach. 13. cap.
וגם את הנביאים ואת רוח הטמאה אעביר מן הארץ
id eſt, Et etiam prophetas & ſpiritum immundi-
tię transferam de terra. Non eſt autem immundi-
tia, niſi menſtruatæ. Et ſic ipſe ait Leuit. 18. c. Et ad
mulierem in menſtruo immunditiæ ſuæ non ap-
C propinquabis. Et ſunt qui dicunt, quod etiam ſer-
uitium thori erit prohibitum aliquoties in futu-
ro. Scito autem hoc tibi, Quod in die qua reuela-
tus eſt Deus ſanctus & benedictus ſuper montem
Sinai, prohibuit ſeruitium thori tribus diebus:
Sicut dictum eſt Exod. 19. היו נכנים לשלשת ימים
אל תגשו אל אשה Hoc eſt, Eſtote parati ad ter-
tium diem, non accedatis ad mulierē. Quare hoc?
Quia in die tertio deſcendet Domin⁹ ſuper mon-
tem Sinai. Si igitur vna die qua deſcendit Domi-
D nus ſuper montem Sinai prohibuit eis tres dies: in
ſeculo venturo, id eſt, in diebus Meſſiæ quando
שכינה *ſechina*, id eſt, diuinitas erit inter eos, non e-
rit omnino eodem modo. Sed quid erit? Adhuc
id quod dicitur eodem in Pſalmo, Deus abſoluet
אסורים *aſurim*, id eſt, captiuos ſecundum alium
ſenſum, videlicet captiuos inferni, captiuos mor-
tis. Hactenus traditio. Quæ nō minus quam pro-
phetia habenda eſt, cum ita aperte loquatur. Ad
prædicta quoq; optime facit, quod Deut. 12. hoc
E modo ſcribitur, הטמא והטהור יחדו יאכלנו רק
חזק לבלתי אכל הדם כי הדם הוא הנפש ולא תאכל
הנפש עם הבשר id eſt, Immundum & mundum
pariter comedentur. Solum caue ne comedatur
ſanguis. Sanguis enim ipſe eſt anima, & nō come-
detur anima cum carne. Dixit R. Iudas ſuper hunc
locum: Annunciat, quod filij Iſrael erant miſcen-
tes carnem cum ſanguine ante dationē legis. Se-
quitur, Non comedetis animam cum carne. Iſtud
eſt comedere membrū de viuo animali. Hæc ibi.
F Licet autem Iudæi noſtri temporis dicāt immun-
dum his in locis vocari animal cæcum, debile, vel
claudum, & huiuſmodi quod immūdum erat ad
immolandum iuxta tamen prȩmiſſam priſcorum
traditionem, de omni immundo intelligendum
eſt, quod quidem in diebus Meſſiæ mundum ad
comedendum futurum erat. Hinc conſequenter
patet, quod carnes porcinæ tempore Meſſiæ eſui
mūdæ futuræ erant. Quod & ex nomine ipſo pla-
ne dabatur intelligi. Nam porcus lingua Hebraica
G חזיר *hazir* vocatur, q̃ à verbo חזר *hazar* quod re-
uertere ſignificat, deriuatur: ad denotandū, quod
licite ad vſum comeſtionis hominum reuerſurus
eſſet. Ex premiſſis clariſſime conſtat, neminem ad
cæremonialium præceptorum obſeruantiam te-

neri: maxime cum in præcedentibus dictum sit, quod lex vetus coram lege Messiæ euanescere debebat, nec signorum seu miraculorum Ægypti & egressionis de Ægypto memoriam vllam amplius fieri decebat. Imo lex ipsa tota ad nouitatem, id est, ad spiritualem sensum redigenda erat. Quare Deo permittente factum est, vt ipsius legis observatio per Romanos Iudæis ipsis prohibita sit, quamuis postmodum per diabolum eis restituta sit.

## CAPVT XIII.

*Quod veteris legis literalis observatio fuit Iudæis per Romanos prohibita, & postea per diabolum restituta.*

## CAPNIO.

ISTA sunt quæ potissimum ex eorum scripturis patefacere debes. Quando scilicet literalis legis veteris observatio per Romanos Iudæis prohibita fuerit. Et quomodo per diabolum eis postmodum restituta. GAL. Quotiam cuncta ipsius Mosaicæ legis cæremonialia penitus (vt dictum est) cessauerant: eam ob rem Titus capta vibe Ierusalem, post maximam Iudæorum stragem, cum iis qui remanserant pace firmata, inter cætera quæ ipsis prohibuit, decreuit, vt nullus eorum deinceps sabbatum seruaret, nullus circumcisionem faceret, nullus à menstruata cõtineret. Sed postea dæmone, cui nomen בוחטליאון *Bentamalion* procurante, hæc omnia recuperauerunt, vt legitur apud eos in Talmud. Nam in libro מגילה *Meghila*, id est, Historia, in c. quod incipit, קרש חמובח *Cades hamizbeah*, id est, Sanctitas altaris, sic ad verbum scribitur. Cum semel decreuisset Regnum nequam, id est, Romanorum, vt Iudæi non seruarent sabbatum, nec filios suos circumciderent, & vt menstruatas cognoscerent: tunc abiit R. Ruben, circinauitq; se more Romanorum. Cumq; cum eis sedisset, ait illis, Qui habet inimicum, cumne depauperat, an ditat? Responderunt ei, Depauperat. Ait illis, Si ita est, non faciant Iudæi opus in sabbato, vt depauperentur. Dixeruntq; Romani, Bene locutus est, abrogauruntq; decretum. Rursus dixit eis, Qui habet inimicum, debilitatne eum, an fortificat? Responderunt ei, Debilitat. Inquit ille, Si ita est, circumcidant filios suos Iudæi octauo die, vt debilitentur. Aiunt illi, Optime dixit, deleueruntq; decretum illud. Iterum dixit eis, Qui habet inimicum, multiplicatne eum, an diminuit? Inquiunt illi, Diminuit. Ait eis, Si ita est, non cognoscant Iudæi menstruatas. Dixeruntque illi, Bene quoque dixit, abrogauerunt que decretum. Denique, vero perpendentes, quod Iudæus esset ille, & non Romanus, restituerunt decretum, vt prius erat. Dixerunt igitur Iudæi, Quis ibit & statutum hoc nouum reddet? Vadat R. Simeon, qui didicit signa facere. Post eum autem vadat Rabbi Eleazar. Illis itaque euntibus, egressus est obuiam eis בוחטליאון *Bentamalion*, id est, dæmonium sic vocatum, dixitque eis, Placetne vobis, vt vobiscum veniam? Fleuit Rabbi Simeon, & ait, Ancillæ domus patris nostri rer Angelus apparuit, nobis autem ne semel quidem. Veniat ergo miraculum vndecunque. Præcessit ergo *Bentamalion*, & inuasit Cæsaris filiam. Cumque peruenissent illi, dixerunt: *Bentamalion* exi ab ea. Qui vocatus statim exiit. Dixit igitur Iudæis Cæsar, Petite quicquid vobis videtur petendum. Introductis ergo in decimum thesauri, vt tollerent quicquid vellent, inuenientesq; chartam, in qua statutum illud scriptum erat, lacerauerunt eam. Hæc Talmud. Cum igitur in præcedentibus traditum sit, qualiter centum decem de capite Israel ob eorum culpas sublata fuerint, dataque Romanis, ac gentibus seculi, inter quæ cotnu legis, cornu sacerdotij, & cornu Messiæ cõnumerantur, nunc ipsis palam consentientibus, per hanc traditionem euidentissime patet, Deum per Romanos à Iudæis sabbatum, circumcisionem, cæteraſque cæremonias sublisse. Confregit enim in ira furoris sui omne cornu eorum, de quibus vnum erat legis. Ipsamq; legem neque per se ipsum, neq; per Angelum, neq; per alium quemuis sanctum virum, ea vnquam restituit: sed diabolo procurante, sabbatum, circumcisionem, cæteraq; eius generis recuperauerunt, vt in præmissa traditione liquido patet. Nemo igitur vltertius nisi dæmoniacus, ea obseruare debet, quæ Deus ipse abstulit, & diabolus tam hões se visibiliter ingerẽdo, Iudæis restituit. Quando enim vel vbi vnquam diabolus bonũ aliquid homini, nisi forte vbi perspexit maius malum mortemque pessimam inde illi imminere, libens procurauit? Cui vnquam boni aliquid, nisi fallendi spe persuasit? Nonne ipse est qui primos hominum quali eis vtilia cõsulens, fefellit? Nonne ipse contra beatum Job Deum etiam ipsum prouocauit? Nonne ipse patres illos priscos ad adorandum vitulum, mendacijs pertraxit? Nonne ipse Dauidem ad numerandum populum concitauit? Quo ex causa 70. millia hominum ex Israel perierunt. Nonne eorum Iudæi ipsi perfidi memoriam ea ea taceam quæ sacra scripturæ referunt) quę deprauationis diaboli fallacias eorum doctores scribunt? Quid etiam de eo in libro ילמרנו *iel amedenu* legunt, nempe per illud Gen. 22. c. dictum? Et accepit Abraham ligna holocausti, & super Ishac filium suum posuit, & accepit in manu sua. Et infra, Et iuerunt ambo pariter. ibi enim sic scriptum est: Dixit R. Iehanan, Cum ipsi pariter ambularent, venit Satan, stetitque ad dexteram Ishac, & ait ei, O inuentum! passe, fili mulieris iniuriam passæ! Quot afflictionibus afflicta est mater tua, antequam ei adamares? Senex iste insanit, & idcirco vadit ad immolandum, vel dilaniandum te. Vertit se ergo Ishac, dixitque patri suo, Pater vide quid iste mihi dicit. Dixit ei pater eius, Ne respicias in eum. Non enim venit, nisi ad subuertendum, & profanandũ nos. Huiusmodi n. est opus eius à seculo, id est à principio. Nonne etiam legunt, quæ de eo in libro שבת *Sabbath* scribuntur? Ibi enim in capite qui dicitur, Quid est quod scriptum est Exod. 32. cap. Et vidit populus, quod tardaret Moyses de descendere de monte. Congregatus est populus ad Aharon, & dixerunt ad eum, Surge, fac nobis Deos, qui ante nos, Mosi enim qui ascendere nos fecit de terra Ægypti, nescimus quid actum fuerit. Non legas בושש *Bosse*, quod est tardare, sed בוש *Bos*,



*Bos*, id est venerunt sex. Nam quando ascendit Moses in altum, dixit Israeli, In fine 40. dierum in principio sex ego veniam. In fine igitur 40. dierum venit Satan, & turbauit mundum, id est, intulit maximam in aere tempestatem. Dixitque Israeli, vbi est Moses? Dixerunt ei, Ascendit in altum. Ait eis, Iam peruenerunt sex horæ, & non descenderunt, vel non citauerunt de eo. Ostendit igitur eis similitudinem feretri eius in nube. Hinc est quod dixerunt ad Aharon, Mosi enim qui secum non descendere de terra Ægypti, nescimus quid actum sit. Et quid consequenter scriptum est? Et dixit eis Aharon, Abrumpite inaures aureas, quæ sunt in auribus vxorum vestrarum. Et reliqua. Et acepit de manu eorum, formauitque in forma, & fecit vitulum fusilem. Et dixerunt, Isti sunt dij tui Israel: Cum cæteris quæ sequuntur. Hæc traditio. Ex his igitur euidenter apparet, omnem diaboli conatum ac studium erga homines in eo esse, vt eos decipiat ac fallat. Quare satis manifestum est, quam grandis sit Iudæorum stultitia, quam ingens insania, quam immensa vecordia, qui circumcisionem, & sabbatum, ac alia quæ Deus abstulit, & diabolus reddidit, hactenus seruare non desistunt.

# LIBER DVODECIMVS.

# DE SECVNDO MESSIÆ ADVENTV, DEQVE IN EO FVTVRIS.

## CAPVT PRIMVM.

*Quod secundus Messiæ aduentus circa mundi finem erit.*

## CAPNIO.

TOT tantisq; arcanis ad primum Messiæ aduentum spectantibus, quæ hactenus latuerunt, in antecedentibus, ex Talmud aliisque Hebræorum libris, per te reseratis, decens nunc profecto est, imo necessarium, vt ad magis conterendam Iudæorum nostri seculi perfidiam, ea quoque quæ de secundo eius aduentu in ipso Talmud, aliisque eorum codicibus latent, pateſiant. Primum igitur quod secundus Messiæ aduentus circa mundi finem futurus sit, non ad redimendum (vt Iudæi ipsi falso arbitrantur) sed ad iudicandum, per eorum scripturas probari oportet. GAL. Expectant quidem nostri Iudæi, Messiæ aduentum, non ad iudicandum, sed ad eos (vt ais) redimendum venturi. Sed miserrimum certe falluntur. Nam omnes quidem Prophetæ quibus ipsum venturũ expectant, non primum, sed secundum eius aduentum prænunciant, vt illa Danielis, quæ ipsum in nubibus cœli venturum (vt alibi patuit) 7. ca. prædixit. Illa quoque Ioelis 3. cap. in qua iuxta omnium expositorum fere sententiam, Messiæ aduentus describitur, de quo eius aduentu loquitur. Quem quidem יום יהוה הגדול dies Dei magnus & horribilis est, diem Dei magnum & horribilem appellat. Quod nonnisi de iudicij à prophetis dici solet. Et quod paulo post subdit, dicens, וקבצתי את כל הגוים והורדתים אל עמק יהושפט ונשפטתי עמם Hoc est, Et congregabo omnes gentes, & adducam eas in vallem Iosaphat, & dilceptabo cum eis: etiam nonnisi de die iudicij intelligitur. Item illud Malachiæ vltimo capite dictum, הנה אנכי שלח לכם את אליהו הנביא לפני בוא יום יהוה הגדול והנורא id est, Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies Dei magnus & horribilis: non potest nisi de secundo Messiæ aduentu intelligi. Quod autem secundus Messiæ aduentus in fine mundi futurus sit, id veteres Talmudistæ manifeste asserunt. Nam in *Beresith* קהנה *ketauna*, id est, in expositione libri Genes. tamen super illud 1. ca. eiusdem libri dictum, Hic liber generationum Adæ: ita dicitur, Hoc est quod scriptum est Isa. 57. cap. כי לא לעולם אריב ולא לנצח אקצוף כי רוח מלפני יעטף ונשמות אני עשיתי id est, Quoniam non in sempiternum litigabo (tuppote cum Adam primo) neque in æternum irascar (scilicet cum generationibus eius) Quia spiritus ex facie mea amiciet, vel induet, vel amictus erit. Et animas ego feci. Rabbi תנחום *Tanhum* dixit in nomine Magistrorum, Nunquam Rex Messias veniet, nisi creatæ fuerint omnes animæ, quæ creandæ in cognatione ascendent, hoc est quas Deus creandas præuidit. Quæ est huius rei probatio? Illud Isa. 57. ca. Et animas ego feci: id est, Propter animas quas

ego feci, veniet Messias. Hæc omnia traditio. Hoc pene idem in *Midras cohelet h*, id est in expositione libri Ecclesi. hoc modo legitur, אמרו בשם רב אין מלך המשיח בא עד שי בראו כל הנפשות שעלו במחשבה להבראות id est, Dixerunt (supple Magistri) in nomine Rabbi, Non veniet Rex Messias, donec creentur omnes animæ, quæ prægcogitatæ sunt creari. Quod quidem non potest nisi in fine mundi fieri. In capitulis quoq; magni Rabbi Elazar, c. 34. ita dicitur, חיי אני נאם יהוה שאני מעמיד אתכם לעתיד לבא בתחיית המתים ומקבץ אתכם עם כל ישראל לארץ ישראל Hoc est, Viuo ego dicit Deus, Qui surgere faciam vos in futuro tempore resurrectionis mortuorum. Et congregabo vos cum vniuerso Israel in terram Israel. Congregationem autem Israel Iudæi non expectant, nisi in Messiæ aduentu. Cum igitur congregatio hæc tempore resurrectionis futura sit, resurrectio autem tempore iudicij; sequitur plane, quod Messiæ aduentus quem Iudæi expectant, iuxta quorundam veterum Talmudistarum sententiam, tempore iudicij futurus sit. Aut saltem (vt quidam alij Talmudistæ aiunt) valde prope iudicium. Nam vt habetur in libro *Sanhedrin*. ca. *Helec*, Rabbi quidem Elazar dixit, quod ימות המשיח ארבעים שנה id est, Dies Messiæ, 40. anni. Rabbi autem Elazar alius, Azariæ scilicet filius ait, Quod erunt שבעים שנה hoc est 70. anni. Quamus & alijbidem diuersa temporis spacia assignent, omnes tamen in eandem sententiam conueniunt. Denum si omnes priscorum Talmudistarũ sententiæ considerantur, tam quæ in eodem cap. *Helec*, recitantur, quam quæ alijs in locis, Messiæ temp' aut iam præteriisse (vt in 4. libro de primo eius aduentu latissime probauimus. aut in fine mundi (vt nunc de secundo ipsius aduentu probatum est) futurum designant. Ex his igitur patet, secundum Messiæ aduentum iuxta antiquorum Iudæorum sententias, in fine mundi futurum esse.

## CAPVT II.

*Quod futura sit generalis mortuorum resurrectio.*

CAPNIO.

CVm fides Catholica firmiter credat, in aduentu secundo Christi resurrecturos mortuos: idcirco ad huius Catholicæ veritatis confirmationem, atq; ad Iudaicæ perfidiæ confutionem, per veterum Talmudistarum dicta probandum est, & generalem mortuorum resurrectionem, quam Sadducei negant, futuram esse, & mortuos ipsos per Messiam resuscitandos, quod iamiores Iudæorum falsum esse, dicere audent. GAL. Duo, mi Capnio, me hic per ptisicas Indæorum scripturas ostendere hortaris, & generalem scilicet mortuorum resurrectionem futuram esse, & eam per Messiam factum iri. Primum itaque patet non solum per sacræ scripturæ testimonia, verum etiam per Talmudistarum dicta. Nam illud qui dem Psalm. 17. dictum, אני בצדק אחזה פניך אשבעה בהקיץ תמונתך Hoc est, Ego in iustitia videbo, vel cõtemplabor faciem tuam, satiabor, cum euigilauerit, vel resurrexerit forma, vel figura, vel imago, vel similitudo tua: sic exponunt, & præsertim R. Abraham Auen Ezra, & R. Selomo: & R. quidem Abraham, sic dicens, Mea visio non est oculi, sed intellectus. Et non videt verba, nisi qui animæ sapientiam didicit. R. vero Selomo in glossa sic, Videbo faciem tuam; sicut dictum est Isa. 32. c. Quia oculo ad oculum videbunt. Satiabor cum euigilauerit forma, vel figura, vel imago, vel similitudo tua, id est, cum euigilauerint mortui de somno suo. In lib. quoq; *Midras tehillim*, super illud Psal. 78 וידבר בשחר הסה רוח ואינו שוב עמו בשעה שיעלו המתים id est, Et recordatus est, quia caro ipsi, spiritus vadens, & non reuertiturus: sic legitur, מכאן אמרו גלית סתין היין הכתיב רוח הומך ולא ישוב אלא זה יצר הרע שהולך עמו בשעת מיתה ואינו שוב עמו בשעת שיעלו המתים id est. Ante hæc dicere quidam, quod mortui nõ viuent, eo quod dicitur, Spiritus vadens, & non reuertiturus. Sed hic est *vetzer hara*, id est, figmentũ malum, true fomes, qui vadit cum homine in hora mortis, & non reuertetur cum eo in hora qua resurgent mortui. In libro insuper *Elle hadeuarim rabba*, id est, in cõmentariis libri Deut. ita dicitur, רבי סימאי אומר כל בריות שבראו מן השמים נפשן ונופן מן השמים כלשיבראו מן הארץ נפשן וגופן מן הארץ לפיכך נאה אדם תורה ועשה רצון אביו שבשמים הרי הוא בבריות של מעלה שנאמר אני אמרתי אלהים אתם ובניו כולכם לא עשה תורה ולא רצון אביו שבשמים הרי הוא בבריות של מטה שנאמר אכן כאדם תמותון וכן היה רבי סימא אומר אין לך פרשה שאין בה תחיית המתים אלא שאין בנו כח לדרוש שנאמר יקרא אל השמים מעל ועופר יקרא אל השמים מעל זו נשמה ואל הארץ לדין עמה הגוף מי דיין עמו ומגיין שאין מדבר אלא בתחיית המתים שנאמר מארבע רוחות בא הרוח משם יהוה אקרא ומצינו שלא הזכיר משה שמו של מקום אלא לאחר עשרים ואחד דבר מפי למד בכולהו השרת שאין מזכירין את השם אלא לאחר שלש קדושות שנאמר וקרא זה אל זה ואמר קדוש קדוש קדוש יהוה צבאות Hoc est. Rabbi Simai dixit, Omnium creaturarum quæ de cœlo creatæ sunt, anima & corpus ad cœlum pertinent. Creaturarum vero quæ de terra creatæ sunt, anima & corpus ad terram attinent. Si itaq; obseruat homo legem, ac voluntatem patris sui qui in cœlis est, efficitur absque dubio de numero creaturarum supernarum. Sicut scriptum est, Ego dixi Dij estis. Atqui si non obseruat legem, ac voluntatem patris sui qui in cœlis est, efficitur de numero creaturarum inferiorum. Sicut scriptum est, Profectò sicut Adam morieminí. Quapter dictum est á R. Simai, non extare aliquod capitulum scripturæ, in quo non fiat mentio de resurrectione mortuorum, tametsi vis nostra non possit illud penetrare. Et hoc est quod scriptum est, Vocabit cœlum desuper, & terram, ad iudicandum populum suum. Vocabit cœlũ desuper hæc est anima. Et terram: hoc est corpus. Quo iudicabit ipsum? Et vnde habemus, quod non in verbum aliquod in scriptura quod non loquatur de resurrectione mortuorum? Vbi dictum est, A quatuor ventis veniet spiritus, quondam mortui Dei inuocabo. Repertum est autem in commentariis iudicum, q; non memorauit Moses nostri Domini, nisi post vnũ, & viginti versus. Sed à quo didicit hoc? Ab Angelis ministrantibus. Quos



doquidem Angeli ipsi ministrantes non commemorant Dei nomen, nisi post trinam sanctitatem. Quema: modum dictum est, Vocabit hunc & illum, & dicet, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Deus exercituum. Ex his omnibus priscorum Iudæorum dictis manifeste liquet, generalem mortuorum resurrectionem futuram fuisse.

## CAPVT III.

*Quod genus alia mortuorum resurrectio in fine mundi futura, per Messiam fiet.*

CAPNIO.

LITERVM igitur, quod scilicet generalis hęc resurrectio per Messiam fieri debeat, nunc te probare oportet. GAL. Id quoq; multipliciter probari potest. Et primo quidem per glossam lib. Gen. super illud 2. c. eiusdem libri, Et germinare fecit Dominus Deus de terra omne lignum. Sic enim ibi ad verbum dicitur, hoc est quod scriptum est Psal. 31. מה רב טובך אשר צפנת ליראיך Quam multum bonũ, quod abscondisti timentibus te! Et infra in eadem glossa Hebraica its dicitur: omnes patres, & iusti, tribus, & Moses, & Aharon, & Dauid, & Selomo, omnesque Reges domus Dauid, & omnes Prophetæ dicent ad Messiam, Finis prope est, ad te pertinet, vt vivifices nos. Sicut dictũ est Hos. 6. c. יחיינו מיומים i. Viuificabit nos post dour dies, in die tertio suscitabit nos, & viuemus ante faciem eius. Koras quoq; & coitio eius, atq; Absalon venient ad eum, & dicent, Vsq; quo finis mirabilium? & quando redibis, & viuificabis nos? Sicut dictum est Ps 85. הלעולם תאנף בנו תמשוך אפך לדור ודור: הלא אתה תשוב תחיינו ועמך ישמחו בך. Nunquid in seculum, vel in perpetuum irasceris in nos, extẽdes iram tuam in generationem & generationem? Nõne tu reuertens viuificabis nos, & populus tuus lætabitur in te? Hæc traditio. Ex qua manifeste liquet, quod ad Messiam spectat mortuorum viuificatio atque resurrectio, & quod ipse in mundi fine admirandum omnes homines venturus sit. In *Midras* quoque *tehilim*, id est, in expositione Psalmorum, super illud Psalm 93. dictum, נכון כסאך מאז Hoc est, Præparatus thronus tuus ex tunc: scilicet, Messias ascendit in montem Dei sancti, & benedicti ante mundi creationem. Quemadmodum dictum est Psalmo 72. לפני שמש ינון שמו id est, Ante solem *innon*, id est, genitus, vel filius ei, vel nasci faciet, fuit nomen eius. Quia fuerunt est, vt ipse ינין *innin*, id est, filiet, vel nasciuit omnes dormientes in puluere. Dixit R. Aliimon. Dormientes in puluere sunt mortui. Item illud Dan. 12. c. dictum. ורבים מישיני אדמת עפר יקיצו אלה לחיי עולם ואלה לחרפות לדראון עולם id est, Et multi ex dormientibus in terræ puluere euigilabunt, alii ad vitam æternam, alii ad opprobrium, & ad vermiculationem sempiternam. Super illud quoque Psal. 1. dictum, אני שכבתי ואישנה הקיצותי כי יהוה יסמכני, pro accubabo, & dormiam, & resurgam, vel euigilaui, pro resurgam & euigilabo, quoniam Deus suscipiet me, scilicet per manus Michaelis, vt dicit ibidem *Midras*, id est, glossa. Cabalistæ quoq; hoc sæpe fatẽtur. Nam vt cætera eorum de hac re dicta taceam, ea tantũ referam, quę ex fragmentis Cabalisticis hoc modo habentur, ויהיו כי ביד ממטרין תחיה המתים וכן אמר לפנים ושמט בצרק הלים והוכיח במישור לענוי ארץ והכה ארץ בשבט פיו וברוח שפתיו יפית רשע תורה עליי הוביא כי לא ילחם בידיו אלא בכח השם וכל אשר יברך יבורך ובל אשר יאור יואר כי אין ליהוה מעצור לחושיע ברב או במעט שלא יצטרך לקבוץ מלחלה מתחלתו גם לא בחרב ובאנית יהושיע יהוה לא בגבורה האדם יתפץ ולא בשוקי האיש ירצה רוצה יהוה את יריאיו את המיחלים לחסדו אשרי כל חוסי לו ותמצא אמרי בשבט פיו תיא אותפי הגבירה פיו זרוח שפתיו חצי השבם נכלל חכמה תבונה דעת כמו שאמרו רזל שלש הם יתנו לשלך המשיח יבא בימינו h. e. Constat in manu *Matatron* positam esse viuificationem mortuorũ. Sicut scriptum est Isa. 11. cap. Et iudicabit in iustitia pauperes, & corripiet in æquitate mansuetos terræ, & percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium. Ostendit hoc loco Propheta, quod non sit bellum gesturus manibus suis propriis, sed virtute diuina. Et quod omnia, quæ benedicet, erunt benedicta, & omnia, quæ maledicet, maledicta erunt. Quoniam non mutabit Deus siue augendo, siue diminuendo salutem, quam ipse operabitur. Hinc etiam docemur, quod non erit ei necessarium mouere bellum. Quoniam Deus præstat salutem non ense, aut lancea. Sicut dictum est Psal. 147. Non in fortitudine equi est voluntas eius, neque in tibiis viri beneplacitum est ei. Voluntas Dei est ad timentes eum, & qui sperant in misericordia eius. Beati omnes qui sperant in eo. . Et repertum est, in eo, quod dicit, Virga oris sui, quod os est signum potentię diuinę. In eo vero quod ait, פיו זרוח שפתיו id est, oris sui, & spiritu oris sui, continetur medietas nominis Dei. Et comprehẽdit sapientiam, intelligentiam, & scientiam. Et, vt dicunt sapientes, tria hæc dabuntur Regi Messiæ. Vtinam cito veniat diebus nostris. Hæc ibi. In quibus inter cætera notatu digna, quæ ponuntur de Messia, dicitur in potestate ipsius positam esse mortuorum resurrectionem. Ex his igitur omnibus, quæ dicta sunt, palam ostensum est, generalem mortuorum resurrectionem in fine mundi futuram, per Messiam factum iri. Vnde dictum veri Talmudistæ, qui ait 1. Cor. 15. cap. Per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur.

## CAPVT IIII.

*Quod post generalem resurrectionem omnes homines vno lingua loquentur idiomate, & quod erit illud.*

CAPNIO.

SEPHONIAS Propheta de aduentu Messiæ ad iudicij loquens, quod post resurrectionem generalem fiet, dicit labium electũ ad omnes homines conuertendum, ac reducendum esse. Ait enim sic tertio capite, לכן חכולי נאם יהוה ליום קומי לעד כי משפטי

לאסף גוים לקבצי ממלכות לשפך עליהם זעמי כל
חרון אפי כי באש קנאתי תאכל כל הארץ: כי אז
אהפך אל עמים שפה ברורה לקראכלם בשם יהוה
לעבדו שכם אחד: Hoc est, Expectate me, ait
Deus, in die resurrectionis meæ in futurum. Quia
iudicium meum, vt congregem gentes, vt colligam Regna, ad effundendum super eos indignationem meam, omnem iram naſi mei. Quoniam in igne zeli mei deuorabitur vniuersa terra. Quia
tunc conuertam ad populos labium electum: vt
inuocent omnes in nomine Dei, & colant eum
humero vno. Hæc ille. *Midras*, id est, glossa ait,
Humero vno, id est, parte vna. Sicut dictum est
Genesis quadragesimo octauo cap. ואני נתתי לך
שכם אחד id est. Et ego dedi tibi humerum vnum,
id est, partem vnam. Quum ergo Prophæta dicit
voce Dei, Conuertam ad populos labium electum: quid per labium hoc electum intelligitur? quódve est labium illud, quod Dominus elegit, vt eo inuocetur nomen eius, atque colatur
ab omnibus gentibus humero vno, id est, parte
vna? GAL. Hac in re varii varia dicunt. Quidam enim aiunt, labium hoc electum Græcam
esse linguam, quam Dominus elegit, vt in ea nomen suum inuocetur, atque per eam ipse colatur.
Nam nouum quidem testamentum (præter Matthæi Euangelium) totum in lingua Græca scriptum fuit, totaque primitiua Ecclesia in lingua
Græca fundata est. Cuius quidem rei nomen
ipsum Christianorum maximum est indicium:
Χριστός enim, à quo Christiani dicuntur, Græcum
est nomen. Neque hoc solum, sed ipsa quoque
nomina sue dignitarum, siue officiorum, quæ ad
rem Christianam spectant, ac Dei cultum concernunt, omnia fere Græca sunt, vt Ecclesia, Papa, Patriarcha, Archiepiscopus, Episcopus, Presbyter, Diaconus, Hypodiaconus, Acolytus, clericus, laicus, & reliqua id genus. Quapropter linguam Græcam ipsam à Deo electam fuisse dicunt,
vt in ea passim per orbem & nomen suum inuocaretur, & ipse à cunctis coleretur. Vnde & Messias ipse Dei Filius ab vniuersis gentibus hucusque Græco nomine Christus dicitur. Alii vero labium hoc electum Latinam affirmant esse
linguam: qua plurimæ regiones, vt Italia, Germania, Pannonia, Gallia, Hispania, & pleræque aliæ nationes & nomen Domini inuocant, & ipsum
Deum colunt. Ideo signanter Dominus in præmissis Prophetæ verbis non vniuersaliter ad omnes, sed ad populos labium hoc electum se conuersurum dixit. Non enim omnes populi, qui
Christum confitentur, linguâ Latinâ à Deo electâ, nomen Domini inuocant, aut ipsum colunt,
sed aliqui duntaxat. Quod per id, quod sequitur, manifestius ex primitur, dum dicitur: Humero vno. Nónne & hoc plane impletum est? Quicunque enim lingua Latina siue Romana nomẽ Domini inuocant, omnes in vnius summi Pontificis
humero & authoritate inuocant. Ab ipso enim canonicas subeunt pœnas, ab ipso & absolutionis
tam earundem pœnarum, quam peccatorum obtinent beneficium. Et secundum ipsius quoque
leges ac statuta Deum colunt, dum iuxta ritum
Romanæ Ecclesiæ, quæ cunctarum Ecclesiarum
& domina est & magistra, ac iuxta Romani Pontificis sanctiones, qui Christi vicarius est, ac Dei
vicem gerit, & rem diuinam faciunt, & sacra persoluunt officia. Talmudistæ autem labium hoc
electum Hebraicam linguam esse affirmant: quod
eam Deus præ cæteris elegerit, qua & patribus
loqueretur, & legem suam daret. Quare legem
ipsam arcanaque pene omnia Prophetis reuelata, ea lingua scribi voluit. Vnde & ipsam peculiari vocabulo sanctam vocant. Eas ob res tunc tempus
ta propheticum vaticinium Dominum ipsum
ad populos labium electum ad vocandum nomen suum, & ad se colendum humero vno conuersurum aiunt, cum omnes gentes per Messiam saluandæ, humero vno, id est, sub vno ipsius Messiæ Regno, Deum ipsum Hebraica lingua laudabunt. Quod post resurrectionem generalem in
electis adimplebitur. Quemadmodum enim ante linguarum diuisionem in turri Babel factam,
vniuersa terra vnius erat labii: ita in reliqua diuine generali omnes homines vna loquentur lingua, Hebraica scilicet, qua primi patentes in paradiso loquebantur, & qua electi omnes in statu innocentiæ locuti fuissent, si ipsi primi parentes ingratia Dei stetissent. Et hæc quidem opinio magis literæ consonat. Propheta enim in eisdem verbis non de primo Messiæ aduentu, sed de secundo loquitur, cum scilicet ad iudicandum veniet. Quod per Rabbi Ionathæ Targum liquidum patet, vbi hæc ipsa Prophetæ verba ita in Chaldæum vertit, אתגלי hoc est, Propter hoc expectate verbum meum, ait Deus in die ostensionis meæ ad iudicandum. Et infra, ארשיעי ארעא id est, Quia in igne vindictæ meæ consumentur omnes impij terræ. Quum autem Messias sit verbum Dei (vt in superioribus ostendimus) manifestum est, quod Messias ipse in fine mundi venturus sit ad iudicandum. Ex quo patet liquet, Sephoniam Prophetam in prædictis verbis de secundo Messiæ aduentu fuisse locutum. Quod erat probandum.

Opinio Gra corum.

Opinio Latinorum.

## CAPVT V.

*Quod generale iudicium per Messiam fiet, qui in forma humana gloriosa iudicaturus est.*

## CAPNIO.

TATVR, & credit indubitanter vniuersa Christianorum Ecclesia, Christum Dominum nostrum viuorum & mortuorum iudicem futurum, ipsumque in forma humana gloriosa ad iudicandum venturum. Vt igitur magis adhuc iniquorum Iudæorum conuincatur perfidia, per eorum scripturas probare debes, Quod Messias vniuersale iudicium in fine mundi futurũ, facturus sit, atq; in forma humana gloriosa ad iudicandũ venturus. GAL. Vniuersalẽ quidẽ iudiciũ in fine mundi per Messiã fieri debere id, quod in antiqua *Bereschith Rabbi*, id est, in expositione libri Genesis legitur, maxime patet. Ita enim super illud 49. c. eiusdem libri, Donec veniat Silo: ita dicitur, Hic est Messias. Et ad eum congregabunt se gentes. Quia ipse erit iudex vniuersum mundum. Et hoc est, quod scriptum



est Michææ iquarto capite, ושפט בין עמים רבים
והוכיח לגוים עצמים hoc est, Et iudicabit inter populos multos, & arguet gentes robustas. Et etiam dictum est Isaiæ 9. cap. ושפט בצדק דלים
והוכיח במישור לענוי ארץ והכה ארץ בשבט פיהו
וברוח שפתיו ימית רשע id est, Et iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate mansuetos terræ. Et percutiet terram virga oris sui. Et spiritu labiorum suorum interficiet impium. Hæc omnia
tradita. Quod autem in forma humana glorioſi iudicaturus sit, haberur apud Danielem septimo capite, fidicentem, חזה הויתי כחזוי ליליא
וארו עם ענני שמיא כבר אנש אתה והוה עד עתיק
יומיא מטה וקדמוהי הקרבוהי ולה יהב שלטן
ומלכו וכל עממיא אמיא ולשניא לה יפלחון
שלטניה שלטן עלם די לא יעדה ומלכותה לא
תתחבל i. e. Videns fui in visione noctis. Et ecce
cum nubibus cœli quasi filius hominis veniens
erat, & vsque ad antiquum dierum peruenit, &
coram eo obtulerunt illum. Et dedit ei potestatem, & honorem, & Regnum. Et omnes populi,
tribus, & linguæ ei seruient. Potestas eius potestas æterna, & Regnum eius non corrumpetur.
Rabbi autem Abraham Auen Ezra super Danielem hoc in loco dicit, quod Rabbi Iehosuas dixit, hunc quasi filium hominis esse Messiam, & quod optime dixit: Quod Rabbi quoque Salomo confirmat, dicens in glossa super verbum illud, Quasi filius hominis, ipsum esse Regem Messiam. Quod autem Daniel in præmissis verbis de secundo Messiæ aduentu loquatur, ex eo potissimum patet, quod in primo aduentu cum humilitate & paupertate venturus erat, vt in antecedentibus satissime patuit: in secundo vero venturus est cum maiestate & gloria, vt verba ipsa Danielis aperte insinuant. Quod præcedentia quoque atque subsequentia in eodem capite, palam ostendunt. Prædictis siquidem verbis præmisit hæc verba, חזה הויה עד די כרסון רמיו ועתיק יומין
ישב Hoc est, Videns fui, donec throni positi
sunt, & antiquus dierum sedit. Et post pauca inquit, דינא יתיב וספרין פתיחו id est, Iudicium sedit, & libri aperti sunt. Libri, hoc est, conscientiæ singulorum, quæ omnibus patebũt. Deinde pauca intermissa, subdit suprædicta verba, Et ecce cum nubibus cœli quasi filius hominis veniens erat cum reliquis. In *Midras* quoque *tehilim*, id est, in expositione Psalmorum, super illud Psalm. 118. יהוה לי בעזרי ואני אראה בשנאי hoc est, Dominus mihi in adiutoribus meis, vel inter adiutores meos, & ego despiciam odientes me. Vel, & videbo inimicos meos: sic ad verbum dicitur. Simile est hoc filiis hominum, qui venientes ad iudicium apud tribunal, pertimescebant iudicem. Dictumque est eis, Ne timeatis, neque gratum cor vestrum. Sic enim est futurum, vt Israel stet in iudicio coram Deo sancto & benedicto, & ipsi quidem pertimescent, Angeli vero ministri dicent eis, ne timeatis, neque paueatis, neque terreamini. Filius quippe ciuitatis vestræ est. הוא יבנה עירי ונלו אלהי
ישראל id est, Ipse ædificabit ciuitatem meam, & dimittet eam emittet. Iterum dicent eis, Non timeatis iudicium Nónne recognoscitis eum, Filium iudicem, קרובכם *kerobekem*, id est, propinquus, vel consanguineus vester est. Sicut dictum est Psal. 148. לבני ישראל עם קרבו הללויה
hoc est, Filiis Israel, populo propinquo, vel consanguineo suo: *halleluia*, id est, laudate Deum. Adhuc rursus dicent eis, Ne timeatis à iudicio. Frater enim vester est. Sicut dictum est Psalm. 122. למען אחי ורעי אדברה נא שלום בך id est, Propter fratres meos, vel socios, vel amicos meos, loquar nunc pacem in te. Maxime autem vos non oportet timere, quia pater vester est. Sicut dictum est Deuteron. 32. cap. הלא הוא אביך קנך Nónne ipse est pater tuus, possessor tuus, vel emptor tuus? Hæc omnia traditio. Ex omnibus his manifeste liquet, Messiam Deum & hominem iudicium vniuersale in fine mundi factũrum esse, atque in forma humana cum gloria & maiestate ad iudicandum venturum.

## CAPVT VI.

*De æterno præmio, quod iusti post vniuersale iudicium sunt habituri.*

## CAPNIO.

QVONIAM in vniuersali iudicio vnusquisque pro suis meritis propriam mercedem accipiet, ideirco non absre, ad confutandam erroris iuniorum Iudæorum impietatem, qui bonorum operum mercedem in præsenti duntaxat vita se accepturos & sperant & allegãt, de æterno præmio, quod post vniuersale iudicium iusti habituri sunt, aliquid iuxta veterum ipsorum sententias hic dicendum est. GAL. Multa quidem hac de re ex eorum scripturis adduci possent. Sed duo tantum hic afferam, quæ ipsi minime negare possunt. Primum quidẽ est, quod in libr. צניעותא *Sanctorũ defitra*, i. celati pudoris, his verbis scriptum legitur, זכאין אינון צדיקיא דמשלפין
נשמתהון מהאי גופא קדישא ראקרי ארם דכליל
כולא וארעא דקטרין וכתרין קדישין סתחברין תמן
בצרורא דאבלא זכאין אינון צדיקיא דכל הני פני
קדישין דאתאפרו כרוח קדישא עילאה רוח דכל
רוחין קדישין איתכלילן ביה רוח דעלאין ותתאין
צייתין ליה זכאין אינון מאריהון דסרין מתצרי
הקלא דמליין תדעין ותסתכלין ביה ותרעין
למאריהון אפין באפין עינא בעינא ובתני פילי תהון
לעלמא דאתי היינו הא דכתיב וידעת היום והשבות
אל לבבך כי יהוה הוא האלהים בשמים ממעל ועל
הארץ מתחת אין עוד Hoc est, Puri, siue qui meruerunt præmium, sunt iusti illi, qui recuperauerunt animas suas mediante corpore illo sanctissimo, quod vocatur homo, quod impler totam terram, & donatur corona ab illis. Accipiunt vero & coronam sancti, atque coniunguntur ibi in illa scilicet caterua, in qua conueniunt. Puri, siue meritẽtes, iusti illi, quos appellat sanctos, sunt commorantes cum spiritu sancto altissimo. Spiritus hic est, in quo clauduntur omnes sancti spiritus superiorũ & inferiorum. Exceperunt autem ipsum puri illi & benemeriti, dominum eorum, dominumq; dominorum, in agro illo, qui arboribus plenus est, fecerunt sui notitiam, & acceperunt intellectum ab eo, & vicissim cum eorum domino se cognouerunt, facies per faciem, & oculus per oculum. Et huius rei gratia meruerunt

ptæm tum in futuro seculo. Et hoc est, quod scriptum est, Et cognoscēs hodie reuertisus ad cor tuum, quod Dominus ipse est Deus in cœlis desuper, & quod in terra deorsum non sit præter eum. Hæc ibi. Alterum veto habetur in libro *Midras tehilim*, super illud Psal. 11. כי צדיק יהוה צדקות אהב ישר יחזו פניו i. Quoniam iustus Deus iustitias dilexit, recti videbunt faciem eius. Sic enim ibi dicitur, דבר אחר יחזו פניו אילו צדיקים שכן נאמר והמשכילים יזהירו כזוהר הרקיע שהם עתידין להיות מאירין פניהן כחמה ולבנה כרקיע וככוכבים כברקים כשושנים וכלפידים כחמה שנאמר כצאת השמש בגבורתו כלבנה שנאמר כירח יכון עולם כרקיע שנאמר כזוהר הרקיע ככוכבים שנאמר וכצדיקי הרבים ככוכבים כברקים שנאמר כברקים ירוצון כשושנים שנאמר לפנצח על שושנים כלפידים שנאמר ומראיהם כלפידים כח ראשונה לפני הסלך ישבת ורואה את הסלך ואת פניו שנאמר ישבו ישרים את פניך ואומר ישרי יחזו פניהם כח שניה אומרת אשרי ישבי ביתך שלישית מי יעלה בהר יהוה רביעית אשרי הבחר ותקרב חמשית מי יגור באהלך ששית מי ישכן בהר קדשך שביעית ומי יריום במקום קדשו וכל כת וכת לישראל ואלו הן שאול ואברון גיא דיסה צלמות ארץ תחתית וארץ ציה תרי שבע בתי דירות לרשעים ושמע לצדיקים לכל אחד ואחד לפי מעשיו בתי דירתן. Sermo alius. Videbunt faciem eius. Hi sunt iusti, de quibus dictum est Daniel. 12. cap. Et intelligentes splendebunt sicut splendor cæli. Futurum iquidem est, vt facies iustorum fulgeant, tanquam sol, tanquam luna, tanquam cœlum, tanquā stellæ, tanquā fulgura, tanquam lilia, tanquam lampades. Tanquam sol: sicut dictum est Iudic 5. Sicut egressus solis in fortitudine tua. Tanquam luna: sicut dictum est Ps 89. Sicut luna præparata in æternum. Tanquam cœlū: sicut dictum est Dan. 12. Velut splendor cœli. Tanquam stellæ: sicut dictū est Dan. 12. Et iusti splendescent vt stellæ. Tanquam fulgura: sicut dictum est Nahum 2. Vt fulgura discurrent. Tanquam lilia: sicut dictum est in Ps 45. Victori super liliis. Tanquam lampades: sicut dictum est Nahum 2. Visio eorum tanquam lampadum. Prima diuersitas est eorum, qui ante faciem Regis habitant, & intuentur Regem & faciem eius. Sicut dictum est, Habitabunt recti coram facie tua. Et dictum quoq; est, Recti videbunt faciem eius. Secunda diuersitas est eorum, de quibus dicunt: Beati qui habitant in domo tua. Tertia corū, de quibus aiunt, Quis ascendet in montem Dei? Quarta, de quibus dicitur, Beatus quem elegisti, & appropinquasti. Quinta de quibus dicitur, Deus, quis hospitabitur in tabernaculo tuo? Sexta de quibus dicitur, Quis habitabit in monte sancto tuo? Septima de quibus dicitur, Et quis surget in loco sancto eius? Quælibet autem harum diuersitatum habet mansionem per se in paradiso deliciarum. Et econtra septem quoque habentur mansiones in gehenna pro impiis. Et sunt istæ: *Seol*, id est, infernus: *abaddon*, id est, perditio: *ghe*, id est, vallis vel profunditas: *dema*, id est, taciturnitas: *tsalmauueth*, id est, vmbra mortis: *eretz tachtith*, id est, terra inferior. & *eretz tsia*, id est, terra sitiens. Hæ sunt septem mansiones impiorum, & septem iustorum. Cuilibet autem iuxta opera eorum, domus mansionis ipsorum. Hactenus traditio. Ex præmissis igitur duabus traditionibus satis aperte ostenditur præmium totum præmium, quod habituri sunt post vniuersale iudicium.

## CAPVT VII.

*Quod ipsemet Messias post vniuersale iudicium præmia æterna mercedis, & præmium iustorum.*

### CAPNIO.

QVM Isaias de Messiæ aduentu hæc dicitum loquens, ita 40. cap. הנה אדני יהוה בחזק יבוא וזרעו משלה לו הנה שכרו אתו ופעלתו לפניו: כרעה כרועה עדרו בזרועו יקבץ טלאים בחיקו ינהל עלות ינהג i. Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur eis. Ecce merces eius cum eo, & opus eius coram ipso. Sicut pastor gregē suum pascet, in brachio suo cōgregabit agnos: Quidnā hæc merces cum eo, de qua Propheta loquitur? GAL. Ipsemet Messias: qui erit æterna merces & præmium iustorum, tam secundum diuinitatem, quam secundum humanitatem. Quocirca Rabi nathan verba hæc ita Chaldaice transfulit, הא אלהים בתקוף אתגלי ותקוף דרע גבורתיה מלא קדמוהי הא אגר עבדי סיסריה עמיה הכל מגן קדמוהי כרעיא דעדריה רעי בדרעיה מכנש אמרין i. Ecce Dominus Deus in fortitudine reuelabitur, & fortitudo brachii roborum eius cum eo. Ecce merces facientium verbū eius cum eo. Quia omnia opera eorū manifesta coram eo. Sicut pastor, qui gregem suum pascit, in brachio congregabit agnos. Glossa autem Rabbi Salomonis super hæc Prophetæ verba sic dicit, Ecce merces eius præparata cum eo iustis. Et opus eius, id est, merces operis, quam daturus est eis. Messias autem ipsum futurum iustorum mercedem & præmium, id ipsi quoque Talmudistæ apertissime tradiderunt. Nam in libro, qui סדר עולם *der olam*, id est, ordo mundi dicitur, sic ad verbum legitur, Scriptum est Dan. 2. cap. ין זמן כחשוא ותחוירא עמיה שריה Hoc est, Nouit quid in tenebris est, & lux cum eo habitat. Nouit (inquit) quid in tenebris est (Hæc est perpetua impiorum pœna in gehenna) Et lux cum eo habitat. (Hæc est) donatio mercedis iustorū in futuro seculo) Hactenus. Quod autem hæc lux, quæ est futurum iustorum præmium siue merces, sit Messias ipse, in libro קטנה *ketanna*, id est, in expositione libri Gen. 49. manifeste habetur, eū super illud ita citato libri dictum, In ptineipio creauit Deus cœlum & terram: cum reliquis: sic dicitur, Dixit Rabbi Abba, Scriptum est Dan. c. 2. Et lux cum eo est. Et lux est Rex Messias. Hæc traditio. Ex his luculenter patet, ipsummet Messiam futurum esse æternum iustorū mercedem ac præmium. Confirmatur autem hæc Talmudistarum sententia & per illud Gen. 15. cap. dictum, הירא אברם אנכי מגן לך שכרך הרבה מאד id est, Non timeas Abram: Ego ero scutum tuum, & merces tua multa valde. Ita propter ipse dixit Ioannis 10. ca. Ego sum ostium: per me si quis introierit, saluabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet. Pulcra æternæ felicitatis beatitudinis, inueniet in me (sic



ple) intus & foris. Intus per claram diuinitatis vi- A
sionem, & perfectamque fruitionem: foris, per gloriosam humanitatis intuitionem. Et hoc est, quod dixit, Et ingredietur & egredietur.

## CAPVT VII.

## CONCLVSIO TOTIVS OPERIS.

### GALATINVS.

HÆc sunt, Capnio & Hogostrate, catholicæ veritatis arcana, quæ in B
hoc opere, ad Dei Opt. Max. honorem ac laudem, ad orthodoxæ fidei confirmationem, ad vniuersalis Ecclesiæ decus, ad Christianæ Reipublicæ vtilitatem, ad omniumque animarum salutem, ex Talmudicis, & Cabalistis, aliisque Hebraorum libris, velut è sentibus rosas, pro veritate disputationis fundamento (diuina auxiliante) ope, excerpsi, atque in hos duodecim libros quos in tres colligi: vt ex ipsis facile perspici queat, quid de Talmud censendum sit, de quo tam inter vos disceptatum est. In alio siquidem opere, quod in sex distinctiones libros C
tota articulorum Hogostrati distinctionem, propediem (Deo fauente) me in lucem editurum spero, amplissimus dabitur vobis disputandi locus: vt tandem, articulis ipsis solerter discussis, ratione ipsaque vtriusque vestrum diligenter perspecta, veritas ipsa, quam tanto studio quæritis, luculentius determinata pateat. Nunc autem id D
à vobis exoratum velim, vt, si quid vobis hoc in opere minus recte à me dictum visum sit, illud meis meliore aperiatis. Quum enim ad conficiendum tantum opus, ad quod (vt verum fateat) vix tota hominis ætas satis fuisset, nonnisi annus cum dimidio mihi datus fuerit, vereor admodum, ne ob nimiam celeritatem me multa secus quam deceant, dicere contigerit. Quare paratus sum, sapientum amicorum iudicio, cuncta à me minus recte dicta emendare, ac, vbi opus fuerit, reuocare. HOG. Quæ in hoc opere, Galatine, dixisti, E
mihi quidem omnia, præter vnum, bene dicta videntur. GAL. Dicamabo quid vnum illud est? HOG. Te in plurimis communem scribendi quidem modum non seruasse. Nam alia quidem, quæ aspirationem respuunt, cum aspiratione scripta protulisti: alia vero longe aliter, quam fas obtinuit, scripta pronuntiasti. GAL. Quorum sint ista, quæso edisserе. HOG. Quæ F
tu præter vsitatum scribendi morem cum aspiratione scripta retulisti, multa profecto sunt, sed præcipuum hæc: Heua, Habel, Hanna, Iohannes, Halleluia. Quæ autem præter nostræ orthographiæ legem scripta pronuntiasti, quamuis multa quoque sint, hæc tamen inter cætera videntur præcipua: Hanoch, Methuselas, Noas, Pelegs, Moles, Iehosuas, Pinhas, Semuel, Selomo, Isai Sael, Iehoiakim, Hoseas, Batlseba, Eliseba, Amos. Quæ tamen à nostris Enoch, Mathusalē, Noe, Phares, Moyses, Iosue, Phinees, Samuel, G
Salomon, Salathiel, Ioakim, Osee, Bethsabea, Elisabeth, Gomorra, passim & scribi & pronunciari videntur. Quapropter te à multis carptum iri, haud paruam dubito. GAL. Quos me propter-

ea carpturos putas, eos rogo atque obsecro, ne me prius accusare velint, quam rationem, qua id fecerim, audiant. Eam ob rem & te, & eos scire velim, nostræ editionis authorem Græcam editionem imitatum, ficuti in multis sensum aliunde à veritate Hebraica penitus abhorrentem reddidit: ita quoque infinita pene vocabula corrupte ac deprauate transtulisse: quæ cum non Græca, sed Hebraica sint, in ipsis non Græcos, sed Hebræos sequi debemus. Et potissimum in iis, ex quorum literaturæ variatione, sequitur significationis varitatio: cuiusmodi sunt, quæ in hoc opere præ cæteris castigare curaui. Quæcunque igitur per literam *he*, aut *heth* apud Hebræos scribuntur, cum aspiratione apud nos scribenda sunt. Neque enim eorum opinioni assentio, qui *heth* spiritui grati, & *he* spiritui Græcorum comparantes, ea duntaxat cum aspiratione apud nos scribi debere aiunt, quæ per *heth* apud Hebræos scribi contingit. Tum quia in Hebraicis (vt dixi) dictionibus, non Græcorum, sed Hebræorum (quantum nostræ literæ patiuntur) orthographia seruanda est. Tum etiam, quia etsi *heth* fortis sit aspiratio, & *he* lenis, vtraque tamen litera apud eos aspiratio est. Eam ob rem vbicunque apud illos siue *heth*, siue *he* ponatur, ibidem apud nos aspiratio ponenda est, præter quam in calce dictionum: quum nostra aspiratio nusquam finalis esse possit, nisi in quibusdam interiectionibus tantum. Quocirca non parum errant, qui Heua, Habel, Hanna, Ioannes, Hallelua sine aspiratione scribunt, cum hæc apud Hebræos vel per *heth*, vel per *he* scribi soleant. Nam Heua quidem per *heth* apud eos scribitur, sic חוה *hauah*, cum à verbo חיה *haua*, quod viuere significat, deriuetur, *vod* in *vau* mutata. Vnde Heua (teste Scriptura sacra) mater viuentium interpretatur. Hanna etiam per *heth* scribitur, ita חנה *Hannah*, quum à nomine חן *hen*, quod idem est quod gratia, deriuetur. Ioannes quoque apud eos per *heth* scribitur, sic יוחנן *iohanan*. Componitur enim à nomine Dei יהוה, quod est יהוה, & à nomine *hen*, quod est gratia. Idcirco Ioannes Dei gratia interpretatur. Habel autem apud eos per *he* scribitur, descendit enim à verbo הבל *habal*, quod idem est quod euanuit. Hallelu-ia similiter per *he* scribitur, hoc modo הללויה *hallelu-iah*: sunt namque duæ dictiones. Prima est הללו *hallelu*, quod est imperatiui modi, & secundæ personæ pluralis numeri huius verbi הלל *hillel*, quod idem est quod laudauit. Secunda est יה *iah*, quod est vnum de diuinis nominibus, & Deum siue Dominum significat, inde *hallelu-ia*, quod laudate Deum, vel Dominum, in nostram vertitur linguam. Ex prædictis igitur palam liquet, non solum hæc, verum cætera quoque omnia, quæ tam per *heth*, quam per *he* apud Hebræos scripta habentur, cum aspiratione apud nos scribenda esse. Nam & in his, & in reliquis omnibus Hebraicis dictionibus, Hebraicus tum scribendi, tum proferendi modus, semper à nobis (quoad literis nostris fieri potest) seruandus est. Alioqui eadem dictio non idem omnino apud nos significatum retineret, quod apud illos habet. Hinc est, quod (vt nonnisi ea ex multis exempli gratia afferam, quæ ipse at-

tulisti) non Henoch sed Hanoch, non Mathusalem sed Methuselas penultima syllaba producta, non Noe sed Noas, non Phares sed Peres, non Moyses sed Moses, non Iosue sed Iehosuas penultima producta, non Phinees sed Pinhas, non Samuel sed Semuel, non Salomon sed Selomo, non Salathiel sed Sealthiel, non Ioakim sed Iehoiakim, non Osee sed Hoseas penultima producta, nō Bethsabee sed Bathseba penultima etiā producta, non Elisabeth sed Eliseba penultima itidem producta, non Gomorra sed Amora, & scribere, & pronuntiare deberemus, cum sic ea Hebræi & scribant & pronuntient. Licet autem hæ literæ *he, het, ain*, cum tam in his, quam in cæteris masculinis nominibus finales sunt, apud nos cæterrime euphoniæ gratia in *s* literam mutentur: hæc tamen mutatio nullam affert significato mutationem. Nam vt duo tantummodo de vnaquaque harum literarum exempli causa adducam, apud Hebræos משה *Moseh*, ישעיה *Iesaiah*, in *he* desinunt, נח *Noah*, משיח *Messiah* in *het*, יהושע *Iehosua*, מושיע *Mosia* in *ain*. Hæc tamen & reliqua huius generis apud nos absq; vlla significati variatione in *s* literam sæpissime terminari solēt: vt Moses, Isaias vel Esaias (vtroque enim modo dici potest) Noas, Messias, Iehoshuas, Mossias quod Saluator interpretatur. Id ipsum & in propriis masculini generis in *aleph* desinentibus plerunque fit: vt עזרא *Ezra*, Ezras, שלמא *Salma* (tametsi interdum per *he* scriptum reperiatur) *Salmas*, qui Nahsō filius fuit, & Salmon quoque dictus est quemadmodum ipsum in Saluatoris nostri genealogia apud Matthæum vocatum legimus. Illis præterea, quæ in *iod*, præcedente *patha*, vel *camets* terminantur, *us* syllabam addimus, *iod* & *patha* vel *camets* præcedente, in e longum, siue in æ diphthongum mutatis: vt חגי *Haggai* Haggæus, מרדכי *Mardochai* Mardochens, זכאי *Zaccai* Zacchæus. In plerisq; vero aliis, ita *us* finali literæ apud nos coniungitur, vt ex ipsis vna efficiatur syllaba, accentu acuto, qui apud eos in vltima syllaba erat, in penultima apud nos remanēte: vt יעקב *Iaakob* Iacobus, יוסף *Ioseph* Iosephus. Et hoc quidem fit, cum ea ad nostrorum nominum declinationes deducere volumus. Quę cum ita sint, nemo me Hogostrate (vt opinaris) carpere, nemo me accusare, aut arguere debet, quod in præmissis ac aliis permultis vsitatum scribendi proferendique modum non seruauerim: cum id non ignorantia, aut temeraria præsumptione, certim, sed vt ea castigarem, ac meliora redderem. Veruntamen haud quaquam nego, multa in hoc opere dicta esse, quæ elegantius atq; ornatius dici potuissent, nisi humiliori stylo, atque notioribus communioribusq; verbis vti necessarium fuisset, tum vt Christianæ fidei mysteria in Hebraicis vocabulis inuenta cunctis notiora fierēt, tum etiam vt Hebraicārum dictionum fidelior esset interpretatio, quas cum è verbo ad verbum transferre vellem, vix in aliquibus Latini sermonis congruitatem seruare potui. CAP. Ego quidem, Galline (vt ex animi sententia loquar) quæcunque dixisti, adeo bene, adeoque elegantēr te dixisse arbitror, vt neminem aut melius, aut eleganter præsertim tam breui tempore dicere potuisse existimem. Quod profecto nequaquam fecisses, nisi Spiritu sancto afflatus fuisses vt vetustissim per Prophetas Messiæ mysteria pronuntiarat, ille idem nunc per te eadem mysteria luculenter enuclearet. Vnde palam ostenditur, quam vtilis quam proficuum, quam conducibile sit Christianæ reipublicę, Christianum Theologum Hebraicas non ignorare literas, ex quibus tot catholicæ veritatis arcana tam exacte eruisti. Quibus non modo obstinata Iudæorum nostri temporis perfidia sic penitus conuincitur, vt vlterius nec hinc te quidem audeant: verum etiam & orthodoxæ fidei veritas maxime cōfirmatur, & multa ac prope infinita sacræ scripturæ Veteris instrumenti loca, quæ vel scriptorum vitio, vel temporum iniquitudine, apud Græcos Latinosque vitiata habentur, ad amussim pro nostra fide emendantur: pro quibus omnibus plurimum tibi debet tota Christiana religio. GAL. Quanquam tu, mi Capnio, hæc pro tua ingenti in me beneuolentia (prout sentis) ingenue dicas: ego tamen cum tuum prorsus meæ supellectilis aut nescius, aut immemor, quæcunque in hoc opere diti, omnia Apostolicæ, ac sacrosanctæ Ecclesiæ iudicio committenda, ac determinanda relinquo atque subiicio. Et ita quidem vt mala atq; inepte dicta meæ imperitiæ ascribantur. Bona autē quæcunq;, Deo optimo potenti, à quo optima quæque proueniunt, attribuantur. Illi laus, honor, & gloria per infinita seculorum secula.

PERACTVM est, *diuinæ opitulante gratia, opus de arcanis Catholicæ Veritatis, ex Iudaicis codicibus excerptum, atque Inuictissimo Maximiliano Cæsari semper Augusto dedicatum. Barij, Anno Virginei partus M. D. XVI. pridie nonas Septembris.*

IOANNIS

# IOANNIS REVCHLINI PHORCENSIS LEGVM DOCTORIS DE ARTE CABALISTICA LIBRI TRES.

# LEONI DECIMO PONTIFICI IOANNES REVCHLINVS SE SVPPLEX COMMENDAT.

ITALICA PHILOSOPHIA, Leo decime, à Pythagora eius nominis parente primo, ad summos homines excellentibus ingeniis præditos olim delata, perquam plurimis annis ingenti lactatu Sophistarum occiderat, tamdiu tenebris & densa nocte sepulta, quousque Deûm fauore Sol omnis generis optimorum studiorum clarissimus Laurentius Medices pateret tuus, Magni Cosmi propago, Florentinæ ciuitatis princeps exoriretur. Quem etsi nouimus animo & scientia gubernandi Rempublicam, & domi bellique omnia consilio ac prudentia gerendi, tam fuisse compotem, vt nemo ætate sua in ciuili exercitatione videretur magis laudandus, tamen ad hoc nobis est, vt fateri oportet, commodius natum esse: perinde atque cœlitus demissum, vt post eloquentiæ disciplinas & bene dicendi artes à Petrarchis, Philelphis, Aretinisque Rhetoribus ante inuentuti Florentinæ traditas, quo esse absque controuersia possent ciues cunctis nationibus exteris nitidiore scribendi calamo, & puritate linguæ ornatiores, ipse tandem patriæ inferret quoque illam expultricem vitiorum sapientiam, & arcanorum inuestigandi rationem, quæ in libris & monumentis priscorum ad sua vsque tempora latuissent. Ad id prouinciæ diligenter acciuit vndequaque doctissimos, & veterum authorum peritissimos viros, quibus, cum rerum scientia, etiam satis esset eloquentiæ, Demetrium Chalcondylen, Marsilium Ficinum, Georgium Vespucium, Christophorum Landinum, Valorem Angelum Politianum, Ioannem Picum Mirandulæ comitem, cæterosque orbis eruditissimos, quibus antiquorum solertia & arcana vetustas malignitate casuum obliterata, in lucem rediret. Hoc egere summi viri certatim. Nam docuit hic, commentabatur alter, legebat iste, interpretatus est ille, ac linguas vertit in linguas. Marsilius Græciam duxit in Latium. Romanos in Græciam Politianus reduxit. Instabant omnes operi, nemo non summas Mediceis laudes afferens. Hos in heroas, beatissime Leo, tuus natalis virgulâ (vt aiunt) diuinâ feliciter cecidit, Diis gratia: certe vt non restaret vllum elegantioris doctrinæ genus, in quo tu non euasetis peritior, adeo quidem puer amplexus politissimi suauitatem Politiani. Quid multis? Florentiâ illo æuo nihil erat floridius: in qua renascebantur optimarum artium, quæ ante cecidere omnia, nihil remansit intactum de linguis & literis, quo non exercerentur ingenia Florentini. Ea fama ego tum quidem vehementer mouebar, tactus eius loci cupiditate, si non solum magnificentissimi & insueti nobis Herculis ædificii auitæ domus tuæ, quam Magni Cosmi nominarunt, verum etiam præceptis tui deinde videndi, vnde nostro seculo tanta commoda prodissent. Igitur in Italiam profectus cum illustri Eberhardo Probo, Sueuorum nobilissimo primo Duce, cui à Secretis eram, intra Quadragesimam circiter duodecim mensium Calend. Aprilis anno salutis millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo. Cumque insignem Medicea gens nobilitatem ei Duci commendassem, vt pote veritate profecto debui, optabat cum eo hoc colloquium habere. Quod vbi animaduerti, nescio quo reuelante Laurentius apprehendit peregrini dextram perquam humaniter, omnesque nos domum suam duxit, singula vtui digna ostendens. Primo fabricam equorum statuas ibidem armamentaria omni apparatu bellico referta: post item singulos thalamos pretiosissimis stratis ornatos, pulchrosque tapetas, & in eorum culminis recto arborum consitum nemus, Hesperidum hortos, ac autrea mala: cuius bibliothecam cum in cœlos vsque verbis extollerem, pro sua manuetudine, vt solebat vir suauissimus, respondit, maiorem sibi thesaurum in liberis esse, quam in libris. Quæso te, Papa sanctissime, literas meas quibus tecum aliquando libentius, infimorum etiam hominum plebe hominem. Quanta porro mentis eius admiratione, cum quodam insigni gaudio quando vniuersis applaudentibus auditoribus in summa te rerum fastigia conscendisse, optimum optimi sapientissimique Principis diui Laurentii Medicis filium, recordabar subito tanquam tuorophantes aliquis paternum illud vaticinium ætatis prophetiæ par. Quid hic ex Laurente hac futuri queat, non modo Laurentius populis, sed etiam toti orbi pretiosius? quo maior excogitari thesaurus possit, quam sit illud tuum ineffabile regnum, vnde nobis omnibus diuinitiæ tanquam ex Pactoli abyssu fluunt, omnes gratis, omnes optimarum literarum ornamenta, omne quod est in humanis bonis? Semina rerum



rum vniuersæ vetustis philosophiæ, quæ nunc te filio Constantini vrbe, quam multi nouam Romam appellant: suum enim patria Byzantinus, studio varius, siue Græce velis, aut Hebraice, seu magis Latine, Arabum tamen doctrinam plus callens: & nisi molestum est, tu vicissim indicare ne recusces, qui vir ipse sis. Philolaum me nominant, inquit iste, Alanum natione, disciplina Pythagoreum, & fortasse haud absimilem tui linguacem, sed quod tibi erit vocabulum quæso? Constantinopolitani Marranum me vocant, ait ille, nomen à Cerintho & Ebione, scholasticis notum, quod & aqua tinctus, & recutitus apella, vtrumque alioqui tam Mosis legibus, quam Christianorum doctrina sum initiatus.

Philolaus ad hæc: Scholasticos memoras audio: Id rogo autem, Suntne humanitatis scholæ Constantinopoli modo, inter istos maxime omnium crudeles & truculentissimos Turcos? Plurimæ, inquit ille, quibus se excellentissimis ingeniis homines dedidérunt. Est enim plus illic discipulorum quam decem millium, è Persis, Græcia, Lario, & Iudaïsmo in vnis mœnibus, inter quos cum iam annis duodeviginti multarum artium auditor fuerim, libuit tandem expatriati aliò, si forte vel trans Alpes inuenirem studio sapientiæ præditos, qui de maximis quæstionibus copiose queant probabiliterque disserere. Tum cuiatis philosophiæ? perebat Philolaus: Et Marranus, Cuiusuis, retulit, cum sim nullius ipse vnius disciplinæ legibus astrictus, quo minus ne secta quidem fidei liberè quicquid sentiam, defendere prohibeor. Cerre par habes mecum Philolaus, inquit vt video, explorandi desiderium. Nam ad Germanorum nobile hoc emporium Francofordiense, migrantibus è Thracia mercatoribus comitem me iunxi, quod acceperim hic esse Iudæum magnæm opera Cabalistica famæ, acingentis existimationis, quæ vna facultas (vt sæpe audiui doctissimos homines suaui otio & consilijs vberrimis affluentes, me præsente, arbitrati) præ cæteris esse queat Philosophiæ Pythagoricæ cognatior, tanquam nihil similius. Nam esse Pythagoræa omnia ferme dogmata istinc expiscatum, aiunt. Iudæo illi Simon esse nomen perhibent, Eleazari filio, ex antiqua Iochaicorum prosapia, quem nunc remotis mensis adoriri stat sententia. Ego vero, inquit Marranus, si per te licet, tecum ipse virum accedam, tametsi Pythagorica parum edoctus, semper enim mihi Arabes magis veneratione fuere. Algazel, Alpharabius, Abucaten, Hali, Abumaron, Abensina, quem Latini Auicennam, & Abenruist, quem Auerrhoem vocant, & reliqui continules Peripatetici. Quanquam nemini vnquam mea ætate negatum fuit Constantinopoli qualemcunque singulatum prope linguatum atque sectarum philosophiam conicere, maxime dissimilium gentium præceptoribus indies publice docentibus. Tum Philolaus: Confide, nam facile, inquit, Pythagoræus fit is, qui & libenter verbo credit, & pro tempore tacere potest, & omnia præcepta intellectualiter intelligit. At ille, Astabo saltem, vbi patieris, tanquam Pythagoræus aliquis, & audiam, qua de re sermo inter vos fiat. Itaque inenarrabili gaudio deliturum me reddes, quum per-

magni æstimauero in conuersatione sapientum A fuisse. Et Alanus, Veniamus ait, Nam in pomatio domi eius, in qua habitat, deambulare nunc solus dicitur, ac certe hic loci est, & ostium patet. Cernisne istum ex horto nos versus incedentem? Age maturius, ingrediamur. Salue magister. Cui Simon de more gentis, Dominus vobiscum. Tune Simon ille Iudæus? rogant aduenæ. Tum is, Vtrumque: nam & Iudæus sum, & Simon. Quæ autem nomina vestri amborum accipiam, quo rectius vos al- B loquar? Vterque ad id: Ego Philolaus, & ego Marranus, respondérunt: ac diuersis itineribus alter alterius nescius, post longam peregrinationem huc tandem conuenimus, quos non hoc emporium tam late eminens tanto commeatu prope toti Europæ decantatum, ac tot & tam pretiosis mercibus illustres nundinæ, tam diuersarum gentium confluxu speciosæ, ad sui contemplationem traxerunt, sed vnius tui fama perduxit ea cupiditate, vt nobis de omni Cabalistica C ratione magnopere, vt doctis virum est, & colenda, & expetenda, nobiles illas, & tam in Scythia, quam in Thracia commendatas ingenti laude cogitationes tuas, breuiter & commode aperires. Ad hæc: Istne, inquit Simon, memoria nostri etiam apud Scythas & Thracas gentem tam longinquam? Est profecto, ait vterque, multo maxima. Nam abhinc ante triennium circiter quatuor lustra, quando tempore illo supputabant vestri à mundi exordio post D quintum millenarium annos ducentos octo & triginta, pulsa ex Hispania Iudæorum centena quatuor & viginti millia, indeque discriminatim illorum maxima pars ad loca nostra exules profecti, multam in te homine tibi, vt affirmant, perquam notissimo artium disciplinam, multas litteras, incredibile ingenii acumen, & philosophici sermonis expeditam integritatem, præsertim quoque Cabalisticæ speculationis diuinum peritiam, & vniuersis studiosis admirabilem messe E prædicant, ita vt in omnium oculis dicendi cupidorum vltra Sauromatas, & glacialem fulgens Oceanum. Excepit ille, Tanta de me vestra existimatio, viri Pythagorei, non mediocrem tibotem mihi affert, qui vereor, ne si iudicium hoc vestrum ex populari tumulto conceptum frustiter aut fallam, quantumuis id contingat fragilitate mea, ipse videar in tam diuinum Cabalæ studium prope mea ignauia dolendam iniuriam commisisse: quo plane, quicquid in me languidum, fractum & imperfectum deprehenderitis, id in huius sapientiæ quam desideratis, quandam vergat ignominiam, quasi opificis defectus tendere debeat in artis indignitatem: id quod minime omnium velim. Nam ego ipse, quantuluscunque sim, qui scio, quam sim exiguus, aut mecum ceteri Cabalistæ omnes, quicquid vero esse putentur, laudan si vultis an despecti mitto dicere, tamen hac contemplandi arte nihil est hominum generi vsquam, qui humi degunt, & præ aliis e- G gregie pollent ingenio, ac mente florent, à Deo collatũ expetibilius, nihil ad salutem animorum commodius, nihil ad immortalitatem cõsequendam aptius, quo congruenter naturæ mens humana propinquius ad Deificationem ascendat, hoc est, ad beatitudinis summum, quod vocant Græci dicunt, siue id vobis extremum aut vltimum vocare placuerit, seu finem, vnde commodat, nihilo indigentes, absolute semper absque impedimento fortunate, tranquille, felicitereuere, quum artificiose admodum per quasdam symbola, terrenis omnibus reiectis, fenestrarum materia, formam è forma decerpentium, quousque ad primam omniformem & informem ascenderimus formam. De quo intelligunt Cabalistæ diuinum Geneseos huncinsium. Præcat terra animam viuentem ad speciem suam, videlicet ad diuinam ideam, quæ & ipsa est item viuentium in virtute Dei viui est vitam influentes per nomen *Adonai*, vt cognoscatis, auditæ fuisse, quod Deus viuus intra vos est, & dispexit in conspectu vestro contrarias fortitudines. Hinc in libri שער אורה id est, *Porta lucis*, inscripti, capite secundo, leguntur. Quo fit, vt omnia vitam habentia suo instinctu sursum tendant, & eorum vitam influentia vergant deorsum. Cum enim isto mundo sensibili, quicquid elementi quasi constat, מורכב, id est, *mistum*, id omne aut saltem careat dimensi & vagi motus efficacitate, ceu immobiliter & quiescens, vt lapis & terram, aut vegetet & crescat, vt planta & herba, aut mutationem dimoueatur, progrediatur, & tandem euiat, vt animantia bruta & conchæ, aut etiam rationaliter loquatur, vt homo, quæ solent adolescentes nostri de libro ריח חן id est, *spiritus gratiæ*, sic Hebraice nominanda discere, חכמה הנשמה והחי והמדבר id est, Iacens pullulans, viuens & loquens: mihil profecto eorum est, quod non tum cœlo se non modo quodam arrigat, quasi conspectu quendam sibi virtutis luæ etiam ipsa videns, & mores fingens: vt altissimos terræ montes cœlum versus ab imis vallibus exurgere cernimus iuxta Platiæ carmen: Ascendunt montes, descendunt campi: vt experimur in aliorum puteis maris erigi, vt ascendit mare fluctuans Ezechiele, vt flatus aeris è cauernis exspirantes timus (nam & naturæ Dominus in illo eodem Prophetæ exumpere facit spiritum compellans) vt denique omnia ignea leuari videmus. Atqui enim ignis de petra in Iudicum vaticinio, aut ri præstantes, quæ vestra ingenii vis est, incitigno quadã necessitate coactos facere nos, quanta quæ res nobiliore natura exstat, tãto eam ad ne sublimiori gaudere: ceu granũ frumenti in tum in terram, quod non quieuerit, donec gluma viscera frangat, & extra telluris meatus ipsum & cœlesti aura fruatur. Eadẽ est ratio mortalis quoque, cum id, quod generosius est, in alium ritus ebullit ab *allimus* sublimatũ, vt puta cæ per ea videantur, quæ sunt sublimiora. Sic qui quod inferos esse dicuntur lutida & squalenti dubiusque deprella iudicamus, quæ apud Ingenia candida & illustria, incredibilique decore ornata miramur & prædicamus, ibi profecto quum. Quum soleat natura rebus iacentibus, vt ge spiritibus ingenia talia ingigat, vt alibi profecto potiore multo ratione nõ videri nimirum neglexisse omnium animantium dominatorem, animal decorũ & venerãdum, animal



bilissimum, cæteris præfectum, non modo prudentem & sapiens, verum & contemplatiuum, & religionis capax, quin melioribus & sanctioribus ipsum dotibus ornauerit, & præsertim id generis donauerit conditione, vt ex insito sibi naturæ desiderio, quibuscunque possit viribus, ad summa & optima tendat. Hominem enim melior natura Deus, vt erat in sacratissima historia, ex duobus compositit, limo terræ, & spiraculo vitæ: vt limo indutus, corporea prudenter cutet, & spiraculo vitæ præditus, sapienter amet diuina, pro- B dicatque terra animam viuentem ad speciem suam atque propriam, videlicet illam peculiarem ideam, non brutorum, non plantarum, non lapidum aut lignorum, sed ab ore Dei natam, & in faciem eius diuino spiritu afflatam mentis suæ ipsius illuminationem. Hæc illa est, quæ paulo ante à nobis vocabatur Deificatio, quum ab obiecto præsente per medium suum exterior sensus transit in sensionem interiorem, & illa in imaginationem, & imaginatio in existimatio- C nem, & existimatio in rationem, & ratio in intellectum, & intellectus in mentem, & mens in lucem, quæ illuminat hominem, & illuminatum in se corripit. Hinc recte acceptum esse apparet, quod Cabalistæ in arbore decem numerationum *Tiphereth*, μεσότητα, in medio *Sephiroth* ponendam censuerunt, magnum illum Adam, quasi lignum vitæ in medio idealis paradisi, aut quasi lineam rectam (vt aiunt) mediam. Fecit enim Deus hominem rectum, Ec- D clesiastis ingio tam ad superа quam ad inferа flexibilem: vt per Empedoclis litem & amicitiam, in numerationibus illis subtet notatam, quæ designamus per נצח והוד humana se cogitatione agnoscat elementorum & mundani huius regni esse participem. Timore autem Dei, & sanctificatione, per פחד וחסד quæ supra eum expanduntur, trium simplicissimæ Deitatis nouum, כתר חכמה בינה pro suo captu apprehendum. Igitur ad id natus est homo hic in E terris, & ad hoc eum natura finxit atque formauit, vt & pedibus cum bestiis ambuleret in terra, & solus ex omnibus animantibus erecto capite, cum Angelis in cœlo conuersetur. Manus autem vtrasque inter pedes & caput locatas, tum ad victum necessarium laborando figat in tellurem, tum ad vitam æternam contemplando leuet in cœlum: ad quarum tutelam, oculorum ceteris soli ex omnium sensuum instrumentis hominis notabiles inditi sunt, vt in terram pro F corporis, & in cœlum pro animi conspiciant salute. Talis est aptitudo atque vis hominis, hæc facultas, hæc potentia, quam non implantauit vsquequaque siue summum bonum Deus, seu natura, nisi facultas in vsum, & potentia quandoque redigeretur in actum, præsertim in homine industrio, & ad id se præparante. Si enim cupis ille diuinitatis non esset homini possibilis, inutilis desiderium eius natura ingenuisset: homo namque agilis & idoneus haud vn- G quam corporeum sensu & rudi cœmentorum qualitatur, quin & omni cogitatione ad sepamum purita tem, & altissimarum rerum cognitionem prouehatur. Ea est plane cunctorum studiosorum irrequietudo, quibus & vehemens animi applicatio per morales, naturales, & mathematicas veritates, ad supernaturalium dispositionem agnascitur, & tandem ad primam entitatem fidelis ascensus indulgetur. Verbi causa: Luculentissimum procul ignem exardescere videtis, intenditur forma eius per illustre medium, quod Græci appellant διαφανὲς, vsque ad oculum corporeum. Expectat intra spiritualis visio, & obiectæ rei propriæ formam suam esse percipit, quare ipsam ceu affinem ac propinquam libenter hospitio suscipit, & per medium apparentiæ, quæ à vobis dicitur Græce φαντασία, spiritualiter iudicio sensitiuo ac brutali offert, quam quidem effigiem rursus ad iudicium humanum superne producit, & paulo superius totum illud ad ipsam rationem promouet: tum ea tandem post agilem discursum, ita sublimatam & cribratam corporalis ignis abstractionem transfert ad intellectum. In isto igitur ascensu tres inueniuntur regiones, & in singulis vnus abstractionis status. In prima regione obiectum, διάφανὲς, sensus exterior, & ibi statur. In secunda interior sensus, phantasia, iudicium brutum, & secunda statur. In tertia, iudicium humanum, ratio, intellectus, & tertio statur. Horum omnium domina mens, recepto lumine superiori hominis intellectum illustrat, & perficit. Ecquid aliud opinabimur Cabalistas de *Sachel*, *Sandalphon* & *Mettatron* docuisse? Status autem quilibet duplicem habet differentiam. In primo enim cessat corpus, & incipit anima, vnde nominatur animal. In secundo cessat anima, & incipit ratio, vnde nominatur homo. In tertio cessat intellectiua potentia, & incipit mens, quæ sola sine controuersia defortis aduenit, vnde nominatur Deus, iuxta oraculum, Ego dixi, dii estis. Statuum itaque nomina sunt sensus, iudicium & intellectus. Interuallorum autem media ipsas species deferentia sunt διαφανὲς, phantasia, & ratio. Cui rei haud absimile profetunt in *Mercaua* Cabalistæ tres patres, qui sunt Abraham superior, Ishac inferior, Iacob medius. Quum igitur trium regionum duo interualla, sensus & iudicium, duplicantur secundum inferius & superius, & vtraque ad binos reducuntur terminos, restant decem scalæ gradus, per quos ad cognitionem omnium, quæ sunt vere, aut sensu, aut scientia, aut fide, ab imo ad summum ascendere possumus. De quo Abraham Cabalista in libro mirabili *Ietzira* hic ait, עשר ספירות כליסרת י ולא ט־ י ולא יאי חבן בחכמה וחכם בבינה בחון כהם וחקור מהם והעמד רבר על בוריו והשב יוצר מכונו: id est, Decem numerationes, propter quid decem, & non nouem, decem & non vndecim? Intellige in sapientia, & sape in intellectu, inuestiga in eis, & proba ex eis, & statue rem super puritates suas, & repone creatorem in thronum suum. Hactenus ita. Intellectus enim humanus quæ supra sunt intelligit in sapientia, & quæ infra sunt, sapit in intelligẽtia. Et sensus exterior statuit rem ab obiecto per speciem oblatam, & sensus interior statuit rem super puritates, id est, abstractiones specierum, quę ante fuerant diaphano, ac demum phantasiæ sunt pecu-

liates. Deinde iudicium inter phantasiam & rationem, inuestigat ex eisdem apparentiis, & ratio discursu vario conclusioneq; probat in eis. Tunc redeo ad initium, & dico, quod intellectus creatorem vt causam omnium causarum primam, reponit in thronum suum, quæ est ipsa mens שכל הפועל Habetis itaque, viri solertissimi, decem numerationes, quibus homini contingit rerum apprehensio, quę sunt obiectum, *sensus exterior*, sensus inferior, phantasia, iudicium infimus, iudicium superius, ratio, & intellectus, & hęc omnia non tam sunt quid, quam quo. Suprema vero mens in homine aliud quid est. Quapropter sicut Deus in mundo, ita mens in homine, inter decem *Sephiroth* regni, gerit diadema, & recte cognominatur כתר id est, corona, quæ, vt Aristoteles asserit in secundo de Generatione Animalium libro, Sola diuina est, & sola extinsecus homini accedit, à cuius lumine recepto virtutes inferiores diriguntur, & gubernantur, עד השכל המשכיל והמושכל אחר id est, quousque intellectus, intelligens, & intellectum sint vnum & idem, vt scribit Commentator arboris decem *Sephiroth*, quod Magistri super verbis Prophetæ, In lumine tuo videbimus lumen, ita diiudicarunt, כי בשפע השכל אשר שפע ממך: נשכיל ותאיר Hoc est, quod in influentia mentis, quæ influit ex te, intelligimus & rectificamur. Puto iam esse patefactum omnibus, qui naturæ humanæ conditionem diligenter scrutati sunt: primo, quod desiderio quidem naturali ducimur, vel (si rectius libet dicere) trahimur ad apprehendendum res summas & diuinas: secundo quod eas, quantum ad nostram beatitudinem satis est, data opera pro modo & captu nostro apprehendere possumus: ad alterum nos inclinat natura, ad alterum diuinitas: vtrumque per ignis figuram sursum tendentis, & omnia quodammodo comprehendentis, & lambentis artificiose à Cabalistis demonstratum. De quo Rabbi Ioseph Castilliensis in Horto nucis, libro secundo, inter cætera his verbis ait, תרע"ך כי נפש השכלית האצלרת באדם וצוירת בו צורות עליונות היא הקראת אש id est, Scias, quia anima intellectiua infusa in hominem, & repræsentans in eo formam supremam, ipsa vocatur ignis. Cui applicant Salomonis illud, Lucerna Dei, spiritus hominis. Veplane tamen fatear, id quod verum esse ruinatio probat, tum exercitationis confirmat experimentum, non paucis oportet artibus, non valde minutis humanorum studiorum scientiis, nó leui doctrina cum prius instructum esse, cuius industria, promptitudo, & ingenium ad formatum separatarum ac simplicium mundi superiorum & intelligibilis substantiarum contemplationem ita manifiescat, vt in ipsa ferme Dei penetralia irrepat. Ante omnia namque prudentium virtutum exercitia & bonis moribus eruditos esse nos conuenit, vt turpia vitemus, sequamur honesta. Quod Ecclesiastes admonuit, Custodi pedem tuum, quum ieris ad domum Dei: quæ Esdras Ezrahita in traditione sic psallit, Iustitia & iudicium præparatio sedis eius. Quo carmine non tantum opera hominum, quæ ipsa debent iustitia perfici, verum etiam & cogitationes cótdis & oris verba complectitur, quæ recto iudicio confiere oportet. Quare vna voce ac consimili sententia dunt Cabalistæ, מחשבת אחר התאוה לברכתו המכלים יבטלו החשוקות העיוניות: indulgendo concupiscentiæ atque libidini tantum, vt faciunt stulti, corrumpuntur desiderium speculationum. Post mortem itaque corporis, & animum purgatum (taceo quidem innumeros pene infinitas siue recte, seu vere, aut bene loquidi regulas, quæ solum vestibula & fores scientiarum sunt, non autem scientiæ) tum opus erit Mathematicis & Physicis, quæ innumerabilia complectuntur, Arabum, & Græcorum & Latinorum vbique voluminibus comprehensa, vel de vniuerso numero, pondere, & mensura: vel de eorum motu & quiete rebus essentialiter inhærente, quam dicunt naturam. Est enim natura, vt Rabbi Iuda Ben Leui scribit, in libro *Alcozar*, הטבעת חברת אשר ברת יונה וינוע הרבר אשר הוא בו בעצם ולא בסקרה: id est, Principium & causa, qua quiescit & mouetur res, in qua est primo, & non per accidens. In hac terminatione videtis, quantę & quales, quot & quam interminatæ res congeruntur, vt fere sint omnia nobis sapiencida naturam inuestigantibus, quæ à supremo cœlo ad infimum terræ centrum commentur, siue suo nitantur robore ac subsistent, seu quo modo se habentia innitantur & accidant, vt non tota ætate hominis vel ipsa nomina imparium inueniri (taceo proprietates, conditiones, vires, motes & operationes) queant, propter earum, quę scire cupimus, prope infinitatem, & naturis nostræ rationalis capacitatem, & rerum inuestigandarum difficultatem, & humanæ pertiæ fragilitatem, & desiderii nostri multiplicem distractionem. Quid enim? Nónne Abrahæ dictum fuit, Suspice cœlum, & numera stellas, si potes: nec potuit ipse, quanquam suo tempore, secundū Rambam, insignis Astrologus erat. Vnde tradunt Cabalistæ, quod אל תסתכל לא תוכל ידע הרים רבו מספנו אלא בות השעור תלמודי המעט: id est, Omne id, quod in cœlis est, nauscit homo aliquid ex eo, nisi ad ipsum modum Matheseos, seu disciplinarum vique adeo mediocrium. Quorum hoc dicto admoneor, multos fuisse veteres in Mathematicis, etiam in quibus tota pene vitam, vt mos est studiosorum, exercuere. Quod in suis recordatur scripsit Abalachen, posteris nobis attestans antiquos eo seculo eruditos vsq; Aristotelis post tempora nū plene Mathematica scisse. Ait enim sic, חלמורים לא נשלמו בזמנו: id est, Quod Mathematicæ scientiæ non erant tempore Aristotelis perfectæ. Cum igitur vt Salomon inquit, cunctæ res sint difficiles, & in ipsis naturalibus, quorum saltem principia nobis nota sunt, aut esse possunt, התמר הצורה והתערר Materia, forma, priuatio, tanta in hominibus sedeat apprehensionis tarditas, quid futurum de nobis cogitabimus, supremas spiritualium substantiarum species intueri queuntibus? Ad quod omnium inferiorum abstractionibus, discursu, ratione, ac logicis speculationibus opus erit, quæ facile possent totam hominis mentem occupare, vt est non nullius ponderis difficultas, התאמרות, quæ appellamus prædicamenta, & vt ad



& vsus illorum consuetudinem loquar, genera עצם כמה איכות generalissima, videlicet quæ sunt חצטרפות פתי אנה מצב לו יפעל יתפעל: Substantia, quantitas, qualitas, relatio, quando, vbi, situs, habitus, agens, patiens: istis enim & coniungere putant & intelligi, quæcunque in hoc conclusorio orbicolari globo continentur. Inuenti autem nihilominus, & quæ de his ipsis ac eorum comprehensis diuulgentur atque dicentur, ob id quæ prædicabilia nominari סוג מין הפרל פעולה סקרה: id est, Genus, speciem, differentiam, proprium, accidens. Horum omnium vires atque noctes aucupia, plagas & indagines estimant per singulas cuiuslibet rei causas, quæ sunt, fuerunt, fama, efficiens, & finis. Ex quibus vt nobis ipsi mulliter blandimur, omnis negotij veritatis veritati quę amus quadam euidenti (vt aiunt) demonstratione, quam סופת appellant, scilicet de extremo ad extremum alterum, tanquam è carcere ad metam discurrentes, in modum cuiusdam stadij cui nomen הקש indiderunt. At vero qui solertia & quibus ainbagibus illorum hominum, qui hæc plus ostentare soleant, quam præstare, sophismata præstruantur, nostri sic docent, יתחבר כל הקש וסופת משחי הקדמות הגדולה והקטנה כשלשה חלקים והם הקראים בעולים אחר מהם נושא המבוקש והוא הקצה הקטן והשני החלק המשותף והואהקראי גבול אמצעי והשלישי נשוא המבוקש והוא הנקרא קצה הגדול ושאלו הולה: Id est, Comprehendite omnis syllogismus & demonstratio ex duabus propositionibus, siue præmissis, maiore & minore, secundum tres particulas, qui vocantur termini: vna ex eis est subiectum quæsitum, & dicitur extremitas minor. Et secunda pars est participans, vocaturque terminus medius. Et tertia est prædicatum quæsiti, quæ nominatur extremitas maior, & ex illis conclusio. Hoc est illud ecce, hic ille hamus, vifcum & ilex, hoc vnum dum quo illorum opinione libera capitur vanus, & quo vel circa naturæ subiectas res, vel naturas physica, vel nāturam comitantes, vt mathematica, vel naturam quodammodo excuentem, vt metaphysica, indistincte ac quandoque frustra vtantur. Quæ autem à natura prorsus & ab vnius materia & motu sunt essentialiter abiecta & separata, dicimus theologica, quippe lingua natibus & sy logisticis fusoris non humida, vt quorum tanquam immediatorum rum sit propte loquendo scientia, sed firmior ac validior notitia. Quo absolutius Aristotelis & aliorum Illustrium, quos post Naturalia scripsit, volumine primo, nobis insinuat, quod alius quidem notitiæ possibilio est non humanæ, cum, vt conspicimus, quia raro & vix è millium eius contingit, quasi videatur magis illa quam humanitas acquiri, tum quod in summa rationalis natur difficultate propter tenuem (arbitror) & eadem intellectus nostri ab initio infirmitatem. Quod figura quadam ingenuit Zoroastres in libro Iob, Pullus onagri homo nascitur. Simile, ob naturalis aptitudinis commoda eruditionis & naturæ inopiam & defectum. Eo quod pueritia tempore à malis præceptoribus delusi, nondum prudentes pueri, tenera in ætate relictis optimarum literarum studiis, ad sordida sophismata compelluntur: illorum fuatu, quorum aures præter vtrum hoc, & vtrum illud, cum suis propositionibus & corollariis, aliud nihil admittunt. Accedit in causa, celer promotio discipulorum ad gradus superiores, quibus nondum credenda erant tam excelsa, quando in literis humanioribus parum adhuc olet consumserunt: quare in tot & tantis sentibus & dumetis labore molesto frustra defatigati resiliunt antequam ad venerandæ senectutis annos pertenerint, nempe adhuc ætate virili floreścentes. Audite autem vos obsecro verba Iob: In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia. Ideo motus quondam Rab Eleazar dicenti sibi benigne magistro suo Iohanan, Veni, doceho te opus de *Mercaua*: id est, de sublimioribus contemplationibus, respondit לא קשאי id est, non incantui, quasi nondum consenui. Nouerat enim discipulus ille sagax & præcocis adolescens ingenij, ad tam sublimem & altam sapientiam nō esse aptos nec idoneos, nisi eós qui tam sedatis & extinctis cupiditatum ardoribus & calore iuuenili refrigerato, annis prouecti, cum quadam tamen naturali probitate senescunt. Nam quid adhuc afferret sentum commodi, nisi probitatem & constantem vitæ integritatem adderet? Idcirco velim credat omnium nemo, quod ij sint vere theologi quantumcunque senes, quacumque præditi contentiosa loquacitate, qui vitiorum quolibet genere fœdati, superbia, hypocrisi, auaritia, odio, inuidia, & sæpe tecta religione, luxuria, neglectomentis lumine affectiones sequuntur animales. Assilit huic meę opinioni Salomon, qui ait, Abominatio Dei est ipie peruersus: hic est ille qui ab altitudine auersus vergit ad declivia, quantumuis eum natura erexit in alta. Non ignorauit Algazel, Marrane, tuus ille Mahumetista hos sibi contrarios in anima motus sursum & deorsum homini docto quam infelicissimos fore, quum in libro De scientia Diuina demonstrat, quod ex contrarietate huiusce modi attrahentium impressionum fit eruciatus in anima fortissimus & maxime formidolosus. Sic præter vitia etiam peruertunt & auertunt secularia negotia, dum fœte parentes, vxor, liberi, res familiaris, amici, inimici, casus, euenta, & quælibet propinquorum necessitudines, haud sinunt vires hominum summos intelligentiæ gradus ascendere. Sed fac quisquis vestrum erit, nihil in nobis situm esse quod impediat, finge captum ingenij nostri fœlicem & faustum, nihil sit dementiæ aut desipientiæ ne species quidem. Iam parata succurrant omnia quæ ad fusc piendum res altissimas pertineant, vt de nostra fragilitate recte queri nemo possit: tamen à speculando nonne plurimos deterrebit excelsior cœlo, profundior tartaro, diuinorum obscuritas illa nec sensu nec ratione peruestigabilis, quæ à studiis nostris non vt cæteræ scientiæ lucem recipit, sed secum affert, & quasi de suo ipsa promptuario in viros non indignos radiat atque lucet, quanquam nec sua sponte vt vilem sese passim prostituit, nec non inuitata se offert, sed à nostra voluntate humanis ante scientiis

perquam ornate instituta, non valde repugnans attrahitur, quemadmodum si retusum ferrum, vt ait Salomon, & non prius politum fuerit, exacuetur multo labore, & post industriam sequetur sapientia. Etenim quæ à sensu proueniuntur ad intellectum, diligentia quadam studiorum & artificiali ratione colliguntur, vltra vero quæ ab intellectu ad mentem & ad eius lumen pertingunt, quasi diuinam induunt personam, & idolo catent humano, vt iis queat nihil à nobis cogitari profundius. Super ea igitur re ingemuisse virus est idem Salomon, cum ait, Alta profunditas seu profunda profunda (ita enim Hebraice legitur) quis inueniet eam? Non dixit, quis habebit eam? non nulli enim habuerunt. Sed quis inueniet? tanquam difficile, non autem quoquo modo impossibile, quia Dominus dat sapientiam, & beati qui inueniunt eam, vt est in sacris oraculis Paucorum est igitur inuenire illam & eorum quidem beatorum, super quos non suis meritis, sed dono Dei coruscat tam venerandi luminis splendor. Sane arbitror neminem fore qui nesciat, non esse multitudinis audire Dei sermones, quapropter clamabant ad Moysen, Loquere tu nobis & audiemus, non loquatur nobis Deus. Te, inquiunt, te audiemus: quod Onkelus interpretatur *Nebabel*. Quare in capitulis patrum ita legitur, Mose *kibel*, id est, Moyses audiuit & accepit legem de Sinai. Vnde *Kabala* dicitur, ab auditu acceptio. Quod animaduertendum & memori puto mente reponendum, ex tanta fuisse hominum multitudine, tot etiam sanctorum, Moysen ipsum, qui ad veri & æqui agnitionem ab ore Dei recipiendam vnus, & præter eum nec alter aliquis esset destinatus. Sic enim Cabalista ille Azariel Bar Salomo Garonensis scribit, לא כל חנביאים חיו יכולים לשמוע הדבור השכינה כי אם משה: Quod est, Non quidem prophetæ omnes fuerunt potentes audire sermonem ab ore Dei, nisi Moyses.

Vos igitur optimi viri, quorum animos meo erga vos amori communia studia mirifice deuinciunt, ex his facile perspicitis, quæ mihi obiter excideruntˌ rem valde necessariam humano generi cœlitus indultam esse Cabalam, sine qua nemo tam rarum, tam difficilem adipisci queat apprehensionem Diuinorum, quæ certe non sunt mortalium rationum probationibus, non senticosis inanium verborum contentionibus, non humanis syllogismis propter eorum Diuinitatem subiecta, quin imo tam magna, tam grandia, tam infinita, vt vna hominis ætate, vel (si libeat denique) pluribus, omni quantumcunque indefesso labore superari non possint, etiamsi vitæ nostræ anni tendant in multa secula, nobis plane in hoc luto, in hac argilla & densi corporis cæmento spiranitibus, & corporeo sensu cuncta præsumentibus. Aiunt enim sapientes Hebræorum Magistri: כי לחגיד כח מעשה בראשית לבשר ודם כי אם איש id est, Quod ad explicandum virtutem operis de *Breſith* carni & sanguini, impossibile. Quanto magis de *Mercana*. Quare faciamus oportet vt singulares technographi & artifices docendo solent. Credamus vnicuique in arte sua perito. Nam logicus de parte orationis à Grammatico recepta credit, Rhetor à logico argumentationum assumit locos, Poeta & orator à rhetorico, Geometra proportiones ab Arithmetico mutuatur, Astronomia numeris, figuris ac diuersitatibus mathematicis fidem habet. Transfumalia vtuntur coniectura naturalium. Et omnis scientia superior recte præsumit de statutis inferiorum, nihil eorum conata probare quæ ab antehac priori audiuerit esse firmata, sed liberaliter doctis credit, ne ante tota homines vitæ desiderit quam vnius possit disciplinæ vel minima tenere perfecte inuestigari. Quod si hoc in humanis fit, & quasi vilioribus ac sellularis opificiis, vt in auditu recipiant atq; credant eis viris quot per alias doctrina esse singulari præditos arbitrantur, an in summarum & diuinarum rerum scientia quam nostris viribus ne vnus item & alter attingere vix possumus, traditionem sanctorum hominum & receptionem fore contemnendam putabimus, quæ Cabala Hebraice dicitur? Est enim Cabala diuinæ reuelationis, ad salutiferam Dei & humanarum separatarum contemplationem matura, symbolica receptio, quam qui cœlesti fortunæ afflatu, recto nomine Cabalici dicuntur: eorum vero discipulos cognomento Cabalæos appellabimus, & qui alioquin eos imitati conuenit Cabalistæ nominandi sunt: perinde atque circa nostros illorum sermones quotidiano labore desudantes. Equidem Philolae, Marrane, ingenue à per te licet, opinor hunc Iudæum vno fasce quicquid de Cabala dici potuit Nestorea eloquentia complexum esse, vt permoscamus quid nomen ipsum designet, ac vnde oriatur, sitne in natura vel in hominum vsu aliquid eiusmodi quod Cabalam vocant, deniq; cuius causa vel propter quid ita sit, quatenus & ad quid vtilis, & dum contemplationi quam videatur esse necessaria, quantumque homini possibilis idoneo & ad eam se præparanti. Quis dici Cabalicus, quis Cabalæus debeat, & quis Cabalista, quid oporteat verbis? totus à capite ad calcem, in hoc laudandus, quod nullas oculis tenebras offundit. Tum Philolaus, Soluisti funem, Marrane, ingressus mare magnum & vix fulcabile, nondum in portu navigas, & quæ Simon iste tanquam in breuem tabellam depinxit, videris per caliginem videre, ac per mediam nebulam intueri: adhuc enim ne ad tres quidem eius artis adducti sumus. Quare ne Simon Hebræorum contemplatissime, amplius te, pergas vltra, nobis enim hactenus magis profueris, quam vt ansam præbeas de qua Cabalistica latius cogitandi, quid illud sit quod reuelatum est, quis reuelauerit, quis receperit, quid commodi afferat ea receptio, quæ modo artis huius, per quam (vt rumor est) miracula fiunt. nam id vltimum de longinquo me huc appulit. Expostulabo, inquit Simon, illud omnium primum de Nestorea eloquentia, cuius à Marrane insimulor. Ea enim & Philosopho mihi, & hujusce esset me iudice, opprobrio futura, tanquam adlationes amanti, cum nequeat tanta breuitate sermonis contineri eloquentia, quæ & verborum & rerum copiam desiderat, & Iudæis nobis in more non sit, vt fucos dicendi sequamur. Nam loqui proprie, non eloqui sub ferula didicimus, & eas fæ veritatem



fæ veritatem magis quam locutionis ornatum quærimus. Sed absoluam paucis, quod vehementer operatis, ne tot & tam discriminosis intricatus, vel næniarum ambagibus defatigatos, vel quasi solicitantes vos animo pendere finam: post enim quam sine vllo vt apparet tædio audiuistis, ego quibus vestigiis & indiciis, quot & quibus velut cimbus definitionem Cabalæ venimus deprehenderim, ne vos in ipso nomine aucupio errare, sicut Sophistarum quidam irrisione digni, propria temeritate vel si maluerint negligentia discendi falso asseruerunt, Cabalam fuisse hominem diabolicum & hæreticum, vocle Cabalistas hæreticos esse omneis (ab obiecto si potestis à risu, quanquam est ridiculum ingenium, at desinite velim hæc hominum monstra & portenta ridere) commodum ei proferam, de quorum certitudine dubitanti ne rogatis, si prius commonueto Cabalam non studium rudi tactu, nec imperiosis logici artificij argumentis esse quærendam, cui usus fundamentum in tertia cognitionum regione conderetur, vbi non iudicium vrgens, non probatio exigens, non syllogismus demonstrans, quin imo vbi nec ipsa hominis ratio dominatur. Sed nobilius quædam notitia, vbi lumen mentis cabalisat sapit, intellectum mouet, libram credendo voluntatem. Quæ enim sensu percipiuntur, infra scientiam huic & ratione certiora: quæ autem mens influit, supra scientiam ponimus, perinde atque rationali discursu solidiora. Constitui paulisper & commoratus sum, ne res tam diuinas, fragilitati humanæ inuentionibus & regulis, vt aiunt, logicalibus subiectas puteris: ignoscite amici, non affecto meditata, sed vtut cuncta inconcinnata ex aliis traho. Iam enim ad id quod vultis propero, quid illud sit? quod reuelatum est, nemo à me impetrabit, vt existimare queat de omni vos id reuelatione propositurum sanctorum creditorum, quæ prope videntur vtrinque, quin potius quid illud sit primarium vtrinque, atque præcipuum diuinitatis reuelatum, in quod singulæ reuelationes diuinorum hominum & reuelantur. Certe id quidem ipsum, Philolaus inquit. Tum Simon Recte vero, & est profecto illud nihil, quam post ruinam primordialem generis humani vniuersalis restauratio, quæ à Hebræis ישועה, & à Latinis salus nominatur. Iam ipsius exitus omnium prima nostræ speciei fuit creatio, vt examussim vniuersa mundani operis considerem, qua nulla finit prior: non enim peccato corruptus quasi diuinaret Adam per Prophetiam de vxore post sopitum sibi costam esset, Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: sed innatus se costarum alterius latus experrectus habere sentiens, postquam ad eundem impulsum animantia terræ maris ac aeris facto decenti peruenissent, de subito in ortus Heuæ, vt cabalistas & inuenit adulescentulam suetum fieri, specie venusta, vultu blando, & humanæ naturæ gratissimum, summa prurigine cœpit exardescere, ac genitali cupidine opplerì, quæ tum primum vllum animal aliud tetigisset. Sic erubescere ait, an qua possit via quove modo expiari & aueriti nulla valunt humanæ fragilitatis cogita-

rius, שבא אדם על כל בחמת וחיה ולא נתקורה דעתו בהם עד שבא על האשה: Hoc est, Quod venit Adam ad omne iumentum & animal, & non commouebatur sensus eius in illis vsq; dum venisset ad vxorem. Quibus è verbis, proh hominum fidem, obtortum icelus malignitate peruersorum hominum contigit, si modo sint homines, ac non magis diaboli incarnari, & latinæ furiales existimandi, qui seditionem Christianitatis aduersum nos, quamuis secundum leges imperatorum innocentes & pacifice viuentes, tamen quolibet genere iniuriarum excitare parati, cum sæpe alias, tum nuper in ista vrbe, dicta Magistrorum nostrorum falso interpretati, sic expostuerunt: Quod Adam tunc cum omnibus bestiis & animalibus fœde coiuerit. Deus bone, quanta turpissimorum nebulonum audacia, infantium Sophistarum assensu & fauore adiuta! Nunquam enim בוא iuxta linguæ Hebraicæ proprietatem luxuriæ coitum significat, tametsi quandoq; pro necessario materiæ subiectæ complexu, per quandam illud metaphoram de coitu seminali ex verecundiæ modestia intelligatur, vt Genes. 16. cap. Ingredere ad ancillam meam, si forte saltem ex illa suscipiam filios: quo in loco בא id est, Ingredere ad ancillam: non autem dixit, Coeas cum ancilla. Quod etiam hic par non est, vsque adeo, vt ab hominibus quantumcunque nequam nequeat accipi consimiliter, propter negotij eius de quo sermo fit impossibilitatem. Nam certe qui fieri posset vt tantus vir & tam magnus Adam cum cimice, pulice, musca, & cicada seminaliter coisse intelligatur? Hæc eam ob causam recensui, vt hu & huiusce modi falsariis, maledicis & maledictis ac leuissimis transfugis, neque in hac neque alia vlla in parte fidem habentibus, nihil contra nos de facta, quam non nouerunt, scriptura credatur. Redeo ad id vnde digressus sum. Naturæ itaque instigatione soli cum vterque in mundo essent, vt sentiebat vxorem ad se pertinere, nondum igitur Cabala hæc fuit. Cæterum & hoc ingenij erat videlicet singularis & acerrimi, vt cuique rei protoplastus ipse iam orbis Dominus spontaneo positu nomen adderet, quo cognoscamus voluntatis id fuisse, non naturæ. Nec illud non rationis exiterit, post legis transgressionem, quod pœnam mortis in mandato cominatam formidauerit, quam ductu rationis iudicabat fore non corporalem, eo quod se mox atque de ligno comedérat, mori non sensit. Ergo iuxta Rambam, noxiendum in peccato intellexit, sicut & nos Cabalistæ intelligimus. Iam quid in omnibus his, oro, diuinæ reuelationis fuisse putandum est: certe nihil huiusque compertmus, quod non eorum aut consilio rationis aut motu sensus pauisse dubitauerit omnium prorsus nemo: at illa tam perniciosa legis transgressio, tanta in Deum Optimum Maximum contumelia, tam infesta temeritas, tam contagiosa libido, tam tetra tam venenosa pestis, toxica & fœda lues, generis humani corruptrix, in venarum cuniculis mudens, & cum ipso profluuio seminis in posterioratem continuo meatu serpens, an qua possit via quove modo expiari & aueriti nulla valunt humanæ fragilitatis cogita-

tio præsumta concipere. Hic inquam, hic ad imminentis desperationis, quo morbo nihil pernitiosius, efficax subsidium diuina reuelatione opus erat, ac ne tunc figmentum suum fictor Deus omnino defeuerat, sed spem quandam iniecit, fore non impossibile hoc ipsum quamuis immane crimen & contra infinitam maiestatem admissum, tamen tractu temporis finiro, aboleri, tolli & extingui. Dixit igitur ad Angelos audiente Adam, Et nunc ne mittat manum suam & sumat de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum: & emisit eum Dominus Deus de paradiso voluptatis. Vox vltima hæc erat, quam ab ore Dei miser audiebat, cum iam ex horto pelleretur: qua tamen inter tot mœrores atque luctus firmam erga creatorem suum recepit spem illam, quod ram hotribilis sententia successu temporum fieret ex Dei misericordia reuocabilis, istudque sibi verba indicabant oraculi: ait enim, Nunc, siue iam, ne mittat manum suam & sumat de ligno vitæ. Nempe haud frustra dictionem nunc, vel iam, addidit Deus, qua præsens tempus designatur, infinuando sententiam non fore perpetuam, sed posse contra eam futuro post tempore abolitionem impetrari, si quando veniret homo ad vescendum de ligno vitæ destinatus, quamuis tum semetipsum suspicarerur, dum spiritus suos regeret artus, irreuocabiliter pendere pœnas, quia non fuisset secum perendie Deus, vt solebat, facie ad faciem locutus, quod iam indignationis erat signum, & alienati ab Adam animi, vt qui ante cum singulis quibusque animantibus atque bestiis loquebatur omnium creator Deus, iam cum homine peccatore loqui ore ad os dedignaretur. Ne tamen illum prorsus omni consolatione destituere clementissimus pater, continuo misit Angelum, à quo plenius tantæ ruinæ futuram disceret reparationem. Sic enim Cabalistæ in commentariis circa librum *Iesira* scribunt, שנאמרת רבותיהם היו מלאכים יחודים רבו של ארם ראזיאל: id est, Quod patrum præceptores fuerunt Angeli noti, videlicet præceptor ipsius Adam Raziel. Hic autem summi Dei nutu expiationis ei viam offendit, & diuinum sermonem per allegoriam tecipiendum, more Cabalistico exposuit, cuius non modo verbum vllum, sed ne litera, quantumeunq; minuta & exilis, ac ne apex quidem frustra ponitur. Te autem appello Philolae, & te Matrane omnium ex doctis doctissimi viri, accommodate hanc veniam, quod forte religio me prohibitura fuerit, alienis à secta nostra, & ritu Iudaico non initiatis, tam recondita & tam ateana prodere, quorum cognitio, ita me Deus amet, discipulis etiam propriis sepe multumque denegatur, vt vix rariis in libris eadem liceat saltem tegumentis ac ænigmatis obuoluta inuenire. Sic enim in Thalmud legitur, אין מוסריב ספרי תורה אלא ליועץ וחכם חרשים וגבון לחש: id est, Non traduntur absconditæ legis, nisi consiliario & sapienti magistro iuuenum, & intelligenti mago. Quare dicamne amplius, an taceã? non parum dubitare me faciunt, tum magistrorum interdicta, tum ad scrutandas res altissimas ardor ingens veruisque vestrum (vt arbitror) diuino igne inflammatorum. At audacter tamen indulgentior mihi ipsi, temperabo asperitati ipsorum, qui video solis lumen absque dilectione super omnes dispergi, quotquot obicem ponerent, dicamque, tametsi pro more gentis nobis perquam ineleganter, tamen vtut potero, quæ homines doctissimos sapientissimosque diuite vt scripta diuinitus reliquisse acceperim. Et ex primordio nihil omnino orationem sane occultissimam à creatore mundi cum beatis Angelis in sue dominatus penetralibus habitam. Dixit namque Deus, Ecce Adam sicut vnus ex nobis: non ex vobis inquit, sed vnus ex nobis. Nam in vobis Angelis numerus est & altetitas. In nobis, id est Deo vestras infinita, æterna, simplicissima & absolutissima. Nec ipsum vnum in Angelis si quid sit, vt potest sicut in Deo. Non igitur conuenienter tibi Angelos Deus, cum de vnitate loquimur, quoniam repugnat idem aliquid esse vnum in natura cum Deo & Angelis: tanta est creatum & creaturæ distantia. Quid igitur est quod ait, Ecce Adam sicut vnus ex nobis? Hinc sane coniicimus alterum quendam esse Adam cœlestem, Angelo in cœlo demonstratum, vnum ex Deo, quem verbo fecerat: & alterum esse Adam terrenum, impulsum à Deo quem ex luto manibus suis finxerat, & horto exegerat, Iste, vnus est cum Deo: hic non modo alter est, verum etiam aliud & aliud Deo. Post miserabilem itaque generis humani ruinam docuit Angelos suos Deus de restituendo quando futura saluris, per quem nam venturus fet: & quidem docuit non quantum ipse diuina, sed quantum capere Angelica conditio potest, in præsentia demonstrans quis esset humanæ genus redemturus: tunc enim prædestinum pleue fuerat talus hominum; Quapropter, fcce inquit, hic est ille Adam, qui non tantum posteris & vestri ortum essenti aliter est; sed etiam ante omnem creationem in æternitate fuit vnus nobis antequam tempus fieret. Quod Onkelos Chaldaice sic interpretatur זה אדם הוה יחידי מן קדמי: id est, Ecce Adam fuit vnigenitus meus siue vnicus meus in æternitate ex me primo quo vocabulo vtitur Deus ad Abraham, dicens, Tolle filium tuum vnigenitum. Cumque sine personam redemptoris nam Angelis indicasset, ne forte putarent eundem ipsum mox perfundendo subita quadam intercessione hoc odium meum lesesi criminis auersurum, remouit illico dubitationem, & negotium in tempus differt, futurum gens. Et nunc præsenti hoc tempore ne esse mus in æternitate vnicus qui subsistit ex me ipso, numen suam mittat, & sumat etiam de ligno vitæ innuendo, scilicet, quod solum nunc fieri posset, id olim fe concessurum. Quo prudenter intellexerant, quod tametsi non nunc, attamen post, temporis successu per istum Adam cœlestem Deo coæternum ruina hęc veniret de fruita ligni reparanda. Domino itaque vniuersorum latente super thronũ suum omnes cœli exercitus assistentes ei, vt inquit Micha, à dextris & à sinistris, pia tanta erga mortalium imbecillitatem clementia gratias egerunt. Missus est igitur Angelus Raziel ad Adam collapsum & mœrore plenum, vt consolaretur eum, cui sic dixit, Ne despera, fieret tulit, & quærenti occasionem rixæ, vehementer etiam irato, non blandis verbis expostu-



ce genus humanum in summam corruit perditionem. Quoniam originale peccatum hoc expiabitur. Nam ex tua propagatione nascetur homo iustus & pacificus, vir heros, cuius nomen continebit in miserationibus, etiam has quatuor literas I. H. V. H. & ille per rectam fidem & placidam oblationem mittet manum suam, & sumet de ligno vitæ, & eius ligni fructus erit omnium sperantium salus. Quo sermone finito, ille damnatus & arumnosus Adam inter miserias omnes in quas incidit, inter dolorẽ, inter luctum, quo in tanta calamitate fuerat affectus, confidens in Deum mutandi delicti spem concepit, & idcirco incredibili erga factorem suum amore actus diuinæ clementiæ gratiam habuit. Hæc fuit omnium prima Cabala, primordialis salutis nuncia. O rem gratam! ò causam desiderabilem! Quid commodius? quid acceptius? quid potuit magis opportunum perditæ conditioni mortalium à superis afferri? quid opis præstari conuenientius, quam vt salutem publicam captiuis nunciarent? Hæc est illa reuelatio sanctissima & fœmina, in quam omnes diuinæ reuelationes reducuntur, hæc optatissima traditio, hæc salubertima receptio, in qua omnes Cabalisticæ receptiones recapitulantur, omnès diuinorum traditiones, omnes cœlestium eruditiones & vatum visiones & beatorum meditationes vniuntur & communicantur. Quam ob rem cum singulæ hæc Adam vxori suæ palam renunciasset, cœpit ea præsente ad posteritatis commemorationem & gratarum actionem erecto altari Deo sacrificare. Ita enim Magistri nostri tradiderunt, שנתן אדם הראשון חקריב שור פר id est, Quod cum Adam primus obtulit iuuencum. At Heua iam futura viuentium mater summota desperatione, tandem à viro suo cognita concepit, & peperit primogenitum. Vnde ingenti & incredibili gaudio perfusa, quod putaret eum mox saluatorem esse natum, sic exclamauit, קניתי איש את יהוה id est, Acquisiui virum illum quatuor literarum, quas literas ab Angelo iam pridem receperat, & acquisitum nominauit Cain. Quem vbi parentes agnoscerent præter spem prauis moribus peruersum, alteram inchoarunt natiuitatem, & genuerunt Abel. Adolescentibusq; tunc vnique filiis, tradiderunt hanc Cabalam, id est, ab auctore de salute restituenda receptionem, tum ab Abel ardenter amatam, tum à Cain viliter despectam. Opinione vero ductus Abel, quod ipse foret idem ille, de quo reuelatam expectabat restaurationem: cum se Deo gratum, fide ipsius & oblatione accepta sentiret, eo quod ad ipsum respexerat Dominus, & ad munera eius, ad Cain autem & ad munera illius non respexit, toto corpit pectore mentisque affectu ligni fructum desiderare, quem in oblatione vitæ constitutum esse indicabat: eaque ratione, lignum vitæ dictum, & ita cognominatum, quod esset per ligni vitæ creatori offerẽda, qui dedit illam: quæ manum suam eo conatus est mittere, quod de ligno acciperet, absumeret ac aboleret: hoc enim Nun designat. Vnde fratris contra se odium patienter tulit, & quærenti occasionem rixæ, vehementer etiam irato, non blandis verbis expostulauit, vt mitigaret illum, sed prorsus tacuit. Cumque videret sibi mortem, rapto de arbore ramo, vel lignea claua Cain minantem, quam maxime lætatus est, sperans ligno interfici: non enim tum erat ferri vsus ante ortum Thubalcain, qui primus fuit malleator & faber in cuncta opera æris & ferri. Claua itaque lignea & prægrandi munitus, dixit Cain ad Abel fratrem suum: Et fuit cum essent in campo & insurrexit Cain in Abel fratrẽ suum & occidit eum. Romani addunt legendo, dixit Cain, Egrediamur foras: quod non est in sacræ scripturæ contextu. Abel autem inermis armato non restitit, sed volens & libens se morti obtulit. Cum non tantum fatrdare pro nobis creditori Deo, verum etiam & originale debitum omnino soluere, si fieri posset, & acceptabilis deuota constitutaque hostia in solutum præstari paratus esset. Post vero quam iste decesserat sine liberis, sustinuit Adam multo tempore, si forte quod in filiis non inuenisset, id contingeret in nepotibus. Sed quid iam sperarer in reproba Cain generatione, de qua pridẽ omnis fiducia euanuit? videbat eam omnem sellularijs artibus & opificiis incumbere, studio seruili nauare operam, tenuiora commoda & officia corpori necessaria sequi, nihil diuinum cogitare, nihil liberale, nihil heroico viro dignũ, quare aliam prolem & aliud semen à Deo petiit & impetrauit, quo plane supra quam dici queat exhilaratus est pientissimus pater, sic dicens, Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel quem occidit Cain. Ideoq; vocauit nomen eius Seth, quem genuit ad imaginem & similitudinem suam non quod cæteri eius liberi non habuissent formam & imaginem humanam, qui & homines quoque erant. Sed quia reliquorum hactenus præter Abel, potius dæmoniorum generatio quam hominum dicenda fuerat, propter illorum execrabilem malitiam & vitia detestanda. Non igitur quod dæmones & diabolos substantiros genuisset id ita nunc additur (vt impij & prophani quidam mentiuntur) sed quod voluntate malos. Nihil autem est malum nisi vitium & dæmoniuni. Pergam itaque si vultis, vt qua ianua sum ingressus, vltra proficiscar. Et illi, Perge diligenter obsecramus, inquiunt. Denuo Simon ait. Pater noster Adam, rursus ex Seth nepotem suscepit, memor eius Cabalæ quam sibi Raziel tradiderat, quod ex sua propagatione nasceretur homo futurus saluator. Quare vocatus est Enos, id est, homio, tunc putabatur & quidem valde speratum fuit eum appellandum fore iuxta Cabalam Angelicam per nomen quatuor literarum I. H. V. H. vel saltem magis Cabalistice in miserationibus per *Sin* literam de medio quatuor literarum I. H. V. H. Sic enim in sacra historia scribitur, אז הוחל לקרא בשם יהוה quod Latini non admodum docte legunt, Iste cœpit inuocare nomen Domini: sed rari quidam & contemplantissimi Cabalistarum, rectius quoad linguæ proprietatẽ interpretantur, ita de גימטריא *ghematria*, Tunc expectatus est vocari per *Sin* literam, quæ in arte Cabalistica idem quod ברחמים id est, in miserationibus, & ם litera per *notariacon* designat מתוך id est, de medio, scilicet quatuor istarum literarum I. H. V. H. Perinde atque hoc modo intelligi deberet, את

הוהל לקרא בשין סתוך יהוה: id est, Tunc expectatus est vocari per *Sin* de medio, I. H. V. H. quasi pro Angeli enunciato Enos sumeret de ligno vitæ mundumque redimeret, heros ipse nominatus, I. H. in miserationibus V. H. notate attentius & animaduertite mysterium. Cum vero iam nullius Angeli destinatione hoc modo appellaretur, tum isto relicto in alium spem suam locarunt. Angelorum namque, id est, Dei nunciorum monitu nomina patribus indita sunt pro quibuslibet euentis, siue præteritis, vt, quia possedi, vocatus est Cain: seu præsentibus, vt quia vir, vocatus est Enos: aut futuris, vt quia parentibus luctum præbiturus, vocabatur Abel. Expectatio hæc in quartam trahitur Enos progeniem, & de Iared natus est Henoch, qui ambulauit cum Deo, sed disparuit, quoniam abstulit eum Deus. Tertio abhinc tractu venit Noe in consolationem omnium publicam illam auditu receptam salutem recta fide sperantium, quorum ex vniuersa plebe tantum octo inuenti sunt qui placerent Deo. Fuit etenim Noe vir iustus & perfectus in generationibus suis, & ambulauit cum Deo, qui recepit in mandatis vt faceret arcam de lignis, in qua saluaret mundum. Cabalice igitur sperauit in lignum, sic enim Iob ait, כי יש לעץ תקוה id est, quia est ad lignum spes: de hoc fato certior factus quod in ligno vita homini fuisset promissa. Sed post ebrietatem sequuta est confusio. Vnde & Babel cognominatur, quæ nunc Babylon à *Balbel*, id est Chaldaice confusio. Hæc sub familia & liberis Noe fuit orta. Erant autem filij eius, Sem, Ham & Iaphet. Futuro itaque Dei seruo Sem, in quo salutem præcæteris spectabat, ita benedixit: ברוך יהוה אלהי שם quod Cabalistice tractatum, Benedictus quatuor literis Dei Sem: per hocinquam: Cabalistæ כי הוויה יהיה שם עובר האלהים id est, Notum fecit quod futurus erat Sem seruus Dei, vt scribit Rabbi Moyses Gerundensis. Quo intelligimus desiderium pij patris fuisse, quod Sem benedicteretur appellatione quatuor literarum I. H. V. H. vt fieret originalis peccati redemtor. At ne tunc quidem illud venisse tempus à Deo statuerat, quo tanti casus reparatio contingeret, Angelus Iophiel ipsi Sem adnunciauit. Ita enim scribunt Cabalistæ, רבו של שם יפיאל id est, Præceptor ipsius Sem fuit Iophiel. Suspendebant igitur ea secula super eiusmodi recogitationes suas, vsque in annos Abrahæ filij Thaiahæ, qui primo nominatus fuit Abram. Et viro erat Angelus quidam familiaris Zadkiel, sic enim scribunt Cabalistæ: רבו של אברהם צדקיאל id est, Præceptor Abrahæ fuit Zadkiel, qui eandem ei Cabalam tradidit recipienti, quam Adæ protoplasmati Raziel. Denique (vt arbitror) reliqua sunt haud ignota, quod quanto ille tempore vocatus fuerat Abram, & vxor eius Sarai, tam diu nunquam sibi hæredem genuerant. Post vero quam nomen viri mutabatur Abraham, & vxoris nomen Sara, mox Ishac fuscepertunt filium, de quo cum ei iussisset Deus, vt vni genitum tolleret, quem diligebat Ishac, & cum in excelso Morię quodam monte super ligno immolaret, incredibile viderut quo gaudio & quanta lætitia exultauerit, diuinæ promissionis memor, qua pollicebatur ei Deus ista verbis, Statuam (inquit) pactum meum inter me & te, & inter semen tuum post te in generationibus suis fœdere sempiterno, vt sim Deus tuus & seminis tui post te, atque in te benedicentur vniuersæ cognationes terræ. Quapropter quoniam humanæ vniuersitatis salutem, in filio se confidebat allaturum, quem subito ad vocem Dei assumsit, & oblationis omne lignum fuit ipse manibus excidit. Nempe lapsum originalem per lignum reparari posse, oraculum docuit. Vide scriptura dicit, quod tulit Abraham ligna oblationis, imposuitque super Ishac filium suum, & posuit eum in altare super struem lignorum, extenditque manum & arripuit gladium vt immolaret filium suum. Nisi enim recepisset Ishac à patre suo traditam humanæ salutis Cabalam per lignum vitæ atque hominis cuiusdam iusti oblationem futuræ, vt est cunctis viuentibus homini mori, non vtique fuisset tanta benevolentia & tam alacri vultu animique hilaritate, vilum impendere præ oculis mortem sponte amplexum, sed velut est mortalium conditio, aut strictum mucronem declinasset, aut verbis saltem quibusdam lenioribus patris fœuitiam vel mitigasset, vel fugisset. Atqui suspicatus sese fore illum quæstura esset primordialis ruinæ restauratio, nihil sibi ea immolatione duxit iucundius, nihil dulcius ea morte, cuius gratia totum opinione sua redimeretur genus humanum. Præbuit sese ille hanc ipsam ipsi eo animorem, quod eundem locum Deus ab orbe condito sacrificiis destinauerat. Terra namque Moria est digito Dei Alexandræ demonstrata, in qua primus Adam structa ara, obtulitque Deo munera, vbi & Cain & Abel, vbi & Noha filiique ipsius sacrificarunt. Sed Magistri nostri disputant in capitulo R. Eliezer, astipulante Ramban & R. Ioseph filio Caniolis in libro Portarum iustitiæ, & in loco eodem vrbs sancta Ierusalem constructa est, Salomone Gallo teste. Re autem infecta cum è Moria discederent pater atque filius, audita est vox Zachielis ad Abraham prolata, Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ. Quo salus vniuersa in futuram generationem cognoscebatur esse protelata. Et vox ipsa Dei per Angelum Raphaelem super Ishac quoque cœlitus delapsa, Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, ne forte seipsum fore saluatore illum crederet. Nam hoc quoque Cabalistarum est, qui scribunt in רבו של יצחק רפאל id est, Præceptor ipsius Ishac fuit Raphael. Ei viro de filiorum altero spem non erat, qui iam benedictionem paternam ex ordine venandi amiserat: Esau nomen fuit. Dextero magna sibi pollicitus pater prædixit his verbis tei venturæ vaticinium præredentibus, Seruient tibi populi & adorabunt te gentes. Non accideratigitur sine causa de Iacob (sic enim labatur iste filius) tam ingens maioribus nostris vniuersæ salutis expectatio, sed quia omnium mortalium primus ipse vidit portam cœli apertam, & scalam à terra in cœlum porrectam, & ea consistentes quatuor literas I. H. V. H. quas apprehendere gerebar in votis. Consonantem quoque *Sin* per notariacon שמן id est, unctio-



nem designantem, operi adiecit, quo delibutum lapidem in templum quoddam nomine Bethel erudiuerunt. Augebat inspicionem, quod Angelus Peliel Iacob erat familiaris, qui multa confabari & opinione & sermone præmonuit: tum quod Iacob elegit sibi Deus: tum quod beatus ecce ille erat Deus Iacob in adiutorio eius. Scribunt autem Cabalistæ sic: רבו של יעקב פליאל id est, Præceptor Iacob fuit Peliel. Sed edoctus ab Angelo suo Iacob, se nō illum fore saluatorem quem ætherius cœlestis Cabala prætulerit, negotium in aliud seculum diuina reuelatione reiecit, sic dicens, Congregamini, & adnunciabo vobis quod continget in posteremo dierum, Non auferetur sceptrum de Iuda, & legislator de femore eius, donec veniat *Silo*, & eidem congregatio gentium. Quo vaticinio innotuit aliquem quandoque fore saluatorem humani generis, qui & excludi & in posteremis dierum nasceretur, & esset *Silo*, & sceptrum regni gereret, & ad ipsum gentes confluerent. Quare post hos Patriarchas omnem ille Moyses non sua sponte morti se obtulit, sicut quondam Abel, sicut olim Ishac, sed tenuit & à eius populi subtrahere se voluit, quandoquidem loquebatur cum Deo, vt amicus cum amico, facie ad faciem, & baculo vtebatur pro sceptro, & tota Iudæorum gens ad ipsum confluebat. Noverat tamen se non de familia Iudæ, sed de domo Leui ortum esse, nec natum in posteremo dierum, nec esse *Silo* quod secundum Syriacam translationem Onkeli Chaldæi significat vinctum, quem nos appellamus *Messiha*. De omni tamen tractatione atque modo restaurandi originalis casus sim superque institutus fuit ab Angelo suo *Metatron*. Ita enim Cabalistæ scribunt, רבו של משה מטטרון Præceptor ipsius Mosis *Metatron* qui est nuncius *Sadai*. Hanc itaque sanctissimi Iacob reuelationem vniuersitas prophetarum recepit, in posteremis dierum nasciturum omnes semine Iuda qui peccatum originale erat abolesturus, *Messiham* regem pacificum, desinente regno sceptro ac præfectura Iudæ, connocatisque simul vndiquaque gentibus. Hæc vsque huc receptio à patribus ad collegium prophetarum per successionem transmigrauit, qui singulatim eiusdi tractatione quotidiana inter se conferebant de aduitu *Messiha* seculo, in illa beata Spiritus Sancti schola exultantes præ summa lætitia, & toto de pectore gaudia sua promentes, vno quodam socierati vinculo in ipso Messiha saluatore omnes, quanquam diuersis à se temporibus de Messiæ aduentu venturo rege multifariam multisque modis differentes, singuli tamen quique, parem & plane haud absimilem sententiam absoluerunt. Hæc quidem his verbis, Obsecro Domine, mitte quem missurus es: alter in persona Messihæ inquit, Mitte me, hoc est שלחני quod in Arithmetica progressione per artificiosum Cabalæ modum, tum quatriliteram excellentiæ dignitatem, tum ipsum quoque iuxta Razielis traditionem Messiæ per æqualitatem numeri trecentorum octo significat. Et iterum, Vtinam dirumperes cœlos & descenderes. Alius sic, Excita potentiam tuam & veni ad saluandum nos, Deus conuerte nos, & ostende faciem tuam & salui erimus. Alius, Expectabo Deum saluatorem meum. Alius, Ecce Dominus egredietur de loco suo & descendet. Alius, Deponet iniquitates nostras, & proiiciet in profundum maris omnia peccata nostra. Alius, Veniens veniet & non tardabit, egrediens es in salutem populi tui, in salutem cum Messiha tuo. Alius, qui consolabatur gentem nostram dicens, Abstulit dominus iudicium tuum. Rex Israel quatuor literis in medio tui erit, non timebis malum vltra. Dominus Deus tuus in medio tui erit fortis, ipse saluabit. Alius, qui in persona Messihæ pollicebatur: Et erit sicut eratis maledictio in gentibus, domus Iuda & domus Israel, sic saluabo vos & eritis benedictio, & erunt sicut fuerunt quando non proieceram eos. Et alius ita, Orietur vobis timentibus nomen meum, sol iustitiæ. Quid multis moror? omnes vno corde gandere, vno ore omnes omnia bona dicere & laudare huius saluatoris illum diem, & optare illud tempus de quo Dauid coram Deo exclamauit, Mitte lucem tuam & veritatē tuam, illa quietabunt me, & reducent me in montem sanctum tuum, & in habitacula tua. Super isto autem lucis vocabulo dixit Rabbi Salomon Gallus, Lucem tuam, id est regem Messiham; secundum quod scriptum est, Parauit candelabrum Messihæ meo. Vnde certiores facti sumus nulla de se ductum esse opinione Dauid, quod ipse idem ille foret rex Messiha, qui genus humanum Deo conciliaret, tametsi diuinum emanauerit oraculum, Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum (quia vnctus dicitur Messiha) & ego primogenitum dabo illum, superiorem regibus terræ. In æternum custodiam illi misericordiam meam: & pactum meum fidele illi, & ponam in seculum seculi semen eius, & sedem eius sicut dies cœlorum. Contulit ergo Dauid spem omnē in semen suum, ob id q; filium ex Bathsaba natum appellauit Salomonem, quod auditu receperat, credideratque Messiham, quo salus mundo veniret, vtiq; principem pacis fore, iuxta Cabalam sibi reuelatam, In diebus eius erit abundātia pacis donec auferatur luna. De alio igitur semine suo intelligendum fuit quam de filio Bathsabę. is enim Salomon adamauit mulieres, per quas cor eius deprauatum est, vt sequeretur deos alienos, nec erat cor eius perfectum cum Domino Deo suo, sicut cor Dauid patris eius. Quapropter suscitatur Deus satanā contra Salomonem, vt ei nō esset pax integra qui pacis solum nomen haberet. Quotquot igitur Cabalistarum sunt, qui vniuersam salutē in Salomonem retorserunt, alium quendam Salomonē intendunt quam filium Bathsabæ, & aliud quoque templum quam eius Salomonis qui templum à se constructum dimptionis iuri subiecit, cui prædixit Deus, Templū quod sanctificaui nomini meo proiiciam à conspectu meo. Qua de re peccatum originale non valuerunt abolere, neq; Salomon hic, neq; templum hoc, quantumuis in Porta lucis à Cabalista sic scriptum extet, בתחלת בריאתו של עולם שכינה תית שרויה בתחתונים ובחיות השכינה לשטה נמצאו שמים וארץ אחדים והיו הפקודות והצינורות פועלים כשלימות ונמשכים פלמעלה לשטה ונמצא השם ית׳ ממלא מעלה

וסמה בא אדם הראשון ותמא ותקלקלו השורות
ונשתברו הצינורות וסקרה הבריכה ונסתלקה
השכינה וזה סרה החבירה אחר בא שלמה ובנה
ארת הבירה ואז חזרו הצינורות והתשכורת

id est, Initio creationis mundi diuina cohabitatio erat descendens in inferiora, & cum esset diuina cohabitatio inferius, reperti sunt cœli, & terra vniti, & erant fontes & canales actiui in perfectione, & trahebantur à superiore ad inferius & inueniebatur Deus complens superne & inferne. Venit Adam primus & peccauit, & diuisi sunt descensus, & confracti canales, & defuit aquæ ductus, & cessauit diuina cohabitatio, & diuisa est societas. Postea venit Salomon & exædificauit domum, & tunc reuersæ sunt canales ac deriuationes seu ductus, atque reliqua. Vbi de Salomone loquentes Cabalistæ rei potius videntur, quam vocabulo alludere, cum illud intelligant de venturo quodam rege pacifico iuxta Isaiæ verba, quem nominabit ipse miraculorum operator, consiliarius, Deus fortis, pater futuri seculi שר שלום id est, principem pacis. Sane putauerunt aliqui Ezechiam regem hic fuisse designatum: sed alij verba legentes sequentia, Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis super solium Dauid & super regnum eius, intelligunt de rege Messiha, qui ablaturus sit vniuersorum peccata, in animis hominum quotidiana bella & pugnas mouentia, quæ parentes nostri peccauerunt, vt scripsit Ieremias in libro Threnorum, Patres nostri peccauerunt, & nō sunt, & nos iniquitates eorum portauimus. Ita videri quidem poterat Ionathæ Chaldæo, qui pro *Sar Salom*, id est, principe pacis tradixit superiore in loco, משיחא דשלמא id est, Messiha pacis. De quo iterum Isaias, Disciplina pacis nostræ super eum, & in cicatrice ac liuore eius sanati sumus. Hic erit ille Salomon, qui templum multo sublimius eriget plane sempiternum & indissolubile. Sic enim Cabalistæ scribunt. כיבית המקדש של מטה מכון כנגד בית המקדש של מעלה: id est, quod domus sanctuarij quæ est inferius, disponitur iuxta domum sanctuarij quæ est superius. A Salomone igitur illius terrestris templi conditore vsque ad regem Iehoachin eundem qui & Iechoniah (habent namque ambo nomina eadem literas, tametsi transmutatas) expectatio salutis vniuersæ apud omnem cœtum prophetarum in venturo Messiha collocata fuit: ab Isaia vsque ad Malachiam, qui aiebat, Statim veniet ad templum suum dominator quem vos quæritis. Super quo Rabbi Dauid Kimhi scribit, quod dominator hic sit Messiha, qui & ipse nuncius erit testamenti, quem Ionathan Chaldæus *Rabna* interpretatur. Post prophetas autem, expectatio salutifera aduentus Messiliæ, totaq; Cabalistica exercitatio qualiscunq; extat, quam recte in eiusdem Messiæ sempiternam liberationem inglomerant, implicant atq; reducunt, omnis ea plane ad scribas legis & seniores quos appellarunt Capita patrum, quorum multitudine haud numerantur, & ad magni concilij viros descendit, successime recepta scholasticorum more, ab Ezra qui Cabalam tradidit Simeoni iusto, sacerdoti magno, synagoge præfecto: iustus ab illo recepit eius auditor Antigonus cum sociis suis, de quibus fuerunt Zadok & Bethus, radix hæreticorum, vnde dicti sunt *Zadokæi & Bethusæi*, vt scribit Iudas Leuita in *Alcosser* sermone tertio. Deinde Ioseph filius Ioezer, & Ioseph filius Iohanan Hierosolymitanus, ab iis Iosua filius Parahiah, cuius fuit discipulus quidam Iesus Nazarenus Machabæorum tempore, non ille Christianorum. Et Nithai Arbelites, & quibus & Iuda filius Tabai, & Simeon filius Sethi, de quibus Semeia & Abtalion: ab his Hillel & Samai qui habuerunt multa millia discipulorum. ab istis Rabban Iohanan Ben Sdaeha, & duodecim discipulos quinq; fouit, qui fuerunt Eliefer, quem scribunt Eliezer, filium Hircani, Iosue filium Peruiniæ, Ioseph Cohen, & Simeon filium Nethanael, & Eleazar filium Arach. De Rabban Iohanan octoginta & viginti vixit annos fortitus est Gamaliel suam Rabban Gamaliel, à quo Simeon filium, à quo ex liberis eius Iuda Nagid, qui Magistrum fuit sanctus dicitur: eum filius Gamaliel imitando imitatus est. Hinc usque Cabalæi, quorum dicta & reliquas sacræ scripturæ allegorias expositiones sequuti sunt Cabalistarum cœtus, Hoseia filius Azaziæ, Abba Saul, Rabbi Taphon, Sadoia filius Mahalaleelis, Hananias princeps sacerdotum, Hanina filius Thradionis, Hanania filius Hachimæi, Nehonia filius Hacona, Phinehas, Dusehai filius Iannai, Hanina filius Dosi, Dosa filius Harchinas, Rabbi Akiba, Elezar filius Azariæ Eleazar Hasma, Rab Leuitam, Rabbi Iohanan filius Baroca, post eum Simeon etiam. Deinde Tzadok, cui Iosi, hunc sequitur Ismael, & de alio genere Rabbi Meir, à quo recepit Eleazar filius Iacob, & Iohanan Sandlar, & Eleazar filius Samua. Deinde Neorai, post quem fuit Mathathia & Samuel minor, & Elisa filius Abiuah, & Eleazar de Kaphar, & Iuda filius Thema, & Iosita filius Leui, & præter illos alij multi, qui aliquando propter disputationes Thalmudicas appellantur *Thanaim*, seu dictatores, & propter summarum rerum meditationes ab inferioribus singulis ad excellsiora quæque reducta, & inuestigatasque receptas, & posteris traditas, quibus toto studio inniterentur, *Mekabelim* Hebraice, ætatis à Latinis, autore Ioanne Pico Mirandulano Comite, ante quem nomen eorum Romanæ linguæ incognitum erat, Cabalistæ aut Cabalæi dicuntur. Tum Matthatias, Nosti ne, inquit, eorum virum, pertissime Simon, qui primus Latinis Cabalæ vocabulum prodidit. Et Simon, Nosse nempe (vt opinor) ipsum, ait, cuius doctrinæ tantem apud Gallos & Allobrogas, postquam patria & fugatum acerrime ab inuida, quæ detestabili persecutione, propter eximia philosophiæ studia sua & nobile ingenium. Et adeo genus hominum (vt ait Terentius) qui est pernicissimos se omnium rerum volunt, nec tamen hos ex cotuo forte nati, quæ auis vsque ad Cæsarum annos (vt est in fabulis) vesitta prima illa pennis, posterius nigris, colorem indumenti emutabet candidi & atri, vnde fratres atrati dicuntur. quippe voluteris ea ob impiam delationem per odiosa Phœbo. Sed vnique vestitum ita est hæc Poetis: Hi tunc fuerunt tristes, & mastiges, hi canes tam generosi & tam arguti Christiani, nostro seculo multa Hebraeorum



arcana dogmata Romanis auribus perquam docentis, & Adhæc Philolaus: Reliqui, ait, rebus gestis ad Artem Cabalisticam (si mihi credis) tenuerunt nobis esse consulo, quoniam aliquanto post adueserafcet, & vota nostra vix dicta quam alio tendant. Percurri equidem singula, inquit Simon, nihil falsius de me vltra perfectum potis. Et Marranus, Si sic (inquit) ego certe largiri sermonem tuum valde incommode. Nam stationis filium te cebas, tum maxime animum ei rei quam desideramus, & nihil erat quod magis placeret, quam post rectam Cabalæ desiderium nosse, quid illud sit quod præter cæteras mortalium generi egregius reuelatum fuerit, cum quis, quid reuelauerit, & quis receperit, quo in puncto mea interpellatione abductus es, ad quod subduleo. Quare mi tu, oramus, vt redeas. Ego vero hilare quidem obsequar, Simon inquit, & tandem ad modum Artis, quem optatum tantum adueri properabo, nisi iam vesperæ imminet, quando & vos audiendo forte eum fastidio, & ego ipse loquendo defessi sumus. Satis enim multa nobis tam breuibus horis excederunt, & quæ mea fuit vel remeritas (si vultis) vel (quod verius est) singularis erga vos dilectio, quod in tanta re fieri non debuit, omnia impatienter diu quidem ex tempore. Tum Philolaus, At obiecramus vtrique, compleas abacum calculo suthonum. qui Cabalam & tenuerunt & tradiderunt, ne hoc sermonis membro nondum perfecto, ad diuersorium nostrum, vt oportet, eamtum abeamus.

Quo dicto, rursus Simon, Extant sane, inquit, neo abitatu Cabalistæ innumerabiles (nec enim numero comprehendere refert) Eorum partim sunt, qui audiere tantum, alij vero qui & Auctores & Scriptores fuere: tamen, quando ita vrgetis, recenscbo perfunctorie notinullos, quorum libri de Cabalisticis contemplationibus quotidiano veniantevsu, quantum mihi suppetit memoria, quanquam non in omni parte omnes integri, aliquorum enim sola fragmenta enatarunt, reliqui, proh dolor, ita extincti sunt vt vix summum recordatione doctissimorum hominum monumentis innotescant. Nam vt priscæ patrum volumina iniquitate temporum & longinquitate annorum perdiderunt, cum haud meritoq; posteritatis damno, quorum nostri tamen memineruntur, ita nos iam in ipso mundi senio millennio viuentes, maiorum nostrorum libros vel vetustate, quæ omnia consumit, vel bellorum malignitate, vel inundatione ac vastitate, vel improuiso ignis casu, vel quandoque ob cunctis turpi & detestanda, quæ incendiarius librorum interres & studiosis etiam æuo nostro collectanea, amittimus. Citantur ab hominibus fide dignis Henoch liber & Abrahæ patriarchæ nostri, quem & Moyses allegat libros belloru Domini. Iosuæ librum Iustorum, & vniuersorum librorum Kiriath-sephatim, quam Othniel duce Caleb expugnauit. Asaeorum liber Memorialium. Ionathas in Machabæis Libros sanctos de Spartiatis. Paralipomena commemorant libros Lamentationum: libros Samuelvidentis, & Nathan Prophetæ, & Gad videntis, & Semeiæ Prophetæ, & Haddo videntis, & Ahiæ Silonitis, & libros Iehu filij Hannani, qui omnes nusquam sunt. Quærimus & bibliothecam Darij, vt est in Ezra: fuit ea in Eobatanis preciosa. Pari exemplo innumeri nostro seculo autores periere, tametsi nō dubitamus supereresse plurima quæ ipsi nec dum vidimus, nec istam de me gloriam cum Mirandulano iactare possum, quod quæ ille quondam Ezra, de Cabalisticis secretis septuaginta conscribere voluit, mihi iussit, ea mihi summa impensa conquisierim, cui ne rantidem prope auri & argenti sit, quo eos libros si superarent ac offerrentur licitari queam. Vtimur autem non atleo libros, attamen pro nostra virili Abrahæ libro patris nostri, cui est inscriptio יצירה de creatione: quem non parum literati quidam assignant Magistri Akiba, profecto nobilibus scholis ornatum, vt qui alioquin existu reconditus & obscurus. Et libro הזוהר de Splendore, quem composuit Simeon filius Iohai, cum in quadam vasta & tenebricosa specu quatuor & viginti annos delitui. Et libro הבהיר de Candore, qui à vestris Lucidarius dicitur. Sunt & quos edidit in Cabala ille Abraham Alaphia, & insignes commentarij Ramban (nam ita collectiue nominatur Rabbi Moyses filius Nahmani super arcana legis) quem appellatis Gerundensem, & Commentarij omnium doctissimi receptoris Rabbi Mnahem Racanat super arcana Ramban. Et liber Perplexorum Rambam, in fine per *mem*, id est Rabbi Moysi filij Maimoni, quem vocant Moysen Ægyptium. Et liber שערי צדק id est, portæ iustitiæ, quem conscripsit Rabbi Ioseph filius Carnitolis. Et liber שער אורה id est, porta lucis Magistri Ioseph (vt ferunt) Castiliensis in Hispania. Et liber מאמונת id est, de credulitatibus, cuius autor fuit in Asia Rabbi Saadia. Et liber סוד התורה de mysterio legis, quem sapiens ille Abraham Aben Ezra confecit. Et liber Rabbi Hamai filij Hanina, qui dicitur eloquentissimorum caput in Cabala, & eiusdem autoris liber תעיין id est, speculationis. Alius denique liber פירוש קדושה id est, commentarius sanctitatis, quem scripsit Rabbi Azariel. Et liber שמות id est, de nominibus. Et liber Explanationum alphabeti, cuius est inscriptio פתר פירוש האלפאביתא ex Rabbi Akiba. Et liber Rabbi Ama שער הרזים de reconditis Platuni vndeuigesimi. Et liber היחיר id est, singularis de vnione seu collectione, cuius meminit Rabbi Abraham Aben Ezra de mysterio legis capite primo. Et liber סודות id est, mysteriorum. Et liber Quæstionum abstrusarum. Et libellus Cabalæ quem edidit Azariel, alijs Otiel Garronensis. Et liber qui prænotatur דרך האמונה ודרך הכפירה de fide & expiatione. Et liber radicum Rabbi Ioseph Albo, cui pariter Cabalæ titulum præfixerunt, quamuis ille magis ethica commenterur quam anagogica. Extat demum liber elegantissimus in Cabala aduersum philosophastros nomine Alkozer, more Arabico, quem composuit Rabbi Iuda Leui, cuius hæc sunt verba: גוי אין קבלה טובה אלא עם חלב הטוב id est, Quod non sit Cabala bona nisi cum cotde bono. Vbi pluri-

mum mihi visus est sapienter à tam sancta contemplatione malignos sophistas repulisse, qui tanquã muscæ molentes, omnis vnguenti quantumuis pretiosi suauitatem perdunt. Vtimur denique commentariis in librum יצירה Magistri Iacob Cohen, & in eundem librum compositione Rabbi Ishac quam inscripsit explanationem nominis sancti. Est liber etiam quem edidit Rabbi Tedacus Leui de decem numerationibus Cabalisticis. Nolo addere librum Salomonis sub nomine Razielis inscriptum, quia est fictio magica. Hactenus quidem rei meæ familiaris penuriam chartaceam quam cæteris non solebam, certe vobis peregrinis planissime aperui; at mea tamen sententia nemo vnquam de ista scripsit arte vsque dudum artificiosius, nemo distinctius, nemo lucidius quam Rabbi Ioseph Bar Abraham Castilliensis ciuis Salemitanus, tria huius facultatis volumina studiose molitus, quibus omnem Cabalistarum institutionem fecit clariorem, primum de dictionibus, secundum de literis, & tertium volumen de punctis. Eius libri titulus exrat גנת אגוז id est, Hortus nucis, inxta Salomonis cantica, In hortum nucis descendi, vt viderem amœna virgulta. Apparet nucem hanc esse vt pomum aureum argenteo reticulo inclusum, vt legitur in Prouerbiis, Mala aurea in lectulis argenteis verbum prolatum inxta modos suos. Ita est Cabala pomum illud aureum atque diuinum argenteis filis, videlicet ingeniosis institutionibus & humanis artibus circumligatum, quale fieri consueuit adrificuru opificio, qui subtilibus cælaturis aurcum boni odoris pomum non omnino tegunt aut operiunt argento, vt nihil eius videri queat, sed cauatis quibusdam foraminibus & argenteis cancellis tum pomi colorem eminere, tum ambræ odorem effare sinunt. Aspicientibus tamen longinque totum id quod reticulatum est videretur argentum esse integrum, propius autem intuentes ii studiose rimentur, inuol aurum quoque reperient, & quo magis aurum ab argento distat, eo longe plus abaste Cabalistica probatur differre Cabala, quamuis ambas species vnum genus spiritualis institutis complectatur. Sed alteræ præcedit alteram, vt tuaculum Herophantas, vtque vnius generis aurum id quidem bonum est, illud autem optimum, ad quem modum in Pentateucho de Manna narratur, quod aurum terræ illius bonum est, non enim illic scribitur optimum, vt quidam legunt, sed bonum. Et in Isaia de Ophir, Dignabor hominem pinsquam aurum optimum, & aurum de Ophir. Ita quicquid de sacra scriptura homines optimarum artium amatores scientia naturali addiscunt, auro bono par est, & appellantur opus de *Bresith*. Quod vero scientia spirituali recipimus opus de *Mercaua* dicitur, & auro æquatur optimo atque purissimo. Scribunt enim Cabalistæ ita, שמעשה בראשית חכמת המבעע ומעשה מרכבה חוא חכמת האלחות id est, Quod opus de *Bresith* est sapientia naturæ, & opus de *Mercana* est sapientia diuinitatis. Et quoniam vtraque sapientia vtcunque circa mundum & ea quæ consistunt in mundo versatur: estque Thalmudistarum & Cabalistarum ea in re vnanimis arbitratus, quod duo sint mundi: primus intellectualis, qui vocatur עולם הבא id est, mundus ille venturus, scilicet quoad nos: & secundus sensibilis, qui dicitur עולם הזה id est, mundus iste præsens, ex verbis sapientum nostrorum receptum, de nominis diuini quadraginta duarum literarum studioso cultore hic dicentium, quod talis diuini proceul existat, שכלכלת ונחסר לשמה ונוחל עולמים העולם הזה והעולם הבא: שני id est. Dilectus suisum & desideratus decorum & hæreditans duos mundos, mundum præsentem & mundum futurum: Iderco diuidunt Thalmudici & Cabalistæ secedentes in duas familias, tametsi ex creditis, receptionibus antiquis similiter oriantur & emanent. Nam vtrique maiorum suorum traditionibus fidem habent, etiam nulla ratione reddita. Sed hac distinguantur deputationis ordinatione, quod omne studium, omnem operam, omne consilium, laborem & diligentiam, vniuersam quoque mentem suæ intentionem Cabalista fruitur ille atque beatus à mundo sensibili finaliter ad mundum intellectualem transfert & traducit. Thalmudista vero in mundo sensibili permanet, ac animam suam in vniuersi huius mundi non transcendit quod si quandoque licenter ad Deum & beatos spiritus pergat, non tamen Deum ipsum vt immanentem & absolutum accedit, sed vt opificem exaltatque terum & circa sua creata occupatum. Angelos autem ad ministeria quotidiana, diuinequeque lunatis effectus exequendos mancipat, altissimarum rerum contemplationes ad hunc inferiorem mundum semper referens. Eamm tamen fructum altera sæpe alterius sensa mutuatur, & ad suum desiderium trahit. Enimuero quandoque studia vltro citroque inter se communicant Thalmudici & Cabalæi, vrachina vita & contemplatiua, licet vnum eundemque sacræ scripturæ contextum pletumque alter ad timorem Iesuitus, alter ad amorem filialem suo more lepida suauiter inuiter. Apparebit enim acri studio Thalmudista illic circa legis præcepta & mandata tebitor illa exponere, illa dirigere, illa venerati & custodiri, vt nihil aliud fecisse definiamus Thalmudista quam legis explanationem ad intentionem actoris. Vnde Thalmudici סופרים dicti sunt, פרשי id est, expositores & *pharisæi*, qui de cathedra Moysi semper instant operis, prædicunt, & plebem hortantur eum prophetico dicentes, Seruite Domino in timore: exultate, Timete Dominum & seruite ei. Quæ hoc ita facite, acillud sic omittite cum tali & tali moderamine, vnde sententia & tredecim præceptis vno verbo תריג comprehensa in duo capita redegerunt עשה לא תעשה id est, facite facta quæ vos affirmatiua & negatiua continendo pellare, multum scitu commoda & vtu perquam necessaria. Cabalistæ autem, quamuis tellectuate vti sint legem pie obseruantes, tamen contemplationi plus incumbunt. Ideoque appellantur אנשי העין מבעלי התורה id est, ini speculationis ex magistris legis. Hi cuiam reputæ ac primatorum, domi bellique rerum & cultudines in iudicialibus & moralibus, cum historia penes Thalmudistas relinquentes, ac de



bi tantum quæ ad animi quietem & tranquillitatem pertinent, & ad amorem Dei referuntur. Sic enim aiunt כונת כלל התורה שני דברים חם id est, Intentio vniuersæ legis duæ sunt res, bona dispositio animæ & bona dispositio corporis. Tota namq; lex præcipue ad perfectionem hominis tendit; & secundum eam duas consequimur perfectiones, mentis alteram, & alteram corporis: longe vero dignior ea est, & præeminentiæ altioris, quæ animam sanat & vitam perpetuat, quanquam idonea corporis habitudo & debita compositio est temporis natuque prior. Igitur altiore loco & dignioregradu habendi sunt Cabalistæ illam legis expositionem sequentes, quæ per quædam symbola mentis elevationem ad superos & ad rem diuinam quam maxime propellit: hanc appellant Græci vestri anagogicam institutionem, quæ non modo philosophia sit, sed & *cogita* ipsa, hoc est sapientia. Vnde merito sapientes denominantur, להלוך נגד חמים vt concionator inquit Salomon, quoniam pergunt illuc vbi est vita, & proximum capta adhuc in corpusculis habitantem tempore ad æternitatem, & ab infimis ascendunt ad summa. Facite periculum si vultis, hominandi adeonæ. In principio creauit Deus cœlum & terram. Sane cœlum Thalmudicis vocantur omnia visibilis mundi quæ supra lunam sunt, & quæ subter eam appellant terram. Deinde cœlum quoque interpretantur formam, & eam esse volunt materiam, quare in principio aiunt, Creauit Deus formam & materiam, quarum demum compositionem in singulis quibusque opifice oraculo fabrefecit, & omnia non tam mera nomauit quam noues verbo dolauit. Legitur enim ויאמר אלהים id est, & dixit Deus, Fiat lux: & dixit Deus, Fiat firmamentum: & dixit Deus, Congregentur aquæ: & dixit Deus, Germinet terra: & dixit Deus, Fiant luminaria; & dixit Deus, Producant aquæ reptile: & dixit Deus, Producat terra: & dixit Deus, Faciamus hominem: & dixit Deus, Ecce dedi vobis omnem herbam. Igitur perfecti sunt cœli & terra cum omni armonia & tota supellectili eorum, vt sunt quatuor elementa quæ dicuntur tenebræ primo commixtæ, spiritus Domini, aquæ sub firmamento, & aridæ. Sequuntur patiter & cætera mista, quæ vulgo elementata vocant, vt aues & volatilia, bestiæ ac reptilia, pisces & cete grandia, & eorum omnium dominator homo, cui ex vniuersi corporeis vni cœlestium est libertum arbitrium, quo ne male vteretur figuntur ei leges, promulgantur constitutiones, comminantur transgressionis pœnæ. Cum item ignis influens nuncupetur cœlum, id est אש ושמים quasi אש ושמים id est, ignis & aqua, & nihil ex se producat, sed productæ solum cœlesti, hoc est humido calore foueat, tum recto quidem ordine recitantur in illo constituta hactenus influentia sol & luna, quibus ductibus omnes retinqui notantur exercitus, luminaria & stellæ, nox & dies, splendor & tenebræ, signa & tempora, dies & anni. Hæc itaque de globo cœlesti & recluso in eo mistis. Duo vero mundi à Cabalistis sunt recepti, corporeus & incorporeus, visibilis & inuisibilis, sensibilis & mentalis, materialis & idealis. Inferior mundus & superior, cum legunt, In principio creauit Deus cœlum & terram: & ita symbolice cœlum summa, terram infima designare putant, hoc modo interpretantes, בתחלה ברא חשם העליונים ותחתונים: id est, Initio creauit Deus summa & infima: quo nimirum arbitrantur simplicem & immaterialem mundum summa continere: compactum vero & cementarium hunc, infima: vnde & legem diuinam *Bresith* de creatione promulgatam cœpisse ab ipsa litera *beth*, quæ in arte Arithmetica inter numeros duo significat, perinde atque si notatone intimaret, duo principaliter creauit Deus, totum mundum supremum cum omnibus in eo degentibus, & totum mundum infimum, omniaque ad illum pertinentia. Nam alias fuisset vtique satis Moysen ita scripsisse, ראשית ברא אלהים שמים וארץ quod haud secus ac eodem illo more à Latinis legeretur. Potuit enim summarium illud creationis non incipere à *beth* litera. Sicut Salomon in Prouerbiis, Dominus possedit me principio viarum suarum: vbi sine *beth*, & absque vlla alia præpositione ponitur principij dictio. Cæterum præter coniunctionem duobus istis creatis adiunxit bis binos articulos ה & את. Vnum excellentis demonstrationis qui dicitur *ha*, & alterum omnimodæ comprehensionis qui constituitur ex *aleph* primo alphabeti elemento & vltimo *thau*, & est id quod Græci aiunt α & ω, & Romani prora & puppis, vbi vitius est pet cœlum, omnia excellenter simplicia spiritualia, ab *aleph* ad *thau*, id est à primo ad vltimum, & per terram similiter à capite ad calcem omnia excellenter corporalia & iis contenta, nihilo tamen minus singula in ipso vno principio tanquam vnicum creatum. Sicut Ezechielis rota in rota, cum suis quibuscumque mmolutis visa est vna esse similitudo gloriæ Domini, & vt ipsius Rabbi Saadiæ in libro *Amunoth*, id est, credulitatum propriis verbis vtar כחלמון בתוך ביצה id est, Sicut vitellus in medio ouí vnius, seu (vt ego ipse dicere soleo) instar albotis ouí vnius, testaceo firmamento contenti, vitellum ipsum inglomerantis, ita primus mundus ille intelligibilis secundum implicat, vt tota virtus eius inde gubernetur, quo fit vt constringantur vtrique vinculis concordiæ, adeo vt sæpe tam suas quam comprehensorum naturas & appellationes mutua sibi libertate condonent. In secundo namque, hoc est sensibili mundo sphæræ nouem mouentur ab empyreo immobili, cui *Metatron* assiduo præest: at in primo nouem Angelorum chori mouentur ab immobili Deo. Sicut in immobili silentio cunctorum creator primo simul omnia creauit, postea nouenario sermone ad propria singula quæq; distinctiones loquendo commouit. Nominantur & vicissim ignis *seraph*, aer *cherub*, aqua *tharsis*, *ariel* terra, & quæ in mundo sunt inferiori ea non parum multo meliore nota sunt in superioribus: quapropter hæc inferiora congruenter appellari queant verorum exemplaria, & adumbratæ supernorum imagines, signa, notæ ac symbola quibus mouemur ad cogitandum de supercœlestibus & Angelicis substantiis, virtutibus & operationibus quodam tra-

mite abstractionis, vel assimilationis via, vel alia quadam ratione ac modo nobis carne indutis possibili. Vnde statuunt duos quoque paradisos, alterum cœlestem, & alterum terrestrem, in quibus præmia virtuum consequantur vtique, tam homo terrenus quam homo cœlestis, vt in huius orbis terra quandiu in corpore fuerit hospitatus tanquam in aliquo corruptibili horto voluptatis, gloriam & honorem, gaudium & lætitiam, omneque desiderium delectationis suæ ob alicuius heroicæ ac præeminentis, & à filiis huius seculi laudatæ virtutis causam lucretur, quæ tamen vmbræ sunt & res caducæ fumo similes. In cœlesti vero terra, & verius vinentium supercœlesti, vbi extat amœnitatis æternæ immarcescibilis paradisus, animæ hominis in vita mortali olim secundum virtutem recte operati, nunc exutæ, clementissimus ille Maximus & Optimus Deus ostendit omne bonum, quod ne videre quidem antea potuisset tam grani & tam denso cadauere obscuri corporis onerata: illud nominatur & in Cabala & in Thalmud איספקלריא המאירת id est, Speculatio illuminans, hoc est visificans, quam vos cognitionem intuitiuam Dei appellatis, vt quæ contingat animæ separatæ per lumen gloriæ, ac à maturissime penitantibus sola esse beatifica probatur. Nam alia fit per species connaturales quæ non est beatifica, & איספקלריא שאינה המאירת id est, Contemplatio quæ non sit illuminans, vocatur. Nunc vero quando clara Dei visio & perpetua summæ diuinitatis fruitio, pro suprema hominis parte, Intellectu & voluntate beatis donantur, idcirco iure optimo ex nisi in supremo mundo contingunt nemini. Sic aiunt Cabalistæ, כי טרם שישיג לראיית תפרד נפשו מעליו id est, quod antequam apprehendat hanc intuitionem separatur anima eius ab eo. Quare mortali homini si quãdo Deus videri dicitur, id per Angelum fieri putatur, בפראות המלאכים vt scribit Ramban Gerundensis in Exodo. Quamobrem pro duplici hominis conditione spirituali & corporali, ac pro duplicis mercedis retributione, duplicem, vt audiuistis, paradisum asserunt, ita dicentes, בי גן ערן ובתרוייהו עם העניינים שתראה במעשה בראשית בלן בגנר עורות השכליות ועליונות תן סכווינים: id est, Quia paradisus & illustria cum singulis rebus quas cernis in opere *Breßith*, omnia iuxta formas intellectuales & supernas sunt disposita: id ita sentio etiam cum auro de Heuila, bdellio ac onychino, cæterisque infimiti pretij gemmis. Eodem modo & eadem forma duplicem gehennam, scilicet duos tartaros esse deputatos, iidem Cabalistæ asseuerant, superioris & inferioris mundi, ad torquendum nocitua corpora in tempore, ac animas prauas in æternitate. Nomen eis commune inditum est ארקא id est *Arka*: hic est tartareæ pœnæ locus, qui præter cætera, septem immaniora diuisillimarum pœnarum receptacula, criminum teis iusto Dei iudicio destinata comprehendit. Sicut Cabalista ille in Horto nucis, volumine secundo, de septem habitaculis inferorum tractat his verbis. שני סיני ניהנם הן עליון והתחתן: אחד לגוף בעולם הזה אחד לנפש בעולם הבא אחר זה: והמקום הנולל כל אילו הוא הנקרא ארקא כי בן

A הבריות ושערי מות וצלמות ובאר שחת וטיט היון ואבדון ישאול: id est, Duæ species Gehennæ sunt, superior & inferior: vna ad corpus in mundo isto, vna ad animam in mundo venturo, qui ipsum, & locus comprehendens omnia haec, est vocatus *Arka*, quoniam in eo sunt, gehenna, & portæ mortis, & puteus interitus, & lutum fœcis, & perditio, & fouea. Hucusq; Ioseph Cabalista. Iam hæc vincula, hic carcer, hæ compedes, hæ seruitutes, hæc captiuitas peccata noxiorum animarum corporum in mundo præsenti, quam accurata rum in mundo futuro, vt iustos æqua consequatur virtutum præmia, & iniquos debita sequatur retiorum tormẽta. Quid nam aliud deberet nobis quam vita & honor? quid aliud prauis qui mos & horror? Nec id vsq; adeo temporaliter intelligendum est: sed vt Cabalistæ volunt etiam æternaliter: sic enim scribunt זיקים אפילו בחייתן קרויים רשעים אפילו בחייהם קרויים מתים: id est, Iusti etiam in morte sua dicuntur viuentes, & maligni etiam in vita sua dicuntur mortui. Quo peritis in Cabala non est obscura Dei sententia. In die qua comederis ex eo, morte morieris: videlicet non corporali sed spirituali, hanc vixit Adam post esum vetitum vitæ nongentos annos, in momento tamen ipso mortis reus transgressus erat, morte mortie batur. In peccato, inquam suo, toti humano generi & proinde tantæ propagationi æternis inferorum habitaculis destinatæ, sontico nimis & contagioso: quocirca placito venitet Messiha ille redemtor, qui hominem in paradisum reduceret, non terrestrem id cœlestem, & vitam liberis redderet, quam pater amiserat, æternam, non temporalem, animæ non corporis, illam ipsam Dei familiaritatem & iucundissimũ diuinitatis aspectum, omni voluptate plenissimum. In hunc omnes veri Cabalistæ sophistici totam suam fiduciam figunt atque incant. In hunc omnia sanctorum scripturarum salutaria vaticinia referunt quorum: de terra promissionis, de Ierusalem ciuitate, cuius participare in idipsum, de monte Dei, & loco sanctitatis via sancta, & sanctuario, & atrijs Domini, & templo Domini, & domo Domini, & porta Domini, & cæteris similibus tunitis, quæ Rabbi Moses Ægyptius in suo *More*, id est Doctore nostro, sic etiam intelligi de cœlesti beatitudine vult. Qua de causa multum & sæpe cum Thalmudicis certamus, & plurimum vtique in diuersa sententias. Illi omnem liberationem regis Messiæ de corporali captiuitate, seu vertus dispersione nostra conantur ad tumultum, ad strepitum armorum, ad expeditiones bellicas, ad expugnationes regionum & deuastationes terrarum, & hostium exercitus victoriam referre, vt quondam fecit Moyse legimus aduersum Chananæos & Philistinos nostros maioribus contigisse: aut terrena ad exquisitum eius visionis ingenium, qua sanctis aliis liberationibus, vt multi vafre, retrogrado sanctæ vsi, quando tot seculis sub tot regnis dispersi exularunt, vt sub Babylonico anno septuaginta, sub Persico quinquaginta quinque, sub Græco centum & triginta, nunc sub Romano mille quadringentos, nec dum finis. Nostro meo arbitratu, rectius Cabalistico Messiæ



& verissimum piaculum ad liberandum miseros A de scelere populi percussit eum. Ipse enim vulneratus est propter crimina nostra, & attritus est propter iniquitates nostras, qui certe iniquitatem humani generis mortales, de vinculis inuultitiæ originalis, ad dimittendum peccata, & ad saluandum pie Deo seruientium animas in Adam paene nostro à vita æterna exclusas, visque ad satisfactionem Messihæ, qui vt consummetur iustitia misericordis & clementis Dei manum suam mittet, & sumat de ligno vitæ, & comedat de eo, vt perpetuum viuamus in æternum. Et satisfactio nostra fuit regio, nec iactantia honoris ac gloriæ fieri debuit, eo quod originale peccatum à B Messiha expiandum de superbia & elatione pullulauit: Quia potius in humilitate ac tolerantia: non in curribus & in equis, sed in nomine Domini Dei nostri, & non in victoria, nec humano triumpho, sed in labore, ieiunio, vigiliis, fortitudine animi, contemptu mundi, misericordia compassibili, amore Dei præcipuo, dilectione hominum recta, & in ipsa tandem heroica liberali ac fortunea morte, quoniam contra vitium sola virtute pugnatur, & imperia, principatus, stemmata regnorum huius seculi, nemo sapiens vnquam magnifecit. Quin hoc est sapere, gloriam huius mundi contemnere: equoniam cum interierit gloriosus dures, non sumet omnia (vt inquit Psaltes) neque descendet cum eo gloria eius. Quicquid igitur de prophetis, & de inhiectione populorum scriptum in literis sacris, id omne post creditam nobiliorum historiam, si quæ tacta enarrantur, de mundo tamen intellectuali, & supernis potestatibus à Cabalistis intelligitur, ita vt Messiha Rex futurus optimo iure leuita & abiecta hæc vitam seculi deliramenta, magistratus, honores, & regia tanquam vana & fluita non modo negleCturus sit, verum etiam contempturus, vt quo ad absolendum humanæ speciei reatum, & ad aperiendum virtuti viam aduenitat. Vnde verus ipse Messiha, si recta ducimur ratione, de solo Isaiæ nobis capite clarius cognoscetur, quod sic incipit, הנה ישכיל עבדי id est. Ecce intelliget seruus meus, & sic desinit ולמשעים יפגיע & pro transgressoribus orabit: quo supra quam dici queat omne, non absque singulari apud cæteros exteros autoritate hominis verecundia (vobis ego solis confidenter loquor) Rabbi Salomonem, & Dauidem Kimhi, aliosque de nostra secta non parum doctos viros nescio qua pusillanimitate, vel si fatte coram gentibus pudore, totum illic enarratum Isaiæ de solo populo Israel nunc passim dispersio torue interpretari, quum planissime de solo ipso Messiha prophetato, quod Chaldaica lonathæ traductio nominatim exprimit, dicens, הא יצלח עבדי משיחא, i. Ecce prosperabitur seruus meus Messiha. Hic est ille ab Isaia in spiritu prophetico vere visus eo loci, homo dolorum & infirmitatis expertus, vultu abscondito, nullius humanæ reputationis vir, diuina percussione tactus, deformis aspectu & vitatus, tonsus vt agnus, occisus e terra viuentium absciss us, & cum sceleratis reputatus, & inter filios hominum inglorius. At vero quid inter filios Dei? plane multum exaltatus, & elevatus, & sublimis valde. Nam generationem eius quis enarrabit? & Domini Dei voluntas per manum eius dirigitur, & Dominus abstulit eo iniquitatem omnium nostrum, quia

Quia lex à me exibit; quam scilicet qui fecerit, sal- A uabitur, qui contemserit, peribit. Vetera enim transierunt, nouæ charitatis, שלאחאה ישרה מלב שלם quæ est dilectionis rectæ ex corde integro, secundum magistros nostros. Est igitur Messiha exemplum vitæ omnium liberandorum; à quo vniuersa dependet mundi salus, quæ dicitur salus æterna, & exponitur à nostris per omnes diesæculorum, vbi legitur, Israel saluatus est in IHVH salute æterna. De quo nonnihil scribitur in libro Cabalæ Hacadma B והוא סוד מלך הששית שיבוא כמהרה ביומינו שפל פעולתו התלהלל ותגם ירד שהוא סוד השביעי והואחשם שמוש לשם וחשלים כל התלאה על ידיו: id est, Et hoc est arcanum Regis Messihæ, qui veniet cito in diebus nostris, cuius omnis operatio incipiet in v. h. & etiam i. h. quod est mysterium diei septimæ, & hoc nomen est nomen ipsius integrale, perficietque omne opus in manu eius. Ecce definitum est à sapientibus Cabalistis omnia per Messiham fore perficienda, & totam eius operationem fieri sa- C cratissimæ quatuor literis i. h. v. h. in mysterio diei septimæ, non à numero videlicet dierum sic appellatæ, sed à transitu de vita actiua ad vitam contemplatiuam: id est, in ipsa quietudine animi, & placata tranquillitate, secedendo ab huius mundi nimia sollicitudine, & à cæmentariis operibus patrariis. Scriptum est enim, Et requieuit die septimo ab vniuerso opere quod patrarat. Quamuis autem Talmudistæ multa Regi huic attribuant nomina, vt intelligere licet ex plurimorum D Doctorum allegationibus in libro *Sanhedrin* volumine *Helek*, citatis à capite, vbi scribitur: Et Rabbi Iohanan dixit, Messihæ quod est nomen? vsque ad locum. Suscepitque Rabbi Eliezer, dicens, Dies Messihæ. Et post in multis eorum scripturis, sicut commentatis in Canticum Synagogæ חוא נקרא ראש וראשון Exponuntur nomina Messihæ *Sibi*, *Simeon*, Dauid, *Hanina*, Germen, Iustus, Consolator: ea tamen singula parantur agnomina velut imaginaria, instar Eptem exemplorum illic recensitorum, quæ sunt, Area, Propitiatorium, Tabulæ, Virga Aaron, Vrna Mannæ, & Spiritus Dei. Sed iuxta Cabalistas vnum hoc nomen ineffabile יהוה F audituris, quam sit proprium Messihæ, quod integrabile & perficiet nomen eius subsilitiunm: docent enim credi oportere, hoc esse nomen ipsius integrale, quod pie sancteque integratur in miserationibus, cui nemo Talmudista inficiator subtegit, quum dixerit magnus ille Magister in Talmud commemorato in loco, quod nomen Messihæ veniet appellandum consimiliter *Hanina*, id est, misericordia; citando cap. Ieremiæ 16. v. 13. quem tamen licenter ac improprie Romani sic legunt, Qui non dabunt vobis requiem. Sed ea non est etymologica interpretatio. Ita enim rectius me iudice legatur, Quod non dabo ad vos misericordiam. Hoc Ionathan Chaldæus transtulit רחמין id est, miserationes, vt qui secundum Talmudistas dicere vellet, quod vobis ambu- G lantibus in prauitate cordis, vt Deum non audiatis, non erit Messihs, qui nominatur miserationes: quo clare innotescit מרחמים id est, in miserationibus de medio i. h. v. h. nomen fore propium Saluatoris Messihæ, cuius & dignum & officium, tametsi rigore ac seueritate consilii, nata Regis Dauid vaticinium absque vllius contrauersia de ipso Messiha expressum, Iudicabit populum tuum, inquit, in iustitia, & pauperum tuum in iudicio: tamen quoniam iudicium, משפט secundum omnes Cabalistas, cum iustitia tam admittit clementiam: sic enim legitur in Portæ lucis capite 4. מי המשפט הציו רין והציו חסר id est, Quod iudicium est partium rigor, & quorundam clementia: quibus modis primi loquutio fuit constitutio per iteratam vnionem, & nouam quasi populi cum Deo desponsationem futuram esse, vt Hoseas prædixit: Sponsabo te mihi in iustitia & iudicio: in misericordia & in miserationibus, etc. ponitur, ברחמים ne quis putet illum ipsum Messiæ aduentum ex aliqua iuris necessitate, ac non potius de gratia mera, & dono Dei liberalissimo esse destinatum, recte imponetur huic Schemoth nomen clementiæ inclytum, quod ex omnibus literis tam vocalibus quam consonantes solum misericordiam, & præterea nihil aliud significantibus erit compositum. Idque forte conscium per sanctas quatuor literas, quibus tanquam notis & symbolis ineffabile depingitur, & per *Sin* coniungantem, quo nomen ineffabile nominatur. Totum enim in Cabala est, quod hæc nota in exponitur שין per *notariaton*, שם יהוה נלרא id est, Nomen Tetragrammaton vocatum, hoc est, literarum. Nullæ autem sunt literæ aliæ, quibus ita nude misericordia designatur, nisi hæ quinque i. h. v. h. & consona *Sin*, id est, 300. De vocalibus quatuor in libro Portarum iustitiæ, sic legitur, מי טרשאש רול ביתנה יהוה יוצא ממקומו ויצא מסרת רחמים id est, Et hoc est mysterium, quod dixerunt Magistri nostri, quorum memoria sit in pace, quod ecce quatriliterum (inquit Michæ 7. h. v. h. egredietur de loco suo, egredietur per proprietatem miserationum. De consonante autem *Sin*, vniuersi Cabalistæ, qui non sunt necessarii in Cabalistica גימטריא *Sin* literam totius in E complexus quatriliteri ex Arithmetica proportione rationem continere, haud inficias ibunt, eandem quoque ab ea posslideri proprietatem clementiæ ac misericordiæ. Omnium igitur hominum salus de sola Dei misericordia expectanda est, quod palam expressit Habacuc, Deum sic loquens, Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis. Vbi Dauid Camhi, quem nullis appellant Kimhi (sicut alii pronuntiant Rabbi, & Ribi, mania dicit Ribi, per facilem vocalis a in i conuersionem, vt & de Græcis ac Latinis extat paradigma, illi enim γραμματικὴ & λογικὴ, nos Grammatica & Logica illi ῥητορικὴ, nos materiata Semion Simeon, & Camhi Kimhi, & alia plura) ille, inquam, Dauid Iudæus Hispanientis, per misericordiam רחם id est, misericordiæ illic positum, secundum arithmeticam proportionem Cabalisticæ, fusam, symbolice intelligendum esse docet. Abacuc quasi Habacuc sic dicerat, O Deus, quum tu ne peccati nostri tangeris, memento seminis Abrahæ, cui promisisti, quod in eo benedicentur omnes cognationes terræ. Et rursum, O Deus, ne illum affatus es, benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ. Vt autem indicaret Habacuc



ipse, quis illum futurum esset illud semen, subiun- A in spiritu prope tertium mundum corripi, vbi est xit, Egressus es in salutem populi tui, in salutem Messiha omnibus inferioribus influens. Mundi cum Messihs tuo: vbi idem D. Kimhi sic scribit, enim generalissimi numero tres sunt. Primus id est, Hic est Messiha filius Dauid. Ad quem igitur cum sapientibus Cabalistis, o- materialis, secundus formalis, & tertius informis. minium notissimum veram salutem in Messiha per- Seu quando sic vultis, primus, inquam, infimus, dere, quotquot attingimus illum. Quo fit, vt ab qui & sensibilis, secundus supremus & mentalis, omnibus nos rebus creatis, quoad possumus, ab- qui & intelligibilis, & tertius ὑπερβατικὸς i. supersolutores, per omnes gradus ascendere ac migra- suprematus, vel si dicere licet, supremissimus, in- re in eum conemur, vt ipsum si minus consequa- comparabilis & diuinus. Mundum autem censeri mur, at vel assequamur certe, pro singulorum B primum quoad nos volui hunc corporeum, cæte- capacitate, viribus. Nam hic est noster ipse, in cuius ris subsistentem, ordine forte peruerso, qui iusta Adamitis omnis lex à nobis etiam intellectua- ratione in genere causarum fuisse debebat vltimus, lis refertur, & non Moysi tantum scriptura, sed quasi receptaculum omnium superiorum. Ille & Prophetarum, & quicquid in Hagiographis constituitur primo ex cœlis & cœlibus: secun- eminuit. Totum namque id comexum, quod do ex elementis & elementatis: tertio ex natura Verbo id est, viginti quatuor nos dicimus, humana & singularibus hominibus, qui dicuntur & vos Biblia nominatis, totum, inquam, תתורה Hebraice עולם התקטן Græce μικρὸς κόσμος, & La- id est, legis appellatione nuncupamus. Vt in Da- tine paruus mundus. Vniuersum hoc corpus, uid. cap. 9. Ambulando in lege Domini Dei no- vt Aristoteli vestro placet in libro de Mundo, est stri, quam tradidit coram nobis per manum ser- C globus ex cœlo & terra, & iis contentis naturis uorum suorum Prophetarum. Hanc solam scri- constitutus, quippe cum septem habitaculis cœ- pturam decreuimus tam stabilem, & adeo esse lestibus, & septem habitaculis terrestribus, quæ firmum, vt super eam cogitatus omnes nostros quidem enumerat Rabbi Menahem Racanat in mus fundare queamus, & sublimes speculantium capite 25. Leuitici, nominibus istis primo ad cœ- hominum contemplationes haud perplexim lo- lum pertinentibus, שמים רקיע שחקים זבול מעון cato, tum qua summi Dei voce promulgata sit- מכון ערבות: Secundo ad terram ארץ ארקא גיא tum quia tanta energiæ viribus in hominum ישחה הרכה תבל חלהו contemplantissimorum mentibus solet operari, Septem quoque habita- et per eam de quibuscunque libet in sis ad sim- cula inferorum Ioseph Salernitanus in Horto nu- plicia, de simplicibus ad simplicissima, de causatis D cis (vt paulo superius audiuitis) nominatim re- ad causas, & à mundo denique inferiori ad supe- citauit. De Microcosmo autem id quoque haud riorem, à posteriore ad Messiham, qui mentis no- clam est omnibus nobis, ad hominis conditio- stræ obiectum supremum, & in vltimo gradu nem, quamlibet in partem respexeritis septem concipibile sit, tanquam ad Regem seculorum attinere, quæ sunt corpus, anima, & ex iis compo- assistendere valeamus, per quem plane tandem situm, quod נפש appellamus, vt est illud Regis in Deum transeamus incomprehensibilem: tum Sodomorum תן לי הנפש id est, da mihi hominem, etiam quoniam per has sacras literas quasi per ex quatuor scilicet potentiis animæ compositum, scalam Iacob, cacumine tangentem cœlos, cui & quatuor qualitatibus mundi maioris, qui sane Deus ipse innitatur, nostri adiecndunt angeli, & mundus, cum sit animatus, illustratur mente pro- defendantur, vectores hinc precum, inde do- E pria, quæ dicitur *Metattron*. Secundus est mun- norum, qui vltro citroque portant hinc inde dus supremus intelligentiarum separatarum, quæ supernas, vt ex vestris quidam ait. Et profe- à Cabalistis appellantur שלמים מפרדים à philo- cto nihil temere aliud etiam, quod vel fingi posset, sophis autem Hebræorum דעות נפרדות hum nostrum arctius Deo, petinde atque a- quidem mundum & speciebus plenum, & for- liquod humen introtexere, quam illam ipsam, cu- mis, & mentibus solutis, & angelis complectitur, ius meritis sic, sacram scripturam, quæ nos pri- ambit & regit ipsa Messihæ anima, quæ apud Ca- mo in rerum admirationem ducit: tum in balistas est idea idea omnium virarum, ad quam rerum pro humano captu agnitionem, deinde referuntur omnis vitalibus indiuiduis, specifica, & illarum ardentissimum qualitercunque cognitæ genetifica. Inde quasi ex vitario deprimitur vita dinatis amorem, præ re ferentem certissimum F omnis, & nominatur à Cabalistis terra viuentium, spei effectum. Per hanc cum Ezechielis animali- לפיכך דרשו בפסוק תוצא הארץ נפש חיה למינה bus homun de terra eleuamur, vt cum euntibus זוחנפש של משיחו i. ideoque commentantur, in cum, & cum stantibus stemus. Hic est solus ve- verticulo, Producat terra animam viuentem ad rus contemplationis campus, cuius singula verba, speciem suam: hæc est anima Messihæ. Quæ ver- singulæ sint sacramenta, & singuli sermones, syl- ba leguntur ita in Portæ lucis capite secundo, Et labæ, apices, punctaque eius plena sunt arcanis sicut in mundo humano, qui dicitur Microcol- sensibus, non tantum nobis authoribus, verum mus, animæ hominis dominatur mens, ita mun- etiam Christianis attestantibus. Hæc est Cabala, do cœlesti dominatur *Metattron*, & mundo an- quæ non humi degere non sinit, sed mentem no- gelico dominatur anima Messihæ, & mundo in- strum ex illis ad altissimam comprehensionis G corporabili dominatur *Adonai*. Quemetiam sicut rerum, quæ tamen nequeat animam Messihæ ra- lux mentis est intellectus agens, ita lux *Me-* tionabiliter transcendere, nisi quodam incom- *tattron* est *Sadai*, & lux animæ Messihæ est *El-* prehensibili intuitu quasi via momentanei raptus, *hai*, id est, Deus viuus, & lux *Adonai* est *Ensoph*. Ne patimus haud impossibile Cabalistis nobis Cumque consultissimis rerum naturalium scru- ratoribus facile videatur superioris naturæ infi- mum, cum inferioris naturæ supremo commu-

nicare, in tantum quidem, vt sæpius de proxime A connexis dubitari possit, contigua sint an continua, & cuiusnam existat naturæ illud, quo continua vniuntur, haud secus atque id, quo equi pes, & eius vngula conueniunt. corneúmne sit an carneum, propter immediatam existentium connexionem: idcirco etiam nunc magis sine iniuria dici arbitror, quod homo Microcosmus & mundus sensibilis ille magnus, communicant in mente. Mundus item corporeus, & mundus intellectualis communicant in *Metattron*, qui est intellectus agens primi mobilis: vnus cum natura cœlesti tanquã infetiori, & cum natura angelica tanquam superiori: mundus aũt supremus cum mundo tertio incomparabili ac supersupremo communicat in anima Messihæ quasi essentia quadam vtrinq; & angelico & diuino mundo continua: nec enim interstitio vllo anima Messihæ & *Elhai* distant. Sed est *Elhai* fons aquarum viuentium, & anima Messihæ riuus vitæ. Tertius mundus est Deitatis, qui constituitur ex eo, quod *Seraphim* vocauerunt, C Sanctus, Sanctus, Sanctus, Tetragrammaton. Dicitur quoque in Deuteronomio, Magnus, potens & terribilis, seu potius reuerendus. Magnus ante creationem, potens in creatione, & reuerendus post creationem. Et hic est אחד, id est, vnus, imo magis proprie, principium vnitatis, quia *Aleph* designat principium, & *had* vnum: quasi principium vnius, omnia in sua simplicitate vnitatis complicans. Cuius talis est emanatio secundum Cabalistas רוח דבר קול id est, Spiritus, D Verbum, Vox. Sic enim Rabbi Azariel in commentatio sanctitatis, post etiam ea, quæ nunc recitaui, scripsit his verbis, מיהיו יוצא הדבר והקול בלא מתוחת שפתים ובלא דבור לשון ולא נשמת אדמי i. Ex spiritu producitur verbum atque vox, non per apertionem labiorum, & non per sermonem linguæ, nec anhelitu hominis. Et hi tres vnus est spiritus, quia vnus est Deus, vt in libro *Ietsira* de creatione legimus his verbis, אחת רוח אלהים חיים ברוך הוא ומבורך שמו של חי E העולמים קול ורוח ודבר וזוהיא רוח הקדש שחים ורוח מרוחו. Vnus spiritus Deus viuẽs, benedictus ipse, & benedictum nomen eius, qui viuit in secula, vox, & spiritus, & verbum, & hoc est spiritus sanctus, duo spiritus ex spiritu. Hæc Abraham pater noster. Et iuxta id, quod Rabbi Hamai in libro העיון de speculatione scripsit, Hi tres, qui sunt vnum, inter se proportionem habent, vt אחד סיוחד יחיד i. Vnus, vnicus, vnitum. Quin & paulo superius idem air, והם ראשואמצעיוסוף F i. Et sunt principiũ, & mediũ, & finis, & hæc sunt vnus punctus, & est ארזת חכל i. Dominus vniuersi. Sic in volumine citato. Mundas itaque ille tertius incomparabiliter summas ex istis tribus, quæ sunt vnũ constitutus, quasi ex summa essentia, potentia & operatione, in æternum & vltra extenditur, nec concauus, nec conuexus, nec carinatus, nec superficiem habens. Nam vt scribit Azariel in libro pridem allegato sanctitatis, הוא ראשון בלי התחלה והוא אחרון בלי תכלה i. Hic est primus absq; initio, & hic est vltimus absq; termino: sane quo ne cogitatus quidẽ nostri pertingere possint, & nominatur *Ensoph*, i. infinitudo, quæ est summa quædam res secundum se incomprehensibilis & ineffabilis, in remotissimo suę diuinitatis remotissu, & in fontani luminis inaccessibili abyssi tenebrarum & contegens, vt sic nihil intelligatur ex eo procedere, quasi absolutissima Deitas per se omnimoda sui in se ipsa clausione immanens nec data fine veste ac absq; vllo circumstantiarum amictu, nec sui profusa, nec splendoris sui diffusa bonitate indiscriminatim ens & non ens, & omnia, quæ rationi nostræ videntur inter se contraria & contradictoria, vt segregata & libera vnitas simplicissime implicans: hic enim legitur in libro de fide & expiatione, גבר אסתתי לך כי מאין אינו מחסר וכי חיש הוא באין בענין שיהיה ים מאין ליש בענין ליש ללמור שהאין הוא איהיה הוא ביש בענין ליש ללמור שהאין הוא איהיה הוא חיש והיש הוא האין i. Iam dixi tibi, quod producens ens de non ente nullius eget, & quod ens est in non ente, quoad rem non entis, & non ens est in ente quoad rem entis. Et infra, Quo dicit, quod non ens est ens, & ens est non ens, ita hic scriptum legitur. Istud autem omnem nostrum intellectum transcendit, qui nequit contradictoria in suo principio combinare via rationis, quoniam per ea, quæ nobis ab ipsa natura mandata fiunt, ambulamus, quæ longe ab hac infinita retrute cadens, ipsa contradictoria per infinitum distantia connectere simul nequit, vt quidam Germanorum philosophissimus archissimus dudũ annos paulo ante quinquagintã & ducos postmodũ acceptum reliquit. Temporalium igitur rerum gratuamine remoto, & atilium disputationum sophismatibus contemptis, felix Cabalista per Cabalam, id est, recepti & credite semper tenebras erumpit & profilit in splendorem, qui attingit lumen, & ficã lumine nigras in lucem & per lucem, quanta humana potest capere mensura, illud verum luminare comprehendit fabricando entis, non autem non entis, nisi fiat hac tenus omnium abstractionem, quæ cunq; non sunt principium absolute primum. Cumque sic per hanc viã per ineffabile gaudium & alacritatem spiritus ipsa mens Cabalistæ intra profunde nominitatis secretum humilia defetens, atque retrorsa, ad supercœlestia & inuisibilia trãsferatur, omnem transcendentia humanum sensum, tunc est ad huc mortali in cute hospitatus, tamen socius Angelorum, perinde atque domicilii superni filius quidam inquilinus, cuius tam cœlebs conuersatio in cœlis esse cognoscatur, & tum quandoque eum illis tanquam vicinus suarum communitatum alteri spatiatur, animamque Messihæ vitæ quandoq; autẽ ad inferiores tam cœlestes quam cæteras naturæ virtutes angelico duxtu, tamen sine propria quoq; ratione descendat, & super eum dignitates operationesque intelligere & singulari honore venerari studet. Vnde cum intima Cabalistę cum Angelis amicitia per quam aliquando nomina diuina rite cognoscentur, ac admirandas conficit, quæ vulgus miracula nominat, vt R. Meir per nomen diuinum vel ab intero prolatum ipsam vxoris fuæ torturem a cruciatione, eo tertium, non absq; temporis mo- G mento, cum, quid acturi essent luce crastina, deliberarent. Tum ambulando ita ruminati accurrentem doctrinæ, breues dictorũ epilogos mente percenſebant. Ardentibus autem illis discendi feruore, venit in mentem, & rediit subitò in memoriam admirabilis viri Iudæi oratio, disputandi acrimonia, institutio grauis & erudita, quæ sine satietate delectet, non fucata, non colorata, sed quę vbi maxime careat floribus, ibi plurimum partas finctus. Cumq; se iam ab itinere in diuersorium contpuissent, mox in ipso consessu, antequam respirassent, cœpit ita Marranus. Omnium sapientum, quos equidem à teneris audiuerim artis, haud scio, an vllus fuerit vnquam, qui argutior in dicendo, & sublimior in sentiendo visus mihi sit hoc vno Simone, quem vel reminiscens iam memoria tenea, ita sermone suo tametsi plano, simplici, non affectato, non domi quęsito, minimeque Demosthenis oleum olente, sed magis extemporali & quotidiano metum animum ad arduæ contemplanda excitant, vt nihil conceperim gratius. Dii boni, homo Iudæus ex Iudæis ortus, altus, educatus, & edoctus, quæ natio vbiq; gen-



lis eiusmodi erat patrum memoria Cabalistis A miraculorum operatio, vt si ab inuidis & prophanis sæpius ignominiosè versuti magici compellarentur, quasi non illa opera perfecisset Michael, sed multo magis Samael, vtpelicet per incantationes Ægyptiacas, & arcana quædam, nempe virgas Cabalistarum semper deuotat virgas prestigiatorum, & salubrius agit quod cunque diuinum, quam vllam dęmoniacum. Semper enim ad humanum salutem tendit Cabalæ artificium, ultra vero semper ad perditionem vergit magicæ vanitatis vene hciũ: hoc per nomina tenebrarum & exodæmonum, illud per nomina lucis & beatorum Angelorum, de quibus, nisi more nostro Sabbathi tenam dies iam vesperi hac ipsa hora aggrauet, quoniam huc attinet, tanquam huius artis fructus quem adeo desideratis, ego sane tum principiat sentirem, magis ample tractarem. At parum abest quin nox ruat, optimi viri, secedendum nobis est, non modo ne præcepti negligés emulatorem, verum ne etiam professioni Ca- C balicæ desim, si hoc Sabbatho vltra *Sabbathai*, qui est Saturnus, suprema arcana & recondita laborioso effodiam, ac non potius silentio reuerari, & otio perfruar tantisper, dum sequens diespatefaciat. Cætera huc perendie vel quotoquoque loco, vtut elegantius, de arte Cabalistica explanabimus. Tum Philolaus, Es, inquit, difficillimas dicendi partes fortitus nostri causa, qui post meridiem, adortis nobis rorres, tam admirandas, & tanto numero perpetua oratione protulisti, quanquam nulla plane moueri visus molestia. Et ille tum, Amor, inquit, erga vos meus, vt spero, mutuus omnem molestiam absulit. Quod nisi adessent feriæ, non putarem mea interesse vos tales ac tantos discendi gratia huc profectos, ita Cabalę doctrina ieiunos & inexplebos dimittere, sed parendum est legi. Ad hæc Marranus, Ego vero Simon recte fateor, nunquam me à cuiusquam conspectu magis doctum abiisse, mihique, vel si malis ambobus, vt pro hoc quoq; recipiam, abs te quidem cumulare, quantum id temporis pati creditum est, sat esse factum. Mox Philolaus, Tu solius, inquit, tui causam Marrane agat velim, ego nondum istis, quanquam maximis, & ad doctrinam Pythagoricam familiarissime accedentibus, tamen auditori mihi copiosius hauriendis, fore satisfactum putauero, si non competendinata dies finem artis afferat. Qua de re post sabbatum istud tuum, Simon, quando singulari tua comitate nos ita fers, redibimus. Et ille, Redite dum, ait, intrepide, ac interea valete bona valetudine.

# IOANNIS REVCHLINI PHORCENSIS LEGVM DOCTORIS, DE ARTE CABALISTICA LIBER SECVNDVS.

ABEVNTIBVS inde vtrisque, Philolao inniore, Marranoq; domum, varius inter eundũ erat sermo, & nõ ineptus, quippe doctis supra modum Philosophis de hoc ipso Hebræo, cuius cum sum- F mæ doctrinæ singularem etiam commendabant experientiam humanitatẽ & in omnib. atq; peculiarem morũ dignitatẽ. Placuerunt cuncta eius humanitati præter vnũ istud Sabbatũ, futtũro (vt inde animi ratio plenũ quo à tanti magistri gratissimo colloquio diuelleretur, & in diem reiiceretur, adeo tertium, non absq; temporis mo- G mento, cum, quid acturi essent luce crastina, deliberarent. Tum ambulando ita ruminati accurrentem doctrinæ, breues dictorũ epilogos mente percenſebant. Ardentibus autem illis discendi feruore, venit in mentem, & rediit subitò in memoriam admirabilis viri Iudæi oratio, disputandi acrimonia, institutio grauis & erudita, quæ sine satietate delectet, non fucata, non colorata, sed quę vbi maxime careat floribus, ibi plurimum partas finctus. Cumq; se iam ab itinere in diuersorium contpuissent, mox in ipso consessu, antequam respirassent, cœpit ita Marranus. Omnium sapientum, quos equidem à teneris audiuerim artis, haud scio, an vllus fuerit vnquam, qui argutior in dicendo, & sublimior in sentiendo visus mihi sit hoc vno Simone, quem vel reminiscens iam memoria tenea, ita sermone suo tametsi plano, simplici, non affectato, non domi quęsito, minimeque Demosthenis oleum olente, sed magis extemporali & quotidiano metum animum ad arduæ contemplanda excitant, vt nihil conceperim gratius. Dii boni, homo Iudæus ex Iudæis ortus, altus, educatus, & edoctus, quæ natio vbiq; gen-

tium barbara, superstitiosa, vilis, abiecta, & à Asplendore omnium bonarum artium alienа est habita: perpetuam crede mihi hanc noctem ptolemæi desidetio meo viri huius vidisses vultus, audisses verba loquentis, si non miserum hoc vesperi sabbathum interuenisset. Tum Philolaus, Ne Græci quidem omnes, inquit, quibus omnium consensu tribuitur multarum artium disciplina, ingeniorum acumen, dicendi copia, tam adscendere potuissent in alta rerum arcanarum fastigia, nisi forte vnus Pythagoras ille mens, philosophiæ pater, tamen qui non à Græcis eam doctrinæ præstantiam, quin potius ab illis ipsis Iudæis receperit. Itaque receptor optimo iure ipse quoque, id est, Cabalista nominandus erat, quamuis vt post diuturnam peregrinationem & longinquo aliquid admirationi dignum referret in patriam, quod facilius vulgo crederetur, ipse nomen illud Cabalæ suis incognitum primus in nomen philosophiæ Græcum mutauerit. Quod eo argumento recte coniicimus, quia nullam discipulis suis reliquit aliqua ratione perquirendi facultatem, quin id primum sui dogmatis principium esse voluit, vt quærentibus causam respondetent, αὐτὸς ἔφα, id est, Ipse dixit, more Cabalistarum, qui ferme haud aliter rerum cognoscendarum rationes citant, quam quod aiunt, אמרו חכמים id est, Dixerunt Sapientes. Sic noster ille αὐτὸς ἔφα, id est, Ipse dixit. Ipse autem idem est Pythagoras, qui hoc modo philosophiæ nomen indidisse perhibetur, quoniam summi Hebræorum authores *Hachamim* & Græcorum ante se olim *Sophi* cognominarentur, ita veterem disciplinam nouo conatus est nominis ornamento vestire. Non autem eo tibi debent minori præconio digna videri, quæ Simon Iudæus protulit, quod sint ab ignobili Hebrææ gentis Doctore, tanquam ex barbaris authoribus desumpta, & ab homine barbaro allata, quando idem omnium maximus noster Pythagoras simul cum barbaro Equodam nomine Zoro, scientiarum prima studia iniit, adeoque id extra Græciam, quo tempore apud Ægyptios secum philosophati sunt, qui tum dicebantur Prophetæ, & Assyriorum Chaldæi, & Gallorum Druidæ, & ex Bactris Samanæi, & Celtarum non pauci, & apud Persas Magi, & apud Indos Gymnosophistæ, & ille Anacharsis apud Scythas, & in Thracia Zamolxis ante ipsius Pythagoræ seruus, quod omne Alexander ille cognomento Polyhistor, in libro περὶ Πυθαγορικῶν συμβόλων, id est, De Pythagoricis notis, scriptum reliquit, & apud Indos denique Indæi, quos appellarunt Brachmanas, vt Aristobulus Peripateticus meminit. Sane licet vera dicere, non est certe vsquam repertus Pythagoras quicquam rerum aut diuinarum aut humanarum vel à Græcis didicisse, vel à Romanis. Sed vt Antiphon edidit in libro περὶ τοῦ βίου τῶν ἐν ἀρετῇ διαπρεψάντων ἀνδρῶν, id est, de vita eorum, qui virtute præstiterunt. Accessit discendi gratia Pythagoras ad Ægyptios & Arabas, & ad Chaldæos, postquam è Syria, quæ & est & nominatur Iudæa, Pluteredem sibi magistrum & præceptorem nactus fuisset. Vnde Syrius vulgo ipse quoque tum appellabatur, quem alii Tyrium di-



xere, alii Tyrenum, ὅτι βάρβαρος ἐλλήνων διδάσκαλος τῶν ὁμολογεῖται φιλοσόφων πατήρ, i. vt barbarum & non Græcum fuisse præceptorem huius omnium Philosophorum primum. Hic Marrane, cõuina mi doctissime, penes Eusebium Pamphili scripta legisti certo scio, in volumine, arite recordor, de præparatione Euangelica, proximo, qui & hoc addidit, μικροῦ δεῖν πάσης ἐλλείπουσιν οὐσίαν, πλὴν ὀλίγων, ἀπὸ τῶν ἐκείνου μαθητῶν, id est, Tantum quod à sapientibus Græcis habuit nihil, penuria sapientiæ ac indigentia cohabitantium. De quibus, vt est in Timæo Platonis, barbaris quondam Ægyptius, sane valde senex, vere admodum vius est solitus dixisse, O Solon, Solon, Græci semper pueri estis, nullam habentes antiquam opinionem, nullam disciplinam tempore canam. Necilla non esset maxime laudandum in Pythagora præstantia sapientia & nobilitate viro, quod in aliena & longinquo solo, quæ à barbaris hominibus haberi ingenti, algu & sudore, multa cum molestia ne atque meditatione, non paucis etiam annis corrasit: ea, non dicam meliora, sed tamen splendidiora in patriam, ac vsque adeo in Italiam, qua tunc magna Græcia dicebatur, ceu numaria quæ suis reportauit, cum incredibili eunctorum fauore atque suis sectatoribus admiratione, ita vt omnes qui sapientia & doctrina excelleret, Pythagoræ auditor fuisse crederetur. Vnde Philosophica disciplina potissimum ab illo nomen accepit. Adsipulatur huic laudi Numenius Pythagoricus quidam volumine de Bono, cum ait, quod Plato atque Pythagoras, quæcunque Brachmanes, Magi, Ægyptii, Iudæique innenerunt, ea Græce pene omnia polluerunt. Quo vehementissime suspicamur, verum esse, quod affirmant viri doctissimi, & veteriarum linguarum periti, Iudæorum quoque tam recepta, quam inuenta exponi aliena lingua. Hinc Græcorum, inde Latinorum, nihil quæ artium esse in Philosophia, quod non ante Iudæorum fuerit, quantumuis hoc seculo admiranda merita gloria, & nunc vniuersa eorum ornamentum, quoniam præsens ætas omnium studiorum explicationem magis illustrem perpolitam quo desiderat. Tum vera, optime Philolae, ceu inquit Marranus, quo magis assentior Euripidi Hecubæ, λόγου δ' ἔστ' ἀφ' ὑψίστων ἰὼν ἐς ὑψίστους αὖθις εὐτυχὴς δίκει, id est, Sermo nanciscitur ex infortunio progrediens atque gloriosis altior, non idem valet. Nam si Aristoteles aliique, ac Theophrastus quispiam ea protulisset, quæ ab Simon hodie docuit, nihil omnium sementi fuisset dignius audiru, nihil grauius, nihil memorabilius, addidisset tantummodo dicendi genus magis æquabile, & aliquem eloquentiæ fucum. Nunc quoniam Iudæus est, qui suo more agebat paulo & prefsius rem omnem tractauit, haud dubium quin sordida sint futura in auribus illorum nostro æuo Sophistarum, vt ipsi sibi videntur, plane pertubtilium, si qui audiant, aut iam audiuerint, vel potius vniuersis nunc aqre prauæ aut rudi philosophantibus, appareant implicata, obscura, hirsuta, ieiuna, horrida, rusticam spirantia & peregriniam inlolentiam fontis, tamen (vt mos eorum fert) prius non quantum



examinata quidem, quasi aurum non sit aurum, A quod in luto quæritur. Post vero quam ab hoc eam homine in diuersorium ecce nostrum recta via nullo monstrante reduimus, quando cœna forte nobis præparata nondũ est, consulo vt quisque sua recitemus inter nos, præsertim digniora quæ audiuimus, & figamus memoriæ, ne labantur, dum recens omnia tenemus. Et Philolaus, Quam prudenter ait illa præcogitasti Marrane, sic enim ad audiendum pariatiores virum accedemus perinde post hoc Sabbathi monstrum, B

*Cæsar Iudæo septimo facta vitro*, vt ait Ouid. Inmera tu fellam hanc arripias, ego altercã, & constituere dicamus celeriter de omnibus, donec apparentur quæ ad cœnam congruant. Cæterum, ne detur frustra contentioni locus cum soli simus, id enim aliud nihil esset quam tempus perdere, tu prius quicquid in buccam venerit vel præteritorum aut præsentium recordandi vel commentandi gratia quocunq; accidat modo, eloquere. Sic igitur Marranus exorsa texuit: Et quanquam nequeam omne, inquit, circa quod postmeridiano tempore conuersari sumus mihi singula exacutius perpendenti videatur esse altius, quam vt admodum humi strati suspicere possimus, tamen sæpenumero quæ hominibus prima specie apparent ardua & impossibilia, tandem continuis & indefessis exercitationibus duroq; labore fiunt & plana & facilia, iuxta Maronis illud,

*Labor omnia vincit.*

Idcirco libenter in medium conferam quę ab isto D me audiuisse meminero, addamq; illis quid ipse sentiam. Hebræus sane præceptor noster de Cabala nobis petentibus tractaturus commodum ostendebat, eo nomine quid sit intelligendum. Nam Cabala receptionem designat: simul & hoc simile quod ea nostris animis esset insita semper ad summa conditione naturali rendentibus, quapropter cum desideriam nobis constaret ingenitum, & quod summę res ac diuinæ sublimiores haberentur atq; dignores, quam quod ratione humana comprehendi ac dilcerni queant. Id autem E erat ei idoneis Peripateticis est dogma. Vt enim proxio meos Arabas, cum quibus mihi extat familiaritas, citare liceat, Alpharabius in libro quem de scientiis præscripsit, hæc vtitur sentetia, quod res diuinæ ac pia fide credibiles, sunt eiusmodi, cum sint assumtæ ab inspiratione diuina, quoniam in eis sunt secretæ diuina, à quorum comprehensione debilitantur rationes humanæ, atque consequuntur ea. Hæc Arabs ille, F quod & Simon noster affirmauit, qui eos ordines appellat regiones, & in animæ nostræ tertiam regionem constituit res incorporeas ac substantias absolutæ materiæ pensione liberas & immunes, quas Aristobenes cogitauit phantastica illa & logica vniuersalia. Sed ipsas, inquam, reales formas, species, ideas, essentias, quæ sunt res abstissimæ, eas quas versantur Cabalistæ, vt audio, continuis meditationibus suis prope inenarrabilibus, & ea quæ nos sentire aut scire arbitramur, huc G reuocant, ac demum vniuersa in vnum, quod est bonum atq; primum per media reducunt, tanquam ad nostræ mentis salubertimum finem. Quod Aristoteles in 14. libro eorum quæ Postma-

turalia scripsit id quod est αὐταρκείας ἕνεκα τοῦτο εἶναι, id est, Sibi sufficiens & salus esse dixit, & Simon Hebraice ישועה nominauit. Sicut & regius Psaltes ait, Domini est salus: & super hanc generis humani salutem, omnium Simon Cabalistarum fundamenta iecit, quæ nec sint à ratione inuestiganda, nec per rationem inuestigata, vt quibus nec sensus præbuit hypostasim, nec intellectus disciplinam: summa enim sunt, & quorum causa nequeat ad æquata reperiri, à quorum cognitione disertissimus secte Peripateticæ Theophrastus scientiæ absolut facultatem: sic enim in suis Supernaturalibus scripsit, Μέχρι μέν τινος ὑπομένομεν ἀπ' αὐτῶν συμφέρειν, ἀρχαὶ γὰρ τοῦ ἀδιάστου λαμβάνοντες, ὅσον δὲ ἐπ' αὐτὰ τὰ ἄκρα καὶ ὁρωμένα μεταβαίνομεν, ἐτὶ δ' ἰσως μᾶλλον δεήσει ἀφ' τὸ μὴ ἐχειν αὐτῶν, ἐστὶ δ' ἀφ' ὧν μὴ τυγχάνομεν ἀδύνατον. id est, Vsq; ad aliquid quidem possumus per causam speculati, principia à sensibus sumentes: quando autem ad ipsa extrema & prima transsietimus, non amplius possumus, siue propterea quod non habemus causam, seu propter nostram infirmitatem. De supernis enim & diuinis, quibus nihil est prius, vndenam quæso posset demonstrationis aliquod medium sumi? Quare Plato ait in Timæo, quod illa explicate plus est quam nostræ vites sufficiant, credi autem iis iubet, qui ante dixerunt, quanquam nulla demonstrationis necessitate loquantur. Hæc ipsa Platonis verba & veri sapientis mandata ego tanti existimo, vt ea oraculi inecum loco duxerim habenda. Et si vila Cabalæ rata & stata fundamenta sunt, hæc sunt. Quapropter acerrimum diuinæ cognitionis meta & nuda fide constantis, hostem & insidiatorem arbitror logicum esse syllogismum, qui Theosophistarum ausu atque vsu, Deum & Angelos menteſque beatas & simplicissimas vitra mundani seculi virtutes & omne simul æternitatis agmen, & quicquid est vsquam historiarum de rebus supernaturalibus, id totum humanæ mortalitati subiciat rationis discursu inuenjendum, probandum, diligendum: perinde atque illas tam illustres sabstantias in Tullianum aliquod includere conetur. Hoc nimirum est Iouem vincere velle, ac salice vimine, aut tesli nautica ligare. Quod ne Thetis quidem (autore Homero) patraret, aut Centimanus Briareus ille Ægeon. Quo magia contentiosos theologistas & mugiendos sophistas iudicabo cœlitum & supercœlestium expugnatores non minus esse, quam Aloidas gemitos immanis corpora, vt ait Virgilius, qui manibus magnam rescindere cœlum aggressi. Haud secus atque Synaarites ac Babylonios olim filios Adam, hoc est, ex humana imbecillitate, quam in se non signouerunt, progenitos, turrim altissimam exædificantes, cuius culmen pertingeret vsque ad cœlum, primores בלבל *Balbel*, id est, Confusionis authores: vnde *Babel*, quam vos Babylona dicitis, nec alterum alterius linguam intelligentes. Per hos enim garrulos syllogistas, in rebus credendis pietas erga diuinorum vniuersitatem omnis amittitur, atque vincendi studio fraternum odium concitatur, venaticos canes ad seditionem paratissimos, summæ contemplationis venerium orbe toto expellendum. Triumphent hæc, si fas est

syllogismorum artificia, in natura & humanis inuentionibus atque figmentis. Sed in sacris oraculis locum sibi ne sperent vllam. Hoc enim Parmenides apud Platonem de substantiis separatis Socrati dogma tradidit, ita dicens, ἀλλὰ σὺμὲν ἐκείνων γε ἀρχομένου τῶν παρ' ἡμῖν ἀρχῆ, οὐδὲ γυμνασεῖσθαι ἔτι πω δυνήσῃ τὸ δὲ ἡμέτερα νῦν λόγου. id est, At similiter nos illis non imperamus nostro imperio, neque cognoscimus diuini quicquam nostra scientia. Et sermoni & Peripatetici astipulantur, & Aristoteles ipse tum artifex cum organum, vt aiunt, sciendi, cum in resolutiuorum posteriorum voluminе primo, Immediatorum scientiam esse indemonstrabilem affirmat. Post paulo inquit, Et non solum scientiam, sed & principium scientiæ esse aliquod dicimus quo terminos cognoscimus. Principium scientiæ Themistius ibi appellat nostram mentem, terminos vero ex quibus videlicet componuntur dignitates maximæ, subiectum & prædicatum. Sed Philoponus qui vulgo nominatur Ioannes Grammaticus explanauit hæc non parum sublimius & verius, ita scribens, εἰ μὴ φιλόσοφοι τὰν ἐξόχων ἦσαν ἢ σοφισμῶν ἕνεκα τὰ ὕστερα ἀπέδωκεν. ἀρχὴν μὲν ὑπείρομεν τὸν νοῦν ἐλληνος, ἃ τὸν ὑμέτερον, ἀλλὰ τὸν θεῖον καὶ ὑπερῆμεν ἔρως ἔχει νοῦς καὶ θεωρεῖσθαι ἔμας ἀνάγκη καλεῖσθαι δὲ τὸ πάμαν ἢ πάντων. id est, Philosophus hic quidem enarrationem præiacentis dicti sic tradidit: Principium quidem scientiæ, Mentem accipiens, non nostram, sed diuinam vt supra nos. Terminos autem ipsas intellectuales & diuinas formas. Terminos quippe illas vocat, propterea quod fines sint omnium. Cognitio itaque supernaturalium creditorum à mente pendet, non à ratione, quæ ratiocinando potest errare. Sic enim idem scribit Aristoteles, ὑπὸ ἐγένετο τὸ λεῖπον δὲ δόξα καὶ λογισμός. id est, Suscipit falsum, vt opinio, ita etiam logismus, quod est ratiocinatio. Vnde syllogismus nuncupatur. Idem denique concludit posteriora sic: Scientia, inquit, omnis cum λόγῳ, id est cum ratione est. Principiorum, scientia quidem non vtique erit. Quoniam autem nihil verius contingit esse scientia quam mentem, mens vtique erit principiorum. Principia vero dicuntur res primæ & Heliodus priscique omnes Theologi deos fecerunt esse principia: igitur hæc cognitio proprie nominatur Diuina. Et vt in Poltnaturalium primo, ille idem Stagirita scripsit, eius est posse illo διχῶς ἀνὴρ ἀρίζωτον. Id est, Iuste vtique non humana: quod vel solus vel omnium maxime illam Deus habeat, & indignus sit homo quærere circa eum vllam scientiam. Deus enim solus hunc habet honorem iuxta Simonidem. Sed cum nobis nihil magis conducat ad beatitudinem quam summarum & diuinarum rerum cognitio, qua (te rogo) via, Philolae, alia homini ad eas pergendum est, si non scientia? quibusue modis comprehendenda tanta sumamus? Tum Philolaus, Per ecastor ipse tu iter ostendisti planum atque parens. Cum enim quinque sint cognitionum opifices, Ammonio teste, post Aristotelem, qui eorum quatuor tantum in primo de Anima libro meminit. Sunt autem νοῦς, διάνοια, δόξα, φαντασία, αἴσθησις. Id est, Mens, discursus, opinio, imaginatio, sensus. Mens quidem & sensus non syllogizant horum longe superius, alterum multo inferius tione. Sed nec imaginatio quoque, cum sit sine sensus & apparitionum inde migrantium retentio. Sentibus autem nequaquam ratiocinandi bus, ne putandum quidem est apparere sine ratiocinari posse. Restabunt igitur opinio & discursus, at opinio est ipsius discursus conclusio quapropter ea ipsa non syllogizat: solus igitur curtui quæ δρόμιος nominatur relicta est ratiocinandi facultas: hucusque Ammonij sententia. in commentariis quæ edidit ad Aristotelem primæ resolutiua. Et quoniam attigi enumerationem comprehensiones & comprehensa breuiter, ne nimium tur oratio mea longius, opinor diuina esse syllogismum, nec ratione humana intelligi quæ non ducant originem cognoscendi à sensu, sed ex mera dependent fide, tantum ob reuelantis recepta & hominum beatitudinem data. Sunt tamen plurima sane quæ sic diuinæ speculationi sæpe immiscent, vt vnius hæc duo lent quandoq; liberti & inquilini communem nomen vsurpare. atq; illa crebro ita enim facere se à theologica facultate tractati partiuntur, quæ vel aliquatenus ordine obtinuerunt ad Deum, aut per se aut per reductionem, vel alia forte ratione creationis, conseruationis, perfectionis, infelicitationis, beatitudinis, salutis, & finitimum. Dolet equidem non cogito in præsentia, quod sciam naturaliter nobis cognita fieri, quorum aut in sensibus naturalib. affertur ostensio quod sint, aut in demologicis, propter quid sint. Permitto nimirum rationem, quippe à sensu quondam orti dederunt authoritate reuelantis, eorum hanc tor esse scientiam, nec in illis dominari syllogismum verum. Sed id tantum quod omnibus est stantius fides, quam qui habet, is ab Arithmo Prioribus resolutiuis appellatur, διὰ τοῦ μᾶλλον καὶ ἐπιστήμονα εἶναι. id est, melius dignum quam si esset scientia: quod explanauit ita Philonus id esse, melius cognoscere quam per demonstrationem. Ad hæc Marranus: Assentior tibi Iolae, inquit, & tecum quoque illa ipsa quæ sunt fides & pure credibilia vero subiecto esse gicis tendiculis, quæ plane magis sunt contemtibus detrimento quam lucro, ideo nostri asseuerant tam Græci quam Latini. Hieronymus ille Dalmata in Psalmum centesimum quartum scribens, syllogizandi autem theologus apud tam comparat plagis Ægypti, & sic ait, Cruciadelectice artis stimulus in eligitur, quæ liberum videatur re ipsa habere seductorem. Sed grauissime tamen fauciat mentes humanas. Quapropter doctissimus iste vir hanc technam, & vanitatem sensus & obscuritatem meræ nominat, omnino ab Hebraicis dimouit studiis, retecit, cum sæpe alias tum apertissime ad Damasum de quæstionibus sibi propositis quæstio secunda, iis verbis vtitur: De Hebraica disputatem, non decet Aristotelis argumenta componere. Et in Psalm. 143. de theologophistis ita scribit. Quando tecum cœperint disputare, ne verbum breuia sunt, sic artifici sermone concludit, vt euadere vbi difficile sit: cum enim se ignorare



syllogismis fuis, & te clauserint, & quasi maceriam fore humano discursu diuinum, neq; totum quicquid cõtingit imaginari. Ne mi tu Marrane, Christianorum me prorsus expertem aut negligentem suspiceris, Philolaus respondit, memini Athenagoram Philosophum Athenien sem ad imperatores M. Aurelium Antoninum, & L. Aur. Commodum pro Christianis legatum sic dixisse, ἐγὼ δὲ αὐτῷ τῷ λόγῳ τῷ τῶν ἐκ προφητείας ἐνθουσιασάντων εἶναι, ἀλλὰ συμφέρεσθαι ἃ θεοδιδάκτους εἶναι ἡμᾶς ἀναγκαῖον ἔχειν διανοίας. id est, Atqui & per ipsa dogmata quibus innitimur non humanis certe, sed diuinitus missis & Deo doctis, persuadere vos, (non sicut de prophanis tenentes) possumus. Vbi aliter de prophanis persuadeti, aliter de diuinis infinuat. Tametsi aliquam multos ex vobis nouerim, qui omnia logicis adinuentionibus confundunt & fusq; deque naturalia mathematicis principiis, ac tutius theologica naturalibus statiunt confirmantque. Sed handquaquam causæ diuinæ sunt naturalibus pares, nec valent naturalia dirigere diuina, longeq; minus illa quæ sola fide cõstant vlla ratione possunt demonstrare humanitus scibilia. Sicut nec ea quæ sunt pure credita necessario inferunt naturaliter scita: præstantissimus enim ille veiter Dionysius Areopagita, quem ego aut reliquias aut imaginem Pythagoreorum (vt arbitror) haud insipienter existimauerim, super theologicis illis cognitionibus in libro suo de Diuinis nominibus, ita loquitur, οὐδ' ἡμῖν, inquit, ἀνεῖται ἐμφέρεσθαι τοῖς αἰτίοις καὶ τοῖς αἰτίοις, ἀλλ' ἐχομεν μόνα τὰ αἰτία τὰς τῶν αἰτιατῶν ὑπερβολὰς ἐκείνας, καὶ τὰ ὑπ' αὐτὰ τῶν αἰτιατῶν ὑπερβολάς. καὶ ὑπεροχὴν ἔχει τῶν τῶν οὐσίας ἀρχῶν λόγων. id est, Neque enim consequens illatio causatis & causis, sed habent quidem causata illas causarum receptas imagines: ipsæ autem causæ causatis abstractæ sunt, & supernæ residentes iuxta cuiusque principatus rationem. Quo captiosius aliquorum ex vestris retiaculum & fallacius dogma est, in rebus sola fide reuelata constantibus, syllogismorum proprietate nedum vtendum, verum etiam pati dignitate credendum esse quicquid ex sacris oraculis per syllogisticum artificium sequitur, ac bona, formali, necessaria, logicaque consequentia infertur. Nihil enim tam distat quam esse diuinitus reuelatum & humanis inuentum. Vnde in mera fide pure credibilium credere & scire sunt maxime disparata, vbi nunquam conclusio syllogismi fore potest euidentior ex præmissis, etiam si præmissis euidetia certa misceatur, tamen semper conclusio partem sequitur infirmiorem. Recte igitur vel hoc affirmamus quod in eodem subiecto & respectu eiusdem veritatis, non potest simul stare habitus fidei acquisitæ & habitus scientiæ per demonstrationem gentæ. Qui ergo contradicit sacris oraculis, is execrabiliter contradicit fidei. At vero qui alicui conclusioni humano ingenio, subtilibus inuentiunculis, Aristotelicis technis, Eleaticaque disciplina, cuius autor fuit Zenon τῆς ἐριστικῆς φιλοσοφίας ἀρχηγέτης, vt Galenus ait, siue Chrysippi tendiculis, aut sophistarum syllogismis ex sacrorum oraculorum reuelatis collectæ atque illatæ contradicit, is tam non fidei contradicit, sed scientiæ humanæ repugnat, non diuinam illuminationem, sed mortale industriam ab-

nuens haud execrabiliter, sed errantes forte, aut quandoq; pertinaciter, nō autem turpiter. Quoniam modo igitur affirmare quis audit diuinit' reuelato, & humanitus intento pari dignitate credendum esse, nisi qui totus paticatur syllogismo, sicut bos fœno? Sane quæ (amabo te) intercedit dignitatis paritas istius & illius? Credibile illud, at istud scibile. Mens illius sedes est, istius ratio: illud defluit à lumine supremo, istud ex sensu ducit originem. In mentis regione aliqua sunt necessaria, quæ in ratione sunt impossibilia. In mente datur coincidere contraria & contradictoria, quæ in ratione longissime separantur. Non est igitur omnino verum, si præmissæ sint de fide, conclusionem idcirco fore de fide. Nam execrabilis est propositio hæc, Nullum adorandū est creator. Multo etiam execrabilior ista, Omne sculptile est adorandum. In eis namque ambabus blasphematur fides: attamen & sacra & fidelis non est hæc inde consequens, Nullum sculptile est creator: quam quia naturali ratione demonstrare possumus, veritas eius non pendet ab autoritate reuelantis: sed eius euidentia longe credita fide minor est. Pari fusu fallimur assentiendo, quia conclusio sit de fide idcirco aliquam præmissarū esse de fide. Quis enim ignorat Hebræos, Christianos & Agarenis esse summa fide creditū quod sculptile non sit adorandum, ad cuius tamen assertionem inferendam naturalibus vtar præmissis, nullum lapidem esse adorandum, sculptile autem videmus lapidem esse? Tum Marranus, Commodum mihi Philolae reducis, inquit, in memoriam nostrorum quotundam elenchos sophisticos, quum dicunt, conclusio est hæretica, ergo aliqua præmissarum. Qua in causa mitor supra quā dici potest, quod isti aliquos vel homines quandoque inueniant, qui eis talia credant. Sed quid ego Æthiopem lauare conor, qui nulla opera candefcit. Sunt præterea quæ tametsi reuelantur, tamen etiam sequuntur de reuelatis, quæ si acceptentur à credente, fides potius erunt quod reuelata, quam scientia quod illata. Sicut quæ præcipit Ecclesia mea esse credenda etiam quocunque ingenio composita, præsumuntur poti' à Spiritu sancto esse reuelata, quam humana ratione inuenta, quantumuis quadam syllogistica subtilitate inducantur. Sic ille ad Ecclesiam Alexandrinam scripsit Imperator Constantinus de concilio Nicæno dicens, ὁ τῶν τριακοσίων ἐμοῦ ὁρίσαντος ἀριθμός, οὐδὲν ἄν ἔχοι ἕτερον ἢ τοῦ Θεοῦ γνώμη, μάλιστα ὅπου τὸ ἅγιον πνεῦμα βούλοιτο καὶ τηλικοῦτοι καὶ τοσοῦτοι ἀνδρῶν τὰς διχονοίας ἐκκεῖσθαι, πῶν ὅσιον δοῦναι ἐξεφαίνετο. id est, Quod enim trecentis simul placuit Episcopis, nihil est aliud quam Dei sententia, maxime vbi sanctus Spiritus talium tot & tantorum virorum mentibus incumbens diuinā voluntatē declarauit. De Episcopis loquitur hic, Ecclesiam vniuersalē Spiritu diuino agitatā repræsentantibus, non de quorumlibet quantumcunq; polyphemorum heteroclitis sine cerebro capitibus. Abeant igitur in officinam fusam mixtiones syllogismorum de esse, de necessario, & de contingenti, aut si qua sint alia logicæ curiositatis possibilia seu impossibilia. Nulla enim est orationis fideliter creditæ ad necessariam propositionem æqua comparatio, cum



A necessaria possit esse dubitabilis, reuelata veritas nihil sit euidentius. Ne igitur occupenti euidentia mixtiones adyta sacrorum, ne molestent phantas, quin imo secedant (si aliquid possint) ad artes sellularias, aut naturas cernentes, aut supputationes mathematicas, ne transeant terminantes, ne attingant πῶν ἀδόκητον καὶ κρύφιον μυστηρίων καὶ συμβόλων ἄῤῥητον. Recta, inquit Philolaus, incedis amice ad Pythagoræ prudentis viri diuiniore doctrina imbuti obiicuras laruas

B nullis humani ingenij argutiolis penetrandas, quæ nobis ambigendi formidinem inijciunt quam generent adhærendi firmitatem. Non enim poterit diuinorum tantus splendor pertentes & anules sophismatum tenuitas vtpote cum à nostris noctuinis oculis cerni. Sed opus est amplissimis cogitandi & credendi vitibus, quibusmeque (vt ait Terentius) fide & tacinatione. Quo motus Pythagoras, omnibus discipulis orbe hausti primus Philosophiæ creditor, in

C hil prius (vt scripsit Apulenus) discipulos suos docuit, quam tacere. Nam hoc erat primum cœnobiatuæ sapientiæ tudimentum, meditari quod discere, loquitari dediscere. Perinde atq; tam augustæ maiestatis Pythagorica sublimitas multo fit digniot, quam quod puerliter tactatis pennis quitando & garriendo comprehendi possit. Sed vero nobis patet ex iis quæ è Simone accepimus, etiam Pythagoram sicut cætera Cabalistarum, in hoc quoque genus doctrinæ in Græcam auditorem, scilicet quod de quæstione altissima discipulo interrogatus taceat. Interrogatus vero iterum respondeat, αὐτὸς ἔφα. Ipse dixit. Sic Cabalistæ respondent אמר רבי חסידים id est, Dixerunt sapientes. Et Christiani quoque suis dicunt πίστευε id est, Crede. Tum Marranus, Fortasse non tatu Philolae, quibus id & Imperator Iulianus improperauit dicens, ὑμεῖς ἀλόγιστα καὶ ἀσυλλόγιστα καὶ ἀνεπίστατα πείθεσθε, καὶ ὑμῖν τοῦτο θεῖον. id est, Vestrū irrationalitas & rastreitas, & nihil vltra pensi

E Crede, vestræ est sapientiæ. Cui conuitio Nazarenus in prima inuectiua prudenter occurrit, æquiparet hoc Pythagoreis in primum & maximum disciplinæ fundamentum, tacere: deinde quibusdictis exhibere rationem, nisi αὐτὸς ἔφα, quippe ipse inquit nos redarguat, quippe ὁ τῶν ὅλων κύριος καὶ δημιουργὸς καὶ πατὴρ αὐτὸς ἐστιν, ὁ τὰ πάντα συλλαβὼν καὶ τὸ κρίνειν ἔχων. id est, In idem dente illo, ipse dixit, & apud nos crede, hic est syllabis & verbis: ira Nazianzenus. Habemus

F nunc memoriter eorum qui præ quibuslibet cæteris sacra diligentius tractauerunt, vnanimem assentiendi morem, videlicet Cabalistarum אמרי רבותינו Pythagoreorum ἔφα, Christianorum πίστευε. Certum quicquid aliorum est, diuinum non est. Equidem ante intacto cogitari tantum, Philolaus ait, ea omnia ex Hebræorum fluxisse Cabala, non certo certius scio: clare namque video, quæ nuper Simon nobis ostenderit philosophiæ Italicæ hoc est Pythagoricis adamussim quadrare, e

G haud abs re iudicauero Cabalistarum & Pythagoristarum inter se eminēta eiusdem esse formæ. Omnia namque studia nostra vtiq; tendentia ad humani generis salutem, & omnia cuiuscunque substantiæ aut substati, continuo ad ideas referuntur



quæ rerū sunt, & idearum ideam. Vnde vtrique A mantium. Quo plane intelligitur alios etiam illic esse immortales secunda deos (prima enim secunda referunt) entia incorporea singularia & individua, non præteriali numero sed formaliter formali inter se differentia, puta spiritus ab omni materia liberos, simplices & impermixtos, suapte natura extra cœlum sensibile commorantes, & vt ait Aristoteles, nec tempori nec loco astrictos, vnde nec senescant nec transmutentur, multo magis nulla variatione nec alteratione, nulla denique passione affecti sufficientissimam sibi & optimam ducant vitam, habitentque æternitatem, quod nuncupatur æuum, & Græce αἰών quasi ἀεὶ ὤν, id est, semper ens, quoniam idem illud seculum semper fuit, est, erit, intemporaliter, in mente diuina, ex energia tamen Dei foras creatum, & extra cœli nostri conuexa constitutum, pro domicilio splendidissimo spirituum beatorum, quos Pythagorei veros deos existimant in sublimi æteris vertice locatos cum prorsus obiectu. tum retro partu quiternos, scilicet æuo immortali & diuino præditos. Ab ipso autem eodem æuo etiam aliis dispensatum est & tributum esse & viuere, his quidem clarius, his vero obscurius, vt idem dixit Aristoteles. Quid autem id sit per quod dispensetur & tribuatur, ab hoc æuo diuino & immortali rebus aliis, hoc est inferioribus, esse ipsum non fortuitum obiter, aut perfunctorie illapsum, sed cuiusliber speciei consimiliter subsistentium, certe primi omnium Pythagorei Socrates & Plato sequentes

B passione affecti sufficientissimam sibi & optimam ducant vitam, habitentque æternitatem, quod nuncupatur æuum, & Græce αἰών quasi ἀεὶ ὤν, id est, semper ens, quoniam idem illud seculum semper fuit, est, erit, intemporaliter, in mente diuina, ex energia tamen Dei foras creatum, & extra cœli nostri conuexa constitutum, pro domicilio splendidissimo spirituum beatorum, quos Pythagorei veros deos existimant in sublimi æteris vertice locatos cum prorsus obiectu. tum retro partu quiternos, scilicet æuo immortali & diuino præditos. Ab ipso autem eodem æuo etiam aliis dispensatum est & tributum esse & viuere, his quidem clarius, his vero obscurius, vt idem dixit Aristoteles. Quid autem id sit per quod dispensetur & tribuatur, ab hoc æuo diuino & immortali rebus aliis, hoc est inferioribus, esse ipsum non fortuitum obiter, aut perfunctorie illapsum, sed cuiusliber speciei consimiliter subsistentium, certe primi omnium Pythagorei Socrates & Plato sequentes

C præceptorem suum, discipulos illius familiæ docuerunt, cum audiuissent Pythagoram semper de diuinis obscure loquentem, dicere solitum, quod Tetractys traderet animæ nostræ fontem perennis naturæ, tunc plane intellexerunt Tetractyn esse ideam in mente diuina tradentem, & fontem esse ideam exemplarem traditam, & perennem naturam esse ideam rerum essentialem receptam. Quare Alcinoo teste dixerunt hoc modo, ἔστιν ἃ ἰδέα τὰ ὡς πρὸς θεὸν, νόησις αὐτοῦ, ἢ ὡς πρὸς τὸν αἰῶνα ὄντα ὁ χρόνος. id est, Est idea quoad Deum quidem cognitio sua, quoad sensibilem autem mundum exemplar, quoad se ipsam vero considerata, essentia: cœu loquentis vox (vti est apud Areopagitam) vna cum sit atque eadem, à multis atribus vt vna percipitur. Est enim vox primo in vociferatore, secundo in vocalitate, & tertio in quolibet auditore. Quomodo autē in mūdo sensibili semper sphæra prior in omnes eam sequentes influit, ita in mundo intellectuali non tantum singulos chotos superiores influere arbitramur in omnes chotos inferiores, verum etiam totum mundum superiorem influere in totum mundum inferiorem, vt omnia pro suo captu, quantum fieri potest, momentanea ad æterna, & infima reducantur ad summa. Nihil tamen mere creaturarum ad tertium mundum reduci potest, nihil enim tantæ sublimitatis suapte natura capax est, nisi Deus: atqui tertius, inquam, mundus ille supersupremus omnes alios mundos continens solius Deitatis est, vnaque diuina constat essentia, vt plane mihi videatur recte cognominata παντοκράτειρα ὑπερκόσμιος. id est, Omnipotens sedes locata, imo existens super omne æuum & super omne seculum

D

E

F

G

(est enim seculum seculorum) ὑπαρξεως ὑπαρξεως, οὐσιας, οὐσιως, ὀντοτης καὶ ὑποστασεως. id est, Existentiæ, subsistentiæ, essentiæ, naturæ, entitas & vnitas præexistens. Quod Pythagoras noster le appellauit, & Parmenides Pythagoreus ὀν, vtetque haud absimili tatione, ὅτι ὑπερουσιος, ἡ, καὶ τὸ ὄν, ἑν. id est, quod supereſſentiale vnum, & ens, vnum. Sed nemo antiquitatis tam peritus aut tantus contemtor maiorum esse optauerit, vt tantum & tam sapientem Pythagoram existimet tam anili amentia correptum fuisse, quod puraret abaci numeros aut pueriles talos quibus iactarent vultorios quatuor, aut mercatorum calculos cæteriaque id genus esse rerum omnium principia, quæ non solum rebus non præsint, verum etiam secundum res accidant. Quin potius intelligi voluit ipsum essentialiter & simpliciter vnum, à quo, & ex quo, & per quo, & in quo, & ad quod omnia sunt, & ordinantur, & permanent, & continentur & implentur, & conuertuntur: idemque esse primum vnum & primum ens, quod in secundo Postnaturalium testatur Aristoteles his verbis Πλάτων μόνος καὶ Πυθαγόρειος οὐχ ἁπλῶς τι τὸ ὄν, οὐδὲ τὸν, ἀλλα τοῦτο αὐτῶν πάλι φύσιν ἔχειν, ἀνάγκη τὴν οὐσίας ταυτὰ, τὸ ἑν ἔχειν καὶ ὂν τι. id est, Plato namque & Pythagorei non aliud aliquid ipsum ens, neque ipsum vnum, sed hoc eorum naturam esse, ceu existentis essentiæ idem vnum esse, & ens aliquod. Sane Xenophanes ille Parmenidis præceptor & idem Pythagoræ coæuus, quanquam omnia celare mos aliorum fuit, tamen vilus est clarissime nobis explanare quid ipsum vnum esse intellexerint, de quo in rerum principiis verba fecerint. Dixit autem illud vnum, esse Deum, quo liquidius Pythagoræ arcana nobis patefiunt, cum statuit infinitum & vnum & numerum esse prima rerum principia. Per infinitum nihil aliud significaris quam ipsum posse: nihil enim quis vnquam ne cogitauerit quidé prius ipso posse, quod maxime infinitum in Deo est, imo ipsum, infinitus Deus est, in quo non separantur esse & posse, quod omnium produetibilium & singulorú quorumque continet essentias virtutes & operationes cum omnibus proprietatum & accidentium connexibus differentiis & vniombus. Cæterum Pythagoræ assentiuntur etiam ea in re Anaxagoras, ante quos viros nullam Græcos omnes Dei habuisse cognitionem Eusebius Pamphili autor est. Dixit enim Anaxagoras, Quoniam erant omnia simul. Et Democritus, Erant, inquit, omnia simul potentia, videlicet δυνάμει. id est, in ipso posse. Hæc est illa quoque mixtura siue rerum commixtio Empedoclis & Anaximandri, nequaquam tamen in aliquo Heliodi aut Aristophanis chao noctę & erebo confusa, sed in Deitatis pleno lumine discreta, & in ipso infiniti luminis intimo penetrali ordinata: quanquam si haud iniquè intelligatur Heliodus, certe chaos noctem & tenebras non esse rerum principia, sed ex principiis orta statuit. Id enim in Theogonia protulit, ἐξ ἀρχῆς καὶ πρὸ ὅτι ὑφίστη γένετ' αὐτῶν. τοῦ μὲν φασὶ γενέσθαι χάος ἠδὲ. Deinde sequitur, ἐκ χάους δ' ἐρέβους τε μέλαν τε νύξ ἐγένετο. id est, Ex principio & ex quando aliquid primo factum est, certe primum chaos factum est. De chao autem aliter in Auibus scriplit, χάος λῶ καὶ νὺξ τάρταρον ὠκύπτερον. id est, Chaos erat & nox erebusque nigrum primo. Sed ita fingit poetice Mortum more, alludens suis auibus, vt ex eius posset amorem excubare, ac simul Orphei sequitur in Argonauticis, non absimiliter locutus. Quapropter hoc idem repetendo nusquamque meminerim, omnia & singula in deo ipso posse, non confuse, non in chao, non in erebo, nec obscuta nocte. sed discrete ac ordinate in pleno lumine, scilicet in ipsa luminosa & omnifulgentissimorum radiorum splendidissima claritate ac illustris & illustrantis essentiæ & diuinæ intuitu notitia cognitione verlari, quæ opportune ab antiquissimis philosophorum ideæ nominatur ὅτι ἐν ἰδέαι, τὸ γένετον, cuius quidem posse esse, cum omnia complectatur mentalia, rationalia intelligibilia, sensibilia, vitalia, subsistentialia, adhæsibilia, & adhæsiua, non tamen omnium quæ sunt, verum etiam quæ non sunt, sed vere illud poterat infinitum appellare Pythagoras, quod & à sapientissimis dictum erat ἀπειρον ἀπειρόν. id est, Infinite posse, quoniam & ipsum est infinitum, & vna eademque infinita & essentiali idea complectitur res infinitas. Nihil enim vel fuit, vel est, vel erit in superœlestibus, subtilibus, terrenis, corporeis aut incorporeis, in angelis, in hominibus, in brutis, in plantis, in mineralibus, in tota vniuersi natura quod non posse, id (vt Grammatice loquuntur) potis sit. Ex hac omnia prodeunt. & hæc est, ἀπειρὸν ὑπὸ πάντα τὰ ἀπείρων ἀπείρως ἀπείρως. id est, Infinite potens & omnipotens potentifica potentia, quæ nihil aliud est quam diuina essentia, extra quam ante omnia vnum produxit deus. Istenes, Matrane, totum meum Pythagoram. Dat primus numerus est, vnum vero principium omnium. Quia si credis Xenophani vt ante omnia vnum illud Deus est, & cum intra eius numinam productio duorum manserit (numerus enim se ipso constituitur. Boetio peripatetico autore, iuxtaque vnum solus binarius naturalis est) tum necessario, duo quoque illa, Deus sunt, quoniam intra Deum nihil nisi Deus est. Ita igitur hæres principium & primum cum sint, & vnam Dei essentiam non excant, tum Deus, tum vnus sunt, non enim essentia eo fondium, quod ex vno duo producta numerantur, sicut ex binis quoque corporeis sæpe fit vt vnius numeri in dutatem (sit venia comparationi) vique ad terna progrediatur, manente rerum substantia vt stipitis & furculorum, vel æquinis, vt hominis corpus, brachium & digitus. Ex vno itaque numero diuinis producente, duobusque productis, tertia nitatorum tur, quibus rebus si addatur essentia deitatis, eas formaliter distincta, erit formalis quaternarius quæ est infinitum, vnum & numerus diuinus, omnis numeri substantia, perfectio, & finis. Nam vnum, duo, tria, quatuor, collectiuo progressu decem conficiunt, & extra decem nihil est. Quare hoc ipso intellexit Pythagoras esse quoddam rerum principium esse, quod Tetractyn nominauit. Nam τετρακτὺς Græce, quaternitas est, & ἀειὸν, formale solis, siue radiantis essentiæ



li formaliterre licet iam supersubstantiali, Deus ipse, vnum illustre nomen constituit quaternitatis, velum quatuor inter se formaliter distinctorum. Vtque factum à prophano segregaret, operosa ratione nomen sanctum per Yplilon scripsit, cum ἀετὸς vulgo per iota scribi consueuerit. Adhuc autem & ipse quoque Tetractyn, vt Deum aliquem hoc loco excellenter in genere masculino prouulit, quo more Latini veteres Cupidinem aut Venerem masculine pronuntiarunt, cum alias instrumentalem quaternitudinis numerum ipsam Tetractyn genere fœminino eloquantur. Deum autem se illum ostendere volüit, per quem ipse iurauit, μὰ τὸν τετρακτύν, quo nihil haberi debeat veneratione dignius. Ioan vt Aristoteles ait, ὅρκος τὸ τιμιώτατόν ἐστιν, id est, ornamentum est honorabilissimum. Ego sane hic in loco Hierocli non adstipulabor qui aurea carmina Pythagoram ipsum conscripsisse opinatur. Arqui pariter optarem propter mirificæ sanctitatis reuerentiam, quod Tetractis Romana Regem Ægypti, cui nomen Soter, id est, Salutator extitit. Romanis quoque Cuttius ipse sua morte terram teddidit salu:m, & sua capita Decii pro patria seruanda fortiter denouere, communis salutis nutrici authores. Tum Matranus: Libenter, inquit, te interpellando monerem, vt quæ nobis à Simone tradita sunt, perspicacius animaduerteres, & paulo æquius intelligeres. Post enim quammulta de Cabala ille vir omnifariam sectæ suæ peritus disseruisset, quid modo esset, & ad quid vtilis, ostendisserque, & quod esset recepta reuelatio, & quod facile nobis iter aperitet ad beatitudinis fastigium, & summam fœliciratem: tum rogatus à nobis, quidnam illud esset, quod præcipuum diuinitatis reuelatum fuisse putaret, ad quod generatim omnes diuinorum reuelationes reducerentur? aiebat id esse, quod dicitur, postruinam primordialem generis humani vniuersalis restauratio, quæ salus nominatur, & quam daturus foret homo iustus & pacificus, vir heros: cuius nomen quatuor continetet in miserationibus literas, ad quem nos ipsos cunctis negotiis secularibus absoluentes, libere conari debeamus per omnes gradus idoneos ascendere ac migrare in ipsum, pro sua quisque virili: quoadque simt huc omnes actus nostri formandi, huc omnis contemplatio dirigenda, huc tendat omnis facta Iudæorum scriptura, quæ nobis quasi scala Iacob fore queat super terram sita, & cacumine rangens cœlos, per eam transcendere nos mundum hunc posse corporeum, vsq; in alterum mundum angelicum, etiam ad ipsam Messihæ illius Saluatoris animam, quæ sit omni. m animarum Iudandarum requies & satietas, extremusq; finis omnium, quem progredi nusquá valeamus: quoniam terminet summum habitaculú mundi supremi, & communicet eum mundo supersupremo, siue dum per Grammaticos dicere liceat supremissimo: quin potius incomparabili, ad summum, hanc esse omnium hominum perpetuam salutem cunctorum bonorum aggregatione completam. Quæ si meminerit à Simone sic esse proposita, quanquam per ambages, mea quidem sententia, non dubitabit, nec illos tuos saluatores, nec etiam Iudæorum

quosdam, de quibus viginti quatuor Biblia sæpe honorificam fecere mentionē, in tanta vnquam fuisse dignitate constitutos, vt generi humano salutem vniuersalem afferre potuissent, per quam homines in omni orbis terrarum spatio, quotquot essent, sempiterno æuo lætę frui, & cum Deo post lapsum redire valerent in gratiam. Quid enim de tuo Æsculapio complures senserint alii, tu videris, qui asserunt illum meretricio incestu natum ex Coronide venusta muliercula, de qua canitur, *Pulchrior in tota quam Larissa Corone.* Non fuit Æmonia, & eam sæpe in templo Apollinis subegerint atque compresserint facerdotes, qui adulterinis complexibus à se genitum Æsculapium, finxerunt Dei filium esse isto loco culti. Apis autem Ægyptius, qui artem medicinæ primus Græciæ intulit tam insignis eo seculo templarius, vt etiam mortuus in templis pro Deo coleretur, singulari erga sacerdotes Apollinis fauore ductus, infantem suscepit alendum & instituendum, quem discipulo quondam suo Chironi Centauro deinde commendauit medico peritissimo, vt artem curandi tuendique corporis in Æsculapium transfunderet. Quo facto, in virum euasit Æsculapius, & fama & opibus magnum. Auaritia vero tum instigatus, & cupiditate honoris diuersas mundi regiones ad pecunias atte medica corrodendas peragrauit. Iamque diuitiis plurimum abundans, & fama ingenti præditus, itulte se Deum nominauit: promittens non solum ægrotis sanitatem, verum etiam mortuis denuo vitam, super quo Ioui superbiæ suæ pœnas dedit, nam fulmine ictus periit. Sic enim Pythagoreus ille Piadarus Pythionicatum tertio super Æsculapio cecinit, χειρσὶ δ' ἁρα φροντις ἰᾶσαι δ' ἀμφίον, ἁμπαὶαν φίρμακα δόλλαν πίκτοις, αἰ δ' ὑπὸ καὶ χρυσὸν δίκτεν ἁμφὶ μέρει, id est, Manibus ergo Iupiter proiiciens ambabus, respirationem præcordiorum desumpsit subito. Ardens autem fulmen infixit mortem. In hanc sententiam Apollo querulus super Æsculapii filii morte Euripidi fingitur, τοὺς γὰρ καθαντὰς παῖδα τὸν ἰμὸν αὖτις ἀναλωτοὺς φίρουσιν ἰμοὶ δόλιοι φλόγα. Quare nisi plane in diuinis plumbei sumus, hominem tam alienum à dignitate, saluatorem esse humani generis non putabimus, & ne in vniuerso quidem sanatorem, qui opem non alibi, quam in Pergamum, & Ioniam, & Taranta, & Romam, & Con, & Ægas, ac in eas circa regiones contulit. Nimio tu victus amore tuorum Maranne, Philolaus inquit, plus quam veritate, omnes homines minoris æstimas, immo quam minimi censes, qui non Galilæi sint. Peruersus hic mos est, mea sententia (sit venia verbo) non modolaudem alienis non admittere, sed & vituperare, nec tibi, vt video, satis fuerit tuis; similibus, optimos vitos sito seculo virtute claros, quos antiquitas ob egregia facta in Deos retulit non esse Deos contendere, nisi & se Diabolos tartareos feceris. Ita Lactantium tuum hoc in loco imitatus, qui decimo capite libri primi ad Constantinum Imperatorem sic scripsit, Æsculapius & ipse non sine flagitio Apollinis natus, quid fecit aliud diuinis honoribus dignum, nisi quod sanauit Hippolytum? mortem sane habuit clariorem, quod à Deo meruit fulminari. Hæc ille. At lingua omnis, quæ felle obducitur, vero gustu caret. Fatetur is tamen tres illis diuinis honoribus dignam, largiri sanationem, quod & secum omnes fatentur ægroti. Sed quid aliud fecerit Æsculapius, si nescias Lactantium, Socratem sapientissimum interroget, qui gallum ei offerendum vouit, vt est in Platonis Phædone, non vt sibi corpus sanaret, qui iam mortem adiudicatus venenum biberat, sed vt patrem Apollini, hoc est, primo & incorporeo Soli animæ vitæ dispensatori, animum tranquille moriturum cum lætitiæ iubilo, & Pæane redderet. Nam gallus Apollini Phœbo, qui Sol nominatur, dicatus est, horarum & diei lætus nuntius. Æsculapius autem dictus est à veteribus Iubilatio Apollinis victoria & triumphus, qui Pæan appellatur, ex quod pauam, cessationem & quietem post liberationem nominarint. Ea enim ætate constituerunt inituri pugnam prius Marti, & post pugnam victores Apollini Pæana referre. Quomodo igitur Socrates in Æsculapio, qui est Deus, solem vitæ datorem veneratus sit, tamenmoriturus, doctissimorum hominum rectissime videtint, dignum sane ratus & optimo cuique officiosum, huius mundi Pythone maximo serpente victo, & pedibus calcato, quando per mortem celeriter ad veram vitam iter capessitur, Æsculapio quidem gallum offerre, id est, Pæan celebrare. Sic Orpheus vetustissimus vatum, & coætaneus istorum Deorum: nam (cum Tyndaridis & Hercule nauigasse perhibetur) in hymno cecinit, ἰατῆρ πάντων ἀσκληπιὸ ἅλιπλοε σῶτερ, ὃς μάκαρ ἐωτὴρ βιοτὸς τέλος ἐὐδολὸν ἐσσί, id est, Sanator omnium Æsculapie domine Pæan, Veni beate saluator, vitæ finem bonum præbens. Multos se Iulianus Imperator nouisse asserit in summis periculis Æsculapio adiutos, & se ipsum magre laborantem sæpe medelis eius salutem esse fatetur, ad hoc testem citans Iouem. Sed quid hæc ad vniuersum mundum, respondit Marranus, cuius Messiha prædicatur Saluator, nec eorum modo, sed animorum. Et Philolaus ad ea. Tu vero Marrane quid de Hercule? nonne eorum formator, & omnis ingenuæ disciplinæ in cunctis orbis terrarum locis præceptor fuit? Is de illa imago Hercules apud Celtas pernotalis quidem, & vero similis, vbi senex ipse homines innumerabiles singulos catenulis aureis colla retractos à lingua pendentibus trahit quo vult cum Celtæ vernaculo sermone Ogmion nominant. A Luciano sit eius memoria in alloquio de Hercule Celtico, super quo illi dicunt, ὦμαι τὸν ἡλιάλεγμα πάντα ἡγούμενον ἀξιῶ ἀλλὰ ἡμᾶς ἡμίμυθον. id est, Nos Herculem verbo & exitione omnia opinamur effecisse, cũ sapiens fuerit. Nam virtute domare vitia, & ignorantiam auferre doctrina, nihil aliud est, quam calcare monstra, & angues necare, leonē Nemeęum elaua percutere, hydram Lernæam interimere, aprū Erymanthū occidere, cernam in Menalio nemore antea cornua gerentem capere, Stymphalidas antea in aues fugitiu confodere, Antæum intra vlnas frangere, columnas in Oceano figere, Geryonem tricipitem vincere, bones abigere, tauros premere, Acheloum monomachia superare, Diomedis equos, & Cerberum, & auro Hesperidum mala, idque genus facinora cætera quamplurima, totum virtutis fuit, horum tecte institutionis officium, & bene vitandi exemplum. Tum Marranus: Dicerem (inquit) ista, eo ne ipsum Deum esse putes, qui tam alienum de illo existimationem, nisi tu primum eiusmodi tulisses ægre, breuique ostendere fuisse hominem, vt nos sumus, vel paulo inferiorem, licet Preti Agenorisque prosapia nobilem. Siquidem ex Agenore Prœtus erat, Agenatis autem Belus frater, quo natus est Ægyptus, quo Lynceus, quo Abas, quo Danae, cuius fuit Perseus, cuius Alcæus, cuius Amphytrio, cuius (vt putabatur) Hercules, quem tamen natum Iouis aiunt, id est, adulteri cuiusdam fuisse filium. Nam ex Alcmena Iphiclus Amphytrionis Hercules Ioui, vno partu, si famæ creditur, editi sunt in lucem. Hercules vero incensus igni sacro petiit, quoniam Deianiræ vxoris attentatam pudicitiam in Nessum Centaurum iaculo vindicauit, quam ipse in Iole captiua puella non exhibuit, per quam inique suspicionem adulterii falsati vultus, qui ex adulterio conceptus adulterium pariter ipse commisit, in cæteros nescio quam iustus, in seipsum certe iustissimus. Tu ne talem mundi saluatorem fore credas Philolae, qualis fuit Hercules, aut qualis Æsculapius, ti non aliam ob rem, vel ob id falsem, quod vterque tanquam ab deo fuisset, nam vt de amborbus apud Lucianum in Ecclesia deorum Momus ait, ἔτι τὰ σώματα ἡμῶν ἔστηκε. id est, adhuc signa tenent ipsos, quod erubescunt ambo sunt. Curtium & Decios magnanimitatis laudant alii, ego imprudentiæ accuso. Quid quod aliqui blanditiis & adulationibus docti, aut vi à tyrannis coacti eum saluatorum nomine ornarunt, qui non modo illos non seruauit, nec seruauit, sed prorsus deuastauit, ac perdidit, vt Siculi Verrem publica statua in Syracusis inscripserunt σωτῆρα, id est, qui salutem dedit: Ciceronis testimonio in accusatione quarta Verrinarum. Sed nihil ad hunc locum, vbi de vera hominum salute agitur, quam illi non nouerunt, vera namque salus est, sempiterna permanentia, quæ in Deo est, & à Deo tribuitur, vt in libro de mundo ad Alexandrum scripsit Aristoteles: Ex Deo, inquit, & per Deum nobis omnia constituntur, nullaq; natura per se sufficiens est, extra illa, quæ ex eo est salute. Dein adiungit, ὑπὸ θεοῦ μόνου σώζονται πάντα τὰ ὄντα. id est, ipsa quidem essentia, saluator etenim enter ea essentialiter vniuersorum est Deus. Vnde in libro de, post naturalia, rursum sic ait Aristoteles, ὁ θεὸς τὸ πρῶτον καὶ ἀίδιον καὶ αὐταρκὲς πάντων αὐτὸ τὸ πρῶτον ὑπάρχειν τοῖς οὖσι τὸ σωτήριον εἶναι. Mitum si primo & perpetuo, & vbi sufficientissimo hoc idem primum non vi bonum ineit, ipsum sufficiens & ipsa salus: per quod monemur, verum nobis salutem in primo tempiterno & sufficientissimo bono, qui est Deus Optimus Maximus, constare, nec hinc deinde querendam. Solus enim ille summus omnis opifex & rector de sempiternis intentis libere, elementissima voluntate corruptibilibus non potest incorruptionem, & tempori subditis æternitatem, & insolubilem transitoriis permanentiam, quorum tamen propria natura est, vt orta occidant, & aucta senescant. Sic enim in Timæo Platonis loquitur Deus: Quæ à me facta, indissolubilia sunt, me volente, alioqui ligarum quidem omne dissolubile est. Ecce non tantum Peripatetici, sed etiam Platone ipso & Platonicis testatum recipimus, sola Dei voluntate permanentiam concedi rebus quibusuibet pro captu suo, & hæc est vera salus. Nam saluati dicimus, à læsione seruati, vt res tranquille permaneant. Quod vnanimi consensu Græcorum quondam magnifici & ornatissimi legati anno à nativitate Iesu, 1438. vniuersali concilio Basiliensi illustri quadam & disertissima oratione exposuerunt his verbis, dicentes, Τὸ γὰρ σωθῆναι καὶ σώζεσθαι καὶ σωτηρία ἁπλῶς οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ τοὺς ἑλληνας καὶ τὴν ἡμετέραν βούλεσθαι γλῶσσαν τὸ δίχα μέρος κ.τ.λ. id est, Ipsum autem saluare & saluari & ipsa salus simpliciter nihil aliud apud Græcos & in nostra sibi vult lingua, quam permanere & esse. Homines igitur, qui de sui natura morti sunt obnoxii, vt cessent esse, cum ita se Dei conformant voluntati, vt fururi sint immortales, & beato æuo fruantur, recte dicuntur salutem consequuti, & qui eis illam largitur immortalitatis beatitudinem, is recte dicitur saluator, quod vocabulum vsu cepit Ciceronis posteritas antea inauditum, vt nunc Saluator Latine dici queat. Sane omnis alia improprie ac imaginarie nominatur salus. Quid enim? quod animanti bruto medicus hodie confert sanitatem, & illud perendie relabitur in pestem, moriturque nunquam rediturum, num ea vocabitur salus? Quid illud, quod flori marcescenti horrulanus opitulatur, qui flos postridie cæsurus sit, & in puluerem conterendus, num hæc tridua confectatio rei prorsus inconstantis salus nominanda est? Sic Hercules Thasios semel adiuuit, quo salutem illis dedisse dicitur, qui post sæpe interierunt, & hodie nihil eorum nisi nomen extat. Sic Ptolomæus Ægyptum seruauit, tot postea bellis & incursionibus hostium deuastatam. Sic Decii Romam liberauerunt, attamen sequenti subuertione atque incendio diruta. Imperfecta (crede mihi) salus est omnis, quæ tempore tangitur, perfecta est, quæ caducum æternat, vt de Helena morte sublata in Euripidis Oreste Apollo docuit, cum sic ait, ἁ δ' ἐς σ', ὦ ἰώ ἴρατ' ἐκ σῆς πόνος ἀπώλετο, κοὐ θανάσιμος σφιν ἐξ ἐμοῦ ἔβλαστε. i. Ista est, quam cernitis in ætheris cõuexitatibus, saluata quidem, & non mortua iuxta te, ego eam saluam. Vtique non simus ignari salutem illam non ab Apolline, necã Dijs aliis, nisi tanquam mediatoribus prodiisse, quin vetius à summo Deo, cui propriam ipsa se insigni virtute dicauit, tum ita subiungit, ζώοις γὰρ ἂν σὺ, ζῶν τιν' ἀθάνατε χρόνον. id est, Iouis enim existentem, viuere eam incorruptibilem decebat. Per Castorem Helenæ fratrem, Marrane vera prædicas, inquit Philolaus, & sapienter videris de vera salute locutus, assentiorque Saluatorem, de quo tam magnifice, ac tam perpetuo sacra vaticinantur eloquia, cum fore oportere, qui non tam huius grandis mundi, non regionum & vrbium, non infimorum elementorum & syderum, non lignorum & lapidum, non

plantarum & arborum, non piscium, non volu-
crum, non pecorum, quæ omnia natutam ducem
& suæ conditionis instinctum inerranter & pro-
be sequuntur, & ad constitutum sibi finem ma-
nent, quotquot sunt, quam istius minoris mundi
seruator & restaurator sit, hoc est, hominis, qui ab
æquitatis sibi tradita norma, & rectæ rationis
sententia sæpe decidens, generositatem suam coa-
ceruatione vitiorum in stagna profunda malo-
rum, & sempiternæ cotruptionis barathrum vo-
luntarie præcipitat, vnde reuocare gradum pro-
priis viribus, & sua ope nequeat. Hic Marrane,
hic, inquam, salute, nobis hic saluatore opus est.
Hoc genus creaturarum appellat Pythagoras ἀν-
θρώπους αὐθαίρετα πάσχειν ἔχοντας, id est, Homi-
nes spontanea electione detrimenta habentes.
De quibus ita scripsit in aureis carminibus, πλεί-
μονες εἰσὶ ἀγαθῶν πέλαγος οὔτ' ἂν ἰσορρόπῃσι, ὅτε κλύ-
νοι, λύσει δ' κακῶν πάσης σωμίζοι. τὰν μοῖραν βρο-
τῶν πλάσσει ὁρίσας, οἳ δὲ κυλινδοῦνται ἀλόγοι ὑπ' ἄλλα
φέρονθ' ἀπείρονα πάσχοντ' ἔχοντες. i. Miseri hi quidem
bona prope existentia non aspiciut neq; audiunt,
solutionemque malorum pauci intelligunt, talis
sors mortalium ludit mentes, hi autem rotis ex
aliis in alia feruntur infinita damna habentes. Sa-
ne noster ipse philosophorum princeps hoc ti-
morum à Cabalistis Hebræis sumptum, vt è Si-
mone accipere possumus, sensit rationalem esse
hominem rebus aliis nobiliorem, vtpura diuinio-
rem, non tantum vna operatione, nec vniformi
effectu contentum, vt cætera, quæ sola natura tra-
huntur, semper eodem modo agente, sed varis
dotibus instar Pandoræ præditum, quibus spon-
te vtatur in omnem euentum pro libera volun-
tate: ob quam libertatem ait, θνητοὶ ζῶντες ἴσα θεοῖσιν,
οὐ ἑκὰς ἀφραίνουσι φύσεις δ' οὐδὲν ἔασιν ἐοικότες. id
est, Diuinum genus est hominibus, quibus sacra
promouens natura ostendit singula, quippe illa
sacra natura est anima intellectiua. Secundum igi-
tur intellectum Deo accedit homo, vt mero syn-
cerum: atque secundum sensus inferiores à Deo
recedit tanquam impurum à puro, quo fit, vt ra-
tio, quæ nobis (vt inquit ipse) ostendit singula,
dum se ad mentis fruitionem cõuertit, beatos nos
faciat: cõtra vero, dũ ad sensuũ discurrit libidinẽ,
miseros, vt inter virtutẽ & vitium medius homo
positus videatur, velut substitutus apex in litera
Pythagoræ discrimine secta bicorni, ad quem
Hercules ille Proditius tenera tum ætate cogita-
bundus resedit. Quemadmodum vero vt Solon
apud Herodotum Cræso assumauit, ante obi-
tum nemo supremaque funera debet dici bea-
tus, ita nemo certe miser putandus est, dum hanc
vitam viuit. Sed scilicet vltima semper expectan-
da dies homini est, qui si abiecto corpore tunc
vitiis permanserit oneratus, incipiat esse vere mi-
ser, & eam miseriam vt superiore oratione acce-
pisti, Pythagoras in duo genera diuidebat. Nam
post mortem miseri, aut bona prope habent, quæ
sunt beatitudinis bona, quamuis ea nec aspiciant,
nec audiant, quia Dei visione nondum fruantur.
Hi de saluandorum numero sunt, non extrema
miseria grauati, vt tandem aliquando pœnas e-
uadant constituras. Aut denique ab eis bona lon-
gissime distant, vt mala nunquam vllum habitu-
ra sint finem, & ii appellantur infinita damna
bentes. Duo igitur inferiorum habitacula de-
scribuntur, Elysius campus, id est, tranquillitas
illorum quibus bona prope sunt, sapientia vide-
uexa reuisant. Et tartarus ab horribili sono, quo
si tortor tetet terror vocatus, illorum quibus
damna sunt infinita, qui kylindris radiorum
rum districti pendent, vbi sedet ære trinoctio
debit infelix Theseus, & ei similes, ὅσοι τὸν κύκλον
ζώντων, vt est à Platone Pythagoram imitato
scriptum, id est, Vnde nunquam egredientur.
Hic mihi accedant obiurgatores, qui blasphe
in eundem Pythagoram non desinunt, quam
& tam præcipuum virum, cuius dictamina ora-
raculo deorum creditum est. Quare dicitur de
ritatis, velut alter Apollo, illi seculo nomina
tur, quod ipsum vocabulum Pythagoras sig-
gnat. Rumoremi autem de illo passim disse-
gant, hanc eius fuisse opinionem, quod anim
humana quorundam post mortem corpus
brutorum informet, quod vitio rationis vsu
bus incredibile videri debet, de tam erudito
philosophiæ authore, & abundantissimo lacu
rum fonte, vnde ad nos emanauit diuinum
humanarum rerum cognitio. Quin potius
suspicio transfanimationis ex hominibus Pyth
goricorum mysteriorum partim ignara, partim
ob inuidiam perosis orta est. Non enim cete
æmulorum fuore præstantissima eius vi
rus, innocentissima vita, egregia doctrina, ob
tis fama, vrque sit, nihil non pollutum
runt inuidi carptores. Timon, Zenophanes, Co
tinus, Aristophon, Hermippus, & alii, quorum
non exigua multitudo est, qui de Pythagora
in libris mendacia plurima scripserunt, ac pa
diderunt, quæ nusquam ab illo vel dicta vel
pta fuere: aut eiusmodi si qua dixisset, non
ita in peiorem ea sensum peruerterunt, vt fa
crederetur talis ac tantus vir inconsiderate
cendo abertasse, de rerum principiis, de natu
tis, de faba non gustanda, de abstinendo à
animatorum esu, de inferis, deque metempsy
chosi & transitu animarum, de quo nunc tra
mus. Qui enim exemplaria & species rerum
distinxit, vt mutuo transmutari confundi non
queant, quonam modo humanam essentiam qu
sua est forma, communicaret bruto? cum ha
tiore se ipso ne vnitas quidem substantiæ tra
numeri secundum naturam est vnitas alteri
meri. Quare ait, αἱ ψυχαὶ ἰσόθεοι τὸ ἀνθρώπινον
φύσεται ἐς τοιοῦτον κυκλοῦσιν ἀεὶ. id est, Vni
tes in duitate ipsi, ad eas quæ sunt in termin
sunt inconiectiles. Ita in physicis constat,
quam longe secus agitur in Mathematicis
bus nihil in præsentia nobis est negotii. Vnu
autem cuiusque rei est essentia participata,
alterius rei essentiam non occupabit, ἕκαστον
ἴδιον ἴσχει αὐτὸ ὡς μετέχει. id est, quælibet enim
stantia vna specie participat. Ideo in disser
nimantis vitam transire non potest, vel vlla
liscunque bestia, quin potius manet in sua
natura, suum tenens munus, ὥστε τὸ ἀνθρώπινον
συμφυὲς ἀεί. id est, itaque species speciei non
cedit. Tametsi namque vnum sigillum mu
impressum plures ceras effigiat, non tamen



rum sigillorum formas diuersas eadem cera A
sane poterit. Haud igitur sigillum formæ hu-
manæ, quæ est imago Dei, naturam inferiorem
figliare permittit, quod vt omnia sua Pytha-
goras enigmatice propositit: sic & huius opinio-
nis certam sententiam nota propria deligna-
tam, cum inter alia symbola illud sibi gratissi-
mum celebraret, ἐν δακτυλίῳ θεοῦ εἰκόνα μὴ ἀπο-
φέρειν id est, In sigillo Dei imaginem non cir-
cumferre, quod meo arbitratu recte intelligitur
ad hunc fere modum: Imaginem Dei, quæ est B
anima hominis, naturas alias circumcirca non
figliare neque formare posse. Sic enim Hermes
Trismegistus Ægyptiorum Doctor in libro ad
Asclepium: Hominis, inquit, vna pars simplex
est, quam vocamus diuinæ similitudinis formam,
& paulo inferius ita, Duæ sunt imagines Dei,
mundus sciicet, & homo. Quod inique igitur
Pythagorizarint eum vel inuidi vel ignari de transi-
gratione animarum post mortem, simul etiam de il-
larum descensu ante hominis generationem, C
profecto nullus modo extat, qui non id mecum
ferme vel vlla mente præditus. Quando nam-
que aufert animam hominis de potentia materiæ
parabunt educi, statuit noster ipse magis credendum
esse, infundi eam corpori ab ipso Deo, &
ob id cum asserunt ante corpus esse, quod non
tempore intelligendum est, sed puritate & natu-
ræ dignitate. Hancitaque infusionem appellauit
animæ descensum, quem postea multis ambagi-
bus vanæ sectatores tractauerunt sua quisque D
via, non semper pro authoris voluntate, qui de-
scensum animæ humanæ in corpus non secun-
dum ita accipi præcepit, nec iuxta morum à
suo domicilio intellectuali per singulas sphæras ad mun-
dum elementarem, vt Proclus & adsti pulatores
ait. sed pro naturalium formarum serie, in qua
corpori humani vltima perfectio est anima ra-
tionalis, qua ita rorum perficit, vt homo animal
diuinum optimo iure appelletur. Voluit igitur
Pythagoras animantia sola, quorum sacra natura, E
id est, ratio deinonstrat singula, diuinum esse
genus, scilicet à Deo propagatum, vt aureis edi-
dit carminibus, cuius species nec mutetur, nec
confundatur, sic generum singulorum formas
esse permanentes, licet in eadem sua forma dis-
similes. Post hominis vero mortem, si iustus de-
cesserit, animam eius transcendere purum æthe-
ra, & cum degere cum beatis, tanquam Deum
inter Dii. Ita enim ait, λύσιν γοῦν μόλις φάος καθ'
ὑγρὸν αἰθέρ' ὠκεῖ δαίμονι ξὺν σώματι, ἐς ἀθάνατ' F
ἀνέβην ἐν θεοῖς, ἐστὶ γὰρ ἀθανάτοις ἐπιεικῶς ἴσα τέτι-
μαι. Antegam iudicium statuens superne opti-
mum, tum relinquès corpus in æthere liberum
venies, eris immortalis Deus, incorruptibilis, nec
vltra mortalis. Sin autem iniustus & sceleratus in
primis infandabilibus & miortalibus decesserit
homo, tunc animam eius omnem suum reatum
venti diuerse pœnis docuit, easque pœnas pro
magnitudine ac multitudine criminum magis
minusue fore duras & durabiles, quibus de- G
lictus fint loca istæ naturæ inferiora, & corpora
vel insignaria seu figuralia, tum quandoque
ipse, non quæ inseruet, vt essentialis portio, sed
quæ quilibet mortes, pœnarum sustinẽ darum cau-

sa inhabitet, aut quibus per indistantiam loca-
lem assistat, velut motrix intrinseca mobili, vel
circa, quæ cruciatibus subiecta torqueatur, vt
Tityus circa vultures, & Ixion ad serpentum ro-
tas, & Tantalus in flumine, & Sisyphus apud sa-
xum, & Promertheus cum aquilis. Quandoquí-
dem dæmon tartareus potest cotripere ac obsidé-
re corpus, cui non anima turpis ad inferorum
pœnas damnata, vel verum cuiuscunque speciei
corpus ingrederetur Dei dispensatione, vel ae-
rem indutа, ostentarer quamliber aspectibus no-
stris formam, vt Dido mortiura Æneam allo-
quitur, Sequar atris ignibus ardens. Et Plinius iu-
niot rem scribit creditam, de domo, quam Athe-
nodorus Tharsentis Philosophus coemerat, eam
fuisse importuno strepitu infamẽ, quod ibi simu-
lacrum horridi senis aspiciebatur, & quotidie no-
stra quoq; ætate similia occurrunt tetriculamen-
ta, modo crassioribus exuuiis Tum variè illudunt
species arq; ora ferarum, fiet enim subito lus hor-
ridus atraq; tigris, squamosusque draco & sulua
ceruice leæna, aut acrem flammæ sonitum dabit,
omnia trãsformat sese in miracula rerum, ignem-
que horribilemque feram, fluuiumque liquen-
tem. Hæc sane corpora vocamus phantastica hoc
est, apparitiua, quæ assumere possint tam animæ
hominum solutæ, quam dæmones, vt de Lamia
nouimus Menippi Licii Philosophi procace pro-
ca in pulchram mulierem apud Corinthum con-
uersa, quam Apollonius Tyaneus publice depre-
hendit lemurem esse, vt denique senex ille pan-
nosus & mendicus Ephesiis quondam causa pe-
stilitatis, hoc genere Metamorphoseos notatur,
quem lapidibus obtutum aiunt vitium esse canem
quasi Molossum. De vtriusque scripsit Philostra-
tus secundus, in libro de vita Apollonii quarto.
Eius autem, quod Pythagoras dixisse fertur, se
quondam Euphorbum fuisse, alia ratio est: non
enim talem dicendi morem ipse primus instituit,
sed longe prius in populari consuetudine apud
vetustissimos vsurpatum fuit, quod qua esset quis-
que virtute aut vitio præditus, alteri assimilare-
tur, qui eminenter eadem conditione olim fuis-
set, virum enim quem libuisset robore præstan-
tissimum dixerunt esse Herculem. Ita Marcus
Varro, Rusticellus, inquit, Hercules appellatus
mulum suum tollebat. Et Numenius Pythagori-
cus apertè scribit, nihil aliud esse Platonem,
quam Moysen Attica lingua loquentem. Sæpe
quoque Cicero dictus est Latinus Demosthenes
esse, omnes à virtutum & operum paritate ac si-
militudine morum, non autem ob vnius sub-
stantiæ communionem: ita Titanus Plauti senius
Argyrippum dixit esse Solonem, qui patiter le-
ges conscribat, de illo in Asinaria sic ait? Nunc
etenim est negotiosus interdius, videlicet So-
lon est, leges vt conscribat. Ista Plauti verba
inolitam pescorum loquendi consuetudinem
indicant, vt hunc hominem dixerint illum esse
quendam, qui fuerit natura, ingenio, mori-
bus, amore, affectione, & opere similem.
Vnde Romani solebant huic adagio particu-
lam Alter, adiungere, vt tu es alter ego: & ego
sum alter tu: licet scientes & videntes, quod reue-
ra nec ego sum tu, nec tu es ego. Sed tu vtriusque

nobis sentientes esse idem ingenium, par studium, eandem voluntatem, eundem conatum, spiritum, animum, ὑπὸ τῆς κινήσεως αὐτῶν μεταβαλλομένου. Nam animos antiqui dixerunt motus hominum, & voluntates, quare vnius moris, curæ ac diligentiæ, consimilis propositi, æqualis motiui, ac paris motus & sensus eiusdem homines vsitate appellantur vnanimes. Est autem à priscis Philosophis haud quaquam alienum, vt dicatur anima esse motiuum & sensitiuum in homine: τὸ ἡμέτερον ἦθος φασὶ τῶν ἀνθρώπων, inquit Aristoteles, ὅταν μάλιστα ἐν ἀμφοῖν ὦσιν, κινῆται τε ὑπὸ τῶν αἰσθητῶν. id est, Animatum enim ab inanimato duobus maxime differre videtur, motu & sensu. Quicunque igitur ergo rem eandem afficiuntur & mouentur, idemque sapere ac sentire videntur, vnius esse ἤθους, id est, animæ, vulgo dicuntur. Vnde illa famosa μετεμψύχωσις, id est, transanimatio nihil aliud reuera est viris recte doctis, quam æqualis cura, similis motus, & par studium alicuius hominis mortui, post aliquo tempore, in altero vel eodem repertum homine viuo. Tali æmulatione triti & vsitati sermonis, Pythagoras quondam rediens à Persarum Magis (ita enim sapientes illi suos nominant) forte inter amicos exhilarandi conuiuii gratia more Magorum vti poterat, & dicere, se Euphorbi olim nulitis Troiani, Callicles, Hermotimi, Pyrrhi, Pyrandri, Calidonæ, Alces, & demum suam Pythagoræ animam in ipso continere, quod inclinatam ad quædam præclara in singulis illorum præcipue fira gereret affectionem, studium & voluntatem, ad quæ illi ipsi propensius in vita eorum fuerunt mott. Omnium autem maxime cum in Euphorbo Troiano clarusset bellica virtus, ipse Euphorbi animã nactus esset, quasi iam cor Euphorbi haberet. De quo nimirum se iactare potuit, cum laudarent eum pugiles studii bellici, cernentes laterum & brachiorum, totiusque corporis sui robur, & incredibilem erga fortissimos Athletas amorem pensantes, quem illis tum & pretioso apparatu, & magnifico sumptu ostendebat, ante enim caricis siccis, & molli caseo, triticoque nutriebantur athlethæ, ipse vero nostet eos carnibus tunc primus nutriisse compertus est. Admirantibus igitur illis, quod in Philosopho literarum studioso esse posset tantus amor pugnæ, quid mirum si responderit, Euphorbi animam in se vigere, hoc est, ingenium, studium, motum & voluntatem Euphorbi apud se residere, qui tametsi esset pacis præceptor, & quietæ contemplationis author, tamen in scipso sentiret belli tanquam Troiani desiderium? Quo audito, mox rumor inter temere credulos ortus est, & fama percrebuit, vel ignorantia mysteriorum Pythagoricorum, vel malignitate inuidorum, qui semper optima quæque peruertunt, & recitant audita secus multo quam fuit dicta, quod Euphorbi anima in bello Troiano perempti transmigrauerit in Pythagoram. Quæ opinio postea fuit adiuta scriptoribus atque Poetis. Inde Ouidius in Transfigurationis lib. 15. hæc inter alias nugas, à Græcis κρηπίζειν assuetis more suo mutuatus, sic de Pythagora cecinit

Morte carent animæ, semperque priore relicta
Sede, nouis domibus viuunt habitantq; receptæ.



Ipse ego (nam memini) Troiani tempore belli
Panthoides Euphorbus eram, cui pectore quondam
Hæsit in aduerso grauis hasta minoris Atridæ. Cognoui clypeum læuæ gestamina nostræ.
Nuper Abantæis templo Iunonis in Argis. Arma
Ait obstupescere præstans Martane, nihil horum
Pythagoræ libris scriptum inuenies. Nam ea
ipse solum edidit volumina, primum πυθόμενος, secundum πολυτικόν, tertium φυσικόν, quem Lysidi quidam adscribunt, sit igitur tertium nobis oratorea carmina. Percurre singula quæque, & nusquam reperies in eo vito de transmigratione quicquam, quo credas facilius tumore fœtu terminatum esse per inuidos, quicquid de illa ἀνθρωποφυΐαν fingitur, quod diuersitas narrationis plane indicat, cum alii clypeum hunc esse in templum Iunonis relatum apud Argos. Alii dicarum Palladi Athenis affirment, & quod in clypei hæc ipsa fuerat inscriptio, πάλαι ἄνθρες, μετέλλως δὲ νῦν ἑτέρους. id est. Palladi Minervæ Menelaus ab Euphorbo: author est Tyrius Maximus disputatione 16. Quantam nunc tribuere testimonio habere fidem oporteat, iudicent viri docti viderint. Equidem adduci non possum, vt credam Ouidii de transitu animarum fabulam tam excellentem in omni scientia & gravium rerum docuisse, atque eo minus credendum puto, quo magis præstantes authores aliter tradidere. Nam quod asserunt multi, apud Gymnosophistas Pythagoram inuenisse primum animas esse immortales, manifeste falsum dicunt. Homeri enim Græcorum fere antiquissimus longe prior hoc dogma prodidit, cui apud inferos animæ defunctorum de multis rebus differunt, & vaticinantur multa: ecquid aliud (oro te) vis tam admirabile carmen insinuat, ἀλλ' ἔτι καὶ τῆς quam animas nostras post mortem permanere. Deinde in socis Vlyssis palam ostendit, inquidentes hominum animas à corpore separato non quidem bestiarum naturas, sed tamen bestius beutorum induere, atque eum illi horum pœnas luere, quas Circe iusserit. Quicunque autem radicem & florem tenent Moly, eorum animas, authore Mercurio, fore securas, vt est in Odysseæ decimo libro. Sed ad illam de Euphorbo ironiam reuertamur, de quo Idonei quoniam bunt, omnia Pythagoræ diuina dogmata fuerunt, αἰνιττόμενα, hoc est, allegoria obtecta. Quod Apollonius Tyanensis ille Pythagoræ tractatu cum Thespesione Archiphilosophorum philosophistarum habito in Philostrati volumine sexto confirmat, ita loquens: εἰδὼς μέντοι ἐμοὶ ἔφη, ὅτι πυθαγόρου ἐγκεκόμικε τοῦτο, καὶ ἐκεῖνος δὲ τὰ αἰνίττεται. id est, Si ænigmata tanquam apta Pythagoræ concedit hæc, tradidit enim & ænigmatizare. Quando autem eum Indorum Brachmanibus in libro eiusdem tertio disputantem querens de anima quomodo sentiens: Lubens inquit, sicut Pythagoras quidem vobis, non tamen Ægyptus tradidimus. Suscepit Apollonius. Num igitur te aliquem Troianorum fuisse dicturum vt se Pythagoras Euphorbum. Atidi tam Matrem quam Thespesion ante respondent prius interrogans, quemnam ex Græcorum duello Troiano exercitu, admiratione dignissimum existimem



Cui Apollonius, quod Achilles primas Homero nicht esset. Tum Iarchas, φησὶ τυθαγόρου δόκιμον ἐκεῖνον γενέσθαι, μᾶλλον δὲ τοῦτο ἴσμεν, ἀλλὰ τὸν θεῖον ἡμῖν τοῦτον ἀνδρα. id est, Ad istum, inquit, Apolloni etiam progenitorem æstima meum, magis autem progenitorem corpus, hoc enim & Pythagoras Euphorbum putauit. Deinde recitat Gangen Indorum ciuis Regem Gangis fluuii filium multis virtutibus Achillem superasse, illumque ipsum fuisse illud præcipuum corpus, quod ipse iam esset. Verbis hæc non animarum transmigrationem, sed corporum transmutationem indicant, instar cuiusliber materiæ, quæ sit apta istius vel illius formam recipere. Perinde atque comœdia diceret, ego prius tragœdia fui, quia ex eisdem tragœdia nascitur, & comœdia literis ac elementis, vt Aristoteles ait in libro de Generatione primo. Aut canis quidam si diceret, ego ante diu equus fui, propter cuiusdam equi corpus, quod depastus reuenit, quo alimento in substantiam eius alitæ conuerso, equus ille plebeio sermone dicatur ipsius canis φῶς ἐστι τοῦμόν, id est, progenitor corpus fuisse, videlicet vnde prognatus sit. Non aut equi animam in canem transisse, quisquam ex hoc sermone arbitrabitur. Quare igitur Pythagoram docuisse crederem animas tranire in alia corpora, eo solum, quod se Euphorbum prius fuisse dixerit? cum hic manifeste constet atque conueniat non quidem animam, sed ipsum eius indicatum fuisse Euphorbum, & nihilominus hoc ipsius dictum non fuisse planum, sed rerum enigma, quo arcanum quoddam illi seculo cognitum voluerit innuere, scilicet materiam omnium omnium formarum non solum capacem, sed aptam etiam esse, ac semper deinceps materiam nulla forma satiari. Quod M. Antonino Imperatori philosophissimo æque visum fuit, cum in libro ad seipsum tertio scripsit, ἐπὶ τοῦτο φύσει ἡ ὕλη δικτυοῦται τὸ τοιοῦτον ἐν τῷ τοιούτῳ ἐκ τοιῶνδε αἰτίων ἀναγκαίως. ἀεὶ γὰρ ἡ ὕλη ἐπὶ τὸ τοιοῦτον ἐν τῷ ἐξ ἀπείρου ἰόντι. id est, quod nihilominus cupit vniuersi natura, vt entia transmutare, & facere noua similia. Semen enim modo quoddam omne, ipsum est ens ex se futuri. Etidem in libro septimo, ἀ θεῖος νοῦς ἐπιστήσεται τοῖς ἐπὶ τοῦτο ἐπιτηδείοις ἐπιστήσει. εὐγχέοιτο ἂν τοῦτο ἐπὶ τοῦτο, συμπεφόρηται τοῦτο ἀμοιβῇ εἰς ἄλλο τι. id est, Vniuersi natura vniuersa essentia tanquam cera, nunc quibusdam equalem finxit. Confundens autem id in alienam naturam, simul vsa est materia eius. Demum hominem talem, tum in aliud quippiam. Vnde nominatur ab Orpheo natura istius epithetis, μυρίοτεχνος μήτηρ. i. multum machinatrix mater. Et ἀλλοτριοπροσωπία. i. alienarum figurarum decretrix. Quicquid fuerit, equidem longe potius opinabor Pythagoram si Euphorbum, aut aliam quempiam se fuisse dixerit, exempli causa id magna introduxisse. Sin autem credatur historiam retulisse, profecto non aliam ob rem fecisse quam quod ita esset, quam vt ostenderet posse animam discedere à corpore, rursus eandem ipsam, autoritate, in idem ipsum corpus redire, quod penitus deseruerat & deleruit, atque non in aliud vllum: vnum namque & idem fuisse corpus quantumcunque diuersis nominibus appellatum, in quo totiens reuixerit Pythagoras ab Iarcha Indorum sapientissimo iamptidem discere potuimus, non in magnitudine & quantitate, sed in substantia & entitate, vt mare quanquam est ἑμοῦ ἅπτεται atque vnum, tamen hoc esse dicimus Ægæum, illud Ionium, istud Myrtoum, aliud Cniseum. Ita & vnum hominem sæpius renatum primo nominarunt Æthaliden, deinde Euphorbum, post Hermotimum, tum Pyrrhum, demum Pythagoram illum nostrum, qui tot regenerationes tanquam philosophus maxime speculatiuus & diuinus non attribuit naturæ viribus, sed soli Deo, quem, vt refert Heraclides Ponticus in hac Palingenesia, Mercurium nuncupauit, vt ostenderet neminem reuiuiscere, nisi virtute diuina. Nam vt Iustinus recitat ille Philosophus & Martyr Christianus in Parænetico ad Græcos, hoc Deus cognomento à Pythagora est honoratus præcipue, vt dicatur ζώωσις τῶν ὅλων, id est, Animatio vniuersorum, eo quod animam infundat hominibus vniuersis, & insutam auferat, & ablatam restituat, quoties & quando voluerit, quale sæpius etiam in aliis hominibus visum, & experientia certa compertum est, referentibus nobilissimis scriptoribus. Nam Aristeas quondam Proconesii mortuus fuit in officina cuiusdam fullonis. Deinde septimo post anno eius vrbis ciuibus idem visus apparuit, & ipse tunc carmina de Hyperboreis Animaspis composuit, cuius in quarto historiarum Herodotus egregie meminit. Cæterum vixit & in Armenia Et, genere Pamphylus, qui cum occubuisset in prælio, sublatis aliis decimo die eadaueribus iam corruptis, integer quidem in corrupto corpore repertus fuit, domumque delatus pro officio sepulturæ, vbi duodecimo à morte die, dum pyræ esset impositus, resurrexit, & quæ interim viderat, retulit. Hæc Plato scripsit de Republica, volumine decimo. Huc etiam illud occurrit, quod legimus puellam Romæ mortuam, cum sepulchro asserretur à Tyanensi Apollonio vitæ restitutam, in quarto Philostrati libro, & Alcestis quoque narratur ab Hercule resuscitata rursum diu vixisse.

Tum Martanus inquit, Quam prope accedis ad nostra, Philolae: nam si coram adfaret Simon, recenseret nobis de libris Hebraicis, quod Deus olim abstulit de spiritu, qui erat in Moyse, & dedit septuaginta viris. Post aliqua denuo tempora sublato ex hominibus Elia, spiritus eiusdem inclinauit super Eliseum, & item filium Sunamitidis ipse mortuum reuiuiscere fecit. Addo nunc Samuelem mortuum, quem suscitauit quædam mulier in Endor, qui post resurrectionem suam cum Saule Rege loquutus est. Audi vero, quid Ezechiel viderit ille Propheta, campum scilicet plenum aridis ossibus mortuorum, & accesserunt ossa ad ossa, vnumquodque ad iunctiuram suam, & ecce super ea nervi & carnes creuerunt, & extenta est in eis cutis desuper, & ingressus est in ea spiritus, & reuixerunt, steteruntque super pedes suos. Hæc in sacris literis continentur Hebræorum: multo plura veto in historiis Christianorum descripta leguntur. Equidem pro me tibi hoc

affirmare ausim, absque parabola, sine ænigmate, & omni temota ironia, quod vere & plane Iesus Nazatenus frater Matthæ suscitauit Lazarum nomine quatriduo ante mortuum. Adhuc cuiusdam etiam viduæ filium extinctum, vitæ reddidit. Et Iairi synagogæ principis filiam, aliosque in sancta scriptura commemoratos. Hunc ipsum quoque Iesum resuscitauit Deus, & in eius morte corpora multa eorum, qui vita defuncti erant, surrexerunt, & exeuntes de monumentis venerût in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. Paulus denique Tarsensis Eutychum, qui casu è vita migrauerat, luci restituit viuum. Martinus nondum episcopus, imo nondû baptizatus, tres mortuos suscitauit. Possem catalogum proferre hominum ab interitu ad vitam pristinam reuocatorum, nisi tu non ignorares Christianis nobis esse creditu facile, animos hominum redire in corpora, qui generalem omnium corporum humanorum resurrectionem rursus ad viuendum futuram plane confitemur. De qua pulchre disertissimus Athenagoras Atheniensis Philosophus pro Christianis librum integrum περὶ ἀναστάσεως, certe doctis auribus dignum composuit. Et Turcis, Mauris, Agarenis, Mahometh in Alcoran sic loquitur; Illis dicentibus, cum essemus ossa, vel ad nihilum redacti, qualiter efficiemini homines nouæ Respon. Licet lapidei vel ferrei, vel si quid est durius essetis, qui vos prima vice creauit, ad vitam denuo vos resuscitandos reuocabit. Hocutique in Azoara 26. Et rursus in 45. sic ait: Qui vos primo plasmauit, secundo viuificabit. Vnde Pythagoram tanto maiore velim prosequamur veneratione, quanto is propius quam cæteri Græcorum philosophi fermè in omnibus aliis, non solum in hac cauta, nostræ accessit fidei. Aristoteles enim videmus, quam nihil eorum excidit, quæ nõ vel manu tetigit, vel oculis cernere potuit, vel apprehendere syllogismo. Propterea in fine tractatus de generatione & corruptione, reditum mortui hominis nullatenus admisit, debili admodum argumento vsus, & Alcmæoni magis quam suis præceptoribus assensus, contra tritum suo tempore prouerbium, κύκλον εἶναι τὰ ἀνθρώπινα. Quem sequuti sunt alii, quippe cohors philosophantium, in hoc reprehendendi, quod le omnia scire, alios omnia ignorare præsumentes, Pythagoram post reliquos irident, & illud Luciani exclamant, τίς οὗτος; τίς ὑπὲρ ἀνθρωπείαν βίβλος; τίς εἶδεν ἄνθρωπον πάντα ἐπιστάμενον, ἢ ἀναβεβηκότα πάλιν; i. Quis emet Pythagoram, quis super hominem esse vult, quis scire vniuersa harmoniam & reuiuiscere denuo? Ita eum ridicule sub hasta licitantur, quasi contemnendam inmentorum mercem, aut vile mancipium. Illis ego multa nosse libenter permittam, dummodo patiantur & alios nonnihil didicisse. Id adeo nunc stomachum ego commotus aduersum eos, qui solêt antiquissimis præceptoribus, & philosophiæ principibus facile detrahere, prolixius quam oportuit excandui, vt pernoscas, me Pythagoram quoque tuum non secus amare, quam par est, & calumniatores suos vehementer odisse, non homines sed monstra hominum. Tum Philolaus: Quidam, inquit, sunt quibus ignoscendum est, quod tam recondita & arcana mysteria nesciant, non enim omnia possumus omnes. Ideoq; redeundum est illis in gratiam erit, si qua imprudentes inf... uerint. Qui autem in eo quandoque [illegible] exercitati, Pythagoreorum togam candidam ... iecerint, & contumelia cœperint eius doctrinæ maiestatem lædere, ac tanti Philosophi caput ... nuere, eos ego non solum arrogantes, verum ... iam homines impurissimos indicauero, quorum è numero Xenophanes est, qui de Achille Elegia sua lusisse ita perhibetur, vt cum videret aliquando Pythagoras canem cædi, misertus dixerit, Sine hunc, est enim chari sodalis anima, quam eius ex verbis agnoui. Sed ea quidem mania Diogeni Laertio extat fugillatio, quodque narrat Plutoni apud inferos Pythagoræ discipuli cruciantur, qui ipse viderit animam Hesiodi arctæ columnæ alligatam, gementem & stridentem. Tum Homeri quoque animam de ligno pendentem, & serpentibus circumdatam. Hæc & alia similia sycophantiarum crimina diffamantium & calumniæ sunt leuissimorum sophistarum, qui contactu omnia fœdant immundo, & polluto ore dapes, & vestigia fœda relinquunt. Quod autem de carnium & animatorũ omnium esu dicunt, quem asserunt prohibuisse Pythagoram, fere nihil me perturbat, quoniam sunt clarissimi autores, qui ea mendacia refellant. Ait enim Aristoxenus ille insignis scriptor, Pythagoram non abstinuisse ab animatis, sed carnes contra ... quod Porphyrius in libro primo ὁ δὲ περὶ τοῦ μὴ ἔμψυχου, probat, eo quod athletas ab aliis cibis, ab aliis autẽ ficubus nutritos, ipse prior omnibus cibo carnium aluerit, dixeritque carnes habere virtutem ad acquirendum robur incredibilem ita Porphyrius. Et Apollodorus arithmeticus affirmat, illum boues centum immolasse, cum reperisset, ὅτι τοῦ μὲν ὑποτεινούσης πλευρᾶς τοῦ ὀρθογωνίου τὸ ἰσόπλευρον τρίγωνον ἴσον δύναται τοῖς ἀπὸ τῶν περιεχουσῶν τὴν ὀρθὴν γωνίαν, id est, Quod triangulum orthogonii subiectam latus tantundem valeret, quantum quæ continerent. Fuerunt modestissimæ vitæ, mediocris ... paucissimi potus, vt scripsit Lycon Iasensis de Pythagora. Vnde rarus fortasse carnium usus erat, sæpe enim solo tenui melle pascebatur. Ita omnia Athenæus de cœnis doctorum hominum libri. 10. Atque ob id si studiosos literarum ea gratuis cibi forent, diligenter vitare consuetudo ... ne cerebrum ab incauto stomachi onere ... retur, quo valeremt contemplationi vehementer incumbere, quis hoc nõ laudi daret tam sedopos ceptoti? vt quæ didicisset apud Hebræos diuinamenti esse in eorũ lege prohibita, quæ item apud Indos fugiẽda cognouisset, veluti pisces maiores, ne stomacho quidem vtiles, nec deorum oblationibus acceptos (nemo enim vnquam in sacrificio immolatũ esse piscem audiuit) quæ denique apud Ægyptios accepisset de faba, quod non sit mundus legumen, vt in Euterpe sua notauit Herodotus? plane in pabulum non sumerent, tranquillissimo mentis perpetuo literatũ studio quærentes, quæ quam emiscemodi pia monita nolint tam exacte & ad vnguem veluti legem duodecim tabularum observari. Nam & ipse porculis minusculis & haedis teneriotibus victitasse, à Xenophilo & Aristoxeno



fluxeno, quibusclamque aliis natu maioribus, suis propè coætaneis proditus est, quem & nullo esse legumento sæpius vsum quam faba, vt aluum leniret, in quarto noctium Atticarum A. Gellii competes. At de fabis post inter cætera symbola explanabitur, nunc de numeris venit mihi prius in mentem, quæ dixi, & postea, quæ dicturus sum, vt agnoscas, quam impie nuper quidam philosophiæ Santiones pumatem Philosophorum Pythagoram postica sanna fabricantur, quod numerum docuerit esse omnibus rerum principium, qui cum sit quantitas discreta, vetus sequatur res, quam antecedat, quasi impossibiles fuisse calculos intellexerit ipse, à quibus omnia sint orta. Quos miror patiter non fuste cæsi, quod cum audierint, crebro testantibus ... ipsis hominibus, omnem ferme philosophiam Pythagoricam, & eam maxime, quæ de rerum diuinarum ... exter, mythicam esse, ac per ænigmata propositam, nihilominus tamen hanc ... ipsam ænigmatis diuinissimam partem de numeris, imitando Tyrrhenorum stultitiam, plane ac citra omnem metaphoram accipi iubeant. Fuit autem ... ab antiquissimi ævi sapientibus in more, per arcanarum literarum allegorias, & sensuum mysteria sapientiæ profundam inquisitionem tradere. Sic omnia sunt antiquissimorum tam Philosophorum quam Poetarum ænigmatibus plenissima, & propter rerum obscuritatem, & propter ... ignorantiam vulgi contemptum, σοφίσματα γὰρ ἦν τὰ παλαιὰ ἐπιτηδεύματα καὶ ἀπόκρυφα τοῖς πολλοῖς, inquit Maximus Tyrius in disputatione 10. id est, Rerum enim ab humana inhumanate non perspectarum manifeste, aperte interpres est fabula: Ea vero Philosophos recte decet, quæ sub pio figmentorum velamine honestis & recta rebus, & vestita nominibus enuntiem. Macrobio authore, quam ego curiosissime scholasticorum ingenia in rerum admirandarum notionem excitare ac introducere arbitror. Nimirum enim diligentia quæritur, quod ante ... facile patebat, quam quod longe situm in abstrusissimi recondetur, ita facilitas apprehendendi (experto credo) discipulis studiorum negligentissimis, & frigide petitur, quod facillime obtinetur. Euenit & quandoque nos vlla verborum propietate res abstrusas effari non posse, quas longis ambagibus, & varie composito sermone ... enuntiare, nisi fuisset commode reperta ænigmatæ vti. Nec non illud in rem ... sum afferent aduersis castris belli duces quæ... insignimata edicere, quæ tesseras nominant, ... hus quisque dux internoscere milites, & se ... que inter se queant, quemadmodum in bello Caium Venus genuris, & Syllæ Apollo Delphicus, & Mani Lat Deus, & Iephthæ *Sibboleth*. Ita ... fuerat vtique indecorum symbola doctrinæ ... ritus & arcana familiaribus tradere, vt quin... que discipulorum ea magis vsurpassent, dilexerunt habere magistro, interque se plus cæteris ... ligebat. Vnde Pythagorei symbolis quibusdam ... sum fuit quandam indissolubilis amoris & ... mutuæ caritatis fabrefecerunt. Erat enim Pythagoræ conciliandæ amicitiæ in primis studiosus, ac si quem didicisset symbola suis com-

municasse, eum continuo socium amicumq; conscisceret, subscriptore Laertio. Eoque factum est, vt ardentius cuperent omnes Pythagoricis symbolis, hoc est, mysteriorum notis vti, tum quod futuri essent præceptori gratiores, tum vt cunctis apparerent nobiles esse Pythagorei. Quo motus apud Plutarchum in octauo conuiualium Philinus, ex omnibus conuiuis Syllæ Carthaginensis, ipse solus inter epulas ab animatis abstinuit, vt agnosceretur esse Pythagoreus. Quare isâ Leucio patria Tyrrheno Moderati Pythagorici discipulo reprehensos fuit, plus illius dogmatis sequi scriptum, quam sententiam, quod & in aliis Pythagoristis fuerat reprehensione dignum, qui immodeste affecti, moribus separatis & singularibus, vel in sociorum & amicorum cœtus panem non frangebant vt cæteri, vel cerebella non edebant, vel surgentes ab epulis stragula conuoluebant, vel nudis pedibus sacrificabant, vel loquituri, à sole se auertebant, vel relicta populari via, per diuerticula discedebant, vel cum ridentibus nunquam aut parum ridebant, vel à fabarum esu prorsus abstinebant, similiaque egregie vsurpabant, magis superstitione, quam recta ratione ducti: sola imitantes ad corticem symbola, negligentes voluntatem, vt talibus notis innotescerent, & vulgo Pythagorici eiusdem ordinis viderentur. Sunt igitur eiusmodi symbola vnius collegii signa. Cæterum addamus etiam, quod diuinarum & humanarum rerum amplissima spatia dimetientibus nobis, & innumera tractantibus, memoriæ plurimum conferant ænigmatica symbola, hoc est, notæ, quæ figuntur animo, vt quotiens recordari libuerit, cito nostris obtutibus offerantur. Symbolum ergo de rerum principiis commodissimum erit, vnum & duo: quid enim citius occurrit res singulas intuentibus, quam vnum & duo, cum causas & originem vniuersorum scrutari volumus. Nam primo aspectu cernitur oculis id, quod est idem ipsum, & non est alterum. Ex quo ante omnia mente cõcipimus, quod idem & alterum sunt vnum & duo. Alcmæon autem Crotoniates, qui Pythagoræ vixit ætate, duo appellauit mala, quæ dixit esse contrarietates, tanquam litem forte Empedoclis, vaga tamen posuit illa sine fine diuersa, vt album & nigrum, dulce & amarum, bonum & malum, parium & magnum: Aristotele in 1. Posinaturalium teste. Pythagorici autem diuersa illa rerum inter se vltro citroq; contrariarum, quas Alcmæonii contrarietates appellarunt, propter arithmeticæ artis amorem in numerum coarctarunt denarii, celebrem illum & omnia continentem, vt finitum & infinitum, impar & par, vnum & multa, dextrum & sinistrum, masculinum & fœmininum, quiescens & motum, rectum & curuum, lucem & tenebras, bonum & malum, quadrum & oblõgum. At hæc ita sunt vt libet, quod duo sunt, idcirco diuersa sunt, quoniã duo sunt. Nam si vnum essent, contraria non essent. In decem vero vniuersa redegerunt, quod iste numerus omnium est perfectissimus, quo cunctæ nationes, & omnes populi præter Thracas, cum Græci tum Barbari singulas numerant non sistentes citra, nec progredientes vltra, tanquam naturalibus calculis de-

cem digitorum. Sane illius perfectionem ostendit iste ornatissimus mundus, quem cernimus decem tantum sphæris iuxta Pythagoreos moueri: tanto etiam reliquis est perfectior, quanto plura numerandi genera cõtinet, par, impar, quadratum, cubum, longum, planum, primum incompositum, & primum compositum, quo nihil absolutius, quod in decem proportionibus quatuor cubici numeri consummantur, quibus dicunt Pythagorici vniuersa constare. Architas quoque nobilis Pythagoræus ille Tarentinus omne quod est, denario numero complectitur, quem Stagirita imitatus Aristoteles Petipateticorum gymnasiarcha, decem genera entis nominat decem categorias, quo nomine sibi volumen inscribere placuit, ostendenti philosophice, vt Eustrathius voluit, decem πράγματα, id est, entia realia, vt Alexander Aphrodiseus decem φωνάς, id est, voces, vt Porphyrius decem νοήματα, id est, intellectus siue conceptus; vel vt Iamblichus forte rectius decem voces simplices, non vt voces, sed vt significantes res ipsas simplices medio decem conceptuum simplicium. Assentiuntur huic Alexander Ægæus, Ammonius Hermiæ, & Simplicius, insignis sapientiæ amatores, qui etiam gnauiter arbitrati sunt in illis decem generalissimis entibus duo quædam præcipua reperiri posse, in quæ diuidantur, tametsi ab vna essentia ortus, veluti substantiam & accidens, siue corporeum & incorporeum, seu materiale & immateriale, aut simplex & compositum. Ita namque duo amant denarius vt ab vno progressus nascatur per duo, & per duo redeat in vnum. Primus enim incompositus ternarius est ex vno & duobus, non quidem compositus, sed constans, quia vnum non habet positionem secundum Iamblichum, non facit ergo compositionem, quando verborum sequi volumus proprietatē, ὥστε τὸ δὲ μηδαμῶς μίαν ἔτι μίαν προσλαμβάνουσαν συγχωρεῖν, μόνως συγχωρεῖν τὸν ἀριθμὸν ἐκ δύο καὶ τριάδος, vt inquit Simplicius in commentariis super prædicamentum quanti, id est, Neq; enim vnitas, manens adhuc vnitas, positionem assumit: neque punctus, manens punctus, positionem abiicit. Ex quo differentiam cognoscere possumus quam distat vnitas à puncto. Cumque nihil sit ante vnum, recte dicimus vnum esse primum. Binarius autem non est compositus ex numeris, eo quod ex sola vnitate vna & vna coordinetur, & ideo primus numerus est, quia prima multitudo est. A nulloque potest numero metiri, præterquam a sola vnitate omnium numerorum mensura communi, semel enim duo, nihil aliud quam duo est: quamobrem ea multitudo, quæ appellatur ternatius, verissime ab arithmeticis numerus primus incompositus nuncupatur, binarius enim hunc præcedens non est incompositus numerus, sed magis proprie non compositus. Cupiens itaque ternarius non esse otiosus, quin potius bonitatem suam in omnes creaturas absque inuidia multiplicari, de virtute progrediendo ad operationem, illud fœcundum, quod est in eo multum multitudinis, productiuum tanquam numeri de numero, & illud essentiale, quod est in eo vnum omnis productionis fons & origo, simul & omnis processionis initium, & omnis substantiæ immobilis permanentia, perpetua mente inuentus respicit, & ita sese in seipsum retorquet, primum vnitatis & duitatis semetipsum multiplicando atq; dicens, semel bis duo sunt quatuor. Ecce Tetractys illa quaternitudo, de qua mihi tecum iam sermo fuit, hæc est omnium quæ creata sunt idea, quoniam, vt aiunt arithmetici, quaternario omnis progressio perficitur. Vnde oritur decas illa, quam appellamus decem omnium rerum genera generalissima. Nam vnũ, duo, tria, quatuor, de omnipotente potẽtia ad energiæ actũ exeũtia producunt decẽ, quorũ dimidiũ est quinq;: pone igit' inuentũ quinq; tanquã aliquẽ signifererũ in medio exercitus, & in eius latere dextro numerũ proximiorẽ, qui est sex, & in latere sinistro numerũ proximè inferiorẽ, qui est quatuor, hæc duo iuncta efficiũt decẽ: pone iterũ in latere dextro denominatorũ proximè superiorẽ, qui est septẽ, & in latere sinistro numerũ proximè inferiorẽ, q est tres, hæc duo iuncta similiter cõstituunt decẽ: ponetur ite in latere dextro numerum proximè superiorẽ, qui est octo, & in latere sinistro numerũ proximè inferiorem, qui est duo, hæc duo iuncta conficiunt decẽ quoq; decem: pone demũ in latere dextro reliquum nouem, & in latere sinistro vnũ, iamq; tedium nouẽ ad vnũ, resurgũt decẽ, quæ turbæ ad vnum relata incipiũt denuo esse vnitas, & deinceps ad omnes numeros cardinales vsq; ad cẽtũ sicut enim bis vnũ faciunt duo, & ter vnũ tria, & quater vna quatuor, & similiter vltra, ita bis decem faciunt viginti, & ter decem, triginta, & quater decẽ quadraginta, & similiter vltra: non alibet de cetero nõ secus de mille, ac vltra. Hæc quidem ratio est, cur decem per ιῶτα, quæ virgula est erecta, Græce scribimus, aut per solum punctum Hebraicorum tamus, quæ tamen signa tam barbara quam latina alioqui simplicem repræsentant vnitatem, quæ pe à qua numerus denarius oritur, & in quam limit, cuius Pythagoricum extat symbolum, videlicet vnũ duo, quæ Zaratas Pythagoræ præceptor per nomina propagationis pronuntiare consueuit vnum appellando patrem, & duo, matrem, testimonio Plutarchi Cheronensis in Timæi Pythagonia. Nã vt ante accepiti, vnũ & duo cẽ ellentia diuina producũt quaternitudinem illã Tetractyn Ideã omniũ rerũ denario numero cõsummatam. Eam Pythagoras affirmat esse πηγὴν ἀενάου φύσεως, i. Fontem perpetuæ naturæ, quæ nihil aliud est quam cognitio rerum in mente diuina contemplabiliter operante. Mentem vero ipsam Deus Pythagoras numerum allegorice nuncupauit, cum diceret, numerum esse vniuersorum principium. Ita enim Plutarch. in lib. de placitis philosophorum scribit, τὸν δὲ ἀριθμὸν ἔνιοι πηγὴν εἶναι τῆς ἀπὸ τοῦ νοητοῦ παραδείγματος: id est, Numerum autem Pythagoræi pro mente accipiũt. Signum plane haud inepte, quia in incorporeis nihil diuinius mente: in imparatis nihil simplicius numero. Nec præterea cogitari aliquid potest menti similius, & ab hac perpetuæ naturæ fonte per riuos & canales defluit numerus Pythagoricus vnum & duo, id quod ab æterno in ipso fonte imminebat Oceani, hoc erit, imo semper est, vbertim scaturit, quod homines pnisco seculo nominarunt Zena: quod



illum vnum (vt Aristoteles voluit, hoc Homeri A ctum instar vnitatum, & pro vnitate fastigii, quæ
ἕνα, τὸν πατέρα τῶν θεῶν: id est, vnus princeps sit) di- nunc cœpit habere positionem, eleuemus, quan-
cunt Zena pro Zena, videlicet à viuendo, quem tum fieri potest, summum apicem. Eo peracto,
Romani Iouem quasi Zena nuncuparunt: & quatuor latera in altũ erecta, quatuor erunt trian-
Cornutus in libro de Græca Theologia illum as- guli super latitudine sua quadrangula constructi,
serit totius mundi esse animam. Duo autem, no- & in vnum punctum excelsum ducti, ecce pyra-
minata est Hera, illius Zenos, hoc est, Iouis & so- mis ipsa, quæ est forma ignis, testimonio Timæi
ror & coniux, de quo sic Homerus in decimo Locri Pythagorei in libro de anima mundi, Do-
quarto Iliados, ἡμὶ δ' ἐγὼ εἶδός τε καὶ ἀθανάτους ἐφύλαξα rice sic scribentis, ἐξοῦ δὲ πυραμὶς τετραπλᾶς διάπλας
ἐσσομένους ἐς ἔπειτα καὶ ἀμφίγυον λέχος εὐνῆς καὶ ἀμύμονος καὶ τάχιλας γωνίας ἐχούσα ἰσοπλεύρους. διὸ τετραγὼς ἐν
ἧς ὑπὸ πολυνίφεος Ἴδης, ὑμέτερον. i. Hera, hoc B κινητοῖς ἔσται καὶ λιπερεμφέσι μᾶλλον. id est, Ex quo py-
est, iuno aspiciebat aurithrona oculis eundem ramis quatuor bases & æquales angulos habens
fratrem & leuirum Zenã, hoc est, Iouem in sum- componitur forma ignis perquam mobilissima
mo cacumine plurifontanæ Idæ sedentem. Quo & tenuissima. Est ea sane absque materia, lux es-
facilius sensu possimus sapientissimorum poeta- sentialis separata, proxima Deo, & vita sempiter-
rum de origine rerum cognoscere, quod in mul- na, vt in duodecimo libro, qui Postnaturali in-
tis locis ida, qui mons ita à prospectu nominatus, scriptus est, & in secundo de Cœlo legitur sic:
ἀπὸ τοῦ ἰδεῖν, à præcognitione, ἐκ τοῦ ἰδεῖν τὰ πάντα, Mentis opificium est vita, Dei autem operatio
Iupiter & Iuno resident; tanquam vnum est immortalitas, istud autem est vita æterna. Hæc
& duo in quaternionis idea illa tiuosa. Vnde flu- à Pythagoreis mutuatus est Aristoteles. Atqui
unt omnium rerum principia, quæ Philosophi æ- C Deus ipse non est lux creata, sed lucibilis author
tate posteriori formam & materiam nominarunt. omnis lucis; quare pyramidem absolutissimam
Itemque apud nos est forma & materia prima, & tetractissimam à triangula basi in altitudinem
quod apud vetustissimos Philosophos vnum & esse extentem, quæ similiter ignem vigorem
duo, apud idoneos illustres q; Poetas Iouis & Iuno significat, Deus Opt. Max. in diuina secum Tri-
qui coeunt in Gargari montis Ida, & conueniunt nitate incomparabilis mundi continet. Vnde &
ad diuinæ mentis idea, binis ambo bigis, & qua- Chaldæi & Hebræi Deum esse ignem perhibent.
tuor ambo equis ducuntur, sed descendendo in- Quam vero pyramidẽ quaternio producit, ignea
pter in Olympo manet, Iuno ad inferiora tendit, lux est incorporei & immaterialis separatarum
Homero teste, sic dicente, εἶμι γὰρ ἐς πολυφόρβην intelligentiarum mundi, extra cœlum visibile,
γαῖαν, νῶι δ' ἔπειτ' ἀπόρου ἁλὸς ἐσσόμεθα πρὸς ἀτρύγετον qui à Græcis vocatur αἰών, à nobis seculum, æter-
πόντον, ἵνα μιν ἔπειτα ἀπὸ τοῦ ἔσσεται ἀμφὶς ἐόντος. D nitas & æther. Vnde & æthra, fulgor æternitatis
Adeam tellurem, id est, Vado visura pabulosæ dicitur, vbi non est corpus, neq; locus, neque va-
ementas terræ, nunc autem tui causa huc per O- cuum, neq; tempus, neque senectus, neque trans-
lympum illud venio. Neuter tamen alterum omni- mutatio, sed ibi sunt entia inalterabilia & impas-
no deserit. Hocigitur modo exit à mente diuina sibilia optimam habentia vitam, qua toto æone,
vniuersi exordium. Respiciens enim Tetractys id est, æternitate seu æuo fruuntur. Hæc ferme
ad suiessentiam, quæ est prima vnitas, omnium sunt ipsa verba Stagiritæ Aristotelis, quæ tam ipse
productrix, & simul originem suam à primo pro- quam Platonici & Socratici ex Pythagora sux-
ducto terminiscens, quoniam binarius est, ita ait erunt, qui sic in aureis carminibus scripsit: Si relicto
secum vnum, bis duo, mox constat quaternarius, corpore in ætherem liberum perueneris, eris im-
habens in cacumine verticis sui summam vnita- E mortalis Deus, & his scilicet in hac vita superatis,
tem, statque subito pyramis, cuius basis est quater- cognosces immortalium deorum & mortaliũ ho-
narius primus, apud Arithmeticos superficiem fi- minum cohabitationem, quam eleganter ipse
guricum. Super quam diuinæ vnitatis iam me- appellat τύφαιον, à simul flando, per quod tres
tuunt lex radians formam & speciem facit i- nobis proprietates medii ostendit mundi, quem
gnis incorporei. Propter lunonis, hoc est, mate- liberũ ætherea nominat, vt quia à materiæ poten-
riæ defectum ad inferiora, vnde confestim ori- tia segregatus & præsentiarus in libertate cale-
tur aerea luminis essentialis, non vstiui, sed illu- scere Dei ardore, ac insensibili motu inferiora ca-
minativa. Et hæc est creatio mundi medii, quem lefaciat, dicitur enim æther θεὸς φῶς ὑπερτάτου
Iudæus Iudæus appellauit supremum, quia Dei- θερμαίνει, hoc est, à semper calefaciendo. Proprie-
tatem mundus comparationem non patitur, ideo- F tates autem illius sunt hæ, conditio, chorus, & or-
que à nullo potest supremus & incomparabilis do. Mundi eius conditio est, quod totus quicquid
nuncupari. Recte vero medius hic dicitur est, purissima forma est, cuius asserunt Ioudalem
Olympus, quia totus lucidus, & separatarum for- esse naturam; quæ immortalia & mortalia infor-
marum plenissimus est, ἐν ᾧ ὑπάρχουσιν ἰδέαι πάντων, Ilia- met, & totu specifico cuncta vtriusque mundi in
dotheatio, id est, vbi immortalium area, superfi- sito esse cõseruet, de quo extat illud Maronis: Opa-
cies, siue pauimentum extat; cognominatur e- ter, & hominum diuûmq; aeterna potestas. propterea ob
tiam habitaculum Deorum, seu, vt rectius Mato fomentarium calorem spiritalis sol veteribus iu-
nis Exeiolos decimo, Deũm domus alta: cuius qui- piter dictus est. Vnde Salii Martis Gradiui sacer-
dem talem est vnitas, parietes trinitas, & super- dotes eũ appellarunt Lucecio, & Cretenses Phos-
ficies quaternitas. Id que clarius cernitur, cum iam G phoro. ab eoq; denominatus est Olympus, quod
vniuersum à diminutate sua emanando paulatim totus fulgeat, in quo Iouis totus pudet, & præsit,
deficiendo, & discrescit ad creaturarum figu- imo totũ quod est, ipse est. Hinc illud quoq; in 9.
ras. Hæc etenim ponamus simul & pro Tetra- Æneid. annuit, & totum nutu tremefecit Olympum,
gymnasmati, & in quolibet eius angulo punc-

Eius, inquam, conditio est receptate formas simplices, immateriales, separatas, per se existentes, tam vniuersales quam indiuiduas. Continet enim omnes ideas ideatas generum & specierum, eeu exempla ipsa contractioribus exemplaris imitanda, quorum exemplar signatorium consistit in mente diuina. Sic enim nominari volumus, quod est in mundo, Deitatis exemplar absolutum. In mundo intelligibili exemplum abstractum, & in mundo sensibili non exemplum, sed exemplatum illud contractum, quomodo sigillum, figura, & cera sigillata. Huc accedit secundo chorus altera proprietas, Νοῦ τὸ ἐκ παρᾶ, id est, à gaudio beatorum spirituum infinito, & voluptate immutabili Deorum dictus, qui vernæ illius habitaculi & ciues olympionicæ, myrtea corona ouantes, ambrosia & nectare diuini conuiuii perpetuo fruuntur, tidentes risum inextinguibilem. De quo sapientissimus Poetarum Homerus, ἄσβεστος δ' ἀρ' ἐνῶρτο γελὼ μακάρεσσι θεοῖσιν id est, Inextinguibilis certe excitabatur risus beatis Diis: quod omnino lætitiam illorum sempiternam ostendit, quam iugi concentu citharis & cæteris musicum instrumentis, tripudio, choreis, sympositis, quietis cubilibus, & interdum dulci somno, præclarus ibidem Melesigenes eleganter in Iliados primo libro expressit. Quid-ni Marrane? Quænam potest maior cogitari voluptas quam Deum volentem, & post eum rerum omnium ideas atque formas adspicere purius & transparentius, quam secundarum creaturarum vlla; deinde visiones quoque suas inferioribus pandere, quod omne Deorum est proprium atque suum. Ideoque Dei quandoque vocantur Latine, qui & Græce Διοὶ δόσι τοῦ θέας, id est, à speculatione ac visione; vnde Διοπτεύω significat adspicere videreque: nominantur & quandoque angeli, dum visa cæteris enuntiant, vt Orpheus Mercurium inuocans ait, κλῦθι μοι ἰήμενε διὸς ἄγγελε μαῖάδ' υἱὲ, ἱμερόεντ' ἀνανευ. id est, Audi me Mercui, tonis angele Maiæ fili, explanatoromnia. Nam ἄγγελοι nuntiare ac explanare dicimus. Crebro autem alterum pro altero vsurpamus, non consideratis officiis, ita vt promiscue Dis & Angelis in communi sermone vtamur. Cum enim Porphyrius in Isagogis scripsisset, quod & nos simus rationales & angeli, Boetius Latine vertens: Sumus, inquit, & nos rationales & dii: Hoc modo reperitur in libris aliorum quamplurimis. Quare nemo putet, cum Deos nominamus, ipsos æquari summo & ineffabili Deo, qui nomen non habet: supremam namque maiestatem eo appellamus Deum, quod cuncta cuncta infinite penetrat, & singula percurrit, Νοῦ τοῦ θέειν, id est, currere. Vnicuique nempe rei multo interior est Deus, & magis intimus, quam ipsa sibimetipsi, vt qui eum nullibi est, vbique sit. At non sic deos appellamus, qui terminatam sibi tantum exequuntur ptouinciam, & ad destinatum mittuntur opus. Dæmones autem, quantumcunque boni, tamen à Pythagora sectatoribusque eius in hunc medii mundi chorum non admittuntur. Sic enim Plotinus, qui, teste Iamblicho Porphyrio & Longino, mysteria Pythagoreorum perfectissime secutus visus est, in libro de amore Deorum, inquit, genus esse passionis expers dicimus & quamvis Dæmonibus autem passiones adiungimus, recentes etiam sempiternos esse, sequenti pro dicendi gradu. Præstat sane, nullum in mundo intelligibili dæmonem appellare, quinetiam in illo ponatur ipse dæmon, esse Deum existimare. Hactenus Plotinus, certe in omni doctrinæ fastigiis, at animo attento ponderandus, præsertim hoc in loco tam difficili, quo Poetarum sacrata de Diis loquentium poterunt absque ambiguitia, & sine plurimorum exacerbatione explanari. Tertia intelligibilis mundi proprietas ab eodem Pythagora demonstrata est, cum ipse dicit: Si recta ratione vixeris, mille acta dolebis, si bene acta gaudendo, Deosque orueris, vt optimum perficiant, tum exuto corpore profectus ætherem, eris immortalis Deus. Ordo nobis hic considerandus est, quem in consequentia hominis beatitudine Pythagoras obseruat. Inde namque medii mundi cœlum incorporeum, ac ipse beatorum inuisibilis Olympus nihil impurum admittit: fugienda ergo vitia sunt, & amplexandæ virtutes. Deinde salus hominum misericordia Dei est: quare diuinitas colenda, & superi sunt exorandi, vt opus nostrum perficiant: tum demum nihil ictus materiæ, nihil corporis, nihil permixti recipitur, ante igitur intuendum est, & tanctæ corpus exuendum, quam in deos referaris. Hic est ordo seculi seculorum, vita functis hominibus puris & electis, deorum indigenarum sui, cœlestis quoq; aula constatur, & communis ut pariter humanæ naturæ cum sacrosanctis angelicis spiritibus perpetua vitæ conseruatio in inuisibili, & tamen omnibus percœlesti cœlo & orbe requieto extra sensibilem mundum, vbi verus est Olympus, non imaginarius, neque poeticus, non qui voluatur, aut rotetur, nunquam ve quiescat. Tum Marrane: Quam proxime, inquit, tectis nostrum tempus accedit vnus maxime omnium Pythagoreus. In lege namque Christianorum simulatus legislator, quod hominum mortui de numero relegendi sunt sicut angeli Dei in cœlis, vbi tabernacula Dei cum hominibus. Non intrabit aliquid coinquinatum aut abominationem faciens & mendacium. Erit illic vox citharœdorum citharizantium citharis suis, cantusque nouus, & nemo qui sunt scripti in libro vitæ, vident cœlum nouum, & terram nouam. Prius enim cœlum & prior terra eis abierunt. Ibi etiam ciuitas beatorum habens claritatem Dei, & illius murus laspide constructi, fundamentaque eius omni lapide pretioso ornata. Et Dominus Omnipotens templum illius ciuitatis est, & de sede eius producitur fluuius aquæ viuæ ceu splenditus crystallus. Ciuitatis vero eius fundamentum & superficies est tetragonus: verba enim Apocalypsis, unde illa sumuntur, sunt hæc, καὶ ἡ πόλις τετράγωνος κεῖται id est, & ciuitas quadrangularis iacet: quod explanauit Hippolytus Papa, sic esse ἴσα πλευρὰ καὶ πάχος id est, propter solidum & firmum. Id tu mihi reducere videris ad Pythagoræ numerum, & figuram pyramidis, à triangulari basi erectam, quam mathematici solem omnium solida reputare: plane quem virum suæ opinionis



mo non modo ruum, sed verius nostrum Pythagoram appellarem: & appellabo quidē nostrum, quem viuum, quod ipse sol' exomni veterum philosophorum turba magis apte, magis concinne propriequoque nostra sapuit, neque valde & à Persis quoque & à Palestinis ac nostra ætate Arabibus in doctrinæ suæ fundamento ditat, idem ipse Italicæ philosophiæ auctor. Sic enim in lege Mahometa Azoara prima legimus Deum paradiso beatorum inlacturum, vbi dulcissimas aquas, pomaque multimoda, fructus varios & decentissimas ac amantissimas mulieres, omneque bonum in æternum possidebunt. Et in Azoara quinquagesima prima. Credentes autem (inquit) & benefacientes pulcherrima loca paradisi possessuri, omne illum velie perficiens, hocque lucrum est maximum, huiusmodi quidem pollicitum illis summam lætitiam denunciat. Deinde in doctrina Mahometh ita scribitur, Si vllum oblectamenti genus deesset, beatitudo minime plena esset. Frustra igitur delitiæ adessent, si voluptas deesset. Et paulo superius, Incolis quidem eius (ait) quicquid desiderari potest statim aderit, qui & perfecti erūt omnes in statura quidem Adæ, in forma vero Iesu Christi, nunquam incrementum aut detrimentum aliquod patientes. Et in Alkoran cap. 64. Illic credentes accubabunt tapetis sericis stramentisque purpureis, omnibusque sibi dilectis perpetuo potientur, ducentque puellas formosissimas, vt sunt hyacinthus & margaritæ, ab hominibus atque diabolis nunquam deuirginatas nec menstruatas. Erunt & illic arbores colore inter viridem croceumque nitentes, fontesque fortiter emanantes & palmæ pomaque Punica. Notate hic lectis, Philolae, quod pars maxima horum symbolica est & instar Pythagoricorum allegoriæ narantur quæ audistī ferme omnia, id quod palam fatetur Mahometh in libro de doctrina, cum ait, Seculum aliud post mundum istum, cuius nulla similitudo exponi potest, nec rem colonti eius mortales, nec dies eius sub numerum. Quo se ipsum declarat, quæ scripserit de diuinis allegoriæ scripsisse, non autem omnia plane acaperite, quando numerauit dies beatitudinis, dies mille annorum, & annos quadraginta milia annorum: Et paradisum habere docuit pomorum autem smaragdis & hyacinthis circuitu interpolitis distinctum, omni fructifera cuiusmodi arbore, decurrentibus per amœna arua fluentis, quorum alia quidem lac, alia mel albissimum, alia vinum purissimum fundunt. Hæc in hypothesi doctrina Mahometh, vbi per sensibilem paradisum designat illum quem ratio non capit intelligibilis mundi hortum. Duos enim paradisos Mahometh in Alkoran nobis proposuit, cuius Azoara sexagesima quarta sic ait, Qui timuerit curam Deo ituros, duos paradisos rerum omnigenum omnimodisque bonis fœcundos, hereditarem accipiet. Ita duas quoque ostendit ciuitates sensibilem, cum in libro de doctrina quæ ab Abdias, Quare Ierusalem dicatur domus beatitudinis, Respondit Mahometh, quia in directo cœlestis Ierusalem sita sit. Hæc ad nostri Simonis Cabalistica quæ audiuimus haud parum alludunt de duobus scilicet paradisis, altero cœlesti & alteto terrestri, geminos mundos significantibus, visibilem & inuisibilem; illum nobis præsentem, hunc nobis futurum, eum quidem de quo satis multa paucis expositisti, quare oto Philolae, vt de nostro quem incolimus reliqua profequaris. Faciam sedulo, Philolaus ait, si prius te commonuero ne cum rudibus philosophastris erres, qui ea tantum sapiunt quæ oculis cernunt, vt de Antisthene scripsit Ammonius Hermiæ, cum dixisset, hominem quidem video, humanitatem autem non video. Vnde putabat humanitatem, nihil rerum esse nisi cogitationis figmentum, τὸ δὲ ἀνθρωπότητα μόνον ὁρῶ, καὶ μὲν ἀνθρωπίδας οὐ λαμβάνω μᾶλλον γὰρ ἵππον ἄνθρωπον ἂν λάβοιμι. interpretatur sic, Hæc ille dixit, sensualitate sola viuens, & non potens ratione ad maiorem inuentionem se ipsum extollere. Ita Hermiades in Isagogis. Haud aliter tam sunt quidam obtuso ingenio, qui acuti' contemplari nequeant, nisi quatum pupilla comprehendat, aut manus palpent, & quæcunque de vita cœlesti, de diis superis, animabus in cœlo, aut de cœlestibus audiunt ea mox ad cœlum visibile stellarumq; sphæras, firmamentum mobile, & quos sensu percipimus orbes referunt, ac si in tanta turbine motuum, & inequiero mutationum tumultu, vita beata consistere posset: sequentes vero spiritalem sensum & subtilem mentis illuminationem, ipsi quidem intelligunt maiorem esse veritatem in iis quæ non videntur quam in iis quę videntur. Ad hoc Pythagoreorum propensa est voluntas vt credant hunc mundum & quæcunq; in eo locantur adumbratam esse imaginem eius qui extra cœlum sit veri mundi, comprehendentis solum intelligentias, formas, & animas à corporibus, substantia, virtute, & operatione separatas. Vnde animas hominum ab omni sorde turpi defecatas abiecta corporali mole firmiter tenent & nullatenus dubitant extra hoc visibile cœlum omne ac vltra qualemcunque incommoditatis aleam in æternitatis Olympo habitare, omni libertate donatas & nulli necessitati obstrictas. Sic enim Plotinus ille insignis Pythagonista in libro de proprio cuiusque dæmone quarto inquit, Animas extra sensibilem mundum profectas existimandum est naturam dæmoniacam transcendisse, omneque generationis fatum, omnemque huius mundi necessitatem quamdiu in mundo intelligibili habitant; Hucusque Plotinus. Quotiens igitur de veris diis, intelligentiis separatis, formis putioribus, spiritibus diuinis, superis, Angelis & beatorum animabus mentio fit, semper recordare ac animo tecum versa, mundum illum suptemum, intelligibilem, immaterialem, simplicem, abstractum, cœlum incorporeum, Olympum inuisibilem, paradisum mentalem, supernaturalem æthera, nec sensu nec ratione perceptibilem. Eo nunc dimisso ad nostrum delcēdamus corporeum & sensibilem mundum, cuius exemplar est in mundo incomparabili Deitatis, & exemplum in mundo intelligibili formalitatis, & exemplarium τοῦ διανοήτου in seipso. Vsque vnum origo est mentalis mundi, sic duo nobis exordium erit mundi corporalis, qui non esset corporalis, nisi quatuor istis constaret, puncto, linea, superficie, crassitudine, ad exemplum

cubice figuræ quam constituunt, vnum, duo, tria, quatuor. Vnum enim positione fixum creat punctum. Linea de vno puncto ad alterum protracta è duobus fit. Superficies ex tribus oritur lineis. Crassitudo ex quatuor nascitur, ante, tetro, sursum, deorsum. Ideoque sicut binarius per se multiplicatus numerando bis duo quaternionē producit: ita binarius semetipsum in seipsum replicans atque retorquens dicendo, bis duo bis, primum cubum facit. Ergo post quinarium quæ tetragonica est pyramis, quippe principium intelligibilis mundi, accedit sex laterum octonarij cubus, quem mundo sensibili architectum præficimus. Nam inter terum principia, non habetur septenarij vlla memoria, quoniam virgo est nihil pariens, idcirco Pallas nominatur. Ad cubum ergo primum diuertimur, sane fœcundum numerum, multitudinis varietatisque principem, vt qui per duo sit & per quatuor constitutus. Vnde sicut Pythagoræ præceptor Zaratas duo nominauit matrem, ita nos cubum inde progredientem appellamus materiam, omnium rerum naturalium fundum & fundamentum, sedemque substantialium formarum. De quo Timæus Locrensis ille Pythagoreus in libro de Anima mundi scribit, ἐκ δὲ τῦ τετραγώνου γίνεσθαι τὸν κύβον ἁρμοδιώτατον καὶ σωμάτων ἕδραν πάντη εὐμεταχείριστον, ἐκτῦ δὲ γονίας ἔχον. id est, Ex tetragono nasci cubum solidissimum & stabile omnino corpus, sex quidem latera, octo autem angulos habens. Huic fundo si qua forma demersa innitatur, huic solido receptaculo si fuerit illapsa, & in hanc sedem materialem reposita, non vage nec communiter recipitur, sed stabiliter & singulariter fit indiuidua & incommunicabilis, tanquam asscriptitia glebæ, tempori & loco subiecta, & quasi de libertate in seruitutem materiæ proscripta. Igitur gemina profluere ab vno fonte rerum temporalium principia cernimus, pyramidem & cubum, id est formam & materiam quæ ex eodem tetragono deprehenduntur prodisse, cuius idea, vt ante ostendimus, est Tetractys, Pythagoræ diuinum exemplar. Symbola igitur primordialia quātō potui breuius explanam, quæ neuera nihil designant aliud quam materiam & formam. Cumque oporteat tertium aliquid ponere quo vniantur, nec enim sponte confluunt, nec contingit fortuitus quarumlibet formarum concursus in materiam, neque vnius rei materia contingenter formam alterius recipit: non enim ex corpore humano mox atque decesserit anima generatur æs aut ferrum, nec ex lapide fit lana: cum itaque oporteat ponere tertium aliquod quo vniantur, cur, vt opinor, necesse principium aliud quam privationem Aristotelicam addicere, quo moueatur materia ad formæ desiderium, ita vt cessante hac & hac forma, introducatur vicissim ista quædam & ista. Nam privatio & potentia nihil substantiæ agunt, cum sint nullius actuitatis realis, ob idque nuninæ entitatis, quanto magis certam formam alicui materiæ nequaquam iungere aut vnire possunt. Vnde inuenti sunt qui dicerent loco privationis motum esse tertium principium, qui cum sit accidens quomodo erit principium substantiæ? aut quis eius motus erit motor?

A Quare sapientius contemplati Athenienses Socrates Sophronisci, & Plato Aristonis, motu seu privatione agillimum actiuoq; posuerunt Deum dicentes, tria esse rerum principia, Deum, ideam & materiam, quod ante Pythagoras occulte symbolizauit arcanis his notis allusiuo principia vniuersorum esse, Infinitum, Vnum & Duo. Infinitudinis Deum, Vnitatis formam, Alteritatis materiam designans autores. Infinitum in mundo supersupremo & incomprehensibili Vnum seu identitatem in mundo intellectuali Duo seu alteritatem in mundo sensibili: est enim materia quidem alterationis mater. Cōiungit autem Deus materiam & formam per legem quæ naturæ impositam. Idcirco ante Pythagoræ tempora vetustissimus ille Orpheus in libro Hymnorum, post Iouem, id est formam, qui ab eo nominem ἀρχὴ παντων, id est, principium vniuersorum: & post Iunonem, id est materiam quam vocat ὑλαιοφρον παλιμβλαστον, id est, fontis combibentem omniparentem, (Iunonio enim cognomento materiam alloquitur his verbis, χαῖρε θεὰ οὐσίᾳ ζωῆς φύσιν ἐγκατακιρνᾶσα πᾶσιν κραδίην πίειρα μισγομένοις: id est, Absque enim te nihil omnino vitæ naturam agnouit: communem quidem vniuersis permixta supra quam putes) Itaque post (inquam) Iouem formam, & Iunonem materiam, addidit idem Orpheus legem, id est distributionem, vt esset tertium naturæ principium, cognominauitque id φύσεως τι δίκαιον, id est, naturæ confirmationem. Nam lex dicitur νόμος Græce, vt nosti, ἀ νέμω, τὸ μερίζω, id est, partior & distribuo, petinde atq; distributionem quod suum est vel quod ad se pertinet. Hæc esse ait, σύμπαντα νόμον, σπερχόμενα δ' ἀρχαῖς Sic in hymnis suis concinuit) id est, cœlestem legem, singillum iustum: Lex enim naturæ sigillat vna forma multas materias, sicut tabellio vna effigie multi multas ceras. Iam vero quælibet sigillatæ materiam formæ non vltra vocantur ideæ, hoc est species, sed τὰ εἴδη hoc est tale, scilicet forma ἃ τὸ τοῖς κοροῖς ἐκτυπωθὲν ὡς πρὸς τὴν ὕλην τύπος. id est, Ceu illæ in ceris expressiones inseparabiles à materia, vt scripsit Ammonius. Proinde aperta nobis iam extat sensibilis huius originis mundi quem pyramidis & cubi coniugium legitime celebratum peperit. Earum figurarum tetragonæ bases continuo vnitæ dodecaedrion efficiunt. Pythagoricum quippe symbolum, quo designatur ipsum vniuersum ex materia & forma compositum. Illius recte meminit Alcinous de dogmate Platonis, sic dicens, πρὸ δ' ἀυτῦ τὸ ἐκ τῦ πατρὸς εἶδος καὶ τῆς ὕλης γεγονός. id est. Dodecaedrum vniuersum Deus vt ebatur, scilicet cum hoc mundum fabricaret. Octangulo namque cubo si pyramidem ex quatuor triangulis æquicruribus eleuaram superposueris, ædificium dodecaedri artificiose constituxeris, vbi siccumbit cubus ibi pyramis, vti mater, & incumbit pyramis vbi pater. Sic enim Timæus Locrus ille nobilis Pythagoricus in libro de Anima Mundi, τὸ μὲν ἄπειρον κύκλῳ τὸ καὶ παγκρατὲς ἀμφιλαβὲν περιγραφὴν τὴν τοῦ κόσμου ποιεῖται. id est. Formam quidem, inquit, rationem habet matris & patris. Materia vero fœminæ atque matri: terra autem filii



esse horum geniturā. Ex his igitur omnia huius mundi quæ sunt, non peiperam affirmamus certis seminibus & secreta facultate fieri, sane mira varietate apparentia propter variam formarum ad suas materias commensurationem, & infinitorum pene accidentium quæ συμβεβηκότα Epicurus vocat, admixtionem, per abundantiam & defectum, litem & amicitiam, motum & quietem, ordinem & tranquillitatem, rarum & densum. Vnde coeuntur orbes & stellæ, quatuor item elementa, ex quibus cuiq; potant calidū & humidum, & frigidum & siccum, cum quælibet etiam sentiendum obiecta. Inde aliis aliud contingit, & efficit omnes ex vt conuertant formas, mutentque colores. Lucretij testimonio. Sentisne quantum nos iam non plebe philosophorum ambulamus, & vulgatam terimus viam quando in hæc physica lapsi sumus: quare cum multi multa de natura scripserit, minus vtrum nobis adhibendum est, vt quid de rebus naturalibus senserit Pythagoras edisseramus, à nobilioribus & diuinioribus sumamus autoribus. Naturales sunt dij, supernaturales vero dij deorum: illos mundus inferior alit, hos mundus superior fouet, vnde & superi dicuntur, de quibus ante haud parum multa disseruimus. Dij deorum simplicissimi & purissimi, quia nequam sunt, ideo supercœlestes sunt: quia vbique sunt, ideo nobiscum sunt, ithic indigenæ, hic aduenæ. Nunquam enim in nostro mundo sunt nisi missi, quare Angelorum nomine gaudent cum ad hæc ima deuergunt, quoniam regis regum nuncij sunt: habita tamen & facie nobis apparent qtali volunt iuxta libertatem arbitrij, semper beneficiorum erga nos amantissimi. Sed infuscet aliq; ad supercœlestia nunquam migrant, ad nos vero & ad nostra quandoq; legationem assumunt, vnde & pari modo est quando Angeli nominantur. Deus autē Opt. Max. tam infima quam suprema & media singula penitissime inhabitat, ita vt nihil sit eorum sine Deo. Præterea dij orbis nulli prasi antiores sunt. Inferiores autem in corpori humano animæ, quanquam illi apud corpora habent corporibus. In medio autem horum sunt locati sunt dæmones & heroes. Dæmones propte deos, heroes prope animas. Quorum Pythagoras in aureis carminibus meminit, & singulis quibusque iuste tribuit cultum. Nec illis tamen aras sanguine fœdari, nec animalia immolari permisit, nisi à publica vtilitatis causa, magis autem thure atq; lymphis quotidiana & priuata sacrificia fieri voluit. Vnde illud extat,

*Thure Deum placa, vitulum sine crescat aratro.*

Cunque homo sit quædam mundi huius effigies, vniuersipraxia, hoc est parvus mundus nuncupatur, in multis paria recepit mundana nomina μεταφορικῶς & more translatitio. Mens enim in homine Deus appellatur, instar mentis summæ ac primæ, aut per homonymian, aut per participationem. Et anima rationalis quæ per mentem ad virtutes & optima quæq; voluntatem inclinat, dicitur dæmon bonus siue genius: quæ vero per phantasiam & prauas affectiones voluntatem ad vitia & pessima quæq; trahit, nominatur dæmon malus. Quamobrem Pythagoras Deum orat vt homines à malo liberet, & omnibus ostendat quo dæmone vtantur. Exuto demum corpore si fœdata vitijs manserit, fiet dæmon malus, & vita eius δυσδαιμονία, id est, infœlicitas vocatur. Sin vero abiecerit vitia, nihiloque minus impressa sibi duret sollicitudinis character, nec penitus omnem erga humanos & mortales etiam, quantumuis virtutis, mores affectionem reliquerit, aliquanto erit tempore bonus dæmon, & in huius mundi amœnitate fœliciter fortunateque deget singulari semper cum lætitia, tanquam quæ bene gesserit adhuc memori secum mente volutans, ad eadem recte gerenda nondum extinctam retineat voluntatem, cuius vita Græcis εὐδαιμονία, id est, fœlicitas dicitur. Vnde illud Virgilij Maronis ortum est,

*Quæ gratia curibus*
*Armorumque fuit vitio, quæ cura nitentes*
*Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos.*

Illam animam priscos lemurem nuncupasse accepi, cuius generis si quis sit qui beneuolentia erga nos ita ducatur, vt nostri & nosti rorum curam fortitus, placato & quieto numine domum possideat, lar dicitur familiaris. Sin autem propter aduersa vitæ merita nullis bonis sedibus, interuagatione ceu quodam exilio punitur, terriculamentum bonis hominibus inane, at noxium malis, larua nominatur. Cum vero incertum est qua fortitione fruatur, lar ne sit an lutus, nomine Manem Deum nuncupant: cui honoris gratia Dei vocabulum addidere, quoniam eos pronunciant etiam Deos qui iuste ac prudenter vitæ curriculo gubernato, mortem sanctam obierunt. Cæteruni promiscue Deos, Angelos & dæmonas etiam eos nominamus ingenuos spiritus, qui singulis quibusque hominibus custodes addicti, minime conspicui, semper adsint non modo actorum testes, verum etiam cogitatorum, qui nos quoque post mortem sequantur vsque ad summi dæmonis potestatem, iudicium, atque tribunal. Omnia hæc ad nos ex Pythagora fluxerunt, quæ ipse partim ab Ægyptijs, partim ab Hebræis atque Chaldæis, & apud Persarum sapientissimos Magos didicit, posteriusque tradidit, quorum meminere præstantissimi autores, Mercurius Termaximus Ægyptiorum illustris legislator, & contemplantissimus scriptor in sermone perfecto ad Asclepium. Timæus Locrus in libro de Anima mundi. Hesiodus in Operibus & diebus. Plato per Diotimam in conuiuio, Per Socratem in Phædro, Iridemque in Philebo, Per Athenienses in hospitem in legibus, & Epinomi, aliisque librorum suorum locis. Porphyrius de abstinentia animatorum. Iamblichus de mysteriis. Proclus in Alcibiadem. Plotinus in libro de Amore, & in libro de Proptio cuiusque dæmone. Maximus Tyrius in binis disputationibus de dæmonio Socratis, multisque Græcorum alij, quos è Latinis Cicero in voluminibus de Natura Deorum, de Diuinatione, & in sexto de republ. & ille quoque Madaurensis Apuleius libro de Deo Socratis, & reliqui post illos imitati sunt. Nec desunt ex Peripateticis qui de mototibus orbium, syderum atque stellarum, & præsidibus elementorum tractauere, siue corporibus illis assistant, seu illorum cuique pro cuiusque anima inisint, mitto di-

cere. Iam ſolum quæ reſtant de mundo ſenſibili paucis enumerabimus. Mundum igitur hunc, qui eſt æternitatis imitator, dixit Pythagoras, continentiam eſſe omnium totorum ſecundum ordinationem quæ ſic in eo, qui tametſi eſt corporeus, tamen incorporea habuerit prima principia, cur Stoici non ſunt in hoc aſſenſi: putauerunt enim ea fuiſſe corporea, quia ſpiritualia. Eundem ipſe & genitum & corruptibilem aſſeruit, ſed prouidentia & indulgētia Dei nunquam corrumpendum. Dixit quoque corpora elementorum eſſe rotunda, præter ignem qui coni figuram præferat. Colorem eſſe corporis apparentiam. Tempus, circulum, mundi extimum, motum, differentiam quandam ſeu alteritatem in materia, generationi & corruptioni paſſibilem materiam ſubiici. Neceſſitatem incumbere mundo, & quædam de neceſſitate fieri, quædam ex fato, quædam electione, quædam à fortuna, quædam caſu: horum cauſam eſſe humanæ rationi occultam, cui aſtipulatur & Anaxagoras. Mundum cœpiſſe ab igne, arbitrabatur ipſe noſter. Dexterum eius in oriente, ſiniſtrum eſſe in occidente. Tum ſequutus Thaleta cœlum in quinque zonas diuiſit, deinde in æquinoctia & ſolſtitia, vtraque bina, & ἄρκτον. Haud aliter etiam terrarum orbem. Præterea omnium primus reperit obliquitatem zodiaci iuxta ſolis meatum. Lunam videri aiebat ſolum terreſtre ignitum, in ſe habens campos, montes & valles. De anima, hoc modo pronunciauit quod ſit numerus ſe mouens: quam per vires ita diſtribuit: Vitale circa cor: rationale & mentale circa caput. Totam interire non poſſe: nam rationalem eſſe ſempiterni Dei opus: irrationalem vero corruptibilem. Eidem autori referenda videtur diuinatio veriorad ſacrificia. Humanum ſemen vtriſſimi ſanguinis ſpumam eſſe voluit materiæ corpoream, ſed incorporea virtute præditam. Cæterum fœminam pariter ſemen emittere. Deinde non ſolum hominem ſed alia quoque animantia rationem habere abſque tamen mente. Quod autem magna pars horum non rationaliter agere videtur, certe corporum δυσκρασία culpatur, quia debitis non ſint dotata inſtrumentis. Ideo verba non habent ſiue cicures ſeu feræ, ſed ſymbola & notas certas pro verbis tenent, quibus ſignis inter ſe cogitatus ſuos exprimant. Sic igitur beſtiæ loquuntur, non dicunt, quod Græce ſignificantius aiunt λαλοῦσι γάρ, οὐ φράζουσι δέ: omnium illorum Plutarchi voluminaVel ſcire vel opinari iuuat, ſi non in hac vita omnem admant mœrorem & cruciatum, ſaltem poſt vacuitaté inalorum non admittendam. Latiſſimam omnium bonorum compreſſionem quæ tam ſtudioſe didicimus? Quid nunc bene quod bene ſciendo male facimus, & male faciendo non omnino metu vacare, ac non ſaltem nimi tranquillo ſtatu frui poſſimus? Quid nunc ſum quod monitis probe obedientes inſtar omnium totorum ſemper iuſſa exequimur, aliorum autem rebus ſtulti, ſtolidi, fatui, fungi, bardi, ſolum pulſo à bruto diſtantes? Quare opportunius videtur Pythagoræ omnem philoſophiam ad hæc noſtra exoptatæ aſtigium & expeditum emendandi ſecuritatem deſtinare, quam in commune omnium ſummarum & diuinarum rerum tribunal. Eum fructum ceu fœlicis arboris indefeſſa philoſophandi ſtudia noſtra proculdubio ſequuntur. putauit, ſi nos prius animi purgata vel certe declinemus à vitiis, & colatus virtutum aliquis ter, quo plane nullius mali nobis ipſi exercitium mente hilatiq; ſtudio mathematicis ſpeculationibus incumbamus, quæ nobis mediæ obtinent inter res naturales & diuinas ſunt eam ſcientia partim inſeparatæ, vt naturalia, partim ſeparatæ, vt diuina. Circulus namque, ſeu humanæ quanquam abſque materia non ſubſiſtit, tamen abſque materia eſſe intelligitur, quin imo nullæ materiæ agitur cura, cum quælibet mathematica tractamus. Cum igitur difficile, ne dicam impoſſibile fuerit, intellectum noſtrum ſubito à materialibus ad ſupernaturalia, & ab omnino materialibus ad penitus immaterialia tranſire, dicit voluit Pythagoras diſcipulis ſuis quaſdam medium ponere, quas & ſenſu aliquo mediocri poſſent, & intellectu comprehendere, demum tioneſq; illarum ob hanc cauſam μαθήματα μαθήσεις, hoc eſt diſciplinas nominauit, quas vero de iis librum compoſuerat, Eruditionum ue Inſtitutionum inſcripſit, quaſi materiibus a pueris aptum, propter quos & id nomen elegit παιδεύσεως: in quo totum quicquid diſputat de numeris, de figuris, & de harmonia explanauit. Inde tanquam ex vno illuſtri fonte quaſi limpidiſſimi riui emanauere, quas non quamlibet liberales artium facultates appellamus, Arithmetica, Geometria, Muſica, Aſtronomia: ſine Aſtronomiam inter naturalia connumeratas pro magna parte in librum quem appellauit phyſicum egit, quod in motu corporum conſiſteret. At quaniam de illis apud quam plurimos noſtra ætate terarū periſſimos, tam lata eſt expeditio, vt quilibet earum rerum ſingularem facultatem ſcire & quælibet facultas propriā claſſem ducat, nemo quamq; ſuis præceptoribus committā & propter multam modo noctem, centæq; noſtræ apparent præſentes, finē loquēdi faciam, qui tot verba hactenus tolerantiſſimas aures tuas immodeſte aſſus ſum obtūdere. Tum Marranus, iuro te, inquit, tanta me dicendo voluptate oppleuiſti, vt nulla mihi ſit Muſis gratior, & nunc cum ceteris omnem pene famē, ad doctrinæ tuæ copiā ſume retuli, quanquā video cauponē circa mignonnam & ſtantus epulari eſſe curioſum, ne veliter men cotentus reliquā Pythagoræ philoſophiam capias



explices eam quæ ad virtutes, mores, & reſpubli- A ſingulorum quorumque hominum ad ſe ipſos reſpectum. Poſtremo erga cæteros officium; Nam ce inſtitutam pertinet, idque vtcunque potes quod ad diuina præſtantius attinet, in primis nihil quam breuiſſime, dum ſtructores cœnaturis no- eſſe gratum ſuperis docuit quod non ſit ſordibus vacuum, & plane purgatum: quare id Adabis eiectimum ſternant, & cætera parent. Igitur gionis tradidit crebro habendum in ore μὴ πανδοσίᾳ θύειν ἐξ ἀμπέλου ἀτμήτου: id eſt, non eſſe audi, Marrane, omnem (Philolaus inquit) hanc libandum diis de vitibus non putatis. De puritatem ſub nomine vrbanitatis contineri Pytha- riſſimo quoque odore ſtatuit ſacrificia fieri. Vngoras voluit, quocirca vnum inter reliqua volu- de eſt illud, Ne ſacrifices abſque farina. Sacrifitatem compoſuit, quod πολιτικὸν nominauit, id cium hoc Pythagoricum maxime vetuſtum eſt, eſt ciuile, ſeu vt fortaſſe haud ſatis proprie verte- quod vino & pane fit. Quæ autem Deo dicata re poſſumus Latini, De republica, perinde atque non ſo- ſunt, vltra non debent ad humanos vſus translum explanet quæ multitudinem concernant, B ferri: admonebat igitur ſæpe dicens, A gallo canvirtus enim ſingula cuiuſque ſua quæ morum dido abſtineas. Perſeuerandum vero eſſe in humſint & virtutis. Qui enim ciuitati præficitur, ni- militate veris adoratoribus hoc ſymbolo præcesi digna ſit etiam qui domum ſuam regat & ſei- pit, προσκυνεῖν προσεπιβλέπειν: id eſt, ſedere adoplum quoque, is plane inauſpicato eligitur, μέρος raturos: nam quod in adoratione oporteat circὅλου τι εἶναι, τοῦ ἄρχοντος ἀλλὰ τῆς ὅλης ἀρχαιρεσίας cumquaque proſpicere, de quo illud ortum eſt, ἐπιτροπῆς: id eſt, Portio eſt igitur, vt videtur, & cuiuſpium circa mores tractatio, ipſius poli- Adora circumactus, prudentiam circa diuinas tiæ: vt in libro magnorum Ethicorum ait Ariſtoteles. Quæ quidem ciuilitas ex omni virtu- C preces indicat, ne iure in nos ita retorqueri poſmum numero conſiſtit, cuius partes ſint virtute ſit, Neſcitis quid petatis. Cæterum quoad nos prudet homines in vnam conſuetudinem admiſ- ipſos recte viuendi norma conſiſtit in hominia ſi. Nam malorum conuerſatio non iam ciuitas decoro, quod extremorum eſt medium, inter expectanda eſt, ſed conuenticula vbi vitia ſunt ſiabundantiam & defectum, vtrolibet enim victeria partim inſeparatæ, vt naturalia, partim ſepa- tioſus eſt, & mancus & centimanus. Inde ſymratæ, vt diuina. Circulus namque, ſeu humanæ bolum hoc, Stateram ne tranſilias, præcipit ſtuquanquam abſque materia non ſubſiſtit, tamen diis & actis omnibus moderamen adhiberi: aperabſque materia eſſe intelligitur, quin imo nullæ tius autem quod ipſe dixit, Salem apponito, id materiæ agitur cura, cum quælibet mathematica ad affectiones noſtras, quæ paſſiones appellantractamus. Cum igitur difficile, ne dicam impoſ- D tur, recte pertinet. Eſt enim ſal nota modeſtiæ, ſibile fuerit, intellectum noſtrum ſubito à mate- quoniam in cibatu hominis admittitur nec nirialibus ad ſupernaturalia, & ab omnino mate- mius nec minimus: vtrumque ſane reſpuitur & rialibus ad penitus immaterialia tranſire, dicit quod inſulſum eſt, & quod falſiſſimum. Igitur voluit Pythagoras diſcipulis ſuis quaſdam me- Salem ne tranſgrediatis, prouerbium quoque dium ponere, quas & ſenſu aliquo mediocri poſ- fuit. Proinde affectiones in nobis paſſioneſque ſent, & intellectu comprehendere, demum- vniuerſæ quadam mouentur apparentia boni aut tioneſq; illarum ob hanc cauſam μαθήματα mali, bonis lætamur, præſentibus triſtamur malibus ad penitus immaterialia tranſire, dicit lis, rurſum bona concupiſcimus futura, mala timemus. Ergo gaudium & mœror elementa ſunt voluit Pythagoras diſcipulis ſuis quaſdam me- E paſſionum, ex quibus omnes animorum noſtrodium ponere, quas & ſenſu aliquo mediocri poſ- rum motus oriuntur, quorum rectitudo virtus ſent, & intellectu comprehendere, demum- dicitur, obliquitas vitium. Apparent tamen ſætioneſq; illarum ob hanc cauſam μαθήματα pe nobis bona quæ mala ſunt, & econtrario quæ μαθήσεις, hoc eſt diſciplinas nominauit, quas bona ſunt, videntur non bona: multum enim, vt vero de iis librum compoſuerat, Eruditionum ait Seneca, verum & veriſimile inter ſe differunt, ue Inſtitutionum inſcripſit, quaſi materiibus a quare contingit error facile in impetito vulgo pueris aptum, propter quos & id nomen elegit cuius magna copia eſt. Eum Pythagoras ſuis diπαιδεύσεως: in quo totum quicquid diſputat ſcipulis auertere ſtuduit ſymbolice admonens, de numeris, de figuris, & de harmonia explana- Per viam publicam ne ambules, id eſt, ne vulgi uit. Inde tanquam ex vno illuſtri fonte quaſi ſequaris errores. Nam quod vſurpari etiam hoc limpidiſſimi riui emanauere, quas non quamlibet volebat, Extra publicam viam ne vadas, iam inliberales artium facultates appellamus, Arithme- ſinuauerat loquendum eſſe vt multi, potiuſque tica, Geometria, Muſica, Aſtronomia: ſine Aſ- quod apud omnes conſtat, tu ne impugnes. Vnde tronomiam inter naturalia connumeratas pro ma- iſtud eſt, Aduerſus ſolem ne loquaris, ne videlicet gna parte in librum quem appellauit phyſicum egi- incidas in pericula, quod recte monet illud, Acit, quod in motu corporum conſiſteret. At qua- tum gladium declines. Id fit ſi honeſta verecunniam de illis apud quam plurimos noſtra ætate F dia vtaris in publico, cuius hæc nota eſt, Aduerſus terarū periſſimos, tam lata eſt expeditio, vt quo- ſolem ne meito. Nunc igitur ſublato circa bonolibet earum rerum ſingularem facultatem ſcire num & malum errore, temperandum eſſe ſtatuit & quælibet facultas propriā claſſem ducat, nemo voluptati & mœrori, cupiditati & timori, quare quamq; ſuis præceptoribus committā & propter dixit, Riſui æque atq; triſtitiæ manus non dedendas. Nam gaudiis & voluptate nos frui ſecundum multam modo noctem, centæq; noſtræ apparent harmoniam iuſſit, hoc eſt cum honeſta quadam præſentes, finē loquēdi faciam, qui tot verba hac- temperantia, quam appellauit lyram. Vnde hoc tenus tolerantiſſimas aures tuas immodeſte aſ- G voluptati & mœrori, cupiditati & timori, quare ſus ſum obtūdere. Tum Marranus, iuro te, dixit, Riſui æque atq; triſtitiæ manus non dedeninquit, tanta me dicendo voluptate oppleuiſti, vt das. Nam gaudiis & voluptate nos frui ſecundum nulla mihi ſit Muſis gratior, & nunc cum ceteris om- harmoniam iuſſit, hoc eſt cum honeſta quadam nem pene famē, ad doctrinæ tuæ copiā ſume- temperantia, quam appellauit lyram. Vnde hoc

symbolum ὑπὸ τὸν ζυγὸν τοῦ ἅρματος λύειν: id est, cantibus vtendum ad lyram, non protius inane mysterium fuit, quo semper ante initium soporis vtebantur, ne pertutbatis molestarentur insomniis, quæ dum irruissent, surgentes tussit lecti stragula excutere ac conuoluere, hoc est insomnia glomerare in vnum & reiicere, ne rememorata grauarent. De mœrore sic loquebatur, Arctum annulum ne gestato, per quod excluſit cunctum animi dolorem, nisi super admisso peccato, quapropter in suis ita cecinit carminibus, Mala quidem si feceris dole. In cæteris Pythagoras, Cor ne edendum mandauit, id sic est, ne te exercucies, quin vbi efferbueris in itam, Ollæ vestigium in cinere confundito, quod designat ab ira defetuescendum & præteritorum malorum tollendam esse memoriam. De cupiditate hoc modo, Quæ vncis sunt vnguibus ne nutrias, idque contra manus rapaces constituitur, imo neque de quotidiano victu sis abunde sollicitus, quare ait, Chœnici ne insideas: est autem chœnix cib' diurnus, quam vocant præbendam, al ; spottulas appellant. Pariter vero ne vllum auaritiæ in animo tuo reconditæ argumentum ostentes, ita commonuit, Quæ deciderint (inquiens) ne tollito, per quod vetuit etiam suarum quemq; rerum non decere ardentiorem esse amatorem. De formidine ita, Ne reflectas vbi ad terminos peruenteris, quo symbolo non tantum trepidare mortem prohibet, verum etiam quicquid in fatis est, quantumcunque terreat. Hi namque sunt termini definiti & determinati quos transire non poteris. Frustra igitur times quod reflectere aut vitare nequeas, ab eiusmodi quippe casu nusquam resilire, fortiudinis quidem laudatæ ac egregiæ magnanimitatis est. Enumerauimus perfunctorie notas Pythagoricas. Primum quæ ad diuina pertinent: deinde quæ ad homines singulos quoique. Nunc alter erga alterum quibus moribus vtatur, auscultata paucis, cumque nihil amicitia sit optabilius, incumbit summa post deos cura, virtute amicos parare, vt est in carminibus aureis, tamen non transeuntes quoslibet. Idcirco ipse dixit, Ne cuique inieceris dextram. Et dum penetrabilius tuis dignum amicum inueneris, omnium tuorum participem eum facias. Ob eam rem ipse Pythagoras hoc alios ante omneis vsurpauit adagium, Amicorum omnia communia, Timæo & Ciceronе attestantibus. Est enim amicus alter ipse, quo sit vt amicitia sit ἰσότης: id est, æqualitas & eadem anima. Minime autem admittendi sunt in amicitiam homines alioquin interne albi, tamen nigram caudam foris gestantes (experto crede) quibus nihil fert terra pestilentius, picæ mendicæ, Cyanoleucæ cauda inter scapulas nigricante, omnia simulantes & dissimulantes hypocriticæ. Dixit itaque Pythagoras μὴ ἔχειν ἐν οἰκίᾳ τὸν μέλανα κέρκον. id est, Ne gustes ex iis quibus est nigra cauda: ij sunt falsi fratres quos atratos vocant, τὸ δὲ λεύκους ἐν τοῖς ἡρῶσι: μέρισι μιλαφρύεται, vt scripsit Tryphon grammaticus, id est, Falsum enim in extremis nigrescit. Reliquos leuioris amicitiæ parum vtiles siue cognatos siue amicos supra modum nec cootemnas nec acceptes. Quod instituit allegoria hæc, Vngulum cristumque præsegmi-



na nec commingito, nec insistito. Neq; abesto omnem ingratum conuictorem, & ingratum biscum futurrones hominesque garrulos cum tare iubeamur, vnde illud extat, Cohabitemus nobiscum hirundines ne habeamus. Porro cus consulto recipiendus est, at receptus tum cile abiiciendus. Frangere nempe amicitiam humanum est, quare dixit, Panem ne frange. Tu vero ita velis amicus esse, vt amici omnia perinde cures atque tua, cui non blandis verbis sermonum fuco placeas, sed studio veri. Sedes enim amicitiæ veritas est, non adulatio, propter quod ipse dixit, Oleo sedem ne absterge. Virum conciliandus est bonorum amor, sic non sit commouenda malorum iracundia, hoc ipsum admonet, Ignem gladio ne fodito. Est præterea virboni officium prodesse omnibus, nocere neminni. Nam si vel molestiæ autor, vel oneri ingemendo socius accesseris, non profuisse quidem, magis autem grauasse dicentis, vt ita vitio hodedisse videaris. Tunc autem virtuti potius tua gratiam mereberis, quum onus deponenti sucurres vt leuetur pondere velocius, hoc illud est quod dixit σφρίον συγκαθελὼν μὴ συνεπιθῇς: id est, Onus simul deponere, non autem simul imponere: haud secus atque si dicat, ad id cum iuuato, vt homines molestia leuentur, non premantur. Indignus vero & peruersis vir moribus, sicut non est interimendus subito, ita tibi vemaxime fouendus. Quare interdixit, Cibum matellam ne immittas. Eam denique ferocem deponamus oportet, vt prorsus nemo sanus inquemuis innocentem. Præcepit enim & illud Pythagoras, Mitem atbotem non violandum, lædendam. Vnde illud extat in symbolis, Fiscus ne gustato. Est profecto piscis animal emeritum, quod ipsa natura nullo pacto lædit hominem. Nunc quantum ad Rempublicam attinet adiid restat citandum, quod ipse dixit, Communia carpieris. significans legem non violandam. Etlud item, In via ne seceris ligna. Quo monemur publica, & quę sunt vniuersitatis, non esse turbanda. Quam vero sapientem haud deceat fastus & inesitatis inflatio, publiciue honoris tumor, accum hoc symbolum nos exhortatur, A fastu abstinendum. Magistratus enim fabis eligantur pescotum more. Innumerabile autem detrimentum malum quisquis anxie occupatus est in capessenda Republica. Quo magis ne populum dehortando male offenderet, maluit discipulos recondito mysterio tanquam fidus magister ab omni ambitione auertere, vt memoria semper retinent, videlicet ὅτι τὸ δῆμον πρόσεστι: plurimum non dubium est quin Hippiachus & Lysis Pythagoræ auditores memoriter tenentes præcepta doctoris, quæ illi cum cæteris conscholasticis ingenio suo pro libris seruarunt, in auditorio Thebarum prodiderint. Ea tamen & cum omnia vidi, & ad finem properans non omnia perstringere volui. Hoc vnum volui nescias ne esses & obliuioni haud committeres, omnium ferme Pythagoricam philosophiam esse non verborum & tegumentis rerum plenam, eamque tradendi morem vt ante dixi, ab Hebræis creditur & Ægyptijs ipse ad Græcos primus transtulit.

Solebant enim Ægyptij quibusdam fictis ratibus, inter sacerdotes literis sacra communicare, vt essent sibi secreta, quo & diutius administrationi seruire & arcanius capere entur. Vnde illi Colossi, statuæ, æræ, æreus, & æra publice incisa literis Ægyptiorum fictis, prominebant spectanda vniuersis, sed non nisi mystis & initiatis hieroglyphis inuolucta, vt de iis Chæremon & Orus, Ægyptiique multi scripsere. Sic Pythagoras meus esse non putabat viri sapientis asino lyram exponere, aut mysteria quæ ita reciperet vt fus tubam, & fidem gracilus, & vnguenta scarabæus: Quare filentium indixit discipulis, ne vulgo diuinorum arcana patefacerent, quæ meditando facilius quam loquendo appreheudantur. Tum Matranus, Ne inquit, vnus tibi possideas oro Pythagoram Philolae, sed nostrum esse patiaris, non tuum. Ego quidem ipse nihil video et de tuo semoue haud admodum surdus, neque immemor Pythagoristā exulisse, qui vt cuncta mysteria, metaphoras, ænigmata, sententias, apophthegmata, allegorias symbola, notas, signa, sacramenta; tam viri & omnium primi philosophi quæ tu obtes & perfunctorie catalogi specie recenssisti, commendarem memoriæ, locis Tullianis & Arte rhetorum in te audiendo sum vsus. Quo vis periculum faciam? Asseruisti enim si vir incredor Pythagoram tribus voluminibus omnes philosophiæ partes complexum fuisse physico, pædeutico & politico, id est naturali, disciplinari & morali, quæ motiens (vt alias audiui) testimento mandasse fertur, ne vel extra familiam ederet, imo nullatenus publicaret. Ipse vero dignū tantum & numero paucis, dum viueret, omnia quæ illic continebantur, maxime autem mathematica, viua voce nullo vtens instrumento plane demonstrauit. Cæteris cætera in parabolis. Ergo aliter loquens, aliter sentiens (esti semper ideni sapiens) per quædam symbola ceu memoracula doctrinam suam suis impertiuis est, vt et ad pulcorum imitationem aliud dictum, aliud referret intellectum. Ab eo namque, vt de prima exordiar, pro Deo ponitur infinitum & vnum, pro rebus incorporeis numeri, pro corporeis figuræ, pro mistis harmonia, pro sordibus & peccatis, vites non putatæ, pro eo quod est in vitiis gratuitum, fama. Gallus candidus nota est Deo dedicati. Sedere designat humilitatem. Circumcidere, præteriam, & hæc quoad diuina. Illud vero priuatam & virtutes spectat, Statera symbolum est iustitiæ. Sal notat moderamen. Via pueros, errores vulgi. Sol ponitur loco manifesti & aperti. Acutus gladius significat periculu. Lotium, stercus, fundum. Cantus, voluptatem. Lyra, harmoniam. Stragula lecti, insomnia. Annulus strictus, dolorem. Esca cordis, cruciatum. Olla, ebullitionem ire. Vngues recutui, tapinam. Chœnix, denarium. Res decidentes, fortunam. Terminalis finis ita sunt hominis quoad se ipsum. Illud vero quod sequitur quod versatur erga alterum. Dextra est amicitiam. Nigra cauda, falsos fratres. Vncis & cristes symbola sunt propinquorum. Hirundines, carnilorum, & eorum qui excedunt inmystetium est yeræ amicitiæ. Oleum significat signum. Ignis, iracundiæ. Gladius, exacerbationis. Onus molestiam insinuat. Matella figurat indignum. Arbor mitis, hominem vtilem. Pisces, hominem innocentem. Hactenus de re priuata. Nunc de republica. Corona signum est legis & teguminis. Ligna viæ, res vniuersitatis. Ambitionem ergo damonstrat; omnia symbolica, omnia figurata & allegorica. Quod nisi plura in discipulis Pythagoræ putares inueniri posse, profecto hæc omnia reduceremus ad eius viri mathematicas, proportiones, quoniam vnum & duo prima progressione fiunt tria, ecce rempublicam: ter tria sunt nouem, ecce rem diuinam: & ter quatuor sunt duodecim, ecce rem priuatam quoad alterum: & quater quatuor sunt sedecim, ecce rem priuatam quoad se. Est igitur respublica trigonus, & res priuata tetragonus, & sicut se habet sedecim ad duodecim, ita se habet duodecim ad nouem, singula in proportione hemiolia, hoc est sesquialtera. Vide quā docilis te præceptore fiam, & quā egregie Pythagoriſſo. Tu vero quem messe ipsum facies? Tum Philolaus, Plane Pythagoreum, inquit, tam enim tibi permitto rumpere silentium, satis disciplinarum habes, si omnia formalia intellectualiter intelligas. Ad hæc Matranus, Ego certe, quid hoc sit ignoro. Dicam, ait ille, Si omnia quæ tibi apparent, à sensu ad mentem transferas, hoc est si corporeas passiones omneis reiicias & mentis contemplatione perfruaris. Iam verbi causa in latissimo campi spacio lōge distantem à te hominem videre te velim, tu vero ignoras quid rerum sit, existimabis vel agri terminum, vel truncum esse, habet enim figuram rectam, & materiam tua opinione immotam: propius cum aspexeris, cogitabitur in arbusculam succreuisse: resecta igitur penes te cementaria mole, vegetare id putas vita plantæ: tum si moru progressuo iuxta vos ambo accedatis, continuo arboris forma euanescente, succurrit tibi animalis cuiusdā imago nescienti atq; dubitanti sitne gryphes an ciconia, vel alia quælibet ingens auis, bipes enim est. Iamqi factus propior cernis quod caudam & alas non habet, & ambulat erecto capite, mox relinquis omnes formas priores, & formā cogitas humanam. Ergo vna cum obuiam fuerittis, salutem prior dicis, & respondet iste loquens rationaliter, tum neque Faum neque Satyri aut alius tibi phantatis oritur suspicio: sed plane hominem esse agnoscis vel vicinum vel amicum, quem vbi de parentibus suis & propinquis, vt fieri soler, interrogas, ipse omni quæstioni tuæ satisfaciens recedit. Eoque discedente, solus tecum meditaris hunc hominem & ex parentibus esse natum, & parentes rursum ex parentibus, & illos ipsos patiter à semine humano, & semen illud ab homine quodam esse, tandemque cum natura resipuat infinitum, videbitur forte haud admodum impossibile vnum aliquem assignare hominem qui fuerit ortus sine semine humano. Ita in 12. libro Posthumanarum scripsit Aristoteles, & eū appellat τὸ τέλειον: id est, perfectum. Cumque accepto feras dari à philosophis hominem talem perfectum, cuius corpus non sit natum vt cæterorum hominum, tunc discurres per ratiouem ad hominis animam, semper de perfecta ad perfectiorem & nobiliorem. Eademq; possibilitate arbitraberis concedi

quoq; animam certam, non ita creatam vt ceteras animas, sed forte q̃ ſe ipſam concreauerit, & eam eſſe non ſolum perfectam aut aliis perfectiorem, verum etiam cunctarum quæ fuerunt, ſunt, erunt aut fore poſſunt, perfectiſſimam: hanc in hominis mortalis corpore ſitam ſeparabis à corpore, ac ſupra reliquas animas ſeparatas (quando ipſa eſt nobiliſſima) locabis in nobiliſſimum non locum, ſed habitaculũ. Nobiliſſima vero manſio eſt proxima Deo, quod Stragirita late proſequitur in libro ad Alexandrum de mundo. Illam autem nos in horizonte mundi ſuperſupremi qui dicitur incomparabilis, habitare iudicam[b], vbi eſt vnio Dei & creaturæ. Sicut in horizonte æternitatis ponimus motorem primi mobilis immobilem, in quo mundus corporeus & incorporeus conuenimnt. Hac iam via humanam formam, intellectualiter vertiſti in formam ſeparatam, & eandem mentaliter ad æternitatis ſupremam duxiſti manſionem. Vnde omnib[b] Angelis & animabus gratioſis ſumma inſtillat beatitudo, & omnes animæ ſalutiferæ ad eandem animam ceu ad regulam quandam regulantur. Quod vtiq; de corpore illo perfectiſſimo, cuius ante meminimus, Pythagorice non negarem. Nam ipſe dixit hominẽ poſſe fieri Deum immortalem, per quod ſententiam ſuam clare oſtendit, quod vna gloria partem hominis vtramq; glorificare poſſit, & totum hominem facere beatum, quando maximus ipſe Deus aut vtramq; inſorbet, ac ſua Deitate imbibit, aut animæ committit, vt corpori ſublimato claritudinem & glorificationem ſuam influat, οὐκ ἐμοιζὼν ψ κρείττονι μύτῳ, σωμα πορζαβόλῳ τε καὶ πωμαθλίᾳ τε. id eſt, Tanquam coniugato & viatum comiti, ſimulque cenſito, & quod ſimul certauerit. Hoc Pythagoræ dogma repullulauit ab Orpheo, quod in exitu hymni ad Mercurium deprehẽditur. Iam tibi præ oculis pendẽtem cernis Homeri catenam auream in Iliad. 8. à Ioue cœlimus fragilitati noſtræ demiſſam in terras, per quam temetipſum ope diuina in ſublime leues cum agendo, tum contemplando. Neceſſe namq; fuerit prius ſecundum mentem vinere, poſt tandem mente contemplari & contemplantem ardenter aſcendere: quoniam vita eſt cõtemplatione prior, quarum cum vtramque deceat eſſe puram ad conſequendum id quo nihil eſt purius, certe purganda prius vita, deinde illuminanda contemplatio. Quod igitur in eã q̃ attulimus rerum á rebus abſtractione vidiſti, tu id in te ipſo experire, vt per rationem ad mentem tedeas, & externis te omnibus explices, quod M. Antoninus Imperator imperat, ἁπλωθι σαυτὸν: id ex, explicato te ipſum. Oportet enim ex hac vita migrantem in alteram, omne indumentum exuiſſe ac nudum proficiſci, non modo ab omni materia & corporeis appendiciis, verum etiam ab vniuerſa perturbationum, affectionum & paſſionum mole profugum atq; liberum, quod ſcite admodum Lucianus Samoſatenſis in dialogo Coronis & Mercurij omnium philoſophiſſimo docuit, quem niſi legiſti lege & imitare. Quid aliud eſt obiecto quod Pythagoras in tria diuiſit quæ nos in diuinæ virtutis veſtigia ponant, niſi purgatio, illuminatio & perfectio. Sic enim ait, τοῦτο μὲν, ταῦτ' ἐκμαθεῖν, τοῦτο δὲ κρᾶτ' ἐφ' ἑαυτοῦ, τοῦτο δὲ τὰς θείας ἀρετὰς εἰς ἐχρῆν θέειν. id eſt, Hæc diſce, hæc meditare, hæc oportet te amare, hæc te diuinæ virtutis in veſtigia ponent: quod Hierocles in virtibus animæ noſtræ rationalis æque intelligebat amoti diuinorum applicatis, & hæc hortatur, Deo ſimiles facient. Verba Pythagoræ conſideremus. Tria namq; poſuit quibus nunc ſumgogice poſſumus ad ſummam beatitudinem peruenire. Laborem virtutis quæ in actione conſiſtit. Meditationem quæ multis diſciplinarum fluctibus nutritur, & Amorem qui nos vt neceſſarium vinculum Deo connectit: primum motalis, ſecundum naturalis cum mathematica, tertium theologicum per ſe ſatis eſt, ſed tria hæc conuenient operatet. Id docte quidem vt omnia Porphyrius, maximus Pythagoricorum explorator, in libro primo de Abſtinentia animatorum, tractat his verbis quæ ob grauem teſtimonij autoritatem afferre libuit, οὐκ ἔστιν, inquit, ὑγιὲς ἀμυήτοις ἀνθρώποις, λόγῳ καὶ ἔρωτι, καὶ μαθήματος πολλῷ μᾶλλον τοῖς εἰς θεὸν, τοῦ ἀνωτάτω καὶ βασιλέως τῶν ὅλων, ἐγγὺς γενέσθαι καὶ ἑνωθῆναι. ἔστι γὰρ ἐκ τοῦ ἐκλύειν, ὅσοις πᾶν μάθημα σωφρονιστικὸν ἐστι. id eſt, Non eſt beata nobis contemplatio eorum accumulatio & diſciplinarum multitudo, quemadmodum aliquis forte putauerit, neque conſtituta ſecundum hoc, neque pro quantitate rationum ac ſermonum accipit incrementum. Sic enim nihil prohiberet illos qui omnem congregarent diſciplinam fore beatos. Et aliquanto poſt, vt omittam reliqua breuitatis gratia, ſcat, καὶ ἡμᾶς δεῖ ἐκτυφθῆναι (ὑπὸ τοῦ θεοῦ τὸν τοῦτο μέλλοντα ἐπανιέναι) ἀ μὴν ἐν ἕ διὰτῆς ἀνελεήμονος φύσεως, δοκοῦσι πάντα, μᾶλλον τὸ φρονεῖν προσκαθεῖναι δὲ τὸ καθαρὸν ἐλθεῖν, ἀναπόδρατον δὲ τὸ μιαιφόνον καὶ ἀμύητον θύσιας καὶ ἀφιστέον μᾶλλον καὶ ἀπιστεῖν ἀπὸ τοῦ σώματος ἐλθεῖν δὲ μὴ ἐμπεπλεγμένον, μήτε μᾶλλον ἀδ ἐν πάντῳ τῷ ἀνίητῳ βίοτον ἀπὸ τοῦ σώματος ἐλθεῖν, ἢ τὸν ἐκ παιδὸς ἐμπεφυκότα καὶ ἐξυφασμένα. ἐκ τῶν ἀνθρωπίνων ἐπιθυμιῶν, ἐπὶ τὸν ἀνθρώπινον ἐλθεῖν. id eſt. Et nos oportet hinc (ſeipſum ad vere propria velimus redire) quæ de mundali aſſumpſim[b] natura abſcere vniuerſa, cum per ea illa affectione per quam deiectus nobis contigit, reminiſci autem beatæ & æternæ eſſentiæ & ad incorporeum ac impaſſibile ſtudentes aſcendere, duas meditationes facientes, vnam quidem ſecundum quam omne materiale & mortale deponamus, alteram autem quatenus reuertamur & tedeamus, aliter ad ea aſcendentes quam hic deſcendimus. Et iterum poſt ſermonem haud valde multum tuber nos illic Porphyrius á ſenſu & imaginatione omnique irrationali quæ ſequuntur inde conditione, paſſionibuſque eiuſmodi, animum penitus ſegregare, quatenus permutet naturæ neceſſitas, rite vero diſponere articulatimque componere quæ ad mentem pertinent, tranquillitatem pacemq; ex bello quod aduerſum mundalitatem geſſimus parantes, vt non ſolum de intellectu & intelligibilib[b] audiamus, verum etiam pro viribus ſimus fruentes eius cõtemplatione, tum in naturam incorpoream translati, tum etiam cum veritate per mentem, nõ vltra falle cum eorum cognatis. Soluere itaq; multa nobis



mentá debemus, tum viſibile hoc indumentum corporeum, tum ea quibus interius ſumus induti pelliceis proxima. Hucuſque Porphyrius qui ea de re longe plura diſſerendo proſequitur, omnia illuc tendentia vt per ſenſibilia veniamus ad inteligibilia & mentalis boni fruitionem, honeſte viuendo, pure contemplando, & diuine amando, quæ omnia de Pythagora noſtro tanquam è quodam ingenti cunctarum diſciplinarum flumine deriuo. Ego vero, Marranus á bat, ab iis quæ mihi ordine in cenſiſti plane in eam moueor opinionem vt credam quod flumen illud ſuum Pythagoras ex inſimis Cabaliſtarum pelago, cuius felicem nobis Simon nauigationem pollicetur, in agros Græcorum liminauit, vnde noſtra tandem ſtudia irrigare queamus. Ita patet mihi videntur eſſe inter ſe Simonis de Cabaliſtis, & eius de Pythagoricis eam ſemines quam ſententiæ. Nam quid aliud inueniri vel Cabalæus vel Pythagoras, niſi animos hominum in Deos referre, hoc eſt ad perfectam beatitudinem promouere? Quæ autem alia via, quam ſimilis vtriuſque tradendi modus & ambobus æqua exercitatio per ſymbola & notas, adagia & paræmias, per numeros & figuras, per literas, ſyllabas & verba? Sic hypſilon Pythagoræ iuuentutis ſymbolum extat. Sic prima ſyllaba Iliados ſignum eſt & nota omnium librorum Homeri, quot ſint numero in vtroque opere. Sic verbum cadidi ſignificat bonum, atri malum. Haud aliter & Simon noſter primam Pentateuchi literam, & pentagrammati mediam ad alias res tranſfudit, & Rahum, autore Dauid Kimchi, allegorice pro Abraham mutuatus eſt, & cetera quæ de ſermone ad nos habito ſatis meminimus. Sed audi quanto clamore nos caupo ipſe ad cœnaculum vocat, Heus ad epulas. Et Philolaus. Equidem, inquit, cupienter edam;

quin imus.

# IOANNIS REVCHLINI

## PHORCENSIS LEGVM DOCTORIS,

### DE ARTE CABALISTICA,

### LIBER TERTIVS.

POST vbi digreſſi, lumenque obſcura viciſſim
Luna premit, ſuadentque cadentia ſydera ſomnos,

ambo ſoluuntur in ſoporem, præmiſſa adhortatione alterius ergá alterum, ne vltra primũ mane obdormiscerent, experrigefaciendos igitur fore curarunt. Expoſtero die dum de more induuntur, intra meminerunt eius diei feſtiui cauponis verba hodie & cras, quibus ad heſternas epulas hoſpitibus inuitatis, fuiſſe quaſdam ſuperiori die á Romana curia Francofordiam miſſas propoſitiones Reuelationes, contra inhibitionem Apoſtolicam ab Affaroto quodam fictas & concinnatas ad vexandum Ioannem Reuchlinum, propter libros non combũrendos iam plus quinquennio multas perſecutiones innocenter ac ſimul animoſe & conſtanter paſſum, præ foribus ſapientiæ ſacrarium veſtibulis Romæ affixas, & mox in omnium ferè & cœnum ibi proiectas & conculcatas, iuſſis ex cauſis: tum quia præter Summi Pontificis voluntatem & abſq; ceuere diſſimulatione cum notitia, coram quibus ea lis poſt Appellationem hactenus triennio in Curia pender et, tale facinus fuiſſet attentatũ tum quod vniuerſis innotescere eam conſcriptionem apertiſſimis fatere mendacijs. Principio namq; polliceri Affarotum in præſentia Papæ concluſiones eas fore diſputandas, & Papam tamen negauiſſe ac certe, prohibuiſſe, quoniam in multis eſſate proxima publicis Romæ teſſionibus habitis ea cauſa plene fuiſſet diſputata & diſcuſſa coram doctiſſimis mundi luminibus, Eccleſiæ Catholicæ prælatis, archiepiſcopis, epiſcopis generalibus ordinium, & eorum procuratoribus, pœnitentiariis, doctoribus, magno numero, Theologiæ Iuriſque peritiſſimis viris, qui Capnionem eſſe abſoluendum decreuiſſent. Deinde, quod ignominioſe appellauerit Oculare ſpeculum, ſcãdala & erroneas continentias, quum tamen Liber ille ſit per Apoſtolicam ſententiam definitiue admiſſus. Tum etiam quod de eodem Libro ita ſcripſerit, quod ſit á quinque Vniuerſitatibus dindam igni addictus: quæ certe ſunt meræ nugæ, clara & candida mendacia, quia nulla in omni terrarũ orbe ſit aut fuerit Vniuerſitas quæ Oculare ſpeculum cõdemnauerit, ſed tantum ſingularia quædam capitula capita, vertiginoſo cerebro hetero clita, & ſupino errore decepta, conuenticulariter & conſpiratiue contra Iuris & iuſtitiæ formam in Oculare ſpecu-

lum liuore tabuerint, & sua, vt aiunt, sentimenta A
conflauerint. Postremo eos aiunt qui luto & cœno cotollaria illa intoluerint & reuoluerint affirmare solitos, in eisdem conscriptionib⁹ nihil contineri ab a ad ω, quod nõ antea in defensione publica Ioannis Reuchlini cõtra calumniatores suos Colonienses iustificatum, solutum & resolutum fuisset, quod lectori cuiq; lucidius stellis clatuerit. Astarotum itaq; semper eandem cantilenam pro turpi sua lingua canere. Hos cauponi sermones fuisse cum hospitibus & conuiuis suis dixerunt, Philolaus iunior & Marranus, graue nimirum putantes, in re tam patua & puerili, tot annis tam ferociter digladiari. Et simul atq; vestiti erant, tum Simonis domum vti constituerant, velociter sese contpuerunt. Cumque inter se, vt ipsorum vsus ferebat, amicissime consalutallent, Marranus sic incipit, Quam nos delectauerit pridiana disputatio tua, venerande Simon, incredibile admodum est, & vix dici potest, ita sumus te nobis absente impatientes moræ, qui præter vllam erubescentiam mox atque præterit sabbatum tuum ante lucari aduenimus. Et ille, Venetiis prospere, inquit, amici optimi, an non & vos hodie feriæ tenent, quem diem Soli nunc patio? Tum Philolaus, Pythagorica sum⁹ turba, inquit, dies omnes festos agimus, quando sulati mente contemplamur, nec sabbatum aliud quippiam censemus, quam relictis negotiis secularibus dare operam, vt adhæreatur diuinitati. Sic enim nobis Pythagoras iussit, autore Laertio, ξωμεν ὡσ τῷ θεῷ B
id est, conuersari oportet cum diis. Nisi quod tu numerum veneraris septimum, ocio aptissimum, qui etiam nobis Pythagoreis nihil rerum parit, & Minerua nominatur. Tum Simon, Legi auscultandum est, quæ sua cuique distribuit, & naturæ ipsi pro anima est, voluit enim eo & viribus corporum seruire, sine quibus nec ratio sana esse, nec mentis lumen conseruari valide possit, quapropter mediationem mensis lunæ, hoc est septimam vitæ partem quiescere constituit, in qua nihil agere liceat, nisi quod omissum irreparabiliter noceat. Hæ nominantur, si recte memini, Romanis, serie titiuæ, vniuersi populi communes & facundis rebus diuinis consecratæ: vtque non semp philosophati Neoptolemus permittit ille apud Ennium, ita non semper, non omnibus, non omnia de Deo meditari, vel ex vestris sunt qui præcipiant, sed est & quando, & quibus, & quantum, Nazianzeno ad Eunomianos autore, quem aliquando Græce legi virum & doctissimum & eloquentissimum, in Achaia cum degerem. Ita non vilescet quod est optimum, & infinitum finite pro nostra mensura concipietur. Sex ergo diebus operamur, at septimo quoque die & corporaliter ociamur, quantum permittit viuendi necessitas, & mentaliter post voluntatis purgationem diuinis intemi sumus, & festiuiter cum omni tranquillitate res sacras laudamus, solique tunc Deo seruimus. Huc vergit quod dicunt Cabalæi nostri שבת הוא סוד אל חי id est, Sabbatum est mysterium Dei viui: vt in Porta lucis capite secundo, extat. Namque est symbolum mundi superioris, hoc est Iobelei æternitatis, vbi cessat omnis labor: quare gemino dicendi vsu legibus indicitur,



7. Deut. Obserua diem sabbati: quod vult intelligi de actionibus exterioribus iuxta mundum inferiorem. Et Exodi 20. Memora diem sabbati ad sanctificandum illum: videlicet animæ vires non iungendo menti ad contemplationis profectum iuxta mundum superiorem. Agnoscis tam ex quod sabbatum est nota diuini seminis, quo omnes & ratio absoluuntur ab occupationibus materialibus, quantum permittit humana imbecillitas, & energia mētis alligatur occupationibus sublunaribus, ad considerandum quæ sursum sunt. Illud lex voluit per hæc duo verba numerus שמור זכור id est, obserua, memora, quibus intelligere ex magistris nostris quidam præceptum sabbati esse affirmatiuum & negatiuum, dicentes, obserua, id est caue. quod semper eis vitare significat, quæ nos arceat ab omni quod sanctitati contrarium est. Alij obserua, explanant custodi, vt nos custodiam attribuant, & recordationem mihi, vt illud haud oblique ad Cabalistarum quadam fundamentum, qui hunc mundum esse nocten, & mundum venturum, id est superiorem aeternum & æqualem esse diem putant: hic fetus degere, ibi vinere liberos: his dicendum caue, cautionis, illis reminiscere, recordare, memento, quoniam hæc vox זכור id est reminiscere, continet præceptum affirmatiuum, procedit ex amore rebum vero caue, præceptum negatiuum importat ex timore: liberorum autem est amor, seruorum timor, ita omnium præceptorum reputamus alterum altero nobilius. Ferme in hanc sententiam longiore tractatu Moyses Gerundensius Exodi scripsit: quibus duo esse sabbata tecipimus ex scripturæ testimonio Ezechielis 20. Sabbatum dedi eis. Nam pluralis loco tio duorum numero contenta est, quippe non solum vt genere vno vocabulo singulas feriarū species in lege numeratas Deus exprobrare nobis voluerit, quemadmodum Dauid Kimhi, & Talmudici putantur, verum etiam vt peculiari hoc nomine datur optimum & donum perfectum à Deo mundo cessum, quod Iobeleum super⁹ appellamus, nomori semper mente complectamur. De qui Psalmista lucis lici: יקוה שבעיתי עליונה שנקראת יובל id est, hæc est hebdomada suprema quæ vocat Iobeleus. Vnde omnis remissio, propitiatio & a fulio gratiæ descendit, quam satis nemo eloquens valeat, cum nec oculus quidem videre valeat, ô Deus præter te. Est enim שבת שבתון sabbatum quietis, & sabbatum sabbatorum, quo anima tranquillitatem omnes puræ reiecta labe tandem redibere ad hæreditatem patrum, & mittemur in possessionem vere nostram atq; propriam quam acquisiuimus & retinemus per animam Messiæ de tribu Iuda septimi ab Abrahã patriarche, procuratorio nomine in horizonte mundi superiori premi intra scripturam. Et supra Iubileum vocatur radices suas Ierem. 17. Quæ interpretatur Cabalista ille præstantissimus *Sopher Ama* in libro הרויים id est reconditorum, Psalmi vndecimi supra versu, Dies diei משפחתו אל משפחתו אל אומרים אומרים ישוב כלוסר שיתעלו בגאות אל אשר אזיולותן שהוא מלא אלהים מלא מים: Vult dicere, vnusquisq; ad familiam suã & ad hereditatem patrum suorum reuertetur: quod dicunt



rre, quod ascendere per Angelos ad locum destinatum suæ, quod est flumen Dei repletum aquis. Hæc Rabi Amo, & sitit aquæ quæ supra cœlos sunt, in mundo intelligibili שהוציאם רוח הקדש vbi obtinuimus sabbatum, fruuntur & gaudent hæreditate Iacob patris eorum, vt dixit Isaias. Sane illud ipsum quidem est sabbatium Cabalistarum omni tempore sanctificandum, in quo hortamur, sed animæ sequimur voluntatem diuinam, nihil contra Deum intendere, quod pro lege omnibus gentibus extat, vocatum ex ipsa natura pullulauit. Vos enim quibus Moysi lata non est, Iudæorum cerimoniæ haud astringunt vt numero sermatis, quod & Iarchas quondam recte Apollonio negauit. Nec à vobis mirum extorquebo, sed quietũ & tranquillum animum posco, soli Deo omnisque deditum, qui maxime in anagogica speculatione consistit, vt est ista inter nos disputatio à vobis suscepta desyderata. Tum Marranus, Omnino C
sic est, inquit, nam cæpisti Cabalam admodum tractare qui tam nobis plusquam clare ostenderis non tantum posse nos hodie, verum etiam debere de altissimis rebus disserere. Id tu nonne mecum postulas Philolae? Aciste. Cerne quidem. Enimuero nunc eius disciplinæ instrumitis nanim, & mox in ipsa prora sentiemus. Cabalam nihil aliud esse nisi (vt Pythagorice loquar) symbolicam theologiam, in qua non modo res ac nomina sunt rerum signa, verum etiam rerum. Quo animaduertimus Pythago- D
ras philosophiam fecit omnem esse à Cabalæis ortam, non tam modo symbolicam tradendi modum ei intexuisse, quin ego ipse quoque cum Sodalibus meo te vehementer oro, vt dicendo ac ponus docendo pergas. Tum Simon, Non mihi tantum tactantiæ visum fuerit, vt docere vos mecum nec bene mutum fuerit in re tam perplexa, nondum extraneis cognita, præsertim Romanos docere, præter admodum pauca quæ annis superioribus Ioannes Picus Mirandulæ Comes, E
Adulphus Ricius quondam nostec ediderunt, etiam vsque ad hodiernum Latinis non satis intellecta. Vetor enim si docere tam peregrina doctrina, ne nihil haud secus atque multis ante hominum vitis, inuidorum turba ignominiose obstrepat, qui omne quod nesciunt improbant, & studio maligni studio verba in alienum sensum detorquent contra loquentis voluntatem, quo Cicero calumniatores vocat, ego, si dici permittitur, Calumnienses appellauero, F
quoniam vos ipsi æque meos Theologistas Phantasmatis nominate consueistis. Sed palam testor vestrum me nihil docere velle, dicere, imo neque recensere, si quid apud Cabalistas legimus quod vobis haud displicere putem. Tantum igitur primum, quod illi vltimum intendunt, tam omne studium suum & vniuersam operam vestræ propositò impendere curant, vt ad vitæ felicitatem & futuri æui præmia capta ad perpetuam beatitudinem consequandam G
maxime omnium hoc medio fieri possit. Si tandem aliquando id quod sibi proprium, mundi statu esse optimum, & gaudere apprehendant, cuius possessio

adeptis iucunda & perfecta sit quies: nimirum cum etiam quæque alioquin animalia quantumuis bruta fœlicitatem suam gestire tum visa sint, cum quæ optima sibi existimant, iis fruantur, & ad ea pertingant quæ cupiditati suæ afferunt satietatem. Cernitis bouem de pascere floridum aliquod & viride pratum, non quidem totum, sed deliberata electione nunc hanc inquirere herbam, nunc illam. Subitoque aliam quidem facile relinquere, aliam autem prorsus obmittere, donec ad consentaneum & vescum sibi alimentum perueniat quo consistat & requiescat. Hoc modo Cabalistę post campos scientiarum latissimos, & prata contemplationum omni amœnitate ornata, multas & varias qualitercunq; olentes herbas degustant, vt demum toto gramine perlustrato illud diuinum Moly repetant, cuius quanquam radix nigrescit, tamen flos Homeri opinione albus emer. Iacti similis, quo inuento eunctas repulisse miserias videntur, appetitus sui finem in hoc mundo consecuti fœlicem. Virtus vero Moly est, opera difficilia, tadia, flos, animorum tranquillitas: hoc omne nisi præsentis seculi vera felicitas esse aliud nihil ne credi quidem possit. Futuri autem beatitudo est apprehensio summi boni, supra quod nullum bonum, & à quo est omnis bonitas, quod à nulla mera creatura comprehenditur. Sed tum apprehendi asseritur cum pro cuiusque captu proxime accedimus, vt si quis timbræum vestimenti apprehendat, hominem indutum apprehendisse dicatur. Ad illud bonum quod Deus nominatur non plane à nobis potest ob nostræ conditionis fragiditatem, nisi gradibus atque scalis ascendi, quæ quidem vt vos loqui consueistis instar Homericæ catenæ, vt vero Iudæi nos secundum diuina eloquia dicimus, certe ad speciem scalæ Iacob patris nostri de supercœlestibus portigunter in terram, tanquam restis quædam aut funis aurea cœlitus ad nos directa, veluti linea visualis varias penetrans naturas. Aspicitis namque solem cuius radius ad visum nostrum proficiscitur per orbem Veneris, per orbem Mercurij, per orbem Lunæ, per orbem ignis, per orbem aeris, & tangit corpus opacum speculi concauit, reflectique inde ad stupam aut lanam aridam, quam splendore suo incendit vehementer vsque in cineres, eiusdem vero flammæ species ad oculos perueniat nostros, & à sensatione interiori suscipitur, suscepta iudicatur ab æstimatione, tandem discutitur à ratione redeundo viam qua præsens operatio omnis est progressa, tum hæc prudẽter nobis ostendit quonam modo formæ interiores deferantur per spiritus animales ad imaginationem & æstimationis iudicium, quo etiam modo exteriæ ab intraneis recipiantur, quo item à flamma species in perspicuo vsq; ad pupillam intendantur, qua via ex incendio speculi concani orta sit flamma, & quomodo radius incendere potuerit, quo deniq; modo per multa media sibi nõ connaturalia continuetur splendor, quà rursus sit proportione comparandus aer ad ignem, ignis ad sphæram lunæ, & reliqui orbes ad reliquos. Singula hæc ratio nostra disputat per iter compositionis & resolutionis vtuo citro susque deque gradiens, & modo

hæc, modo illa cogitans, neque cessat ratiocinari A
vsque dum per phantasma, effigiem, intentiones,
splendorem, lumen, lucem, ad luminaria, scilicet
ad ipsum de quo loquimur solem reuerterit. In
primis imaginem lucidam agnoscit, deinde iudi-
cat ipsam esse propriá illius flammæ stupeæ quam
prídem oculi viderant, tum quod intentio eius á
re visa per ἀφαίρεσις ad oculum foris producta et-
iam intra fuerit recepta, quod item stupa sit ter-
restris, quod splendor sit aereus, quod flamma
ignea, quod candor accidens diaphano inhæ- B
rens, quod transeat per lucidum atque perspi-
cuum, siue aer illud sit, seu ignis aut cœleste ali-
quid, secundum formæ subsistentialis energiam
& operationem peculiarem, deinde meditata sua
nobiliori cuique semper accommodans, relicta
materia, secum de forma disputare incipit, non
iam artificiali, vt cuius scrutinium huc non attí-
neat, quæ rectius figura nominetur quam forma,
sed naturali tantum aut superiore. Pergit itaque
ratio & formarum aliquas reperit esse particula-
res, nunc & hic, reliquas vero vniuersales semper
& vbique, tum ex particularibus quasdam cor-
poribus inexistentes quibus dent vt sint, alias au-
tem formas coassistentes quibus præstent vt sic
sint, alias omnino separatas à corporeis essentia,
virtute, ac operatione, quæ tamen idcirco nomen
quandoque formæ amittunt, atque vel dij, vel
Angeli, vel intelligentiæ, vel animi beati, vel
mentes, aut alio quolibet vocantur nomine.
Quæcunque autem sunt vniuersales eæ non vltra D
formæ, sed Ideæ siue species dicuntur á multis qui
perquam propriè loqui didicerunt. Sic tatio sane
tantúsper ascendet dum poterit: cum autem ita
fuerit, discurrendo extenuata, vt formas quæ cor-
poribus nec insunt nec adsunt, tanquam natu-
non subiectas comprehendere nequeat, mox
subsidiarium accersit intellectum, qui plane vt
hanc materiam abstrahit, ab hac forma, ceu alimi
cuiusdam in agro sepulti, quam natura induit
graminis forma ex cadauere illo florescente, ita E
tursus formam quoque simpliciter á materia co-
natur abstrahere, id vero experitur arduum esse
ac laboris plenum: facile enim est abstrahere ma-
teriam á forma, sed formam abstrahere á mate-
ria difficile, quapropter intellectus ille purgatior
se eleuat, vt menti occasionē in se influendi præ-
beat, cuius claritate fretus formas agnoscit nonul-
las esse penitus á corporeis essentia, virtute, ac o-
peratione absolutas, & ob id neq; loco neq; tem-
pore conclusas, quo vere opotteat eas arbitrari F
supra cœlos esse, vbi cessat motus & tempus. Hinc
voluntatem nostram instruit vt esse quædam cre-
dat extra cœlos entia optimam vitam ducentia,
qua toto æuo fruantur, ibique nullum secundum
inchoare mundum, luminibus viuis & menti-
bus purissimis offertissimum, quem possit intra-
re animus humanus fortiter contemplando, cer-
te multo potius quam oculus corporeus transcen-
dere orbem solis acute videndo. Vtque solem
non aspicimus nisi sol nos respiciat, ita mundum G
superiorem videre nequimus nisi & ille nos vi-
deat: est enim totus oculus ipse, quoque sole cla-
riot. Vt Solem autem comprehendimus per lu-



men diuinum, & qui visa corporeo pulsione
non solum orbem solis, verum etiam superio-
res stellas & summum cœli capere, cæ non po-
set mens nostra quæ virtutem corpoream mole
quodam infinite præcellit alii' suspicere acumen
di archetypi contenta videre, cum tanta pro-
pinquitate concauum, & conuexum superio-
cœli vniantur, á quo conuexo æternam hori-
zon nihil distare videatur? Intuemur itaque (mi-
hi credite) alterius mundi diuina mutuo, & ab
nos vicissim intuentur, veluti duo diræ oppo-
siti oculi per vnicam lineam visualem trajec-
ce circumacti. Tum Philolaus. Omnia, inquit,
quæ doces, Simon, Pythagorica sunt, & inclyta
philosophię propria, quam inter nos heri de-
simus parumper ego & Marranus mecum. Ad
hæc ille, Vos equidem quid appellare dignati
Pythagoricum ignoro, at hoc scio hæc esse Ca-
balistica quæ hactenus proposui, á patriis Cab-
læis tradita, & omnia lege diuina Hebraeorum
complexa. Hinc nascitur illa enumeratio quin- C
quaginta portarum intelligentiæ, circa quas to-
topere Cabalistarum studia desudant, diuinam
á Moyse Dei seruo receptarum, quarum cogi-
tionem ipse quoque posteris nobis tradidit vo-
uersitatis conditionem explicantibus, ובני אהרו
הוחזו חמשים שערי בינה נבראו בעולם ובלן
נמוכו למשה חוץ מאחד שנא ותחסרהו מעט
מאלהים: id est, Iamque dixerunt Magistri no-
stri quinquaginta portæ intelligentiæ productæ
sunt in mundo, & omnes illæ traditæ sunt Mo- D
si, præterquam vna, quia dictum est, Minuisti
eum paulo minus á diis. Super isto Cabalis-
rum sermone dixit Ramban in Genesim su-
dio, quod eiusmodi omne Moysi traditum pe
portas intelligentiæ, contentum est in lege di
na Iudæorum, vel sensu literali vel allegorico
dictiones, vel arithmeticas supputationes, vel
Geometricas literarum figuras siue descriptio
transmutandas, vel harmoniæ consonantium et
mis characterum, coniunctionibus, separatio
bus, tortuositate, directione defectu, superabu
dantia, minoritate, maioritate, coronatione
clausura, apertura & ordine resultantes. Et pe
lam quoque legem á diuino Spiritu adeptus
Salomon rex sapientissimus omne quod nos
rat: de quo scriptum est in libro Regum qui
Deus ei dederit sapientiam & prudentiam m
tam nimis quasi arenam in littore maris, & exce
rat sapientia Salomonis super sapientiam omnium
Orientalium & Ægyptiorum, & erat sapientior
cunctis hominibus, & disputauit super lignis a
dro quæ est in Libano vsque ad hyssopum egre
greditur de pariete, & disseruit de iumentis et
lucribus & reptilibus & piscibus. Vera hæc co-
firmat nostram sententiam Gerundensis, & con-
cludit ita, כל זה יצץ כתורת והכל מצא בה
במדרשות ברקד ועיתי באותיותיה וכקוציה:
Omnia hæc cognouit per legem, & omnia inue-
nit in ea per expositiones suas, per Grammaticas
subtilitates & per literas eius, & per calamitates
nes illius. Cõtigit autem ei hoc, postquam ad plē-
num fuisset duodequinquaginta portarum in-
telligentiæ rationem consecutus, quæ aperitiua
mnium, creaturarũ cognitionem. Sunt enim ea-





dæ res vniuersaliter in quinas conditiones dis- A
tributæ. Nam aut elementa sunt, aut elementata,
aut animæ, aut cœlestia corpora, aut supercœle-
stia incorporea. Horum fortasse quodlibet de-
cem recipit considerationes, quarum capitula
sunt, quæ sequuntur. Genera generalissima, ge-
nera specialia, species generales, species specia-
lissimæ res individuæ, quæ vltetius constant ma-
teria & forma, vel quibusdam vtrique propor-
tionalibus, contrahunturque singulariter dif-
ferentia, proprietatibus & accidentiis. Decem B
hi tam est intrinsecum, quam intelligentiarum mo-
di per quinque multiplicati quinquaginta ia-
nuas ἐφόπτουσιν, per quas intramus in creatura-
rum generalia illa eminentibus notis in operi-
bus ter dierum deliguata, & à Cabalistis stu-
diosè deprehensa receptaque. Iam isto artificio
magnificus scriptus à Comite Mirandulano
inter nongentas conclusiones suas propositas, facile in eiusdem scripum explanabitur.
Aiebat enim sic, Qui sciuerit, quid sit denarius in C
Arithmetica formali, & cognouerit naturam
primi numeri sphærici, sciet secretum quinqua-
ginta portarum intelligentiæ, & magni Iobelei,
& millesimæ generationis, & regnum omnium
seculorum. Hæc Mirandulanus. Ducatur ita-
que vnius sphæra plana sine circulus decem fi-
gurarum numeralium super centrum, quod sit
quinque, est enim medium denarii, & in eius
circumferentia particulariter denariæ suppu-
tationes numeri singuli describantur, tranſeat- D
que diameter á minimo ad maximum, hoc est,
ab vno ad nouem; cuius diuisio duos semicir-
culos efficiet (á parte siquidem dextra sphæræ,
post enum & ante nouem superius commemo-
rata ponuntur duo, tria, quatuor, quinque: á par-
te autem sinistra post vnum: & ante nouem, re-
ponuntur quinque, sex, septem, octo, & trahan-
tur lineæ per centrum á duobus ad octo, á tribus
ad septem, á quatuor ad sex, á quinque ad quin-
que). Tum si maximo cuique tantum subtraxe- E
ris, quantum abundat supra quinque, quod est
sphæræ denariæ centrum, atque idem suo mi-
nimo addideris, qui á quinque defecit, semper
ex vtraque oppositis numeris quinque & quin-
que æqualia surgent, quare comparatis inuicem
binis unis punctis, quælibet lineæ descriptio nu-
meralis, quinque & quinque obtinet. Quinarius
quoque numerus in circulo denariæ reuolutionis
dictum sphæricus, quia, vt vidistis, omnes numeri
sphæræ ad quinque rediguntur, id autem fit per F
quinque lineas in sphæra ductas, quarum singu-
le decem continent. Eo itaque sphærico nu-
mero per decem multiplicato nascentur quin-
quaginta fuit portæ intelligentiæ, seu anni Iobe-
lei, cuius proportio dupla, quæ est Arithmetica
fundalinea, in se multiplicata, millesimam gene-
rationem procreabit: quod si perpetuo sic facies,
æquabit infinitudo, quæ est regnum omnium
seculorum á Cabalistis אין סוף Ensoph nomina-
tum, & est Deitas ipsa sine indumento. Reliqua G
autem Deus produxit amictus lumine sicut ve-
stimento, vt esset lumen de lumine, ac inde cum
vehementi sui lumine creauit mundum intelli-
gibilem spirituum separatorum & inuisibilium,

quod Cabalistæ vocant cœlum, vt ex me sæpius
accepistis. Ad hunc modum intelligo verba sa-
pientissimi & maximi Rabbi Eliezer, qui cum
istam proposuisset quæstionem, vnde creatum
sit cœlum, respondit, מאור לבושו לקח, id est,
de lumine vestimenti sui sumpsit. Recitantur hæc
á Moyse Maimoni ostensore Perplexorum in vi-
gesimo sexto capite libri secundi, & á Rabbi Jo-
seph iuniore Castiliensi, ciue Salemitano in Hor-
ti nucis volumine secundo. Vsque huc adscendit
Moyses Dei seruus, vt cognosceret lumen vesti-
menti eius, & sabbathum sabbathorum, & Iobe-
leum superius, & millesimam generationē, quod
totum nil aliud est, quam mundus superior Idea-
rum, Angelorum, cœlicum animorum. Igitur
cum indumentū Dei transcendere, ac faciem eius
videre nequiuerit, recte dicetur ex quinquagin-
ta portis intelligentiæ vna caruisse, quam aliqui
nostrum fuisse opinantur תחיית, id est, viuifica-
tionem: tamen iis haud assentior, magis vero esse
puto Dei essentiam, quam symbolum indicat B
Tetragrammaton, & est mundus incomparabilis, nulla comprehensibilis proportione. Di-
xit namque Moysi Deus, Faciem meam videre
non poteris. Seu verius sic, Et facies meæ non vi-
debuntur; sed vocabo nomen Tetragrammaton
coram te, 34. Exodi, quod explanant Cabalistæ,
שאקרא לפניך השם הגדול שלא תוכל לראותו:
id est, Vocabo coram te nomen illud magnum,
quod non poteris videre: ita enim Ramban Nah-
mani scribit, Quo plane apparet Deum iuxta
ipsum esse suum Tetragrammaton, á Moyse
non fuisse visum. Hoc sane portarum est omni-
um principium supra omnem creaturam ante
creationis exordium, de quo legitur, Creauit
Deus cœlum & terram. Et Chaldaica Onkelt
translatio sonat ita, Creauit Tetragrammatus cœ-
lum & terram. Deus ergo Tetragrammaton crea-
uit omnia, quem vos Tetractyn nominare audi-
ti. Dixit autem Rabbi Eliezer, vt in capitulis eius
ער שלא נבראו העולם היה חקבה ושמו בלבד, E
id est, Vsquequo non fuit creatus mundus, fuit
Deus, & nomen eius solummodo. Alii quoq; Ca-
balistæ asserunt testimonio Moysi Ægyptii, capi-
te 29. libri secundi Perplexorum sic: תחסת שלא
היה שום רבר נמצא כלל אלא השם והכחתו id est,
Ab initio cum non esset vlla res, erat penitus ni-
si nomen Dei & sapientia eius. Ergo ante quam
esset creaturarum quicquam, iuxta Cabalæ do-
ctrinam, nihil erat nisi Deus, & nomen eius Te-
tragrammaton, & sapientia eius. Sola certe tria
hæc receptio nostra continet, quæ prima crea-
tionis porta magistro nostro Moysi nequaquam
fuit aperta. Quare dicitur legem diuinam perse-
ctigasse tantummodo per nouem & quadragin-
ta portas. Iosue autem denuo vna minus, scili-
cet per octo & quadraginta. Sic enim in libro Ex-
planationum Alphabeti á R. Akiba recepimus,
ואחר מתתו של משה נתעלם מיהושע שער אחד
ונשתארו מה שערים ושלמה נתקשה על אותו
שער להחזירו ולא היה יכול: id est, Et post mortē
Moysi abscondita fuit de Iosue porta vna, & re-
liquæ fuerunt quadraginta octo portæ, & Salo-
mon laborauit super illa porta ad reducendum
eam, sed non erat potens. Hoc ita receperunt Ca-

balistæ, quoniam de Moyse scriptum est 34. Deuteronomii, Non surrexit Propheta vltra in Israel sicut Moyses. Non igitur Iosue valuit tantum ascendere, quantum Moyses ascenderat, idcirco haud abs re affirmatur vno fuisse gradu inferior. De Salomone autem Ecclesiast. duodecimo legitur, quod quæsiuctit, vt inueniret res beneplaciti, sed addunt Cabalistæ, Deum ei præcepisse sic, Scribas recte verba veritatis: ea esse dicimus tradita & recepta per viam Cabalæ, quatenus aliud constet ibere non auderet, nisi quod recepisset, idque fuit duobus gradibus inferius, quam Moysi receptio. Post Deum porta secunda est mundus archetypus, & dicitur, Cœlum à Deo Tetragrammato in sapientia creatum, iuxta Thargum Hierosolymitanum, quod loco בראשית id est, in principio, posuit בחכמתא, id est, in sapientia, quippe confirmans, quæ diximus, quod in sapientia creauit Deus Tetragrammatus cœlum, conclaue Angelorum, de quo plane nihil à Moyse fuit expositum, ne rudi & agresti populo vel non intellecta vilescerent, vel idololatriæ præberent occasionem. At visibilis iste mundus terra intelligitur, quem inter portas tertiam esse affirmamus. Per inane autem symbolice notari materiam putabimus, portam intelligentiæ quartam. Per vacuum, hoc est, priuationem, quintam. Est & sexta horum appetitus, naturalis abyssus. Deinceps pro quibusuis sex dierum operibus reliquæ portæ sequuntur. Iam enim quatuor elementorum signacula portas quatuor indicant: purum namque elementum ignis secundum Moysen. Ægyptium libri Perplexoti secundi capite vigesimo sexto tenebræ nuncupatur, spiritus, aer: aqua, humor elementaris: lux, forma substantialis: dies, accidentia, quæ maxime nobis conferant ad cognoscendum quod quid est. Nox sunt proprietates occultæ: Vesper, corruptionis via: Mane, genetationis: Dies vnus, qui certa ratione non dies primus nominatur, sed dies vnus, significat compositum in lucem editum. Die secundo, aquæ supra firmamentum sunt species rerum vniuersales. Firmamentum, horizon æternitatis & temporis. Aquæ sub firmamento, influentiæ cœlestium corporum naturales. Die tertio sequitur aliud cœlum visibile ac materiale, porta scilicet vndecuigesima: inde terra, quam terimus, deinde maria, quæ nauigamus, sic herbæ, semina, ligna, fructus. Quarto autem luminaria, signa, tempora, dies, anni, splendor, sol, luna, quibus planetis cæteri communicatione caloris & frigoris, siccitatis & humoris comprehenduntur. Calet & siccat Saturnus, Mars ac Iupiter cum suo Sole: humectat & infrigidat Mercurius ac Venus cum sua Luna, etiamsi septem hæ sphæræ distinguantur specifice. Designant præterea portam reliquæ stellæ nouam & trigesimam. Tum die quinto proueunt animæ viuentes, quæ est vita mortalium, & in aquis reptilia, & cete, & pisces, & generatim volatilia, & particulariter aues. Sexto animal progressiuum in terra, & reptile terrestre, & iumenta, & bestiæ. Tandem porta quinquagesima, quæ est homo. Hi sunt quadraginta nouem creaturarum cognoscendarum modi, שערי בינה &

A suprema porta vnus creator omnium à solo homine nisi à Messiha plane cognitus, quoniam ipse est lux Dei & lux gentium, ideoque & cognoscit Deum, & Deus cognoscitur per eum. Ita quidem Propheta Dauid ad Deum sic exclamat: Mitte lucem tuam: quod interpretatur R. Salomon Gallus, שגרתמרמה לאור ערתיגיר, למשיחי, id est, Messiham qui compactus lucei, quia scriptum est, Parauit lucernam Christo meo. Et Esaias ait, Dedi te in fœdus populi, in lucem gentium. Et rursus: Ambulabunt gentes in lumine tuo. Scripsit autem Aristoteles id quod esse verum arbitror, visionem fieri non posse nisi cum lumine, vt legitur in libro de anima, οὐκ ἐραστὸν ἄνευ φωτός, id est, nihil visibile sine luce. Quapropter ambulantibus nobis ad rerum omnium inspectionem, conducit admodum itinera adhibere lumen, vt viam qua possimus absque pedum læsione proficisci, natura cum prouidentia eligamus. Ad quod recepemus Cabalistæ tramites quosdam luminosos, & illustrium experimenta, quæ nominantur תלת ושלשים נתיבות פלאות חכמה חקק בשלשים ושתים נתיבות פלאות חכמה חקק יה יהוה צבאות שחו: id est, Triginta & duobus semitis mirabilibus sapientiæ exculpsit & exsculpsit Deus Tetragrammaton Zabaoth nomen suum. Super quo scripsit R. Iacob Cohen, quod dicit mirabilibus, eo significat has semitas tres arcanas, reconditas & occultas, hanc suam interpretationem confirmando per Thargum. Et rursum memorator Rabi Ishac in eundem librum יוסף testatur, quod prisci sapientes viri cordati, vates & recti per fundamenta legis in Cabala plenum exercitati docuerunt nos, quod maiores nostri & patres ambulauerunt per vias multas, vt tandem starent in semitis illis, quæ dicuntur admiranda sapientiæ, tradita per Zadkiel Alexia patri nostro in traditione fœderis. Hæc ille. Recensebo itaque vobis, auditores optimi, & modo dignum aliquid existimatione verba iubebitis. Et Philolaus, Perge obsecro: & Marinus, Imo confestim exorta pertexe obrecto inquit. Tum ille, triginta duæ, ait, semitæ, à fundamo culmine ad ima basis tendunt, hoc modo tandem, quarum prima est, שכל מופלא, id est, Intelligentia miraculosa, sic à quibusdam dicta, sed rectius multo nominabitur, Intelligentia occulta. Nam Rabbi Salomon Gallus in libro Deuteronomii cap. 30. probat hoc verbum מופלא significare מכוסה in versu, Quoniam mandatum hoc, quod ego præcipio tibi hodie, non super te est: vbi docet legendum esse, non occultatum a te est, idque per Caldaicas translationes illic extantes. Est autem lumen dans intelligere præcelsa sine principio, nominatum gloria primæ, quoniam nulla creaturarum mera essentiæ ac rationis eius valet appropinquare.

Secunda שכל מקושש id est, Intelligentia sanctificans, est fundamentum sapientiæ æternæ, quæ vocatur fides, & nominatur parens fidei, eo quod de eius virtute fides infundimus.

Tertia שכל שלם id est, Intelligentia absoluta, est intentio principiorum, quæ non radicatur ad inue-



nire, sed infunditur ab anteriore.

A

Quarta שכל מחוי id est, intelligentia munda

Quinta שכל מאיר id est, Intelligentia illuminans, quæ est ipse Hafmal Angelus Ezechielis, qui est species electi, institutor arcanorum, animadversor sanctitatis, & intentionum eorum.

E

Quinta decima שכל מצוחצח id est, Intelligentia splendida, disponit ordinem, quo conceditur accessus per gradus ascensionis.

Sexta decima שכל נאמן id est, Intelligentia fidelis qua augentur virtutes gratificatæ iuxta vitas eorum in quibus habitant.

Septima decima שכל נסיון id est, Intelligentia probatoria, est tentatio & probatio antecedens, qua tribuitur donum Dei benedicti erga omnes facturas eius.

F

Octaua decima שכל קיום id est, Intelligentia confirmans, est virtus restaurans in numerationibus Cabalisticis, si quid illis defit, vestiendo eas de specie sanctitatis suæ.

Nona decima שכל הרצון id est, Intelligentia voluntatem prouidet omnibus creatis, & per eam cognoscunt Cabalistæ veritatem sapientiæ superioris.

G

Vigesima שכל מעמיד id est, Intelligentia confirmans, facit stare ipsam creationem in caligine tenebrarum. Et Magistri Cabalæ dicunt, quod sit caligo palpebrarum illud, Caligo in circuitu eius.

Vigesima prima שכל מחוש id est, Intelligentia innouans, per quam reparantur & innouantur omnia creata in hoc mundo.

A

Vigesima secunda שכל בית חשמע id est, Intelligentia domus largitatis, de medio infusionis illius trahuntur arcanum & absconditum, quæ habitant in vmbra eius, & adhærent eductionis studio atque diligentiæ promouentis ad alta.

Vigesima tertia שכל התעלות id est, Intelligentia actiuitatum, est collectio & vniuersitas operationum spiritualium, sic dicta propter influxum, qui congregatur in ea de fonte pelagi superioris, & gloriæ excelsæ.

Vigesima quarta שכל גבדל id est, Intelligentia medians, qua colligitur influentia gratiarum, & ipsa infundit largitatem in omnia stagna seu piscinas benedictionum à se appropriatarum.

Vigesima quinta שכל כללי id est, Intelligentia collectiua, qua colligunt astrologi iudicio stellarum fatales euentus, & notitiam eorum perficiût sphæris & orbibus suis.

Vigesima sexta שכל נעבר id est, Intelligentia adminicularis, concurrit in subsidium ad omnes operationes planetarum, & alios influxus cœlestes.

Vigesima septima שכל תמידי id est, Intelligentia perpetua, quotidie continuatur per meatum solis & lunæ secundum conditiones eorum.

Vigesima octaua שכל מוש שם id est, Intelligentia corporalis, informat omne corpus, quod corporatur sub orbibus, itemque magnitudinem illorum.

Vigesimanona שכל התפן המבוקש id est, Intelligentia complacentiæ quæsiti, recipit diuinam Infusionem, vt participet de irrogatione eius super omnia creata.

Trigesima שכל מורגש id est, Intelligetia concitatiua sensuum, quæ fiunt entia sub orbe supremo, & omnia genera mixtorum.

Trigesima prima שכל רמיוני id est, Intelligentia imaginaria, qua variantur & alterantur omnes figuræ ac imagines creatæ iuxta superficies rerum & naturas earum.

Trigesima secunda שכל מוטבע id est, Intelligentia naturalis, qua consummatur natura rerum materialium sub sphæra lunæ ad perfectionem suam.

Complexus sum breui catalogo, viri extermorum dogmatum cupidissimi, quæ nostri maiores & de quinquaginta prudentiæ portis, & de duabus atque triginta numeribus sapientiæ multis in libris difficilibore studio tractant, & est res profecto meliore digna magistro, ac multi sudotis sane, quæ maximam vim habeat ad cohortandum nos, vt ferme semper cum Angelis versemur in eorum templatione summarum & diuinarum rerum, quibus si familiares esse cœperimus, nihil nobis erit aut dicto aut facto difficile. Familiaritatem eam literæ conciliant, quæ illorum munus sunt. Eas si adhibuerimus decem numerationibus Cabalisticis, statim consurgit duorum & triginta numerus. Quod scriptum in libro Iezira legitur, עשר ספירות בלימה ועשרים ושתים אותיות: id est, Decem numerationes Belima, & viginti duæ literæ. Quapropter non pauci scriptores & decem istis proprietatibus silentio dignis, & vi-

ginti duabus literis hanc semitarum constant summam pro meo quidem more in eum ordinem digestarum, quem tamen alii haud paritet observant. At vero illud literarum collegium, si quinquaginta portis diligenter applicuerimus, inde septuaginta duorum angelorum felicem seriem compertemus, quibus *Sem hamephoras*, id est, nomen expositorium illud magnum summi Dei constare perhibetur. Nam ad quinquaginta viginti duo addita, 72. procreabûr. Hi sunt angeli fortes vnitertæ terræ, per quos putatur Moyses ille miraculorum operator manu sua mare vsque ad siccum diuisse, quoniam ipsi sunt angeli diuisionis: Et diuisit Deus terram iuxta numerum angelorum eius. Sic enim in libro portarum iustitiæ, quem Rabbi Ioseph Ben Carnitol, celebris in Cabala magister, conscripsit, inter alia legimus, ושארו כל אומות סמורות ביד עשרים id est, Et reliquæ sunt omnes gentes traditæ per potestatem septuaginta præfectorum, hoc est, principum angelorum, quibus Racanat pertitissimus Cabalista Genes. 48. septuaginta palmas applicat illas circa duodecim fontes, quos nostis. Quinetiam certum est, duas ibidem fuisse columnas nubis & ignis, quibus duo præpositi erant angeli. Quare non inaniter existimabimus in eiusce modi sectione maris, & liberatione filiorum Israel accessisse Moysi septuaginta ex his terrarum angelos, & duos illos columnares in ministerium salutis, quæ nobis plane contingit ex nomine Tetragrammato ineffabili, per septuaginta duo nomina, quæ de sacra scriptura colliguntur explanato. Exodi decimoquarto, à versu, Tollensque se angelus, vsque in finem, vbi legitur, Diuisaq; est aqua. Sunt nimirum ea nobis sacrata signacula hodierna ætate memori mente reposita, quibus symbolis Angeli vocari ferunt opem hominibus, ad laudem & gloriam ineffabilis Dei, de quo scripsit R. Salomon in expositione Talmud, testimonio Gerundensis in Geneseos exordio. Symbolorum itaque characteres hi sunt, quos digito vobis pingo:

וחו׳ לי׳ פיט עלם סחש ללת אכא סהת חוי׳ אלך לאו
תהע יול סבת הרי חקם לאו כלי׳ לוו פהל גלך ייי
סלה ההוגנתה האא ירת שאה ריי אום לכבושה יחו
להח בוק סנך אני׳ תעם רתע יזו חחה פיך וול ילת
סאל ערי עשל פית והו רני׳ החש עמם ננא נית סבת
פוי נמם יול הרח סצר וסב יהה ענו סהי׳ רסב סנק
איע חבו ראה יבם חיי סום

Omnia hæc nomina manant de proprietate elementiæ, vt asserunt Cabalistæ: illa vero vna extat de decem numerationibus, quarum vobis arborem demonstrabo, si adnuerint superi, & vos si me audire parati eritis. Quin paratissimi, ambo, inquiunt, qui ob id tanta itinerum pericula obiimus, tot & tantis sumtibus erogatis. Sed perge, aiunt, vt de istis angelis aliquid discamus, quorum nomina Marrano mihi nunquam audita fuere, credo & tibi quoque Philolao pariter. Certe, ait ille, vt ne visi sunt vnquam itti mihi Angeli quidem, ita ne ipsorum cognita mihi sunt nomina, sed amabimus te vir optime, indesinentes perge. Tum Simon, Fuisse Angelos, inquit, multos, qui ad tantum & tam admirandum Moysi opus conciperetent, cum aquas maris ita diuideret, vt Israelitæ sicci pedib. transirent, id ex ipsa possumus sacra scriptura deprehendere, ne quis me veteratorem putet. Vbi namque diuina in eo loci hæc sunt, מלאך, id est, & migrauit Angelus Angelum. Non vt vos pronuntiatis Latine, Tollens que se Angelus Domini. Non enim *Adonai* positum est hic, quod interpretamur Dominum: sed *Elohim*, quod vos pariter Angeli translatores appellatis: & In conspectu Angelorum psallam tibi. Id quo modo fieri possit, duobus verbis dicam, Angelus *Elohim*: sed memorabiliter sic, Angelus *Haelohim*, intercedente articulo determinante. Quare perinde atque dicere sacra historia vellet, Vt hunc nobis Angelum castra præcederent, ita cognoscite hic plurimos quoque alios adesse Angelos ob eis terrarum principes. Assipulatur nobis Talmud in *Mashita*, vbi Rab. Natan à Magistro nostro Simeone Ben Iochai cognato nostro, de quæstionis petit solutionem. Quæso, inquiens, ex vbique scribitur Angelus *Adonai*, hic autem Angelus *Haelohim*? cui respondet, מקום אלהיו id est, Non Deus in eum locum, scilicet, significatur, nisi præses suæ partis. Igitur Angelus ille simul cum septuaginta duobus prouinciarum intelligitur affuisse, quorum ita dictus *Mallach haelohim*, Angelus illorum Deus fidum seu præfectorum, & alter item Angelus ignis eorundem præfidum socius, vt sint quasi septuaginta duo numerentur, quorum signatis iampridem à me descripta, quæ si nuda, vt potius quia vultis (noui enim vos velle) deinde quanam via è sacris literis educatur, iam hoc ipso assumite tres versus, ויסע ויבא ויט ac in eadem erectę columnę singulos more Cabalistico extra ad sinistram sta conscribite, vt vnusquisq; versus literæ à summo ad imum continuo sese sequatur alterum, tunc primi versus characterem primum ponite, qui *vau* nominatur. Inde de secundi versus characterem vltimum vt retrogrado accipite, qui est *he*: tum postremo recurrite ad tertii versus initium, quod inuenietis *vau* esse. Cumque treis characteres ordine isto coniunxeritis, nascetur primi Angeli memoriale *vau*, *he*, *vau*. Et secundi *iod*, *tzade*, *ain*. Et tertii *famech*, *iod*, *teth*. Sic quoque de reliquis semper ternis atque ternis. Præsenti autem modo tribus columnis rite, vt heri debet, erectis, quilibet signaculum Tetragrammati expeditissime constabitur. Eia videte, considerate, contemplamini bene, num hoc ipsum summa laetitia, & omne huius seculi gaudium excellens, reuelatio sanctos nutus Dei, & diuinos vultus, quos Hebræi *Malachim*, Græci ἀγγέλους, Latini Deos nominant, tractare animo & manibus tam primum, tam pias, tam consecratas res, conuersari studiose cum illis candidissimis speciebus, quarum splendorem non nisi perspicacibus generosorum mentium oculis illucescit. Interelle conuiuia atque colloquiis spirituum beatorum, qui nos supra quam omnium mortalium mos est, fraterne diligunt, nec diligunt modo, sed amant. Gestire magis quam horrescere videntur, & hominibus nobis gratulari quod Dei bonitate factum sit, vt per quam humanæ imbecillitatis figilla & artificiosa



725 zaguata in hilares cœtus admiramur Angelorum, pro vtrinque nostrarum capacitate, cum quibus tranquillo corde gaudeamus & lętemur, quos colamus & veneremur, quibus honorem tali & tam sublimi naturæ debitum impendamus, à quibus vicissim & amemur, & instituamur, & erudiamur. Tum Marranus, characteres quidem video, inquit, sed nominum sonos nõ audio, qua igitur pronuntiatione inuocentur Angeli, nescio. Ad hęc Simon, vt oculis videntur, sic auribus audiuntur, & vt nos vident, ita vocantes audiunt. Id quo modo fieri possit, duobus verbis dicam, Ia spiritu & veritate: vt quales habent linguas nostræ mentes, tales habeant aures Angeli. Et sicut spiritus diuini linguis Angelorum loquuntur, ita spiritus humani auribus mentium auscultant. Non igitur ea necessitate sibi nomina imponunt, quod valint palam nominati & clamari, sed significata memoratiua tradut, quod cupiant à nobis recordari, ne omnem putetis vim diuinam in voce latere. Symbola igitur hæc frequentem Angelorum memoriam poscunt, quorum sedula commentatio nos in amorem Dei mutuo traducit, & vicissim amor in rememorationem. Quem enim fortiter amamus, eius frequenter meminimus, vt est in Prouerbio:

*Memores nos omnia amantes.*

Idcirco nomen Tetragrammaton nobis Deus condonauit, non vt illo se vocemus, quod est ineffabile, tcte que à nobis ἀνεπφώνητον appellatur, id est, non vocabile. Quid enim respondit creator quæsiti Moysi, quod est nomen tuum? certe hoc modo: *I, H, V, H*, hoc est nomen meum in æternum, & hoc memoriale meum in generatione & generationem. Est igitur Tetragrammaton Æternitati nomen: generationi autem memoriale tantum, quia nequit vlla voce humana componi numen, quod diminutatis naturam æquare possit. Ab operibus Angelos cognoscimus, quare pro eisdem naturum operibus nomina pariter prouenustos, vt à medicina Raphael, à virilitate Gabriel, à stupore ac admiratione Michael, quod interpretamur, Quis tam fortis? propria vero nomina, quoniã ethenniam ignoramus, nostræ mortalium infirmitas inuenire non valet, nec inuentis imponere, nisi quantum nobis diuina est reuelaturæ euncessum. Ex numeris itaque ac figuris diuinitus traditis contemplantissimi quique secundum voluntates Angelorum nomina sibi fortasse inseruiunt, sicut pueri ex literis voces componere docentur, vel Hebraicis, vel Græcis, vel Latinis, vel Arabicis, vel Ægyptiis, non quod vox animanda egeat literis eiusce modi, sed propter nostræ imbecillitatis memoriam, vt sint nobis quasi notamina, quæ sensus nostros incitent vel figura vel voce, tursumque sensus moueat phantasiam, phantasia memoriam, memoria rationem, ratio intellectum, intellectus mentem, mentes Angelum. Scripsit huius generis aliquid pergami eleganter ex vestris quidam insigni nostræ Philolophus Tyrius Maximus in libro Ἀφ' ἑνὸς ἄρχεσθαι τὸς ἀρίστους θεοφιλίας, disputatione octaua. Vnde id vobis cõiectura innotescere esse, si tres versus, per me ante resolutos, Angelorum septuaginta duorum reuerentiam & venerationem legeritis ea serie, qua Spiritus sanctus dictauit, prorsusque per eorum dilectionem in nominis Dei summi ardentissimum amorem, & extaticam adorationem incubueritis, pensiculatim commemorando, quod sicut ex numero Tetragrammati arithmetica proportione progreditur numerus septuaginta duorum, ita septuaginta duo Angeli ex signaculo Creatoris quodam effluxu diuino producuntur. Cum enim quælibet litera Hebraica numerum peculiarem designet, oriuntur ex *iod*, *he*, *vau*, *he*, duo & septuaginta, hoc modo: *iod* notat decem, *he* quinque, *vau* sex, *he* iterum quinque. Totum hoc ex arte Arithmetica, sic colligatur, *Iod* decem, *iod*, *he*, quindecim, *iod*, *he*, *vau*, vnum & viginti, *iod*, *he*, *vau*, *he*, viginti sex. Comprehendite nunc lingula, Decem, quindecim, viginti vnum & viginti sex, & oriuntur septuaginta duo. Hæc reputantes vobiscum aperte intelligetis ad inuocandos spiritus voce spirituali opus esse, non autem clamore, seu sacerdotum Baal, quibus ab Helia Propheta dicitur 3. Regum 18. Clamate voce maiore, forsitan Deus in diuersorio est, aut in itinere, aut certe dormit, vt excitetur. At si qua oratione in supplicationibus vtimur, non ideo fit, vt Deum vel Angelos syllabis aut dictionibus, tanquam erga mortales vti commoueamus, sed vt vires nostras in ardorem illorum incitemus, & fiduciam in eos quasi anchoram figamus, veluti appellendo nauim in portum solent nautæ resti ciecta, vel funepulato terram attahere, quandoquam immobilem, quo conatu ad terram seipsos trahunt. Pari ratione per sensibilia nos signa quocunque instituto composita videmur inuisibilem diuinitatem attrahere, cum tamen reuera nos ipsos mobiles ad immobilem diuinitatem attrahamus. Hoc arcano fundamento sacramenta vniuersa, & ceremoniarum ritus perstant. Hinc signis, characteribus & voce vtimur, hinc hymnis & canticis, hinc tympano & choro, hinc chordis, cymbalis & organo, alitisq; id genus musicis, non vt Deum quasi fœminam emolliamus, nec vt nostris blandimentis & adulationibus Angeli capiantur: sed vt Deum ac diuina exultando, nostræ conditionis exiguitatem agnoscamus, subiectionem & obedientiam humillime profiteamur, & omnem voluptate m humanã in res diuinas conferamus. Ad summum autem, hoc pacto amorem intensum & ardentem erga diuinitatem concipiamus, qui vnus præter cætera id efficit magis, vt omnium gratiarum capaces simus: propterea palmas tendimus, brachia expandimus, genua flectimus, stantes oramus, iuxta quoque vaccam triennem, capram trimam, turturem, columbam, per medium diuidimus, arietem in vepribus hærentem cornibus gladio occidentes, igne cremamus, *Thau* super postes ædium sanguine notamus, Serpentem æneum aspicimus, Cherubim & alias imagines figuramus, Verba composita loquimur atque vouemus, Sanctuarium struimus, Pontificem tam vatio & admirando indutum ornatu attoniti respicimus. Vniuersa hæc & similia propter nos ipsos fiunt, vt nos moueant, nos incitent, nos auertant, nos conuertant, à visibilibus scilicet ad inuisibilia, fidem augeant,

spem confirment, & veram inter nos charitatem Deo gratissimam, diligenti ἀκριβεσκοπίᾳ in diuinorum amorem transferant. Dogmata hæc omnia Cabalistarũ sunt, qui, vt libro tertius Perplexorum Moysi Ægyptii attestatur, sic dicunt, שכונת העבודות התם זכרון השם תמיד ויראותו ואהבתו וכפרשיות התצות כולן ושיאמין בשם ית רמת שהוא חברתי לכל: quod intentio ceremoniarũ eiusmodi est memoria Dei frequẽs, & timor eius, & amor eius, & obseruantia mandatorum omniũ, & quod credatur in Deũ altissimũ, id quod necessarium est vniuique. Nimirum grauis nos mole corporis oppressi valde quidem egemus ad somnolenti animi excitationem commonitoribus rebus, vt generosus equus itinere iam longo fatigatus, cum classicum personuit, in robur eugitur, stare loco nescit, micat auribus: & elephantus fœminæ torpescẽs, igne ostenso refugit in audacia: ira rebus seculatibus enervata virtus nostra, externis & corporalibus incitabulis siue vocum seu figurarum indiget, vt animi nostri vigor spirituali operi robustius insiet, & cõtemplatio nostra tanto acrius ad sublime prouehatur, quanto magis attoniti antea obstupuerimus. In hanc vtilitatem clementes Angeli sæpe figuras, characteres, formas & voces inuenerunt, proposuerintque nobis mortalibus & ignotas & stupendas, nullius rei inxta consuetum linguæ vsum significatiuas, sed per rationis nostræ summam admirationem, in assiduam intelligibilium perscrutationem, deinde in illorũ ipsorum veneriationem & amorem inductiuas, non enim secundum institutum aut placitum hominis significant, sed ad placitum Dei. Vnde ad vos illud à nobis translatum doctissimus vestra ætate atque secta Mirandulanus Comes, quod in nongentis conclusionibus ait, Non significatiuæ voces plus possunt in magia, quam significatiuæ, qualibet enim vox virtutem habet in magia, inquantum Dei voce formatur, quia illud, in quo primum magicam exercet natura, vox est Dei: hæc Picus. Tum Philolaus, Socratos & sterrentes, inquit, nos homines maiorem mouerent excitatione huiusmodi nomina, si plures sensus & non vnum solum mouerent, vt non modo nostris obtutibus per figuras & characteres appareterent, verum etiam articulata voce aures simul nostras pulsarẽt. Quare plurimum opto, si fieri possit, ita non solum picta videre, sed dicta quoque audire. Tum Simon, Valde ægnes, inquit, putandi sunt, mea sententia, ac si cum tua venia dicã liceat, valde quidem hebetes, qui extraneo motu egent, quanquam ita fumus nati, vt semper aliud magis alium afficiat, & non idem omnes pariter. Ad hæc assentior tibi, Simon doctissime, vera dicenti, Mattanus ait, hoc enim & nostri affirmant, Angelos hominibus apparere aliter atq; aliter pro conditione ac natura videtis. De quo Chrysostomus super Matthæum late ve omnia, tandem his verbis de Ioseph scribit, καὶ ἐπειδὴ φοβοῦνται ἀνθρώπους, καὶ ἀεὶ τὸ ἀνθρώπινον τοῦτο πάθος ἐστὶν, ἐν ὀνείρατι αὐτῷ φαίνεται τοῦ ἀγγέλου τὸ πρόσωπον· ἐνταῦθα ἀσφαλῶς ἐστὶν ἀκοῦσαι τοῦ ἀγγέλου· οὐ γὰρ ἔτρεμεν ὡς ἄνθρωπος, οὐδὲ ἐφοβεῖτο ὡς ἄνθρωπος· id est, Per somnium apparet Angelus, & quare non manifeste, quemadmodum pastoribus & Zachariæ & virgini? Vehementer credulus erat ille vir, & non egebat visione ista. Cui simile est quod Iesus, Et id tu recte quidem, ac haud aliter Cabalistæ sentiunt, dicentes, quod virtus virum Abrahã fortior erat, quam in Loth, idcirco Angelitæ apparuerunt viri, & Loth Angeli. Sed de hoc alio forte loco. Nunc quod ad nostrum attinet causam, magna, vt pernostis, est horum dignitas. Quidam satis grati, & ea forte existimatione Angelos in forma humana vidisse, alii in forma ignis, alii in forma venti ac aeris, alii in forma fluuii & aquæ, alii in forma volucrum, alii in forma gemmarum, aut mineræ, aut preciosarum lapidum, alii in energia prophetiæ, alii ad quosdam habitante intra se, alii in literarũ & characterum figura, alii in sonitu vocis, & sic de cæteribus visionum speciebus, in sacris scripturis prehensis: vobis autem dum hi characteres nominum nequaquam satisfacere videbuntur, demonstrabo recta via, non tantum in decretoribus commemoratis, verum etiam posteris memorandis, quonam modo ex effigie literarum dictio fiat, quæ possit articulate pronunciari. Eius artis Deum ipsum habemus authorem. Ecce enim, inquit, ego mitto Angelum meum ante te ad custodiendum te in via, & ad ducendum te in locum, quem destinaui. Attende cautus à conspectu eius, & audi vocem eius, ne exacerbaueris eum, quia non ignoscet cum delicto vestro, quoniam nomen meum est in illo. Per quod cognoscimus nomen Angeli operationem comprehendere nomen Dei quandoque dicere. Ideoque Cabalæi, cum Angeli cuiusdam nomen significatiue pronuntiare nequiuerint, illius articulus nominis Dei, quod illi adiungunt, aut simul profitẽtur. Sicut enim nomen characteres, מיכ גבריא vel רמא aut figuras dum Angeli nuntiæ impropriè videntur vbique addatur nomen Dei El, vt Michael, Gabriel, Raphael: ita ipsi quoque in aliis angelicis nominibus sacram scripturam conantes imitari, dicunt Raziel, Iophiel, Zadkiel, Peliel, Malkhel, Vriel & simili more cætera. Quin vero vt Romani Deum suum Capitolinum nominant Optimum Maximum, propter beneficia Optimum, propter vim Maximum, Ciceronis testimonio in oratione ad Pontifices pro domo sua: sic Iudæorum natio Deum suum propter beneficia vocat Iah, & propter vim ac virtutem appellat El: ita enim Cabalistæ super Dauid Regis sermone, cum ait, iniquitates obseruauerit Iah, Domine quis stabit, nebit dicunt, יהוה מלם תרחים ארני שהוא עולם הרחין id est, Iah, quod sit seculum seculorum: Adonai, quod sit seculum seculorum, vt ait Pontifex lucis capite octauo. De El autem ita Cabalistæ decimo sexto, Fortissime El Deus magnitudinis omnis carnis, num vllo peccante cuncta omnes ira tua delebuntur? Optimus igitur iudex Deus est, quia clementissimus: & Maximus, quia fortissimus: quod duo hæc nomina dum significant Iah & El, quorum alterum, si quæras, quæ septuaginta diuortium nominum comitantis, nimirum insigne vocabulum est. Hoc certe modo sæpe pronunciandi dictiones fiunt trisyllabicæ, ac aspiratione per singularem hanc notam scripta h finali, quam



quam duplici spiritu Latinæ literæ h, ex imo pectore proferant, & vbique Iah vnice per i consonantem pronunciẽtur. Similiter & El: Nam vtraque harum dictionum etiam in compositione nominum monosyllabice proferẽtur, & in eandem accentum cadit. Sunt itaque ιχχιι. nomina sacra, quod vnum Stah hemmephorae, id est, sanctissimi Tetragrammati nomen expositorium dicitur per inuocationes Angelorum ab hominibus Deo emissarum: Vehuiah. Ieliel. Sitael. Elemiah. Mahasiah. Iehhel. Achaiah. Cahethel. Haziel. Aladiah. Lauiah. Hahaiah. Iezalel. Mebahel. Hariel. Hakamiah. Louiah. Caliel. Leuuiah. Pahaliah. Nelchael. Ieiaiel. Melahel. Hahuiah. Nithhaiah. Haiaiah. Ierathel. Sæehiah. Reiaiel. Omael. Lecabel. Vasariah. Iehuiah. Lehahiah. Chauakiah. Menadel. Aniel. Haamiah. Rehael. Ieiazel. Hahahel. Michael. Veualiah. Ielahiah. Sealiah. Ariel. Asliah. Mihael. Vehuel. Daniel. Hahasiah. Imamiah. Nanael. Nithael. Mebahiah. Poiel. Nemamiah. Ieiaiel. Harahel. Mizrael. Vmabel. Iahhel. Anauel. Mehiel. Damabiah. Manakel. Eiael. Habuiah. Rochel. Iabamiah. Haiaiel. Mumiah. Præsto iam sunt ad manum, vti optimi cum quibus non modo ab imi pectoris penetralibus clandestina colloquia mussare, verum etiam expressas quoque voces miscere, & quilibet symbolico suo nomine inuocare queat, quanquam singularum regionum præsides, tamen nihil non communicatum habentes. Tametsi enim in mundo supercœlesti habitant, at nihilominus inferiora curant. Si enim hoc influentia naturalibus contingit, vt in cœlis commorentur, & simul terrena gubernent, multo magis virtutibus nobilioribus, tenuioribus & respectoribus mundi superioris, eiusmodi mapalium pariter sunt concessi, vt penetrẽt nostra, & nostrum victilium penetrentur. Ad id vtar Plotini vsi assertione in libro de Intellectu, & ideis, hæc, qui ait, Mundus iste sensibilis vno tantum loco determinatur, mundus autem intelligibilis vbique. Perinde ac si dicat, quod ille hunc suffultus & ambiat, & ordinet, & conseruet, & gubernet. Animaduertite autem quid admiratione dignum Cabalistarũ sapientes hinc afferant, inquiunt, אין לך כל עשב ועשב מלמטה שאין לו מול ברקיע שסכת אותו ומכה לו על ראשו. Non est vlla herba aut planta inferius, cui non sit stella in firmamẽto, quæ percutiat eã, & dicat ei, Cresce. Et cum iterum ipsi sententiam sacris literis munitam, vt legitur in Iob capit. 38. Num nosti leges cœli, aut si posueris præfectum seu præsidem vel constitutum eius in terra? Non itaque vos tetrarchas orbis ternarum tantæ sollicitudines, ac rerum alienarum curæ, quibus supra nominati Angeli dispensatione creatoris sunt destinati, quominus illos etiam in nouos choros supercœlestium lucrarchiarum referatis. Cum enim Angelus sit substantia, sicut Deus identitas, prima vero alterius binarius recte opinabimur, quod ex binarii multiplicatione numerus Angelorum oriatur. Multiplicatio autem binarii cubica sic fit, bis bini bis, & erunt octo primus cubus. Octonos vero quosq; Angelos in nouem choros si distribueritis, erunt septuaginta duo, tot enim sunt nouies octo. Redite nunc, si vultis, per choros ad cubum, per cubum ad Tetractyn vestram, quam nos Tetragrammaton, Romani quarernitudinem appellant, ab ea ad binarium angelicam naturam significantem, & inde ad vnitatem Deum Opt. Max. & experiemini certe, si nostrũ studium ad Angelos applicuerimus, quod etiam per Angelos Deo iungamur Tetragrammato ineffabili ind, he, vau, he, in quo primum resplendet Angelorum istorum nobilissima natura. Nã si ex quatuor illis literis יהוה quater ind ponuerimus, hicq; descendendo ter he, bis vau, semel he, mox vobis surget septuaginta duorũ summa, expositoria nominis Dei ineffabilis & incomprehensibilis, ad quod omnia sacra nomina referuntur, quotum ingens copia est, singula tamen appellatiua sunt, hoc solum Dei propriũ est & appropriatũ, quare מיהוה cognominatur. Hæc autem septuaginta duo dicuntur vnum nomen symbolicum, eo quod intentio illorum sit vnum Deum Opt. Max. significare, licet per multas & varias rationes Angelorũ, vt notamus principem per aulicos, & imperatorem per exercitum. Erea fane venerantur atq; colunt magistri Cabalæ plurimum, quibus deuoti homines mirandã operantur, & mirabiliora quam eloqui mihi fas sit, ego tamen virum doctissimum in hac causa testem citabo Racanat in commen. Ex. 14. qui hos characteres & has literas affirmat esse, אותיות פורתות לסעלה בעיקר המרכבה והם ממונים לעשות כל דבר כהם ופעולותיהם ירועים למקובלים: id est, Characteres volantes superne in fundamento sapientiæ spiritualis, & sunt administratorii spiritus seu præfecti ad faciendum omnem rem per eos, & operationes eorum sunt notæ Cabalistis. Hucusque R. Menahem Racanat. Et secundum R. Akiba procedunt de throno gloriæ Dei. Sed ne quis vana superstitione ductus putet ab Angelis omnia humanæ mortalitati cœlitus conferri, ac non potius per Angelos ab ipsa Dei maiestate omnia fieri etiam in Angelis, vt in Daniele Nabuchadnezer Chaldaice testatur, ומצבית עבד בחיל שמיא וראורי ארעא id est, Et secundum voluntatem suam facit in exercitu cœli, & habitatoribus terræ. Ideo receperunt Cabalæi de libro Psalmorum pias orationes ad Deum septuaginta duobus versibus habendas, quorum vnusquisq; nomen Tetragrammaton cum nomine Angeli ex 72. cõtinet, vno haud absre excepto, qui principium Geneseos indicat: eleuant autem, quantum fieri potest, animos suos istis versibus ad Deum, fortiter ascendendo de Angelo ad Angelum. Et semper inter laudes Dei tor & tantas ab altera ad alteram in sublime tendendo. Ad illud eos iuuant Angeli, vt, relicta seculari solicitudine, pro captu suo vehantur in Deum, ceu leuissima pluma tenuissimi spiritus adiumento ad sublimia cœlestiaque sustollitur. Videte & audite orationem versuum cum Tetragrammato & Angelis: verumque enim vobis tam digito quam voce monstrabo fiet

ואתה יהוה סגן בעדי כבודי ופרים אשי
ואתה יהוה אל תרחק אילותי לעזרתי חושה
אופר ליהוה טחסיום צורתי אלהי אבטח בי
שובה יהוה חלצה נפשי הושיעני למען חסדך
דרשתי את יהוה וענני מכל מגורותי הצילני
זכרו ליהוה ישוב ציון הגידו בעמים עלילותיו
רחום וחנון יהוה ארך אפים ורב חסד
באנשי תמות ונכרעת נברכה לפני יהוה עושנו
זכור רחמיך יהוה וחסדיך כי מעולם המה
יהי חסדך יהוה עלינו כאשר יחלנו לך
קו יהוה צורי וגואלי אלהי ישעי

A

Ostendi iam vobis, optimi viri, quibus ex nea nomen esse Tetragrammaton, & ex lectis Angeli vel recto vel transuerso, vt hîc fecimus, positas ordine de tribus versibus Etod. ta. ויט quos tamen Romani hactenus nō fuerint ptenati. Psalmodiam autem Latina sic loquor, ante forsitan in Captione de Verbo Mirifico dere potuistis.

B

ET tu Domine susceptor meus es, gloria mea & exaltans caput meum.

Et tu Domine ne elongaueris auxilium tuum à me, ad defensionem meam conspice.

Dicam Domino, susceptor meus es tu, & refugium meum Deus meus sperabo in eum.

Conuertere Domine, & eripe animam meam, saluum me fac propter misericordiam tuam.

Exquisiui Dominum, & exaudiuit me, & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.

Psallite Domino, qui habitat in Sion: annunciate inter gentes studia ejus.

Miseratus & misericors Dominus, longanimis & multum misericors.

Venite, adoremus, & procidamus, & ploremus ante Dominum, qui fecit nos.

Reminiscere miserationum tuarum, Domine, & misericordiarum tuarum, quæ à seculo sunt.

Fiat misericordia tua Domine super nos, quemadmodum speramus in te.

Viuit Dominus, & benedictus Deus meus, & exalte ut Deus saluti meæ.

Vsquid, Domine, recessisti longe, deseris in opportunitatibus in tribulatione.

Iubilate Domino omnis terra, cantate & exultate & psallite.

Et factus est Dominus refugium pauperi, adiutor in opportunitatibus in tribulatione.

Et factus est mihi Dominus in refugium, & Deus meus in adiutorium spei meæ.

Domine Deus salutis meæ, in die clamaui nocte coram te.

Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.

Indica me secundum iustitiam tuam Domine Deus meus, & non supergaudeant mihi.

Expectans expectaui Dominum, & intendit mihi.

Et nomen Domini inuocabo, ô Domine saluam animam meam.

Ego autem in te speraui, dixi Deus meus es tu.

Dominus custodiet te, Dominus protector tuus super manum dexteram tuam.





Dominus custodiet introitum tuum & exitum tuum ex nunc & vsque in seculum.

Beneplacitum est Domino super timētes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius.

Confitebor tibi Domine in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua.

Clamauit in toto corde, exaudi me Domine, iustificationes tuas requiram.

Eripe me Domine ab homine malo, à viro iniquo eripe me.

Deus ne elongeris à me, Deus meus in auxilium meum respice.

Ecce Deus adiuuat me, & Dominus susceptor est animæ meæ.

Quoniam tu es patientia mea Domine, Domine spes mea à iuuentute mea.

Introibo in potentias Domini, Deus memorabor iustitiæ tuæ solius.

Quia rectum est verbum Domini, & omnia opera eius in fide.

Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt.

Speret Israel in Domino, ex hoc nunc & vsque in seculum.

Dilexi, quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ.

Domine, dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis tuæ.

Domine Deus virtutum cōuerte nos, & ostende faciem tuam, & salui erimus.

Quoniam tu es Domine spes mea, Altissimum posuisti refugium tuum.

Audiuit Dominus, & misertus est mei, Dominus factus est adiutor meus.

Vt quid Domine repellis animam meam, auertis faciem tuam à me.

Domine libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua dolosa.

Dominus custodiet te ab omni malo, & custodiet animam tuam.

Ergo ad te Domine clamaui, & mane oratio mea præueniet te.

Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine, & iudicia tua doce me.

Sederunt, motus est pes meus, misericordia tua Domine adiuuabat me.

Iuxta Dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus inuocantibus eum in veritate.

Quam magnificata sunt opera tua Domine, nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ.

Notum fecit Dominus salutare suum, in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam.

Magnus Dominus & laudabilis nimis, & magnificentiæ eius non est finis.

Miserator & misericors Dominus, patiens & multum misericors.

Sedebit gloriosa Domini in seculum, Letabitur Dominus in operibus suis.

Confitebor Domino secundum iustitiam eius, & psallam nomini Domini altissimi.

Cognoui Domine, quia æquitas iudicia tua, & in veritate tua humiliasti me.

Dominus in cœlo paravit sedē suam, & regnum ipsius omnibus dominabitur.

Verè tu, Domine, in æternum permanes, & memoriale tuū in generationē & generationem.

Alleuat Dominus omnes, qui corruunt, & erigit omnes elisos.

Qui timent Dominum, speraueruntin Domino, adiutor eorum, & protector eorum est.

Et anima mea turbata est valde, sed tu Domine vsquequo?

Ab ortu solis vsque ad occasum laudabile nomen Domini.

Iustus Dominus in omnibus viis suis, & sanctus in omnibus operibus suis.

Sit nomen Domini benedictum, ex hoc nunc & vsque in seculum.

Vide quoniam mandata tua dilexi Domine, secundum misericordiam tuam viuifica me.

Seruite Domino in lætitia, introite in conspectu eius in exultatione.

Ecce oculi Domini super metuentes eum, & in eis, qui sperant super misericordia eius.

Conuertere Domine: vsquequo? & deprecabilis esto super seruos tuos.

Ne deteinquas me Domine Deus meus, ne discesseris à me.

Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.

Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius.

Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei, tu es, qui restitues hæreditatem meam mihi.

In principio creauit Deus cœlum & terram.

Confitebor Domino numis in ore meo, & in medio multorum laudabo eum.

Conuertere anima mea in requiem tuam, quoniam Dominus benefecit tibi.

Tum Marranus: Adeone (inquit) te vna in re tantopere laborantem patimur exspatiari, qui ad arteth, si qua est Cabalæ, toto desiderio properamus? Et Philolaus: Non est (arbitror) vna res de qua Simon disseruit, sed tetque quaterque plures ac multo plurimæ. Sabbathum enim sabbatorum, quod est requies æterna, & finis Cabalæ: post autem quibus gradibus ad eam adscendamus, tam portarum prudentiæ, quam sapientiæ semitarum, & de nominis Tetragrammati expositoribus Angelis, & *Sem hammephoras* clarā nos voce instituit. Ad hæc Simon: Reliqua si bene recordamini, equidem nō nihil de illa dignā religione decem numerationum Cabalisticarum præmisi, & fortasse promisi dicturū me, factamq; per catalogum, si me attente audiatis. Tum audemus cupide (ambo dixere) quapropter perge incunctanter. Mox Simon ait: Decem numerationes à Cabalæis עשר ספירות appellatas multi ex nobis multifariam fractant, quidam in arboris modum, alii ad formam hominis, vt sæpe mentio fiat de radice, trunco, ramis & corticibus. Sæpe vero etiam de capite, humeris, cruribus, pedibus, latere dextero & sinistro. Ex iis sunt decem diuina nomina, quæ nos mortales de Deo concipimus, vel essentialia, vel personalia, vel notionalia, vel communia, & nominantur sic כתר id est, corona, חכמה id est, sapientia, בינה id est, prudentia siue intelligentia, חסד id est, clementia seu bonitas, גבורה id est, grauitas vel severitas, תאורת id est, ornatus, נצח id est, triumphus, הוד

id est, confessio laudis, יסוד id est, fundamentum, A
מלכות id est, regnum. Supra cotonam vero po-
nitur אין סוף id est, infinitudo, & est abyssus. *Eleg-*
*quæ an silcam?* Res est nimirum profundæ spe-
culationis, & quoddam pelagus immensum, in
quod omnis nostra contemplatio demergitur, &
demersa quodam hiatu absorbetur. An non
memineritis, quantum nouitii iam ferme om-
nium nationum theodidascali dies atque noctes
desudant? fere solum in conceptibus attributali-
bus, quos eorum alii perfectiones in diuini no- B
minant, alii attributa, tum negatiua, tum affirma-
tiua, tum absoluta, tum relatiua seu connotatiua,
quæ facile nunc (vt arbitror) de libro Cabalistico
compendii Portæ lucis, quem Paulus Ricius vir
egregie doctus quondam ex nostris vnus, nunc
Christianus, ex Rabbi quodam Castilienſi colle-
git, & de Hagogis, quas scripsit in Cabalam, disce-
re potestis. Ea pariter de re magnus ille Magi-
ster Cabalæ Rabbi Ioseph, filius Carnitolis, li-
brum שערי צדק, id est, Portarum iustitiæ con- C
scripsit, & scripsere commentatores circa arbo-
rem decem numerationum multi multa, qui
causam hanc innolutam euoluunt, & totam fere
sacram scripturam veterem in has decem nume-
rationes, & per eas in decem ipsa Dei nomina, &
per ea in vnum Tetragrammati nomen redigunt
atque reducunt, affirmantes, quod *En soph* sit &
א & ω, qui dixit, Ego primus, & ego nouissimus.
Et quod כתר id est, Corona, regni omnium secu-
lorum sit fons sine fundo, & אב הרחמים id est, D
misericordiarum pater: cuius mysterium illud
est, quod איהיה *Ehieh* sigillat per אמת *Emeth*, hoc
est, essentiam per veritatem. Sicut nobilis ille
dictator ait Eliezer Haklir, אמת חותמו, id est,
*Emeth* est sigillum eius. Probat hoc ratio arith-
metica, quam imitantes, si multiplicauerimus *E-*
*hieh* per *Ehieh*, surgent quadringenta quadragin-
ta & vnum, quæ simul sunt אמת *emeth*, hoc est,
verum, seu veritas: sicut ארני שלום, id est, Domi-
ni pax. Plura huc reducunt, vt *alph* magnum, ti-
morem Domini, lucem inaccessibilem, dies æ-
ternitatis, vt est illud, Egressus eius ab anteriori-
bus à diebus seculi. Sic scribit insignis Cabalista
Tedacus Leui in lib. de decem numerationibus.
Ad secundam autem numerationem, quæ est sa-
pientia, referuntur hæc, ex attributis aut proprieta-
tibus, primogenitura: *Ies*, id est, ens: lex primiti-
ua, *Iod* littera prima Tetragrammati, terra viuen-
tium, triginta duæ semitæ, septuaginta legis spe-
cies, bellum, iudicium, Amen, liber, sanctum, vo-
luntas, principium, & alia id genus. Et forte mi-
rum est, quod secunda numeratio dicatur prin-
cipium: legitur namque in Racanat excellenti
Cabalæ Magistro, circa Geneseos initium, hoc
modo: ואולי תשאל שהתכמה היא ספירה השנייה
אמת קראת ראשית id est, Et forte quæres, quum
sapientia sit numeratio secunda, quare dicatur
principium. Scriptum est enim in libro *Babir*,
אין ראשית אלא חכמה id est, Nihil est princi-
pium, nisi sapientia. Cui equidem recte mihi vi- G
deor respondere, quod infinitudo ipsa, trium
summarum Cabalisticæ arboris numerationum,
quas vos tres in diuinis personis appellare con-
suestis absolutissima essentia, quum sit in abys-



so tenebrarum retracta, & immanens ens, ens
vel (vt aiunt) ad nihil respiciens, idcirco dicitur
אין id est, nihil, siue non ens, ac non finis: hoc est,
אין סוף, quia nos tam tenui ergastera diuinitatis
ni paupertate mulctati, de iis, quæ non sapimus,
haud secus atque de iis, quæ non sunt, iudicamus.
At vbi se ita ostenderit, vt sit aliquid, & non
subsistat, tum *Aleph* tenebrosum in aliqd lu-
dum conuertitur: scriptum est enim, Sitat tene-
bræ eius, ira & lux eius: & appellatur tunc qui-
dem *aleph* magnum, quando exire cupit, & ap-
parere omnium rerum causa per *beth* per se
sequentem literam: de qua sic scribit Moyses
Racanat, מעלת הדברים תואת כלם id est, Sic reperies literam hanc, scilicet beth,
facientem res omnes: quapropter *aleph* existens,
vti propinquissimam, & secundissimam sibi recipit, nominatutque אב, pater rerum ge-
nerationis & productionis. Deinde assumpta
*beth* rursus ablegat in vnitatem enim, in
infinito אין finem suum consequi desiderans,
quare finalem literam *nun*, coniungendo sibi
generat בן, id est, filium, quæ prima est predi-
ctio in deitate, ac principium alterius, unde ge-
gnominatur ראשית, id est, principium: tum-
it est secunda emanatio ex infinitudine: hoc est,
secunda Cabalistica numeratio, per quam o-
mnia facta sunt Scriptum est enim: Omnia sa-
pientia fecisti: hoc modo primus effluxus hy-
cunda numeratio, quia terminus generatio-
nis est filius. Restat tertio medium nunc ap-
& *nun*, quod est *iod*, nota sancti nominis יה
cuius ambos characteres, si alterni vicibus no-
mini בן *ben* intexueritis, erit בינה intelligen-
tia, prudentia, seu prouidentia, iudicii exami-
tio in diminis tertia, cui attribuitur *Adonai*, Do-
rus, anima, votum, mysterium fidei, mensa
liotum, Rex sedens in throno miserationis, &
beleus magnus, sabbathum magnum, fun-
mentum spirituum, lumen mirificum, dies
prema, quinquaginta portæ, dies propitiatio-
vox interior, fluuius egrediens de paradiso. L
tera secunda Tetragrammati, pœnitentia,
quæ profundæ, soror mea, filia patris mei,
alia. Hucusque notauimus tres numerationes
quæ dicuntur à Cabalistis, teste Rabbi Ish
in Commentario libri *Iezira*, שרית הלל יונגת
כסא אחד id est, Tres numerationis sunt
atque sephiroræ sedes vna: in qua sedet Sa-
ctus Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth.
Boni ati, siue clementiæ, quæ est quarta nume-
ratio, cum diuino nomine *El*, appropriatur
etiam hæc, gratia, misericordia, brachium ter-
terum, innocens, dies tertius, ignis excelsus,
facies leonis, pes primus, Abraham senex, O-
tiens, aquæ superiores, argentum Dei, Michael,
sacerdos, Angelus in specie electri, Haniel, an-
stes albæ, Auster & alia. In quinta numeratione
seueritatis diuinum nomen est *Elohim*, & appel-
catur ei timor, proprieras rigoris seu grauitas,
præcepta legis negatiua, brachium sinistrum, ignis
egrediens ab aquis, vt in libro de Creatione dicitur,
dies quartus, occidens, Gabriel, Ishac senex, nu-
fortitudo, altare aureum, pes secundus, fundi-
ficatio, caligo, Metatron, Aquilo, species le-
lex Sena-



ca. Sexæ applicatur *Eloha*, speculatio illumi-
nans, lignum vitæ, voluptas, linea media, lex scri-
pta, tacendos magnus, ortus solis, species purpu-
rea. Et scribit Tedacus Leui, quod de hoc loco
explanatur septuaginta nationes in terra, & si-
lium eius est *Emeth Adonai*, & vocatur pax, &
horus eius figuratur in luna, & mysterium eius
est terna littera Tetragrammati, & mysterium
hoc Pater noster qui es in cœlis, homo supernus
seu Adam cœlestis, iudicium, sententia, Michael,
Israel senex, Deus Iacob. Ad septimam refe- B
runtur, *Adonai Sabaoth*, crus, pes, columna, dex-
tera, tota magna, visio prophetiæ, Moyses, & cæ-
tera. Octauæ conueniunt *Elohe Sabaoth*, My-
sterium columnæ ac pedis sinistri, & Booz, & se-
cundæ litteræ serpens antiquus, disciplina Domini,
ramen, Aharon, Cherub, filii Regis, molæ mo-
lentes, & alia. Nonæ appropriatur *Sadai*, funda-
mentum mundi, Sion, fons piscinarum, iustus,
Dei virtus, Sabbatum integrum, Medium inter
cardoli & memento, dies quinquagesima de Le- C
uitico, Aries, Ioseph iustus, Salomon, iustitia,
robur, lignum scientiæ boni & mali, fœdus Do-
mini, arcus testimonii, gloria Domini, fundamen-
tum prophetiæ Dauid, redemptio, seculum ani-
marum. Reducuntur & ad decimam numeratio-
nem, *Adonai*, regnum, vita, Cherub secundus,
Speculatio nonilluminans, Posteriora, Finis, Ec-
clesia Israelis, Sponsa in Canticis canticorum, Re-
gina cœli, Virgo Israel, Mysterium legis ab ore
altare. Aquila, Littera quarta Tetragrammati, Re- D
gnum domus Dauid, Templum Regis, Dei ta-
ma, Arca fœderis, & duæ tabulæ in ea, Domi-
nus virtutum terræ. Audistis breue rationarium
decem proprietatum, siue notionum aut attribu-
torum in diuinisquæ dicuntur à Cabalistis כלימה,
quod intelligunt alii כלי id est, absque vel præter,
& מה id est, quid: vt si dicerentur, Decem præter
quid: scilicet excepta Dei quidditate. Vnde inter-
pretari solent *Bilimah*, hoc esse præter id, quod est
ineffabile, alii ab ipso בלום מיך ולשונך מלרבר E
loquendo seu constringendo os tuum & lin-
guam tuam, ne loquatis, tanquã verba sacra, quæ
non sint vulgo prodenda. Dicendum nunc esset
de angelicis principibus & dæmoniacis præfectis,
quos ad tartara deiectæ & seueritatis ponunt Ca-
balistæ, tam profecto indigentem multiloquio,
quam mendicus transgressi veheremur in vespe-
rum. Quis enim paruo in tempre tam magna
exponere? Quis triginta quinque principes pu-
nitis, ac septuaginta principes Ismaelis in latere F
numerationis quartæ tam cito absolueret? Quis
non in numeratione quinta gratitatis atque ti-
moris patiret triginta quinque principes reatus,
& septuaginta principes Esau tam obiter & tam
perfunctorie posset satis explanate? quæ propria
quidem volumina poscunt, & certe admodum
sacra: quare his in præsentia intermissis procede-
mus ad septem. Beatitudo, inquam, contem-
plationum hominum pro electiote modo
mandatorum legis, hoc est, viginti quatuor li- G
brorum, quos *Ephrim Varba* nominamus, diurna
& nocturna pendere, sacris ex literis deprehen-
dit: scriptum est enim, Beatus vir (inter cætera)

qui in lege eius meditabitur die ac nocte: non qui A
legat, non qui scribat, non qui loquatur, sed qui
meditetur: ne forte scriptio legis aut lectio quan-
doque terminata & desinens, etiam beatitudi-
nem cessare ac desinere compellat. Sed is tan-
dem, qui cogitationes in corde suo illuc cogit,
vt dimissis carnalibus, spiritualia legis mediteretur, is (inquam) is beatus est, cum corde mundo
Deum videbit. Non enim tanta erat, meo arbi-
tratu, diligentia opus ad sacræ scripturæ histo-
rias, quæ tam patent Hebræis, quam Titus Liuius
Latinis. Item ad mandata & præcepta, quæ nu-
merum habent, tum ad religiones & cæremo-
nias, quæ rudi ac indocto etiam vulgo, vel sæpe
non sine vitio ac peccato peraguntur, vnde non
mereantur tantam beatitudinem, quæ corporeis
sensibus constant, vt ad illa requiratur tam assi-
dua, tam continua, & tam diligens meditatio diei
atque noctis. Sed longe maior beatitudo in
theoriæ gradibus sublimioribus inuenire posse
demonstratur, quæ ad legis Cabalisticam intelli-
gentiam vsque adeo tendat, vt spirituali medita-
tione mentes nostras imbuat, & quasi in simili-
tudinem sui formet. Hanc esse colligimus le-
gis meditationem, quæ Moysi post datam in igne
legem, & fractis iam reparatisque lapideis tabu-
lis tandem ab ore Dei tradita est. Primo nam-
que, vt asserunt Cabalæi, Deus legem suam in
globum igneum conscripsit per ignem fusceum
super ignem candidum: ait enim Ramban Ge- B
rundensis שבא לנו בקבלה שהיתה כתובה באש
שחורת על גבי אש לבנה: id est, Quod ap-
paret nobis per Cabalam, quod fuerit scriptura
in igne fusco super dorsum ignis candidi. Vn-
de illud exrat Deuteronomii trigesimo tertio,
De dextera eius ignea lex eis. Etantque tum
literæ (vt aiunt) confusæ ac agglomeratæ, quas
studiosissimi quique speculatiue intuentes, ac
diligenter considerantes, Spiritu sancto ducti, fa-
cile possent hinc & inde, susque deque, vltro ci-
tro, protsus tutsus, eligere, legere, colligere, ac in
verba quælibet formare sententiam, in bonis bo-
nam, in malas malam significantia. A Deo autem
Moyses edoctus in ordinem cunctas redigebat
populo edendas, vt quæ legis essent, vniuersi sci-
rent & observarent, & inde lex in libros distin-
cta, & in arcam reposita est, sicut ipse recepit à
Domino. Artem tamen ordinandi & variandi
literas, & sicram scripturam ad mentis elevationem
dulcissime interpretandi à diuina tunc ma-
iestate recepram, vt rem diuinissimam à tradibus
imperceptibilem, vulgo non patefecit. Sed ele-
ctis tantum Iosue & septuaginta, ore ad os tra-
didit, à quibus postea semper electiotes qui-
que receperunt, & ea receptio, vt ante audimitia,
nominata est Cabala. Nonnihil adstipulantur
etiam sapientissimi Christianorum Doctores,
quorum plurimos ego, quanquam Iudæus, ta-
men libenter in aliena castra tanquam explorator
irrepens, legi. De nostro enim Moysi Gregorius Nazianzenus ille Græcus, cognomento Ma-
gnus, Theologus, in libro de statu Episcopotum,
sic ait, Δ ἐγκεκαι πόλεμον, τοῖς μὲν πολλοῖς, τὸν δὲ ἀκρι-
βεστέρους τοῖς δὲ ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς, τὸν δὲ ἀκρι-βεστάτους τοῖς δὲ ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς, id

est. Accipit legem, ipsis quidem multis, eam quæ A
est literæ, ipsis autem super multos, eam quæ est
spiritus. Et in libro primo Theologiæ, φώνῃ γὰρ πᾶσι
πολλῇ ἐχρήσατο, καὶ ταύτας
ἀμυστηρίωτον, ὡς ἂν τὸ φαινόμενον τοῖς πολλοῖς καὶ
ἀπόρρητον. τὸ γὰρ τοῖς πολλοῖς καὶ κοινὸν ἐθρύπτει, τὸ δὲ
τοῖς ἐλίττουσι, κἂν φθάνῃ. id est, Vult ita tabulis
solidis & lapideis conscribi, & iis alterinsecus propter manifestum legis & occultum, illud quidem
multis & inferius manentibus, hoc autem paucis B
& sursum peruenientibus. Quibus è verbis apparet quibusdam valde doctis, etiam vestris hominibus, quod Moyses legis textū plebi tradiderit, at
mysteria, parabolas, & symbola ipsi sibi ac præstantioribus reseruarit. Eam Cabalæ artem in tres vias diuisam fuisse accepimus, Salomonis testimonio, qui 22. Prouerb. Ecce scripsi tibi tripliciter
consulto & è sententia, vt notificarem tibi rectitudinem eloquiorum veritatis. Sic enim gens nostra loqui consueuit, cū habenda est Cabalę mentio, vt appellent eam אמרי אמת id est, eloquia veritatis scripta, scilicet דרך האמת על id est, Se- C
cundum viam veritatis, quod est Cabalæ. Hic
mos fuit Ægyptio ac Gerundensi cæteriſque eteber. Alii veto quinque Cabalæ partes exhibuerunt, vt Rab. Hamai in libro Speculationis, quas
ita nominat, תיקון וצירוף ומאמר וסכלל וחשבון
id est, Rectitudo, & combinatio, & oratio,
& sententia & supputatio. Vestet Mirandulanus
in nongentis conclusionibus scripsit his verbis: D
Quicquid dicant cæteri Cabalistæ, ego prima distinctione scientiam Cabalæ in scientiam *Sephiroth* & *Semoth*, id est, numerorum & nominum,
tanquam in practicam & speculatiuam distinguerem. Sed Rabbi Ioseph Bar Abraham Salemitanus, & Cabalistarum multo maxima pars
sequuntur Salomonem Regem, in eo quod tripliciter illam posse attem non tantum speculari,
verum etiam practicari plane credunt, iuxta triplicem rerum omnium conditionem, nume- E
rum, figuram & pondus, quippe illa quinque in
hæc tria reducentes. Cum enim totum nugotium
sit allegoricū, & aliud pro alio per aliud in celligatur, vt ipsa sententia sit alia pro alia, dicemus palam, q aut dictio pro dictione ponitur, aut litera
pro dictione, aut litera p litera. Principio nempe
dictio sumitur pro dictione, vel per transpositionem, quæ metathesis nuncupatur, vel per numerum æqualem dictionibus inclusum. Litera po- F
nitur pro dictione, vel in capite, vel in fine, vel v-
bilibet, per superpositam notam. Litera ponitur
pro litera per alphabeticariam reuolutionem plane totam, vt omnis tandem proportio complecatur, arithmetica, geometrica & musica. Verbi
causa, illud Psalmi 21. Domine in virtute tua lætabitur Rex: intelligimus Cabalistice de Messia,
dicentes, Domine Tetragrammate in virtute tua
Messiha Rex, subaudiatis, venit vel operatur. Est
enim Messiha virtus Dei, & operatur in virtute Tetragrammati. Ad id me ducit hæc dictio G
ישמח *iesmach*, cuius si literæ transponantur, erit
משיח id est, Messiha. Alio item in loco Dominus
dixit ad Moysen, Quoniam præcedet te Angelus
meus: Exodi 23. Ecquis ille Angelus iuxta Cabalistas? dicunt alii, quod Michael, transponendo



enim literas מלאכי Maleachi sit Michael. Alii ve-
cipientes illum secundum artis Cabalisticæ
dum, affirmant, quod sit *Metatron*, eo quod ipse
aiebat, Quoniam est nomen meum in illo.
*Metatron* autem est nomen *Sadai* per gem-
rum æqualem vtriusque dictionibus inclusum.
quod mirifice amplectitur Gerundensis in
citato. Cernitis iam duas Cabalæ symbolicas vias? Quin vultis quoq; tertio literam
pro dictione reponi? Legite. Etiam cap. 6. be-
dicetur in Deo, Amen. Ecquis est ille Deus Ca-
balistæ respondebunt, quod est מלך נאמן
id est, Dominus Rex fidelis: tres enim hominis
nes per capita, tres literæ אמן notabunt, vt ex-
pūt Racanat Exodi decimoquinto. Qui ma-
cies & tertia Cabalæ pars, est cōmunis
vt dictio certis literis scripta symbolice de
aliam dictionem per alias literas compositam,
fit per alphabeticariam reuolutionem
bum creationis Abrahæ variationibus
duabus, secundum quod ibi tot alphabeta
tur. Exemplum præbet nobis *Mazzoth*,
Dei, quod literis his quatuor conscribitur
de quo Mirandulanus vester sic ait, Nomen
quatuor literarum, quod est ex *mem*, *tsade*,
*tsade*, regno Dauidis debet appropriari, cuius
illud in sacræ scripturæ textu plane non legi
cuiusnam rogo esse symbolum pechibebunt?
spondebunt Cabalistæ, quod sit symbolum
gnaculum Tetragrammati ineffabilis, &
dit ex alphabeto vltimo, quod est vigesimum
cundum libri, qui nominatur *Sepher Iecira*,
turque *Ath bas*: illic enim commutantur
*mem*, & *he* pro *tsade*, & *vau* pro *pe*, vt sit *Mazzoth*
*dotai*, *iod*, *he*, *vau*, *he*. Dixi modo ad attem
nentia, quæ sit vel transuersis, vel transpo
vel commutatis dictionibus, syllabis aut
secundum quatuor rationes, quibus scripto
rum sensa ingeniose ac artificiose allegoria
tur. Nam de iis, quæ sine arte constant, &
traditione fiunt ἀτεχνῶς, satis superque vo
certiores, quanquam ante ipsi ambo, quæ tri
professio est, haud paruum multam de alia cog
tionem proprio studio adepti estis, qui solum
modo simplicia de compositis, & superiora de
feriotibus abstrahantur, ac fere omnia in mat
dum intelligibilem, aut super supremū & inuisi
parabilem referantur. Possunt & plerasq; arg
menta nonnulla sæpe nobis legendo sanctas
ras, in mentē venire, quæ ad diuinorum abs
tion mi primum, ac etiam tum in amorem eius
nos alliciant, nec tamen certa q artis arte mad
quent, vt quod Gabriel fortiore sit virtute quam
Michael, quoniam de eo legitur in Daniele, Do
plex virtus volando volans. De Michael autem
solum quod venit io adiutorium: quare inter
telligentias Gabriel philosophice virtus repu
tur intellectus agentis, & Michael virtus intel
ctus passibilis. Ita scribit Rabbi Leui Ben Gerso
quid Latinis nominatur Magister Leo de Bano
lis. Plurimum conferre mihi videtur, Philoth
inquit, ad artem Cabalisticam, operose Sanctas
id quod tu ἀτεχνῶς appellas, nihil enim habeamus
in manibus reuelata maiorum, quæ recte
dem sub artem cadere non putas, esse omnia
quamuis



quantumcunq; temeraria omnibus concessa ex-
ponendi licentia, & vertendi sacram scripturam
quemlibet quisque vellet, quemadmodum acce-
pimus vulgatos quosdam sophistas agere vt hac
etate videantur suis syllogismis illa sanctissima
diuini Spiritus oracula prope in publicum con-
temptum adduxisse. Nunc autem quando ad re-
ctas vias (vt arbitror) applicanda vniuersa, du-
cenq; ad ens finem, quam

*Tu extera paruenque consistere rectum,*

vtque artis sint, operta pessimorum hominū non
vera nec inertiam. Tum Simon, Aperte vera
gradicis, inquit: forte namq; est aliud nihil quod
plus errantes ad sensa cuiusq; retorqueatur quam
ignota, tametsi non id semper malitia sit, sed plus
satis ignorantia: quis enim dedita opera piacu-
lum sacra committeret? Ita Saul quondam ver-
promissiones Dei Exod. 17. אמחה את זכר עמלק
dek. Helebo memoriam Amalek credens si ma-
dus illi fieret præcepto, quoniam זכר
te nullum significaret. Deus autem magis de-
rem memoriam Amalek, per hoc vocabulum זכר
oip volunt, quod memoriam quoque designat.
Nondum enim erat scripturæ distinctio per pun-
ta & accentus quę ab annis Ezræ primum cœpit.
Ergo זכר sine punctis & memoriam & mascu-
lum enunciatis, Sauli occasionem dedit ruinę. Ad
ha, Mazzaruc, Corrigit & Italis & Græcis simile
deuotio מסר, quod & hominem significat & lu-
men. Vnde quondam Saturnaliorum cultores
mythologia decepti, hominem aliquem quotan-
ua Satu no immolarunt, cum æque sacrificium
illud iuris oraculum accensis luminibus fieri po-
tuisset, vt placaretur Saturnus. Sic enim gens illa
tam stulta posthemum Hercule magistro resipuit.
Et meminerimus est etiam ætate nostra quantum
stulti homines & superbi quidam sophistæ im-
pericia linguarum errent, quod esset tamen frenen-
dum, aut se non etrasse contenderent, & mon-
strum iam non etiam vsque ad internecio-
nem inuitarent. Sed, ô noster dux, artem Cabali-
stram, cuius exordium inchoasti prosequere ple-
nus. Tum Simon, Artem hanc rebus conflare
tibras, inquit, peritiorum vt diximus opinio est.
Primum numerorū supputatione, quæ גימטריא
Gematria id est, Geometria nominatur, quasi
terrestrium characterum inusem numeralis di-
mensio, quæ tamen pendeat ab arithmetica illa
ab abstractam sui simplicitatem nullis sensibus
tabilis, & ideo ne nouitiorum quidem artifi-
sensibus subiecta. Potius igitur nuncupata est pri-
ma per Geometria, quam arithmetica, quamuis
vtrumque ceterā vnum & idem in hac arte va-
leat. Deinde transmutantur quandoque syllabæ
vel literæ transmutata dictio, aut conuertitur ver-
bum simpliciter. Secundo quod litera ponitur
pro dictione, & appellatur *Notariacon* ab aspi-
ciendo notarum, quoniam ibi quælibet litera in
aliquod notatur, vt sit alicuius integri vocabuli
signum. Tertio consistit hæc ars in literarum
permutatione, cum altera pro altera ingeniose loca-
tur, & appellatur commutatio, quo factum est
a R. Ioseph Minor Salernitanus libros de hac
arte conscriptos Horum nominauerit, id est

A גנטח propter ternas huius dictionis literas, quā-
rum singulæ singulas portiones artis Cabalisticæ
designant. Nam *ghimel* significat גימטריא *Ghe-*
*matria*. *Nun* נוטריקון *Notariacon*, *Thau* תמורה *te-*
*mura* vt sint partes totius artificij hæ גמטריא id
est, Arithmetica, נוטריקון id est, Notariacon qua-
si notatiorum, & תמורה id est, Commutatio ele-
mentorum. Huic titulo allegat autor versum Sa-
lomonis capite sexto Canticorum, Descendi in
hortum nucis. Pro prima itaque parte exordiat
B ab eo quod est principium. Et scribitur in Zacha-
ria quod Dominus Tetragrammatis erit אחד id
est vnus, & nomen eius אחד id est vnum, forte
multo verius Dominus Deus erit *Aleph*, id est prin-
cipium, vt vos Græce dicitis α & ω, & חד id est
vnum, vt qui sit principium vnius. Ipse namque
supra omnem vnitatem & omnis vnitatis sempi-
terna origo est. Et forte non dicitur vnum, sicut
non dicitur ens, quoniam est supra omne ens à
quo emanat quicquid est. Vnde à contemplan-
C tissimis nominatur אין id est non ens, vt legitur
Exod. 17. היש יהוה בקרב בנו אם אין id est, Num
est ens *Adonai* inter nos, an non ens? Legitur au-
tem in libro de Via fidei & expiationis, quod sit
vtrumque איש ואין id est, Ens & non ens: quo-
niam ea quæ sunt, & ea quæ non sunt, ex ipso
sunt, & post ipsum sunt. Ita quoque non vnum
est, quoniam omnis vnitatis causa est, & vnitas
post ipsum est, & nihil eorum est, tam quæ post
ipsum sunt, quam quæ non sunt, vt in libro Spe-
D culationis Rabbi Hamai dicitur, qui post multa
sic ait, שכלם נאצלים מאחדותו והוא אינו דומה
לאחד id est, Quod omnia ea deriuantur ab vni-
tate sua & ipse non est similis ipsi vni. Neque id
solum nostri fatentur, verum etiam asseuerant
Marrane, vestri pariter quos esse sapientissimos
probatis. Dionysius enim Areopagita in libro de
Mystica Theologia eidem sententiæ de Deo sub-
scripsit his verbis, οὔτε ἀριθμὸς ἔστιν, οὔτε τάξις
οὔτε ὶς, οὔτε ὑιότης. id est, Deus neque numerus
E est, neque ordo, neque vnum, neq; vnitas. Quid
tandem est? Respōdit Hieroni Simonides, quan-
to magis cogito, tanto minus intelligo. Et mihi
accidit simile, cum exactis omnibus creatis ascen-
dero supra omne ens, non inuenio aliud quam
infinitum pelagus nihilitudinis, & fontem omnis
entitatis ex abyssō tenebrarum manantem per-
enniter. O altitudo! O profunditas! O nostra in-
firmitas! At satis videri debet, id nos de illo nos-
se, quod ipse nobis de se reuelauit, quia sit princi-
F pium, hoc est *Aleph*, & Tetragrammaton, quod
per *Aleph* significatur, notatque essentiam diui-
nam, nihil vtique aliud quam יהוה videlicet, est,
quod certe propemodum erit idem cum essentia
יהוה. Nam propter æqualem valorem scriptura
vtrumque coniunxit, tanquam eius qui est pri-
mus & vltimus, Exod. 9. חנה יד יהוה היתה id est,
Ecce manus Tetragrammati *hotah*, quasi dicat
est, scilicet finis operum & miraculorum Dei, vt
paret in decem plagis Ægypti. Nam alibi ea di-
ctio sic non inuenitur. Indicat autem Salomonis
Trec. nsis testimonio instārem essentiam. Quod
vero Tetragrammaton à *Iod* cœpit, plane nostri
causa factum est, vt agnoscamus ipsum esse pun-
ctum infinitum & omnis numeri, hoc est rei cu-

iuscunq; complementum. *Iod* enim decem significat. Et in resolutione nominis Tetragrammati est littera decima sic, יהוה יהו יהי Vbi post Tetragrammaton repetitur יהו quod est symbolum ipsius *Ehieh*, hoc est entis per æqualitatem numeri. Et nihilo quoque minus significat essentiam creatoris, vt Exod. 3. *Ehieh* misit me ad vos, non illa quæ immanet, sed quæ fluit extra. Est enim sigillum Dei יהו quo *Ehieh* sigillauit mundum, & dicitur אמת id est verum; quippe quod in se ipsum Arithmetice multiplicando nascitur. Tum sequitur יה nomen essentiæ meritii ac retributionis: vt in Psalmis, Si iniquitates obseruaueris *Iah*. Tria igitur nomina essentialia in Tetragrammaton cernitis. Ineffabile notat essentiam primam, *Ehieh* essentiam in rebus, & *Iah* essentiam in meritis: & prædicantur in eo quod quid est. Idque appellatur מה id est quid? Nam Tetragrammaton יהוה per æqualitatem numeri significat מה vtrumque enim continet 45. Cumque dixisset Moyses, Quid nomen eius, quid dicam? respondebatur ei, *Ehieh*. Deinde considera diligenter Spiritus sancti verba, quæ haud frustra ponuntur in eodem Exod. 3. לי מה שמו מה id est: Mihi quid nomen eius, quid? Et videte literas terminales eorum, habebitisq; quatriliterum ineffabile יהוה cuius principium est *Ehieh*: medium, *Iah*: finis, infinitudo. Partes enim eius sunt יהו יהי quas diuidemus in tria interualla. Primum est יה, Secundum והי, Tertium יהי, Omnia ad esse ac essentiam deficientia. De *Iah* legitur Exodi 15. Fortitudo meo & laus *Iah*. De יהי eodem in loco, Et factus est mihi in salutem. De יהי Geneseos primo. Fiat lux. Hæc ambo verba nouissima plurimum ad mundi opificium & rerum existentiam conferunt, vt יהי אור ויהי אור Fiat lux, & facta est lux. Et erat vesper, & erat mane. Fiat firmamentum, & sic distinctio, & factum est ita. Congregentur aquæ, & factum est ita. Germinet terra, & factum est ita. Producat terra, & factum est ita. Fiant luminaria, & factum est ita. Semper addito eo, Et factum est vesper. & factum est mane. His omnibus (vt reuera sint) deprehendimus inesse seminaliter & occulte nomen ineffabile. Solum vero *Elohim*, id est Deus, in illis sex diebus expressum cernimus. Sed cū iam mundus apparet esse perfectus, postq; varia & admiranda diuinissimarum virtutum opera consummata, tandem pro merito triumphus esset celebrandus, & festus dies indicendus: ecce cum *Elohim* Tetragrammatus Rex regum & Dominus dominantium incessit, & dictum est tum primum, Istæ sunt generationes cæli & terræ, quando creatæ sunt in die quo fecit Tetragrammatus *Elohim* cœlum & terram. Hic Tetragrammaton publice auribus omnium creaturarum primo intonuit, quo intelligimus clementiam Dei cum iustitia: nam in quocunque loco sacræ scripturæ Tetragrammaton sibi iungit *Elohim*, ibi proprietatem animaduertimus clementiæ simul & iustitiæ. Componitur quandoque cum ארני vt in oratione Habakuk, Tetragrammatus *Adonai* fortitudo mea: & nos sic legendo, virtutem Tetragrammati descendere intelligimus ad ipsum *Adonai* prolatum. Sin ordine conuerso repetitur *Adonai* Tetragrammatus, vt Geneseos 15. *Adonai* Tetragrammate quid dicam? tum mente concipimus quod numerorum hoc est diuinæ proprietates ab inferiore ad superius ascendentes, supremam lucem apprehendant. Fit & quandoq; vt repetitur iuxta nomen *El*. Psalmo 118. *El* tetragrammatus & clarus nobis, & significat clementiam. Haud abhorret cum additur *Elohim*, & dicitur sic, *El* Elohim Tetragrammatus locutus est, & vocauit terram. Psalmo 50. tum denotat nomen ineffabile potentia & seueritate vestitum. Aliquando legitur absque tantum in Prophetis & Hagiographis. Tetragrammatus *Sabaoth* Psalm. 46. Tetragrammatus *Sabaoth* nobiscum, susceptor noster Deus Iacob. Insinuatque hoc modo propietatem iudicij. Atque ideo Propheræ isto more scripturæ ad seueritatem vtuntur. De huiusmodi explanationibus perquirere latius poterimus in libro Portæ lucis, & multo latissime in libro Portæ iustitiæ R. Ioseph Carnitolis. Adhuc & demum cum eiusdem Tetragrammati proprietatibus, quas legislator Moyses inuocauit Exo. 34. in hac contentiam, Tetragrammate Domine Deus misericors & gratiose, longanimis, multæ clementiæ & veris, custodiens misericordiam in millia, tollens iniquitatem, pertransiens scelus, atque peccatum, & innocens non innocentabitur, visitans iniquitatem patrum super filios & super filiorum filios in tertiam & quartam progeniem. Vos hæc populo, vos optimi viri: hoc enim dicere liberam mihi non fallo, quoniam multis & studiis & verbis dedi operis ei, qui cuncta nominis Tetragrammatis arcteria publicare vellet, cuius ne finis quidem vllus reperitur vnquam, sicut nec substantiæ Dei. Omisso itaque nomine proprio essentiæ diuinæ, ostendam deriuata numero pauca. Sic enim literi consuetum vt pro grammaticorum decreto appellatiua de propriis formemus. Sunt autem אל אלהים אלה quorum vnumquodque scripnem suam ex ineffabili Tetragrammato fortitus est quod literas continet quatuor, ecce quaternarium & designat 16. ecce viginti & sex, quæ omnia ter vnum Dei symbolum, ecce vnum. Iunge igitur videlicet quatuor, viginti sex, & vnum & ter vnum cui si addideritis terminationem Tetragrammati וה nascetur *Eloha*. Nunc de *Elohim* sic dicam quod eius ם non est rei significatio, sed grammatica inflexio, quod inde apparet. Nam si per axiom aut regimen consequentiæ legendum illud fuerit, haud dubium quin ם litera carebit ergo principio Tetragrammati *Iah* ordine conuerso. *El* addideritis, mox besides *Elohi*, & assumendo declinationem grammaticam, quæ est ם in fine pronunciabitur *Elohim*, quod & sæpe per literam ineffabilis scribitur, & *Elohim* nihilominus pronunciatur. Est autem in Cabala frequens ordinis conuersi vsus, & magna eius virtus virtutis quidem cum quoquo modo syllabæ transponantur, quod absque diminutione tamen eædem maneant literæ, licet sæpe non eædem significationes, cuius rei Abraham in libro *Ietsira* meminit, cum ait, זכר ונקבה זכר באמש ונקבה באמש id est Masculum & fœminam, matrem in *Emo*, & fœminam in *Sin*, vbi transpositio literarum, rei quoque mutationem indicat. Verbi causa לא & אל id est Deus & non.



non. Quod cum alias frequenti sit in more, tamen hoc est vehementer admirabile in hoc nomine ineffabili, quod eius literæ quantumcunq; hæc illacque pertentantur, semper vnam & eandem rem significant, videlicet esse ac essentiam Dei, qui dixit, Ego Tetragrammatus, & non mutor. Quod isto vobis vsu erit manifestius, Resolutum Tetragrammaton nomen in 12. variationes (nec enim potentius vltra proficisci) tunc quicquid inuentum fuerit nullū alij nisi essentiæ deputabitur, cuius symbola sunt hæc יהוה והיי יהוה והיי יהוה והיי Duodecim igitur ista nomina, vnum nomen apud Cabalistas censentur, tanquam vnius rei significationum, quanquam sunt duodecim expositiones, quorum singulis applicant de sacra scriptura vnam clausulam, quæ illud aperte per *notariacon* referat, non expositionis, sed memoraculi tantum loco ne subeat eius oblitio, vt si diceremus, Attende & audi Israel hodie, quod legitur Deuter. 27. Hebraice sic חמשה ושמע ישראל היום Horum quatuor verborum capita notabitis & faciet יהוה quod nomen est essentiæ atque resolutio Tetragrammati, pariter de cæteris fiant cætera. Sed ne amplius tantisper in prima Cabalæ specie, dum adhuc quædam cognitu necessaria videmus. Iam enim quod dixi, de secunda parte tractandum fuit. Aggrediamur autem hanc artem a vultus membratim exsimque, modo ne diuisa quoquoque immoremur, vt diuina opera cum fiant maneat. Quin id quod prius tetigi nunc iterum breuissime citabo, vt firmius hæreat, quod Deus ante creationem ineffabilis, in creatione nominatus est *Elohim*, & post creationem habitans in mundo tanquam in templo suo dicitur ארני *Adonai*. Vide illud legitur Psalm. 11. Tetragrammatus in templo sancto suo, Tetragrammatus in cœlo thronus eius: vt qui dominatur in operibus suis. Nam ipse est vt scriptura dicit Deut. 10. Deorum & Domini dominorū *El* magnus: quæ templum Cabalistice nota est *Adonai*, & numeris vice per æqualitatem numeri. Per inde atque in *Adonai* ארני tanquam in suo היכל id est, templo adorandus sit ineffabilis Tetragrammaton, & Deus in Deo amandus, iuxta triplicē munitionem, Ieremiæ 7. Templum Domini, templum Domini, templum Domini. Restat aliud nomen appellationum שדי id est, *Sadai*, Exodi 6. Ego Tetragrammatus, & apparui Abraham, Isaac, & Iacobo per *El Sadai*, & nomen meum Tetragrammaton non fui scire eis, vbi solum hoc appellatur nomen quod est ineffabile, quia hoc tantum eis nouum Deo proprium, quatenus ipse est nihil eorum quæ sunt, sed supra omnia est, non habens respectum extra se. Cætera sunt etiam aliarum proprietatum & relationum appellatiua, vt *Sadai* apud Latini vt cæterunt dicentes Omnipotens, sed apud Hebræice significatur, Sibi sufficiens, & contentus, & nullius indigens, quod Græci recte interpretatur. Nam ש id est quod, די sufficit vel satis est, Grammatice dicimus. Quemadmodum & adhuc in sacris vocari שם id est nomen, confestim Tetragrammati vobis occurrent venit, quod κατ' ἐξοχὴν & hyperbolice nomen dicitur super omne nomen, quan-

A tumuis in sermone quotidiano rei omnis sit quæ habeat existentiam. *Sadai* autem quoniam non est ei opus alterius adiutorio, ideo patribus in *El Sadai*, hoc est in forti qui se ipso contentus sit, Tetragrammatus apparuit, vt qui per se sufficiat miracula & prodigia facere, non autem fecit illos scire quod nomen Tetragrammaton fit illud nomen in quo possit homo tanquam cooperator & delegatus à Deo efficere miracula: de hoc apertius in Captione de Verbo Mirifico. Est præterea ipsius *Sadai* ministratorius spiritus *Metattron* per æqualitatem nomen sic nominatus, qui dux & monstrator viarum esse perhiberur, quod postea si me commonueritis tractabimus apertius. Accedit aliud nomen *Sabaoth* quod Hebraice sic legitur, צבאות & ita dicuntur exercitus, quorum primus est intelligentiarum omnino separatarum & Angelorum. Secundus motorum orbium & assistentium virtutum. Tertius animarum corpora informantium, & non inuenitur nisi post

C nomen Dei. Vnde triplicter quoque legitur Sanctus, Sanctus, Sanctus, Tetragrammatus *Zabaoth*, Isaiæ sexto, ac aliis in locis similiter. Omnis igitur primæ partis Cabalæ status qua procedat institutione audiuistis. Nam cum totus in factorum verborum commutatione consistat, & quælibet verba bifariam alterentur, necessario fatebimur ei parti duas subesse species, alteram quæ sit syllabarum aut dictionum transpositio, alteram numerorum æqualitas. Vt si verbi causa legero

D Isaiæ 40. מי אלה ברא id est, Quis hæc creauit? & Cabalistice transponam duo hæc, conuertamque in אלהים ברא rum actu redibit exordium Geneseos ברא אלהים pro מי אלה ברא vt stet sententia, quis hæc creauit? Deus creauit. Et Ezechiel sedit ad fluuium Chobar, id est ad influentiam *sherab*, transponatur enim כובר & fit כרוב Et Nohe inuenit gratiam: Genes. 6. conuertendo enim נח fit חן Similia cuncta euenium per metathesim, propter literarum primariam confusionem, quæ in igneo globo apparuerat, vt liquerit quasi de chao literas educere, atque ea hinc & inde legere, prorsus, rursus, ita primæ partis species prima consummatur. Nunc ipse mecum constitui accessu membri alterius de parte prima nonnihil exempli gratia monstrare, vt pernoctatis rem liquidius, & firmius quoque memoria teneatis. Legitur de Isaac & Rebecca 25. Geneseos, ותהר רבקה אשתו id est, & concepit Rebecca vxor sua. Ex quo diuinate commodum nobis concedituit quidnam Rebecca concepit. Quin certe vt verba indicant concepit Rebecca אשתו Vos autem cōsiderate, viri doctissimi ecquid sit אשתו in hac primæ partis secunda specie per גימטריא *Themmatria* id est, numerorum commensurationem, reperietis iuxta æqualitatem numeri significare אש ומים id est, Ignem & stipulam: vtrumque enim in se continet 765. concepit ergo Rebecca ignem & stipulam, quod sacra comprobabit eloquia, teste Abdia, qui ait, Et erit domus Iacob ignis, & domus Esau stipula. Similiter quando audimus legem fuisse latam in sapientia חכמה videamus quæ sit illa sapientia quæ ad legem ferendam congruat. Et certe sunt edicta & interdicta, iussiones & prohibitiones. Symbolum au-

tem est חכמה id est, Sapientia omnium mandatorum Dei: cum enim quatuor illius vocabuli elementa de propriis scripturis pronunciaueritis, יהוה conflabitur ex eis numerus sexcentorum & tredecim mandatorum Dei, quæ doctores nostri תרי"ג appellant. Ad summum in hoc genere speculationis primo legis characteres, elementa, & literas in confuso fuisse repositas, & hac atque illac legibiles, memoratu dignum erit. Secundo nullis accentibus aut punctis distinctas. Tertio singulas alphabeti literas primordiales certum significare numerum, etiam quinque terminales, quas longe post ille prudens Ezra simul cum punctis adinuenit. Nam primitiuæ sunt duæ ac viginti, quibus solis ab initio scriptura omnis depicta extitit, quas vsque ad hæc tempora Cabalistæ locant & dislocant pro cuiusuis incundæ contemplationis æmœnitate. Vltimo est nobis intentanda vniuersalis hæc meta, quod tamen si Cabalistæ sit officium, aliud legere ac aliud intelligere, tamen inuiolabiliter istum quisque obseruet canonem, in bonis bona, in malis mala, ne albo nigrum applicet, aut diem nocti. Tum Marranus, Id genus artis, inquit, haud secus cogitauero quam si quis Dototheum aliquem appellauerit pro Theodoro, aut pro Nicodemo Demonicum, siue pro Demophilo Philodemum: sicut Græci dicere solent, σωμα τι φιλον εχει φιλαυτιαν.

Ad hæc Simon ait. Certe id quod dicis nonnihil quadrat, sed exempla enumerando admodum breui fatigaberis propter aliarum linguarum inopiam, quæ ad Hebræam tanquam omnium linguarum fontē comparatæ, pauperes sunt, & egestatis suæ impatientes, vt quæ & reliquarum nationum asciscere idiomata. Nec enim plenum numerum accipiunt, nec compositionem vtilem admittiunt. Quapropter ars ista in alterius gentis sermonē traduci minime potest. Quod nisi vos pariter Hebraice peritos nossem, frustra hæc de Cabala quam nimliber pauculis vobiscū egissem, aut iam acturus essem. Sed propere accedamus ad secundam huius institutionis partem quæ נוטריקון dicitur, id est *notarticon*, quod est conuentū quoddam clam receptum inter Cabalistas vt literæ singulariæ sine coagmentis syllabarum, certa verba designent, quemadmodum notatus & actuarius est in more, & quondam belli ducum furtiua scripta literis vnicis iuncondite repositis arcana mentis protulerunt. Est adeo Probi Grammatici commentarius, vt scribit A. Gellius, satis curiose factus de occulta literarum significatione. Haud aliter forte in liuio artificij profectione fit, quam si qui pascicantur inter se *iod* literam, propter indistribilis puncti figuram, ineffabile Tetragrammaton quod vulgo Dominū interpretamur, notare. Sicut & illud ipsum propter tres על־יהוה id est, summitates in decem numerationibus; quæ sunt vna & eadem עשרה id est, vnum diadema tribus punctis signare solent. Aiunt enim Cabalistæ כי לסוד זה בוחבין חשם ג יודין קדוה י' id est, Quod ad mysterium hoc scribunt nomen tribus *iod*, vti hoc י''. Vbi vnicum quantilibet trib' vnicis literis conscribitur, quod vsu quotidiano approbatur. Fuit & quondam in diebus Antiochi Eupatoris Iudas Mattathiæ filius, bellator nobilis, & dimicator legibus, templo, ciuitate, patria & ciuibus fortissimus acerrimus: contra quos cum iam Antiochus & illius omnis exercitus iruerent, deiecit hostē Angelo monitus commilitonibus suis, ecce bellatesleram, hoc nobile signum, מ כ ב י, vtique quatuor his literis fortiter in pugna exhortantem promittens quod futurum esset signum victoriæ Dei, quod Iudæorum milites animo laudis ex magnę consolationis acceperunt, & sub eo signo culo valide pugnantes interfecerunt nescio quot tiochi virorum quatuor decem millia & septem numerum elephantorum cum iis qui superpositi fuerant. Quo factum est vt principibus Iudas sic antea dictus, deinceps ab omnibus *Machabæi* cognominaretur, eo quod hi quatuor characteres syllabice ita sonarent. Cumque vna eius signi virtute tot se crederent præstare victores fuisse, admirati sunt tribuni militum hi pientes in Israel, rogantes Iudam quotam quisque tot triumphi sub hoc eis dato signo consequeretur & respondit Iudas Machabæus in ista signa præsentiam esse Dei omnipotentis ineffabilem. Oportet ditque illa verba Moysi Exod. 15 dicentis, מי באלים יהוה id est, Quis sicut tu in fortibus Tetragrammate? Hi namque quatuor characteres hæc verba designant, tanquam eorum initia, vti *Iod* significare nomen tetragrammaton planū deprehenditur, ac esse reuera כ ב י dimidium nonis 72 literarum per æqualitatem numeri memorabile symbolum. Eo commoti qui erant de Iudæ exercitu iterum pugnantes profligarunt minus 35000. vt scripta indicant, præsente benignissime delectari & patria voce Omnipotentem Dominum יהוה benedicentes. Hinc cognoscitligitis verbum quoddam totum per vnam aut literam significari, vel si ea demum fiet singulariter, vel verbum quodlibet aliud collectione ficiat: sicut tota dictio sertur integram partem rationem notare, vt Dan. 5. תקל מרשין id est, Numeratum, ponderatum est, dimidium etiam quidem hoc illi *Belsatsar* representant. Numeravit Deus regnum tuum, & consummauit illud ponderatum est in statera, & inuentum est deficiens: diuisum est regnum tuum, & datum Medis & Persis. Aut igitur vna dictio per literas dispersa plures efficit, aut multæ dictiones certas earum literas retractæ vnam colligunt. hinc ex multis vnum & ex vno multa. Quodtiquam mirum esse ostendit duorum monosyllabum frequens vsus, vt aiunt Maronem scripsisse in carminibus

*Ill & nau, cauilli mons silleba nata frequentat.*

*Hinc dentis nihil est hominum quod firma videtur*

ego tota fere omnium hominum colloquia, & non significant. Quare in hac arte quis debet vna litera dictionem integram, vnaq; dictionem orationem extensam, & vice versa, vna oratione dictionem aliquam electam intenetrare, non posse? vnde oritur occulta quædam & admirabilis epistolarum στεγανογραφία quam expectant ego, in gratibus porricetis & futurum reuocabimus nunc lingua Germanica, per epistolam in italo Latino vito in Thuscia vel Etruria cognoscere desiderabam, & conuerso more accepi a Latino quod Alemanum hominē Latinitatis imperitum hanc volui. Accipiatis hoc velim quicquid tamen illud est, grato animo, & sensibus meis, res est non parua, diligenter reponatis. Vtu autem nobis euenire operemur huiusce generis literę quatenus tam. Aut enim sumuntur ab initio verbi ad aliquid aliud significandum, vt in exortu Genesis יום ששי ויכלו השמים id est, Dies sextus, & perfecti sunt cœli, ecce Tetragrammaton. Aut à fine cuiuscunque, vt Psalm. 1. לא כן הרשעים quæ transpolite faciunt אמן id est. Amen. Hoc namq; intelligi volunt, Non sic impij, quoniam non dicent Amen, idcirco in gehennam mittentur. Aut sint quæ sic offerant singillatim quælibet per integram dictionem vna comprehensæ, vt Psalm. 3. Multi insurgunt aduersum me. Qui sunt isti multi? Residēt Cabalistæ רבים sunt Romani, Babylonij, Iones, Medi. Aut postremum non relatiue ad aliorum verborum constitutionē destinantur, sed earum quælibet secundum suæ proprietatis significationem sumitur, vt quando duorum seruatum mentio fit, futurum seculum *iod* litera significat, & litera *he* seculum præsens, videlicet illum nunduum, Genes. 2. Istæ sunt generationes cæli & terræ בהבראם id est in *he* creauit ea. Ita eorum extrema scilicet hæc de literis considerata ad substantiam characteris attinet quoad se, at nequaquam ad accidentalem relationem vti superius dixi, quantum ad aliud. Sic enim iam hac destinatione significant vel iuxta Grammaticam ordinationem ex ipsis, positione prima oblatas, vel numeros arithmetica disciplina ordinatos, vel nonnullas rationes verbis magistrorum nostrorum applicatas, vel denique omnem creaturam à prima causa profectam, tam sexsi quam non agesimi, quæ quidem figurę literaliter ex ordine alphabeti non sunt. Schemata enim duo hęc ך. ל. figmenta sunt hominum nouorum imitandi studio ductorum, cui rei testes Homericos libros citamus. Sane Romani paucos numeros literis explicant, de qua re Priscianum Cęsariensem legitis olim ad Symmachū de numeris, ponderibus & mensuris scribentem. Faciamus itaq; numerorum quatuor gradus, quorum primus est digitorum secundus denariorum, tertij centenariorū, quartus millenariorum. Primus gradus alphabeti figuris notatur ab *Aleph* ad *Teth*. Sunt q; ingeniosa nouem, singillatim numeros nouem referentia, vt אבגדהוזחט id est, Vnū, duo, tria, quatuor, quinque, sex, septē, octo, nouem. Secund' denariorum ordo, nouem quoque continet Alphabeti figuras, יכלמנסעפצ id est, Decem, viginti, triginta, quadraginta, quinquaginta, sexaginta, septuaginta, octogintā, nonaginta. Tertius gradus centenariorum habet similiter nouem characteres, קרשתךמנזקץ id est, Centum, ducēta, trecenta, quadringēta, quingenta, sexingenta, septingēta, octingenta, nongenta. Quartus gradus est millenariorū, in quo reuertendum est ad priorum numerorum figuras, quanquā esse debēt statura grādiores, ita vt dicatur magnum *Aleph*, quasi *Aleph* latū, & pronunciatur p *patha* secundū à Italicum. Sic *beth* magnum, q duo milia significat. Inde vsq; ad nouem millia demum *iod* magnū decem millia quo in ordine quidā pro statura solent figuras apicib' notare.



Grammatica expositio, quomodo solent rebus quibuslibet nomina imponere vel primitiua vel derivatiua. Nihil, vt arbitror, ab altiore speculatione alienum si quis figuratæ locutionis studiosus extiterit. Tum Philolaus, Nos inquit oportet (vt conficio) senes elementarios fore, quibus denuo ferula sit opus. Nam interim multo studio ad alphabetum redacti sumus. Et Marranus, Certe repueraſcimus: hæc est, Philolae, palingenesia tua illa Pythagorica. Quibus Simon, Nolite, inquit, respuere, magna profecto res est & digna Philosophis, si Platoni vestro crediris, minimeque ridicula, vt in Cratylo Socrati visum erat, cognoscere literas, non enim habemus quicquam inquit illo melius, quo de veritate primorum nominum iudicemus, ὑπεύθυνος φυλλαθαίος τε καὶ ἀκόλουθος ἁπάντων ἡμῖν ἐστιν, ὅτι δεῖ τὰ τῶν ἀρχαίων ὀνόματα ἐπισκοπεῖσθαι περὶ τῆς τῶν ὄντων ἀληθείας. id est, Quandoquidem syllabis & literis imitatio fit essentiæ, rectissimum est discernere elementa primum. Vnde puto dicta esse elementa, quasi hylementa, hoc est materialia ex quibus minimis maxima fiunt: vt est illud Hesiodi,

*Si parum parvo superaddas, & simul omne*
*Componas, magnum fors tandem fiet acervum.*

Prouehere Simon, Philolaus ait, omnia enim vere dicis, nos hoc sermone cum tua venia locati simus. Tum ille, Ad disciplinæ arithmeticæ numeros transibo qui literis Hebraicis designātur. Nec enim est vlla in orbis terrarum spacio alia lingua, cuius literæ quoslibet numeros tā perfecte ostendant. Conati sunt tamen nouitij Græcorum Iudæos imitari, vt & similiter alphabeto suo numeros exponerent. Sed erat necesse duas sibi figuras intercalare, tam sexsi quam nonagesimi, quæ quidem figurę literaliter ex ordine alphabeti non sunt. Schemata enim duo hęc ך. ל. figmenta sunt hominum nouorum imitandi studio ductorum, cui rei testes Homericos libros citamus. Sane Romani paucos numeros literis explicant, de qua re Priscianum Cęsariensem legitis olim ad Symmachū de numeris, ponderibus & mensuris scribentem. Faciamus itaq; numerorum quatuor gradus, quorum primus est digitorum secundus denariorum, tertij centenariorū, quartus millenariorum. Primus gradus alphabeti figuris notatur ab *Aleph* ad *Teth*. Sunt q; ingeniosa nouem, singillatim numeros nouem referentia, vt אבגדהוזחט id est, Vnū, duo, tria, quatuor, quinque, sex, septē, octo, nouem. Secund' denariorum ordo, nouem quoque continet Alphabeti figuras, יכלמנסעפצ id est, Decem, viginti, triginta, quadraginta, quinquaginta, sexaginta, septuaginta, octogintā, nonaginta. Tertius gradus centenariorum habet similiter nouem characteres, קרשתךמנזקץ id est, Centum, ducēta, trecenta, quadringēta, quingenta, sexingenta, septingēta, octingenta, nongenta. Quartus gradus est millenariorū, in quo reuertendum est ad priorum numerorum figuras, quanquā esse debēt statura grādiores, ita vt dicatur magnum *Aleph*, quasi *Aleph* latū, & pronunciatur p *patha* secundū à Italicum. Sic *beth* magnum, q duo milia significat. Inde vsq; ad nouem millia demum *iod* magnū decem millia quo in ordine quidā pro statura solent figuras apicib' notare.

Deinceps nō figuris vtūtur, sed verbis רבוא רבותים id est, mille millia, bis mille millia, & reliqua. Vtā istam Alphaberi numerorum, maximopere sunt amplexi Cabalistę, qui dicunt annorum duo millia, initium præcessisse, antequam hic mundus fieret. Eo quod ante ראשית id est initium, scriptura ponit *Berh* magnum dicens, בראשית Ita sapientes nostri exponunt eum locum Prouerb. 8. Dominus possedit me initio viarum suarū, antequam quicquam faceret ex tunc. Quicquid vero millia trāsgreditur, infiniti loco habetur. Nam finis numerorum in sacris millia sunt: vt cum vellet Dauid infinitatem præcij ostendere Psalm. 119. dixit, Bonū mihi lex oris tui super millia auri & argenti, hoc est sine numero. Tertiam nunc speciem substantiæ literarum breuissime recensemus, quæ ad aliquas magistrorum nostrorum intentiones referuntur, vt *aleph*, *beth*, illis significat prudentiam, & *gimel daleth*, remunerationem pauperum, & *mem*, id est *Mi amar*, videlicet sermonem apertum & sermonem occultum, & sic de aliis, quæ paulo inferius recitabimus Thalmudicis tamen vsu frequentiora. Quarta earum literarum species consistit in rebus conditis atq; creatis omnibus, maxime quidem vtilis Cabalæ studiosis, quo facilius creaturas reuocare in creatorem pollint, id quippe quod illius disciplinæ maximum est & singulare studium. Literas igitur in suum quasque ordinem locabo, vt elementa singula singulariter cognoscatis, atque sic incipiam: Ab *aleph* vsque ad *tod* ordines siue choti Angelorum significantur, quos intelligentias separatas & formas liberales, incorporeas & insensibiles Philosophi appellant, progressas & derivatas à virtute Dei, qui formam non habet, neque imaginem, neque similitudinem. Dixit enim Isaiæ quadragesimo capite. Cui assimilauistis me & adæquabor? Et paulo ante, Cui ergo similem fecistis Deum? aut quam imaginem disponetis ei? Cæterum mansio ista nominatur, עולם המלאכים id est, seculum Angelorum siue mundus Angelicus. Deinde à litera *caph* ad literam *tsade* cœlorum ordines designantur qui Dei creatoris virtute donati ab Angelorum influxu dispensantur, & vocatur עולם הגלגלים id est, seculum orbium seu sphæraruin. Porro à *tsade* ad *thau* interueniunt quatuor elementa cum suis formis, & simul omnia mixta tam viuentia, quam non viuentia, quæ à Dei virtute pendent, quibus influit esse & viuere: vt est in Isaia, Cream cœlos & extendens eos, firmans terram & quæ germinant ex ea, dans flatum populo qui est super eam, & spiritum, calcantibus eam, seu ambulantibus in ea. Diriguntur autem ab influentiis Angelorum & sphæraruin: atq; totum id vocatur היסודות עולם id est, seculum elementorum, & in eo est homo qui appellatur עולם תקטן id est, seculum paruum, quod Græci dicunt μικρόκοσμος hoc est Minor mundus: seu rectius, Parvus mundus. Nam in homine ipso relucent omnium creaturarum proprietates summarum & infimarum. Hæc forte vtilius memoriæ repetemus, si quorumnam literæ singulæ pertribuantur esse symbola, demonstrabimus: rem sane incundam, & antiquissimis autoribus celebratam; ne sint furuti aliquando, qui

A hanc artem vt tenuem ac ieiunam cauillentur. Est igitur

א *Aleph*, nota summarum & altissimarum rerum, quæ primo effluxu diuinæ bonitatis fiunt: vt puta Angeli, qui dicuntur חיות הקדש *haioth hackodes*, id est animalia sanctitatis, vel potius vitæ absque medio subter Deum. Hi Angeli virtute Dei, proxime inferiores purgant, illuminant & perficiunt, quæ communi vocabulo, illorum dicitur influentia.

B ב *Beth*, secunda litera, secundum scripturæ ab ipso Deo gradum Angelorū qui dicuntur אופנים *Ophanim*, id est, formæ seu rotæ, ac secundo loco iuantur à Dei virtute per intelligentias superiorem, & ipsiā Deo quoque inferioribus influunt. Dixere simul etiam sapientes quod *Beth* sit sapientiæ.

ג *Gimel* repræsentat ex essentiis superioribus Angelos, qui dicuntur גבורים *Atalim*, id est Angeli magni, fortes & robusti, qui deferendum ordine tertio à diuinæ maiestatis bonitate, illuminanturque virtute Dei per intelligentias secundam, & ipsi pariter inferioribus influunt.

ד *Daleth*, symbolum est emanationis quæ apud superos, eorum qui dicuntur דמשלים *Meallim*, & in virtute Dei per medium intelligentiæ tertiæ influuntur, & illa virtute inferioribus influunt.

C ה *He*, litera designat entia superiora, quæ ab ipso Deo emanationis, quæ sunt שרפים id est *Seraphim*, & influuntur de virtute Dei per medium intelligentiæ quartæ, ac eadem virtute inferioribus influunt.

D ו *Vau*, notat essentiam supernorum emanationis sextæ, qui dicuntur מלאכים *Malachim*, id est Angeli, & influuntur de virtute Dei per medium intelligentiæ quintæ, ac eadem virtute inferioribus influunt.

ז *Zain*, signaculum est spirituum beatorum superiorum emanationis septimæ qui nominantur אלהים *Elohim*, id est dij, & influunt de Dei virtute per sexti ordinis Angelos, ac eadem virtute aliis inferioribus influunt.

E ח *Heth*, signum est superiorum emanationis octauæ, & sunt Angeli qui vocantur בני אלהים *Bene Elohim*, id est filij Deorum, de virtute Dei Angelos septimi ordinis infusi, ac eadem Dei virtute inferioribus influentes.

ט *Teth*, nota est Angelorum emanationis nonæ, qui vocantur כרובים *Cherobim*, & influunt de virtute Dei per medium intelligentiæ octauæ ordinis, & eadem virtute inferioribus influunt.

F י *Iod*, litera decima significat essentias decimæ gentiarum emanationis decimæ, appellatæ autem אישים *Ipsim* nobiles & patricij, superioribus hierarchijs inferiores, & Dei virtute illustrantur per nonum chorum; eademque virtute influunt filijs hominum cognitionem & scientiam rerum, minificamque industriam. Vnde dicuntur qui tali sunt præditi facultate filij gratiæ, est, homines nobilis intelligentiæ, de quibus Psal. 49. Quique terrigenæ & filij hominum: quod propone hic legitur. Tam filij plebei quam patricij, quasi dicerentur, Tam agrestes quam nobiles. Eam denominationem ab hoc intelligentiarum



A tiarum ordine sumsimus nos ipsi. Est enim in nobis intellectus agens summa pars animæ quam Aristoteles vnus, hoc est mentem appellat, quæ nobis sola deforis aduenit. Inde procedunt visiones prophetiæ, ac omnia magna & sancta, vocatur autem שכל הפועל quo finitur mundus Angelicus. Sequitur

ך *Caph*, ea litera designat primum mobile ab ipso Deo *Sadai*, tanquam à causa prima immediate, & per rationalis vitæ spiritum communicatiue B mouens, qui est Angelus *Metatiron*, & dicitur intellectus agens mundi sensibilis per penetrationem formarum inferioribus omnibus viam præbens, quare influit virtute diuina in omne quod est mobile. ך *Caph* finalis significat gyrum stellarum fixarū, quæ sphæra octaua nominatur quantum ad nos, sed quoad superiora est orbis secundus in duodecim zodiaci signa diuisus, quæ nos מזלות appellamus, influuntque de virtute Dei per medium intelligentiæ ipsius *caph*, similiterq; inferioribus influit.

C ל *Lamed*, est signum primæ sphæræ planetarum, & dicuntur לבנת quasi ambulones, quos Latini errones appellant, instar Græcorum qui ob id non asserunt esse πλανήτας. Dicitur q; orbis septimus Saturno attributus quem שבתאי nuncupamus, influit & influitur.

D מ *Mem*, apertum notat sphæram Iouis qui à nobis צדק nominatur, & à virtute Dei per medium intelligentiæ superioris influitur, eademque virtute inferioribus influit. מ *Mem* clausum est symbolum sphæræ Martis, quem appellamus מאדים nobis quinti, & virtute Dei creatoris influitur per Angelum proxime superiorem, & eadem virtute inferioribus influit.

E נ *Nun*, significat luminare maius, quod vocatur שמש id est, Sol, & eius sphæra dicitur orbis שמש influituque à Deo per medium intelligentiæ istius, quia & influit in inferiora. ן *Nun* finale eiusdem indicat Veneris, quæ à nobis vocatur נגה *Nogah*, & Dei virtute constat, influitque mediante intelligentia septima.

ס *Samech*, est symbolum cancellarij, qui dicitur כסא *Ce sah* & Latine Mercurius, influitur autem virtute Dei à superioribus, eademque virtute inferioribus influit.

F ע *Ain*, est nota sphæræ Lunæ, quæ à nobis dicitur ירח *Iareah*, & apparet quasi oculus sinister mundi. Edque inter astrifera vltimus orbium: & propter albedinem quandoque nominatur לבנה Luna. Cuncta hæc facultati astrologicæ committuntur.

פ *Pe* significat animam intellectualem, singulorum & vniuersalem, & dirigitur ab intelligentiis superioris quib' infunditur à Deo tam in sphæras quam in stellis & in omnibus animatis superioribus & inferioribus sphæraruin & elementorum. פ *Phe* finale denotat spiritus animales qui diriguntur ab intelligentiis superioribus de virtute atque mandato Dei.

G צ *Tsade*, symbolizat materiam tam cœlorum quæ est intelligibilis, quam elementorum quæ sensibilis, omniumque mistorum. Diriguntur autem virtute diuina per intelligentias separatas,

A & per formas proprias. ץ *Tsade* finale monstrat elementorum formas, quæ sunt ignis, aer, aqua, terra. Et reguntur diuina virtute per Angelos qui dicuntur אישים *Ipsim*, & virtute cœlorum, & virtute materiæ primæ quæ est fons & origō cunctorum elementorum.

ק *Koph*, est symbolum inanimatorum & mineralium & eorum quæ dicuntur elementata & mista. Diriguntur autem virtute diuina per sphæras cœlestes & intelligentias separatas quæ vocantur אישים *Ipsim*. Et influunt inferioribus in regione quatuor elementorum.

ר *Res*, significat omnia vegetantia fructus & fruges ac terræ nascentia, influuntque virtute Dei à corporibus cœlestibus & intelligentiis separatis nomine אישים *Ipsim*, itemque complexionibus elementorum.

ש *Sin*, designat omnia sensitiua tam reptilia terræ ac progressiua, quam aquarum, pisces & aeris volucres simul, & quæcunque irrationalia C vitalem motum habentia, quæ virtute Dei reguntur à corporibus cœlestibus & intelligentiis quas vocamus אישים *Ipsim* & complexionibus elementorum.

ת *Thau*, est symbolum hominis & naturæ humanæ quæ est perfectio & finis omnium creaturarum, dirigiturq; à Deo complexionibus ac qualitatibus elementorum iuxta influentias cœlorum, & per officia peculiaria intelligentiarum separatarum אישים *Ipsim*, qui sunt Angelicæ conditionis, & sicut sunt finis ac consummatio in mundo Angelorū, ita est homo finis & perfectio creaturarum in mundo elementorum, quin potius in mundo vniuersorum: constitutus est enim ex duobus mundis, sicut scriptum est, Formauit Dominus Deus hominem de limo terræ, & spirauit in faciem eius spiraculum vitæ.

TRactantur hæc vberius à nostris maioribus, quorum posteris nobis clare apparet erga sacras literas ardentissimus amor, qui de omnibus etiam minutissimis rationem reddere studuerunt. Verbi causa,

De Aleph scriptum est in libro חבהיר id est, de Candore, vbi sedit R. Amorai, & disputauit, Quare *Aleph* ponatur in capite Alphabeti? & responderur, Quia fuit ante omnia, quinetiam ante legem, quod de R. Rahumai, eius libri autore, commemorat Mnahem Racanat, in distinctione F Geneseos prima. Iterum autem, Quamobrem proxime sequatur *Beth*, certe quia fuit legis initium. Et quare *Gimel*, non sit nominatum *gidel*, cum in sacris literis præponatur גדל & sequatur גמל Gen. 21. vbi scribitur ויגדל הילד ויגמל Talia & his paria scrutari certe non sunt dedignati sapientes viri. Quanquam sunt etiam aliquo numero, qui breuitatis causa, reddere aliquorum rationes prætergressi, tantum scripsere quæ simpliciter ad rem attinent, quoniam semper ad sublimiora omni diligentia & studio conari sunt properare, vt R. Iacob Cohen, in libro cui titulus est מירוש חשם חקדוש id est, expositio nominis sancti. Nam de Alphabeto strictim sic dicit.

| Numeri. | ordo. | | | |
|---|---|---|---|---|
| 1. | 1 | א Aleph | ראויר | Aura, |
| 2. | 2 | ב Beth | חיים | Vita, |
| 3. | 3 | ג Gimel | שלום | Pax, |
| 4. | 4 | ד Daleth | חכמה | Sapientia, |
| 5. | 5 | ה He | ראיה | Visus, |
| 6. | 6 | ו Vau | שמיעה | Auditus, |
| 7. | 7 | ז Zain | ריחה | Odoratus, |
| 8. | 8 | ח Heth | שיחה | Locutio, |
| 9. | 9 | ט Teth | לעיטה | Infusio, |
| 10. | 10 | י Iod | משכב | Cubatio, |
| 20. | 11 | כ Caph | עושר | Opes, |
| 30. | 12 | ל Lamed | מלאכת | Negocium, |
| 40. | 13 | מ Mem | מים | Aquæ, |
| 50. | 14 | נ Nun | הלוך | Meatus, |
| 60. | 15 | ס Samech | רוח | Spiritus, |
| 70. | 16 | ע Ain | שחוק | Risus, |
| 80. | 17 | פ Pe | זרע | Semen, |
| 90. | 18 | צ Zade | הרהור | Suspicio, |
| 100. | 19 | ק Kuph | שינה | Sopor, |
| 200. | 20 | ר Res | חן | Gratia, |
| 300. | 21 | ש Sin | אש | Ignis, |
| 400. | 22 | ת Thau | ממשלה | Potestas. |

actiones numeralis ex his verbis

HÆc & eiuſcemodi reliquia quæ audiſtis ex patrum monumentis quanto potui breuiſſime decerpſi, vt vobis vel aliquam deguſtationem literatiæ profeſſionis exhiberem. Scripſit enim de iis non negligenter, inſignis autor Rabbi Akiba, quem imitati ſunt complures ex noſtris homines literatiſſimi, quos multo dignamur honore. Dixerunt enim, quod in expoſitione Alphabeti, iutent multi ſenſus. Et Rabbi Abraham Aben Ezra de hoc, in libro qui præſcribitit, סוד התורה id eſt, de Myſterio Legis, itaq; inquit, כי טוב הוא רמשכיל שילמד מואת החכמת id eſt, Et verum eſt, quod bonum ſit hoc vt intelligatur, quia diſcitur ex eis ſapientia. Non vt omni tamen vitæ noſtræ tempore, in literatoria laboremus arte (ait ipſe) vt dies ac noctes in voluminibus Rabbi Iuda torqueamur, qui primus fertur Hebræis Grammaticus eſſe: vel in illis viginti libris, quos de Inſtitutione literatia Marmus compoſuit: vel quos Samuel Nagid, eadem de re duos & viginti edidit. Hucuſq; Rabbi Abraham Aben Ezra, nec fruſtra ſenſit ita homo prudentiſſimus & literarum peritiſſimus. Ad maiora enim & altiora nati ſumus.

DIxi modo, quæ ad ſubſtantiam literæ pertinent conſiderationes quatuor. Nunc mea opinione terminandum eſt id quod accidentali relatione literarum agere dudum cœpimus, & גמטריקון id eſt *Notariacon* appellatur, quia in parte id conſideramus, quæ litera quam dictionem ſignificet. Habet autem tres quoq; ſpecies. Quum enim ſignaculum aliquod ab initio dictionis accipit, & (vt fieri ſoler) apicibus in ſublimi notatur, iam ראשי התיבות id eſt caput dictionis nominatur, atque de more ita ſcribitur רת Quando item ſumitur à termino & fine verbi alicuius propoſiti, tunc סוף התיבה id eſt, finis dictionis, cognominatur: quod conſueuerunt ſignare hoc modo סת Sin autem à ſingulis verbi cuiuſlibet literis notæ ſingulæ deducuntur, id tunc genus notabulo *notariacon* appellamus. Ad hæc Philolaus ait, O noſter Simon quam ſunt hæc eximia ſeminibus arcana & recondita! Tum ille, Multa forte occultiora, inquit, oſtendam vobis & in tertia Cabalæ parte, quæ תמורה nominatur, de mutua ſit literæ pro litera poſitio, & totieſq; quotiens alphabeta permutantur. Permutatur autem iuxta numerum literarum his & viginti, quia viginti duas leguimus Iudæorum literas, ſuperque binis quibuſque literis coniugant hanc alteram ſumere pro altera, & ea combinatione citur צירוף vt ſi ex illis ſex literis Alphabeti latini, a, b, c, d, e, f, continuo binas & binas conjugauero, quatenus ſub iugo primo ſint a, b, ſecundo c d, ſub tertio e f, velimq; per epithetha huiius artis peritum aliquem hortari, vt hiſce turnus principi, cadat ante pedes eius, ſic facile d b eſt, quod ille intelliget Cade, ita & de ceteris. Totum hoc opificium euenit ex Alphabeti ex revolutione, vt ſuccedat mutuo litera prima proprio ſibi iugo combinata, ſcilicet ricſſim pro b, & b pro a, ſimiliter c pro d, & d pro e, itemque e pro f, & f pro e. Quod facilium eſſe Hebraicis nullo quidem obſtante procedit, quum voces quas Latini vocales nominant non ſint in ordinem Alphabeti Indæorum repoſitæ. Poſſet igitur ætate in otus inde paret noſter Abraham dixit, vt in libri *Ieſira* capite 2. legitur, Alephcum omnibus & omnia cum *Aleph*, haud ſecus atque *Beth* cum omnibus & omnia cum *Beth*, & hoc ſingulis. Quare vt exemplo id fiat manifeſtius, quinduo alphabeta producam in medium, quæ in eodem creationis volumine Abraham Hebræ modum & vtiliter ordinauit.





# XXII. Alphabeta R. Abraham.

| | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| אל | בת | גש | דר | הק | וצ | זפ | חע | טס | י נ | כ מ | ל ם |
| אב | בת | דש | הר | וק | זצ | חפ | טע | י ס | כ נ | ל מ | ם ן |
| אג | בח | הש | וד | זק | חצ | טפ | י ע | כ ס | ל נ | מ ס | ן ע |
| אד | בג | הח | ופ | זר | חק | ט צ | י פ | כ ע | ל ס | מ ע | ן פ |
| את | בר | ות | זש | חר | ט ק | י צ | כ פ | ל ע | מ פ | ן צ | נ פ |
| או | בה | גר | זת | חש | י ק | כ צ | ל פ | מ צ | ן ק | נ צ | ס ק |
| אז | בו | גת | חת | ט ש | יר | כ ק | ל צ | מ ק | ן ר | נ ק | ס ר |
| אח | בו | גו | הת | ט ת | י ש | כ ר | ל ק | מ ר | ן ש | נ ר | ס ש |
| אט | בח | גז | חו | י ת | כ ש | ל ר | מ ק | נ ר | ן ת | נ ש | ס ת |
| אי | בט | גח | חז | כ ת | ל ש | מ ר | נ ק | ן ש | נ ת | ס ש | ע ת |
| אך | בי | גט | הח | ז ת | ל ת | מ ש | נ ר | ן ת | ס ש | ע ת | פ ת |
| אל | בך | גי | חח | ט ת | מ ת | נ ש | ן ת | ס ת | ע ת | פ ת | צ ת |
| אם | בל | גך | יח | ח ת | נ ת | ס ת | ע ת | פ ת | צ ת | ק ת | ר ת |
| אן | בם | גל | הח | י ת | ס ת | ע ת | פ ת | צ ת | ק ת | ר ת | ש ת |
| אם | בן | גם | חל | כ ת | ע ת | פ ת | צ ת | ק ת | ר ת | ש ת | ת ת |
| אע | בס | גן | הם | ל ת | פ ת | צ ת | ק ת | ר ת | ש ת | ת ת | |
| אף | בע | גס | חן | מ ת | צ ת | ק ת | ר ת | ש ת | ת ת | | |
| אץ | בפ | גע | חס | נ ת | ק ת | ר ת | ש ת | ת ת | | | |
| אק | בץ | גפ | חע | ס ת | ר ת | ש ת | ת ת | | | | |
| אר | בק | גץ | חפ | ע ת | ש ת | ת ת | | | | | |
| אש | בר | גק | חץ | פ ת | ת ת | | | | | | |
| את | בש | גר | חק | צ ת | | | | | | | |

Elementorum hæc vigintiduorum commixtio, nequaquam erit ruſtice ac indocte intelligenda: omnis enim ſpiritus ſunt. Sic in libro *Ieſira* ſcribitur, Et ſculpſit eum illo ſpiritu Deus viginti duo literas, tres matres, ſeptem duplices, & duodecim ſimplices: & quæ libet illarum eſt ſpiritus: ad contemplandum itaque ſpiritualiter ingenti eum gaudio nobis tradita hæc ſunt, non ad obloquendum, non ad irridendum, ſed pia fide myſteria Scripturarum amplexandum. Credentes enim literæ facilius alteriora ſpeculamur. & abſconditos conſenſuum in literis reperire poſſe, quaſi Dei ſermonem in medio caliginis, qui dixit ad Moyſen: Ecce ego venio ad te in denſa nube, vt audiat populus cum loquar tecum, quod etiam בך id eſt, viginti duabus, credent in perpetuum. Oportet autem Cabaliſtam non aliliter, ſed fortiter credere, & quæ ſunt patrum mandata literis, ſingulis amore ac animo iucundo lætoque recipere eum gaudio & fiducia, vt Pſal. 90. Exultent, & lætentur בך id eſt, viginti duabus, qui quærunt te. Non dant & viginti literas ſcitote fundamenta elementi & legis, vt copioſe in libro tractatur Hinc non ſecundo: quem vel legiſtis, vel legetis Theſtolatus, Certe, ait, tales libros nec legi, nec vidi, nequam, qui etiam non parua vſque hue opera, ſui nam lateretur, ſcrutatus ſum. Et Martarus. Nec ſo, inquit, quo pacto illiuſmodi libros tantam Iudæus parſimonia ſit, vt ne amico quidem liber alter edant, aut quocumque tamen ter reſidant. Tunc Simon, Stratarum nobis eſt, D inquit, arcana legis non dari peregrinis, ſed לייעץ id eſt, conſiliario ſapienti, non domeſtico etiam conſiliario tantum, nec ſapienti modo, ſed ſimiliter ſtulto ſapienti, qui non ſit extraneus, & ſecundo loco. Nec id ægre ferratis, vos obſecro. Longe namque imminentis periculi cauſa in tam diuerſa diſperſione conſtitutis nobis conuentus

patrum ſollicitus prouide ſtatuit, רזה שהוא כתוב ממה שנפל בו באחרונה id eſt. Ea lege vt ipſe ſugeret ab eo, in quod cecidit poſterius: Moyſe noſtro Ægyptio autore, qui cauſas enumerat, & recitat euenta in capite 71. libri Perplexorum. Sed ſpero vos hæc & alia noſtræ gentis boni conſulere, quare iſta diſputatione dimiſſa partem artis Cabaliſticæ tertiam proſequar. Accepiſtis de Combinationibus literarum ducentis & quadraginta duabus, permutationes coniugationum ducentas triginta vnam, præter alphabetum vulgo conſuetum, cuius tamen binas quaſque ſuo ordine literas pariter etiam connectere ad mutuas viciſſitudines ſolent. Rem vulgo exilem, ac forte prima ſpecie imperitis contemptam, ſed quæ tamen veniat plurimum exaltanda hominibus. Vt legitur Pſal. 12. ברם זלח לבני ארם id eſt, Exaltandę deſpectiones filiis hominum. Ad quod ibi citat R. Salomon, id quod dicitur à Pſalmiſta, lapidem quem reprobauerunt ædificantes, factus eſt in caput anguli. Vos equidem oro, haud negligenter conſideratę, quod nō fruſtra ſcriptum eſt ברם nam de גמטריא *Ghematria* Cabaliſtice ſignificat ducenta & quadraginta duo, tot enim ſunt cunctæ ſuperius deſcriptæ combinationes, & ex illis vnam & triginta docentaſque variationes decenti honore veneremini. Omnia enim ex illis oriuntur quæ ſunt & quæ dicuntur, de iis namq; tanuis quas appellant, pater noſter Abraham (vt eſt in libro *Ieſira*) dixit ונמצא כל חיבור ובל הוצור יוצא מהן id eſt, Et exiſtit omne dictum & omne creatum progrediens ex illis, quæ quidem nobis illorum adminiculo facile poſſumus in noſtram ordinare ſalutem, quonam reducendi ſumus per omnium rerum creatarum conſiderationem in vnius creatoris pro humana virili cognitionem, quæ eſt ſalus noſtra & vita æterna, hoc ſit à Deo per nomen ſuum ruſus in Deum Ipſe eſt ipſemet

nomen suum quatriliterum in secula seculorum
semper benedictum, quod ostenderat Psaltes,
cum aiebat: Et cognoscent, quod tu es nomen
tuum Tetragrammaton, solum tibi supremum
super omnem terram. Idcirco solum hoc nomen
dicitur *Sem hamephoras*, id est, nomen expositorium essentiæ Dei. Cuius experimentum sumitur
de prima huius artificij parte. Aliud est Dei nomen in istius locum succedens, quod duodecim
literis scribitur, eiusque ratio de secunda parte recipietur. Aliud præterea nomen est, quod in hac
Cabulę tertia parte commodissime tractatur, nomen quadraginta duorum characterum: non
quod vnius nominis vna prolatio quadraginta
duabus literis constet. Notum enim est apud
quemlibet intelligentem (vt docet Rabi Moses
Maimoni) quod vnum nomen inueniri nequeat
vsquam tot literis scriptum. Sed plura sunt nomina inter se & ipsa complexa, ex multis literis
aggregata, quæ ducant Cabalistam per quasdam
rationes occultas ad veritatem cognitionis Dei
tetragrammati, *iod, he, vau, he*, יוד ה ו ה quod similiter arithmetice quadraginta duo significat. Huiusmodi quadraginta duo characteres, per talia
nomina sic coniuncti dicuntur vnum nomen, eo
quod finaliter solum vnam rem significat, quemadmodum e contrario alia nomina compolita &
collectiua sæpe complura sunt vnice significantia. Potuis igitur in præsentiarum contingere,
quod ratio illa qua intellectus noster ducererur
in Deum, nequiuerit nisi multis & literis & verbis explicari. Nec id mirum, quoniam per multos
& diuersos riuulos solent ingenioli opifices scaturiginem inuestigare. Ita de fontis sui abysso emanare fecit Deus cunctas res & ad infinitā voraginē refluere. להוציא רבר באמר ואמר ברבר עד
להעמיד כל הדברים בסיגן השלהבת והשלהבת
במאמר כסיגן אין חקר ואין מספר לאורת
המתעלמת כתופפת החשך המסותרת בכלל
ארבעים ושתים אותיות: Hæc sunt verba contemplantissimi doctoris Hamai, in libro סיגן העין id est, speculationis, ad quæ vtiliter allegat ipse
ספר סיגן חמפעה id est, librum fontis sapientiæ,
quanquam vir tam integer testimonio non egui-
set. Iam tentabo si ea Latine interpretari valeam,
ita saltem ne quid sententia detrimenti patiatur:
Vt produceret (inquit) rem in verbo & verbum
in re, quousque restitueret omnes res in fontem
resplendentiæ, & resplendentiam in verbum,
tanquam fontem cuius nec terminus sit, nec numerus, ad lucem inaccessibilem augmento tenebrarum recōditam in vniuerso quadraginta duarum literarum. Hucusque Hamai. Appellant autem hoc tam venerandum & coiendum nomen
duabus & quadraginta literis designatum præstantissimi sapientum, quorum memoria in benedictione est קדוש וקדוש id est, Sanctum & sanctificatum. Idcoque per alphabeticæ reuolutionis commixtionem motibus & indignis occultatum, atque tamen sanctis contemplatiuam vitam agentibus, ex alphabeticaria combinatione
per Ieremiam est reuelatum, qui sæpe legere solebat in libro *Iezira*, vt repertur scriptum בספר
במחון id est, in libro de spe, cuius autor est Rabi Iuda, qui compositit illum. Cuique Ieremias



librum *Iezira* multum & sæpe nocturna versa
manu atque diurna, venisse ad eum קול אל
filia vocis, dicitur quæ iuberet illum vt quæ
volumini eidem insudare. Post itaque annorum
trium finem, quando iam ei placuit charisma
coniugātio & tractatus, vt operaretur in re, quæ
sibi atque sodalibus creatur homō nouus, & in
ipsius fronte scriptum erat, יהוה אלהים אמת
est, Tetragrammatus Deus verus: tum statim
ille homo nuper creatus, scripturam in fronte
haud vltra remoratus est, quin subito ocius re-
nu primam dimqueret ac adimeret literam re-
scripta, & barbara. Nemo enim tam hippis ocu-
lis aut ceu sacrorum vtatur, vt recondita con-
tendit. Neno auribus in audiendis diuinis tan-
tadelicias indulgeat, vt solum ea veneretur, ea
audiat, ea sequatur quæ sensibus sint iucunda, o-
da sed spiritalia expellat magis quam corporalia,
& continentia magis quam leuia, veraque magis
quam ficta. Enimuero sæpe aspera & horri-
da præcedunt Dei præsentiam. Recordamini
quæ contigerunt Eliæ Prophetæ, cum in monte
Dei Horeb intra cauernas & in specu lateret,
nonne dictum erat ei sic? Ecce Tetragram-
maton incede & flatus grandis atque fortis, sub-
uertens montes & discindens ac conterens pe-
tras ante tetragrammaton, non in flatu terræ
motus, sed post flatum commotio, & non
in commotione tetragrammatus, sed post com-
motionem ignis: non in igne tetragramma-
ton, sed post ignem vox submissa tenuis, & in il-
la voce locuta est ad eum gloria tetragramma-
ti, quæ nominatur כבור hæ vos post defectum
hominum & senticosum, post montem & pe-
tras, post flatum & terræmotum, post ignem,
post rorem in ipso cauernarum & specuum ve-
stibulo dimissi occupationum secularium mul-
titudine audiens gloriam Dei ad vos loquentem.
Quid vobis hic? Pergite vltra, vt extat enarra-
tum 3. Regum 19. Igitur non hic standum est, sed
remeandum nobis cum Elia Prophera in viam
nostram per desertum, hoc est per has hispidas
barbaricarum conexionum reuolutiones & per-
plexas repres in viam sacræ atque canonicæ scri-
pturæ, viam vere nostram quę est veritas eloquio-
rum Dei, vt vsgamus regem in Syria qui ab vn-
ctione dicitur Messiha. Tantisper namque per
transgressiones diuorum & viginti Alphabetorum
ambabilimus, dum ad supremum atq; primum
Alphabetum vigilanti sollicitudine ac indefessa
diligentia venium fuerit. Oportet enim nos ac-
cedere per singulas combinationes tam diu di-
stantes quousque vox Dei pareat, & apertus se
nobis offerat sacratissimarum scripturarum te-
nor. Ita nempe vox Dei omnibus Alphabetis à
primo ad vltimum videlicet vigesimum secun-
dum, tantum suam & valorem largiter impluit,
vt combinationes aliquāto maiorem efficaciam
quæ aperuntur non significantiæ, quam nomi-
nibus ipsis significatu, præsertim, veluti radius so-
lis ipsa quidem vrit quam sol ipse vnde mana-
uit. Hinc illud extat Mirandulani Comitis in
Conclusionibus, vbi sic ait, Quælibet vox virtute



Equidem hoc in versu dum quoras quasque lite-
ras comprehendero, confestim mihi altera pars
dictionis vnius & septem quæruis dissyllaba nasci-
tur. Vna enim quæque huius tam pretiosi nomi-
nis dictio sex constare characteribus dignoscitur,
tantum Hebraicis tantum, non autem alterius lin-
guæ: tam Latine pluribus esse opus, vt *Sagathha-
na, Agathhiel, Mathzab, Iemhatha, Ze-
rachphor, Thegeuma, Zaarpapas*: quæ in an-
tiquorum voluminibus inueniuntur vsque ho-
dierum in diem Romano sermoni peregrina &
incognita, sed non id circo despiciēda, quod du-
ra sint, & barbara. Nemo enim tam hippis ocu-
lis aut ceu sacrorum vtatur, vt recondita con-
tendit. Neno auribus in audiendis diuinis tan-
tadelicias indulgeat, vt solum ea veneretur, ea
audiat, ea sequatur quæ sensibus sint iucunda, o-
da sed spiritalia expellat magis quam corporalia,
& continentia magis quam leuia, veraque magis
quam ficta. Enimuero sæpe aspera & horri-
da præcedunt Dei præsentiam. Recordamini
quæ contigerunt Eliæ Prophetæ, cum in monte
Dei Horeb intra cauernas & in specu lateret,
nonne dictum erat ei sic? Ecce Tetragram-
maton incede & flatus grandis atque fortis, sub-
uertens montes & discindens ac conterens pe-
tras ante tetragrammaton, non in flatu terræ
motus, sed post flatum commotio, & non
in commotione tetragrammatus, sed post com-
motionem ignis: non in igne tetragramma-
ton, sed post ignem vox submissa tenuis, & in il-
la voce locuta est ad eum gloria tetragramma-
ti, quæ nominatur כבור hæ vos post defectum
hominum & senticosum, post montem & pe-
tras, post flatum & terræmotum, post ignem,
post rorem in ipso cauernarum & specuum ve-
stibulo dimissi occupationum secularium mul-
titudine audiens gloriam Dei ad vos loquentem.
Quid vobis hic? Pergite vltra, vt extat enarra-
tum 3. Regum 19. Igitur non hic standum est, sed
remeandum nobis cum Elia Prophera in viam
nostram per desertum, hoc est per has hispidas
barbaricarum conexionum reuolutiones & per-
plexas repres in viam sacræ atque canonicæ scri-
pturæ, viam vere nostram quę est veritas eloquio-
rum Dei, vt vsgamus regem in Syria qui ab vn-
ctione dicitur Messiha. Tantisper namque per
transgressiones diuorum & viginti Alphabetorum
ambabilimus, dum ad supremum atq; primum
Alphabetum vigilanti sollicitudine ac indefessa
diligentia venium fuerit. Oportet enim nos ac-
cedere per singulas combinationes tam diu di-
stantes quousque vox Dei pareat, & apertus se
nobis offerat sacratissimarum scripturarum te-
nor. Ita nempe vox Dei omnibus Alphabetis à
primo ad vltimum videlicet vigesimum secun-
dum, tantum suam & valorem largiter impluit,
vt combinationes aliquāto maiorem efficaciam
quæ aperuntur non significantiæ, quam nomi-
nibus ipsis significatu, præsertim, veluti radius so-
lis ipsa quidem vrit quam sol ipse vnde mana-
uit. Hinc illud extat Mirandulani Comitis in
Conclusionibus, vbi sic ait, Quælibet vox virtute

habet in Magia inquantum Dei voce formatur.
Præsentis ergo nominis quadraginta duarum li-
terarum virtus, operatio, vigor, efficacia, com-
plementum & perfectio à Dei voce pēder, quam
intendimus per omnes omnium Alphabetorum
connexiones & retia venari, donec septem nomi-
na quadraginta duabus literis comprehensa, vs-
quam in scriptura sacra compērite queamus. Ver-
bi causa, Si quærantur ex primo & vigesimo Al-
phabeto similiter septem verba quæ possint vel
vllius diuinæ scripturæ versus esse symbola, repo-
nantur mihi salua vt sunt memorata superius. Iti-
dem ex ipso & vigesimo, adhuc autem & decimo
nono, & eodem modo deinceps omnia percur-
rendo vsque ad primum quod à suo exordio ceu
reliqua nomen accepit, vt diceretur, אלבת id est,
*Albath*, cuius ex combinatione hoc mutuemur
exemplum,

חרל גנב הדל לאך נבל בקנ כנב צלב קלר וצק
לרו קנג קבק צצת Quod simul etiam est nomen
diuinum quadraginta duarum literarum ex pri-
mo Alphabeto libri *Iezira* permutato, receptum.
Sola namque permutata & transposita pater no-
ster Abraham in eo creationis libro poluit, cum
non dubitaret alioquin vulgarij Alphabeti re-
ctum ordinem cunctis esse notum. Solent autem
& hunc pari modo combinare dicentes, אבגר
vt Rab Hamai docuit in libro illo de speculatio-
ne, nomenque describit quadraginta duarum li-
terarum etiam ex eadem sua combinatione pro-
ductum sic, אקבחטש אקבכוטנבשות נטנחבש
וכקסחו בקפושש וישחתא Quod similiter, vt cæ-
tera, Deum benedictum iuxta suam proprieta-
tē symbolice significat. Sicut enim quatriliteruin
ineffabile notat Deum vt est super omne esse,
& *Ehieh*, repræsentat Deum vt est in omni esse,
& *Adonai*, Deum vt est omnium Dominator, &
*Sadai*, vt nullius eget: ita pari modo quadragin-
ta duarum literarum siue recipiatur ex transpositis
seu rectis combinationibus, quodlibet desig-
nat Deum, quatenus est creator cœli & terræ, vi-
sibilium omnium & inuisibilium. Quamobrem
ista viginti trium nomina diuina, quorum quoduis
quadraginta duabus figuris pinguntur, singula se-
cundum viginti trium Alphabetorum ordines
dicuntur è duobus sacræ scripturæ primis verti-
bus, In principio creauit Deus cœlum & terram:
terra autem erat inanis & vacua. Incipiendo à pri-
ma litera *Beth*, & in vltima *Beth* litera terminan-
do, quæ cum sic Hebraice legantur, vt sint á Spi-
ritu sancto dictatæ, quadraginta duas figuras ab-
soluunt, semper ponentibus nobis literam pro li-
tera sub vno & eodem combinationis nigo. Inue-
niuntur & alij Cabalistæ sublimius speculan-
tes, qui transcendunt creationem & creaturas, &
in sola Deitatis emanatione perstiunt, quam
sancte per nomen sanctum 12. characterum &
per nomen quadraginta duarum literarum di-
gnissimis & Deo deuotis hominibus sub fido si-
lentio largiuntur, receptum & scriptum בספר
אגרת חסרות id est, in libro Epistolæ secreto-
rum, vbi ad quæstionem Rontani de
sacrosanctis nominibus respondit Rab Hakados;
quod ex Tetragrammato fluit nomen duodecim

literarum אב בן id est, Pater, Filius & Spiritus sanctus. Ex quo deriuatur nomen quadraginta duarum literarū, quod ita pronunciatur אב אלהים בן אלהים רוח הקדש שלשת באחר אחד בשלשה, id est, Pater Deus, Filius Deus, Spiritus sanctus Deus, tres in vno & vnus in tribus. O quanta est hæc altitudo! quanta profunditas, quæ sola fide apprehenditur! Tum Philolaus, Quantæ vero Simon, inquit, tibi agendæ sunt gratiæ, qui omnia nobis tam dilucide atque clare ostendis, si modo quicquam in hac arte clarum esse potest, ac non potius maxima pars horum inuolucris reclusa, & fugere ad salices visa. Et Marranus, Tace obsecro Philolae, inquit, Sine hunc progredi, an non vides? vesper ingruit, & hic quasi diurnum pactus est. Potro tu perpetuo loquere Simon, quicquid rerum erit.

Tum ille, Compleui artem totam & edocui, nisi sunt quæ particulatim restare putetis de quibusdam nominibus Dei, & Angelorum & virtutum, & consecratis figillis, quorum vi ac potestate facturos se multi multa promiserunt, quæ vulgo admiranda videantur. Et Marranus, Oblimo fotte te cepit, inquit, quod de nomine duodecim literarum quoque dicturus eras, quamuis secundæ partis materiam esse affirmates, quæ iam præterit. Tum Simon, Parum est quod de illo exponam, nisi quod postquam crebro & frequēti prauorum hominum vsu passim vilescebat nomen Tetragrammaton antea cum tanta cura & sollicitudine, cum tanta reuerentia & tam prudenti moderamine idoneis & electis tantum sacerdotibus septimo quoque anno traditum, vt discerent per illud populo benedicere in sanctuario: tunc ad maiestatem huius nominis cōseruandam prohibitum fuit sacerdotibus eo imprecati, solique summis pontificibus quotannis permissa erat eius pronunciatio in diebus ieiuniorum & propitiationis. Quare illius loco cæteris substituerunt nomen duodecim literarum, quod esset aliquanto facratius quam nomen *Adonai*, & tamen ineffabili Tetragrammaton longe minus diuinum, quo sacerdotes in benedictionibus vtcrentur. Consueuit autem quatuor his literis חקבה cum apicibus in capite cuiusibet per *notariacon* signatis conscribi, & ita pronunciari הקדוש ברוך הוא id est, Sanctus benedictus ipse. Per quod benedictionem à Deo Numer. sexto mandatam, posteri⁹ super populum pro Tetragrammaton ita proferebant: Benedicat te sanctus benedictus ipse, & custodiat te. Ostendat sanctus benedictus ipse faciem suam tibi, & misereatur tui. Leuet sanctus benedictus ipse faciem suam ad te, & ponat tibi pacem. Quo in loco Salomon Trecensis commentator sacræ scripturæ ordinarius sic scribit, לכך חכתים פורסים כפיהסלום הקבה עושר אחריגיו שוו הגת זה עושר אחר כהליגן משגיח id est, Itaque sacerdotes distendunt manus suas dicendo, Sanctꝰ benedictus ipse stat post nos, sicut scriptū est, En ipse stat post parietem nostrum, animaduertens de fenestris inter digitos sacerdotum. Sic in vetusti codicis membrana scriptū teneo, quamuis impressa quædam volumina chartacea verbis



A istis careant. Firmissime vero credunt nullatenus dubitant hac forma expressam benedictionem tantæ prosperitatis esse causam, quæ fuisset, si nomen Tetragrammaton quod *Adonai* pronunciant, in istis imprecationibus maneret. Mutatio enim hæc facta est ad horrem Tetragrammati, ne totiens iteratum, singuli tandem subiaceret, quod Deus Optimus Maximus omnium maxime auertat. Habent omnem horum Cabalisticum, id est mysticum

B arcolis distinctum, quæ sunt *Ghematria*, *Notarikon*, *Themura*, & radicibus, herbis, floribus finitis excrescentem cum omni ornatu suauum hortalanum respicientem, quingue plat, & incrementum dat Deum Optimum Maximum incomprehensibilem, ineffabilem, nominabilem, cui est quoque nomen incomprehensibile, ineffabile, innominabile Tetragrammaton, ex quo fluit & dependet omne quod est factis factum. Reliqua enim, quæ

C ueniuntur, rerum diuinarum symbola, nutamenta, signa, profecto ex hoc ipso deriuantur ginem. Verbi causa nomini significat אהיה Deus vnus, per primam huius artis partem *Notarica* operando Arithmetice, vt supra explanauimus illud idem tamen nomen כוזי symbolice representat integrum ipsum nomen Tetragrammaton per secundam Cabalæ partem, vt Rabi Abraham ciuis præfectura Salomonæ in secundo volumine Hotti ducit, hac methodis, יהוה ב גן ה תשורתו ו גן ו תשורתו ז id est, *Iod* commutatio eius *caph*, & *he* commutatio eius *vau*, & sic *vau* commutatio eius *daleth*, quo animaducimus Deum in omnia sua vium esse vnissimum, quo nihil est magis vnum: quanquam multa secundum alias rationes dicuntur de ipso propter quæ vocatur *Elohim Kadosim*, id est Dij sancti: Iosue vocatur *Elohim Hasim*, id est dij vtij, Deuteronomij 3. Malachiæ 1. de se ipso loquitur sic, אני איה מוראי id est, Et si Dominꝰ ego, vbi est timor meus? quo in loco se Deus plurative appellat Dominos. Iuxta immanentiam ergo vnitatis iuxta egressiones autem, plures, qui dixit, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Non quod linguæ sanctæ mos fuerit vt in summa constituti maiestate de se ipsis ratione loquerentur, vt Rab Saadia scribit in libro אמונות id est credulitatum. Hoc enim vanum argumentum est, quoniam subito post ipse Gulatus loquitur ita, Facium et adiutorium simile sibi. Hanc vnitatem & hanc pluralitatem in diuinis non inuiti admittunt Cabalistæ distinctionibus, vnde asserunt tres primas emanationes Cabalisticas כתר חכמה בינה vnam summi regis cotonam, vt scribit Rab Asse, numero יחיד singulari vnionū, seu collectorum. Conjitis hoc exemplo quod omnibus Cabalistis vltro citro promiscue vtimur, videlicet numerali literarum, syllabarū, & dictionū mutatione, deinde numerali suppuratione, notarico capitali, & commutatione literali cum singulis speciebus quas priori sermone parefeci. Sic in exemplo nomen Tetragrammaton, vt sic Fa-



A ctitudque יהוה, id est, essentia, quæ omnium rerum prima est, à qua sunt omnia entia vera & bona, vnde *Eheih Adonai*, significat Arithmeticæ eandem, quod *Elohim*, cuius summa octuagenta sex. Sicut & מה nota est ipsius *Elohim*, si sic exeundatur, מסמא, hoc est, מי id est 86. Et מה מי מסמא Tetragrammaton, quia fit 26. quod si extendatur מיה מה מסמא fecit 112. & designat Tetragrammaton *Elohim*, hoc est, Dominus Deus. De quo primum

B scribitur; Istæ sunt generationes cœli & terræ, quando creata sunt in die, quo fecit Tetragrammaton *Elohim* terram & cœlum. Est autem nomine Tetragrammati principium *Iah*, & ipsius *Elohim* medium *Iah*, & finis *Ehieh*, *Iah*. Quod totum est perfectio ipsius יהוה id est, essentiæ, quod significat in id est, ipsum, & יה esse diuinum. Vnde quotidiano eorum est vsu, vt ipsum esse dicamus aliquid diuinum necessarium & incorruptibile. Omne quippe quod est, quando est, huius gratia necesse est esse, nec tunc contingit non

C esse. Vnus itaque illius essentiæ ducebatur in operationem per verbum Dei, qui dixit, יהי id est, fiat, quo dicto creatæ sunt in vna summa ideæ vniuersæ, ac virtutes intellectuales absolutissimę, per hoc, quod ipse mandauit sic, Fiat lux, & mox facta est lux. Quam vniuersitatem sequuta est Angelorum ad ministeria deputatorum natura, quando dixit, יהי כן id est, & factum est ita: quod principem & sacerdotem magnum designat, qui nominatur Michael, lucidum argumen-

D tum angelicæ conditionis, quod ex vnitate & numero cruentatio constituitur. Vnde putant, primo die ideas extra causam primam esse productas, & formas absolutissimas, quoad esse & operari. Die autem secundo hinc Angelos esse creatos. Non enim in primo die dicebat יהי כן, id est, factum est ita, sed in die secundo, cum firmamentum fieret cœli, inxta R. Eliezer, de luce vestimenti eius creati. Decem enim vestibus indutus

E est Deus, quando mundum creauit, vt dicunt Cabalistæ, ac de vltimi vestimenti sui luce sumptis creauit cœlos; non quidem sensibiles, sed illos insensibiles & intellectuales רוחניות חיות, id est, ministros spirituales, de quibus Psalmus ait, Cœli enarrant gloriam Dei, vbi non scribitur שמים sed שמים, id est, qui sunt orbiculares, quod memorabiliter notauit R. Ama, in libro Reconditorum, fol. 19. sed השמים, quibus additur articulus *ha*, quo demonstratio argumento Geneseos legitur, In principio creauit Deus *Hasamaim*, id est, cœlos il-

F lustrissimos, illos famigeratos, illos admirabiles, inuisos visos, nec mortalibus oculis videndos. Alia quippe cœli, qui non scribuntur per *ha* articulum, sunt quidem firmamentum, sed tamen vacuum nomine cœli, quare scriptum est, Et vocauit Deus firmamentum cœlos: & dicitur firmamentum inuisibilis, inquam, quod appellant Cœli cœlorum: vnde sequitur ita, Luminaria in firmamento cœli. Nimirum

G ita extenso in modum pellis tanquam literis in hæc luminaribus & stellis propter locis exemplorum dicitur *rakia*, quod nos à firmamentum appellamus. Nam cœlum inuisibile non egebat luminaribus, quoniam per se ipsum est illustre, ac mente aliter à prima causa illuminatur. Ideo nominantur intelligentiæ separatæ, de quibus ait author causarum, Omnis intelligentia plena est formis, quæ dum intelligit, dicitur audire & loqui: quare Moyses ait, Audite cœli, quæ loquar. Et Dauid, Cœli enarrant gloriam Dei. Et Deus apud Oseam, Exaudiam cœlos, & isti exaudient terram. Vnde lumen propheticum descendit, quod dicitur, אסתכלריא והתאירה id est, visio illuminans, quæ fuit Moysi: nam aliorum Prophetarum visio erat אסתכלריא שאינה מאירה id est, visio non illuminans, & ea dicitur terra: nonnihil mentionis in primo sermone de iis habitum est. Equidem mihi recte videor credere ob id sapientes nostros dixisse, Aspectus Moysi sicut aspectus solis, & aspectus Iosue sicut aspectus lunæ. In creatione igitur sensibilium vtitur Deus hoc symbolo intelligibilium, quæ יהי כן vt designetur ministerium Angelorum rebus naturalibus concreatum sub nomine communi Michael, tanquam speciei angelicæ appellatiuo, quæ per eam orationem, יהי כן in sequentibus quinque diebus operibus recitatam inxta primam Cabalisticæ artis partem æquatitate numeri symbolice significatur, per quod instituimur, quod omnes Angeli sunt eiusdem speciei: singula porro corpora inue cœlestia seu terrena proprios habent rectores virtutū, ac præfectos operationum, tam ea, quæ sunt rationalia, vt cœli, stellæ, homines, quam quæ irrationalia, vt bestiæ ac elementa. Philosophis nempe, tum primum Peripateticis, id probatur, quod cœlum quodlibet sphæricum præter formam suam essentialem habeat assistentem intelligentiam orbis sui motricem, quæ vocatur Angelus, eo quod ad hoc officium missa, intelligens & volens complet iussa creatoris, tanquam inter Deum & naturam virtus media, à qua fiunt operationes in rebus, quas natura earum vel non faceret, vel non sic faceret, quas alii prouenire dicunt à proprietate occulta, & alii quia rale. Motus enim cœlorum & stellarum quanquam naturaliter est circularis, tamen ab Oriente mouetur ad Occidentē, vel è conuerso, non naturæ est, sed voluntatis. Ac habet liberā voluntatem Angelus, natura vero ad certū solummodo institutum coarctatur, vnde semper agit eodem modo, Angeli autem non mouent orbes semper eodem modo. Quo fit, vt non semper eodem modo fiant inuariationes horum inferiorū. Maximam namq; vim ac potestatem angelica exercet cōditio in res corporeas: quapropter intellectus agens, à quo influunt formæ, nominatur Angelus, teste R. Moyse Maimoni, & appellatur שרו של עולם i. Præfectus vniuersitatis, vt dixerunt sapientes nostri, vocaturq; *Metattron*, à quo quidē gubernantur omnes virtutes singulares humanę, animales & naturales, quę pariter Angeli dicuntur; eorū est multitudo quoad nos infinita, sed quoad creatorem certa, terminata & finita. Cuius rei *Breesith Rabba* meminit, vbi legitur, quod creator quotidie creat cœtum Angelorum, quos alii vocant formas, quod sint substantiæ formales, quibus tota sphæra generabilium & corruptibilium absque numero plena est. Haud secus atq; vester quoque recepit Hesiodus, in operibus enim & diebus sic ait:

τῶν γῆ μιξοπυρίων ἐστὶ χθονὸς πολλὰ ζῶα τέκνα.
ἀθάνατον ζῶον, φύλακες δ' ἐπὶ πᾶσι θεοῦ τοι,
εἰ δὲ φυλάσσουσι τὸ δίκαιον καὶ ἐπίπλοκα ἔργα
ἀνδρῶν ἠνορέουσι, πάσην φορέοντες ἐπ' αἶαν.

id est, Ter enim decem mille sunt super terra multos pascentè immortales Iouis, custodes mortalium hominum, qui vtique obseruant & iustitias & miseranda facta, aerem induti, vbique euntes super terram. Quorum instar in homine duas voluntatis potentias nominant duos Angelos, יצר טוב ויצר רע id est, authorem boni & authorem mali, vt in מדרש תנחומא legitur, quem citat R. Asse in sua collectura. Eiusmodi autem Hesiodios corpori coassistêtes Latini spiritus nuncupant, eorum quisquis solicitudini negotiorum inferiorum destinatus fuerit, *Mammona* seu *Mamon* dicitur, quem Græce dæmona vocant, non vtique in malam partem. Sane aliud quidem est dæmon, aliud dæmonium, quod à nobis putatur diuinitatis extenuatiuum esse, quaptopter diminutiue à diuinis excluditur: quanquam plane fateor Homero & veruſtissimis scriptoribus alium eius vocabuli vsum fuisse, quorum multi de Socratis dæmonio laudanda & veneranda prædicarunt, quod Apuleius de Deo Socratis interpretatus est. Quod autem Latini vocarunt Spiritus instar ventorum, à nobis originem sumpsit, qui eosdem רוחות appellamus: de quibus Rabbi Tedaeus Leui, in libro de Decem numerationibus, post explanatos quatuor ventos, Aquilonarem, Meridionalem, Orientalem, & Occidentalem: tandem sic scribit, ולאלו ארבע רוחות ברא ארבע סלאכים רממונין עליהין ביומה ובלילה: id est, Et illis quatuor ventis creauit quatuor Angelos, qui præfecti sunt super eos in die & in nocte. Deinde sequitur eodem authore, quod Michael, qui est de parte clementiæ ac miserationum, constituitur *Mammona*, id est, præfectus super ventum Orientalem, vsque ad dimidium diei, & vsque ad noctem. Regitque ventum Occidentalem Raphael, qui similiter est de parte clementiæ. Tum Gabriel in virtute iudicii & severitatis præfectus est cum vento Boreali super dimidium noctis, & duas mensuras mundi. Nuriel verò præsidet Austro. Hucusque Tedaeus Leui. Cæterum plures illi sub se species habent, quas liber סורות id est, Arcanorum continet: & in Porta lucis ita legitur, כי סן הארץ ועד הרקיע יאין שם מקום פנוי אלא הכל מלא המונים מהם מחזירים מהם בעלי חסד ורחמים ויש למטה כסת בריאות טמאות מזיקות ומקטרגות וכלם עופרים ופורחים באויר ואין סן הארץ ועד הרקיע מקום פנוי אלא הכל חשונים מהם לשלום מהם למלחמה מהם למוכה מהם לרעה מהם לחיים מהם למות: וכל זה כסדורו תחתחון שאנו גרי: Quod à terra vsque ad firmamentum, non ibi locus vacuus, sed omne plenum formis: ex illis puræ: ex illis capaces gratiæ ac miserationum, & sunt inferius multæ effigies fœdæ, noxiæ, tentatrices, & omnes commorantes & volantes in aere. Et non à terra vsque ad firmamentum locus vacuus, quin totum sint species, ex iis ad pacem, ex iis ad bellum, ex iis ad bonum, ex iis ad malum, ex iis ad vitam, ex iis ad mortem. Et omne id in habitatione inferiori, in qua nos sumus.

A Hæc Ioseph Castiliensis. Sed ab re à fine proposito nostro, vt multa de squalentibus & crassissimis dæmonibus illis humani generis hostibus quæ dicuntur contrariæ fortitudines, disputare pergamus: vel qui superiorem regionem peragari putarunt, ignei, vel qui propinquo nubium aere oberrant, vel qui terreni terrestria terrent, vel qui lacus & fluuios habitant, ac supra infraque mare quatiunt, vel qui sub terra illos quærendique inuadunt, qui puteos effodiunt & cauernas, item hiatus terræ prouocant, flammarum vapores agitant, & fundamenta concutiunt, ad extremum, qui omnia lucis ac splendoris fugitiua, imperscrutabiles, & penitus tenebricosi, quasi omnino genus humanum, verum etiam bruta vsque ad sternones suos absque vllo sonitu ingenerues. Adeo sus quorum machinationes sunt ex nostris, vt multa se arbitrantur expertos, ac non dubitant & bonos spiritus mulcendo attrahere, & malignos oppositis passionibus propulsare, facti & diuinis rite nominibus ac characteribus subiecti. Iubent hominem futuris periculis exponendum recipere membranam tenuissimam, quæ dicitur virginea, tanquam syncera, nouella & immaculata, vt præsagiat actoris futurum euentum: deinde hos characteres inscribere sic, אהיה אשר אהיה extra in hispidistorti folii parte signa quoque tria בווו, qua ligatura sit missume sperantem in Deum vniuersitatis Creatorem præcipiunt nullo formidare peruersorum hominum machinationes. Id ita pandunt mysterium, sunt enim septem primorum quinque verbium Geneseos, tres capita quam termini, iuxta secundam Cabalistarum partem. Scripsit quondam de Flaccis ligaturis Costa Ben Luca, res non physica, verumen experientia (vt opinantur) probata, vt ait: Auricularis digitus abortiui, si mulieri collo suspendatur, non concipiet, dum collum habebit. At nunc verba, quibus Creator omnipotens fecit cœlum & terram, alligata, numquam euent (inquiunt) aliquis nihil posse. Sane multos profectò credunt meæ sectæ hominesmagnarum gistro Rabbi Asse, qui scripsit in ספר היחוד volens petere ac impetrare optata, cumque se ad clementiam & miserationem Dei, eiusdo iis characteribus, מקום מסמסים דיונסים quæ inueniuntur esse digna facere scripturæ memoracula: cuiusmodi habentur & complurima, quibus ferme omnes Cabalistæ libri sunt referti. Studente quoque alii è diuinis literis sigilla illustria fabricare, quæ contra hominum aduersas valetudines & reliquas malignitias valeant, diuturnoque vsu probata: velut sigillum, verbi causa, quod R. Haina in lib. Specu lationis, ex quatuor non magicis, sed solemnibus & communibus sacris nominibus compositum, quin potius compositum à partibus recepit, אהיה אדני יאי אהוה Est autem יאי Cabalistis idem quod *El*. Accipiunt igitur eius scientiæ magistri primum characterem primi nominis, id est primum secundi, & primum tertii, & primum quarti, fitq; sigillum primum יאיא. Deinde quantur pari modo circa secundas quatuor nominum sacratissimorum literas, & orauit primum. Totium sigillum ita confiscunt, terras quasque



769 terra continguntur, & nascitur יאני. Postremum A sis de compellationis errore notauit, φησὶν ὁ φιλόλαος τὸ πεντάγραμμον, id est, Triplex triangulus inter se quinque meant. Antiochus autem signo eo leuato mirabilem aduersum Galatas nactus est victoriam. Ego ipse profecto illud pentagoni symbolum sæpe in Antiochi argentea moneta percussum vidi, quod resolutum in lineas ostendit vocabulum ΥΓΙΕΙΑ, aut (quod idem prorsus est) ὑγίεια, Latine Sanitas.

An non in rem erit, Martanus inquit, id quod Magno Constantino quondam Dei signum (vt tunc appellabant crucem) in ipsa meridiei hora coram omni exercitu superne apparuit Latinis literis inscriptum sic, IN HOC VINCE. Et vicit quidem Constantinus eodem signaculo, atque tunc plausus populi Romanorum Imperator lectus ac salutatus, omn umq; Imperatorum Inuictissimus fuit cognominatus. Quantum igitur valuerunt figilla & signacula, testes erunt summi viri: Iudæis Machabæus, Græcis Antiochus, Romanis Constantinus.

Nec te fallit, Simon, quod de Christianis paulo ante loquutus es. Nam ea gente nihil sub hoc cœlo est in opificio signorum, characterum & vocum admirabilius, qui figura Crucis, & nomine IESV sistunt maria, ventos mitigant, fulmina repellunt. Est præterea charactere illo & effigie Crucis nihil etiam fortius, & in periculis nihil magis salutifetum: quanquam non aliam (vt libere fatear) jobrem, nisi quod veri Saluatoris symbolum extant, sicut vobis Dei symbulum est nomen illud TETRAGRAMMATON. Quodque Cabalistæ possunt in nomine ineffabili, cum nuper à te monstratis sigillis & charagmatis, id multo validiore modo possunt fideles Christiani per nomen IESV effabile, cũ proprio signaculo crucis, cum sæ arbitrentur nomen Tetragrammaton longe rectius pronuntiare in nomine ישוה veri Messiæ. Ad hoc citant id, quod in *Midras Thehilim* vestri scripserunt, אמר רי יהושעה בן לוי בשם ריפנחס בן יאיר פפנוי מה מתפללין ישראל בעולם הזה ואינן נענין על ידי שאינן יודעין בשם הספורש: id est, Dixit Rabbi Iosue, filius Leui, allegando magistrum Pinhes filium Iair, propter quid orant Israel in mundo isto, & non exaudiuntur? propterea quod non nouerunt *Sem hamephoras*, id est, nomen Tetragrammaton. Hæc ibi. Tum Simon, Fortasse tu. Sed quid verbis? Certe hanc figuram crucis sapientiores Cabalistæ ad signum ænei serpentis in deserto erectum referre volunt, licet valde silenter & occulte: idque per גימטריא id est, per æqualitatem numeri. Horum namque צלם id est, crucis, & עץ id est, ligni, characteres, vtrinque centum & quinquaginta symbolissant, quare facilis de altero ad alterum fit transitus, de cruce ad lignum, & de ligno ad crucem. Sed digito compesco labellum. Temporis angustia coarctat, optimi amici, vt minus quam volui de eo Lucianus scribit, πάνυ πολπρὰς ἀγγελίας id est, noctu vidit per somnium assistere sibi Alexandrum, iubereque, vt militibus suum pugnam, pro bellica tessera signaculum Sanitatis ediceret, per quod sibi consequi victoriam pollicebatur id erat eiusmodi, ὑγίεια vestibus inhigniebatur: vt idem Samosaten-

disputatis, sed accurata & acuta dicendi ratione, sententiis rei, de qua agitur, aptis & accommodatis, vt optatem maiora nobis dierum spatia concedi. Nemo enim de arte Cabalistica paruo momento satis dicere potest, tantæ sunt res, tam altæ, tam innumeræ, tam discriminosæ, vt oporteat summis ingenii viribus niti quemlibet eius cauſæ auidum & studiosum. Et circumspicere non modo, qua industria sit addiscenda, sed etiam quo sit periculo moderanda & exercenda. Nam cum ea scientia sit & rerum spiritualium & spiritualis, nec possit homo facile de spiritibus afferre iudicium is etiam, cui est inter Angelos & dæmones iudicandi concessa potestas qualibet discreta pensiculatione, vel vsque ad æquatam regulam, profecto non sine multa vtique formidine, ac nisi purgatis ante moribus isti facultati, & isti exercitio recte incumbitur, ne Balaam prophetæ sortem patiamur, ne viuentium matrem imitemur, ne sub figura lucis tenebras sequamur. Metuite vobis ab istis fulmine deiectis spiritibus, & sæuissimis hostibus nostris, atque credite mihi, ferunt inter nos mortales, vt Angeli, sic Diaboli vexilla quique sua. In exercitu Dei quatuor antesignani, מיכאל גבריאל אוריאל רפאל id est, Michael, Gabriel, Vriel, Raphael: initar elementorum quatuor, secundum quatuor situs, aut ini a quatuor numerationes spirituales, vt quondam filii Israel quatuor vexillis proficiscebantur, Num. 2. ad Orientem Iudas, ad Meridiem Ruben, ad Occidentem Ephraim, & Dan ad Aquilonem. In exercitu pariter Satanæ latissima gerunt signiferi vitores vela, סמאל עזואל עזאל מחאל id est, Samael, Azazel, Azahel, Mahazael: de quibus Menahem Racanat Leuit. 16. & in libr. 1. Pentateuchi sermonem tractat: quo in loco & Thargum Ionathan ipse super Genes. allegat. Deinde adhuc magnæ crebrescunt turbæ dæmoniorum & legiones, tartari profugę ac fugitiuę omnes portionem suam habentes in capro emissario, quę propter eorũ fœditatem & horrorem hic recenſere omittam, quanquam multa pars in S. Scriptura comprehendantur. Sed cum prouerbio Cabalistarum dicendi finem nunc facio, המשכיל יבין i. Prudens intelliget: si etiam hoc addidero, quod sicut Michael, הוא חכהן הגדול id est, ille sacerdos magnus, sacrificans in mundo superiori, animas hominum immaculatas Deo benedicto præsentans, damnadas autem, & vitiis oneratas ad Diabolum mundi ita pontifex in mundo inferiori, vt scriptum est Leuit. iubetur animalia munda & iustissime offere Deo, criminibus autem & noxarum pondere nerata tradere Satanæ: quod & Cabalistæ isti approbant, dicentes, המשיגים התחתונים לשיגים לעליונים וכפי העשות למטה כך נעשה למעלה id est, Quod omnes res inferiores sunt repræsentatiuæ superiorum, & vti sit inferius, sic agitur superius. Pottendum hæc singula & virtutibus debitum & vitiis, vt enumeretur cuique sit, quo viuat, & quo moriatur studio. Tota namque Philosophia nostra hoc est, vt bene viuendo bene moriamur: ne fortasse post futuri simus tartaro, & vltricibus furiis, omni frustrata spe, atque tum cuenire modo nobis. Nunc, quod valde discruciat, puto dissimulandum nobis esse, quando à mane ad noctem, & ante quam decuit, multiloquus vobiscum fabulor. Nam vt de me humaniter conie cturam facio, ita non indigne de vobis iudico, quod diuturno sopor abire solicitat. Tum illi: Diuellimur ab omni molestę (inquiunt) abs te, Simon, optatissimo petuo te audire: quamobrem de multis quæ de verbum quidem. At quod ita iubes, meminerimus, & abimus, reditui ad te in cubi- gerimus, & abimus, reditui ad te in cubinum, nisi tibi incommodum est. Ad hæc Simon ait: Nequeo celare amicos vos, quid mecum constituerim. Cras ad longinqua migrabo, vxoris nuptiarum causa, quoniam patrius vxoris Latisponte duxit, quæ res bene vortat. Tum Philolaus, Vrgeremus (inquit) cotis viribus, vt maneres, nisi non æquum esset: quin haud modo nobis (fateor) nari sumus: partem nostri amicissimam locamus. Igitur gratias tibi agentes fausta precamur itineri tuo, tuisque.

Hic Marranus, vna mœrore tactus, Vale (inquit) prospere feliciterque, amicissime Simon, atque virorum optime. Interea finem mandatum Francofordiensium expectate cogimur, cum mercatoribus nostratibus ab hoc emporio in patriam quisque suam tutius remeare queamus. Tum Simon, de more gentilitio, Pax vobis. Ad quod ambo isti: Vale, aiunt, Deus, i nostrum.

*COLLOQVII DE ARTE CABALISTICA*

FINIS.

LEONI



# LEONI X. PONTIFICI.

CAPNIO.

HABES Leo Decime, à Capnione humili seruo tuo, breui compendio recitatas in symbolica Pythagoræ philosophia, & Cabalæ sapientia vetetum opiniones atque sententias, exigui licet numeri, tamen quæ studiosis multo amplius cogitandi ac inuestigandi animum præbeant. De quibus ego mediocris ingenii, & minimæ prudentiæ homo nihil indicare autsim, nec sane iudicaueri: sed totum hunc librum tuæ subitio authoritati, cuius in arbitrium collatus est totius mundi censura, vt quæ displiceant tersim, & tum latabor cætera placuisse. Conatum hunc certe meum, quem & nostri & Reipublicæ vtili fuscepisse me potes existimare, videri tibi non plane improbum confido: tum quod aliena meo labore nostris pateant, tum quod hoc semoleste (inquiunt) abs te, Simon, optatissimo petuo te audire: quamobrem de multis quæ de verbum quidem. At quod ita iubes, meminerimus, & abimus, reditui ad te in cubinum, nisi tibi incommodum est. Ad hæc Simon ait: Nequeo celare amicos vos, quid mecum constituerim. Cras ad longinqua migrabo, vxoris nuptiarum causa, quoniam patrius vxoris Latisponte duxit, quæ res bene vortat. Tum Philolaus, Vrgeremus (inquit) cotis viribus, vt maneres, nisi non æquum esset: quin haud modo nobis (fateor) nari sumus: partem nostri amicissimam locamus. Igitur gratias tibi agentes fausta precamur itineri tuo, tuisque.

Hic Marranus, vna mœrore tactus, Vale (inquit) prospere feliciterque, amicissime Simon, atque virorum optime. Interea finem mandatum Francofordiensium expectate cogimur, cum mercatoribus nostratibus ab hoc emporio in patriam quisque suam tutius remeare queamus. Tum Simon, de more gentilitio, Pax vobis. Ad quod ambo isti: Vale, aiunt, Deus, i nostrum.

Hes Leo Decime, à Capnione humili seruo tuo, breui compendio recitatas in symbolica Pythagoræ philosophia, & Cabalæ sapientia vetetum opiniones atque sententias, exigui licet numeri, tamen quæ studiosis multo amplius cogitandi ac inuestigandi animum præbeant. De quibus ego mediocris ingenii, & minimæ prudentiæ homo nihil indicare autsim, nec sane iudicaueri: sed totum hunc librum tuæ subitio authoritati, cuius in arbitrium collatus est totius mundi censura, vt quæ displiceant tersim, & tum latabor cætera placuisse. Conatum hunc certe meum, quem & nostri & Reipublicæ vtili fuscepisse me potes existimare, videri tibi non plane improbum confido: tum quod aliena meo labore nostris pateant, tum quod hoc semoleste (inquiunt) abs te, Simon, optatissimo petuo te audire: quamobrem de multis quæ de verbum quidem. At quod ita iubes, meminerimus, & abimus, reditui ad te in cubinum, nisi tibi incommodum est. Ad hæc Simon ait: Nequeo celare amicos vos, quid mecum constituerim. Cras ad longinqua migrabo, vxoris nuptiarum causa, quoniam patrius vxoris Latisponte duxit, quæ res bene vortat. Tum Philolaus, Vrgeremus (inquit) cotis viribus, vt maneres, nisi non æquum esset: quin haud modo nobis (fateor) nari sumus: partem nostri amicissimam locamus. Igitur gratias tibi agentes fausta precamur itineri tuo, tuisque.

Hic Marranus, vna mœrore tactus, Vale (inquit) prospere feliciterque, amicissime Simon, atque virorum optime. Interea finem mandatum Francofordiensium expectate cogimur, cum mercatoribus nostratibus ab hoc emporio in patriam quisque suam tutius remeare queamus. Tum Simon, de more gentilitio, Pax vobis. Ad quod ambo isti: Vale, aiunt, Deus, i nostrum.

Hes Leo Decime, à Capnione humili seruo tuo, breui compendio recitatas in symbolica Pythagoræ philosophia, & Cabalæ sapientia vetetum opiniones atque sententias, exigui licet numeri, tamen quæ studiosis multo amplius cogitandi ac inuestigandi animum præbeant. De quibus ego mediocris ingenii, & minimæ prudentiæ homo nihil indicare autsim, nec sane iudicaueri: sed totum hunc librum tuæ subitio authoritati, cuius in arbitrium collatus est totius mundi censura, vt quæ displiceant tersim, & tum latabor cætera placuisse. Conatum hunc certe meum, quem & nostri & Reipublicæ vtili fuscepisse me potes existimare, videri tibi non plane improbum confido: tum quod aliena meo labore nostris pateant, tum quod hoc semoleste (inquiunt) abs te, Simon, optatissimo petuo te audire: quamobrem de multis quæ de verbum quidem. At quod ita iubes, meminerimus, & abimus, reditui ad te in cubinum, nisi tibi incommodum est. Ad hæc Simon ait: Nequeo celare amicos vos, quid mecum constituerim. Cras ad longinqua migrabo, vxoris nuptiarum causa, quoniam patrius vxoris Latisponte duxit, quæ res bene vortat. Tum Philolaus, Vrgeremus (inquit) cotis viribus, vt maneres, nisi non æquum esset: quin haud modo nobis (fateor) nari sumus: partem nostri amicissimam locamus. Igitur gratias tibi agentes fausta precamur itineri tuo, tuisque.

Hic Marranus, vna mœrore tactus, Vale (inquit) prospere feliciterque, amicissime Simon, atque virorum optime. Interea finem mandatum Francofordiensium expectate cogimur, cum mercatoribus nostratibus ab hoc emporio in patriam quisque suam tutius remeare queamus. Tum Simon, de more gentilitio, Pax vobis. Ad quod ambo isti: Vale, aiunt, Deus, i nostrum.

omnes doctissimi, quorum ego decretales quotidie literas accipio, etiam, à finibus orbis, confirmantes me nullis hominibus scandalo fuisse vnquam scriptis meis: quin me potiùs ædificare in dies, plantaréque variis linguis Ecclesiam Spiritui sancto, qui per diuersitatem linguarum cunctarum, gentes in vnitate fidei congregauit. Animaduertût nimirum, quod ego primus omnium Græca in Germaniam reduxi, & primus omnium Ecclesiæ vniuersali artem & studia sermonis Hebraici condonaui, atque tradidi: quare spero, me non frustra sperare posteritatem Ecclesiasticam meritis meis futuram non ingratam, atque præsentem, Leo Pontifex, rerum magis quàm verborum æstimatorem, pro tot & tam diuinis laboribus meis in Orthodoxam fidem beneficiis in eo collatis, pacem mihi & animi tranquillitatem iuste redditurum. Sin me vero exponi in hac vita malorum persecutioni perpetuo subiacere, vehementer gaudebo habere dignus, qui tantas pro CHRISTO nostro mercedes patiar.



# INDEX RERVM ET VERBORVM DILIGENTISSIMVS.

## AVCTVS ET RECOGNITVS.


ABATALION legis-peritus 5
R. Abaya 304
R. Abba 318.c
Abba Saul 636.c 458.b
Abbaie
Abdemelech eunuchus 514.d
R. Abdimi 202.g
Abel ligno occisus est 630.a
Abenruſt vocant Auerroen 614.f
Abenzina ibid.
R. Abha 325.c
R. Abia 310.c
Abidemus historicus 257.f
R. Abraham Pici 330.b
Abraham Alaphia 633.c
Abraham ante fidelis & iustus fuit, quam circumcisus 380.f
Abram cur vocatus est Abraham 321.c
Abraham quo anno natus 257.g
Araham in lege studere cœpit 38.a
Abrahæ nomen 322.c libri 637.f sinus 355.e
Abrahæ præceptor fuit Zadkiel 631.f
In Abraham virtus visiua fortior quam in Lot 728.a
Abraiion 636.a
Abubacher mathematicus 620.c
Abuciates 614.f
Abumaron ibid.
Acabia filius Mahalalleelis 636.d
Achaz quibus annis regnauerit 427.b
Achiah 729.b
Achias propheta 1
Actiones hominum nullæ essent, nisi prius in mente ducerentur 112.f
ד 566.c
Adam post esum vetitum vltra nongentos annos vixit 644.c
de Adam somnia Iudæorũ 626.b
Adam erexit altare & sacrificauit 629.d
Adam quare effectus est mortalis 498.a
Adam peccaturum Deus præscius 378.d
Adam cxxx. annis postquam genuit Habel, ab vxoris cognitione abstinuit 181.f
Adam suo peccato totum humanum genus infecit 357.a
Adam & filii eius propter ipsius peccatum, in carcerem inferni detrusi 356.d
Adar mensis Februarius 229.b
ארני vnde 76.c
Adorationis cultus soli Deo exhiberi debet 351.f
Adora circumactus 702.b
Adorandi verbum 352.a
Adulationis signum est oleum 705.g
Adulterii pœna 672.d
Adulterorum via 355.b
אלהים 509.b
Ægidius Viterbiensis de literis sanctis pulcherrima quædam scripsit 22.c
Æsculapius in virum euasit & fama & opibus magnum 671. a
Æsculapius fulmine ictus periit ibid. d
Æthra fulgor æternitatis dicitur 191.c
Agla nomen Dei 95.a
Agnus quid denotet 588.e
Agni duo quotidie in templo oblati 18.c
R. Aha 175 f. 316.c
Aharon virga, gemmas, flores, frondes & amygdalas edidit 398.a
in Aharonis virga significata est matris dei virginitas & integritas 413.d
Ahiæ Silonitis libri 638.a
אהיה 92.c
Ain est oculus 749.f
עירה 546.f
R. Akilas 9.c
R. Akiba 67.a, 201.b
אל 479.c
אל dictio varie accipitur 348.g
אל pro את 354.c
Aladiah 729.b
Albokari liber 391.c
Alcestis ab Hercule resuscitata 682.b
Aleph, vtamvel institutionem significat 749.c
Alexander Magnus Iudæorum pontificem adorauit 4.b
Algazel 448.c
Algazel philosophus libtum de nominibus Dei inscripsit 96.a
Algazel Alpharabius 614.e
Alimentum denotat Chœnix 705.f
Alma mater Messiæ ibid.
Alma dictio 148.e
עלמה 419.b,c,d
de Alphabeti Hebraici literis 749.d, 752.a
Alpharabius scriptor 657.e
Ambitionem faba demonstrat 706.a
Amicitiæ sedes est veritas, non adulatio 704.a
Amicitiæ conciliandæ in primis fuit Pythagoras studiosissimus 685.g
Amicitiæ veræ mysterium est panis 705.g
Amicitiam notat dextera ibid.
Amicitiam frãgere inhumanum est 704.a
Amicus, alter ipse 703.e
Amicorum omnia communia ibid.
עמים prò gentibus 303.g
Amon annis duobus regnauit 427.b
R. Amorai 754.f
Anauel 729.b
Andreas apostolus 375.c
Andreas apostolus Agææ proconsuli mysterium crucis exposuit 390.d
Angelus non debuit humanam naturam instaurare 337.c
Angelus bonus & malus 373.b
Angelus Politianus 611.d
Angelus ignis 724.c
Angeli adorare iussi Adam 384.c
Angeli diuisionis 722.f
Angeli custodes ventorum 766.c
Angelos omnes esse eiusdẽ speciei 766.f
de Angelis, diis & dæmonibus quædam 669.c,f

Aniel 729.b
Anima Dei est verbum suum 179
Anima dicitur dæmon bonus, siue genius 698.d
Anima hominis est Dei imago 677.a,b,c
Animam comedere cum carne quid 590.c
in Anima imago diuinæ trinitatis optime relucet 67.g
Animæ an simul omnes sint productæ 491
Animæ electorum non poterant nec debebant, nisi à Messia, Deo & homine ex inferno liberari 355.f
Animæ patrum omnes ter in hebdomada conueniunt 365.e
Animam comedere 274
Animarum iustorum apotheca 354.f
Animatum duo receptacula secundum priscos Hebræorum 354.g
Animalium quæ in sacrificiis Iudaicis mactabantur significatio 588.c
Ankelos. 274.c
Animositas Iudæorum sub Hadriano 263.c
Anni à condito mundo vsque ad diluuium 257.d
Annorum series ab orbe condito vsque ad Christum 257
Annulum arctum ne gestato 703.a
Annus solatis dies 365, & quadrantem vnum, ac minutas quinque continet 228.c
Antigonus patria Sichæus 3
Antiochi tessera 770.b
Antisthenis dictum de homine 694.a
Antoninus consul vrbis Romæ 75.d
Antoninus Consul interrogauit Iudæum de peccato originali 335.c
Antoninus Consul vrbis Romæ interrogat de sacrificio post Messiæ aduentum 364.d
עירים pro עיר 303.f
עיר non semper æternitatem significat 304.a
עיר dictio aliquando paruum tẽpus significat 303.f
עילם quid significet 565.a
אוצר 355.c
Apis Ægyptius artem medicinæ primus Græciæ intulit, tam in lignis eo seculo templarius, vt etiam mortuus in templis pro deo coleretur 671.b
Apollo Delphicus Syllæ in bello tesscra 685.f
Apollinis Delphici dictum de Deo 80.c
Apostoli accepto spiritu sancto, nunquam peccatum mortale admiserunt 402.f
Apostoli veri, piscatores & idiotæ 119.f
עצם 32.f,33.a
Arabis colloquium cum Iudæo de Messia nato 216.g
Archytas Pythagoreus Tarentinus 687.a
Arbor vitæ quid 403.c
Arborem mitem non violandã nec lædendam 703.c
Ariel 729.b
Aries quid significet 588.d
Arca 643.f
Arma homini sunt ornamenta 304.c
Aristobulus peripateticæ sectæ philosophus insignis 8.a
Aristoteles nihil eorum credidit quæ non vel manu tetigit, vel oculis cernere potuit, vel apprehendere syllogismo 685.d
Artaxerxes Longimanus 256.c
Artaxerxes multi, reges Persarum sunt dicti 233.c
Artium liberalium quatuor facultates 700.e
Asaliah 842
Asinus Balaam 398.b
Asse Rabbi 13.g
Assuerus Artaxerxes dictus & Chambises 233.c
Assuerus quatuordecim annis regnauit 252.f
Atlueri liber memorabilium 637.g
Astarotus hostis Capnionis 708.e
Astaroth deus Sidoniorũ 169.d
Astronomia numeris, figuris, ac dimensionibus mathematicis fidem habet 624.a
Athanasius de Christi diuinitate & humanitate 225.f
Athanasii testimonium de diuinitate & humanitate Christi 137.a
Athenagoras Philosophus Atheniensis legatus pro Christianis missus ad Commodum Imp. 662.a
Athenodorus Thatsensis philosophus 668.b
Athletæ caricis siccis & molli caseo, triticoque olim nutriebantur 679.d
Atta dictio innuit sapientiam Dei 24.e
Auaritia Iudæorum primi templi 272.a
Augustinus Iustinianus Nebiensis episcopus scholia in psalterium scripsit
Augustini sententia de peccato originali
Aurora quid
Autores sacræ paginæ veteres instrumenti
עצם
R. Azariel
R. Azarias
Azariel bar Salomo Garonensis 625.d
Azazel
R. Azdrias

B

באשים
Babylon à Babel
Babylon à quo ædificata
Babylonicus Talmud quo tempore sit compactus & editus 38.a
in Babylonica captiuitate periit
בחן
Babel
Balthasar tribus annis regnauit 252.e
Baptizatę fuerunt Sara, Rebecca, Rachel & Lia, & non circumcisæ
Baptismus contra omnis peccati & præsertim contra originalis peccatũ institutendũ est
Baptismus circuncisionem succedere debuit
Baptismi sacramentum est sacramentum nouę legis
Baptizabantur Iudæi vt ab immundiciis spiritualibus purificarentur
בר
Bar Niphli
Baranias Iudæus D. Hieronymo nocturnus fuit præceptor
Barcosba falsus Messias ab Adriano Imperatore deuictus 263.c
Baruch scriba
Basilicnse concilium
בעיל
Belus secundus ab Assyriis post deo cultus
Belus Agenoris frater
R. Ben Iuda Leui
Ben Cozba falsus propheta
Ben Cozba falsus Messias Iudæis receptus
R. Ben Sira
Bentamalion dæmon
Benzumæ
R. Berachias
Berescith
בריית
Beriith dictio continet antithesin
Beth significat domus
בחילא 49.b
Bethan, inde Bethusai 636.a
Bibliam totam Chaldæam Ionathan non fecisse 9.d
Bibliæ diuisio secũdum Hebræos 2.b
Bibliotheca Darii in Ecbatanis græcisa 638.a
Bitter ciuitas 264.a
Bitter vrbis raptio, eiusdemque filii Messiæ mors 264.a
Bon quid significet 588.c
Brachmanes Indorum 630.f

C

CAbala quid 713.c
Cabala quid sit, & quare veteres nostri de ipsa non meminerint 21.c
de Cabala, quæ ex nostris iuniores scripserunt 22.a
Cabalistica ars symbolica est philosophia 613.c
Cabalistæ sunt viri legem pie obseruantes, tamen contemplationi plus iusto incumbunt 640.f
R. Cahana 383.b
Caherbel 729.a
Cahel ibid.
Cabalæ literalis sensus comparatur 20.c
Caphe est vola 749.c
Capnionis libri de arte Cabalistica 21.b
Capnionis nonnisi nænæ Iudæorũ quæ fuerit causa 273.b
in Carne Christi nulla macula inuenitur 181.c
Casiu templum spoliauit Hierosolymitanum 210.a
Commentalia quæ 536.c
cum Deo Ionæ Deum locutum esse
Chaldæi qui 398.b
Chaldaica translatio an Ionathæ sit 117.f
Chambyses filius Cyri 231.a
Chanbith 729.b
Chaldæus super Timæum Platonis scripsit 213.d
Chemos idolum Moab 169.c
R. Chia 495.a
Chiun cruentaurus 671.b
Chæroine insidear 8 6.&c
Chæruit quid ibid.
Chythio varie accipitur 301.b
כי 413.a
כיתים 248.a
Chittim in forma, qua patri æquales est, nunquam à fidelibus fuse discedit 183.a
Christophorus Landinus 611.c
Christianis Deus non aliam pu-

nitionem quam paternã comminatur 167.b
Christus palmæ assimilatur 191.g
Christus sub quo Herode natus 200.c
Christus pœnitentibus acutus erit per iustitiam, & tener per misericordiam 454.c
Christi corpus glorificatum 294.f
Christum laudarunt nõnulli doctores Iudæi 10.d
Christi sanctitas comparationẽ non admittit 107.b
Christum damnarunt xxxi. iudices 199.a,&b
Christum scientiam humanam in tempore habuisse 151.b
Christum quatuor millibus annorum post mundi creationẽ completis passum fuisse 259.a
de Christo multa Thalmudici scriptores passim tradidere 4.a
in Christo tres esse substantias 109.b
Cibum in matella ne immittas 784.d
Cicero sæpe dictus est Latinus Demosthenes 678.f
Circumcisio tẽpore Messiæ spiritualiter fieri debebat 569.c
Circuncisio typum gessit effusionis sanguinis Christi 485.f
Circumcisio cõtra originale peccatum remedium fuit 386.a
Circuncisionem in signum Iudæis datam fuisse 571.d
Circuncisionem fuisse effusionis sanguinis Christi figuram 536.d
in Circuncisione duæ sedes præparatæ 447.g
Circuncisionum genera quatuor 587.a
Clemens Romanus 301.f
Clementis V. Ro. pontificis constitutio de libris Talmudicis Iudæorum in latinam linguam transferendis 26.b
Cœlum in quinque zonas diuisit Thales 699.c
Cæli sedes Dei vocantur 431.a
in Cœlo an foramẽ quoddam sit in septentrionali parte 23.d
Commentaria nulla nec literalia nec spiritualia ante Esram fuerunt 3.f
Conceptionis festum de ipsa immaculata virgine per annos fere mille celebratum 320.g
de Conceptione Virginis pulchra figura 397.c
Concupiscentias esse duas 371.a
Confessionis efficacia alter faciendæ 538.a
Cõstantinus Imperator se ac Romanorum imperium Christo subiecit 187.a
Cõstãtini donatio vicario Christi facta 187.a
Constantini tessera 770.b
Contemplatio quæ sit beata vocanda 708.c
Corne edas 703.b
Cordis cruciatum significat esca 705.f
Cornu Iudaici regni 517.f
Coronam ne carpseris 717.a
Coronæ literis impositæ 94.a
Costa Ben Luca 768.d
Creatura nulla pura ad reparandum genus humanum satis erat 357.d
in Crucis signo multa miracula edita 770.c
Crucis mysterium 373.c
R. Cumlai 560.c
Currus Dei 128.c
Cuttius & Decii imprudẽtiæ accusantur 673.c
Cyrus triginta annis regnauit 252.b,253.c
Cyrus, Artaxerxes dictus & Darius 233.c
Cyri regnum & victoria 133.c

D

ד 95.f
Daleth, ostium, fores, vel ianuam significat 749.e
Damabiah 729.b
Damnatis vinum à mulieribus missum 481.b
Damasceni de Christi diuinitate & humanitate egregia loca 109.c.d
Damasceni locus de trinitate 45.a
Damasceni dictum de Deo vno 41.b
Daniel 729.b
Danielis liber quantæ sit authoritatis 225.f
Darius duobus annis regnauit 252.f
Dauid vnum de Messiæ nominibus 547
Dauid duos inter cæteros filius 409.d
Dauid processit ex Ruth Moabitide 369.f
R. Dauid prauitas in interpretando dicta de Messia 224.b
Decem præcepta singulariter fœdus Dei 518.f
Decimæ secundæ 14.f
Dæmonium Socratis 767.e

Dæmones potestatem habuerũt sanctos & iustos in inferno vsque ad Messiæ passionem detinendi 253.d

Dæmones in forma hircorũ apparent iis qui credunt in eos 204.c

Dæmones boni sunt terrestres custodes mortaliũ hominum 665.c

Dæmonum narrationes scire 5.d

Demetrius Chalcondylis 611.c

Decius Cæsar 447.c

Deus Ἀπάτωρ 691.d

Deus in personis trinus est, in essentia vero vnus 39.b

Deus spiritus, ac summè simplex 43.g

Deus timor dictus 105.c

Deus cœlestium consilio non eget 73.b

Deus, ad cuius imaginem factus est homo, triplex dicitur habere verbum 112.c

Deus lux dicitur per essentiam 139.d

Deus frater Israelis à priscis Iudæorum dictus 176.c

Deus vt est Israeli propinquus 180.b

Deus est ex substantia patris ante secula genitus, & homo est ex substantia matris in seculo natus 224.a

de Dei nomine Tetragrammaton & Elohim cabalistæ quid sentiant 149.a

Dei operatio est immortalitas 690.b

Dei imago in homine quid 68.c

Dei nomina duo & septuaginta 98.c,99.a

Dei similitudines in anima 68.c

Deo an conueniat deambulare 174.b

Deum Alexandro auxilio fuisse 4.c

Deum trinum & vnum esse 39.a

Deus pro suæ fidei assertione, mẽdacio nostro nõ indiget 23.e

Dum substantiæ ac naturæ simplicitate vnum esse 40.a

Deum non habere nomen, cuius nos cognitionem habere possimus 75.f

Deum ex fœmina incarnandum fuisse, ipsumque Messiam verum Deum, verumque hominem futurum extitisse 108.b

Deum omnia præuidere, antequam fiant 371.d

Deum & hominẽ esse oportuit eum qui humanum genus reparaturus esset 337.f

Deum ignẽ esse Chaldæi & Hebræi perhibent 618

Deo nihil esse, quod non scripse Deus 378.a

in Deuteronomiõ R. Mosen Ægyptium scripsisse 2.5.6

Dexteram ne cui iniecueris 701

Diaboli omnem conatum & studium ergà homines in eo esse, vt eos decipiat ac fallat 593.b

Diaboli insidiæ variæ 592.c

Diaboli incarnati & laruæ furiales 616

Dies tripliciter solet accipi 219.a

Diligere rationalis naturæ proprium 115.b

R. Dimi 289

Dionysius Græcus 302.f

Diuitio Talmud 14.a

Dogmatum genus duplex apud Iudæos 1.a

Dolorem significat annulus strictus 705.f

Dominicus ordinis prædicatorũ fundator & dux 290.e

Domus dei, sedes dei appellatur 431

Domus Iuda est ecclesia Christianorum 317.a

Domus secundæ gloria 209.c

Domus Israel & domus Dauid 447.d

Dormientium septem, miraculum 447.d

Dosa filius Harchinas 636.a

R. Dosa 190.b & 447.e

Druidæ 655.c

R. Dustai 428.f

Duschai filius Iannai 636.b

E

Ebal mons 364.f

Ebihorayra socius Mahimedi 391.c

Ebumuce ibid.

Ecclesia primitiua tota in lingua græca fundata est 599.d

Ecclesiæ mootes qui 741.g

Ecclesiæ Romanæ se autor submittit 352.g

Ecclesiæ corpus mysticum 182.g

Ecclesiasticus liber 8.a

Edom interdum vocati Romanos 288.e

Eiael 719.c

R. Eleazar 269.f

R. Eleazar filius Samma 279.a

Eleazar filius Duma 445.c

Eleasdar filius Arach 613.b

Eleatica disciplina 661.g

Eleazar pontifex 7.d

Eleazar Hasma 64.b

Eleazar filius Azariæ ibid.

Eleazar filius Samua ibid.

Eleazar de Kaphar ibid.

Eleazar filius Iacob

Eleemosynam dare feria [illegible] eribus

Elementa vnde dicta sint

Elemiah

Elena regina Iudæos affli[illegible] b

Eliæ discipulorum tradit[illegible]

Eliæ oratio mirabilis

Eliæ colloquium cum [illegible] 219.f

Eliæ sedes vacua

R. Eliezer

Eliesder filius Hircani

R. Eliezer

Elissa filius Abuiah

Elysius campus

Elohim

de Elohim multa

R. Eniya

Enkoph

per Ephraim decem tribus [illegible] telliguntur

Equos niueos esse virginum [illegible] viri quam mulieres

Erasmi laus

Errores vulgi notat via publica 705.f

Esra an codices sacros primus punctauerit

Esras cum Nehumia vnus com[illegible] puratus liber

Esiæ tertius & quartus liber [illegible] Hebraice sint scripti

Estiæus historicus

Ethan Ezraica

Euangelica lex

de Eucharistiæ sacramento [illegible] ta & varia

Euilmerodach annis viginti [illegible] bus regnauit

Euilmerodach filius Nabu[illegible] 218.g

Euphorbus Troianus

Europa tota primum à filiis [illegible] phet habitata

Exacerbationis signum est [illegible] dius

Exercitus colorum apud [illegible] bræos

Ezra cabalam tradidit Simeoni [illegible] iusto, sacerdoti magno

Ezras sacerdos & scriba

F

Fabis abstinendum

Fabula de precibus simulatis & dæmonum

Faciem Dei esse Messiam

Fama crebra quid

absque Farina non sacrificandum

Fatum significans terminum [illegible] f







festum de conceptione 390.g

Fidei parens 710.g

Fidei radices 333.d

Fide plenus homo 107.c

Filius dei quare dicatur tener 57.c

Filius in diuinis quid sit 69.d

Filius dei duplicem in Messia habituare erat naturam 56.g

Filius dei verbum Dei 379.c

Flamineus vir quondam trium Iugorum periissimus, cuius libri in bibliotheca Romæ asseruantur 99.b

Fomes peccati concupiscentia 135.a

Forma & materia prima idem apud nos, quod apud vetustissimos philosophos vnum & duo 689.b

Fortunam notant res decidentes 706.f

Fraues strati 636.f

Fratres filios notat nigra cauda 701.g

Fullonum herba 137.d

Fuga quomodo olim fieret 354.e

G

Gabriel angelus à virilitate nomen habet 725.e

Gad rideutis libri 638.c

Galatinus postremus scriptor Cabalisticus 22.d

Galatini opus in sex distinctum libros, in 12 articulorum Hosiani distinctionem 605.b

Gamini oratio de dominica circumcisione coram Leone X. pontifice maximo habita 581.e

Gallus Apollini Phœbo, qui sol nominatur, sacer est, horarum & dei latus nuncius 672.b

à Gallo candido abstinere 702.b

Gamaliel cognomento senex 5.f

Gamalielis oratio pro liberandis Apostolis 5.f

R. Gamaliel 561.b

Gangis Iadorum rex 681.a

Garnalorum, & eorum qui excedunt ingrati, symbola sunt hirundines 705.g

Gazophylacium 198.a

Gazzi 337.d

Gehenna duplex 644.a

in Gehenna septem mansiones promptis 603.f

Gehenna appellatur profunda 347.b

Gehennæ septem esse nomina 347.c

Generatio hominum quadrupex 419.b

Gentem non potest esse absque generato 81.b

Geometra proportiones ab Arithmetico mutuatur 624.a

Georgius Vespucius. 611.d

Georgius Benignus de Saluiatis archiepiscopus Nazarenus libũ de vexillo victoriæ Christianæ scripsit 184.d

Germen vocatus est Messias non absque ratione 143.c

Gherim quatuor genera 524.c

Gherizim mons 364.d

Gimel significat retributionem 749.c

Gladium de manibus hostium arripere 26.c

Gladium acutum declines 702.d

Glebis ad faciendum ignem pro Ignis vtuntur in Flandria 448.b

Glorificata corpora quæ præcipua habeant 394.f

Gog nomen regis 318.b

Gog nomen vnde deducatur 319.b

per Gog & Magog qui intelligantur 161.c

Gregorii Nazianzeni laus 602.f

Gregorii Nazianzeni locus 44.f

Gymnosophistæ qui 666.b

H

Haaiah 719.b

Haamiah ibid.

העלמה in tribus solummodo locis in scripturis inuenitur 419.f

Habel idem est quod euanuit 606.a

Habelis sacrificium quid significarit 588.c

Habuiah 729.c

Hadas quid 162.c

Haddo videntis libri 638

Hadrac locus Damasci 454.c

Hadrac dirigere sonat 444.f

Hadrianus Cæsar decem ex Israel viros, qui doctrina, dignitate, ac genere cæteros excellebant captiuos in carcerem misit, scisciians vt quid iustum vendidissent 378.d

Hadriani tempore Iudæi omnes deleti 298.d

R. Haggai 506.b

Haggæeth quid 203.a

הגרים 654.a

Hakados librum de secretis ædidit 765

Hhaiah 929.b

Hahahel ibid.

חקש 621.c

R. Halabu 173.f

Halaphiha doctor 636.c

Hali 614.f

Halleluia significat, laudare dominum 606.f

חמאמרות 620.g

חמור 547.a

R. Hamai lib. de speculatione composuit 877.

Hamos propheta 1.a

Hanna quomodo interpretetur 400.b

Hanania filius Hachinæi 636.c

Hanania princeps sacerdotum 466.c

Hanania filius Acasię 636.c

Hanina 297.c

Hanina filius Dusa 636.c

Hanina filius Thradionis ibid.

R. Hanina filius Teradionis 279.a

R. Hamias 488.c

Harahel 729.b

Hariel ibid.

Harkamiah ibid.

Harmoniam significat Lyra 705.e

R. Hasda 481.a

Gasmal angelus Ezechielis 721.d

Hasmonæi sunt Machabæi 170.d

Hasmonai 503.b

R. Hassiya 210.d

Hasschi verba ereb crux vocatur 373.c

Hasiel 729.b

Hehaiedia 298.c

He, notat ecce 740.c

He, esse & viuere significat 81.a

de He littera quædam obscondita 83.d.350.c

He idem est ac Ecce 749.e

He & Heth, quid denotant 752.b

He, quinta alphabeti litera 414.e

Hebdomadarum termini 247.a

Hesiodi dictum 750.c

ה loco vau poni 205.c

Hebdomadam pro septem annorum spacio accipi 226.e

Hebdomadarum termini 247.a

Hebdomadarum anni an sint solares vel lunares 247.a

Hebræi ab Heber 357.f

Heccades Rabbenus tempore consulum Romanorum fuit & Antoninum Consulem allocutus est 154.c

Henoch disparuit 631.b

Henoch libri 637.g

Heraclides Ponticus 681.b

Hercules senex homines innumerabiles singulos cathenulis aureis colla reuinctos à lingua prudentibus trahit quocunque vult 673.e

Hercules incensus igni sacro petiit ibid.

Hercules morum formator, &

omnis ingenuæ disciplinæ in cunctis orbis terrarum præceptor fuit ibid
Herculem inter deos relatum, &. saluatorem esse promulgatũ in 170.c
Hermes Ttismegistus Ægyptiorum doctor 667.b
Herodes fuisse tres 200.d
Herodes Ascalonita Machabæos perdidit 504.d
Herodes Agrippa 200.d.e
Herodis Ascalonitæ genus 200.g
Heth, est terra 749.c
Heth, octaua litera alphabeti 454.c
Heth terrorem denotat 749.f
Heua mater viuentium interpretatur 606.d
Heuæ maledictio dolore parere 405.f
Hezekias quot annis regnarit 427.b
Hezekiæ tempore sol retrocessit gradibus decem, ab eo tinere quod fecerat 298.b
R. Hibba 388.d
Hieronymus de vocabulo bar, multa scribit 123.b
Hieronymum in Talmudicis libris nihil legisse 36.f
Hieronymi locus expenditur 478.g
Hillel multos habuisse discipulos 636.b
R. Hillel per centum fere annos antecessit Christum 27.f
Hillel LXXX. habuisse discipulos excellenti ingenio & doctrina præditos 5.e
Hippolytus papa 691.g
Hircanus Machabæus 15.a
Hirci atque captæ quid significarint 588.c
Hircorum in forma apparere dæmones 204.c
R. Hiyæ autoritas 477.c
Hirundines cohabitantes nobiscum ne habeamus 704.a
Hispanus quidam voluit psalmũ illum octogesimum nonum legere 480.a
חרש quid 582.f
Hogostrati obiecta contra Talmud. 22.f
Homo non poterat humanum genus reparare 357.b
Homo solum, quod in paradiso ab arbore vitæ cecidit 343.c
Homo ad imaginem Dei conditus 66.a
Homo ex duabus rebus compositus 617.a
Homo est quædã mundi huius effigies, vnde microcosmus, hoc est, Paruus mundus nuncupatur 698.f
Hominem vtilem arbor mitis figurat 706.a
Homine relucent omnium creaturarũ proprietates summarum & infimarum 762.c
Homines plerumque brutorum nominibus appellantur 306.f
Hortus nucis, titulus libri Cabalæ Ioseph 639.c
Hortus voluptatis, gan eden dictus 486.f
Hoseas tempore Achaz regis prophetauit 492.c
הוא Nomen diuinum 159.d
Humilitatẽ symbolice designat federe 705.f
חושש 2.c
R. Huna 70.g. 169.c. 302.
R. Hunna 295.b
R. Huspith. 279.a
Hylementa quasi elementa 750.c
Hymnus trium puerorum 3.d
Hypostases diuinæ tres sunt, vnus Deus 109.
Hippolytus papa 692.g
Hypsilon Pythagoræ, iuuentutis symbolum 709.c

I

Iabamiah 729.c
Iacobi Cohen alphabetum 1
R. Iacob Cohen 710.c
Iacob patriarcha in suo testamẽto inter cætera futurorum arcana Messiæ mysterium explicauit 193.f
Iacobus Faber Stapulensis 613. b
Iaddus pontifex 4.d
Ia, & Iah 765.b
Ih nomen Dei 729.a
Iah ihel 729.c
Iair filius Pinhei 770.f
Iamblichi autoritas 769.d
Ianai 336.c
R. Ibba 8.c
Ibnazatib philosophus 448.c, 449.b
Idæa diuina 616.b
Idololatria 269.g
Idololatria quando inceperit 258.a
Idolorum cultura Aquiloni cur potissimum tribuatur 24. b
Iehoiakim quomodo interpretetur 490.b
Iehoiakim & Eli vocatus est pater matris Messiæ 410.f
Iehoiakim, Vriam occidit 427. a
R. Iehosuas 1
Iehosua quid 1
Iehosua Iehosedac Pontifex
Iehosua filius Perahiæ
Iehosuas, Iehosuæ Syrach
7.f
Iehosua Syrach temporibus Ptolomæi Euergetis, fuisse, fuit, teste Talmud
Iehosuæ tempore, solis motus cœli per diem integrum sepositus
Iehosuam legis expositionem a Mose accepisse
יהוה duodecies variatum
יהוה Tetragrammati relatio 745.b
יהוה
יהוה ipsum Deum generatim significare
יהוה nomen Dei illud Tetragrammaton, Deum non effectum, sed per effectum designat
Iehu filii Hannani libri
Iehuiah
Ieialel
Icialel
Ieiazel
Ieiunium quater in anno latum
Ielahel
Ielahiah
Ieliel
Iemibatha
Ierathel
Ierosolymæ destructio
Ierusalem duplex, superna & terrestris
R. Iesebab scriba
ישוע quid & 350.d
Ignei spiritus
Ietsira liber mirabilis
Iosue quos præceptores habuerit 5.a
Iesus continet CCCXVII. trium arithmetica
Iesus quid significet 134. a, b
conueniat
Iesus Saluator, vel salus, seu saluatio interpretatur
Iesus nomen impositum
c
Iesus quidam nugator
Iesus an tres fuerint ante Christum
Iesus, cur inter cætera nomina Messiæ attributum
b
Iesus Nazarenus quidam Magus
Iesus Baptista à quo Herode occisus
Iesus Damascenus 43.a
Iesus Christi laus 11.b. 12.a
יצר הרע 335.c
Izrahel 719.b
Iezer omnia leuari 616.c
Iezer secundum naturę ordinem semper vrit 398.c
Ignis præparationis in altari domini semper ardere debebat, validus erat 206.b
Ignem gladio ne fodito 704.b
Ignorantiam auferre doctrina 472.c
Ihesus quid 203.a
Iliades prophetæ 318.g
Illusiua ingilla vice smuleti 768.
Imago Dei in anima vbi consistat 69.f
Imago Dei, in anima hominis relucet 87.g
Imanuel 719.b
Immanuel 182.c
Imperii rectores tempore Maximiani 724.b
Immutata tempora 218.c
Incomprehensibile nomẽ 712.b
Infirmitas medicamine remouetur 402.b
Indi & Æthiopes vtuntur Chaldea translatione 477.b
Insignum figuræ mirabilia 706.a
Ineffabile nomen 732.b
Infinitas precii, Danidi millia sunt 711.b
Infinite potens 668.d
Infinita multis appellatur nomi nibus 345.a.b
Inferus inferior & superior 355
Inferni spiritus Mamon 767.b
Infernus duplex 355.a
Infernus puteus 355.c
Infernum descendisse omnes patriarchas 349.d
Infernus fuit est fuisse, fore ad Christi passionem 353.g
Infernum duos esse habitacula 364.a
R. Ismael 345.a
Isaac centrum hominem figurat 706.a
Isaac mirabile nomen 731.b
Isacharis significant stragula leporis ibidem
Isacharitæ alphabeti 752.a
753. 754. 755.
Isacharitæ figuræ 750.d
Isacharis Bauariæ Ludouicus 774.b
Isacharis quidam significat lotiũ.
Isacharitanus dictus Constantinus Magnus 770.c
Isacharis Baptista à quo Herode occisus 200.f
Isacharitæ Damascenus

Kk 4

Iudæi falsum Messiam Bencozban receperunt 260.f
Iudæ tribus, Dauid familia 408.a
Iudæi paupertatem & humilitatem Messiæ negant 455.a
Iudæi veri, qui 316.c
Iudæorum obiectiones circa sabbati obseruationem 383.b
Iudæorum auaritia & scelera sub primo templo 272.a
Iudæorum idololatria 169.g
Iudæorum luxuria 270.b
Iudæorum homicidia 270.d
Iudæi cur à Tito & Vespasiano vexati 261.d
Iudæi Messiam occisuri 248.e
Iudæorũ error varius circa Messiæ acceptionem 238.b
Iudæorum centena quatuor & viginti millia ex Hispania pulsi 724
Iudæi librorũ parsimonia 75.f
Iudæis machabæus fuit, vt Græcis Antiochus, Romanis Cõstantinus 770.d.
Iustus ille Simeon fuit vlcimus, qui populo benedixit cum nomine quatuor literarum 75.b
Iuda dei confessio interpretatur 316.b
Iuda filius Tabai 637.
Iuda Nag'd ibid.
R. Iudas Hanassi 360.a
Iudas filius Thema 636
R. Iudas filius Solomi 428.f
R. Iudas filius Hachinai 279.a
R. Iudas 282.b
R. Iudas filius Baba 279.a
R. Iudas filius Elai 263.a
R. Iudas filius Dama 279.a
Iudas Simonis ob probitatem & doctrinam sanctus vocatus 13.f
Iudæi nostri temporis omnium gentis suæ impurissima fex 30.a
Iudæi propriis scripturis cõuincendi 37.a
Iudæi ex regno Neapolitano expulsi 41.f
Iudæi ab Hadriano obsessi 263.b
Iudæi quare nõ statim post Christi mortẽ puniti sunt, sed post annos quadraginta captiui atis 279.g
Iudæi testa figuli dicti 283.c
Iudæi in omnibus terris sunt abominabiles 291.b.c.d
Iudæi comparantur mulieri adulteræ 422.f
Iudæi veri qui 316.c
Iudæi in diuinis scripturis minoris sunt intelligentiæ quam asini 505.d
Iudæorũ triplex genus post passum Christum 11.e
Iudæorum populus maxime ad idololatriam pronus fuit 41.f
Iudæorum circa Messiæ acceptionem varius error 238.a
Iudæorum maxima strages 264.b
Iudæorum multa milia occisa 262.a
Iudæorum nomen vnde 510.d
Iudæorum reprobatio cur contritio sit dicta 506.f
Iudæorum centena quatuor & viginti millia pulsi ex Hispania 615.d
Iudæorum priscorum sententia de verbo Dei 112.e
Iudæis tria proponuntur 178.e
Iudæos per Romanos fuisse perdendos 515.a
Iudices per annos quadraginta ante templi destructionẽ, expulsi fuerunt de consistorio Gazith, & habitauerunt in Hamith 203.b
Iudices Iudæorum cum aliquem morti traderent, tota die nihil comedebant 199.a
Iudicum tribus 199.b
Iudicii Iudæorum modus ibid.
Iudicta animarum apud Iudæos non in omni loco iudicabantur 203.e
Iudicialia quæ 516.b
Iustitia an sit sine misericordia 107.b
Iustitiæ symbolum statera 705.f
Iustus mundi fundamẽtum 161.a
Iustorum mos 490.d
Iustorum septem mansiones 605.f

K

Kabala dicitur, ab auditu acceptio 614.c
קדי 31.d
Kippod angelus mortis 486.e
קמוץ 447.a
Kuph significat reuolutionem vel circuitum 749.f

L

Labium electum 599.b
Lamed est doctrina 749.f
Lamentat onum libri 638.a
Lamia Menippi Licii philolophi 678.c
de Lapide precioso & melle similia 26.a
Lar familiaris 668.b
Lar deus Martii tessera in bello 66.f
Larua 668.c
Latissæ pulchritudo 671.b
Lauiah
Laurentius Médices Magnifici propago
Lecabel
לקח quid
Lehahiah
לחם
Leo pontifex maximus
Leonis pontificis X. laus
Leones Danieli nihil nocumenti intulerunt
R. Leui
R. Leui taxatur ob fallam expositionem
Leunculos esse gentes
Leui h
R Leuitam
Lex membrorum
Lex carnis
Lex vetus quæ continebat
Lex non semper eodem ritu obligat
Lex naturæ
Lex Mosaica mutabilis
de Legis veteris datione & obseruatione Cabalisticarum traditia
de Legis mutabilitate Talmudistarum sententia
Legis veteris præcepta quatuor
Legis & regiminis signum
Legem plerunque sacræ literæ pactum vocant
Legem ante mundi cõditionem creatam fuisse, ac literas nigris in dorso ignis caelo scriptam
Legem veterem in cunctis remonialibus iã esse
Libertas Cominetus Hispanos quatuordecim linguarum peritos
Liberi multi amissi
Libri qui authẽtici apud Iudæos
Libros multos Iudæos habuisse præter legem & prophetas ante Christi aduentum
Lignum crucem designare
Lignum vitæ.
Limbus patrum
Limbum patrum quomodo Hebræi vocabant
Lingua cordis interpres





Lingua mala, quæ contra Deum loquitur, grauior est, quam idololatria 462.f
Litanus Plauti seruus 678.f
Litterale & spirituale sensus 20.d
Laurea cum tribus coronis & earum secretum 93.f.& 94.a
Logicus de parte orationis à Grammatico recepta credit 235
Lomah 729.b
Lucretius 690.f
Lucii Fanni liber 658.c
Lucifer quare factus sit diabolus 384.b
Lumen vespertinum semper arcebat 206.b
Lunam Iudæi tempora computant 582.g
Lunares anni ex trecentis quinquaginta quatuor constat diebus 228.c
Luxuria 270.b
Lycon luscus 684.c
Lyram cantibus vtẽdum 689

M

Machabæi vsque ad Herodem Ascalonitam Iudæorum principatum obtinuerunt 196.f
Magi Persarum 679.c
Magistratus fabis eliguntur ptiorum more 704.c
Magog nomen gentis 317.c
Mahabiah 729.b
Mahaziel saran 772.d
Mahomedus veritatis catholicæ inimicus 391.b
Mahomed quid de miraculis Christi senserit 447.b
מחשרת 2.a
Malchiel angelus 729.a
Malum nihil nisi vitium & dæmonium 630.f
Manen 667.c
Manahel 729.b
Manasses quinquaginta quinque annos regnauit 427.c
Manasses Isaiam iudicans iudicatur 265
Mandragoræ natura dedit homini spiritum 391.f
Manu dens 698.c
Manus inter pedes & caput locatæ 617.f
Manuum impositione quinquies necessaria 199.c
R. Manuar 14.a
Margarita gẽma quomodo generatur in ostrea 146.c
Margaritæ obscurit in ædibus latent assimilant Iudæi allegoricum sensum 20.f
Maria blasphemque concupiscentia & libidine genita 400.a
de Maria Virgine & rore similes 146.c
Maria an fine originali peccato 390.a
Maria virgo an fuerit sine peccato 144.f
Maria mater Christi quare dicatur ptimus homo 383.f
Maria quare mortua 404.c
Maria mater Messiæ nunquã mẽstrua passa fuit 405.a
Maria haud quaquã peccati Adæ particeps 404.c
Maria vt mortua est, mox gloriosa resurrexit & vna cum filio in cœlum assumpta 404.d
Maria Virgo assimilatur sapphiro 342.g
ex Mariæ matris Messiæ materia, facta est virtus, quæ in nobiliore loco & membro corporis Adæ conseruata fuit 380.d
Mariam abæterno à deo præuisam fuisse, filium ipsius deo cõcepturam, atque verum Messiam Deum & hominem pariturum 376.d
Maria assimilatur abaco 380.a
מריתי 483.b
Marinus grammaticus Hebræas 755.c
Marsilius Ficinus 611.d
Marsilius Græciam duxit in Latium 611.c
Marranus Mahometista 612
מאין quid 63.c
Materia alterationis mater 695.b
Mathathia 636.
Matrix auroræ quid 436.b
Matakel & mebahiah 729.b
Mehahel 16
Medicina quid sit secũdum Auicennam 402.b
Mehiel 16
Mehokekim qui 198.d
R. Meir 27.a,341.c,370.f.636
Mekablim 636
Melahel 729.b
Melchisedec erat Sem filius Noe 661.
Meloch idolum filiorũ Ammon 169.e
Mem significat aquas 749.f
de Mem clausa 413.a
Mem duplicem habent Ebræi 151.c
Memoria est notitiam rei apud se habere 68.b
R. Men 505.c
R. Menahem 505.d
Mendacium Iudæis delectabile 423.b
Mensa varie accipitur in scriptura diuina 481.f
Mensem lunarem conficit lunæ cursus 337.d
Menstruorum causam in muliere superfluitatem esse materiæ 405.a
Mesech Iosephus vocat Cappadoces 319.f
Messias constituitur ex diuinitate, anima & corpore 109.a
Messias non incongrue nos appellatur 146.g
Messias non abiq; mysterio Dauid nuncupatur in sacris scripturis 167.b.& c
Messias pacem inter deũ & homines positurus erat 133.a
Messias mons & adiutor 177.c
Messias secundum quam naturam caput ecclesiæ esse debet 182.c
Messias quare dictus Silo 197.a
Messias à Iudæis interficiendus 248.d
Messias docturus tribus annis cũ dimidio 250.f
Messias de Virgine clausa nasciturus 251.f
Messias venturus Romanis dominantibus 259.c
Messias ad relaxandum originale peccatum, & ad inferendas animas in paradisum venturus erat 246.d
Messias semper fuit omnium iustorum desiderium 351.g
Messias quam pœnitentiam in remissionem peccatorum totius mundi actus erat 371.e
Messias dicitur sanctuarium sanctuariorum 246.f
Messias rex componitur ex diuinitate & humanitate 312.g
Messias sæpe in sancta scriptura Dauid appellatus 181.e
Messiæ nomina 747.d
de Messiæ dignitate multa Iudæi scripserunt 8.f.& 9.a
Messiæ humana & diuina natura 172.a
Messiæ nomen hebraice, chaldaice, græce & latine 109.a.b
in Messiæ regis substantia inueniuntur duæ filiationes 112.b
Messiæ duplex natura 116.e
Messiæ aduentus duplex 185.a
Messiæ passionis merito omnes saluari 344.a
Messiæ duo egressus 223.e
Messiæ corpus absque virili semine nasciturum 282.a
Messiæ tribuitur saluatio æterna 329.b
Messiæ falsi mors prædicta 261.g
Messiæ regnum spiritualiter intelligendum 454.a
Messiæ humanitas dicta dei sedes 432.a

Messiæ diuinitatem Talmudistæ tradiderunt 24.d
Messiam esse Dei filium 122.a
Messiam secundum diuinitatem semper in Deo fuisse, & ante mundi creationem extitisse 49.c
Messiam Deũ esse euidenter prisci Talmudistæ tradiderũt 47.a
Messiam vnum faciunt corpus, vnima, & verbum Dei 130.b
Messium esse faciem Dei 137.c
Messiam esse lumen quæ Deus est.138.d,e
Messiam nomine Tetragramma ton vocandum fuisse 129.b
Messiam Deum & hominem esse 167.a
Messiam ipsum esse Dei nomen 124.d
Messiam filium Ioseph, & Messiam filium Dauid eundem omnino esse 192.b
Messiam iam venisse certum esse 205.a
Messiam esse verbum Dei 228.g
Messiam ad inferum descendisse 486.c
Messiam esse faciem tuam 488.a
in Messia duæ naturæ, & tres substantiæ 181.d
Mercurius Trimegistus 80.b
Mercurius Trimegistus Ægyptiorum legislator 531.f
Mercurius Termaximus Ægyptiorum illustris legislator 690.e
Meritum mortis Messiæ 484.a
Mens suprema in homine 619.c
Mentis opificium est vita 690.b
משל 20.d
משיחים 511.f
Metatron 68.c
Metattron angelus Mosis 635.d
Mezlim liber 391.c
Michael 729.b
Michael à studio ac admiratione nomen habet 275.e
Michiam 276.b
Midad propheta 317.g
Milcom idolum Ammonitarum 169.d
Miracula templi vna cum sceptro periisse 205.f
Miracula quæ Christo nato acciderunt 213.c
Miracula Christi trifariam ostenduntur 448.e
משיח 13.g
Mitti in diuinis quid sit 50.g
Mezrael 729.b
R. Moshem Racanati 638.d
Moderamen notæ sal 705.f
Molestiam onus insinuat 707.g
Moly herba 714.c
Monasteria olim habitacula Christianorum 10.f
Mons Gerisin 365.c
Mons Ebal 365.a
מועלא 621.c
מועת 458.d
R. Mor 14.a
Moralia decem sunt præcepta, sine quibus salus nequit esse adultis 556.e
Motalia præcepta semper sunt seruanda 565.a
Mores antiquati difficile deponuntur 500.b
Mores vnde dicti Græcis 701.g
R. Moses filius Maimonis 638.d
Moses Ægyptius Rabbinus 1.d 20.c 21.c
R. Moses ben Maimõ 161.b 330.e
R. Moses filius Nehmani 638.c
R. Moses filius Nahman Gerundensis 246.f
R. Moses Hadarsan 218.g
R. Moses Gerundensis 651.d
Moses prophetauit in visione lucida & clara 63.d
R. Moses Ægyptius 273.f
Motis libri de bellis domini 637.g
Motis virga ex qua arbore excisa 374.c
Motis virga serpens effecta 338.a
Mosen legem non punct 332.a
Mumiah 279.c
Mundus creatus propter Messiã 160.d
Mundi regnum tempora & paupertas minime conueniunt 159.f
Mundi generalissimi numero sunt tres 380.a
Mundi definitio secundum Aristotelem 380.c
Mundi duo à Cabalistis sunt recepti 641.a
Mundum creauit Deus amore Iesu & Mariæ 379.e
Musca cœlitus exusta 9.b

N

Naamaterra Iudææ, quam promissionis appellant 518.f
נערן 480.b
נערת 419.b
Nabuchodonosor quot annis regnauerit 231.a
Nabuchodonosor annis viginti sex regnauit 252.e
Naghish quid 247.c
R. Nahmon 318.a
Nanael 729.c
Nathan prophetæ libri 638.a
R. Nathan 123.g,295.a
R. Natronai
Natura quid 41[illegible]
Natura sacra est anima [illegible] ætna
Naturæ duæ in Christo
Naturæ ordinem deũ nolle [illegible] re
Naturæ langnor
Ne gustes ex iis, quibus [illegible] cauda
Nebiensis præsul
Necessarium quid
Nehonia filius Hacana
R. Nehumias
Nehumias Heccenæ filius
Nelchael
Nentamiah
Nemcroth homines ignem [illegible] rare cogebat
Neorai
Nestorius hæreticus tutam [illegible]
Nekabel
נצח
Nicænæ synodi decreta
נרדם
נתן
Niniue quando à Nino condita
Nisan mensis Mattius
Nithael
Nithal Arbelensis
Nicæus Aiboleulis
Nithhaiah
Nomen Dei
Nomen duodecim literarum, nomen quadraginta duarum literarum
Nomen Dei esse Messiam
Nomen Messiæ vnde
Nominis Dei Tetragrammaton literæ quid significent
Nominis Dei interpretatio b, b, 82, a, b
cũ Nomine Dei quotidie horium populo benedicere
Nomina rebus consona efficabent
Nomina Dei omnia attributa
Nomina diuina tria ex [illegible] huius nominis compositæ
in Nominibus sacris maximæ latere virtutem
Nominũ impositio penes quos esset
Nun filiationem significat
Numenius Pythagoricus
Numerationer decẽ quibus hominẽ cõtingit rerum apprehendere
Numerum esse vniuersæ [illegible] cipium
Numerorum quatuor [illegible] dus





O

Octauianus post mortem Cleopatræ imperauit xliij annis 258.e
Olim gratis, quo Christum Iudei perfecuti sunt 276.d
Omnion Celtæ nominarũt Hercolem 672.e
Olã sons è terra emanauit Romæ Christo nato 213.e
Oleo eodem ne abstergas 704.b
Oliæ vestigium in cinere conditio 703.b
Olympum prisci intelligũt quinque elementum 665.c
Omael 729.b
Onkelos. R. filius Sors Titi Imp. 5.c
Operum bonorum merces in hoc seculo non expectãda 333.b
Orael Garonensis 638.f
Originale peccatum quid 334.g
Originale peccatum nihil aliud est, quam ipsius originalis iustitiæ carentia 344.c
Originale peccatum à Messia expiatum 644.c
Originalis peccati magnitudo 351.d
in Originali peccato an Maria conceperit 379.f
Orpheus græcorũ primus theologus 665.d
Orpheus vetustissimũ vatũ 672.d
de Ostrea & Maria Virgine simile 146.e
Othone mortuo Vespasianus in Imperatorẽ deligitur R6.262.d
Otia simplicitatem atque mansuetudinem significauit 588.e

P

Pædeuticus liber Pythagoræ 701.d
Pahaliah 729.b
Palma fandæ 354.e
Panis propositionis 548.b
Panis facierum 548.a
Panem ne frangito 704.a
Panem in corpus, & vinum in sanguinem eius in sacrificio mæ & realiter transubstantiada fuisse 594.f
Pariter ataxus Mariæ virginis 46.b
Pantæus Christus vocatus. ibidem c
Paradisus duplex 643.e
Paradisus duos Mahomet nobis proposuit in Alkoran 793.c
Paradiso carnali copula Adam & Eua potuissent conuenire absque peccato 400.g
Paruuli baptizati per baptismi sacramentũ redimuntur 403.a
Pascha in lege significatio 588.e
Passionis Christi figura & vmbra 556.f
Patres apud Hebræos fere semper & non matres filios nominã imponere solebant 147.f
Paulus Israelita 22.b
Paulum ad pedes Gamalielis legem didicisse 5.f
Paulus à diabolo colaphis percussus 353.c
Pe, est os 740.f
Peccatoris condẽnatio quæ 453.a
Peccatum originale quomodo ab Hebræis nuncupatur 335.c
Pecca a Saul propter quæ occisus est 310.f
Peccata Iudæorum primi templi 269.f
Peccatum Iuda & Israel vnum idemque 276.a
Pehel angelus 729.a
Peliel angelus Iacob erat familiaris 633.a
Pentateuchus 2.b
Pentateuchus à quo in Chaldæam linguam traductus 8.g
Pericula significat acutus gladius 705.g
Perpetuum quid 565.b
Personarum identitas, ac diuinæ essentiæ vnitas indicatur 72.f
Petrus apostolorum princeps 122.b
Petrus niger 14.b
Pharisæi sunt expositores, qui de suggestu & cathedra Moysi sẽper instant operi, prædicant, & plebem hortantur 640.f
Philolaus iunior Pythagoreus 613.d
Philo Hebræorum disertissimus 10.f,7.d
Philon ex sacerdotali genere progenitus 10.c
Philonis liber de viris apostolicis 10.f
Philonis liber sapientia Salomonis inscribitur ibid.
Philonis Hebræi liber an hebraice inueniatur 3.d
Philonis libros synodus Nicena recepit 11.f
Philonem multa scripsisse de dogmatibus Christianis ibid.e
Philosophiam moralem in tribus consistere 701.g
Phinees corruptum nomen 1.e
Phoronæus Græcis leges dedit 451.e
φῶς & hominem & lumen significat 441.d
Phylacteria quæ fuerint 563.c
Pinhas Eleazari filius 1.e
Piscem nemo vnquam audiuit in sacrificiis esse immolatum 684.f
Pisces ne gustato 704.e
Planetæ septem hebdomadam faciunt 377.c
Platonem nihil aliud esse, quam Moysen attica lingua loquẽtem quidam dixit 668.f
Platinus mysteria Pythagoreorum perfectissime sectari visus est 691.g
Pœnitentiæ portæ nunquã claudi sunt in isto mundo 539.c
Pœnitentiæ efficacia 453.f
Pœnitentiam post naufragium secundam esse tabulam 537.c
Pœnitentiam Christum prædicasse 512.e
Poeta & orator à musico proportiones mutuatur 624.a
Poiel 729.b
Populus, in scriptura pro gentilib. accipitur 447.a
Porcinæ carnes tempore Messiæ esui mundæ futuræ erant 590.f
Porphyrii Iudæi blasphemia contra Danielem 225.f
Poræ quinquaginta prudentiæ 723.a
Portenta circa Christi ortum cõtingentia 213.d
Præputiorum genus quadruplex 569.d
Præteritum pro futuro in scriptura quare ponatur 418.e
Præterito pro futuro cur prophetæ vtantur 32.f
Principia tria esse rerum 699.f
Prodicius Hercules 675.d
Promissa quæ 556.d
Promissiones Dei Iudæis cum conditione factas 496.e
Prophetam fuisse Christum 451.g
Prophetæ idololatrici cultus ablationem præcipue semper & vbique optarunt 292.f
Prophetarum animæ absque corporib. an datioui legis interfuerint 49.a
Prophetarum omnis lingua, de futuro tanquam de iam facto loquitur 428.g
Prophetas libros suos non punctasse 32.a
Prophetas deũ mittere ad annũciandum verbum suum 121.a
Prophetica lingua omnis loquitur de futuro, ac si iam factum sit 32.a
Propinquorum symbola sunt vngues & crines 705.g
Prouerbia Salomonis quomodo intelligenda 421.e
Prudentiam designat circumactio 705.f

Pſellus de diuina & humana Chriſti natura, egregia ſcripſit 136.a
Ptolemæus Philadelphus 7.d
Ptolemæus Philometor iuſſit Commentaria in Moſen ſcribere ibid.
Ptolemæus Euergetes primus 6.g
Pueri ex matrum vtetis locuti ſunt 213.c
Puerorum trium hymnus 3.d
Pullus columbæ quid ſignificet 588.c
Puncta & accẽtus apud Hebræos quando cœperint 741.c
Puncta ſenſum ſcripturæ diuerſum reddunt 31.g,&32.a
Pythagoras dictator veritatis, vel alter Apollo nominatus 676.b
Pythagoras nihil prius diſcipulos ſuos docuit, quam tacere 664.e
Pythagoram tres libros ſcripſiſſe 680.c
Pythagoram ſemper de diuinis rebus obſcure locutũ 666.f,g
de Pythagora multi varia mendacia ſcripſerunt 676.c
Pythagorici ex decem vniuerſa conſtare dicunt 687.a
Pythagorica ſymbola 684.f

Q

QVæ deciderunt, ne tollito 703.c
Quidraginta duarum literarum nomen 88.c

R

RAb & Semuel collegæ 13.g
Rabba filius Rab Aſſe 202.c
Rabban Iohanan Ben Sdachai 636.d
Rabban Gamaliel ibid.
Raban Simeon ab Hadriano Cæſare occiſus 6.a
Rabbenus Flaccados miranda de Chriſto ſcripſit 6.b
R. Rahmo 504.g
R. Rahmon 522.c
R. Rabamon 203.f
R. Ramban 542.c
Rãban inſignis aſtrologus 620.d
Ramban inſignes commentarii 638.c
Raphael à medicina nomen habet 725.c
Raphael fuit præceptor Iſaaci 632.e
Rapinam ſignificãt vngues cutui 705.f
Raſticellus Hercules appellatus 678.f
Raziel angelus 729.b
Rechabitarum domus 514.e
Redemtionis ſex modi 402.f
Redemtionẽ duplicẽ eſſe 402.c
Redemtor nullus niſi Deus 125.f
Rehael 729.b
Reiaiel ibid.
Reges tres Magi 213.g
Reges & principes dicuntur mõtes 300.g
Reges gentium ad Meſſiam adorandum venerunt 439.g
Reges decem enumerantes, qui mundum gubernarunt 284.f
de Regum genealogia libros Herodes exuſſit 201.a
Res cunctæ vniuerſaliter in quinas cõditiones diſtribuũtur 717.b
Res ר ſignificat egeſtatem 750.f
Reſurrexiſſe quoſdam 681.c
Reſurrectio Chriſti noſtræ reſurrectionis generalis futuræ exemplum 496.f
Reſurrectio generalis mortuorum 595.f
Rhetor à logico argumentationum aſſumit locos 624.a
Riſui æque atque triſtitiæ manus non dedendas 702.g
Roehel 729.c
Roma ſub leone eſt 298.a
Roma nouã 613.g
Roma, eccleſiæ caput 287.g
Romanorum Imperator ſuper vniuerſum orbem dominium habet 187.a
Ros natiuitatis quid 436.c
Ros deſignat Meſſiam 146.d
de Rore & Meſſia ſimile 146.c
Rufi Romani colloquium cum Iudæo de ſabbato 583.f

S

SAbbath liber 5.a
Sabbatum quid proprie 711.g
Sabbatum ſpirituale aliud non eſt, niſi non habere peccatum 501.f
Sabbatum requies interpretatur 582.a
Sabbatum ſæpe Chriſtum ſoluiſſe 584.d
Sabbatum ſeruare Iudæi prohibentur 162.c
circa Sabbati obſeruationem Iudæorum obiectiones 583.b
Sabbati cultum non eſſe de lege naturæ 586.c
de Sabbatico fluuio figmentum Iudæorum 583.c
Sacramentalia quæ in lege 556.f
Sacrificium quod Iſraei facturus eſt poſt Meſſiæ aduentũ 364.c
Sacrificium nouum Meſſias inſtituit 539.c
Sacrificia virtutes & bonos mores ſignificantia 588.c
Sadai quid 745.f
Sadai nuncius 633.d
Sadai nomen Dei
Sadai nomen proprie Mo competit
Sæhiah
שקל
שקרן
Sal nota modeſtiæ 437.c
Salem ne tranſgrediaris Prou 702.d
Salem apponere
Salii Martis gradiui ſacerdotes 690.g
R. Salomon Gallus
Salomon nulla idola 276.d
R. Salomon Gallus
contra Salomonem Deum excitauit, vt ei non eſſet integra, qui patris nomen ſolum habetet
Salus omnis imperfecta, quæ tempore frangitur
Saluare proprie ſolius Dei 160.a
Saluati quid
Samgath filius Ariath
Samael dæmon
Samai, & diſcipuli eius
Samæus legiſperitus
Samech ſignificat oppoſitionem 749.f
Sammai & Hillel mouẽtur lites mata in Iſrael
Samamei qui
Sampſon cur ſeipſum occiderit 352.f
Samuel minor
Samuel an apparuerit Saul 352.c
Samuel Nagid
libri Samuelis videntis
Sanctus nemo dicitur niſi p mortem
Sancti dicti ſunt montes
Sandalphon
Sanguis ſub vini ſpecie occi tur
Sanguis fluuius
Sanguis lapides magnos v 263.g
Sanguinis effuſio
Sanhedrin extra terrã Iſrael ſtituere Iudæi nequeunt
Sanhedrin munus & pote quæ
Sanhedrin, iudices ordinati
Sanhedrin caput Iudæorũ
Sanhedrin omnes Herodes rimi fecit
Saphiri materia ex terra
Saperie quid
Saracenorũ authẽtici libri
Saracenorum libri
Saul qualia peccata fecerit
Saul impius an Samuelem





ruit 251.b
Saulem quidam poſt mortem in loco iuſtorum receptum aſſerunt 251.d
Sceptrum quando de tribu Iuda ablatum 194.a
Sceptrum Iudaicæ Academiæ quando penitus defecerit 6.a
Scientia boni & mali arbor 403.f
Scripturæ Indæorum authentici, qui Chriſti aduentum antecellerunt 6.d
Scriptura ſacra ænigmatibus & variis figuris obſoluta 37.b
Scripturæ conſuetudo diuinæ, molmudini quandoque aſcribere, quod vel ab vno ſolo factum eſt 481.d
Scripturæ populorum 447.a
Scripturæ ſacræ vſus & vtilitas 619.d
Scripturæ depranandæ varius apud Iudæos modus 28.g
Scripturæ corticem ſolummodo conſiderant Iudæi 20.a
In ſcriptoris dubio, debet ſemper humanitas in melius interpretari 312.a
Schin, notat arma 864.
R. Sedias 427.d
Seelah 729.b
Seelthieles duos fuiſſe 410.a
Sebaoth crucis myſterium habet 375.d,374.a
Sechel 618.c
Seculum venturum in ſacris literis tempus Meſſiæ ſignificat 512.d
Secula duo 321.f
שדים 14.b
Sedechias quot annis regnauerit 364.f
Sedeci apoſtolos, cum illis lauauit Chriſtus pedes 306.b
Sedium tria genera 431.c
שדי 566.c
Sedu dictio variis modis accipitur 163.c
Salomon in ſacris ſcripturis vocatur Meſſias 167.c
Sem hamephoras nomen cur dicatur 84.c
R. Semaya 207.c
Semaya legiſperitus 5.a
R. Semlai 67.d
Semeia 636.c
Semeiæ prophetæ libri 638.a
R. Semuel filius Hia 30.b
R. Semuel 211.b
Semuel propheta & ſacerdos 11.c
R. Semuel filius Nachamani 336.
שרים 491.b
Sephiroth 345.b
Sephiroth 617.c
שמירת 464.c
Septentrionem ſiue ſiniſtrum antiqui allegorice ſoliti ſunt vocare, hominum malitiam, dæmonumque prauitatem 24.b
Serpens æneus 335.b
Serpens collo inuolutus inuentus in falſi prophetæ occiſione 263.g
Septuaginta interpretes 7.b
Septuaginta interpretes multa transferre omiſerunt, & multa mutauerunt 28.a
Siboleth teſſera Iephthæ in bello 685.f
Sibylla Erythræa de Chriſto prophetauit & eius cruce 154.c
R. Sichim 202.g
Siclus quid ſit 15.f
Sicli dimidium qui tenebantur ſoluere templo ibid.
de Sigillo & humana forma ſimile 677.a
Signũ duplex: prognoſticum & rememoratiuum 418.f
שיל proprie filium ſignificat 205.c
שילה 197.b
שילוח quid 194.d
Silo ſecundum Syriacam tranſlationem Onkeli Chaldæi ſignificat vnctum 633.d
Silo proprium nomen eſt loci propter Iordanem fluuium 270.b
de Silo Rabinorum ſententia 438.c
R. Simai 596.c
Simeon filius Iohai commentaria in Moſen ſcripſit 8.b
Simeon filius Nathanael 636.c
Simeon iuſtus 206.e,f
R. Simeon filius Iohai 248.c
Simeon iuſtus Chriſtum ſuſcepit in vlnis 5.c
Simeon iuſtus Hillelis filius 5.c
Simeon filius Sora 636.c
Simeon pontifex, qui & Iaddus dictus 4.c
Simon Iudæus 612
Simon Satæ filius 5.a
Sin, dentes ſignificat 788.f
Siphre liber valde apud Iudæos authenticus 35.c
Sitael 729.b
Sol immobilis ſtetit 5.b
Sol ſtetit in medio cœlo per integrum diem 398.b
Sol ponitur loco manifeſti & aperti 705.f
Soles tres circa Auguſti tempora ſub quo Chriſtus natus eſt, Romæ ſimul exorti, paulatim in eundem orbem coierunt 213.d
aduerſus Solem ne meiito 702.g
aduerſus Solem ne loquaris 702.f
Sophiſtæ garruli omnia confundunt 658.g
Spiritualia in ſcriptura ſacra ſæpe per corporalia ſignificari 149.f
Spiritus apud Hebræos fœminini generis 148.e
Spiritus ſanctus quid eſt 69.e
Spiritus ſanctus quomodo ab Hebræis nuncupatur 58.e
Spiritus ſanctus à patre & filio procedit 69.b
Spiritus ſanctus quid ſit ſecundum priſcos Hebræos 61.f
Spiritum ſanctum eſſe Deum 60.d
Stateram ne tranſilias 702.c
de Stella, Chriſto nato, apparente 213.d
in Subiecto vnoquoque quatuor debent reperiri cauſæ 321.a
Suha Ægypti ſuperiotis pars 548.f
Superbia & inobedientia eſt omnium peccatorum origo 400.e
Suppliciorum apud Iudæos quatuor genera 191.f
Suſannæ, Belis & Draconis hiſtoria 3.c,&199.a
Suſannæ hiſtoria 229
Syllogizandi artem theologiæ applicatam comparat D. Hieronymus plagis Ægypti 660.e
Syllogiſmo paſci ſtultos ſicut boſ fœno 663.a
Syluester pontifex maximus 187.d
R. Simeon filius Gamlielis 279.a

T

TAlmudiſtæ veteres legis arcana ſub figuris & ænigmatibus tradiderunt 25.b
Talmudicus codex ex quibus autoribus congeſtus 13.e
Talmudici 75t
Talmud quid ſit 14.a
Talmud ex quib. ſcriptis congeſtus 4.a
Talmud ſexta pars ordo purificationum nominata 18.e
Talmud Hieroſolymitanus 13.f
Talmud ptima pars ordo ſeminum appellata 14.d
Talmud ſecunda pars ordo feſtorum nuncupata 15.d
Talmud pars tertia, ordo mulierum dicta 16. & quarta pars, damnatorum vocata 16.d

Talmud pars quinta ordo sacrificatorum vocata 17.a
Talmud à Christianis an recipi debeat 22.f
Talmudistarum tria esse genera 38.b
Talmud nihil aliud esse quam legis explanationem ad intentionem autoris 6.o e
Talmud quis fuerit autor, & quo tempore sit conscriptus collectusque 14.a
Talmud Babylonicus ibid.
Talmud diuisus in quatuor partes ibid.c
R. Tanhum 251.c
R. Tanhuma 67.2.270.d
Tamyra regina Scythiæ 232.f
Targum quid sit 9.a
Targum Hierosolymitanum quæ 552.e
R. Tarphon 760.c 636.c
Tauri significatio 388.e
Tartarus ob horribili sono turtur, quasi torror, teter, terror vocatus 676.a
Tartaros duos esse 644.a
תל & תלים 3.b
Teman insula est in sinu Arabico 548.f
Templum vltimum Herodes restaurauit 209.d
Templum quoties profanatum Ibid.
Templum tertium in cœlo ponendum 313.g
Templum Hierosolymitanum tertio non ædificandum 315.d
Templi miracula 207.b
In Templo vltimo quinque res defuerunt, quæ in primo fuerunt 238.f
In Templo secundo quinque res defuerunt 211.b
Tempori non subiicitur Deus 377.d
Temporum discursus à mundi initio vsque ad Christi passionem 275.d
תמנת 488.f
Tenerum Messiam vocari 151.f
קורם pro טורם 218.f
ad Terminos vbi peruenieris, ne transilias 703.e
Terræ motum maximum tempore Herodis Ascalonitæ in Iudæa factum fuisse 213.d
Terram stare duodecim columnis 161.a
Teth, declinatio 749.c
Tetractyn esse Ideam in mente diuina 666.g
Tetragrammaton nomen diuinæ trinitatis mysterium distincte insinuat 85.c
Thanaim 746
Thassiorum Deus 670.b
Thassiorum hodie nihil nisi nomen extat 674.d
Thau est signum 865
Theodas falsus propheta 6.a
Theognes Megarensis 701.c
Theologum Christianum Hebraicas literas scire debere 608.b
Thiphereth 617.c
Thomælotus taxatur 381.e
Thronus Christi sicut sol & luna 167.a
Th. balcaim primus malleator & faber in cuncta opera æris & ferri 630.c
Tibæi filius Iudas 5.a
Timæus Locrensis 695.c
Titus Iudæis suasit, ne ruinæ ciuitatis & templi causa existerent, sed tantum tributis Romanæ genti redderent 244.b
תורה 2.c
Tora quem numerum faciat 560.d
Traditio filiorum R. Hiia 502.d
Traditiones patrum quales. 1.c
Tribulationes diuisæ in tres diui siones 435.e
Trinitas personarum diuinæ naturæ vnitati nequaquam derogat 40.d
Trinitatis opera indiuisa sunt ad extra 70.b
Trinitatis mysterium quare non fuit sub veteri lege explicite traditum 41.f
Tubal vocat Iosephus Iberos vel Hispanos 319.f
Turtur felle caret 386.e
Turturis typus 388.e
Tzadok 636.c
Tzade, significat latera 750.f

V

VAlor, eruditione insigni præditus 611.c
Vasariah 729.b
Vau, significat vncinum retortum 749.e
Vehuiah 629.b
Vehuel ibid
Venire Dei quid 172.c
Venus genitrix Cæsaris tessera in bello 686.f
Verbum Dei quoties dicatur 314.b
Verbum Dei eiusdem cum Deo esse substantiæ 116.d
Verbũ triplex habet homo 112.e
Veritas pro filio Dei accipitur 145.a
Vespasianus & Titus quare venerunt contra Iudæos 161.d
Vestibus decem fuit Deus ornatus, quando mundum condidit 768.e
Veualiah ibid.
per Viam publicam ne ambules 702.f
in Via ne seres ligna 704.e
Vineam sepire ex cadauere Iudæorum 144.a
Vinum vbi præualet, nullum latet secretum 1004
Vir pugnæ vocabitur Messias 161.b
Virga Dei 704.e
Virtute vitia domare 674.d
Virtute sola contra vitia pugnatur 741.c
Vita æterna à prophetis diuersis similitudinibus designatur 918.e
Vitam omnia habentia secundum cursum tendunt 644.c
Vitio ũ quadruplex genus 411.d
Vituli significatio 588.e
R. Vla 191.f. 458.b
Vlcus est antiquum vulnus 608.f
Vmabel 704.e
Vnguium crinium que generum ne commingina mus insistito 704.g
Vino & pane sieri sacrificium 702.b
Vniuersitatis res demonstrantia gna vnæ 704.e
Vocales Hebræos non habere, sed quibusdam punctis loco vocalium vti 30.f
Voluptatẽ significat cantus 708.f
Vrias sacerdos 346.b
Vriel angelus 704.b
Vulgata editio quæ 310.e
ad Vulpium exempla vetera 28.f

X

XEnophanes Parmenidis præceptor 610.c

Z

ZAccaria villa 458.e
Zacharias Barachiæ filius 425.e, 426.b
Zacharias propheta 12.c
Zachariæ mors 271.b
Zadkiel angelus 630.e
Zadok radix hæreticorum, vide Zadokai
Zamir vermis 378.d
Zamolxis Pythagoræ seruus 695.c
Zaratas Pythagoræ præceptor 689
Ze, vocatur Deus sanctus 468.d
Zena pro æua 459.c
R. Zera 704.c
צרוך 630.d
Zerubabeles duos fuisse 480.a

FINIS.

INDEX

# INDEX LOCORVM

## SCRIPTVRÆ SANCTÆ, QVI IN HISCE LIBRIS, AVT CITANTVR, AVT PASSIM AB AVTORIBVS EXponuntur, auctus, & emendatus.

### LOCA VETERIS TESTAMENTI.

Genes. 1. In principio creauit Deus cœlũ & terrã 641. c.310.c.52.d 70.b
Gen. 1. Terra autẽ erat inanis & vacua 59.c
Gen. 1. Producat terra animam viuentiam ad speciem suam 616.b
Genes. 1. Sit lux, & fuit lux 459.
Gen. 1. Fecit Dominus duo magnaluminaria 188.f
Gen. 1. Et vidit ipsum lumen, quod esset bonum 582.e
Gen. 1. Repleteaquas in maribus 347.a
Gen. 1. Et dixit elohim, faciamus hominem ad imaginem nostram 106.b.382.d
Gen. 2. Et consummauit Deus in die septimo opera sua quæ fecerat 386.a
Gen. 2. Et benedixit diei septimo 384.c
Gen. 2. Hæ sunt generationes cœli & terræ in creatione eorum 339.b
Gen. 2. Et germinare fecit Dominus 597.b
Gen. 2. Quia qua die comederes eo, morte morieris 403.
Gen. 2. Hoc nunc os ex ossibus meis 628.f
Gen. 3. Et vidit mulier, quod bona esset arbor ad vescendum 402.c
Genes. 3. Mulier quam dedisti mihi 422.e.341.b
Gen. 3. Ecce Adam sicut vnus ex nobis 628.c
Genes. 3. In afflictione comedes 139.b
Genes. 3. Et emisit eum Dominus de horto voluptatis 158.a
Genes. 3. Et nunc ne mittat manum suam, & sumat de ligno 623.a
Genes. 4. Acquisiui virum à Domino 629.d
Gen. 4. Et insuper exit Cain contra Habel fratrem suum 176.e
Gen. 4. Nunquid custos fratris mei ego sum 538.c
Genes. 4. Nonne si bene egeris, recipies 339.f
Gen. 4. Et ad te concupiscentia eius 340.e
Gen. 4. Vagus & iniquietus eris in terra 538.d
Gen. 4. Et cognouit adhuc Adam vxorem suam 437.e
Gen. 4. Et vocauit nomen eius Seth 381.f
Genes. 5. Hic liber generationis Adæ 594.f
Gen. 5. Factum est omne tempus quo vixit Adam 384.b
Gen. 6. Noas vir iustus 580.e
Gen. 8. Non addam vltra maledicere terram 303.g
Gen. 8. Figmentum cordis hominis malum ab adolescentia eius 335.d, 336.g
Gen. 8. Dies & nox non quiescent 501.a
Genes. 9. Et Noheinuenit gratiam 746.d
Genes. 9. Et omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum 590.a
Genes. 9. Et non occidetur omnis caro vltra ab aquis diluuii 248.b
Gen. 9. Non erit vltra diluuium 304.a
Gen. 9. Et vixit Noas post diluuium trecentis & quinquaginta annis 253.f
Gen. 12. Et animam quam fecerunt in Aram 254.f
Gen. 14. Leuabo manus meas ad Dominum 177.c.300.g
Gen. 14. Et Melchisedec rex Salem produxit panem & vinum 131.544.a.543.c
Genes. 15. Ne timeas Abram 604.f
Genes. 15. Ego clypeus tuus & merces tua magna nimis 331.d
Gene. 15. Adonai tetragrammate quid dabis mihi 744.a
Genes. 15. Domine Deus, in quo sciam quod possidebo eam 341.e
Gen. 15. Tu ibis ad patres tuos in pace 348.a
Genes. 15. Et generatione quarta reuertetur huc 438.f
Genes. 16. Ingredere ad ancillam meam 627.c
Genes. 17. Ambula coram me, & esto perfectus 305.c
Gen. 17. Et dabo pactum meum inter me & te 569.d
Genes. 17. Non vocabitur vltra nomen tuum Abram 321.a
322.c
Genes. 19. Et circumcidetis carnem præputii vestri, & erit in signum Iudæis 581.d
Gen. 17. Et erit fœdus meum in carne vestra, in fœdus in æternum 564.c
Gen. 17. Et præputiatus masculus 569.g
Genes. 17. Omnes viros domus suæ 387.b
Gen. 17. Et Abraham filius nongintanouem annorum erat quando circumcidit carnem præputii sui 570.d
Gen. 18. Et apparuit ei Dominus in conualle Mambre 173.d 295.c

Gen.18. Et peccatum eorum aggrauatum est valde 270.c
Gen.18. Ecce, obsecro, affectaui loqui ad Dominum ego humus & cinis 32.g
Gen.18. Non destruam propter ipsos decem 349.c.614.b
Genes.19. Et dixit maior ad minorē, vt seruare possim ex patre nostro semen 369.b, &370 b
Gen.19. Veni potemus patrem nostrum vino 347.f
Gen.22. In die tertio eleuauit Abraham oculos suos 490.a
Gen. 22. Et accepit Abrahā ligna holocausti 475.f 591.e 633.a
Gen.22. Vt immolaret filium suum 562.g
Gen.22. Ecce aries vnus retentus in densitate per cornua sua 526.f
Gen. 22. Et vocauit Abraham nomen loci illius: Deus videat 133.a 131.e
Gen.22. Et benedicentur in semine tuo omnes gentes 322.c
Gen.23. Gher & habitator ego vobiscum 524.e
Gene 24. Et omnia bona domini in manu eius 302.a
Gen.24. Alma egredienti ad hauriendum 419.c
Gen.24. Et effudit hydriam suā 496.e
Gen.24. Et induxit me in tabernaculum 486.d
Gene.24. Et introduxit eam Isaac in tabernaculum Sarræ matris suæ 338.e.472.a
Gen.25. Et Abraham, accepit vxorem cuius nomen Ketura 320.f
Gen. 25. Et concepit Rebecca vxor sua 746.c
Gen.25. Et collidebant se filii in medio eius 457.f
Gen.25. Et emisit eos desuper Isaac filio suo, cum adhuc viueret 440.e
Gen. 27. Et fuit cum senuit Isaac 568.b
Gen. 27. Vide odorem filii mei sicut agri pleni 310.g
Gen. 28. Et egressus est Iacob 178.b
Gen.28. Et exiuit Iacob de Bersaba 117.
Gen.28. Et accepit de lapidibus loci illius 110.g
Gen. 28. Et ecce ego ero tecum 499.c
Gene. 28. Tibi dabo tam, & semini tuo 321.a
Gen.31. Quam terribilis est locus iste 313.g 314.f
Gene.30. Et venit Iacob de agro in vespete 297.a
Gen.30. In omni feruore ouium. 216.c 218.a
Gen.31. Reuertere ad terram patrum tuorum 458.d 498.e
Gene. 32. Et timuit Iacob valde & angustia fuit ei 499.c
Gene.33. Et compulit eum, & recepit 442.c
Gen.35. Non vocabitur nomen tuum vltra Iacob 304.d 553.b
Gen. 36. Et regnauit in Edom Bela filius Beor 419.c
Gen.37. Et oderunt eum 176.e
Gen.37. Et surrexerunt omnes filii eius & filiæ eius ad consolandum eum 348.c
Gene.37. Fera mala comedit ipsum 448.e
Gen.37. Quia descendam ad filium meum lugens in infernum 548.c
Gen. 38. Fera mala comedit ipsum: direptione direptus est Ioseph
Gen.38. Recognosce quæso creatorē tuū & ne erubescas 538.b
Gen.39. Ioseph autem descenderat cum eo in Ægyptum 642.b
Gen. 39. Et fugit extra 464.d
Gen.40. In somnio meo, & ecce vitis coram me 443. a 491.g
Gen.41. Ego Pharao, & absque te non eleuabit vir manum suam 316.b.366.f
Gen.41. Et Pharao fuit somniās 414.d
Gen.41. Post finem duorum annorum, &c. Pharao somniauit 492.b.589.f
Gene.41. Et omnis terra venit in Ægyptum 302.a
Gen.42. Et Ioseph ipse potens factus est super terram 490.b 432.e
Gene. 42. Et dixit eis Ioseph, in die tertio 481.a
Gen.43. Et vidit Ioseph Beniamin fratrem suum 176.e
Gen.44. Et accessit ad eum Iudas 492.b
Gene. 44. Et diximus domino meo, Est nobis pater senex, & infans senectutis 53.f
Gen.47. Ego descendam tecum in Ægyptum 487.d
Gene.47. A vulua ex aurora tibi ros natiuitatis tuæ 146.b
Gen.48. Et ego dedi tibi humerum vnum 599.b
Gene.48. In via Ephrata, ipsa est Bethlehem 221.f
Gene.49. Iuda te confitebuntur fratres tui 167.c.316.f. [illegible]
Genes.49. Catulus leonis Iuda. 307.f
Gen.49. Non recedet sceptrum de Iuda, & legislator de medio pedum eius, donec veniat Silo 133.g. 93 f. 196.g 202. 274.b.197. 2.434.2.154. c.197 f
Gen. 49. Donec veniat Silo 600 g
Gen.49. Et scriba de semore. ius 137.g
Gen.49. Ligans ad vitem asinum suum 415.e.543.f.511.d
Gen.49. Lauabit in vino vestimentum suum 184.462.a
Gene. 49. Ifachar, asinus fortis vel osseus 194
Exo.2. Et porrexit virgo, & accauit mattem ipsius infantis 420.a
Exo.3. Et ecce rubus ardebat igne & rubus non vorabatur 416.f
Exo.3. Ehieh misit me ad vos 743.af
Exo.3 Quoniam ego eorum 498.
Exo.4. Et ecce accepit Moses uxorem suam & filios suos & equitare fecit eos super asinū 451.b
Exo.4. Filius meus primogenitus Israel 168.469
Exo. 6. Ego tetragrammaton apparui Abrahæ 746
Exo.6. Et nomen Deus non notificaui eis 691
Exo. 9. Ecce manus tetragrammati hioiah 745
Exo. 9. Visitans peccatum patrum super filios 611
Exo.12. Non est Berith, misit 284.g
Exo.12. In decimo mensis hui 254.c.302.d
Exodi 12. Hæc est lex paschæ 525.c
Exo.12. Et substantiam non comprehendetis in eo 540.a
Exodi.12. Et erit dies hæc vobis in memoriale 534.c
Exo. 13. Sanctifica mihi omne primogenitum 123.g
Exo.13. A diebus in dies 277.c
Exo.14. Quid clamas ad me 179. b
Exo.14. Et mouit se angelus dei rum, qui ibat ante castra. &c. 96.d.723.g
Exodi 14. Ecce sanguis pascha quod scidit Dominus 48.d
Exodi 15. Fortitudo mea & laus iah 744.d
Exodi
Exo. 15. Et per spiritum nasi tui congregatæ sunt aquæ 59.f
Exodi 15. Deus vir pugnæ, deus nomen eius 371.f
Exodi 15. Donec transeat populus tuus deus 499.b
Exo. 15 Sanctuarium deus aptauerunt manus tuæ 314.f
Exo 15. Dominus regnauit in seculum vsaed 566.f
Exodi 15. Vniuersum languoreē, quem posui in Ægypto, non ponam super te 499.d
Exodi 15. Quia ego dominus medicus tuus 358.f
Exodi 15. Quis sicut tu in fortibus terragrammate 748.c
Exodi 16 Sabbati tui populus vndecimo septimo 586.f
Exo. 16 Ecce ego pluam vobis panem de cœlo 451.b.541.c
Exodi 17. Nam est eos Adonai inter vos, an non ens? 7 3.c
Exod 17. Delebo memoriam Amalek 741.b
Exodi 17. Quia manus solius domini, & bellum dei erit 431.
Exodi 19. Estote parati ad tertiū diem, non accedatis ad mulierem 590.c
Exodi 19. Et fait in die tertio factum mane 48.c.460.b
Exodi 19. Iam nunc veniam ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquentem ad te 456.c
Exod. 20. Ego dominus Deus tuus 99.g
Exod 20. Quoniam ego Deus, Deus tu i, Deus zelator 52.b
Exod.20. Non erunt tibi Dij alieni 355.c
Exod 20. Memento diei sabbati, & sanctifices ipsum 583.c
Exod. 20. Loquere tu nobis, & audiemus 623.c
Exodi 21. Et seruiet ei Leolam. 564.a
Exodi 21. Aduenam non obiurgabis 523.c
Exodi 23. Ecce ego mitto angelum meum ante te ad custodiendum te in via 841.719 g
Exodi 24. Et scripsit super tabulas verba pacti decem 530.a
Exod. 25. Panis facierum coram me semper 547.f
Exodi 31. Inter me & filios Israel 564.f
Exod. 31. Custodient filii Israel sabbatum 564.e
Exodi 31. Sabbata mea seruabitis quia signum sunt inter me & vos 581.c
Exod. 32. Et vidit populus quod tardaret Moses descendere de monte 592.f
Exod. 32. Et fecerunt sibi deos ex auro 539.a
Exod. 32. Memento Abraham, Isaac & Israel seruorum tuorum 339.a
Exod. 33. Ecce locus apud me, & stabis super petram 421.f
Exod. 33. Facies meæ non videbuntur 718.c
Exod. 33. Ecce locus est apud me, stabis supra petram 491.a
Exod. 34. Quia cornu erat cutis faciei eius 526.f
Exod.34. Et scripsit super tabulis verba pacti decem 554.d
Exo.34. Et quando dicturi sunt tibi, Tolle peccatum 538.d

Leuit. 1. Et placatus erit ei, vt purificet illi 413.b
Leuit. 4. Anima cum peccauerit, ipsa morietur 68.f
Leuit. 12. Mulier quæ susceperit semen, & pepererit masculum, & immunda erit 313.f
Leuit. 17. Nam sanguis ipse pro anima satisfaciet 486.a
Leuit.17. Et effundet sanguinem eius, & operiet ipsum humo 271.c
Leuit.18. Quæ faciet homo, & viuet in eis 445.g
Leuit.18. Ad mulierem in pollutione menstruationis suæ ne accedas 405.c.590.c
Leuit. 20. Vir siue mulier in quibus fuerit spiritus phitonicus 348.g
Leuit.21. Vt vel tunc humiliet ur cor eorum præputiatum 569. f
Leuit.21. Quia sacrificium Dei, carnem Dei sui ipsi sactificant, erunt sancti 550.b 549.f
Leuit.23. Omne opus non facietis, lex sempiterna erit generationibus vestris 364.c
Leuit.24. In die sabbati præparabuntur coram Deo iugiter à filiis Israel fœdere sempiterno 564.f
Leuit.25. Numerabitis septem hebdomadas annorum 277. c.& f
Leuiticiz5. Et reuertimini vnusquisq; ad possessionem suam 565.f
Leuitici 25. Quando pauper factus fuerit frater tuus 178.d
Leuit.26. Et vetus à facie noui ex cludetis 553.g
Leuit.26. Et perdemini in Gentibus 562.e
Leuit. 25. Quoniam aduenæ & habitatores vos mecum 456. f
Leui. 24. Et numerabis tibi septem hebdomadas annorum 227.f
Leui.26. Et deambulabo in medio vestri & ero vobis in deū 173.d.e.174.c.521.g
Leuit.26. Et ambulabo in medio vestri 13.d

Num.1. Leuate caput totius congregationis filiorum Israel 144.f
Num. 3. Hæ sunt generationes Aharon & Mosis 312.a
Num.6. Benedicat te sanctus benedictus 764.f
Num.8 Et à filio quinquaginta annorum cessabit quidem negocium 515.e
Num. 9. Et fecerunt paschā in primo 586.f
Num. 10. Surge domine, & dissipentur inimici tui, & fugiant odientes te 34.g.463.f
Nume.11. Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel 198.b
Num. 11. Exalta eum in finum tuum 177.c
Num.11. Non videam malum tuum 31.c
Num. 12. Quod proiicitur de vulua matris suæ 36.b
Num.12. Et figuram dei contemplatur 488.c
Num.13. Mitte tibi viros 787.d
Num. 13. De ur nobis caput, & reuertamur in Ægyptum 492.c
Num. 14. Viuo ego dicit Deus, si non vt loquuti estis in auribus meis, sic faciam vobis 462.g
Num.15. Et eritis sancti 495.a
Num.16 Fortissime El deus spirituum omnis carnis 728.f
Nume. 17. Et ecce floruit virga Aharon domui Leui 417.b
Name. 12. Ne timeas ipsum 498.f
Nume. 21. Orietur stella ex Iacob 263.a
Num. 12. Fac tibi serpentem æneum, & pone eum super lignum 375.b
Num. 22. Et nunc si malum est in oculis tuis, reuertar mihi 562.f

Nume. 23. Non vt homo Deus, vt mentiatur 497.b
Num. 23. Quid fecit deus, vidit oculus Balaam 179.a
Num. 24. Egressa est stella Iacob 434.c
Num. 28 Oblationem meam panis mei ad ignes meos odoris suauitatis 543.g
Nume. 32. Et dimidium tribus Manasse 227.e

Deut. 3. Mons bonus iste & Libanus 568.a
Deut. 4. Non addetis super verbo, quod ego præcipio vobis 28.c
Deut. 4. Ecce docui vos cæremonias & iudicia 558.d
Deut. 5. Obserua diem sabbati 712.a
Deut. 5. Faciens misericordiam ad millia diligentibus eum 192.b
Deut. 6. Audi Israel, deus, deus noster, deus vnus est 40.a
Deut. 6. Et ligabis ea in signum super manus tuas 565.c
Deutero. 7. Seruabit dominus deus tuus pactum 192.a
Deut. 7. Et seruа præceptum & decreta atque iudicia 554.e
Deutero. 7. Te elegit dominus deus tuus 407.d
Deut. 8. Non in solo pane viuit homo 550.e
Deut. 9. Neque enim propter iustitias tuas & æquitatē cordis tui ingredieris, vt possideas terram eorum 407.e
Deut. 10. Dii deorum, & domini dominorum 746.e
Deut. 10. Et circumcidetis præputium cordis vestri 568.f. 569.f
Deut. 10. Deus magnus fortis & terribilis 523.a
Deuter. 10. Et diligit Gher. 524.c
Deut. 12. Immundum & mundum pariter comedentur 590.e
Deuter. 13. Quia deerit pauper de medio terræ 304.e
Deut. 15. Et erit tibi seruus Olam 505.e
Deut. 17. Et facies secundum verbum oris, quod nunciabunt tibi de loco illo 203.c
Deut. 17. De medio fratrū tuorum pones super te regem 201.b.c.d
Deut. 17. Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris 198.c
Deut. 17. Et surges & ascendes ad locum 203.f
Deut. 18. Prophetam de medio tui de fratribus tuis tanquam me statuet 450.g
Deute. 23. Et non videbit in te turpitudinem, & non recedet à te 498.a
Deut. 24. Et cornua rhinocerotis cornua eius 516.f
Deut. 24. Hæc sunt verba Haberich 329.g
Deut. 24. Si inuentus fuerit vir qui furatus animam ex filiis Israel 279.a
Deut. 25. Oculum pro oculo 556.b
Deut. 26. Pronuncio hodie domino tuo, quod intraui in terram quam iurauit Deus patribus vestris 321.b.522.b
Deut. 27. Attende & audi Israel hodie 746.c
Deut. 27. Maledictus vir, qui fecerit sculptile 363.b
Deut. 28. In gentibus quoque illis non quiesces 268.f
Deut. 28. Et erunt vitæ tuæ suspensæ tibi coram 331.c
Deut. 28. Vxorem desponsabis: & vir alius constuprabit eam 33.&34
Deut. 28. Percutiet te deus insania 238.d
Deut. 29. Hæc sunt verba pacti 554.d
Deut. 29. Absconditum deo nostro attribuitur 564.a
Deut. 29. Ista sunt verba Berith. 240.f
Deut. 29. Et euellet eos dominus desuper terra eorum cum furore 318.e.511.b
Deut. 30. Ipse est enim vita tua, & longitudo dierum tuorum 475.c
Deut. 30. Quoniam mandatum hoc quod præcipio vobis hodie 720.f
Deut. 30. Et conuertit Dominus Deus tuus conuersionem tuã 307.g
Deut. 30. Et introducet te dominus Deus tuus in terram, quã possederunt patres tui 507.f
Deut. 31. Ecce tu dormies cum patribus tuis 518.e
Deut. 31. Noui quod post mortem meam corruptione corrumpemini 298.c.500.c
Deu. 32. Generatio prauа atque peruersa nunquid Deo retribuitis hoc populo stulto & c
Deut. 32. Quia leuabo ad cœlum manum meam
Deu. 32. Nõne ipse est pater tuus possessor tuus 377.g
Deut. 32. Memento dierum seculi, aduerte annos generationis & generationis
Deut. 32. Ipsi me prouocauerunt in eo, qui non erat Deus 519.c
Deut. 32. Dominus solus deducet eum, & non erit cum eo Deus alienus
Deut. 32. Quia ignis succensus est in ira mea, & ardebit vsque ad infernum inferiorem 355.a
Deut. 32. Corruat vel præcipitetur vt hymber, vel vt nimbus doctrina mea
Deut. 32. Videte nunc, quia ego ipse, & non sunt dii mecum
Deut. 32. Deum qui te genuit, dereliquisti, & debilitabis 457
Deut. 33. Memorare dies tuos. 180.c
Deut. 33. Et habitabit Israel confidenter, solummodo oculus Iacob
Deut. 33. Non sicut deus rectus ascensor cœli in auxilium tuum 493.a
Deut. 33. Primogenitus bouis, decor eius
Deut. 33. Legem præcepit nobis Moses
Deut. 33. Quis populus similis tui erit in Domino 326.b.327. 328.
Deut. 33. Beatus tu Israel, quis tu populus saluatus per dñm 326.d.328.f.472.c
Deut. 34. Non surrexit propheta vltra in Israel sicut Moses 357.a.719.a
Deut. 38. Et in gentibus istis non quiesces
Iosu. 2. Et absq; dimini ibi multos dichus
Iosu. 6. In die septimo
Iosu. 7. Peccauit Israel, & transgressi sunt pactum meum 481.c
Iosu. 7. Sicut turbasti nos, turbet te dominus in die isto
Iosu. 14. Adam magnus in gentib.
Iosu. 22. Deus, Deus, Deus Deus, Deus, ipse scit
Iehoſ. 24. Trans flumen habitauerunt patres, patres vestri à seculo 348.b
Iosue vltimo. Non poteritis seruire Deo, quia dii sancti ipsi
Iehoſ. vlt. Et bestia multa 522.e

Iudi. 2. Et diligetis eum velut egressa solis in virtute sua 523.f
Iudi. 3. Eliget deus nouitates, & tunc expugnabit portas 415.a
Iudic. 5. Sicut egressus solis in fortitudine sua 603.d
Iudic. 6. Et ædificauit ibi Gedeõ altare domino 131.f
Iudic. 6. Si eos fuerit super vellus tantum 517.a
Iudic. 8. Nunquid possum desere vinum, quod lætificat Deum & homines 544.d
Iudic. 18. Ipsi & filii eius fuerunt sacerdotes tribui Dan 493.e
Iudic. 19. Ad domum Dei vado 544.d

Ruth 2. Accede huc & comede de pane, & tinges fustum tuum in aceto 481.f
Ruth vlt. Hæ sunt generationes Fares 354.c

1.Reg. 1. Et exaltatum est cor meũ 316.g
1.Reg. 2. Et motabitur ibi leolam 363.d
1.Reg. 3. Et venit vir Dei ad Eli. 497.d
1.Reg. 4. Aggrega me ad vnam sacerdotalium 325.e.
1.Reg. 2. Et sublimabit cornu Messiæ tui 527.a
1.Reg. 3. Antequam cognosceret Deum 218.f
1.Reg. 4. Et omnia vasa quæ reddebat ei pro delicto 211.f
1.Reg. 7. Et non addiderunt vltra venire ad terminum Israel 504.c
1.Reg. 11. Et rebellauerunt Israel in domum Dauid 170.d
1.Reg. 3. Quæ est vox harum omnium 537.f
1.Reg. 4. Nunquid coram domino Messias eius 247.d
1.Reg. 17. Filius ipsius serui tui fuit infirmitas 221.f
1.Reg. 25. Et erit anima domini mea ligata in ligatorio viuentium 354.d
1.Reg. 28. Quare turbasti me 340.c
2.Reg. 28. Et inclinauit faciem suam ad terram, & adorauit
2.Reg. 7. Et quis vt populus tuus, sicut Israel gens vna in terra, ptopter quam iuerunt diiad redimendum 71.g
2.Reg. 12. Non est nobis pars in Dauid, reuertere in tabernacula tua Israel 35.g.36.c
2.Reg. 12. Peccaui domino 337.f
2.Reg. 12. Etiam dominus transtulit peccatum tuum 168.f
2.Reg. 12. Et deuenit peregrinus in virtutem diuitem 340.b
2.Reg. 16. Forsitan respiciet in humilitatem suam 32.b.33.c
2.Reg. 16. Et ingressus est Absalom ad concubinas patris sui ante oculos omnis vel totius Israel 301.d
2.Reg. 17. Et ait Absalom & omnis vir Israel 301.d
2.Reg. 20. Non est nobis pars in Dauid 542.d
2.Reg. 23. Et sicut lux matutina orietur sol. 297.c

3.Reg. 1. Nathan venit ad faciem regis, adorauitque regem super faciem suam in terra 352.c
3.Reg. 1. Ite & interrogate Baalzebub 535.d
3.Reg. 6. Et totam domum operuit auro, vsque ad consummationem totius domus 210. c
3.Reg. 9. Rex autem Selomo dilexit mulieres extraneas multas 169.c
3.Reg. 10. Et regina Saba audita fama Selomonis 440.f
3.Reg. 12. Nolite vltra ascendere in Hierusalem 510.e
3.Reg. 12. Reuertere ad deos tuos Israel 510.e.36.c
3.Reg. 12. Nõ est nobis pars in Dauid, neque hæreditas in filio Issai 35.g 512.b
3.Reg. 18. Clamate maiore: forsitan deus in diuersorio est 726.b
3.Reg. 18. Et factum est dum occideret Izebel prophetas Domini 248.c

4.Reg. 6. Et non, addiderunt vltra turmæ Aram venire 304.b
4.Reg. 8. Et omnia bona Damasci 302.a
4.Reg. 16. De Achaz 418.a
4.Reg. 17. Et contestatus est dominus in Israel 358.c
4.Reg. 17. Et dereliquerunt omnia præcepta domini Dei sui, &c. 510.f
4.Reg. 21. Et sanguinem innocium effudit Manasses multum valde 270.d

1.Paral. 1. Et familiæ scubarum sedentes labez 134.a. 205.b
1.Para. 2. Et familiæ scribarum sedentes Iabbez 198.a
1.Para. 17. Cum compleuerit dies tuos, vt vadas ad patres tuos; suscitabo semen tuum post te 171.b
1.Paral. 22. Ecce filius natus est tibi 168.g
1.Paral. 22. Et ipse erit mihi in filium, & ego illi in patrem 172
1.Paral. 25. Ad exaltandum cornu 527.a
1.Para. 29. Quoniam aduenę nos coram te 456.f
1.Paral. 29. Et tu eleuas te omnibus in caput 144.f

2.Paral. 3. Et domus magna recta fuit ligno abiegno 210.b
2.Paral. 6. Non est homo, qui nõ peccet 344.c
2.Paral. 15. Dies multi etiam Israeli sine deo vero, sine sacerdote docente 509.a
2.Paral. 24. Et spiritus Dei induit Zachariam filium Iehoiadæ sacerdotis 271.a

1.Esræ 4. Expleto templi secundi opere, &c. 210.f

Nehem. 12. Et stabunt duæ confessiones in domo domini 387.f

3.Esræ 3. Reuelabitur filius meus Iesus, cum iis qui cum eo lætabuntur 154.b

Iob 1. In toto hoc non peccauit Iob, nec attribuit fatuitatem deo 364.a
Iob 2. Adhuc tu retines perfectionem tuam 304.c
Iob 2. Pellem pro pelle 568.c
Iob 4. Nonne abscessit funis eorum? cum eis morientur, & non in cognitione 504.d
Iob 6. Ipsa sunt sicut dolores carnis meæ 150.c
Iob 6. Respicite semitas Tema, itinera Saba 440.f
Iob 6. Etiam super pupillum irruitis, & mercamini super proximum 437.a

Iob 7. Quare posuisti me obuiũ tibi? & ero super te ad onus 35.b
Iob 7. Quid faciam tibi ò custos hominum? 30.d.31.c
Iob 7. Et ero super me onus? 30.d
Iob 9 Vtinam esset inter nos arguitor 363.a
Iob 10. Pelle & carne vestisti me 545.f
Iob. 10. Quis dabit in inferno vt occultes me 447.d
Iob 11. Nunquid vsque ad consummationem Saddai 469.c
Iob 11. Et spes eorum afflictio animæ 29.b
Iob. 15. Qui sapientes sunt consitebuntur 538.a
Iob. 8 Quasi reputati sumus sicut bestiæ 622.c
Iob. 18. Maior vel primogenita mors 346.c
Iob. 19. Et ex carne mea videbo Deum 153.c.107.c
Iob. 19. Et rursum pelle mea circundabuntur ista 173.a
Iob. 20. Si ascenderit ad cœlos excellentia eius 341 g
Iob 21. Dulcia fuerunt ei prata vallis 340.b
Iob. 24. Et traxit robustos in fortitudine 339.a
Iob 25. Fecit pacem in sublimibus suis 168.a
Iob 25. E ce in sanctis suis non confidit 338.g
Iob 26. Ad quem annunciasti verba 354.c
Iob 26. In spiritu eius cœlos ornauit 59.b
Iob 28. Et abscondita producit in lucem 419.c
Iob 31. E animam dominorum eius afflixisti 29.c
Iob 31. Foris non hospitabitur ghes 515.c
Iob 31. Et pro hordeo spinas 465.f
Iob 31. Et condemnabunt Deum 30.c
Iob 33. Spiritus Dei fecit me, & anima Sadai viuificauit me 59.a
Iob 38. Num nosti leges cœlorum 729.c

Psal. 1. Beatus vir qui ambulat in lege domini 738.a
Psal. 1. Non sic impii, sed tanquã gluma 5 8.a
Psal. 2. Confringes eos virga ferrea & tãquam vas figuli proliciesi eos 507.a 455.g
Psal. 2. Narrabo præceptum, Deus dixit ad me, filius meus es tu 495.a.189.d
Psal. 2. Consurgent Reges terræ 191.c
Psal. 2. Osculamini filium, ne irascatur 122.c
Psal. 2. Filius meus es tu, ego hodie te genui 190.a.414.g
Psal. 3. Multi insurgũt aduersum me 749.b
Psal. 3. Ego accubui, & dormiam, & resurrexi 597.g
Psal. 4 Cum inuocauero, respon de mihi 168.c
Psal. 4. Confortamini & roborẽtur cor vestrum omnes sperãtes in domino 173.a
Psal. 5. Deus, Deus, Deus, loquutus est, & vocauit terram 51.f
Psal. 8. Ex ore infantium & lactentium 341.c
Psal. 9. Confitebor Deum in toto corde meo 336.a
Psal. 10. Cur Deus manebis à longe 515.f
Isa. 11. Et habitabit lupus cum aniete 305.f
Psal. 11. Deus iustum probat & impium 358.a
Psal. 11. Quoniam iustus Deus iustitias dilexit 603.a
Psal. 13. Ego autem in misericordia tua confisus sum: exultabit cor meum in saluatione tua 323.d
Psal. 45. Thronus tuus Deus perpetuus & æternus 160.a
Psal. 16. Dixi Deo, domini mei es tu, bonitas mea non est super te 338.c
Psal. 15. Deus quis habitabit in tabernaculo tuo 560.f
Psal. 16. Non derelinques animam meam ad infernum 345.d
Psal. 13. Ego autem in misericordia tua confisus sum 3 3.d
Psal. 16. Ego in iustitia videbo faciem tuam 487.g
Psal. 16. Multiplicabuntur labores eorum 339.b
Psal. 17. Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit gloria mea 434.f.489.e
Psal. 17. Et dabis mihi scutum saluationem tuam 31.b.495.b
Psal. 17. Ego in iustitia videbo faciem tuam 591.g
Psal. 17. Et dabis mihi scutum saluationem tuam 29.g.35.c. 495.b
Psalm. 18. Et humilitas tua, vel manuetudo tua confortabit me 360
Psal. 18. Et apparuerunt impetus vel vehementes aquarum 60.a
Psal. 19. Cœli enarrant gloriam dei 764
Psal. 20. Mittet adiutorem mihi de sanctuario 177.c
Psal. 19. Exaudiat te dominus in die tribulationis 436.c
Psal. 20. Domine in virtute tua lætabitur rex 510.f
Psal. 20. Quia tu prævenisti eum benedictionibus dulcedinis 510.c
Psal. 21. Super eum autem floriabit 489.b
Psal. 21. Domine in virtute tua lætabitur rex 510.f
Psal. 21. Ego sum vermis, & non vir 357.c
Psal. 21. Quoniam penes eum benedictiones in æternum 531.c
Psal. 21. Vt ram pet it ãte 189.c
Psal. 21. Et prolationem labiorum eius non prohibuisti in perpetuum 510
Psal. 22. Et habitabis coram me necessam 481
Psal. 22. Et à cornibus vnicornium exaudisti me 510.c
Psal. 22. Foderunt manus meas & pedes meos 476.b
Psa. 23. Etiam cum ambulauero in valle vmbræ mortis 194.b
Psal. 23. Attollite portas principes vestras 3 4.b
Psal. 23. Dei est terra & plenitudo eius 134
Psal. 25. Bonus & rectus Dominus propterea hoc docebit errantes in viam 489.b
Psal. 27. Si non credo videre bona Dei in terra viuentium 498.g
Psal. 30. Quoniam momentum in ira eius 461
Psal. 31. Quam multum bonum quod recondisti timentibus te 505
Psal. 32. Congregans sicut in vre aquas maris 170.a
Psal. 33. Verbo Dei cœli facti sunt 52.c.59.a
Psal. 34. Gustate & videte quoniam bonus est Dominus 505.c
Psal. 34. Redemit Dominus animam seruorum suorum 506.c
Psal. 35. Quoniam tecum est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen 138.d.482.a
Psal. 36. Hominem & bestias saluabis Deus 107.d
Psal. 36. Quoniam tecum est fons vitæ 482.a





Psal. 36. In lumine tuo videbimus lumen 460.a.382.c
Psal. 38. Adhuc enim ego tecum 476.f
Psal. 39. Dixi custodiam vias meas ne peccã do in lingua mea 462.f
Psal. 39. Quoniam gherssum ego tecum 524.c
Psal. 40. Expectando expectauinem meam 372.f
Psal. 39. Veruntamen cum imagine deambulabit vir 68 b
Psal. 40. Et ascendere me fecit de pere tumultus 345.e
Psal. 40. Beatus qui intelligit in pauperem 337.c
Psal. 42. Omnes contractiones eius & fluctus tui 301.f
Psal. 44. Triumphatoris super litio 145.c.521.a
Psal. 45. Sedes tua Deus perpetua æterna 432.a
Psal. 44. Ipse cognouit abscõdita cordis 419.c
Psal. 44. Non est conuersum retrorsum nostrum 447.c
Psal. 45. Audi filia & vide 27.a. 167.b
Psal. 45. Adstitit regina ad dexterã tuam in diademate 404.f
Psal. 45. Sceptrũ directionis, sceptrum regni tui 196.c
Psal. 45. Pro patribus tuis nati sũt tibi filii 522.c
Psal. 46. Deus nobis refugium & fortitudo 146.f
Psal. 46. Cessate & cognoscite, quia ego Deus 520.d.284.b
Psal. 48. Ibi dolor vt parturientis 467.a
Psal. 48. Rectificabit eam vsque in æternum, sela 566 f
Psal. 49. Etiam filii Adam, etiam filii veri, simul dines vel pauper 345.f
Psal. 49. Vere Deus redimet animam meam de manu inferni 344.a
Psal. 48. Quoniam hic est Deus Deus noster in seculum & vltra 173.a
Psal. 49. Et veniet vltra in sempiternum, & videbit infernum 484.g
Psal. 48. Frater non redimit 525.f
Psal. 50. Qui sacrificet confessionem 316.g
Psal. 50. Ecce in peccato genitus sum 319.c
Psal. 50. Qui sacrificet laudem, honorabit me 325.c
Psal. 50. Et spiritu liberali confirmame 58.g
Psal. 49. Deus Deus Deus loquutus est 51.f
Psal. 50. Qui sacrificat confessionem, honorabit me 538.b
Psal. 51. Ecce in peccato genitus sum 339.c
Psal. 51. Domine labia mea aperies 587.g
Psal. 51. Cor mundum crea mihi Deus ibid.
Psal. 56. Super me Deus vota tua soluam confessiones 587.f
Psal. 55. Et tu Deus descẽdere eos facies in puteum 345.c
Psal. 55. Mollia sunt facta verba eius super oleum 303.d
Psal. 57. Filii hominum dentes eorum iacula & sagittæ 303.c
Psal. 63. Quia melior est misericordia quam vita 362.b
Psal. 54. Exaudi Deus vocem meam cum deprecor 307.d
Psal. 65. Spes omnium finiũ terræ 519.c
Psal. 65. Tibi silentium est laus Deus in Sion. 539.b
Psal. 66. Ad cognoscendam in terra viam tuam in omnibus gentibus saluationem tuam 368.c
Psal. 67. Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus, & metuant eum omnes fines terræ 42.b
Psal. 67. Confitebuntur te populi Deus, confitebuntur te populi omnes, terra dedit fructũ suum 144 c.367.a
Psal. 67. Lætabuntur & exultabunt gentes 367.a
Psal. 68. Odiẽtes me gratis 271.a
Psal. 68. Ascendisti in altum, prædatus es prædam 492.c
Psal. 69. Et ego orationem meam ad te Deus 539.d
Psal. 71. Ante solem filius nomen eius 141.c 222.a
Psal. 71. Et erit placenta tritici in terra 544.c
Psal. 72. Timebunt te cum sole 180.d
Psal. 72. Ante solẽ genitus 222.a
Psal. 72. Reges Tarsis, & insulæ rum munus reddent 446.c
Psal. 72. Misericordiam super pauperem 331.b
Psal. 72. Deus iudicium tuum regi da 539.f
Psal. 72. Et dominabitur à mari vsque ad mare 286.c
Psal. 72. Coram eo procidẽt Æthiopes 284.c
Psal. 72. Contremiscet vt libanus fructus eius 210.c
Psal. 73. Domine in ciuitate imaginẽ ipsorum viuificabis 68.a
Psal. 74. Signa nostra non vidimus, non est vltra prophetia 207.c.444.c
Psal. 75. Et omnia cornua impiorum abscindam 526.d
Psal. 76. Notus in Iudæa Deus 368.c.& 506.c
Psal. 77. Vt cognoscat generatio vltima, filii nascentur 448.g
Psal. 77. Tu es Deus faciens mirabile 368 d
Psal. 78. Et repulit tabernaculum Ioseph 203.a
Psal. 78. Et recordatus est quia caro ipsi 337.c.196.b
Psal. 79. Et perfice quam plantauit dextera tua 491.g
Psal. 80. Demolietur eam aper de sylua 297.d
Psal. 79. Sedens super cherubin 362.g
Psal. 80. Et abacum quam plãtauit dextera tua 380.a
Psal. 80. Vitem de Ægypto transferes 433.a
Psal. 80. Deus exercituum conuerte nos, ostẽde faciem tuam 490.c
Psal. 81. Et non audiuit populus meus vocem meam 500.a
Psal. 83. Sol & scutum est dominus Deus, gratiam & gloriam dabit 111.g
Psal. 84. Laudabunt te, sela 566.c
Psal. 85. Veritas de terra germinabit 144.c.544.b
Psal. 85. Nunquid in seculum irascetis in nos 597.d
Psal. 85. Et liberasti animam meã ex inferno inferiore 355.b
Psal. 85. Custodi animam meam, quia sanctus ego sum 405.a
Psal. 85. Iustitia & pax osculatæ sunt 122.f
Psal. 85. Veritas de terra germinabit 436.c.544.b
Psal. 85. Misericordia & veritas obuiauerunt 51.c
Psal. 85. Conuerte nos Deus salus nostra, auerte iram tuam nobiscum 372.b
Psal. 85. Sicut luna præparata in æternum 603.d
Psal. 86. Non est sicut tu, in diis Deus, neque sicut opera tua 450.c
Psal. 87. Fundario in eius montibus sanctuarii 299.a
Psal. 86. Veritas de terra germinabit, & iustitia de cœlo respicietur 144.c
Psal. 87. Deus narrabit in scriptura populorum 446.g
Psal. 87. Commemorabo Raab & Babylonem scientibus 440.a

Psal.87. Diligit dominus portas Sion 203.b
Psal. 88. Canticum psalmi filiis Korae victori super lãguorem 324.c
Psal.88. Nunquid narrabitur in sepulchro misericordia tua 345.d
Psal 88. Et cõteram à facie ipsius inimicos eius 340.d
Psal. 88. Quorum non memor fuit adhuc 304.b
Psal. 88. Et ponam in æternũ semen eius 520.c
Psal. 89. Misericordias Dei cantabo 361.d
Psal. 89. Quod exprobrauerunt inimici tui Deus,quod exprobrauerunt talos Messiæ tui 464.d
Psal.89. Mundus misericordia ædificabitur 361.f
Psal.89. Et subite me fecit deputeo tumultus 366.a
Psal.89 Lætifica nos pro diebus, quibus nos afflixisti 382.b
Psal.89. Et tu repulisti & abiecisti 480.c
Psal. 89. Dies annorum nostrorum in eis septuaginta anni 228.a
Psal.89. Quis vir viuet, & non timebit mortem 347.c
Psal. 89. Percussi fœdus electo meo, iuraui Dauid seruo meo &c. 164.a
Psal.90. Abscondita nostra ad lumen vultus tui 428
Psal. 90. Quoniam angelis suis mandauit de te 110.f
Psal. 90. Cum ipso ero ego in tribulatione 328.a
Psal. 90. Dies annorum nostrorum in eis septuaginta anni 228.a
Psal.91. Cum ipso sum ego in tribulatione 182.c,325.f
Psal.91. Inuocabit me, & exaudiã eum, cum ipso ero in tribulatione 346.g
Psal.91. Habitans in velamento altissimus, in vmbra Saddai morabitur 140.f
Psal.91. Exaltabo eum, quoniam cognouit nomen meum, inuocabit me, & respondebo ei 89.f
Psal.91. Tu autem excelsus in æternum Deus 191.c
Psal. 92. Iustus vt palma florebit 191.g
Psal. 92. Parata sedes tua ex tunc, à seculo tu es 141.e
Psal.93. Præparatus thronus tuus ex tunc 397
Psal.93. Domui tuæ pulchritudo sanitatis Deus in lõgitudinem dierum 171.e
Psal.95. Quadraginta annis fastidio affectus fui in generatione illa 517.f
Psal.95. Hodie si vocem eius audieritis 453.g,520.e
Psal.95. Quoniam ipse est Deus noster,nos autem populus pascuæ eius 221.b
Psalm.97. Lux orta est iusto 139. d,460.a
Psal.99. Sedens super cherubim, moueatur terra 362.f
Psalm.100. Iubilate Deo omnis terra 368.e
Psal.101. Misericordiam & iudicium cantabo 361.e
Psal.102. Scribatur hoc generationi nouissimæ 581.b
Psal. 102. Et tu Deus in æternum permanes 431.b
Psal.103. Omnia in sapientia fecisti 115.g
Psal. 103. Quoniam ipse cognouit figmentum nostrum 335.d 337.f
Psal.103. Emittes spiritum tuum 59.b
Psal. 104. Pones tenebras & erit nox 297.b
Psal.104. Qui ponit nubem currum suum 493.c
Psalm.105. Et pane cœli saturauit eos 542.c
Psal.105. Et dixit vt disperderet eos nisi Moses electus eius stetisset 498.e
Psal.105. Nolite tangere Messias meos 239.c
Psal.105. Sedentes in tenebris & vmbra mortis 345.e
Psal.106. Et mutauerunt gloriam meam 35.c
Psal. 108. Vt liberentur dilecti tui 325.f
Psalm. 110. De matrice auroræ 146.a,d,336.a
Psal.110. Dixit Dominus Domino meo 494.b,495.b
Psalm.110. Iurauit Deus & non pœnitebit eum 543.f
Psal.110. Tu es sacerdos in æternum 245.b,544.b
Psalm. 110. Iubilate Deo omnis terra 368.e,537.c
Psal.111. Cornu eius exaltabitur in gloria 527.a
Psalm. 111. Principium sapientiæ,timor Dei, intellectus bonus omnibus facientibus ea 61.b
Psal.113. In exitu Israël 395
Psal. 116. Quia non derelinques animam meam ad infernum 345.d
Psal. 117. Media nocte surgo ad confitendum tibi 480
Psal. 108. Salus dexteram meam & exaudi me 221.b
Psal.118. Deus mihi in adiutoribus meis 60.c
Psal. 118. Et tetragrammaton illuxit nobis 740
Psalm.118. Lapidem reprobauerunt ædificantes, qui factus est in caput anguli 178.b
Psal. 118. Omnes gentes circumdederunt me 396
Psal.118. Deus Dominus, & illuxit nobis 1112
Psal.119. Bonum mihi lex oris tui super millia auri 89
Psal.119. In seculum non obliviscar mandata tua 96.c
Psal.120. Leuabo oculos meos ad montem 177.a
Psalm.120. Adiutor meus à Domino factore cœli & terræ 177.c
Psal. 120. Ecce non dormitabit 525.d
Psal.121. Leuabo oculos meos ad montes 59.d
Psal.122. Propter fratres meos & amicos 177.g,175.c,601
Psal.122. In domum domini ibimus 589
Psal.126. Deus custodit ciuitatem 524.c
Psalm. 126. Dum conuertens Deus captiuitatem Sion 188.a
Psal.129. Supra dorsum meum arauerunt aratores 601
Psal.130. De profundis vocaui Deus 580
Psal.132. Surge Deus in requiem tuam tu & arca fortitudinis tuæ 574
Psal.132. Memento Deus Dauid & omnis afflictionis eius 324.d
Psalm.132. Hæc requies mea in sempiternum 574
Psal.132. Ibi germinare faciam cornu Dauid 578.b
Psal.133. Quoniam Iacob elegit sibi Dominus 414.d
Psalm.137. Diruite, diruite eque ad fundamentum in eo 269.f
Psal.136. Qui dat panem omni carni 540
Psal.95. Quoniam in seculum misericordia eius 362.b
Psal.139. Retro & ante formasti me,& posuisti me volam tuam 372.f
Psalm. 139. Quo ibo à spiritu meo,& quo à facie tua fugiam 60.d
Psalm. 142. Spiritus tuus bonus deducet me per viam rectam 58.f
Psalm.143. Et non venias in iudicium cum seruo tuo 341.b
Psalm. 146. Beatus, cuius Deus Iacob in adiutorem eius 177.c
Psal.147. Et exaltauit cornu populi sui 145.g
Psalm.147. Propinquus est Deus omnibus inuocantibus eum 176.a
Psalm.146. Deus erit absoluens prohibita 590.b
Psalm. 147. Exibit spiritus eius 341.a
Psalm.146. Deus absoluet Asurim 432.a
Psalm.147. Non in fortitudine equi est voluntas eius 98.c
Psal.147. Et exaltabit cornu populi sui 144.g
Psalm. 148. Filiis Israël populo propinquo 175.g, 177.a 602.a
Prouer.2. Occultet rectis legem sibi 58.f
Prouerb.2. Dominus dat sapientiam 632.b
Prouerb.4. Documentum bonum dedi vobis 54.b
Prouerb.4. Filius fui patri meo, tener & solus 158.d
Prouerb. 6. Qui a lucerna est mandatum,& lex lux 202. a
Prouerb.8 Audite, quia principia loquor 247.c
Prouerb. 8. Deus possedit me principium viæ suæ 113.b, 115. 476.c
Prouerb.9. In profundis inferni centri eius 347.b
Prouerb. 9. Sapientia ædificauit domum suam 115.f
Prouerb.10. Et expectatio iustorum gaudium 338.a
Prouerb.11. Quis absconditi frumentum 441.c
Prouerb. 13. Spes prolongata affligit 343.g
Prouerb. 13. Peccatores persequitur malum 453.a
Prouerb.14. Iustitia exaltat gentem 522.g
Prouerb.15. Et verbum in tempore suo quam bonum est 151.g
Prouerb. 15. Responsatio tenera compescit iram 462.f
Prouerb.15. Vt declinet ab inferno infectiori 355.a
Prouer.16. Cum placuerint Deo viæ viri 336.c
Prouerb. 17. In omni tempore est amans amicus 175.b
Prouerb.18. Iustus primus in lite sua, venit amicus eius 382. d
Prouerb.19. Venite & comedite panem meũ, & bibite vinum 545.c
Prouerb. 20. Sapidissimus est homini panis mendacii 423.a
Prouer.22. Inclina aurem tuam, & audi verba sapientum 27.a
Prouerb.22. Ne repellas terminum Olam 566.b
Prouerb.25. Poma aurea in cancellaturis argenteis, verbum dictum secundum ambas facies suas 21.a
Prouerb. 25. Si esurierit inimicus tuus, ciba eum pane 366.f
Prouerb.25. Claua & ensis atque sagitta acuta 303.d
Prouerb. 25. Melius est sedere in angulo tecti 320.b
Prouerb.27. Infernus & perditio non satiantur 344.a
Prouerb. 28. Qui abscondit scelera sua non dirigetur 557. 558.c
Prouerb. 28. Beatus homo qui semper est timoratus 498.d
Prouerb. 30. Sic est via mulieris adulteræ 423.b
Prouer.30. Non addas super verbum illius 28.d
Prouerb.30. Et via viri in alma 421.a.430.a
Prouer.31. Date ebriatium perdito,& vinum amaro animo 304.a
Proucr. 32. Et laboris sui non recordabitur vlira 304.a
Eccles.1. Omnia flumina vadunt in mare 347.a
Eccles.1. Nõ erit memoria priorum 552.b
Eccles.1. Generatio vadit, & generatio venit 493.d
Eccles.1. Quid est quod fuit? ipsum quod erit 451.b,541.c
Eccles.1. Cunctæ res difficiles nõ potest vir sermone exprimere 445.f
Eccles.2. Vade quæso præsto in lætitia,& vide bonum,& ecce etiam ipsum vanitas 551.c
Eccles.3. Quis scit,an spiratus filiorum Adam ascendat sursum 354.c
Eccles.4. Filum trinum non cito rumpitur 53.c
Eccles.4. Melior est puer pauper & sapiens 336
Eccles.7. Quoniam non est homo iustus in terra 344.d
Eccles.7. Vide opus Dei, quis enim potest aptare id quod tor serit 356.d
Eccles.7. Et iustus periit in iustitia sua. 356.f
Eccles.7. Alta profunditas, quis inueniet eam 623.b
Eccles. 8. Non est iustus in terra 348.f
Eccles. 9. Perpetrans peccatum vnum,perdit bonitatem multam 344.b
Eccles.9. Ciuitas parua, & viri in ea pauci 337.a
Eccles.10. Cor stulti in sinistra illius 24.b
Eccles. 11. Mane semina semen tuum 320.f
Eccles. 11. Si annis multis vixerit homo, in omnibus lætetur 551.c
Cant.1. Indica mihi,quem dilexit anima mea 462.d
Cant.1. Exultabimus & lætabimur in te 492.b
Cant.1. Osculetur me osculo oris sui 123.c
Cant.1. Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turres 386.d
Cant. 1. Botrus cypri dilectus meus mihi in vineis Engadi 331.a
Cant.1. Trahe me post te 142.c
Cant. 2. Sicut rosa inter spinas 387.d
Cant.2. Vox dilecti mei 302.b
Cant.2. Ecce iste venit saliens super montes 293.a.301.b
Cant. 2. Ego rosa terræ campestris pinguissimæ 355.g
Can.2. Respondit dilectus meus 568.g
Cant.3 Egredimini &videte filiæ Sion regem Salomonem 167.f
Cant.3. Inuenit quem diligit anima mea 388.a
Cant.3. Papilionem portatilem fecit sibi rex Salomo 69.f
Cant.3. In corona qua coronauit eum mater sua 531.g
Cant. 4. Tota pulchra es amica 387.a,405.d

Can. 4. Mille clypei suspensi super eum 332.d
Can. 4. Munera dabis de capite Amana 440.a
Can. 5. Aperi mihi soror mea. 168.c 182.a.387.a.510.c
Cant. 5. Palatum eius dulcedinis 332.g
Cant. 6. Quæ est ista quæ apparet tanquam aurora 388.b,112.a
Cant. 7. Respiciens versus Damascum 454.b
Can. 7. Nasus tuus sicut turris Libani 567.f
Can. 8. Quæ dabit te sicut fratrē mihi, lactentem vbera matris meæ 176.c
Cant. 8. Soror nobis parua, & vbera non sunt ei 211.c,239.a
Eccl. 10. Si spiritus dominantis ascenderit super te 271.a
Eccl. 24. Ab initio & ante secula creata sunt 377.b
Isa. 1. Israel non cognouit 504.c
Isa. 1. Omne caput ad languorem 492.
Isa. 1. Et derelinquentes Deum consumentur 306.a
Isa. 1. Et cōteret scelestos & peccatores 299.c
Isa. 2. Paratus erit mons domus Dei in capite montium 299.b
Isa. 2. Quia de Syon exibit lex 532.a
Isa. 2. Et inclinabitur sublimitas hominis 259.c
Isa. 2. Et exaltabitur Deus solus in Die illa 358.f
Isa. 2. Et non leuabit gens gladiū contra gentem 304.b
Isa. 3. Dicite iusto, quoniam bonum 378.b
Isa. 3. Rapina pauperis in domibus vestris 272.c
Isa. 3. Corruit Israel, & Iuda cecidit, quia lingua eorum & opera eorum contra Deum 463.a
Isa. 3. Ecce nomen Dei venit de longe 367.b
Isa. 3. Et ambulabant extento collo & annuebant oculis 270.b
Isa. 4. In die illa erit germen Dei in decorem vel gaudium 143.f
Isa. 4. Quia super omni gloria protectio 434.8-438.d
Isa. 5. Vinea fuit dilecto meo in cornu filii olei 526.f
Isa. 5. Abiecerunt legem Dei exercituum 272.b
Isa. 5. Propter hoc captiuatus est populus meus 604.c
Isa. 5. Væ trahentibus peccatum 340.a
Isa. 5. Et speraui vt faceret vuas, & fecit spinas 466.f
Isa. 5. Propterea captiuatus est populus meus sine cognitione 504.f
Isa. 6. Sanctus, sanctus, sanctus, Tetragrammatus Sabaoth 41.c
Isa. 6. Impingua cor populi huius 381.a
Isa 7. Pete tibi signum 413.g
Isa. 7. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabit nomen eius Emmanuel 147.d
Isa. 7. Alma concipiet 417.g.430.b
Isa. 8. Et erit ad sanctificationem, & ad lapidem offensionis 134.e & 134.c.502.c
Esa. 8. Et addidit Deus loqui ad me adhuc 116.f
Esa. 8. Deum exercituum ipsum sanctificate 134.c
Isa. 8. Et contestatus sum mihi testes fideles 426.e
Isa. 8. Et accessi ad prophetissam, & concepit & peperit filium 112.b
Isa. 8. Butyrum & mel comedet 149.c
Isa. 9. Populus qui ambulabant in tenebris, viderunt lucem magnam 431.c
Isa. 9. Infans natus est nobis, filius datus est nobis, & principatus &c. 151.d.419.b
Isa. 9. Pater æternus princeps Salem 133 2.170.a
Isa. 9. Admirabilis, Consiliarius, Deus 251.b
Isa. 9. Et fuit principatus super humerum eius 368.c
Isa. 9. Et iudicabit in iustitia pauperes 363.b.601.a
Esa. 10. Si enim fuerit populus tuus Israel, sicut arena maris 503.c
Isa. 11. Et erit in die illa radix Isai, qui stabit in signum populorum 128.d 530.b
Isa. 11. Et egredietur virga de stirpe Isse. 59. b. 303. a. 434.c 540.a
Isa. 11. Et Libanus in robusto 217. c
Isa. 11. Et requiescet super eum spiritus Dei 39.c
Isa. 11. Ad eum gentes studebunt 530.c
Isa. 11. Et iudicabit in iustitia pauperes 157.g.196.g.707
Isa. 12. Hauritis aquas cum gaudio de fontibus salutis 333.f 532.c
Isa. 13. Et erit Babylonia gloria regnorum 304.b
Isa. 14. Quomodo cecidisti lucifer de cœlo, qui mane oriebaris 384.d
Is. 14. Et applicabitur hagher 309. e
Is. 14. Ad cœlos ascendam &c. 147.a
Isa. 16. Et præparabitur per misericordiam thronus 360.d
Isa. 18. In tempore illo deferetur munus Deo exercituum 134.b 198.b
Isa. 29. Et fuerunt in tenebris opera eorum 597.c
Isa. 23. Quoniam sedentibus super eam Deo 196.f
Isa. 23. Et erit in die illa 122.
Isa. 25. Ecce Deus noster ille, sustinuimus in eo 172.c.274.g
Isa. 25. Tunc aperientur oculi cæcorum 444.c
Isa. 25. deglutiuit mortem in victoriam 362.
Isa. 26. Qui cum Ioth be, firmauit Deus secula 196.f
Isa. 26. Vbs fortitudinis meæ Iesus, ponet muros, & antemurale 384.d
Isa. 26. Conculcabit eam pes pedum pauperis 486.c
Isa. 27. Et erit in die illa, clangetur tuba magna 362.c
Isa. 27. Ecce à pingue diuortium erit conuertio, & à rore mali desuper 195.c
Isa. 28. Quia in te confidit 122.c
Isa. 28. Percussimus fœdus cum morte, &c. 256.
Isa. 28. Coangustatum est stratum ab extensione 484.c
Isa. 28. Ecce ego fundam in Sion lapidem probatum 96.
Isa. 29. In die illa erit Deus ornatum ad diadema gaudii & honoris 362.c
Isa. 29. & muscatores discernatur 362.
Isa. 30. Hæc est via, ambulate ea 384.d
Isa. 30. Ecce nomen domini venit de longinquo 362.c
Isa. 32. Beati vos seminantes super omnes aquas 183.c
Isa. 32. Mittentes pedem bouis & asini 484.c
Isa. 32. Venerunt filii vsque ad partum, & potestas non est pariendi 270.d
Isa. 32. Donec effundatur super nos spiritus de excelso 490.
Isa. 32. Deus legumlator noster 196.f
Isa. 33. Qui ambulat in iustitiis & loquitur æquitates 362.
Isa. 33. Et quare moriemini domus Israel 479.a
Isa. 33. Deus iudex noster, Deus legislator noster, Deus rex noster 462.b
Isa. 35. Præmium Deus, ipse veniet & saluabit vos 172.c
Isa. 35. Et redemti Dei redibunt, & venient in Sion 486.f
Isa. 35. Deus ipse veniet, & saluabit nos 160.g
Isa. 36. Ad comedendum stercus suum, & ad bibendum vrinam suam 33.c.d
Isa. 38. Vadam ad portas inferni 355.d
Isa. 40. Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium eius dominans cum eo 164.b
Isa. 40. Quis hæc creauit 246
Isa. 40. Et Libanus non est sufficiens ad succendendum 567.f
Isa. 40. Gentes quasi non essent sunt eo 581.b
Isa. 40. Abscondita est via mea à domino 341.c
Isa. 41. Transabis montes & contundes 302.b
Isa. 41. Ne timeas, quia tecum ego 116.f
Isa. 42. Ecce seruus meus, suscipiam eum 164.c.178.g.530.d
Isa. 42. Et nos ambauerunt in viis eius, neque audierunt legem eius 516.f
Isa. 42. Ego Deus, ipse est nomen meum 160.g
Isa. 42. Illa verba feci ego 32.f
Isa. 43. Ne memineritis priorū, & antiqua ne curetis 553.c
Isa. 43. Populus iste quem creauit 370.c
Isa. 43. Ego Deus & non absque me est saluator 323.c
Isa. 43. Pater tuus primus peccauit 340.g
Isa. 44. Deus ergo sum 614.g
Isa. 44. Quoniam effundam aquam super sitientem 533.c
Isa. Ego primus & nouissimus 205.c
Isa. 45. Dicit Deus rex Israel, & redemptor eius 173.c
Isa. 45. Sic erit redemptor tuus ex vtero ego dominus faciens omnia 117.a
Isa. 45. Quia ergo fuit mecum 117.a
Isa. Israel saluatus est in Deo 438.f.329.a.471.b.324.d
Isa. Conuertimini ad me, & saluemini omnes fines terræ 366.g
Isa. Quia mihi flectetur omne genu 537.c
Isa. 45. Veh contradicenti fictori suo, testa de testis terræ 283.c
Isaiæ 45. Sic dicit Deus Messiæ suo Cyro 239.d
Isa. 45. Ipse ædificabit ciuitatem suam 177.f.601.g
Isa. 45. Rorate cœli desuper 147. a
Isaiæ 45. Manus meæ extenderunt cœlos, & omni exercitui eorum præcepi 114.g
Isa. 46. Ego feci, & ego leuabo, ego feram & liberabo 316.c
Isa. 48. Non à principio in abscondito locutus sum 48.f.50. b
Isa. 48. Priora extunc annunciaui, & de ore meo exierunt 114. d
Isa. 48. Manus quoque mea fundauit terram 114.f
Isa. 49. Dedi te in lucem gentium 367.a
Isa. 50. Induam cœlos obscuritate, & saccum ponam operimentum eorum 461.f
Isa. 50. Dorsum meum dedi percutientibus 464.f
Isa. 51. Attende ad me popule meus & mater mea mihi, intendite 168.c,531.e
Isa. 51. Respicite ad petram 458.a
Isa. 51. Cito clausus ad aperiendū, & non morietur ad corruptionem 489.f
Isa. 52. Ecce intelliget seruus meus 177.c,300.d,471.g.495. b
Isa. 52. Dominus voluit propter iustitiam magnificare legem 524.c
Isa. 51. Quia oculo ad oculum videbunt 138.c,488.e
Isa. 53. Et ipse plagatus est propter culpas nostras 220.c
Isa. 53. Ipse vulneratus est 472.a, 482.g
Isa. 53. Ecce intelliget seruus meus &c. 466.b,471.g.472. f
Isa. 53. Oblatus est, & ipse afflictus 460.e
Isa. 53. Et ascendet sicut virgultum coram eo 437.b
Isa. 53. Et dominus obuiare fecit in eo peccatum omnium nostrum 484.c
Isa. 53. Eo quod iniquitatem non fecerit 372.c
Isa. 53. Percussum Deum 491.c
Isa. 53. Et Deus obuiare fecit in eo peccatum omnium nostrum 545.f
Isa. 53. Videbit semen longæuum & voluntas Dei in manu eius prosperabitur 320.c
Isa. 53. Et in vulnere eius medicatum est nobis 170.b,328.e
Isa. 53. Omnes nos vt oues erauimus 343.a
Isa. 54. Et omnes filii tui erunt docti à Deo 530.b
Isa. 54. Sicut dies Noe istud mihi 253.a
Isa. 53. Disciplina pacis nostræ super eum 170.b
Isa. 55. Attendite ad petram vnde excisi estis 386.g
Isa. 55. Ecce testem populis dedi eum, ducem & præceptorem gentibus 245.b
Isa. 55. Eia omnes sitientes venite ad aquas 189.b
Isa. 55. Quærite Dominum, dum inueniri potest 271.f
Isa. 52. Quia oculo ad oculum videbunt 596.a
Isa. 56. Et filios alienorum applicatos ad Dominum 524.b,&c
Isaiæ 56. Et non dicat filius alieni 525.c
Isa. 56. Holocausta eorum 524.d
Isa. 56. Ad diligendum nomen Dei, vt sint ei in seruos 524.b
Isa. 56. Cœli sedes mihi sunt 430.g
Isa. 56. Custodite iudicium, & facite iustitiam 246.c,561.f
Isa. 57. Et non ad Netsah 566.f
Isa. 57. Creans fructum labiorum pacem 522.f
Isa. 57. Quoniam non in sempiternum litigabo 49.b,594.c
Isa. 57. Et vos accedite huc filij auguratricis, semen adulteræ 422.g
Isa. 57. Ipse iustus periit 316.c
Isa. 57. Sic ait excelsus, habitans in æternita e 491.d
Isa. 57. Et animas ego feci 49.a, 595.a
Isa. 59. Et venit in Sion redemptor plenus 330.g
Isa. 59. Ecce non est abbreuiata manus Dei à saluando 317.a
Isa. 60. Et populi tui omnes iusti in perpetuum hæreditabunt terram 521.d
Isa. 60. Multitudo camelorum operiet te 441.a
Isa. 60. Qui sunt isti, qui vt nubes volant, & sicut columbæ ad fenestras suas 259.a
Isa. 60. Ego Deus in tempore suo accelerabo eam 256.c
Isa. 60. Surge, illuminare, quia venit lumen tuum 440.c
Isaiæ 60. Omnes de Sabba venient, aurum & thus deferent

214.a
Isa.61. Gaudens gaudebo in Deo & exultabit anima mea in Deo meo 388.c
Isa. 61. Spiritus Domini Dei super me, quia vnxit Deus me 61.e
Isaiæ 61. Nam sicut terra producit germen suum 368.d
Isa.61. Et aduenæ quoque 624.c
Isa. 61. Et stabunt alieni & pascent oues vestras 303.c
Isa.61. Et vocabitur tibi nomen nouum, quod os Dei nominabit 155.a
Isaiæ 62. Donec egrediatur iustus eius vt splendor 414.g
Isa. 62. Ecce saluatus tuus veniet 326.a
Isa.63. Tu pater noster & Abraham nescivit nos 365.a
Isa.63. Quare rubrum est vestimentum tuum 465.c
Isa.64. Vtinam dirumperes cœlos & descenderes 363.f
Isaiæ 64. Ecce tu iratus es, & nos peccauimus in ipsis holam 342.d
Isa. 65. Et dimittetis nomen vestrum ad iuramentum electis meis 512.f
Isa.65. Quoniam mihi flectetur omne genu 368.f
Isa.65. Et educam de Iacob semen 522.d
Isa.65. Custodite iudicium, & facite iustitiam 561.g
Isa. 65. Et erit antequam inuocent. ego respondebo 175.g
Isa.66. Feci vt inquireret ab eis qui non interrogauerunt 616.a
Isa.66. Quia per ignem Deus iudicatus est 356.b
Isa.66. Quia in igne Deus iudicabitur 422.f
Isa. 66. Et erit semen eorum ex sufficientia mensis in mense suo 582.c
Isa.66. Antequam parturiat, pariet, antequam veniat partus eius 216.b

Ier.1. Ecce ego iudicabor tecum, eo quod dixeris, non peccaui. 422.f
Ier.2. Quoniam meolam confregisti iugum tuum 568.b
Ier.2. Et ego plantaui te palmitem totum semen veritatis 534.c
Ier.2. Deuotauit ensis vester prophetas vestros 270.d
Ier.2 Et pastores culpabiles 341.f
Ier.2. Et populus meus mutauit gloriam suam pro eo quod non proderit 30.f
Ier.3. Frons meretricis facta est tibi 424.a
Ier.3. Et assumam vos, vnum de ciuitate & duos de cognatione 501.c
Ier.3. Non dicent vltra, arca testamenti Dei 342.d
Ier. 4. Vocem enim quasi parturientis audiui 216.c.437.f
Ier.4. Et benedicentur in eo gentes 531.c
Ier. 4. Vidi terram & ecce inanis & vacua erat 310.f
Ier.4. Ascendit leo de cubili suo 307.f
Thren. 4. Filii Sion pretiosi, amicti auro 283.c
Ier.4. Nouate vobis nouale 568.c
Ier. 4. Vocem tanquam parturientis audiui 216.c.545.e
Ier.5. Si à facie mea non formidabitis 114.b
Ier. 5. Veruntamen hoc ad mendacium 421.c
Ier.5. Circuite vicos Hierusalem. 513.c
Ier.5. Negauerunt Deum, & dixerunt, non est ipse 505.a
Ier. 5. Et si viuit Deus dixerint; Veruntamen falsitatem iurabunt 436.d
Ier.5. Percussit eos leo de sylua, lupus nemorum 303.g
Ier. 6. Et ego præputiatus labiis. 569.f
Ier.6. A paruo vsque ad magnum eorum, omnis thesaurizans thesaurizauit 272.c
Ier. 7. Et proiiciam vos de super facie mea 512.d
Ier.7. Templum domini 746
Ier. 7. Bonas facite vias vestras. 313.d
Ier.7. Et ædificauerunt aras Topheth 270.b
Ier.7. Expellam vos à facie mea 506.b
Ier.8. Nunquid cadent, & non surgent 507.c
Ier.8. Quomodo dicitis, sapientes nos sumus 28.d
Ier.9. Et vetitatem non loquentur 28.e
Ier.9. Et omnis domus Israel præputiati sunt corde 569.f
Ier.9. Quia ego Deus, faciens misericordiam & iudicium & iustitiam in terra 361.d
Ier.10. Quia bestiæ facti sunt pastores 505.e
Ier.11. Et Deus exercituum, qui plantauit te, locutus est de te malum 335.e
Ier.12. Sanctifica eos ad diem occisionis 512.c
Ier.12. Dimisi domum meam, dereliqui hæreditatem meam 463.b
Ier.14. Expectatio Israelis, Saluator eius in tempore tribulationis 457.d
Ier.15. Si steterint Moses & Samuel in conspectu meo 504
Ier.15. Si conuertere conuertam te, vel requiescere te faciam, faciei meæ adstabis 114.c
Ier.16. Cõgregatio Israelis Deus 533.g
Ier.17. Solium gloriæ altitudo à principio locus sanctificationis nostræ 430.d.504
Ier.17. Manipulus aquarum Israelis Deus 505
Ier.18. Nonne sicut figulus iste potero facere vobis domus Israel 462
Ier.23. Ecce dies veniunt, & Deus & suscitabo David germen, &c. 504
Ier. 23. Nunquid Deus de prope ego 505.a
Ier.23. In diebus eius saluabitur Israel 505
Ier.23. Et hoc est nomen quod vocabunt eum, Deus iustus noster 442
Ier. 23. In diebus eius saluabitur Iuda 504
Ier. 23. Et statuam David germen iustum 505
Ier.23. Et non dicent vltra, Viuit Deus 505
Ier.23. Et peruertistis verba Deorum viuentium 504
Ier.24. Et ponam oculos meos super eos ad bonum 504
Ier.25. Et seruient omnes gentes istæ regi Babylonis 504
Ier.26. Vir quoque fuit prophetans in nomine domini 504
426.f
Ier.28. Propheta qui prophetat ad pacem, cum venerit verbum prophetæ 427
Ier.29. Cum fuerint completi in Babylonia septuaginta anni 234.b
Ier.30 Et seruient domino Deo suo & Dauidi regi 164.c.504
Ier.30. Interrogate quæso & videte, si parturit masculus 427
Ier.30. Vocem terroris audiuimus, fortitudinis & non pacis 458.c
Ier. 30. Et applicabo eum & appropinquabit hærebit 504
Ier.30. Quare vidi omnem virum manus super lumbos suos 427
Ier.30. Quoniam obliuiscentes



mecum tibi 414.c
Ier.30. Et seruient Domino Deo suo, & Dauidi regi suo quem suscitabo 546.c.165.c
Ier.30. Ecce ego conuerto conversionem tabernaculorũ Iacob 215.b
Ier.31. Creauit Deus nouum super terram, mulier circumdabit virum 414.c
Ier.31. Et feriã cum domo Israel & cum domo Iuda fœdus nouũ 99.d.92.c.144.c.569.b
Ier.31. Vadet ad requiem suam Israel 562.c
Ier.31. Et seminabo domũ Israel 122.d
Thren.31. Reuertere virgo Israel 414
Ier.31. Et stataam verbum meum, quod locutus sum &c. 504
Ier.33. Nisi pactum meum (esset) diem ac noctem, leges cœlo & terræ non posuissem 378.c
Ier.33. Non abscindetur David vir sedens super thronum domus Israel 500.d
Ier.36. Et vocauit Ieremias Baruch filium Neriæ 514.d
Ier.36. Domine mirex, male fecerunt viri isti 514.d
Thren.39. Eruent eruam te, & in gladio non cades 514.c
Ier.44. Et misi ad vos omnes seruos meos prophetas 338.f
Ier. 45. Periit consilium à filiis, fœmina facta est sapientia eorum 505.a
Ier.49. Et erit in fine dierum, reducam captiuitatem Elam 504.f
Ier.50. Idcirco audite consilium Dei quod iniit de Edom 502.a
Ier.50. Redemptor eorum fortis 504.d
Ier.50. Oues perditæ fuerunt populus meus 505.c
Ier.51. Facti sunt hostes eius in capite 262.b
Ier.51. Et abierunt absque fortitudine coram persequente 504
Ier.51. Quia elongatus est à me consolator, conuertens animã meam. 127.144.d.165.197.a
Thren.1. Gaude & lætare filia Edom quæ habitas in terra Hus 504
Ier.51. Iustus est ipse Deus, quia nos iniquitatem 483.a
Thren.2. Conuertit retrorsum dexteram suam 325.g
Tren.2. Destruxit Dominus, & non pepercit omnibus pretiosis Iacob 272.a
Tren.2. Quid contestabor tibi? 358.d
Tren.2. Confregit in ira furoris omne cornu Israel 527.c
Tren.3. Et tabescet super me ani ma mea 29.e
Tren.3. Bonus est Deus expectãtibus eum. 172.f
Tre.3. Protexisti nube te, ne trãsiat oratio 539.c
Tren.3. Sedebit solus & tacebit, quia baiulauit super se 461.e
Tren.3. Ego vir videns paupertatem, in virga indignationis suæ me minauit 487
Tren. 4. Et magnificatũ est peccatum filiæ populi mei 270.c
Tren.5. Super monte Sion, quod desertum est, vulpes ambulauerunt in eo 426.e
Tren.5 Mulieres in Sion humiliauerunt virgines in ciuitatibus Iuda 415.f
Tren.5. Quare in æternum obliuiseris nos 307.b
Tren.5. Spiritus oris nostri Messias Deus captus est in retibus 459.e
Tren.5. Pupilli facti sumus absque patre 437.b
Baruch 5 Hic est Deus noster & non æstimabitur alius in conspectu eius 174.c
Ezech.1. Et super firmamentum, quod erat imminẽs capiti eorum 431.f
Ezech.1. Et sublimitas eorum, & sublimitas eis 177.d,300.e
Ezech.2. Fili Adam mitto ego te ad filios Israel ad Goim Hainmotdim 511.e
Ezech.5. Et tu fili hominis sume tibi gladium acutum 264.d
Ezec.7. Et adducam malos gentium 508.c
Ezech. 7. Et non miserebitur oculus meus 113.f
Ezech.8. Et ipsi mittentes erunt fœtorem ad nasum suum 35. b.483.b
Ezech. 8. Et castrametati sumus ibi diebus tribus 490.b
Ezec. 9. Peccatum domus Israel & Iuda magnum nimis valde 270.c
Ezech.16. Sicut vulpes in deserto prophetæ tui Israel fuerunt 341.e
Ezech.16. Et nõ fuistis sicut meretrix 422.g
Ezech.17. Tenerum carpam, & plantabo eum ego super montem altũ, & prominentẽ 158.c
Ezech. 17. Fili Adam ænigmata, & narra ænigma 20.f
Ezech. 18. Non enim volo mortem mortui 332.a
Ezec.18. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur 453.b.562.d
Ezech. 20. Sabbata mea dedi eis 712.d
Ezech.20 Ego dedi eis præcepta non bona 567.b
Ezec 21. Et occidam ex te iustum & impium 248.b
Ezech.21. Prostrati gladio fuerũt populus meus 274.b
Ezech. 22. Ecce prælati in Israel, quilibet ad brachiũ suum fuerunt ad te &c. 272.d
Ezec.23. Et ibi subacta sunt vbera virginum suarum 314.f
Ezech.24. Sanguis enim eius fuit in medio eius 271.d
Ezech.24. Ecce ego profanabo sanctuarium meum 506.c
Ezech.24. Fuerunt que tres viri isti in medio eius, Noas, Daniel & Iob 226.b
Ezech. 28. Ecce sapientior es tu Daniele 226.c
Eze.33. Si volo mortẽ impii 332.a
Ezech.34. Et vos oues meæ, oues pascuæ 522.d,290.d
Eze.34. Et saluabo oues meas, & non erũt vltra in prædam 166.a
Ezech.36. Effandam super vos aquas mundas 496.c
Ezec.36. Et auferam cor lapideũ de carne vestra 317.d,495.b
Ezech.36. Et dabo vobis cor carneum ibid.
Ezech.36. Et aspergam super vos aquas mundas & mundabimini ab omnibus immundiciis vestris 534.a.535.f
Ezech.36. Et removeri faciã cor lapideum de carne vestra 337.d
Ezech.38. Fili hominis pone faciem tuam ad Gog terram Magog 317.d
Ezec.39. Nunc conuertam conuersionem Iacob 308.g
Ezech.44. Porta hæc clausa erit, non aperietur 415.d
Ezech.vlt. Circuitus decem & octo millia 318.e
Ezech.vlt. Et nomen ciuitatis ex illo die, Deus ibi 150.g
Da.2. Lapis, qui percussit statuã, factus est mõs magn' 158 285.f
Dan.2. Eius caput ex optimo cõstabat auro, pectus & brachia 194.c
Dan.2. Et lux cũ eo 139.c.460.a
Dan.2. Nouit quid in tenebris 604.c

Dan.5.Numerauit,ponderatum est,diuisum est 748.e
Dan. 6. Deus meus misit angelum, & clausit os leonum 307.d
Dan. 7. Aspiciebam ergo in visione noctis, & vidi cum nubibus cœli quasi filium hominis venientem 187.a,531.d, 601.b
Dan.7. Et cornua decem habebat 517.b
Dan. 8. Et ecce hædus caprarũ, veniens ab occidente, super faciem totius terræ 281.a
Dan.9. Ego Daniel intellexi in libris numerum annorum 229.c.246.a
Dan.9. Et intellige visionẽ hebdomades septuaginta præciſam eſſe ſuper populum tuum 225.b
Dan.10. Poſt hoc ego Daniel fui lugens tribus hebdomadibus dierum 127.d
Dan.11.Adhuc tres reges ſtabunt in Perſide 231.b
Dan.12. Et multi ex dormientibus in terræ puluere euigilabunt 597.f
Dan. 12. Velut ſplendor cœli 603.d
Dan.12. Et intelligentes ſplendebunt 603.d
Dan. 12. Beatus qui expectat & pugnat ad dies mille trecentos trigintaquinque 227.g

Hoſ. 1. Non adiiciam vltra, vt miſerear domui Iſrael 316.e, 329.e
Hoſ.1. Et congregabuntur filii Iuda 183.a.492.d
Hoſ. 2. Et reſpondebit ibi, ſicut in diebus iuuentutis 501.f
Hoſ.1. Et domus Iuda miſerebor,& ſaluabo eos in domino Deo ſuo 116.c
Hoſ.2.Et ſeminabo eam mihi in terra,& miſereberˢ eius 183.b, 523.b
Hoſ. 3. Et quærent dominum Deum ſuum, & Dauid regem ſuum 163.e
Hoſ.3. Quia diebus multis morabuntur filii Iſrael abſque rege & abſque principe 508.e
Hoſ. 4. Super capita montium decollabunt 293.b.302.b 332.g
Hoſ.4. Gloriam eorum in ignominiam commutabo 30.f
Hoſ.5. In Deum prodigioſe egerunt 510.c
Hoſ.6. Quia miſericordiam volui,& non ſacrificium 388.f
Hoſ.6.Viuificabit nos poſt duos dies,& in die tertio ſuſcitabit, vel eriget nos & viuemus ante faciem eius 137.f.490.a.467.c
Hoſ.6.Et veniet ſicut imber nobis 145.f
Hoſ. 6. Viſitabit nos poſt duos dies 397.c
Hoſ.7 Vehˢ eis,quia refugerunt à me, vaſtatio eis 446.b.461.d
Hoſ.9. Quia etiam vehˢ eis incarnationis meæ ex iis 54.a.c
Hoſ.9 Propter malitiam operũ expellã eos de domo mea 506.a
Hoſ.10. Vitis infrõdoſa Iſrael 514.d
Hoſ.11.In funibus Adam traham eos 542.b
Hoſ.11.Ex Ægypto vocaui filium meum 443.g
Hoſ.12. In manu prophetæ aſſimilabo 20.f
Hoſ.13. De manu inferni redimã eos 544.a
Hoſ. 14. Ero quaſi ros Iſraeli 145.c,521.b
Hoſ.13. Et ego Dominus Deus tuus ex terra Ægyptiorũ 523.c
Hoſ. 14. Sanabo peruerſitatem eorum 370.g
Hoſ.14. Conuerte Iſrael, vſque ad dominum Deũ tuum 453.d
Hoſ.14. Ero quaſi ros Iſraeli,& germinabit ſicut lilium 146.b

Ioel.2. Sol & luna obtenebrati ſunt 297.c
Ioel.2. Et aquilonem elongabo à vobis &impellam eum ad terram aridam 313.b
Ioel.3.Et effundam ſpiritum meũ ſuper omnem carnem 498.f
Ioel.3.Sol & luna obſcurati ſunt & ſtellæ abſconderunt ſplendorem ſuum 461.g
Ioel.3.Et fons de domo Dei exibit 451.d.536.g
Ioel. 3. Diem Dei magnũ & horribilem 593.c
Ioel. 3. Et erit omnis qui inuocauerit in nomine Dei liberabitur 175.e
Ioel. vlt. Congregabo omnes gentes & ducam eas in valle Ioſaphat 471.a

Amos 2. Et vinum damnatorum bibet domus Dei eorũ 481.c
Amos 2. Super tribus ſceleribus Iſrael, & ſuper quatuor non conuertam eum 275.c.464.a
Amos 3. Leo rugiit quis non timebit? 307.c
Amos 5. Num ſacrificia & oblationem obtuliſtis mihi in deſerto 586.g
Amos 5. Quærite me & viuetis 532.a
Amos 5. Cecidit nec adiicit vltra ſurgere virgo Iſrael 504.a
Amos 6. Deteſtor ego ſuperbiam Iacob & palatia eius odi 504.d
Amos 6. Bibentes in phialis vinum 504.e
Amos 7. Domine Deus propitiare quæſo, quis ſtabit Iacob? 322.a.b
Amos 7. Quis ſurget Iacob, quia paruus eſt 322.a
Amos 7. Et Iſrael captiua ducẽs captiuabitur 426.c
Amos 8. Et aſcendere faciam ſuper omne dorſum iacoꝝ vniuerſi cilicium 224.a
Amos 8. Et occidere faciam ſolem in meridie & tenebrificare faciam terram in die lucis 481.c
Amos 9. Quiædificat in cœlis aſcenſiones ſuas 442.f
Amos 9. Et oculos meos ponam ſuper eos ad malum 544.a
Amos 9. In die illa ſuſcitabo tabernaculum Dauid deiectum 481.b
Amos 9. Qui ædificat in cœlis aſcenſionem ſuam 442.f
Abd.1. Et non erit reliquiæ domui Iacob 493.a

Ionæ 3. Fuit Ionas in viſceribus piſcis tribus diebus 490.b

Mich.1. Et ponent ſibi cornua num 530.c
Mich.7. In domo ad pulueris 512.a
Mich.2. Aſcendit labes ſtatuta te eos 491.f.492.a
Mich. 2. Et tranſibit rex eorum ante eos 184.f.498.f
Mich. 3. Propterea cauſa vestri Sion tanquam ager arabitur 313.b,& 426.f
Mich.4.Et iudicabit inter populos multos 196.f.604.a
Mich.4.Et fluent ad eam gentes
Mich. 5. Et egreſſus eius ab antiquitate,& à diebus ſeculi 386.c
Mich.5.Et tu Bethlehem Ephrata paruula es in millibus Iuda 221.c
Mich.5. Propterea dabit eos vſque ad tempus quo pariens pariet 238.f
Mich. 6. Audite montes iudicium Dei 300.g
Mich. 6. Vtique facere iudicium & diligere pietatem 161.d

Nahum 1. Deus in turbine, & in tempeſtate via eius, & nubes pulueis pedum eius 462.a
Nah.1. Bonus eſt Deus ad confortandum 346.f
Nah.1.Ecce ſuper montes pedes annunciantis 177.d
Nah.1. Montes compuncti ſunt ab eo, & colles fluctuauerunt 502.a
Nah.2. Et flos vel germen libani effloruit 210.f
Nah.2. Vt fulgura diſcurrẽt 603.e
Nah.2. Viſio eorum tanquam lampadarum 603.e

Habac.1.Nunquid tu,ab antiquo domine Deus meus, ſanctus meus non morieris 35.c,36.d 462.e
Habac.1. Quia opus fiet in diebus veſtris, quod non credetis cum narrabitur 103.c
Habac.2.Adhuc modicum vnum eſt, & ego commouebo cœlum 208.a.262.c
Habac.2. Et iuſtus in fide ſua viuet 386.g
Habac.3. Et duo cornua de manu eius ei 527.a
Habac.3. Ego autem in domino gaudebo,& exultabo in Deo ieſu meo 154.b.399.g
Habac.3.Ego autem in Deo gaudebo, exultabo in Deo ieſu meo 154.b

Soph.1.Etiam argentum eorum, etiam aurum eorum nõ valebit liberare eos 346.b
Soph.3 Expectate me, ait Deus, in die reiurrectionis meæ 386.g
Soph.3. Ad inuocandum omnes nomen Dei 295.a
Soph.3. Quoniam tunc conuertam labium electum &c.311.d

Hag.1.Aſcendite in montem, & afferte lignum 238.g
Hag.2. Loquere ad Zerubabel filium Sealthiel ducem Iuda 521
Hag.1. Aſcendite in montem, & afferte in lignum 211.b
Hag.2.Adhuc modicum vnum eſt & ego commouebo cœlum 208.a

Zach.1. Et ecce vir equitans ſuper equum rufum vel ſanguineum 162.b
Zach.2.Lauda & lætare filia Sion 425.f
Zach.2.Qui enim tangit vos,tangit pupillam oculi ſui 35.a
Zach.2. Quia ecce ego venio,& habitabo in medio tui 522.e
Zach.2.Et applicabuntur gentes multæ 521.f
Zach.2.Canta & lætare filia Sion 46.a.522.e.526.a
Zach.3.Quia ecce lapis,quem dedi coram Iehoſua 157.d
Zach.4 Quis tu mons magne coram Zorobabel 408.d
Zach.4 Primaria petra 386.f
Zach. 4. Quis tu mõs magne coram Zorobabel 157.f.300.d.157.g
Zach.6.Ecce vir,germen nomen eius 143.d.145.a.437.b
Zach. 8. Adhuc habitabunt senes, & vetulæ in plateis Ieruſalem 416.g
Zach.8.Quoniam ante dies illos merces hominis non erat 522.e
Zach.9.Equitans ſuper aſinam, 451.c.534.b
Zach.9.Pauper & equitans ſuper aſinam 189.c.451.c
Zach.9 Ecce rex tuus veniet tibi iuſtus & ſaluator ipſe, pauper ſedens ſuper aſinam 187.a 278.c.425.f.456.a.543.f
Zach 9.Etiam tu per ſanguinem pacti tui,emiſi captiuos de puteo 485.a
Zach. 9. Omni verbi Dei in terra Hadrach 168.a.454.b
Zach. 9. Et ſedebit Mamzer in Azoto 511.f
Zach.9.Exulta valde filia Zyion, iubila filia Ieruſalem 160.d
Zach.10.Sibilabo eis, & congregabo eos 451.f
Zach.11 Aperi libane portas tuas 207.b
Zach. 11. Appenderunt mercedem meam triginta argenteis 464.b
Zach. 12. Aſpicient in me quem transfixerunt 190.b.477.d
Zach.12. Et effundam ſuper domum Dauid 190.g.496.e
Zach.12. Et formãs ſpiritum hominis in medio eius 48.d
Zach. 13. In die illa erit fons patens domui Dauid,& habitantibus Ieruſalem, in obliuionẽ peccatorum 370.f.514.c
Zach. 13. Et etiam prophetas & ſpiritum immunditię transferam de terra 590.b
Zach.13. Diſperdam omnia nomina idolorum de terra 292.g
Zach.14.Et erit dies vna, & ipſa eſt nota Deo 582.
Zach.14. Et congregabo omnes gentes in Hieruſalem ad prælium 317.f
Zach 14. Et exaltabitur,& ſedebit ſub ſe 298.g

Malach.1.Non eſt mihi voluntas in vobis, ait Deus exercituum & munus non placebit de manu veſtra 589.a
Mal.1.Ecce qualis vilitas,& expitare feciſtis me 29.a.f.467.c
Mal.1. Afflixiſtis eum,ait dominus exercituum 29.c
Mal.1. Et ſi domini ego, vbi eſt timor meus 764.e
Mal.1.Et Eſau odi 341.e
Malach.1. Dilexi vos, ait dominus 524.c.542.a
Malach.2.Et quid vnus erat quæ reos ſemen,&c. 438.a
Malach.2.Vexaſtis Deum in verbis veſtris 463.a
Malach. 2. Quia labia ſacerdotis ſeruant ſcientiam 76.g
Malach.3. Et beatificabunt vos omnes gentes 493.e
Malach.3. Ego Deus non mutor 44.a
Malach. 3. Ecce ego mitto angelum meum, & parabit viam faciei meæ,&c. 137.c.217.e
Malach.vlt. Ecce ego mitto vobis Eliam 189.c.594.b

1.Mach. 8. De Romanorum & iudæorum ſocietate 283.c

2.Mach. 14. Cum iam comprehẽderetur, gladio ſe petiit 352.e

# LOCA NOVI TESTAMENTI.


MAtth. 2. Vbi est qui natus est 442.c
Matth. 4. Pœnitẽ tiam agite: appropinquat enim regnum cœlorum 556.f
Matth. 5. Non veni soluere legem 555.c
Matth. 10. Tradent enim vos in conciliis, &c. 452.b
Matth. 11. Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista 590.a
Matth. 15. Cæci sunt, & duces cæcorum 505.e
Matth. 16. Filius hominis venturus est in gloria 452.b
Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata 556.b
Matth. 19. Omnis qui reliquerit domum ibid.
Matth. 23. Supra cathedram Mosis sederunt scribæ & pharisæi 502.e
Matth. 27. Principes sacerdotum illudentes cum scribis & senioribus 481.d
Matth. 27. Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti 479.533.a
Matth. 28. Euntes ergo docete omnes gẽtes, baptizantes eos in nomine patris, &c. 90.b
Matth. 28. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus 181.a
Marc. 14. Cœpit pauere & tædere 480.c
Luc. 1. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco 415.c
Luc. 1. Aue Maria gratia plena 727.f
Luc. 1. Ioseph filii Dauid 411.c
Luc. 6. Beati pauperes 556.a
Luc. 11. Cum fortis armatus custodit atrium suum 425.b
Luc. 18. Ecce ascendimus Hierosolymam 452.a
Luc. 19. Quia si cognouisses & tu ibid.c
Luc. 22. Simon ecce satanas expetiuit vos 460.g
Luc. 24. Qui fuit vir propheta potens in opere & sermone 451.g
Ioan. 1. Erat lux vera, quæ illuminat, &c 442.a
Ioan. 1. Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi 382.a
Ioan. 4. Domine, vt video propheta es tu 451.g
Ioan. 5. Ego veni in nomine patris mei, & non recepistis me 281.a
Ioan. 8. Et ego lux in mundum veni 37.d.470.f
Ioan. 8. Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati 582.a
Ioan. 8. Antequam Abraham fieret, ego sum 460.f
Ioan. 19. Milites plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius 465.g
Rom. 3. Omnes in Adam peccauerunt, & egent gratia Dei 391.&395.c
Rom. 4. Non in circuncisione, sed in præputio 570.b
Rom. 5. Si vnius delicto multi mortui sunt 482.c
Rom. 11. Cæcitas ex parte euenit in Israel 424.g
1. Cor. 15. Per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum 538.f
1. Cor. 13. Fidem reputatam fuisse Abrahæ in præputio 572.a
Gal. 1. Scientes autem quod non iustificatur homo ex operibus legis 570.c
Gal. 5. In Christo Iesu neque circuncisio aliquid valet 580.a
Gal. 5. Quod si circuncidamini, Christus vobis nihil proderit ibid.
Col. 1. Et omnia in ipso constant & ipse caput corporis Ecclesiæ 184.b
Col. 2. Expolians principatus & potestates 540.a
Phil. 1. Ipsum dedit caput super omnem ecclesiam 184.b
1. Petr. 1. Per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis 490.5
1. Petr. 2. Ad quem accedentes lapidem viuum ab hominibus quidem reprobatum &c. 184.b
1. Ioan. 5. Tres sunt qui testimonium dant in cœlo, pater, verbum & spiritus sanctus 538
Apoc. 20. Et cum finiti fuerint mille anni, soluitur satanas 524.g


*LOCORVM SCRIPTVRARVM diuinarum finis.*

FINIS OPERIS P. GALATINI ET CABALÆ IO. REVCHLINI CVM SVIS Indicibus.

*Series Chartarum,*

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm

*Omnes terniones præter* Mm *qui est duernio.*

T. FLAVII

# CLEMENTIS

## ALEXANDRINI PRESBYTERI,

ET ECCLESIASTICÆ SCHOLÆ MAGISTRI,

QVI PANTÆNI QVIDEM MARTYRIS FVIT

Discipulus, præceptor verò Origenis, opera omnia ante annos quadraginta è Græco in Latinum conuersa, nunc vero recognita interpretatione, amplissimis commentariis illustrata.

A

GENTIANO HERVETO AVRELIANO,

ECCLESIÆ RHEMENSIS CANONICO.

*Adiecta sunt collectanea variorum scriptorum, qui multa eiusdem loca in suis commentarys exposuerunt.*

Cum quatuor Indicibus commodissimis, ac fidelissimis.

*Librorum nomina octaua pagina indicabit.*

PARISIIS,

Apud Claudium Chappelet, via Iacobæa, sub signo Vnicornis.

M. DC. XII.

*CVM PRIVILEGIO REGIS.*

AMPLISSIMO AC RELIGIO-
SISSIMO CANONICORVM RHEMENSIVM
COLLEGIO SIMON HERVETVS MEDICINÆ
Doctor, S. D. P.

QVAM difficili in negotio versetur eorum industria, qui de Græcis Latina faciunt, vel quod (vt cætera taceam) inepte faciant, dum Græca verba totidem penè Latinis reddunt, vt fideles interpretes habeantur, vel quod, dum ad ornatum orationis toto animo intendunt, ab ipsa sententia longius aberrent, præter quam quod experiens ita sensi, Canonici Rhemenses totius Europæ clarissimi, me multoties suo iure monuit honoratus vir Gentianus Herueus, haud ita pridem collega vester, citra inuidiam doctissimus patruus meus, quoad vixit, mei amantissimus, cuius memoria singularem mihi ideo, & pluribus alijs nominibus omni obseruantiæ genere semper colenda est, & prosequenda. Quod tamen difficillimum esse vir ille me monebat, id nequaquam ipsum auocauit à vertendis pluribus de Græco tam in sacras literas quam in philosophicas disciplinas veterum auctorum commentarijs, licet sua omnia grauiora studia, curas omnes, & cogitationes in serenandis horribilibus dissidentium opinionum procellis, earum in refutandis Sacramentariorũ, vt ita dixerim, nefandis erroribus adhiberet ac collocaret. Proinde, dum esset in Italia, literatorum hominum hortatu inter eas difficultates à me enumeratas constitutus, & quasi medius inter duas Syrtes nauigans, Clementis Alexandrini opera Græcum scripta Latinitate donauit, sed tanta certe & pœnè incredibili ob nimis importunam Typographi festinationem celeritate, vt diebus singulis tantum vertere cogeretur, quantum quiuis alius calamo potuisset excipere, quo commodius Typographiarijs operis satisfaceret: hoc ego libentius, quod ab illo sine vlla ostentatione dictum esse memini. Annum autem iam agens octogesimum, dum ætatem vireſque suas inclinare, ac deficere animaduerteret, quod ei reliquum esset vitæ, totum id

*in sacrosanctis euoluendis literis, quibus animum suum vere ingenuum & ad optima quæque percipienda apprime attentum pasceret ac reficeret, conterere ac consumere decreuit. Quo ætatis suæ tempore, cùm a quibusdam de literis peregregie meritis viris factus esset certior nonnulla apud Clementem Alexandrinum reperiri, quæ extremam interpretis manum requirerent: ecce de repente priorem suam versionem maturo iudicio perpendens perlegensque attentius, quod à se in ea versione desideretur, facile deprehendit. Hoc onus animo potius quam robore aggressus est, eo quidem consilio, vt omnia ad calculum Græcæ veritatis referret (solent enim δυνατοὶ πάντες ἔναι σοφώτεροι) vt si fieri posset perfecti muneris interpretis expleret, aut saltem ne sua scripta nimis indulgenter (quod fere fit) probare crederetur. In quo præstando tantam operam tantumque studium posuit, vt Clemens Alexandrinus denuo Latinus factus nouam formam seu faciem induisse, nec ex Herueti officina exisse videri queat. qui nihilominus possit audentius proferri in apertum, & à studiosis hominibus multo magis quam antea probari: atque eo potissimum nomine quod cum multa difficilia, & quasi numeris Platonis longe obscura se offerrent, ea sine dubio vniuersa commentariorum luce perua sorte ac illustrarit. Quos vna cum toto quasi nouo volumine, typis vt emanerent ex iussu auctoris, & assiduis doctorum hominum efflagitationibus quum traderem dedi me libenter in eam partem, vt sub dignitatis celebritate & clientela vestra prodirent in lucem, Canonici Rhemenses dignissimi, qui omni laude prædicatione literarum monimentis decoremini. Estis enim ij, qui in his miseris temporibus maxima ad perpetuam vestram laudem constantia, animis, corporibus, & fortunis certatim certabatis pro salute & dignitate Ecclesiæ. Estis ij, in quibus summa sunt omnia, quæ præcipuum quendam amorem, honorem, & obsequium sibi dium non obscurum conciliant, eruditio, vitæ sanctimonia, humanitas amor in pauperes, & in literatos homines singularis. Estis ij, in quibus virtutes omnes ita cadunt affatim, vt difficillimum foret eas non modo persequi & commemorare scribendo, sed etiam recordari cogitando, vel notare obseruando. Estis ij denique, quibus in diuinis officiis obeundis, in sacris faciundis tam pura est & solemnis religio, tam diligens cautio, tam amplus tamque splendidus ordo ceremoniarum pro veteri instituto ecclesiæ vestræ consuetudine, adeo vt:*

Qui mores hominum multorum vidit & vrbes,

*habeat, vnde palam prædicet vestrum collegium nulli Canonicorũ collegio secundum esse, à quo cætera habent exemplum religionis & virtutis laudandæ præclarissimum: Qui quãdo sitis ij, quales reuera estis, ne sit mirum cuipiam*



*cuipiam si has recentiores socij vestri lucubrationes cum celebris Capituli vestri inscriptione publicari & apparere curauerim, quas ille in interum sui erga vos amoris, & obseruantiæ argumentum amplitudini vestræ consecrare statuerat, vt quemadmodũ vestra insignis teneret demortui corpus Basilica, vestra quoque Bibliotheca omni bonorum volumimum genere cumulatissima, postrema hæc ingenij sui monimenta haberet. quæ si probetis, & æquo animo excipiatis, sane patrui mei in vertendo & commentando maximos, meos pariter quantuloscunque in transcribendo exantlatos labores haud exiguo fructu compensatos esse nunquam non existimabo.*

Valete. Rhemis Kal. Aprilis.
cIↃ. IↃ. cx.

# DE CLEMENTE ALEXANDRINO

## TESTIMONIA.

Εὐσέβιος τῶν παμφίλου ἐν τῇ τῆς εὐαγγελ. θεωρ. βιβλ. β.

ΤΑΤΤΑ δὲ Κλήμης ὁ σπουδαῖος ἐν τῷ πρὸς Ἕλληνας προτρεπτικῷ διαῤῥήδην ἐκφαίνεται πάντα μὲν δὴ τὰ παρ' ἐκείνου αὐτῷ, δόκιμον χαλκὸν τῆς πολλῆς ἀποκαθαίρων, ὅτε δὲ καὶ πρὸς τῶν σοφιστῶν λέγων, ἢ διὰ τὸ ἐναργὲς τῶν ἐπιδείξεων ἀβασάνιστα παραδεχόμενος. ἐφεξῆς δ' οὖν ἢ τοῦτο ἐπαινέσεται· αὐτὰ τοίνυν αὖθις, ἢ τὰ ἑξῆς.

### *Eusebius Cæsarien. de præp. Euang. lib. 2.*

Hæc autem mirabilis ille Clemens in Exhortatorio ad Gentes aperte reuelat, vt omnium rerum experientia scientiaque præditus, & vsu plurimorum negotiorum praditissimus, qui patrias nugas à salutari & Euangelica doctrina monitus cito contemnit. Pauca igitur ab eo sumpta diligenter audias. Abdita inquit, &c.

ὁ αὐτὸς ἐν τῷ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας βιβλίῳ ἑ.

Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ἐπιφανέστατος ἦν Ἀλεξανδρείας ἡγούμενος Κλήμης, δεύτερος τῷ πόλει τῶν Ῥωμαίων ἐπὶ τοῦτο ἠκριβωμένῳ φοιτητὴς τῶν ἀποστόλων, ὃς δὴ καὶ ἡνίκα ἐν ἀκμῇ τοῦ λόγου ἐπὶ τοῦτο παρέστησε, πολλὰ μὲν ὑπὲρ τῶν ἐν αὐτῷ ἀνδρῶν ἐν τοῖς συγγράμμασιν αὐτοῦ διαλαμβάνει, ὑπόμνημα δὲ τῶν ἐν τοῖς ἁγίοις γραφαῖς ἐπιτομωτάτων ἐν ὀκτὼ βιβλίοις ἐκτίθεται, ἃ δὴ καὶ ἐπιγράφει Στρωματεῖς, ἐπιμεμιγμένων ἐν αὐτοῖς τῶν κατὰ τὴν θείαν γραφὴν ἀποφάσεων τοῖς τῆς ἔξωθεν φιλοσοφίας δόγμασιν, πλείστων ἔθνων ἀναμεμιγμένων ἐν αὐτοῖς ἐπιδεικνύμενος, ὅπως ἂν μὴ ὑπὸ τῶν ἐκ τῆς ἔξωθεν παιδείας ἐπιχειρημάτων ὁλοσχερῶς ἐκκρουόμενοι τῶν ἐκ τῆς θείας γραφῆς ἀποφάσεων ἀπορρίπτοιεν, ἀλλὰ μᾶλλον ἐκ τῶν ἔξωθεν ἐπιχειρημάτων ὁλοσχερῆ τὰ ἐκ τῆς θείας γραφῆς ἐπιδείξεως ἀποδεχόμενοι, τοιαῦτα φασὶ. δεῖ δὲ καὶ τοῦτο ἐπιμνησθῆναι τοῦ ἀνδρὸς, ὅτι μὴ ὅπως εἰς γραφὴν ἐπενεγκεῖν ἠξίωσε φιλόκαλον ἀποχρῶντα ἡγησάμενος ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν ἐκείνοις τὰ παρ' ἑαυτοῦ ἐν ἀφανεῖ κατατιθέμενος, ἀλλὰ καὶ ἐπιδεῖξαι τοῖς ἐντυγχάνουσιν ἐθελήσας, ὅτι τὰ μὲν ἐκ τῆς θείας γραφῆς ἀληθῆ καὶ ἀσφαλῆ, τὰ δὲ τῶν ἔξωθεν φιλοσόφων ἐκ τῆς ἐναντίας ἐστὶ δυνάμεως, ἐπιβουλῆς τε καὶ πλάνης ἀνθρωπίνης ἀναπλεῳ τυγχάνοντα. ταῦτα μὲν οὖν περὶ τοῦ ἀνδρὸς ἐν τούτοις ἱστορήσαντες, ἐπὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἐκείνου συγγραμμάτων τὸν λόγον τρέψομεν.

### *Idem Hist. Ecclesiasticæ lib. 3. cap. 11.*

Clemens eodem vocabulo quo & ille qui Romanam Ecclesiam olim rexerat, Apostolorum discipulus fuerat, temporibus illius (Pantæni) cuius opera in sacris literis educatus multumque exercitatus erat, Alexandriæ hominum fama nobilissimus est: qui quidem in libris Dispositionum nominatim præceptoris sui Pantæni meminit facit. Quem etiam in primo libro Centonum, vbi certos quosdam ex Apostolica doctrina, quam ipse ab illis acceperat, cum primis eximios recensere verbis: Istud à me iam institutum opus non est certe opus artificiose ad ostentationem elaboratum, sed tanquam commentarius ad obliuionis morbum randum in summam senectutem repositus, simulachrum planè & adumbratæ modo efficacis illius & planæ spiritu ac vita doctrinæ, quam mihi concessum audire: verumetiam beatorum hominum, qui sunt re vera præconiis celebrandi. *Vide pag. 301. 40.* rum vnus Ionicus genere in Græcia vixit: alter magnam Græciam incolut, Cœlesyria natus, ibidem commoratus est: alter ex Ægypto fuit, &c.

ὁ αὐτὸς ἐν τῷ ϛ΄ βιβλίῳ.

Παντῖνον ὁ Κλήμης διαῤῥήδην, τῶν κατ' Ἀλεξάνδρειαν ἐκπεπαιδευκότων εἰς ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἐκκλησιῶν, ὡς ἐν ἑτέροις πολλαχοῦ φησιν, ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ὑπομνημάτων τῶν ἐπὶ τῇ τοῦ κυρίου παρουσίᾳ ἀναγραφομένων, ἐν τῷ τρίτῳ τῶν Στρωματέων φησὶν ὁ Κλήμης ἀκηκοέναι τοῦ ἀνδρὸς τοιαῦτα· ἐν τῷ τρίτῳ τῶν Στρωματέων περὶ τῆς κατὰ τὸν Σωτῆρα ἡμῶν οἰκονομίας ἐπιδημίας, καὶ ὅτι ἐκ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐγένετο ὁ Κύριος, ἐκ τῆς Ἰουδαϊκῆς φυλῆς καὶ τοῦ Δαβὶδ κατὰ σάρκα, καὶ ὅτι ἐκ παρθένου τὸν ἄνθρωπον ἀνέλαβεν, ἐν τῷ τρίτῳ τῶν Στρωματέων ἐν μέρει ἐπιμνησθεὶς τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίας

# Testimonia de Clem. Alexandr.

quem vos quoque scitis, & nunc plenius recognoscetis, qui cum huc venisset inter prouidentiam & visitationem Dei, confirmauit, & auxit domini Ecclesiam. Constat Origenem huius fuisse discipulum. Floruit autem Seueri & Antonini filij eius temporibus.

Επραξεν κ' συγγραμματα αμ. κβ', ων ά.

Εἶτα ὁ ἐγκωμιαστὴς συγχαίρων, καὶ διηγούμενος τοῦτον ἐν τοῖς σφῶν αὐτῶν συγγράμμασιν ἐπαινέσας, Κλήμεντι τῷ τοῦ παντὸς ἀνδρὶ, ὑπήκοος ἦν Ἀδριανός.

*Epiphanius contra Secundianos hæresi 32.*

Deinde qui recte scripserunt de veritate, horum vestaniam in scriptis suis redarguerunt Clemens videlicet, quem quidam Alexandrinum, alij Atheniensem dicunt, &c.

ὁ Κύριλλος.

Εφη δὲ ὁ Κλήμης οὐκ ἐπὶ νεκροῖς, καὶ γὰρ οὐδὲ θεοῖς τοῖς παλαιοῖς, ποιεῖ τι ὑπὸν καὶ ἀληθῶς ὁ ἐπὶ τῷ σοφωτάτῳ, ὃς ἦν ἐπὶ ἐπαινέσαι ἐπὶ τῷ ἀληθῶς θεῷ ὑμνήσαι ὀφείλομεν, τοῦτο ἦν ἡμῖν οὗτος, καὶ τοῦτο ἐστιν ὁ ἐπικαλούμενος.
Ταῦτα τῆς ἱδίας μαιευτικῆς ἐστὶ τοῖς φωμαίοις ὁ Κλήμης, οὐκ ἐπὶ νεκροῖς καὶ φιλοσοφεῖν, καὶ ἐπὶ συγγράμμασιν ἐπαινέσαι ἐπὶ τῷ ἀληθῶς θεῷ ὑμνήσαι ὀφείλομεν, οὐκ ἐπὶ τοῖς παλαιοῖς θεοῖς.

*Cyrillus Alexand. lib. 10. in Iulianum.*

De diis autem & templis sic dixit Clemens vir disertus, & plurimarum rerum eruditione præditus: Neque enim hoc celabimus, atque adeo hoc conuincemus, speciosa quidem nomine dici templa, fuisse autem sepulchra ea quæ templa sunt appellata. Et rursus: Huius, inquit, historiæ separatim meminit Clemens in Stromatibus vir ea primis studiosus, & qui eorum quæ apud Græcos leguntur altitudinem cura ac diligentia perscrutatus est, quo pauci vtique ex iis, qui eum præcessere.

*M. Aurelius Cassiodorus lib. 1. Institut. diuinarum lectionum.*

Epistolas autem canonicas Clemens Alexandrinus presbyter, qui & Stromateus vocatur, id est epistolam sancti Petri primam, sancti Ioannis primam & secundam, & Iudæ Attico sermone declarauit. Vbi multa quidem subtiliter, sed aliqua incaute loquutus, quæ nos ita transferri fecimus in Latinum, vt exclusis quibusdam offendiculis purior doctrina eius securior posset hauriri.

Extant talia quædam eius nomine edita in Bibliotheca sanctorum Patrum.

*Catalogus librorum.*

Liber adhortatorius aduersus Gentes, siue Protrepticus.
Pædagogi libri tres.
Stromatum siue Commentariorum de varia multiplicique literatura ad instituendum Christianum Philosophum libri octo.

CLEMENTIS



# CLEMENTIS ALEXANRDINI
## ADHORTATORIA AD GRÆCOS, SEV AD GENTES.

AMPHION [a] *Thebanus, & Arion Methymnæus, fuerunt quidem ambo arte canendi præditi, Græcorum autem in choro: & fabula & canticum de ambobus hucusque canitur, quod hic quidem piscem ineseauerit, ille verò Thebas ædificauerit. Thracius autem alius Sophista (alia est hæc Græca fabula) solo cantu feras reddebat mansueras: quinetiam & cæteras arbores, & saxa, sua loco motas musica transplantabat. Possum tibi aliam quoque narrare fabulam, huic non minus quàm fratri frater est similis, similem, & Cantorem Eunomum Locrensem, & Cicadam Pythicam, Dies festus maximo Græcorum conuentu Pythone celebrabatur propter Draconem mortuum, Eunomo canente serpentis epitaphium, nescio an hymnus an lamentatio serpentis esset canticum. Erat autem certamen constitutum, & æstus tempore cithara canebat Eunomus, quando cicadæ quæ sole incalescebant, sub ramis canebant in montibus. Canebant autem non Draconi mortuo sed Deo sapientissimo verè liberum canticum modis Eunomi præstantius. Locro chorda rumpitur, in citharæ iugum aduolat cicada, & super instrumentum tanquam super ramum personat, & citharæ cantico apta harmonia conuenus citharœdus, chordam suppleuit deficientem. Cicada ergo Eunomi cantu ducitur, ut vult fabula, quæ æneum Eunomum in Pythone posuit cum ipsa cithara, & Locri spectaculum certaminis. Ea autem & sua sponte aduolat, & sua sponte canit: Græcis autem visus est saltare histrio & imitator musicæ. [b] Quânam ergo ratione credidistis inanibus fabulis, & exanimantes animantia demulceri musica: lætus autem ac speciosus vultus veritatis, solus, ut est verisimile, videtur vobis esse simulatus, & infidelitatis oculis subiicitur? [c] Citharon autem, & Helicon, & Odrysij montes, & Thracum quæ errori imitant mysteria, diuinis hominibus affecta, hymnisque & laudibus sunt celebrata. [d] Ego quidem, etsi mera sit fabula, tragœdiæ fero tot & tantas quæ à tragœdis referuntur calamitates. Vobis autem malorum quorumque descriptiones actus Poëtarum euaserunt. [e] Sed actus quidem, & [f] Lenæum celebrantium, & [g] planè debacchantes Poëtas, [h] hedera vtique redimitos, [i] mysteriis Bacchi ex more modum desipientes [k] cum ipsis Satyris, [l] & insano Thyaso, & alio choro dæmonum, [m] in Helicone & Citharone qui consenuerunt includamus: supernè autem è cælo educamus [n] veritatem, vnà cum clarissima prudentia, in montem Dei sanctum, & sanctum chorum propheticum. [o] Illa autem vel longè clarissima luce emicans vndiquaque illuminat eos qui volutantur in tenebris & homines liberet ab errore, supernam dexteram, vtique intelligentiam, porrigens ad dexteram, porrigens ad salutem. Ij verò ad se reuertentes Heliconem quidem & Citharonem renuentes deserant, [q] Sion autem habitent.*

Esa 2. * *Ex Sion enim egredietur Lex, & Verbum Dei ex Hierusalem.* [t] *Verbum celeste, verum germanúsque decertator, qui in totius mundi theatro coronatur.* [f] *Canit autem meum quidem certè Eunomus.* [t] *Canit, inquit, non Terpandri modum, neque modum Capitonis, sed neque Phrygium, vel Lydium, vel Dorium,* [u] *sed nouæ harmoniæ æternum modum, qui à Deo auspicit denominationem, Canticum nouum, Leuiticum.*

Hom. Od 12. [x] Luctu iráque carens grauiúmque obliuia ducens
Cunctorum. *Iucundum quoddam & verum persuasionis medicamentum est cantico contemperatum.* [y] *Atque mihi quidem videntur & Thracius ille Orpheus & Thebanus, & Methymnæus, viri quidam, non viri, fuisse deceptores, qui per* ἐκφράσεσι *textu musicæ vitæ perniciem afferentes, artificiosis quibusdam præstigiis ad corruptelam dæmoniacè incitantes, probra orgiis celebrantes, luctus in deorum cantica traducentes, primi deduxere homines ad simulachra, atque adeo lapidibus & ligni, hoc est, imaginibus & adumbrationibus, agrestem gentis excitauere consuetudinem: illam verè pulchram libertatem, eorum qui sub cælo vitam egerunt, canticis & carminibus in extremam redigentes seruitutem.* [z] *Sed non talis est meus cantor, sed venit paulò post dissolutorus acerbam seruitutem dæmonum tyrannidem obtinentium: ad suauem autem & benignum religionis & pietatis in Deum iugum nos traducens,* [a] *in cælum rursus evocans eos qui humi sunt abiecti.* [b] *Solus quidem certè ex iis qui vnquam fuerunt, difficillimas feras, homines mansuefecit. Volucres quidem, eos qui ex ipsis sunt leues, serpentes vero eos qui deceptores: & leones, eos qui sunt animosi & ad iram concitati: sues autem, eos qui sunt voluptati dediti: lupos autem, eos qui sunt rapaces: lapides autem & ligna, eos insipientes. Præterea autem lapidibus est minus sentiens qui est tinctus ignorantia. Tertiis accedat vox prophetica, veritati concinens, quæ miseretur eorum qui sunt contriti in*

Matth. 3. *rantia & amentia. Potens est enim Deus ex his lapidibus suscitare filios Abrahæ, qui miratus multam insciitiam & cordis duritiem eorum qui lapiduerunt aduersus veritatem, contauit semen pietatis in Deum, virtutem sentiens ex lapidibus illis, nempe Gentibus quæ indiderunt lapidibus. Rursus autem quosdam virulentos impostoresque ac simulatores, insidiantes, appellauit genimina viperarum. Sed horum quoque serpentum si qui penitus*

Luc. 3. *ductus fuerit, Verbum lubens ac sua sponte sequens, homo Dei efficitur. Alios autem aliorum*

Matth. 7. *rice dicit lupos pellibus ouium indutos, eos innuens, qui in forma hominum sunt rapaces. Hos ergo omnes immanissimas feras & tales lapides, ipse cælestis cantus in mansuetos homines*

Ad Tit. 3. *transformauit. Eramus enim, eramus nos quoque aliquando insipientes, inobedientes, errantes, seruientes voluptatibus & cupiditatibus variis, in malitia & inuidia degentes, odibiles, nos inuicem odio habentes, vt ait scriptura Apostolica. Quando autem benignitas & humanitas apparuit Seruatoris nostri, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam saluos nos fecit.*

[c] *Vide quantum potuerit nouum Canticum: homines ex lapidibus, & homines ferisferos.* [d] *Hi autem qui planè erant vt mortui, qui eius quæ verè est vitæ non erant participes, postquam cantici solùm fuerunt auditores, reuixerunt.* [e] *Hoc tibi & vniuersum mundum merosè concinnéque exornauit,* [f] *& elementorum dissensionem in ordinem redegit consonantiæ,* [g] *vt ei totus mundus fieret harmonia,* [h] *& mare quidem dimisit solutum, ei autem vt terram inuaderet prohibuit: terram autem rursus stabilem & solidam effecit, quæ fundaretur, & ei mare terminum præfixit.* [i] *Iam verò ignis quoque vehementiam aere emollit, ut*

*luti Doricam harmoniam Lydia attemperans, & sæuam aeris frigiditatem ignis amplexu*



*ipsa exprimat vniuersorum sonos tumeroseque & concinne contemperans.* [l] *Atque incorrupta quædam hoc canticum, vniuersorum firmamentum, & harmonia omnium à mediis ad extrema, & ab extremis extensum ad media, concinnauit hoc vniuersum, non ex musica Thracia, & ab ea quæ est Tubal musicæ similis, sed ex paterna Dei voluntate, quam Dauid est admiratus.* [m] *Qui autem ex Dauid ortus est, & ante ipsum fuit, Dei verbum, lyram quidem* Genes. 4. *& citharam instrumenta inanima despiciens, cum hunc mundum, atque etiam paruum quendam, nempe hominem, & eius animam corpus sancto Spiritu concinnasset, psallit Deo per instrumentum multarum vocum, & huic instrumento, nempe homini, canit: Laudate eum citharâ, & tibiâ, & templum meum: citharam propter harmoniam, tibiam propter spiritum, templum propter verbum, vt illa quidem resonet, hæc verò inspirent, templum autem contineat Dominum.* [o] *Dauid certè rex citharœdus, cuius paulò antè meminimus, qui adhortabatur ad veritatem, dehortabatur autem ab idolis, longè quidem aberat vt*

2. Reg. 8. *adhortaretur dæmones, qui vera musica ab ipso expellebantur, qua Saule à dæmone vexato, quodammodo canens, eum curauit.* [p] *Pulchrum spirans instrumentum Dominus, homini* ἐκφρυκτόν. *vere ad suam imaginem. Certè ipse quoque est Dei concinnum & aptum instrumentum & sanctum, Sapientia supermundana, verbum cæleste.* [q] *Quidnam ergo vult instrumen-* Cautè legendum. *tum Dei verbum, Dominus, & nouum canticum?* [r] *Patefacere, inquit, oculos cæcorum, & aperire aures surdorum, & qui pedibus claudicant vel errant, ad iustitiam deducere, Deum ignorantibus hominibus ostendere, interitum compescere, mortem vincere, inobedientibus patri reconciliare. Benignum Dei instrumentum Dominus miseretur, castigat, hortatur, admonet, conseruat, custodit, & doctrinæ mercedem ex redundanti quadam copia, nobis regnum cælorum promittit, hunc solum fructum percipiens ex nobis, quod salui sumus. Vitium enim hominum pascitur interitu: veritas autem, sicut apis, nulli ex iis quæ sunt detrimentum afferens, propter solam salutem hominum exultat. Habes ergo promissionem, habes benignitatem, euade gratiæ particeps,* [s] *& meum salutare canticum, ne ita exiguus esse nouum, vt vas vel domum:* [u] *erat enim ante Luciferum, &* [x] *in principio erat* Ioan. 1. *verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum.* [y] *Est autem vetus error, res* Herodotus. *veris vanis apparet veritas.* [z] *Siue ergo veteres Phryges docent fabulosæ capræ: siue rursus Arabis Poëtæ, qui eos fuisse ante Lunam describunt, siue etiam Ægyptios, hi qui hanc primum apparuisse terram, deos & homines produxisse seminant. Sed nullus eorum fuit ante hoc mundum: nos autem sumus ante mundi constitutionem, qui eò quod esse oporteret, in ipso Deo prius sumus geniti.* [a] *Dei verbi sumus nos figmenta ratione prædita, per quem prisci fuimus, quoniam in principio erat verbum, sed quoniam verbum quidam erat ab alto petita origine dicendum vniuersorum principium & fuit & est.* [b] *Quia autem nunc nomen accepit suæ sanctificationi, potestate dignum, Christus, nouum, mihi vocatum est canticum.*

# GENTIANI HERVETI AVRELII COMMENTARIVS IN CLEMENTIS ALEXANDRINI EXHORTATORIAM AD Gentes Orationem, ab eodem latinè versam.

HIc liber Clementis Alexandrini inscribitur λόγος προτρεπτικὸς πρὸς Ἕλληνας, id est Oratio exhortatoria ad Græcos: Ἕλληνες autem olim dicti sunt, qui eam Thessaliæ partem habitabant, quæ Ἑλλὰς dicebatur: Postea autem Ἕλληνες, seu Græci dicti sunt, omnes qui vanam habitabant Græciam: quorum cum & sermo esset elegantior, & mores cultiores & humaniores, eò factum est vt cæteræ gentes, quarũ nec par erat elegantia sermonis nec mores similes, ab eis dicerẽtur Barbari. Quomodo Hebræi, apud quos solos, vt quæ Dei essent proprius populus, vera erat religio & vnus Dei cultus, à quibus omnes gentes Goim appellabant, à se secernebant & distinguebant. Postea autem cum per orbẽ terræ prædicato Christi euãgelio, & veteris legis vmbræ cessassent & figuræ, & veritas & gratia, quæ est lex Christi, ei succedisset, factum est vt qui ex Græcis seu gentibus in Christum crediderunt, & veram & sinceram amplexi essent religionem, dicerentur Christiani, quod vocabulum Antiochiæ primum est auditum: qui autem non crediderunt & obstinato animo in suo errore permansissent ab ipsis Græcis ad fidẽ conuersis dicerentur Hellenes Græci. A Romanis autem conuersis, morem Hebraicum secutis, qui cæteros gentes Goim appellabant, gentes appellabãtur. Quæ etiam dicebant ἄπιστοι, seu incrẽduli & infideles, vt qui Christo salutem annunciare, qui primum exigit vt ei credatur, fidem nõ habẽrent. Clementis autem nostri institutum est & propositum, gentes à falsa religione ad veram traducere, & persuadere, vt abiectis fallorũ Deorum & Dearum simulachris, vnum Deum colant, & vnico Dei filio credant, vitamque & æternam salutem ab eo exspectent. Huius autem ad gentes orationis hæc est scriptionis ratio & methodus. Quoniam veteres Græcorum Theologi initium duxerãt à Poëtis, qui & hymnos in falso ab ijs vocatos deos cecinerãt, & fictorum oracula, & ad eorum cultum instituta mysteria suis versibus celebrauerãt, primumque Poëtarum, quos ὕμνους, id est Cãtores appellat, authoritatem eleuat, quod & sint fabulosa quæ de eis dicuntur, & vitæ humanæ, perniciosum fuerit eorum institutum, vt qui nõ aliud sibi proponerent, quod vitam humanam ad colenda falsorum Deorũ simulachra inducerent. Deindè fallos esse Deos quos colunt, nec Deos, sed Dæmones & homines, & non solũ homines, sed etiam sceleratissimos & pessimos homines, atq; adeo quosdam ex ijs etiam rationis expertes bestias esse docet, arcana eorum mysteria quæ maximi ab eis fiebant, quàm sint turpia & ridicula aperit. Oraculorũ responsa quàm vana, ambigua, quàm fallacia, quàm non credenda ostendit. Cumque passim per totam orationem de Verbo Dei, quod vniuersitatem creauit & salutis hominum semper curã gessit, & post multa olim signa ab & post Prophetas ab eo ad populũ missos vt eum salutis suæ admoneret, vt nouissimus temporibus eum seruandum & redimendum in terras descendit, sæpe meminisset, hunc tandem orationi pulcherrimum veluti colophonem imposuit, vt Christum conferens cum fallorum Deorum mendacio & impostura, gentes ad vnius Dei cultum traducat, & à tenebris ad lucem, & à mendacio ad veritatem, & à profligata ac scelerata ad sanctam vitam abductos, ad regnum cœlorum & æternam vitam perducat.

*Amphion Thebanus & Arion Methymnæus.* De Amphione Thebano vide Pausaniam lib. 9. Boeotiorum. De eo Horatius scribit in Arte.

*Dictus & Amphion Thebanæ conditor arcis*
*Saxa mouere sono testudinis, & prece blanda*
*Ducere quo vellet.* De Arione Herodotus lib. 11. Gell. lib. 16. cap. vltimo. Ouid. lib. 2. Fastis. Pausanias in multis locis: Et de eo Virgilius in Bucolicis. Orpheus in Syluis, inter pelphinas. De Orpheo etiam quẽ Thracium Sophistam vocat, hic statim noster Clemens: vide quæ scribit Pausanias lib. 9. Bœoticorum, & totam quæ de eo narratur fabulam, vide apud Ouidiũ in Metamorph.

Strab. lib. 6. Eunomi autem quę ab eo narratur fabula, aliter legitur apud Strabonem, vt qui Eunomo, cum Arione dicat fuisse certamen de musica, in quo certamine cum defecisset chorda Eunomo, aduolantem eam chordæ vicem suppleuisse: in quo certamine à victo Aristea, Eunomo posita dicit esse statua. Meminit eum autem de Pythone & de Draconе occiso ne verbum quidem. [b] *Quãnam rectæ rationi.* Mirantur Clementis quod fictis credant fabulis, veritati autem animũ non adhibeant, sed tanquam rem fictam & commentitiam reiiciant. [c] *Citharon autem, & Helicon & Odrysij montes.* Hæc cum sint omnibus qui Poëtarum vel è limine salutarunt, vel in Geographia sunt vtcunque versati nouissima, non est in eis explicatione immorandum. Ea ægrè fert Clemens diuinis affici laudibus & honoribus, contemptis interim iis quæ sunt plane diuina. Odrysios autem montes dicit propter Orpheum nationе Thracem, qui impietate plena erroris induxit, de quibus postea. [d] *Ego quidẽ etsi mera sint fabulæ.* Dolet quod quæ sunt fabulosa & scena sint introducta, & à Tragicis Poëtis humanę descriptę sũt calamitates, in iis cuim versantur Poëtarũ. [e] *Sed actus quidem, & Lenæum celebrantes.* Agebantur Tragœdiæ in festis Bacchi, qui dicitur etiam Dionysius, vnde etiam dicti sunt Poëtæ Dionysiaci. Eos ergo vult relinqui cum toto bacchantium choro, & planè Demoniaco, & in Helicone & Cithærone includi, & veritatẽ è cœlo deduci in mentes Dei sanctum ad chorum propheticum, vt Helicone & Cithærone relicto, ad se reuersæ gentes, & sanctum habitantes, ad salutẽ perueniant. Actus à Græcis dicuntur ἀπὸ τῆς ὑποκρίσεως. Ea sunt autem poëmata, quæ ad mimicas



tantes & repræsentãdas personas aguntur in Theatris, cuiusmodi sunt comœdiæ & tragœdiæ. [f] *Lenæum.* Ληναῖος Græcè est κωμῳδὸς, id est Lenæus agentes vel imitantes. Est autem Lenæus Epithetũ Bacchi, ἀπὸ τῶν ληνῶν quod significat torcular: ληνὸς autem dicitur Torcular, ἀπὸ τοῦ λατεῖν, quod calcatæ vuæ in eo comminuantur. [g] *Plane debacchantes.* Græcè est παροινοῦντας, id est ob temulentiam cõuitiis & maledictis insectantes, quod debacchari dicitur. Bacchantium enim seu orgia Bacchi celebrantiũ quanta esset insolentia, nullus est qui ignoret. [h] *Hederæ redimitos.* Hedera erat Baccho sacra. Vnde & qui Bacchi celebrant orgia, hedera coronabãtur, & Poëtæ, vt qui Dionysiaci essent artifices, hedera caput cingebãt. [i] *Et insano Thyaso.* Θίασος, Bacchi orgia appellat mysteria. [k] *Cum Satyro.* Satyri fingũtur Dij fuisse agrestes, qui Bacchantium cœtum merito sequebãtur, vt qui essent impudicissimi & libidinosissimi. [l] *Et insano Thyaso.* Thyasus vocatur à Græcis Bacchantium cœtus, quem merito vocat insanum, vt qui in illis celebrãdis planè fureret. [m] *Citharone & Helicone qui consenuerunt.* Cithæronem & Heliconem dicit concessisse, cum Christi in orbem inducta fide & religione, veteres superstitiones antiquatę sint & abolitę. [n] *Ad veram tuam clarissimam prudentiã.* Bacchantium furoris & amentiæ ex aduerso ponit veritatem & prudentiam. Citharoni autem & Heliconi opponit montem Dei sanctum, qui est Sion, Bacchantium vero Thyaso sanctum chorum propheticum. [o] *Illa autem vel clarissima luce micans vndique illuminet eos.* Quod Christus qui est veritas & sapientia & prudentia, eos à tenebris & vitiis liberatos illuminet. Quod quidem fit per baptismi sacramentum, quod Græcè φώτισμα, id est illuminatio dicitur, & qui id accipiunt, dicũtur illuminati. Vnde & Paulus ad Hebræos, impossibile est, inquit, eos qui semel sunt illuminati, &c. Per eum autẽ baptismum & à tenebris liberamur, & à vitiis & peccatis purgamur, & admittimur Christi intelligẽtiæ, porrecta dextera ad salutẽ perducimur. Iis verò suspicientes, & caput suum erigentes. [p] *Helicona quidem & Cithæronem deserant, &c.* Id est relicta gentium erroris plena cõgregatione, in Dei ecclesia. Cithæron enim & Helicon per metonymiam significat Græcorum conuentum. [q] *Ad veram tuam clarissimam prudentiã.* Dei Ecclesiam. Accessistis, inquit Paulus ad Hebræos, ad Sion montem in Ecclesiam Dei viuentis, Hierusalem cælestem, & multorum millium Angelorum frequentiã, & ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cælis, &c. *Hebr. 12.*

[r] *Ex Sion enim egredietur lex, & verbum Dei ex Hierusalem.* Ex monte Sion egressa est lex vetus, ex Sion autem lex noua, nempe nouum Testamentum. Ex Hierusalem egressus est verbum Dei, non solum προφορικὸς seu prolatiuum, sed etiam verbum Dei, quod est Deus, & est verbum, id est in hypostasi & persona consistẽs. *Esa. 2.*

[s] *Verbum cæleste, verus germanusque decertator.* Quodnam hoc Verbum docet, nempe Verbum cæleste, vt quod è cælis descenderit, & est verus germanúsque decertator, vt qui fortem Dæmonum principem armatum expugnarit, eique optima spolia detraxerit, & victor vniuerso mundo spectante pronunciatus fuit & coronatus. *Matth. 12. Marc. 3. Luc. 11.*

[t] *Canit autem certè meus quidem Eunomus.* Vetus gentium Theologia tota erat Poëtarum, cantorum, & musicorũ, vtpote Orphei, Lini, Musæi, Hesiodi, & cæterorum. Iis omnibus Clemens vnum opponit Dei verbum, ipsum autẽm vocat Eunomum, simul alludens ad illum Locrum musicum, cuius meminit statim in principio, & cum εὐνομίας significet, & eum qui bonis formas legibus, & institutis, & eum qui bonis vtitur modis musicis: Νόμους enim & eos lege accipitur, & pro modo musico, innuens & legis euangelicæ summam perfectionem, & ea via instituenda modulatum quendam concentum. Habet autem quandam emphasim quod dicit, meus Eunomus. Nam suam vehementem in eum ostendit pietatis affectionem, vt qui eum totum sibi vendicet, qui est communis omnium fidelium: Græcè est autem ὁ εὐνομώτατός μοι, vt in vtroque sit articulus, qui & per excellentiam eum significet dici Εὔνομον, & indicet quãtus sit eius in ipsum zelus, qui tanquam sibi proprium eum arripiat qui est omnium, & qui omnes qui in baptismo ei nomen dederunt, & vocent fratres & coheredes. Cum sit autem sermo Dei musicus, videndum est quid canat. [u] *Canit, inquit, sed Terpandri modum, neque Capitonis, sed neque Phrygium, vel Lydium, &c.* id est, non canit modos quibus vtuntur huius mũdi musici. Quinam autem hi sunt videre licet & apud Boëtium de musica, & apud Celium Rhodiginum lib. 9. Lectionum antiquarum, cap. 5. & apud doctissimum Henricum Glareanum in docendo suæ musicæ. Quinam autem sint modi Terpãdri & Capitonis, & quomodo fuerint ab aliis discrepantes, eosquam memini me legere, & si Terpandrum Lesbium constet fuisse suauissimum musicum. Capitonem autem ne relatum quidem fuisse in musicorum numerum vsquam legi. [x] *Modos ergo illos quos tanquam noster Eunomus Dei verbum: sed nouę harmoniæ æternum modum, qui à Deo accepit denominatus.* Is est Dei Euangelium, quod peccatorum annunciat remissionem, & vitam pollicetur æternam. Nouum autem dicit canticum, vt quod in nouissimis temporibus sit reuelatum. Leuiticum autem quod à veteris Sacerdotij vmbris & figuris non sit alienum, imo verò vmbras & figuras eius adimpleat & consummarit. [y] *Luctu autem undique carent, & malorum oblivia ducunt.* Merito vocat canticum, quod lætari iubeat lauacro, & cæteris sacramẽtis, deletis peccatis, nulla sit amplius occasio doloris & tristitiæ. Iucundum autem quoddam & verum persuasionis medicamentum dicit esse admissum cantico: quod omnibus euangelij partibus fides admissa sit oportet. Fidem autem appellat persuasionis medicamentum. Nam fides persuadeatur oportet, cum ea sit ex auditu. Medicamentum autem iure dicit, cum omnibus nostris malis medeatur. Nam nisi peccata nostra tollantur, quod absque fide non fiat, nulla nobis relicta est spes salutis. [z] *Atque mihi quidẽ videntur & Thracius ille Orpheus.* Veterũ Poëtarũ musicorum, qui gentium erant Theologi, eleuat autoritatem, vt cum Christum cum eis contulerit, credendum facilius inducantur. Viros autẽ eos dicit non viros. Dæmones enim potius quàm viros esse appellandi, vt qui à Dæmone afflati exitium hominibus afferre cõtenderent, musicæ prætextu incantantes, & ad vitam impuram & sceleratam incitantes, turpissima orgia inuehentes, mortuos & idola excantantes, & idolorum cultum, lapidum, inquam, & lignorum hominibus persuadentes, ad Dæmonibus seruiendũ, pristina libertate quæ sub cælo erat amissa, induxerũt. Hæc quidem nunc pau-

cis perstringit, quæ fusius & copiosius postea est explicaturus. [a] *Sed non tales est meus cantus*, Rursus obiurgationem suum appellat, diuino, vt dixi, zelo incitatus. Hic autem cantor, nempe verbum Dei quale sit ostendit, & quam diuersum eius institutum à gentium, Poëtarum & cantorum, quos habebant pro Theologis institutis. Nam ille, inquit, venit ad nos liberandos à seruitute Dæmonis, non ad durum & intolerabile, sed ad suaue & iucundum pietatis iugum inducens. Suaue enim est & iucundum quod proponit. *Matth. 11.* Christum sponte & lubenter suscipitur. Meum enim, inquit Christus, iugum suaue est, & onus meum leue. Quod quidem eo facilius fertur & lubentius, quòd eis qui id susceperint magna merces proponitur, nempe regnum cælorum, quod cum primis parentibus, si vitam rectè & ex virtute egissent Deo sequentes, esset promissum, fraude Dæmonis & sua minus cauta imprudentia & inobedientia ab eo excideranti. Et hoc est quod dicit Clemens. [b] *In cælum rursus euocat eos qui homini sunt abiecti.* Humi enim sunt abiecti, qui è Paradiso eiecti, & perpetuis laboribus & doloribus confecti ac depressi, ne poterit quidem in cælum, quod eis fuerat promissum, oculos attollere. [c] *Solus quidem cerè iis qui vnquam fuerunt, ferocissimas feras homines mansuefecit.* Ne quis existimaret Christum, is enim est Verbum quod carnem factum est, pro sola sua virtute ac potentia homini salutem dare, & amissum cælorum regnum restituere, & absque hominis interim nec virtutē, nec vllam bonam actionem exigere primum docet quid fecerit in hominibus, vt eum redderet aptum ad regnum cælorum consequendum. Solus, inquit, ex iis qui vnquam fuerunt, ferocissimas feras homines mansuefecit. Quasi diceret. Bonis quidē moribus præditos homines esse oportet, qui ad regnum cælorum sunt vocati: sed ij peccato à primis parentibus insito & ingenerato à prauam consuetudine ita degenerant, vt immanes potius essent bestię quàm homines, adeo eos insuperabilis peccatorum tyrannis. Quid ergo fecit Christus? Difficillimas feras homines mansuefecit, id est, ab inueterata inhumanitate & feritate ad mores qui homini conueniunt reduxit. Solus autem id fecit. Non & Philosophi & legislatores, imo verò & Prophetæ ipsi licet à Deo missi, in componendis hominum moribus frustra laborauerunt, nec ad iustitiam, clementiam, benignitatem, & temperantiā transformare potuerunt, vt non feræ potius quàm homines essent appellandi. Solus id effecit Christus, qui in terra hominibus pacem dedit, & Deo homines reconcilians, vt suæ originis memores essent efficeret. Quoniam autem priores illos musicos, Poëtas, inquam, & cantores, suis carminibus admiranda quædam fecisse fabularum monimentis erat traditum, vt qui feras suo cantu mansuefecissent, arboresque ac saxa attraxissent, & ipsos lapides suis sedibus mouissent, docet Clemens Christum nō fabulosè, sed veritatē maiora & præstantiora effecisse, non in feris quidem, arboribus, & lapidibus, sed in hominibus ipsis feris erant immaniores, & qui minori erant sensu præditi quàm lapides. Eos autē homines quos ad humanitatem deduxit, & à feritate conuertit ad mansuetudinem ferarum, quarum feros mores immitigatos tur ac truculentiam, appellauit nominibus, vt videre licet in contextu. Lapides autem eos vocat, qui erant insipientes, & ignorantes, & indurati in incredulitate. Hoc probat & prophetico Ioānis Baptistæ *Matth. 3.* testimonio, & ipsius Christi verbis in multis locis Euangeliorum. Ad quæ accedunt etiam quæ dicit *Luc. 3.* Paulus ad Titum, qui docet quales olim essemus, priusquam aduenisset Christus, & quales tales homines quando apparuit benignitas Seruatoris nostri Dei. [d] *Vide quantum potuerit nouum canticum, homines ex lapidibus, & homines facta ex feris.* Nouum vocat canticum quod cecinit Christus, bonum afferens nuncium remissionis peccatorum, & regni Dei appropinquantis. Quo quidem cantico, homines qui prius immanes efferati, vel potius immanes feræ, modesti euaserunt & mansueti. Hoc quidem reuera magnū est & omni præstantius iis quæ ab Orpheo & Amphione & cæteris Poëtis facta fuisse finguntur. Sed longe maius id quod sequitur. [e] *Et hi autem qui plane erant vt mortui.* Longe enim est mains mortuos excitare, quàm ex feris reddere mansuetos. Non autem intelligit de mortuis à Christo excitatis, è sepulchris corpore anima excesserat, sed de iis qui Dei, qui vere est vita, non erant participes, quos Christus per cantico, nempe Euangelij prædicatione, vitæ restituit. Anima enim quæ peccauit est mortua, vt quæ à Deo qui verè est vita, est separata: remisso autem & abolito peccato quod hominem à Deo separat, reuiuiscit. [f] *Hoc tibi & vniuersum numerose concinuitque exornauit.* Pergit exponere quæ fecerit hoc nouum Canticum, nempe, Christus vniuersum, inquit, quod Græce est τὸ πᾶν, id est totum mundum, quasi dicat, idem Cicero vocauit vniuersitatem, exornauit, per hoc intelligit, creauit, seu condidit. Græcè autem κόσμος, id est ornauit. Alludit ad mundi vocabulum, quod Græcè dicitur κόσμος, ab ornatu. Sicut etiam Latinis mundus, quod ornamentum significat, vt apud Iurisconsultos dicitur mundus muliebris, ornamentum mulieris. Merito autem tota hæc vniuersitatis fabrica Græcè κόσμος, & Latine mundus dicitur, cùm mundo nihil fingi nec cogitari possit pulchrius & elegantius. Numerosè autem & concinnè dicit, quod cum Deus omnia fecerit in pondere, numero & mensura, id non fiat citra proportionem musicas, ex quibus pulcherrima efficitur consonantia. [g] *Et elementorum dissensionem in ordinem redegit, consonantiæ.* Elementa inter se dicuntur dissidere, quod contraria ac repugnantes inter se habeant qualitates. Quamuis autē per eas maximè dissideant, & inter se disiuncta sint elementa, per eas tamen efficitur inter se illorum sit connexio, vt inde existat numerosus & suauis concentus & consonantia. Nam quid enim aliud consonantia & harmonia, quàm similium & dissimilium vocum, vtpote grauiū & acutarum in vnū redacta concordia, vt vult Nicomachus & Boëtius. [h] *Vt ei totus mundus fieret harmonia.* Si in mundo quæ inter se maxime dissident, vt sunt res inferiores & sensiles, Deus voluit esse harmoniā, quanto magis in supernis & quæ cadunt sub intelligentiam? Quomodo certe Deus vnus est, & vnū mundum condidit, vnum autem harmoniæ musicæ est fundamentum, ita quæcunque à Deo sunt creata, sua sensilia seu quæ cadunt sub intelligentiam, quantumuis sint inter se dissimilia, ad vnū tendunt, & ita vnam harmoniam efficiunt & consonantiam. [i] *Et mare quidem dimisit solutum, ei autem vt terram inuadere prohibuit.* Ostendit quam sint mirabilia quæ facta sunt in mundi creatione. Mirum est autem quod cum mare



esset liberum & solutum, ei tamen adempta sit potestas terram supergredīdi. Voluit enim Deus Opt. Max. terram relinqui, in qua habitarēt homines, & dominatum obtinerent in animalia quæ in ea erant creanda. Qui posui, inquit ipse Deus apud Hieremiam, præceptum sempiternum, quod non præteribit, *Hier. 5.* & contra quod euehuntur & non poterunt, & intumescēt fluctus eius, & non transibunt illud. Et Sapientia in Prouerbijs. Quando circūdabat, inquit, mari terminum suum, & legem ponebat aquis, ne transirent fi- *Prou. 8.* nes suos. Mirum quoq; est quod terra quæ prius ferebatur, nunc sit stabilis & immobilis, & sit ei mare terminus cōstitutus, sicut & arena mari. Quid enim magis stupendū, quàm aquam cuius est proprium mobilitati ac fluere, cum via sit aperta, & datus ei sit liber campus quò excurrat, terráque quæ prius erat stabilis & mobilis, nihil impediat, subsistere, & non vltra progredi quàm Dei præcepto sit ei cōstitutū? [k] *Aër vero ignis quoq; vehementiam aëre emollit.* Ignis quidem est calidus & siccus, qui nisi temperaretur & emolliretur, sua vehementia & veluti feritate, rebus creatis afferet exitium: hoc ne accideret prouidens Deus rem ita temperauit, vt vehemēs calor ignis reprimeretur ac sedaretur frigore aëris, & aëris torpens humor agilior fieret, ac viuidior siccitate ignis. [l] *Veluti Doricum harmoniam Lydia attemperāt.* Exēplo modis musicis petito indicat quemadmodū ignis vehementia ab aëre temperetur. Doricum modum appellat Apuleius bellicosum, Lydium verò querulū. Ex quo satis intelligitur vehementiorem & acutum fuisse Doricum, Lydium verò magis accommodatum ad mitiores & sedatiores animi motus. Sed dicit legitur Musici, Boëtius & Glareanus. Hos extremos vniuersorū sonos, Græcè est ὑπάτων καὶ νήτης hoc dicitur. Dicitur autē ὑπάτων ὑπάτος, extremus sonus, sicut in fidibus & instrumētis musicis chorda extremum ἡ νήτη, seu νήτη, tam infima quàm suprema, quæ & grauitate & acumine aliàs superant. Dicit ergo Clemens verbi canticum hos grauissimos & acutissimos sonos numerosè tēperasse, id est, per quandam cōmistionem, ad moderationem & contemperationem rerum vniuersitatem deduxisse. [m] *Aër vero ignem quidem hoc canticum.* Incorruptum vocat hoc canticum, vt quod sit ab omni labe & macula & mortali putrefactione & corruptione alienum. Appellat etiam vniuersorum firmamentum, vt quod tanquā aliquod fulcrum omnia sustineat & contineat. Harmoniam quòq; ipsum vocat, vt quod omnia recte & numerosè disponat. Ipsum autem dicit à medijs ad fines, & ab extremis extensum vsque ad media, secutus id quod scriptum est in libro Sapientiæ. Attingit à fine ad finem fortiter, & disponit *Sapien. 8.* omnia suauiter, non quòd locorum extendatur interuallis, sed quòd eius vis creandi & operandi pateat. Cōcinnauit autem, inquit, hoc vniuersum, hoc est condidit, compescit & architectatus est hanc totius mundi machinam. Apto autem, & conuenienti græco vsus est vocabulo, nempe συναρμόσαντο, quod significat quidem compescit, sed adhibita ratione ac proportione. Cōcinnauit autem, inquit, non ex musica Thracia, *Musica laus.* quæ fit Tubalcain similis, sed ex paterna Dei voluntate, quàm Dauid est æmulatus. Magna est laus musicæ, quod in creanda vniuersitate, musicarum harmoniarum & consonantiarū Deus rationem habuerit. Sed ne existimes hāc musicam esse sensilem, sed intelligas eam sub solam cadere intelligentiā. Non ex musica, inquit, Thracia, id est, non ex ea musica qua vsus est Orpheus, quæ est Tubal musicæ similis, quæ fuit cantus multis ante Orpheum seculis Tubalcain inuenisse musicam, sed ex paterna Dei voluntate, quàm Dauid est æmulatus. Quasi diceret. In hoc verbi Dei cantici cōstitit musica, quod Dei patris voluntatem sit secutus, vt qui cum sit vnum quod pater, ab eius voluntate minimè dissentiat, imo verò eandē, vna sit & eadem voluntas. Ex ea ergo Dei patris voluntate pulcherrimam illam mundi idæam, *Io. 4. 5. 6.* quæ in Deo vel potius Deus erat, nihil enim est in Deo quod non sit Deus ad hanc sensilem vniuersitatem suo cantico deduxit verbū, quæ Deum suum agnoscit authorem, vt quæ id ipsum quod sit ab eo habeat, licet vtriusq; sit diuersa essentia, cum Deus sit propriè, vt qui semper sit, & nusquam mutetur: mundus autem sit, eo quod sit factus, & per partes consistat, quæ assiduæ fiunt & intereunt: posse autem totus sit interiturus. Quo fit vt non tam esse sit dicēdus, quàm γινέσθαι, quod est fieri & oriri, quod in eum cadat ortus & interitus. Quod autem dicit. Quam æmulatus est Dauid, Græcè est ἐ ὑμνῆσαι quod verti potest & æmulatus est & admiratus, vt intelligatur vel per sensilem suam musicā, eam quam sola comprehendit intelligētia, quoad eius fieri potuit, imitatus, vel eam diuinis prædicasse & orasse similibus, & in summa habuisse admirationem. [n] *Qui autem ex Dauid ortus est, & ante ipsum fuit Dei verbum.* Lyram quidem & cytharam instrumenta inanima despiciens, cum hunc mundum, atque etiam hominem mundum, hominem, nempe animam & eius corpus sancto spiritu cōcinnasset, psallit Deo per instrumentum multarum vocum, & huic instrumento, nempe homini canit. Postquam dixit quidnam concinnauerit & quid apta & numerosa eōsonantia ac harmonia effecerit canticum, docet quisnam fuerit cantor & psaltes. Is est Christus qui secundum carnem quidem natus est ex Dauide, priusquā autem accederet ad eo nasceretur, fuit verbum. Eum autem dicit, cum non sensili, sed quæ sub intelligentiā cadit, mundum & mundum, nempe hanc vniuersitatem & paruum mūdum, hominem scilicet, fuisset fabricatus. Is psallere, & homini canere. Psallere autem Deo per instrumentum multarum vocū, nempe per hominem, qui cum Dei laudes tanquam scopum & finem sibi habeat propositum, & sua ipsius per humanorum instrumentorū sonis varijs non cessat eum psalmis & spiritualibus cāticis laudare, & spiritū agere. Canere autem homini, qui est ab ipso ad eius laudem factus instrumentum, & ea vera per quæ hominem admoneant suæ dignitatis & officij. Tu es, inquit, cythara, & tibia, & tēplum dei, quo statim dicemus. Prius autem dicendum est quid sit quod eum dicit mundum, & paruum mundum, hominem, nempe & animam & eius corpus esse fabricatum. Primum fabricatus est mundū: hinc paruum mundum, nempe hominem: ex quo est perspicum quanta sit dignitas hominis. Nam quemadmodum mundus sit infinitis partibus maior homine, qui est paruus mundus, in hoc tamen mundum homo, quòd eius causa factus sit mundus, & quæcunq, sunt sensilia, imò verò permultæ etiam intelligentiæ, vtputa angeli qui sunt administratorij spiritus, ad eius vsum accommodati, ipsi

seruiant: ipse autem præsit & dominetur omnibus animātibus. Non prius ergo fuit homo à Deo creatus, quàm factus esset mundus, qui ei erat necessarius vt viueret & fuis fungeretur muneribus. Non merito autem dictus est homo paruus mundus. Nam quidquid est in mūdo, id etiam continetur in homine. Quatuor certe elementa & eorum qualitates sunt, vt in mundo, ita etiam in homine: & quod est, siue ita sit vt solum consistat, vt quod sit inanimum, siue ita sit vt quouis genere vitæ viuat, vt vel vegetantis, vel sentientis, vel ratione præditæ, id totum homo cōplectitur. Quod autem est mundus mirandū, vt totius mūdi figura est sphærica, ita etiam ipsius hominis, vt omittam quod eius corpus longè abest à rotundo, totus ambitus est sphæricus. Nam si expansis manibus & pedibus homo tendatur, & ad extrema omnia à pectine ducatur circinus, efficietur perfecta & absoluta figura circuli. Postremo non minus est stupendum, quod cùm rerum totius mundi quædam sint inter se symmetra, quouis quoque membra proportionem quandam inter se conseruent, & ad mundi partes, vt ait Democritus. Ex his efficitur vt iure optimo dictus sit homo *μικρόκοσμος*, id est, paruus mundus. Sed quemadmodum vocat Christus hominem cytharam, tibiam, & templum suum. [n] *Tu es enim cythara, & tibia, & templum meum.* Cythara Christi dicitur homo: Cythara enim est suauissimè resonans instrumentum musicum. Nullus autem est suauior concentus, nulla iucundior symphonia, quàm bonorum morū & virtutum consonantia, quæ versatur in decantandis Deo hymnis & canticis spiritualibus. Tibia autē Christi dicitur homo, propter spiritū. Is scilicet qui spiritu sancto afflatus, ea profert quę diuinitus inspirata prophetis sunt auditoribus, & ad vitia extirpanda, & ad mores componendos, & ad aperiendum sacræ scripturæ intelligentiam, qui quidem in nouo testamento dicuntur Prophetæ, & qui etiam nonnunquam futura
Act. 11. prædicunt, cuiusmodi in Actis fuit Agabus. Dicit etiam Christus hominem esse suum templū. Prorsus verbum, inquit Clemens. Quasi diceret, Si dicitur templū in quo Deus habitat, verbū autem est Deus, in homine autem habitat Christus qui est Deus & homo, merito dicitur homo Dei templū, habitatione ad Deum qui est vnitus homini, vel potius vnus & idem simul & *συναμφω*, id est, Deus est & homo. Longè certè aptius dicitur homo Dei templū, quàm templum manu factum, neque enim in templis manu factis Deus habitat, sed in homine Deus habitat, qui Dominū, nempe Verbū carne velatum
Act. 17. mysticè & spiritualiter comesſum in se continet. Quod si Verbum continet, patrē quoque & spiritum in se cōtinet: at necesse est qui vnus est Deus, & qui est alioqui incōprehensibilis, quoad eius
Ioan. 14. test, ab homine cōprehenditur. Hinc est quod Christus dicit apud Ioannē. Veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Quod autē homo sit Dei templū, difertis verbis in multis locis dicit Paulus Nō
1. Cor. 3. citis, inquit, quod templū Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis. Et rursus. Nescitis quod membra
4. Cor. 6. vestra templum sunt Spiritus sancti qui in vobis est, quem habetis à Deo? [o] *Dauid certe Cytharœdus, ... paulò antè meminimus.* Cum ostendisset quāta & quam admirabilia fecit Christus, qui prius fuit Verbum, & ita Deus, & deinde fuit Deus, & homo ex Dauide ortus secundū carnem, ea autem effecisse dicit cantico, nūc meminit ipsius Dauidis, vt cū opponeret priscis illis vatibus & musicis, qui ad Dei & simulacrorū cultum impia sua theologia cantando humanū genus alliciebant. Ille enim ad veram adhortabatur, dehortabatur autē ab idololatria, tantū autē aberat vt ei placeret cultus Dæmonum vt vera sua musica, nēpe quā & à Christo acceperat, qui est ipsa veritas, vt ipsos expelleret Dæmones.
1. Reg. 19. Saulem quidē certe Regē à malo spiritu vexatū diuina sua curauit musica. Inter cæteras laudes musicæ hæc à scriptoribus annumerat, quod & mores componat, & vitia animique motus reprimat, & exendicum morbo laborantes, quos *ἰσχιακοὺς* appellant, sanet. Quod autem Dæmones expellat, & à malo spiritu vexatos liberet, non mundanæ, sed veræ & supernaturalis est musicæ, quam à sancto spiritu acceperat Dauid fretus eius auxilio, qui futurus erat eius filius secundū carnem, cum in principio fuit Verbum. [p] *Pulchrum spirans instrumentum Dominus, hominem fecit ad suam imaginem.* Allocutus paulò ante Dominus suum instrumentum, nempe hominem à se creatum. Nunc autem ne quispiam, eo quòd homo sit instrumentū ipsum, vilipendat eum non inanimū, nec sensile dicit esse instrumentum, sed ornatum & spirans, & ad suam factum imaginem: nec ideo minoris esse faciendū quod sit instrumentum, cum ipse quoque, Verbū inquam Dei, sit instrumentum. Si Aristoteles rectè dixisse censendus manum dicit esse instrumentum instrumentorū, quanto magis est homo id docendus, qui non manu, sed etiā ratione, & intelligentia, Dei admirāda imitatur opera, artésque & scientias omnes, quarum semina sunt in eius anima insita, inuenit, absoluit, & perficit. Est ergo homo Dei instrumentum.
Hominis aut instrumentū est manus & ratio: Dei vero instrumentū est Verbū, sed cuiusmodi instru-
Psal. 103. mentū, Clemens exponit, dicens: Sapientia supermundana, Verbū cæleste, Sapientia quidem illa
Psal. 32. permundana & increata, quæ idem est quod Verbū quo cæli sunt firmati: tanquā instrumento, hoc creauit cælum & terram, sed id instrumentum, non est ab ipso artificē alienū & diuersum, nec aliud in re eo minus, sed planè eiusdē essentiæ: sola autē persona ab eo distinguitur, & hypostasi, quemadmodum etiam, si inter res tanto interuallo disiunctas, vlla inueniri potest cōparatio, ratio quidem quæ hominis anima sciētias omnes & artes inuenit & perficit, est instrumentū, sed quod ab ipsa animi essentia, non vna est & eadem, licet hypostasi distinguatur, minimè dissidet. Hæc dico ne quis nostrum Clementem Arrianismi insimulet propter Origenem eius discipulū, quanquā ei quoque ipsum Origenē, tanquam ab eo crimine egregiè purgat Pāphilus Martyr. Quod autem homo factus sit ad Dei imaginem &
Gen. 1. militudinem, videre licet in Genesi. Quomodo autem in mente humana. Hęc licet non omni ex parte perfecta, constat imago & similitudo, nempe in intelligentia, memoria, & voluntate, videre licet apud D. August. lib. 14. De Trinitate in multis capitibus, nēpe 7. 8. & 11. Non in hoc autē solūm vel maxime nulli hanc Dei & animæ consistere imaginē & similitudinem, sed in multis alijs, nēpe quod & ab ea ma fons vitæ qui à Deo primum emanat, ad omnes deinde proprij corporis partes & membra pro-

& præsit



& præsit corpori vitam vegetantem, sentienteth, rationisque & intelligentiæ participē. In vna enim animatus sunt vitæ, vt in vna diuinitatis triade tres hypostases, siue personæ, & quod primo fuit effluxit vnita sicut Deus cognoscit, & continet: & vt Deus est quidā circulus à seipso procedens, & ad seipsum tendens, ita homo instar circuli à Deo procedit, & in ipsum tendit, nunquam quiescens donec ad ipsum peruenerit, & ei fuerit vnitus. [q] *Quidnam ergo vult instrumentum, Dei verbum, Dominus, & Dei creator? Vnum & eundē Christum diuersis appellat vocabulis, nempe instrumenti, Verbi Dei, & nostri, quæ hic omnia coniungit, vt intelligamus omnibus idem significari. Ad veram autem religionem, Christique fidem, & eius cultum gentes adhortatur us, primū ostendit quisnam sit eius scopus & propositum. Quodnam est ergo eius institutum, & quo tendunt eius actiones? Præfacere, inquit, oculos tuos, & aperire aures: surdorum, &c.* Hæc omnia ostendunt Christum non aliud velle quàm omnibus ratione humano generi prodesse, ab errore liberare vitæ ut animi quàm corporis collere, peccata condonare, mōstrare & ex virtute viuendi ratione eius docere, quæ autem doctrinæ & vitæ rectè actæ merces dari debeat cœlorum, cum ipse interim à nobis non alium expectet fructum quàm nostram salutem. *Gratiam non hominum pascitur interitus*: Reddit rationem cur à nobis nullam sue beneficentiæ expectet mercedem. Nam cum ipse ipsa sit veritas, veritati autem nihil magis aduersetur quàm vitium, vitium quod sicut sucus qui alienis pascitur laboribus, pascitur homum interitu, ipse qui est veritas, sicut apis quæ nulli nocet, maximè dum flores legit, non alia re magis lætatur & exultat quàm salute hominū, propter quam descendit è cælis. *Habet ergo promissionem*: Ostendit quod sit verbi, quod carnem suscepit, officium, & quis scopus, & quàm sit præclarum & magnificum quod promisit, nempe regnum cœlorum: *gentes admonet*, vt cū per Dei gratiam in eorum sit potestate, vt id assequantur, nec eis desit Deus ipse sibi desint. Quasi diceret, Promisit regnū cœlorū, est benignus ac liberalis, id tibi gratuitam tua salute contentus, nec vllam à te expectis mercedem, hæc vt eius quod tibi gratis donatur, sis memor. [r] *Et meum saluare canticum, ne sua existimet esse nouum, &c. vel dominum.* Cum gentes incitasset ad Christi fidem, & ex eo quod eorum salutis curam gereret, & ex promissi regni cœlorum amplitudine, *meum autem authoritatis apud eos haberet Christus, quod existimaretur nouus & recēs exortus, licet eos rem aliter habere: non enim Christum sic esse nouum, vt nouū est vas, & noua domus, vt recens facta est. Non enim factum esse Christū, vt dici possit nouus, qui in nouissimis temporibus ACTIS.*
*apparuit, sed genitum esse ante luciferum, & fuisse in principio, & ante omnia tempora sęcularia: sed Verbum, quod fuit in principio, & est omnipotens prō omnium, nūc ideo dicit nouum canticum, quod carne sibi assumpta quidem sanctificatum, & à Deo præcinctum, ac præstitutum, sed nunc demum datum Christi nomen acceperit. A quo etiā id accepimus vt cæteris gentibus & populis simus antiquiores, vt qui ante omnia sęcula in verbo essemus, & nūc ipso simus geniti. [s] *Vetus, inquit, ante hoc fuerunt.* Ego enim, *symmetra erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Ante omnia erat Verbum, Esa. 53.
*& Verbum erat apud Deum, vt quod esset hypostasi sui persona à patre distinctum, & Deus erat Ver-* Ioan. 1.
*bum, licet enim esset à patre distinctum, vt quod esset patris filius & ab eo genitus, vnum tamen erat & eiusdem essentiæ, quatenus Deus & pater & filius & Spiritus sanctus ὁμοούσιον quæ vocant consubstantialem, id est vnius & eiusdem essentiæ. [t] Vetus autem error.* Non si quid apparet, id est quod apparet. Error quidem apparet res vetus, veritas autem res nouæ, cum tamen res contra habeat. Nam si error non est aliud quā declinare à veritate, veritas à qua declinatur necesse est longe antiquior errore qui ab ea declinat. Veritas autem quę diu latuit, cùm exorta fuerit, ideo videtur nouus, quòd error longissimè tēporis spatio omnia occupauit, & ideo videtur vetus. Deus quidē certè ipsa veritas, Dęmonum & simulacrorū cultu nō erat oblectatus mādatis, vt à pauci ssimis agnoscerentur hominibus. Venit Christus qui est ipse Deus carne indutus, Deum in memoriam hominū reuocarit, & hominū genus ei recōciliaturus, procul expulsa, omni idololatria: Sed & munus videbatur gentibus, & qui eum prędicabant existimabantur à gentibus nouos Dęmones annunciare. [u] *Sinæ* Act. 17.
*& Phryges.* Suam antiquitatem iactabant Phryges, Arcades, & Ægyptij: Clemēs autem nos dicit esse antiquiores. Nam quantalibet fuerit eorum antiquitas, ante mundū quidem certe nō fuerunt, nos autem sumus ipso mundo antiquiores, cùm ante mundi creationē in ipso verbo fuerimus, & ab æterna prędestinatione geniti, cuius eandem fecutus est euentus cum æqua salutari ad vitam æternam generati. Quod autē dicit fabulosas capras docuisse veteres Phryges, id videre licet apud Herod. lib. 2.
Herodotum, qui narrat Psammithichum Regē duos infantes capris alendos dedisse in solitudine, qui ubi adessent, primum verbū enunciasse Bec, quod lingua Phrygia dicitur panis, & inde eōiecisse Phryges esse omnium antiquissimam. Arcades autem fuerunt in hac opinione, vt existimarent Apollon. Arg. 2.
Lunam ante Lunam, & ideo se appellarunt *προσέληνοι*. Quod testatur Apollonius sic canens,

Ἀρκάδες οἱ ἔτλησαν ὑπερβασίῃσι θύραων Et Ouidius de Fastis. Ouid. fast. 2.
Πρόσθεν ἐπ' ἠελίου καὶ ἐπὶ κλυτὸν ἄστρον Ἑωσφόρου
Ante Iouem genitam, & ante sua sidera terram,
Ante Lunam, & ideo se appellarunt *προσέληνοι*. Quod testatur Apollonius sic canens,
Arcadis ante diem, ante suum sidus Eoi
Ante Lunam, & ideo se fuisse ferebant ipsi,
ad magna tellus Arcade nomen habet. De his vide Erasmum in Prouerbio Beceselenis, & comicum Aristophanis in comœdia quę inscribitur Nubes. Quod autem Ægyptij crediderint primū omnium Deos genuisse & homines, vide Diodorum Siculum in historia fabulosa. [x] *Dei verbi fuisse* Sap. 15.
*creaturæ præditæ.* Figmenta Dei creaturę Græcè dicuntur πλάσματα à verbo πλάσσω, quod significat fingere, formare, & creare: vnde & primus homo, nempe Adam dictus est protoplastus. Hoc autem verbo πλάσσω, vtitur interpres sapientię Salomonis, cum dicit ἐδίδαξε δίκαιον ὅμοιος ἐαυτῷ ὃς ἐφύλαξε πλάσμα

tion. Græcè autem ratione prædita dicuntur λογικὰ. Poterat verti verbalia, vt seruaretur verbi allusio, quæ est Græcè λόγος & λογικὸν. Sed cum Græcè λόγος, & verbum internum significat, quod etiam verbum externum seu prolatitium, quod nō est in vsu apud Latinos, nisi apud Theologos, & nec ipsos quidem dicuntur Verbalia, quæ vel ad Verbum Dei filium, vel ad rationem pertinent, etsi hanc tentiæ seruiens potius vertere ratione prædita quàm verbalia. In eo autem quod vertimus Prisci mus, non potest seruari allusio Græcæ dictionis πρεσβύτης, quæ alludit ad vocabulum πρῶτος, ita enim est in Græco, εἰ δὲ πρεσβύτερόν τινα, ἐπὶ τὸ πρῶτον ἀγαγεῖν λόγον. Quæ allusio nequaquam fieri potest, vt Latinè vertendo seruetur. Sed quoniam Verbum quidem erat ab alto, diuinum vniuersorum principium, & fuit est. [b] *Quæ autem nunc nomen accepit, ablim sanctificatum.* Hoc est, vt opinor, quatenus quidem ab æternitate est Verbum, & est & fuit rerum omnium principium, & ita est antiquissimum. Quatenus autem nouissimis temporibus, sanctum nomen, & sua potestate dignum accepit, nempe Christi, de quo inquit, vocatum est nouum canticum. Et meritò quidem cùm in Christi aduentu, & Deus nouus creauerit super terram. Fœmina enim circundedit virum, & noua data sit lex, & nouum mandatum, & nouum testamentum, & nouus homo, & noua facta sit creatura spiritu & aqua regenerans, & cetera vetera transiissent, noua facta sint omnia. Neque non ideo verum est quod dicit Ecclesiastes. Nihil nouum sub sole. Sub sole enim non est, in quod sol nihil habet potestatis, nullam autem habet potestatem in ea quæ sunt supernaturalia, sed in ea demum quæ naturaliter oriuntur & intereunt. Quod autem vertimus ab alto, Græcè est ἄνωθεν, quod significat & desuper, & à tempore longè remoto, quod interpretor æternitatem, ponitur autem ἄνωθεν pro ἀπ' ἀρχῆς, id est, ab origine.

[a] *Hoc ergo verbum ille Christus, & vt nos olim essemus, erat enim in Deo, & vt bene essemus causa fuit.* [b] *Nunc autem apparuit hominibus hoc ipsum Verbum, quod & est ambo, Deus & homo: &* [c] *est nobis causam omnium bonorum,* [d] *à quo edocti recte viuere, ad vitam æternam transmittimur.* [e] *Nam vt ait diuinus ille Domini Apostolus* Ad Tit. *Gratia Dei salutaris omnibus hominibus apparuit, docens nos, vt abnegantes impietatem & secularia desideria moderatè & iustè & pie viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem & aduentum gloriæ magni Dei, & saluatoris nostri Iesu Christi.* [f] *Hic est canticum illud nouum, aduentus qui nunc refulsit in nobis, Verbi quod erat in principio, & prius fuit. Apparuit autem nuper, qui prius erat Seruator: apparuit quia est, eò quod est, quoniam Verbum quod erat apud Deum, Doctor, apparuit, per quod omnia sunt fabricata. Verbum, quod cum eo quod finxit vitam, simul præbuit in principio opifex, bene viuere docuit, cùm apparuisset vt magister, vt postea semper viuere supponeret vt Deus.* [g] *Ille autem non nunc quidem primùm misertus est nostri erroris, sed ab altè petito principio: nunc autē cùm iam periremus: apparens conseruauit:* [h] *Malignus & serpens bellua oculos præstringens redigit in seruitutē, & in hodiernū vsq; dicm hominem affligit, barbarorū ritu (vt mihi videtur) puniens, qui dicuntur cadaueribus alligare captos donec cū ipsis quoq; putrescant. Hic ergo malus tyrannus & draco, quoscunq; ab origine tenuerit vendicare, lapidibus, & ligni & lapidibus, & aliquibus eiusmodi simulatis, ad seruo superstitionis vinculo, viuos, vt dicitur, adducens, vnà cum eis sepelit, donec cum eis interierint. Quamobrem, vnus enim est seductor, qui ab initio quidem Euam nunc autem alios quoque iam homines ad mortem adduxit, vnus & idem nobis ipse iutor & opitulator Dominus, in principio quidem prophetice præsignificans, nunc tem iam etiam apertè ad salutem adhortans:* [i] *Fugiamus ergo, præcepto parentes, Ephes. 2. stolico, principem potestatis aëris, spiritus, qui nunc operatur in filios diffidentiæ, ad seruatorem Dominum accurramus,* [k] *qui nunc & semper adhortatur ad salutem, prodigia & signa, in Ægypto, & deserto, & per rubum, & per eam, quæ humanitatis gratia Hebræis ancillæ instar, sequebatur nubem. Atque hoc quidem modo adhortabatur eos qui erant duro corde. Iam verò etiam per Moysem omnibus superadditis numeris absolutum, & veri amatorem Esaiam, & omnem chorum prophetarum, magis ex ratione, ad rationem seu Verbum conuertit eos qui habent aures, & alicubi quidem mul-*



*tos, nonnullis verò canit quemadmodum bonus medicus corporum ægrotantium, alia quidem curans cataplasmatibus, alia verò purgationibus, alia verò fomentis, alia autem ferro quoque abscidens, alia autem vrens, & nonnunquam etiam secans, si qua ratione fieri possit, vt præter partem vel membrum possit homo sanari. Multiplices quidem habet Seruator voces & modos ad salutem hominum: minans admonet, maledicens conuertit, deflens miseretur, psallens per Spiritum loquitur, quoniam illi signis egebant & prodigiis: & igne terret homines, & ex columna ignem accendens, quod est simul gratiæ & timoris indicium: si obedieris, lucem; si non obedieris, grecm.*

[l] *Quoniam autem & columna & rubo caro est pretiosior, Prophetæ post illa loquuntur. Ipse est Dominus loquens in Esaia, ipse in Helia, ipse in ore Prophetarum.* [m] *Quòd si tamen credis Prophetis, fabulam autem esse existimas & viros, & ignem, ipse tibi loquetur Dominus. Qui cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualem Deo, sepsum autem exinaniit misericors Dominus, hominem seruare cupiens, & ipsum tamquàm Verbum euidenter loquitur, pudore afficiens incredulitatem. Dei Verbum, inquam,* Ad Phil. 2. *factum homo,* [n] *vt tu quoque discas ab homine, quánam tandem ratione homo efficiatur Deus.* [o] *Deinde, an non absurdum, ô amici, Deum quidem semper nos adhortari ad vitam, nos autem recusare vtilitatem, & differre salutem?* [p] *An non Ioannes quoque adhortatur ad salutem, & vniuersum vox exhortatoria?* [q] *Eum ergo rogemus, quisnam tu ex hominibus? Heliam quidem se non esse dicet, Christum autem se esse negabit, vocem autem esse faciebitur clamantem in deserto. Quis ergo Ioannes? Vt eum vtcunque exprimam dicta dicere, vox verbi adhortatoria, clamantis in deserto. Quid clamas, ô vox? dic nobis quæso: Rectas facite vias Domini, præcursor Ioannes: & vox Verbum præcurrit, vox adhortatoria, præparans ad salutem, vox adhortans ad hæreditatem cœlorum,* [r] *per quam* Esa. 40. Ioan. 1. *prius & deserta non est amplius infertilis.* [s] *Hanc mihi fœtus conceptionem prædixit vox angeli.* [t] *Illa quoque vox præcurrebat, Dominum, de sterili muliere euangelium, id est bonum afferens nuncium, vt Ioannes de deserta. Per hanc ergo Verbi vocem, sterilis multos habet filios, & deserta fert fructum.* [u] *Hæ duæ voces Dominum præcurrentes, angelus & Ioannis mihi quidem significant salutem repositam, nempe quod cùm hoc Verbum appareret, bonæ prolis fructum simus recepturi vitam æternam.* [x] *Has ambas itaque voces simul Scriptura colligens, totum aperit: Audiat quæ non parit, erumpat vocem quæ non* Esa. 54. *parturit, quòd sunt plures filij desertæ, quàm eius quæ habet virum. Virum nobis annunciabat angelus, nos adhortabatur Ioannes vt agricolam cogitaremus, virum quæreremus.* [y] *Est enim hic vnus & idem, vir sterilis mulieris, agricola desertæ, qui diuinæ colit virtute & sterilem & desertam.* [z] *Quia enim ingentiæ multi sunt filij, casus autem liberis propter incredulitatem, quæ multos ab initio habuit filios, mulier Hebræa: deserta accepit virum, & deserta agricolam.* [a] *Deinde hæc quidem fructuum, illa verò fructum, ambæ autem matres per Verbum.* [b] *Infidelibus autem in hodiernum vsque diem sterilis & deserta relinquitur.* [c] *Ioannes quidem præco Verbi, ea vtique ratione adhortabatur, paratos esse ad Dei Christi aduentum:* [d] *& id erat quod tacitè significabat Zacharię silentium, expectans fructum Christi præcursorem, vt verbum lux veritatis,* Luc. 1. *propheticorum ænigmatum mysticum absoluat silentium, factus Euangelium.* [e] *Tu autem Dominum videre desideras, sis particeps piaculorum quæ Deum decent, non ramorum auri & quorundam taniarum ex lana & purpura variatarum, sed iustitia redimitus, & continentiæ foliis contectus, sedulò Christum quæras.* [f] *Ego enim, inquit, sum ostium, quod disce-*

Ioan 11. *re oportet iit qui voluerint Deum intelligere, vt nobis omnes simul portas cœlorum aperiat. Iam enim rationales rationis seu Verbi portæ, quæ aperiuntur claue fidei.* g *Deum nemo vnquam*
Matth. 11. *filius, & cui filius reuelauerit.* h *Bene autem scio, quòd qui clausam portam tunc aperit, reuelat posteà ea quæ sunt intus, & ostendit ea quæ nec priùs poterant cognosci, nisi ab eo qui per Christum ambulassent, per quem solum Deus cernitur.*

## COMMENTARIVS.

g Hoc *ergo verbum ille Christus, &c.* Verbum, inquit, quod priùs erat nudum Verbum antequam nem susciperet, nunc autem susceptа carne est Christus Deus & homo, & vt olim essemus eius hæ qui in Deo esset, & nos in eius mente essemus prædestinati, & vt bene essemus, vt qui à peccato, Dæ & mortis tyrannide liberati, eius gratia virtuti simus restituti, & regnum cœlorum assecuti. h *Bene autem apparuit hominibus hoc ipsum Verbum.* Olim quidem, vt essemus & bene essemus causa fuit Verbum quod cum in Deo esset non apparebat. Nunc autem cum carne susceptа Deus sit & homo, & in Deo & apparuit hominibus. Solum autem ipsum dicit ambo fuisse, nempe Deum & hominem, ne quis quos ab hominibus in Deos relatos existimet, Deos fuisse & homines. Solus enim ille est Deus & mo, qui cùm ab omni æternitate sit Deus Verbum, nouissimis diebus carne tectus Deus & homo, nec tamen ideo desiit esse apud Deum, cùm tres illæ hypostases Patris & Filij & Spi sancti sint vnus Deus. i *Est nobis causa omnium bonorum.* Quantum Christo debeamus paucis cùm ei bona omnia debeamus ferre accepta. k *A quo edocti recte viuere.* Reddit causam cur omnium norum nobis causa sit. Nam cùm ea demum fœlicitas sit perfecta, & omnibus numeris absolu semper est duratura, fœlix esse non potest qui æternam vitam non sit assecutus. Sed ne quis Christum fidem esse otiosam, & posse Christianum absque labore & à virtute profectis actionib æternam adipisci, dicit nos edoctos ab eo rectè viuere, ad vitam æternam transmitti. His enim gradibus ad cœlum, & vitam æternam peruenitur. Si vita rectè & ex virtute à nobis agatur. l *Nam ait diuinus ille Dominis Apostolus.* De Pauli testimonio probat, quod dixerat, non ideo nobis Dei apparuisse gratiam, vt in otio vitam transigamus, sed vt reiecta impietate, nempe idololatria, libidine, & mundana cupiditate, omnem virtutem exerceamus. Omnis autem in eo consistit in Deum piissimus, nec in proximum per iniustitiam peccemus, nec per stupra & flagitia corpus polluamus. Quod si fecerimus, beata spes, & gloriæ magni aduentus est à nobis expectandus. m *Canticum illud nouum.* Breui quidem epilogo repetit, quod dixerat de nouo cantico, nempe quòd quod erat in principio, & Deus erat, & erat apud Deum, & omnia est fabricatum, & essentiam buit, & vitam vt creator, tanquam magister ac doctor apparuit, vt doceret bene viuere, æternam posteà suppeditaturus vt Deus. n *Ille autem non nunc quidem.* Explicat quod iam dixit. Qui Seruator, nuper apparuit. Dicit autem eum non nunc primùm nostri esse misertum, sed ab quo per fraudem & insidias Cacodæmonis qui sub specie serpentis delitescebat, in primum catum quod totam generis humani massam corrupit incidimus, nostræ quidem salutis pe cordiam cœpisse consilium, nunc autem cùm vita nostra execrandis flagitiis ac sceleribus esset deplorata, dedisse salutem. o *Maligna enim & serpens bellua, &c.* Eundem dicit esse serpen Euam olim in fraudem induxit, & qui totum genus humanum ad impietatē & mortem adiun qui quam multis olim signis & figuris præsignificauerit, salutē nunc nobis repræsentet, nempe Christ qui omnes homines vult saluos, & eos ad ipsum adhortatur. Idolorū autem cultum in quē pellebat Cacodæmon, assimilat immanitati Barbarorū, nempe Scytharum. Nam sicut Scytha historici, captiuos alligant cadaueribus, vt cum eis putrescant: ita etiam Cacodæmon, malignus humano generi infestus Diabolus, quoscumque captos potest in suam potestatem redigere, chrorum lignis & lapidibus alligatos simul cogit interire, & cum eis sepultos æternam mortem p *Fugiamus ergo præcepto parentes Apostolos.* Fugiamus ergo, inquit, Diabolum nostri generis hostē cum, confugiamus autem ad Christum qui nostram salutem nobis semper & significauit, & ne procurauit. Diabolum autem vocat principem potestatis aëris, vel quod ei olim data sit potestas à qua per suam excidit superbiam, vel quod Dei permissione eam tantisper exerceat, dum in ignē num ei paratum sit amandandus. q *Qui nunc & semper adhortatur ad salutem.* Paucis ostendit nam modis signis & figuris, & quibus temporibus, & per quosnam homines diuinitus insp lutem sit adhortatus. Quæ singula si quis vellet exponere, totum ferè vetus testimentum exp esset ei exponendum. Ea ergo potius sumantur ex Origene & cæteris doctoribus ecclesiasticis. Q tem vertimus, ex ratione ad rationem, seu verbum, conuertit eos qui habent aures, ita fuit vert cum non possemus assequi venustatem Græcæ allusionis λεγόμενος ὁπὶ ἀκοὴ, ἀκοὴ enim & ex Verbum significat, vt superiùs diximus. Cum autem de Verbo loquatur, aptè dicit. Conuertit bent aures, in memoriam reuocans quod sæpe dicebat Christus, Qui habet aures audiendi, autem modos recensens quibus Christus ad salutem hortatur, eum medico assimilat, vt qui



salutem ægrotis dandam, neq; enim vt ipse dicebat sanis opus est medico, sed ægrotis, appositéque eas curationes quibus ægrotos curant medici, ei accommodat per similitudinem, cataplasmatum adhibitio- nes, purgationes, fomenta, & si nulla alia ratione curari possint, sectiones & cauteria. r *Quoniam autem* [illegible] Nihil omisit Christus eorum quæ ad parādam hominibus salutem pertinebant, & cum per [illegible] & columnā quæ sunt inanima eos esset adhortatus, ipse per os Prophetarum eos est allocutus. s *Quid si non credit Prophetis.* Cùm rerum inanimatū signa, nec viri à Dei spiritu afflati ad persuaden- dam hominī salutem sufficerent, postremo Verbum seipsum exinaniit, & homo factus euidenter & di- uinitus loquitur cum hominibus, incredulitati pudorem incutiens. Sed cur tandē homo factus lo- quitur cum hominibus? t *Et tu quoque.* Christus Deus & homo, docet hominem qua ratione fiat Deus, [illegible] sentium, sed per gratiam. Nam cum Deus nos in filios adoptauerit, & filij Dei, & dij cū Chri- stus, & eius cohæredes. Quod tū demum futurum est, si cum Christo patiamur vt conglorifice- mur. Nos enim coronatur, nisi qui legitimè certauerit. u *Deinde an non absurdum.* Perpetuæ Dei adhor- tationi ita concludit, vt eos dicat facere absurdè qui Deo non pareant. Nam si Deo iubenti, et- [illegible] ei cui nullis nulla redeat vtilitas, est parendum, eius maiestatis & potestatis habita ratione, ei non [illegible] quæ sunt vtilia iubenti, sed etiā sine quibus salui esse non possumus, non parere an non planè [illegible] dinem, vt quod simul impietatem arguat & stultitiam. Quod si iubenti parēdum est, multo ma- [illegible] x *An non Ioannes.* Non solum Christus exhortatur ad salutem, sed etiam Ioannes, & ni- [illegible] Ioannes quā vox exhortatoria. Quasi diceret, Nihil aliud agebat Ioannes quàm exhorta- [illegible] quidem certè quæ turbis dicebat, Publicanis & militibus, ita concludit Lucas. Multa quidem [illegible] euangelizabat populo. y *Eum ergo rogemus, quisnam tu es ex hominibus.* Qui videbant [illegible] virtute insignem, populoque pœnitentiam prædicantem, in remissionem peccatorum bapti- [illegible] ad vitæ nouitatem exhortantem, alij alia de eo sentiebant. Alij autem putabant Heliam, alij [illegible] Christum. De eo autem rogatus vtrunque negat: ipse Helias non erat qui in secundo Christi ad- [illegible] ventum, etiamsi venisset in virtute Heliæ. Christum quoq; se esse nō agnoscebat, sed Chri- [illegible] præcursorem asserebat, & nō esse Verbum, sed vocem verbi exhortantem ad parandam viam [illegible] erat enim veluti præco Christi mox affuturi, & quæcunque ab eo fiebāt, erāt præparatoria ad [illegible] Christo facienda erant efficaciter. Baptizabat quidē in remissionem peccatorum, sed so- [illegible] baptismus verè tollit peccata, & confert gratiam. Præparabat quidem ad salutem, sed vnum [illegible] in quo nos oportet saluos fieri. Hortabatur ad hæreditatem, sed ad eam non patebat aditus [illegible] Christum, cuius per adoptionem effecti fratres, futuri sumus etiam cohæredes. z *Per quam sterilis* [illegible] *fœcundus.* Per quam scilicet Verbi vocem. Verbi autem vocem vocat, & Angeli bonum afferentis [illegible] quod sterilis esset paritura, & Ioānis annunciātis quod terra inculta, & quæ nihil fructus pro- [illegible] sterilis esset futura. a *Hanc mihi fœtus.* Prædixit Angelus fore, vt Elisabeth quæ erat sterilis cō- [illegible] b *Vbi quoque vox præcurrebat Dominum.* Illa, inquit, vox quæ prædixit fore, vt conciperet Eliza- [illegible] præcurrit etiam Christum, afferens bonum nuncium de muliere sterili, nempe de gentibus, ex qui- [illegible] erant pauci atque adeò fere nulli qui Deum vnum colerent, quod scilicet Christo plurimi erāt cre- [illegible] & venum susceperunt religionē. Ex ea ergo gente quæ prius erat sterilis nascitura, erat magna mul- [illegible] filiorum, nempe credentium. Eadem autem vox Verbi per Ioannem prolata, bonum quoque at- [illegible] nium de eadem gente deserta, id est inculta & inarata, quod bonum Agricolam assecuta, qui est [illegible] beret sterilis, & quæ proferret bonos fructus actionum & virtutum. c *Hæ duæ voces Dominum* [illegible] Duæ voces dicuntur & vna. Vna quidem, vt quæ Christum præcurrat: Duæ autem, vt quæ [illegible] sint prolatæ, nempe Angelum & Ioannem. Hæ ergo voces Christum præcedentes significa- [illegible] vt cum apparuisset Verbum homo factum, nempe Christus, salutem nobis repositam esse- [illegible] & fructum qui filiis Dei debetur, nempe vitam æternam. d *Hæc ambæ itaque voces simul* [illegible] *operis, totum aperit.* Vtraque autem vna est & eadem, nempe Ecclesia, quæ antequam Christo [illegible] erat sterilis, vt cuius nulli essent liberi, nunc autem longè habet plures quā Iudæorum synago- [illegible] in Christum non credit, & deserta, vt quæ esset inculta, & nullos ferret fructus. Vni autem & [illegible] est vir quærēdus, & Agricola. Vir qui idem est qui sponsus Ecclesiæ, nempe Christus, in [illegible] iorum comunctione, Christi & Ecclesiæ, magnum est Sacramentum. Agricola quoque est [illegible] Christus, qui eam colat, & ad bonos producendos fructus, nempe bonas actiones & virtu- [illegible] reddat. Neque verò si dicit Christus patrem suū Agricolam, non ideo ipse, ipse quoque non [illegible] constat enim esse inseparabilia opera Trinitatis, neque obstat quominus idem Christus di- [illegible] & vitis & Agricola. e *Est enim hic vnus & idem.* Vnus & idem Christus vnius & eiusdem [illegible] gentium Ecclesiæ, quondam sterilis & desertæ, & vir fuit sui sponsus, vt quam nume- [illegible] fœcundauerit: & Agricola, vt quam virtutibus excoluerit, & bonis impleuerit operibus [illegible] f *Quæ enim ingenuæ multi sunt filij.* Iudæorum quidem synagoga, vt quæ esset ingenua, [illegible] habuit filios, sed cum propter suam in Christum incredulitatem desiisset habere filios, gen- [illegible] Ecclesiæ quæ prius fuit sterilis, coniunctus Christus sponsus multos dedit filios, & tanquam Agri- [illegible] quæ erat deserta excolens, bonis ornauit moribus & virtutibus. g *Deinde hæc quidem fructuum.* [illegible] eadem Ecclesia diuersè considerata, vna est & dux. Si consideretur vt quæ sit Christi Ecclesia, [illegible] & vnus est sponsus Christus. Si considerentur, vt quæ multos habeat filios, & quæ bonos fe- [illegible] nempe bonas actiones & bona opera, licet vna sit, duæ tamen esse matres videntur, quarum [illegible] altera verò fructus. Ambæ autem matres per Verbum. Verbum enim nempe Christus, [illegible] & eos bonis operibus ornatos reddit & excultos. h *Infidelibus autem.* Ecclesia non est [illegible] nisi fidem in Christum habeat, quæ est fundamentum iustitiæ. Fides autem in Christum

facit, vt filij Dei simus. Quod si filios non habet Ecclesia, qui sunt etiam Dei filij, est sterilis, & eam deserta, vt quæ bonis careat operationibus, bona enim non sunt opera, quæ non innituntur firmissimo & stabilissimo fidei fundamento. c *Ioannes quidem præco Verbi.* Ioannes qui Christum prædicabat, id Verbi erat præcursor, ideo iubebat esse paratos ad Christi aduentum, vt gratia prœueniente infunderet bonis operationibus muniti, à Christo adueniente iustificarẽtur, vt qui non essent planè infirmi. d *id erat quod tacitè significabat Zachariæ silentium.* Exponit mysterium silentij Zachariæ. Zacharias, inquit, tacens expectabat fructum præcurrentem Christum. Quis est autem præcurrens Christum? Mosaicæ
Act. 10. operationes, quæ Christi gratiam inducunt prœuenientẽ, cuiusmodi erant Cornelij Centurionis preces, & eleemosynæ quæ in Dei conspectum ascenderunt, & Deo adeò gratæ fuerũt, vt Dei gratia posset sic salutari lauacro ei cõcessa. Quis autem finis fuit huius silentij? Vt cum aduenisset Verbum quod est lux veritatis, abolerentur & silentio mandarentur significantes Prophetarum vmbræ & figuræ. Verbum autem fieret euangelium, vt quod bonum afferret nunciũ remissionis peccatorum & liberationis à morte, & à Diaboli tyrannide, nec in eo esset quidquam typicum & figuratum, sed euidens & aperta veritas. e *Tu autem si Deum videre desideras.* Est quidem Verbum lux veritatis, quæ Deum ostendit: sed non cernitur ab omnibus, sed ab iis demum qui sunt redimiti corona iustitiæ & continentiæ, quæ eadem sunt piacula quæ Deum decent: Deum autẽ non decent piacula quibus olim vtebãtur gentes ad placandos Dæmones. Eorũ autem multa erant genera, nempè ignis, sal, sulphur, inter quæ erat laurus, quæ etiam vim habebat propulsandorum venenorum. De his vide Eustathium Homeri cõmentatorem in X. Odysseæ, & Cælium Rhodiginum lib. 5. lect. antiquarum cap. 7. & lib. 6. cap. 12. in quo citat illud Satyricum,

——*Cuperent lustrari, si qua darentur*
*Sulphura cum tædis, & si foret humida laurus.*

Tæniæ autem sunt fasciæ quibus alligabatur corona, quæ alio nomine appellantur vittæ, & apud Græcos post Homerũ dictæ sunt etiã mitræ, teste Eustathio in 4. Iliadis. Iis ergo tæniis seu vittis redimita erant sacrificantium capita ad peccatorum expiationem. Sed apud Christianos nõ eiusmodi piaculis expiantur peccata, sed ita demum expiantur, si iis per penitentiam remissis in eorum locum succedant virtutes contrariæ. Et hæc sunt piacula quæ dicit Deum. Per ea autem quæritur Christus. Sed cur quæritur Christus? Quoniam cum sit ostium cui accedi scat oportet qui vult Deum intelligere. f *Ego enim, inquit, sum ostium.* Per eum ergo & patet aditus ad Dei intelligentiam, & aperiuntur portæ regni cælorum. Aperiuntur autem claue fidei. Nam fine ea non potest, vt sine fide Deo placeamus: Regnum autem cælorum intrare non potest, nisi qui Deo placeat. g *Deum nemo nouit nisi filius.* Ex operibus & effectibus à multis iam olim fuit Deus cognitus: ipse autem Dei essentia à nullo fuit cognita, nisi qui eiusdẽ esset essentiæ, nempe Deus. Quo fit vt solus filius Deum nouerit, & is cui filius reuelauit. Hinc est quod trias illa admiranda, suspicienda, & adoranda à puncto te Christi aduentũ fuit cognita, quæ per fidem ab omnibus Christi fidelibus nunc cognoscitur. Extremum cognitio, nunc quidem est imperfecta, perfecta autem erit & absoluta, cum nõ amplius in enigmate, sed facie ad faciem Deus videbitur, & in eo tanquam in speculo videbuntur omnia. h *Bene autem.* Christus quidem nunc regnum cœlorum credentibus per fidem aperit, arcana autem illa interea vt
1. Cor. 2. nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, iis demum reuelat, qui & in eum crediderint, & per ipsum ambulauerint. Per ipsum autem ambulat, qui in eius, qui via est, vestigiis stens eum sequitur.

a *Impia ergo adyta* b *ne inuestigetis,* c *nec barathrorum ora* d *præstigiis plena,* e *aut Lebeten Thesprotæum,* f *aut tripodem Cirrhæum, aut æs Dodonæum.* g *Geranium autem arenis desertis honoratum, & quod illic est oraculum, quod cum ipsa quoque emarcuit, anilibus fabulis relinquamus.* h *Silentio quidem certè mandatus est fons Castalius, & alius fons Colophonis, & alia similiter perierant fluenta diuinatoria, quæ certè fastu plena, serò quidem, tandem tamen conuicta sunt, vt quæ vnà cum ipsis effluxere fabulis. Narrat nobis alius quoque diuinationis, vel insanæ potius vanitatis oracula,* i *Clarium, Pythium, Didymæum, Amphiaraum, Apollinem, Amphilochum.* k *Quòd si velis, & monstrorum inspectores, augures, & aruspices, & somniorum coniectores vnà cum eis consecra.* l *Ad Pythium autem adductos simul fluctuare Aleuromantes & Crithomantes, & eos qui adhuc apud multos sunt in honore, vereloquos.* m *Iam verò adyta Ægyptiorum, & necromantiæ Hetruscorum, demandatur tenebris.* n *Sunt hæc verè insana infidelium hominum commenta.* o *Harum prestigiarum mercaturæ sociæ sunt capræ, quæ sunt ad diuinationem exercitatæ: & eorum qui ab hominibus docentur dare responsa.* p *Quid tibi recenseam mysteria? Non prophalabo quidem, vt aiunt olim Alcibiadem, sed per Verbum veritatis, præstigia quæ*



*in via lucrit reste aperiam, & eos qui vestri dij vocantur, quorum sunt sacra mysteria, tanquam in vitæ scena, veritatis contemplatoribus in medium proferam & euol-*
*lam.* q *Dionysium Manolen orgijs Bacchi celebrant, crudarum carnium esu sacram*
*rem inijs animam, & cæsarum carnium peragunt diuisionem, coronati serpentibus, vlu-*
*lantes Euios, Euam illam per quam error est consecutus: & signum Bacchicorum or-*
*giorum est serpens mysteriis initiatus.* r *Iam verò si accuratè vox spectetur Hebraica,*
*Heua est serpens mysteriis initiatus.* r *Iam verò si accuratè vox spectetur Hebraica,*
*Heua aspiratum, exponitur serpens fœmina.* s *Ceres autem & filia Proserpina*
*ex fœmina actæ sunt, errorémque & raptum, & earum luctum Eleusis illu-*
*sit sacrificus.* t *Mihi autem videtur oportere dare etymologiam horum vocabulorum,*
*Orgia & mysteria.* u *Orgia quidem dicuntur ἀπὸ τῆς ὀργῆς, hoc est, ab ira Cereris in*
*Iasion.* x *Mysteria autem ἀπὸ τοῦ μυεῖσθαι, hoc est, ab execratione & abominatione quæ*
*fuerit circa Dionysium.* y *Quòd si etiam à Myonte quodam Attico, quem dicit Apol-*
*lodorus interisse in venatione, nulla est inuidia vestra mysteria sepulchri honore esse*
*celebrata.* z *Possunt autem aliter quoque intelligi μυσταγωγία quasi μυθηγία, literis sibi ex*
*inuicem respondentibus: βυσσώνυχι, id est, venantur enim si vllæ aliæ, eiusmodi quo-*
*que fabulæ, ex Thracibus, maximè barbaros: ex Phrygibus, amentissimos: ex Græcis*
*ridiculos.* a *Pereat ergo qui huius fraudis fuit princeps & author hominibus, siue*
*Barbarus, qui matris deorum ostendit mysteria: siue Eetion, qui Samothracum fugit Orgia & sacra mystica siue Phryx ille Midas, qui didicit ab Odryso, deinde*
*& ipse suæ parebant ditioni,* b *fraudem tradidit artificiosam.* c *Non enim Cyprius in-*
*sanus Cinyras mihi vnquam persuaserit, libidinosa quæ circa Venerem fiebant orgia*
*palàm ex nocte diei tradere, dum meretricem ciuem vellet in deos referre.* d *Melampodem autem filium Amythaonis, alij dicunt ex Ægypto in Græciam transtuliisse festum*
*Cereri, luctum qui hymnis celebratur.* e *Hos ego dixerim fuisse principes & authores*
*omnium fabularum, & patres perniciosæ superstitionis, qui vitij & corruptelæ se-*
*mina in vita seminarunt, mysteria.* f *Iam verò, tempus enim, conuincam hæc vestra*
*omnia plena fraude & præstigiis, & si mysteriis estis initiati, has vestras fabulas quæ*
*habentur magis ridebitis.* g *Apertè autem dico quæ sunt occulta, non erubescens*
*dicere quæ non pudet vos adorare.* h *Quæ ergo ex spuma & in Cypro est genita, Ci-* *Cinyras fabrex Cypri.*
*pria amica, Veneremi dico, quæ φιλομμὴς dicitur quod exorta sit ἐκ μηδέων, hoc est,*
*ex genitalibus, ex falacibus inquam illis genitalibus quæ Cœlo abscissa sunt, quæ post*
*ingentem fluctuũ vim attulerunt, tanquam libidinosis vestris partibus dignius, fru-*
*ctum in Venere in sacris mysticis.* i *Marinæ huius voluptatis generationis indicium, sa-* *Veneria mysteria.*
*cratum & Phallus traditur, iis qui in hac machandi arte sunt initiati. Nummum*
*quoque offerunt ij qui initiantur, vt amicæ amatores.* k *Cereris autem mysteria, sunt*
*ortum matre veneri congressus, & ira, nescio quid deinceps dicam, matris an vxoris*
*Cereris, qua de causa dicitur appellata esse Brimo, Iouis precibus, & potus bilis, & cordis*
*ictus, & dictu nefandæ operationes.* l *Hæc mystica sacra peragunt Phryges Atthis,*
*& Cybele, & Corybantibus.* m *Hoc quoque iactarunt, quod cum Iupiter ab ariete*
*commissset coleos, ea iecit in medium sinum Cereris, de violento congressu falsum*
*hoc fabricum, vt qui seipsum vtique excidisset.* n *Hæc symbola huius initiationis*
*quoque apposita, satis scio vobis risum esse moturæ, etiamsi vobis non veniat in*
*mentem ridere, eo quòd refellamini.* o *Ex tympano comedi, ex cymbalo bibi, temperatum*
*ingressa sum thalamum, an non probra sunt hæc symbola? non ridicula mysteria?*

[p] *Quid autem si etiam reliqua adiecerim?* [q] *Verum quidem gerit Ceres, nutritur autem Proserpina. Rursus autem hic Iupiter qui genuit, coit cum Proserpina sua filia pro matrem Cererem, oblitus prioris sceleris.* [r] *Pater & corruptor puellæ Iupiter, & vitiatus draco, conuictus quisnam esset.* [s] *Sabaziorum certè mysteriorum signum est draco qui initiantur, Deus qui sinum peruadit. Est autem is draco, is dum extrahitur per femora eorum qui initiantur, est euidens argumentum Iouis incontinentiæ.* [t] *Parit autem Proserpina quoque filium taurina specie. Certè, ait quidam Poëta cultui idolorum dedita, Taurus pater draconis, & pater tauri draco,* [u] *In monte occultum bubuleus stimulum. Bubulci, vt existimo, stimulum, ferulam illam efficiens, quam pulchrè Bacchi circumagunt.* [x] *Vis etiam tibi narrem quomodo flores collegerit Proserpina, eiúsque calathum, & raptum à Plutone, & hiatum terræ, & sues Eubulei quæ absorptæ sunt cum diabus deabus? propter quam causam, in Themosphoriis Megaricè loquentes porcos expellunt.* [y] *Huius fabulæ diem festum mulieres variè concelebrant, Thesmophoria, Scirophoria, multis modis raptum Proserpinæ tragicè decantantes.* [z] *Dionysii autem mysteria sunt planè inhumana, quem cùm esset adhuc puer, motu qui fit in armis, Curetibus choream ducentibus, dolo autem subeuntibus Titanibus, puerilibus quibusdam lusibus deceptum hi decerpserunt Titanes, cùm adhuc esset infans, vt mysterij Poëta dicit Orpheus Thracius:*

[a] Pinea nux, [b] trochus, [c] & qui flectunt membra mouéntque
Ludi, [d] & quæ Hesperides miserunt aurea mala.

[e] *Inutilia autem huius mysterij symbola, non fuerit inutile ad ea condemnanda adhibere, talus, sphæra, mala, trochus, speculum, vellus.* [f] *Atque Minerua quidem qua Dionysii cor sustulit, appellata est Pallas, ἀπὸ τῦ πάλλειν, id est, à vibrando seu torquendo, eò quod cor vibret ac torqueat.* [g] *Titanes autem qui etiam ipsum discerpserant, cùm quendam lebetem tripodi imposuissent Dionysij membra inijcientes, ea prius coxerunt, deinde confixa veribus Vulcano imposita tenebant. Iupiter autem cùm postea aduenisset, siquidem Deus erat, vt qui assarum carnium nidorem fortè sensisset, cuius præmij se esse participes vestri dij confitentur, Titanes punit fulmine, & membra Dionysij, filio Apollini sepelire præcipit. Ille autem, non fuit enim Ioui inobediens, deferens in Parnassum, deponit illic cadauer lacerum.* [h] *Quòd si etiam Corybantum velis Orgia considerare, hi cùm suum fratrem occidissent, caput mortui purpura contexerunt, & coronatum sepelierunt, ferentes in clypeo æneo ad radicem montis Olympi.* [i] *Et hæc sunt, vt in summa dicam, mysteria, cædes, & sepulchra.* [k] *Horum autem sacerdotes, quos Anactoleastas vocant, in quibus vocare curæ est, ad calamitatem quædam monstra afferunt, prohibentes, apium eum totis radicibus in mensa apponi putant enim ex Corybantico, qui effluxit sanguine, enatum esse apium. Sicut certe mulieres etiam quæ Thesmophoria celebrant, à mali Punici granorum esu se abstinent, existimantes ex gutris sanguinis Dionysij germinasse mala punica.* [m] *Cabeiros autem appellantes Corybantes, mortem quoque Cabiricam annunciant. Hi enim duo fratres, cùm cistam sustulissent in qua repositum erat pudendum Dionysij, eum vexerunt in Hetruriam, egregiarum mercium mercatores, & ibi habitarunt cùm essent exules, venerabilem pietatis doctrinam pudenda & cistam colendam commendantes Hetruscis. Propter quam causam non improbabiliter volunt nonnulli Dionysium vocari Atim, qui sit priuatus pudendis.* [n] *Et quid mirum, si Hetrusci barbari tam turpibus mysteriis sua docent*



*sua docent affectionibus, cùm etiam Athenienſibus & aliis Græcis (pudet me dicere) prodiera ac dedecore plena sit Cereris fabula?* [o] *Cùm enim erraret Ceres ad quærendam filiam Proserpinam, circa Eleusinem (is est autem vicus Atticæ) defatigatur, & mœrore affecta sedet super puteum:* [p] *Hoc in hodiernum diem prohibetur iis qui initiantur, ne videant ea quæ sunt initiati mysteriis, imitari eam quæ lugebat.* [q] *Tunc autem habitabant Eleusinem Terrigenæ, seu Terræ filij. Eorum nomina sunt, Baubo, & Dysantes & Triptolemus, præterea autem Eumolpus & Eubuleus. Triptolemus erat bubuleus, pastor autem quidam Eumolpus, subulcus autem Eubuleus, à quibus Eumolpidarum,* [r] *& hoc sacra enumerantium præconum genus, Athenis efloruit.* [s] *Baubo autem (neque enim me continebo quin dicam) cùm Cererem hospitio excepisset, ei confectam potionem porrigit. Cùm ea autem recusaret accipere, & nollet bibere, vt quæ lugeret, ægreferens Baubo, vt quæ fuisset despecta, pudenda aperit, & ea deæ ostendit. Ceres autem delectatur aspectu, & vix tandem potum accipit, exhilarata spectaculo.* [t] *Hæc sunt arcana Athenienſium mysteria: hæc etiam describit Orpheus.* [u] *Educam autem tibi ipsos versus Orphei, vt habeas illum ipsum mystagogum impudentiæ:*

Hoc dicto traxit vestes, omnémque figuram
Corporis ostendit turpem, pueriléque Iacchus
Tunc fuit ætate, in gremium iaculatáque Baubus
Est illum ridens. Vbi subrisit Dea mente
Tunc hilari varium vas quod cinnámque tenebat
In cista accepit

[x] *Eleusiniorum mysteriorum signum est, Ieiunauit, cinnamum sibi, ex cista accepi: postquam feci, id deposui in calathum, & ex calatho in cistam.* [y] *Pulchra quidem hæc sunt spectacula, & deæ conuenientia. Digna quidem certè nocte mysteria, & igne, & qui magno, vel potius vano est animo, populo Erechthidarum, atque etiam aliis Græcis, quos quidem vita functos ea manent, quæ ne sperent quidem.* [z] *Heraclitus quidem vaticinatur Heraclitus Ephesius, his, inquam, noctiuagis, Magis, Bacchis, lymphis, mystis, his minatur quæ sunt post mortem, his ignem vaticinatur. Iis enim quæ ex communi sententia censentur mysteria, prophanè initiantur: sunt enim ea, lex vana & opinio, & sunt draconis mysteria fraus quædam, quæ verè prophana colit sacra, & ad execranda adhortatur sacramenta adulterina religione.* [a] *Quales autem cistæ eorum mysticæ? Oportet enim sancta eorum reuelare & arcana enunciare. An non ea sunt semicircles & pyramides, & tolypæ, & popana, quæ multos habent vmbilicos, & grana sesama, & draco orgium Dionysij Bassari?* [c] *An non mala Punica, & præterea corda, apium, & hederæ, & præterea phtoes & papauera?* [d] *Hæc sunt eorum sancta. Quin etiam Themidis arcana symbola, origanum, lucerna, ensis, pecten muliebris, quem ipsum & mysticè licet dicere, pudendum muliebre.* [e] *O euidentem impudentiam.* [f] *Olim quidem moderatis hominibus voluptatis integumentum erat nox silens: nunc autem iis qui initiantur, est incontinentiæ sacra nox loquens: & ignis qui lucet in facibus, vitia animi perturbationes arguit.* [g] *Extingue ignem sacrorum antistes, reuerere lampadem, ita quæ faces geris, tuum Iacchum lux arguit. Permitte nocti vt celet mysteria, & virgula honorentur tenebris. Ignis non dissimulat, & arguit, & punit quæ iubentur. Hæc sunt impiorum, & qui planè sine Deo, mysteria.* [h] *Impios autem eos & sine Deo iure voco, qui eum quidem qui est verè Deus ignorauerunt, puerum autem qui distinguitur à Titanibus, & lugentem mulierculam, & partes reuera præ pudore minimè*

dicendas impudenter colunt, duplicique tenentur impietate. Primæ quidem, quia eum qui est Deus ignorant, eum qui verè est Deus non agnoscentes: altera & secunda, quia per eum errorem eos qui non sunt, vt qui sint existimant, & eos deos nominant qui verè non sunt, imò verò qui non sunt quidem, sed solum nomen obtinent. [l] Propterea certè nos quoque arguit Apostolus: Eratis, dicens, alieni à testamentis promissionis spem non habentes, & sine Deo in mundo. [m] Multa bona regi Scytharum euenant, quicunque is fuerit. Is ciuem suum, qui Matris deorum sacra quæ fiunt apud Cyzicenos, in Scythia imitabatur, & tympanum perstrepens, & cymbalum resonans, vt Menagytes quispiam, collo appensum habebat, sagittis confodit, vt qui & ipse effœminatus euasisset apud Græcos, & fœmininum morbum alios Græcos doceret. [n] Quæ de causa (nullo enim modo celandum est) venit mihi in mentem admirari, quonam modo Euemerum Agrigentinum, & Nicanorem Cyprium, & Diagoram, & Hipponem Melium, & illum post hos Cyreneum, cui nomen erat Theodorus, & multos alios, qui moderatè ac continenter vixerunt, & reliquis hominibus acrius hunc de diis ipsis errorem perspexerunt, impios & ἀθέους, hoc est, absque Deo cognominarunt, qui etiam veritatem ipsam non considerauerint, sed errorem quidem certe suspicati sunt: quod quidem non paruum existit semen ad excitandam scintillam intelligentiæ veritatis. [o] Ex quibus vnus quidem præcipit AEgyptiis: Si existimatis deos, ne ipsos lugeatis, neque plangatis: si autem lugetis, ne eos esse deos putetis. [p] Alter verò cùm Herculem è lucerna cepisset efformatum (aliquid autem domi coquebat, vt est verisimile) age, ô Hercules, inquit, nunc iam tempus est, vt sicut Euristheo, nobis quoque in hoc tertiodecimo decertando certamine inseruias, idque pares Diagoræ, & ipsum tanquam lignum in ignem iniecit. [q] Extrema itaque pietatis sunt, impietas & superstitio, extra quæ studendum est manere. [r] Non vides Mosem, sacrum veritatis interpretem, iubentem, vt Eunuchus, fractis vel attritis testiculis, & cui excecta sunt virilia, non ingrediatur in ecclesiam? & præterea is qui natus est ex meretrice. Significat autem per priores quidem, mores impios, diuina virtute & genitali priuatos: per reliquum autem tertium, eum qui pro vno solo, qui est Deus, multos falso nomine sibi deos adscribit, sicut is qui natus est ex meretrice, multos sibi adscribit patres, propter veri patris ignorationem. [s] Erat autem quædam antiqua, naturaliter hominibus insita cum cælo societas, ignorationem quidem obscurata, sed quæ tamen repentè ex tenebris exilit & emicat, vt illud ab aliquo dictum est:

Húncne vides qui supra infinitum æthera,
Vlnis suis terram in humidísque continet,
Cui terra currus, & ædes terrestria?
Quísnam tu sis coniicere est difficile.

*Et quæcunque huiusmodi alia canunt Poëtæ: Peruersæ autem sententiæ, & quæ declinarunt à recta, verè peruersæ, hominem, qui est planta cælestis, diuerterunt à cælo videndi ratione, & humi prostrauerunt, persuadentes humanis figmentis attendere.* [t] *Alij enim statim in cælo contemplando decepti, & soli visui credentes, motus astrorum contemplantes, admirati sunt, & deos esse censuerunt, astra deos, nempe hos* ἥλιον τὸν θεὸν: *hoc est, à cursu, & Solem adorarunt, vt Indi: & Lunam, vt Phryges. Alij autem, eorum quæ in terris nascuntur mites fructus carpentes, Cererem frumentum, vt Athenienses: & Dionysium vitem, vt Thebani, appellauerunt. Alij cum*

Ephes. 2.

Deut. 3.



*considerassent vitij pœnas, eas in deos referunt, adorantes pœnas & calamitates.* [u] *Hinc Furias & Eumenidas, & quos παλαμναίους & πρωστατηρίους vocant, ceu auerruncatores malorum depulsores: & præterea ἀλάστορας, id est, cacodæmones seu malos genios, quos nouere Poëtæ senici.* [x] *Iam verò quidam ex philosophis, ipsi quoque post Poëtica, rerum quæ sunt in nobis affectionum, figuras & simulachra constituunt, nempe timorem, & amorem, & lætitiam, & spem: sicut certè priscus quoque Epimenides, qui Contumeliæ & Impudentiæ Athenis erexit altaria.* [y] *Alij autem ex ijsdem rebus impulsi, ad instar hominum in deos referunt, & instar corporis effingunt: Nam tanquam Deam colitur, Iustitia quædam, & Clotho, & Lachesis, & Atropos, & Parca, & Auxo, & Thalia, Attice.* [z] *Sextus est modus introducendæ & acquirendæ deorum deceptionis, quos numerant duodecim. Quorum etiam Hesiodus suam canit Theogoniam, & quamque in numerum Deorum refert Homerus.* [b] *Restat postremus (sunt enim hi omnes septem modi) qui proficiscuntur à diuino in homines beneficio. Nam cùm beneficio afficerentur, Deum non intelligerent, effinxerunt quosdam Seruatores, Castorem & Pollucem, & Herculem ἀλεξίκακον, id est, in malis adiutorem, & medicum Æsculapium.* [c] *Hæ quidem sunt lubricæ & exitiosæ à veritate digressiones, quæ hominem à cælo detrahunt, & in barathrum pessundant.*

αὔξω, ab augendo, θάλλω, à germinando.

## COMMENTARIVS.

[a] ΜΗΤΑ πρὸς ἄδυτα ne inuestigetis. Postquã ostendit quod sit Dei Verbũ, quod susceptã carnẽ est Christus Deus simul & homo, & quàm multis & magnis hominẽ affecerit beneficijs, & quanta sit merces, & præmium eorum qui ipsum sequuntur, nempe regnum cælorũ, quod credentibus & per ipsum amplectibus est apertũ, ex his infert & concludit, non esse quærenda oracula, fugienda execranda mysteria, abhorrendos Dæmones, idolorum cultum esse vitandum. In primis autẽ enumerat multa oracula, quæ licet quidem, sed tandem tamen mendacij sunt conuicta, & tanquam fabulosa sunt reiecta. Impia ergo adytane inuestigetis, Græcè est Ἄδυτα τοίνυν ἄρα μὴ πολυπραγμονεῖτε. Hoc est, Adyta ergo ne curiosè quæratis. Adyta, inquit, etymologicon Græcũ, vocantur loca templorũ quæ non licet omnibus intrare, à verbo δύω, quod est intro, & à priuatiua particula. Sunt ergo adyta loca templorum quæ non sunt conspicua, sed remota, & in penetralibus, domũsque subterraneæ & obscuræ. Cum autem in adytis habitentur dij habitare, Clemens ea vocat ἄδυτα, id est, in quibus non sit Deus, quod vertimus impia. Sunt vt maximè in eis habitẽt Dæmones. Dæmones certè non sunt Dij: Dij enim gentiũ sunt Dæmones. Ioannes autem Deos seu Dæmones ex adytis excessisse dicit Vergilius Troia capta. [b] *Ne inuestigetis*, Græcè autem est, μὴ πολυπραγμονεῖτε, ne curiosè quæratis. [c] *Nec barathrorum.* Barathrum dicitur, & locus profundus in quẽ immittuntur malefici, aut locus conceuus, cuius superiora quidem sunt firma & solida, inferiora autem mollia, vt qui ea subeunt demergantur. Propriè autem dicitur Barathrum locus cauernosus, per quem subditum, non amplius apparens fluuius. Hic autẽ Barathrorum ora vocat oracula, vt qui sua essent in antris & speluncis. De Barathro vide etymologicon Græcũ, & Celium Rhodiginum lect. antiquarum lib. 17. cap. 9. [d] *Præstigijs plena.* Præstigijs Græcè πεφυσιωμένα. πεφυσ quidem monstrum significat, vnde portentum. πεφυσία autem est ψευδολογία ἐφάπτουσα, Aristoph. in Comœdia quæ inscribitur πόλος. [e] *Iudam Thesprotæum.* Plinius inter populos Epyri primos recensẽt Chaones. Deinde Thesprotos. Thesprotum autem Molossos, apud quos, inquit, Dodonæis Iouis templũ oraculo illustre. Pausanias autem non Molossis, sed in Thesprotis collocat Dodonem, sic scribens. In Thesprotide quidẽ & alia valde memoratur digna sunt: & Iouis in Dodona templum, sacráque ei fagus. Thesprotiam autem & regionis ciuitatem in finibus Thessaliæ esse sitam, dicit Eustathius in Homerum, interpretans illum versum Odysseæ.

Τὼ δ' ἐς Δωδώνην μάντιν βήσεσθαι, ἐφ' ὑψικόμοιο Διὸς νημερτὲς ἐνισπεῖν
Ἐκ δρυὸς ὑψικόμοιο Διὸς βουλὴν τανύοντος.

Plinium lib. 4. naturalis historiæ in prologo.

Vtrum enim licet videre quæ scripsit de sacra illa quercu, quæ existimata est antiquissima, & quæ prima dedisse alimentũ hominibus, & de Dodonæo oracul, quod fuisse omnium antiquissimum refert Herodotus, & de æreo illo Dodonæo, & lebetibus illis quorũ vno pulsato, cæteri deinceps resonabant. De quibus videre licet & apud Pausaniam, & in Chiliadibus Erasmi, in Prouerbio, æs Dodonæum. Sed ea hic noster Clemens, & de lebete loquatur Thesprotæo, & paulò pòst de ære Dodonæo, non curat id statuere ea esse diuersa, cùm de ære tantũ Dodonæo, quo illi consonantes intelliguntur lebetes, inquit scriptores, non video quomodo solui possit hoc dubiũ. Nam etsi dici possit Dodonem esse Thesprotorũ quæ nunc est Molossorum, vt scribit Eustathius, non ex eo tamen distinguitur ille Thesprotæus ab ære Dodonæo. Sed hæc relinquamus ijs qui fabularũ Poëticarum studijs de-

lectantur. f. *Aut tripodem Cyrrhæum.* Oraculum intelligit Delphicum. Erat autem Cyrrha vrbs Phoci-

*Pausan. lib. 10. Phocicorum.*

dis, à qua dictus est campus Cyrrhæus, qui cùm Apollini Delphico fuisset consecratus, fuisu & cæde Solonis, à Phocensibus autem postea vsurpatus aratúsque, & in prophanos vsus esset redactus, is causa excitandi belli sacri, de quo vide Diodorum Siculum. Quamuis autem alia vrbs est Cyrrha, quæ Delphi, quoniã tamen in eadẽ regione vtraque sita erat Delphicum oraculum, Tripodem Cyrrhæum hic vocat Clemens. Erat autem hoc oraculũ apud veteres Græcos in tãta authoritate & existimatione vt quidquid ab eo esset responsum, id pro certo & de quo dubitari nefas esset haberent. Vnde ortum est prouerbium, E tripode. Erat autem tripos ille æneus, propterea quod æs diuino quodam spiritu vocẽ que consonet, & sæpe est depræhensum æs concauum cum omnia sileant sonum edere, erat enim tripodis symbolum veritatis, & sacrũ Apollini & Baccho. Apollini quidem propterea quod is sit Vates, Baccho autem, propterea quod per ebrietatem verum dicatur. Vide Eustathiũ in 1. Iliadis, & in XIIII. libro Odysseæ, & Chiliad. Erasmi in Prouerbio, E tripode. g *Gerandryon autem arenis deserti.* Existimat eum intelligere de oraculo Iouis Ammonis, quod sitũ erat in Libya deserta in loco arenoso. Scribunt autem duæ Colũbæ ex Thebis Ægyptijs euolasse: Quarum altera in Epyro, cùm in fago consedisset, Dodonæi Iouis templũ & oraculum designauit: Altera autem in Lybia deserta Ammonis Iouis templum & oraculum. De his vide Eustathium in XIIII. librũ Odysseæ, & Seruiũ tam in Georgica quàm in Bucolica Vergiliana. Atque in Dodona quidem annosam fuisse quercum, è qua dabantur oracula, testatur idem Eustathius in loco quem citauimus. Num itidem autem etiã apud Iouis Ammonis templũ fuerit quercus annosa, è qua darentur oracula, nusquam memini me legisse. Annosa autem arbor vocatur Græcè γεράνδρυον, sic inscriptum est in Etymologico γεράνδρυον δὲ πλατὺ δένδρον. σημαίνει δὲ γεράνδρυον ἡ πολυετὴς καὶ παλαιὰ δρῦς, ἀπὸ τοῦ γέρων τοῦ ὑποκειμένου δρυός. id est, Gerandryon est vetus planta. Significat veterẽ plantã, & quæ consenuit, aut quæ in radice coalita est exsiccata. Dicta ab δρῦς, id est quercus. Videtur enim quercus fuisse prima planta cognita. h *Silentio quidem cerè mandatum est fons Castalius.* De fonte Castalio scribit Pausanias in Phocicis, qui est liber decimus, A gymnasio illius ad fanum via ducit, ad dexteram Castaliæ aqua præterfluit, suauis illa quidẽ potu. Fonti indigetem quandam mulierem nomen dedisse ferunt, &c. Hæc Pausanias qui quod fuerit diuinatorius nihil adhuc penitus, est autem verisimile cum is non procũl abesset à Delphis, vim quoque diuinandi ei esse tribuendam. De fonte autem Colophonis disertis verbis scribit Plinius, Colophone in Apollinis Clarij fonte

*Plin. lib. 2. cap. 103.*

Lacuna est, cuius potu mira reddũtur oracula, bibentium breuiore vita. Sed Lacunã vocat, qui Clemens noster fontem. Narrat nobis alius quoque diuinationis, vel insanæ potius vanitatis vocabulo, i *Clarium, Pythium, Didymeum, Amphiaraum, Apollinem Amphilochum.* Erat Clarium Apollinis oraculum in Claro Ioniæ oppido, cuius meminit Pausanias in Achaïcis lib. 7. Pythium oraculum est notum vt de eo aliquid sit dicendum. Didymus autem quod fuit oppidum Achaïcum, Apollinis fuisse templum

*Paus. lib 2. & 2. Cor.*

testatur Pausanias in Corinthiacis lib. 2. De Amphiarai fonte, oraculo, & sponsis, & de eius tẽplo quod erat Argiuos, vide Pausaniam. Nescio cur Apollinem coniungat cum Amphilocho, nisi fortè quod vtrique eadẽ ara, vt scribit Pausanias, in has partes sit diuisa, vna Herculi sacra, & Ioui, & Apollini Præuio. Ara Heroibus & Heroum vxoribus: tertia Vestæ, Mercurio, Amphiarao & Amphilocho, &c. De eodem autem Amphilocho dicit etiam paulo post, Amphilochi in Athenienſium vrbe etiã ara est, & in Cilicia loco maſio oraculum, mea ætate omnium verissimum. k *Quod si velis & monstrorum inspectores.* Monstrorum inspectores, Græcè τερατοσκόποι. Dicuntur etiam τερατευταί. Est autem τέρας, idem quod σημεῖον. Sed in hoc differunt, quod τέρας dicitur res quæ facta est præter naturam, quam Latini monstrum, portentum, & prodigium appellant: σημεῖον autem res quæ facta est præter cõmunem consuetudinem. Sed confunduntur, & alterum pro altero sumitur. Augures & auſpices, Græcè οἰωνοσκόποι, qui etiã dicuntur ὀρνιθοσκόποι & οἰωνισταί. Ij autem sunt qui futura diuinant ex garritu & volatu auium. Vnde & Latini augures à garritu, & auſpices dicuntur ab earum volantium inſpectione. οἰωνὸς autẽ, etsi pro quauis auium genere capitur, propriè tamen significat vulturẽ, qui dicitur οἰωνὸς ἀπὸ τῆς οἴης, quod est solus. Dicunt enim non nisi solum parere absque coitu ex vento & calore & Solis radijs. Somniorum coniectores qui etiam dicuntur ὀνειροκρῖται, quod in somnijs coniectandis versentur. De quibus scripsit Artemidorus. l *Ad hæc autem adducti.* Multa erant genera diuinationis, quæ vult omnia iuxta Pythium Apollinẽ posita memori silentio & obliuioni. Inter cæteros diuinatores erãt qui è farina diuinabãt, qui dicuntur λιπαρομάντεις, erant qui ex ordeo, qui κριθομάντεις, erant etiam in quorum ventre malignus illic habitãs spiritus loquebatur, & futura prædicebat, qui Græcè dicuntur ἐγγαστρίμυθοι & ἐγγαστρίμαντεις, & à nonnullis πύθωνες. De

*Deut. 18. & Leuit. 20. 1. Reg. 14. Act. 16.*

quibus non consulendis, & in veteri testamento cauetur, & qui eos primùm abstulerat, Saul, cùm mulierem Pythonissam postea consuluisset in prælio victus, ipse sibi mortẽ accersiuit, & cõsciuit. Eundem di mulierem Pythonissam cùm à Dæmone liberasset Diuus Paulus, id ægrè tulerũt eius Domini, quod eo miraculo sibi ablatus esset quæstus quem ex ea faciebant. Eos tempore Clemẽtis apud multos fuisse in honore, ipse hìc testatur. Quod quidẽ est verisimile, ideo euenisse, quod quæ prædixerant, aliquando verè accidebant. Testatur Cælius Rhodiginus eiusmodi mulierem suo tempore fuisse in sua patria, quæ de præteritis quidem & præsentibus vera diceret, in futuris autem quæ prædicebat, sæpe fallere. Nostro quoque tempore fuit celeberrimum illud miraculum, quo mulierem in Pythone obsessam, & mirandum in modum vexatam, ei oblato sacrosancto Christi corpore frequentissimo inspectante populo, liberauit Reuerendissimus Laudunensis Episcopus. m *Iam verò adyta Aegyptiorum.* Ægyptiorum falsam religionem & inanẽm superstitionem, nemo ex Ethnicis melius descripsit quàm Herodotus in Euterpe, ex Christianis quã Epiphanius, cuius sunt hæc à nobis Latinè versa. Plus autẽ omnino quàm omnes errãtes Ægyptij, non solùm propria vitia coluerunt & affectiones, sed volucres & quadrupedes, terrestresque



reptilia, quæ & aquatilia, & fera quædam & immania animantia, & quæ à Deo sancto in seruitium eis tantum condita, in suo ordine mouerunt, & vt qui mẽte sint belluina, quæ apud ipsos sunt animalia colentes, in Deos referentes citra vllum pudorẽ, canem latrantem, felem serpentes comedentem, hircum libidinosum, omem imbecillam, Crocodilũ multifidũ, & immitissimam Ibim quæ deuorat venena, & ea accipitrem, & coruũ, quæ sunt maximè seruilia, serpentémque tortuosum & inuecundissimum, &c. De his vide etiam Theophilum Antiochenũ ad Antolycum, & Eusebium de præparatione Euangelica. Hetruscos quidem Aruspicinæ & auguriorum disciplinam calluisse, monstra & prodigia

*Vide Alex. ab Alex 5. nial. lib 5. cap. 19. Eustath. in Iliad. Odyss.*

Græcanos procurasse sæpe legitur. De eorum autẽ necromantia, qua manes mortuorum ad dandos excitantur, vix vsquam legitur, nisi fortè de ijs intelligatur quod scribit Eustathius, quòd Thesprotia vocabulo qui dicitur Auernus, fuerint olim νεκυομαντεῖα, id est, ex excitatis mortuis diuinationes, quæ apud Græcos scribitur absque aspiratione, Hebraicè autẽ dicitur Heua, cum aspiratione, quod nomen primæ illius mulieris à Deo ex Adami costa creatæ, ex qua origo hominũ est derivata. Significat autem Heuæ vocabulũ idem quod viuens. Est etiã Heua fœminini generis, quod animal fœmininum significat. Vult ergo significare non magnũ esse discrimen inter fœminã & serpentem, quo Heua serpenti seducẽte fœminam. f *Ceres autem & filia Proserpinæ.* De raptu Proserpinæ scripsit Ouidius Metamorphoseos, & de hac re seorsum poëma cõscripsit Claudianus. Res autẽ erat adeo celebres omnibus, vt de ea à Poëtis scriberentur actus, qui Græcè dicuntur ἀρχαιαι, nempe Comœdiæ, & Tragœdiæ. In sacris autem Eleusinijs, in memoriã Cereris amissam filiam quærentis accensis facibus, fuisse quædam lustrationes. s *Mihi autem videtur.* Ad rem melius intelligendam multum confert etymologia. Est vera nominis ratio. Orgia ergo & mysteria quærnã, & cuiusmodi sint expositurus, à vocabulorum incipit etymologia. t *Orgia quidem dicuntur.* Ab ira quidem Cereris ea dicta esse dicit, sed quam fuerit ea ira prætermittit. Scribit autem Diodorus Siculus de fabulosis narrationibus, Iouem Proserpinam mutatum cum Proserpina filia esse congressum, ex quo incestu fertur natus Dionysius Liber, qui ille qui ex Semele est susceptus, & ab ipso, cum ea fulmine percussa esset mortua, in fœmoribus suis ad tẽpus vsque partus. De his & de diuersis Dionysij nominibus, vide Beroaldum in terentium Cic. de natura Deorum. u *Mysteria autem ἀπὸ τοῦ μυεῖσθαι.* Abominationem vocat incestum

ilium à Ioue admissum in filiam Proserpinam, ex quo procreatus fuit Dionysius Taurus, quos [illegible] à *Myonte quodam Attico*. Cum solus Apollodorus, qui hodie non extat, quod sciam, nominet Myontem interijsse in venatione, de eo frustra alibi quæsieris. Hoc est autem quod dicit Clemens Myonte qui in venatione est mortuus, vestra denominantur mysteria, non est quòd ea vobis imitemini. Nam cum ea fiant in honorem mortui, & sepulchri honore afficiantur, non est quod existimetis in ijs esse aliquid diuinum. [a] *Possunt autem aliter quoque intelligi μυσήρια*. Hic affert aliam etymologiam vocabuli mysteriorũ, nempe quod dicuntur *μυσήρια*, quasi *μυόντερα*, id est fabulæ venantes. Hanc autem affert causam, quod mysticis fabulis ad execrandorum sacrorum suorum societatẽ ex diuersis gentibus homines pellicerent, quomodo etiã in euangelijs dicuntur Scribæ & Pharisæi mare circuisse, & ad- *Matth. 22.* uc vnum facerent proselytũ. Hanc mysterij etymologiam videtur hinc sumpsisse Etymologicum [illegible] cum *μυσήρια, μυόντερα, μύειν τὸ ὁδὸν κόγχε*. sed eũ mox corrigit, dicens *βέλτιον δὲ ἀπὸ τοῦ μύειν τὰ ὦτα*. Melius est autem clausis oculis, quæ sunt intus seruare, & paulò antè *μύειν*, id est mystes dicitur *παρὰ τὸ μύειν*, id est à *μύω*, quod est connueo & claudo oculos: clausis enim sensibus, & à carnalibus rebus cogitationibus diuinas suscipiebant illuminationes. Cum autem *μύω*, non solùm significet claudo & celo. Mysterium dici potest à *μύω*, quod mysteria sint arcana & secreta, & non aperienda ac reuelanda. Porrò autem Clemens causæ fuit, nempe mysteriorum gentium vitupe- seruiens, has solas duas quas diximus, nempe *μύησις*, id est abominationis, & *μυστήριον*, id est fabularum, dedit *παρωνύμως*. Qui si verorũ, Christianæ, inquam, fidei veram voluisset dari etymologiam, nõ eam duxisset ab his duobus quæ diximus, nempe ab abominatione & fabulis venantibus, sed à *μύω*, quod est celare. Sunt enim Christianæ fidei mysteria eiusmodi, vt cum nec cõprehendi, nec his exprimi possint, ideo celentur quod sint ineffabilia, & propterea sunt arcana & secreta. Gentilia- que mysteria dicuntur à celando, quod ea propter eorum turpitudinem probrũ, & dedecus non aperienda & detegenda. Hæc est ergo verbi etymologia: rei autem definitio ab eo est petenda- tum mysteriorum gentiũ describit & oculis subiecit turpitudinẽ. Mysterium autẽ sic definit Theodoretus, Mysterium est quod non est notum omnibus, sed ijs solis qui contemplantur, & Mysteria quod non omnibus declaratur, sed solis amicis creditur. Quæ quidẽ definitio sumpta est ex Christo in epist. ad Timoth. Idem quoque Chrysost. in epist. 2. ad Cor. cap. 2. Mysteriũ est in quo non id quod credimus, intuemur, sed aliud videmus, aliud credimus. Nemo autẽ rem melius expressit quàm Venus Camers in suo lexico Græco *μυστήριον τὸ δυοῖν πυρκαϊὰ τῶν πολλῶν κρυπτόμενον διαγνῶναι*. Mysterium est spiritualis contẽplatio, vulgi captũ effugiẽs. [a] *Perest ergo quis huius fraudis*. Malè percautus primus fuit author horum mysteriorum & orgiorũ quicunque is fuerit. Deinde eos recenset qui- stituerunt, Dardanum quidem mysteria matris Deorũ, Eetionem autem orgia & sacra mystica Thracum: quænam autem instituerit Midas Rex Phrygũ qui ab Odryso didicerat, nihil dicit. Dardanus autem & Mydæ Regis Phrygiæ, sunt nomina etiam vulgo satis cognita. De Eetione autem mihi non memini me legere. Quod autem Dardanus, & Eetion, & Midas ea quæ dicit orgia, & sacra mystica tuerint, ex ijs qui non amplius extant Clemẽs accepit authoribus. Apud eos enim quos hodie habemus de ijs nihil inuenimus mandatum literis, cum tamen Sacrorũ Cybeles, quæ est mater, vt vocant, Deorum, eiúsque ministrorum Curetum, Corybantum & Cabitorum, & sacrorum Samothracie- fiat mentio, tam apud Poëtas, quàm apud eos qui solnta scripserunt oratione. [b] *Fraudem tradit sub- riosam*. id est, suis subiectis falsorum horum sacrorum certos ritus tradidit & cæremoniat. [c] *Non nos Cyprius insularis*. Venus in Cypro insula est nata, vnde etiam dicta est Cypris, quæ cum fuisset eam antiquissimus Rex Cypri Cinyras in Deos retulit, quæ nocturnis fiebant obscœnæ Orgia in honorem proferens. Ea primum instituit vt Cypriæ virgines cum mercatoribus ad littus maris appellentes coëuntes ex turpissimo quæstu dotem sibi pararent. Huius autem Cinyræ meminit Homerus lib. L. Iliadis, dicens eum Agamemnonem excepisse hospitio. [d] *Melampodem autem filium Amythaonis*. Ex Ægypto quæ impietatis & superstitionis omnis fuit magistra, & ad Græcos, & ad Romanos emanauit da quædam sacra & festa fuisse deducta apud authores multos satis constat. Sed quod Melampus Amythaonis filius ex Ægypto in Græciam transtulerit festũ Cereris, in quo celebratur luctus Cereris propter serpinam filiam à Plutone raptam quærentis, etsi diligenter quæsierim, nusquam potui inuenire, [illegible] ergo dixerim fuisse principes. Mysteria dicit esse semen vitij & corruptelæ, & qui ea instituerunt fuisse- thores omnis superstitionis, & impiarũ fabularum & patres superstitionis, seu falsæ religionis, & exterminandi Deorum cultus. [e] *Iam vero tempus enim*. Postquam satis præmunijt auditorẽ, nunc aggreditur ipsa aperire mysteria. Ea dicit esse plena fraude & præstigijs, quòd ijs decipiantur homines, & oculorum præstringantur, vt qui se putent alia videre quàm videant, & pro sacris habeant, quæ sunt maxime execranda. Dicitque se eorum turpitudinem oculis ita subiecturum, vt non solùm ij qui mysteriis sunt initiati, sed etiã qui sunt initiati, vera quæ dicit agnoscentes sint risuri fabulas quæ ab ipsis hactenus in honore. [f] *Aperiẽ autem dicis quæ sunt occulta*. Turpia & obscœna pudor est dicere, sed longe gis est pudendum adorare quæ pudor est dicere. [g] *Quæ ergo ex spuma & in Cypro est genita*. Ex Cœlo palibus à filio Saturno abscissis, & in mare proiectis, & cũ maris spuma coniunctis nata est Venus ca Cinyræ, de qua iam diximus, vt Hesiodus scribit in Theogonia. Et ideo vocata est Venus à spuma quæ ἀφρὸς Græcè dicitur, ἀφρογένεια, & ex Cypro in quam nata appulit *κυπρογένεια*, id est in Cypro genita, & Cypris, & *φιλομμήδης*, quòd exorta sit ex genitalibus quæ vocantur *μήδεα*. Ea ergo, inquit, Venus vestris sacris mysticis, est tanquam fructus dignus libidinosis vestris partibus, nempe pudendis, quæ si diceret, Mysteria vestra sunt huiusmodi, vt libidinosis vestris partibus, nempe pudendis, ita conueniant, & fructus sint eis dignus. [h] *Maritus huius voluptatis*. Erant quidem vt cæterorum Deorum, ita



Veneris arcana mysteria, erant tamen in eis eiusmodi symbola quæ initiatis rei latentẽ aperirent [illegible] Initiatis, inquit, in hac arte meretricia, id est initiatis mysterijs Veneris, traditur granũ salis & Phallus. Granum quidem salis significabat ex mari ortam Venerẽ, Phallus, id est arrectũ membrum virile procreatum ex genitalibus. Nummus autẽ, quem initiati dabant Veneri sicut amator dat amicæ, [illegible] ibore rum & ipsam fuisse meretricem, & meretriciã artem in Cypro instituisse. Nam quod ver- [illegible] amicæ, Græcè est *ἑταίρας*. Solent autẽ Athenienses vt rem leniant, meretrices appellare *ἑταίρας*, id [illegible]. [a] *Cereris autem mysteria*. Execrandorum flagitiorum non poterant, non esse execranda & [illegible] drsymbola. Idem Iupiter cum matre Cerere concubuit, & ex ea Proserpinã genuit, & cum [illegible] Proserpina postea coïens ex ea suscepit Dionysium Taurũ. Hæc sunt ergo præclara illa mysteria [illegible] cum matre Iupiter, mater quæ eadẽ est etiam vxor, in filium & eundẽ maritum trasciturpro- [illegible] tram appellata est *ἔκτομος, ἀπὸ τοῦ ἐκτέμνω*, quod idẽ est ac fremere, & ipse Iupiter factum ægrè [illegible] precibus matrẽ placat. Per fellis potum quid significaretur non satis intelligo. Per cordis autem [illegible] fortè significatur Atys iuuenis, cuius amore capta fuerat Cybele, cum ipsa ex eo deprehensa [illegible] gnidis, per summã crudelitatem occisus à parentibus simul cum nutricibus, ipsa autem Cybele [illegible] insana effecta in publicum prodijt, psallénsq; cum Tympano, Diodorus Siculus lib. 4. [illegible] Dictu autem nefandæ operationes significant, fortè nefariam Atys à Cybele exectionem [illegible] deprehendisset cum pellice. Quam quidẽ nefariam exectionem imitati sunt postea Galli Sacerdotes Cybeles, qui virilibus amputatis ei sacra faciebãt, & cũ Tympanis & Cymbalis tumultuantes [illegible]. [b] *Hæc mystica sacra peragunt Phryges*. De Cybele Atyde, Curetibus, Corybantibus, & [illegible] Dactylis, vide quæ scribit Strabo lib. 10. neq; enim immorandum in ijs ducimus, quæ non recẽ- [illegible] Cretenses, vt discamus, sed vt ea gentes rideant & abhorreant. Phryges autem dicit ea sacra mysteria [illegible] quod ea è Phrygia orta sint, & à Sacerdotibus Cybeles, qui Galli sunt appellati, primò sunt [illegible] *ille quoque tactatur*. Iuppiter fingens se ægrè ferre quod Cererem, quæ eadem est quæ Rhea, vt [illegible] Diodorus cõpressisset, arietis auulsos coleos in eius sinum iniecit, arietis eos esse suos, & se stupri [illegible] pœnas dare, quod erat falsum. [a] *Hæc symbola huius initiationis*. Symbola, inquit, vestrorum mysteriorum vobis abundè exposita vos vel inuitos cogẽt ridere, licet ægrè feratis quod refellamini in ijs [illegible] sancta videntur & veneranda. [e] *Ex Tympano comedi*. Hæc verba sunt signa & symbola quæ [illegible] erant ea quæ continebantur in mysterijs, nempe esum & potum, & ingressum in thalamum, ex [illegible] postquam comedissent & bibissent Iuppiter & Ceres, Iouem tãquam in nuptiali thalamo [illegible] matre Rhea seu Cerere, ea enim multis fuit appellata nominibus, & quẽ vocant pa- [illegible] Deũmque, suo exemplo homines incestum docuisse. [f] *Quid autem si etiam reliqua* [illegible] Per interrogationem auditorem reddit attentiorem. [g] *Veterum quidem gerit Ceres*. Non satis [illegible] Iuppiter cum matre coijsse, & ex ea filiã suscepisse, nisi cum filia incestum admitteret, qui etiam [illegible] rem vxorem duxerat. [h] *Pater & corruptor puellæ Iuppiter*. Rem exaggerat à circunstantia per- [illegible] quod filiã suam bonis moribus debebat instituere, ipse eam corruperit, & eam induerit per- [illegible] cum ea concumberet, quæ facilè quam esset sceleratus arguẽret. Draco enim factus cum ea [illegible] Draco autem in multis sacræ scripturæ locis accipitur pro Diabolo seu cacodæmone. [i] *Sabazio- mysteriorum*. Scribit Diodorus lib. 4. historiæ fabulosæ tractans de Dionysijs, cum quisnam sit [illegible] expositurum. Traditur quoque, inquit, & alter multa prior ætate fuisse Dionysius, quem aiũt [illegible] Proserpina natum, à nonnullisque appellatum Sebasium. Huius genus sacra honoreisque pro- [illegible] nocturna occultáque agunt. Fuit is quoq; à Poëtis appellatus Sabazius & Zagræus. Sa- [illegible] scribit Heraclides in XII. de Heraclea, eum citante Cõmentatore Aristophanis in Cõmœdia, [illegible] Aues, *ἀπὸ τῆς σαβάζειν*, quod idem est quod Bacchari, siue clamare. Zagræus autem ex eo [illegible] valde ferus & agrestis. Za enim est particula intensiua. Cuiusmodi autem esset hoc mysterium, [illegible] factio erant initiati, ostẽdebat signum, id enim est symbolum. Symbolum autem seu signum [illegible] qui sinũ subibat & peruadebat. Is autem Deus erat Draco, qui cũ traheretur & reperet per [illegible] significabat Iouem in Draconem conuersum, cum filia Proserpina concubuisse, & [illegible] esse Sebasium seu Sabazium aut Zagræum, qui idem est quod Dionysius, quod quidem [illegible] argumentum eius incontinentiæ. [k] *Pœnit autem Proserpina quoque filium Taurina specie*. Ex [illegible] cum filia Proserpina congressu natus est Dionysius, qui & *ταυρόκερως*, & *ταυρόμορφος*, & *ταυρογένειος*, & *κερασφόρος*, & *βούκερως*, est appellatus. Idem est autem qui est Sebasius & Sabazius [illegible]. [l] *In monte occultum bubulcus stimulum*. Est hoc quoque, vt existimo, aliud symbolum mysterium Sabaziorum, sed quod non satis intelligo, nisi fortè in ijs esset Bubulcus, ad significandum [illegible] nomen, nempe Taurum. Is gestabat occultam seu mysticam ferulã, ea autem ferula Græ- [illegible] quæ etiam Thyrsus dicebatur, quam gestabant qui Bacchi erãt assectæ. Vnde est etiã Græ- [illegible] *πολλοὶ, πάσχει δ' τι βάκχοι*. Bubulcus ergo taurũ significabat. Ferula autem, seu [illegible] Dionysium. In Græco autem contextu est *κάλοι*, sed lego *κάλοι*, vt sit *καλοὶ* pro *κάλοῦσι*. Hæc mea [illegible] quæ an vera sit, nescio: mihi quidem certè videtur locus mutilus & corruptus, sed malui [illegible] quicunq; afferre coniecturã, quàm nihil dicere: lectori interea suum relinquens iudicium: [illegible] *quomodo flores collegerit Proserpina*. De Proserpinæ flores legentis, & in Calathũ im- [illegible] Plutone raptu, Vide Ouidium in Metamorphos. lib. 5. & integrum de ea poëma Claudiani. [illegible] Eubulei quæ cum duabus deabus sunt absorptæ, nusquam memini me legere, neque [illegible] Megaricè loquẽtes expellunt porcos. Totum hunc locum Clementis traduxit [illegible] opus de præparatione Euãgelica lib. 2. cap. 5. Sed eius interpres Trapezõtius in mul- [illegible] nostro exẽplari dissidere. Ita enim habet. Nequeo latins huius Perephattæ sacra enarrare,

quasillum, rapinam Idoneæ, vbi legendum est Adonei, id est Plutonis, terræ sues Eubulæi, quos mox hiatu simul & duas Deas absorptas aiunt fuisse. Vnde Megarēses in Thesmophoriis suis immundum gendum fortè est, sues emittunt. Et quod ille vertit Megarenses, Græcè est μεγαρεῖς ὄντες, id est Megarenses loquentes seu Megarica lingua loquentes. Ideo autē Megaricè fortè loquebātur, quod cum Megara esset Cereris domicilium, quod Megarum dicebant, vt scribit Pausanias lib. 1. Atticorū, Megarenses bus vterentur in Thesmophoriis. *Hutus fabula diem festum mulieres varie concelebrant.* Cereris quærentis, & Proserpinæ filiæ raptus erant aliquot dies festi. Erant Thesmophoria, id est dies festi reris legiferæ. Nam inter cętera Cereri tribuitur quod prima leges tulerit. Prima, inquit Ouidius leges, θεσμοὶ enim, lex dicitur, sed propriè lex non scripta, quàm vocāt Iurisconsulti consuetudinē. Et etiam Scirophoria. Sic autem scribit qui Commentarium edidit in Aristophanem. Scira est dies festus *In Comm.* Mineruæ Sciradis XII. mensis Scirophoronis, qui est, vt vult Gaza, Mensis Martius. Alij volunt esse stum Cereris & Proserpinæ, in quo Sacerdos Erechthei fert vmbellam albā, quę dicitur Scirum. Scira est dies festus apud Athenienses, à quo etiam mensis Scirophorion. Dicunt autem qui scripserunt de mensibus & festis Athenienium, quod Sciron est vmbella, cum qua proficiscentes ex arce vocant quendam locum qui dicitur Scirus, Mineruæ sacerdos & sacerdos solis. Hoc autem portant Eteobutadæ, est autem hoc signum quod oporteat ędificare, & tecta facere, vtpote quod sit tempus aptū ad ficandum. Mineruā autem Sciradem colunt Athenienses, quā Philochorus quidem in secundo dicit esse vocatam, à quodam Sciro vate Eleusinio. Praxion autem in secundo Megaricorum, à qui construxit Calaminem. Sciradem autem Mineruā fecit Theseus quando redijt occiso Minotauro. Dicunt autem quidem & mensem Scirophorionem & festum dici Scirophorion, quòd à cerę tauri reuersus Theseus, quam ex gypso fecerat Mineruam portarit. *Dionysij autem mysteria sunt inhumana.* Tota hæc fabula, & quæ ex ea pendēt mysteria, ab Orphæi poēmatibus est petenda. Ea vocat inhumana mysteria, quod & per fraudē & per summam crudelitatem gesta sunt illis omnia, causam dederunt mysterijs, Dionysius scilicet cum Curetibus choreas ducens, cum adhuc esset puerulis ludicris & muneribus, à Titanibus deceptus, & ab eisdem discerptus. *Ποιναὶ δὲ*, sunt munuscula puerilia, quibus à Titanibus deceptus fuit puer Dionysius choreas ducens inter tas. *Ποιναὶ δὲ*. Græcè κόναι, quæ etiam dicitur φλόγες. *Truchus.* Græcè ἴμερος, id est impetus, *qua flectunt membra membrorumque lusus.* Græcè σπάσεις καμπτικαὶ, ludicra, quæ flectunt membra. Dicit tem vel pilam intelligit, quorum exercitium cogit membra inflectere. *Et quæ Hesperidum mala.* Fingitur in Hesperidū hortis in Aphrica fuisse mala aurea, quæ custodiebantur à Draconē tuo vigilante. *Inutilia autem huius mysterij symbola.* Sunt hæc symbola mysteriorum Dionysij nibus his munusculis decepti & postea discerpti. *Atque Minerua quidem.* De hac fabula quæ cō nisij fustulit, & ideo ἀπὸ τῦ πάλλω, dicta est Pallas, mirum vbiq; silentiū. Giraldus Ferrariensis *Giraldus de Dijs gentiū, lib. 1. Deorū. syat. 11.* certè, qui hoc de Dijs gentium argumentum copiosissimè tractauit, cum cognomenti Palladis attulisset rationes, de hac cordis ablatione & vibratione ne meminit quidē. De Palladis autem tione sic scribit Eustathius in 1. Homeri Iliadis Rhapsodiam. Mineruam dicit Palladem per propter velocitatem & agilitatem prouidentiæ aut prudentiæ, pro qua accipitur Minerua, à πάλλω, quod significat moueo, ex quo etiā sors dicitur πάλος, & ἐφάλμιος, id est crapula, vibratione tate, quod quidem est motus & circumactio capitis, quod dicitur κάρη. Historia autem eodem Palladem & adolescentulā, dicens apud veteres eadem vocari Palladas & adolescentulas. Vnde denominata est πάλλαδα, id est pellex, & Pallantes dicti sunt inuenes apud veteres, vt dicit Syngenicis. Dicere autem eam sic vocari, quoniā in pugna cum Gigantibus interfecit quē tem Gigantem, vel quod cuibrata fuit simul cum capite Iouis, vel quod Semele percussi fœtus excidisset Dionysij palpitantis abortiui fœtus cor ad Iouem attulerit, aut si quid aliud dicitur ex nugis fabulosis. Hactenus de cognomine Palladis, ex quo constat non inuenisse cordis palpitationem quam scripserat Orpheus, cuius poēma in quo hoc mādauit litteris *tanes autem qui etiam ipsum discerpserant.* Titanum fabulosa historia narratur à Diodoro Siculo, bliotheca. Hi Titanes quod Dionysium discerpsissent, & cum Ioue bellum gessissent, ab ipso percussi in Tartarum sunt amandati, & Dij Tartarei constituti. Hæc quoq; ex Clemente, sed immutata & truncata sumpsit Eusebius lib. 1. de Præparat. cap 2. Vt qui affatim carnis nō esset sensisset, cuius prædmij se esse participes veltri Dij confitentur. Vnde Homerus lib. 4. Iliadis.

Οὐδ' ὑμῖν μὲν ἔπειτα Διὸς τέλος ἔσσεται ἥτορ
Λαοῖσι τε σοῖσιν, τῶ δὲ κλέος ἔσσεται ἀμὸν.

*b Quod si etiam Corybantum.* Hunc locum ex Clemente acceptum ita tractauit Arnobius. Obliuiosa Corybantia sacra donentur, in quibus sanctum illud mysterium traditur. Frater trucidatur à fratre interempti ex sanguine Apium natum, prohibitum mensis olus illud apponi, ne à manibus mortuorum expiabilis contraheretur offensio. Quamuis autem in Græco exemplari Clementis legatur, ἀνοβὸς ἀποκτείναντος ἄνεμ, & versio Eusebij habeat, Tertium fratrem ab his interemptū. Nos tamen Arnobium secuti, non tertium, sed suum fratrem vertimus, vt Græcè legatur, non τρίτον, sed ἴδιον. Corybantes autem dicti sunt ministri sacrorum Cybeles matris Deorum, dicti Corybantes, quia inter tubilatum iactarant capita. Hinc dicti sunt κορυβαντιῶντες, qui iactant capita, & furiis, & numine agitātur. Cæterum autem esset eorum saltatio, vide Celium Rhodiginum lib. 5. lect. antiq. cap. 4. hinc natum est prouerbium κορυβαντιᾶν pro insanire, vide Erasmum in Chiliad. *Et hęc sunt vt in summa dicam.* Quam horrenda & abominanda eorum mysteria summatim exponit, cum ea dicat nihil esse aliud quàm quędam sepulchra mortuorum. *Horum autem Sacerdoti.* Sacra mysteria & solemnia ἱερουργία. Qui



*Lact. lib. 1.* ...ra appellabant. Ij itaque erāt qui sacris præerant. Eis autē non satis erat suis symbolis ...ere Corybantū fratris ab eis occisi calamitatem, sed etiam quædam monstra afferebāt. Pro- ...bus enim ne in mensis apponeretur apiū cum totis radicibus, erat enim eis persuasum ex sangui- ...ecisi. *Putant enim ex Corybantico.* Abstinebant quidem Corybanticorum mysteriorum, mystæ ab ...propter eam quam diximus causam. Mulieres autē quæ Thesmophoria celebrabant, id est festa ...quidem dicuntur θεσμοφοριάζουσαι, quem titulū vni ex suis Comœdijs imposuit Aristopha- ...bant ab esu mali Punici, propterea quod putarēt mala Punica germinasse ex guttis sangui- ...ij, discerpti à Titanibus. Itaci autem & Cybelei Sacerdotes festū celebrantes, nō solùm abs- ...esu mali Punici, sed ieiunabant, & ab omni cibo abstinebant, non solùm propter Atym & ...sed etiam propter raptam filiam Proserpinā quā quærebat Ceres. De his vide Augu- ...de Ciuitate Dei, Hieron. in Iouinianum, Celium Rhodi. lect. antiq. lib. 6. cap. 3. & Giral. ...Deorum syntagm. 12. cap. 1. Vide etiam Diodorum Siculum lib. 1. cap. 2. *Cabeiros autem ap-* ...De Cabeiris vide quid scribat vir doctissimus & diligentissimus Cœlius Rhodig. lect. antiq. ...Eorum constat fuisse teletas, sed quinā ipsi fuerint dubitatur. Sunt qui eos putant fuisse ...fortasse autem iidem erant Curetes, Corybātes, & Cabeiri. Ij ergo quicūq; essent, & fratrem ...& Dionysij à Titanibus discerpti pudendū in cista repositum in Hetruria, tanquam ...merces portarunt, & Hetruscis colendum exhibuerūt, & apud eos egregias scilicet reliquias ...Propterea autem quod Dionysius qui à Titanibus fuit discerptus, fuit etiam exectus, satis ...opinantur, nonnulli eum fuisse dictum Atym, ἀπὸ τῦ ἄτμι, quod est lædo & mutilo. *Et ...Hetrusci barbari.* Hetrusci erant barbari, vt qui ex Lydia duxerint originem. Quo fit vt mi- ...rum si ea persuaderi potuerit, vt tam turpia admitterent mysteria. Athenienses autē, & to- ...omni humanitatis & doctrinæ genere excultæ persuaderi potuisse, vt omni probro ac dede- ...in Cereris mysterijs admitteret fabulam, planè est mirum. *Cùm enim erraret Ceres.* Hic ...ongo mysteriorum Eleusinorum, quæ etiam lepidè narrat ab Arnobio aduersus gentes. ...alterum. Quando Proserpinæ festa celebrabātur, luctu plena erant omnia ad exprimen- ...matris filiam quærentis. Quando autem erat dies festus Cereris, prohibitum erat tristi- ...ne, ne post inuentam filiam imitari viderentur Cererē, eam cum luctu & dolore quærē- ...Phurnutus, quem citat Giraldus historiæ Deorum syntagm. 6. cap. Proserpina. *Tunc ...Eleusinam terrigenæ.* Horum omniū meminit Pausanias in Atticorum secundo & tertio, ...primos instituisse sacra Eleusiniæ, quanquā Homerus in suis carminibus de Cereris my- ...nō meminit. De Baubo autem ne verbum quidē fecit. Rei autē turpitudo fortasse ef- ...moneretur in somnis Pausanias ne arcana reuelaret. Eumolpidæ autem dicti sunt ab Eumol- ...in Thracia genus duxit, qui ipse quoque docuit ritus initiandi mysterijs. *Et hæc sacra enuncians.* ...τὰ ἱερὰ ὑπὸ τῶν ἐπαγγελτικῶν δὲ ἔστιν γένος ἀνθρώπων. κῆρυξ apud Græcos multa significat, caduceatorē, ...præconem. Ex ijs autē quidam dicebantur διὰ ἀγχιστεῖς, Iouis nūcij, quoniam inter Deos & in- ...intercedebant in sacrificijs, & Deorū festa annunciabant. De ijs autē intelligit Clemens, ...calibus, nec de caduceatoribus, nec de rerum venaliū præconibus, nec de ijs qui in gymnicis ...victores renunciabāt. Vt eos ergo à cæteris distingueret, nō solùm dixit κηρύκων, sed etiā ...ἱεροκήρυκας. *Baubo enim me continebo quin dicam.*) Hoc est illud arcanum, quod ne reuelaret Pausanias, dicit sis ...fuisse admonitum: eum quidem certè, vtputo, non somnium deterruit, sed pudor. Quod au- ...Græcè κυκεών, nos confectam potionem vertimus, est enim κυκεὼν ex varijs cōfecta potio. Eam ...vocat Arnobius, etiāsi sæpius vsurpet vocabulum Cyceonis. Pudēda aperit ἀναστέλλεται τὰ αἰδοῖα, ...vertit, sublata veste genitalia mębra Deæ ostendit. Deest fortè aliquid, nempe & ἀνασύρεται, ...contrahit & pudenda aperit. *Hæc sunt arcana Atheniensium.* Egregia, inquit, sunt hæc my- ...quæ tam sancta & augusta sunt apud Athenienses, & à quibus arcentur profani, & quæ nemini ...enunciata, & quæ tanti fecit Orpheus, vt ea suorum versuum mandāret monimentis. *Edoctam ...ista vobis Orphei, &c.* Nos hic eos vertimus, aliter Trapezontius apud Eusebium. Aliter Ar- ...lib. 5. aduersus gentes, sed in his versibus Iacchi nō meminit. Quid autem eius loco subiiciat ...quod tam videas, quam dum id refero ipse sim ridiculus. *Eleusiniorum mysteriorum signum est.* ...quod verti signum. Is enim alibi vocat σύμβολον, quod est symbolum, & signum: est ...signum, de quo inter aliquos conuenit, quod etiam dicitur Tessera. Erant autem omnia ...fabula, non rerum diuinarum, sed planè obscœnarum, & ridiculorum signa. *Pulchra quidem hæc ...fabula.* Est hoc veluti quoddam epiphœnema eorū quæ prius dicta sunt. Eiusmodi, inquit, Deæ ...ostentant spectacula. Merito noctu, & in tenebris petuntur hæc mysteria, & non abs re lucē- ...ardente igne significant æterni ignis pœnas, qui est præparatus post mortem Athenienſibus, ...Græcis præter eorum spem & expectationem. De eiusmodi enim mysterijs talem non expe- ...eadem. Dicuntur autem Athenienses ab antiquissimo eorum Rege Erichtæo, Erichtidæ. De ...autem, vide Pausaniam lib. 1. Atticorum. Illud autem qui magno vel potius vano est animo, ...ὑπερφρονῶν μᾶλλον ἢ μεγαλοπρεπῶς. Est autem pulchra correctio & elegās allusio in μεγαλόφρονες & ...Quam vertentes magno & vano vtcunque expressimus. *Hic quidem vaticinatur vt acclivus* ...Quicunque fuerit hic Heraclitus Ephesius, nondum enim memini me legere, ex verbis Cle- ...fuisse vatem qui post mortem prædicit, & minatur ignem iis quos enumerat, nouis-

uagis, Magis. Fortè coniungendum est Noctiuagis cum Magis, vt id sit Magorum epitheton: ut magica maximè exercetur noctu in tenebris Bacchis, lenis, mystis, scribit Strabo li. 10. Mystis & Bacclæ Dionysij putabãtur Sileni, Satyri, Bacchæ, Lenæ, Thyiæ, Miniallones, Naiades & Nymphæ Actyri. Et est mysta quidem cõmune omniũ qui quibuslibet mysterijs initiant, aut ea discũt: Lenæ autem dicuntur, vt vult Eustathius in Homerum, mulieres quæ Bacchum sequuntur, dicuntur & Bacchæ & Mænades. Dicũtur etiam Lenides, propter torcular quod vinum excipit, vbi licet videre quod mulieres dicuntur mulieres istæ Bacchi assectæ Lenides quàm lenæ. Dicuntur autẽ Lenides ἀπὸ τῆς ληνὸς, quasi torcular, à quo & Bacchus dictus est Lenæus, & Lenæa Bacchi festa, & mensis Lenæon. [a] *Et sunt haec omnes mysteria.* Draconis dicuntur mysteria, & quod Cacodæmon quem Draco significat in scriptura suggesserit, & quod ea orta sint à Dracone, qui vt superius vidimus Dionysium Taurum genuit. Sunt autem ea mysteria fraus quędam, per quam decipiuntur homines, & inducuntur, vt pro sacris habeant ea quæ sunt prophana, & quæ falsa religione adhortatur ad execrãda sacramenta. Execranda sacramenta, Græcè est ἀπόρρητα πανταὶ, id est ad mysteria quę sunt à mysterio aliena. Ita autem vertimus quod πανταὶ sint mysteria, & mysteria sępe accipiãtur pro sacramentis. Et ἀπόρρητα dicitur, quod est alienum ab orgijs quę sunt etiam mysteria. Sacramentis autem per antithesim aptè opponitur execrandum. [b] *Quales autem cistæ eorum mysticæ?* Apud Athenienses erant duę virgines ministræ Palladis, quæ dicebantur κανηφόροι, id est cistiferæ. Deijs ita scribit Pausanias in Attico. Virgines duæ non longè à Pallade habitant. Eas Athenienses Cistiferas appellant. Hæ certum tempus apud Deam commorantur, donec vbi festus dies aduenit, per noctem capite tollunt, quæ illas Minervæ Sacerdos ferre iusserit. Cum autem ipsa quid ferendum det, neq; virgines quid ferant, sciant. Est in vrbe septum quoddam non longè à Veneris quæ in Ortis dicitur. Ibi in specum quendam descendentes, onus deponunt, & pro eo aliud tectum velatum & occultum tollunt, ac foras cum egressæ fuerint, exautoratæ in posterum quò velint abeunt, sed pro illis totidem alias, quas in arcẽ adducunt, capiunt. Nec Sacerdos ergo quæ eis onus imponit, nec ipsę quæ portabant sciebant quid portarent. Quænam autem portarẽt, aperit Clemens qui mysteria arcana detegit mysteria. Ea sunt Selamides & Pyramides & Tolypæ & Popana quæ multos habent umbilicos, salis grana, & Draco orgium Dionysij Bassaræi. Selamides, inquit Atheneus, bellaria sunt in circulum facta, melle & Sesamo, oleoque irrigata. Pyramidem verò dicit esse Placentam quæ fit ex tosto tritico melle irrigato. Tolypæ apud Eustathium in Rhapsodiam Odyss. multa significat, sed globum lanæ elaboratæ, & herbam quandam letalem, & nonnulla alia. Significat etiam genus Mazæ autẽ, vt vult Aristoph. interpres, est farina aqua & oleo cõspersa. Alij volunt esse panem ex defactum: alij libam vel placentã. In qua significatione hic est accipiendum, cum præcedentia fabula significent nomina placentarum, & Popanum quoq; quod sequitur sit genus placentæ, vt vult Eustathius in 1. Homeri. Rhapſ. Iliad. dictum ἀπὸ τοῦ πέπτω, quod significat concoquere, vel *nam* & quæ sunt nomina Dijs conuenientia, vt vult idem in Δ Rhapſ. Iliad. *Et Draco Orgium Dionysij fuit.* Draco quoque vnum erat ex ijs quæ portabantur. Erat autem symbolum Dionysij Tauromorphi, genitus fuit à Ioue conuerſo in Draconem. Orgium autem & mysterium cõfunduntur, sed negat id proprie mysterium Bacchi. Porrò autem Bassaræus est vnũ ex Bacchi nominibus, quod sumpsit à nutricibus quæ dicebantur Bassaræ. Propterea quod ob insaniam facilè ferebãtur ad execrationem, vt dicit Eustathius in Homil. ξ. Rhapſ. Iliad. Aliàs à Bassaride veste demissa ad talos. De nominibus Bacchi vide Giraldũ de Dijs syntagm. 8. Dicitur autem non solùm βακχεύειν, sed etiã βάκχευε, ab Orpheo hymnis, ὦ μάκαρ ἄνασσα βάκχευε πανεπώνυμε, πανεπίσκοπε, βάκχευε. [c] *An non mala Punica.* Sunt hæc quidem mysterium quorundam symbola. Sed quorum non facilè est in ijs quos habemus authoribus inuenire. Apud Eusebiũ ex versione Trapezontij pro mala Punica legitur exta fumantia: consulendum est Græcus exemplar Eusebij, quod mihi deest. Legitur etiam corda tremẽtia, id fortè erat symbolũ discordiæ Dionysij. Ferulæ etiam & hederæ erant symbola Bacchi. Phtoe erat quædam placenta, de qua Athenæus, Phtoes placenta ita fit, Caseum exprimens terito, ac in æreum cribrum cõiectum commisces postea mel injicias, heminámque farinæ siligineæ, in vnúmque mollias. Papauera autem offerebant Cereri in sacrificijs, vt scribit Phurnutus, propterea quod cùm sit rotundum & turbinatum, tenue significet. [d] *Haec sunt eorum sancta.* Ex his, inquit, symbolis facilè licet videre quàm nihil sit in his solidum nec diuinum, sed omnia crassa & terrena. [e] *Quinetiam Themidis arcana symbola.* Themin dicunt esse iustitiæ, & eius quod est fas, præsidem, eámque etiam ante Apollinem edidisse oracula, sed vt sint hæc arcana quæ dicit Clemens symbola, cum de ipsa permulti scripserint, mirũ apud omnes Themium. De quorum cæteris aliquid fortasse probabile potest conijci, sed nulla afferri potest coniectura quæ obsłet quominus pudendum muliebre sit obscœnum symbolum, & quod nihil habeat commune cum Dea præside iustitiæ, nempe Themide. [f] *O euidentem impudentiam.* Postquam eorum arcana detexit mysteria, & ostendit quàm ea sint obscœna, & impudentia, exclamat. O euidentem impudentiam, quasi diceret, dum latent creduntur veneranda, sed propalata, sunt à pudore aliena penitus. [g] *Illum quidem moderatus hominibus.* Viri, inquit, modesti non nisi noctu olim dabant operam voluptati, vt nos tegeret eius turpitudinem: nunc autem initiatis, nox aperit sacra incõtinentiæ & libidinis, & in nostris ijs ideo lucent faces, vt ignis ostendat vitia & flagitia. [h] *Extingue ignem sacrorum Antisthes.* Per apostrophen cõuertit sermonem ad sacrorum Antistiten, & ad eum qui gestat facem, & sacrorũ quidem Antistiten ignem iubet extinguere, eum autem qui gestat facem vt reuereatur lampades, quę ea quæ celebrari deberẽt detegunt mysteria. Bacchi enim obscœna orgia lux aperit. Iacchus enim est idẽ quod Bacchus. Mysteria, inquit, & orgia luce sublata honorẽtur tenebræ. Nam quæ propalata probroæ dedecori afficit, ea dum non cõspiciuntur honorant tenebræ. Ignis non dissimulat, &c. Per ἀποστροφὴν hoc loquitur



loquitur tanquam de re animata. Ignis, inquit, non est hypocrita, rem cuiusmodi est ostendit, & punit eos quos iubetur punire vt tandem impios Dei iussu est puniturus. [i] *Haec sunt impiorum.* Epilogus eorum quæ dixit de mysterijs. Impij Græcè dicuntur ἄθεοι, quasi dicas sine Deo, & qui à religione planè sunt alieni. [k] *Impios autem eos & sine Deo iure voco.* Duplex est impietas, & Deum verum non agnoscere, & eos qui verè non sunt Dij colere, imò qui ne sunt quidẽ. Sunt enim qui existimantur Dij, cùm tamen non sint Dij, & sunt qui existimantur Dij qui ne sunt quidem, id est, tantum ab est vt sint Dij, vt ne sint quidem omnino, & tantũ nominentur, rei autem nihil habeant. Puerum qui discerpitur à Titanibus, intelligit Dionysiũ, de quo superius diximus, lugentem autem mulierculam intelligit Cererem quæ luget filiam Proserpinã. Partes præ pudore non dicendas, Phallos intelligit & Itiphallos, pectines mammillares, parteſque pudendas. *Propterea certè nos quoque arguit Apostolus.* In nostra veteri versione Ephes. Et hospites testamentorum, promissionis spem nõ habentes, & sine Deo in hoc mundo: cuius est error. Nec verus, nec nouum Testamentũ habebatis, nec quę sunt in Christum credẽtibus promissa prædebatis, nempe regnum cœlorum & vitam æternam, neq; Deum colebatis, nec vllam habebatis spem. Tales enim erant gentes priusquam in Christum crederent. [m] *Multa bona Regi Scytharum.* Bona precatur euidam Regi Scytharum qui suum ciuem turpia matris Deorum mysteria imitantẽ sanctissimè celebrauerit. Sed quòdnam fuerit eius Regis nomen, fatetur Clemens se ignorare, cum dicit; Quisquis is fuerit. Quod satis indicat in exemplari Græco, malè fuisse insertum ἀνάξαρχον, quod nos ideo omisimus. De Anacharsi enim Rege Scythiæ nulla fit mentio, frequens autẽ de Anacharsi Philosopho. Cybeles Matris Deorum, & filiæ eius Proserpinæ, quã etiam Deam Cyzicenam appellãt, vt ait Strabo, magnificum fuisse templũ & solemne festum, testantur Strabo & Pausanias. Menargitæ & Metragyrtæ idem significãt, nempe Sacerdotes Cybeles seu Rheæ matris Deorum singulis mensibus ad tibicinem cogentes, & tympana ac cymbala portantes. Scribendum est autem Metragetes, nõ Metragyrtes, vt vult Erasmus in prouerbio, Metragyrtes, nõ naduchus. Hinc deriuatur μητραγυρτεῖον, apud Eustathium in Rhapſ. Odyss. quod significat obertando stipem quærere, propter Rheam Deorũ matrem. [l] *Sed de causa (nullo enim modo celandum est.)* Miratur Clemens quod ij quos enumerat, impij & sine Deo cognominati, non aliam ob causam, quàm quod alijs omnibus perspicacius eos non esse Deos viderant, quàm Dij existimabantur, cũ tamen vita eorum esset proba. Primus ad pietatem est gradus, eos qui non sunt Dij pro Dijs non habere, nec eos colere. Secundus autẽ, falsis Dijs reiectis, vnum Deum creatorem agnoscere. Impietas autem summa est nullũ penitus Deum agnoscere. Ij equidem nomine non erant ἄθεοι, quòd pro Dijs non habebant eos qui non erant Dij, etsi pij minime erant quod veritatis & religionis nondum haberent intelligentiam. De Diagora Melio, & Euemero Agrigentino, & Theodoro Cyrenæo frequens est mentio tam apud gentium authores, quàm quosdam ecclesiasticos. De Nicanore Cyprio, & Hippone Melio rarior. Quòd autem horum nemo probi sacrit vita, nõ videtur sentire Epiphanius. Is certè de Theodoro Cyreneo his verbis scribit, Epiph. in haer. 80. contra Massilianos. Theodorus, inquit, cognominatus ἄθεος nugas esse dicebat quę de Deo dicuntur, existimabat enim non esse Deum: & ideo omnes adhortabatur vt furarentur, peierarent, taperent, & ne meminerint pro patria. Dicebat enim vnam patriam esse mundum, & eum solùm esse bonũ qui esset sapiens. Insipientum autem qui esset infœlix, etiamsi sit sapiens, & cum esse eligendum ac præferendũ qui sit ingenuus, si sit dines & inobediens. [o] *Ex quibus vnus quidem praecipit Aegyptius.* Ex hoc loco videtur Epiph. in Anchorat. Epiphanius id sumpsisse quod scribit. Alius autẽ Heraclitus Ægyptius dicit, Si sũt Dij, cur eos lugetis? si sunt mortui, fruitur eos lugetis: lugebant enim Ægyptij Typhonem & Osyrim. Quod autem dicit Clemens, Ex quibus vnus quidem præcipit Ægyptiis, Epiphanius habet, alius autem Heraclitus Ægyptius dicit. Sitne corruptus locus nescio. Hoc scio de Heraclito Ægyptio me nihil vnquam legisse. Diogenes quidem certè Laertius, cũ in scribenda Heracliti vita aliquot eius nominis meminisset, & Heraclito Ægyptio, ne verbũ quidem fecit. [p] *Solet verò cum Herculem & hydra colorasset.* Epiph. haer. 80. contra Massilianos. Eundem locum ex Clemente sumpsit Epiphanius, qui sic scribit in Anchorato dicẽs de gentibus. Solebat enim Diagoram qui suum Herculem cum esset ligneus exussit, & dicebat, Age Hercules certũ nobis cum hydra certamen perficiens, accede nobis cocturus obsonium: quo accepto & in ciculas discisso, Hercules cum tanquam qui non esset, apposita sibi cœna per ludibrium alebatur. Certium declinare certamen vocauit, quoniam duodecim labores nartantur Herculis suscepti jubente Eurystheo. Ad quem accessit hæc cum igne decertatio. [q] *Extrema itaque patiatur.* In Græco exemplari contexta sunt ἐσχατα ἀμφότερα, id est, extrema itaq; ignorantiæ; sed puto legendum ἀφροσύνης καὶ ἐυσεβείας. In quibus consistit virtus quę pertinet ad mores, vt vult Aristoteles in Ethicis, eius autẽ extrema occupant impietas ergo quæ est versus veri Dei cultus duo habet extrema, nempe ἀθεότητα, id est impietatẽ, qua Deus esse non creditur, nec colitur: δεισιδαιμονίαν autem, qua quem qui non sunt Dij, Dij esse creduntur & colitur. Eam vertimus superstitionem quę est Dæmoniũ & idolorum cultus. Dicitur etiam & superstitio quando nõ ritè colitur, nec quę decet, nec vt decet ab eo petuntur. Extra ea vitiũ, quod medium est manere, nempe vt relictis extremis in virtute, nempe in pietate, & vnius veri Dei cultu maneamus. [r] *Non videt Moscum sacrum veritatis interpretem.* Nihil est autem magis tritum in scripturis, & maximè in Prophetis, quàm fornicationis nomine intelligi multorum Deorum cultum & idololatriã. [s] *Erat autem quaedam antiqua, &c.* Deos sit à quo mundus regatur: Animis hominibus esse notionem, vidit Cotta apud Ciceronem de natura Deorum lib. 2. sic dicẽs; Quid enim tam apertum, támque perspicuum, cum cœlum suspeximus, cœlestiáq; eõtemplati sumus, quàm esse aliquod numen præstantissimæ mentis quo hęc reguntur? Hanc notionẽ dicit Clemẽs esse quibusdam antiquam hominibus cum cœlo naturaliter insitam societatem. Antiquam autẽ Græcè εἰς

ἀρχαῖος, quasi dicas ab initio innatam. Hæc autem notio, etsi ignoratione quæ orta est à peccato hominis est obscurata, non est tamen ita extincta quin repentè ex tenebris exsilat & emicet. Quæ cilè licuit videre cum duodecim à Christo missi Apostoli, breui tempore à falso Dæmonũ cultu ferè terrarum orbem ad veri Dei cultum reuocatum à tenebris in lucem deduxerint. Cuiusmodi sint quos citat versus, nec ipse dicit, nec ego memini me legere. Quod autem dicit; Quisnã tu sis cere est difficile, quod est ad ipsum Deum apostrophe, videtur id significare quod & à Platone est, & à Gregorio Theologo, nempe Nazianzeno, pulcherrimè est demõstratum. Quod sit quidẽ facilè posse intelligi, quidnam autem sit Deus, nec mente conijci, nec verbis posse exprimi. *Statum in cælo contemplando accepit.* Plato in Cratylo censet Dei etymologiam ἀπὸ τοῦ θεῖν, hoc est à cur quem peragũt, esse deductam. Indos adorasse Solem dicit Clemẽs, quem sicut Ignem adorabant Persæ. Lunam autem adorasse Phryges non memini me legere. *Vide Furias & Eumenides.* Furiæ Græcè dicuntur ἐρινύες, & per αἰνίττεσθαι ἐνυβρίδας, fingebantur sceleru & maleficiorum vltrices. Scelerum maximè quæ à filijs admissa erãt in parẽtes, vt scribũtur à Poëtis Scenicis, nempe à Tragicis. Oestem parricidam, qui matrem occiderat, ardentibus facibus esse persecutæ, τιμωρεῖσθαι quoque & σωφρονίζειν & μεθίστορε cum ipsi essent mali Dæmones & noxij, ad eos placandos & mala propulsanda, ad accedebant supplices. De varia autem eorũ significatione & etymologia, vide Etymologicũ Gudianum & Eustathium in Homerum. *Iam verò quidam ex Philosophis.* Poëtis vtcunque erat condonandum quod Deos fingerẽt, sed Philosophi minimè possunt excusari, qui hominum affectiones in Deos transferunt, & eorum etiã simulachra erexerũt. Timor colebatur apud Lacedæmonios, vt ostendit Pausanias chus in Cleomene. Apud Romanos Hilaria, id est lætitiæ celebritas fiebat, VIII. Cal. Aprilis. Gyraldus dicit se Spei effigiem in Adriani Imperatoris aureo numismate aliquando cõspexisse. Fœmina tum insistit laciniam sinistra manu nonnihil attollens, dextera in cubitũ elata paterã proferebat, in qua positum erat veluti ciborium, id est vas in floris similitudine cum hac inscriptione: Spes P.R. Deum Spe idem in multis locis. De Amore antẽ qui Græcè ἔρως dicitur, & alio etiã Latino vocabulo appellatur Cupido, copiosè scribit idem Giraldus in syntagmate XIII. historiæ Deorũ. Athenienses, vt ait Pausanias in Atticis inter cæteros Deos coluerunt Contumeliam & Impudentiã. Idem scribit Pausan. de Attic. lib. 1. argenteos quibus rei atque accusatores omnes insistunt, vnum cõtumeliæ, impudentiæ alterum arguit. Cicero autem lib. 2. de legibus, scribit Epimenidẽ Cretensem non altaria et exisse, sed Athenibus erigenda suasisse. Hæc sunt enim eius verba. Nã illud vitiosum Athenis, quod Cylonio sceler piato, Epimenide Cretensi suadente, fecerant cõtumeliæ fanum & impudentiæ. Vide quæ de eo Erasmus in Prouerbio Dei impudentia Chil. III. Cent. 1. Quid est autem magis absurdum quam modem & Deum Pudorem, & Deum facere Impudentiam, vt Xenophon in conuiuio. *Aliquem eidem relinquit.* Cùm Græcum Clementis exemplar ita habeat, οὐδ' ἂν πάντα ῥᾳδίως τὸν σοφὸν μάστιγι, ἀλλ' οὐ ἀσεβοῦντος, οὐ σωματικῶς ἀπαλλάττεται δίκῃ τίσ, οὐ κλοπῆς οὐ λάκκου οὐ ἀσεβοντος, οὐ εἱμαρμένῃ, τοῦτο τὸ ῥητὸν ἀθέτησε, ex quibus verbis nõ posset plenus & perfectus elici sensus, nec diuinare possem quidnã scriptor reliquisset, malui paucula verba addere quibus perfecta redderetur sententia quàm si nihil addere sus qui alioqui est per se satis clarus mãcus esset & mutilus, interim optans vt aliquod aliud monumentum exemplar ex quo suppleri possint quæ desunt. Iustitia Græcè dicitur δίκη. δίκη autem & iustitiam & dicium significat. Dicitur etiam Astrea à patre vt quidam dicunt, Astreo. Alij autem eam dicunt filiam Iouis & Themidis. Eius imago describitur à Chrysippo in libello περὶ τοῦ ἀγαθοῦ ἢ ἡδονῆς, hoc est honesto & voluptate. Cuius verba & eorum versionem, vide apud Gellium lib. 14. Clotho, Lachesis, Atropos Latinè per antiphrasin dicuntur Parcæ quod nemini parcant. Græcè autem μοῖραι ἀπὸ τοῦ μείρεσθαι. Lachesis autẽ dicta est ἀπὸ τοῦ λαχεῖν, quod est sortiri, vel sorte euenire. Atropos, quoniam vertit tari non possit. Clotho ἀπὸ τοῦ κλώθειν, quod est cõtorquere & filium glomerare. De his vide Eusebium lib. 6. de Præparat. Euangelica. Quod Græcè est εἱμαρμένη, verti Parcam, quoniam nõ aliud occurrit Latinum vocabulum. Poteram vertere fatum, reuera enim εἱμαρμένη, est fatum. Sed quoniã omnia qui vocantur, sunt vel masculini vel fœminini generis, malui parcam dicere quàm fatum. Dicitur μοῖρα, vt vult Eustathius in Homerũ, vel ἀπὸ τοῦ μείρειν, quod est diuidere ac distribuere, vel ἀπὸ τοῦ μέρος, quod est series, quoniam sit fatum ex quadam concatenata rerum serie & cõsequentia. Fatum vt vult Vatro, dictum est à fando, quod Parcæ pueris quid sit venturũ pronũciant. De Auxo & Thallo duabus Deabus Atticis his verbis scribit Pausanias lib 9. Boëticorum. Lacedemonij gratias tantũmodo colunt, quas Lacedæmonem Taygetæ filium dedicasse tradunt, eásque Clytam & Phenam nominant. Consentanea sanè Gratiis nomina. Cõsentanea etiã quæ Athenienses vsurparũt. Nam & ipsi tum ab antiquis temporibus Gratias venerantur Auxo & Hegemonem. Nam Carpus nomen nõ gratiæ heræ, id est fructuum tempestiuitatis est. Horarum alteri, cõmunes cum Pandroso honores Athenienses habent. Thallotémque, hoc est germinatricem nominant, &c. Thallotem autẽ eam esse puto, quæ Clemente dicitur Thallo. Hesiodus in Theogonia tribus Gratiis nomina imponit, Euphrosynã, Aglaiam, & Thaliam. Quo fit vt existimem eandem fuisse Thallo & Thaliam. *Sexum est medium inter mas*

*da.* Hic est alius modus, quo fiunt Dij gentium: Duodecim enim Dij ab iis numerantur, quos maiorum gentium: de quibus vide Lactantium in primo: D. Augustinum in 6. de Ciuitate, ex Varrone: & Ciceronem in Tusculanis. De iis scripsit Hesiodus in sua Theogonia, si modo ea fit Hesiodi. eo enim dubitat Pausanias. Præter hos autẽ duodecim, alios enumerat Homerus, & adscribit minorum Deorum, qui dici possunt Dij minorum gentium, & πανδημιουργοί, Latinè autem adscripticij, ἔποικοι, seu inquilini. *Reliqui postremus.* Multi homines sunt ab hominibus in Deos relati propter beneficia. Ad hunc autem errorem sunt prolapsi, quod cum primum rerum omnium causam, cui immo-



mala bona accepta ferenda, non agnoscerent, pro Dijs habuerũt eos, à quibus aliquam acceperunt vtilitatem. Scribit Cicero de natura Deorum. Suscepit autem vita hominum, consuetudóq; communis, vt beneficijs excellentes in cœlũ fama ac voluntate tolleret. Hinc, inquit, Hercules, hinc Castor & Pollux, hinc Æsculapius, hinc Liber. Quod autẽ est Græcè σωτὴρ, verti Seruatorẽs, cũ non sit aliud Latinum vocabulum, quo verbum Græcũ, nempe σωτὴρ exprimamus. Non me fugit Ciceronem in Verrinis affirmare id dici non posse Latinè, σωτὴρ enim dici qui dedit salutem. Omnes ferè Latini scriptores qui res Christianas tractarunt, Saluatorem dicunt: sed cum nec Latinũ sit Saluator, nec rem magis exprimat quàm Seruator, Seruatorem malui dicere quàm Saluatorẽ. Quod si quis malit Saluatorẽ, per me licet. Ubicunque est Seruator, legere Saluator. Dictus est autem & Iupiter σωτὴρ, & Castor & Pollux. Sed iustum Christus verè est σωτὴρ, id est Seruator, seu mauis Saluator, qui nos à peccatis, mortisque & Diaboli tyrannide eripuit, & ad vitam cõseruauit æternam. Hercules verò dicitur ἀλεξίκακος, vt etiam Liber & Apollo ἀπὸ τοῦ ἄρξαι κακοῦ, ab ope ferenda in malis, vt vult Eustathius in K Rhapso. Iliadis, vel à malis depellendis: ἀλεξίκακος enim malorum depulsorem vocat, Macrob. 1. Saturnal. Æsculapius autem non solùm dicitur medicus, sed & medicinam inuenisse, cuius fertur tanta fuisse medendi præstantia vt mortuum Hippolytum in vitam reuocauerit, vide Pausaniam 2. Corinth. *Hæ quidem sunt ridenda.* His sunt, inquit, modi à nobis explicati, quibus apud gentes sunt falsi Dij, & quibus discreditur à veritate. Id est à Deo vero, & homo à cœlo præcipitatus cadit in barathrum, vt qui vera carens religione, ad inferos.

[a] *Volo autem vobis, quales essent ipsi dij, & quinam essent, ad viuum ostendere, vt tandem ab errore cessetis, rursus autem in cælum reuertamini. Eramus enim* Ephes. 2. *aliquando* [b] *filij iræ, sicut etiam reliqui: Deus autem cùm diues esset in misericordia, per multam suam dilectionem qua dilexit nos, cùm iam essemus mortui delictis, cum Christo conuiuificauit.* [c] *Viuens enim Verbum, & vna cum Christo spiritum, vna cum Deo extollitur. Qui autem adhuc sunt infideles, iræ filij nominantur, vt qui iræ nutriantur. Nos non sumus amplius iræ alumni, qui sumus auulsi ab errore, tendimus autem ad veritatem: ea ratione nos, qui aliquando fuimus filij contumaciæ, per Verbi clementiam nunc facti sumus filij Dei.* [d] *Vos autem vester quoque auctor Poëta Agrigentinus Empedocles:*

Difficilis nam quos cruciat sceleratáque vita,
Non erit à misero vobis cessare dolore.

*At parum quidem vobis de dijs ficta & fabulosè sunt tradita. Quæcunque autem facta sunt reputatum est, ea de hominibus turpibus, & qui petulanter ac flagitiosè vixerunt, ficta sunt.*

[e] Insani tumidíque inceditis, atque relicto
Rectæ calle viæ fugitis per inhospita saxa,
Et sentes: cur erratis? desistite rebus
Auanis hominum, ô homines, noctísque tenebris
Dimissis, claram quæ offertur prendite lucem.

[f] *Hæc vobis præcipit prophetica & poëtica Sybilla: præcipit etiam Veritas, quæ horum ridiculum & stuporem incutientium personarum, deorum aperit turbam, falsò fictas opiniones synonymis arguens.* [g] *Ac sunt quidem qui tres dicunt esse Iones: hunc quidem Ætheris filium in Arcadia, reliquos autem filios Saturni: Eorum autem vnum quidem in Creta, alterum verò rursus in Arcadia.* [h] *Sunt autem qui ponunt quatuor Mineruas, vnam quidem Vulcani filiam, Athenensem: alteram verò Nilotidem: tertiam Saturni, belli inuentricem: quartam Iouis, quam Messenij Coryphasiam à matre cognominarunt: Postremam filiam Pallantis & Titanidis filiam Minerua, quæ patre ab ipsa impiè sacrificato, ornata fuit patris pelle, tanquam* [i] *Iam verò Apollinem Aristoteles quidem primum Vulcani & Mineruæ, non hic amplius virgo Minerua) secundum in Creta, filium Corybantis, tertium*

*Iouis, & quartum Arcadem, Sileni. Is apud Arcadas appellatus est Nomine. Post hos recenset Lybin Ammonis. Didymus autem Grammaticus sextum his subnungit filium Magnetis.* [i] *Quot autem nunc quoque sunt Apollines innumerabiles, mortales homines, opem ferentes, qui similiter vocati sunt atque illi prædicti? Quid autem si tibi multos dixerim Æsculapios, vel qui enumerantur Mercurios, vel Vulcanos qui traduntur in fabulis? Num superfluus vobis esse videbor, qui aures vestras his meis nominibus obruam? Sed ipsos quidem, patriæ, & artes, & vitæ, & præterea sepulchra, eos homines fuisse conuincunt.* [k] *Mars quidem certè, qui à Poëtis fuit, vt potuit, honoratus,*

Iliad. e. Mars Mars sæue hominum exitium, qui mœnia quassas.

*Hic transfuga, qui nunc has, nunc illas partes sequitur, & est ferus & insolens, vt dicit quidem Epicharmus, erat Spartanus. Sophocles autem eum nouit esse Thracem: alij autem Arcadem. Hunc autem Homerus dicit fuisse vinctum tredecim mensibus:*

Et Mars sustinuit, cum [l] Otus fortisque Ephialtes

Iliad. e. Hunc nati ridigo vinxerunt vinculo Aloi.

Mensibus is decimo terdenis vinctus aheno est.

[m] *Multis augeantur bonis Cares, qui canes ei sacrificant. Scythæ autem non cessent mactare asinos, vt dicit Apollodorus & Callimachus. Idem autem alibi:*

Phœbus hyperboreis asino placatur in oris.

Phœbo mactati est hostia grata asini.

[n] *Vulcanus autem quem iecit Iupiter ex Olympo à limine dio, cùm in Lemnum cecidisset, fuit faber æris, vt qui mutilatus esset pedibus,*

Graciles illi tibiæque ruebant.

[o] *Habes etiam Medicum, non solùm æris fabrum inter deos: Medicus autem erat auarus, nomen est ei Aesculapius. Tibi autem tuum adducam Poëtam Baotium Pindarum:*

Illum quoque subuertit præclara mercede,
Aurum quod in manibus apparuit.
Manus autem Saturnius iaculatus per ambas,
Respirationem pectoris abstulit ocyus.
Ardens autem fulmen illi mortem attulit. *Et Euripides:*
Nam Iupiter meum peremit filium,
Cui torsit ignem in pectus, Æsculapium,

[p] *Atque hic quidem ictus fulmine iacet in finibus Cynosturidis.* [q] *Philochorus autem dicit Medicum in Teno coli Neptunum, Saturnum autem situm esse in Sicilia, & eum ibi*

Tenos, vna ex Cycladibus. *fuisse sepultum.* [r] *Patrocles Thurius & iunior Sophocles scribunt de Castore & Polluce eos fuisse quosdam homines morti fatisque obnoxios. Quod si cui possit fidem facere Homerus, audiatur quod scriptum est:*

Iliad. γ. Alma autem hos iam terra tenebat
In Lacedæmone, eis quæ chara est patria tellus.

*Accedat autem is quoque qui poëmata scripsit Cypriaca:*

Mortalis Castor, mortemque huic fata pararunt:
Immortalis erat sed Pollux, Martia proles.

*Hoc quidem falsum dixit poëticè. Homerus autem est eo fide dignior, qui dicit de Troque,*



troque, Castore & Polluce, [s] *& qui præterea Herculem arguit esse hominem:*

Namque virum Alcidem qui insignia facta sciebat. Odyss. τ.

[t] *Herculem ergo ipse quoque Homerus nouit mortalem hominem. Hieronymus autem Philosophus ipsius quoque corporis narrat habitum, paruum, crispo capillo, bona firmaque valetudine. Dicæarchus autem gracilem, neruosum, nigrum, naso aquilino, subglaucis oculis, fusis promissisque capillis.* [u] *Hic ergo Hercules cùm duos & quinquaginta annos vixisset, è vita excessit, per eam quæ fuit in Oeta pyram, iustis illi*

[x] *factis exequiis.* [x] *Musæ autem, quas Alcander ait genus ducere à Ioue & Memoria, & reliqui Poetæ & scriptores vt deas eas habent & colunt, quin & totæ ciuitates Musis musea extruunt: eas, cùm essent seruæ, emit Megaclo filia Macaris, Matris autem erat quidem Rex Lesbiorum: semper autem contendebat cum vxore; Matris autem vicem dolebat Megaclo. Quin ni enim doleret? & Musas has ancillas tot emit*

[y] *numero, & Mysas vocat lingua Æolica, has docuit canere, & vetera facta numerosis ad citharam cantare. Illæ verò cùm citharæ assiduè sonarent, & pulchrè incantarent, Macara demulcebant, & eius iram sedabant. Qua de causa Megaclo, vt pro*

[z] *munere ei referret gratias, posuit columnas æneas, & per omnia iussit sacra honorari. Et sunt Musæ quidem tales. Est autem historia apud Myrsilum Lesbium.* [y] *Audite vero eorum qui sunt apud vos deorum amores, & quæ sunt præter fidem fabulas intemperantiæ, & eorum vulnera, & vincula, & risus, & pugnas, & præterea seruitutes, & coniuncta, & rursus complexus, & lachrymas, & affectiones, & impudicas voluptates.* [z] *Voca mihi Neptunum, & chorum qui ab ipso fuit corruptus, Amphoterum, Amymonem, Alopem, Menalippem, Alcyonem, Hippothoem, Chionem, & alias innumerabiles,* [a] *in quibus quidem cùm tot essent vestri, Neptuni*

Legitur Aethusa. *affectiones in arctum cogebantur.* [b] *Voca mihi etiam Apollinem. Is est Phœbus, & bouis custuarius. Sed non hæc dicit Sterope, nec Arethusa, nec Arsinoe, nec Zeuxippe, nec Prothoe, nec Marpissa, nec Hypsipyle. Effugit enim sola Daphne & vatem & vitium.* [c] *Et post omnes veniat ipse Iuppiter, vestra sententia hominum pater atque deorum,*

[d] *qui in Venerem adeò fuit profusus, vt omnes quidem desideraret, suam autem in omnes expleret libidinem. Explebatur itaque mulieribus, non minus quàm hircus Thmuitarum*

capra. [e] *Atque tua quidem, ô Homere, admiror poemata.* Iliad. α.

Annuit & ciliis glaucis Saturnius ipse,
Fusique Ambrosij Regis fluxere capilli
Vertice de sacro, magnum & tremefecit Olympum.

*Grauem ac venerabilem, ô Homere, effingis Iouem, & ei nutum tribuis honorandum.*

[f] *Si solùm ei cestum, ô homo, ostenderis, & Iupiter arguitur, & coma dedecore afficitur.* [g] *In quantam libidinem processit ille Iupiter, qui tot noctes cum Alcumena transegit libidinis?*

*Neque enim nouem noctes longæ sunt intemperanti. Rursus autem vniuersa vita*

*breuis erat intemperantiæ, vt illum nobis malorum propulsatorem fereret,* [f] *Iouis Hercules, verè, inquam, Iouis filius, qui ex longa nocte gignitur, qui duodecim quidem*

*[h] tantum longo tempore fortiter sustinuit,* [h] *quinquaginta autem filias Thestiæ vna nocte vitiauit,* [i] *vt qui simul & adulter & sponsus fuerit tot virginum.* [i] *Non absre*

*[k] cum vocant Poetæ miserum & ἀποινότατον, id est, perpetratorem rerum nefariarum.* [k] *Longum autem fuerit eius omnis generis adulteria & stupra pueris illata recen-*

*fere. Nam nec à pueris quidem dij vestri abstinuere, vnus quidem Hylam, alius verò Hyacinthum, alius Pelopem, alius Chrysippum, alius autem Ganymedem amantes.* [1] *Hæ tamen vestræ vxores adorent, tales autem suos esse maritos vota faciant, adeò temperantes, vt sint diis similes, similia emulati. Tales filij vestri consuescant colere, vt etiam virtutem Dei accipientes sacram fornicationis imaginem.*

## COMMENTARIVS.

[a] VOLO *autem vobis.* Transit ad aliud, nempe ad ostendendam quales & quinam sint Dij. Vult enim, quit, eos ad vium ostendere, vt relicto errore ad cælũ, vnde exiistis reuertamini. A cælo enim excidit qui cæli & terræ creatorem non agnoscit. [b] *Filij ira.* Per peccatum originis, quod à primis parentibus per inobedientiam admissum, per traducem ad omnes deriuabatur, & veluti quædam massa corrupta batur, erant omnes filij iræ, id est filij Dei per creationẽ, sed propter peccatum ira digni, & vicinus plicio. Exponit Theodoretus hunc locum epist. ad Ephesios. Ira enim Dei quæ est vindicta peccati, net super eum qui peccauit quamdiu est incredulus, vt scribitur Ioan. 1. Quænam autem est illa vindicta? Mortalitas, quæ nos primæ morti & secundæ, & damnationi æternæ reddit obnoxios. Dei ira vindictaque & pœna peccati, Deus ipse nos liberauit per Christum. [c] *Viuens enim verbum* [illegible] *vnà cum Christo sepultum.* Christus, inquit, fuit mortuus & sepultus, & cum eo viuens verbum fuit sepultum. Nam licet Christo mortuo & sepulto eius anima descenderit ad inferos, verbum tamen quod eius animam, nec corpus vnquã deseruit, cum eo est sepultum, & licet mortuum esset corpus, vt a separata esset anima, viuebat tamen verbum, vt quod ipsum sit vita. Quando autem surrexit Christus, cum quo verbũ quoque etat sepultum, vt quod ab eo non abesset, verbum quoque simul cum Deo tollitur. Anima enim ad Christi corpus reuersa surgit Christus qui est Deus & homo, & cum Deo verbum quoque extollitur, quod viuens vitã dat hominũ credenti in Christum. Nã qui credit in Christum in baptismo consepeliatur cũ Christo, cum Christo resurgit & renouiscit per verbum quod Deus est, & si nondũ re ipsa, certa tamen spe fulta bonis operationibus est ĩæres vitæ æternæ, vt qui in Christo Dei sit adoptatus. [d] *Vos autem vestet quoque ineessisti Poëta Agrigentinus Empedocles, &c.* Empedocles natione Siculus, in Agrigentino oppido natus, verũbus naturalem scripsit Philosophiã, vt ait Diogenes Laërtius. Ex quibus eos quos hic habemus est verisimile à Clemente fuisse acceptos. Quod nisi vos incesserit, & Græcè est ἐνεβλεψατε ὑμῖν, ex multis verbi significatis mihi visum est, hoc huic loco conuenire. [e] *Insani tumidique incedetis, &c.* Hi sunt versus Sibyllini, quos licet videre in oraculis Sibyllinis haud ita pridem editis. [f] *Hæc vobis præcepit Prophetica, & Poëtica Sibylla.* De Sibyllis quænam & quot fuerint, & quænam dicantur earum carmina, & quomodo cũ decem fuerint Sibyllæ, earum carmina fuerint commista, vt quinam fuerint cuiusuibet versus discerni non possint, vide Lactantium de vera religione lib. 1. cap. 7. & Augustinum de Ciuitate Dei in multis locis, & doctissimum Ludouici Viuis Cõmentarium in caput. 23. lib. 18. Cũ autem earum carmina ita sint confusa, vt cuiusnam ex iis sint ternosci nequeant, citantur omnia tanquam Sibyllæ. Eam autem vocat Clemens Propheticam & Poëticam. Propheticam quidem quod futura prædixerit: Poëticam autem quod versibus more Poëtarum scripserit. [g] *Ac sunt quidem qui tres dicant esse Iunes.* De tribus Ioubus vide Ciceronem lib. 3. de natura Deorum. Vbi multa præclarè in Commentariis Betuleius. Hæc autem Synonimia & Iouis numeratio omni diuino honore Iouem planè exuit & spoliat. Deus enim esse non potest qui parentibus homines ex quibus ortus sit. [h] *Sunt autem qui ponunt quinque Mineruas.* Quinque Mineruas memorat Cicero tertio de natura Deorum. Cur autem quarta Iouis filia dicta sit Coryphasia diuersæ sunt opiniones. Alij enim dicunt dictam Coryphasiam à Coryphasio promontorio, in quo Pylos vrbs condita fuit, vt ait Pausanias. Alij quod nata sit è summo Iouis vertice, hastã vibrans. Alij verò à Coryphe nympha innuit Arnobius in iij. aduersus gentes. Et quod quinta quidem patrem Pallantẽ à quo cognomen accepit, ei stuprũ inferre conantem occidit, videre licet & apud Ciceronem in 3. de natura Deorum, & apud Arnobiũ in 3. aduersus gentes, sed quod patris pelle, tanquã vellere se ornauerit, nusquam memini præterquam hic legere. [i] *Iam verò Apollinem Aristoteles* Apollines aliter enumerat Cicero in 3. de natura Deorũ. Apollinum antiquissimus is, quem paulo antè ex Vulcano natum esse dixi, cuius Athænarũ. Alter Corybantis filius natus in Creta, cuius de ilia insula cũ Ioue ipso certamen fuisse dicitur. Tertius Ioue tertiò natus & Latona, quẽ ex Hyperboreis Delphos ferunt aduenisse. Quartus Arcadia, quẽ Arcades Nomionem appellant, quod ab eo se leges ferunt accepisse. Nomius autem ĩctus est Apollo, vel quod Admeti Regis gregẽ pauerit, vt volunt Poëtæ. vel quod pascuis & vniuersi animaliũ pastioni præsit, vel à νέμειν, quod certum canendi modum significat, vel à νέμειν, id est lex, vult Cicero, quod Arcadibus leges tulerit. Quod autem est in hoc loco apud Ciceronem Nomion, est verisimilius Ciceronem scriptum reliquisse Nomium. [k] *Quos autem nunc quoque sint.* Inter cognomina Apollinis cognomina, fuit etiã cognomẽ à θώραξ, ἄτοπος, & ἀποτρόπαιος, id est, malorũ depulsoris, medici & auxiliatoris, sunt etiã hodie innumerabiles Apollines, homines, in quã, mortales qui male depellunt, medentur, & dant auxilium. [l] *Mars quidem certè qui à Poëtis sunt, &c.* Siue Spartanus, siue Thrax fuerit Mars, ipsa patria arguit eũ fuisse hominẽ. Martẽ appellat Homerus βροτολοιγὸν, τειχεσιπλήτην, ἀνδροφόνον. Hanc autem vertimus exitiũ hominum, βροτολοιγὸν, inquit Eustathius interptes Homeri, est αἰτία τοῦ τοὺς ἀνθρώπους ἀπολλύσθαι,



occidi, & qui hominibus affert exitium, aut βροτὸν λέγειν, id est homines sopiens, τειχεσιπλήτην autẽ quod nos vertimus, qui quassat mœnia: dicit esse πολιορκητὴν, vrbium obsessorem, τειχεσιπλήτην autem est is qui muros destruit & diruit. Quod vertimus autem transfugã, Græcè est ἀλλοτροφόβολον, quod est epithetum Martis. Significat autem instabilem, & qui modo huic, modo illi est amicus. De Martis autẽ patria diuersæ sunt sententiæ. Sic enim scribit Arnobius, qui ex hoc loco Clemẽtis videtur quod dicit sumpsisse. *Arnob. in 4. contra gentes.* Quis Spartanum, inquit, fuisse Martem? Nónne Epicharmus author vester? Quis in Thraciæ finibus natum? Non Sophocles Atticus cunctis consentientibus theatris? Quis autem dixerit in Arcadia esse natum, nec Clemens dixit, nec Arnobius. Odrysium autem, Geticum & Thracem eũ sæpe vocant Poëtæ, vt qui non ignorarint nationes eas esse bellicosas. Hunc autẽ Homerus dicit fuisse vinctũ duodecim mensibus. [m] *Vinc fortisque ephialtes.* Oti & Ephialtæ fabulam lege apud Homerum Iliad. Rhapsod. 11. allegoricam interpretationem apud Eustathium eius commentatorem. [n] *Multis augeantur hæc, &c.* Hoc etiam à Clemente accepisse Arnobium est verisimile, qui sic scribit in quarto aduersus gentes. Quis mensibus in Arcadia tribus & decẽ tenuit vinctũ. Non Melæ fluminis filius. Quis in Caucasi Caribus, quis ab Scytis asinos immolari? Nõ principaliter cum cæteris Apollodorus. Cur autem inter Asinos Martis veteres quidam immolabant, scribit Giraldus ex Phurnuto dicens. Porrò & Deo Marti veterum quidam canes immolabãt propter eius animalis audaciam: alij asinos propter bellicosum morem. Quod autẽ Apollini immolarentur asini, testatur etiam Eustathius in Homerum, Iliad. qui enumeratis nescio quot animalibus quæ immolabantur Apollini, hoc quoque subiungit, ἀσσοτέρω δ' ἐστὶν, ὑπερβόρεα λέγει, ὅθι πυθοῖτο ἱερεῖα, τοσοῦτα κτείνοντα ἑκάστοτε ἔθνεα, id est, sed nec asinos abhorrere Hyperborei quidem certè vt narrat Pindarus, illi sacrificeabant eiusmodi bestias. Illũ autem Græcũ Callimachi in hymnis, τίφθεν λυκαὶ φοῖσον ὄνῳ σφάγιά, id est, inquit, Pingues Apollinẽ oblectãt hostiæ singulariones, citat Celius Rhodiginus lib. 30. lect. antiquarum, cap. 21. nec tamen dicit vnde sumpserit. Quam autem superius diximus Oti & Ephialtis fabulam, quod ex Homero sumpserit Clemens, testantur Homeri versus quos citat. De Homero autẽ intellexeritne Arnobius cum scribit. Quis mensibus in Arcadia tribus & decẽ: Non Melæ fluminis filius? nescio. Hoc certè scio, me nusquam legisse quod Homerus fuerit Melæ fluminis filius. Quare quid sibi velit viderint alij. [o] *Vulcanus autem cum vxor Ioue.* Quod fuerit Vulcanus claudus & faber, vide Lucianum de sacrificiis, & Arnobium *Arnob. lib. 4.* de diis gentes, vbi arguit Deos esse homines, quod ea exerceant quæ sunt hominũ. Eius casus allegorice apud Eustathium in citatum Homeri locum. [p] *Habes etiam medicum, &c.* Hoc quoque ex *Arnob lib. 4.* Clemente sumpsit Arnobius. Nunquid, inquit, cupidinis atque auaritiæ causa (sicut canit Bœotius Pindarus) Diculapium fulminis transfixum esse telo? Pindari autem versuum satis habui, si vtcunque expressi sententiã neglectis pedibus. In Clemente autem deest vnus versus qui in excuso inuenitur Pindari. Nam post eum versum χρυσὸν ἐν χερσὶ φανεῖσ', quod vertimus aurum quod in manibus apparuit, sequitur εἶτα τοῦτο καὶ δαιτὸς ἐδὺ ἁρπαγὴν, id est, cum virum ex morte reduxisset, iam captum. Hippolytum ab Æculapio vitæ fuit restitutus. De hoc vide Giraldũ ex Pausania, & Ouidium lib. 15. Metamorph. Non extat autem tragœdia Euripidis, ex qua duos versus hic citat Clemens. [q] *Atque hic quidem Cynosuridis* quidem meminit & Strabo & Pausanias: sed quod in eius finibus sit sepultus Cycloporum, ne verbum quidem. [r] *Philochorus autem dicit.* Tenus numeratur inter Cycladas insulas à Strabone & à Plinio. Sed quod illic coleretur Neptunus medicus nulla fit mentio. Quod autem in Siciliã insulam sit Saturnus, solus dicit Philochorus. [s] *Patrocles Thurius & iunior Sophocles, &c.* Quod Castor & Pollux & Hercules qui pro Diis habebantur & colebantur, non essent Dij, sed homines cum Patrocle Thurio & Sophoclis, tum Homeri maximè probat authoritate. Ij autem Castor & Pollux, cũ essent habereut filios Iupiter, soli dicti sunt κατ' ἐξοχὴν διόσκοροι & διόσκουροι, id est, filij Iouis. Ij fingũtur Ledæ in Ledæ gremio posito esse tenerati simul cum eorũ sorore Helena, fuisse autem vicissim mortales & immortales. Sed vtrunque fuisse mortuum & sepultum testatur Homerus, cui magis fides habenda, quam Poëtæ illi Cyprio qui Castorem quidem scripsit esse & mortalem & mortuum, sed Pollucem immortalem. Quod autẽ verti Martia proles, Græcè est ὄζος ἄρεος, id est ramus Martis, quo significare eum fuisse fortem & bellicosum, non autem Martis filium. [t] *Et quis præterea Herculem arguit esse hominem.* Nõ solũm Castorem & Pollucem, sed etiam Herculem arguit esse hominem. In exemplaribus tamen scribitur τεῖρε δ' ἀθανάτους ἀνθρώπους ἀλγεσι, pro ἀνθρώπους, lego ἀνθρωποις, alioqui nullus est sensus. [u] *Ipse quoque Homerus nouis mortalem hominem.* Homeri testimonio prius ostendit Herculem esse hominem: nunc autem ex descriptione eius corporis, quæ mãdata est literis ab Hieronymo Philosopho Dicæarcho, quæ est huiusmodi, vt homini conueniat non Deo, nisi eum qui Deus dicitur, dicit esse hominem, Hieronymum autem Philosophum dicit, vt eum distinguat ab Hieronymo Carthaginensi rhetorico, de quo Pausanias. Neutrius autem extat hodie aliquid, sicut Dicæarchi, quod quidem sciam. Quod autem verti gracilem, Græcè est σχέλιον. Rectène verterim, nescio: vt qui hoc vocabulũ nunquam legerim, suspicor autem ita esse, eo quod deriuetur à σχέλος, σχέλη autem dicas vt vult Aristophanis Cõmicus in Comœdiam de pace, sunt ligna fissa in vsum sacrificiorũ, quæ solent esse gracilia. Nisi forsitan σχέλη, quasi dicas fissum, quod longis est tibiis. [x] *Hic ergo Hercules.* Hercules in Oeta cum in pyram iniectam exussit. De eius autem morte vide Ouidium in 9. Metamorph. Ita & ex notitiæ, & ex eius corporis habitus & figuræ descriptione, & postremo ex morte Herculẽ esse hominem. Eleganter autem dixit eum per pyram sibi iusta feciisse, alludens ad morem comburendi corpora mortuorum. [y] *Musa autem, quas Alexander ait.* Hanc de Musis siue historiam siue fabulam *Arnob. lib. 4. aduersus gentes.* sumpsit Arnobius aduersus gentes scribens. Nunquid ex nobis Myrtilus est auctor, Iouis filias Megaleonis ancillulas profiteur fuisse Musas? Ita enim est legendum filiæ, non filias. [z]

Bibliotheca Regia Monacensis

*Ephes. 2.*

*Eph. cap. 1. Augustin. in trait. 14. in Ioan.*

*Ephes. 2.*

Myrtilus autem apud eũ dicitur, qui hanc scripsit historiam. Ex hac autem historia, ostendit Cyrenen Musas quas pro Deabus habebãt, & quas tanquam Deas colebant, & quibus templa quæ Musis dedicabant extruxerant, nõ solùm non fuisse Deas, sed homines & ancillas. De Musis autem vide Diodorum Siculum lib. 5. cap. 2. & in multis aliis locis. Huius autem vocabuli, Musa, varia fertur etymologia. Nam qui dicant μῶσαι dici quasi μώσασαι: Musam enim nihil differre à mysteriis. Alij autem à μῶ, vt μῶμος, quod est quæro & dicendam esse μῶσαι, quam vocamus μῶσιν, vocabuli enim etymologiam esse Hebraicam. Clemens autem dicit Megaclo quæ eas emit appellasse lingua Æolica μῶσαι, ἀπὸ τῦ μῶ, quod est oculos claudere & conniuere, quoniam quos odimus non rectis oculis intuemur. Myias ergo eas vocauit quasi dicas μῶσαγρα, id est odiosas, vt quas odisset propter ignorantiam. Quas tamen cum arte canendi & psallendi docuisset, postea tanti fecit vt statuis honorari, & diuino honore voluerit affici. Hæc historia apud nullum inuenitur alium præterquam apud Myrtilum, vel Myrsilum, qui hodie non extat.

*Arnobius aduersus gentes. lib. 5.*

[a] *Audite verò eorum qui sunt apud vos.* Ex iis omnibus quæ enumerat, quæ quidem in Deum non possunt cadere est perspicuum, probat Deos gentium minimè fuisse Deos, sed homines. [2] *Vocat mihi Neptunum.* Per apostrophen iubet vocari, & in medium produci Neptunum & mulieres quibus vitium attulit. Quod non feciſſet si reuera fuisset Deus. Hinc autem sumpsit etiam quod scripsit Arnobius. Nam quæ de illis amoribus dicã, quibus in fœminas sanctos incaluisse cœlestes, vestris proditum literis atque authoribus continetur. Nũquid enim à nobis arguitur rex maris Amphytritas, Hyppochous, Amymone, Menalippas, Alcionas, per furiosæ cupiditatis ardorẽ castimoniæ virginitate priuasse. Præter hæc enumerantur aliæ ab Hero in Heroidibus Ouidij.

*At tibi, inquit, flammarum memori Neptune tuarum,*
*Nullus erat ventis impediendus amor,*
*Si neque Amymone, nec laudatissima forma*
*Crimini est Tyro fabula vana tui,*
*Lucrabáque Alcyone, Ceyce & Alymone nata,*
*Et nondum nexis angue Medusa comis,*
*Flandáque Laodice, celoque recepta Celeno*
*Et quarum memini nomina lecta mihi.*
*Has certè plurésque canunt Neptune Poëtæ,*
*Molle latus lateri conseruisse tuo.*

Scribit etiam Pausanias; Cererem peperisse aiunt ex Neptuno filiam, cuius nomen profanis non licebat cognoscere, & equum Arionẽ, & lib. 5. Arcad. Cum Corcyra, inquit, fertur Neptunus concubuisse; Et idem in decimo Phocensium; Sunt, inquit, qui dicant Neptunum concubuisse cum Thoosa. [a] *In quibus quidem, cum tot essent.* Infinitæ & inexhaustæ libidinis dicit fuisse Neptunum, qui cum tot & tam multas vitiasset fœminas, nondum tamen eius libido erat exsatiata, vt quæ in his in arctum esset coacta, & latius vellet euagari, & in alias fœminas effundi. [b] *Vocat mihi etiam Apollinem, is est Phœbus.* Arnobius quoque sic scribit: Nũquid Apollo Latonius immaculatus ille castissimus, atque purus, Arethusas, Hyspsipylas, Marpessas, Zeuxippas, Daphnas & Steropas inconsulti pectoris appetisse feruentes? Præter eas autẽ quas enumerat Clemens, numeratur ab Arnobio Chrysa. Has omnes nõ solùm appetiit, sed eis etiam vitium attulit Apollo, præter Daphnem, quam cum persequeretur, in laurum conuersam & vatem, nempe Apollinem, persequentem effugit, & vitiũ quod ei erat allaturа. De ea autem, vide Ouid. in 1. Metamorph. Præter has autem scribit Pausanias Apollinem concubuisse cum Acallide Minois ex ea susceptisse, amasse etiã Creusam & Bolinam. Est etiã vulgatus eius amor in Hyacinthũ, cuius fabulam & in florem sui nominis cõuersionem, Vide apud Ouid. lib. 10. Metamorph. Et de eodem Clemens paulò inferiùs. [c] *Et post omnes veniat ipse Iupiter.* Post Neptunum & Apollinem, ipsum quoque vocat Iouem ad libidinis in fœminas societatem, sed ita vt in ea summas ei partes tribuat, vtpote qui omnes desideraret fœminas, & in omnes suã expleret libidinem. Non potuit autem eius libidinem melius exprimere, quam eum hirco assimilando, qui est omniũ animalium salacissimus, & ad Venerem maximè procliuis. Vnde & ab Horatio merito vocatur libidinosus. Quẽnam autem dicat hircũ Thmuitarum ingenuè fateor me nescire. Legi quidem apud Herodotum Mendesios octo coluisse Deos, inter quos erat Pan, quẽ Mendem vocabant, effingebatur autem caprina facie & hircinis cruribus. Is etiam apud Plutarchum hircum insipienti seculo pro Deo habitum propter fœcunditatem, vt quem Satyros atque Panes & Satyri mirarẽ esset salacitatis: eũmque apud Ægyptios in Mendesio cunctarum formosarũ puellarum collegio fuisse curatum sacro fano inclusum, cui selectiores capras non negligenter educabant. Hæc Plutarchus. Est autem verisimile eas capras tam diligenter à puellis educatas, vt hircus quem curabant haberet in quas suam expleret libidinem. Hæc quidem legi de Mendesio. Idẽne autem sit Thmuitarũ hircus & Mendesius, planè nescio, coniicio tamen, sed nescio an verè, in Mendesiũ præfectura, quam νόμον vocant Ægyptij, fuisse Thmuit quam dicit Clemens. [d] *Atque tua quidem ô Homere, &c.* Homerum quidem laudat Clemens, quod elegantissimus versificator quam decuit Ioui tribuerit grauitatem, sed in hoc vituperat quod Iupiter ipse eam nõ seruet perpetuò. Quod autem non seruet libido est impedimento. Verè enim dixit Ouidius in Metamorph.

*Non bene conueniunt, nec in vna sede morantur*
*Maiestas & amor.*——

Si solũ, inquit, cestum ei ostenderis, & Iupiter arguitur, & coma dedecorè afficitur, id est, cùm quoquo se obtulerit aliqua occasio exercẽdæ libidinis, suæ dignitatis & maiestatis oblitus, se Iouem esse arguat, nempe libidinosum & impudicũ. Cestus autem est lorum punctum & variatum, quo pectus simul cin-



gebat Venus. Est autem Græcè κεστὸς, id est punctus & variatus, & est adiectiuum subſtantiui ἱμὰς. Dicit Homerus scribens de Venere quæ cestum exuerat vt roganti eum daret Iunoni.

*Homer. in Q. Rapſ. 11.*

*Ἡ ῥ' ἀπὸ στέρνοφιν λύσατο κεστὸν ἱμάντα*
*Ποικίλον ἔνθ' ἄρα οἱ θαλερὸν πόθον ἐνθεσαν ἅπαντα,*
*Ἔρως τε, μάρπτασά τε φρένας ἐπόπτορ' ἀπεύρων,*
*Et rursum instructæ fuerant in quo illecebræ omnes.*

id est,

Lorum compunctum Græcè est κεστὸς ἱμὰς, vt sint duo vocabula, quamuis inueniatur aliquando per se cestum substantiuum. [a] *In quantam libidinem processit ille Iupiter.* Iouis in Amphitryonem mutati trium cestum ei Alcmena concubitus satis est vulgatus ex Amphitryone Plauti. Arachne apud Ouiditum in Metamorphoſi inter cætera Iouis adulteria eum vno versu refert, dicẽs, Amphitryon fuerit cum te Tyro, fuerit cepit. Ex eo concubitu natus est Hercules, ad virum enim tantum procreandum vna nox non sufficeret. Viderut autem Clemens significare illũ concubitum nouem noctium, vt scilicet vnaquæque ex tribus noctibus trinoctium spatium contineret. Illi autem Ioui adeò intemperanti, nõ solùm nouem noctes, sed ne vniuersa quidem vita longa fuerit ad illũ malorum propulsatorem, nempe Herculem generandum. In Iouis autem libidinosam intemperantiam nemo acrius & vehementius inuehitur quam Arnobius lib. 4. aduersus gentes. [b] *Iouis Hercules, verè, inquam Iouis filius.* Qui ex longa, inquit, nocte pepulit, nempe ex ea nocte quæ duravit spatiũ trium noctium, vt volunt cæteri ferè omnes, vnde etiam error ortus est à Gregorio Nazianzeno in inuectiuis in Iulianum, vt Clemens autem, & qui hoc ex Græcis sequitur Arnobius, nouem noctium. [c] *Quinquaginta autem filias Thestiæ vna nocte vitiauit.* Totum hoc dictum quoniã ex Clemẽte accepit Arnobius, visum est ea hic adscribere, vt quæ ad Clementis explicationem multum faciant. Et fanè (inquit, gentes alloquens) adiungitis beneficia non parua. Si quidem Deus Hercules natus est, qui in rebus huiusmodi patris sui transiret exuperarétque virtutes. Illi enim duobus vix nouem vnã potuit prolem extundere, concinnare, cõpingere: Hercules sanctus Deus intra quinquaginta de Thestio nocte vna perdocuit, & nomen virginitatis ponere, & genitricum ponere. Quem vocãt autem Clemens & Arnobius Thestiũ, is à Pausania dicitur Thespius; Hercules autem, inquit, aiunt cum filiabus Thespij omnibus numero quinquaginta, præter vnam, eadem nocte concubuisse, &c. Et paulò pòst. Ego verò & alia quædam audiui, omnes eadem nocte Herculis concubitu fuisse gravidas, marésque omnes peperisse, &c. [d] *Vt qui simul & adulter.* Adulter, vt qui cum alterius erant nupturæ adulterium admiserit. Sponsus autem, vt qui cum eis tanquam quæ recens nuptæ essent, tem habuerit. [e] *Non abs re ergo eum vocant.* Cùm Hercules, inquit, tot & tam laboriosa certamina confecerit, tótq; labores exantlarit, & res adeo iniustas & sceleratas fecerit, meritò à Poëtis appellatur miser & ἀπόλυρος. Miser autẽ Græcè dicitur ἄθλιος, ἀπὸ τῦ ἆθλος, id est à certaminibus & laboribus quos est perpessus, vnde etiam dictus fuit ærumnosus. ἀπόλυρος autem dicitur, qui iniqua & nefaria admisit scelera & flagitia. [f] *Longum autem fuerit eius omnis generis adulteria.* Sic etiam Arnobius. Quid pudnon contenti fœminei generis attribuisse Diis curas, virilis etiam sexus adiungitis adamatum hominem, Hylam nescio quis diligit, Hiacyntho est alius occupatus, Ille Pelopis desideriis flagrat, Hesiu Chrysippum suspirat ardentius, Catamitus rapitur delitia futurus, & poculorum custos. Ganymedes verò Iouem quod Hylas quidem fuerit pusio Herculis, Hyacinthus autem Apollinis, Ganymedes verò Iouis pusio licet inuenire. Cuiusnam autem pusio, & quisnam sit hic Pelops & Chrysippus itidem, non facile numerus, ego quidem certè nusquam memini me legere. [g] *Hos Deos vestræ vxores adorent.* Est hic locus, quem sarcasmon vocant irrisio, quod eos colant qui sunt eiusmodi, vt nec fœminæ tales habere velint ac suos maritos, nec parentes suos filios.

[a] *Sed ex diis fortè quidem soli masculi feruntur in Venerem: Deæ autem fœminæ hoc maxime manebant quælibet harum, ait Homerus, erubescentes Deæ propter honestatem habitam Venerem adulteratam.* [b] *Illæ autem impudicè se gerunt, in adulterio vehementer implicatæ. Aurora propter Tithonum, Luna propter Endymionem, Nereis propter Æacum, & propter Peleum Thetis, propter Iasionem autem Ceres, & propter Cinyrem Proserpina, Venus verò propter Martem probro & dedecore affecta, ipsa ad Cinyram, & nupsit Anchisæ, & Phaëthonti parauit insidias, & Adonidem: contendit autem cum Iunone quæ γλαυκῶπις dicitur, hoc est, bouinis oculis: & cùm se propter malum Deæ vestibus exuissent, nudæ se permiserant pastori, iudicaturo quænam esset ex eis pulchra. Age verò, paucis quoque obeamus certamina, & panegyricos illos sepulchrales conuentus dissoluamus, Isthmia, & Nemea, Pythia, & quæ ea sequuntur Olympia.* [c] *In Pythone quidem Pythius Draco fuit, & frequens serpentis conuentus appellatur Pythia. In Isthmo miserabile exercitium mare expuit, & Melicertam defient in Isthmia. Nemeæ alij puero Archemoro ista facta sunt, & funebris oratio pueri appellatur Neemea. Pisa autem*

vobis, ô Græci, est sepulchrum aurigæ Phrygis, & Pelopis inferiæ. Olympia sibi vendicat Iupiter Phidiæ. [d] Erant ergo mysteria, vt videtur, certamina, quæ celebrantur propter mortuos, sicut etiam oraculi responsa: & facta sunt ambo publica. [e] Sed quæ sunt quidem in Sagra mysteria, & quæ in Halimunte Attica, circumforanea sunt Athenis, mundi autem sunt probrum ac dedecus: & certamina & Phallagogi qui Dionysio peraguntur & celebrantur, quique vitam malè occuparunt. [f] Dionysius enim cùm cuperet descendere ad inferos, viam ignorabat. Pollicetur autem se ei esse dicturum quidam Prosymnus nomine, sed non sine mercede. Merces autem non pulchra, sed pulchra Dionysio: erat autem venerea gratia, merces quam postulatur Dionysius. A Deo autem volente hoc postulatum est, idque ei datum pollicetur, si redierit, iureiurando promisso confirmato. Cùm viam didicisset, abiit, rursus redit, non offendit Prosymnum, erat enim mortuus. Amatori iusta faciens Dionysius, proficiscitur ad monimentum, & [g] muliebria patiendi vehementi tenetur desiderio. Cùm ergo ficus ramum, vt contigit, excidisset, instar virilis membri cum efformat, & ei insidet ramo, faciens promissum mortuo. Mysticum eius quod accidit monimentum, per vrbes Phalli excitantur Dionysio. [h] Nisi enim pompam fecissent Dionysio, & canticum cecinissent, pudendis feciſſet impudentissima, inquit Heraclitus. [i] Hic est autem Orcus, & Dionysius seu Bacchus cui insaniunt, & cui bacchantur non tantum propter ebrietatem corporis (vt opinor) quam tum propter probrosam libidinis & lasciuiæ sacram interpretationem. [k] Sunt ergo iurè vestri dij tales, qui fuerunt vitiorum: sed ante Ilotes qui vocantur apud Lacedæmonios, iugum seruile subiit Apollo Admeto Phæris. Hercules Sardibus Omphalæ. Laomedonti autem seruiit mercenarius Neptunus & Apollo, sicut seruus inutilis, qui nec libertatem quidem potuit consequi à priori domino. Tunc etiam muros Troiæ Phrygi ædificarunt. [l] Non pudet autem Homerum dicere Mineruam Vlyssi præluxisse, auream lucernam tenentem manibus. [m] Legimus autem Venerem, tanquam lasciuam & intemperantem quampiam ancillulam, lecticam Helenæ apposuisse ex aduerso adulteri, vt eum illiceret ad coitum. [n] Panyasis autem, alios quoque plurimos deos refert seruiisse hominibus, scribens:

Passa Ceres, passúsque insignis Mulciber. éstque
Passus Neptunus, passúsque est Phœbus Apollo
Mortali ipse suas operas mercede locare.
Passus Mársque ferox, vrgente hoc patre coactus.

*Et quæ deinceps sequuntur.*

[o] *Est ergo his meritò consequens, hos vestros deos, qui & amore languent, & aliis vexantur perturbationibus, omnino inducere obnoxios humanis affectionibus: non mortale illis est corpus.* [p] *Rectè autem admodum coniicit Homerus, introducens Venerem propter vulnus acuta & magna voce clamantem, & narrans bellicosissimum Martem fuisse à Diomede in ventre sauciatum.* [q] *Polemo autem dicit etiam Martem fuisse vulneratam ab Ornyto.* [r] *Quinetiam dicit Homerus Plutonem fuisse vulneratum ab Hercule, & Eleum Augeam refert Panyasis. Iam verò Iunonem quoque coniugalem, ab eodem Hercule fuisse vulneratam in Pylo arenoso narrat hic ipse Panyasses.* [s] *Sosibius autem dicit etiam Herculem fuisse in manu sauciatum ab Ephyra coontidis.* [t] *Quod si sunt vulnera, est etiam sanguis. Sanies verò poetica, quam vocant, est etiam sanguine turpior. Putrefactio enim sanguinis sanies intelligitur. Et cruentationes ergo & nutrimenta quibus indigent, eis necesse est inducere. Quare sunt & mensa, & ebrietates, & risus, & coitus, vtpote quòd homines venereis rebus non vtentes, nec darent operam liberis, sed nec dormituri essent, si essent immortales, nullius rerum, & expertes senij.* [u] *Fuit autem humanæ quoque mensæ particeps apud AEthiopas, & inhumanæ autem & nefariæ, conuiuio à Lycaone exceptus ipse Iupiter, humanis certè carnibus impletus non lubens. Nesciebat enim Iupiter, quòd Lycaon Arcas qui eum conuiuio excipiebat, interfectum suum filium, Nyctimo ei nomen erat, epulandum ei apposuisset.* [x] *Egregius verò Iupiter, qui est diuinator, hospitalis, supplices exaudiens, clemens, panomphæus seu voces ac linguas omnium excipiens, depulsor & auersor malorum: imo verò iniustus, sceleratus, iniquus, impius, inhumanus, violentus, stuprator, adulter, amator.* [y] *Sed tunc quidem fuit quando erat talis, nempe quando erat homo: mihi autem videntur vobis quoque consentisse fabulæ. Iupiter non est amplius draco, non cygnus, non aquila, non homo amori deditus, non volat Deus, non tenetur amore puerorum, non osculatur, non affert vim, etsi adhuc multæ sint pulchræ mulieres & Læda venustiores, & Semele formosiores: adolescentes autem speciosiores & ciuitates Phrygiæ bubulco. Vbi nunc est illa aquila, vbi verò cygnus, vbi autem ipse Iupiter? vbi cum penna consenuit. Non enim quòd amoribus operam dederit, eum pœnitet, nec desinere esse moderatus & temperans: sed vobis aperitur fabula, mortua est Læda, mortua est cygnus, mortua est aquila.* [z] *Quære tuum Iouem, ne scrueris cœlum, sed terram. Narrabit tibi Cretensis, apud quem est sepultus. Callimachus in Hymnis: Sepulchrum meum, inquit, ô Rex, Cretenses sunt fabricati. Mortuus est enim Iupiter, ne agere quidem vt Læda, vt cygnus, vt aquila, vt homo amori deditus, vt draco.* [*] *Iam verò videntur ipsi quoque qui prauis tenentur superstitione, inuiti quidem, sed tamen de diis erroneè intelligere:*

Annosa geniti non sunt quercúve petráve,
Sed sunt ex hominum genere.

[a] *Rectè quidem autem inuenientur esse & quercus & petræ.* [b] *Agamemnonem certè quendam suum Spartæ coli refert Staphylus.* [c] *Phanocles autem, in pulchris colebat heroibus Agamemnonem Græcorum Regem. Argynnæ stare templum Veneris propter Argynnum dilectum.* [d] *Dianam quæ vocatur ἀπαγχόμενη, hoc est, suffocata, colunt Arcades, vt inquit Callimachus in causis.* [e] *Colitur etiam Methymnæ, alia Diana Condylis.* [f] *Est etiam Podagræ alterius Dianæ templum in Laconica, vt ait Sosibius.* [g] *Polemo autem nouit imaginem Hiantis Apollinis, & obsonatoris rursus Apollinis aliam, quæ colitur in Elide?* [h] *Hic Elei Ioui ἑκατόμβην sacrificant.* [i] *Romani autem sacrificant Fameæ Herculi, id est, muscarum depulsori, & Febri & Pauori, quos ipsos quoque adiungunt in numerum eorum qui erant cum Hercule,* [k] *Mitto autem Argiuos, qui cognominem ταφοσόρον, id est, quæ sepulchra effodit.* [l] *Argiui & Lacones, & etiam Spartani, Dianam colunt Chelytidem, quoniam tussire ab eis vocatur κελύτειν.* [m] *Vnum restat, scriptum est ad te ea deferri, quæ à nobis adducuntur: tuos quidem videre scriptores, quos ego testes cito ad tuam incredulitatem? O miseri, qui omnem vitam reuera minimè vitalem, impia impleuistis ludificatione.* [n] *Annon caluus Iupiter Argis, alius autem vltor, in Cypro honorati sunt?* [o] *Annon Veneri Argiuæ, Argiua: ἑταίρα autem, id est, amica seu meretrici, Athenienses: ἑταίρα autem, id est, pulchras habenti nates, sacrificant Syracusani, quam Nicander Poeta alicubi vocauit καλλιγλουτον, id est, pulchris clunibus?* [p] *Dionysium autem iam*

taceo χειροβάλτεω. *Eum adorant Sicyonij, Dionysium præficientes membris mulie-*
*bus, vt curam gerat turpitudinis, colentes eum qui est author ac princeps probri, ac*
*tulantiæ.* [q] *Tales quidem sunt ipsis Dei: tales autem sunt ipsi quoque, vt diis ludificantes, vel potius seipsos ludificantes, probroque & ignominia seipsos afficientes.* [r] *Et quemeliùs Ægyptij, qui vicatim & per oppida, bruta coluerunt animantia, quam Graci, qui tales deos adorant: nam illa quidem, etsi sint feræ bestiæ, non sunt tamen scelera, nec stupro ac libidini dedita, neque vllam præter naturam venantur voluptatem.* [s] *Porrò autem AEgyptij, quorum nunc feci mentionem, dispersi sunt in varios cultus ac religiones. Ex iis Euenitæ quidem colunt piscem Phagrum: Mæoten autem (est hic quoque alius piscis) colunt qui habitant Elephantinam. Oxyrinchitæ autem pisci similiter, à quo eorum denominatur regio. Præterea Ichneumonem Heracleopolitæ: Latopolitæ autem & Thebani, ouem: Lupum autem Lycopolitani, Canem verò Cynopolitæ, Apim Memphitani, Hircum Mendesij. Vos autem qui AEgyptiis estis planè meliores, vereor autem dicere deteriores, qui non cessatis AEgyptios ridere quotidie, quòd vos quoque estis in bruta animantia?* [t] *Ex vobis quidem iconias honore affecerunt Thebani, propter consuetudinem.* [u] *Thebani autem mustelas, propter ortum Herculis. Quos verò, Thessali rursus dicuntur colere formicas, quoniam didicerunt Iouem assimulatis formicæ, coisse cum Eurymeduſa filia Cletoris, & genuisse Myrmidonem?* [x] *Pulchrum autem refert eos qui habitant circa Troadem, colere mures qui sunt in his regionibus, quos ipsi appellant σιλλάβους, quoniam arrodebant chordas arcuum bellicorum, & Sminthium Apollinem ob illos mures celebrasse.* [z] *Heraclides autem dicit in ædificatione templorum in Acarnania, vbi est Actium promontorium, & templum Actij Apollinis, bouem priùs sacrificari muscis.* [a] *Neque verò obliuiscar Samiorum, ouem, vt inquit Euphorion colunt Samij.* [b] *Sed nec eorum qui Phœniciam colunt Syrorum, quorum alij quidem columbas, alij verò pisces tam impensè colunt, quàm Elei Iouem.* [c] *Age verò, quoniam non sunt dij quos colitis, mihi rursus videtur considerandum, an sint reuera dij homines, relati in hunc secundum ordinem, vt vos dicitis.* [d] *Atque si sunt quidem deorum*
*ligiuritores & scelerati, possunt etiam apertè inueniri in ciuitatibus dæmones indigni,*
Cythnos vna ex insulis Cycladibus. *qui honores decerpunt: apud Cythnios quidem Edemus, apud Tenios Callistagnus, apud Eleos autem Anius, apud Lacones Astrabacus. Colitur autem quidem quoque Bacchus Phaleris in puppi. Et Pythia constituit Platæensibus, vt sacrificarent Androcrati, Democrati, & Cyclæo, & Leuconi, cùm vel maximè tunc vigerent Medica medicamina.* [e] *Possunt alij quoque quamplurimi intelligi dæmones, ei qui potest vel paucos perspicere.*

Hesiodus. Dæmonium decies ter habet nam millia tellus
Immortalia, queis hominum custodia cessit.

[f] *Quinam sunt hi custodes? O Bœotie, non te pigeat dicere. Num est clarum quòd sunt, & qui sunt his honoratiores, magni dæmones, Apollo, Diana, Latona, Cyllenius, Proserpina, Pluto, Hercules, ipse Iupiter?* [g] *Sed num ne fugiamus, nos custodes Aseræ, nùmne fortè peccemus, qui peccatis non sumus vtique affines. Hic vtique ille eloqui id quod habet instar prouerbij, Pater qui non potest corrigi, corrigit filium. Quòd si etiam hi sunt custodes, non sunt propter eam qua in nos sunt affecti beneuolentiam, sed nostrum vrgentes exitium, instar adulatorum alimento & cibo adhærent suorum opificati. Ipsi certè dæmones fatentur suam inoluuiem libaminis & nidoris, vt qui deorum fortiti sumus hoc munus. Quinam aliam vocem ederent, si vocem acciperent diuinam, Ægyptiorum, nempe feles & mustelæ, quàm Homericam & Poeticam, cui placet multum*
*& conclamen-*



*& cumulentum obsoniorum?* [h] *Tales quidem sunt apud vos & dæmones & Dei, & si qui semidei, tanquam semiasini muli vocati sunt. Neque enim est vobis nominum egestas ad impietatis compositiones.*

## COMMENTARIVS.

[a] Ἐπεὶ δὴ τοῖς θεοῖς ἀρσενικῶν ὀχέσεων ἔπαθον ἐπιθυμίαι, Cum Deorum masculorum ostendisset libidines, & in fœminas
ἐς τὰ γυναικεῖα, nunc transit ad Deas fœminas, ostensurus eas, nec propter pudorem abstinuisse à Venere.
Hanc autem fœminæ, inquit, domi manebant quælibet harum, ait Homerus, erubescentes propter ho-
nestatem videre Venerem adulteratam. Hi sunt versus Homeri in Rapsi. 8. Odysseæ.

Θαυμάσσας δ' ἔπεα πτερόεντα προσηύδα Ἥφαιστον,
Ἐς δ' ἐν ἀγχιβαθὲς ἔπτατο δώματα Ἡφαίστου.
Fœmina quæque domi Dea mota pudore manebat,
Erubescentibus stabunt Dij qui bona donant.

Vbi asserit Venerem à Vulcano insolubilibus vinculis cum Marte colligatam, & diis irridendam ex-
hibitæ. *Illa autem impudicè se gessit.* Hæc etiam ex Clemente sumpsit Arnobius, sic enim scribit. Sed
*Illa apud vos mares, & in fœmineo sexu sua conseruata est sanctitas. Nónne vestris cautum est li-*
*brorum esse ab Aurora Tithonum, arsisse in Endymionem Lunam, Nereidem in Æacum, in*
*Ægypto Thetim, Proserpinam in Adonidem, Matrem eius Cererem in Iasionē nescio quem*
*adulterum, & post Vulcanum, in Phœnem, & Martem ipsam illam Venerem Æneadum matrem, &*
*Romanæ dominationis auctorem.* Hæc Arnobius. Sunt autē hæc omnia iis qui legunt Poëtas satis ob-
via. Vnum est quod nusquā mihi adhuc occurrit, nēpe quod Venus Phætonti pararit insidias, vel Phœ-
bum legitur apud Arnobium. De Veneris autem & Iunonis contentione, & de iudicio Paridis, non est
quod hic aliquid dicamus, cum ea fabula à nemine ignoratur. Quod autem βοῶπις sit epithetū Iuno-
nis, facilè videre licet apud Homerum. Dicitur autem βοῶπις, vel quod bouinis, id est magnis sit oculis,
vel à bove, quod vocem significat. ὄψ enim dicitur aër, quoniam in eo editi audiantur soni. Ita Eustathius
in Homerum Il. κ. Quod autem verti, se permiserunt Pastori iudicaturo quænam esset eis pulchra, Gre-
cè sit κριτὴν τῶν θεαινῶν, ὅστις αὐτῶν ἦν καλή, quod sonat ad verbum, Attendebant Pastori si qua ei vi-
deretur pulchra, est autem idem sensus. [b] *In Pythone quidem Pythius draco colitur.* Eadem ciuitas & Del-
phi habuit Pythos, à serpente Pythone, ab Apolline in ea interfecto. Inde etiam dicti sunt ludi Pythij,
in quos ludos celebrandos fiebat conuentus, dictus est Pythia. De his præter Pausaniam & Straboné,
videre quamlibet versus Ouidij in Metamorph. 1.

*Hunc Deus arcitenens, &c.*
*Protulit effuso per vulnera nigra veneno,*
*Vt non perire famam posset delere vetustas,*
*Instituit sacros celebri certamine ludos*
*Pythia, perdomitæ serpentis nomine dictos.*

Delphi Isthmicis scribit Pausanias; In Corinthiaco agro vicus est cui Cromio nomen, à Cromio Ne- Pausan. Cor. 2.
ptuni. In eo educatum ferunt Pythoeampem, cui suus est inter Thesei ærumnas locus. Operis in-
cundi spectaculum, quæ in ipso adhuc littore se progredientibus ostendit. Fuit hoc ipso in loco & Melicertæ
nomen à Delphine puerum euectum memorant, quem cum offendisset expositum Sisiphus, & hu-
mauisset Isthmo, & Isthmicos in eius honorem ludos instituerit. Is autē puer est, quem à mari iectum,
Græcè dicit, Γραικὲ, πόλιον, nos excrementum vertimus, erat enim puer expositus. Is autē erat Lear-
chus Ino & Athamante, cum vxore Ino, seu Melicerta interfectus: quam fabulam, vide apud Oui-
dium Metamorphosi. Est autem Isthmus angustum terræ spatium inter duo maria, cuiusmodi est
illum Corinthiacus, in quo celebrabantur ludi Isthmici. Dicuntur autem Isthmia, & ipsi ludi & fre-
quens eo populi conuentus. Nemæi ludi ab Hercule sunt instituti. Inter cæteros autem labores Her-
culis refertur, & Leo Nemæus ab eo interfectus, à quo etiam accepit cognomen Nemæi. De eo labo-
re Ouidius gloriatur in Oeta monte moriens apud Ouidium,

*Ille ego sæuitiæ Nemeæa lacertis.* Ouid. Metamorph.

Pausanias scribit, in nōnullis nō longè sitis à Cleonis, antrum leonis suo tempore solitum esse ostendi, Pausan. Corinth. 2.
& Neapidium stadiis circiter quindecim inde distare. Strabo autem lib. 8. dicit sylua surgere Ne-
meam, Cleonas & Phliuntem, in quo Argiui sacra celebrare cōsueuere Nemea. Ibi quoque quæ de
Hercule gesta fabulis proditā; hæc Strabo, his in locis celebrabātur ludi Nemæi. De Archemoro
eodem hic Clemens dicit, hoc tantū legi apud Pausaniam; In Isthmo abies & Nemææ apiū quod
attinet iam: Palæmonis & Archemoti clades. An autē hic Archemorus esset Opheltes Lycurgi Pausan. Arcad. 2.
Regis serpente fuit interemptus, de quo Pausanias in aliquot locis mihi satis nō constat. De ludis
quos ad quos spectandos cōueniebat in campis Eleis tota Græcia non procul à Pysa & Pythicis,
Nemæis, tā multa scripta sunt à Strabone, Pausania, ab Alexādro lib. 5. cap. 8. à Cœlio Rho-
diginio 11. cap. 17. vt sufficiat lectorem ad eos remittere. Hic Phryx auriga fuit Myrtilus, cuius fraude
Oenomaus coniugio potitus est Pelops. De quo vide Pausaniā lib. 8. Arcad. & Diodor. Sicul. lib. 5. cap.
Quæ vertimus inferiæ, Græcè est τὰ πολλὰ τῶν χθονίων, ita enim legimus, nō autem τῶν χθονίων. χθονίαι autem
dicuntur quæ exhibentur mortuis, οὐρανίαι autē quæ viuis, inquit Eustathius in Rapsi. K. Odyss. quod
attinet Clemens Iouem Phidiæ sibi vindicasse Olympia; videtur significare ludos quidem Olympi-
cos à Pelopis fuisse institutos ab Hercule, dictos autem esse Olympicos propter Olympici Io-

*Plin. lib. 34. cap. 8. Pausan. lib. 5. Eliac. Pausan. lib. 6. Eliac.*

uis delubrũ, quod in Achaia fuit celebratissimũ. De Phydia quidem certè dicit Plinius, eum Iouem fecisse Olympiũ, quem nemo est æmulatus: cuius etiã in multis locis meminit Pausanias. Phydiæ autem in signis faciendis admiratur sapientiã Eliacorũ lib. 6. Propterea ergo dicit Clemens, Phydiam progenuisse Iouẽ Olympicũ à se fabricatum, tanquam sua sibi vendicasse Olympia, id est ludos illos & certamina Olympica sibi attribuisse. [a] *Erant ergo mysteria, vt videtur.* In Græcia nihil erat præclarius ac magnificentius ludis Gymnicis & oraculorũ responsis, ad quæ vndique publicè conueniabatur. Earum autem dignitatem & existimationẽ eleuans Clemens, ex præcedentibus concludit, quod ambo nempe & ludi Gymnici & oracula, quæ licet viderentur fieri in honorẽ Deorũ, & ex iis oriri, propter mortuorum tamen suscipiebantur ac fiebant. Erant autẽ mysteria, vt quæ arcanũ aliud significarent quàm præ se ferebant. Nam Deorum honorem quidem præ se ferebatur, mortuorũ autem erant exequiæ & inferiæ. [b] *Latent tamen quidem in Sagra mysteria.* Gymnicos ludos & oracula dixerat esse publica mysteria, nunc tradit ea quoque fuisse occulta: sed quænã ea sint, nec ipse explicat, nec cum de iis quidem adhuc vsquam legerim, possum dicere. De Sagra Locrorũ fluuio legi apud Strabonem, & de insigni illa Locrorum victoria aduersus Crotoniatas: vnde ortũ est prouerbium, veriora iis quæ apud Sagrã euenerunt, multi meminerunt. Horum quoq; Atticæ populorũ meminit & Pausanias, & Strabo, & Plinius, sed horum mysteriorum quæ Clemens dicit fuisse circunscripta finibus Atticæ, nullã omnino fecerunt mentionem non dubito tamen ea fuisse huiusmodi, vt non sit magnopere dolendũ quod ignorentur. Atq; illa quidem mysteria dicit certis terminis fuisse cõscripta, nempe Atticis: certamina autẽ & Phallos qui celebrabantur in honorem Dionysij, fuisse eiusmodi, vt probro ac dedecore totum mundũ repleuerint. Horum autẽ Phallorum originem, aliã dicit fuisse Diodorus Siculus lib. 1. & eorum ritum ac ceremonias quas Graeci ab Ægyptiis acceperunt, aliam verò Clemens, qui quidem dicit eos Phallos totã vitam occupasse, quando Dionysij colendi ritus passim, & vbiq; terrarum vsurparetur. Quod autẽ hic narrat Clemens, in libro quintum aduersus gentes, transtulit Arnobius: Eius autem verba non me pudebit hic adscribere: quæ ipsum nõ puduit mãdare literis, vt gentibus, quæ tam impudicos, & flagitiosos, & quos nihil pudeat Deos colebãt, pudorẽ incuteret. Cùm inter homines, inquit, esset adhuc Nisius & Semelius liber, post inferos expetiuit, & sub tartari sedibus quidnã rerum ageretur, exquirere. Sed cupiditas hæc eius nullis difficultatibus impediebatur, quod qua iret ac peregret inscitia itineris nesciebat. Prosilam ipsa dẽ exoritur ignominiosius pollicetur indicaturũ si sibi morẽ gereret Deus, atque vxorias voluptates patere ex se carpi. Deus facilis iurat potestatis futurũ, ac voluntatis se eius: sed cum primum ab inferis cognoscit votiatq, expeditionis rediisset, viã comiter Prosumnus edisserit, atq; in lumine ipsos prosituit superiorũ. Interea dum Liber, Stygẽ, Cerberũ, furias atque alias res omnes curiosa inquisitione colluserat, e viuentiũ numero index ille decidit, atque ex more sepelitur humano: emergit ab inferis Enhim, & cognoscit extinctũ ducem: Qui vt fidem cõpleret pacti, & iurandi solueret religione seiuris, locũ pergit ad funeris, & ficorum ex arbore ramum validissimam præsecãs dolat, runcinat, leuigat, & humanæ ciẽ fabricatur in pœnis: figit super aggerem tumuli, & postica ex parte nudatus, accedit, subdit, telum lasciuia deinde luxuriãtis accepta, huc atq; illuc clunes torquet & meditatur à ligno pati, quod iuuenũ in veritate promiserat. Ac ne quis forte à nobis tam impias arbitretur cõfictas res esse, Heraclitũ nõ postulamus vt credat, nec mysteriis quid super talibus senserit, ex ipsius accipiat lectione, tantum terroret Græciã, quid sibi velint Ithyphalli, quos per rura, per oppida mos subrigit & venerantur aquus, inueniet causas eas esse quas dicimus, aut si fuerit pudituĩ, veritatẽ simpliciter explicare, quid obscurare, quid tegere causam ritus atque originem proderit, cum criminatio ipsa religionis in re lasciua Arnobius. Sic autẽ Clemens à quo sumpta sunt quæ ipse scripsit. [c] *Dionysium enim cum cuperet ostendere.* Quem autẽ vocat Clemens πρόσωπον, appellat Arnobius Prosummum, ypsilo mutato in v. [d] *Nisi enim pompam fecissent Dionysio, &c.* Horum simulacrum erectis phallis placandus fuit Dionysius, alioqui impudentissimis suis pudendis, suam impudentissimam libidinem & impudicitiam. [e] *Hic est autem Orcus & Dionysius.* Pluto dicitur Græcè ἅιδης, & ἀιδωνεύς. Quod autem idem sit & Bacchus & Pluto, seu ἅιδης, testatur hoc versu Orpheus,

Εἷς Ζεὺς, εἷς αἰδὴς, εἷς ἅλιος, εἷς Διόνυσος.

De Bacchi Mænadibus antea diximus, quæ dicuntur etiã Bacchæ. Eas autem dicit Clemens bacchari & furere, non tantũ propter ebrietatem corporis, quantum propter Venerem ac libidinem, quæ vnius poris non minus eneruat & dissoluit quàm ebrietas. Sacrã autem interpretationem verti, quod Graecè est ἱερεύεσθαι, vt Bacchæ illæ sint Bacchi Sacerdotes, nõ minus propter libidinẽ, quã propter temulentiã. Quod verti autem Bacchãtur, Græcè est λυσσᾶζουσι. Dictus est autẽ Bacchus Lenæus ἀπὸ τοῦ ληνοῦ, quod est torcularibus. Vnde etiã derivatur λυσσᾶζω, id est Bacchari. Hæc autem scribit Heraclitus, non philosophus, sed historicus, qui scripsit Macedonicam, vt ait Diogenes Laërtius. [f] *Sunt ergo isti vsque hodie.* Cùm Dionysij summã enarrasset turpitudinem, ex eo infert Deos eorũ merito esse tales, vt quales colebant, talium vitiis: deinde subiungit eos nõ solùm fuisse seruos vitiorum, sed etiã re vera fuisse seruos hominum, antequam Helotes essent serui Lacedæmoniorum. Deinde recensẽt Deos, qui seruierunt hominibus: quibusnam seruierint: Fuerunt autem Helotes serui Lacedæmoniorum: eorum enim opera vtebantur in agris colendis, cùm ipsi militiæ tantum darent operam: Dicti autem sunt Helotes, vt ait Pausanias, ab oppido cui nomen Helos, quod ex obsidione captũ Borienses euerterunt, iique primi Lacedæmoniorum reipubl. seruierunt: posteà autẽ cæteri quoque finitimi, qui in eorum potestatẽ venerant dicti sunt etiam Helotes. De Helotis copiosè scribit Cœlius Rhodiginus lect. antiq. lib. 25. cap. 19. Ex Diis autẽ quos hominibus seruierunt, primũm recensẽt Apollinẽ, qui Admeti in Thessalia Phæris mercede gregem pauit. De quo vide Ouid. lib. 2. Metamorph. De quo etiam dicit Lactantius. Quid Apollo pater eius, cum Neptuno ob amorẽ quo flagrabat, turpissimè gregẽ pauit alienum, & muros Laomedonti extruxit, cum Neptuno

*Pausan. lib. 3. Lacon.*

*Zoëm. lib. 1. cap. 10.*



mercede conductus, quæ illi negari potuit impunè, ab eóq; primo Rex perfidus, quidquid cũ Diis pepigisset, didicit abnegare: Non satis autẽ habuit Clemens dicere eui seruierit Apollo, nisi etiã addere cui vbi seruierit, nempe Phæris oppido Thessaliæ. Deinde refert Herculem etiã fœminæ, quod est ultus & abiectius, seruiisse: de quo etiam Lactantius. Nam illud quidem nemo negauit, Herculẽ non tantum Eurystheo seruisse Regi, quod aliquatenus honestũ videri potest, sed etiam impudicæ mulieri Omphalæ, quæ illũ vestibus suis indutũ sedere ad pedes suos iubebat pensa facientẽ. Detestabilis turpitudo, sed tanti erat voluptas. Tertiũ enumerat Neptunũ cum Apolline fratris filio, qui Laomedonti Regi Troiano Troiæ muros ædificarunt: Adeo inutilis autem, inquit, fuit seruus Apollo, vt ne à priori quidẽ domino, nempe Admeto, fuerit emancipatus. De eo iã vidimus quid dixerit Lactantius, Neptunum apud Homerum in Rapsodia. 9. Iliadis: narrat quomodo ipse cum Apolline mercede conducti à Laomedonte muros Troiæ ædificarint, eos autem mercede fraudarit Laomedon. Hunc quoque locum ex Clemente nostro sumptum, sic profert Arnobius. Nunquid aliquando à nobis conscriptum est (hæc dicit gentes alloquens) mercenariam Deos seruitutem seruisse. Vt Herculem sordidi moris pœnalitatisve causa, vt Admeto Apollinem Delium: vt Laomedonti Troico, Iouis fratrem: vt eidem, Ilcam Patroo, Pythium, &c. [1] *Non pudet autem Homerum dicere Mineruam.* Hoc quoque ex Clemente accepit Arnobius, dicens: Vt coniugalia secreta miscentibus, Mineruam luminis ministram, & lucernarum modulatricem: Hæc sunt autem verba Homeri in Rapſ. 5. Odysseæ.

Παρθένος ἠύκομος ἀδδὼς,
Κούρη Διὸς αἰγιόχοιο φάος πολέσσι τε ἐσθλή.
Τὴν περικαλλὴς Μινέρβη, *Aureus in manibus cui Lychnus, residet a lux est* *Perpulchra.*
Τὴν δὲ καὶ ἐν μεγάροισι τεκνώσατο μητίετα Ζεύς.

[a] *Legunt autem Verrem.* Cùm à Menelai manibus mox eum interfecturi, Paridem excitata caligine adjuuet Venus, ex aduersio adulteri, nempe Paridis, lecticam Helenæ apposuit Venus, inuitans ad illum. Hi sunt autem versus Homeri;

Τὸν δ' ἐκ θαλάμοιο φέρουσ' εὐώδεος ἀέξοδον
Κὰπ δ' ἔβαλε κλισμὸν θρόνου ἀντίον, ἔνθ' ἐκάθιζε
Δῖα θεάων, φῶτα κατ' ἄντα δίου ἀλεξάνδρου.

*Homer. in 3. Rapſ. Iliadis.*

Ipsum at risa ridens Cythere a locauit
Mansum Paridi, Iouis in qua nata sedebat
Aegida terribilem qui forti pectore gestat.

[b] *Sequitur autem alius quoque, &c.* Panyassis meminit Pausanias in Phocicis, dicens; Panyassis autem Polyarchi filius, in iis versibus quos in Herculem fecit Acheloi filiam fuisse Castaliam perhibet. Sic enim de Hercule loquens scripsit.

Ἠρακλῆι τε κλειτὸν ἐπὶ ῥόδον ἔλιπε λιταὶ
Ἀχελώιος, τέκνα τε μιγεὶς Ἀχελωίδι νύμφῃ.

*Arnob lib. 4. aduersus gentes.*

Iuba autẽ in Chronicis dicit eũ fuisse Poëtam insignem Olympiade 72. Meminit etiam eius Arnobius, dicens: Non ex vobis Panyassis, vnus est qui ab Hercule Ditem Patrẽ, & reginã memorat sauciatum, insanõe. Ex quo est perspicuũ Panyassim recensuisse, non solùm eos Deos qui mortalibus seruierunt, sed eos etiam qui fuerunt sauciati ab hominibus. [c] *Est ergo hos merito consequens.* Ex his, inquit, recte colligitur, vt qui tales sunt Dij, quales expositi, eas patiãtur affectiones quæ cadũt in homines, vt qui sint humana corpora. [d] *Restat autem admodum.* De his vide Homerũ Rapſ. 6 Iliadis. [e] *Polemo autem non minus eam.* Quisnam sit hic Polemo qui scribit Minerua ab Otryto fuisse vulneratam, nec ab Otryto qui vulnerauit, nusquã memini me legere. Strabo quidẽ meminit Polemonis filij Zenonis Otrytæi. Sed est verisimile hunc Polemonẽ fuisse Poëtam. Quicunque autem sit hic Polemo, videtur Arnobius eũ legisse, & ex eo non autem ex Clemente sumpsisse quod scribit. Non viraginem ab impio ortam, cruentatã, vexatam, Polemonis vestri indicant scriptæ Viraginem autẽ vocat Minervam, quod ex Iouis cerebro armata prosiluisse fingatur à Poëtis. [f] *Quinetiam dicat Homerus,* Dionẽ apud Homerum in Iliade recensẽt Deos qui ab hominibus grauia sunt passi, nẽpe Martẽ ab Oto & Ephialte Aloidis, & Plutonẽ ab Hercule iaculo fuisse sauciatũ in Pylo. Inter Deos ab Hercule vulneratos recensetur Augiam Elæum, quem nonnulli dixerunt Solis filium. Quomodo bellum cum eo gesserit Hercules, vide Pausaniã in Eliacis lib. 5. & prouerbiũ Augiæ stabulum repurgare, vide apud Erasmum Adag. cent. 4. prouerb. 21. [g] *Sosibius autem dicit etiam Herculem.* Sic quoque Arnobius: Non ab Hippocoonte liberis ipsum Sosibius Herculem cruciatũ retulisse pronunciat, & illati vulneris & doloris: Pausanias autem in Laconicis dicit Herculem posuisse templum Cotylici Æsculapij apud Eurotam, cũ cognomento quod in Cotyle, id est in manus concauitate, in præsio aduersus Hippocoontem & eius filios, quos interfecerat sanatus. Sed quis fuerit Sosibius qui hæc mãdauit literis, non memini me legere. [h] *Quod ait Homerus.* Ex eo quod Dij sint vulnerati, dicit sequi quod in iis sit sanguis, ex vulnere enim manat sanguis. Quod si sit in eis sanguis, in eos etiam cadunt omnia quæ cadunt in homines, & quæ non cadere in immortales. Sanies vero poëtica ab eo dicitur, quod in eis non propriè sanguinem, sed saniem esse dicat Homerus. Ita autem scribit.

*Homer. Rapſ. 5. Iliad.*

←Πὰρ δ' αὐτὸς ἔστυ ἄναξ
Ἴφθιμος Τυδεΐδης, θώρηκα δὲ οἱ στέρνοφιν ἄμφω
Αἵματι τῷ ἐφόρει, ᾧ τε βροτὸς ἐξεπάλαιστος
Ταῦρον ἐπιβρίσας ἐλάσῃ περὶ βουκολίοισι.
—Fluxerunt hinc a vulnere sanguis,
Quo Dius fortis erat saucis munere bellis,
Quique illum nec clauit, ab eis nec vina labantem,
Vnde dei cruores, immortalis sanguis vocantur.

Hanc ergo saniem, quoniam non propriè eam esse sanguinem dixit Homerus, Poëtices esse sinit Cu-
mēs, & esse sanguine turpiorē. Putrefactio enim sanguinis sanies intelligitur. Sanguis, inquit Cu-
Celsus lib. 5. cap. 26. Celsus, omnibus notus est. Sanies est tenuior hoc, variè crassa, & glutinosa, & colorata. Pus crassi-
albissimūmq; glutinosius & sanguine & saniē, &c. De eo autem legatur Galenus lib. 6. de Sanitate tue-
da, & in libro Methodi 3. & Hippocr. lib. 4. de Ratione victus in morbis acutis. Ex quo satis intelligi-
saniē differre à sanguine, vt quæ sit putrefactio sanguinis. Quod autē est putrefactū est turpius eo quod
est purum & syncerum. Ichor ergo seu sanies in Diis quæ proportionem habet, & conuenientiam cum
sanguine humano, longè cēdit sanguini humano qui est purus & sincerus. Ex hoc ergo quod Dij san-
guinem habeant, vel saniem quæ habet conuenientiam cum sanguine humano, sequitur vt Dij ægro-
tent & curentur, esuriant & reficiantur. Quare & cætera quæ enumerat, mensæ, ebrietates, eius ho-
tus, eis accidunt sicut hominibus. [a] *Fuit autem humana quoque mensa.* Quod Iupiter Æthiopum mensæ
Homer. Il. Raps. fuerit particeps, Vide Homerum in Iliade,

Ζεὺς γὰρ ἐς ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας αἰθιοπῆας
Χθιζὸς ἔβη κατὰ δαῖτα, σὺν δ' ἅπαν ἕσπετο δῆρος.
Δωδεκάτῳ δέ τοι αὖθις ὑπουρανίωνες ἵκοντο.

*Iupiter Oceano est ad cœnam itumque profectus*
*Laudandos beri ad Æthiopes, omnesque secuti*
*Dij sunt, estque duodecimo repetiturus olympum.*

Quod autem Lycaon in Arcadia, ei in conuiuio, suū filium comedendum apposuerit, vide Ouid. li. Metamorph. Qui scribit Lycaonē in Lupum mutatum, & ex eo appellatum esse Ionem Lycæum. Sed aliter narrat Paulanias quàm Ouidius, vt qui scribat, non ipsum suū mactasse filiū, sed mulieres, vo-
tes experiri num ipse Iupiter tanquā Deus id esset cogniturus. Nyctimi autem Lycaonis filij mentio-
quidem Pausanias, sed nusquam scribit eum à patre fuisse interfectum. [a] *Egregias vere Iupiter.* Pro ve-
niā Ioui multa tribuit cognomina, quæ quo sunt præclariora, eo est indignius, quod nesciret ea que
per summā iniuriam fiebant ab hominibus. Ironiam autem excipit elegans correctio, qua in loco
rum cognominū alia surrogat turpia, & inhonesta. Diuinator autē, dicitur Græcè μάντις, id est
habens diuinandi, vt à quo Apollo, & alij eā vim acceperint. Hospitalis autem Græcè ξένιος, quòd
ipsitum curā gerat. Supplices exaudiens ἱκετῶν, quod iupplices exaudiat, & eis faueat. Clemens
id est iucundus & suauis. Is autē ἐπιμήλιος colebatur cum apud cæteras Græciæ ciuitates, tum
apud Athienienses, vt in primo histor. scribit Thucydides. Deo eo quoque multa in multis locis
Pausanias. De Ioue Panomphæo Eustathius in Iliade Homeri, exponens hunc versum.

Il. Raps. 8. Ἐνθα πανομφαίην ζῆνα βίηφιν ἐλασσεν.

Iupiter, inquit, Panomphæus quod attinet quidē ad allegoriā, is est ad quem omnis ὁμὴ, seu, vt Sue-
dicā, vox refertur, hoc est, aēr author omnis vocis. Vox enim est percussio aēris. Siautē spectem Eust.
Panōphæus est qui est author omnis diuinationis. Alij enim omnes dicuntur πάνοπτοι, id est iuspe-
Iouis, siue sint homines, siue Dij. ὄμφη autē dicitur propriè vox vera, quæ id quod est ostendit, non
τὸν ἔνυπνον. Sicut & ὄνειρος dicitur verū somniū, per quod id quod est dicitur. De quo etiam Panoph
Ouid. in Metamor. dicitur apud Ouidiū. Ara Panomphæo vetus est sacrata tonanti. Depulsor & auctor maior in eo
plari Græco Clemētis legitur πανεπόπτωρ, sed legendū arbitror ἀπόπτωρ. Quod quidem vt cum
facilius adducor, quòd Lucianus ita scribat,

Αλλ' ἔσχες ὀφθαλμὸν ἢ ζῳὸν ἀπόπτωρ ἀϊ.

De cæteris Iouis cognominibus legat qui volet Giraldū de historia Deorum. Quæ autē in mem-
cū per correctionē subrogauit, non aliunde sunt petenda quàm ex iis quæ de ipso Iuperint scripti Cle-
mens. Iouis enarrans scelera & flagitia. [b] *Sed tunc quidem fuit quando erat talis.* De Leda & Semele
sunt fabulæ & de Ganymede ab eo rapto eū esset versus in Aquilam. Eum autem intelligit cū qui Tro-
bulcum Phrygem. [a] *Quære tuum Iouem, ne seruaueris cælum.* Non est Iupiter quærendus in cælo, sed in se-
ra, cū ipse fuerit sepultus in Creta, vt ipsi narrant Cretenses, quibus maiorē habet fidem quàm Cal-
macho, qui eos hæc dicentes appellat mendaces. Sunt autem hi versus Callimachi in hymnis,

Callim. in hymno ad Iouem. Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται. καὶ γὰρ τάφον ὦ ἄνα σεῖο
Κρῆτες ἐτεκτήναντο, σὺ δ' οὐ θάνες. ἐσσὶ γὰρ ἀεί.
id est, *Mendaces semper Cretenses, namque sepulchrum*
*Construxere tuum, ô Rex, non es mortuus attamen*
*Ipse, sed es semper.*

[a] *Iam vero videatur ipse quoque, &c.* Dixit antea eos doceri, & eis apertè ostendi meras esse fabulas quæ
Dijs scripta sunt. Nunc autē dicit etiam eos ipsos qui Deos colunt, quos Δεισιδαίμονας vocant, non
adeo stupidos & nullo sensu præditos, vt suum de Dijs errorem non agnoscant, vt qui habeant ratio-
nationis participem, & sunt homines non quercus quæ stultæ quidem, sed non sentiunt, nec lapides
nec viuunt nec sentiunt. Versus autem Græcus ita habet,

Οὐ γὰρ ἀπὸ δρυὸς ἐσσὶ πελασγάτης, οὐδ' ἀπὸ πέτρης,
Ἀλλ' ἀνθρώπων γένος ἐσσί.

Quod verti autem annosam quercū, Græcè est ἀπὸ δρυὸς πελασγάτης ἢ παλαιᾶς, inquit Etymologicū Gra-
cū πελασγιώτης, pro eo quod est ex quercu olim excisa, vel de qua olim sparsa est fama quod sit homini
genitrix. Est enim in fabulis quod ex quercubus & lapidibus olim nati sunt homines, vt est quod dici-
tur ἀπὸ δρυὸς ἐσσὶ πελασγάτης. Hūc ipsum quidē versum citat, sed cuiusnā sit authoris, nec ipse dicit, nec
scio. [b] *Paulo post autem inuenietur.* Etsi, inquit, sunt huiusmodi vt suum errorem facile possint agno-
re, res autē ipsa postea indicabit eos in Diis suis agnoscendis, non plus sentire aut sapere, quàm quercus
aut petræ. [a] *Agamemnonem certè quendam.* Nec de Stapylo, nec de Agamēnone Iouē memini me



quid legere. [a] *Phanocles autem in pulchris.* Phanoclis Poëtæ meminit Eusebius in Chronicis, dicens. Ob
ceptum Ganymedis & Trois patris Ganymedis, & Tantali exortū est bellū, vt scribit Phanocles Poë- *Euseb. de Regibus Atticorum. Pausan. in Achaicis & Atticis.*
ta. Pausanias autē li. 7. Achaicorū scribit Elazomenios habere lauacra in quibus colitur Agamemnon.
Item Pausanias lib. 1. Atticorum enumerat aliquos, qui cum fuerint homines, in Deorum numerum à
Græcis sunt relati, Amphiaraū, Protesilaum, Trophoniū. In eorū numerū potuit referri Agamemnon,
quem nam Mycænæorum dicit fuisse Regem, sed Græcorū. Hic locus vtcunq; est à nobis explicatus, &
mihi videbar feciſſe operæpretiū quod aliquem sensum elicuissem, sed cùm post ea legissem quæ scri-
bit diligentissimus Giraldus de Venere Argynni, historiæ Deorū syntagm. XIII. visus est hic Clementis
locus ſe emendāſſe, τυγχάνω ἤδη τῶν καλῶν ἀγαλμάτων, τῶν ἐν Δελφοῖς ἀναθημάτων ἕνεκεν ἐν
Δελφοῖς ἀνῳκοδόμησεν. Phanocles autē in pulchris amoribus, ſupple refert, Agamemnonem Regem Græco-
rum Argynnis templum posuisse Veneris propter Argynnum quem amabat. Argynnis Venus, inquit,
Giraldus cognominata est ab Argynno pueri nomine, de quo apud Athenæum libro decimotertio le-
gimus, quod puer fuerit ab Agamemnone Rege amatus, qui cum frequentius nataret in flumine Ce-
phiſo, fertur, quo in loco eum ſepeliuit Agamemnon, ibidemque Veneris Argynnidos templum con-
struxit. Huc illud Propertij ſanius intelligitur.

*Sunt Agamemnonias teſtantia littora curas*
*Quæ natat Argynni puena natantis aquæ.*

[a] *Diana quæ vocatur ἀπὸ γονάτων.* Cur Diana dicatur apud Arcadas ἀπὸ γονάτων, cauſam affert Pauſanias in Arcadicis. Pueri circa templum Condyleatidis videlicet Veneris cum luderent, (numerū non indicat) *Pauſan. Arcad. 8.*
in lucum inciderūt. Hoc itaq; collo ſimulachri iniecto, ſtrangulatam, ἀπὸ γονάτων ſcilicet, cōclama-
runt. Parthenio hoc facinore, Caphienſes lapidibus pueros obruerunt. Quo facto morbus eorū vxo-
rum mulos vt abortū facerent, donec ſepeliendos eſſe pueros Apollo reſpōdit, eiſq; quotannis ſacrifi-
cium ferre: eas enim eſſe interfectos. Idcirco Caphienſes tum alia ex oraculo etiamnū faciūt, tum il-
lam Condyleis Deam (nam & hoc ab oraculo iniunctum eſſe aiunt) à ſtrangulando poſt hæc apan-
tomenon vocant. Callimachi autem liber de Cauſis, non extat hodie. [b] *Colitur etiam Methymnæ alia*
*Venus Ἐπιτύμβιος.* Methymnam conſtat eſſe oppidum Leſbi inſulæ, ſed quòd in ea colatur Venus Cōdy-
leatis eorum memini me legere. [c] *Eſt etiam Podagræ alterius Dianæ templum.* Cum nec extet Soſibius, nec
alius Diana Podagra alij quidquam ſcripſerint, nihil mihi occurrit quod dicam amplius. [d] *Polemo au-*
tem Ἀπόλλωνος ἀποτροπίου. Giraldus qui omnia Apollinis cognomina diligētiſſimè colligit ἀλεξίκακον ἀποτρόπαιον, id
eſt Oblectorem Apollinis ex Polemone in epiſtola ad Attalū meminit, eāmq, dicit coli ab Elæis, ſed
in Elæa Apolline ne verbum quidem facit, ſed nec de eo quidquam alibi reperi. [e] *Hic Elei Iouī ἀπομυίῳ*
ſacrificant. Iupiter ἀπομύιος cur dictus ſit, narrat Giraldus hiſtoriæ Deorū ſyntagmate, nempe à fugandis
è pellendis muſcis. Nam cū Hercules in Olympia rem diuinā faceret, & ei infeſtæ eſſent muſcæ Ioui
Ἀπομυίῳ ſacrificauit. Quo factū eſt vt omnes muſcæ vltra Alpheum fluuium euolarint. Quo in loco
ſtatuam eidem Ioui Apomyio ſacrificare cōſueuerunt. Quod quidē ſumpſit idē Giraldus ex Pau-
ſania Eliacis. [f] *Romam ſacrificante ἀπομυίῳ Herculi.* Hercules fortè, ideo dictus eſt, vt diximus, Apomy-
us, quòd ei ri infeſtæ eſſent ſacrificanti, ſacrificio Ioui facto eas vltra Alphæū expulerit. Quod febrem
quoq; à pallorem, tanquā Deos coluerint Romani apud omnes ferè hiſtoricos Romanos licet vide-
re, & Celſi Artitio lib. 1. cap. 11. Colebātur enim pro Diis nōnulli, nō vt prodeſſent, ſed ne obeſſent. Di-
uersitō ſcripſit Cicero de natura Deorū tertio. Illud, inquit, profecto conſiteamini longè aliter
videri atq; hominum opimio ſit, eos enim qui Dei appellantur, rerum naturam eſſe, nō figuras
Deorum. Qui tantus error fuit, vt perniciosis etiam rebus, nō tantum nomen Deorum tribueretur, ſed
templa aræ conſtrueretur. Febris enim phanū in palatio videmus. Apud hiſtoricos quoq; Romanos
legimus Herculi tanquā Deo ſacrificatur, & eſſent eius Sacerdotes ex familiis Potitiorū & Pi-
narium. Sed quod Herculi Apomyio ſacrificarent, Herculiq; ſocios adſciſcerent febrē & pauorem,
ne omnia me alibi legere. Hic eſt autē animaduertendum, quod cùm febris dicatur Græcè πυρετός, in
neutro ſolo. Clemēs qui intelligebat febrē eſſe fœminini generis apud Romanos, non πυρετὸν di-
cit, ſed ἡ πυρετός in fœminino. [g] *Mitto autem Argynnos.* De hac Venere quæ apud Argiuos colebatur, apud
quos ſolos extant auctores, nuſquam quod ſciā, ſit mentio. [h] *Argiuos & Lacones.* De Venere Chelyti-
de apud authores veteres, nec apud recētiores meminime aliquid legere. Clemēs dicit eam vocari
Χελυτίδα, & coli ab Argiuis, Laconibus, & etiam Spartanis quoniā χελώνη, apud eos ſit tuſſis. Sed
non intelligo, cur dicatur Venus tuſſis. Sed nec quod χελώνη ſignificet tuſſire alibi legi. Nā Her-
molaus Barbarus in 8. Plin. cap. 10. nō alium citat quā hūc locū. Solus Hippocrates dicit χελώνειν τὸν
ἄνθρωπον, parū tuſſim, χελώνειν δ' ἔοικεν, id eſt tuſſiculam, dicit eſſe ſiccam, quādo nihil humoris quod
tuſſiendo ſit os accedit. [i] *Vndenam putas ſcriptum eſt ad te.* Quaſi diceret, videtis quænam ſint Deorum
veterum cognomina, quę facile arguunt quales ſunt Dij quos colitis. Sed ea quæ à nobis adducūtur,
non ex veſtris adducimus authoribus ad refellendā veſtrā incredulitatē? At videmini eos nō agnoſ-
cere in eos exclamat. O miſeri, inquit, quorū vita, quæ ne vita quidē eſt dicenda, eſt plena im-
pietatis. Sunt enim omnia quæ de Diis ſcribuntur planè ridicula. [k] *An non celsus quidē Iupiter, Ar-*
gynnum qui omnia Iouis nomina & cognomina diligentiſſimè eſt perſecutus, Caluī Iouis nuſquā
meminerit. Viderem autem Iouem dicit à Romanis fuiſſe cultum, ſicut & Martē vltorē, quod ſceleratō-
rum facta vlciſceretur. Plinius lib. 36. cap. 15. Pātheon, inquit, Iouī vltori ab Agrippa factū. Idem
Ouidius, & vltor. Ex quo patet Iouem vltorē non ſolum cultū fuiſſe apud Romanos, ſed etiam
ſtatuam. [l] *An non Veneri quidem.* Venus μειλιχία, ea eſt quæ dicitur ab aliis μειλιχιώ, vt dicit Giral-
dus. Venus autem, idem eſt quod ἑταιρεία, id eſt equitas. ἑταῖρος autem, id eſt amica. Apud
Athenæum Venus ἑταίρα, id eſt amica dicitur, vt ſcribit Athenodorus in libro Deorū, quæ amicos &
familiares cogit. Nam & liberæ mulieres & virgines his etiā temporibus familiares & domeſticas

amicas appellāt. Appellant amicas & merentes fœminas, id est meretrices, &c. Hæc Athenæus [illegible] soph. lib. 13. De ea vide etiā Cœlium Rhodiginum lib. 14. c. 6. Venus autem quænā fuerit Callip[illegible] quænā fuerit origo huius cognominis, vide etiā apud Athenæum lib. 12. c. 31. ad quos te remitto [illegible] prolixior. In Chiliadibus Erasmi vide prouerbium; Ne in Melāpygum incidas, vbi videbis [illegible] [illegible] & [illegible]. ᵖ *Dionysium autem iam taceo* [illegible]. Per occupationem inter cæteros Deos [illegible] scœnos enumerat Dionysiū [illegible], qui colitur à Sicyoniis: sed de quo apud alios authores [illegible] gitur: [illegible] autē dici potest, & qui porcos & qui muliebre membrū cōtrectat, vtcūq; enim [illegible] ficat [illegible] certè apud Aristophanē in Comœdia, cui nomē Acharnes significat in multis locis [illegible] dendum muliebre. Quod autem in hac significatione hic quoq; accipiatur, ostēdit ipse Clemēs, [illegible] eos Dionysium præficere membris muliebribus. ᵠ *Tales quidem sunt ipsis Dei.* Hic concludit totum [illegible] locum de Diis Græcorū: & cum quàm turpes & inhonesti essent, vel ex ipsis docuisset cognomin[illegible] veluti quodam epiphonemate acclamat, & ipsis Deos eis esse tales, & eos se in Deos ita gerere [illegible] ludant, & seipsos ludibrio & probro afficiāt. ʳ *Et quanto melius, Ægyptij.* Transit nunc à Diis Græcorum ad superstitionem Ægyptiorum, quam conferens cum impia Græcorum religione eo nomine pr[illegible] quod Ægyptij quidem bruta colāt animantia, sed quæ nō sunt libidini dedita, neq; vllum ex [illegible] naturalem cōquirit voluptatem, Græci autem rationis quidē participes homines colunt tanquā [illegible] sed omnibus vitiis & flagitiis obrutos. De Ægyptiorū autem superstitione præter ea quæ cita[illegible] perius ex Anchorato Epiphanij, vide Herodotum in Euterpe. Diodorum lib. 2. c. 4. Lucianū de [illegible] ciis, & Eusebium de præparat. Euangelica, Arnobium aduersus gentes, & Cyrillum aduersus I[illegible] ˢ *Porro autem, Ægyptij.* In quā varios cultus ac religiones dispersi essent Ægyptij, paucis sic scribit Strabo, ita enim verti. Quædā animalia cōmuniter omnes colunt Ægyptij, vtpote ex terrestribus, quidem [illegible] bouem, canem, felem: ex volucribus autem duo, accipitrem & Ibim: ex aquatilibus verò duo, [illegible] piscem & oxyrinchum. Alia autem sunt quæ singuli per se colunt, sicut Saitæ ouem, & Thebani [illegible] autem piscem quendam qui est in Nilo, Latopolitani: Lupum Lycopolitani: Cynocephalū Herm[illegible] litani: Cepū Babylonij qui sunt iuxta Memphim. Est autem Cepus facie quidem Satyro simili[illegible] autem est medius inter canem & vrsum. Nascitur in Æthiopia. Aquilam autem Thebani, Leon[illegible] topolitani, Caprā & hircum Mendesij, Murem autem Araneum Athribitæ, alium verò aliquid [illegible] Strabo. Nullum autem inuenio qui dicat Euenitas colere Pagrum, atq; adeò nec Euenitas qu[illegible] inter ciues Ægyptij. Fieri tamē potuit vt hæc ciuitas in Phagrogriopolitana Præfectura (ita enim [illegible] ptiū [illegible] vocat Plinius) cuius meminit idē Strabo sita esset, vt quæ ita sit appellata à pagris qu[illegible] bat. Neq; verò mirum, si, cum Ægypti oppidorū tot fuerint millia, à scriptoribus aliquod [illegible] Sciendum est autē aliud esse Pagrum de quo hic loquitur Clemens, & de quo scribit Athenæus [illegible] aliud Pagurum qui est genus cācri. Diuisa autē fuit Ægyptus, teste Plinio, in [illegible] quas præfectu[illegible] vocauit. Sūt autē [illegible], id est distributæ partes terræ, vt vult Suidas. Eas præfectu[illegible] ras enumerat ibidē Plinius, & nominat. Sed sunt multa earum nomina mutata. Multæ autē ex [illegible] perunt nomina ab animalibus quæ pro Diis colebāt, vt Lycopolitani à Lupo, Leontopolitani à Le[illegible] Cynopolitani à cane. Oxyrinchitæ à pisce Oxyrincho, cui etiā canem mactabāt & comedebāt, [illegible] Cynopolitani Oxyrinchum eorum Deum non dubitarēt comedere, vt scribit Pierius. Quinam [illegible] sit piscis quem Meōten appellat Clemens, & quem dicit coli ab iis qui Elephātinam habitant, [illegible] legi. Sed nec Elephantinam vsquā legi numerari inter præfecturas Ægypti. Etymologicum [illegible] cum dicit [illegible], dici Ægyptiam & [illegible], nempe Ægyptium, vt Elephantina nō [illegible] cta regio Ægypti, sed ipsa Ægyptus. ᵗ *Ex vobis quidam Ciconias honore affecerūt.* De Ciconiis scribit P[illegible] Honos iis, nēpe Ciconiis serpentium exitio tātus, vt in Thessalia capitale fuerit occidisse, [illegible] pœna quæ in homicidā. Quod etiam scribit Stephanus de vrbibus, [illegible] [illegible]. In Thessalia non licet occidere Ciconias, regionis enim [illegible] perimunt. Quod quidem mihi persuadet, vt existimem aliquid deesse in contextu Clementis. [illegible] enim est probabile Thessalos eas honorasse propter solam consuetudinem, si non ab eis aliqu[illegible] gnum acciperent beneficium, nēpe id propter quod adhuc hodie in honore habentur in inferi[illegible] mania, quam vocant Flandriam, in qua etiam fertur esse capitale eas occidere, propterea quod [illegible] gionem purgent à serpentibus. Sed licet Thessali honorarent Ciconias, non tamen eas habeb[illegible] Diis, in quo magis quam Thessali erant vituperandi Ægyptij. ᵘ *Thebani autem mustelas.* Propter [illegible] Græcè est [illegible], id est propter natiuitatem, vt ita dicam, Herculis. Quod Thebani mustelam [illegible] rarint propter ortum Herculis nusquam legi. Quod autem mustela sit Herculi dedicata leg[illegible] apud Eustathium in Homeri Iliade Rapſ. ξ. in expositione huius versus,

Cœlius Rhodig. lib. 14. cap. 6.
Erasm in Chiliad. 2. cent. 1. prouerb. 43.
Strabo. lib. 17.
Pagri meminit Athen. de Mesoph. 7.
Plin. lib. 5. cap. 9.
Pierius Hierogl. lib. 5. cap. Decreta.
Plin. lib. 10. cap. 23.
Eustath. in Homer. Rapſ. ξ.

[illegible]

id est, *Obstitit Alcmenæ parienti, ab eàque repressit.*

Lucinam, de Iunone loquēs. Hic, inquit, feruntur nugæ fabulosæ, quod dum parturiret Alcmena [illegible] eius manus cōpresserunt, cùm autem transisset mustela, dissoluerunt, quo etiā tempore nato H[illegible] existimatum est mustelam ei fuisse nutricem. Vnde Herculi dedicata fuit mustela. ˣ *Quid verò [illegible]* Myrmidones alij dictos esse à Myrmidone Heroë Iouis filio & Eurymeduse, alij à formicis, quas [illegible] [illegible] vocant, Æaci precibus in homines cōuersis, quam fabulam elegantissimè narrat Ouidius [illegible] 7. c. 24. & eius allegoriam pulchrè exponit Eustathius in Rapſ. β. Iliados. Sed quod Iupiter form[illegible] simulatus cum Eurymedula Cereris filia coierit, & Myrmidonē ex ea susceperit, nec Ouidius [illegible] tamorphos. diligenter est persecutus, meminit, nec ego vsquam legi. ʸ *Polemo autem refert eos qui [illegible]* Quid narrarit Polemo videmus ex Clemente, ex ipso autem nō possumus qui hodie non extat. V[illegible] autem Polemo significare & Troes celebrasse mures, propterea quod arcuū suorū chordas [illegible] vt eos placarent, & Apollinē, propterea quod eos expulisset, & ea de causa appellatū esse Smyn[illegible]

De Smyn-



De Smyntheo Apolline sit scribit Eustathius in Rapſ. 1. Iliados. Smyntheus est epithetū Apollinis, & [illegible] quidē aiunt, eum sic appellari à Smynthe ciuitate circa Troiā, cuius ciuis & Smyntheus dicitur, vt [illegible] Smyntheus Apollo qui in ciuitate Smynthe colitur. Alij autē dicunt eum sic vocari à Smynthis qui [illegible] dicuntur. Videtur enim mures sustulisse qui incolas offendebāt, quo factum est, vt templū sit ei [illegible] & ipse sit vocatus [illegible], propter mures expulsos, quos indigenæ appellabāt [illegible]. De his ad[illegible] plura scribit idem paulo pòst, quæ cōsultò prætereo ne sim prolixior. De eodem Apolline Smyn[illegible], vide Cœlium Rhodiginum qui etiam adnotauit quàm leuibus & friuolis de causis vanis Diis, & [illegible] populo, vana imponerentur cognomina. ᶻ *Heraclides autem dicit in ædificationibus templorum.* Plinius lib. 4. cap. 1. vbi recenset Epiri populos inter eos nominat etiam Acharnanes, dicens, Acharnania quæ [illegible] Curetis vocabatur oppida, Heraclea, Echinus, & in ore ipso colonia Augusti Actium, cum tem[illegible] Apollinis nobili. In eo ergo templo Apollinis, bos prius sacrificabatur muscis, quàm ipsi Apollini, [illegible] author est Heraclides, teste Clemente. Minus autē mirum quod Myagro, qui est Deus muscarū ante [illegible] Pausanias dicat in Arcadicis, quo fiebat vt muscæ auolarent. Is autē Myager Deus muscarū, [illegible] qui dicitur in Euangelio princeps Dæmoniorum nomine Beelzebub, quem D. Hieronymus [illegible] Ecclesiasten, dicit significare vel idolum, vel dominum, ac possessorem muscarum. Illud autē in [illegible] templorum, est verisimile significare aliquem librum ab eo scriptum. ᵃ *Neq; verò oblini-[illegible]* Si extaret Euphorion, ex ipso sciremus quod dicit Clemens. Nam quod ouis quidē sacri[illegible] apud omnes ferè scriptores inueneris. Quod autē ipsi oui vsquam sacrificaretur, existimo vix [illegible] inueniri. ᵇ *Sed nec eorum qui Phœniciam colunt Syrorum, &c.* Diodorus lib. 3. iuxta Ascalonem vr[illegible] esse scribit, vbi templū insigne fuit Deæ quàm Syri [illegible] vocabant, quæ Dea muliebri fa[illegible] autem corpus figura piscis fuisse perhibetur, cuius filia Semiramis à colūbis fuit educata, [illegible] ideo Syris sacræ. De hac Derceto vide Giraldum in historiæ Deorum primo syntagmate, qui [illegible] scribit copiosissimè. Est autem verisimile hāc Derceto fuisse Dagon Deū, de quo scribitur in [illegible] Regum. Dagon enim lingua Phœnicum significat piscem, qui etiā lingua Hebræa dicitur דג dag. ᶜ *[illegible] non sunt Dij.* Postquam ostendit Clemens Deos qui coluntur à gentibus, esse vel ini[illegible] & flagitiosissimos homines, vel bestias, non solùm apud Ægyptios, sed etiam apud eos ipsos [illegible] quibus irridebantur, quoniam eo cōfugiebant Græci, vt dicerent se, nec homines nec bestias [illegible] Diis colere, sed Dæmones qui sunt hominibus præstantiores: Dæmones enim secundū locū à Diis [illegible], nunc aggreditur de iis dicere. ᵈ *Atque si sunt quidem Dæmones.* Si sunt, inquit, liguritores & scele[illegible] Dæmones, vt qui sacrificiorum delectentur nidoribus sceleratáq; & nefaria admittant, nō est quod [illegible] alibi quærētur colendi, cum multæ ciuitates suos peculiares & indigenas habeāt Dæmones [illegible] dissimiles, & eorū aliquos Pythia vates Apollinis iusserit colere, vt apud Platæenses. Vndénā au[illegible] nomina sumpserit Clemēs, an ex archiuis ciuitatū quas nominat, an ex historicis qui perierūt, [illegible] me nescire. Quod autē verti Phaleris, Græcè est [illegible], id est in Atticæ populo qui dici[illegible] Phalereus. Est autē verisimile Pythiā iussisse Platæensibus, vt eos colerent, quos nominat Clemēs, [illegible] quo Mardonius cum centum Persarum millibus à Pausania Lacedæmonio fusus fuit & pro[illegible]. Medi enim sæpe accipiuntur pro Persis, & Medica certamina vocat Clemens, bella quæ per se [illegible] aduersus Græcos. ᵉ *Possunt alij quoque.* Sunt multæ ciuitates quæ suos peculiares & indigenas [illegible] Dæmones, quos ipsæ colunt relatos in Deos. Sed quàm plurimos esse alios potest quiuis perspi[illegible] gere, ex eo quod scribit Hesiodus triginta millia Dæmonum immortalium esse super terram, [illegible] hominum custodia. ᶠ *Quinam sunt hi custodes.* Conuertite sermonem ad horum versuum [illegible] nempe Hesiodum, qui erat genere Bœotius, ex vico autem nomine Ascra, dictus est Ascræus. ᵍ *[illegible] fugiamus nos custodiunt.* Dixerat Hesiodus Dæmones esse hominum custodes. Nunc autem [illegible] Clemens eos vel non esse hominum custodes, vel si sint, eam custodiam illis esse bono non ho[illegible]. [illegible] enim rogat Hesiodum. Cur nos custodiunt? Num ne fugiamus? Et hoc præterit tanquam [illegible] ad quod respondeatur. Deinde subiungit, Num ne peccemus qui peccatorum nō fecerunt [illegible] Ad quod respōdet hic vtiq; licet eloqui, id quod habet instar prouerbij: Pater qui non po[illegible] corrigit filium. Quasi diceret; Quomodo possunt Dæmones nos custodire, ne peccemus, [illegible] peccant, nec possunt corrigi, & non solum sunt mali, sed & homines tentant, & ad mala indu[illegible] quidem certè Diabolus à Christo dicitur [illegible], quasi dicas, Ille malus vel ma[illegible]. Ita probauit Dæmones hominum non esse custodes. Nunc autem probat [illegible], id est ex [illegible], quod & si maximè sunt hominum custodes, eos custodiunt & obseruant ad suam non ad [illegible] vtilitatem, vt qui tanquam adulatores & parasiti sacrificiorum venentur nidores & obso[illegible] [illegible]torum odorem. ʰ *Tales quidem sunt apud vos.* Hoc veluti Epiphonemate conclusit quod [illegible] Dij vel Dæmones non sunt hominum custodes. Tales, inquit, sunt apud vos Dei & Dæ[illegible]. Quibus addit semideos. Ij autem sunt vel quos vocant Heroes, vel Fauni & Satyri. Ij autem ita [illegible] inquit, semidei, quomodo muli qui ex equo & asina sunt nati, Græcè vocantur [illegible], id est [illegible]. Neque enim, inquit, desunt vobis vocabula quibus vestram componatis impietatem.

Eustath. Rapſ. 1. Il.
Cœl. Rhodig. antiq. lect. lib. 6. cap. 7.

*[illegible] verò hoc quoque adiiciamus, quod inhumani & homines odio habentes dæmones [illegible] vestri dij, & non solùm lætantur hominum furore & amentia, sed etiam ex ho[illegible] cæde fruuntur voluptate, nunc quidem armatas in stadiis contentiones, nunc [illegible] innumerabiles de laude in bellis decernationes, sibi præbentes materiam volupta[illegible], vel maximè possint humanis affatim expleri cædibus.* ᵇ *Iam verò cùm ciuitates*

& gentes, tanquam pestes inuasissent, sæua postularunt libamina. Et Aristomenes quidem Messenius, Ithometæ Ioui mactauit trecentos, se tot & tales hecatombæ rite sacrificare existimans, in quibus etiam Theopompus, rex Lacedæmoniorum, ea præclara victima. Tauri autem populi qui habitant circa Tauricam Chersonesum, quoscunque hospites apud se ceperint, ex iis qui mari aberrarunt, Dianæ Tauricæ eos statim sacrificant. Hæc autem hominum sacrificia decantat Euripides in tragœdia. [c] Monimus autem in Collectione rerum mirabilium, refert Pelle Thessaliæ Acheum hominem sacrificari Peleo & Chironi. [d] Lyctij autem (sunt verò hi gens Cretensium) pronunciat itidem Anticlides in reditibus, Ioui mactare homines: [e] Cæ Lesbos Dionysio simile offerre sacrificium dicit Dositheus. Phocenses autem (neque eos præteribo) scribit Pythocles in tertio de Concordia, hominem holocaustum offerre Dianæ Tauricæ. Erechtheus autem Atticus, & Marius Romanus sacrificauerunt suas filias, quorum ille quidem Persephone, vt Demaratus in primo Rerum trag rum, hic autem, nempe Marius, diis Auerruncanis seu malorum depulsoribus, v Dorotheus scribit in quarto Rerum Italicarum. [f] Hominibus quidem bene vela re his rebus ostenduntur dæmones. [g] Quomodo ergo non sunt sancti, qui sunt cultui deo num ac superstitioni dediti? alij quidem dæmones tanquam seruatores bonis verbo pr sequentes, alij vero petentes salutem à salutis insidiatoribus. Dum ergo existimo eis rite sacrificare & litare, non animaduertunt se homines occidere. Non enim ex hac cædes fit hostia sacra: neque si quis Dianæ & Ioui in sacro loco, magis quàm sacra auaritiæ & aliis similibus dæmonibus in altaribus vel viis hominem occiderit, sacrum a pellans hostiam, id sacrum est, sed est cædes & homicidium tale sacrificium. [h] Qu ergo, ô homines aliorum hominum sapientissimi: feras quidem immites fugimus, & cubi in vrsum vel leonem incidimus, diuertimus?

Iliad. 3. Verg. 2.

Improuisum aspris veluti qui sentibus anguem,
Pressit humi nitens, trepiduspque repente refugit.

Pernicioſos autem & exitiales insidiatores, hominumque hostes & prædones, cùm dæmones esse prius senseritis & intelligatis, non declinatis, non auersamini? [i] Quamquam autem veri dixerint improbi, vel quámnam attulerint vtilitatem? Iam ego tibi pro ostendere hominem vestris istis diis, nempe dæmonibus, meliorem: Apolline vat rum & Solonem. Munera diligit vester Phœbus, non homines. Prodidit Cræsum cum, & mercedis oblitus, adeò erat gloriæ cupidus, Cræsum ad rogum deduxit Halym. Sic amantes dæmones deducunt ad ignem. [k] Sed tu ô homo, qui es Apolline minum amantior & verior, miserere eius qui vinctus est supra pyram. Er tu qui Solon vaticinare veritatem. Tu autem Cyre iube pyram extingui. Tu prostremo à Cr se fac vt sapias, cùm tuo malo id didiceris. Est ingratus is quem adoras: capit mor dem, & auro accepto mentitur. Vide rursus finem: an non dæmon, sed homo tibi Non obliqua vaticinatur Solon, eum benignè intelliges: verum solum ô Barbare re sum hoc in pyra experieris. [l] Vnde venit mihi in mentem admirari, quibusnam tan visis abducti homines qui sunt decepti, superstitionem & dæmonum cultum amanu runt hominibus, sceleratos dæmones colere lege lata iubentes, seu fuerit ille Phoro seu Merops, seu aliquis alius, qui eis posuerunt templa & altaria, & præterea sacr cia eis primo obtulisse dicti sunt: [m] nam posterioribus quidem certè temporibus, runt deos quos adorarent. Hunc quidem certè Amorem seu Cupidinem, qui dicitur inter deos antiquissimos, nemo prius colebat, quam Charmus ceperit quendam adul centulum, & aram elegantiorem posuerit in Academia, postquam expleta sunt



ditas, & morbi intemperantiam appellarunt Amorem, intemperantem cupiditatem in deorum numerum referentes. [n] Athenienses autem nec quis quidem esset Pan nouerant, priusquam eis diceret Philippides. Meritò ergo dæmonum cultus, cùm alicunde cepisset principium, fons fuit stolidi vitij. Deinde cùm non fuisset rescissus, sed accepisset augmentum, & magno fluxisset alueo, est multorum architectus dæmonum, sacrificiis hecatombas, & conuentus celebrans, & imagines erigens, & templa ædificans. [o] Quæ quidem nec ipsa silentio prætermittam, atque adeò ipsa conuincam specioso quidem nomine nominari templa, fuisse autem sepulchra, hoc est, sepulchra vocata fuisse templa. Vos autem vel nunc saltem dæmonum cultus & superstitionis obliuiscamini, sepulchra colere erubescentes. [p] In templo Minervæ, Lariſſæ, in arce est sepulchrum Acrisij. [q] Athenis autem in arce, Cecropis, vt ait Antiochus in nono Historiarum. [r] Quid verò Erichthonius, non fuit sepultus in templo Poliadis? [s] Immarus autem fi lius Eumolpi & Dairæ, non fuit sepultus in ambitu Eleusinij, quod est sub arce? Ede autem Celei, non sunt sepultæ Eleusine? Quid tibi enumerem vxores Hyperbo reorum? Hyperoche & Laodice sepultæ sunt in Artemisio templo Delij Apollinis. Lambrius autem dicit Clearchum fuisse Mileti sepultum in Didymæo. Hic Leucophryes monimentum par est non prætermittere, sequendo Zenonem Myndium, quæ in templo Dianæ sepulta est, Magnesiæ. Sed neque Apollonis aram quæ est in Telmissa, quam ipsam quoque scribunt esse monimentum Telmissis vatis. Ptolomæus autem filius Agesarchæ, in primo eorum quæ scribit de Philopatre, dicit Paphi, in templo Veneris sepultum esse Cyniram & eius nepotes. Sed mihi quidem persequenti sepulchra quæ adorantur, ne vniuersum quidem tempus suffecerit. Vos autem, si non eorum quæ dicitis vos aliquis pudor subeat, planè mortuis credentes circumcurrite. O miseri cur nam hoc malum toleratis? Nocte certè capita vobis sunt inuolura.

## COMMENTARIVS.

[a] *Aut vel hoc quoque adiiciamus.* Non sufficit, inquit, Dæmonibus quod homines ad vitia incitant, per quæ eorum lædituꝛ, & ad insaniam adigitur, sed etiam in eos suam exercent crudelitatẽ, & ad gladiatoꝛios incitantes certamina, & ad belli laudem & gloriam affectandam prouocantes, vt qui hominũ cædibus gaudent. Hoc videre licet apud Homerũ qui in Iliade introducit Deos, alios Græcis, alios Troianis fauentes, & ad pugnam strenuè capessendam exhortantes. [b] *Iam verò cum cruentates.* Hæc quæ hic dicit Clemens de Aristomene Messenio transcripsit Eusebius in quartum librũ Præparat. Euangelicæ, & de eodem Aristomene eadem narrat Cyrillus aduersus Iulianum. De Aristomene autẽ historiam, Pausanias lib. Messeniorum, dicit fuisse scriptã à duobus, quorum alter nomine Rianus, soluta scripsit oratione, alter nomine Myron carmine. Ille inter trecentos Lacedæmonios quos Ioui Ithometæ mactauit Aristomenes, enumerat Myron Theopompũ Regẽ Lacedæmoniorũ. Quod Pausaniæ non videtur probandum. Myronem tamen secutus est Clemens. Plin lib. 11. scribit virum fortissimum fuisse Aristomenẽ, Plin. lib. 11. cap. 9. qui à Lacedæmoniis captus, ex eorum manibus sæpius euasisset, postremo ab eis cõprehensus, fuit crucibus affixus. Fuit autem cor eius hirsutũ, quod est signum maximæ fortitudinis. Cùm duobus autẽ dicatum sit Iupiter Ithometes seu Ithomates, nempe & Ithomæ quæ est vrbs Thessaliæ Pelasgica, & Messeniæ, vbi scribunt fuisse Iouem nutritũ ab Ithome & Neda quarũ altera monti & vrbi nomen dedisse, vt tradit Pausanias in Messenicis, de eo Ioue hic est intelligendũ qui colebatur Messenio, vt tradit Pausanias in Messenicis, de eo Ioue hic est intelligendũ qui colebatur Messenibus. Eorum scribit Clemens de diana Taurica, cui immolabantur aduenę qui in eũ locũ appulerant Tauri. Horum quartum transtulit Eusebius, quem sic vertit Trapezontius. Tauroscitæ autẽ quoscunque ceperint (capiunt autẽ multos) qui fluctibus & tempestate ad eos depelluntur, Dianæ Tauricæ solẽt, quæ sacrificia tragica in scena Euripides decantauit. Sic Trapezontius. Nos ipsa quoque magis secuti sumus. De Diana autem Taurica, vide quæ copiosissimè scribit Giraldus Syntagmate. *Monimus autem in Collectione.* Hoc quoque vertit Trapezontius, sed addidit Thessaliæ, quod non est in nostro exẽplari Græco. De Monimo scriptore nusquam hic vlla mentio. [d] *Lyctij autem (sunt verò hi gens Cretensium.)* Trapezontij exemplar habet Lycij. Ita enim vertit ipse, & melius meo iudicio, cùm Lycij quidẽ sint in Asia, Lyctij verò inter populos Cretę. In nostro exẽplari, erat ὁ λύκτιος, quod vertimus in reditibus, quod Trapezontius, an de industria, an quod in suo deesset exemplari, nescio. [e] *Et Lesbi. Dionysio.* Cum nec extent authores qui hæc scripserunt, ne de ijs quidquã inuenitur, nec frustra sunt

quærenda aliorum testimonia. Minus autem mirum videri debet quod quidã Dæmonibus suos fanciarint filias, quod gẽtes solitas esse facere legitur in sacra Scriptura, cum Iephte legatur, vt ex voti regione solueret, qua se obligarat, Deo vouens quod primũ occurrisset Deo sacrificaturũ, sua filiam hostia sacrificasse. Quod autẽ verti Marius Romanus, vertit Trapezõtius Macarius, suũ, vt arbitror, secutus exemplar, est autẽ verisimilius legendum esse Marius, quod est nomen Latinũ, quam Macarius, quod Græcum. Deos autem ἀνθρωποειδεῖς, cur defensores verterit Trapezõtius, nõ video melius, vt ego quidem sentio, auertuncanos versurus aut malorũ depulsores. [1] *Hominibus quidem bene velle.* Totum hinc locum de crudelitate Dæmonum humanas hostias suscipientium eleganti cõcludit ironia. Ex his scilicet quæ diximus, ostenditur quænam sit Dæmonum in homines benevolentia. [2] *Quomodo ergo non sunt sæui.* Alia rursus ironia eos irridet qui Dæmonibus homines mactantes se sanctos & pios existimabãt, vt ex Deos vocarent Seruatores, & ab eis salutem peterent qui eorum saluti pararant exitiũ. [3] *Quid ergo prodest.* Vt Græcorum sibi cõciliet beneuolentiam, eos vocat sapientissimos, vt qui omni humanitatis & doctrinæ genere essent exculti. Deinde ab iis ipse desiderat sapientiam, qui serpẽtes quidem & ferasq; bestias fugiant tanquam noxias, Dæmones autẽ qui sunt pernicios issimi nõ auertsentur, sed colant & adorent. Vt autem quod dicit lubentius audiant, se cum eis cõiungit. Non enim dicit fugitis, sed fugimus, & nõ dicit diuertitis, sed diuertimus. Ita quidem loquitur de feris, sed cum loquitur de Dæmonibus, ab eis seiungit, dicens; Nõ declinatis, nõ auersamini? Satis enim sciebant Græci, Christianos abhorrere, & auersari Dæmones, & maximè Clementẽ qui eos adhortabatur, vt relictis Dæmonibus ad veri Dei cultum conuerterentur. [4] *Quidnam autem veri dixerint.* Cùm quàm scelerati & quàm hominibus infesti essent Dæmones ostendisset, sciret autẽ Dæmonũ, ideo magnam esse apud homines authoritatẽ, quòd futura & præscirent, & ea suorum oraculorũ respõsis prædicerent, vnde magna ad homines redeunt utilitas, vt ei obiectioni occurrat, primũ dicit eos, cũ sint mali & scelerati, nihil veri posse dicere, aut certe hominibus afferre vtilitatem. Deinde oraculo Apollinis vnũ hominem opponit, nempe Solonem, qui Cræso verũ apertè dixerit, cum Apollo, ad quem magnifica munera miserat Crœsus, eũ & amborũ sponsio fefellerit, & postremo ad ignem deduxerit cõburendum, nisi audito quod ei prædixerat Solon Cyrus eius fuisset misertus. Cræsi lege historiam elegantissimè scriptam apud Herodotũ. [5] *Solon, homo, qui ex Apolline.* Quod dicit, non obliqua loquitur Solon, id dicit alludens ad Apollinem qui cognominatur λοξίας, id est obliquus, λόξιος autem dicitur, quod Sol, qui est etiam idem Apollo, per obliquum nempe signiferum circulum seu zodiacum, ab occidente mouetur ad orientem, vt vult Macrobius, quoniam, (quod quidem est ad id quod hic tractatur accõmodatius) obliqua essent perplexa & ambigua quæ ab Apollinis oraculo edebantur respõsa, vt vult Seruius, Synesius de somniis & Phurnutus. Eustathius autem in K Rapsodiam Iliadis, dicit vocari λοξίαν, quod λοξίαν, id est obliquam vocẽ mentis. Ita enim apud antiquos vtirpabatur pro voce. [6] *Vnde venit mihi in mentem.* Cum quam scelerati & minibus exitiosi sint Dæmones ostẽdisset, dicit se mirari quomodo potuerint induci homines ad tot & tantos plus ponendis & altaribus erigendis, & sacrificiis eis offerendis lex ferretur quicũq; ij fuerint, hos honoraturos, siue Merops, nõ scribit autem à quibusnam hoc acceperit: sed nec vsquam alibi hoc legimus. Solus Arnobius lib. quinto aduersus gentes. Quorum, inquit, templorum scilicet, (de ijs enim ita sentiebat) si quæris audire quis prior fuerit fabricator, aut Phoroneus Ægyptius, aut Merops tibi fuisse constrabitur, vt tradit in admirandis Varro, aut Iouis progenies Æacus. Sed cum temporum tenebras fere Varronis opera, & hoc maximè de admirandis interierint, frustra in eo quod nõ extitit, exactius laborabimus. Giraldus certè qui hoc de Diis gentium argumentum diligentissimè est persecutus, aliud quàm quod diximus de Phoroneo & Merope citauit. [7] *Nam posterioribus quidem certe.* Prius quidem lege cautum est à Phoroneo, vel à Merope, vel ab aliquo alio, quisnam cuiusque templum asserit Clemens, vt Dæmonibus templa & altaria erigerentur, & eis fierent sacrificia. Hæc tandem postea homines sibi Deos finxerunt quos adorarent, vt Charmus qui puero quem amabat, in Academia Amori seu Cupidini templum posuit, amorem in Deum referens, propterea quòd libidinem. Amorem autem inter Deos antiquissimos collocat, secutus Hesiodum, qui scribit primo genitum esse Chaos, deinde terram. Deinde sequitur

*Hesiodus in Theogon.*

Ἠτοι μὲν πρώτιστα Χάος γένετ' αὐτὰρ ἔπειτα
Γαῖ' εὐρύστερνος, πάντων ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ
Ἀθανάτων οἳ ἔχουσι κάρη νιφόεντος Ὀλύμπου.

id est,

*Atque amor est qui immortales pulcherrimus inter.*

*Pausan. lib. 1. Atticorũ.*

De Charmo qui aræ Amori posuit in Academia, sic Pausanias. In primo Academiæ aditu est ara, cui inscriptione; Charmum Atheniensem primũ Amori dedicasse. Hoc tãtum Pausanias qui nihil aliud aram posuerit, sed propter libidinẽ in puero expletã, verisimile facit quod statim sequitur. Est & aram quæ intra vrbem est, quam appellant Anterotis, i. quilinorum donũ fuisse dicũt, ac dedicatum huiusmodi causam extitisse. Athenienses amatorem suũ Timagorum inquilinum hominẽ talibus cõtemptum, vt de summo saxo se abiiceret iussit. Timagoras qui semper omnia quæ puer me facienda putasset, animã etiam ipsam facile profudit: Vnde enim iussus erat impigrè se præcipitare? Melitẽ verò re cognita suæ in illum acerbitatis adeo pœnituit, vt ex eodẽ seipsum etiã saxo deiecerit. Ex eo tã atroci rei euẽtu ab inquilinis, vt in eo ipso Anteros genius Timagoræ Amoris vindex colatur institutũ. Hæc Pausanias, ex quo intelligitur, & impletã libidinẽ desisse cautum, vt Amori ex ara: insælicem autem in amore succesſum, vt Anteroti, id est aduersio amori. [8] *Athenienses.*

*Pausan. ibid.*

lippide quoq; hoc tradit Pausanias. De Pane verò hæc memoriæ prodita sunt: Nuntiũ ad Lacedæmonios de Persarũ in Atticam irruptione Philippidem missum. Hũc cũ rediisset renuisse Lacedæmonios minus maturè copias educere, quod religione impedirentur cũ exercitu exire antequam Lunæ cõpleſſet. Sibi verò ad Partheniũ saltum Panã obuium factum, qui se Athenienſibus in pugna ad rathonem præsto futurum est pollicitus. Ex eo nuntio Deo honores haberi cepto. [9] *Quod fidem.*

*filetio prætermittã.* Vt ostendat nõ immeritò à se fuisse vocatum stultum cultum idololatriæ, et



*...*que quem sibi velit Deum architectetur & adoret, ex hoc quoq; eorũ summam arguit stultitiam, quod Deorum templa vocẽt quæ sunt sepulchra mortuorũ, & homines mortuos pro Diis adorent, & eis sacrificia offerant. Quo in loco hoc interim obseruandũ multũ interesse inter Græcos, qui mortuos adorant & eis sacrificia offerunt, & Christianos qui vnũ solũ Deum adorant, & ei sacrificãt, interim tamen commemorationem facientes Martyrum, & Sanctorũ, sed non tanquam Deorum, imo vero tanquam Dei seruorum. De his legendus est diuus Augustinus aduersus Faustum Manichæũ, & Theodoretus de curandis Græcorũ affectionibus. Relinquite ergo, inquit, idololatriam, & cultũ Dæmonum, & vos pudeat sepulchra colere. [1] *In templo Minervæ.* Hic Acrisius fuit Abantis filius, frater Prœti, & cui in regno successit. Ab Eusebio autem recensetur decimus quartus Rex Argelicorũ. Eius autẽ res gestas, vide apud Pausaniã li. 2. Corinthiacorũ, hic tantũ dicemus quæ de eius morte scribit; Filij denique Abantis, Lyncei nepotes regnũ administrarunt, & Acrisius quidẽ Argis permansit. Prœtus autem Hexã, Mideam, & Tirynthem occupauit, & quæcumq; ex Argiuorũ terra mari adiacent. Signa eorum hoc superfunt, quæ Tirynthi Prœtũ habitasse indicant. Aliquanto autẽ pòst Acrisius cũ viuebat Perseum cõperisset eũmque præclara facinora edere. Larissam ſe, quæ ad Pæneũ sita est, condidisse. Perseus item, videre enim auum maternũ cupiebat, eũmq; sibi bonis tum dictis tum factis conciliauit, Larissam pervenit. Ibi, vt qui ætate floreret, & ob disci inuentionem exultaret, admirationi fuit omnibus. Acrisius autem diuino quodam instinctu disci impetum imprudens subiit. Non enim excogitauerat aduersus filiã & nepotem insidiæ, impendentẽ fati necessitatẽ auerterũt. Larissæ ergo, vt scribit Pausanias, disco fuit occisus. Ibidẽ autem, vt dicit Clemens, in templo Minervæ fuit sepultus in arce. [2] *Primus autem in arce.* Cum duo fuerint Cecropes, nempe primus qui dictus est διγενὴς, quod duplicem haberet naturã & doctrinã, nempe Ægyptiã, & Græcã, & secundus, dubitari potest, de quonã dicat. Sed verisimilius eum intelligere de primo, quod quidẽ seri posset ex Antiocho si extaret. [3] *Quid vero Erichthonius.* Erichthonius fuit Rex sextus Athenienſiũ. Eius si velis videre res gestas, vide Pausaniã in Atticis, vt dicit Clemens, fuit sepultus in templo Poliadis: Est autem Polias Epithetũ Minervæ, quod citatis præsit, vel eius curã gerat. De ea autẽ & de Ioue qui dicitur πολιεὺς, copiosè Giraldus iis quæ ad hæc tradiderunt, in historia Deorum, syntagmate 2. [4] *Immarus autem filius Eumolpi & Dairæ.* Ad horũ interpretationẽ operæ pretium mihi videor facturus, si hũc transcripsero quę de his scribit Arnobius; quæ quidẽ omnia videtur sumpsisse ex Clemente. Nónne patet, inquit, & promptũ est, aut pro Diis immortalibus vos Deos colere, aut inexpiabilẽ fieri numinibus cõtumeliam, quorũ delubra templa mortuorum superlata sunt bustis. In historiarũ Antiochus nono, Athenis in Mineruio memorat Cecropẽ esse mandatũ terræ. In templo rursus eiusdẽ, quod in arce Larissæ est, cõditus scribitur ab eodem Acrisius. Erichthonius Poliadis in fano. Dairas & Immanarchus fratres, in Eleusinis memorant quod ciuitati subiectũ est. Quid Celæi virgines? Non in Cereris Eleusine humatæ habere perhibentur officia? Non in Dianæ delubro, quod in Apollinis constitutũ est Delij. Hyperoea Laodiceque, quas aduectas illuc esse finibus ex hyperboreis indicatur? In Didymeo Milesio Cleochũ dicit habere sepulcra Leandrus. Funeris Leucophryne monimentũ in fano apud Magnesiã Dianę esse, Mynnermus putetur ac memorat Zeno: Sub Apollinis arula, quæ Telmessi apud oppidum visitur Telmessus conditũ vatẽ, non scriptis constantibus indicatur? Agesilarche Ptolomæus Philopator quem vocant primo, Gyrã Regẽ Paphi cũ familia omni suã; imo cum omni prosapia in Veneris templo situ propter diuersitatẽ, vt opinor, exemplariũ. Et primũ dicit in Mineruio, pro eo quod est, In tẽplo Martis. Deinde quod dicit Clemẽs Immarus filius Eumolpi & Dairæ, Arnobius dicit Dairas & Immanarchus fratres, &c. Quod autẽ apud Clementẽ est Clearchum, apud Arnobium est Cleochum, apud Arnobium est Leandrus, apud Clementẽ vero est Leandrius. Quod autẽ Clemens habet Immarus, Arnobius verò Immanarchus, vtrobiq; suspicor esse legendũ Immaradus, cuius meminit Pausanias, Cernuntur ibidẽ & æneæ quædã simulachra magna, viri in procinctu stantes, vnũ Erechtheo vocẽ, alterum Eumolpum. Et si Athenienſes, qui res antiquas studiosè obseruant, Immaradum Eumolpi filium qui ab Erechtheo fuit interfectus. Et alibi. Facta autem inter Eleusinios & Erechtheũs pugnas, Erechtheus cecidit Rex Athenienſiũ, & Immaradus itẽ Eumolpi filius Bellũ hiſce gerentibus est confectũ, vt Eleusinij aliis in rebus obtemperarent, initia verò Cereris seorsum administrarent. Dæ autem vtiq; sacra Eumolpus & Celæi filiæ peragerent. Hæc Pausanias. Sunt autem apud Celæi, quas Clemens dicit sepultas Eleusinæ. Quorumnam autem Hyperboreorum fuerunt Hyperochæ & Laodiciæ, non ausim quidem asserere, suspicor tamen fuisse illorum, quos scribens opem tulisse Delphis aduersus Gallos, & abruptа è Parnasso saxa ferebantur, instantesq; protectionem Barbaris maximè fuere terrori. Horum duos ex hyperboreis venisse dicunt Hyperochen & Hamadochũ: tertium vero Pyrrhum fuisse Achillis filium. Horum hyperboreorum hæ duæ, quæ supra fuerunt vxores quæ fuerunt sepultæ in Artemisio in Delo. Artemisium autem vocauit Arnobius delubrũ Dianæ. Erat ergo delubrũ veluti quoddam sacellũ Dianæ in templo Apollinis. Cleochen autem quæ dicit Clemens, nescio an is sit insignis ille Statuarius, de quo dicit Pausanias, loquẽs de Didymæis thoracibus. Statuã effinxit Pythagoras Rheginus, qui, si quisquã alius, ipse etiã sculptor arte fuit Didicisse eũ perhibent à Clearcho, qui ipse etiam Rheginus fuit, & discipulus Eucheri. Didymeum autẽ in quo fuit sepultus Clearchus, fuit templum Apollinis qui appellatus fuit Didymus, quem dictus est Milesius. De quo Orpheus in hymno,

Χαῖρε, ἄναξ, Διδυμεῦ, ἑκαέργε, κλεῖε ἑκηβόλ.

Quod autem Didymæus, vt vult Macrobius, quod geminã speciẽ sui nominis præfert ipse illuminandoq; Lunã. Etenim ex vno fonte lucis gemino sydere spatia diei & noctis illustrat. De Leucophryne autẽ monimento, quæ in tẽplo Dianæ sepulta est Magnesiæ, neq; apud Strabonẽ, neq;

*Arnob lib. 6. aduers. gent.*

*Pausan. 1. Atticorum.*

Pausan li 1. Atticorum.

apud Pausaniam quidquam scribitur. Sed Leucophrynem Dianam, Magnesiæ maximè cultum hoc dicit Pausanias, cuius etiam apud Athenienses fuerit simulachrum, quod à Themistocle libenter positum ferunt. Magnetiis enim Themistocles Persarũ Regis beneficio imperauit. Ex iis autem quæ subiecit noster Clemens, est satis verisimile Dianam Magnesiam appellatã fuisse Leucophrynem, eo quod ibi esset monimentum Leucophrynes, quæcunq; ea fuerit, neq; enim quidquam inueni. De Telmisso

Strabo li. 14.

hoc tantum scribit Strabo. Post Pedala Lyciorum montem prope est Telmissus oppidium Lyciæ, & Telmissias promontorium quod portum habet: sed de vate Telmesse nihil vsquam legi. Solius Arrianus qui narrat res gestas Alexandri, vt refert Cœlius Rhodiginus, scribit apud Telmessum nobilem puerorumq; vaticinia haberi præstantissima. Sed est verisimile à Telmessi vatis monimẽto, quod esset in ara Apollinis, oppidũ denominatum fuisse Telmissum. De Telmisso autem & Cinyra in re minima consentiunt Clemens & Arnobius, in authorum autem nominibus dissentiunt. Nam Clemens quidem de Telmisso nemine citato absolutè dicit: Arnobius autem citat Agesarchum. Quod autem Clemens dicit de Cinyra, id tribuit Ptolomæo filio Agesarchæ: Arnobius autem Ptolomæo Philopatori. Quod fit vt necesse sit corruptum esse alterutrius exemplar. De scriptoribus autem quos vterq; citat, omnibus est laborandũ, quòd iniuria tempora ij ad nostra temporis non peruenerint. De Cinyra autem & Venere satis antea diximus, quibus addendum est quod hic dicunt Clemens & Arnobius eum cum tota familia fuisse sepultum Paphi, quod est oppidum Cypri olim sacrum Veneri.

[a] *Quòd si præter hæc vobis ipsas imagines subiecero considerandas, verè persequemini, inuenietis nugas esse consuetudinem, vt qui manuum hominum insensilibus supplicent operibus.* [b] *Atque Scythæ quidem antiquitus adorabant Acinacem: Arabes autem Lapidem: Persæ verò fluuium: & ex aliis hominibus, ij qui erant adhuc antiquiores, lignea erigebant insignia, & columnas ponebant ex lapidibus, quæ etiam appellabantur ἕρμαι eo quod eraderentur & expolirentur ex materia. In Icaro certè, imago Dianæ ligno-*

Thespiæ lectus in Bœotia sacer Iunoni.

*erat non laboratum. Et Citheroniæ Iunonis Thespiæ truncus excisus, & Samiæ Iunonis, vt ait Æthlius, prius quidem erat asser, postea autem cùm esset Archon Procleus, efficta est in formam statuę. Postquam autem cœperunt statuæ formari humanis, βρέτα, quod idem est quod statuæ, acceperunt denominationem ἀπὸ τοῦ βρέτου, quod est ex hominibus. Romę autem antiquitus statuam Martis fuisse hastam dicit scribere Varro, cùm nondum peruenissent artifices ad hoc speciosum quidem, sed improbum artificium. Postquam autem ars floruit, auctus est error.* [c] *Quod itaque lapides & ligna, & , vt semel dicam, materiam fecerint imagines hominibus similes, quibus prius formam præ vobis fertis, calumniantes veritatem, iam quidem ex hoc patet. Verum enimuero cum locus indigeat aliqua demonstratione, non est recusandum.* [d] *Atque hanc quidem Olympicum, & Poliadem Athenis, ex auro & ebore effeciſſe Phidiam, cuncti euidens.* [e] *Quòd autem is Iunonis Samiæ statuam suo cœlo, seu scalpello fecerit, nusquam legi. Ne ergo dubitetis, si seuerarum, quæ Athenis vocantur, Dearum, duas eadem fecit Scopas, ex lapide qui vocatur λυχνίς. Calos autem eam quam narrauit habere mediam, Polemonem ostendere in quarto eorum quę scripsit ad Timęum: nec non quę sunt Pataris Lyciæ statuas, Iouis & Apollinis, quas rursum Phidias imaginatus*

Quas dicerent, siue fuerit ars Bryaxis, siue Phidiæ.

*sicut Leones qui cum eis dedicati sunt, effecit.* [f] *Quod si, vt nonnulli dicunt, erat ars Bryaxis, non contendo, habens eum quoque statuarium: vtrum eorum velis adscribere.* [g] *Quinetiam Telesij Athenienſis, vt ait Philochorus, opus sunt imagines in Nauplia, Neptuni & Amphitrites, quæ adorantur Teni. Demetrius autem in secundo Argolicorum, statuæ Iunonis Tirynthiæ, & materiam, pirum, & effectorem fuisse scribit Argum.* [h] *Multi autem fortasse admirabuntur si didicerint Palladium quod appellatur Διοπετὲς, vt quod à Ioue deuolauerit, quod Diomedes quidem & Vlysses seruatur Troia abstulisse, deposuisse autem apud Demophoontem, fuisse constructum ex ossibus Pelopis, quemadmodum Olympium ex aliis ossibus beluæ Indicæ. Atque adhibet Dionysium hæc referentem in quinta parte circuli. Appellas autem in Delphicis duo fuisse Palladia, ambo autem fabricata esse ab hominibus.* [i] *Sed ne quis exsistimet me*

*propter*



*propter ignorationem prætermisisse, hæc quoque adducam: Morychi Dionysij statuam*

Morychus unicus ex Bacchi cognominibus.

*esse quidem factam ex lapide qui vocatur Phellata, esse autem opus Sicionis cognomine Canachi, vt dicit Polemon in quadam epistola. Fuerunt autem etiam quidem duo alij Cretenses, vt opinor, statuarij, Ecyles & Diapœnus hi nominabantur. Fecerunt autem imagines Castoris & Pollucis, quæ sunt Argis, & effigiem Herculis, quæ est Tirynthe, & statuam Dianæ Munichiæ Sicyone.* [k] *Et quid in his immoror, cum liceat ostendere quisnam fuerit magnus ille Dæmon, quem per excellentiam audimus cultu & veneratione dignum ab omnibus esse habitum? Eum non esse manufactum audi sane dicere, Ægyptium Sarapim. Alij enim scribunt eum fuisse munus missum à Sinope Ponti ad Ptolomæum Philadelphum, qui eos fame laborantes misso ex Ægypto frumento recreauit: esse autem hanc statuam effigiem Plutonis, qui eam acceptam posuit in promontorio quod nunc appellant Racotim, vbi etiam est honore affectum templum Sarapidis: est autem rusticum prædium ijs locis vicinum. Bliſtichem autem pellicem mortuam Canopi, translatam Ptolomæus sepelijt sub prius dicto templo. Alij autem Osirim imaginem dicunt esse Sarapim, translatam autem fuisse honorificè Alexandriam à frequenti hominum conuentu. Isidorus solus, à Seleucensibus qui sunt prope Antiochiam, statuam fuisse traductam, qui ipsi quoque penuria frumenti laborarunt, & nutriti fuerant à Ptolomæo. Cæterum Athenodorus filius Sandonis, cùm velit Sarapidis ostendere antiquitatem, nescio quomodo eò lapsus est, vt eum argueret factum fuisse statuam. Sesostrim dicit Regem Ægyptium, cum plurimas Græcorum urbes sub se subunxisset, reuersum in Ægyptum multos adduxisse artifices. Osirim itaque à quo genus duxerat, iussit magnifice affabrèque variatum effingi. Eum autem confecisse Bryaxes opifex, non Atheniensis, sed quidam alius qui appellabatur eodem nomine quo Bryaxes, qui ad opus faciendum mista & varia vsus est materia. Habebat monumenta auri, & argenti, & æris, & ferri, & plumbi, nec ei vllus lapis deerat Ægyptius, sed nec Saphiri & Hematitis fragmenta, sed nec Smaragdi & Topazij. Hæc ergo omnia leuigata tritáque ac commixta illinit colore cæruleo. Qua de causa nimirum color imaginis, & cùm pharmaco relicto ex sepultura Osyridis & Apis, permixtus, finxit Sarapim, cuius nomen quoque significat & funeris societatem, & aliquod factum est ex sepultura, vt quod compositum ex Osyride & Api factum sit Osyapis.* [l] *Nouum autem alium in Ægypto, & qui vel ab ipsis propemodum colitur Deum, retulit in numerum Deorum, Imperator Romanus, dilectum, & qui fuit formosissimus, Antinoum: quem ita consecrauit, vt Ganymedem Iupiter. Non enim fatetur cupiditas, quæ caret metu. Et sacras Antinoi noctes nunc adorant homines, impurpe sciebat amator qui simul vigilauerat. Quid mihi refers in numerum Deorum, cum qui stupro fuit honoratus? Quid verò etiam iussisti lugeri tanquam filium? Quid verò tuus quoque narras pulchritudinem? Turpis est pulchritudo, quæ per contumelias & probrum emarcuit. Ne tyrannidem exerceas ô homo in pulchritudinem, ne pulchritudo efferas florenti adolescenti. Ipsam mundam conserua, vt sit pulchra. Pulchritudinem Rex efficere, non tyrannus, liber maneat. Tunc tuam agnoscam pulchritudinem, quoniam mundam conseruasti imaginem. Tunc veram adorabo pulchritudinem, & exemplar pulchrorum. Iam verò dilecti sepulchrum est templum Antinoi & optimum.* [m] *Sicut autem templa, ita etiam sepulchra habentur in admiratione, Pyramides & Mausolea, & Labyrinthi, alia templa mortuorum, vt illa sepulchra Deorum. Hæc autem magistram adducam vatem Sibyllam:*

Non sunt responsa hæc Phœbi mendacia, stulti

Quemque Deum dixere homines, falsóque vocarunt
Vatem: sed vox ista Dei, similem simulachris,
Quem haud fecere manus hominum, rationis egenis.

*Hæc quidem tibi prædicit ruinas templorum, significans quidem fore, vt templum Dianæ Ephesiæ terræ hiatibus & motibus absorbeatur, his verbis:*

Abiecta autem Ephesus tristísque in littore flebit,
Et templum quærens, quod tum non incolet vllus.

*Templum autem Isidis & Sarapidis in AEgypto diruendum dicit, & excurendum:*

Isi Dea in Nili tu vndis infaulta manebis
Sola, & voce carens, Menáfque Acherontis arenis.
*Deinde subijcit.*
Túque Sarapi erecta ingens cui saxea moles,
Magnus in Ægypto misera impendet tibi casus.

[o] *Sed si tu non audis prophetissam, at tuum audi philosophum Heraclitum Ephesium, quod sint insensiles, exprobrantem imaginibus. Et his vota faciunt imaginibus, perinde ac si quis loquatur cum ædibus.* [p] *An non sunt enim prodigiosi qui lapides adorant? Deinde verò etiam statuentes eos ante fores, perinde atque qui vim agendi habeant, Mercurium tanquam Deum adorant, & etiam ἀγυιᾶς ianitorem statuentes.* [q] *Simul tanquam nullo sensu præditos contumelia afficiunt, cur adorant vt Deos? Si verò existimant esse sensus participes, cur eos ianitores constituunt?* [r] *Romani autem qui se maximas & præclare gestas Fortunæ attribuunt, & eam esse Deam maximam existimant, posuerunt eam in sterquilinio, dignum Deæ templum, tribuentes cloacam.* [s] *Verumenimuero sensu carenti lapidi, & ligno & diuiti auro nihil penitus curæ est, neque nidor, nec sanguis, nec fumus, quo dum honorantur & suffumigantur, nigrescunt: sed nec honor, nec probrum ac contumelia.* [t] *Sunt autem hæc imagines quouis animato viliores. Et quomodo quæ sunt nullo sensu prædita, diuino sunt honore affecta, venit in mentem dubitare, & errantium, tanquam miserorum, misereri amentiæ? Nam si quædam animalia non habent omnes sensus, vt vermes & eruce, & quæcunque sunt à primo ortu manca & inutilia apparent, sicut talpæ & mus araneus, quem aiunt Nicander cæcum & σμικρὸν δύο, sunt tamen meliores his statuis & imaginibus, quæ sunt surdæ penitus: habent enim vnum quidem certè sensum, verbi gratia, auditum vel tactum, vel qui habet proportionem ac conuenientiam cum odoratu vel gustu. Simulachra autem nullum sensum participant.* [u] *Sunt autem multa animantia quæ nullum sum habent, nec auditum, nec vocem, cuiusmodi est genus ostreorum, viuunt tamen & augentur, & præterea cum Luna consentiunt & afficiuntur. Statuæ autem otiosæ, & efficaces, inutiles, & nullo sensu prædite, alligantur, configuntur, & componuntur, funduntur, limantur, secantur eraduntur, sculpantur.* [x] *Surdam quidem terram vexant, & contumeliosè tractant statuarij eam à natiua propria arte mouentes, & adorare persuadentes. Adorant autem ij qui Deos faciunt, non Deos & Dæmones, mea quidem sententia, sed terram & artem, id est imagines. Vera imago, mortua materia formata manu artificis.* [y] *Nobis autem non est materia sensus imago, sed quæ percipitur intelligentia. Deus qui solus verè est Deus, intelligentia percipitur, non sensu.* [z] *Contra autem cum in ipsis casibus reipsa didicerunt superstitiosi lapidum adoratores, nullo sensu prædita non colere materiam, ab ipso vsu*

*pereunt à superstitione: & Dæmonum timore, & tamen simulachra conse-*

*nec volunt videri omnino contemnere, ab ipsis Dijs conuincuntur, quibus sunt dedicatæ imagines.* [a] *Dionysius enim tyrannus tumor, cùm auream vestem Ioui abstulisset in Sicilia, iussit eum indui lanea, facetè dicens eam esse aurea meliorem, vt quæ esset & aptior lenior, & hyeme calidior.* [b] *Antiochus autem Cyzicenus cum egeret pecunijs, Ioue aureum statuam, quæ erat magnitudinis quindecim cubitorum, fundi iussit, & pro ea alia viliori materia statuam illi similem, laminis inauratam rursus reponi.* [c] *Hirundines autem, & multæ aues sæpe aduolantes, inquinant imagines, nullam curam gerentes, nec Olympij Ioues, nec Æsculapij Epidaurij: sed nec Mineruæ Poliadis, vel Serapidis Ægyptij, à quibus nec ipsas quidem imagines insensiles esse discitis.* [d] *Sed sunt quidem improbi aliqui prædones, vel hostes, qui facta irruptione, turpis lucri gratia, sacra sunt depopulati, & diripere donaria, vel ipsas etiam fuderunt statuas. Et si Cambyses aliquis, vel Darius, vel alius insaniens, quædam eiusmodi fecerit, et si Ægyptum quis Apim occiderit, video quidem quod Deum ipsorum occiderit: indignor autem si propter lucrum peccauit. Lubens autem obliuiscar huius maleficij, auaritiam, non idolorum imbecillitatem conuinci existimans. Sed non ignis, nec terribiles terrores metuunt aut reuerentur Dæmones, aut imagines, non magis quàm caldaria sunt ad littora accumulati fluctibus.* [e] *Scio ergo ignem posse conuincere, & meas superstitiones, si velis cessare ab amentia, ignis te ad lucem deducet.* [f] *Hic ignis & templum quod erat Argis, combusit vnà cum sacerdote Chryside: & id quod erat Ephesi, Dianæ, secundum post Amazones: & Romæ sæpe depopulatus est Capitolium. Sed nec abstinuit à templo Serapidis Alexandriæ. Liberalis autem Dionysij Athenis templum diruit, & templum Delphici prius rapuit procella, deinde ignis sapiens temperansque deleuit. Hoc tibi ostenditur præmium eorum quæ pollicetur ignis.* [g] *Qui autem fabricantur statuas, nonne eos admonent qui ex vobis sapiunt, vt materiam contemnatis?* [h] *Atheniensis quidem Phidias, qui inscripsit in Iouis Olympij digito, ΠΑΝΤΑΡΚΕΣ ΚΑΛΟΣ, hoc est, Pantarces pulcher. Non erat enim ei pulcher Iupiter, sed is qui deo amabatur.* [i] *Praxiteles autem, vt declarat Posidippus in libro de Cnidio, Veneris Cnidiæ construens imaginem, fecit eam formæ similem Cratinæ, quam amabat, vt ostendat miseri amicam Praxitelis.* [k] *Cum floreret autem Phryne meretrix Thespiacis, pulchri omnes imitabantur Veneris imagines, ad Phrynes pulchritudinem: sicut rursùs lapicidæ quoque Mercurios effingebant Athenis ad Alcibiadem.* [l] *Restat nunc tuum adhibere iudicium, an velis etiam adorare meretrices.*

*Quidam dicunt hoc fecisse Phidiã.*



*Epidaurus est oppidum Argorum sacrum Apollini.*

## COMMENTARIVS.

[o] *Sed si tu non audis prophetissam, at tuum audi philosophum Heraclitum Ephesium, quod sint insensiles, exprobrantem imaginibus.* Homines mortuos colere, & eorum sepulchra pro templis habere ostendit quàm sit absurdum: nunc accedit ad imagines quæ cum sint insensiles, vel potius insensibilis præditæ, vtrunque enim significat ἀναίσθητον, non sunt adorandæ, nec spectandam esse dicit earum formam, quæ cum non sit rationi consentanea, pro nugis est habenda. [b] *Atque Scythæ quidem* *Arnob. li. 6.*

*Et hunc quoque locum hinc sumpsit Arnobius, qui etsi sit admodum corruptus, non tamen dubito hic adscribere. Ridetis tēporibus priscis Persas fluuios coluisse, memoralia vt indicant scripta: & Arabas lapidem, Acinacē Scythiæ nationes, ramū Prognes Thespios, lignum Carios pro Ioue colatū, Pessinuntios silicem pro Deūm matre, pro Marte Romanos hastam, atq; vt Athedius refert, ante vsum disciplinámq; fictorū, puteum Samios pro Iunone, & abstinetis à risu, cum pro immortalibus sigillijs hominū & formis supplicatis humanis. Vbi existimo legendum, ramum Ioue pro Iunone Thespios, & lignū Icario pro Diana indolatum, & pro puteū pro Iunone, existimabo, purum asserem pro Iunone. Acinaces autē quem colebāt Scythę, erat, vt vult Artianus historicus, Deūs quę pro Dijs colebātur à diuersis nationibus, vide oiraldū qui de ijs tractat copiose in historiæ Deor. syntagm. 1. Etymologia huius vocabuli ξόανον ἀπὸ τοῦ ξύω, quod significat rado polio. Dictum est ξόανον, quasi ξύανον, mutato in ο. Dicitur autem propriè ξόανον, statua lapidea, vel*

*Quæsiuit quid sit.*

potius columna, erant enim ξόανα, etiam priusquam statuæ essent efformatæ in figuras hominum. Cum autē efformatæ essent similes hominibus dictæ sunt ξόανα, quasi dicas ξεστὰ ἀνδρεῖα, similes hominibus vt dicit Aristophanis interpres in Comœdia quæ inscribitur Ἱππῆς, id est Equites. Hinc est quod dicitur in Genesi Loti vxor conuersa in statuam salis, septuaginta habent στῆλα, id est columnæ. autem de qua hic loquitur Clemens à Strabone appellatur Icaria. Adiacet autem Samo, inquit, Icaria, à qua Icaria pelagus nominatur. Ea nomen habet ab Icaro Dædali filio, quem dicit patrem comitem, cum ambo pennati è Creta aufugissent, hoc in loco cecidisse via non seruata. Et paulo post: In hac insula est promontorium ad Zephyrū porrectum. Inest etiam Dianæ templū quod Tauropolium vocatur. Hæc insula, sicut & à Clemēte, à Plinio etiam appellatur Icarus. De Cytherone autē Iunone, vide quæ scribit Giraldus historiæ deorū syntagm. 2. vbi citat quę à Pausania, & Plutarcho ab Eusebio. dicūtur lib. 3. de Præparat. Euāgelica. Ad eū ergo te remitto, ne fim prolixior. Est autē Cythe-ronia regio prope montem Cytheronē. Thespia verò vel Thespiæ, vtrunq; enim dicitur testē Strabone, erat nō procul ab ea regione distās, sacra Iunoni. Samos insula Iunoni fuit dedicata, an quia Samo-nia, Iunoni templū ab Argonautis fuisse ædificatum. Ipsi autem Samij dicūt Iunonem fuisse ibi natam prope Imbrasum fluuiū, vnde etiam dicta est Imbrasia. Quod autem simulachrū fuerit Iunonis testatur etiā Eusebius de Præparat. lib. 4. Quod autem dicit, Cùm esset Archon Procleus, obiit eo tempore effictum sit lignum in formam humanæ statuę, aut potius in simulachrū. Per Archontes qui sunt summi apud eos magistratus, Athenienses significabāt tēpora, sicut Romani per Cōsules. autem essent rudes homines, & rudia adhuc tempora, erat in hominibus quædā simplicitas, cui doctæ fuerunt artes, creuit etiam vitiū, & in colendis Dijs error fuit multiplicatus. Hasta autē Martis statua, quæ quoniā lingua Sabina dicebatur Quiris, inde factū est, vt & Mars diceretur Quirinus, & itidem Romulus, ipsi quoque Romani dicti sunt Quirites, Quod itaque lapides & ligna. Quodo ex lignis & lapidibus, & alia materia efformatæ sint imagines hominibus similes, tam quidem dit, sed quoniam & multiplex est materia, & de ea nimis breuiter dictum est, in eius rei declarationem vult aliquantulum immorari. Præ se ferre autem formam pietatis, id enim ita verti quod Graeci ὁμοιοπροσωπεῖν, quod Deum quidem colere sit pietas, falsorū autem Deorū nempe qui non sunt Dij, re simulachra, est quædam simulatio. Calumniari verò dicuntur veritatem qui Deorū adorant imagines, quod eos qui non sunt Dij adorantes, eum qui verè est Deus, non esse Deum arguant. Iouem quidem Olympicum. Quod Iouem Olympium fabricatus sit Phidias, testatur Pausanias dicens: Simulachrum à Phidia esse elaboratum, inscriptio etiam sub Ioūis pedibus testatur.

*Phidiacæ fecere manus, qui natus Athenis*
*Ex patre Charmide.*

De eodem Phidia scribit quoq; Plinius. Phidias præter Iouē Olympiū quem nemo æmulatur, fecit ex ebore æquè Mineruam, quæ est ex Parthenone astans. Iunonis autē Samiæ statuam factā ab Eudis cęlo, refert Olympicus in Samiacis. Euclidis statuarij Athenięsis meminit Pausanias in alteris Achaicis. Nā & in Achaicis dicit: Templū ibi Cereris est, Veneris aliud, Bacchi itidē aliud, & Lucinæ. lachra ex lapidibus Pentelycis sūt facta, opera Euclidis Athenięsis. Et paulo pōst, Ægyra Iouis exhibet scriptu dignū, & quod sedet simulachrū, & lapidibus quidem Pentelycis, opera autem Euclidis Euclidis fabricatū. Quod autē os Iunonis Samiæ statu ... fuo cœlo, &c. Hic locus in Græco est corruptus, quem tamen si licet diuinare, ita puto restituendū, μὴ τὸ ἀμφιβαλόμενον εἰ τῶν σημείων ἀξίωμα τοιοῦτον ... ἐκ δὲ τοῦ ἐκτεθῆναι τοιοῦτον ὂν τὸ κεφαλῆθεν πλῆθος πᾶν, οὐκέτι δ' ἐκ μέτρου ἀλλ' ὑπὲρ τὸ μέτρον ἄνισον ... τετάρτῳ τῶν περὶ τὴν ἡμέραν ἀνίσχει ἀλλ' ἤδη μετὰ τὴν ἀνατολὴν τοῦ ἡλίου, οὐ φαίδιμος πᾶσι ... κρατῆσαι τὸ λίμνας τὰς ἐν ἀυτῇ ἀνακεχυθέναι ὑπῆρχεν. id est, ne ergo dubitetis, an seuerarū quæ Athenis cantur Dearū, duas quidē fecit Scopas ex lapide qui vocatur Lyncęus, Calon autē ea quā cernitis bere mediā, vt ostēdit Polemon in quarto eorū quæ scribit ad Timæū: neq; quæ Pataris Lycię gines, Apollinis & Iouis, an Phidias, inquā, illas fecerit imagines, sicut & leones qui cū eis sūt Statuarij autē quorū hic nomina audis, fuerūt olim excellentissimi, & eorū meminit Pausanias locis, & præclara eorū recitat opera, & Plinius itidē lib. 25. cap. 7. Sed quod illarū Dearū, quæ vocantur ab Athenięnsibus, imagines fecerint, neuter dicit. Videtur autē intelligendū id quod citur, quod cum sint tres Deæ, quæ appellantur furiæ, quarū vna dicitur Tisiphone, altera Megæra verò Alecto, ex ijs quidē duas fecit Scopas quas collocauit in extremo. Calon autem vnam quā in medio. Dicuntur autem hæ furiæ per antiphrasin εὐμενίδες, quasi dicas beneuolæ, cum vexent queāt homines, sceleratos maximè & impios. σεμναὶ autē, id est venerandæ, cùm nihil sit his magis tandum. Lapis autē qui hic dicitur κύανος, vel est gemma quæ dicitur etiā à Plinio Lichnitis, genus pyropi, vel carbunculi. De quo Plinius lib. 37. ca. 7. vel genus marmoris cādidi & pellucidi, quo idē li. 30. ca. 5. Patara quæ & olum dicta est Pataros, vt vult Plinius lib. 5. ca. 27. erat vna ex mis viginti tribus ciuitatibus, quæ cōmune habebant suffragiū, teste Strabone lib. 11. De statuis Iouis & Apollinis cū illis dedicatis leonibus, de quibus hic scribit Clemens, non memini me alibi legere. Quod si, vt nonnulli dicunt. Bryaxis meminit Pausanias in lib. 1. Atticorū, dicēs: Simulachra Æsculapij & Higiæ Bryaxis effinxit. Eum quoq; inter egregios statuarios recenset Plinius. Nolo, inquit, contendere Phidiā sne an Bryaxis eas imagines effinxerit. Quinetiam Theseji Athenięnsis. Homerus est corruptus, sed qui eū volueri emendare, Philochorū inueniat oportet, ex quo est sumpta omnibus quos legi authoribus neminē, quod meminerim, inueni qui Teleśij Athenięnsis vllam mentionē. De Teno insula, quæ est vna ex Cycladibus, scribit Strabo & Plinius & alij Geographi quod in ea sint Amphitrites & Neptuni simulachra, quæ in alijs locis frequenter occurrunt, quidem. Tenni oppidi alicubi fit mentio, à quo gentile nomen Tennites, apud Ciceronem in Flacco, sed vbinam sit situm Tennū nō inuenio. Sed nec intelligo quid sibi velit Neapecha, de quo

*Genes. 19.*
*Strabo lib. 15.*
*Plin. lib. 4. cap. 13.*
*Strab lib. 9.*
*Pausan. Eli. 5.*
*Plin. lib. 34. Pausan. Achaicorum. 7.*
*Plin. lib. 37. cap. 7.*
*Strabo lib. 12.*



nec est qui vel vnum verbum dicat. Suspicabar pro Neapecha legendum esse Neapolim, sed cū multæ nominentur Neapoles, in Teno nulla inuenitur Neapolis. Meas tibi, ô lector, expono coniecturas, sed quibus ad eruendum huius loci sensum nihilum quidem profeci. Alij melius fortè coniicient, quibus ego habeas tradito lampadē. De Tiryntha multa scribat Strabo & alij Geographi, & quod in ea educatus sit Hercules, dictus est Tirynthius. Excitandus ergo erit Demetrius, si fidem nolimus habere Clementi, qui quæ dicit accepit ab ipso Demetrio. *Videtur autem fortasse admiratus*, Si quæcunque de Palladio scribuntur vellem hic afferre, esset diutius quam opus sit in eo immorandum. Legatur Seruius in secundum Æneidos in his versibus,

*Omnes fere Danaum, & capti fiducia belli, &c.*

Legatur etiam Dionysi, Halycarnasseus in historia. Legatur quoq; Eustathius in Homeri Iliadē in alio quoq; loco, & Pausanias 1. Atticorū. Quod autē ex Dionysio qui hodie non extat, scribit Clemēs ex osse Pelopis constructum fuisse Palladium, id est simulachrū Palladis, non alibi legitur. Hoc tantū scribit Pausanias: Cum produceretur bellū Troianum, prædixisse vates aiunt, vrbē non captam iri priusquam Neoptolemus arcum adduceret, & os Pelopis. Sic itaq, Philoctetem in castra ab eis accersitū, & ex ossibus Pelopis sepulam alterā Pisa allatā. At in reditu, ipsa etiā nauis, qua Pelopis os vehebatur, ad Eubœā perijsse perijt. Deinde scribit quomodo à piscatore inuentū, & humi infossum, postea iussu Apollinis ebore. Eldem fuerit missum ad eā à pestilentia liberandā. Sed nihil omnino de Palladio ex Pelopis ossibus constructo, sicut nec de ea re quidquā dixit Cœlius Rhodiginus, qui multa dixit non trita nec vulgata. De Palladio & inter cætera refert, Ioannē Antiochenū dixisse Palladiū è cœlo missum esse, quod id quod id quod dicit Clemens, id esse διοσπετὲς, id est à Ioue euolasse. Sed nec Giraldus qui ad alios pertinent, diligentissimè est persecutus, cū de Palladio tractaret quidquā, dixit quod id ex osse constructū ex osse Pelopis. Nec tamen est dubitandum, quin id Clemēs legerit apud Dionysium quod autem dicit Clemens, Vlyssem & Diomedem, capto Ilio Palladiū quod auehebāt deiecisse quod Demophoontem, id longè aliter narrat Pausanias, vbi multa præclarè dicit de iudicijs Palladijs. Ad eū autem te remittam, ne sim prolixior. De Iouis autem Olympici simulachro quod ego Phidiæ superius diximus, sed quod id sit ex ossibus beluæ Indicæ factum nō credo vsquā altibi legi nec quā dicat beluam Indicam satis intelligo, nisi fortè elephantū. Sunt enim elephanti apud Indos maximi. Significat ergo Iouis Olympij simulachrū factū esse ex ebore Elephanti Indici. quod quem dicit Plinius his verbis; Phidias præter Iouē Olympium, quem nemo æmulatur, fecit & ex ebore stantem Mineruam quæ est in Parthenone adstans. Sed ne quis existimet. Inter cætera Dionysij sen nominis, est etiā Morychus. Ita est autē dictus μάρυγος ἀπὸ τοῦ μαρύσσω, quod significat polluere, quia in vindemijs faciem musto tingere, vetus fuit cōsuetudo, vt scribit Cœlius Rhodiginus. Phellatas autem est lapis durus, ita appellatus à loco qui dicitur φελλεύς, est autē locus durus, & quod dicit coli potest, nec admittere operationem, & est petricosus in superficie. Siconis autem Eupompus: Plinius, nec Strabo, nec Pausanias, nec vlli alij meminerūt. De Diapœno sic scribit Pausanias: Mineruæ fanum in eo est (loquēs de oppido Cleone nomine) & simulachrum, Scyllidis artificio Rhodij perfectum, quos Dedali fuisse discipulos memorat. Hoc me inducit, vt cū Ecylis nulla vsquā mentio pro Ecyles existimem legendum esse Scyllides. Diapœnum recenset etiā Plinius inter eximios marmorarios, Scyllidis nulla facta mentione. De templo autem Castoris & Pollucis hoc scribit Pausanias, loquens de Argis; Post hæc Castoris & Pollucis templū, & simulachris, cū ipsi sunt exposita à filij Anaxinus & Menasinus. Cū his matres quoq: Hilaira & Phœbe. Diapœni verò & Scyllidis artificio hæc ex Ebeno ligno dicūtur fabricata. Quod autem Scyllides & Diapœnus fecerint effigiem Tiryntheæ, & Dianæ Munichiæ Sicyone, nusquā alibi legitur. Quod autē & Hercules Tirynthius, & Diana Munichia quæ eadē est quæ Cynthia, vide Giraldū historię deorū syntagmate 11. Et Munichia quidē dicebatur quod celebraretur eius dies festus Munichio mense qui Munichion, autē ἀπὸ τῆς βρέμω, quod lingua Thracica dicitur Diana: Βενδὶς δέα autē & ipsam Dianā Bendidem, & eius diem festum. Bendidiorū autem meminit & Strabo lib. 10. & Xenophon secundo Hellenicorum. Tiryns autē & Sicyon sunt oppida Peloponesi. *Et quid in his immorer.* De Serapide multa à Græcis commendantur authoribus, nēpe Pausania, Diodoro, Plinio, Plutarcho, & cæteris, quæ si vellē hic adducere, scribere, essem quā par esset prolixior. Quæ autē hic dicuntur, dicuntur omnia de statua seu simulachro Serapidis, qui tanquā maximo Dæmoni, maximus honor habetur à Græcis, & tanquā nō manu factus colebatur. Quod nō esse verum, ostendit Clemens. Sed quisnam id fecerit varias affert sententias, sed permultos ex ijs quos adducit nō nominat, & ij quos nominat interdum autē templū & simulachrū adhuc stabat tempore Clemētis, quod tempore Christianissimi Theodosij à Theophilo Episcopo ad id incitati, de euertendis Dæmonū simulachris edicto, à Christianis fuit euersum. De qua euersione, vide Ruffinū historiæ Ecclesiasticę 12. quod autē Serapidis simulachrū fuerit à Sinopensibus missum, ex eo est satis verisimile, quod Strabo scribat Colchis cū Ægyptijs interfuisse consuetudinibus. Est autem Sinope non admodū remota à Colchide. Rhacotim autē dicit Strabo esse partem Alexandriæ, in qua antequā ab Alexandro conderetur Alexandria, Reges Ægypti posuerāt præsidium, ad arcendos aduenas. Sesostris verò teste Diodoro Siculo, superiores omnes Reges excessit gloria, magnitudine, vt Strabo dicit. Is enim (nempe Sesostris) primus videtur Æthiopiā Troglooditicā subegisse, postea in Arabiā trāsgressus, inde Asiā omnem permeauit, &c. De Bryaxi Athenięnsi satis multa diximus, sed quisnam hic esset cū Clemente ignoramus. Quam autem magnificū templū esset templum & simulachrū Serapidis, pulchrè Ruffinus lib. 11. vbi agit de eius euersione, quod ex lapidibus & gemmis esset cōstructum, hoc ex Athenodoro quē non habemus, habuit Cornelius Plutarchum autē quod dicit fuisse relictū ex sepultura Osiridis & Apidis, intelligit reliquias

*Plin. lib. 37. cap. 7.*
*Pausan. Eli. 1.*
*Cœlius Rhodig. antiq. lect. lib. 28. cap. 9.*
*Giraldus historia Deorum syntagm. 17.*
*Pausan. lib. 1. Atticorū.*
*Plin. lib. 34. cap. 8.*
*Cœl. Rhod. antiq. lect. lib. 7.*
*Pausan. Corinth. 2.*
*Plin. lib. 30. cap. 4. & 5.*
*Pausan. Corinth. 2.*
*Strab lib. 10.*
*Diodor. lib. 1. histor. Sab.*
*Strabo lib. 16.*
*Ruffinus lib. 11. cap. 33.*

aromatũ quibus, vt mos erat in Ægypto, cõdita fuerãt Apidis & Osiridis corpora. quod autẽ adiungit Diodorus, vt refert Clemens, dicit dictũ esse Serapidẽ ex eo quod in eodẽ tumulo vnà sepulti essent Osiris & Apis, quasi dicas Osirapis, alij aiunt σορὸν δὲ, dictum esse ἀπὸ τῆ σορῆ, id est à tumulo, seu sepulchro Apidis, è quibus est Diuus Augustinus. Vide Suidam quẽ citat Viues in Cõmentario in Augustinum de Ciuit. lib. 18. [1] *Nouum autem aliud in Ægypto.* De Antinoo sic scribit Eusebius in Chronicis Adrianus puer egregius eximiæ pluchritudinis in Ægypto moritur, quẽ Adrianus diligenter sepeliens inter Deos litijs eũ habuerat) in Deos refert, ex cuius nomine etiã vrbs appellata est. Ælius vero Spartianus Pergrata, inquit, Arabia Peluſiũ venit, & Pompeij tumulum magnificentius extruxit. Antinoum suum dum per Nilum nauigat perdidit, quem muliebriter fleuit: de quo varia fama est, alijs eũ deuotũ Adriano asserentibus, alijs quod & forma eius ostentat, vt nimia voluptas Adriani. Et Græci quidẽ lente Adriano eum consecrarunt, oracula per eũ dari asserẽtes, quæ Adrianus ipse cõpoſuiſſe dicitur. Propemodũ autem etiã apud Græcos eum coli dicit Clemens, quod in Ægypto non in Græcis esset ctum sit ei templũ, & ab eo denominatũ oppidum. Nõ facile autem arceri dicit cupiditatem, vbi est metus, quod difficile sit, vt Cicero scribit in Orat. pro Marcello, in summa potestate teneremur. Sacras autem Antinoi vocat noctes, vel ironicè vel potius per Sarcasmon. [2] *Sicut autẽ templa.* Templa (vt antea ostendit) erant sepulchra Deorũ: Pyramides autem, Mauſolea & Labyrinthi erãt sepulchra mortuorũ. Vtraq; autem, nempe & templa & magnifica illa & glorioſa sepulchra habentur in ratione. Pyramides quæ olim mundi fuerũt miracula, erãt Regũ Ægyptiorũ sepulchra Deijs dicabit Strabo loquens de Memphi. Vrbs magna est & populoſa, & secũda post Alexandriã, maximis nibus referta qui illic cõmigrarunt. Iacent lacus in fronte vrbis & regiarũ, quæ nunc diruta sunt & sertæ. Site erãt in loco edito, & vsq; ad inferiorem vrbis partem descendebãt, vbi lacus & lacuſtres batur. Quadraginta ſtadijs ab vrbe progredienti est montanũ quoddã supercilium, in quo ſtant Pyramides Regũ sepulturæ. Earũ tres sunt eximiæ, sed duæ inter septẽ orbis miracula adnumerãtur. Mauſolæũ autem dictũ est Mauſoli Cariæ Regis sepulchrum, quod ei extruxit vxor eius Artemiſia, scribit Strabo. De Mauſoleis autẽ quæ ita sunt appellata à primo Mauſoleo Mauſoli sepulchro, dicit Pauſanias; Licet cõplura admiratione digna sepulchra, duorũ tantũ hoc loco mentionem fecit. Alterũ Alicarnaſſi est. In Hebræis alterum. Erectum illud fuit Mauſolo, qui Alicarnaſſi regnauit, operis magnitudine, atq; omni ornamentorũ magnificentia, vt Romani rei miraculo adducti, magnificentiſſima quæq; monimenta Mauſolea appellarint. De Labyrintho verò in quo à Minoe inclusus fuit Minotaurus, non est quod aliquid dicamus, cùm res sit notiſſima. Erat autem Labyrinthus quædam ita ædificatus, vt qui in eo esset non posset effugere. Sed non ſolũ erant carceres Labyrinthi sed Mausolæi dem quoq; Regem Ægyptium, magnificentiſſimum sibi cõstruxisse sepulchrum, quod appellant Labyrinthum, testis est Diodorus lib. 1. cap. 2. [3] *Vobis autem magiſtram adducam.* Hæc Sibyllina carmina vertit Castalio. De Epheso quidem sic, At lachrymas Ephesus recubans ad littora fundet. Quod sanè est ὕπτια, id est supina, ille vertit recubans. De Iside verò sic;

*Iſi Dea infelix, Nili remanebis ad amnem,*
*Sola furens: Manes, permixta Acherontis arenis.*
De Serapi verò,
*Tuque Serapi sedens in saxis multa dolebis*
*Magna in Ægypto infelice ruina sacrabit.*

Hos versus ideo inserui, quod cum Clementem verterem, nec Sibyllina oracula viderã, nec ea versionem. Nunc autem cum contigit videre, nec mihi displicet versio, neq; meorum me pœnitet fiuum, qui, nisi fallor, Sibyllę sententiam satis exprimunt. [4] *Sed ſi tu nõ audis prophetiſſam.* A colonis dehortatus adductis Sibyllæ versibus, iubet vt si eam non audiãt, audiant Herachtum Philosophum qui simulachris exprobrat quod sensu careant. Ex quo liquet adeò sensus expertes fuisse Græcos veteres, vt & sentire, & diuinitatem in se continere crederent imagines. Quod quidem tantum abest vt cadat in Christianos, vt non sentire imagines planè intelligant, nec eis vllam tribuant diuinitatem, sed eo tantum nomine venerentur, quòd nobis prototypa reuocent in memoriam, ea autem de Martyres, & alij sancti Dei serui & amici. Neq; cum Diuis vota faciunt, ita eos alloquuntur tanquam rum imagines precẽs, & vota audiant, & intelligant. Heraclitus autem ab eo dicitur Ephesius, vt stinguatur à Lesbio, & alijs eiusdem nominis. Is autem est qui dictus est σκοτεινὸς, quod obscurè loqueretur. Scripsit autem lingua Ionica, vt satis indicat citatus ex eo versus,

——Καὶ ἀγὰλ μαν σκοτεινὸν
Εὖ γε τοῦτο ἐνεῖπε τὸ πρὸς ὀλιγοστὸν λογιώτερον.

[5] *An non sunt enim prodigioſi.* Prodigia, ostenta, portenta, & monstra idem significant, etiamsi sint eorum etymologia, nempe ea quæ cum sint noua, inusitata, & præter naturã, mali aliquid portendunt & tendunt, & ostendunt. Vnde etiam dicuntur prodigiosi homines, qui ea faciũt quæ aduersantur turæ. Aduersatur autem & repugnat naturæ lapides colere. Sed eis non sufficit eos adorare, sed eos collocant ante ianuas, eis ianuæ mandantes custodiam, tãquam qui possint agere & operandi habere efficaciam. Quod autem dicit; Mercurium adorant, tanquam Deum intelligit ἑρμᾶν, qui erat colossus lapidum dedicata Mercurio, quæ viam ostendebat iter facientibus; quæ vocatur etiam statua Mercurialis: Sunt autem hæ congeries lapidum, quas vulgari noſtra lingua vocamus *Montjoye*. Adamantem autem illas congeries lapidum tanquam Mercurium. ἄδμονες autem dicitur ab ἄδω quod est vicus, vt etiam ab Homero Troia dicitur ἐυρυάγυια, id est latos habens vicos. Est autem ἄδμων facta Apollo columna, stans pro foribus, desinẽs in acutum, ea autem colebatur pro Apolline, qui etiam ἄδμων dicitur. Ita enim scribit Horatius libro quarto Carminum:

*Phœbe qui Xanthe lauis amne crines,*



*Dianæ defende decus Camenæ.*

*Lauis Aguieu.*

Præter Apollinem autem ἀγυιᾶτα, erant etiam alij Dij qui dicebantur ἀγυιᾶ, quibus sacrificabant, si quid esset nuncians, vt si esset quid faustũ annuerent, sin siniſtrum, propullarent. Vocabantur autẽ eorũ aræ ἀγυιᾶτιδες ἐσχαρίδες. De his vide Giraldum hiſt. Deorum, syntagm. 7. [6] *Si enim tanquam vitæ excitæ* ἀγυιᾶτιδες ἐσχαρίδες. *sensu.* De his vide Giraldum hiſt. Deorum, syntagm. 7. [6] *Si enim tanquam vitæ excitæ* ἀγυιᾶτιδες ἐσχαρίδες. *sensu.* Aut sunt, inquit, lapides nullo sensu prædĩti, aut sensus sunt participes. Si sensu carẽt & eos habent cõtemptui, cur adorãt tanquã Deos: Non sunt enim Dij existimãdi qui sensu carent. Sin autẽ sensu præditi, & ideo tanquã Deos eos colũt, cur humili & abiecto Ianitoris officio eos præficiũt; Est itaque huiusmodi dilemma, vt vtrumuis dixerint, incurrant in reprehensionem. [7] *Romani autem qui res maximas.* Vtinam nobis Clemens suum citaret authorẽ à quo hæc habuit, magno certè nos lenaſſet labore. Nam quod Romani qui res maximas & præclarè gestas fortunæ tribuebant eiq; acceptas ferebant, adeò ingrati fuerint vt eã in ſterquilinio & cloaca collocarent, cũ omnia diligenter scrutatus essem, quæ inueni. Legi quidẽ apud Alexãdrum ab Alexãdro in genialium dierũ libro 1. & apud Cœl. Rhodiginum lib. 20. & apud Giraldum hiſtoriæ Deorũ syntagm. 16. Fortunæ varia fuiſſe simulachra. Nã alijs pellingebatur in manu altera gestans cornũ copiæ, in altera autẽ geminũ versans gubernaculum, Bigalus verò fortunæ simulachrum primus feciſſe dicitur, polũ habens in capite, & altera manu cornu Amaltheæ. Alij fortunam habitu fœmineo furenti similẽ, cæcam & exoculatam super volubile rotæ globo, quod nullo delectu opes ad malos & indignos cõferat, & quod esset vagans & incõſtans & labilis. Eridem Apelles eã effinxit sedentem, eo quod nunquam staret, quæ omnia sumpserunt ex Plinio qui eos præceſſit. Pierius verò de Hieroglyphicis li. 59. vulgatiſſimũ dicit esse inter Hieroglyphicos fortunã pingant, nunc rotulæ insidentẽ, vt vulgus, nunc alicui Sphæræ, vt Cebes. qui pulchrè docuerunt fortunã dictam quaſi vortunam à vertẽdo, eámq; à Pindaro appellari ῥοῖσμδον, quod omnia vertit, vt vult, ferat & agat. Sed quod Romani eam collocarint in ſterquilinio & cloaca, ex Plinio verbi fecit. Neq; tamen est dubitandũ, quin id Clemẽs alicubi legerit, quẽ cõſtat fuiſſe ἀκριβῆ plurimæ lectionis. *Verumenimuero ſenſu carẽt.* Facta sunt simulachra vel ex lapide, vel ex ligno, non tam, sed ea sensu carẽt. Quo fit vt fruſtra eis sacrificetur, & thuris suffitus adhibeatur, neq; enim eis curant, nec sanguinem, nec nidorẽ, nec fumum quo suffiunt, nec eis eitvllus sensus honoris, ex probro ac contumeliæ. *Sunt autem hæc imagines.* Si quæ sentiunt, sunt longè præſtãtiora ijs quæ nõ sentiunt. Sunt autem idola nullo sensu prædita, quoduis animalculum aliquo sensu prædituũ est, quouis ridiculo ac præſtantius, quo fit vt sint planè infœlices qui erãt in adorãdis idolis. Sunt autẽ quædam animantia quæ omnibus sunt prædita sensibus, sunt quædã quæ cæteris defecta, vnũ ſolũ habent, vel duo, vel cum alijo proportionem habentia & conuenientiã: quæ licet videre apud eos qui tractãt de historia animaliũ. Inter animalia autem quæ non habent omnes sensus, præter vermes qui nascũtur in fimo, qui dicuntur ἔντα, & erucas, quæ κάμπαι, enumerat murem araneum qui dicitur μυγάλη. Mygalen autem dicit Nicander esse ποικίλον καὶ σκιερόν. Cuius hi sunt versus in Theriacis,

Τοῖσιν δὲ σκιερόν τε βροτοῖς ὀπὶ λυγρὸν ἀέσσει
Μυγαλέων βάζειν ἐπιπνοιὴν ἀμφιέποντα.
Cæcum & terribilem, generi exitiumque ferentem
Mygalem humano cui mors est orbita curru.

Mygalen quidẽ mure araneo ità scribit Plinius. In Italia muribus araneis venenatus est morsus, eosdem Apennina regio non habet. Iidẽ vbicunq; sint, orbitam si transierint, moriuntur. Matheolus vero illum esse dicit quod scribitur à Plinio, vlteriorẽ regionẽ nõ habere muros araneos. Sed fieri potest ut quidẽ, licet eorum morsus nõ sit venenatus, & torcẽ ità intellexit Plinius. Verterã quidẽ ἀμβλύτερα, sed tamen sed malè. σκιερὸν enim idẽ est, quod σκοτῶδες obstupefaciens, cuius etymologiã Cornũ hanc dicit esse etymologiam, ἀπὸ τῆ μετεῖδε τὸν λογισμὸν καὶ τὰ ἐν τῆ ψυχῆ ἐφύετο, ab eo quod mentem animã, & nõ sinat apud se manere, quaſi μετεῖδε per syncopen, & pleonasmum literæ σ. Sed Mygalen erat perſuasum Clementẽ per σκιερὸν intellexiſſe surdam, ex eo quod sequitur. Sũt tamen his statuis & imaginibus quæ sunt surdæ penitus, eas conferendo cum beſtijs quæ aliquẽ vnũ sensum, vel saltem cum eo proportionem aliquã ac cõuenientiam. Surdas autẽ dicit pœnitus, quæ nec vocem vllã audiant, nec loqui possint. [8] *Sunt autem contra animantia.* Vt idola magis vituperentur cum infimo genere animantiũ, nempe cum eo quod nec habet viſum, nec auditũ, nec tactũ. Nã hæc quidem etſi nullum habeant sensum, niſi fortè per quandam proportionem & conuenientiam, vt dixit antea, viuunt tamen, vt quæ vitã saltem habeãt φυτικὴν, seu vegetatiuam, augentúrq; & decrescunt, vt Ostrea quæ propter quandã cum Luna συμπάθειαν, crescente Luna augentur, & ea decrescente diminuuntur. vt testatur Plinius, dicens. Iam quidẽ lunari potestate ostrearũ, cõchiliorũmque omniũ corpora augeri, & rursus minui. Quin & Soricum fibras respondere numero lunari exquisiere diligentiores. Viuunt ergo & augentur ac minuuntur ostreæ, cõchilia, & cõchæ, & huiusmodi. Statuæ autem seu idola cum sint planè inanima, nec vllã habeant vitæ portionẽ, nec sentiant quæcunq; in ea agunt artifices, nec tamen quidquam sentiunt. [9] *Surdam quidem terram ve-* Plin. lib. 9. cap. 61.

*Homer. Il. C. & ibi vide Eustath.*

*Diana.*

Mygalen mus araneus Plin. lib. 8. cap. 58.

lam intelligentiam, ita etiã eius imago non sensu, sed intelligentia percipitur. Nos ergo non oculis & sensilem imaginem adoramus, sed τυπικῶς, hoc est, vt ita dicã intelligibilẽ. Deus enim à nobis videtur dum eius imago quæ sub sensum non cadit, quantum ab homine cõprehendi potest, fuerit cõperta. Nam eius essentiam nemo mortalis vnquam cõprehenderit. Dei autem, vt arbitror, vocat imaginem illam de Deo notionem seu conceptionẽ, quæ menti nostræ ita eum repræsentat, vt dum in mentem venit, sum cadat, & agnoscatur summũ bonum & prima & perfectissima rerũ omnium causa, mente ipsum & pura mente à nobis colitur, nostris ritibus & ceremoniis, quæ corporis opera fiũt & administrantur ipsum protestantibus. [c] *Contra autem cũ in ipsis cæsibus.* Videtur cõferre veri Dei cultores cum idolatris. Hæc est ergo sententia. Veri Dei cultores nõ sensilem, sed quæ sola intelligentia percipitur habent imaginẽ. Idolorum autẽ cultores quæ sunt lapides, etiamsi aliquibus cæsibus, vtputa si contingeret consumi idola, didicerint, non esse colendã nullo sensu prædità materiam, superstitioni tamen assuefacti addicti ab ipso vsu victi & longa consuetudine, vt ab idolorũ cultu nõ recedentes pereant, & colant mulachra quidẽ cõtemnant, nec tamen velint videri cõtemnere, ne videãtur esse ἄθεοι, ipsi. Dij quoque sunt dedicatæ imagines arguunt ac conuincunt ipsa esse contemnenda. Nã cum patiantur ea fieri imaginibus quæ verisimile est eos nõ esse passuros si ea non cõtemnerent, hoc facile arguit ea esse contemnenda, & eos malè facere qui præcedentibus admoniti casibus ea non contemnũt. Quæ enim ea sunt quæ Dij patiuntur fieri suis imaginibus, docent ea quæ sequuntur. [d] *Dionysius enim tyrannus.* De hoc Dionysio, vide Cic. lib. 3. de natura Deorũ, & Valerij lib. 1. in cap. de neglecta Religione cap. 2. & Lactant. lib. 2. Institut. cap. 4. Suspicor autem non legendum esse iunioremq; quæ hic narrantur non fecit filius, sed pater. [e] *Antiochus autem Cyzicenus.* Antiochi Cyziceni qui vllam fecerit mentionem neminem adhuc legi, libẽter hic inserturus si quid inuenissem. Quod autem is pro Iouis aureo reposuerit imaginẽ, hic narrat noster Clemens. *Hirundines autem, & miluiæ aues sæpe adolescentes.* Cupiter dictus sit Olympius, inter se dissident scriptores, cum alij ab Olympia, vbi magnificè colebatur, alij à mõte Olympo, qui propter altitudinẽ à Poëtis cœlum dicitur, dictũ putent. De eo vide Suidam, histor. Deorũ syntagm. 11. Æsculapius dictus est Epidaurius ab Epidauro Argiuorũ oppido in quo colebatur, & quo multi conueniebãt sanitatis causa, à Dæmone illuſi. Minerua autẽ dicta est πολιοῦχος, id est ciuitatis curam gereret. De ea autẽ & Ioue Polio, vide eundem Giraldum in eodem syntagmate. De Sarapide autẽ qui colebatur Alexãdriæ, si hic aliquid diceremus, actũ vt aiunt agere. de eo enim iam satis diximus. [f] *Sed sunt quidem improbi.* Idolorum quæ à gentibus coluntur, exhibuit imbecillitatem, quod & priuati fures ea spolient, & sua donaria eis abripiant, & publici ea hostes, cuiusmodi erãt Persarũ Reges, vtpote Cambyses & Darius, & imagines depopulentur, & quos falso opinabantur esse Deos occidant. Et se simul quidẽ dicit ridere & indignari. Ridere quidem putentur Dij occidi: qui enim sunt mortales, non sunt dij. Indignari autẽ, quod ad hæc agenda compellat auaritia & amor lucri, & ideo se huius maleficij leuiorem facere mentionem, quod ridendum conuincatur auaritia quàm imbecillitas idolorum. [g] *Scio ego ignem posse conuincere.* Nihil est quod ignem esse religionem magis arguat, & ei magis remediũ afferat, quàm si eius qui pro deo colitur, ostendat impotentia & imbecillitas. Nam si dei propria est omnipotentia, imbecillitas & impotentia falsi esse arguit, eius autem rei cognitio medetur falso cultui deorum, & ita qui voluerit cessare ab impio cultu deorum, ab igne deducitur ad lumen veritatis. [h] *Hic ignis & templum quod erat Argis.* Templa enumerat aliquot deorum templa quæ igne conflagrarunt. Primũ autem recensẽt templa Iunonis Argiuæ, de quo vide Pausaniã lib. 2. Corinthiacorum, vbi dicit Iunonis Sacerdotẽ nomine Chrysidem, cui & de Iunoni sacra conflagrasse. Secundũ autem quod fuit omniũ celeberrimum, templum Ephesinæ, quod ab Erasistrato fuit incensum, non aliã ob causam quàm vt eo facinore posteritati famam compararet, de eo non est quod plura scribam, cũ id ferè nulli sit ignotũ. Quod autem
Pausan. 2. Arcad. secundũ post Amazones, significat id templũ sæpius fuisse conditũ. de eo autem sic scribit Pausanias, vt reprehendat Pindarũ qui id dicit fuisse conditum ab Amazonibus, cum Amazones adueniens bellũ gerentes in eo sacrificarint. Videtur autẽ innuere Clemẽs, id quod ab Erasistrato hoc censum, non fuisse id quod Amazones condiderunt, sed secundũ post ipsum, vt hinc licet intelligere. Templum Dianæ Ephesiæ sæpius fuisse cõstructum, & sæpius destructum, & rursus extructũ. Cui & illud quod loco tertio ponitur, sæpius fuisse exustũ testatur historiæ. Nam & bello seruili fuit exustum, vt videre licet apud D. August. de Ciuitate li. 3. cap. 17. quod quidem fuit à Sylla restitutum. Vnde & quoq; seditione fuisse exustum, vt scribit Suetonius, & Cornelius Tacitus. de his vide Alex. ab Alexãdro Genial. dierũ li. 5. ca. 11. de Eleutherien si verò Dionysio ita scriptum reliquit Pausanias in Atticor. Prius Eleutheriẽses ab Attica limitibus fuere disterminati, qui postquã se cũ Athenien coniunxerunt, Bœotię finis Cytheron est. Eleutherenses autem cõiunxerunt se cum Athenien vt bello coacti, sed quia Athenien sium Reipubl. cupidi erant, & Thebanorũ inimici. In eãpo hoc chi fanum est, & simulachrũ vetus. Athenis autem delatũ est, ad cuius imitationem illud quod Eleutheris nostro tempore habebatur, est effectũ. Hæc Pausanias de Baccho Eleutheresi qui erat Athenis. Cæterum de templi eius cõflagratione ne verbũ quidem. de Sarapidis quoq; templi exustione, aliis inquam, quæ fuit ante tempus Clementis, ne verbũ quidem legi. de eius autẽ excidio quod fuit temp. Clemẽtis, vide historicos Ecclesiasticos. Porrò autẽ de Delphi Apollinis templi incẽdio scribit Pausanias li. 10. Phocensiũ. Sed neq; quo casu fanum fuerit abolitum ab omnibus ad eundem modum rem expositã comperi. Sunt qui terræ hiatu haustũ, alij qui igne combustũ dicant. Constat hoc principatũ obtinẽte Athenis Erixiclide, octauæ & quinquagesimæ Olympiadis anno primo. palmam tulit Diognetris Crotoniates. Elegantèr autem dixit Clemẽs ignem qui Delphicũ templum bussit, temperantẽ & sapientem, cum quodammodo ex aduerso opponens Phœbe quæ fuerat nõ debat. *Hoc tibi ostenditur præmium.* Quasi diceret, Hic ignis qui templa exurit & idola, ostendit



crudelis præmium eorum, quæ ab igne passuri sunt cultores idolorum. Hoc enim suppliciũ hic ignis non pulliceat. [i] *Qui autem fabricantur statuas.* Cum in contemptum vocasset idola, ex eo quod sint insensilia, & in ipsa seruienti igni non possint resistere, nunc ea ludificatur ex eo quod statuarij ea in iis quæ sunt, & immittãt quæ à veris Diis sunt penitus aliena, vt qui quos turpiter amarunt & pusiones & meretrices, sub nomine & titulo Deorũ colendos & adorandos proposuerint. Quod autẽ vertimus, ἀναισχυντία, Græcè est ἀναισχυντία, quod est, pudorẽ incutiunt, vt significet pudorẽ incussio admonere. Matrimonium quod Græcè est γάμος appellat mundũ, & quæ sub sensum cadunt, & in dies transmutantur & transformentur, & ideo esse contemnenda, vt quę nõ sint firma ac stabilia, cuiusmodi sunt spiritualia. Quod qui fecerit simulachra & imagines pro Diis non adorabit. [k] *Atheniensis quidẽ Phidias.* Ex statuarie Clemẽti primus occurit Phidias qui in digito Iouis Olympij inscriptum suũ Pusionẽ, nõ Panem, quod Iouem voluit adorari. Duo certè vocabula quæ in eo erant inscripta, nempe παιδικὰ καὶ ἐρωμένου, sed vtrũq; sufficiens pulcher, si Deo verò, nõ autẽ Ioui Dei nomen sibi falsò vsurpanti, tribuatur, nõ potest, nihil esse quod ei melius cõueniat, vt qui sit & pulcher atq; adeo ipsa pulchritudo. Phidias, tribuãtur, iis nihil esse potest turpius, nihil flagitiosius. De hoc autem Pantarce sic Pausanias lib. 5. Eliacorũ, vbi agebant de statuis Olympionicarũ. Post Icũ Pantarces victis in pugnis exactus est. Fuit hic Phidiæ in amoribus. Et in quinto eorumdẽ. Quẽ verò tenia redimitũ vidimus ex ipsa corporis specie Pantarcẽ esse suspicãtur, Elæum puerũ, amore Phidiæ deuinctum. Virgilius versus ab Amaſæo. [l] *Praxiteles autem.* Quod Venus Cnidia fuerit opus Praxitelis, testãtur Plinius & Athenæus qui in hoc differunt à Clemente, quod Clemens quidẽ dicat eam illam fecisse Cratinæ quam amabat:: Plinius autẽ & Athenæus Phrynes, cuius etiam amore erat ea- *Plin. lib. 36. c. 8. & lib. 37. cap. 7. & Athen. lib. 13. cap. 22.*
rit. [m] *Inserit autem Phryne.* Sicut Phryne Thespia erat suo tempore longe pulcherrima, vt in multitudine licet apud Pausaniã, ita Alcibiades erat omniũ sui temporis adolescentũ longè formosissimus. [n] *Quæ nunc cuiusmodi adhibere iudicium.* Est hic huius loci veluti quidam epilogus. Cum, inquit, ex imaginibus effingantur Deorũ imagines, restãt nũc vt iudices veliſne adorare meretrices: & est hæc quædam figura Rhetorica, qua eum cum quo disceptamus eorũ quæ dicimus iudicem constituimus. Reliqua argumentis quibus antiqui patres oppugnabãt idololatras, Catholicos quoq; hodie innadũt quibusdam, hi sed quæ facile refelluntur, cũ in nostris imaginib⁹ nihil statuamus esse diuinitatis, & licet ipsi imaginibus procidamus, nõ tamen eas colimus & adoramus, sed totũ cultũ & veneracionem quam adhibemus ipsum exemplar prototypum, quod nec ipsum quidem à nobis adoratur, si nõ sit Deus. Sanctos quidem certè quorum in nostris Ecclesijs positæ sunt imagines, non tanquã Deos adoramus, sed Dei seruos agnoscimus, & rogamus, vt pro nobis intercedãt, & nos suis iuuent precibus.

[a] *Hæc puto moti Reges veteres, has fabulas despicientes, liberè, propterea quòd ab hominum nullum impenderet periculum, seipsos Deos pronunciarunt, ea ratione docente, illos quoque per gloriam factos esse immortales.* [b] *Ceyx quidem filius Æoli, appellatur Iupiter ab vxore Alcyone. Rursus autem Alcyone, Iuno appellatur à marito.* [c] *Quintus autem quartus vocabatur Dionysius, & Mithridates Ponticus ipse quoque Dionysius. Volebat autem Alexander quoque videri filius esse Ammonis, & cornua effingi à statuariis, pulchrum hominis vultum cornu studens ignominia probrósque figere.* [d] *Neque verò solùm Reges, sed etiam priuati, se iactant de diuinis appellationibus, vt Menecrates medicus, qui fuit cognominatus Iupiter.* [e] *Quid opus est vt dicam Alexarchum? Is cùm fuisset scientia Grammaticus, vt scribit Aristus Salaminius, ipsum effinxit in Solis effigiem. Quid opus est etiam meminisse Nicagoræ cuiusdam Zetes genere, natus tempore Alexandri, Mercurius autem appellabatur Nicagoras, cui vsui est etiam Mercurij veste: cùm etiam integræ gentes, & cum ipsis viris adulatione vtentes, de Diis fabulas viles & contemptas reddant, homines semetipsos efferentes, Diis æquales, inflati à gloria, sibi qui modum superant honores decernentes. Nunc quidem Macedonem Pelleum, Amyntoris filium Philippum in Cynosargeo Asiæ gymnasiarchum decernentes, cui & fractus erat iugulus, os inquam iuguli, quod Græci κλεῖν vocant, & fracta tibia, & fuerat exectus oculus: & rursus Deum ipsum quoque Deum vocantes, & vbi ex equo quidem descendit Athenas ingressus, est templum Demetrij καταβάτου, hoc est, Descensoris. Vbique autem aræ & templa Mineruæ ei parabantur ab Athenien sibus. Ille autem Deum quidem despiciebat, vxorem ducere non posset imaginem: habens autem Lamiam meretricem Cynosargen, & in Mineruæ thalamo volutabatur, veteri virgini meretricis iuue-*

nis figuram gestúmque & habitum ostendens. [f] Non est ergo Hipponi successu mortem suam efficienti immortalem. His enim Hippo iussit suo inscribi monumento hunc versum elegiacum.

Hic est Hipponis tumulus, quem lumine cassum
Æternis fecit Parca parem esse Deis.

[g] Rectè quidem, ô Hippon, humanum errorem nobis ostendis. Si enim tibi vel loquen non crediderunt, fiant mortui discipuli. [h] Hoc est oraculum Hipponis, ipsum insecu mus. Qui à vobis adorantur, cùm fuerint aliquando homines, deinde mortem obier Affecit autem ipsos honore, & fabula, & tempus. Solent enim nescio quomodo quidem quæ sunt præsentia despici propter consuetudinem: quæ autem sunt præter separata ab ea quæ tunc erat præsens probatione, propter incertitudinem tempore honore esse propter figmentum: & alia quidem non credi, alia verò etiam haberi in miratione. Iam verò veteres mortui longo erroris tempore se venditantes, à posteris stimantur esse dij. Harum rerum fidem vobis faciunt vestra mysteria, celebres corum vincula & vulnera, & Dij lachrymantes.

Homer. 11. Hei mihi, quòd qui hominum est mihi vel charissimus vnus,
A Patroclo statuunt Sarpedona fata domari.

Superatur ergo Iouis voluntas, & vobis victus Iupiter eiulat propter Sarpedo

[i] Meritò ergo & vos ipsi, & idola, & Dæmones eos vocatis, cum & Minerua ipsam, & alios Deos, qui eos improbè honorauit Homerus, appellarit Dæmone,

Illa alti conscendit Olympum
Ægiferi Iouis ad præcelsa palatia summi
Dæmonesádque alios.

[k] Quomodo ergo sunt adhuc Dij simulachra, & Dæmones, verè abominandi & m mundi spiritus, quos fatentur omnes esse terrenos & lutulentos, qui circa sepulc & monimenta ipso pondere depressi versantur & volutantur? circa quæ etiam cum & euanidè apparent spectra umbris similia. Hi sunt vestri Dij, idola & umbræ, præter hos, claudæ illæ & rugosæ, & strabis oculis litæ, quæ sunt potius filiæ Tiresiæ quàm Iouis. [l] Quare mihi videtur Dion facetè dixisse, Quomodo homines bonum p lem iure petierint à Ioue, quàm ipse sibi præbere non potuit? [m] O impietatem & ab interitu alienam essentiam, quoad eius à vobis fieri potest, defoditis, & intemeratum & sanctum, eius quæ verè est essentiæ, obruistis, Deum sacrilegis dati. Cur ergo ea quæ sunt Dei, iis qui non sunt Dij tribuistis. Cur verò relicto terram honorastis? Quid est autem aliud aurum, vel argentum, vel adamas, rum, vel æs, vel ebur, vel lapides pretiosi, an non terra, & ex terra? An non vnius terræ matris sunt fœtus hæc cuncta quæ vides? Cur ergo stolidi & inanium dediti cogitationi (rursus enim reuertar ad institutum) cœlestem locum mul incessentes, pietatem ac religionem humi detraxistis? terrestres Deos vobis fingen hæc genita ante Deum ingenitum persequentes, in profundiorem incidistis calig

Lapis Parius est marmor albu. Pulcher est lapis Parius, sed nondum est Neptunus. Pulchrum est ebur, sed nondu Olympius. Materia semper arte indiget. Deus autem nullius est indigus. Præcipu adiecta est figura. Materia & essentiæ opes ad lucrum quidem deducuntur, sola a sunt figura venerandæ. Aurum est tua statua, est lignum, est lapis, & terra, ab initio consideraueris, formam accepit ab artifice. Ego autem terram calcare non adorare. Non enim est mihi fas vnquam rebus inanimis credere spem anim dum est ergo quàm proximè fieri potest ad imagines. Nam qui est propriè ea



vel ex aspectu concipitur. Dæmonum enim affectionem imagines vel apertissimè exprimunt. Si quis ergo picturas & imagines obiens contempletur, ex turpibus ignominiæque ac dedecore plenis figuris, vestros Deos statim agnoscet, Dionysium ex amictu, Vulcanum ex arte, Cererem ex calamitate, Ino ex vitta, Neptunum ex tridente, Iouem ex Cygno, Herculem autem ostendit pyra: & si quis nudam viderit depictam mulierem, auream Venerem intelligit. Sic Pygmalion ille Cyprius eburneam amauit statuam: erat ea simulachrum Veneris, & erat nudum. Vincitur figura Cyprius, & coit cum imagine. Id autem scribit Philostephanus. Venus autem alia in Cnido erat lapis, & erat pulchra, alius eam amauit, & cum lapide Veneris habet consuetudinem, vt refert Polemo Peripateticus: prior quidem in opere de Cypro, alter verò in opere de Cnido. Tantum ars valuit ad decipiendum, quæ homines amori deditos illexit in barathrum. [o] Vim quidem efficacem habet ars opificis, sed nec ad eum qui est ratione præditus, nec ad eos qui vixerunt ex ratione. Per picturam, propter adumbratam similitudinem columbi aduolarunt olim alumbas, & equabus rectè pictis equi adhinnierunt. Adolescentem aiunt adamasse marmoream & pulchrum iuuenem simulachrum Cnidium: sed spectatorum visum ars decepit. Neque enim cum Dea congressus esset aliquis; neque esset aliquis sepultus cum mortuaque Dæmonem & lapidem amasset aliquis, qui fuisset sanæ mentis. [p] Vos autem ars decepit eius præstigijs, etiamsi non inducens ad amandum, verum ad colendum & adorandum simulachra & picturas. Similis quidem est pictura: Laudetur ars, non decipiat autem hominem, ac si esset veritas. Quiete stetit equus, columba minimè est perterrita, & penna stetit otiosa. Vacca Dædali, quæ ex ligno confecta fuerat, cepit taurum agressum, & coëgit bestiam, ars quæ eam deceperat, amantem inire mulierem. Tantùm abest artes quæ improbo vtuntur artificio, attulerunt insipientibus. Sed qui ipsas quidem nutriunt & exercent, quòd nec cereæ, nec luteæ, nec virginalium munerum similitudines, eas aliquid fallant, mirantur. Vos autem vel simijs euadetis deteriores, dum lapideis & ligneis, & aureis, & eburneis imagunculis & picturis animum adhibetis. [q] Tot vobis pernicioſorum ludibriorum opifices, lapicidæ, & statuarij, & pictores & fabri, & Poëtæ, multam & talem turbam inducunt: in agris quidem Satyros, per syluas autem Nymphas Oreades, & Hamadryades: quinetiam in aquis & fontibus, Naiades, & in mari Nereides. Magi autem se iam suæ impietatis gloriantur ministros habere Dæmones, vt qui eos in suorum famulorum numerum adscripserint, & necessitate adactos seruos fecerint suis carminibus. [r] Deorum itaque nuptiæ, & eorum procreationes, & puerperia, & adulteria quæ canuntur, & conuiuia quæ à Comicis recitantur, & risus qui in potu inducuntur, me incitant vt vociferer, & non tacere. O impietatem, scenam cælum feciſtis, & Deus vobis factus est actus, O quod sanctum est, Dæmoniorum personis in Comœdia ludificati estis, verum Dei cultum ac religionem, Dæmonum superstitione libidinosè & obscenè inquinantes.

Sed pulsans cytharam pulchrè is præludere cœpit, &c.

Cur ita, ô Homere, pulchram aliquam cantilenam.

Furtiuum pulchræ Veneriſque & Martis amorem
Vulcani in tecto vt fuerit congressus amantum
Primum, & per multa incestarit dona cubile,
Vulcani Regis. Desine canticum, ô Homere, non est pulchrum, do-
lose factum. Nos autem ne aures quidem stupris ac fornicationibus inquinare vo-
lumus. Sumus enim nos, sumus, qui Dei imaginem circumferimus, in hoc viuo, &

*quod mouetur, simulachro, homine, simul habitantem imaginem, consulentem, colloquentem, contubernalem, & quæ nostris mouetur affectionibus, & est omnibus affectionibus superior.* [1] *Nos Deo donati & dicati sumus pro Christo.* [2] *Nos genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus peculiaris, qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei, qui, vt ait Ioannes, non sumus ex iis qui sunt inferius, sed ab eo qui venit supernè, vniuersum didicimus, qui Dei Oeconomiam seu carnis susceptæ dispensationem, mente comprehendimus, qui vt in vitæ nouitate ambulemus nos exercemus.* [3] *Sed hæc non cogitat vulgi magna pars, sed pudore & metu omni abiecto, domi depingunt turpes Dæmonum in Venerem prioritus & titillationes. Depictis enim quibusdam tabellis sublimè appensis, mentem adhibentes, thalamos ornarunt impudicitia, intemperantiam existimantes pietatem: & in cubili decumbentes, in ipsis amplexibus Venerem illam nudam aspiciunt, quæ vincta est propter amplexus, & ad Ledam aduolantem auem, quibus mulierum amans, probantes & admittentes, in annulli palla imprimunt picturam, vtentes gnaculo conueniente Iouis impudicitiæ.* [4] *Hæc sunt Theologiæ probri & peculatus plena. Hæ sunt doctrinæ Deorum, qui vnà vobiscum fornicantur. Nam quod quilibet vult, hoc etiam putat, vt ait orator Atheniensis.* [5] *Cuiusmodi autem sunt aliæ quoque vobis imagines? Panisci quidem, & nudæ puellæ, & ebrij Satyri, & membrorum erectiones, quas picturis nudantur, conuictæ proficisci ab intemperantia. Iam verò totius libidinis & impudicitiæ figuras apertè descriptas publicè intuentes, non erubescitis, imò verò picturas erectásque custoditis, perinde ac si Deorum vestrorum imagines impudentia coluerit, domi consecraueritis, figuras gestúsque Philænidis æquè depingentes, atque ceteras Herculis. Horum non solum vsus, sed etiam aspectus, & auditus deponendam esse memoriam vobis annunciamus. Scortatæ sunt aures vestræ, fornicati sunt oculi, & quod est magis nouum, anté complexum vestri adulterium admiserunt aspectus. O qui homines! vim attulistis, & diuinitatem, figmenti probro & dedecore conscidistis, omnem impudenti estis, vt vestras sequentes animi perturbationes, vacetis delitiis, & credatis dem simulachris, eorum quærentes intemperantiam: Deo autem non creditis, moderationem non ferentes & continentiam, & quæ sunt quidem præstantiora, edito habetis, quæ verò deteriora honore afficitis, vt qui virtutis quidem effecti situs spectatum, vitium autem decertatores. Beati ergo vno, vt semel dicam, consensu sunt soli illi ex Scripturæ sententia,*

A se visa Deûm qui omnino templa negabunt,
Surdorum & lapidum quæ sunt altaria, sedes:
Ex lapide & manibus simulachra effecta virorum,
Cæsorum quæ sunt animato infecta cruore,
Quadrupedum, bipedum, volucrúmque, & cæde ferarum.

[a] *Nobis enim est apertè vetitum artem fallacem exercere. Non facies enim, inquit, sculpta, cuiusuis rei similitudinem, eorum quæ sunt in cælo, & quæcunque sunt in terra infra. Reuera enim Cererem Praxitelis, & Proserpinam, & Iacchum mysticum Lysippi existimaremus, vel Lysippi artes, vel manus Apellis, quæ diuinæ existimationis veram præbent materiæ. Sed vos quidem vt statua fabricetur quàm pulcherrima, artificio elaboratis, ne autem propter sensus egestatem efficiamini imaginibus similes, non curatis.* [b] *Valde certè dilucidè & breuiter arguit Propheticus sermo consuetudinem, dicens: Omnes Dij gentium sunt idola Dæmoniorum: Deus autem cælos fecit, & ea quæ sunt in cælo. Hinc itaque factum est, vt quidam errantes nescio quomodo, diuinum*

1. Pet. 2.
Exod. 9.
Ioan. 6.
Græcia puto legendū, καὶ τὸ ἕτερον τῶν πλάσμα-των ἐλλὴν ἀπαράλαττον.
Exod. 20.
Psal. 95.



*dem artem, sed non Deum adorent. Solem & Lunam, & alium chorum astrorum eos* Psal. 32.
*præter rationem Deos existimantes, cum sint instrumenta temporis. Verbo enim eius cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Sed ars quidem humana, & domus, & naues, & vrbes, & picturas fabricatur, Deus autem quomodo dixerim, quæcunque facit? Vide vniuersum mundum, illius est opus, & cælum, & Sol, & Angeli, & homines sunt opera digitorum eius. Quanta est autem Dei potentia? Ipsius Dei solum voluntas, est mundi creatio. Solus enim Deus fecit, quoniam ipse quoque solus est verè Deus. Sola voluntas operatur, & eius solum velle, factum esse consequitur.* [a] *Hinc exoritur chorus Philosophorum, qui factum quidem esse hominem ad cælum contemplandum, pulcherrimè confitentur, sed quæ in cælo cernuntur & visu comprehenduntur adorant. Etsi enim humana opera non sunt ea quæ sunt in cælo, at hominibus tamen sunt fabricata. Nec adoret quis vestrum Solem, sed Solis effectorem desideret: nec mundum Deum esse censeat, nec mundum colat, sed mundi quærat opificem. Ei ergo qui ad portas venturus est saluatores, solum restat, vt videtur, refugium diuina sapientia. Hinc tanquam ex sacro aliquo asylo, à nullo Dæmone educi potest homo, qui magno studio contendit ad salutem.*

## COMMENTARIVS.

[1] *Hi vero pro nouis Reges veteres.* Postquam ostendit, pro Diis coli & adorari eos qui fuerunt homines, & sunt mortui & sepulti, & in ipsis simulachris, imaginibus, & idolis, quæ tãquam Deos adorabant, nihil esse diuinitatis, nec virtutis, nec potentiæ, vt quæ & aues suis inquinarent excrementis, & in quæ seuiës quæ uis posset, nunc ostendit quidnam veteres Reges impulerit, vt se in Deorum numerum referrent. Illud autem fuit, quod & quæ de Diis scripta erant, tanquam fabulas despicerent, & eadē sibi quæ ipsis licere viderent, nempe propter rerum gestarum gloriam fieri immortales. *Ceyx quidē filius* Ceycis Trachiniorū Regis meminit Paulanias lib. 1. Atticorū, quem dicit fuisse tēpore Herculis cum eo interfuisse amicitia. Eo autē vita functo misisse eius filios Athenas, vt eos defenderēt contra Eurytheum. Is ne sit autem de quo naufragium passo, & cum vxore Alcyone in auem quoque mutatum aiunt fabula, ex hoc potest dubitari, quod Ouidius quidē Luciferi, Clemens autē Æoli eum mutatum fuisse dicit. Quod autem ipse vxorem suā vocarit Iunonē, & vicissim eius vxor ipsum vocarit Iouem, non latinè vetus scribit Eustathius in Homerū Rapsi. 1. Iliadis; Alcyones maritus vocabatur Ceyx, quo ex re venit insolentiæ, vt se vellet vocari Iouem, illam verò ornari nomine Iunonis. [a] *Ptolemæum autem Philadelphum vocabant Dionysum.* Strabo lib. 17. Geographiæ, Ptolemęus, inquit, Lagi filius Alexādro successor, Philadelphus autem Philadelphio Euergetes. Postea Philopātor Agathoclitæ. Postea Epiphanes. Postea Philometor, filio à patre imperiū perpetuò accipiēte. Hinc verò frater successit, sed Euergetes nominatus, quē & Physconē dicūt, cui & Ptolomæus cognomēto Lathurus successit. Ptolemæus autem ætate nostra Auletes Cleopatræ pater: sed omnes, post tertiū Ptolomæū malè vixerūt, omnes corrupti, omniū verò pessimè quartus, & vltimus Auletes, &c. Hæc Strabo qui pessimè quidem Ptolemæo adscribit fuisse corruptū dicit Ptolomæū, sed nec ipse, nec vllus alius quem legerim, eum dicit fuisse Dionysium vel Bacchū. De Mithridate Pōti Rege hæc dicit Cœlius Rhodiginus: Scriptum est illum ex Græcis, Mithridatem inter alia quædā spectacula, etiam illis certa cōstituisse præmia eorū amplius in ventris barathrum cōstipallent, aut meri plus ingurgitallent, πλεονάσαντα νόμον. Hæc ille ex Suidā. In vtrisq; verò ipsum reculisse victoriam, imo verò omnium sui tēporis hominum, modum excessisse. Quo argumēto putant nōnulli cognominatum esse Dionysium, & Liberum de varia historia recēsetur inter Διόνυσοι, id est Helluones, vt refert idem Cœlius. Potuit adhuc accenseri Clemēs, qui Dionysij vel Bacchi voluerint appellari, nēpe Antonius & Caius Caligula, imitat ex historiis, & eorum meminit Eustathius in Homerum in locum quem citauimus. De Alexandro qui volunt dici filium Iouis Ammonis, satis patet ex iis qui legērūt historias de eius rebus gestis. Fuit planè ridiculū, quod cum esset homo, vt Deus appareret à statuariis effingi volucrit cornutus, cum cornua cum potius bestiam ostendant quàm hominem. [b] *Neque verò solum Reges.* Est apud Athenæum lib. 11. cap. 16. & Eustathium in loco quem prius citauimus. [c] *Quid opus est vt referam Alexandrum Philippi filium, Macedo Pellæum, id est Pellematus quæ est vrbs Macedoniæ, & quā præcla-*

Cœlius lib. 19. lect. antiq. cap. 17.

ras res gesserint, & Cherſonēſi prælio Athenienſiū, & totius Græciæ vires fregerit, licet videret quid Dorum Siculū. Quod autem Athenienſes ab eo victi decreuerint, vt adoraretur apud Cinoſarges, quam memini me legere. Erat autē Cinoſarges, teſte Pauſania in primo Atticorum, templū Herc in quo erant aræ Herculis & Hebes, quam Iouis filiā ferunt ei nupſiſſe, Alcmenēſq; & Iolai qui rum laborum Herculis comes fuit. De Cinoſarge autē vide etiam Plutarchum in vita Thes Quam profuſos & immodicos honores decreuerint Athenienſes Demetrio in vita Demetrij, in est illud vel maximū, quod ara fuerit ipſi ab illis cōſecrata in loco in quem ex equo deſcendit, & ab est appellatus Demetrius ἐπιβάτης. καταβάτης autem dicebatur Iupiter, vel quod fulmina in terrā ret, vel quod propter amorē mulierum in terras deſcenderit. Nō video autem cur Clemens Lati uenem vocet meretricem, cùm ea iam ætate grandior ad meretriciā artem ſe cōtulerit, ex qua facile nobilior, quàm ex arte canēdi fiſtulis quam prius exercebat. Demetrius quidē certē dicterium paſſus ceſſabatur, quòd iuuenis cū vetula haberet cōſuetudinem. Sed cum Græcè ſit νέος, νέα autem & iuue & recentem ſignificet, Clemens fortè intellexit, nō ætate iuuenem, ſed recentem meretricem. Mo *ergo Hipponi ſuccenſendum.* Quis fuerit hīc Hippon qui hoc carmen elegiacum ſuo monimēto ſuſcr ſcribi, non ſatis cōſtat. Conſtat autem Hipponem quendam Philoſophum recenſeri inter eos, qu Diagora Melio, & Theodoro Cyrenaico, Euhemero, & cæteris. Sed nec huius carminis elegia alibi ſit mētio. Sed quicūq; fuerit hic Hippō, ſumma certe fuit eius arrogātia & amētia, qui ſe tri tuum æquiparat immortalibus. Cui tamen eo nomine nō eſſe ſuccenſendū dicit Clemens, cum tu ror eſſet ei cōmunis, & cum Regibus & cum priuatis aliquot hominibus, atq; adeo cum vniuerſis p tibus & ciuitatibus. Vnde etiam infert. [f] *Rectē quidem, ô Hippon.* Quæ dici, inquit, humanum ingen oſtendunt. Nam cum tu etiam mortuū dicis immortalē, hoc ſatis etiam arguit errare hominem qui dicunt eſſe Deos qui ſunt mortui, & vt maximē tibi loquēti & viuenti tui nō crediderint diuicule, nunc mortuo credant oportet, qui dum te mortuum immortalem eſſe dicis cōmunem hominum re rem arguis. [h] *Hoc eſt oraculum Hipponis.* Hoc eſt, inquit, oraculum Hipponis. Oracula autē cum ſint ſcura, indigēt interpretatione, vt ea intelligamus. Ex huius ergo Hipponis oraculi interpretatione intelligemus: Deos qui à gētibus adorātur, aliquādo fuiſſe homines, & deinde eſſe mortuos, ex cuius ceſſario ſequitur eos nō eſſe Deos. Deinde reſpōdet obiectioni quæ fieri poſſet. Si furāt, inquit, homines, & poſtea ſunt mortui, qui factum eſt vt adorarentur, & pro Diis colerentur & haberentur. *ergo & vos ipſi.* Ab ipſius Homeri authoritate probat Deos gentium, non eſſe Deos, cum ipſe Homer qui alioqui eos honorabat tanquā Deos, non vocet Deos, ſed Dæmones, quem ſequentes gentes Dæmones & idola, ij nō ſunt Dij. Dij enim eſſe non poſſunt, in quo nō cadit eadem quæ in Deum definitio. *Aug. de ciuitate lib. 8. cap. 17.* Auguſtinus in Ciuitate Dei Dæmones ita definit cōgruenter Apuleio, à quo eam ſumpſit definitio Dæmones ſunt genere animalia, animo paſſiua, mente rationabilia, corpore aērea, tēpore æterna. Non immorari in explicanda hac definitione, nec in quærendo ſitne vera. Sed vt maximē ſit vera, ea con definitione minimē cōueniet. Quod ſi quæratur quænam ſit, quid ſit quidem Deus, nec mente capi ri, nec verbis exprimi poſſe aſſeuerabo, etiamſi vtcunq; per negationem, & quid non ſit, dicendo, nulla cōcipi poſſit eius notio, vt teſtatur Naziāzenus in oratione de Deo. Sed quod nō ſit Deus animal, cum ipſe ſit potius ipſa vita, à qua omnia vitam habent quæ nō eſt tamen ipſa Dei eſſentia animo paſſiuus, cum nec in eū vlla cadat affectio, nec perturbatio, ſitq; merus & purus actuſ nalis, cum ſint ei omnia præſentia, nec ad res intelligendas & explicādas ei vllo diſcurſu aut opus, vt in quo firmæ, ſempiternæ & ſtabiles, & ab eius eſſentia nō diſcrepātes ſint ideæ: nec reo, vt qui plane ſit incorporeus, nec tempore æternus, vt qui eſſet ante tēpus, nec vllus num eum, aut metiatur, aut circūſcribat. Quo fit vt nec Deus ſit Dæmō, nec Dæmones poſſint eſſe Di to ergo, vt aiunt, cælo errant gentes, quæ Dæmones Deos eſſe putant, & tanquam Deos adorā autem idola quæ tanquam Deos adorant gentes, non ſint Dij, ex hoc cōſtat quod ſi ſunt Dij, ea eorum eſſentia. Idoli autē ſeu ſimulachri quatenus eſt ſimulachrum, nulla eſt eſſentia. Quidqu eſt ſimulachri totum cōſiſtit in imitatione. Non efficit autem imitatio, vt idolum ſeu ſimulachr quod imitatur: illa enim demū vera eſt imago quæ illam ipſam repræſentat eſſentiam, cuius eſt Quod quidem de ſolo Dei verbo dici iure poteſt, quod eſt ipſa & expreſſa imago patris. Si autem eſt, vt certē eſt, etiam rei veræ idoli ſeu ſimulachri nullam eſſe eſſentiā quantumuis eam imitetur, to magis rei quæ nō eſt ſimulachrum, nullam habet eſſentiam: Si hircocerus non eſt in rerum natu quanto magis in rerum natura nō eſt ſimulachrum hircocerui? Dæmones quidem ſunt in rerū natu vt qui ſint maligni ſpiritus, & perniciem quærētes humani generis: ſed vt Dij nō ſunt in rerum natu cùm nō ſint Dij. Quod ſi, vt Dij nō ſunt in rerum natura, multo magis eorum ſimulachra & idola, e ipſa eorū quæ imitantur nullam habent eſſentiā. Quamobrem ſi Dæmones nō ſunt Dij, nec tanq *1. Cor. 8.* Dij ſunt adorandi, multo minus eorū ſimulachra, quæ ne earum quidem rerum quas imitantur h eſſentiam. Præclarè profectò & diuinè Diuus Paulus; Scimus, inquit, quod idolum non eſt in mu quaſi diceret idoli nullam eſſe eſſentiam. Id autem cuius nulla eſt eſſentia nihil eſt. Quod autē nihil non eſt. Quod non eſt, Deus non eſt. Quod nō eſt Deus, non eſt adorandum tanquam Deus. No ergo idola adoranda. Adeò autem nihil eſt idolum, vt idolum & vmbra & ſomnus pro eodem v tur, nempe pro ſpectro & re, quæ licet appareat, nihil ſit, vt teſtatur Euſtathius in tricesimum Odyſſ. Huiuſmodi idolum, ſeu ſpectrum erat vmbra illa Æneæ, pro qua depugnabatur cum matre ſublatus eſſet Æneas lib. 5. Iliadis. [k] *Quomodo ergo ſunt adhuc Dæ. ſimulachra, & Dæmones vocandi.* Nec Dæmonum idola ſunt Dij, vt iam diximus, nec ipſi quoq; Dæmones, cùm ſint immundi ritus, terreni & lutulenti, & qui tanquā ſpectra vmbris ſimilia, & quod ammodo nullius eſſentiæ uerſantur circa ſepulchra & monimēta. Dij eſſe poſſunt. Quos tamē eos Deos eſſe dicitis, & pe



ſtus Litas, quas ſuis deſcribit verſibus Homerus Il. 1. quos citat, & Latinè vertit Eraſmus in prouerbio; ita omnium tardiſſimè ſeneſcit: quibus ſubiungit fabulæ de Ate & Litis allegoriam, quæ tamē vberius tractatur ab Euſtathio in eū librū Homeri, cuius hæc ſunt verba à nobis è Græco verſa. Poëta Ates & Litarum graphicē quandam depingit imaginē, & quæ ſunt eorum qui noxā afferunt, & eorum qui ſupplicant, ad Aten & Litis transferens. Et ipſam quidem Aten dicit robuſtam & validā & integris ac ſanis pedibus, quoniam qui noxiam afferunt, ſunt validi & potentes, quatenus lædunt, & occaſionē cito arripiunt. Dicit autem alibi quoq; Ates laneos eſſe pedes, eo quod quidem lædantur inſenſiliter, abſq; ſtrepitu. Ate in eos irruente. Et talis quidē eſt Ate. Litas autē deſcribit claudas, vt eas opponat & diſtinguat ab Ate, quæ eſt ſanis & integris pedibus, eo quod ſēto pede, & veluti impediti incēdit qui ſupplicant. Rogatas autem propter habitum & figuram vultus ſupplicantiū, quibus cum ſit triſtis & cōtracta, corrugatur. Præterea Litas quoq; ſtrabis dicit eſſe oculis, vt quarum peruerſi ſint oculi, & abducti ab eo quod eſt ſecundum naturam. Vnde etiam dicuntur Λοξωπῖδες, id eſt nō rectis intueri oculis propter prauitatē. Multa alia dicit Euſtathius, quæ lōgum hīc eſſet adtexere. Hę quamuis ab Homero deſcribantur deformiſſimæ, ipſe tamē eas dicit eſſe Iouis filias, quæ potius dicēdæ eſſent filiæ Therſitæ, quē ipſe deſcribit omnium deformiſſimum. [l] *Quare mihi videtur.* Eſt omnibus hominibus à natura ingeneratū, vt quæ bona ſunt à Deo petāt. Inter cætera autem quæ bona ducunt, & ſibi optant, eſt bona proles. Ea igitur à vero Deo eſt petenda, ſed & qui in religione errabant, & Iouem qui nō eſt Deus adorabāt, liberos quoq; à Ioue petebant. Sed cum Iouis deformes eſſent filij, quales Homerus deſcripſit Litas eius filium, dixit Diō, is, vt puto, cui cum Platone maxima intercēſſit amicitia, homines à Ioue bonam prolem nec dici nō petere, cum ipſe eam ſibi dare non poſſit. Nemo enim, vt aiunt, dat quod nō habet. Ephes. 3. Eſa. 45. Eſa. 66. Plin. lib. 36. cap. 2. Eraſm. in Apophteg. lib. 8.

Deus autem in verum Deum non cadit, à quo eſt omnis paternitas, & cuius generationem nemo poteſt enarrare, æternam, inquā, illam verbi filij ſui generationē, quo nulla eſt proles pulchrior & melior. Ab eo quippe iure petuntur liberi, qui filiū habet, & filios dare poteſt, quem pulchrē Eſaias inducit loquentē. Nunquid ego qui parere alios facio, ipſe nō pariam? dicit Dominus. Si ergo qui generationem cæteris tribuo, ſterilis ero, ait Dominus Deus tuus. [m] *O impietatem puram.* Sola diuina eſſentia eſt pura & mera, vt quæ nihil habeat admiſtum, nec cōcretum ac cōpactum, & eſt ab omni interitu libera, nec in eam vlla cadunt accidentia, & cum ſit libera, nec vllis terminis coērcita à loco non continetur. Cum ea ergo ſit impium, quid magis impiū, quàm dum idolis & ſepulchris tribuitur diuinitas (tribuitur autē dum ea Deo tribuuntur, & tanquā Dij colūtur) puram illam & ſinceram eſſentiā in arctum locum cogere, quod vocat Clemens inſodere, ab ipſo Deo ſuam eſſentiam ſacrilegè ſuffurari. Hoc quidē fieri nō poteſt, ſit tamen, quod eius fieri poteſt ab iis qui ſimulachris & ſepulchris Deum includunt. [n] *Eundum eſt ergo nobis penitus hinc poteſt.* De Pigmaleone qui eburnam amauit ſtatuam, quàm ipſe erat fabricatus, vide Ouidium lib. 10. Metamorph. ſed eam ſtatuam nō dicit fuiſſe Venerem. De Venere autē Cnidia, cuius tanto amore exarſit quidā iuuenis, vt in ea apparuerint quædam notæ expletæ libidinis, vide Plinium; Tantus, inquit, potuit ars artificis, nēpe pictoris, ad homines decipiendos, vt qui erant ad amorē prōcliues ad barathrū, id eſt ad interitū. Planè enim periit qui naturę ſuæ oblitus ea perpetrat quæ naturam naturam. Erat autē barathrum locus Athenis, in quē iniecerunt legatos Darij. Faciebat autem, vt quicunq; in eum iniicerent, euaneſcerēt, nec amplius apparuerint. Cōmentarius Ariſtophanis in loquens: De eodē idem Cōmentarius in Plutum. Barathrum eſt hiatus inſtar putei & tenebroſus in quem inijiciebant maleficos. [o] *Vim quidem efficacem habet ars opificis.* Quiſnam eas pinxerit columbas quas aduolarunt columbi, nuſquā memini me legere, ſed nec de equabus ad quas hinnierūt equi. Tantum legi, Epheſi ab Apelle ad vium expreſſam fuiſſe imaginē, quā cùm vidiſſet admiratum Alexandrū, ſed cum inductus fortè equus vilā equa adhinniſſet, ſenſiſſe Apellem equā melius expreſſam quàm ipſum Alexandrum. [p] *Vos autem ars decipit alios præſtigijs.* Quamuis quædam animalia mē- tis ratione carentia decipiantur à pictura & imaginibus, ſunt tamen etiam quædam quę nō decipiuntur, propter Simiæ, & ita per argumentū à minori ad maius oſtendit quā ſit turpe, quòd homines ratione præditi ſint Simiis deteriores, vt qui decipiātur ab idolis, ea Deos eſſe putantes. Simię enim nec à natura, nec à luteis ſimilitudinibus, nec à virginalibus mundis, ſeu ornamētis ad eas fallēdas cōparatis abſtinentur. Huiuſmodi cereas & luteas ſimilitudines & imagines, & virginalia ornamēta, exiſtimō olim ſcitè picta à venatoribus ad capiendas Simias: Quibus tamen is dolus nō ſuccedebat. Quo factum eſt vt ad capiendas alia iniretur ratio. De iis ſcribit Plinius lib. 8. c. 54. Mira ſolertia viſco inungūt oculos, imitatique imitatione venantiū traduntur. Sed cum de Simiis multi ſcribant authores, apud neminem tamen ea quæ dicit Clemens. Eos cum legerit Clemens, neceſſe eſt vt ij iniuria temporis interciderint. [q] *Vt vobis peruicaciſſimi ludibriorū opifices.* τὸν γὰρ μιμητικὸν, ars, inquam, imitatiua dicitur illa quæ poſita eſt in imitatione. De qua vide Platonem in Sophiſta. In illa cōtinentur lapicidæ, ſtatuarij, fabri, pictores, & Poëtæ, qui tam ea quæ ſunt quàm quæ nō ſunt repræſentant. Eis autem omnibus eſt commune, quod quid repræſentant, eius nullā exprimūt eſſentiā, ſed id ſolum quod accidit extrinſecus. Tantum autem picturæ cū Poëtica affinitas, vt à Plutarcho meritò dicatur Poëtica loquens pictura, & cōtra pictura muta poëſis. Harū artium opifices quam multa hominibus afferant ludibria, oſtendit Clemens, cum tanquā vera repræſentant quæ ne ſunt quidem in rerum natura, cuiuſmodi ſunt ea quæ fingunt, Satyros, inquā, Deos agreſtes, & Nymphas. Quid ſit autē Nympha, & quot modis accipiatur apud Græcos, quotuplices ſunt illæ Nymphæ, quæ vulgo canuntur à Poëtis, vide apud Giraldū qui hoc tractat in multis locis ſuæ de Diis hiſtoriæ. Quod ad Magos autem attinet, & ad artē Magicam, quid de iis hic loquitur Clemens, hoc tantum dicam fuiſſe quidē olim Magiam aliquam dictam ſcientiam, quæ ex obſeruatione cauſarū & rerum naturaliū multa vulgo ignota in lucem proferebat, & quidē admirabilia: ſed ſemper malè audiiſſe, & ſceueriſſimis legū decretis fuiſſe damnatā eam quæ ſolum cū eorum habebat cum Dæmonibus, quorū quantus eſſet aſtus & dolus, ex hoc facilè poteſt

intelligi, quod quos in suã pertraxerãt seruitutẽ, eis se ab ipsis adiuratos obedire & seruire præ-
bant. Cum autẽ sint multa maleficiorum genera, in quæ seuerè animaduertitur à legibus, Magos quo-
certè crimen proprium & peculiare sibi adsciuit nomen maleficij. Sunt q; Magorũ libri etiam non-
uili habitu reprobatæ lectionis. Quo magis mirũ est quod cũ tam multis abhinc seculis Christus Co-
codæmonis profligarit tyrannidẽ, & in spiritualem nos asseruerit libertatẽ, nõ desint insuper
tempore principes, qui maleficos apud se alãt, & eos, si Dijs placet, Philosophos appellant. *Deuit enim nuptiæ.* Cœlum est sedes Dei: vos autem cum non in cœlo collocatis, sed in terra, in qua agunt Tra-
gœdiæ & Comœdiæ, *Et Deum*, inquit, *actum feciſtis*, id est, feciſtis vt Deorum personam in scena agerent
Mimi & Histriones. Nam quod Græcè dicitur ὃ ἔστιν ἀπὸ τοῦ δρᾶν, & actus Latinè ab agendo, significat
quod imitando repræsentatur; *Et quod sanctum est, Dæmoniorum persecutus in Comœdia ludificati ipsum.* Sanctum
Græcè dicitur ὅσιον, id est colendum & venerandũ ἀπὸ τοῦ ἀζεσθαι, id est venerari, vel vt vult Origenes ἀπὸ
γῆς, id est sine terra. Quod est, inquit, venerandũ ac colendum, & minimè est terrestre, id autem est
Deorum personis, qui planè sunt Dæmones in Comœdijs inducentes, pro ludibrio habetis. *Sed pulcher-
rimam pulchrorum prædere capit, &c.* Iam ostendit quomodo Poëtæ se gererent in scœna, in Comœdijs
inquam, & Tragœdijs, in quibus introducebãt Dæmones. Nũc autẽ ne videretur cæteros Poëtas in-
pa liberare, quemadmodum ij quoq; se gerant ostendit, & maximè is qui omnium Poëtarũ erat
princeps, nempe Homerus, qui suis versibus canit adulteriũ Martis & Veneris. Inducit enim Cythe-
dum Cynodocum id canentem. Plato quoq; docet à Poëtis non esse scribendã, quos etiam à ita
bat ciuitate, non prius reuocaturus quàm priori relicta consuetudine, ad grauia, & honesta scribenda
contulerint, quanto magis nõ est permittendum Christianis vt impudici versus ab eis vel legantur
scribãtur? Quod qui faciũt vt sunt maximè vituperãdi, ita maximè sunt laude digni, qui eos versus
bunt, & qui ad pietatem erudiunt, & mores cõponunt. Quo in genere maximam laudem me-
est assecutus vir doctiss. & religiosissimus Iacobus Billius Cœnobiarcha Monasterij S. Mi-
Eremo. *Nos Deo donati & dicati sumus pro Christo.* Quod vertimus Deo donati & dedicati pro Chri-
Græcè est ἀνάθεμα τῷ θεῷ ὑπὲρ χριστοῦ. Est autem ἀνάθεμα, quod Deo donatum est & dedicatũ. Significat
tem nos qui olim fuimus à Deo alieni, nũc esse Dei, vt qui ei simus à Christo donati. Nam quod Do-
mus id non nostris tribuendum est meritis, sed Christo qui nos ei donauit & obtulit. Etideo dicit
Christo, id est propter Christum, cui acceptum ferre debemus quod Dei simus. Deinde sequitur, *Vos*
Exod. 19. *genus electũ, regale Sacerdotium.* Deus olim dixit populo Hebræo, Si audieritis vocem meam, & custo-
ritis præcepta mea, eritis mihi in regnum Sacerdotale, & gens sancta. Eum ergo populum tunc
prium & peculiarem sibi Deus elegerat. Sed cũ ita se gessissent vt Dei voce spreta & cõtempta
tis ab ipso essent repulsi, vocatæ gentes in eorũ locum successerunt, & qui prius nõ erat populus, hab
est Dei populus. Quod olim à Deo prædictũ per Prophetam Oseæ, post Christi aduentum ipso rebus
verum est comprobatum. *Qui vt ait Ioannes, non sumus ex iis.* Quod Græcè est ὃν τρόπον Ἰωάννης, vertit Ioannes. Ita autem verti, non autem vt dicit Ioannes, quod nusquã expressis verbis hoc dicat Ioan-
etiãsi hic sensus ex eo possit elici, maximè ex tertio capite Euangelij, vbi quod nostra habet versio
quis denuo natus est, ἐὰν μὴ τις ἄνωθεν γεννηθῇ, id est, nisi quis sit generatus supernè vel à supernis. Vtiq;
cet eos qui tincti sunt salutari lauacro, non ab inferis, id est à terra, sed supernè seu à superis habuis-
neratione, qua ab eo qui de cœlo descẽdit vniuersum discitur, nẽpe à Christo, cũ in ea regeneratione
cœlitus infundãtur Theologicæ virtutes, fides, spes, & charitas, quibus is qui regeneratur nouæ
creatura, recens, inquam, creata, cum postquam ab eis renunciatum sit Satanę & põpis eius, Chri-
stigia sequentes & innocenter viuant, & bona exerceant opera. Hoc autẽ nõ potest fieri nisi Deũ
nomiam mente cõprehenderimus, id est carnis à Christo susceptę dispensationem, qui pro nobis
cùm surrexisset à mortuis, & ascendisset in cœlos, humanũ genus cõsedere fecit in cœlestibus. Exci-
Ephes. 1. quod dicit, Qui Dei Oeconomiam, seu carnis susceptę dispensationem, mente cõprehendimus, habe-
satis est cognitam, & mente cõprehensam habere carnis à Christo susceptæ dispensationem. Nõ
vult Christus ignauã & otiosam fidei professionẽ, sed vt facti simus noua creatura, ita vult vt nostra
ceamus, vt in vitæ nouitate ambulemus, id est vt charitatis opera ita exerceamus, vt omnis vitæ
scopus, & institutum ad Deũ dirigatur. Quòd quidem merito dicitur nouæ vitę via & institutum, cum
ante Christũ natum qui est via, veritas & vita, nemo ita se gereret in bonis actionibus, vt solũ Deũ
quam extremum finem sibi proponeret. Et hoc est quod dicit Clemens. Qui vt in vitę nouitate ambu-
laremus nos exercuimus. *Sed hæc nõ cogitat vulgi magna pars.* Dixit quidnam facerent per baptismũ re-
generati & docti Christiani, & noua effecti creatura, non satis habentes Christum suę salutis agnos-
authorẽ, nisi etiam in rectæ vitæ institutione se exercerẽt. Nunc eis ex aduerso opponit gẽtes, quæ-
pium & obscœnorum amorum & cõplexuum suorum Deorũ, suspensis depictis tabulis, se ad libi-
itritabant. In eis erat depicta, vel nudæ Veneris & Martis à Vulcano colligatorũ cõiunctio: vel Iouis
olorem versũ ad Lædam accessus & cõcubitus. Nõnulli autem vt ea res frequentius eorum oblectamen-
tur oculis, & tenacius hæreret memoriæ, ipsum Iouis in olorem versi cũ Læda cõcubitum in pulcher-
Terentij in Eunuch. nuli habebant depictũ. Hoc quantum ad libidinem excitet, ostendit Chærea in Eunucho Terentij, qui
dum contemplaretur in tabula Iouem per impluuium tanquam imbrem aureum, in Danaen gremium
descendisse, se maximè dicit fuisse incitatũ ad desideratis fruendum cõplexibus. Quòd autem dicit Cle-
mens vulgi magnam partem illam nouæ vitæ exercitationem nõ cogitare, est perspicuum, non de om-
gentibus, sed quod magis est dolendũ, nostris maximè tẽporibus, etiam de profligatæ vitæ Christianæ
esse intelligendum. *Hæc sunt Theologia probri.* Ex his, inquit, facilè potest intelligi quàm sit turpis, & ab-
scœna gentium Theologia, & qualis sit Deorum doctrina, qui cum eis fornicantur. Hæc autem impura
Theologia & Deorũ doctrina facilè vobis persuadetur. Nam cum sitis ad libidinẽ proclines, libidino-
sos esse Deos facilè existimatis. Nã quod vult quilibet hoc etiã esse putat, vt dicit Demosthenes, & quod



libenter facilè credimus, vt ait Cæsar in Commentariis. *Cuiusmodi autem sunt alia.* Præter eas autem
quas iam dixit aliàs quoque dicit esse imagines ad libidinem incitantes, Panisscorum, nudarum puellarũ,
Herrorũ, Phallorum, & Ithyphallorum, quæ sunt erectæ tanquam quædam columnæ & trophæa quæ-
dam impudicitiæ. De Phallis autẽ, & Ithyphallis, cum antea satis superque dixerimus, nõ est quod plu-
ra dicamus. Inter cæteras autem recenset etiã imaginem Philenidis, cuius figuras gestúsque æquè depin-
gebãt, ac certamina Herculis. Ex quo potest intelligi eos pluris fecisse voluptatem, quàm magni ani-
mi virtutem, & fortitudinem. Fuit autẽ Phryne famosa meretrix, quam coniicere possumus ex verbis
Clementis varias libidinis figuras & gestus cõsueuisse ostendere. Quas quidem figuras & gestus ad exci-
tandã libidinẽ exprimebant pictores in describendis imaginibus. Nescio autẽ an ea sit Philenis quam
Propertius in Theatro dicit Polycratem Poëtã Græcum suis lacerasse carminibus, & cuius meminit
Martialis lib. 8. Epigrammatum. Nam ego quidem nihil legi Polycratis, sed si ea vixit tẽpore Clementis,
Martialis eũ visit circa tẽpus Martialis. *Nobis enim est apertè veritum.* Vulgo dici solet iniquũm esse pe-
tendum, vt æquum feras. Quod hic quoque facit noster Clemens qui gentes abductutus à cultu simu-
lacrorum, ne procellę vt ne nobis quidẽ dicãt licere imagines pingere & fingere, alioqui futurũ vt sum-
mi artifices, qui maximũ & nullo sensu prædita materia pro Diis haberetur & coleretur. Sed tantũ ab-
est vt nobis nõ liceat habere imagines, vt ne ludæis quidem quantumuis ad idololatriam propensis fue-
rit ea de re imagines, modo ea adhiberetur cautio ne eas adorarent. Dei quidem certè sententiam
non tribuebatur populus Hebræus habere imagines, & ullã similitudinem, ita esse intelligendã, constat
ex eo quod præcedit, & ex eo quod mox sequitur. Præcedit enim: Nõ habebis Deos alienos coram me.
Deinde sequitur. Non adorabis ea, neque coles. Quo fit vt si tollatur adoratio, qua Deos alienos gẽtes
colebant, non videatur licere habere imagines, quæ habere possint imagines. Quod quidẽ licuisse etiã apud Hebræos, ostendunt & Cherubi-
ni & Seraphinorum, & Leonum, & multorum aliorum imagines, quæ erant in templo Dei quod ædi-
ficauit Salomon. Quod si id licuit apud Hebræos, quos idololatriæ fuisse deditos, ostendit, vt cætera
omnia, ita aureus, quẽ conflarunt, & pro Deo adorarunt, quanto magis apud Christianos, qui ima-
gines non tribuunt diuinitatis. Nec apud eos locũ habet, quod summis artificibus euenisse dicit Cle-
mens, vt cum artes & manus ipsas faceret, vt pro Diis coleretur materia: ex quacunque enim materia facta
imago, ea diuinitatis nullam habet existimationem, sed reputatur id quod est, nempe materia, nec
refert quam quomodocunq; sit effomata, in memoriam reuocet eum cuius cernitur effigies. Sed
de his satis. Artem autem fallacem vocat Clemens, artem ἰμιτατίνην, id est, imitatiuam, quæ quan-
do non imitatur, nunquam assequitur id quod imitatur. Quo fit vt in imitatione semper sit falla-
cia. Nã neq; semper fallax pictura quæ magnitudinem quidem & externa vtcunque exprimit accidẽtia,
potest etiã nunquã ipsam exprimit essentiam. De Lysippo autem, Praxitele & Apelle, & quæ nam fe-
rint opera, nõ est quod hic persequar, cum apud Plinium & Pausaniam ea omnia liceat inuenire, qui de
his copiosè scripserunt. Quod autẽ Deus dicit Clemens dicit id dicere Prophetam, intelligens eum qui
per Prophetã, dicere per os Prophetæ, Prophetæ autem dicitur Moses, vt qui non solũ narrat res gestas, sed
etiam præcinit futuras. *Valde certè dilucidè & breuiter.* Authoritate Moysis Prophetæ cui lex à Deo da-
ta, falsè idolorũ artem non esse exercendam docuit. Nunc autem eandem idololatriæ culturam
damnat Propheta, nẽpe Dauidis Regis qui idẽ fuit psalmographus, authoritate reprobat & refellit, qui
his verbis cuiusmodi esset idololatria ostendens: Omnes, inquit, Dij gentiũ Dæmonia. Ad maio-
rem emphasim addidit Clemens Dæmoniorũ idola, quasi dixisset, Quidnam colitis, & ij respon-
dent, Deos colimus. Sed quinã sunt vestri Dij? Ipsi certè Dæmones non sunt Dij. Atque nec ipsos co-
lunt Dæmones, sed simulachra Dæmoniorũ. Est autẽ emphatis in verbo Dæmones. Sunt enim Dæmo-
nes quidem spiritus, Dei hostes, praui & exitiosi, & qui nihil vnquã pulchrum & præclarum fecerunt
sed ipsum quidem Opt. Max. & hanc pulcherrimam mundi fabricam est architectatus, & in ea id quod est
maximè spectabile, nempe cælos. Dæmoniorum sunt idola, Deus autem nulla materiata exprimi po-
test neque. Est his autem præclaris Dei operibus quæ conspiciuntur ab hominibus, cum ipse possit in-
uisibilis esse, author rerum uisibilium, quidam à Deo aberrarunt, vt negato ipso opifice eius opera tanquam Deos
colerent, Solem, scilicet, & Lunam & Stellas, quæ tantum abest vt sint Dij, vt sint tantum instrumenta
temporis. Nam in Deum quidem vt qui sit æternus, nullum cadit tempus: cadit autem in homines qui
oriuntur & occidunt. Ad tempus autem dimetiendum creati sunt Sol & Luna, quæ suo motu rec mor-
tales distribuunt & definiunt. Est enim tempus numerus motus per id quod præcedit, & id quod Genes. 1.
sequitur. Dixit enim Deus in Genesi; Fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidant diem ac noctem,
& sint in signa, & tempora, & dies, & annos, vt luceant in firmamento cæli, & illuminent terram, &c.
Quamobrem ergo ob rationem Sol & Luna sunt existimati Dij? Nam cum verbo Dei cæli sint firmati, &
cum eis eius virtus eorum, non est par honor tribuendus rei creatæ & creatori. Diuinam autẽ artem
non Clemens ipsum Dei opificium, ne quis, vt nonnulli Philosophi, existimet Solem & Lunam casu
factum. *Hinc euertitur eborus.* Philosophos & probat & reprehendit. Probat quidem in eo quod di-
cit esse factum ad cælum contemplandum. Homo enim Græcè dicitus est ἀπὸ τοῦ ἀνω ὁρᾶν, ex
eo quod sursum aspiciat. Vnde eleganter dicit Ouidius.

*Prona quæ cum spectent animalia cætera terram,*
*Os homini sublime dedit, cœlumque videre*
*Iussit, & erectos ad sydera tollere vultus.*

Hæc probat, sed in eo reprehendit quod Solem & Lunam adorant. Nam si ideo adorant, quod
Deum esse censent, & in eo falluntur quod res creatas adorant pro creatore, & non animaduertunt
quòd sint creata, in quibus est Sol & Luna, ea ad vsum hominum esse creata.

[a] Perſequamur autem, ſi velis, ſententias quoque Philoſophorum, quas de Diis ſen-
tant, ſi forte ipſam quoque inuenerimus philoſophiam, propter inanem gloriam, ut
materia idola conſtituere, ſi etiam Dæmonia quædam diuino honore afficientem, pro-
quendo oſtendere poſſimus eam ſomniare veritatem. Atque elementa quidem primo
a ſe laudata reliquerunt, Thales Mileſius aquam, & Anaximenes, qui ipſe quoque
fuit Mileſius, aerem, quem Diogenes Apollionates eſt poſtea conſecutus. Parme-
des autem Eleates introduxit Deos ignem & terram. Ex his autem alterum ſolum
Deum exiſtimarunt ignem, Hippaſus Metapontinus, & Epheſius Heraclitus. Em-
pedocles autem Agrigentinus, cum incidiſſet in multitudinem, præter hæc quatuor ele-
menta contentionem enumerat & amicitiam. [b] Sunt autem hi quoque impy, quo-
pida quadam ſapientia adorarunt materiam, & lapides quidem vel ligna non ado-
runt, terram autem eorum matrem vt Deum colendam eſſe putarunt: & Neptu-
quidem non effingunt, ipſam autem aquam colunt. Quid enim eſt aliud Nep-
quàm humida quædam ſubſtantia, quæ ἀπὸ τοῦ πόσεως, hoc eſt à potu, Græcè dic-
eſt ποσειδὼν, ſicut certe Mars bellicus ἀπὸ τοῦ μάρνασθαι Græcè dictus eſt ἀπὸ τοῦ ἄρειν, vel ἀπὸ
τοῦ ἀείρειν, hoc eſt ab inſurrectione & interfectione. Qua ratione mihi videntur quoque
multi, cùm ſolum enſem fixerint, tanquam Marti ſacrificare. Eſt autem Scythar
ſicut dixit Eudoxus in lib. de ambitu. Ex Scythis autem Sarmatæ, vt dicit Ioſe
opere de myſteriis, adorant acinacem. Hoc etiam vſu venit Heraclito & eius ſecta-
ribus, qui ignem colunt tanquam rerum ortus principium. Hunc enim ignem alio
minarunt Ἥφαιστον, id eſt, Vulcanum. Perſarum autem Magi ignem coluerunt, & ma-
ex iis qui Aſiam incolunt: Quinetiam Macedones, vt ait Diogenes in primo Perſi-
rum. Quid mihi opus eſt recenſere Sarmatas, quos refert Nyphiodorus in lib. de Lapi-
Barbaricis, ignem colere, aut Perſas, & Medos & Magos? Hos autem dicit
non ſacrificare ſub Dio, ſolas Deorum imagines ignem & aquam eſſe putantes. [c] Ho-
que verò eorum celauerim inſcitiam: nam etſi ſe maximè exiſtimant fugere ab error
in alium tamen labuntur errorem. Deorum quidem imagines, ligna, & lapides non ex-
ſtimarunt, vt Græci. Sed nec Ichneumonas, & Ibides, vt AEgyptij, ſed ignem &
aquam, vt Philoſophi. [d] Multis tamen poſtea decurſis annorum curriculis, eos imag-
nes hominum formæ ſimiles coluiſſe oſtendit Berоſus in tertio Chaldaicorum, cùm hic
introduciſſet Artaxerxes Darij filij Ochi filius, qui cùm primus Veneris
imaginem erexiſſet Babylone, & Suſis, & Ecbatanis, & Perſis, & Bactris, &
Damaſco, & Sardibus, eam oſtendit eſſe colendam. Fateantur ergo philoſophi
magiſtros fuiſſe Perſas, vel Sarmatas, vel magos à quibus didicerunt impietatem
nerabilium ſibi principiorum, principem omnium effectorem & ipſorum principium
opificem ignorantes, Deum, qui caret principio: hæc autem egena & infirma, &
Galat. 4. Apoſtolus, quæ ad vſum hominum miniſteriumque facta ſunt elementa adorantes.
aliis autem philoſophis, qui elementis præteritis, excelſius quid & præſtantius
garunt: alij quidem ex ipſis laudarunt infinitum, ex quibus fuit Anaximander
ſius, & Anaxagoras Clazomenius & Athenienſis Archelaus. Atque hi quidem
bo præfecerunt mentem infinitati, Leucippus autem Mileſius, & Chius, Metro-
ipſi quoque, vt videtur, duplicia reliquere principia, plenum & inane. His autem
bus adſumpta adiecit ſimulachra, ceu rerum ſpecies, Democritus Abderitanus.
mæon verò Crotoniata, aſtra Deos eſſe putabat, vt quæ ſint animata. [e] Sed nec
ſilebo impudentiam: Xenocrates fuit hic Carthaginenſis, ſeptem quidem Deos
tas, octauum verò qui ex his omnibus conſtat, mundum tacitè ſignificat. [f] Sed nec

Hic Berоſus fuit Sibylla pater, ut refert Iuſtinus Martyr.



ermittam Stoicos, qui omnem quantumuis vilem & abiectam materiam dicunt Deum
prouadere, qui apertè ſuam philoſophiam afficiunt dedecore. [h] Sed nec moleſtum fuerit,
te arborror, cùm ad hunc locum peruenerim, meminiſſe etiam Peripateticorum. Et qui
eſt quidem pater huius hæreſis, cùm non intellexiſſet patrem, eum qui vocatur ſupre-
mum, putat eſſe animam vniuerſitatis, hoc eſt, mundi animam Deum eſſe exiſtimans,
ipſe à ſeipſo confoditur: Qui enim vſque ad Lunam eius definit prouidentiam, deinde
mundum Deum eſſe exiſtimat, euertitur, vt qui eum, qui eſt Dei expers, Deum eſſe
arbitretur. [i] Ereſius autem ille Theophraſtus, familiaris Ariſtotelis, alicubi quidem cæ-
lum, alicubi verò ſpiritum, Deum eſſe exiſtimat. [k] Nam Epicuri quidem ſolius vel lu-
bens obliuiſcar, qui Deo dicit non eſſe curæ res humanas, impiè ſe gerens per omnia.
[l] Quid verò Heraclides Ponticus? non ipſe quoque alicubi detrahitur ad ipſa Demo-
critiſimulachra? Magna mihi affuit eiuſmodi turba, inducens veluti quandam laruam
Democritum, abſurdas exterorum fabulas, nugis anilibus adumbratas. Longè abeſt
vt verò permittamus audire eiuſmodi fabulas, qui ne lachrymantes quidem, vt dicitur,
filios narrando fabulas ſolari aſſueſcimus, timentes ne vnà cùm eis nutriamus impieta-
tem, quæ annunciatur quidem ab his qui ſibi videntur ſapientes, veritatem autem non
magis norunt quàm pueri. Quid enim, ô per veritatem, eos qui tibi crediderunt, flu-
xæ & interitui grauibus & inordinatis efficis obnoxios? cur verò mihi vitam reples
ſimulachris, vel ventos, vel aerem, vel ignem, vel terram, vel lapides, vel ligna, vel
hunc mundum Deos effingens? & de Diis etiam ſtellis errantibus, hominibus qui ve-
hementer aberrauerunt, per hanc vulgo iactatam Aſtrologiam, non Aſtronomiam ſublimè lo-
quens & nugans? Deſidero Dominum ſpirituum, Dominum ignis, mundi opificem
Deum quero, qui præbet Soli lumen, non autem Dei opera. [m] Quemnam autem, in- Plato in Ti-
quit, à te inquiſitionis accipiam adiutorem? Non enim Platonem, ſi velis omnino re- mæo.
pudiemus. Quinam ergo ratione Deus eſt perſcrutandus, ô Plato? Vniuerſitatis huius
patrem & effectorem inuenire eſt difficile, & cùm inueneris, fieri non poteſt vt eum Per ipſum videlicet
enuncies. Cur nam verò, ô per ipſum? Nequaquam enim eſt dicendus. [n] Recte, ô Plato, at- Deum, dicit Plato.
que ipſi veritatem, ſed ne te pigeat laboris, vnà mecum ſuſcipe boni inquiſitionem. Omnibus
enim, vt ſemel dicam, hominibus, maximè autem iis qui verſantur in doctrina & literis,
inſitum eſt quidam diuinus influxus. Qua de cauſa vel inuiti fatentur quidem vnum eſſe
Deum, ab interitu alienum & ingenitum, eumque in cæli vertice, in ſua propria ſpecula
vere ſemper eſſe. [o] Dic autem mihi qualiſnam Deus ſit mihi cogitandus?

Qui cuncta cernit, ipſe ſed non cernitur,

Ad Euripides. Mihi ergo videtur Menander erraſſe, cùm dicit:

Ὦ ſol Deorum, nam te adorare decet
Primum, Dei per quem videntur cæteri.

[p] Neque enim Sol vnquam oſtendet verum Deum, neque verum Verbum, quod eſt Sol
æternus, qui ſi ſolum intus ſit exortus, in profundo mentis, ipſius quoque mentis illu-
ſtrator oculus. [q] Vnde non improbabiliter Democritus ait, paucos ex doctis hominibus
mundum ſuſtuliſſe: hic quem nunc Græci vocamus aerem, totum oppleri fabulis, quod
de omnia norit, & det, & auferat, & is ſit Rex omnium. Hac ergo ratione Plato
quoque de eo cogitans, regem omnium ſignificat, & eſt ille cauſa omnium bonorum.
Quisnam ergo Rex eſt Deus vniuerſorum? Eorum quæ ſunt menſura veritatis. Sicut
omnia in quæ cadit dimenſio, menſura comprehenduntur: ita etiam eo quod Deum co-
gnoſcat, venit in dimenſionem, & comprehenditur veritas. Verè autem Sacerdos
Magnus: Non erit, inquit, in tua marſupio ſtatera magna vel parua, ſed ſtatera vera &

æqua, stateram, & mensuram, & numerum omnium Deum esse existimans; [illegible] enim & iniqua simulachra, domi in marsupio, & in sordida, vt semel dicam, animæ [illegible] absonsa. Quæ est autem sola iusta mensura? Qui solus est verè Deus, semper æquabiliter semper eodem modo se habens, omnia metitur & ponderat tanquam trutina iustitia, [illegible] uersorum naturam in æquilibrio continens & sustinens. Deus quidem certè, sicut [illegible] est oratio, omnium quæ sunt, principium, & finem, & media continens, rectè [illegible] per secundum naturam circumcirca ingreditur. Illum autem semper sequatur iustitia, [illegible] quæ de eis pœnas sumit, qui à lege diuina deficiunt. [f] Vndènam, ô Plato, verisimile coniicis? Vndènam abundè suppeditata rationum copia, pietatem & verum Deum [illegible] tum vaticinatur? His, inquit, sunt sapientiora barbarorum genera. Noui tuos magistros, etsi eos celare velis. Geometriam discis ab Ægyptiis, Astronomiam à Babyloniis, rectas & sanas incantationes accipis à Thracibus. Te etiam multa docturum [illegible] Syrij. Leges autem quæcunque veræ sunt, & de Deo opinio, suppeditata tibi sunt à Hebræis, qui non vanis erroribus, nec hominum opera aurea, ænea & argentea, [illegible] nea, lignea, & lapidea hominum qui sunt mortui adorant simulachra, quæ vanis [illegible] silio adorantur ab hominibus, sed sanctas vlnas tollunt ad cælum, mane à cubili semper [illegible] corpus aquis mundantes, & immortalem qui semper regnat colunt. [t] Nec mihi [illegible] sophia, vnum hunc Platonem, sed multos etiam alios cura vt in medium adducat, [illegible] vnum verè Deum solum loquuntur Deum, sicubi per eius inspirationem veritatem [illegible] prehenderunt. Antisthenes enim non hoc quidem Cynicum cogitauit, sed vt qui [illegible] Socratis familiaris, dicit Deum nulli esse similem: quare nemo eum potest [illegible] imagine. [u] Xenophon autem Atheniensis ipse quoque apertè scribit de veritate, [illegible] nium dicturus vt Socrates, nisi ipse timuisset pharmacum: sed nihilo secius tacite [illegible] ficat: qui omnia, inquit, mouet, & est quietus & immotus, magnus quidem [illegible] apertè potens, sed cuiusmodi nam sit forma, non apparet. Sed nec Sol qui omni ex parte [illegible] detur esse lucidus & conspicuus, ipse seipsum videre permittit: sed si quis ipsum [illegible] ter fuerit contemplatus, visu oculorum priuatur. [x] Vndènam igitur eruditur Gryllus [illegible] num ab Hebræorum propheriſſa, scilicet, quæ hoc modo vaticinatur.

Quæ caro cœlestem poterit verúmque tueri,
Humanæ sortis qui expers in vertice cæli
Est Deus: Aduersus radios neque cernere Solis
Mortales possunt homines lucémque micantem.

[y] Cleanthes autem Pisadeus, Stoicus philosophus, qui non Poeticam Theogoniam [illegible] veram ostendit Theologiam, non celauit quidnam de Deo sentiret. Si bonum quid [illegible] me rogas, audi: Ordinatum, iustum, sanctum, pium, seipsum continens, [illegible] decorum, seuerum, constans, semper conferens, metus, curæ & doloris expers, [illegible] dum, tutum, amicum, honoratum, quod omnes fatentur gloriosum, à falsa [illegible] curam gerens, moderatum, vehemens, diuturnum, reprehensioni minime [illegible] per permanens. Est sordidus & illiberalis, quisquis recipit ad opinionem, tanquam [illegible] illa quid boni consecuturus. Hic, vt existimo, apertè docet qualisnam sit Deus, & [illegible] communis opinio & consuetudo, eos quæ ipsas sequuntur, sed non eos qui Deum quærunt [illegible] digunt in seruitutem. [z] Nec est silendus Pythagoras, qui dicit: Deus quidem est [illegible] tem non est, vt quidam existimant, extra mundi administrationem, sed est totus in ipso [illegible] toto circulo Speculator totius generationis, vniuersorum contemperatio, qui semper [illegible] suas facultates deduxit ad opus, omnium operum in cælo illustrator, pater omnium, [illegible] illuminatio toti circulo, omnium motus.

COMMEN-



COMMENTARIVS.

[f] *Sed sequamur autem & velit sententias.* Cum ostendisset Clemens errare Philosophos, qui res creatas quas ad vsum hominũ Deus est fabricatus, tanquam deos adorant, obtulit se occasio loquendi de eorum errore, qui quod mundi elementa & principia ita statuant vt ea pro diis habeant. Grauiter autem errant, quod cum sit vnum principium, vt pulchrè dicit Theodoretus, Deus vniuersorum ab interitu alienus, [illegible] immensus, infinitus, qui nec definiri nec circũscribi potest, incompositus, incorporeus, sub aspectum non [illegible] cadens, simplex, bonus, iustus, lux intelligens, potentia quæ nulla mẽsura cognoscitur, eam autẽ sola diuina [illegible] uina voluntas dimetitur: isti inter se dissidentes vel multa statuũt principia quæ sunt mũdi elemẽta, vel [illegible] mum ipsi elementum. Quamuis autem Plutarchus dicat elementa differre à principiis, quod elemẽta [illegible] sint cõposita, principia autem neque sint cõposita, neque effecta, constat tamen omnes fere Philosophos [illegible] quæ elementa distinguere à principiis, & vel vnum aliquod ex elemẽtis cõstituere principium, [illegible] uit simul elemẽta principia. De his autẽ principiis scribit Archytas in lib. De placitis Philosophi, & Theodoretus in lib. De curandis Græc. affectionibus. Quod autem dij sint hæc elementa vel [illegible] principia, etsi non disertis verbis dixerint, quod tamen id senserint ex hoc est perspicuum, quod ea diuinis [illegible] uerint principia. Principia autẽ sunt causæ rerum omnium. Quod est autem rerum omnium causa, quid [illegible] uerit quæ Deus. Philosophia ergo inani impulsa glotia, inueniendo nouã de diis sententiam, dum [illegible] fingit elementa seu principia, ex materia idola cõstituens, vel dæmonia pro diis habẽs, somniat veritatem. [illegible] Merito enim est somnium quod nihil habet firmum & stabile, cuiusmodi est ipsorum de diis opinio.

[illegible] *Sed uetera hæ quoque impij.* Clementis quidem præcipuus est scopus & institutum eos ostendere impios, [illegible] qui idola adorant & simulachra: Philosophorũ autem errorem esse dicit, quod elementa, quæ etiã [illegible] principia, deos esse existimant. Ne quispiã autem eos nõ censeat esse impios, quod ligna & lapides [illegible] colant, nunc pronunciat eos nõ minus esse impios, quòd ipsam terram adorant & materiam. Laudant [illegible] ligna nõ adorant, sed adorant terram eorum matrem: Neptuni quidẽ simulachrum effingunt, [illegible] adorant, sed aquam, quæ quidem est Neptunus. Neptunus enim Græcè dicitur ποσειδὼν, cuius etymologium [illegible] hoc est à potu deducitur. Potus autẽ nõ est aliud quã humida substãtia: ποσὶδέσμος [illegible] etymologium esse ἀπὸ τοῦ πόσιος testatur Eustathius Homeri interpres in Rapsodiã 9 Iliadis Homeri, [illegible] est causa quæ mare continet, quoniã mare est causa πόσιος, id est potus, propter fluuios, [illegible] aquas, quæ colatæ è mari emanant, à quo pendent etiã pluuiæ quæ ipsæ quoque sunt potabiles. [illegible] autem & hanc etymologiam affert etymologicum Græcum, & aliam non minus verisimilem, [illegible] quod ἀφὸ τοῦ ἀφὸς hoc est à damno seu noxia, est enim bellũ rerum omnium pernitiosum & maxime noxium. Est autem in Philosophis Græcorum hoc maxime reprehendendum, [illegible] materia, quã æternam dicunt & ingenitam, dum principia & elementa dicunt primas rerũ [illegible] Deus cõstituant, efficientis causæ nulla facta mentione, vel Deũ simul coniungunt cum ingenita [illegible] materia, & Deo ipsi non plus tribuunt quam materiæ, cum vtrunq; statuant æternum & ingenitum. [illegible] Deus autem nationibus quæ acinace seu gladio in terram fixo Martem tanquam Deum colunt, [illegible] simile est Clementi nostro παλαίφατος, cum ij quos citat authores, temporũ iniuria perierint. Quod [illegible] Heraclitus ignem censuerit rerum omnium esse principium, videndum est apud Laërtium. Eundẽ [illegible] ignem censuerunt esse Deum Persæ, Chaldæi & Magi. De Macedonibus autem & Sarmatis nusquam [illegible] legi. De Chaldæis autem qui ignem Deum suum circumferebant, & tanquam omnium potentissimũ prædicabant, & quomodo à Canopo Sacerdote victus sit Alexandriæ, elegans est narratio in Ecclesiastica historia Ruffini, lib. 11. cap. 26. Dicebatur autem ignis etiam πῦρ ἀπὸ τοῦ πυρέττειν etymologia ducta ἀπὸ τοῦ πυρέττειν quod tangat & vrat. Persæ autẽ indignũ rati quod dij tectis includerentur, templa ab hominibus ædificata eruebant. Cum autẽ nulla templa haberent, si ab eis esset sacrificandum, igni sub dio sacrificabant. Magi verò nullas esse putabant deorũ imagines præter ignem & aquam, æ autem imagines [illegible] deorũ dij. *Neque verò eorum celauerunt insectiã.* Tres sunt errores, quod attinet ad deorum cultum [illegible] ignem Græcorum, qui ligna & lapides deorum putabant esse imagines, cùm tamen ligna & lapides [illegible] naturam minime possint exprimere ac repræsentare: Ægyptiorum, quorum tanta erat superstitio [illegible] bestia animantia, imo verò etiã æpe & alia pro diis colerent: Philosophorũ, qui statuebant elementa & principia esse rerum omnium causas. Persæ ergo & Magi duos quidem errores nõ admittebãt, [illegible] non colebant idola cum Græcis, nec bruta animantia, nec æpe & alia colerẽt cũ Ægyptiis, sed in eundẽ incidebant errorem totem in quem Philosophi, vt qui sicut ipsi ignem & aquam adorarent. [a] *Multis tamen posteà annorum curriculis.* Quænã fuerit Venus Tanais nusquam alibi legi, non est tamen dubitandum id [illegible] quod Ruffinus legisse Clementẽ, qui summus fuit historicus & Astrologus, & cuius tãta fuit authoritas, [illegible] propter ipsius rerũ prædictionem, ab Atheniensibus in publico gymnasio posita fuerit statua, teste Plinio. *Ex aliis autẽ Philosophis.* Præter eos Philosophos qui elementa & principia deos constituebãt, [illegible] dam alij qui præterea elementis, aliquod aliud excelsius & præstantius principium cõstituerunt, vt [illegible] Anaximander, Anaxagoras, Archelaus, qui infinitum constituerunt principium nẽpe ὄπειρον seu materiã, [illegible] quæ dirigendæ, cõponendæ, terminandæ, & formandæ, mentem, id est Deũ perfecerint. Omnium [illegible] omnis ferè principia constituebant vel contraria, vel ex cõtrariis vt scribit Aristoteles in lib. [illegible] auscult. vbi tractat de principiis. Democritus autẽ pleno & inani non contentus, his adiunxerat [illegible] insectabilia, quæ dicuntur atomi. Eáne ita vocarit Democritus, an ea ludificans Clemens appellarit, vt quæ falsa visione essent effictæ & apprehensa, non possum certò statuere. Sed certũ est [illegible] rerum principia constituisse atomos: à quonã autem acceperit Clemens, Alcmæonem Crotoniatem aëra Deos putasse, vt quæ essent animata, nescio: hoc scio nec Diogenem Laërtium [illegible] scribit Philosophorũ, nec Plutarchum qui eorum refert placita, de ea re vllũ verbum fecisse. [illegible] *Non sicbi impudenter.* Exemplar quidem Græcum habet κατ᾽ ἀναίδειαν, sed existimo legendum κατ᾽

καθάπερ, Xenocratē enim fuisse Chalcedonensem dicit Laërtius. Is autem fuit quem dicebat Plato calcaribus, Aristotelē verò freno. Apud eum autem nulla fit mentio, quod septem Planetæ sint Deos, septimum autem ex his constantem mundum. [a] *Sed nec prætermittam Stoicos.* Siſentiunt Deũ res omnes quantumuis obscœnas & immundas ita peruadere, vt ab eis labis aliquid & inquinamenti contraheret, ea sententia merito reprehenderetur à Clemente, vt quæ eorum Philosophiam afficiat & dedecore. Sed si sentirent Stoici, vt sentire est verisimile Deum, sed non tanquam corpus neque tanquam motu corporis agitatum, cum sit incorporeus, & vbique esse, & omnia implere, video cur à Clemente iure reprehēdantur. Ab iis certe Stoicis accepit quod præclare scribit Virgilius:

*Principio cælum ac terram camposque liquentes,*
*Lucentemque globum lunæ, Titaniaque astra*
*Spiritus intus alit, totāque infusa per artus*
*Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.*

Quod quidem dum dicit, non videtur aliud sentire quam quod ipse Dominus in sacris nostris dicit quis; Cœlum & terram impleo, dicit Dominus. Implet autem non eo modo quo corpus, sed qui ne sub humanā quidem cadit intelligentiam. Non magis autem, imo verò multo minus incorporeā quā radij solis loca, quantumuis turpia & fœtida peruadentes. [b] *Sed nec molestum fuerit.* Peripatetici Philosophi sunt assectæ Aristotelis, ita appellati, quod eius sectæ, quā heresim vocat, pater (is est Aristoteles) deambulando disputaret. Aristoteles autem, summus alioqui Philosophus, minus pie quàm est, de Deo, hoc est, de Dei prouidentia sentiebat, vt qui & intelligentiis solum vsque ad orbi lunæ ministrandi mundi munus eum mandasse dixerit, & in libro de Mundo, de mundi rectione loquens vtitur exemplis & similitudinibus quæ Deo plane sunt indignæ. Cum is ergo Deum esse mundum non vereatur dicere, quod ei tribuit Plutarchus in placitis Philosophorũ, vel saltem mundi animum, vt hic Clemens, Dei autē prouidentiam non vltra orbem lunæ statuat procedere, ipse sibi repugnat & euertatur, vt qui mundũ esse Deũ arbitretur qui non est Deus. Deus enim non est, vbi non est cum dentia. Quo in loco autem non est Dei prouidētia, ea certe pars mundi vt sit sine Deo necesse est, quod est absurdum, & impium. [c] *Ereſius autē ille Theophraſtus.* Quod de Theophrasto dicit Clemens, is nunc extant operibus eius nō inuenies, sed cũ multa perierint quæ extabant tempore Clementis, des est habenda qui legit. [d] *Nam Epicuri quidem.* Epicurũ in hac fuisse sententia, vt existimaret Deos curare res humanas, vix est vllus qui ignoret. Hoc autē aperte licet videre, & apud Lucretiũ, qui eius sectam pulcherrimè describit, & apud Ciceronem de natura Deorũ. Epicuri autem sententiam cit Clemens nō lubenter meminisse, qui cùm diuinam tollat prouidentiam, omnē omnino eximit gionem. [e] *Quid verò Heraclides Ponticus.* Hic Heraclides recensetur inter philosophos à Diogene Laërtio. In eadē autem fuit sententia, in qua Democritus de atomis & simulachris. [f] *Quoniam autem, inquit,* facilius perueniatur ad Dei cognitionē, petit ab ipso Græco, vt Plato sibi detur adiutor ad eius tionem, cùm vix vllus dari possit ex gentibus, qui de Deo scripserit diuinius. Cōuertit itaq; se Platonem, & inducto veluti quodā inter eos dialogismo, ex eo scisciatur quanam ratione Deus testigandus, ad quod respōdet Plato, id quod ab ipso dictũ est in Timæo; Vniuersitatis huius effectorem & inuenire est difficile, & cum inueneris fieri non potest vt eũ enunciet: Dei enim est potest vlla definitio, quæ eius explicet essentiam. Quidquid enim de eo dixeris, id magis quod quid sit statuit, vt exempli causa, immensus & infinitus, & quæ sunt huiusmodi, vt diuinè Gregorius Theologus in sua de Deo, oratione. Tantũ autē abest vt explicari possit eius essentia, vt Hebræos multa sint Dei nomina, vnũ est tamen solum, nempe Tetragrammaton, quod eius significandæ essentiæ vim aliquam habeat & potestatem. Sed & illud erat ineffabile, & quo erat aliud vocabulũ, nempe Adonai vsurpare, quo eius significabatur dominatio & potestas, essentia erat ineffabilis, inexplicabilis. Nomen autem Dei Tetragrammaton non prius licuit Iesus Christus suo aduentu, & mysterium aperuit, & nobis salutem dedit. Rogatus ergo Plato posset enunciari, respondet; Nequaquam enim est dicendus: id est, eum non licet effari. Nam to esset in Ægypto, à Iudæis didicerat nomen Dei Tetragrammaton esse ineffabile. Eius autem mysteriũ tempore Clementis iam reuelarat Christus, quod tamen ignorabat Plato, à quo non petendum quam ipse præstare poterat: laudat itaque Clemens id quod dicit Plato. [g] *Recte, ſi Platonis veritatem.* Dicit Clemens rectè quidem dixisse Platonem, quod Tetragrammaton Dei nomen essentia enuntiari & explicari nō possit. Sed ideo nō esse desistendum à cognitionis Dei inuestigatione quā posse haberi ex eo cōstat, quod omnibus hominibus, maximè autem iis qui versantur in sacris stillata immissaque sit Dei notio. Nā vt pulchrè dicit Lucilius apud Ciceronem in secundo de natura Deorũ; Quid potest esse tam apertum & perspicuum, quam cùm cælum perspexerimus, cælestia contemplati fuerimus, esse aliquod numen præstantissimæ mentis quo hæc regantur. Iã verò nō hæc notio esse insita in animis hominũ, quin simul intelligatur esse vnum qui regit & moderatur, cesse est autē, vt in eum qui perpetuo regit & moderatur, non cadat ortus & interitus. Ineſt quoq; nibus hæc notio quod Deus sit in cælo. Quod quidem sicræ quoque testantur literæ quæ dicunt; autē noster est in cælo: & in oratione Dominica quotidie clamamus; Pater noster qui es in cælis, tamen est existimandum Deum ita esse in cælis affixum, vt non sit alibi. Etsi enim sit in cælis, cælum & terram implet, non corporis mole, sed potestate. Cælum quoque dicitur esse Dei sedes, eelũ rerum creatarum sit & præstantissimum & Deo dignissimum. In cælo autem esse Deum intelligendo quærere quisnā sit Deus, adducit etiam Euripidem Platoni assentientem, quem laudat, quod in specula, absit vt quis ita intelligat, Deũ tanquā hominem inde prospicere, vt videat quid sit Prospicit enim & prouidet omnia, regitq; & moderatur more suo, non humano, & ita cùt Dei è cælo prospicientia, vt interim videtur secta *αὐτομάτως φερόμενα.* [h] *Dic autem mihi qualem tuum* gendo quærere quisnā sit Deus, adducit etiam Euripidem Platoni assentientem, quem laudat, quod

*Isaiae. 66.*



dicens Deum cuncta cernere, ipsum autem non cerni: videt enim omnia Deus, non corporeis quidem oculis, sed mente sua & intelligentia, ipse autem à nemine videtur: Deum enim nemo vidit vnquam, vt *Ioan. 1.* dicit Scriptura, & nemo Deum videbit & viuet. Repræhendit autem Menandrum Poëtam Comicum: qui dicit, Solem primum Deorum esse adorandum, quod per eum Dij cæteri videantur. Sol enim est à Deo creatus, & cadit sub sensum: & ideo nec est Deus, nec est adorandus tanquam Deus: & falsum est per eum videri Deos cæteros. Nam licet verum sit per Solem videri quæcunque cadunt sub aspectum, falsum est tamen esse Deum quidquam quod sit sensile, cùm Deus sit incorporeus: & licet verum sit quod inquit dicit Nazianzenus, id esse Solem in sensilibus, quod est Deus in iis quæ cadunt sub intelligentiam, falsum est tamen Solem cadere sub intelligentiam. Quo fit vt falsum sit eum esse Deum, falsum quoque est cæteros Deos per eum videri. Nam cum sit vnus Deus, dici non potest alios esse Deos: falsum quoque est Deum videri, cùm solus omnia videat, ipse autem minime videatur. Quod si non videatur Deus, Sol eum nequaquam potest ostendere. [i] *Neque enim Sol vnquam ostendet verum Deum, quem verum verbum.* Sol non potest ostendere verum Deum. Nam id quod cadit sub intelligentiam, videri non potest ab eo quod cadit sub sensum: neque quod est expers rationis rationem ostendere. Rationem dico nempe λόγον: λόγος enim rationem & verbum & sermonem significat, *Ioan. 8.* vt est Christus Dei filius, qui & ἐσφ'ατον lucem mundi, & quem Ioannes dicit in Euangelio il- *Ioan. 1.* luminare omnem hominem venientem in hunc mundum. Eum dicit Clemens esse Solem animæ, quippe qui exortus oculum eius illuminat. Illuminat enim vt qui ignorantiæ & vitiorum tenebras, scientiæque & virtutum lucem immittat. Mentis autem cum audis oculum, nihil est aliud intelligendum. Nam mens quidem, quæ est incorporea, videt ea quæ sunt sensilia per corpus, seu instrumentum visus. Oculus autem corporis non videt citra mentem, quæ indicauit ei vim præbet & facultatem. Ad ea autem videnda quæ cadunt sub intelligentiam, non nullo indiget instrumento visus, vt quæ per se ea videat absque vllius auxilio. Quo etiam modo dicitur Deus videre, vt qui nihil habeat commune cum corpore & sensu. Eo modo videt quidem omnia, sed à nemine videtur. Deum enim nemo vidit vnquam, & nemo Deum videbit *Ioan. 1.* vt fuit. Quod autem & Iacob & Moyses Deum vidisse dicuntur, ideo dicuntur quod eis aliqua diuina species, quæ eum præsentem adesse significaret. Quæ quidem cùm non sit eius essentia, & unus cum adesse constet, merito scribitur visa eius esse posteriora, posteriora, inquam, id est dicta. Non abs re etiam dicitur Deum videri in Eucharistia, sub symbolis panis & vini in Corpus Christi & sanguinem conuersis, quæ concomitatur Christus, qui est Deus & homo, & à quo nullus abesse non potest. Quod autem externus non videt sensus, aperte videt interna sicra. [k] *Vide ne improbabiliter Democritus aut, paucos ex doctis.* Ex eo, inquit Democritus, quod Deus videatur mentem illuminat, pauci autem sunt, quorum mens à Deo illuminetur, fit quod pauci etiam docti & religione præditi, manus in cælum tollant, quoniam Deum non videant quibus non videatur præsens. Idem autem Democritus dicit totum quem Græci vocant aërem, plenum esse iis quæ dicuntur, (id enim est Græcè μῦθος, non solum conficta narratio) nempe quod Deus norit omnia, & qui sit ipsa sapientia, & det omnia, & omnia auferat, vt in cuius manu & potestate sita sunt omnia. Quo ergo adducantur qui secrete de Deo sentire præ se ferunt, nempe Euripides Tragicus & Democritus Philosophus. [l] *Quisnam ergo Rex est Deus universorum? Eorum quæ sunt mensura.* Quæ dicit Clemens, ea merito tribuit Platoni, vt quæ inueniuntur in eius scriptis. Nam esse Deum rerum omnium opificem & creatorem dicit Sophista. Bonorum autem omnium authorem & causam in Symposio. Quod autem sit mensura rerum omnium, & quod omnium quæ sunt principium, finis & medium, recta semper secundum naturam circumcirca ingreditur, in primo de legibus. Quomodo dicitur, Deus est mensura rerum veritatis? Veritas non est nisi in iis quæ sunt perpetuo, & quæ nunquam mutantur. Eiusmodi non sunt ea in quæ cadit ortus & interitus, sed ea quæ versantur in intelligentia. Rerum autem omnium veritas est in mente diuina. In ea enim sunt rerum omnium ideæ & imagines, quæ cùm ipse nunquam mutentur, iis quæ oriuntur & intereunt formas non imponunt, sed quæ mutatur & alteratur. Per illas autem rerum omnium ideas & imagines quæ sunt in mente diuina, Deo viuunt omnia, sicut nostra canit Ecclesia. Propter quas quidem rerum ideas, & formas quæ in eo ita sunt, vt ab eo differant quatenus est Deus, nihil enim est in Deo quod non sit Deus, merito dicit Dinus Dionysius Deum esse omnia eminenter. Rursus autem videndum est & considerandum quid sit mensura. Est autem mensura id quod metitur quantitatem rerum quæ cadunt sub dimensionem. Sub dimensionem autem cadunt in quæ sunt quando quantum sit spatium & intercullum rei quæ habet longitudinem, latitudinem, & profundum. Ad eam dimetiendam certe opus est regula, quæ definiat quoties comprehendatur id quod dimetitur: vel volumus scire quantum sit pondus rei quam dimetimur, siue ea sit arida, siue liquida. Ad id autem dimetiendum, statera opus est seu trutina. Sine autem regula siue trutina non est dimensio, recta certè & æqualis & sibi constans mensura sit oportet. Nunc videndum est quid sit, quod dicit, Deus est eorum quæ sunt mensura veritatis. Ad hanc autem intelligendam veritatis mensuram, legem quam Hebræis tulit Moyses, qua cauet, in Marsupio, vel alio simili literæ contextus, domi, non sit statera magna vel parua, sed statera vera & æqua, ad quam dirigendi anagogicum, nempe quod Deus est statera, & numerus omnium. Et statera quidem & mensura æqua quomodo sit Deus iam diximus, & quod per eam comprehendatur essentiæ ratio, quæ in nullo est alio, nisi per participationem. Cur autem sit Deus vera & æqua mensura, id est causam, quod cum oporteat mensuram esse semper æqualem, & sibi constantem, solus Deus est eiusmodi, qui est semper æqualis & eodem modo se habens. Is certe est qui dicit per Propheram: Ego sum Deus, & non mutor. Dicitur etiam Deus numerus omnium. Nam quidquid *Malach. 3.*

est in rerum natura, tendit ad vnum tanquam ad suum principium, & cum multa sint quæ tur, non alia tamen ratione considerantur, quam quatenus vnumquodque sit vnum, & ea ipsa rediguntur ad vnum. Nam certum est non aliud esse numerum, quam multarum vnitatum Quælibet autē vnitas cum sit vna per vnius participationem, non metitur, nisi quatenus uersorum mensura. Metitur ergo deus, vt qui sit rerum omnium regula & mensura. vt qui sit omnium firma & stabilis statera & trutina. Statera autem & trutina est, per quam sunt alioqui diuersorum ponderum, rediguntur in vnum pondus. Ea autem trutina dicitur deus semper habet comitem. Nam qui fecit omnia in numero, pondere & mensura, in & singulis rebus certam & conuenientem vult obseruari proportionem. Cui conuenienter ab bus constituti iudices, & iis qui recte se gerunt honores & præmia decernunt, & eos qui se strinxerunt, vel corrigunt, vel si non possint corrigi, ab hominum societate repelliunt & est dei statera & trutina, & ideo vulgo pingitur iustitia manu gestans libram seu trutinam. Quod dicit Clemens cum Platone, Deum esse mensuram veritatis, id statuendū est non dici in propria suræ proportione. Nam cum mensura proprie dicatur in quantitate, deus autem tantum absit quantitas, vt mera sit essentia, vel potius purus actus, & supra omnē essentiam, Deus non proprie potest mensura, sed vel per metaphoram, vel per quandam analogiam. Nam vt mensura in se hendit omnem quantitatem earum rerum quæ cadunt sub dimensionem, ita deus in suis ideis ctitur veritatem rerum omnium, quæ propriè non sunt, nisi quatenus deus æternas earum imagines in sua habet essentia. Quo fit vt merito dicatur Deus esse mensura veritatis rerum Nam absque Deo, qui cuilibet rei suam tribuit formam, perpetua nihilominus manente & mutata forma quæ est in ipso, non modo nihil est vere, sed ne est quidem. Hinc fit, vt eam forum naturam in æquilibrio contineat & sustineat, merito dicatur omnium quæ sunt, medium & finem continere. Hinc est quod in sacris literis aptissimè & conuenientissimè pha & Omega. Nam vt Alpha & Omega, omnes intermedias continent literas, nec sunt nes intermediæ literæ idem quod Alpha & Omega: Ita Deus quæcunq; sunt suo complexu eorum essentia ab eo dependet, nec tamen est eorum essentia idem quod Deus, licet eis Dei tribuat & essentiam, quæ in ipso quidem est æterna, in rebus autem creatis oritur & occidit, in iis, quas esse æternas & interitui non obnoxias, æterni sui priuilegij vult gratia & beneficium. nus quomodo sit Deus mensura rerum veritatis. [f] *Vndenam, ô Plato, veritatem comicis.* Barbaros cis & antiquiores & sapientiores multis in locis testatur Plato. Cum autem à diuersis barbaris didicerit, ab Hebræis quidem certe & leges quæ ad mores pertinent, & veram Dei colendam dicit. Ægyptij dicuntur inuenisse Geometriam, cum illa eis opus esset propter confusos agrorum minos Nili inundatione: Assyrij vel Chaldæi Astronomiam, vt qui in locis planis & patentibus tent: à Thracibus accepta sunt mysteria quæ docuit Orpheus versibus, & ideo ea vocat incantationes. Est autem obseruandum, quòd dicit Hebræos à cubili semper corpus mundi priusquam id fecissent, ad Deum colendum accessisse. Frequentia autem fuerunt apud eos quæ erant veluti quidam typi nostræ ad synaxin & communionem præparationis. [g] *sophia, vnum hunc Platonem:* Per apostrophen sermonem conuertit ad Philosophiam, quam præter Platonem alios proferat Philosophos qui de Deo rectè sentiunt. Recte autem adiecit eius inspirationem veritatem apprehenderint. Nam ij ipsi Philosophi qui de Deo verè sunt locuti, sibi semper constant, sed sæpe ad suum de Diis errorem conuertuntur, sicut etiam multis in to. [h] *Xenophon autem Athenensis ipse quoque apertè scribit.* Alterum nempe Xenophontis Socratis puli, affert testimonium de Dei veritate, qui idem dixisset quod Socrates, nisi timuisset cicutæ, quam bibere coactus fuit Socrates, damnatus quod de Diis impiè sentiret, cum de ro Deo colendo ipsam amplecteretur veritatem. [i] *Vndenam igitur eruditus Gryllæ filius* Deo sententiam dicit Clemens, Xenophontem didicisse à Sibylla, quam vocat Hebræam phetissam, quod suis carminibus eadem canat quæ Prophetæ Hebrei. Cum autem apud mentio duodecim Sibyllarum, vnius tamen solius nomine editus est liber, qui nunc extat no excusus. [k] *Cleanthes autem Pisandeus, Stoicus Philosophus.* Alium Philosophum affert nempe Cleanthem Stoicum qui recte de Deo sentiat, vt qui non explicet Theogoniam, rum generationem vt Hesiodus, sed veram ostendat Theologiam, id est, veri Dei rationem est pulchrum, quo nomine Deum vocat, vt qui per se sit pulcher, bonūsque & honestus, mis ornans elogiis, interim reiiciens communem de Diis opinionem & consuetudinem, quæ quuntur impietati seruiunt & superstitioni. [l] *Nec est silendum Pythagoræ, qui dicit.* Platoni & recensuit Philosophis, adiungit etiam Pythagoram qui Deum vnum esse dicit, cui curæ sunt res næ, & eas administrat, qui generationem in mundi circulo considerat, vniuersa temperat, quia otiosus, sed operator, facultates suas deducens ad opus, omnium creator & genitor, toti mundo vitam & intelligentiam, & per quem mouentur omnia.

[a] *Atque hæc quidem sufficiunt ad Dei agnitionem, quæ ab ipsis quidem Deo inspiratis scripta, à nobis autem selecta sunt ei, qui vel parum potest perspicere veritatem. Addat autem (non sufficit enim Philosophia) ipsa quoque Poetica, quæ est quidem deo no in falso occupata, sed vix tandem aliquando testatur veritatem, vel potius*



*ferunt fabulosam digressionem.* [c] *Accedat autem quicunque velit Poeta. Atque primus quidem Aratus intelligit Dei potestatem omnia peruadere:*

Atque vt sint omnia firma,
Primo & postremo præbent huic sacra precesque.
O mirande pater, salue, valde vtilis orbi.

[d] *Aratus quoque Hesiodus Deum itidem tacitè significat:*

Ipse suo regno ditioneque continet omnes.
Nec tenet imperium hoc ex immortalibus vllus.

[e] *Iam verò in scena quoque veritatem aperiunt, Vnus quidem,*
In æthera & cælum cum tu suspexeris,
Eum vide, illum & esse censeas Deum. *ait Euripides,*

[f] *Sophi verò filius Sophocles:*
In veritate est vnus, est vnus Deus,
Qui machinam cæli solique condidit
Lætos marisque fluctus, & vehementiam
Ventorum: Aberrantes lucro nos homines,
Sed recreantes qui incidunt casus graues,
Imagines & æneas, & ligneas
Et lapideas posuimus atque eburneas,
Diisque sacra offerentes, & festos dies
His celebrantes, esse dicimus pios.

[g] *Hæc quidem tam audacter & tam confidenter veritatem auditoribus introduxit in scenam. Thracius autem sacrorum simul interpres & Poeta, Oeagri filius Orpheus, postquam Orgiorum sacra fuit effatus, & simulachrorum expositio Theologiam, veritatis* [h] *inducit recantationem, verè sacram, sed serò tamen canens orationem:*

Effabor queis fas est, aures claude prophane
Quisquis es, illustri Musæ sed edite Luna,
Audi, vera loquar, nec quæ olim visa fuere
Pectoribus, charæ te priuent lumine vitæ.
Verbum ast aspiciens diuinum, assistere nunquam
Huic cessat, mentemque tuam & cor dirige, recta
Atque via ingredere, mundi autem respice Regem,
Solum immortalem.

*Deinceps inferius subiungens, dicit dilucidè:*

Ex se vnus genitus, genita & sunt omnia ab vno,
Versatúrque in eis ipse, ex mortalibus vllus
Nec videt hunc, contrà sed cunctos aspicit ipse.

*Hæc quidem Orpheus, & cum aberrasset, tandem intellexit:*

Ast homo consilio ne tu cunctare sagaci,
Sed propera placare Deum, mox ipse reuersus.

[i] *Hæc cum vel maximè Græci quasdam verbi diuini acceptissent illuminationes, veritatisque quædam sunt eloquti, attestantur quidem eius vim non occultam, seipsos au-*

*tem arguunt, vt qui imbecilli finem non attigerint. Iam enim existimo cuiuis euidens manifestum, quod qui absque verbo veritatis operantur aliquid vel loquuntur, sunt similes ijs qui conantur ingredi absque pedibus.* [h] *Te quoque pudore quodam mouerant ad talem, Deorum vestrorum reprehensiones, quibus à veritate coacti Poëtæ vestri, eos insectantur in Comœdiis. Menander certè Comicus in Auriga, in actu qui dicitur Suppositius:*

Nullus, inquit, mihi placeat Deus foris ambulans
Cum vetula, neque in domos ingrediens
In ostio Metragyrtes.

*Tales enim erant Metragyrtæ. Vnde eis mendicantibus meritò dicebat Antisthenes: Nouo malo matrem Deorum quam Dij alunt. Rursus idem Comicus in actu qui dicitur Sacerdos, ægrè ferens consuetudinem, impiam erroris arroganciam conatur refellere, sapienter eloquens:*

Nam si trahit Deum
Ad quod cupit quisquam homo cymbalis,
Hoc qui facit, certè is Deo est potentior.
Audaciæ sed vitæque hæc reperta sunt
Hominibus instrumenta.

*Neque verò solus Menander, sed etiam Homerus & Euripides, & permulti alij Poëtæ Deos vestros arguunt, nec verentur, vel tantillum eos insequi maledictis:* [i] *Iam Minerua μαινόμενα, id est, muscam caninam, & Vulcanum ἀμφιγυῆ, id est, vtroque pede claudum appellant. Veneri autem dicit Helena,*

Atque tuis pedibus reditus tibi non sit Olympo.

[k] *De Dionyso seu Baccho aperte dicit Homerus:*

Et qui nutrices Bacchi quandoque furentis.
In medium immisit Dionysum, quæ simul omnes
Thyrsum iecerunt sæuo impellente Lycurgo.

*Socratica schola verè dignus est Euripides, respiciens ad veritatem, & spectantem & aspiciens, aliquando quidem Apollinem, qui medias habitat sedes, in os apertissime respondens hominibus, arguens:*

Parens ei, matrem necaui ego meam,
Eum putate, vos impium & occidite,
Peccauit ille, non ego minus sciens
Eram qui honesti & ipsius iustitiæ.

[l] *Aliquando autem Herculem inducens furiosum, & alicubi ebrium & insatiabilem. Quomodo enim non erat eiusmodi, qui in conuiuio virides ficus comedebat, cum canibus, latrans tam ineptè vt id sciret vel barbarus? Iam verò in actu cui nomen est Capite nudo Deos theatro aperit,*

Æquum esse quî potest, dedistis qui hominibus
Leges, rei vt vos sitis iniustitiæ?
Quod si (nam erit nunquam id, & absque re loquor)
Supplicium ob raptas luatis fœminas,
Neptune tu, & cælum tenet qui Iupiter,
Scelera luendo, templa exinanibitis.

COMMEN-



## COMMENTARIVS.

[a] τοῦτο *haec quidem sufficiunt.*] Philosophi, inquit, quæ verè de Deo scripserunt, Deo quidē inspirante scripserunt, sed à nobis acceperunt, à nostris scilicet maioribus. Quod facile intelligit etiam qui parum perspicit veritatem. [b] *Accedat autem, non sufficit enim philosophia.*] Non soli Philosophi, sed etiam Poëtæ, libenter veritatem in scribendis fabulis & mendaciis, de Deo tamen vera tandē scripserunt, & quas scripserūt fabulas fatentur esse digressiones à veritate, quam sibi debebant scribendam proponere. [c] *Accedat autem nunc & vester Poëta.*] Primum adducit Aratum Poëtam qui scripsit τὰ φαινόμενα, id est ea quæ apparent in cœlo, qui tanti fecit Paulus vt eum citaret in Actis Apostolicis. Is dicit eū primum & postremum esse omnia, & ei sacrificandū, vt sint omnia firma & stabilia. Nam sine eius præsidio & auxilio omnia corruunt. [d] *Asiæus quoque Hesiodus.*] Hesiodus quoque dicit Deum esse omnium Regem & Imperatorem, nec vllis esse alium ex immortalibus qui hoc imperium obtineat. Quod eo magis est mirandū, quod is qui scripsit Theogoniam, in qua ab eo introducitur innumerabilis Deorum multitudo. [e] *Iam verò in Euripides censet Deum cognosci ex operibus.*

forma.] Nulli sunt ex Poëtis qui vulgi magis sequantur opinionē & cōsuetudinem quàm Scenici, & tamen duo ex iis Tragici, Euripides & Sophocles, de Deo veram habuere sententiā. In his certè versibus, vnde Euripides, cum cœlum suspexerimus, Deū cognosci ex operibus. [f] *Sophilli verò filius Sophocles.*] Hæc ex sententia Sophoclis, vnum esse Deum cœli & terræ creatorem, idola autem & simulachra primum fuisse inuenta ad solatiū eorū, quibus grauis aliquis casus accidisset, vtpote quibus aliquis charissimus filius esset præreptus, eo tamen rem rediisse vt pij habeantur, qui colunt idola seu simulachra eorū qui fuerunt. [g] *Hic quidem tam audacter & tam confidenter.*] Orpheus qui ex professo scripsit de Deorum sacris Orphi & mysteriis, ipsa veritate cogente de Deo tandē verè scripsit, & cū se aberrasse intellexisset, caterum eos, qui aberrarant, vt ad se reuersi thure Deū placent, admonet. [h] *Te quoque pudore quodam mouerat ad talem, Deorum mortuorum.*] Ad gentes ab errore & impietate adducendas, & ad fidem & salutem conuertendas, plurimum valere deberent reprehensiones, quibus Poëtæ suos Deos insectantur, vel inuiti ab ipsa veritate coacti. Eos autem in aliquot actibus insectatur Menander, qui sibi dicit non placere quod Deus foris ambulet cum vetula vt pura cum lena, forte ambiens vt sibi aliquam conciliet meretrici. De Metragyrtis Cybeles Sacerdotibus satis antea diximus, nec opus est vt ea hic repetamus. Ij stipem mendicabant. Irridet etiam Deorū imbecillitatem, quod cymbalis & aliis instrumētis musicis homines ad se vellent ducerent. Quod quidem de Rhea seu Cybele fingitur à Poëtis. Vbi autem legitur, Audaciæ sed vitæque hæc reperta sunt hominibus instrumenta, Græcè quidē est βίαι, sed coniicio legendum esse βίας, id est violentia, vt sit inter ὕβριν, id est audaciam, & βίαν, id est violentiam, aliqua affinitas. Significat autem cymbala & huiusmodi instrumenta, ab hominibus esse inuenta ad excitandam audaciam & violentiam. [i] *Iam Mineruam μαινόμενα, id est Muscam,*] Cum imprudentia omni Musicarum generi tribuatur, ea quidem certè quæ Camina dicitur nihil est impudentius. Cum ergo Poëtæ μαινόμενα appellent Mineruam, eam intelligi volunt impudentissimam. Vulcanus quoque ab eis dictus est ἀμφιγυῆς, id est vtroque pede claudus, vt qui à Ioue in Lemnum insulam præcipitatus claudus factus sit. [k] *De Dionyso seu Baccho aperte dicit.*] Præter. Homerū Euripides quoq; Deos maledictis est insectatus in multis tribus & Comœdiis, maiorē veritatis habens rationem quam spectatorum, qui falsos Deos colebant. Habuit autem Euripides Orestem culpam in Apollinem conferentem, quod matrem occidisset, contendisset eū iure posse occidere matrem, quæ maritum suum ipsius patrem occidisset, eū erroribus impium qui iussisset, non se qui paruisset. *Aliquando autem Herculem inducens.*] Inducitur etiam ab Euripide Hercules, & furens & ebrius & insatiabilis: voracem autem fuisse Herculem dicit Athenæus Athen. lib. 10. Poëtæ & scriptores demonstrasse. Sed quod virides ficus comederet cum carnibus, latrans tam inepte, vt id sciret vel Barbarus, non alibi, memini me legere.

[l] *Tempus est itaque aliis prius ordine peractis, venire ad scripturas propheticas. Prophetarum enim responsa, materiam nobis apertè præbentia ad Dei cultum & religionem, veritatis inueniunt fundamentum. Diuinæ autem scripturæ, honestæque & moderatæ vitæ institutiones, quæ sunt viæ compendiosæ, nudæ à verborum fucis & illecebris, efficiunt vt euigilet & exurgat homo qui suffocatur à vitio, casus eorum quæ ad victum pertinent, commonentes, vna & eadem voce multa remedia afferentes, à damnosis quidem studiose nos dehortantes, ad præuisam autem salutem apertè adhortantes.* [m] *Prophetica itaque Sibylla nobis prima canat canticum salutare;*

Omnino en clarus, nullóque errore vagatur,
Dimissis tandem nebulis tenebrísque venite.
Solis lux grata aspectu clarissima fulget,
Figaturque animis præstans sapientia vestris.
Est mittens imbres Deus vnus, fulgura, motus,

Fulmina, pestes atque fames, & tristia cuncta,
Et glaciem, atque niues. Quid opus tibi singula dicam?
Est cæli princeps, Dominus terræ is quoque verè est.

*Diuinè profectò errorem quidem tenebris assimilans, Soli autem & Dei luci cognitionem*
*Vtrumque autem adducens in comparationem, docet electionem. Falsum enim non per*
*lam veri allationem exterminatur, sed per vsum veritatis per vim electum fugatur.* [f] *Hi*
*remias autem Propheta sapientissimus, vel in Hieremia potius sanctus Spiritus, Dom*
*ostendit: Deus appropinquans ego sum, inquit, & non Deus procul. Si fuerit homo ab*
Cap. 23. *quis in occulto, & ego non videbo ipsum? An non cælum & terram ego impleo? dicit*
Cap. 40. *Dominus.* [d] *Rursus autem per Esaiam: Quis metietur, inquit, cælum palmo, & terram*
*omnem pugillo? Vide Dei magnitudinem, & admirare.* [e] *Eum adoremus de quo dicit Pro*
Idem. 64. Idem. 66. *pheta: A facie tua montes liquescent, sicut cera à facie ignis. Is est, inquit, Deus, cuius*
*cælum est thronus, terra autem scabellum pedum eius, qui si cælum aperuerit, te terror ap*
*prehendet.* [f] *Vis autem etiam audire quid hic Propheta dicat de simulachris? Traducemus*
*inquit, coram Sole, & erunt eorum morticinia escæ volucribus cæli & bestiis terræ, et*
*putrescent à Sole & Luna. Ipsi amauerunt ea quibus ipsi etiam seruierunt, & cuius*
*rum incendetur. Dicit autem fore, vt etiam elementa & mundus cum eis pereant. Ter*
*ra, inquit, veterascet, & cælum præteribit, verbum autem Domini permanet in æternum.*
Deut. 32. [g] *Quid verò quando Deus rursus voluerit seipsum per Mosen ostendere? Videte vide*
*quòd ego sum, & non est alius Deus præter me. Ego occidam & ego viuere faciam, per*
*cutiam & ego medebor, & non est qui eripiet è meis manibus.* [h] *Sed visne adhuc alia*
*audire responsa dantem? Habes vniuersum chorum Propheticum, Mosis, inquam, fide*
*les simul cum eo canentes. Quid eis dicat Spiritus sanctus, per Osee Prophetam, nos ha*
*bitabo dicere: Ecce ego firmans tonitru, & creans spiritum, cuius manus cæli quoque in*
*dant militiam.* [i] *Præterea per Esaiam hanc quoque tibi vocem redigam in memoriam.*
Esai. 45. *Ego sum, inquit, Dominus, ego sum qui loquor iustitiam, & annuncio veritatem, con*
*gregamini & venite. Simul consultate qui seruamini à Gentibus. Non cognouerunt qui*
*tollunt lignum, sculpturam eorum, & deos orantes qui eos non seruabunt. Deinde pau*
*inferiùs: Ego, inquit, Deus, & non est præter me iustus, & seruator non est exceptus*
Esaiæ. 40. *Conuertimini ad me, & salui estote qui estis ex finibus terræ: Ego sum Deus, & non*
*est alius, per meipsum iuro. Idolatris autem indignatur dicens: Cui assimilastis Dominum*
*aut cui similitudini assimilastis ipsum? Num imaginem fecit faber, aut aurifex aurum*
*so ipso illinit? & quæ deinceps consequuntur.* [k] *Non amplius ergo sitis vos idololatræ, p*
*nunc quoque minas cauete. Eiulabunt enim sculptilia, & quæ manu facta sunt, vel p*
*tiùs qui fiduciam in eis habuerunt: est enim materia nullo sensu prædita. Præterea D*
*minus, inquit, concutiet vrbes quæ habitantur, & manu comprehendet vniuersum orbe*
*terræ tanquam nidum.* [l] *Quid tibi annunciem sapientiæ mysteria & verba, ex ea*
Proverb. 8. *quodam Hebræo? Dominus creauit me initium viarum suarum ad opera sua, & Do*
*nus dat sapientiam, & à facie eius cognitio & intelligentia. Quousque piger taces? quan*
*do autem ex somno excitaberis? Sin autem fueris impiger, veniet tanquam fons mes*
*tua, verbum paternum, bonus lychnus, Dominus qui inducit lucem, fidem omnibus &*
Cap. 27. *lutem.* [m] *Dominus enim qui fecit terram in virtute sua, vt ait Hieremias, erexit orbem ter*
*ræ in sapientia sua. Nos enim qui procideramus ad simulachra, sapientia, quæ est verbum*
*eius, erigit ad veritatem: & hæc est prima à lapsu resurrectio.* [n] *Vnde ab omni idolola*
Deut. 26. Matth. 4. *tria dehortans diuinus Moses, pulcherrimè clamauit: Audi Israel, Dominus Deus tuus, Do*
*minus vnus est, & Dominũ Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Nunc ergo, ô bonus*
*intelligit,*



*intelligite, ex sententia beati illius Psalmographi; Apprehendite disciplinam, ne aliquando* Psal. 2.
*irascatur Dominus, & pereatis de via iusta, quando exarserit velociter furor eius. Beati*
*omnes qui confidunt in ipso.* [o] *Iam verò nostri mirandum in modum miserans Dominus,*
*omnes tradit modum salutarem, veluti numerum quem vocant ἰσοστάσιον, quòd hortetur*
*ad ingrediendum: Filij hominum vsquequo graui corde? Vt quid diligitis vanitatem &* Ibid. 4.
*quæritis mendacium? Quænam autem sit vanitas, & quod est mendacium, sanctus Do-*
*minus Apostolus Græcos reprehendens, tibi exponet: quod cùm Deum cognouissent, non* Rom. 1.
*vt Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, &*
*mutauerunt gloriam Dei in similitudinem carnis corruptibilis, & seruierunt creaturæ po-*
*tius quam creatori. Atqui hic est Deus, qui in principio fecit cælum & terram. Tu au-*
*tem Deum quidem non intelligis, cælum autem adoras, & quomodo non te impiè geris?*
*Audi rursus Prophetam qui dicit: Deficiet quidem sol, & cælum obscurabitur, resplen-*
*debit autem omnipotens in æternum, & mouebuntur cælorum virtutes, & cæli conuoluen-*
*tur vt volumen, vt qui extendantur & contrahantur (hæ enim sunt voces propheticæ) & ter-*
*ra fugiet à facie Domini. Possum tibi scripturas afferre innumerabiles, quarum ne apex*
*quidem vnus præteribit, qui non fuerit perfectus. Os Domini vocat Spiritum sanctum,*
*ea Deo tribuens quæ sunt hominis, & per ἀνθρωποπαθῶς se hominibus accommodans:*
*Ne ampliùs ergo, inquit, fili mi negligas disciplinam Domini, neque defatigeris cum ab eo* Heb. 12.
*corriperis. O insignem humanitatem: non vt magister discipulos, neque vt ministros Do-*
*minus, nec vt homines Deus, sed vt pater, quam benignè admonet filios.* [p] *Deinde fatetur*
*quidem Moses, se timere & tremere cùm de verbo audiret. Tu autem verbum diuinum*
*audiens, non times? non es anxius? non simul & reuereris & studes discere? hoc est, non fe-*
*stinat ad salutem, timens iram, diligens gratiam, spem amplectens & admirans, vt decli-*
*nes iudicium. Venite venite, ô meorum iuuenum cœtus: nisi enim efficiamini rursus vt pue-*
*ri, & regeneremini, vt ait Scriptura, eum qui verè est pater non recipietis, neque vnquam*
*in regnum cælorum intrabitis.* [q] *Quomodo enim hospiti permissum est ingredi? Sed quan-*
*do, vt puto, inscriptus fuerit, & ciuis effectus, & patrem acceperit, tunc erit in numero fi-*
*liorum patris, tunc dignus habebitur qui sit hæres, tunc germano & dilecto regnum pater-*
*num imperties. Hæc est enim primogenita ecclesia, quæ constat ex multis bonis pueris. Hi*
*sunt primogeniti, qui descripti sunt in cælis, & vna cum tot angelorum millibus diem fe-*
*stum celebrant. Primogeniti autem nos filij, qui sumus Dei alumni, qui primogeniti sumus*
*germani amici, qui primi ex aliis hominibus Deum intelleximus, qui primi à peccatis amissis,*
*quæ à diabolo primi sumus separati. Nunc autem sunt quidam tanto magis impij, quanto*
*est benignior Deus ac humanior. Deus enim ex seruis vult nos fieri filios, illi autem etiam*
*filios suos contempserunt.* [r] *O magnam arrogantiam: Dominum pudore afficitis. Liberta-*
*tem pollicetur, vos autem ad seruitutem. Salutem gratis largitur, vos autem ad*
*damnum descenditis. Vitam donat æternam, vos autem supplicium expectatis, & ignem*
*perpetuum, quem paravit Dominus diabolo & angelis eius. Propterea beatus Apostolus* Ephes. 4.
*ait: Testor, inquit, in Domino, ne amplius ambuletis sicut & Gentes ambulant in vani-*
*tate mentis suæ, obscurati cogitatione, & alienati à vita Dei, propter ignorantiam quæ est*
*in illis, propter cæcitatem cordis ipsorum: qui quidem seipsos tradiderunt, indurati impu-*
*dicitiæ, ad operationem omnis immunditiæ & auaritiæ. Tali teste refellente hominum*
*ignorantiam, & Deum inuocante, quidnam restat aliud incredulis, quàm iudicium &*
*damnatio?* [s] *Non negligit autem Dominus, suadens, terrens, adhortans, excitans, ad-*
*monens. A somno quidem certè excitat, & ab ipsis tenebris eos qui aberrauerunt fugat.*
*Surge. Expergiscere, inquit, qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus* Ibid. 5.

dominus, Sol resurrectionis, qui ante Luciferum gignitur, qui largitus est vitam propriis radijs. [c] *Ne quis ergo Verbum despiciat, ne seipsum imprudens despicetur.* Dicit enim
Psal. 94. *alicubi Scriptura: Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto, vbi tentauerunt me patres vestri in probatione. Quænam est autem probatio? Si velis discere, exponet tibi sanctus Spiritus: Et viderunt, inquit, opera mea quadraginta annis. Quare proximus sui generationi huic, & dixi, semper hi errant corde. Ipsi verò non cognouerunt vias meas, sicut iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam.* [d] *Videte minas, videte adhortationem, videte honorem. Cur ergo adhuc gratiam mutamus in iram, & non patentibus auribus Verbum suscipientes, in castis animis Deum hospitio excepimus?* [e] *Est enim magna gratia eius promissionis, si hodie vocem eius audierimus. Illud autem, hodie, augetur in vnoquoque eius die, donec nominatur hodie. Vsque ad consummationem & quæ est huius & doctrina permanet, & tunc quæ verè est hodie, quæ non deficit dies Domini, vna cum seculis extenditur. Semper ergo audiamus vocem Verbi diuini. Hodie enim est imago æterni seculi, lucis verò signum & symbolum est dies. Lux verò est Verbum bonum, bonis, per quod Deum contemplamur. Meritò ergo iis qui crediderunt & obediunt, superabundauit gratia. Iis autem qui non crediderunt & errant corde, & vias Domini non cognouerunt, quas rectas facere & parare iussit Ioannes, iis proximus fuit Dominus & minatur.* [f] *Atque minarum quidem finem acceperunt ænigmaticè veteres Hebræorum errones. Non dicuntur enim ingredi in requiem, propter infidelitatem, præsumptionem ipsi Mosis successorem consecuti, serò tandem dicant se non posse aliter esse saluos, quam si Iesu crediderint. Dominus autem cùm sit benignus, & amator hominum, adhortatur omnes homines ad agnitionem veritatis, qui mittit paracletum.* [g] *Quænam est ergo ad-*
1. Tim. 4. *tio? pietas ac Dei cultus. Est autem pietas ad omnia vtilis, ex Pauli sententia, habens promissionem vitæ præsentis & futuræ. Quanti, ô homines profiteremini vos esse emptos, si salus æterna venderetur? Ne si Pactolum quidem, qui totus aureo, vt est in fabula, fluit fluento, quis dederit, pro salute iustum pretium numerauerit. Ne vos ergo laborare pigeat: licet vobis, si vultis pretiosissimam salutem emere proprio thesauro, charitate & fide vitæ, quod quidem est iustum pretium.* [h] *Hoc pretium Deus lubenter accipit. Speremus enim in Deo viuo, qui est seruator omnium hominum, maximè autem fidelium. Alij autem homines qui mundo adhæserunt, vt pisciculi quidam qui vocantur algæ terris marinis, contemnunt immortalitatem: sicut senex Ithacensis, qui non veritatem & cœlestem patriam, & eam etiam quæ verè est lucem, desiderabat, sed fumum.* [i] *Fera autem, quæ Deo hominem quoad eius fieri potest assimilat, conuenientem sibi magistrum*
2. Tim. 3. *adscribit, nempe Deum, qui vel solus potest pro dignitate hominem Deo assimilare.* [k] *Hanc doctrinam Apostolus cùm sciret verè esse diuinam, Tu autem, inquit, ô Timothee, a*
*ἱερὰ γράμματα. infantia sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutem per fidem in Christum Iesum. Omnis enim verè sacræ literæ, quæ sacros faciunt & * deificant. Ex quibus literis & sacris libris compositas scripturas & opera, idem consequenter Apostolus appellat scripturas diuinitus inspiratas, vt quæ sint vtiles ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus. Non adeò autem admirabitur quisquam aliorum sanctorum adhortationes, vt ipsum Dominum, qui est benignus & humanus. Nullum enim aliud est ei præter quàm hoc solum opus, vt homo saluus fiat.* [l] *Clamat ergo ipse vrgens ad salutem: Appropinquauit regnum cœlorum.* [m] *Conuertit homines timori appropinquantes.* [n] *Ea ratione Apostolus quoque Domini adhortans Macedones, fit diuinæ vocis interpres, dicens: Appropinquauit Dominus, ne*



*quis existimet ne deprehendamur vacui.* [o] *Vos autem qui estis adeò audaces, vel potius incredibiles, neque ipsi Domino credentes, neque Paulo, & maximè roganti pro Christo, gustate & videte quid Christus est Deus, fides introducet, experientia docebit, Scriptura instituet: Venite, dicens, ô filij, audite me, timorem Domini docebo vos. Deinde vt iis qui iam credidêrunt, breuiter subiungit: Quis est homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos?* Phil. 4. Psal. 33. *Nos fumus, inquiemus, qui sumus boni adoratores, qui bonorum æmulatores ac sectatores. Audite ergo qui estis longè, audite qui propè. Nullis celatum est Verbum, lux est communis, omnibus illucescit hominibus. Nullus est in Verbo Cimmerius,* [p] *festinemus ad salutem, ad regenerationem. Multi in vnam cogi dilectionem festinemus, per monadicæ essentiæ vnionem. Beneficio affecti, conuenienter persequamur vnionem, bonam exquirentes hæreditatem. Quæ est autem ex multis vnio? cùm ex vocum multitudine & dispersione diuinum ceperit harmoniam, fit vnus concentus, vnum chori ducem sequens & magistrum Verbum, in eadem acquiescens veritate, dicens, Abba pater. Hanc Deus veram vocem amplectitur, eam primam à suis filiis percipiens.*

## COMMENTARIVS.

[a] *Deus est itaque alijs prius ordine peractis.* Cùm ostendisset ipsos etiam Poëtas Græcorum nos docere quòd essent Dij, qui olim colebantur, accedit ad Prophetas, & diuinas scripturas quę deos reiiciẽdos, vnicum autem Deum colendum docent, & ad salutem pręuisam iter nobis ostendunt. [b] *Prophetissa itaque;* quòd Prophetarum testimonio, verã probaturus religionem, & vnius Dei cultũ, primam citat Sybillam, quam etiam dicit Prophetissam. Quod quidem videtur cõsulto facere, vt Iudæorũ Prophetis faciliorem assentiantur, cùm intellexerint apud se quoq; Sybillam Prophetissam de Deo idem sensisse, quod ipsi. Hos Sybillæ versus, sic vertit Castalio in sua Sibyllinorum oraculorum versione:

*Desinite in terræ noctes tituhare tenebris,*
*Vani mortales, noctisque nigrore relicto*
*Vitimini (patet in cunctis errore sine vllo)*
*Solis luce, suo qui lumine cuncta ferenat.*
*Atque hoc pectoribus sapienter noscite vestris*
*Vnus, qui pluuias mittit, motusque notosque,*
*Est Deus, atque fames, pestes, tristesque dolores,*
*Atque nives, glaciem: sed quorsum singula pando*
*Imperat & cælis, & terræ præsidet. Ipse est.*

Quodautem dicit Clemens, interpretans initiũ versuum Sybillæ, est eiusmodi. Per cõparationem falsi simul cum veritate elucet veritas, & falsum expellitur. Sed nõ alia ratione falsum validiùs eiicitur, quam cognitam veritatem amplectamur, vt ea vtamur. [c] *Hieremias autem Propheta.* D. Hieronymi versio habet. Putas ne Deus è vicino ego sum, dicit Dominus, & non Deus de longe? Si occultabitur vir in absconditis, & ego nõ videbo eum, dicit Dominus. Nunquid nõ cælum & terram impleo, ait Dominus. Hæc eli autem sententia, Deum vbiq; esse, nõ vt qui loco cõprehendatur, sed vt qui vi suæ essentiæ sit præsens: & implere omnia, nõ tanquam corpus aliquod solidum, sed vt qui omnia contineat, protegat, & regat, & absq; cuius præsentia omnia sint collapsura, & in nihilum redigẽda. [d] *Rursum per Esaiam.* Hoc sic vertit Hieronymus. Quis mensus est pugillo aquas, & cælos palmo põdere, quod magis accedit ad Hebraicam veritatẽ. Vtraq; autem versio significat tantam Dei esse magnitudinem, vt cum ipse sit immensus, & sub nullam cadat mensuram, ipse tamen sit rerum omnium mensor, & omnia facile metiatur. [e] *Eum adoremus, de quo dicit Propheta.* Nostra versio sic habet; Vtinam dirumperes cælos & descenderes. A facie tua mõtes defluerent, sicut exustio ignis tabescerẽt. Sexagenarius autem Esaiæ capitis initiũ, in nostra versione sic habet; Hæc dicit Dominus. Cælũ sedes mea est, & scabellum pedum meorum. His autem significatur stupenda Dei potẽtia, & omnẽ modum excedens magnitudo. Quod autem addit Clemens, Qui si cælum aperuerit, te terror apprehendet, nec Hieremi versione, nec in Septuaginta. [f] *Vt autem audiatur.* Cùm nõ inueniantur quæ hic citantur in loco in quo citantur, cõstet autẽ inueniri in scriptura, possumus dicere quòd dicit Hieronymus in principiũ Matth. Porphirius istũ locũ Marci Euang. principio cõparat, in quo scriptũ est, Initiũ Euangelij Iesu Christi filij Dei, sicut scriptũ est in Esaia Propheta, &c. nos certè dicere possumus, de diligenti præparatione testimoniis vnũ corpus effectũ. [g] *Quid vero quando Deus.* D. Hierony. versio sic habet; Videte quòd ego sim solus, & nõ sit alius Deus præter me. Ego occidã, & ego viuere faciã. Percutiã, & sanabo, & nõ est qui de manu mea possit eruere. Magnã autẽ emphasim habet illa cõduplicatio apud Hebræos. Videte, videte ad attẽtos reddẽdos auditores. Significat enim id quod dicitur esse magni momenti, & diligẽter considerandũ. Solus nõ est apud Septuaginta, sed cũ soli Deo esse cõueniat, nam quòd alia dicũtur esse, nõ sunt nisi per participationẽ, quã ab illa suprema acceperũt essentia, sufficit eas esse. Tria autẽ hæc Dei loquẽtis sententia significãtur, Deũ esse, ex quo intelligitur, alia omnia esse, non esse alium Deum, quo fit, vt quicunq; alij dicuntur Dij, nõ sint Dij. Deum esse omni-

potentem,vt in cuius manu & potestate sint omnia,ex quo intelligitur omnem potestatem esse à Deo.
[1] *Sed vis ne adhuc aliud.* Hoc ipsum hic quoq; dicendum est,quod superius accepimus ex Hieronymo in
Matthæum. Nō est certè mirum,si quod in vno inuenitur Propheta testimoniū,ex alio cuntur
constet inueniri in scriptura. [2] *Præterea per Esaiam.* Hunc locū exponens D.Hieronymus Deū
suam ostendit iustitiam, quod non solum Iudæorū sit Dominus, sed & Gentium. Ipse enim cæl
& terræ,æqualiter omniū Deus est, & nō ob aliam cāusam creauit terrā, nisi vt hominum esset habi
culum, qui suum adorarent, & intelligerent creatorē. Nam & in mōte Sina,de excelso eius
Exod. 20. audientibus populis est locutus; Nō erunt tibi Dij alieni absq; me, nec facies tibi idolū. Sed
vt hoc dictum de Euāgelica prædicatione credamus. Moyses enim in absōdita solitudine,
Psal. 18. locutus est populo, Apostolorum autē sonus in vniuersum orbem exijt, & verba eorum vsq; ad
nos orbis peruenerunt, &c. [3] *Non amplius ergo fiet.* Postquam Prophetarum scriptis docuit vnum
esse adorandum, & ostendit Esaiam idololatris meritò indignari, nunc hortatur Clemens idolo
vt desināt idola colere,maxime cum idolorum & ipsorum idololatrarum interitus, quem in
cis minatur Deus,impendeat. [4] *Quid tibi annunciem sapientiæ mysteria.* Eruditum Hebræum Solomonē
cat Clemens,ex eius enim prouerbiis sumptum est, quod hic dicitur. Id autem mysteriū merito
Clemēs,vt quod de increata Dei sapientia,nēpe de Deo verbo,intelligatur. Quod autem Septuagi
interpretum versio habeat,Dominus creauit me in initio viarum suarū,quo maximè nitebātur Ari
ni,vt probarent creatum esse Dei filium,& ea ratione eum esse creaturam: ad quod refellendum
ab antiquis Doctoribus Græcis,ingenioſe sunt excogitata, D.Hieronymus Hebraicam secutus ver
tem,vertit; Possedit; quod quidem Arrianorum omnē peremit dubitationē, & argumentationē. Hanc
Dei sapientiam, Verbū, inquam, Paternum pigri nō assequuntur, assequuntur autem impigri
plenam & fōtis instar emanantē laborum suorum messem. Hoc autem Verbum,id est, hanc Dei
tiam vocat etiam Clemens bonum lychnū,id est, bonam lucernam, Dominum scilicet Iesum Chri
qui inducit lucem,fidē omnibus & salutem. Ex quo elicitur Dei quidem donum esse fidem & illum
vt qui sua præueniēte gratia,nos ad eum accersat: sed nō dari pigris,verum impigris, qui bonæ
spirationes amplectuntur,& Deū vocantem sequuntur. Primum autem quod nobis inspirat Deus
bum, Dei, inquam, sapientia, est vt fugiamus idololatriam. [5] *Dominus enim qui fecit terram.* Hunc
locū aliter interpretatur Hieronymus,vt videre licet in eius Commentariis. Sed Clemens hoc
tuto accōmodans, dicit Deū qui in virtute sua, id est per filiū suum, terram creauit, per sapientiam,
per eundē filiū, qui Dei Verbū dicitur, virtus, & sapientia, orbem terræ qui lapsus erat ad idololatriam
ad veritatem erexisse, id est, ad veri Dei cognitionem & adorationē. Hæc est autē, inquit, prima
resurrectio: Id est, Ei qui lapsus est in idololatriā, id est, in idolorum & falsorum Deorum cultum,
primùm est faciendū, vt verum Deum agnoscat & colat, & ita à lapsu resurgat. Pulchra est autem
thesis, in eo quod nos qui procideramus erexit sapientia. [6] *Vnde ab omni idololatria debuimus.* Et Ma
Psalmographi Dauidis authoritate, probat fugiendā esse idololatriam, & vnum Deum colendū. Qui
autē Septuaginta Interpretes verterunt; Apprehendite disciplinā; Hebraica veritas habet Osculamini
filium, quod nostræ à Christo Dei filio institutæ religioni est accōmodatius. [7] *Iam vero nostro.* Dominus
Deus volens omnes saluos fieri, apud Psalmographū hortatur, vt vanis relictis, nempe simulacris
rum cultu, Ecclesiæ nauem ingrediantur, extra quā nulla est salus: *ἰμβατήριον* autem *ἰμβατὸν* dicit
incitantem & hortantem ad ingrediendum. [8] *Deinde fatetur quidem Moses.* Ad Dei imitantū benigni
tem, Gētes est adhortatus: nunc autem ne Dei humanitatis eos negligētes redderet & supinos
rem eos reuocat, iram Dei eis proponēs, & futurum iudicium, vt gratiam Dei, & futuri
spem amplectentes, æternum vitent supplicium impijs & sceleratis infligendū. Mosis autem
Exod. 2. suadet timorē, qui & Dei visionem in rubo ardente visurus, & de eo verbo auditurus, absq;
Non enim audebat aspicere cōtra Deum. [9] *Quomodo enim hospitii permissum est.* Quomodo hospitium
ternus ciuis nō est, nisi qui inscriptus fuerit in numerum ciuium, & qui est extra familiam nō
nisi fuerit adoptatus, & tunc demum dignus est qui sit hæres: ita in regnū cælorum non intrat,
factus ciuis supernæ ciuitatis Hierusalē, & regni cælestis hæres esse nō potest, nisi qui à Patre
fuerit adoptatus. Christiani autē omnes ita adscripti in numerum ciuiū, & à Deo patre in filios
ti, primogenitam cōstituunt Ecclesiā, erunt; hæredes regni cælestis, nisi sua culpa à patre
tur. Quod autem hic dicit Clemēs, id accepit ex Epistola D. Pauli ad Hebr. in qua sic dicit: Accessistis
ad Sion mōtem, & ciuitatem Dei viuentis, Hierusalem cælestem, & multorū millium Angelorum
quentiam, & Ecclesiam primitiuorū qui cōscripti sunt in cælis, &c. Ex quo facilè potest intelligi
tæ auctoritatis eius tēpore fuerit hæc epistola, quam tamen ausi sunt quidā nostro tempore negare
Pauli. [10] *O magnam arrogantiam.* Exclamando inuehitur in eorum arrogantiam, qui cum à Deo
beneficia amplecti, & magni facere deberent, ea cōtemnunt, & Dei spernentes benignitatem
dore afficiunt. Nō quod Deus pudore possit affici, in quem nulla cadat animi perturbatio, sed
more loquitur per *ἀνθρωποπάθειαν*. Solēt enim ægre ferre homines, quādo vident suā sperni liberalitatem
& beneficentiā. Ornat autem suam orationem ex aduerso positis antithetis, vt qui seruitute oppressi
libertati, desensum autem ad homines qui sunt miseri & mortales, saluti, supplicium autem
æternū, vitæ æternæ. Ignem autem illū, dicit Dominum parasse Diabolo & Angelis eius, cōgruenter
Matth.25. quod dicit Christus Iudex apud Matthæū, lata in impios & sceleratos sententia qui erant à sinistris:
scedite à me maledicti in ignem æternū, qui paratus est Diabolo & Angelis eius; Paratus, inquam, illis
mino, ab ipso Iudice Christo, nō hominibus, sed Diabolo & Angelis eius, id est Dæmonibus. Ne
gratia penitus exciderāt, nullam à Deo salutē poterant expectare, cùm Deus velit omnes homines
uos fieri. Iam verò cùm Diabolo & Angelis eius paratus sit ignis æternus, meritò est dānanda illa
ne impia Origenis sententia, quòd futurum sit tandem vt Dæmones salutem assequantur. Nec



mum Dominum. Non solum obtestatur Paulus, sed ipse quoq; Dominus omnem dat operā, vt homines
tenebris excitatos ducat ad lucem. Quod autem dixit Paulus, Clemens tribuit Domino. Nam per os
Pauli loquitur Christus; An experimentū quæritis, inquit, eius qui in me loquitur Christus. Christū au- 2.Cor.13.
tem Dominū vocat Clemens, Solem resurrectionis, tùm quod à vitiorum tenebris excitatos illuminet
virtutibus, tùm quod ad vitā æternā credentes sit deducturus. Ante luciferū autem eum gigni dicit, id
circuus quod apud Psalmographū dicit ipse Deus; Ego ante luciferū genui te. Gigni autem dicit, non Psal.109.
autem esse genitū, quod sit æterna filij Dei generatio. Vitam autem eum esse dicit largitum proprijs ra-
dijs. Nam ipse quoq; aliquando se dicit esse viam, veritatem & vitam: aliquādo autem vitam & resur- Ioan. 4.
rectionem. Ipse ergo cum sit vita, est etiā author vitæ, quā largitur omnibus. Quod autem dicit eum es-
se largitū propijs radijs, hoc dicit, non quod materiatos habeat radios, sed quod cū eum dicat esse So-
lem, quod quidem dicitur per metaphorā, metaphoricè quoq; ei tribuit radios, qui significant influen-
tem eius virtutem. [1] *Ne quis ergo verbū despiciat.* Verbum dicitur & hypostaticū, quod dicitur Dei filius,
id est, quod enunciatur & profertur. Vtrouis autem modo accipiatur, non est verbum de-
spiciendum. Nec verbum, inquam, Dei filius, qui pro salute nostra descendit de cælis: nec verbū quod
est pronunciatū, vel scriptis mandatū, vt religionem & rectam vitæ agendæ rationē disceremus. Qui
Verbū, vtrouis modo sumatur, despexerit, seipsum despicit, vt qui suæ salutis nō quam par est curā ge-
rat. Verba Dei loquentis nō audierunt Hebræi in deserto, nec eius præceptis paruerunt. Quo factū est,
vt tam quadraginta annos cum eis versaretur, & mirabilia edēs opera eos tētaret & probaret, ipsi verò
pertinaci & obstinato corde, eius præcepta & vitæ agendæ instituta, tanquam ea non agnoscentes, non
Psal.94. iuranit eos nō intraturos in requiem suam, & quod iurarat reipsa sit adimpletū, cum vno
Iesu excepto, ex tam multis Israëlitarum milibus terrā promissam nemo intrarit. Ita qui Dei Ver-
bum nobis est annunciatū, vel nō audit, vel auditum despicit, promissum regnum cælorum non
Hebr.4. [2] *Videte minas, videte adhortationem.* Cum Deum & minas intentantem, & nos adhortantem au-
dientem, & quantum nobis promittat honorem videamus, cur Dei gratiā mutamus in iram, id est, cur
nostros ad eā prouocamus, qui nos gratis magnis afficit beneficiis, & nō verbū eius attentis auribus &
animis audientes, omni immunda cogitatione & peruicacia expulsa, Deū hospitio excipimus? Nō satis
est nisi verba Dei audire, nisi etiā ea re ipsa exequamur, bonaq; & Deo dignas edamus actiones. Nam
Ioan.14. cum Dominus in Euangelio dilecti sui discipuli; Si quis diligit me, sermonē meum seruabit, & pater
meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionē apud eum faciemus. [3] *Est enim magna gratia eius pro-*
missionis. Magnum est, inquit, beneficiū eius quod nobis promisit, si hodie vocem eius audierimus. Pro-
missionis regnū cælorum & vitam æternam. Magna est gratia, magnū, inquam, donum gratis datum,
cum nulla nostra præcessissent merita. Sed addita est cōditio; Si hodie vocē eius audierimus. Vita qui- Rom. 6.
dem eterna est Dei gratia, vt quæ à Deo detur gratis, nō tam nostrorū meritorū habita ratione, quā suæ
bonitatis, additur tamen conditio; Si vocē eius audierimus; Hodie. Quid sibi vult illud hodie? Illud, in-
quit, hodie angetur. Quotidie est hodie, & quotidie est dies Domini, qui nō deficit. Cùm quotidie ergo
sit vnusquisq; die Domini sit hodie, cum seculis extenditur, & est semper hodie. Ex eo infert; Semper
audiamus vocē verbi Domini. Hodie ergo audire, significat semper audire vocē Domini. Hodie
autem imago æterni seculi. In æternitate nulla habetur ratio tēporis, quod circūscribitur per numerū
dierum, quod est prius & posterius: Ita cū hodie sit quotidie, & in vnoquoq; die sit hodie, & nulla habea-
tur ratio dierum præcedētis, & dieisequētis: hodie audire, est semper audire. Hodie ergo est imago æterni
seculi. Dies verò est signū & symbolū lucis, id est, lux significatur per diē. Non enim lux idem est quòd
dies, cùm lux creata fuerit ante diem: Sed nec lux illa creata vera est lux. Vera lux illa est, quæ illuminat
omnem hominem venientē in hunc mundū, nempe Verbū. Præclarè ergo dicit Clemens, Lux est Verbū Ioan.1.
apud Deum cōtemplamur. Sicut enim nihil aspectabile potest videri absq; luce, ita quod cadit sub
intellectum, id est, *νοητὸν* quod in primis est ipse Deus, absq; Verbo, quod Græcè dicitur *λόγος*, id est Ver-
bum, & ratio, nemo potest cōtemplari. [4] *Atqui minarum quidem finem.* Erraruut quidem Hebræi,
qui Deū vocē non audierint, & eius viam nō cognouerint: nec prius cessārunt errare quā Iesus, quem
Iosue appellant, Mosi successit, & Hebræorū reliquias in terrā induxit promissam, lacte & melle fluen-
tem, seu mauis Iosue, fuit typus & figura Iesu seruatoris nostri, qui ex Iudæis paucos qui credide-
runt, scilicet Apostolos & Discipulos, & aliquot cæterorū millia, in terrā promissam, nēpe in regnū cæ-
lorum transmisit, & postremo futuræ sunt etiā saluæ eorum qui crediderint reliquiæ. Quoniam ergo pauci
ex Iudæis credituri erant, si cōferantur cum gentibus, quæ Christi fidē protinus sunt amplexæ, inre dicit Cle-
mens, serò tandem discere, se aliter non posse esse saluos, quam si Iesu crediderint. [5] *Quæ enim est ergo*
*regnum sit illa agnitio veritatis, ad quā nos hortatur Dominus, docet Clemens, dicens, Pietas*
*est Dei cultus. Si solus Deus est veritas, excepto enim Deo nihil vere est, cum quidquid sit præter Deū,*
*non sit nisi per participationē, is demum agnoscit veritatem, qui est pius & Dei cultor. Is autem demū*
*est pius Deū, qui Deum adorat in spiritu & veritate. Est autem pietas, vt scribit D. Paulus, ad omnia*
*utilis. Nam si ea extenditur ad præsentia & futura, est perspicuum eam ad omnia esse vtilem. Ea autem,*
*quæ habet promissionē vitæ præsentis & futuræ. Quod autem pietas ad vtrunq; sit vtilis, docet ipse*
*Christus dicens. Quærite primū regnum Dei, & cætera adiicientur vobis. Viro ergo bono & pio quæ-* Matth.6.
*dam regnum Dei promittitur, & interim nō defutura, quæ sunt huic vitæ necessaria. Quæ ne desint in*
*hac Dominica iubemur dicere; Panem nostrū quotidianū da nobis hodie. Quāmuis autem in hac*
*vita sint quæ nos perturbāt, & molestiā nobis afferūt, hoc tamen nos debet cōsolari, quod verē*
*pij sint qui Deum diligunt) omnia cooperantur in bonum. Neq; ergo piis deest aliquid in hac*
*vita posterū vita expectatur vita æterna, vt quę sit promissa. Salute nihil est prætiosius, quāto ma-*
*gis (cum Cur autē vocet Clemens fidem vitæ, nō satis intelligo, nisi fidem in Christum vocet fidem* Ioan.14.
*nobis, vt qui ipsa sit vita. [6] Hoc pretium Deus libenter accepit.* Deus tanti facit charitatem & fidem, vt æter-

nam vitam, earũ pretio vendat hominibus. Quamuis ergo gratia Dei sit vita æterna, cùm tamẽ ea non dat iis qui offerũt opera quæ à fide & charitate procedunt, cõstat opera ad æternam salutem esse necessaria. Quo fit vt nõ soli fidei ascribẽda sit nostra salus. Causam autẽ mox subiungit, cur charitatis dei pretium Deus iubẽs accipiat. Nam cùm Deũ diligamus, est enim charitas Dei dilectio & proximi, & in eum credamus, & in eo speremus, qui est seruator omniũ, maxime autem fidelium, nõ est mirum si quæ nostra sunt, & ab eo nobis donata, ei sint grata & accepta. Alij qui mũdo ita sunt affixi, vt nihil eo sint, & cælestem patriam & vitæ immortalitatem cõtemnant, non est mirum si à Deo cõtemnantur. φύκια dicit Etymologicũ Græcũ esse in mari nata animalia. Dicuntur etiam φύκια alga & spuma maris. Per senem autem Ithacẽsem, intelligit Vlyssem, qui maluit Ithacam patriã suam, quamuis asperam, & instar nidi petræ affixam, & fumũ è domus suæ camino videre exilientem, quam cum Circe diuitijs & luptatibus, & esse immortalẽ. Quod autem dicit Clemens esse seruatorem omnium hominũ, maxime autem fideliũ, non est ita intelligendũ, vt quod vult Origenes, salui tandẽ futuri sint omnes homines & non soli homines, sed etiã Dæmones. Sed quod dicit Psalmographus: Homines & iumenta saluabis Domine, ita est intelligendũ, vt Deus omnibus det salutem, sed non eodem modo. Nam bonis quidem & piis salutem dat æternam, cum malis autem præclare agitur, si vtcunq; salutem habeant temporalem. Iumẽta quoq; conseruat, cum eis aliquot annorum spatio non afferat interitum, sed ea sint vsui hominũ. Quomodo Dæmones quoq; dici potest seruare, cùm eos non ad nihilum redigat, sed suam relinquat essentiam. [b] *Pietas autem quæ Deo hominẽ.* Formatus quidem est homo ad Dei imaginem & similitudinẽ: sed peccata effecerunt, vt homo procul esset à Deo, & ab eius imagine & similitudine longissimè discederet, sed pietas & verus Dei cultus, Deum colẽdo & orãdo efficit, vt ad Deũ propius accedat, vt qui in spiritu & veritate Deum adorans, ipse quoq; fiat spiritualis. Ad hoc efficiendum nihil est ei alius conuenientior magister quàm ipse Deus. Eum itaq; ipsa sibi adscribit magistrũ. Is solus potest Deo hominẽ maxime assimilare pro dignitate. Nam si tales euadimus quales sunt ij cũ quibus versamur, quidni Deo euadant similes, qui dies & noctes Deũ cogitant, in spiritu & veritate eum adorant, & quorum omnis, vt cum Diuo Paulo dicã, conuersatio est in cælis? Sed vbinam docet Deum nos docet Deo effici similes? In sacris scripturis: hoc vt scias, vide quæ sequũtur. [c] *Hæc doctrina.* Si tibi est, inquit, curæ tua salus, sacræ literæ te instruẽt ad salutẽ. Sed quomodo? Per fidem in Christũ. Tum demũ enim tibi proderunt sacræ literæ ad hoc vt saluus fias, si in Christũ credas. Legebat Eunuchus Esaiã, sed eius lectio tum demũ ei profuit, cùm à Philippo accepta eius intelligẽtia, ab eo salutari lauacro fuit tinctus. [d] *Clamat ergo ipse.* Sicut Baptistæ præcursoris, ita etiã ipsius Domini Iesu fuit prædicationis. Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cælorũ. Appropinquauit, inquit, non appropinquabit, est enim Græcè ἤγγικε. [e] *Conuertit homines timori appropinquãtes.* Nihil est quod ita nos catis magis homines auertat, & ad virtutẽ conuertat, quàm si sibi viderint impẽdere pœnas suorũ peccatorũ, cùm interim appropinquet merces eorũ quæ rectè gesta sunt & è virtute. Conuertit ergo minus homines timori appropinquantes, id est timentes ne breui sint dãturi pœnas suorũ peccatorum. [f] *Ea ratione, Apostolus.* In D. Pauli epistola ad Philippenses, quos constat fuisse Macedones (sunt hæc verba; ὁ κύριος ἐγγύς, id est, Dominus prope est, non autẽ ἦλθε, id est, appropinquauit Dominus. Quod subiungit Clemens, ὡς ἀφεῖται, μὴ ἀγαπῶμεν ἀφεθῆναι κενοὶ, in ea epistola non inuenitur. Quo fit vt suspicetur sciolo aliquo fuisse additũ. Quod autem dicit Clemens, Apostolum fieri diuinæ vocis interpretem fallor ita est intelligendũ, Appropinquare regnum cælorũ, idem esse quod, Prope est Dominus, qui bonis dat regnum cælorũ, & malis irrogat pro meritis supplicia. Ex quo sequitur esse cauendum & præhendamur vacui, ne si virtutibus vacuos nos Dominus depræhenderit, is nos meritò condemnet. Hæc est mea cuiusmodicunq; coniectura. [g] *Vos autẽ qui estis adeò audaces.* Comertit sermonem ad eos tes quæ non credunt, & ad eos qui non crediderunt, inadetq; vt omnes Verbũ audiant quod illis bus reuelatũ, nulli celatum. Dicens autem Paulo roganti pro Christo, intelligit eum fungentem ne. Tria autẽ dicit quibus ad Christũ adducitur infidelis: per fidẽ. Nam vt in omnibus disciplinis quædam credenda tanquã principia, sine quibus eas non possumus assequi, ita Christum esse filium est credendũ. Paulo post autẽ id ab ipsa docetur experientia, cùm cõster Christum ea facere, solus Deus potest facere. Id postea docet scriptura, quæ & ostẽdit ea quæ de Christo sunt prædicta, nisq; instituit præceptis & institutis eos qui sunt initiati. Vult autem Verbũ audiri ab omnibus enim profertur, vt id omnes audiant; Id Verbum dicitur etiam lux vera, & sicut lux omnibus est obnis, ita Verbũ omnibus illucescit, nisi si qui sua culpa claudant oculos. Cimmerij populi Septentrionales sunt adeò à Sole remoti, vt velint nolint, perpetuo cogãtur esse in tenebris. Sed in Verbo nulla Cimmerius, nisi qui sua culpa illucescentẽ lucem nolit videre; Sunt autẽ Cimmerij qui etiã dicuntur Cymbri, qui cum Romanis olim bellũ gessere, à quibus Duce Mario sunt insigni victoria victi, profligati. [h] *Festinemus ad salutẽ.* Cùm Deus ipse, inquit, nostram ita procuret salutem, vt præcipue adeò vnum eius sit opus vt salui simus, nõ est nobis cunctandum. Festinemus ad salutẽ festinemus ad Baptismi regenerationẽ, est enim baptismus prima ianua ad salutẽ: Est vnus, inquit, Deus, cui in baptismo nomen damus. Vt est autẽ vnus Deus, licet eius distinctæ sint personæ, vna enim est essentia, ita uerſæ autem eius hypostases: ita nos qui multi sumus, in vnum cogamur & cõciliemur. Id in mundo ciet vnio monadicæ essentiæ: Vnio autẽ dicitur monadicæ essentiæ, qua Patris & Filij & Spiritus sancti tres personæ seu hypostases cõueniunt in vnam essentiam diuinitatis. Apud musicos dicitur harmonia multarum vocum, nempe acutarum & grauiũ, quæ alioqui separatæ dissonant ac discrepãt, vna vnum efficiens cõcentum. Ita in Dei Ecclesia fit vnio, quando multorũ voces in diuinã cõeuntes harmoniam vnum efficiunt cõcentum, qui vnũ sequitur Chori Ducem & magistrũ, nẽpe Verbũ. In hoc autẽ maxime cõsistit hic cõcentus, quod in dogmatibus vnã & eandem sequatur veritatẽ, & vnũ & eundẽ cens patrẽ dicat, Abba pater. Eam verã & primã vocẽ Deus audit à suis filijs per gratiã ab eo adoptatis.





[a] *At, inquiũt, non est nobis fas euertere consuetudinem traditam à patribus. Quid verò, an non primo alimento lacte vtimur, cui certè in lucem editos nutrices nos assuefecere? Cur verò paternas facultates augemus aut diminuimus, & non æquales, vt accepimus, conseruamus? Cur autem non amplius in sinu paterno comedentes singultimus, vel etiam alia quæ ἀκατάσχετα edunt vt infantes faceremus, & aleremur à nutricibus, risum mouimus, non amplius facimus? sed non ipsos etiamsi pædagogos minimè habuimus, correximus.* [b] *Deinde in affectionibus quidem excessus, etsi sint damnosi & periculosi, dulces tamen accidunt: in vita autem, non temerè relinquentes consuetudinem vitiosamque & impiam, etsi patres ægrè ferant, deinde ad veritatem, & eum qui verè est pater inquiremus, tanquam lethifero aliquo veterno recepta consuetudine. Hoc ipsum enim est pulcherrimum argumentum, ad vobis ostendendum, quod ex insania & hac longè infelicissima consuetudine odio est habita pietas & Dei cultus. Nunquam enim esset odio habitum vel prohibitum tantum bonum, quo humano generi nullum à Deo datum est præstantius, nisi abrepti à consuetudine, deinde noxiis auribus, vt æqui duræ ceruicis habenas detrectantes, & ore frænum mordentes, exclamationes, vestræ quidem vitæ aurigas nos excutere cupientes: sed vos ipsos præ insania præcipites dantes in exitium, sanctum Dei Verbum ducitis execrandum.* [c] *Vestræ quoque electionis vos consequuntur præmia, ex Sophoclis sententia:*

Mens vana, inutiles aures, curæ irritæ.

*Etenim hoc longè esse omnium verisimum, quòd boni quidem & pij bonam consequentur remunerationem, vt qui bonum honorarint: qui autem contrà sunt mali, supplicium consequentur.* [d] *Acetiam vitij principi imminet supplicium? Et certè minatur Zacharias sonitum, vt ignitum: In te est qui elegit Hierusalem, non ecce hoc est torris eruulsus ex igne?* [e] *Quam ergo adhuc ineſt hominibus appetitio mortis voluntariæ? Cur verò ad mortiferum hunc torrem confugerunt, cum quo comburentur, cùm liceat rectè ex Deo viuere, non consuetudine; Deus enim vitam largitur. Mala autem consuetudo post excessum ex hac vita, nullam pœnitentiam affert cum supplicio. Passus nouit quoque stultus, quod perdit Hesiodus. dæmonum superstitio, & salutem dat verus Dei cultus.* [f] *Videat vestrûm aliquis eos qui ad ædes simulachra, sordida coma, veste centa & lacera deformatos, à lauacris quidem omnes abstinentes, excrescentibus autem vnguibus efferatos, & multos etiam pudendis prius ipsa ostendentes, templa idolorum esse quædam sepulchra vel carceres. Hi certè miseri videntur lugere, non deos colere, vt qui ea passi sint, quæ sunt potius digna misericordia, quam Dei cultu ac religione. Et hæc videntes vos adhuc cæcutitis, & ad vniuersorum Domini non respicietis? Non autem ex iis qui hic sunt carceribus fugientes, confugietis ad eam quæ ex cælis misericordiam? Deus enim ex multa benignitate & clementia hominem recipit & complectitur, sicut cùm pullus è nido excidit, mater auis è nido auolat. Si quando autem serpens pullo deuoraturus inhiet, mater circumuolat, natos charissima pignora deflens. Deus autem pater & suum quærit figmentum, & ei quod lapsum est medetur, & feram quæ rapiatur, & pullum rursus in nidum recipit, vt rursus aduolet incitans. Deinde canes quidam quam aberrauerunt sagacibus naribus quærentes, Dominum inuestigant: Nouit autem Esa. 1. bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui, Israël autem me nõ cognouit. Quid ergo Dominus? Iniuriæ acceptæ obliuiscitur, adhuc miseretur, adhuc postulat pœnitentiam.* [g] *Velo autem vos rogare, an non vobis videtur absurdum, vos ipsos qui estis Dei figmentum & ipso animam accepistis, & omninò Dei estis, alij seruire Domino, & præterea colere eosdem pro rege tyrannum, pro bono autem malum? Quis enim, ô per veritatem, sanæ mentis bonum relinquens versatur cum vitio? Quis est autem qui Deum fugiẽs, viuit vnà cum diabolo? Quis autem, cùm possit esse Dei filius, delectatur seruitute? Aut quis cùm cæli*

*posſit eſſe ciuis, erebum perſequitur, cùm ei liceat colere paradiſum, & cælum circumire, obire, vitaliſque & puri eſſe fontis particeps, per lucidam illam in aëre ſuis veſtigiis ambulando nebulam, & contemplando, vt Helias, ſalutarem pluuiam? Illi autem, inſtar ver-*
3.Reg.18. *mium, in cœno & voraginibus, nempe voluptatis fluentis voluntati, inutilibus & ſtultis poſſitur delitiis, ſuilli quidam homines. Sues enim cœno magis delectantur, quam aqua mundi, & in congeſtæ paleæ verſari cumulo, eſt quædam inſana eis delectatio, vt ait Dem-*
ὑπὸ φησὶν ἡ παροιμία. *tus.* [i] *Ne ergo, ne euadamus mancipia, neque porcis efficiamur ſimiles, ſed vt germani filii lucis, intueamur lucem & ſurſum aſpiciamus, ne nos eſſe adulterinos deprehendat Dominus, quemadmodum ſol aquilas.* [k] *Ducamur ergo pœnitentia, & ex ignoratione tranſeamur ad ſcientiam ex imprudentia ad prudentiam, ex intemperantia ad temperantiam, ex iniuſtitia ad iuſtitiam, ex impietate & nulla religione ad Deum. Pulchrum eſt pericula ad Deum tranſfugere.* [l] *Multa alia poſſumus bona conſequi nos iuſtitiæ amatores, qui etenim ſalutem perſequimur. Quinetiam eorum quæ Deus ipſe tacitè ſignificat, loquens per Eſaiam, eſt hæreditas iis qui colunt Dominum. Eſt pulchra quidem certe & amabilis hæreditas, non aurum, non argentum, non veſtis in qua ſunt tineæ: nec res terrenæ quas ſalicibus*
φιλήσωσι. *in diuitiis terreſtribus cæcutiens, ſed theſaurus ille ſalutis, ad quem oportet eos conterendos. Verbi fuerint amatores.* [m] *Hinc autem nobiſcum abeunt bona opera, & veritatis ſimul euolant. Hanc nobis hæreditatem æternum Dei tradit teſtamentum, donum ſuppeditans.* [n] *Hic autem amore noſtri præditus noſter pater, verè pater, non ceſſat admonere, docere, diligere. Neque enim ceſſat dare ſalutem. Conſulit autem ea quæ*
Eſa.55. *optima. Efficiamini iuſti, ait Dominus. Qui ſititis, ite ad aquam: & quicunque non habetis pecuniam, ite & emite, & bibite abſque pecunia. Adhortatur ad lauacrum, ad ſalutem, ad illuminationem, propemodum clamans & dicens: Do tibi, ô fili, terram & mare, & ſolum, & quæ in eis ſunt tibi omnia largior animantia. Solummodò, ô fili patrem ſtias, Deum bibi gratis oſtẽdetur. Non cauponatur veritas, dat tibi & volucria & natatilia & terre-*
δι' ἀφύτου περιφορᾶς. *animantia. Hæc tibi cum gratiarum actione ſumendis nutrimentis pater eſt fabricatus. Non pecunia quidem emit qui eſt adulterinus, & filius perditionis, cuius inſtitutum eſt ſequi mammonæ: tibi autem tua permittit. Germano dicit filio, qui amat patrem, proficere adhuc operatur, cui etiam ſoli promittit, dicens: Et extendetur terra ad confirmationem. Heritui enim ſeu corruptioni non confirmatur. Mea enim eſt vniuerſa terra: ea autem quoque eſt, ſi Deum receperis. Vnde iis qui crediderunt, meritò annunciat Scriptura.*
Eſa.64. *Electi autem Domini erunt hæredes Dei gloriæ & potentiæ. Quenam eſt, die mihi, ô beata,*
1.Cor.2. *gloria? Quam oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, & lætabuntur regno Domini ſui in æternum.*

## COMMENTARIVS.

[a] AT, *inquitis, non eſt nobis fas euertere.* Obiiciebant gentes ſuã cauſam defendentes, quod à patrũ more & conſuetudine nõ liceret diſcedere. Clemens autem conſuetudinis cõmunem locum tractans, non probat exẽplis nõ eſſe conſuetudinem mordicus tenendam. [b] *Deinde in affectionibus.* Augentur autem affectus, & ita mutantur; nõ mutantur autem ſine dãno & periculo eius qui afficitur, & tamen ea illa eſt iucunda. Si ergo, inquit, in affectibus eſt mutatio iucũda, quãto magis in vita mutatio debet iucunda, qua mala relicta conſuetudine declinamus ad veritatem: nec eſt ideo deſiſtendum, quia
Epheſ.3. ægrè ferat, maximè cùm verũ inquiramus patrẽ, à quo eſt omnis paternitas in cælo & terra. Hac
Luc.14. ideò dicebat Clemens, quod nihil eſſet quod gentes magis auo caret à Chriſtianiſmo, quã quòd non eſſet, vt à parentibus eis traditã relinquerent cõſuetudinem. Hoc cum tuorũ ſciret Chriſtus, propter ciauit eum ipſo nõ eſſe dignum, qui non propter ipſum odiſſet patrem & matrem. Non quod illos patres probaret impietatem, ſed quod pietas in Deũ ſit præferenda pietati in homines. Imo vera pietas dicenda pietas, cùm propter patrem hominem Deus pater offenditur, à quo habet pater vt ſit pater, filius vt ſit filius. Quoniam autem illam veterem, & à parentibus traditã tãti faciebant cõſuetudinem, vt propter eam in Chriſtum nõ crederent, dicit illam eſſe reiiciendã, tanquam letiferum venenum. Letiferum eſt enim venenum quod morte afficit animã, mortua autẽ eſt anima à qua ſeparatur Chriſtus



qui eſt vera vita. [c] *Veſtræ itaque electionis.* Qui ſe in exitium dant præcipites, id ex libero arbitrio, & ſua mente eligunt. Ea itaq; eos ſequuntur præmia quæ ipſi elegerunt: Ad ea autẽ oſtendenda citat Sophoclem: Quid ergo dicit Sophocles? Mens vana, Græcè eſt ἄφρων, id eſt, perit mens & ingeniũ: nam cũ ea quæ mala ſunt eligat, mens eis merito dicitur periiſſe. Aures inutiles: nam cùm ea audiãt quæ bona ſunt ad ſalutaria, & ea reiiciũt, aures ſunt eis planè inutiles. Curæ irritæ Græcè ἐφήμεροι μέριμναι, id eſt, inanes curę & ſollicitudines. Nam cũ eis regnũ Dei & vita æterna quærenda proponatur, illi autẽ in rebus terrenis, & quæ ſunt huius mundi, omnem ſuã ponunt curã & ſollicitudinem, quàm inanes ſint curæ, ex hoc licet videre, quod in eis nihil ſit ſolidum, nihil firmũ & ſtabile, vt quæ momento tẽporis corruant & intereant. Et in hoc quidem mundo ſic puniuntur mali, quod mente careant, fruſtraq; ſint eis datæ aures, curæq; & inanes ſint eorum curæ & ſollicitudines: Sed hoc nõ ſufficit. Nam & bonis poſt hanc vitam poſt commentationẽ datur vita æterna: malis autem ſupplicium æternum. [d] *Ac etiam vitij principi imminet* Diabolũ Satanam ſeu Diabolũ vocat Clemẽs vitij principem, vt qui ad homines tentãdos, & ad vitium inducendos principatũ gerat, licet reſiſtentes nõ poſſit cogere. Cuilibet enim peccatori ex ſe eſt perditio, vt qui ſua ſponte peccãs pereat. Diabolo autem & angelis eius paratus eſt ignis æternus, æternũ ſupplicium. Huius ignis æterni intentãtur minæ, nõ ſolum ſceleratis & impiis, ſed etiã Diabolo ſceleratorũ principi. Sed ũ eſt ignis paratus Diabolo, quomodo vocat eũ Clemẽs torrẽ ex igne erutũ? Et ſi eſt Diabolus ex igne euulſus, quomodo ſtare poterit, quod, & nunc Diabolus inferorũ igni crucietur, & futurus ex igne erutus? De his quidẽ abſit, vt auſim quidquã certi ſtatuere. Meam tamen qualemcũq; coniecturam in mediũ proferam. Diabolo quidẽ paratus eſt ignis æternus & eius Angelis. Eo futurum vſq; ſeculorũ, vt omnes in æternũ cruciẽtur. Interim autẽ ſunt quidẽ aliqui, qui eo iam torquẽtur, quorũ qui in eum nõdum miſſi, tandiu ab eo abſunt, dum ad exercenda iuſtitię diuinæ munera eis commutantur. Aliqui verò qui ad tẽpus ab inferis remoti, tandiu abſunt, dũ ab eis fiãt, quæ Deus iubet. Et ij ſunt qui dicũtur torres ex igne eruti. Hæc habui quæ dicere, Clementis ſecutus ſententiã. Non nõ fugit D. Hieronymũ aliter interpretari. [e] *Quænã ergo adhuc ineſt hominibus.* Immoratur in eo quod tam ætrũ, eos ſua ſpõte ſibi afferre interitũ, & id amplificatur. Cur, inquit, deſiderãt homines ſibi mortẽ conſciſcere? Cur ad mortiferũ torrem cõfugerunt, id eſt ad Dæmonẽ? Cũ quo cõburentur: ſi enim ignis qui paratus eſt Diabolo, eos quoq; cõburet qui colũt Dæmones. Vt autẽ Dęmones colantur, alia mouẽtur ratione quàm cõſuetudine, & interim malè viuũt, licet autẽ eis rectè viuere Deũ doceãt. Eſt autẽ elegãs hæc antitheſis. Si ex Deo rectè viuas Deũ colẽdo, Deus dat tibi vitã: Si autẽ colas Dæmones malã ſequẽdo conſuetudinẽ, ex mala cõſuetudine hoc aſſequeris, vt poſt hãc vitã te Dęmonibus ſocium fruſtra pœniteat, & æterno afficiaris ſupplicio, quodquidem eſt mors ſecũda. Nec hoc quiſquã inficiari, cũ vel ſtultos ipſa doceat experiẽtia, falſam Dæmonũ religionẽ afferre exitiũ, non autem Dei cultũ, ſalutẽ. [f] *Videat veſtrũ aliquis.* Ex ipſo idolis ſacrificantiũ, & Dæmones colentiũ habitu, quàm turpis & indignus eſſet idolorũ cultus. Quales autẽ hic deſcribit, erãt Dæmonũ Sacerdotes, qui nõ vt Chriſtiani Sacerdotes lętãtur in Domino, ſed ipſo ornatu & habitu magis luctũ præferẽt, quàm cultũ Deorũ. Ex his autẽ Galli Sacerdotes Cybeles ipſi ſibi amputabãt virilia. Et hoc eſt quod dicit ex iis multos eſſe pudẽdis priuatos. [g] *Volo autẽ vos rogare.* Oſtẽdit quàm ſint abſurda quæ fiãt in idolatria, qui cũ ſint à Deo creati, nõ ipſum Deũ colũt, cuius ſunt omnino, ſed Dæmones colũt, & ſimilia. Eſt autẽ totus hic locus plenus antitheſis, quæ orationi mirã afferũt gratiã & venuſtatem. Opponitur Tyrãnus, bono malũ, virtus vitio, Deus Dæmoniis, filius ſeruo, cælũ Erebo. Abſurdũ eſt autẽ qui cęli poſſit eſſe ciuis & paradiſum colere, & puri illius fõtis qui erat in paradiſo eſſe participabilis in Erebo dęgere. Quod autẽ allegoricè per hoc ſit intelligẽda contẽplatio, ex hoc licet intelligere, quod dicat puri illius fõtis eſſe participẽ per lucidã illã ſuis veſtigiis in aëre ambulãdo nebulã, ſalutarẽ pluuiã. Eſt ergo puri illius in paradiſo fõtis participatio diuinæ bonitatis contẽplatio, qua fruebatur Elias dum per lucidã nebulam ſalutarem cõtemplaretur pluuiã. [h] *Illi autẽ ſe verũm.* Corporeæ voluptates, vt quæ puræ nõ ſint, nec ſinceræ, cœno & luto merito aſſimilantur, quibus ęs, explẽtin eis, ſicut porci in cœno, volutari dicũtur. Cõtra autẽ ſunt purę & ſinceræ animi voluptates, vtpotè virtutes & diuinę contẽplationes, à quibus abeſt omnis turpitudo & obſcœnitas, quibus inſanũt mortales fere omnes, vt corporis voluptatibus, quæ ſunt impuræ & beluinæ, maximè delectẽtur, quàm ſinceris animi voluptatibus, quã inſanã delectationẽ eſſe porcorũ dicebat Demosthenes. [i] *Ne ergo, ne euadamus mãcipia.* Noſtræ mẽtis oculi eo ſunt dirigẽdi, vbi noſtrũ habemus patrem, & ſalutationẽ Dominicã quotidiè dicimus: Pater noſter qui es in cælis. Deprehẽdit autẽ Dominus eos non germanos ſuos filios, qui nõ ſurſum aſpiciũt, & patrẽ in cælis nõ agnoſcũt. Deprehẽdit, inquit, eos Dominus Sol aquilas. Aquilæ quæ ſolẽ nõ valẽt intueri, deprehenduntur nõ eſſe germanæ, ſed adulterinæ. Deprehẽdit autẽ vel Sol ipſe, vt vult Clemẽs, vel ipſe pater, vt vult Plinius qui ſic ſcribit: Haliæto ſuppluma etiamnũ pullos ſuos percutiẽs, ſubinde cogit aduerſos intueri Solis radios, & ſi cõnictãtes animaduertit, præcipitat è nido veluti adulterinũ & degenerẽ, illũ cuius acies firma non ſuſtinet, educat. [k] *Ducamur ergo pœnitẽtia.* Ne deterreãtur Gentiles, quod ſit odioſum & periculoſum vocabulũ, eos cõfirmat, dicens: pulchrũ eſſe & honeſtũ ad Deũ trãsfugere, ad quẽ quod quiſque, nemo eſt qui eo iure poſſit reprehẽdere. [l] *Multa alia poſſumus bona.* Bonũ eſſe ad Deũ trãsfugere, ex his quæ hic dicit. Et iã quidẽ prius dixerat bona aliqua, quæ cõſequũtur ij qui ſalutẽ æternã conſequũtur, ſed nũc tranſit ad maiora, nẽpe ad deſiderabilẽ illam hæreditatẽ, quam Deus promittit fidelibus, ſed tacitè & myſticè. Ea nõ eſt terreſtris, nec huiuſmodi vt aliquid detrimẽti ei afferri poſſint ab inſidiatori fures qui in diuitiis terreſtrib⁹ cæcutiũt, vt qui eas magnificiãt, cũ ſint caducæ & interitui obnoxiæ. Et theſaurus ſalutis quẽ ſtudent aſſequi, qui verbi ſunt amatores, ſed quiſnã eſt ille theſaurus? Chriſto Domino. In quo vt dicit Paul⁹ ad Coloſſenſes, ſunt omnes ſcięntiæ & ſapięntiæ theſauri abſconditi. Et ideo dicebat ipſe Chriſtus in Euãgelio. Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, Eſa.54. Matth.6.

vbi ærugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt & furãtur. Thesaurizate autem vobis thesauros in cælo. Ij thesauri quos bonis actionibus thesaurizamus in cælo, nõ sunt aliud quàm thesauri scientiæ & sapientiæ Christi, quibus fruũtur qui benefici fuerint in pauperes, & aliis actionibus Christi beneficentiam sibi conciliarint. [m] *Hinc autẽ nobiscũ abeunt.* Quomodo ad eam perueniatur hæreditatẽ, docet Clemens; Hinc, inquit, nobiscum abeunt bona opera, & veritatis pennis simul euolant. Bona, inquit, quæ fecimus opera nõ intereunt, sed nobiscũ abeunt, sed quomodo abeunt; Veritatis pennis simul euolant, quasi diceret; Ea demum bona opera nobiscũ euolant, quæ in altum euehit penna veritatis; id est quæ vera sunt, & in quibus nihil est fictũ, nihil simulatũ, nihil quod vllam redoleat hypocrisim. Sed qui sumus futurũ, vt hæc nobis obueniat hæreditas? Quoniã æterno testamẽto sumus instituti hæredes. Hoc cum sit æternũ, nihil est quod ipsum possit infirmum reddere & irritum: Æternum itaq; nobis donum suppeditat. Cùm sit autem donũ, gratis datur: Nulla enim nostra sunt huiusmodi opera, vt ea re mereantur æternam; sed cum operantibus Deus eam sit pollicitus, & sine iis nõ detur, licet ea hæreditatis vitæ æternæ causa nõ sint efficiens, sunt tamen causa adiuuãs, cui nituntur nostra merita, & meritum quæ est à Deo promissa. [n] *Hæc autẽ amore nostri.* Æternæ vitæ hæreditatem eo, inquit, facilius assequi possumus, quod qui æterno suo testamento eam nobis promisit, ipse eam dat, & qui dat salutem, vt quos diligat, ipse nos assidue hortatur & admonet. Nec satis est admonere & adhortari, ipse quoq; confert quæ sunt optima. Efficiamini iusti, ait Dominus. Vbinam autẽ scriptum sit: Efficiamini iusti, nos oportet tare fatear necesse est. Nam in eo Esaiæ loco qui mox adducitur, nõ est ita scriptũ, sed in fine præcedentis capitis ita habẽt Septuaginta: [illegible] Est hæreditas iis qui seruiũt Domino, & vos eritis mihi iusti, dicit Dominus. Clemens autẽ legit δικαιωθῆναι, id est, efficiamini iusti quod est hortantis vel consulentis, non autem narrantis fore vt Deum sint iusti. Quod autem sequitur in sequenti, nempe in 55. capite, dicit Clemens esse exhortationem baptismum, salutem & illuminationem. Hæc enim tria vocabula vnum & idem significant, & omnia. Nam baptismo peccata remittũtur: Cui autem remittuntur peccata, is iustificatur, Iustificato autem lus datur. Porro autem cùm baptizato hæ tres Theologicæ virtutes infundãtur, quæ prius tantum erant inchoatæ & imperfectæ, is à Deo illuminatur. Idẽ ergo significant baptismus seu lauacrũ, & illuminatio. Nõ autem alios vult venire ad baptismũ, quàm eos qui sitiunt Dominũ, id est, qui Domini tenentur desiderio. Nam qui aliò spectãt vt Sarraceni, qui nõ aliam ob causam baptizantur, quàm vt tetrum odorẽ à corpore suo expellant, eorũ inutilis & inefficax est baptismus. Et hoc est quod

*Ioan. 7.* Ioannẽ dicit Christus, Si quis sitit, veniat & bibat. Ei autẽ qui ita sitiens venit ad baptismũ, Deus is ipsum dat gratis, & quæcũq; propter hominẽ est fabricatus, dum ea sumantur cum gratiarũ actione.

*Matth. 6.* ideo dicit Dominus; Primũ quærite regnũ Dei, & cætera adiicientur vobis. Gratis enim accipiuntur primus est scopus vt Dominũ inueniat, & nihilominus ei à Domino suppeditãtur, quæ sunt ad hãc necessaria. Qui autem Dominũ non quærit, sed mãmonæ seruit & pecuniæ, is qui acquirit nõ gustat, cipit, vt qui sit adulterinus filius, & pecunia emit quæ labore parãtur incredibili. Hic mihi videtur sensus huius quod dicit Clemẽs. Quod autem Græcè est λέγων, ὃ γὰρ παραπέπτωκεν ὑπὸ [illegible], quod verti, Et terra extẽdetur ad confirmationẽ. Nõ enim cõfirmatur interitu & corruptione, nec quid sit intelligo, nec vbi id sumpserit Clemẽs scio. Perspicacior[illegible] itaq; id relinquo inuestigandum.

*Habetis, ô homines, diuinam gratiæ promissionem: audiuistis etiam alias supplicij* [illegible] *quæ dat salutem Dominus, & gratia & metu hominem instituens. Quid cunctamur? Cur non supplicium effugimus? Cur non donum suscipimus? Cur non eligimus ea quæ sunt præstantiora, Deum malo, & idololatriæ præferentes sapientiam, & vitam morte commutantes? Ecce, inquit, ante faciem vestram posui mortem & vitam: tentat te Dominus.* *Esdr. 15.* *Esa. 1.* *vitam eligas. Consulit tibi vt pater, Deo obedite. Si enim me, inquit, audieritis & vitam ritis, bona terræ comedetis. Obedientiæ est gratia. Sin autem mihi non obedieritis, volueritis, gladius vos & ignis deuorabit. Inobedientiæ est iudicium. Os enim Domini locutum est, lex veritatis, Verbum Domini.* [o] *Vultis ne ego sim vobis bonus consultor? Sed vos quidem audite, ego autem, si fieri possit, ostendam. Vos quidem oportebat, à bonis nes, de ipso bono cogitantes, testem à natura ingeneratum & eum fide dignum adhibere, nempe fidem, quæ ex se & ex sua domo apertè eligit id quod est optimum, nec quærere laborare an ea sit persequenda. Etenim an aliquem inebriari oporteat exempli gratia, tare oportet? Vos autem inebriamini, priusquam consideraueritis. Et an iniuriã sit facienda, non valde estis solliciti, sed quamprimùm iniuriam facitis. Solùm autem an Deus lendus quæritis: & an sapiens, hoc est, Christus & Deus sit sequendus, hoc consultandum & deliberandum esse censetis. Cum nec quid Deum deceat vnquam cogitaueritis; Credi tis nobis si vos inuadat ebrietas, vt sobrij & moderati sitis. Creditis, si affecti estis iniuria vinati. Si autem vultis credere, euidentem virtutũ fidem suspicientes, ex reliquis*



*copia vobis adducam de Verbo persuasionem. Vos autem (patrij enim mores adhuc vos præoccupatos abducunt à veritate) iam audieritis quomodo se habet id quod sequitur.* [b] *Neque vera vos huius nominis pudor occupet, qui viris damnum affert maximum.* [c] *In veritatis ergo studio nos aperte exuentes, germanè ac legitimè certemus, designatore quidem Verbo sancto certamen autem ac præmium certaminis agonotheta proponente Domino vniuersorũ. Non proponitur enim nobis paruum certaminis præmium immortalitas.* [d] *Non curetis ergo, ne quis vobis detrahant quidam forensium rabularum quisquiliæ, dæmonum superstitionis impiam ducentes chorum, ameëtia & insania in ipsum deturbati barathrum, simulachrorum fabros, & adoratores lapidum. Illi enim ausi sunt homines in deos referre, tertiumdecimum Macedonem Alexandrum in deorum numerum adscribẽtes, quem Babylon arguit mortuũ. Diuinum itaque admiror Sophistam, ei nomen erat Theocritus. Irridens is Theocritus vanas hominũ opiniones quas de diis habebãt, dixit ad ciues: O viri, inquit, bono estote animo, donec videbimus deos mori ante homines. Hos autem deos qui sub aspectum cadunt, & horum qui sunt promiscuum qui adorat colluuiem, & qui cum eis fornicatur, is est dæmonibus illis longè deterior. Deus enim nullo modo est iniustus vt dæmones, sed quam fieri potest iustissimus: neque illi est quidquam similius, quàm qui ex nobis fuerit quàm iustissimus.* [e] *Ite in viam omnium liberalem manuum artem exercentis, populus qui Mineruam Iouis filiam Gorgopin & Ergatin stantibus ventilabris oratis: stulti lapidum opifices iidemque adoratores veniant, Phidiæ vester & Polycletus, & rursus Praxiteles, & Apelles, & quicunque illiberales & sordidè tractant artes, qui sunt terreni terræ operarij. Tunc enim, inquit quædam prophetia, vos hæc habebunt infeliciter, quando crediderint statuis. Veniant ergo rursus (non enim dest-* μοιρεύουσι, *uare vocare) viles abiectique artifices: nullus vtique ex his spirantem fabricatus est imaginẽ, sed vnus ex terra mollem carnem effecit. Quis liquefecit medullam? aut quis fecit vt ossa consistẽrent? quis neruos distendit? quis venas inflauit? quis in ipsis sanguinem infudit? aut quis cutem extendit? vbinam autem quis eorum oculos fecit videntes? quis inspirauit animam? quis dominationis artificiam? quis promisit immortalitatem? Solus vniuersorum opifex Pater, cuius est ars longe optima ac præstantissima, talem animatam imaginem, nos nempe hominẽ fecit.* [f] *Olympius autem vester imago imaginis longè à veritate discrepans, est surdum opus manuum Atticarum.* [g] *Est enim Dei imago eius verbum & filius, mentis germanum, diuinũ illud Verbum, huius hæc exemplaris & archetypa. Verbi autẽ imago est homo, vera mens quæ est in homine, qui ad Dei imaginem & similitudinem propterea factus esse dicitur, prudentia quæ est in homine, diuino Verbo assimilatus, & ea ratione Verbi rationisque particeps. Hominis autem terrigenæ, qui videtur, terrena imago, sunt quæ viri similitudinem referunt effigies. Prouidentia veritate cernitur id quod est ad tempus expressum & efformatũ.* [h] *Nihil ergo mihi videtur fuisse aliud nisi vita furore plena, quæ tanto studio versabatur in materia. Permissa est autem à vana opinione consuetudo, quæ vos quidem fecit gustare seruitutem, curamque superstitionem & à ratione alienam. Legum autem iniquarum & fallacium imitationum causa & cognatio, quæ quidem hominum generi cõparata, cùm Parcarum exitialium & abominandarum simulachrorum dæmonum multas formas excogitasset, iis qui eam sequuntur longè* βαναυσίαν. *grauissimi impressit maculam.* [i] *Rationalem ergo seu Verbi aquã accipite. Lauamini qui estis mundi. Vos verò aspergite guttis & emundate à consuetudine. Mundos homines cælum oportet respondere. Homo es, quære id quod est maximè commune, eum qui te est fabricatus. Fiat in te id quod est maximè proprium, agnosce patrem. Tu autem adhuc permanes in peccatis, tabescens & liquescens voluptatibus.* [k] *Cuinam loquetur Dominus? Vestrum est regnum Dei, vestrum est si velitis, qui liberam animi voluntatem ad Deum direxeritis. Vestrum est quicquid volueritis credere, & compendium sequi prædicationis. Quam cùm exaudiissent* *Matth. 7.*

*Ninuiuitæ, expectatam euersionem, per germanam & synceram pœnitentiam egregiè salutem commutauere. Quomodo ergo, inquit, cælos conscendam? Via est Dominus, angusta quidem, sed ex cælis: angusta quidem, sed quæ mittit ad cælos: angusta, quæ despicitur in terra: lata quæ adoratur in cælis.* [l] *Deinde qui Verbum quidem non accepit auditione, ei venia datur propter ignorationem. Qui autem haurit auribus, & animæ suæ spōte infert incredulitatem, qui videbitur esse prudentior, eo maiori ei malo fuerit: quoniam accusatrice vsus est prudentia, quod est optimum non eligens.* [m] *Est enim alioqui homini à natura ingeneratum, vt ei quædam intercedat cum Deo coniunctio. Quemadmodum ergo equum non cogimus arare, neque taurum venari, ad id autem ad quod natura aptum est, animal vnumquodque trahimus: ita certè hominem qui natus est ad Dei contemplationem, & verè est planta cælestis, adhortantes ad Dei cognitionem, id quod est eius proprium, eximium, & peculiare comprehendere, & sufficiens seculorum viaticum, pietatem & Dei cultum comparet, consulentes. Terrenum dicimus, si ex agricola: sed cognosce Deum, terram colens: & nauiga, qui teneris amare navigationis, sed cælestem assumens gubernatorem. Te militantem deprehendit cognitio, quòd liberatorem qui tibi iusta significat.* [n] *Vt qui ergo sitis crapula grauati & ebrietate, redite ad sobrietatem, & cum parum perspexeritis, cum animis vestris cogitate quidnam sibi velint à vobis adorantur lapides, & quæ vano studio in materiam expenditis. In ratione & facultates & opes, sicut etiam vestram vitam, in morte consumitis, cum vanæ spei vestræ solum finem inueneritis, nec vestrûm positis misereri. Sed nec vt iis qui vestri errore miserentur, credatis, apti estis, mancipati malæ consuetudini, à qua dependentes, vestra sponte vsque ad extremum spiritum pessum itis ad interitum. Lux enim venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem, cum liceat ea amouere quæ saluti impedimento obstrunt, fastum, diuitias, & timorem, proferendo hoc poëticum:*

Ioan. 3.

Hom. in Od.

A me quo fertur multa ista pecunia? vbique Erro ipse.

διώκουσι δ' αὐτοί.

[o] *Si vultis ergo, his omnibus abiectis visis & phantasiis, renunciare ipsi consuetudini, decreta opinioni, falsa valete somnia, ei atis ergo nihil. Quid enim, ô homines, existimatis Typhonem & Andocidem, & Mercurium, & Amyclum? num est cuilibet manifestum eos esse lapides sicut etiam Mercurium? Vt autem non est Deus area, & vt non est Deus iris, sed sunt aeris & nubium quædam affectiones: & quemadmodum dies non est Deus, neque mensis, neque annus, neque tempus quod ex his conflatur: sic neque Sol, nec Luna, quibus definitur vnumquodque eorum quæ prædicta sunt.* [p] *Quis itaque sanæ mentis, pœnam supplicium, iustitiam & Nemesin Deos esse putauerit? Nam neque Furiæ, nec Parcæ, nec fatum: quoniam nec ipsa nec gloria, nec Plutus, id est, diuitiæ, quem vel pictores cæcum depingūt. Si autem Venerem & Amorē & Venerem in Deos refertis, eos consequantur pudor & appetitio, & pulchitudo, & coitus. Non ergo amplius iurè apud vos dij Gemelli existimabuntur, somnus & mors, cum ea sint affectiones quæ naturaliter animalibus eueniant? Sed neque Fatum, neque Parcas, Deos meritò dicetis. Si autem lis & pugna non sunt dij, nec Deus est Mars, nec Enyo. Præterea autē si fulgura & fulmina & imbres non sunt dij, quomodo sunt dij ignis, aqua? Quomodo autē quæ διάλογοντες, hoc est, aërem percurrentes, dicuntur, & Comētæ prouenerint ex affectione aëris? Qui deam autē dicis Fortunā, deam quoque dicat affectionem. Si ergo nullum ex his censetur esse Deus, sed nec ex illis nullo sensu præditis & manu fabrefactis figmentis: cernitur autē quædā in nos diuinæ potentiæ prouidentia: restat vt nihil aliud quàm hoc confitemur, quòd solus verè sit & consistit, qui verè est solus Deus.* [q] *Veruntamen uero hominibus qui mandragoram, vel aliquod aliud pharmacum biberunt, stulti euadere similes. Deus autem vobis concedat, vt ex hoc somno aliquando excitemini, & Deum intelligatis, neque aurum, vel lapidem, vel arborem, vel actionem, vel affectionem, vel mortem, vel timorem, vt Deum affingatis.* [r] *Verè enim sunt in alma terra tres dæmonum myriades, non immortalium, sed neque mortalium: nam neque sunt sensu præditi, vt mortis quoque sint participes, sed sunt lapidei & lignei hominum domini, qui vitam hominum violant & iniuria afficiunt per consuetudinem. Domini autem, inquit, est terra & plenitudo eius.* [s] *Deinde, cur in ijs quæ sunt Domini, voluptati & delitijs indulgens, audes ignorare Dominum? Relinque meam terram, inquiet tibi Dominus, ne tangas aquam meam tibi dono, ne sis particeps fructuum quos ego colo. Alimenta, ô homo ser Deo accepta, agnosce tuum Dominum, proprium es Dei figmentum. Quod autem est eius proprium, quomodo iure fiat alienum? Quod est enim abalienatum, cum priuetur proprietate, priuatur & veritate.* [t] *An non enim quodammodo vt Niobe, vel vt magis mysticè ad vos loquar, instar vxoris viri Hebræi (eum Loth appellabant veteres) euasistis omni sensu nudi? Hanc mulierem accepimus effectam esse lapidem, propterea quod amaret Sodomitas. Sodomitæ autem impij, & qui versabantur adhuc in impietate, duro erant corde & ferrei.* [u] *Hæc tibi existima voces dici diuinitus. Ne existimes lapides quidem esse sacra & ligna & aues & serpentes, non autem homines: sed contrà, verè quidem sacros homines existima, feras autem & lapides id quod sunt. Miseri autem & infelices homines qui eorum quidem & graculum existimant Deum clamare, per hominem autem tacere: & honore quidem affecerunt cornicum vt Dei nuncium, Dei autem hominem persequuntur, non crocitantem, nec glocitantem, sed, proh dolor, è ratione loquentem, benignisque & humanis vocibus resonando instituentem, inhumanè conantur occidere, dum vocat ad* μετανοοῦντα. *salutem: neque quæ supernè descendit gratiam excipientes, neque supplicium declinantes. Dij enim non credunt, neque eius edisciunt potentiam.* [x] *Cuius autem est humanitas quæ verbis dici non potest, eius est improbitatis odium quod capi non potest. Alit autem vos quidem supplicium propter peccatum: bene facit autem humanitas propter pœnitentiam. Dei autem priuari auxilio est longè miserrimum. Atque oculorum quidem orbitas, & aurium surditas, maiorem inferunt dolorem, quam cætera quibus nos malignus iniuriosè afficit incommoda. Illa enim aspectu cælesti est priuata: hæc verò orbata est cælesti doctrina. Vos autem, qui, quod ad veritatem quidem attinet, estis manci, & mente quidem cæci, surdi autem intelligentia, non doletis, non ægrè fertis, non cælum videre & cæli effectorem desideraſtis, nec vniuersorum opificem & patrem audire & discere quæsistis, nec ocium & liberam animi voluntatem saluti coniungentes? nullum enim obsistit impedimentum ei qui contendit ad Dei cognitionem, non liberorum orbitas, non paupertas, non omnia, non egestas possessionum. Nemo eam quæ verè est, sapientiam optat arrepto ferro vè commutare. Id enim elegit potius, quam quiduis aliud. Christus est vbique diues. Qui enim iusti est æmulator, vt qui est amator eius qui nullius est egenus, quis indiget, vt qui non in aliquo alio, quam in ipso Deo, beatitudinis thesaurum reponit? Ibi non est tinea, non fur, non pirata, sed bonorum æternus dator. Meritò ergo assimilatus es illis serpentibus, qui clausas habent aures incantatoribus. Ira enim eis, inquit Scriptura, est ad similitudinem serpentis, tanquam surdæ aspidis & aures suas obturantis quæ non exaudiet vocem incantantium.* [a] *Sed vos quidem reueremini sanctitatem, & vestrum verbum suscipite, & virus letale expuite, vt vobis quoque interitum, & illi seruum exuere concedatur. Audite me, nec aures obstruite, nec auditum obsepite mentis ea quæ dicuntur imprimite. Immortalitatis pulchrum est medicamentum, reuocate serpentinas tandem conuersiones tractusque sistite. Inimici enim Domini terram, inquit Scriptura: à terra in ætherem extollamini, respicite in cælum, admiramini, insidiari calcaneo iustorum & viam veritatis impedire. Estote prudentes &*

Demosthenium.

Ex Hesiod.

Psalm. 23.

Aspectu tales, id est, stellaculo diuina pulchritudinis.

Bonum declarina præfert cuius alij bona.

In ipso bona solùm declarina.

Matth. 6. Luc. 12.

Psalm 57.

Psalm. 72.

Matth. 10.

Psalm. 14.

*innoxij: fortassè Dominus vtique vobis dabit pennã simplicitatis (vult pennis indueres*
*genas) vt relictis lustris cælos habitetis, solummodo ex toto corde ducamur pœnitentia vt pos-*
*mus capere Dominum ex toto corde.* [b] *Sperate in ipsum, inquit, tota congregatio populi, effu-*
Psalm. 61. *dite coram ipso omnia corda vestra: dicit ijs qui sunt recentes ab improbitate, misereatur &*
*implet iustitia. Crede homo homini & Deo. Crede homo Deo viuenti, qui passus est & mo-*
*ratur. Credite serui mortuo, omnes homines credite ei qui solus est Deus ex omnibus hom-*
Psalm. 68. *nibus. Credite, & mercedem accipite salutem. Quærite Deum, & viuet anima vestra.*
*Qui quærit Deum, est de propria salute sollicitus. Inuenisti Deum, habes vitam. Quæ-*
Psalm. 34. *mus ergo, vt etiam viuamus. Merces inuentionis, vita est apud Deum. Exultent & læ-*
*tentur in te omnes qui quærunt te, & dicant perpetuò, magnificetur Deus.* [c] *Pulcher ho-*
*mnus Dei homo immortalis, qui iustitia ædificatur, in quo sunt insculpta eloquia veri-*
*tis. Vbi enim est alibi inscribenda iustitia, quam in anima temperanti ac moderata? vbi ho-*
*ritas? vbi autem pudor? & vbi mansuetudo?* [d] *Oportet, vt existimo, vt qui his dam-*
*sunt scripturis in anima obsignati, existiment eas esse optimos carceres à quibus emit-*
*tur sapientia, ad quamcunque vitæ partem ij conuersi fuerint, & eundem salutis portu*
*nullis agitatum fluctibus putent sapientiam: per quam sunt quidem boni patres familias,*
*qui ad patrem confugerunt: boni autem sunt filij in parentes, qui filium intellexerunt:*
*boni autem mariti vxorum, qui sponsi meminerunt: boni autem sunt famulorum bo-*
Matth. 9. Luca 5. *ni, qui sunt ab extrema seruitute liberati.* [e] *O errore qui est in hominibus bestiæ bruti!*
*quæ possident quidem vt vos ignorationem, veritatem autem nequaquam falsò imita-*
*tur ac simulant. Non sunt apud eas genera adulatorum. Pisces nequaquam dæmones*
*perstitiosè colunt, aues non adorant simulachra. Vnum cælum solum stupent, quem*
*Deum non possunt intelligentia apprehendere, vt quibus non sit concessa ratio. Deos*
τῶν ἀλόγων. brutis. *non erubescitis, quòd vos ipsos feceritis piscibus minus participes rationis, qui per ea-*
*tes contriti estis in impietate? Fuistis infantes, deinde pueri, deinde puberes, deinde v-*
*ri, nunquam autem boni. Senectutem saltem reueremini. Cùm in vitæ sitis occasu, ut*
*scite moderatique ac temperantes euadite, vel in fine vitæ Deum agnoscite, vt vobis*
*finis suscipiat initium salutis. Consensistis in falsa dæmonum religione, venite nunc*
*recentes ad Dei cultum verámque religionem, vos referet Deus in numerum puerorum*
*simplicium.*

## COMMENTARIVS.

[a] VVLTIS *ne ego sim vobis bonus consiliarius.* Consulturus Clemens gentibus vt Christi fidem suscipiant, primũ dicit eam esse eiusmodi, vt de ea non sit consultandum & deliberandũ, cum ea ex se cognoscatur, quod est optimũ, nempe Dei cultum: ad quod probandum non alium esse testem producendum, quàm ipsum. Ratur autẽ quod cùm de multis quæ non sunt agenda non deliberent, sed nullo capto consilio ea agant, vt exempli gratia non capto consilio an inebriari oporteat, inebrientur, & cũ non cõsultarint an iniuria sit iniuria, iniuriã faciant; de Deo autẽ an sit colendus, & an Christus qui est Deus & sapientia, sit sequendus, consultent & deliberent: & si de re quidẽ non adeò magni momenti, nempe non esse moriendum, aut iniuriam non esse faciendam, agatur, consulenti sibi credere, fidem autem & Dei cultum consulenti non credere. Quod si velint credere, se de verbo certam & copiosam adducturum pertinaciã. Quã cum audierint, fore vt persuadeantur, licet mores patrij & vetus consuetudo colendi Dæmones adorandi idola, eos præoccupatos abducant à veritate. [b] *Neque verò vos huius nominis.* Vitos appellat, qui sunt forti & magno animo: erant autẽ multi magno & excelso animo, qui ad Christi fidem facerent, si cessissent, si nõ eos pudor Christiani nominis auocasset. Tũc enim pudori erat apud multos nomen Christianum, propter inueteratam erroris de Diis consuetudinem. [c] *In veritate ergo studet.* Agonistarum qui præmium proponit, est ipse Deus. Proponitur autem præmium immortalitas. Exuentes autem, metaphora sumpta à gymnicis certaminibus. Aperte verò, quod Christũ oporteat palam & omnibus confiteri corã hominibus. Germanè vero ac sincere, quod ita se gerere oporteat, vt in Christianismo nihil sit fucatum & simulatum, nihil quod discrepet à veritate fidei Catholicæ. [d] *Non curent ergo.* Ne uerentur ij qui ad Christũ aspirabant, authoritate eorum apud quos Christi nomen erat pudori, & qui Christianis detrahebant, ostẽdit Clemens quinã ij essent & cuiusmodi, & iubet ne eos curent. Eiusmodi

Alexandri Macedonum Regem Babylone mortuum in Deos retulisse, facete autem Theocritus quidã Rhodius postquam mortuus esset Alexander, irrisit inanes hominũ opiniones, quod quos sciebant mortales in Deos referrent. Bono animo, inquit, estote, id est, non est quod timeatis, cum videatis Deos fieri ex hominibus. Hec autẽ consuetudo homines mortuos referendi in Deos, à Græcis etiam transiit ad Romanos, qui suos Cæsares seu imperatores mortuos referebant in Deos. Ex quibus quidã fratrem suum nomine Getam à se occisum, cùm audiisset à Senatu in Deos relatum, sit, inquit, Diuus, modo ne fuerit. Quo dicto & suam arguit sæuitiam & parricidium, quod fratrem occidisset, & Senatus stultitiã, qui quem sciebat mortuum pro Deo coleret. [e] *Ite in viam omnes.* Statuarios omnes eos, & eos maximè qui deos inter eos præstantissimi euocat, & reprehẽdit eos, quod eos ipsos adorẽt lapides, ex quibus suis fabricatæ sunt simulachra. Deinde quod quantũcunque de suis artibus se iactent, & quantumuis eleganter imitentur, non sunt tamen verè quæ imitãtur, solus est Deus qui creatæ à se imaginem hominis, dat verũ spiritum, veram carnem, verum sanguinem, veros oculos, neruos & ossa, venas, & virtutes, & ipsam tandẽ immortalitatem. De his opificibus loquens Hieremias, sic dicit: Lex populorum vanæ sunt, quia lignum de saltu præcedit opus manus artificis in ascia. Argento & auro dealbabunt illud, clauis & malleis compegit, vt nõ dissoluatur. In similitudinem palmæ fabricata sunt & non loquentur, portata tollentur, quia incedere non valent. Nolite ergo timere ea, quia nec bene facere nec male. Multa quoque de iis diuinè scribuntur cap. 13. Sapientiæ, quæ quoniam sunt omittenda, prætermitto, ad ea remittens lectorem. Hos omnes opifices dicit Clemens, tractare artes seruiles & liberales, quod terrena sint eorũ opera. Inter cętera autẽ Mineruæ cognomina, est Gorgopis à Gorgone. Dicta est autẽ Gorgopis quod oculos habeat terribiles & vel solo aspectu timorem incutiat, qualis illa Medusa, de qua tam multa in Poëtarũ fabulis. Cur autẽ dicatur Ergatis, vide apud Pausaniam in Atticis scribit, Athenienses maiori studio quam alij habuere res diuinas. Primi enim Mineruam Erganen quasi opificẽ seu opificum præsidem appellarunt, Ergane autem & Ergatis idem significat. Quod autẽ verti, stantibus ventilabris oratis, Græcè est φανῆσιν λίκνου ἀσεσφιμένην, quod nõ possum aliter exponere quam, stantibus seu stabilibus ventilabris vel cribris, sed nusquã quidquã legi de his cribris aut ventilabris: Suspicor autem esse legendũ, φανῆσιν ὕφους, hæc est mea coniectura. Diuinent alij quid velint. *Olympium autem vester, imago imaginis longè à veritate discrepans, est fordidum opus.* Iouis Olympium simulachrum quisnam fecerit satis antea diximus. Hoc est autem quod dicit Clemens, hominem esse, qui est animata Dei imago, fecit Deus, Iouem autẽ vestrũ Olympium, is enim quem Deorum nomine uocant gentes, imaginem imaginis, id est, imaginem hominis, homo enim erat Iupiter quem Dei esse putant, longè, inquit, à veritate discrepantem, id est, quæ imago longè aberat vt esset homo, vt esset fordidum opus, quod nec audiebat nec videbat, nec erat vllo sensu præditũ, fecerunt manus Atheniensis Apellis Atheniensis. [f] *Est enim Dei imago.* Affert causam cur homo qui est Dei imago, à veritate non discreparet, sed verè sit, vt qui sit sensu, & intelligentia præditus, & animatus. Hominis autẽ imaginem & verè, sed multũ discrepet à veritate. Verbũ, inquit, quod est Dei filius, est imago Dei. Verbum, inquit, nihil & germanum mentis, id est, patris. Idem autem verbum est etiam lucis lux exemplaris humanitatis. Est enim filius, vt est in epistola ad Hebræos, figura vel potius, vt est in Græco, character Hebr. 1. substantiæ, & qui est, vt nostrũ habet symbolũ, Deus de Deo, lumen de lumine. Vnde & Ioannes in Ioan. 1. euangelio cum dicit esse lucem, illuminantem omnem hominem venientem in hunc mundũ. Non potest autem hæc imago, quod ad essentiã attinet, quidquã discrepare ab eo cuius est imago. Nam nec Deus posset non esse Deus, nec fieri potest, vt lux non sit lux. Huius autẽ verbi imago est homo. Sed cum homo constet ex anima & corpore, nõ quod ad corpus attinet, est imago Verbi, sed vera mens quæ est in homine, quæ quidẽ est princeps facultas animæ, est imago Verbi. Propterea enim ad Dei imaginem & similitudinem homo dicitur esse factus, quòd prudentia quæ est in corde (eam enim Clemens in corde esse ait sacris literis) diuino verbo sit assimilatus. Ita tamen est assimilatus vt nõ sit verbum seu ratio, sed verbi particeps, nempe rationalis. Hac ergo ratione, quod ad animam attinet homo est imago, sed quod ad corpus id quod refert & exprimit hominem, est terrena imago. Quo fit vt sit mortalis, & veritate, id quod ad tempus est expressum & efformatũ, vtpote ad cõseruandam eius qui mortuus est memoriã. Dicuntur autem homines quod ad corpus attinet, χοϊκοὶ, id est, terrigenæ, Sapient. 14. quia corpus è terra formatũ, non autem quod ad animam. Nam in hominem è limo factum, nempe in corpus inspirauit Deus spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem. [g] *Nihil ergo mihi vi-*
*detur.* Ea hominis quæ se totam dedit colendis idolis, est planè plena furore, vt quæ tanto studio versentur in materia. Nam materia si sola consideretur, cũ sit informis, nihil est. Quidquid enim veri est, formam habere necesse est. Idola autem nihil sunt. Nam vel ea exprimunt quæ omnino non sunt, & nihil exprimunt: vel ea quæ sunt quidem, exprimunt, sed formã eorum non exprimunt. Quod autem formam non habet, non est: est itaq; idolum nuda materia, in qua versari mera est infania: vanum enim est versari in eo quod non est. Ex eo autẽ quod in nudam materiam, vita insanit, existit consuetudo. Eam autem consuetudinem permittit vana opinio. Id enim quod non est nemo coleret, quod facit idololatra, nisi putet non esse aliquid esse crederet. Quidnã autem efficit vana ista opinio? vt gusterut seruitutis. Seruitutem quidem gustat qui manibus adorat simulachra, quæ eo est amarior quod non sit verus Dominus cui seruiat. Efficit etiam curam superuacaneam & à ratione alienam: Ita enim verti λόγου περισσοποιὸς, id est, curam superuacaneam curiositatem. Sunt enim idololatræ de multis curiosi, de iis non solliciti quæ ad suam salutem pertinent: Et magnam quidem vim habet consuetudo, sed consuetudini accedunt etiam leges, quibus eam confirmant & corroborant consuetudinem. Sunt autem eæ leges iniquæ quarum causa est Dæmon. Nã si Dei veram habuissent cognitionem, non de falsis Diis & idolis leges essent constitutæ, sed calliderũ Dæmonum fallaces ritus introducti, ita enim verti ἀγοητικὰ, nihil enim aliud occurrit

rebat quo id melius exprimerem. Illa ignoratio cũ genus humanum inuasisset, multisque Dæmonũ, qui tamen Dij non erant, varias formas in abominandis simulachris excogitasset, ita sequuntur longè mortis impressit maculã, id est, effecit vt eorum peccans anima moreretur, & mortis macula contaminaretur & polluereturnam si anima quæ peccauerit ipsa moritur, quod est mortuum est immundum: quo diutius in peccato perseuerat anima, eo est immundior & & ideo est mundãda, & ideo subiungit. [1] *Rationalem ergo seu verbi aquam accipite.* Cum sit immundus & polluta à vana idolorum adorandorum consuetudine, suadet gentibus vt veniant ad baptismum. quemuis autem baptismũ, sed ad rationalem, id est, ad Verbi baptismum: Is est baptismus Christi, est verbum patris: eum enim instituit ipse Christus ad emundandam animam & à peccatis expiandã. Et ideo dicit: Lauamini qui estis polluti, & vos veris guttis aspergite. Alludit autem ad illud ista: Asperges me Domine hyssopo & mundabor. Veras autem vocat guttas quæ verè emundant catis pollutas animas. Neque enim veræ sunt censendæ quæ solum mundant corpus, sed quæ animam. Mundant autem vi spiritus, cum verbum accesserit ad elementum & factum fuerit sacramentum. Docet autem cur homines mundari oporteat, nempe vt cœlum conscendant: In regnum eorum nihil intrabit inquinatum. Vt autem in regnũ cœlorum ascendant, duabus de causis dicit tere eos satagere, quod Deus qui est in cœlis, est eorum & creator & pater. Cõmune est omnibus à Deo sint creati. Quilibet proprium suum habet patrem, Deus autem est & pater omnium, & cuiuslibet pater: Nam & creatione pater est omnium, & quum vniuscuiusque gerit curam est ille proprius. Apta ergo visus est distributione, vtpote homini tribuens quod est omniũ communis, quod Deus sit eum fabricatus, vt filio autem, id quod est maxime proprium, vt Deus eius sit pater. dignatur autem Clemens quod cum liceat gentibus baptismo sua emundare peccata, in eis maneant, & maximè in iis quæ consumunt eorum corpora, nempe in voluptatibus & in delitiis homines macerant & liquefaciunt: Nam pulchrè Horatius.

*Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas,*

& Venerem eneruare vires, scribit Vergilius. [2] *Cuinam loquetur Dominus.* In multis locis Euangelii Christus, vestrum est regnum cœlorum. Petit autem Clemens cuinam hoc dicturus est Dominus. spondet autem, vestrum est regnum cælorum, si velitis, qui liberum arbitrium ad Deum dirigant. Quasi diceret, In vestra est potestate intrare in regnũ cælorũ, si quod vobis à Deo datum est liberum arbitrium, non ad res terrenas & caducas, sed ad cælum dirigatis & ad Dominum, vestrum est regnum cælorum si tantũ volueritis credere. Nam & si à Deo datum est vt credatur, & fides est donum Dei, non se est tamen vt Dei assentiamur inspirationi. Sed non satis est credere, nisi sequamur compendium dicationis. Prædicationis autem cõpendium est pœnitentiam agere, id est, de peccatis commissis re, & pro eis, quoad eius fieri potest, satisfacere. Et hoc est quod dicit Christus: Pœnitentiam agite, propinquat enim regnum cælorũ. Quæ cum sint vtraque in iis qui illorum sunt capaces, ad baptismum necessaria, hinc factum est vt dicatur baptismus & fidei, & pœnitentiæ. Quam vim autem habeat tentia ex hoc perspici potest, quod cum Niniuitæ verè & non fictè egissent pœnitentiam, ciuitas non assecuti sint æternam qui Christum nondum agnouerant, cum nondum aduenisset, eam tamen assecuti, vt euersa non sit eorum ciuitas, quod Deus erat minatus. [3] *Deinde qui verbum quidem.* Qui audiuit prædicationem, obtendens aliquam causam ignorationis, veniam assequetur. Æquissimus vt mitius cum eo agatur qui ignorauit, quam cum eo qui sciens prudensque laborauit grauissimo to incredulitatis. Quod tamen tum demũ est verum, si naturæ sequens legem in corde suo inscriptam Deum agnouerit, & ita vitam suam & mores composuerit, vt à decem illis præceptis quæ nata venientia Deus statuit, non declinauerit, licet exactam illam à Christo postea præscriptam fidem non obseruauerit. [4] *Est enim aliqui homini.* Omni animali est aliquid à natura insitum ad aptum, & ad id ab hominibus ducitur, ad id autẽ quod natura non est aptum non ducitur. tẽ à natura est insitum, vt cum Deo habeat coniunctionem. Quo magis debent moueri gentes, lius & lubentius amplectantur quod est corũ naturæ proprium, nempe religionem & Dei cultu autem multæ artes & scientiæ quibus hominũ vita vtitur, tam ad victum sibi parandum, lem societatẽ, nulla est cui pietas & Dei cultus non sit tanquam viaticũ necessarius, quo vitam æternam, & tantũ abest vt ex artes impediantur à religione & Dei cognitione, vt potius tur, siue dicas agriculturam, siue artem nauticam, siue militarem disciplinam. [5] *Vt quæ ergo sit grauare.* Tanquam crapula & ebrietate grauatas gentes dicit suum errorem nõ agnoscere: iubet ad sobrietatem redire, tunc enim fore vt cognoscant quale sit lapides adorare, & in ea quæ sunt timo nihil, inanes fumptus profundere, in ignoratione, inquit, vestras opes consumitis. Melius secum ferebat Vlysses, sed ipse interim toto mari errabat: apud simulachrorũ quoque cultores pore nostri Clementis omnia præclara & magnifica, amplæ diuitiæ, summi honores, maxima omnium copia, & omnibus fruebantur voluptatibus, sed ipsi interim errabant, vt qui Deum sent. [6] *Si voluit ergo, his omnibus.* Cùm sint ergo Dij inanes, & nihil sint idola, quæ tamen esse aliqua sione & phantasia apprehenderunt gentes à mala inductæ consuetudine, iubet Clemens vt abiectis & phantasiis abnegent inueteratã consuetudinem, falsam opinionem à se reiicientes tanquam somnia. Subiungit autẽ ad Deos & idola sermonem conuertens: Eratis ergo nihil, sicut falsa hæc sunt, ita vos quoque nihil eratis, quæ tamen antea putabam esse aliquid. Quod autẽ sequitur, Quia eminet, ô homines existimatis Typhonem & Andocidem, & Mercurium & Amyetum. Nam si ex



manifestum eos esse lapides sicut & Mercurium, est adeo corruptũ, vt nisi quod maximè cupio, inueniatur aliquod aliud exemplar Græcum emendatius, existimem non posse eius inueniri sensum. Quid sit Typhon qui etiam dictus est Typhœus, tritum est apud Poëtas. De Mercurio Andocydis aliquid legitur apud Æschinem aduersus Timarchum. De Amyeto quid intelligat nescio, sitne ἀμύητος mysteriis non initiatus: an nomen proprium. Quomodocunque autem intelligantur hæc vocabula, non video quomodo ex eorum contextu vllus eliciatur sensus, hoc tantum possumus coniicere, eum sensisse quodcunque & à quibuscunque falsi Dij fuerint fabricati, eos non aliud esse quam lapides. Cum autem dixisset Clemens simulachra non esse adoranda, vt quæ sint inania & planè nihil, venisset autẽ ei in mentem posse dicere quempiam: Non adorentur quidẽ idola vt quæ nihil sint, negari tamen non posse Solem & Lunam esse aliquid, nec ideo non esse adorandos, quod nihil sint, tacitæ obiectioni respondet Clemens, non ideo quidem esse adorandos quod nihil sint, sed ideo non esse adorandos tantum Deos quod Dij non sint. Non magis autem esse Deos quam orbem illum qui est circa Solem & Lunam quem ἐνιαυτὸν vocant, & Iridem quam diem mensem & annum: sit autem & area illa quam ἅλω vocant & Iris, à quadam affectione nubium & aëris, Iris quidem, nubis humore variato à Solis influentiæ, aut ex eo quod ex humidis nubibus fit solaris splendoris reflexio; ἅλως verò, quod circa Solem & Lunam aër sit nebulosus, prohibente Solis vel Lunæ splendore ne totum eorum corpus occupet. Dies autem, menses, & annus, nõ aliud sunt quam quædam temporis spatia, quæ circumscribuntur & dimetiuntur à motu Solis & Lunæ. Cùm autem Sol & Luna quæ magna luminaria vocat scriptura, à Deo sint creata in signa & tempora dies & annos, ea non magis sunt dicenda Dij, quam illa propter quæ sunt creata. [7] *Quo ita quæ sanæ mentis, quantum, supplicium, iustitiam.* Deos omnes qui dicuntur & Dij falsi esse, tollit & remouet, vt statuat vnum solum esse Deum. Est autem veluti quidam epilogus eorum quæ ab ipso dicta sunt superius. Ita autem procedit argumentum. Si est Deus, vel multi sunt quos dicuntur, vel vnus. Sed non sunt multi Dij, est ergo vnus Deus. Quod autem sit Deus vnus ex eo, quod cernatur quædam in nos diuinæ potentiæ prouidentia. Quod autem non sint multi quos dicuntur, tam satis probatum est: Ex eo efficitur vt vnus solus sit verus Deus. [8] *Verumenimuero qui mandragoram.* Mandragoræ poma dicit Dioscorides dum olefiunt vel comeduntur *ὑπνο-* *ποιὰ*, id est, soporifera, & eius etiam succum: adeo vt dicat Plinius eam largiore potu etiam enecare. Dioscor. lib. 4. cap. 66. Plin. lib. 25. cap. 11.

Notat autem Clemens Demosthenem, qui dicit *ὑπνῶ γὰρ μετὰ φαρμάκων πεποιῶν, ὥστ' ὀρθῶς ποιῆσαι φάμενον* Demosth. Philip. 4.

*ἐμὲ ἀποκτεῖναι.* Sed similes sumus hominibus qui biberunt mandragoram, vel aliquod aliud tale medicamentum. Dicit ergo Clemens gentes simulachra adorantes altum quendam somnum dormire, è quo opus vt excitentur, vt Deum intelligant, nec eum ita effingant, vt vel aurum, vel lapidem, vel argentum, vel actionem, vel affectionem, vel morbum, vel timorem Deo similem esse sentiant, cum Deus sit quod vt nihil tale in eum cadat, qui est totus *τοῦτο*, id est, quem sola comprehendit intelligentia, omnino remotus. [9] *Vere enim sunt in alma terra tres Dæmonum myriades.* Hæc, inquit, quæ dicuntur cum Deo nullam habent similitudinem. Sunt autem præterea, vt dicit Hesiodus, in terra tres diuinæ myriades. Sed neque ij sunt immortales, quo fit vt nõ sint Dij: neque mortales, quò fit vt non sint homines. Quod autẽ non sint mortales, ex hoc constat quod sensu careãt. Sentiat enim necesse est quod sit mortale: mortuum enim est quod cum sensus fuisset particeps, sensum amisit. De Dæmonum autem natura multa scripserunt, nempe sintne corporei an incorporei, & num sint sensu præditi. Sunt qui eos immortales existimant, sunt qui mortales quidem, sed eorum vitam esse longè beatiorem quam hominum, sed quomodocunque sit, ij Dij non sunt. [10] *Deinde cur in iis quæ sunt Domini.* Adiungit quod est planè homine indignũ, nempe eius à Deo acceptorum beneficiorum ingratum & immemorem animum. Omnia, inquit, sunt Domini, vt qui ea creauit & donarit, tu autem cum eis sis Dominum non agnoscis nec ei agis gratias. Quid si terram, aquam, fructus, alimenta quæ tu ei semel accepta, tibi adimat, quo res tandem redibit? Tu es eius figmentum, id est, ab eo es creatus & formatus, agnosce tuum Dominum. Is in te habet plenum dominium & proprietatem, cur te abalienet, aut alteri te mancipet? Quod autem est eius proprium, non potest iure esse alterius. Quo fit, vt sit iniustus qui emalit quod est alterius. Qui autem est prædo, nec habet proprietatem, nec verè est Dominus. Peccatur ergo proprietate & veritate. [11] *An non enim quodammodo vti Niobe.* Quod in Deum sint ingrati & beneficiorum acceptorum immemores causam esse dicit quod sensu plane careant, non minus quàm Niobe, quæ, vt est in fabulis, occisis suis filiis ab Apolline, cõuersa est in lapidem, & vxor Loth, quæ conuersa est in statuam salis, vt nostra habet versio. Quid autem se loqui mysticè, quod huius historiæ literæ allegoricè sit intelligenda, nempe quod qui Deo non credunt ad ea reuertuntur, sint instar lapidum omni sensu vacui. Ideo enim retrospexit, quod immorati essent in terrimis peccatis indurato animo versantes Sodomitas amaret. [12] *Hæc tibi existimâ voces dici.* Hoc erat vel maximũ signum sensuum ægritudinis incredularum gentium, quod aues & bestias sacras dicerent quam homines, cum contra oporteret homines sacros existimare, aues autem & bestias non aliud esse putare quam quod sunt. Sacras autẽ aues ideo putabant, quod quæ Dij vellent, eorum essent nuncij, renuntiarent, significarent & prædicerent. Tantus quidẽ certè honor olim est auguribus & auspicijs, vt incõsultis auibus nihil nec publicè nec priuatũ aggredi fas esse putarẽt, vt apud Romanos. Erat autẽ planè ridiculũ, quod Deũ quidem putarent clamare per guttur auiũ, non hominis nihil dicere. Vana autem illa opinio eos ad tantam deduxerat stultitiam, vt aues quidem, scilicet coruos, graculos, vultures, & alias eiusmodi, tanquam Dei nuncios & Angelos honorarent, homines autem, ita enim vocat scriptura eos qui Deo placent, non solum non honorarent, sed & nomen Dei nuncium, nempe Euangelij annunciantes, & ad fidem Christi instituentes, & ideo tam vtar vocabulo, catechizantes, persequerentur & conarentur occidere. Quod quidem iniquius, quod aues non aliis quam suis, quæ non intelliguntur, vterentur vocibus, Dei autem

Exech. 18.

Esaia 5.

Psalm. 51.

Apoc. 21.

Horat. epist. 1.

Philip. 2.

Rom. 2.

Dioscor. lib. 4. cap. 66. Plin. lib. 25. cap. 11. Demosth. Philip. 4.

Ouid. Met. Genes. 19.

homines humanis iisque benignis verbis eos alloquerentur, & ea dicerent quæ dictabat ratio. Quæ cū humanis quidē vſi eſſent verbis, ſed inhumanum aliquid præcepiſſent, aliquid poſſent cauſari, quo auerſarentur. Cùm verò eos vocarent ad iuſtitiam, ſiue intelligas iuſtitiam fidei, ſiue omnem virtutem nam nomine iuſtitiæ omnis virtus comprehenditur, nihil habent quo ſe excuſent, oblatam ea gratiam quæ per Euangeliū offertur, non ſuſcipientes, neque vitantes æternū quod eis imminet cium. Quod Euangeliū autem eis annunciatum non audiant, cauſa eſt, quod Deo non credunt. men eſt maximè fide dignus, neque eius ediſcunt potentiā, quæ tam euidentibus ſignis vbique dit. Quàm ſit autem ridicula auguriorum & auſpiciorum diſciplina, non ſoli intellexere Chriſtiani, pleriq; etiā è gentibus, vt in libris de diuinatione Cicero præclare eam irridet, quamuis ipſe eſſet legio Augurum. [a] *Cuius autem eſt humanitas.* Vituperauit quidem gentes incredulas, quod oblatam non ſuſcipiant, ſupplicium autem cuius minæ intentantur non declinent. Nunc autem dicit Dei procedat gratia, & vndenam ſupplicium. Dei quidem eſt ineffabilis humanitas, à qua gratia, quæ eſt ſummū odium ſceleris, à quo ſupplicium. Alit autem, inquit, ira ſupplicium propter peccata Propter peccatū enim augetur ira Dei, quæ eſt eo grauior quo grauius & ſæpius admiſſum fuerit tum, alitur etiam & augetur ſupplicio. Nam Deus cum ſit iuſtus, quo eſt maius & frequentius eo maiores de eo ſumit pœnas. Non quod Deus more humano iraſcatur, ſed per eius irā intelligi iuſtitiæ conueniens in peccata animaduerſio. Ab ineffabili autem Dei benignitate quomodo gratia? Beneficit, inquit, humanitas propter pœnitentiam. Eſt Deus quidem facilis ad ignoſcendum ad ſuam conferendam gratiam, ſed id non facit temere. Nā non ignoſcit cuilibet, nec peccatorem iuſtificat, & ei confert gratiam, quam peccatorū præeunte pœnitentia ei fuerit reconciliatus. non difficiliter aſſequitur peccator, qui diuinum auxilium aſſiduè implorauerit, quo primū quiſque longè miſerrimū, nemo autem eo priuatur niſi qui pernicaci & obſtinato corde reſiſtit Dei gratiæ & miſericordiæ. Congruenter autem iis quæ diximus de Dei benignitate & ira, ſcribit epiſt. ad Rom. dicens: Ignoras quoniā benignitas Dei ad pœnitentiā te adducit. Secundum tiā tuam, & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicij Dei, vnicuiq; ſecundū opera eius, &c. [b] *Atque oculorum.* Nullo maiori incōmodo nos afficere poteſt Dæmō, quā ſi nos priuet viſu & auditu, cū cæcitas quidē impediat ne cæli aſpiciamus pulchritudinis verò ne diuinā percipiamus doctrinā. Quod ſi tantū eſt incōmodū non videre, nec audire, quid gētes vituperādæ, ad eas enim dirigit orationē, quæ ſua ſpōte & cæcæ ſunt & ſurdæ, nō corporis oculis, ſed mēte & intelligentia, vt quæ nō deſiderent videre cælū & cæli effectorē, & totius mundi ficis diuinā audire doctrinam, maximè cū ſi ad eam quærendam ſuam applicarint volentatē & animi arbitriū, id à Deo adiuti, qui eis non deerit, poſſint aſſequi. Vt autē intelligant nihil poſſe eos quo minus ſalui fiant ſi velint, multa enumerat quæ quantumuis ſint grauia, impedire tamen non ſunt quo minus ad Dei peruenianr cognitionem, à qua pendet ſalus hominis. Eam Dei cognitionem id eſt, ſapientiā, qui eſt Chriſtus, qui ſemel fuerit adeptus, is eam tanti facit, vt nō ære, non fœnore la re alia mundana cōmutauerit, cum cæteris omnibus præferatur. Ea ſapientia eſt Chriſtus. Chriſtus autem eſt qui dat ſalutem, & eſt vbique ſalutaris, & meritò cū ſit σωτὴρ, id eſt, ſeruator, ſiue Saluator. Quoniā autem dixerat, neque paupertatem, neque poſſeſſionum egeſtatem, impedire cognitione, alicui autē venire poteſtat in mentē, vt diceret ad hanc tranſigendā vitam nos nihil hinc tacitæ reſpondens obiectioni; Qui eſt, inquit, æmulator iuſti, id eſt, qui ardenti amore Chriſti, Chriſtus enim eſt iuſtus atq; adeo ipſa iuſtitia, is, cùm ſit amator eius qui nullius indiget Chriſti qui Deus eſt & homo, paucis indiget. In ipſo enim Deo repoſuit ſuū theſaurum beatitudinis non eſt qui eū corrumpat, non qui ſuffuretur, expilet & eripiat. Ibi enim eſt Deus qui dat bona *Matth. 6.* qui ea adimat, neque qui mala inferat. Quod autē in Deo ſit eius theſaurus, ex hoc conſtat quod cor eius. Vbi enim eſt theſaurus, ibi eſt cor tuum, & contra. Quoniam autem ad hanc vitam beatam aliquo opus eſt viatico, in oratione Dominica, precamur nobis dari panē quotidianū. Deus ſolus eſt qui nullius indiget. Et ideo dicit Clemens, eum paucis indigere, non nihilo. Quod autem Arreptam ære ferróve cōmutare, Græcè eſt δήμιον, id eſt, populatus. Suſpicor quidem locum ſic ptum, & alio vocabulo vſum eſſe Clementem, fieri tamen poteſt, vt alluſerit ad illud Euangeliū *Matth. 11.* gnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. [c] *Sed vos quidem reuerentiā ſanctorum.* Pro quidē verſum ita vt hic eſt vertetur. Sed nunc animaduertens in Græco eſſe errorē qui ita ſe habet: δοκῶ ὑμᾶς κατανενοηκέναι πῶς ἀγνοεῖτε ἃ παρ' ἡμῶν ἐν τῷ ὑφ' ἡμῶν λόγῳ, ita verti: Sed vos quoniam dus; tate in cantemini, & noſtrū veſtrumque verbum ſuſcipiatis. Cuius hæc eſt ſententia. Surda quidem aures obſtruit ne carmen audiat, ſed vos cōtrā ne aures claudatis, ſed ſancto Dei auditui carmini temini, vt vos reddat ſanctos, & noſtrum veſtrūmque verbum ſuſcipiatis. Quaſi dicerer, Vt deſcendit è cælis, & noſtræ veſtræque ſalutis cauſa carnem ſuſcepit, non eſt magis noſtrum quam veſtrum velitis, dummodo ipſum quod ſe vobis offert ſuſcipiatis. In eo autem quod dicit, Et virtus ſerpentes ſingulis annis veterem pellem exuere, & ita deſinere eſſe ſenes. Quomodo hoc fiat dicit Plinius, hoc fieri guſtato ab eis fœniculo: alij bile ſeu felle cuomito, quod eſt virtus ſerpentis, nectute iuuentam reſtitui, in qua ſententia videtur fuiſſe Clemens. Iubet autem gentibus vt exuant, nempe vt peccata ſua cōfiteantur & baptiſmo pœnitentiæ renouati, vt ſerpens ſenili terrum exuant, id eſt, facti noui homines in Chriſto, vitam aſſequantur æternam. Cum autem dicit quod eſt maximi momēti, oportere ipſos iis quæ dicuntur diligenter attēdere, vt aſſequantur talitatem quod eſt pulchrū pharmacum ſeu medicamentum, quod ab omnibus quæ in homine affectionibus & morbis liberat. Sed vt tad eā perueniatur, non eſſe inſtar ſerpentiū humi reptantes, à terra aſſurgēdū, & ad cælos aſpiciēdū & aſpirādū. Nā inimici Domini, qui ſunt peccatores, de



terrena ſolliciti, terram lingent, id eſt, humi repent, vt qui omnem diuinā & cæleſtem repellāt contemplationem. Sed quoniā non ſatis habebant gentes incredulæ ſi ipſæ ſerpentū more humi ſerperent, niſi alterum qui ad cælū aſpirabant inſidiantes impedimentū afferrent, iubet eos deſiſtere. Nam ſi ſint pruētes & nemini noceāt, futurum fortaſſe Deo adiuuāte, vt ſint & prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ, & datis pennis & terrena relinquant luſtra & latibula, & in cælis habitent. Sed hoc fieri poteſt niſi iis quos ex toto corde peccatorum pœnitet. Nam ij demum Dominum ex toto corde inquirunt. Non capiunt autem qui ſimulata ducti pœnitentia, mox ad peccatum tanquā ſues ad vomitum reuertuntur. [a] *Sperate in ipſum.* Non ſatis eſt autē pœnitere, ſed & in Dominum ſpes eſt collocāda à quo noſtra ſalus. Sed nec pœnitētia, nec ſpes noſtra debet eſſe ficta & ſimulata, ſed corda noſtra corā Deo ſunt effundenda, id eſt, aperiēda, nec in nobis debēt eſſe vllæ latebræ, in quibus vllæ vitiorū reliquiæ delitescant. Et ſunt quidē velimus nolimus, omnia Deo aperta, ſed ſunt nihilo ſecius quæ in nobis ſunt commendanda. Nam ſi noſtra nō celauerimus, & Dei auxilium implorauerimus, Deus eſt adiutor paratus, qui nobis non deerit ſi nobis ipſis nō deſimus. Hæc dicit Pſalmographus; Sed quibuſnam ſperat, & quos? qui ſunt recentes ab improbitate, id eſt, iis quibus ſunt recens remiſſa peccata. Eorum Deus miſertus eſt, & eos implet iuſtitia. Quaſi diceret, Eos quidē remiſſis peccatis iuſtificauit in baptiſmo, ſed ſimul & ea remiſſa eſſe peccata, ſic enim incepta ſolū eſt iuſtitia, ſed eā bonis operibus perfici oportet & impleri. Quod facit Chriſtus qui inceptū opus perficit vſq; ad diem ſuum. Nam & nos quidē nō- *Phil. 1. & 2.* bis operamur, ſed & Deus eſt qui dat velle & perficere pro bona voluntate. Atq; in Deo quidē fides eſt, ſed noſtræ ſalutis initiū eſt fides. Sed ne quis dicat non temere eſſe credendum, cū quę prodere ſolet non ſemper ſeruentur, dicit fallere quidē homines, vt qui ſint mendaces, ſed Chriſtū nō fallere, qui Deus & homo. Nam fallere quidē poſſet ſi eſſet tantū homo, ſed cùm in Chriſto vnū ſit ſubſtantiæ quod eſt Deus & homo, Deus autē ſit ipſa veritas, meritò ab homine eſt habenda fides Deo & homini. Credite ergo, inquit, Deo viuēti. Nō eſt, inquit Deus idolis, ſimilis, quę nec viuūt nec ſentiūt: Chriſtus Deus verus & viuus. Nec te à fide auocet quod paſſus ſit in cruce. Nā paſſus quidē eſt vt homo, ſed Deus autem vt Deus. Credite, inquit, ſerui mortuo, ei, inquam, qui eſt mortuus, ſed idē & reuixit & Dominus Deus relati & ab eis adorati ſunt homines innumerabiles, qui tamen nō aliud fuerūt quā homines. Chriſtus autē Chriſtus eſt Deus & homo. [b] *Pulcher hymnus.* Hymnus dicitur id quod ad laudē Dei cāmodum canticū. Hic autē dicit Clemens, pulchrū Dei hymnū eſſe hominē immortalē, qui iuſtitia ędificatus, & in quo ſunt inſculpta eloquia veritatis. Significat autem nihil eſſe quo magis Deus laudetur, quā quod hominē fecerit immortalē, ſed non quemuis hominem, verū eum in quo cum Chriſtus poſitum fundamentū, crefcit id ædificiū ſuperædificata iuſtitia, & in eo inſculptis eloquiis veritatis, & cæteris omnibus impoſitis virtutibus. Ideo autē ex immortalitate hominis laudatur Deus, quod cū is homo factus ſit immortalis qui eſt præditus virtutibus, eæ virtutes nuſquā melius poſſunt inſcribi, quā in animo iuſti temperanti & moderata. Neq; ſanē mirū, cùm ea ſit creata ad Dei ſimilitudinē. Eodē autē modo dicit Clemens, hominem immortalē eſſe Dei hymnū, ſeu canticum ad laudem Dei cantatū, quo ſenſu dicit Corinthios eſſe ſuā epiſtolā, vt quorū bonę actiones magiſtrum magis cōmendarent quam *2. Cor. 3.* eorum epiſtola. [c] *Oportet vt exiſtimo.* Quoniam eſt veriſimile, ex his gentibus quæ ad Chriſti fidem vocabitur, futuros qui ſentirēt ſcripturas quas oportet in ſuis animis inſculpere & obſignare Chriſtiani, ſuſcepto vitæ ſuæ genere eſſe alienas, oſtendit eas ad omne vitæ genus eſſe accōmodatas, & multū conducere. Cæteras autē hic vocat, quod Græci ἐσωτέρω, à quibus vel equi, vel curſores ad curſum emittuntur. A ſacris illis ergo ſcripturis qui eis animā habent obſignatā, ad quoduis genus vitæ emittantur, ſunt ſibi cōducibiles. Qui ex ſcripturis pātrē didicerit, & ad eū confugerit, bonus erit pater, qui ſe imitabitur, erit bonus filius in parentes. Mariti erunt boni in vxores qui Chriſtū legerint eſſe ſponſum & ſponſam Eccleſiā, Domini autem erunt boni in ſeruos, qui ſunt ipſi liberati à peccati & Diaboli & mortis tyrannide. [d] *O errore qui eſt.* Cum hominū falſos Deos & ſimulachra colentiū oſtenditſet ignorantiam, per exclamationē exaggerat & amplificat rei indignitatē, dicens & hominibus & beſtiis eſſe ignorantiam Dei ignorationem, ſed in hoc eſſe beſtias hominibus beatiores, quod beſtiæ quidē tantū beſtiæ ignorant, homines autem non ſolum Deū ignorant, ſed etiam veritatem imitantur & ſimulant, atque ita docentes religionem, vt qui falſos Deos colant, & adorent ſimulachra.

*Lege quidem Solonis ſequatur Athenienſis, & Argiuus leges Phoronæi, & Spartanus Lycurgi. Sit autem te ipſum Deo adſcribis, cælum quidem eſt tibi patria, Deus autem legislator. Quenam autem ſunt leges? Non occides, adulterium non committes, puero ſtuprum non inferes, non furaberis, non dices falſum teſtimonium: diliges Dominum Deum tuum. Horum autem ſunt etiam implementa leges rationales, & verba ſancta, ſi in ipſis exerceantur cordibus, Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Et, tibi percutienti maxillam, præbeam alteram. Non concupiſces: ſola enim concupiſcentia admiſiſti adulterium. Quanquam melius hominibus ab initio ea quæ non oportet nolle concupiſcere, quam aſſequi ea quæ concupierint.* [b] *Sed vos quidem ſuſtinere non poteſtis ſalutis auſteritatem. Quemadmodum enim nos cibis dulcibus delectamur, eos pluris facientes propter leuitatem voluptatis: nos autem curant & ſanant amara, quæ ſenſum exaſperant: ſed eos qui ſunt imbecillo ſtoma-*

cho, confirmat medicamentorum acrimonia, fic delectat & iucundo quidem sensu tinillat consuetudo. Sed illa quidem in barathrum deturbat consuetudo, in cœlum autem deducit vera quæ primum quidem est aspera, sed bona puerorum educatrix: & ex ea honestus aquidem venerandus mulierum cœtus, & prudens & moderatus senatus. Neque verò est adeo difficilis, neq; eiusmodi vt sit eã accipere difficile, sed est proximè in nostris domibus quæ est, vt ita tacitè significans Moyses longe sapientissimus, in tribus nostris degens patribus, mente & corde. Hoc quidem verum est ac germanum signum veritatis, quæ in summa tribus completur, consilio, & actione, & verbo. Neque verò verearis, ne multa eaque iucunda, vt impulsum ac phantasis abducant à sapientia, transiliet ipse lubens nugas consuetudinis, sed etiam pueri, cùm ad virilem ætatem peruenerint, abiiciunt ludicra. Celeritate quidem expugnabili, & quæ facilem aditum præbet benevolentia, diuina quæ terræ illatur tentia, impleuit vniuersitatem salutari semine. Non enim tantum opus in tam parua pore absque diuina cura & prouidentia perfecisset Dominus, qui visu est defectus, autem adoratur, qui expurgans & salutaris, benignúsque est & clemens, Verbum qui reuera est Deus manifestissimus, qui est vniuersorum domino exæquatus: quorum eius filius: & Verbum erat in Deo, neque quando est primùm prædicatus non neque quando suscepit personam hominis nec quando carne effectus egit saluatorem humanitatis ignoratus. Fuit enim verus & germanus decertator, & sui figmenti tor. Celerrimè autem omnibus hominibus traditus, cum Sole celerius ortus esset terna voluntate, facillimè fecit vt Deus nobis illucesceret, vndenam ipse esset, & per ea quæ docuit & demonstrauit, ostendens, fœderis initor & reconciliator, & noster, Verbum, fons viuificus, pacificus, qui per vniuersam terræ faciem diffunditur, quem vt semel dicam, effecta sunt omnia, pelagus bonorum. [c] Paruimper autem si to repetens, intuere diuinum beneficium. Primus homo quando in paradiso erat, tus, quoniam erat Dei puer: quando autem subiecit se voluptati (Serpens allegorice voluptas, super ventrem repens, vitio terrestri innutrita materijs) illectus est puer tibus, vir effectus per inobedientiam, & cùm patrem non audiisset, Deum affecit Quantum virium habet voluptas? Homo qui erat solutus propter simplicitatem, alligatus peccatis. Eum voluit rursus Dominus soluere à vinculis & carne illigatus. rium mysterium! hunc serpentem subegit, & tyrannum redegit in seruitutem, nempe & quod est maximè præter opinionem, illum hominem qui seductus fuerat à voluptate, erat alligatus interitui & corruptioni, extensis manibus ostendit soluum. O diuinum rium. Inclinatus quidem est Dominus, homo autem surrexit, & qui cecidit ex paradiso, obedientiæ præmium cælos accepit. [d] Quamobrem, vt mihi videtur, quoniam ipsum Verbum ad nos venit cælitus, non est nobis amplius eundum ad humanam doctrinam, Athenas aliam Græciam, quinetiam Ioniam, quærendo curiosè. Si est enim nobis ille magister, pleuit omnia sanctis potestatibus, opificio, salute, beneficio, legislatione, prophetia, doctrina gister omnia nunc resonat, & vniuersum iam Athenæ & Græcia factum est Verbo. enim poëticæ quidem fabulæ credidistis, quæ Minoëm scribit Cretensem vsum esse Iouis consuetudine: nobis autem non credetis qui Dei sumus discipuli, qui eam philosophiam quæ reuera vera est suscepimus? Quam autem summi tantùm obscurè significarunt Christi etiam comprehendere & prædicauere discipuli. [e] Atq; vniuersus quidem, vt scribit cam, Christus non diuiditur. Non est Barbarus, nec Iudæus, nec Græcus, nec masculus, mina: est autem nouus homo Dei sancto Spiritu transformatus. Deinde alia quidem & admonitiones, & molestiæ sunt, & sunt de ijs quæ sunt singularia, an ducenda sit uxor, sit gerenda respublica, an procreandi filij? Generalis autem sola adhortatio, & quæ

Ζεσιάδα.

Extensis manibus in cruce.

Galat. 3.



tum scilicet vitam in omni tempore, in omni euentu & circunstantia vitam dirigens ad id quod est præcipuum, est pietas ac Dei cultus. Cui congruenter solum quoque viuere necesse est, vt semper viuamus. [f] Philosophia autem, vt dicunt veteres, est diuturnum conatum, quod sapientiæ æternum ambit amorem. Præceptum autem Domini lucidum illuminans oculos. [g] Suscipe Christum, suscipe visum, suscipe lucem,

Ipse Deumque virúmque vt recte noscere possis.

Dulce est verbum, quod nos illuminauit: est super aurum & lapidem præciosum, desiderabile super mel & fauum. Quomodo enim non est desiderabile, quod mentem in tenebris defossam, operantem effecerit & efficacem, & animæ luciferos acuerit oculos? Quemadmodum enim si sol non esset, quod ad alia quidem astra attinet, nox essent omnia: ita nisi Verbum cognouissemus, & eo illuminati essemus, nihil differremus ab iis quæ saginantur, vt qui pinguefieremus in tenebris, & morti nutriremur. Capiamus lucem, vt Deum capiamus. Capiamus lucem, vt simus Domini discipuli. Hoc nostri Patri quoque est pollicitus. Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio Ecclesiæ laudabo te. Lauda, & narrabo tibi patrem tuum Deum. Saluum faciunt tuæ narrationes. Docebit me canticum, quòd huc vsque errauerim quærens Deum. Quoniam autem ad lucem deducis me Domine, & Deum inuenio per te & Patrem accipio abs te, si tuus coheres, quoniam fratris te non puduit. [h] Auferamus ergo, auferamus obliuionem veritatis, ignorantia amota & tenebris, quæ impedimento sunt oculis perinde vt caligo: cum qui verè est Deus contemplemur, hanc ei primùm vocem in hymno accinamus: Salue lux, quoniam lux nobis è cælo exorta est, qui defossi eramus in tenebris, & inclusi in vmbra mortis: lux, inquam, sole purior, & vita quæ hìc est iucundior. Illa lux est vita æterna, & viuunt quæcunque eam participant. Nox autem veretur lucem, & propter timorem occidens, cedit diei Domini. Fiunt omnia lux quæ sopiri non possunt, & occasus credidit orienti: hoc noua voluit creatura. Qui enim omnia obequitat ad salutem, æquè obit humanitatem, imitans patrem qui æquè super omnes facit oriri solem suum, & rorem instillat veritatis. Is occasum traduxit in orientem, & mortem in vitam cruci affixit: ab exitio autem abreptum hominem, in æthere sustendit, transferens interitum & corruptionem, in interitus & corruptionis vacuitatem: & certum meat in cælum Dei agricola, dextra signans: populos autem ad bonum opus excitans, veram vitam in memoriam redigens, & verè magnam, & diuinam, & quæ homines non potest nobis hæreditatem largiens, cælesti doctrina hominem Deum efficiens, leges legem in mentem ipsorum, & eam scribens in corde. [i] Quásnam scribit leges? Quòd omnes scient Deum à magno vsque ad paruum. Et propitius, inquit Deus, ero iniquis, & peccatorum eorum non recordabor. Suscipiamus leges vitæ, pareamus Deo creatori. Discamus ipsum, vt sit propitius. Reddamus illi licet non egenti gratam mercedem, affectus bene compositos: & veluti in habitatæ domus mercedem, pro nostra quæ illic habitatione, demus Deo pietatem ac eius cultum. Æs pro auro pondusque æquum, pro pondere centum taurorum. Pro modica fide dat tibi tantam terram quam cælas: aquam, vt bibas, & aliam, vt nauiges: aërem, vt respires: ignem, vt coquas: mundum, vt inhabites. Hinc tibi conecesit in cælos mittere coloniam. Tanta tot & tam magna opera & munera modica fide locauit. [k] Deinde qui credidere quidem præstigiatoribus, amuleta & incantationes accipiunt vt salutares: Deus autem ne ipsum quidem Verbum cæleste, qui est seruator, alligare vobis vultis, Vos credentes incantationi liberari quidem à vitijs & perturbationibus, quæ sunt morbi animi: auelli autem à peccato. Est enim peccatum mors æterna. [l] Estis pla-

Hom. Ili. 6.

Matth. 5.

Hier. 23. Matth. 5.

Esaiæ 9.

Malach. 4.

Matth. 5.

Locauit, id est tradidit largitus.

nè surdi & cæci sicut talpæ, & nihil aliud quam comedentes, degitis in tenebris, circumfluentes interitu & corruptione. [m] Sed est veritas quæ clamat. Ex tenebris lucebit. Luceat ergo lux in occulto hominis, nempe in corde, & exoriantur radij cognitionis eum qui intùs est occultus hominem manifestantes & illustrantes, discipulum lucis, qui est Christi familiaris & cohæres: maxime quando pio & bono filio, maximè honorandum & colendum boni Patris nomen venerit ad cognitionem, imperantis læta, & tristia iubentis ea quæ sunt salutaria. Qui autem ei paret, in omnibus magna commoda percipit, sequitur, Deum, paret Patri, se errare cognoscit, Deum diligit, diligit proximum, impleta mandatum, quærit præmium, postulat promissum. Deo autem semper est propositum seruare gregem hominum, & ideo pastorem bonum, bonus misit Deus. Verbum autem explicata veritate, ostendit hominibus altitudinem salutis, vt vel saluâ fierent ductu sententia, vt iudicarentur, si non obedijssent. Hæc est prædicatio iustitiæ, ijs quidem qui edierint Euangelium, seu bonus nuncius: ijs autem qui non obedierint, iudicium. [n] Sic terrifica quidem tuba classicum canens, congregat milites, & bellum denunciat. Christus autem pacifico modo in fines terræ inspirato, non congregabit suos milites pacificè. Atque collegit quidem, ô homo, sanguine & Verbo incruentum exercitum, & regnum cælorum eis tradidit. Tuba Christi est, eius Euangelium. Is quidem tuba cecinit, sic autem audiuimus. Armemur pacificicè, induentes thoracem iustitiæ, & fidei clypeum, & mentes, & galeam salutis imponentes, & acuamus gladium spiritus, quod est Verbum Dei. [o] Ita nos Apostolus ordinat pacificè. Hæc sunt arma nostra inuulnerabilia. His armati, confligamus instructa acie aduersus malum, ignita mali iacula extinguamus aqueis à verbo tinctis cuspidibus, beneficia remunerantes gratis benedictionibus, Deum verbo diuino honorantes. Adhuc enim loquente te, dicet, inquit: Ecce adsum. [p] O sanctam beatam hanc potentiam, per quam Deus versatur vnà cum hominibus! Melius est ergo & præstantius imitatorem simul fieri & cultorem optimæ ac præstantissimæ eorum quæ sunt essentiæ. Non poterit enim quis Deum imitari, nisi eo quis ætè colat: neque colere ac venerari, nisi eum imitetur. Qui enim est cælestis amor erga rè diuinus, hac ratione accedit hominibus, quando in ipsa anima id quod est verè diuinum, à verbo diuino excitatum, potuerit effulgere. Et quod est maximum, cum gemina & syncera voluntate vnà concurrit salus, simul, vt semel dicam, coniugatu liberæ animi electione & vita. Proinde hæc sola veritatis adhortatio assimilata est fidelissimis amicis, permanens vsque ad extremam respirationem, & bona duxe & comes toto & perfecto spiritu animæ, ijs qui tendunt ad cælum. [q] Quid autem te adhortor? Vrgeo tuus fias. Hoc vult Christus, vno verbo tibi vitam largitur. Et quodnam est hoc? Sapiens paucis. Verbum veritatis, Verbum incorruptionis, qui hominem regenerat, ipsumque ducens ad veritatem, stimulus salutis, qui abigit interitum, qui mortem persequitur, qui ædificauit templum in hominibus, vt in hominibus Deum collocet. Fac vt templum castum ac mundum; & voluptates & delicias, tanquam caducam & brevem umbram relinque vento & igni. Temperantiæ autem ac moderationis sapienter fructus cole, & Deo teipsum consecra primitias, vt non solùm sit opus, sed etiam Dei gratia. Deum autem vtrunque, & Christo familiarem cerni, & dignum regno, & regno esse dignum.

Ephes. 1.

Ephes. 6.

Esaiæ 58.

Coniugatu, id est, coniunctionibus.

COMMENTARIVS.

[a] LEGES quidem Solonis sequatur Athenienses, & Arginus leges Phoroneas. Aliæ quidem ciuitates habeant leges quas sequantur latas à suis legislatoribus, Christiani, quibus cælum est patria, Dei sequantur quarum ipse est legislator. De Solone & Lycurgo vide Plutarchum in Parallelis. De Phoroneo



hæc scribit. Eusebius; Phoronens Inachi filius & Niobes leges primus iudiciaque conscripsit. Pausanias vero, Phoroneus Inachi filius, homines primum ad publicæ vitæ consortia perduxit, cum dispersos antea aliisque passim degerent. [a] Quæ nam autem sunt leges. Et veteris testamenti & noui sunt eædem leges, sed noui eo sunt perfectiores, quod Christus qui venerat legem adimpleturus, non soluturus, ea quam prohibuerit quæ inducebant ad legem violandam, & ideo Clemens eas appellauit leges rationales, hoc verbi leges, & priorum implementa. Non solum enim prohibuit cædem hominis, sed odium & iram, ira ad eam peruenitur, & non solum vetuit vindictam, sed etiam iniurię iussit perpessionem. Nec solum ira ad eam peruenitur, & non solum vetuit vindictam, sed etiam iniurię iussit perpessionem. Nec solum prohibuit ne admitteretur adulterium, sed etiam ne videretur mulier ad concupiscendū. Est autē lex humana, nullus & perfectius, omnino quæ non oportet non concupiscere, quam ea quæ concupieris assequi. Quo fit vt cum eis tibi minime frui liceat. [b] Sed vos quidem sustinere. Qui molli delicatæ & voluptuariæ vitæ assuefactus, nihil est quod æquè abhorreat atq; vitam austerā & laboriosam. Cum ergo esset austera & laboriosa Christianorū vita, vt qui in ieiuniis, vigiliis, humi cubationibus, quas γυμνασίας Græci vocant, exercentur, vnde & ἀσκηταὶ, id est, exercitatores dicti sunt Monachi, quod plusquam alij his asperioribus exercendi rationibus carnem suam macerarent & domarent: illam autem vitæ austeritatem nō ferre possent humilis gentes, nec à fide ideo deterreretur, dicit Clemens austera & amara dulcibus esse præferenda. Quo fit vt de Christianæ religionis veritate id iure optimo dici possit, quod dicit Isocrates de virtute. Virtutis quidem racidem esse amaram, fructus autem dulces. Quod autem vertimus Senatus id quod significat, & βουλὴ id est, hominum multitudinem ad dandum ciuitati consilium delectam, quæ maxima ex parte constabat ex senibus, & quamuis senum congregationē. Ita γυναικεῖον, quæ mulierum, & quæuis multitudo mulierum. Erat etiam aliud quod poterat deterrere gentes à Christianis, nempe quod ad legem Christi non pateret facilis aditus, & difficile esset eam accipere. Cui obstantium submouit Clemens dicens, non esse difficilē id assequi, quod est in nostris domibus, id est in nostra potestate: esse enim in nostra potestate, quod est in tribus nostris partibus, manibus, ore & corde. Quod quidē dicit Moysem tacitè significasse. Ita enim scribit in Deuteronomio. Eruntq; verba hæc quæ ego tibi præcipio hodie in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis, & meditaberis sedēs in domo, & ambulans in itinere, dormiens atq; consurgens, & ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntq; & mouebuntur inter oculos tuos, scribēsq; in limine & ostiis domus tuę. Id autē significat Moyses, omnē nostrā actionem, orationem, & actionem eo esse dirigendam, vt lex Dei à nobis obseruetur. Hoc est verū & germanum signū quod fit in nobis veritas, quando Dei legem, & in corde meditamur, & ore eloquimur, & opere exercemus. Hæc sunt illa tria quibus dicit Clemēs compleri, id est, esse absolutam & perfectam institutem, Consilio, dum quæ sunt agenda meditamur, hoc est esse in corde; Actione, dum legi Deuteronomium operamur, hoc est esse in manibus, Verbo, dum eam enarramus ac docemus, hoc est esse in ore. Paulo. [c] Parumper autem si velis tuteare diuinum beneficium. Hic est pulcherrima diuina beneficij commendatio. Primum hominem, nempe Adamum, à se creatum Deus collocauit in paradiso. Ludebat autem ibi tutus, id est, nullis angebatur solicitudinibus, nec vllis afficiebatur animi perturbationibus: erat autem ibi tutus, id est, liber, nec vllis peccatorū vinculis alligatus, cum tamen esset sui iuris, & ei à Deo datus esset liberi animi arbitrium. Deus enim ab initio reliquit eum in manu consilij sui, ludebat autē libenter, quoniam erat Dei puer. Non erat cur esset solicitus, nec vlla afficeretur animi egritudine. Deus enim tanquā & filij & pueri curam gerebat, παῖς enim & filium & puerum significat, filius erat vt quidem esset creatus. Puer erat, vt qui planè esset simplex & innocēs & ab omni fastu & vitæ superbia alienus. Ergo puer cùm esset sui iuris, & eius curā Deus gereret, & Dei & sui oblitus, se subiecit voluptati, vt ait allegoricè à scriptura dicitur serpens, vt quæ planè sit terrestris, & humi repens aliena sit à cælestibus. Hinc factum est vt qui Dei erat puer, factus sit vir, sed terrena sapiens, & cum patri qui eum creauerat, & qui eius curam gerebat nō obediisset, Deum affecit ignominia. Deum enim ignominiæ affecit qui fuæ dignitatis immemor, ei non paret cui omnia sua ferre debet accepta, nihil enim suum habuerit quod non sit eius qui dedit. [d] Quamobrem, vt mihi videtur. Ex his quę superius dicta sunt cōstat Clemens, quod cū magister noster Christus qui iis quæ hic enumerat omnia impleuerit, & in eo omnes thesauri scientiæ & sapientiæ; cēū solus, inquā, ille sit cui nihil deesse, & à quo haberi possunt omnia, non esse amplius adeundas Athenas, nec Græciam aliam, nec Ioniam, vt discamus Philosophiā, quam cum non plenā eam traderent Philosophi, sed eam tantū obscurè significarēt: Christi autē Discipuli eam perfectè comprænhenderint & docuerint atq; adeo prædicarint. Quibus eos magis oportet credere quā Minoi Cretensi, qui vt leges quas ferebat, maioris essent authoritatis, fingebat se Iouis vti familiarē. Quod de Ægeria quoq; nympha Numa fingebat apud Romanos, & Lycurgus apud Lacedæmonios dicebat se leges accepisse ab Apolline. Frustra, inquit, nūc quærūtur Athenæ, & frustra Græcia, cum per totā orbē terrę nūc Verbū resonet vbique, quod ad discendā verā & perfectā attinet Philosophiā, sint Athenę & Græcia. [e] Atq; vniuersim. In Christo Iesū neq; circūcisio aliquid valet, neq; preputiū, sed noua creatura. Nouus autē sit homo, & noua creatura, nō quod è corpore aliquid mutetur, sed quod ad mutandę corpore qui prius erat terrestris; & tantū terrena sapiebat, fiat spiritualis, & ad diuina & cælestia tantū aspiret. Neq; verò est mirū, quātūuis sit nouū, quod Christus nō diuiditur dū docetur adesse, qui in Sacramēto Eucharistiæ sub symbolis panis & vini totus comeditur & totus bibitur. [f] Quid alpha autē? Quisnā ex veteribus hoc dicat nō meminī me legere. Pythagoras primus vocauit Philosophiā, id est, amatorē sapiētię, cū qui eū præcesserāt nō dubitalsēt se appellare σοφὸς, id est, sapiētes. Est igitur Philosophia amor sapientię. Clemēs autē dicit eā esse diuturnū cōsiliū, quod sapiētiæ æternū amatori. Consilii diuturnū appellās longā meditatiōnē, laborēq; & studiū quod in ea ponitur. Nā vt aliquid assequaris lōgo opus est tēpore. Ambire autē dicit, metaphora sumpta à puellis, quas ambiūt qui in matrimonium ducere cupiunt, vt eam fruī cōsuetudine. Quod autē verti æternū, Græcè quidē est ἀΐδιον, sed suspicor legendū esse ἀεὶ, vt in genitiuo, vt coniungatur cū sapientia, & dicatur amorē æternę sapiētię, & distinguatur æternitas sapientiæ, cuius amore tenetur Philosophus à creata, cuius nō tenetur. Quod si legatur æternū, intelli-

Eusebius in Chron. Pausan. 2. Corinth.

Deut. 6. & 11.

Eccle. 15.

2. Corin. 5. Gal. 6.

gendum est Philosophum ambire vt in se sit æternus amor sapientiæ. [a] *Suscipe Christum fuscipe vitam.* A
a terna sapientia est verbum patris, ea est ipse Christus, verbum est sapientia, Verbum est etiam
illuminat: Iubet ergo vt Christū suscipiamus, qui dat vt videamus, lux est quæ poterimus cognoscere
esse Deū & hominē, & esse vnum subiectū, aut si mauis suppositū, cuius sunt duę natuę & voluntates
nēpe diuina & humana. Dulce autē & desiderabile dicit esse Verbū, & statim subdit causam, quod sci-
quod nobis lucē afferat. Luce autem nihil est iucundius. Sol quidem efficit vt sit lux in vniuerso mun-
do sensilis, qui si non esset, ne astra quidem alia lucem darent, cūm ea ipsa illam à Sole accipiant. Ver-
bum autem mentem & animam illuminat, efficitque vt quæ prius erat in tenebris nihil agens, quie-
tur & sit efficax. Quod nisi esset, non secus atq; aues quæ saginantur in tenebris tantum pinguescu-
mur, & saginati moreremur, nulla nostræ dignitatis & officij habita ratione, nec vlla regni cœlestis
posita expectatione. Ad lucem itaq; capiendam nos inuitat, vt capiamus Dominum, & eius fores
cipuli. Quod ipse quoque Dominus patri est pollicitus, & dicens se nomen eius narraturum fra-
suis in medio Ecclesiæ, fratres suos vocauit suos Discipulos, quos ipse adducit ad lucem. Cum ergo
lucem, id est, ad Deum per eum perueniant, & Deum per eum inueniant, & patrem ab eo accipiant, &
optati per gratiam, qui natura est eius pater, ita fit vt sint eius cohæredes, cum eum non pudeat eos
pellare fratres. Hinc est quod dicit Paulus, quod si sumus filij, sumus quidem hæredes Dei, cohæredes
*Rom. 8.* autem Christi. [b] *Auferamus ergo, auferamus.* Cum verbum quale esset explicasset, & inter ceteros
esse dixisset, nunc tenebris & veritatis ignoratione amota, iubet per eam lucem quæ mentem illu-
nat, nempe Christum, Deum verum contemplari. Sed occurit obiectio. Cum tam multi sint homi-
ad quos nulla Dei peruenit visio & cognitio, quæ est vita æterna, quomodo ij dicuntur non vanę
sentiant & vitæ humanæ fungantur muneribus? Ad quod respondetur, eam demum veram esse vi-
quæ nunquā definit, quod in vitam non cadit mortalem. Qui enim verè viuit, semper viuit, qui
præstat visio & cognitio, quæ est ipsa lux & vita. Sed cum alicubi dicat scriptura: Deum nemo vi-
quam, quomodo fieri potest, vt Dei visio vita sit æterna, cum ab homine qui viuit Deus non pos-
deri. Ad quod respondendum est, Dei visionem non cadere sub sensus humanos, cum Deum
percipiatur intelligentia. Non viuit ergo qui humanis sensibus Deum comprehendit, cūm is non
sit fieri. Deo enim caret qui est ipsa vita: Sed qui spiritu, vt ipse quoque Deus est spiritus & intelligen-
tia Deum contemplatur, Deum videt & nouit, quæ est vita æterna, & licet mortali corpori vna
humana, viuit tamen etiam vita diuina & æterna, vt qui spiritu Deum contemplans, efficiatur quo-
modo vnus & idem spiritus. Ad hæc accedit, quod vita humana, quamuis quòd sit à Deo habet, vt
sit vitæ fons & initium, ea tamen multis eget adminiculis, quibus deficientibus necesse est vt emo-
tur. Dei autem vita est per se vita, & cui nihil potest deesse. Quo fit vt qui in eo viuunt, viuant
qui eum vident & norunt, tandiu viuunt quandiu eum vident & norunt. Hinc Dei visio & cogni-
citur vita æterna, quæ hic quidem inchoatur ab is qui Deum diligunt, spirituq; & intelligentia, qui
eius fieri potest, eum apprehendunt, in futuro autem sæculo erit perfecta & omnibus numeris
ta, quando non amplius per speculum & in ænigmate, sed facie ad faciem eum videbimus, id est, qu
do omnibus terrenis amotis impedimentis, eius essentiæ fruemur visione. Nox autem verum
*Rom. 13.* & propter timorem occidens, cedit diei Domini. Lux, & nox, quæ est diei priuatio, simul fluentes p
sunt, adueniente enim luce nox recedit. Nam, vt dicit Paulus, Nox præcessit, dies autem appropin
uit. Dicit autem Clemens noctem veteri lucem, id quod est rei animatæ tribuens inanimæ. Signifi
autem Christo adueniente, qui est vera lux, fugere tenebras peccati. Diem autem Domini vocat Ch
aduentum, Eo adueniente omnia sunt illustrata: fugatæ enim sunt tenebræ, nec fuit quisquam
minatus, nisi qui exortè luci non clausit oculos. Christi autem luce iuisse illustratum, vocat nemo
*Zach. 3. & 6. Luce 1.* creaturam. Vnde etiam baptisma inter cętera nomina appellatur φώτισμα, id est, illuminatio. Deni
fert causam cur lux omnia illuminet. Nam Christus, inquit, Sol iustitię qui omnia peruadit & pene
*Matth. 5.* obit humanitatem, id est, totum genus humanum pertransit, imitās patrem suum, qui Solem
super bonos & malos, & instillat rorem veritatis, id est, veram fidei docet doctrinam, quæ insti
descēdit è cęlis. Deinde sequitur: Is occasum traducit in Orientē. Christus in scripturis vocatur
*Zach. 3. & 6. Luce 1.* Ipse ergo cui est nomen Oriens, qui nos, vt ait Lucas, visitauit ex alto, occasum traduxit ad Orientē,
id est, effecit vt qui erant in occidente, nempe qui erant propensi & proclives ad peccatorum
traducerentur ad Orientem, id est, ad ipsum Christum, & Christiani fierēt, qui prius à Christo, id est
ipsa veritate, procul erant remoti. Quid postea sequitur? Et mortem in vitam crucis affixit, id est, qu
cruce affixus est & mortuus, vt per eius mortem, vita quæ propter peccatum homini fuerat adem
ei veluti postliminio restitueretur, imo verò longè melior & præstantior, nempe vita æterna. Ab
autem arreptum hominem in æthere suspendit. &c. Quasi diceret, Ipse in cruce suspensus in æthere
hominem in altum extulit, liberauitque ab interitu, & cum esset antea interitui & corruptioni
*Matth. 13. Luce 2. Ioan. 15.* obnoxius, interitum & corruptionem veluti transplantatam & transmutatam penitus sustulit. Pos-
autem dicit, Et terram mutat in cælum Dei Agricola. Christum vocat Dei Agricolam, sicut
Euāgelio, dicitur homo, qui est Dei Agricola, exisse ad agrum seminandum. Nec ideo nō est Dei Agri-
cola, quod ipse Christus patrem suum appellet agricolam, & Paulus Corinthios dicat esse Dei agri-
*2. Corinth. 3.* turam. Terram autē mutare dicit in cælum, quod homines quamuis terram habitent, optimę
à Christo semine, non amplius sint terrestres, sed cęlestes, diuini & spirituales. Dextra autem figura-
*Matth. 25.* cit, alludens ad id quod scribitur apud Matthæum, quod Deus in fine sæculi sententiam laturus, homi
statuit à dextris, malos autē à sinistris. Vbi etiā populos ad bonū opus excitat, narrans quę cōsequatur
ij qui suis eleemosinis bene merētur de panperibus, & quem fit eis danda hereditas, nēpe regni cęlest
dū dicit, Venite benedicti patris mei, possidete paratū vobis regnū à cōstitutione mundi. Nā possidere
græcè est κληρονομεῖν, id est, fitis heredes regni. Cęlesti autē doctrina Christ[i] hominē nesc quod
*1. Corinth. 6.* cit, quādo per eā efficitur vn[i]cū eo spiritus. Nā qui adhęret Domino, inquit Paul[us], va[s] est spiritus



autem dicit, dans legem in mentem ipsorum & eam scribens, id dicit conuenienter ei quod prædixit
Hieremias: Post illos dies, dicit Dominus, dabo legem meā in viscēribus eorum, & in corde eorū scri- *Hier. 31.*
bam eam. Quod quidem citatur à Diuo Paulo dum dicit ad Hebræos: Dabo leges meas in mente eorū,
& in corde eorū superscribam eas. [c] *Quasnam scribet leges?* Hæ leges quas dicit Clemens, sunt apud eun- *Hebr. 8.*
dem Hieremiam in eodem loco: Inter leges autem primum tenet locum, quæ cauet vt omnes Deum *Hier. ibid.*
nostrum à minimo vsq; ad maximum. Quod quidem adeò fuit verum vt post Christi aduentū vbiq; fere
terrarum cessarit adoratio simulacrorum & Dæmonum, falsorumq; cultus Dęmonū. Hinc Dei cogni-
tio, quæ certa & stabili in Christum fide nititur: adiuncta est pœnitentia, quæ efficit vt deletis peccatis
Dei amplius eorum non recordetur. Hæc autem est peccatoris iustificatio, qua remissis peccatis, fides
per charitatē operatur, & spes in Deū collocatur. Hæc verè lex dicitur, quę à Græcis proprie νόμος voca- *Gal. 5.*
tur, quod sui vnicuiq; tribuatur, nempe deo pietas, & qui eū decet cultus, in proximū autē certis homi-
num cōsuetudinis gradibus, quoad eius fieri potest, beneficētia. Has leges iubet vt suscipiamus, & pro pluri-
mis & maximis quę à Deo hic accepimus beneficiis, tanquā habitationis mercedē ei reddamus fidē, &
charitatē & bonos mores, & effectus bene compositos. Tot autē & tanta quę à Deo accipimus beneficia,
ex ea ipsa mercede quā Deo non egenti reddimus, nempe cū pietatē & eius cultu conferens eam dicit
esse cum Diomedis & Glauci permutationem, id est valde inæqualē. Vsurpauit autem hoc vocabulū
Homeri, quā nos à Deo tot & tā magna opera quæ enumerauit, certa mercede pendenda cōduxeri-
mus. Quod autem dixit Deum eōcessisse, vt hinc in cœlū mittamus colonias, hoc dixit respiciēs ad ma-
gnam ciuitatū, quas metropoles appellant, consuetudinem, quæ suos ciues ad alios agros colendos &
easdem habitandas mittebāt, & ideo eas appellabāt colonias, quæ à Græcis dicūtur, ἀποικίαι, quasi pro-
prie adeo sua amandatæ. [d] *Deinde qui crediderunt.* Amuleta sunt quę à Græcis dicuntur, περίαπτα. Ea au-
tem sunt quæ vel collo suspenduntur, vel brachiis alligantur. Iis autē vtebantur præstigiatores & incan-
tatores ad morbos, ab iis qui ipsis credebant propulsandos. Miratur autē Clemens quod amuleta pluris
fierent, vt qui ea credant salutaria, & ideo ea collo suspendant & brachiis alligēt, quā ipsum verbū cœ-
lestis est salutor. Ex quo colligitur nō esse superstitiosum, verba sacra collo suspendere, & brachiis
alligare, imo verò pium & religiosum, dū ab eis absit fraus & impostura Dæmonis. Incantatio autē et-
si sumpatur sæpius in malā partē, est tamen etiam quædā bona incantatio, vt hic dicitur, Dei incanta-
tio, quæ liberat à vitiis, & auellit à peccatis. [e] *Estis planè surdi & caci sicut talpæ.* Gētes incredulas assimilat
talpæ, vt quæ nec verbū Dei audiant, nec Euangelij lucē aspiciant, & in tenebris agentes nihil aliud quā
cæcitatē, terrenū & corruptione vndiq; circumfusę. Quod autem est in Græco exemplari νωθροὶ, quod est
aliud, nullimo legendū esse κωφοὶ, quod est surdi, quod etiā ita verti. Nō cōuenit enim, edētuli, cum eo
quod non loquitur, Comedētes. Dentibus enim nō carent qui comedunt. Atq; talpā esse quidem cęcā,
id est obscurā est quod nō appareant eius oculi inuolucro quodā tecti, & ex eo quod talpa cæciorem di-
catur quam nihil videre significamus. Surdam quoq; eā esse est verisimile, ex eo quod auditus instru-
mentum tarpat. Quod autem eos qui ipsam captant sentiat, non tam auditui quām odoratui est tribuen-
dum. [f] *Sed est vernax quæ clamat; Ex tenebris lux lucebit.* Postquām dixit gentes degere in tenebris, nunc eas
hortatur, dicens exclamare veritatem; Lux lucet in tenebris. Occultū quidem est cor hominis, sed lux
quæ lucem tenebris, id potest illuminare, eo autē illuminato, exorti radij scientiæ & cognitionis ostē-
dit Discipulum lucis, nempe eū qui est tinctus salutari lauacro baptismi, quod appellatur etiā φώτισμα,
id est illuminatio. Hic autem lucis Discipulus, nō solùm est Christi familiaris, sed etiā eius frater & co-
hæres, qui per gratiā sit Dei filius, nempe adoptiuus, cū Christus eius sit natura filius. Hoc autem tūc
maxime euenit, quādo, vt pius & bonus filius, honorandū patris nomen cognouerit, & eius præceptis
quæ non sunt difficilia, & salutem afferunt, paruerit. Eadē enim sunt & patris & Christi præcepta, qui di- *Matth. 11.*
cit, Iugum meum est suaue, & onus leue. Apposite autem dicit Clemens, Lux lucet in occulto hominis, *Ephes. 1.*
nempe in corde, cū Paulus ad Ephesios dicat, illuminatos oculos cordis vestri. [g] *Sed terrifica quidem tuba.*
Solent terreni Imperatores & belli duces suam potentiam, habet & Christus suā. Illi autem ad bellum
cōmittendum tuba suos milites cōgregant, bellum indicunt. Christus autem nō aliud canit classicum quam
verbum, & eos suos cōgregat milites qui sunt pacifici, eis enim suam dat pacem, eis pacem suā relinquit,
quæ non sit vt ab eis alienæ sint animi perturbationes, & sint trāquilla omnia. [h] *Itaque Apostolus ordinat paci-*
ficos, inquit, armatura, qua Apostolus nos pacificè instruit. His armis nos instruit Apostolus
non ad bellum gerendū, sed ad pacē agendā. Hæc arma quibus nos instruit Paulus, sunt inuulne-
rata, eo fit vt securè possimus instructa acie decertare aduersus malū, nempe aduersus Cacodæmo-
nem, & eius illius tela extinguere aqueis cuspidibus à Verbo tinctis. Alludit autē ab baptismū, quo ex-
pugnemus peccata, quæ sunt ignea tela Dæmonis. Extinguuntur autem aqua & verbo. Nā vbi ad ele-
mentum accesserit verbum, & quæ prius sola erat aqua, fuerit salutaris lauacri facta sacramentū, Cacodæ-
mon fugit, cessant vniuersa potētia, nec possunt ignita iacula ei nocere qui salutari aqua fuerit tinctus. Hor-
tatur ergo vt cōfidenter pugnemus aduersus Dæmonē, & aqua illius baptismi tela ignea extinguamus.
Quæ victoria dubit emus, cùm Deus promittat nobis cepente suū adfuturum auxiliū. Quo nomine
gratias nobis agendæ sunt agendæ gratiæ, & diuino suo Verbo est ei honor habendus. [i] *O sanctam & beatam hanc*
*cohortem!* Homo ita armatus, vt docet Paulus, efficitur potens. Potentia autē illa beata est & sancta, qua
Deus versatur cum hominibus. Cum hominibus autē versatur Deus, quando fugato Cacodæmone, &
omnibus peccatis, est in animis hominū pax & tranquillitas. Quando autem ab animis hominum ab-
sunt perturbationes & perturbationes, ij colunt & imitantur Dei essentiā, quæ est omnium optima & pręs-
tantissima. Non colitur autē Deus nisi diligatur, & ad eius similitudinē, quoad eius fieri potest, perue-
niatur. Id autem verē cœlestis is amor, quando in anima hominis resplendet bonum & honestū, timul
cum libera animi electione & vitæ bonitate. [k] *Quid autem te adhortor?* Hic est finis & veluti epilo-
gus totius huius exhortatoriæ ad gentes orationis, cuius non est alius scopus & institutū, quā vt gentes

salutem assequantur. Non est autē nomen in quo detur salus quàm Christi. Saluus non est nisi qui vi-
Christus autem est Verbum vitæ. Saluus non est nisi qui vere est: Christus autem est verbum veritatis
atq; adeò ipsa veritas. Saluus non est in quem cadit corruptio & interitus: Christus autem cùm vere sit
id quod est nempe ὄντως, & ens, si latinè liceat dicere, nec corrumpitur, nec in eum cadit interitus, & qui
homo corrumpatur, & interitui sit obnoxius, eũ salutari lauacro regenerat, reducēs ad veritatem, ab
vt verè sit efficiēs, qui alioqui morti æternæ erat obnoxius, vtpote à Deo seiunctus qui est vera vita.
Ad id autem quod ipse largitur stimulat & incitat nempe ad salutē. Interitum abigit, & mortē exturbat
morte sua suam reuocans sententiam, quam in prothoplastum cùm peccasset tulerat. Christus itaque
1. Cor. 3. & 6. ædificauit in hominibus, in eos immittens Spiritum sanctũ quem constat esse Deum. An nescitis, inquit
Paulus, quòd templum Dei estis, & Spiritus sanctus habitat in vobis? Et rursus: Nescitis quod membra
vestra templum sunt Spiritus sancti? Hac templi ædificatione Christus deum collocauit in hominibus,
& qui prius erant mortales, eos Deos quodammodo effecit. Cùm autē, inquit, te Christus tanto digna-
tate affecerit, vt te Dei templũ esse voluerit; fac vt teita geras, vt eum decet qui est templũ Dei, atque
vt sis castus, obscœnasque & turpes fugias voluptates, & vt quæ sint caducæ & breues, eas tanquam
sumēdas, eis autē contrarias cole & exerce virtutes, nempe temperantiam, & modestiã. Quæ Deo con-
secrantur sancta sunt, & te Deo consecrare oportet vt sis sanctus. Deo autem consecrantur ac dedica-
tur quæ sunt optima & præstantissima: Tales sunt quæ Deo offeruntur primitiæ. Te itaq; Deo consecra-
crabis si sis bonus & virtute præditus: quod si feceris, non solum eris Dei opus tãquam à Deo creatus,
sed etiam Dei gratia, vt qui sis regeneratus, virtuteq; auctus & Dei gratia. Non solum decet te esse
Christi familiarem & regno dignum, sed etiam te oportet esse regnum assecutum. In hoc enim animi
consistit summa fœlicitas, quod nobiscum cum Christo intercedat familiaritas, & non solem sumus
gni regni, sed etiam regnemus cum Christo. quod quidem regnum est paratum à constitutione mundi
piis & iis qui Christum diligunt, & bona exercent opera.

[a] *Fugiamus ergo consuetudinem, fugiamus tanquam scopulum difficilem, aut Charybdim minas, aut fabulosas Sirenes: suffocat hominem, à veritate auertit, abducit à vita, ἀβύσσου est barathrum, est malum ventilabrum consuetudo. Ait quidem ille.*

*Hom. 20 Od.* Nauem inter fumum sæuum fluctũmque coërce.

*Circens in-nuit.* *Fugiamus, fugiamus ô socij, hæc vnda ignem eructat, mala est insula, accumulata est sum cadaueribus. In ea autem canit formosa meretricula, voluptas, quæ publica omnis musica:*

*Sirenes hæc dicũt Vlyss.* Gloria Græcorum veni, agè huc illustris Vlysses,
Siste ratem, diuina audire vt carmina possis.

*Laudat te, ô nauta, & celebrem te dicit & illustrem, & Græcorum gloriam sibi vnicam meretrix. Sine eam possidere cadauera, fert tibi opem diuinus spiritus. Præterga voluptatem abige.*

*Hesiodus in epo.* Atque caue meretrix te fœmina fallere compta
Possit, dulce loquens, quærens te euertere nido.

*Præternauiga canticum, mortem operatur. Si solùm velis, vicisti interitum, & liber gatus, eris solutus ab omni exitio. Gubernabit te Verbum Dei, & ad portum cœlorum adducet Spiritus sanctus. Tunc meum Deum intueberis, & sanctis illis initiaberis rijs, & frueris iis quæ sunt occulta in cœlis, quæ mihi sunt seruata, quæ neque auris audiuit, nec in cor alicuius ascenderunt.* [b] *Soles mihi duos en videre videor, & duplices Thebas, celebrat quidam bacchans idolis, mera ebrius ignorantia. Ego verò eius miserum fuerim bacchantis, & eum qui sic desipit: adhortatus fuerim ad moderatam temperantiam lutem: quoniam Dominus quoque pœnitentiam peccatoris, & non mortem desiderat. ô vesane, non thyrso innixus, neque hædera redimitus. Abiice mitram, & nebridem temperans ac moderatus. Ostendam tibi Verbum, & Verbi mysteria narrari cupio ter tuæ imagini. Hic est mons Deo dilectus, qui non tragœdus subiicitur, vt mons Sion: non: sed est dedicatus veritatis actibus, mons sobrius, castis vmbrosus syluis. In eo autem bacchantur, non fulmine ictæ Semeles sorores, Mænades, quæ in incesta viscerantur rium initiantur, sed Dei filiæ, pulchræ agnæ, quæ veneranda Verbi orgia concelebrant, rum moderatum congregantes. Chorus sunt iusti. Canticum est hymnus Regi omnium psallunt puellæ, gloria afficiunt Angeli, Prophetæ loquuntur, editur sonus musicæ, cryst*

Thebas



*Thebas persequuntur, magno studio festinant qui sunt vocati, patrem cupientes recipere.*
*Veni tu quoque mihi ô senex, relictis Thebis, & diuinatione abiecta & arte Bacchica, dabitur ad veritatem. Ecce do tibi lignum quo innitaris. Festina Tiresia, crede. Christus illuminabit visum sole splendidius, per quem cæcorum oculi respiciunt: nox te fugiet, ignis perterrebitur, mors peribit. Videbis cælos ô senex, qui Thebas non aspicis.* [d] *O verè sancta mysteria. O puram lucem, præferuntur mihi faces, cùm cælos & Deum inspexero, sanctus fio initiatus. Sacrorum autem interpres est Dominus, & mystam obsignat illuminans, & Patri commendat eum qui credidit, qui seruatur seculis.* [e] *Hæ sunt debacchationes meorum mysteriorum. Si velis tu quoque initiare, & chorum duces cum Angelis circa eum qui est ingenitus, & ab interitu alienus, & qui solus est verè Deus, vnà hymnum nobiscum canentes Deo Verbo. Æternus hic est Iesus vnus, qui magnus est pontifex & vnius Dei, qui illum quoque est pater, orat pro omnibus, & hortatur omnes. Audite gentes innumerabiles, vel potius quicunque ex hominibus estis ratione prediti, & Barbari & Græci, voco vos omnes hominum, quorum ego sum opifex voluntate Patris. Venite ad me omnes sub meum tectum collocandi, & vno Dei Verbo: nec sola ratione superate expertia rationis animantia, sed etiam ex vniuersis mortalibus do fruendam vobis immortalitatem.* [f] *Volo enim vobis vos hac quoque impertiri gratia, plenum & integrum præbens beneficium. Interitus & corruptionis vacuitatem, & rationem vobis largior, Dei cognitionem, perfectum meum largior. Hoc sum ego. Hoc vult Deus. Hoc est consensio, hoc est concentus & harmonia Patris. Hoc Filius, hoc Christus, hoc Verbum Dei, brachium Domini, potestas vniuersorum, voluntas Patris. Quorum olim quidem imagines, sed non omnes similes. Volo vos corrigere ad exemplar, vt sitis mihi quoque similes: vngam vos vnguento fidei, per quod exemptum exuistis & corruptionem: & iustitiæ nudam ostendam figuram, per quam ad Deum ascenditis. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.* Matth. 11.
*Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quòd ego sum mitis & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.* [g] *Festinemus, curramus ô religiosi, & Dei verbi similes, ô homines, imagines, festinemus: curramus: tollamus iugum eius, subeamus incorruptionem. Pulchrum aurigam hominum Christum habemus. Pullum cum veteri duxit sub idem iugum, & iuncta hominum biga, currum leuat ad immortalitatem, contendens ad Deum, vt euidenter impleat quod tacitè significauerat: primi quidem in Hierusalem, nunc autem agens in cælos. Pulcherrimum est Patris spectaculum filius æternus, victor. Magno ergo studio & contentione feramur ad* Esa. 4.
*salutem & efficiamur homines pij ac religiosi, & maximè eorum quæ sunt aliena ab affectionibus & perturbationibus, Deum & vitam possideamus. Est autem Verbum adiutor: cui quamuis sumus, & in eo ponamus fiduciam. Nec nos vnquam tantum auri & argenti cupidos subeat desiderium, quam ipsius Verbi veritatis. Neque enim Deo gratum est, si quis amplectatur quæ sunt maximi pretij, minimi facimus: amentias autem. & ignorantias, & tenebras, ac voluptates, & cultus simulachrorum, manifesta probra ac dedecora, & quæ ipsorum extremam pluris faciamus.* [h] *Non abs re enim philosophi, quæcunque stulti facinora, etiam pios esse existimant. Quinetiam ipsam præterea ignorantiam insanæ genus describentes, nihil aliud quàm multos fatentur insanire. Non est ergo dubitandum, inquiet Verbum, vtrum sit eorum melius, sapere ac moderatè se gerere, an insanire. Oportet autem veritati fortiter adhærentes, Deum sequi totis viribus, moderatè se gerentes, & existimare omnia eius esse sicut sunt. Præterea autem cùm nos quoque didicerimus & pulcherrimum eius possessionem nos ipsos Deo permittere, Dominum Deum diligentes, & hoc nostrum esse munus per totam vitam existimantes. Si autem sunt communia ea quæ*

*sunt amicorum (est autem homo pius ac religiosus, Dei etiam amicus Verbo intercedente) fiunt itaque omnia hominis, quia sunt Dei omnia, & sunt omnia amborum amicorum communia, Dei & hominis.* [k] *Nobis ergo hoc nunc restat, vt dicamus, eum solum qui pius est ac religiosus, Christianum esse, & diuitem, & temperantem, & generosum, & ratione Dei imaginem cum similitudine, & dicere & credere & iustum & sanctum, vt qui à Christo Iesu factus sit cum prudentia, atque adeo iam quoque Deo similis. Non ergo itaque Propheta gratiam, dicens: Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes. Non enim, qui adoptauit, & noster tantùm vult esse pater, non eorum qui fidem non habent. Res ergo nostræ ita se habent, qui sumus Dei ministri. Qualia autem sunt consilia, tales quoque sunt sermones: quales autem sunt sermones, tales etiam actiones: & qualia sunt opera, tales* [l] *Bona est vniuersa hominum vita, qui Christum cognouerunt.* [m] *Satis, vt puto, verbosi fecimus, etiamsi longius processi, propter humanitatem & beneuolentiam, quod de Deo huic effundens, vtpote qui ad maximum omnium bonorum hortarer, nempe salutem. Dei enim vita quæ nullum habet finem & intermissionem, nec volunt quidem vnquam immittere orationes, sacra enunciantes. Nobis autem adhuc hic restat finis, vt eligamus id quod est vtile, vel iudicium, vel gratiam. Nam ego ne puto quidem esse dubitandum, verum rum sit melius: sed nec fas est comparare vitam cum interitu.*

Psal. 1.

## COMMENTARIVS.

[k] FVGIAMVS *ergo consuetudinem.* Idolorum & falsorum Deorum cultum dixit antea esse assuetudinem consuetudini, quę cùm veluti in alteram sit conuersa naturam, ab ea non facile recedit, nisi maximo iucunditatem & voluptatem afferat. Ad eam autem fugiendā hortatur, quod hominibus etiā nō minus quā scopulus, aut Charybdis, aut Syrenes. Est autem hic perpetua allegoria sumpta ex scribit Homerus in Odyssea de Scylla & Charybdi vitanda & Syrenibus, vt Circe cōsulit Vly renibus cantus suauitate præternauigantes illicientibus, & ad exitiū trahentibus, assimulat Clem luptatē. Harū autē Syrenū cantico simile est, quod à Solomone scribitur in prouerbiis de mere Prouer. 5. intenderis fallaciæ mulieris. Fauus enim distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius, sima autē illius amara quasi absynthiū, & lingua eius acuta quasi gladius. Pedes eius descēdunt tē, & ad inferos gressus eius penetrant &c. Operepretiū autem est videre quàm pulchrè Clem hanc allegoriam accōmodet Clemens, dū dicit gentilem ligno nempe cruci alligatum, sicut erat alligatus malo nauis, solutū fore ab omni exitio. Pulchrè quoq; persistens in re nautica ra Verbū Dei dicit eum gubernaturū, & Spiritum sanctum ad portum cœlorum eum deducturum & Deum esse visurū, & cœlestibus mysteriis esse initiandū, & ea percepturū, quæ nec oculis auris audiuit. [l] *Soles mihi duos ea videre videor.* Cœlestibus mysteriis dixerat eum initiandū, qui cis alligatus & à verbo gubernatus in portū fuerit deductus. Nunc hortatur vt Bacchi relictis mysteriis, quę celebrantur à furiosis & insanis, his Christi initientur mysteriis quæ sunt moderata perata, & salutem afferunt. Cuiusmodi autē essent ea Bacchi orgia videre licet, & apud Diodorum sum li. 5. ca. 2. vbi de Baccho & eius comitatu, scribit amplissimè, Ouidius quoque lib. 4. Metamor quomodo Bacchi celebrarentur orgia paucis exponit dicens; -*Festum celebrat Sauromatis,*

*Immunesque operum famulas Dominasque iuuentus,*
*Pectora pelle tegi, crinales soluere vittas,*
*Serta comis, manibus frondentes sumere thyrsos,*
*Inssserat.*

Illud autem, Soles mihi duos videre videor, & duplices Thebas, est ex aliqua Tragœdia. Vt quod vnū est autē, tanquā duo appareant, & ebriis & furiosis accidit. niam autē Thebis, & in monte Cytherone, hæc Bacchi celebrabātur orgia, à Thebis & à monte rone ad montē Domini aduocat, in quo non Tragœdiæ aguntur, sed pietatis opera exercentur, & cōfert cū Bacchidibus & Mænadibus orgia Bacchi celebrantibus, Dei filias, nempe virgines, orgia Dei celebrāt. Et quoniā de orgiis agitur, videndū est quam pulchrè perstat in metaphora, biq; inducens Orgia, sed Bacchi infana: Christi autē temperata ac moderata, & Baccho tribuit Mou das, Christo autem, iustorum Chorum, sacras Virgines, Angelos & Prophetas, vt in Bacchi, Christi orgiis ediffonum musicæ; & vt Thiasus ea dicitur multitudo, quę festinans Bacchū sequebatur Athen. lib. 8. magno studio festinant qui sunt vocati à Christo, patrē nempe, Deū cupientes recipere. Hæc sti orgia aduocans iubet, vt ea exuant ornamenta, quæ cōueniunt Bacchi orgia celebrantibus, neq; thyrso innitantur. Thyrsus autem est virga frondibus vestita, qua & ipse vtebatur Bacchus, & factum est prouerbium. Multi thyrsigeri, pauci verò Bacchi: & qui etiā Bacchi celebrabant orgia, que caput habeant hædera redimitum, & mitrā abiiciant, quā gestans Bacchus dictus est Diodoro, & quā etiam gestabant, qui eius festa agebant, & vt abiiciāt etiā nebriden, quæ est pelle utina qua tegebatur pectus bacchantiū. νεβρὸς enim, vnde νεβρὶς est cerui hinnulus. Quod si credimus doro, non cerui, sed pardi pelle tegebatur Bacchi pectus & Bacchantiū. Ouidius quidē cerui



ri germitur eorum pectora, non expressit. [k] *Veni tu quoque mihi, ô senex.* Per Apostrophen conuertit Clemens sermonem ad Thebanū Tyresiam, qui erat & vates & cęcus, & qui orgia Bacchi instituerat. Relinquat, Thebas, diuinationem abiice, & fallacia Bacchi orgia, & veni ad veritatē, id est ad Christū, qui est ipsa veritas. Non est tibi amplius gestandus thyrsus bacchicus. Ecce do tibi lignū quo innitaris, compescuicem. Festina, ô Tyresia, non Bacchum sequens, sed Christum crede in Christum. Si in cum caueberis, illuminaberis ab ipso, is enim est qui visum dat cæcis, in tuis oculis nullę erunt amplius tenebræ, nulla caligo, in te nihil poterit ignis æterni suppliciū, qui impiis & sceleratis cū Diabolo est parabitur, ad modo ignem nō timebis, sed ipse etiā ignis à te terrebitur. Mors à Christo in morte victa peribit. Nā et Christus à mortuis surrexit, ita tu quoq; cùm à mortuis surrexeris, eris immortalis, nec amplius mortalis. Mors itaq; non est vera mors, sed ad meliorem vitā transitus. Quo fit vt mors merito dicatur genesis, & cui ita caligant oculi, vt Thebas non videas (nā qui duplices videt Thebas, cum Thebæ vnū tē contra, is non videt Thebas.) Si ad Christū veneris videbis ipsos cœlos. [l] *O verè sancta mysteria.* Exclamat admirans sancta Christi mysteria, quibus qui initiantur illuminātur, & illuminati sancti fiunt. Dominus autē est interpres sacrorum, & crucis signo signat, eum qui initiatur illuminans, & patri cōmendans. Qui credidit, qui seruatur seculis, id est, qui ita seruatur, vt in æternum sit futurus saluus. [m] *Hæc sunt bona.* Talia sunt, inquit, Christi orgia, talia mysteria. Si velis inquit, tu qui es ex gentibus, initiari mysteriis, & non cum Silenis, non cum Bacchidibus & Menadibus, sed cū Angelis, chorū ducere, & videre Bacchum, qui est totus temulentiæ deditus, & voluptati, sed circa Deū ingeniū, & interitui ebriatus, & qui solus verè est Deus. Neq; verò nos soli canemus, sed vnà nobiscū canet Deus Verbum. Quemadmodum autem dicimus esse hoc Deū Verbum? Is est Iesus ęternus vnus. Iesus, id est, qui dat salutem. Formus autem, cuius non est principium nec finis. Qui est Pontifex: Qui est Pontifex secundū ordinē Melchisedech, Dei vnius Pontifex. Nam sicut vnus est Deus, ita vnus sufficit Pontifex. Non habet Deus etiam apud gentes suum habebat Pontificem. Quo fit vt cū sit vnus tantum Deus, tamen sit propriè Pontifex, qui est Sacerdos secundùm ordinem Melchisedech. Quanquā ij quoq; dicuntur sacerdotes, qui in sacro sancto eius corpore & sanguine sub symbolis panis & vini, sed eius vertute & authoritate consecrādo, immolādo, & offerendo, vtuntur eius verbis & authoritate. Ille autē ipse Deus cum est Pontifex, est eius quoq; pater. Eū sibi Pontificē elegit ipse pater, vt testis est Paulus scribens ad Hebræos. Christus nō semetipsum clarificauit vt Pontifex fieret, sed qui locutus est ad eū; Filius *Hebr. 5.* meus es tu, ego hodie genui te. Quemadmodum & in alio loco dicit; Tu es Sacerdos secundū ordinem *Psal. 2.* Melchisedech. Is ergo Iesus Christus, cùm sit & Verbū, & quatenus homo sit sacerdos Dei secundùm ordinē Melchisedech, & pro hominibus fundit preces, & pro eis intercedit, eosq; hortatur vt vni Deo gratulantes ad salutē cōmuniter festinent. [l] *Volo enim, volo vos hac quoq; impertiri.* Christus Iesus qui est Caput omniū, omnes vocat homines, vt vni Deo & vni Verbo subiecti salutē consequantur: Salui esse non possunt, nisi sint immortales. Brutis quidē in hoc estis, inquit, superiores, quod sitis rationis participes, sed volo vos in hoc eis esse præstantiores, quod præter rationē quę est vobis insita, ex vniuersalibus soli sitis immortales. Perfectū & plenū volo meū sit beneficium. A me habetis rationem quę est logos, quod idē est quod verbū & ratio, sed præter rationem volo vt vobis accedat immortalitas. Cum autem fueritis & ratione præditi, & interitui minime obnoxij, Deum perfectè cognoscetis, & beatissimi. Id ego perfectū meipsum vobis largior, qui ratione vos impertior, cū sim ipse λόγος, & ipsa ratio. A vos reddo immortales, qui cū quatenus sum verbum & ratio, semper viuo, atq; adeo sum ipsa vita, homo factus morte deuicta, vt tu qui natura eras mortalis, æterna vita fruereris, effeci. Hoc sū ego, ô Verbū, & morte carens. Hoc vult Deus, vt ego id sim quod sum, & tu eius quoq; sis particeps. Pater & Filius, etiāsi sint hypostases, vnū tamen sunt, & in hoc consentiunt, & in hoc vnus est cōcentus, & harmonia & consonantia, & ita filius est harmonia patris, est Verbū Dei ac ratio patris, est brachiū Dei. Nam vt homo operatur per brachiū, ita Deus omnia operatur per filiū, adeō vt vna sit operatio & vna opera: Filius est potestas vniuersorum, cùm Deus per Verbū omnia operetur, nec alter ab alio separatus operetur. Filius etiā est voluntas patris. Nā quod vult pater, vult filius: Non vult autē aliud Verbū seu rationem. Verbum ergo seu ratio est voluntas patris. Atq; creati quidem sunt homines ad similitudinē & imaginē: erant ergo ij etiam olim imagines, sed non erant omnes illæ imagines, erant enim aliæ exēplari ipsi minus similes. Dicit ergo Christus se velle eas corrigere ad exēplar, vt sint ipsi similes. Sed quomodo, ô Christe corriges nos ad exemplar? Vngā, inquit, vos vnguēto fidei, quasi diceret; Sū Christus, & Christus dicor quod sim vnctus: Vnctus enim sū Spiritu sancto, *Matth. 3.* vbi Spiritus Domini descenderit, & super quē visus est Spiritus descendere sicut columba, & su- *Luca 4.* per quiescēt Spiritus Domini. A me autē dicuntur Christiani, quasi vncti, eos enim vngo christo- *Esa 11.* vnguento fidei, quodquidem est vnctio spiritus. Per quod, inquit, vnguentū interitū exuitis corruptionem. Per illud vnguentū fidei & spiritus, quod in baptismo suscipitis, cùm nō amplius sitis carnales, sed spirituales, exuitis interitū & corruptionem, id est, cuaditis immortales. Nam in baptismo non simul cum peccato & Diabolo obruitur, & simul cum Christo ad vitā resurgitur: *Et iustitiæ* [m] *quoque figuram.* Nō satis est obrui & submergi peccatū, sed iustitiæ quoq; opus est bonis operibus, quæ fiant nudæ, id est à quibus remota sit omnis simulatio & hypochrisis. Ea est via, inquit, per quam in cœlum ascenditis, quando & peccata tolluntur, & bonæ fiūt operationes. Venit ad me omnes simulatio &c. Videtur quidem blandæ & iucundæ esse voluptates, & quæcunq; peccata iucunditatis speciem præ se ferunt, sed tamen eo tandem res redit, vt exclament peccatores, Lassati sumus *Sap. 5.* iucunditatis, sed virtus e ꝟprimo aspectu dura videatur & aspera, mox mitescit, iucundaq; fit & leuis. Sic vero Christus omnes ad se vocans, qui peccatorū pondere præmuntur, eos se dicit refecturū & requieturum. Nā quod asperū videtur esse iugum, id temporis tractu & assuetudine redditur suaue, & quod videbatur ferri nō posse, id à Christo nostris humeris impositum, adeō sit leue, vt nullā affe-

rat molestiam, nullam difficultatem. Hoc in antiquis illis Monachis, olim videre licuit, qui in vnius certaminibus ita se exercuerunt, vt quæ inexercitati fugiebãt tanquam intollerabilia, ij obuia, vt aiunt, vlnis tanquam leuia & facilia, atq; adeo iucunda illa exciperent & amplecterentur. [a] *Festiuemus.* Alludens ad Bacchica illa orgia quæ qui celebrabant, festinabant hortatur homines, quos gioſas dicit imagines & Verbi ſimiles, vt quæ factæ ſint ad Dei ſimilitudinem, ad Chriſtum currant. ſtinantes, & eius iugum tollant, vt ita fiant immortales. Chriſtus eſt pulcher auriga hominum, enim vehit ad immortalitatem, eum diligamus. Et veterem, inquit, ſynagogam, nempe Iudæam & C tes ſub idem duxit iugum, eos veluti iuncta biga ducit ad immortalitatem, id implens quod illa

*Matth. 21. Marc. 11. Luc. 19. Ioan. 12.*

ſignificauerat in aſcenſu ſuo in Hieruſalem. Nam & pullum & aſinum ducens in Hieruſalem, ſignificabat ſe in Hieruſalem cœleſtem, ſcilicet cœlos ducturum, & Hebræos & Græcos nempe gentes. *Abs re enim philoſopho.* Philoſophorum maxime autem Stoicorum eſt ſententia; Omnes ſtultos inſa nulla autẽ eſt maior ſtultitia, quàm ſimulachra colere, & mortuos pro Dijs habere, & in quibus eſt ſenſus, imò ne vlla quidem vita ea venerari, tanquam præſtantem quandam ac diuinam Hæc cùm multis accidant, fit vt ſint multi ſtulti, inſani & impij. [b] *Oportet autem veritati ſeruire* Qui falſos Deos colit, is veritati non adhæret, Deus enim eſt veritas. Oportet autem veritati rentem Deum ſequi totis viribus: Deum autem ſequitur totis viribus, qui eum diligit ex toto cord tota anima. Non diligit autem qui non eſt modeſtus & moderatus, & qui ſuum eſſe aliquid, non Dei cenſet eſſet omnia, vt ſunt re vera, Dei enim reuera ſunt omnia qui condidit omnia, & in quo omnia. Omnium autem Dei poſſeſſionum nulla eſt homine pulchrior. Cùm ergo eius ſimus, cherrima poſſeſſio, totos nos debemus ei committere, eumque diligere & exiſtimare hoc munus & officium, vt eum per totã vitam diligamus. Quod ſi eum diligimus, is quoq; nos vicem ligit. Quod ſi nos diligit, noſtra quoq; diligit, & quæ ſunt illius, & quæ noſtra ſunt inter nos nia. Amicorum enim ſunt inter ſe omnia communia, vt eſt in prouerbio. Quod autẽ homo ligioſus ſit Dei amicus, ex hoc conſtat quod Verbum, quod inter Deum & hominem interp vtrumque conciliarit amicitiam. Quòd ſi Dei ſunt omnia, hominis autem & Dei ſunt omn nia, ſequitur vt ſicut Dei, hominis quoq; ſint omnia. Hoc vidit Socrates licet ethnicus, qui virorum omnia eſſe ita colligebat, Deorum ſunt omnia: Boni viri Deorum ſunt amici, & amicorum ter ſe communia ſunt omnia. Bonorum igitur virorum ſunt omnia. De hoc autem proverb Eraſmum in prouerbiis qui illi primum tribuit locum. [c] *Nobis ergo hoc nunc reſtat.* Vt Stoici tra bant placita, quæ multis videbantur paradoxa, admirabilia, inquam & quæ ſunt præter cuiuſmodi ſunt; Solum ſapientem eſſe diuitem, liberum, honoratum, pulchrum, regemq; omn ſtiani ſua habent paradoxa, quæ licet ſint admirabilia, ſunt tamen vera, nempe; Solum pium ac ſum Chriſtianum eſſe diuitem, temperantem & generoſum, Deique imaginem & ſimilitudinem adeò Deo ſimilem. Neq; enim is diues eſt cenſendus, qui auri & argenti abundat copia, cum nemo ſit cõtentus. Is demum eſt diues qui habet omnia. Omnia autem habet, cui Deus ita abu reditas. Temperans non eſt qui terrenis omnibus ſe explens delitijs & voluptatibus, id ſolum bet quod ſolum ſatiat, nempe Deo non fruitur. Generoſus & fortis, magniq; & excelſi animi qui non propter Deum aſpera quæque patienter ſuſtinet, Dei non eſt imago & ſimilitudo, neq; milis qui in ſua in proximum benecentia Deum non imitatur, vt qui amiſerit eam cum qua erat creatus Dei ſimilitudinem. Creatus autem à Chriſto fuit cum prudentia. Non enim mere ab eo fuit creatus, ſed eius inſtituti ac voluntatis fuit ea creatio. Ea autem Chriſti creatio in baptiſmo fit regeneratio, per quam efficimur Dij & filij excelſi, Filij, inquam Dei, non natu gratia. Per gratiam enim Deus nos in filios adoptauit, & filij ſui naturalis facti ſumus coheredes non omnes Chriſtiani ſunt diuites, temperantes, generoſiq; & Deo ſimiles, & ita Dij & filij excelſi ij demum qui ſalutari lauacro tincti ſunt pij ac religioſi, fidem habentes, & Deum patrem agnoſcentes Non vult enim Deus eſſe pater eorum, qui fidem non habent. Cùm autem fides nos efficiat Dei ſtros, ſimulque adoptiui Dei filij, & eum agnoſcamus patrem, oportet & conſilia noſtra, & vo actiones, & opera, & vitam noſtræ, nempe Chriſti, conuenire profeſſioni. [d] *Bona eſt vniuerſa* Bene, inquit, & ex virtute viuunt, qui Deum cognouerunt. Deum autem cognouerunt, qui ea D ac regenerati factis teſtantur ſe Deum noſſe. Qui autem ab eo defecerunt, & quam ei debebant fregerunt, ij cum non ſint amplius pij & religioſi, non ſunt cenſendi Chriſtiani, niſi eos poeniterit. [e] *Satis, vt puto, verborum fecimus.* Se excuſat quod prolixior fuerit eius oratio, nempe propter ſuam in homines beneuolentiam, de Deo dixerit quod potuerit, ad maximum bonum nempe ad ſalutem, quæ nobis datur à Chriſto: non enim eſt aliud nomen, in quo poſſimus lus autem non eſt aliud quàm vita æterna, id eſt, vita quæ nullam habet finem, nec intermi durat perpetuò. Vt autem vita illa eſt perpetua, nec vnquam finitur, ita de ea quoq; oportet esſe orationem quæ res ſacras enuntiat. Reliquũ eſſe dicit, vt cum ſit in noſtra poteſtate, vel damnem eligere, vel gratiam, quæ eſt vita æterna, id eligamus quod eſt vtilius & melius. Dubitatem non eſſe quin citra comparationem quam non licet facere, vita ſit meliori interitu. Ex cludit, quod cum Chriſtus ſit is qui dat ſalutem, id eſt vitam æternam, is ſit diligendus, amplectendus, & adorandus.

ORATIONIS ADHORTATORIÆ
AD GENTES FINIS.

CLEMENTIS



# CLEMENTIS ALEXANDRINI PÆDAGOGI,

## LIBER PRIMVS.

### CAPITA LIBRI PRIMI.


Quid profitetur Pædagogus. Cap. 1.
Quòd propter peccata noſtra nos moderetur Pædagogus. Cap. 2.
Quòd ſit benignitas & hominum amator Pædagogus. Cap. 3.
Quòd æquo virorum & mulierum amator Pædagogus ſit ſermo. Cap. 4.
Quid omnes, qui in veritate verſantur, ſint apud Deum puer. Cap. 5.
Errorem eos qui exiſtimant puerorum & infantium appellationem ſignificare primarum diſciplinarum doctrinam. Cap. 6.
Quis ſit Pædagogus, & de eius pædagogia. Cap. 7.
Errorem eos qui exiſtimant, non eſſe bonum, quod iuſtum eſt. Cap. 8.
Quòd expediat ſit poteſtatis & benefacere, & iuſtè punire. In quo etiam dicitur, quis ſit modus Verbi Pædagogi. Cap. 9.
Quòd idem Deus per idem verbum & à peccatis arceat minans, & humanæ naturæ det ſalutem adhortans. Cap. 10.
Quòd per Legem & Prophetas Verbum fungatur Pædagogi officio. Cap. 11.
Quòd Pædagogus conuenienter paternæ affectionis ſeueritate & benignitate vſus ſit. Cap. 12.
Quid, quemadmodum id quod rectè & ex virtute geritur, ſit ex recta ratione: ita rurſus peccatum ſit præter rectam rationem. Cap. 13.


## Quid profitetur [a] Pædagogus. CAP. I.

CONSTITVTA [b] *eſt baſis veritatis, ô vos pueri, vobis ipſis ſancti templi magni Dei, infractum fundamentum cognitionis, pulchræ adhortatio per obedientiam vitæ rationi conſentaneæ, æterna appetitio deiecta in prædium intelligens.* [c] *Cùm hæc quidem certè tria ſint in homine, mores, actiones, animique affectiones ſeu perturbationes: mores ſortitus eſt ſermo exhortatorius, pietatis dux ac religionis, qui inſtar carinæ ſubſeruiſſet ad fidei ædificationem: quo quidem nos valde exultantes, & opiniones veteres ſuas amittentes, ad ſalutem capeſcendam iuuenes alacréſque reddimur, cum pſallente prophetæ concinentes: Quàm bonus Iſrael Deus iis, qui recto ſunt corde:* [d] *Omnibus verò actionibus præeſt ſermo qui verſatur in tradendis præceptis: animi autem motibus ac perturbationibus medetur ſermo conſolatorius.* [e] *Hic ipſe idem omnis ſermo, cùm vnus ſit, à mundana, ac quaſi eductus & coalitus eſt, conſuetudine hominem abripiens, & in ſimplici vniuſcuiuſque fidei in Deum ſalute inſtituens, dux ſcilicet cœleſtis ſermo, quando ad ſalutem quidem adhortatus eſt, ei impoſitum eſt nomen exhortatorij, & hic ſermo propriè incitatorius, ſeu vocatiuus, ſcilicet totum, eſt appellatus. Eſt enim exhortatoria vniuerſa religio piúſque Dei cultus, qui & vitæ hic rectè degendæ, & futuræ deſiderium menti cognatæ ingeneret. Nonnunquam cum & in medendo, & in præceptis tradendis verſetur, & ad vtrunque ſimul, tum quem admonet, ipſe ſeipſum ſequens, adhortetur, qui in nobis ſunt animi morbi, horum curationem in ſumma promittens, hic à nobis appoſitè vno appelletur nomine, Pædagogus: cùm in actione, non in accuratè tradenda diſciplinæ ratione, verſetur Pædagogus: quatenus eius quoque finis eſt, animam meliorem reddere, non docere: & in vita moderata ac temperata, non quæ ſit ſcientia prædita, inſtituere. Quanquam hic ipſe quoque ſermo ad docendum aptus eſt, ſed eo in præſentia non vtitur. Qui enim quæ ad dogmatis pertinent declarat & reuelat, is ſermo eſt qui in docendo verſatur. Cùm autem in actione verſetur Pædagogus, poſtquam ad componendos mores prius eſt adhortatus, tum ea quæ oportet agenda adhortatur, pura ac ſyncera præcepta tradens, & eorum quæ*

*Pſalm. 72.*

*prius admissa sunt, erratorum imagines ac similitudines posteris ostendens. Sunt autem ambo vtilissima: Adhortatorium quidem genus, ad parendum. Quod autem instar imaginis et similitudinis assumitur, quod ipsum quoque est duplex, sicut prior coniugatio: partim quidem in eo consistit, vt bonum eligentes imitemur: partim autem, vt malum repudiantes auertamur.* [c] *Morborum itaque animi hinc sequitur curatio, cum adhibitis imaginum & similitudinum solatiis, animos confirmat Pædagogus humanis præceptis, tanquam lenibus medicamentis, ad perfectam veritatis cognitionem eos qui laborant deducens. Inter sanitatem autem & cognitionem permultum interest: nam hæc quidem disciplina, illa verò curatione comparatur. Qui itaque laborat, non prius aliquid ex iis quæ ad doctrinam pertinent, dicerit, quàm perfectè sanus fuerit. Neque enim discentibus ac laborantibus vnumquodque præceptum similiter traditur, sed illis quidem ad cognitionem, his verò ad medelam. Quemadmodum ergo, quorum corpus ægrotat, iis medico opus est: ita quorum æger est animus, ij pædagogo opus habent, vt animi nostri morbis medeatur: deinde verò docturi, ad puram deducat animam ad cognitionis aptitudinem, vt posit reuelationem sermonis percipere. Porrò autem dum gradu salutari nobis conuenienti in efficaci disciplina nos studet perfectos & consumatos reddere, pulchra vtitur œconomia, omni ex parte benignum & minimum amans Sermo, è supernis adhortans, deinde fungens Pædagogi officio in omnem & nos edocens.*

## COMMENTARIVS IN CAP. I.

QVID *profitetur* [a] *Pædagogus.* Huius libri titulus est Pædagogus. Ita enim eum inscripsit Clemens. Pædagogus autem est, qui pueri curam gerens, cum ita instituit, vt bonis moribus conuenientes eius actiones, & memor institutionis ab officio nō recedat. Puer autē qui instituitur, est Christian⁹ qui Christi fide & moribus imbutus ad salutem ducitur. Ad salutem autem nō peruenit, nisi qui cum fide, & fidem decent moribus, Christiano homine digna coniungat officia. Hæc officia nos docet Pædagogus. Est autē hic liber eiusdem planè argumenti, cuius D. Ambrosij liber de Officiis. Quis est autē hic Pædagogus? Qui Græcè dicitur λόγος. Is autem est Latinè vel verbū, vel sermo, vel ratio, & oratio. Duobus quidem modis accipitur à Theologis λόγος, seu sermo & verbum. Significat enim & ipsam Dei sapientiam quæ est ipse vnicus Dei filius, cuius est æterna generatio, verè ἐνδιάθετος, qui verè est & verè consistit. Significat & ipsum Dei quod profertur eloquium, quod quidem etsi non sit hypostaticum, vt quod consistentem & permanentem nō habeat substantiam, in hoc tamen cōsistit, quod nobis relinquat conditam æternā Dei voluntatem, quæ diuinitus inspirata nobis fuit tradita in scripturis sanctis. Omnis enim scriptura diuinitus inspirata, vt ait Diuus Paulus, vtilis est ad docendū, ad arguendum, ad corripiendum, 2. Tim. 3. ad erudiendū in iustitia, vt perfectus sit ād omne opus bonū instructus. Vtrouis autē modo accipiatur, seu sermo & Verbū, seu eloquium, is iure dicitur Pædagogus. Erudit enim Verbū hypostaticū, per scripturā: Scriptura quoque erudit quæ est verbū Dei, ab ipso verbo inspirata diuinitus: Ita tum argumento ita procedit Clemens. Primū quidē cùm hic liber inscribatur Pædagogus, vertit animum ad pueros qui docentur à Pædagogo, & affert causam cur hunc librū, quem inscribit Pædagogum, præcedenti subiunxerit, quem appellauit sermonem exhortatoriū: Initij autē libri hæc est sententia. Iam vobis, ô pueri, iactū est fundamentum veritatis, cum per verbum exhortatorium falsis veteribus opinionibus, data est vobis fides, quæ bonos habet adiunctos mores, restat vt huic fundamento bonorū morum, bonæ superstruantur actiones, & si quæ contigerint animi affectiones & perturbationes, quæ sunt morbi, ex curentur. [b] *Constituta est basis veritatis.* Pueros in fide & moribus formatos cedenti institutos alloquitur Clemens. Cōstituta est, inquit, basis, & iactum fundamentum: Sumpta Metaphora à colūnis & ædificiis. Nam id quod cōlumnam sustinet dicitur basis, & nisi prius fundamento consistere non potest ædificium. Sed cuiusnam rei basis & fundamentum? Veritatis. Iam quod vere est, dicitur veritas. Solus autem Deus vere est. Et ideo Christus, cùm simul cū Patre & Ioan. 14. Spiritu sit vnus Deus, nō dubitauit dicere se esse viam, veritatem, & vitam. Sed hic per veritatem non sum Deū intelligit, sed certam de Deo vero persuasionem, vt interim innuat nihil esse firmi, nihil stabile ac solidū in Dæmonum, Deorumque qui dicuntur, & inanium simulacrorum falsa religione. Quam autem intelligat certam de vero Deo persuasionem, ostendit id quod sequitur. Iniecto fundamento cognitionis. Firmum, inquit, & stabile fundamentum cognitionis, id est scientiæ. Sed cuius rei cognitionis? Sancti templi magni Dei. Quodnā est autem hoc templū sanctum magni Dei? Carnis à verbo susceptæ Oeconomia ac dispensatio. Magni enim Dei templum merito dicitur Christi corpus, in quo Coloss. 2. plenitudo diuinitatis habitat corporaliter. Et certè si Christiani propter inhabitantē in eis Christum templa Dei dicuntur, quanto magis Christus qui & ipse est Deus, & in cuius corpore omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, magni Dei templū merito vocabitur. Illius ergo templi magni Dei fundamentum 1. Cor. 3. & 6. nis à verbo susceptę, qui habet cognitionē, id Patris quoq; & sancti Spiritus, qui in Christo habitat corporaliter. 2. Cor. 6.



bet notitiam, quæ per solā habet fidem. Sed quibusnam est cōstituta hæc basis, & hoc fundamentum? Vobis inquit, ipsis, ô pueri. Vobis, inquā, qui Christiana pietate & fide estis imbuti. Sed quęnā est hæc basis, & hoc fundamentū? Pulchra adhortatio. Nam fidei fundamentum in vobis iecit adhortatio, vt qui audiuerunt ei fidē adhibuerint. Fides enim est ex auditu. Sed nunquid satis est exhortationem audiuisse, & assensum ei fidē adhibuisse? Naquaquam. Nam ea demū fides affert salutem quæ operatur per dilectionē. Ea Galat. 5. demū fides saluum facit quæ est viua. Fides autem sine operibus est mortua. Et ideo subiungit, per Iac. 2. quos firmissimam vitæ rationi cōsentaneę: quasi diceret, Non satis est fidem habere & Deū nosse, nisi eius præceptis parea⁹, & vitā ita instituas, vt à verbo seu ratione non discrepes. Id enim significat, τὸν ἑαυτοῦ λόγον, suum per vitā verbo & rationi cōgruentem. Λόγος enim significat & verbū & rationem. Quid verò, satis est credere, & præcepta seruare? Minime. Oportet enim Deū tanquam scopum tibi proponere, omnes tuas actiones ad eū dirigere & eius fruendi, qui est vita æterna, perpetuo teneri desiderio, & cum Psal. 41. Psalmista dicere: Quemadmodū desiderat ceruus ad fontes, ita desiderat anima mea ad te Deus. Cæterū ne quis Dei desideriū iunat ad salutem. Si quis enim Deū ita desideraret, vt eum assecutus crederet se cum suis deliciis & voluptatibus falleretur, & rem Deo indignam, & ei minime cōuenientē gereret. Nam vt Deus est spiritualis, ita etiam spirituale esse oportet eius desideriū, nec in Dei quę apprehensione, visione, apprehēdere aliquid carnale. Deus enim ipsum diligentibus bona promisit, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit. In eo quidē fallebātur Chiliastæ, quod post resurrectionem exi- Esa. 64. stimarent se mille annos esse victuros in omni genere delitiarū. Et ideo dicit Clemens, Dei cognitionis 1. Cor. 2. desiderium, esse æternam appetitionem deiectam in prædiū intelligens. Persistit autem in metaphora Christi, dū dicit deiectam. Per prædiū vero intelligens, significat terrā spiritualem. Dei enim oportet esse desiderium, sed nihil carnale, terrestre, & crassum est de Deo cōcipiendū, sed spirituale, & quod sola percipit intelligentia. *Cum hæc quidem certe tria sint in homine.* Explicaturus quidnam profiteatur Pædagogus, prius docet quænam sint partes exhortatorij sermonis, qui hunc librū præcessit. Tria, inquit, sunt in homine, mores, actiones, affectus. Mores fortitus est sermo exhortatorius. Is nos ducit ad veram & religionē, ad fidem adducens, ad quam ædificandam is est veluti fundamentū, nō secus atque cuius est fundamentum nauis. Apte autem dixit fidei ædificationem: Nam cum fides sit in Christū, ipse Christus Iesus est lapis angularis, in quo omnis ædificatio crescit in tēplum sanctū in Domino. Tem- Ephes. 2. plum autem sanctū in Domino est Ecclesia, quæ est à Christo supra petrā ædificata, id est, supra fidei firmitatem & stabilitatem, à qua etiam nomen accepit Petrus Apostolorum Coryphæus. Is autem sermo exhortatorius, cum falsorum Deorum & simulacrorū cultus ostenderit errores, lætos reddit: nihil enim est quod grauius sit & molestius homini quàm errare, labi, & falli, & maxime in præcipuis: efficit autem vt omnibus abiuratis & abrenunciatis erroribus, ad salutem acquirendam contendamus, Christo in baptismo nomen dantes, & Dei præcepta seruantes. Dei autem beneficentiam in nos agnoscentes cū Regio Psalte canimus; Quàm bonus Israel Deus, iis qui recto sunt corde. Quàm bonus est Deus Israel, idē Psalm. 72. inquit Deus & veteris & noui testamenti, quicquid delirent Marcionitæ; Bonus est, inquā, iis qui recto sunt corde. Recto autem sunt corde, qui post susceptum baptismum Deum vnum & trinum sincere colunt, neq; amplius relabuntur in veteres errores, neque tanquam canes ad remissorum peccatorū vomitū redeunt, sed fidei fundamento in quo sunt boni mores, à charitate procedentes superstruunt actiones. *Omnibus vero affectibus.* Postquam docuit quidnam profiteatur sermo exhortatorius, nunc docet quidnam profiteatur Pædagogus: Duo autem profitetur, nempe & dirigere actiones, quod vt melius fiat, dabit præcepta, & vocatur sermo ὑποθετικός, id est præcepta suggerens & admonitiones, & curare animum motu seu affectus & ægritudines, & vocatur sermo παραμυθητικός, id est, consolatorius, consolatur animā ad pristinam reducens tranquillitatem. [c] *Hic ipse idem omnis sermo.* Vnus & idem sermo pro varia & diuersa functione variis & diuersis appellatur nominibus, quando ad salutem quidem adhortatur, est adhortatorius ex parte totum ita appellatus, cum tota religio perpetua sit exhortatio, sed tunc proprię adhortatorius, quādo ad exhortandum peculiariter est deputatus. Pædagogus vero, quando curatur sanandis animi morbis, & tradendis præceptis. Pædagogus autem dicitur, quod ad agendum instituat. Dogmata autem non tradat, & animam quidem reddere meliorem, nempe moderatiorem & temperantem, non autem doctiorem, proponat. *Morborum itaque animi.* Pædagogus, & ea docet quæ sunt agenda, & quæ non agenda. Quæ non sunt autem agenda, sumuntur ex imaginibus, & similitudinibus, quemadmodum exemplis. His quoque imaginibus, similitudinibus, & exemplis historicis vtitur Pædagogus, ad curandas animi ægritudines & perturbationes. Adductis enim his imaginibus & exemplis adhibet quæ sanandæ sunt præcepta, tanquam leuia quædam medicamenta. Quibus recreatus & confirmatus ęgrotus animus, ad perfectam veritatis cognitionem deducitur à Pædagogo.

### Quòd propter peccata nostra nos moderetur Pædagogus. Cap. II.

PÆDAGOGVS [a] *autem noster, ô vos pueri, est Deo Patri suo similis, cuius est filius, in quem nullum omnino cadit peccatum, ęstque nulli reprehensioni affinis, & animo impatibilis; Deus in figura hominis, impollutus, paternæ voluntati seruiens, Deus verbum, qui est in patre, qui est à dextris patris, & cum Deus est. Hic nobis est imago in qua nulla est macula. Ei omnibus viribus tentandum est animum similem efficere.* [b] *Sed ille quidem liber est ab omnibus humanis animi perturbationibus. Propterea enim vel solus est iudex, quòd solus sit in quem peccatum non cadit:*

Christus Deus in figura hominis. Ioan. 5. 1. Pet. 2.

nos autem conemur quoad eius fieri poterit, vt quàm minimum peccemus. Nihil enim ma-
iori curæ ac studio esse debet, quàm vt ab animi perturbationibus morbisque primum libe-
remur: deinde verò, vt prohibeamus ne in peccatorum consuetudinem facile prolabamur.
[c] *Atque optimum quidem est nullo modo peniτus peccare, quod quidem Dei esse dicimus.*
*Secundum autem, nullum ex voluntariis contingere maleficiis, quod est proprium sapientis,*
*& in inuoluntariorum non adeò multis incidere. Tertium autem, quod est proprium eorum*
*qui bene edocti & à Pædagogo rectè instituti fuere, in peccatis non diutissime immorari. Quar-*
*to loco ponatur. Sed ei quoque salutare fuerit, si iis qui vocant ad pœnitentiam, minimè re-*
Numer. 6. *pugnauerit.* [d] *Atque mihi quidem per Mosen videtur pulcherrimè dicere Pædagogus, si*
*quis in eo fuerit repentè mortuus, statim polluetur caput voti eius, & radetur: peccatum in-*
*luntarium, mortè repentinam appellans. Eam autem dicit polluere, vt quæ animam macu-*
*spergat, & ideo quamcitissimè ei adhibet medicinã, consulens vt statim ei caput radatur, pro-*
*pe ignorãtiæ comas, quæ umbrã rationi offundunt, amouere & abstergere studens, vt à deli-*
*vitij materia nuda relicta ratio (ea autem sedè suam collocat in cerebro) quamocyssime re-*
*deat ad pœnitentiã. Deinde cum pauca adiecisset, subiungit: Priores autem dies vt inuoluntaria.*
*Per quæ clarũ est significari peccata quæ non facta sunt per rationẽ. Et inuoluntaria quidem*
*appellauit repentinum, peccare autem, irrationale. Quamobrem sermo Pædagogus formam*
*moderationẽ, ad prohibendũ irrationale peccatũ.* [e] *Id autẽ hinc ex Scriptura considera. Pro-*
*pterea hæc dicit Dominus; quòd prius fuerit peccatũ, arguendo ostenditur per sequentem re-*
*ctionem, Propterea, quod iustum iudicium sequitur. Idque per Prophetas aperte ostenditur.*
Esai. 66. Hierem. 7. Ezech. 33. *dum dicunt: Si non peccasses non hæc esset minatus; & propterea sic dicit Dominus Pro-*
*pterea quod hos sermones non audiistis, ideo hæc dicit Dominus: Et ecce propterea dicit*
*Dominus. Propterea enim est Prophetia, propter obedientiam scilicet & inobedientiam. Pro-*
*pter illã quidem, vt seruemur: propter hanc autem, vt castigemur.* [f] *Est autem Pædagogus*
*ster Verbum, qui præter naturales animæ affectiones curat per admonitiones. Medicus*
*autem corporis auxilium, propriè vocatur Medicina, quæ docetur humana sapientia. Ve-*
*hum autem paternum, solus est humanarum ægritudinum, Pæonius medicus, & sanctus*
*te animæ incantator. Saluum fac seruum tuum, inquit, Deus meus, sperantem in te. Mise-*
Psalm. 85. *mei Domine, quia clamauit ad te toto die. Medicina enim vt ait Democritus, medetur*
*corporis, sapientia autem liberat animam à perturbationibus.* [g] *Bonus autem Pædagogus*
*qui est sapientia, qui Verbum Patris, qui fabricatus est cœlum, vniuersi figmenti curator,*
*rit, eiusque corpori & animæ medetur, qui est omni ex parte sufficiens medicus humanæ*
*turæ, seruator, Surge, inquit, paralytico, & sublato, in quo iaces, grabato, vade domum*
Marc. 2. Ioan. 11. *qui prius erat infirmus, ex templo sanus & firmus euasit. Et mortuo Lazaro, dicit, egre-*
*re. Ille verò mortuus, ex sepulchro exiit qualis erat ante quàm moreretur, meditatus re-*
*ctionem.* [h] *Quinetiam ipsi quoque per se medetur animæ præceptis doniſque ac gratiis. Sed*
*præceptis quidem & monitis id facere vtique differt: donis autem & gratiis diuti, dimittit*
*tur tibi peccata tua, nobis dicit peccatoribus.* [i] *Nos autem simul ac ipse cogitauit, facti sumus*
*infantes, optimum & stabilissimum locum ab optima & præclarè ordinata eius moderatione*
*adepti: quæ primum quidem in mundi & cœli solique ambitibus circumagitur, in cæteris*
*quæ astrorum motibus versatur, propter hominem: deinde verò in ipso homine, in quem*
*eius studium confertur: eumque maximum ac pulcherrimum esse opus existimans, prouidi-*
*tia quidem ac moderatione & temperantia animam eius direxit: corpus verò pulchritudine*
*iustitiaque & commoderata membrorum proportione temperauit: in humanæ autem natu-*
*actionibus quod in eis rectè & ex virtute geritur, pulchriúmque qui est in eis ordinem, ip-*
*suo eis inspirauit.*

COMMEN-



## COMMENTARIVS IN CAP. II.

[a] PÆDAGOGVS *autem noster.* Ex eo quòd dicit Filiũ esse Patri similem, ostendit esse distinctas ac sepa-
ratas patris ac filij hypostases ac personas. Nã cum nullũ simile sit idem, sit autem filius patri similis, ex
eo sequitur aliũ esse patrem, alium filium, quod pugnat cum Sabellianis: Sed nõ ex eo sequitur, non esse
simul & filiũ vnius & eiusdem essentiæ. Est quidem filius patri similis, sed idem est non solum ὁμοιούσιος,
sed ὁμοούσιος, id est similis essentiæ, quod ad circũscribendum Cõcilij Nicæni decretum frustrà excogitarunt Arriani,
sed ὁμοούσιος, id est vnius simul & eiusdem essentiæ. *In quẽ nullum cadit peccatum*, Græcè est ἀναμάρτητος,
quod est, si dici posset Latinè, Impeccabilis, id est, qui nec peccat, nec potest peccare. Estq; nulli repre-
hensioni affinis.] Græcè est ἀνέγκλητος, id est, qui nõ potest reprehendi. Est autem vnũ alteri cõsequens.
Nam si nihil potest reprehendi præter peccatũ, sequitur vt qui non possit reprehendi, nõ peccet. *Et ani-*
*mo nullo*, ἀπαθὴς καὶ ἀοχλητος, id est, in cuius animam nulla cadit ægritudo, nullus à ratione deflectens
motus nullaq; perturbatio. *Deus in figura hominis.* Hoc de Christo verissime dicitur, post susceptæ carnis
dispositionem. Nam qui prius solũ erat Deus, postquam verbum caro factum est, fuit Deus & homo,
& nihilo in eo appareret sola hominis figura, sub ea tamẽ latebat Deus, quo fit vt à Propheta meritò sit Esa. 45.
dictus Deus absconditus. In eodẽ enim subiecto, seu mauis suppposito, erat & filius hominis, quod voca-
bulum ipse vsurpat ipse Christus, id est homo, quod ipsa præ se ferebat figura, & filius Dei, id est Deus,
quem quidẽ latebat, sed id apertè ostendebant diuina opera signa & miracula. *Paternæ voluntati.* In
Christo duæ fuerint voluntates, diuina & humana, ita tamẽ semper se gessit, vt diuinæ humanã sub-
iungeret voluntatẽ, & suam, quatenus erat homo, voluntatem à patris voluntate nunquã vellet discrepa-
re, nec à morte quidẽ liberari, quod desiderabat caro, vt homo voluerit, sed se tamen velle quod pa-
ter esset admonuit, neq; suam voluntatem ab eius voluntate seiunxerit. Quo factũ est vt animam suam
ponerem, sed ipse posuerit. Dicit enim: Nemo tollit animã, sed ego pono eam à meipso, Deus Ver- Io. 10.
bi principio, inquit Ioannes, erat verbũ, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Græcè
verbum dicitur λόγος. λόγος autem & sermonem seu orationem verbumque significat, & rationem. Quæ
ratio congruit Dei filio ita cõueniunt, vt siue eũ dicas verbum, quod apud Theologos est vsitatius, siue
sermonẽ & rationem, nõ est quod propterea te quispiam iure reprehendat. A mente quidem certè, tan-
quam fonte, generatur & sermo, & verbum quod profertur, & ratio qua ratiocinamur, nec obstat prola-
tio aut ratiocinatio, quo minus, & quod pronunciatur, & quod in syllogismum deducitur, adhuc sit in
mente insitum in patre. Ita nec æterna filij à patre generatio impedit, quo minus genitus filius adhuc sit
in patre. Quæ quidem filij generatio, etsi sit eiusmodi vt non possit enarrari, per hæc tamen vocabula,
quæ humana potest capere imbecillitas, vtcunq; potest, non intelligi, sed conijci. *Qui est in patre.* Ad
hoc congruit & similitudinem factus est homo. Ea autem hominis imago & similitudo, consistit non in
corpore sed in anima, in qua est intelligentia, memoria, & voluntas. Ipsum autem Dei verbũ, quod om-
nium conditor, hominem quoq; creauit ad suam imaginem & similitudinem. Hinc factum est vt verbum
quod Græcè λόγος, id est ratio, hominẽ quoque fecerit λογικὸν, id est, rationis participẽ, siue mauis ra-
tionalem. Illa autẽ Verbi, qui est noster Pædagogus, imago, ad quã expressi & effecti sumus, est pura, &
nitida, & ab omni sorde & macula immunis. Nam apud eũ, sicut apud patrem luminũ à quo est geni-
ta, nulla est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio. [b] *Sed ille quidem liber.* Anima quidẽ nostræ ima- 1. Ioan. 1.
go quædam est similis, Verbo, inquã, nostro pædagogo, si nõ peccet, sed cum solus sit Deus qui nõ peccet. Nam
si dixerimus nos peccatũ non habere dicamus nos ipsi seducimus, & in nobis veritas non est, si eius non possimus Vers. 10.
quidem esse partes esse similes, pro viribus saltem, admittamur vt ad eius similitudinẽ quã proxime accede-
mus. Hoc ita demũ fiet, si quã minimũ peccemus. Sed quoniã rarum est vt minimũ peccemus, tanta est
nostra ad peccatũ propensio & proclivitas, hoc saltem cauēamus, ne per diuturnam peccandi
consuetudinem in peccatis perseueremus. Nam hominis quidẽ est peccare, in peccatis autem perseverā- Vers. 10.
re, sed diabolj. Nõ omnino autem peccare est solius Dei. Hanc autẽ dicit esse causam quod
Christus noster Iesus solus Iudex à Deo sit constitutus viuorũ & mortuorum, quod solus sit, in quem
non cadat peccatum, alioqui filio non omne daturus Iudicium, neque enim pater quenquam iudicat.
Ioan. 5. Nemo Iudex esse non debet, qui non est iustus. Iustus autem non est, qui in quo alterum iudicat
condemnat. Ipsa enim eius conscientia eum arguit, quòd etsi iustè iudicet, ipse tamen sit iniustus
iudex, etsi quam in seipsum quoque ferre deberet, in alium ferat sententiam. Hæc iniustitia in ver-
rem iudicem, nostrũ Iudicem, non potest cadere, cum in eum non cadat peccatum. Peccatum 1. Pet. 2.
non inuentus dolus in ore eius. [c] *Atque optimum quidem est.* Si fieri posset vt nunquam pec-
caret, esset quidem longè optimũ. Sed cum solius Dei sit nõ peccare, nec est homo qui non peccet,
admittimus ne grauia peccata admittamus, quod est sapientis. Grauia autem sunt peccata quę etiam
capitalia vel mortalia, vt quæ sint ad mortẽ, quæ æternam, inquam, mortem peccatoribus affe-
runt. Voluntaria autẽ dicuntur, quod consulto, & certo instituto, & à prudentibus ac scientibus admit-
tuntur. Easdẽ vocauit Clemens ἀδικήματα, quod nos vertimus malefacta. ἀδικήματα autẽ dicuntur, quòd
iniuriam faciant. Nullum enim est peccatũ capitale seu mortale, quod non vel Deum, vel proximum, vel
seipsum qui peccat propriũ corpus, iniuria afficiat & offendat. Qua ratione etiam maleficiũ dicitur à
malefacio, quod malefaciat. Quo quidẽ maleficij vocabulo vtuntur frequenter Iuris consulti, quando tra-
ctant de delictis. Neq; verò est absurdum & alienum, quod nomine iniustitiæ comprehendantur omnia
peccata, cum ipsa iustitia cõprehendat omnes virtutes, nõ solũ apud prophanos, sed etiã apud
sacras literas. Sunt autẽ præter voluntaria quæ sunt maxime vitanda, etiam inuoluntaria. Inuolunta-
ria vocant, nõ quæ fiunt à coactis, sed quæ vel ignorantia aliqua, vel errore, vel repentina aliqua ani-
mi cõmotione, cui tamen non datur assensus, vel nimia forte risus, aut futilium verborum, aut aliorum

eiusmodi exuperatione, nō captata occasione, nec cōsulto ac destinato animi proposito, nec malo studio admittuntur, & propterea dicūtur inuoluntaria, quæ inter grauia peccata adeo non annumerantur, quòd vix peccati rationē obtineant. Nam peccata quæ non ex origine trahūtur, sed agēdo admittuntur, tā tum habent voluntarij, vt si non sint voluntaria, in peccatorum numerum non referantur, quam eorū quæ dicunt venialia, propterea quòd facilè remittantur. [c] *Atque mihi quidem* Quod hic dicit Clemens, sumptū est ex vj. capite Numerorum, in quo describitur votum Nazaræorum qui se à populo separabant, & annis aliquot totos Deo consecrabant. Hæc autem obseruabit, vt comam capitis nutrirent, nec ascenderet ferrum super caput eorū toto voti sui tempore, neque vinum neque siceram biberent, donec cōpleta fuisset voti professio. Nec ad vllum corpus mortuum, ne patris quidem aut matris accederent, alioqui fore vt pollucrentur. Quod si in quempiam repente mortuū incidissent, pollutam iri eorum comam, & ideo esse abradendam, & votum de integro esse incipiendum: adeò eorū quidem dierum qui præcesserant, vlla haberetur ratio. Illam mortui pollutionem, & capitum abrasionem trahit Clemens ad allegoriam. Et repentinū quidem significare dicit inuoluntarium, ipsum autem irrationale, quoniam nec cōsulto, nec præcedēte ratiocinatione ac cogitatione, sed vel quantia, vel repentina quadam incitatione inuoluntariū admittatur peccatum. Id tamē rationi quæ sedem in cerebro collocauit, maculam imprimere & vmbram offundere, & ideo esse abscindendum. Admonem autem seu Verbum Pædagogum curā gerere, vt hoc inuolūtarium prohibeatur peccatū, quod nec proficiscitur à ratione, & abest rationi. Quod autem vertimus, priores autē dies irrationales, Graecum est αἱ δὲ ἡμέραι αἱ πρότερον ἄλογοι, id est priorū dierum nulla habetur ratio, vel priores dies non cōputantur. Sed cū ἄλογον significet, & id cuius nulla habetur ratio, & id quod est expers rationis seu irrationale, & instituto seruiens Clemens id accipit pro irrationali. Eas autē quæ abradūtur comas dicit esse ignorantiæ materiā, cuius impedimento à ratione ablato, ea redit ad pœnitētiam. Ignorantia enim facile admittit peccatum, & impedit ne peccatū agnoscatur. Agnito autē à ratione peccato, & displicēte illo concipitur, & peccatis pœnitet. Quod autem dicit rationem sedē suā collocasse in cerebro, id ille secutus sententiam Platonis, qui mentem quidem & rationem collocauit in cerebro, irā verò & concupiditatem & libidinem in iecore. [d] *Id autem hinc ex scriptura considera.* Docet per scripturas Pædagogum Verbum rectorem esse & moderatorē ad prohibendum peccatum irrationale. Et autem quæ tāt scripturæ sumuntur ex prophetia Esaiæ, Hieremiæ & Ezechielis: Ideo autē institutum dicit esse prophetiam, vt si Dei quidem præceptis obediamus, salui simus: sin autem nō obediamus, eradimur, & flagitigemur. Meritò autē prohibet Pædagogus peccatum, quod nō proficiscitur à rationis præmeditatione, sed vel ex ignorantia, vel ex infirmitate, vel ex repētina animi concitatione. Nam si his modis peccatis assuescamus, eo facilè res redibit, vt etiā in volūtarijs ipsa ratio pareat animi motibus, antequam tos ad ea quæ sunt praua & vitiosa præcipites abripientibus. *Est autem Pædagogus noster Verbum, hortatoria quidē peccata prohibet sermo Pædagogus, cauens ne victa ratione fiant volūtaria. Ea peccata* luntaria sunt præter naturales animæ affectiones. Nam cū naturæ sit institutū, vt mens & ratio imperet, seruiant autē animi motus & affectiones, si contra fiat, nō iā naturales, sed præternaturales sunt istæ affectiones, quæ cùm sint morbi & ægritudines, ad eas curandas opus est Medico. Medicus autē est Matth. 9. Luc. 5. mo Pædagogus, qui medetur per admonitionē. Ideò certè è cœlis descendit Verbum humana carnē ctum, vt nostra curaret vulnera, & nostras sanaret ægritudines, qui etiā disertis verbis dixit sanos non esse medico, sed male habentibus. Atque humana quidē sapientia inuicta est medicina quæ medetur ani- pori: ipsa autem Dei sapientia, quæ est Verbū patris, noster Pædagogus curat nostrorum animæ morborum, qui sit Pæonius medicus, medicus inquam, præstantissimus, & ipso Pæone, qui est Apollo, longe prastantior. Est autem nō solū medicus animæ, sed etiam incantator, vt qui non herbis, sed verbis morbos Psalm. 57. animæ, si ei sapienter incantanti aures nō recludantur. Quod autem Democritus tribuit sapientiæ, Philosophiæ, sicut etiā Cicero in Tusculanis, vt liberet animam à perturbationibus, id longe melius potius sola præstat Dei sapientia, Verbum patris, vnicus Dei filius. Et ideo subiungit Clemens. *Est autem Pædagogus.* Docet quanto medico corporis sit præstantior noster Pædagogus, qui est ipse noster medicus. Corporis quidem medicus curat solum morbos corporis: bonus autem Pædagogus medicus, qui est idem Dei sapientia & Verbum patris, cū cœlum & totam mundi fabricam propter hominem primo esset architectatus, & deinde ipsum creasset hominē, totius quoque hominis quæ curā gerit, & cum homo ex anima constet & corpore, vtrunque curat, alioqui non futurus sanus homo. mus medicus. Neque verò solum est medicus, sed etiā seruator, vt qui homini det salutē & vitam æternā. Cuius rei vt certa & euidentia daret testimonia, ea fecit miracula, quæ aperte ostenderent quanta esset bonitas & potentia, vt qui & Paralyticū integrē sanauerit, & Lazarum iam triduo ante mortuum in vitam excitarit, præclarum certe exemplū futuræ resurrectionis quam resurgens videbatur tradi- tus. [e] *Quemetiam ipse quoque per se medetur animæ.* In sanando quidem paralytico, & in vitam reuocando Lazaro, vtriusque simul curā gessit, nempe animæ & corporis. Medetur autem ipsi etiam sola mente. Medetur autem præceptis ac monitis donisque & gratiis. Sed præceptis quidem ac monitis non statim propta curatio, sed differtur propter eorum qui audiunt, vel tarditatem vel peruersitatem. Sed pro- pta est & expedita quæ per dona & gratias fit curatio, vt cū subito remittuntur peccata. Ideo autem Ephes. 2. pta est & expedita hæc curatio, quòd sit Dominus dives in misericordia. Hoc enim significat quod dicit Dives in donis & gratiis, est enim donū & plane gratia, quando gratis remittūtur peccata. Nec enim 2. Pet. 2. *mul atq; ipse cogitauit.* Ostēdit quā cita sit & expedita quæ fit donis & gratiis in peccatis remittendis curatio. Nā simulatq; cogitauit Pædagogus noster Dei sermo, peccatis remissis efficimur quasi modo geniti infantes, deposita omni malitia, & omni dolo, & simulatione, & inuidia, & detractione. Opusest autē & stabilissimū locū adipiscimur à rectè ordinata ei⁹ rectione & administratione. Quis enim melior locus esse poterit quā Dei filiū & esse & nominari, quod peccatis in baptismo remissis nobis cēsemus? Ad quæ



ta quæ versatur huius nostri Pædagogi rectio & administratio? In mūdi, cæli, solis, & cæterorū astrorū constitutione, quæ & creata sunt propter hominem, & propter eundem conuertuntur, & circumaguntur, ex quo est perspicuum quāta sit dignitas hominis. Nullius autem rei tantam gerit curam quantam hominis, cuius & animam ornat virtutibus, & corpus ita constituit, vt decens in membris omnibus sit, seruet proportio & conuenientia, & in omnibus humanæ naturæ actionibus, id quod est decorum, conueniens, & honestum ita inspirat, vt rectè & ex virtute se gerat, & quem par est ordinem teneat in omnibus. Quod quidem etsi sit verissimum, aliter tamen sæpissimè videmus vsu venire propter istā culpa corruptam & depraua tam naturam hominis.

## Quòd sit benignus & hominum amator Pædagogus. Cap. 111.

VN [a] *omnibus prodest & in omnibus iuuat Dominus, & tanquam homo, & tanquam Deus: peccata quidem remittens, vt Deus: ne peccemus, autem, Pædagogi ritu instituens, vt homo. Iurè ergo homo est Deo charus, quoniam eius figmentum homo est.* [b] *Et alia quidem solo iussu fecit: hominem au-* Genes. 2. tem per se manu fabricatus est, & quid ei proprium, inspirauit. [c] *Quod ergo ab ipso & ad imaginem factum est, vel tanquam propter se Deo eligendum, ab ipso Deo fabricatum est, vel tanquam propter aliud eligendum effictum est.* [d] *Si ergo homo est propter se res eligenda cum bonus sit, bonum amauit, & intus est in homine id amatorium, quod Dei afflatus seu insufflatio dicitur.* [e] *Si autem homo res propter alias eligenda factus est, non alia sunt Deo causa cur eum faceret, quàm quòd absque eo neque Deus poterat esse bonus ipse, neque homo peruenire ad Dei cognitionem. Neque enim aliter id cuius causa homo factus est Deus fecisset, si non homo factus esset: & quam habuit absconsam volendo potestatem, per externam impleuit faciendi potestatem Deus ab homine acceptam qui fecit hominem: & vidit quem habuit, & factum est quod voluit, nihil est autem quod Deus non possit.* [f] *Homo ergo quem fecit Deus, res est propter se eligenda. Quæ res autem propter se eligenda, ei est propria & familiaris, cui propter se est eligenda. Ea autem res est amanda & diligenda. Sed & si quid est diligendum, non potest id ab ipso non diligi. Diligendum autem esse hominem ostensum est. Homo ergo à Deo diligitur. Qui enim fieri potest vt non diligatur, propter quem vnigenitus ex patris sinu demittitur, Verbum fidei, plus ex superabundantia, ipse Dominus?* qui apertè confitetur & dicit: *Ipse enim pater* Ioan. 16. *non diligit, quia vos me dilexistis. Et ipse rursus: Et dilexisti ipsos, quemadmodum ipse me dilexisti.* [g] *Quidnam ergò velit Pædagogus, & quid profiteatur, & quomodo & fa-* Ibid. 17. *cto dictus affectus sit, & in iis quæ sunt agenda præcipiendis, & prohibendis iis quæ sunt vitanda, iam vtique clarum est. Manifestum est autem esse alterum genus sermonis, cuius proprium est docere, quod quidem est subtile & spiritale, & accuratam tractandi ratione sequitur, & in arcanis contemplandis mysteriis versatur. Id autem in præsentia omittitur.* [h] *Par est autem eum nos redamare, qui pro suo in nos amore ducem est nobis vitæ recta degendæ: ex eius autem voluntatis iussis viuere, non ea solùm quæ iubentur exequendo, vel quæ prohibentur cauendo, sed etiam has quidem imagines auersantes, illas vero, quod eius fieri poterit, imitantes: Pædagogi factorum similitudinem operando referre, vt impleat id quod dictum est, Ad imaginem & similitudinem.* [i] *In vita enim tanquam in profundis errantes tenebris, optimo & qui nunquam aberret & offendat duce opus habemus. Optimus autem dux est, non cæcus, vt dicit Scriptura, cæcos in foueam* Matth. 15. *cadentes, sed Verbum, cuius est visus perspicacissimus, & qui cordis intima peruidet. Quemadmodum ergo non est lux quæ non illuminat, neque mouens quod non mouet, ita nec dirigens quod non diligit, nec bonum quod non prodest, & ad salutem deducit. Faciamus ergo præcepta per opera & facta Domini. Verbum enim ipsum apertè caro factum est,* Ioan. 1. *eandem simul virtutem actiuam & contemplatiuam ostendens: atque adeo eius sermo-*

*nem, præcepta & monita legem existimantes, cognoscamus quæ sint breues & directa ad æternitatem. Persuasione enim plena sunt præcepta, non timore.*

## COMMENTARIVS IN CAP. III.

[a] IN *omnibus prodest*. In hoc capite ostendit Clemens Pædagogum nostrum, Dominum inquam nostrum, vt qui sit verbū quod carnē suscepit, & ideo Deus est & homo in omnib⁹ nobis prodesse & iuuare, & tanquā Deum, & tanquā hominē. Tanquā Deū quidem peccata remittit, & qui vicaria & ab eo delegata vtuntur authoritate & opera. Tanquā hominem autē vt qui Pædagogi fungatur officio, erudire, ne peccetur. Causam autē quod homini prosit & cum hanc esse dicit quod hominem amet, vt qui sit eius opus, ab eo, inquā, effictus & factus. [b] *Et alia quidem solo iussu fecit.* Quilibet artifex suum opus diligit, & quo plus artis, operæ, studij & diligentiæ in illud lit, eo magis diligit. Hęc est causa cur Dominus Deus hominem maximē diligat. Nam cetera quæ lo iussu fecit. Nam dixit Deus & facta sunt. In fabricando autem homine plus studij posuit, vt qui eo faciendo deliberarit, tanquā aliquod magnū opus facturus, faciamus enim, inquit, hominem, & quidem corpus è luto effinxit, animam autem in ipsum inspirādo spiraculū vitæ, & ita factus est homo in animam viuentem, id est, animal viuens: sed ne forte existimares hominem quidem esse tantum eam esse animam, quæ corpori tantummodo tribuit vt alatur & crescat, vel etiā sentiat, addit. [c] *Et quidē ei proprīū inspirauit.* Id est, inspirauit ei animam, qua non solum viueret & sentiret, sed qua etiam ratiocinaretur, quod quidem est Dei proprium & hominis. Nam & Deus Verbū est ac ratio, & ac ratione esse prædicū, soli ex animantibus omnibus conuenit homini. [d] *Quod ergo ad esse.* Vtrumque homine à Deo diligi, duo proponit, ex quibus vtrumuis sumas, necessario sequitur vt homo à Deo diligatur. Homo, inquit, nō solū factus est à Deo, sed etiam factus est ad eius imaginem & similitudinem. Quod autem factum est ad eius imaginem & similitudinem, factū est vel tāquam propter se à Deo diligendum vel propter aliud. Videamus deinde quid sequatur. [e] *Si ergo homo est propter seipsum diligendus.* Deus dicitur hominem fecisse ad suam imaginem & similitudinem, id nō est intelligendū de corpore. Nō enim corporis figmentum Dei imaginem cōtinet. Neq; factus etiam corporalis homo dicitur plasmatus. Is autem qui ad imaginē Dei factus est interior homo noster, est inuisibilis, & incorporeus & incorruptus atq; immortalis. In his enim talibus Dei imago recti' intelligitur, vt dicit Origenes. Dei autem imaginem & similitudinem, factum esse hominem dicit Diuus Basilius, & propter affluentiam, & propter imperiū quo vtitur in omnia animātia. Diuus verò Augustinus dicit, hominem esse factū ad imaginem Dei & similitudinem, secundū mentē qua irrationalibus antecellit: sed eandem, secundū memoriam, intelligentiam & dilectionem. Alias etiā in diuersis locis affert causam dicatur homo à Deo factus ad eius imaginem & similitudinem, quas prætermitto ne sim logior. Quod autem dixit Græcè Clemēs ὀχήσεως, vertimus, manu fabricatus est, cōuenienter ei quod dicit Psalmographus: Manus tuæ fecerūt me, nec ex eo existimāndū est Deum habere manus, vt volunt Anthropomorphitæ, sed vel per manus intelligēdus est Spiritus sanctus, vel per manū Deus fabricat' est: ac vt accuratius esse factus homo intelligatur, quam si tantū eum fieri iussisset. Cum autem cēsuit Deus fecisse hominem ad suā imaginem & similitudinem, vt sciamus an is à Deo ametur, videndum nō est in eo faciendo sibi proposuerit, & quidnam eius fuerit eius faciēdi finis. In hominē ergo faciendum tantum fuit eius finis, vt excellentissimū opus cōderet ad suam imaginem & similitudinem, in quo alio spectauit quam ad ostendendā eius pulchritudinem, idq; propter se delegit, id est, propterea quod esset tale opus. Aut non ad eius solam spectauit pulchritudinem, sed eius condendi hic quoq; fuit finis vt ostenderet quā bonus esset opifex, non poterat autem esse opifex, nisi homo fieret, & vt bonorem ret ad illius cognitionē. Vtrumuis autem sibi proposuerit, vt hominem diligat necesse est. Nam & ipse tantissimum suum opus nō potest non amare quod propter se delegit, & id opus amabit propter quod eius summum cognoscitur artificium, & quod summum suum agnoscit artificem. *Si bonus est ergo.* Cum Deus sit bonus & bonum opus fecerit, bonū opus amet necesse est. Et intus in homine est amatorium, quod Dei inspiratio seu insufflatio dicitur. Amatoriū Græcè dicitur φίλτρον, est autem medicamentum quod ad amorem prouocat. Deus, inquit, amat hominem. Nam in homine est medicamentum quo Deū ad amorem prouocat. Id autem medicamentū est ratio & intelligentia hominis à Deo indita, quæ inspirationem seu insufflationem vocat scriptura. [f] *Si autem bona res propter alias eligenda fuerit.* Deo factus est homo vt Deus bonus esset opifex. Bonus enim est opifex bonū opus faciendo. Deo factus est homo, & vt homo perueniret ad Dei cognitionē. Ad Dei autem cognitionē peruenit per creata Dei opera. Ea autem opera ideo sunt creata, vt per ea homo Deū cognosceret. Non essent autem creata, nisi Deus fecisset hominem. Et creandi quidem hominis potestas volendo in Deo erat absque homine, qui fecit hominē. Id est, potestas illa creandi hominē extrinsecus est adimpleta, sed potestatem autem creandi potestatem quā habuit, Deus impleuit per externam faciendi potestatem quam habet homine qui fecit hominē nempe ab idea illa hominis quæ est in mente diuina. Quid ibi ad *Quid quæris habuit?* Extrinsecus vidit hominem quem prius habuit. Intus enim deus erat homo prius in mente diuina. Iterat ab cōsus in Dei voluntate nec videbatur. Nunc autem potestate in actum te, nō amplius latet homo, sed est manifestus. Et factū est, inquit, quod voluit. Nō fuit amplius potestas quam habebat in voluntate, sed creato homine res aperte deducta est in actum. Ecce quod Deus non potuit] Deus enim omnia quæcunq; voluit fecit in cælo & in terra. A Dei enim potestate non est separata potentia. [g] *Homo ergo quem fecit Deus.* Persequitur id quod superius diximus, homo quem fecit Deus res sit propter se eligenda, & gradatim procedens probat hominē à Deo



Genes. 1.

Orig. in Gen. Homil. 10. in exam. Augus. lib. de spiritu & anima.

Psalm. 118.

& vel veluti Sorites, qui sic reduci potest ad syllogismum. Res à Deo propter se eligenda est, expetēda, & diligenda. Homo res est à Deo expetenda & diligenda. Quod autem est à Deo expetendum & diligendum, non potest non à Deo diligi. Homo est à Deo expetendus & diligendus. Homo non potest non à Deo diligi. Ex his efficitur hominem à Deo diligi. Dei autem amoris in homines maximum argumentum, quo vnigenitus Dei filius ex sinu Patris descendit, Verbum caro factum. Hoc Verbum vocat Verbum fidei, vt quod persuaserit vt in Deum credaretur. Vocat etiam fidem ex superantia, creuit enim fides cum non in vnum Deum tantum credamus, sed in Deum trinum, id est, tum hypostascon seu personarum, quem sanctam appellamus eadem. Hoc Verbum est Dominus, tempe Christus. Nam etsi vnus tantum est Deus, & vnus Dominus, quando tamen de Domino loquitur Christum Dominum nostrum intelligimus, neq; tamen sunt tres Domini, sed vnus est Dominus.

[a] *Quam ergo vult Pædagogus.* Est veluti quidam breuis epilogus eorum quæ dixit Pædagogi de institutione, nempe quod erudiat in iis quæ sunt agenda, & in iis quæ sunt fugienda, illa quidem suadens, hæc vetans prohibens. Hæc autem sunt quæ pertinent ad mores componendos, & animi motus regendos & moderandos. Dicit autem esse etiam aliud genus sermonis quo doctor subtilia & accurata tradit doctrinæ, & versatur in contemplandis mysteriis, sed se in præsentia differre de eo dicere, quod hoc non sit officium Pædagogi. [b] *Par est autem cum nos redamare.* Hic est conclusio huius capitis, quæ est huiusmodi. Quod cum Deus nos amet, Pædagogus autem noster sit Deus Verbum, & nos ducat ad vnam virtutem, cum redamare debemus, & præceptis eius parere, nec solum præcepta, sed etiam exempla attendere vocat imagines, mala auersantes, bona pro viribus imitantes & Pædagogi nostri fieri similes. Ea enim actionem imitantes. Ita enim futurum vt impleat in nobis id quod scriptum est; Hominem esse factum ad Dei imaginem & similitudinem. [c] *In vita enim tanquam in profundis errantes tenebris.* Aberrare non possumus si Pædagogum verbum ducem nostrum sequamur, qui aberrare non potest, cum sit perspicacissimus, & qui cordis intima peruideat. Adeo enim est perspicax, vt quod scribit Paulus, sit discretor cogitationum & intentionum cordis. Hebr. 4.

## Quòd æquè virorum & mulierum Pædagogus sermo sit. CAP. IIII.

[a] NANC *ergo loquam obedientiam magis magisque amplectentes, nos ipsos Domino tradamus, à firmissimo eius fidei rudente appensi cogitantes eandem esse virtutem viri & mulieris. Si enim vtrisque vnus est Deus, vtrisque etiam vnus est Pædagogus, vna Ecclesia, vna moderatio ac temperantia, vna vere-cundia, alimentum commune, coniugales nuptiæ, respiratio, visus, auditus, cogitatio, spes, obedientia, charitas, omnia similia. Quorum autem est vita quidem communis, communis* Galat. 3.

*eorum gratia, & salus communis, eorum quoque communis est dilectio & educatio. In hoc* Matth. 22. Luce 20.

*enim, inquit, sæculo vxores ducunt & nubunt, in quo solo fœmininum à masculo discernitur: in illo autem non amplius, vbi socialis & sanctæ huius vitæ quæ ex coniunctione proficiscitur, præmia non masculo ac fœminæ, sed homini proponuntur, cùm eum qui est separatus non frangat cupiditas. Viris itaque & mulieribus commune nomen homo est. Ea ratione non videntur Attici παιδεραστοι communiter non solum masculum, sed etiam fœminam vocasse, non male dignus videtur esse Comicus Mænander in Rapizomena, qui sic dicit: Filiola mea; humana enim natura humanum ac benignum est παιδεραστον. Iam verò ἄνθρωπος quoque, quod idem significat, est epicœnum nomen simplicitatis, animalis masculini & fœminini. Ipse autem Dominus nos pascit in sæcula sæculorum, Amen. Sine pastore autem, nec oues, nec quietè possit aliud viuere: neque pueri sine pædagogo, nec ministri sine Domino.*

## COMMENTARIVS IN CAP. IIII.

[a] *Nanc ergo bonam obedientiam.* Scribit Paulus ad Galatas, Quicunque in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non est Iudæus, neq; Græcus, non est seruus, neq; liber, non est masculus neq; fœmina. Omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu. Ex quo intelligitur omnes qui in Christum crediderunt, mutuo inter se coniunctos, vt vnū sint, & nec natio, nec cōditio, nec sexus eos distinguat. Christi quidem sanguis est in baptismo, vt quomodo ipse & pater vnum sunt per Spiritū, ita & ipse quoq; suos discipulos in se vnat per charitatem. Cum autem ipsi vnum sint, vnus quoq; est eorū Deus, vnus Pædagogus, vna Ecclesia, vnum & idem alimentum, vna & eadem virtus, vnus omniū sensus, atq; adeo communis omnium dilectio & æducatio. Cum autem ita sint inter se charitate coniuncti, vt in Cielo vnū sint, fit vt non mutuis inter se exardescant cōcupiscentiis, nec viri, nec fœminæ nomē amittant, nec eos vsurpentur, sed tantū hominis. Non amplius enim vxores ducunt, neq; nubunt, cum nō habeant sæculi. Huius enim sæculi nō sunt amplius dicendi, cum eorū conuersatio sit in cælis, vbi sunt omnes se coniuncti: seiunctorū autem, non autem coniunctorū est libido & cupiditas. Nec ideo tamen Galat. 3. Luc. 20. Philip. 3.

desinunt esse viri & mulieres, sed nomen hominis est vtrisque commune. Quod ne cuiquam ex gentibus videatur esse nouum & alienum, ostendit apud Atticos παιδίσκους, significare masculum & femellam. Mænander enim in Comœdia, cui est titulus Rapizomena, παιδίσκην vocat puellam, & ἀρνίον, est commune epicœnum, quod apud eosdem Atticos agnos significat & agnas. Quæ omnia tendit vt cum fit nobis Pædagogus qualem antea descripsit, ei pareamus, & à firma & stabili in eum fide pendentes, nos ei tradamus gendos tradamus, qui nos regit ac pascit in æcula. Est enim noster pastor, noster Pædagogus, noster Dominus, nos verò eius oues, pueri, & ministri. Quo fit vt sine eo nō possimus viuere. Necesse est enim vt oues pastorem, pueri Pædagogum, ministri Dominum habeant, alioqui non possunt viuere. Non est autem existimandum nolle Clemens vt Christiani qui ita vitam instituunt, vt non esse videantur in hoc sæculo, sed conuersari in cœlis, vxores non ducant, nec nubant, sed vult vt conuenienter cum 1. Corin. 7. Diui Pauli, vxorem habentes sint tanquam non habentes, nempe vt libidini & voluptati non seruiant, sed tantum propter prolem liberis dent operam. Ad quod nos inuitat noster Pædagogus qui virorum & fœminarum parem curam gerens, nec viri neque fœminæ separatim nomen agnoscit, sed vtrisque communiter, nempe homines.

## Quòd omnes qui in veritate versantur, sint apud Deum pueri. Cap. V.

QVOD [a] itaque Pædagogia quidem sit ἀγωγὴ παίδων, hoc est, puerorum educatio, ex ipso nomine est perspicuum. Restat autem vt pueros quos scriptura significat consideremus, deinde Pædagogum eis præficiamus. [b] Nos pueri sumus. Multifariam autem nos celebrat, multisque modis variis nominibus allegoricè nuncupat Scriptura, simplicitatem fidei diuersis rationibus immutans. [c] In Euangelio itaque: Cum in littore, inquit, stetisset Dominus, Discipulos (erant autem piscantes) alloquutus est: Puellos, inquit, nunquid obsonium habetis? eos pueros appellans, quos vsu & diuturna conuersatione habebat familiares. [d] Et adduxerunt ad eum, inquit, pueros ad impositionem manuum benedictionis. Cùm autem eius noti ac familiares prohiberent, dixit Iesus: Sinite puellos & ne prohibeatis eos venire ad me: talium est enim regnum cælorum. Quid autem sibi velit quod dictum est, ipse declarabit Dominus, dicens: Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut puelli, non intrabitis in regnum cælorum; non regenerationem allegoricè hic significans, quæ in pueris inest simplicitatem, vt eius similitudinem referamus, commendans. [e] Puerum quoque nos eligit Spiritus Propheticus. Cùm carpsissent, inquit, pueri ramos olex vel palmarum, exierunt obuiam Domino, & clamarunt dicentes: Osanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini: lux & gloria & laus cum supplicatione Domino; hoc enim significat Osanna, si Latinè explicetur. Mihi autem videtur Scriptura, hanc prophetiam proferens, tacitè eam quæ prædicta fuerat ignauis pro probro obiicere. Nunquam legisti, ait, ore infantium & lactentium perfecisti laudem? Hac itidem ratione Dominus suos familiares stimulat, vt ipsum diligenter attenderent incitans, vt qui iam ad patrem properarent auditores vt maiori desiderio eum audirent præparans, fore vt paulò pòst abesset profectus cans: oportere eos veritate vberius ac profusius frui innuens, cum Verbum mox se in cælum reciperet. Rursus ergo eos vocat puellos. Ait enim: Puelli, adhuc modicum sum vobiscum. [f] Et rursus assimilat regnum cælorum puellis in foro sedentibus, & dicentibus: Tibia vobis cecinimus, & non saltastis: lamentati sumus, & non planxistis: & quæcunque alia subiunxit his consentanea. [g] Neque verò ita solùm sentit Euangelium, sed prophetia quoque eiusdem sententiæ. Dicit itaque Dauid, Laudate pueri Dominum, laudate nomen Domini. Porrò autem dicit et iam per Esaiam Prophetam: Ecce ego & pueri quos dedit mihi Deus. Miraris, dum audis viros, qui sunt in Gentibus à Domino vocari pueros: non mihi videris audire Atticam, à qua disci potest, eas, quæ sunt elegantes & speciosa adolescentule, & præterea ingenuæ appellari παιδίσκαι, ancillas autem παιδάρια, & ipsas adultas mulas propter ætatis puerilis vigorem diminutiuè puellarum nomine honorari. [h] Iam verò cùm dicit, Agnelli stent à dextris, simplices pueros significat, tanquam agni & oues sint regni

Ioan. vlt. Matth. 19. Marci 10.

Matth. 18. Luce 18.

Matth. 21.

Psalm. 117.

Psalm. 8.

Ioan. 13. Matth. 11.

Psalm. 112.

Esaie 8.

Matt. 25.



regnum viri. Agnellos autem priuilegio dignos censuit, eam quæ est in hominibus facilitatem ac teneritudinem morúmque simplicitatem & animi innocentiam præferens. Et rursus quando dicit, Tanquam vituli lactantes, nos rursus allegoricè significat. Et quando, Tanquam columbam simplicem & felle carentem. Et rursus nos iubet per Moysen duos pullos columbarum vel par turturum pro peccato offerre, eorum quæ sunt tenera, nullam quæ eis inest cum peccato affinitatem, pullorúmque innocentiam, & acceptæ iniuriæ nullam recordationem dicens esse Deo acceptam, & simile similis placulum esse exponens. Quinetiam turturum timiditas, quæ ne peccetur est adhibenda, cautionem significat. [i] Quod autem nos pullos dicat, testis est Scriptura: Quemadmodum gallina congregat pullos sub alas suas: ita nos sumus pulli Domini sane quam admirabiliter & mysticè animi simplicitatem ex puerili ætate describente sermone. Alicubi enim nos vocat pueros, alicubi verò pullos, nonnunquam autem infantes, alicubi autem filiolos, & sæpe filios, & populum recentem, & populum nouum. Seruis autem meis, inquit, imponetur nomen nouum. Nouum nomen dicit, quod est recens, æternum, impollutum, simplex, & infantile & verum, quod benedicetur in terra. [k] Per allegoriam autem nos rursus pullos vocat, qui vitij iugum non iamus, qui ab improbitate minimè domiti sumus, sed sumus simplices, & ad ipsum Patrem exilimus: non equos subiugales, qui ad propinquorum vxores hinniunt, & fœminarum insano amore tenentur, sed liberos, & recens genitos: qui propter fidem exultant: qui celeriter currunt ad veritatem: qui sunt veloces ad salutem: qui mundana proterunt & conculcant. [l] Lætare valde filia Sion, annuncia filia Hierusalem: Ecce Rex tuus venit tibi iustus, mansuetus, & seruans, & ipse mitis, & qui ascendit subiugalem & pullum nouum. Non satis habuit solum dixisse pullum, sed etiam nouum ei adiecit, nouitatem quæ in Christo vnita est nouitatem, & senij expertem cum simplicitate æternitatem ostendens. Tales autem nos nouos pullos qui infantes sumus diuinus noster alit pullorum domitor. Quod si asinus quoque nouus est in Scriptura, pullus tamen est hic quoque dictus. Et pullum, inquit, alligauit vineæ; hunc simplicem & infantem populum gentium alligans, quem vocat allegoricè vitem. Fert enim vinum vitis sicut Verbum sanctum. Est autem vtrumque poculentum hominibus ad salutem, vinum quidem corpori, quod verò Spiritui. Quod autem nos quoque agnos dicit, fide dignus testis est Spiritus sanctus per Esaiam: Sicut pastor pascet gregem suum, & brachio suo colliget agnos: per quid est in oribus tenerrimum, agnos scilicet simplicitatem allegoricè significans. Atque alios quidem certè eorum quæ sunt in vita longè pulcherrimas & perfectissimas possessiones appellatione puerili honorantes, disciplinam Græcè παιδείαν & παιδαγωγίαν, vocant. Pædagogiam autem constituemur esse bonam à pueris in virtute institutionem. Vnde itaque Dominus apertius ac euidentius reuelans quid ex appellatione puerorum significatur, cùm orta esset quæstio inter Apostolos, quisnam ex eis maior esset, statuit Iesum in medio dicens: qui se humiliauerit vt hic puellus, is est maior in regno cælorum. Non ergo puerorum appellatione vsus est tanquam qui per ætatem essent inconsiderati & ratione minimè vti possent, quemadmodum nonnulli senserunt: neque si dixerit, nisi fueritis sicut hi puelli, non intrabitis in regnum cælorum, id inerudite accipiendum est. Non itaque infantes sumus, humi non amplius volutamur: neque vt antea serpentium more terra serpimus, toto corpore in stultis cupiditatibus prosoluti, sed mente sursum erecti, mundique & peccatis renunciantes, suspenso pede eatenus terram tangentes, quatenus in mundo esse videamur, sanctam persequimur sapientiam. Hæc autem videtur esse stultitia ijs, qui se ad calliditatem & versutiam exercuerunt. Iurè ergo sunt pueri, qui solum Deum patrem nouerunt, simplices infantes, integri & innocentes, qui sunt vnicornium

Hier. 46. Deut. 14. Numer. 8. Leuit. 14.

Esaie 56. & 65.

Pullus equinus.

Zach. 9. Matth. 21.

Gene. 49.

Matth. 18. Marci 9. Luce 9.

cornuum amatores. Iis itaque qui in sermone processerunt, hanc vocem annunciat, rerum ac negociorum quæ hic sunt iubens curam abijcere, & suadens solum patrem amare, puellos imitantes. Et ideo dicit in ijs quæ sequuntur: Ne sitis soliciti de crastino, sufficit enim diei malitia sua. Ita de curis victu depositis, soli Patri adhærere præcipit. Qui autem hoc implet præceptum, reuera infans ac puer Deo est & mundo: huic quidem similis, quam seductus & errabundus: illi verò, tanquam dilectus. [n] Iam verò si vnus est, vt dicit Scriptura, magister in cælis, constat, qui in terra sunt, omnes appellari discipulos. Nam enim habet veritas, id quidem quod est perfectum, esse apud Dominum qui semper [illegible] quod puerile autem est & infantile, apud nos, qui semper discimus. Porrò autem [illegible] Prophetia id quod perfectum est honorauit viri appellatione. Et per Dauid quidem [illegible] diabolo: Virum, inquit, sanguinum abominatur Dominus. Virum vocat, vt qui sit perfectus in vitio. Dicitur vir quoque Dominus, vt qui sit perfectus in iustitia. Iam enim Apostolus ad Corinthios scribens, dicit: Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo: siue tanquam infantes & sanctos, verumtamen soli Domino. Ad Ephesios autem scribens, apertissimè reuelauit quod quæritur, dicens hoc modo, Donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis Dei in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, vt non simus amplius infantes qui fluctibus agitemur & circumferamur omni vento doctrinæ, in præstigijs hominum, in versutia ad insidias erroris: vera autem dicentes in dilectione, augeamus in ipsum omnia. Hæc dicens ad adificationem corporis Christi, qui est caput & vir, qui solus in iustitia perfectus: nos autem infantes, qui ad inflationem perflantes, hæresum ventos vitantes, & iis non fidem habentes qui nos aliter docent quàm patres, tunc perfecti efficimur quando sumus Ecclesiæ, corpus Christo scilicet, recepto. [o] Hic autem par est attendere, appellationem huius vocabuli νήπιος, quod infantem significat, vt intelligatur τὸ νήπιον non dici de insipientibus. Qui enim insipiens, dicitur νηπιώδης. νήπιος autem, qui est νεόπιος, vt ἄπιος qui est leni animo. Quo fit, vt is dicatur νήπιος, qui moribus mitis ac mansuetus recenter [illegible] autem manifestissimè significauit beatus Paulus, dicens: Cùm possemus oneri esse Christi Apostoli, fuimus mites in medio vestrum, sicut nutrix fouet filios suos. Mitis ergo & mansuetus est infans, nempe νήπιος, & ea ratione magis tener ac mollis, & mollisque est, qui est simplex, doli ac fraudis expers, & remotus à simulatione, rectoque erecto animo. Hoc est autem fundamentum simplicitatis & veritatis. Super quem inquit, respiciam, nisi super mansuetum & quietum? Talis est enim sermo virginalis, tener ac mollis, & fictioni non affinis. Vnde etiam virginem teneram sponsam, & puerum ἀπαλλάρρωτα, hoc est, teneri & mollis animi, vocare consueuimus. Sumus autem nos [illegible] ac molles qui persuasioni non reluctamur, & ad bonitatem non difficiliter colimur, [illegible] vacui, & malitia & peruersitate minimè permixti sumus. Vetus enim generatio [illegible] sa est & duro corde. Chorus autem infantium; nos inquam, qui sumus nouus populus, mollis est & delicatus vt puer. [p] Propter simplicium autem & innocentium corda, [illegible] se gaudere Apostolus in epistola ad Romanos, & quandam vt ita dicam, infantum definitionem tradit, dicens: Volo vos autem sapientes quidem esse ad bonum, simplices autem ad malum. Neque enim nomen τὸ νήπιον à nobis intelligitur per priuationem, quemadmodum à Grammaticis statuitur vt esse priuatiuam particulam. Si qui enim infantium [illegible] tur, nos vocant insipientes, videte quomodo Dominum blasphemijs & maledictis [illegible] tunt, dum eos existimant insipientes qui ad Deum confugerunt. Sin autem, quod [illegible] quoque audiendum est, ipsi de simplicibus infantes acceperint, gaudemus appellatione. Infantes enim sunt mentes nouæ in veteri insipientia, quæ nuper prudentes, quæ in Nouo Testamento

Matth. 8.

Matth. 23.

Psalm. 6.

2. Corin. 11.

Ephes. 4.

2. Thess. 2.

Esaia 66.

ἀνηπιάζ. ἀνηπιάσ

Rom. vlt.



Testamento exortæ sunt. Nuper certè Deus per Christi aduentum fuit cognitus. Deum enim nemo nouit nisi Filius, & cui filius reuelauerit. Iuuenes ergo populus nouus vt distinguatur à veteri populo, ij sunt qui bona noua didicerunt: & est nobis vber ætatis ipsa iuuentus expers senij, in qua semper vigemus ad intelligentiam & mentis agnitionem, semper iuuenes, & semper mansueti, & semper recentes ac noui. Oportet enim nouos esse seruos, qui noui verbi fuerunt participes. Quod autem fuit æternitatis particeps, ei quod est æternitati alienum solet assimilari, vt puerilis ætatis appellatio, sit nobis ver totius vitæ, propterea quòd sit senij expers, quæ in nobis est veritas, & mores nostri, qui sunt veritate perfusi. Sapientia autem semper germinans, quæ semper similiter & eodem modo se habens, & nunquam mutatur, Puelli, inquit, eorum super humeros tollentur, & super genua consolationem accipient, perinde ac si mater aliquem consoletur, ita ego quoque vos consolabor. Mater quidem ad se pueros adducit: & nos matrem quærimus Ecclesiam. Quoniam autem est imbecillum & tenerum, vt quod propter imbecillitatem auxilio egeat, gratum est iucundum & delectabile, animosa animæ facultate ei quod est tantillum auxilium ferente. Quemadmodum enim patres & matres lubentius vident, equorum quidem pullos, boum verò paruos vitulos, & leonum leunculum, & cerui hinnulum, & hominis puellum: ita etiam vniuersorum Pater eos qui ad ipsum confugiunt recipit, & in filiorum adoptionem spiritu regeneratos nouit mansuetos, & eos solos diligit, eisque dat auxilium, & pro eis pugnat, eosque defendit: & ideo puellum nominat. [q] Ego verò Isaac quoque ad puerum refero. Isaac, risus exponitur. Eum vidit ludentem cum vxore & adulterer Rebecca rex curiosus. Rex autem, cui nomen erat Abimelech, mihi videtur esse quidam supramundana sapientia, quæ puerilis ludi ac disciplinæ considerat mysterium. Interpretantur autem Rebeccam, tolerantiam. O prudentem ludum & disciplinam! Risus à tolerantia adiuuatur, & Rex, qui ea attendit, stupet & admiratur spiritum eorum qui sunt puelli in Christo, qui in tolerantia vitam agunt. Et hic est diuinus ludus ac disciplina. Talem ludum ludere suum Iouem dicit Heraclitus. Quid enim aliud viro sapienti & perfecto magis conuenit, quàm ludere & collætari [r] per honestarum rerum contemplationem, & bonorum administrationem, dies festos cum Deo celebrantem. [s] Potest etiam aliter accipi quod à prophetia significatur, nos scilicet lætari & ridere propter salutem, quemadmodum Isaac. Risit autem quoque ille à morte solutus, ludens & exultans cum Ioue, quæ nostra est ad salutem adiutrix Ecclesiæ, cui firmum ac solidum impositum est nomen, Tolerantia: vel quoniam ea manet in sæcula, semper gaudens: vel quòd gaudet ex tolerantia credentium, qui sumus membra Christi, & eorum qui ad finem susceperunt testimonium, & quæ sit propterea gratiarum actio. [t] Hic est autem ludus mysterium & disciplina, & salus quæ cum graui & honesto solatio fert auxilium. Rex itaque Christus è superis risum nostrum speculatur, & cum è fenestra, vt dicit Scriptura, prospiciens gratiarum actionem, & benedictionem, exultationem & lætitiam, & simul etiam ut operantem tolerantiam, & eorum coniunctionem, solam suam respicit Ecclesiam: ostendens faciem suam quæ deerat Ecclesiæ, quæ regali capite perfecta efficitur. Vnde erat autem fenestra per quam ostendebatur Dominus? Caro, per quam fuit manifestatus. Ipse est Isaac (aliter enim accipere possumus) qui est typus & figura Domini. Puer quidem vt filius: erat enim filius Abrahæ, quemadmodum Christus Dei: hostia autem non Dominus, sed non oblatus est vt Dominus. Ligna solùm sacrificij portauit Isaac, vt futurum Dominus. Mysticè autem risit, prædicens fore, vt Dominus nos risu impleret, qui sanguine Domini ab interitu & corruptione redempti sumus. Solummodò autem iuxta Isaac non passus est, qui primas passionis partes Verbo cesserit. Quinetiam significat

Matth. 11. Luce 10.

Esaia 49. & 66.

Genes. 26.

mysteria.

Quod Græci dicunt ὅτι ἀπὸ μικρῶν παιδία.

*Domini diuinitatem, dum non fuit occisus. Surrexit enim post iusta facta funeri Iesus, non passus, quemadmodum Isaac dimissus est è sacrificio. Porrò autem ad eius quod propositum est defensionem, maximum quoque aliud afferam. Ipsum Dominum puellum nominat Esaias per Esaiam prædicens spiritus: Ecce puellus natus est nobis, & filius datus est nobis, cuius principatus super humerum eius, & vocatum est nomen eius, magni consilij Angelus. Qui est ergo puellus? Infans, ad cuius imaginem nos infantes sumus. Pertundem Propheta narrat eius magnitudinem: Admirabilis consiliarius, Deus potens, pater æternus, princeps pacis: eò quòd ludum multiplicet. Et pacis eius non est finis. O magnum Deum! O perfectum puerum! Filius in Patre, & Pater in Filio. Et quomodo non est perfecta huius puerilis disciplina & institutio, quæ nos omnes pueros persuadit, Pædagogi ritu nos sustinens, qui sumus eius infantes? Is manus in nos expandit, quæ apertè & euidenter sucre[illegible] De hoc puello fert quoque testimonium Ioannes, qui est maior Propheta inter natos mulierum: Ecce agnus Dei. Quoniam enim Scriptura pueros ac infantes agnos nominat, Dominus qui est Verbum, qui propter nos homo factus est, qui nobis in omnibus assimilari voluit, vocauit agnum Dei, filium Dei, infantem Patris.*

Esaiæ 9.

Ioan. 1.

## COMMENTARIVS IN CAP. V.

[a] QVOD itaque Pædagogia quidem sit. Cum ostendisset Clemens Pædagogum, non virorum humanarum separatim, sed vtrorumq; communiter curam gerere, & sub nomine hominis vtrumq; comprehendere, & dubitare posset aliquis, cur cum Pædagogus puerorum proprie sit Pædagogus, non mentiantur viri & fœminæ qui proprie non sunt pueri: ostendit primum quodnam sit Pædagogi munus, nempe educatio puerorũ, deinde docet quot modis accipiatur pueri vocabulũ, ex eo vt constet illorum merito dici pueros & fœminas quibus præficitur Pædagogus: Ita ergo dicit.[b] *Nos pueri sumus Iesu*, eos qui Christo nomen dederũt, & veritatem sectãtur, esse pueros, non quod ij omnes sint eiusmodi: sunt enim ex iis quidã & iuuenes & senes, sed vt quod morum simplicitas est propria puerorum, ita Christianis est quædam fidei simplicitas, quæ eos à simulatione, fraudeq; & malitia reddit alienos. Hæc autẽ nostra, inquit, fidei simplicitate variè loquitur Scriptura, sed allegoricè, vt quę sub puerili ne aliud significet quam præ se ferat. [c] *In Euangelio itaque.* Quod nostra Latina versio habet, puellos. Græcè sit *νηπιοι*, diminutiuũ *τῶ νηπίου*, id verti, puelli. Huiusmodi enim diminutiua, quę vocãt, vt quæ cõueniant blandientibus, magis arguũt longũ vsum, & diutumã consuetudinem, quã nores sunt ij cum quibus loquuntur, & loquentis magis quamdã præ se ferunt gratitatẽ. [d] *Etiam ad eum.* Alios citat locos Scripturæ ex Matthæo & Marco, apud quos ad Iesum adducuntur pueri manũ imponat. Eam impositionem manuum, Clemens dicit esse impositionẽ benedictionis, Sed nam est hæc manuũ impositio? Augustinus de verbis Domini: Cui, inquit, afferuntur tangendi, nisi tori? Sed si Saluator est, saluandi offeruntur illi qui venit saluũ facere quod perierat. Vbi ille Quantum ad ipsos pertinet, innocentes, sed secundũ Apostolũ, per vnum hominem intrauit peccatum in orbem terrarũ. Veniant ergo paruuli vt languidi ad medicum, perditi ad redemptorem. Porrò manus illa impositio, qua qui tangũtur salutem assequuntur: סמכה, id est, benedictionẽ vocant Hebræi. boni additionem seu multiplicationẽ. Quænam potest autem esse maior boni additio, quã per Spiritum sanctũ ita cõfirmari in gratia, vt nisi stet per eum cui manus imponuntur, certa salus ei detur. Porrò autem Christi manuum pueris impositionem, vel traditum, vel saltem præfiguratum fuit sacramentum Cõfirmationis, quod per Episcopos in baptismo datæ remissioni peccatorum superadditũ, maiorem vberiorem dat gratiam Spiritus. Quòd autem puerorum sit regnũ cælorum, nõ eorum quidem qui te sunt pueri, sed qui simplicitatẽ imitãtur puerilem, vt cæteros omittã, pulchrè explicat Chrysostomus, exponens hunc locũ. Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut hi pueri, &c. Hoc, inquit, est philosophiæ culmen, vt cũ prudẽs sis, nihil ficti, nihil simulati ascisças, id angelorũ vita est. Ab enim passionibus anima paruulorũ munda est, his qui dolorẽ intulerunt nullas vltionis vices & quasi nihil actũ esset, veluti ad amicos accedunt, &c. [e] *Pueros quoque nos elegit Spiritus prophetas.* tum prophetice dicit nos pueros elegisse, quoniã id quod dixerunt pueri obtuam facti Christo Hierosolyma, sumptum est ex Psal. CXVII. vbi est in nostra versione. O Domine saluum me fac, Benedictus qui venit in nomine Domini, quod quidem dixit Dauid Spiritu quodam prophetico, prædicens quod factũ est à pueris. Hosanna autem vel hosianna non id significat quod dicit Clemens, quod Hebræam nõ satis intellexit, sed quod dicit Hieronymus ad Damasum, Saluũ fac, quæso, vt in nostra habet versio. quod verti puelli, versio nostra habet filioli, quod est Græci *παιδία*, quod significat paruos pueros & filiolos, *παῖς* enim cuius diminutiuũ est *παιδίον*, & puerũ significat & filiũ. Verum puelli quoniã Clemẽs hic loquitur de pueris. [f] *Et rursus assimilat.* Alij Scripturę loc' ex Matthæo Christ' regnũ cælorũ cõparat pueris in foro sedẽtibus, qui, nec tibia canẽtes, nec lamentãtes potuerũt auditoribus, vt id facerẽt ad quod eos incitabãt. Tibia canebant, vt saltarent, lamentabantur vt ingerent: sed neutrũ persuaserunt. Ij auditores fuerunt Iudæi, qui vt ad regnũ cælorum per



tam venirent, nec à Ioanne austerã vitam agẽte, nec à Christo familiariter cũ eis versante, & ad eorum captum se benigne demittente, persuaderi potuerũt. In hoc autẽ tantum cõsistit similitudo, quod neutro modo potuerint persuaderi. Non consistit autem in pueris, nisi in hoc quod non persuaserunt: nisi fecit ij & Ioanni & Christo possint adaptari propter vitæ innocentiam & integritatem. Sed *παιδάριον* est neutrum, quod dicitur per contemptum, nec ex eo significatur aliquid laudabile. Quo fit vt ij neutri generis non possint esse similes, sed non necesse est vt omni ex parte congruat similitudo, sed sufficit si cõueniant in re propter quod adducitur. Conuenit autẽ in eo quod sicut pueri non persuaserunt quod volebant, ita qui aderant: ita nec Christus, nec Ioannes persuaserunt Iudæis, quos incitabant ad pœnitentiã, Nouum testamentum sola sensum Euangelij. Dicit non mirũ debere videri gentibus, si ij qui sunt ætatis adeo prorsus teneræ non possint esse veri viri, adhuc pueri vocentur, cum etiam lingua Attica *παιδίσκια* dicantur adolescentulæ integræ formæ speciosæ: *παιδίσκαι* autem ancillæ, & ipsæ quoq; adolescentulæ Græcè *παιδάρια* dicuntur diminutiuè: ita etiam diminutiuè dicuntur apud Latinos adolescentulæ & iuuenculæ, vbi etiam adnotandum est *παιδάριον* dici per contemptum, vt diximus antea *παιδάριον*. [g] *Iam verò cũ dicit.* Scriptura virtutibus simplices & innocentes non solum appellat pueros, sed etiam agnellos, hoc eis dans priuilegium in extremo iudicio sedeãt à dextris. Verti autem agnellos, quod est apud Clementẽ *ἀρνία* diminutiuũ à *ἀρὴν*, cum tamen in Euangelio sit *πρόβατα*, id est, Oues, non *ἀρνία*. Hœdi autem qui sunt à sinistris dicuntur, id est, hœdi, sed *ἐριφια*, id est, hœduli. Et rursus quando dicit: Tanquam vituli lasciui, non rursus allegoricè significat] Dicit nos, nẽpe viros faciles, simplices & innocẽtes, non solum agnellos seu agnellos, sed etiam vitulos allegoricè. Quod autẽ citat ex Hieremia dubito an hoc sit positum. Nam in cap. XXVI. vbi prædicit euersionem Ægypti, & liberationem Israëlitarum, loquitur de Ægyptiorum. Vbi Septuaginta versio ita habet, *καὶ οἱ μισθωτοὶ αὐτῶν ἐν αὐτῷ ὡσεὶ μόσχοι σιτευτοὶ ὀπισθόδρομοι*, id est, qui in ipsa sunt mercenarij, tanquã vituli saginati qui alũtur ad occisionem. Quod non est apud Septuaginta *σιτευτοὶ*, vertit autẽ Hieronymus ex Hebræo saginati, dicit Clemẽs *γαληνιῶντι*, id est habitãtes vel sugentes. Sed quid hoc ad declarãdam puerilem simplicitatem & innocentiã? Videant qui sunt perspicaciores. Ego quidem ingenuè fateor me non videre. [h] *Quod autẽ nos pullos dicat.* Pulli sunt recens nata animalia. Pro diuersitate autẽ animalium sunt diuersi pulli. Sunt enim & gallorum pulli gallinacei, & equorum pulli equini. Sunt multorum quoq; animalium pullorum, à cæteris distinctorum vt hœdi caprorum, & hinnuli ceruorum, & multorum aliorũ. Ad significandam autẽ animi simplicitatem vtitur verbum per Scripturam, & pullorũ variis nominibus, vtpote gallinaceorũ, & [illegible], & multis aliis nominibus quæ nouum & recens significant, vtpote puerorũ, infantium, filiorũ, populi recentis, populi noui. Addit etiam nomen nouũ, quod nõ dubium est esse Christianorum qui nominãtur à Christo, cui pater dedit nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu flectatur omne genu, cœlestium, terrestrium & infernorum. Cui propriè conuenit quod dicit Clemens, æternũ, impollutum, simplex, infantile, & verum, quod benedicetur in terra, hoc quidem modo Christo proprie conuenit: Christianis autem non ex se, sed quantum ipse suis mẽbris sua gratia confert. Per id nouum Iesu nomen, noui quoq; hominis nomen cõceditur, iis qui Christũ induti veterem exuerunt hominem, & crucifixerunt cum suis vitiis & cõcupiscentiis: induit enim nouum hominem qui renouatur in agnitione Dei. Si qua certè in noua Christi creatura vetera trãsierunt, ecce facta sunt omnia nouа. [i] *Per allegoriã autẽ nos.* Quod equi quidem metaphoricè seu allegoricè accipiantur pro libidinosis, qui sunt propensi ad libidinem, & ad adulteriũ admittẽdum cum alienis vxoribus, licet videre apud Hieremiam, apud quẽ scribitur: Equi amatores in fœminas & emissarij facti sunt, vnusquisq; ad vxorem proximi sui hinniebat. De pullis autẽ equinis quod in bonam vel in malam partem ita accipiantur vt leprosus, vt dicit Clemens, nõ memini me legere. Neq; tamen negari potest bellam hanc posse esse allegoriam. *Lauare valde filia Sion.* Prophetiam Zachariæ sensũ allegoricum ita interpretatur Clemẽs, prophetiam quod in Septuaginta versione sit pullum nouum, vt dicat Christum ascẽdisse pullum nouum, id est naturam ita factum esse carnem, vt simul hypostaticè, seu in vno, vt loquũtur, supposito esset humana, & in qua nõ cadit senium nec interitus æternitas, quod est planè nouum, & antea inauditũ. Ascendentem pullum nouum vocat carnem susceptam & factam hominẽ. Hunc pullum nouum cum ascẽdisse verbum, & homo factus esset, ipsi[illegible] nos qui eramus infantes & pulli, perdomitos, & à vitiis & cõcupiscentiis prohibuit, & Domini, id est, suos pullos effecit, adeo vt nõ amplius hinniremus ad aliorũ vxores, sed ad fraudandas proprias & cõculcatis, solum Dominum desideraremus, & velociter ad salutẽ curreremus. Porrò autẽ ne in via deficiamus nos alit optimo & planè diuino sui corporis & sanguinis viatico, nos nouos, qui eius pulli sumus, alligat ad vineã, id est, ad seipsum qui dixit se esse vitẽ, vt ex ipso in ipsum manentes, qui est Deus & homo sanguinem biberemus, qui quidẽ sanguis mysticus salutem operatur animi, sicut vinum corpori. Quod autẽ dicit Verbum ferre sanguinem, sicut vitis vinũ, intelligendum est de Verbo quod carnẽ susceperit. Nam in verbo corporato etiam in mysterio est ipse sanguis qui fusus est in cruce, & qui nũc bibitur à fidelibus, siue sub solo panis symbolo sumatur corp' Christi, siue sub panis & vini symbolis. Corpus enim Christi nõ potest esse exãgue, quod id totũ recepit quod habuit. Sed hæc sunt remotiora à nostro instituto, qui agimus de pullo quem Christus ascẽdit, & de pullis quos ipse domuit, quos alacres & veloces reddidit ad salutẽ persequendam. Et hi sunt fortasse pulli quos ipse superius dixit Clemẽs, & de quib' dixi me nõ meminisse aliquid legere in Scriptura. Hi certè sunt nullis alij, quod sciã. [k] *Nobis itaq; Dominus.* Eos cõtemnit mũdus, & qui in negotiis gerũdis sunt astuti & callidi, & prostitutis ab eis reputãtur qui diuinã persequuntur sapientiã. Ita etiã olim, vt scriptũ est apud Platonẽ despiciebãtur Philosophi, qui nec priuatę nec rei publicę curã gerẽtes, toti versabãtur in rerũ contẽplatione. Quod autẽ dicit Clemẽs pueros illos esse amatores cornuũ vnicornii, ita opinor [illegible] ille intelligendus, vt vnitatẽ ab eis amari significet, cuius sit symbolũ cornu vnicornis, quod est & vnicum & pretiosissimũ. Nostrũ Rhinoceros quidẽ duo habet cornua, vnũ in fronte, alterũ verò in nare,

*Plato in Theæteto.*

vnicornis vero, qui est & Græcè Monoceros, vnũ tãtum, quòd est aduersus venena præsens remedium. De hoc monocerote si vis plura scire vide Plinium lib. VIII. historiæ naturalis, & Pierium in Hieroglyphicis. [b] *Iam vero si vnus est.* Quinam & quales sint pueri iam docuit. Qui hos autẽ docet pueros vel pædagogus. Idem est autem Pædagogus & Magister. Vnus autem est magister in cælis qui docet. Qui discunt autem in terris sunt discipuli, perfectus est autem qui docet. Qui discit autẽ est imperfectus. Qui est autem imperfectus infans vel puer dicitur. Qui vero perfectus vir appellatur. Perfectus autẽ est nemo in vitio, & is est Diabolus: vel in virtute, & is est Dominus. Porro autẽ Dominus cum sit Pædagogus & magister infãtes & pueros quos docet, quoad eius fieri potest, deducit ad perfectionẽ. Ad quem cũ peruenerint, nõ sunt amplius infantes, sed viri, vt qui nõ sint in fide instabiles, nec in varia doctrina circunferantur, sed Deũ firmiter agnoscẽtes & ei adhærẽtes, ad ędificationẽ corporis Christi qui est & vir & corpus, & solus in iustitia & in omni virtute perfectus, fiũt perfecti, vt qui sint Ecclesia, cui[c] caput est Christus. Hanc autẽ Ecclesia est Christi spõsa, quæ nõ min[a] spõso adhęret quã vxor marito, vnde exilit illud magnum matrimonij mysteriũ seu sacramentũ in Christo & Ecclesia. Ea quoq; Ecclesia est corpus Christi. Quo ficiũ, quæ si à Christo capite suo separaretur, tota corruat necesse est.[a] *Hic autẽ pæ est accidens aequiuocum huius vocabuli.* Quoniã locutus est de infantibus qui Græcè dicũtur νήπιοι, et ãt autẽ qui existimabãt nomen dici insipientes, primũ dat etymologiã huius vocabuli νήπιος, deinde explicat quidnam sint νήπιοι vel infãtes: dicit ergo duo esse diuersa vocabula νηπίου & νήπιος. Et νηπίου quidẽ dici à τῷ privatiua particula & πίνω quod est sapiẽs. Quo fit vt νηπίου dicatur insipiẽs, νήπιος autẽ dicitur, quasi νηπίου à τῷ & νήπιος. Quo fit vt dicatur νήπιος qui recẽs euasit moribus mitis & mãsuetus. Sũt autẽ infantes mites, mãsueti, simplices, doli & fraudis expertes, nihil simulãtes, rectóq; & erecto animo. Tales autẽ dicit de nouo in Christũ credũt, vt qui persuasionẽ fidei facilè admittãt, & bonis moribus non difficiliter exhibeãtur, neq; sint itacundi & praui ac peruersi. Veterem autem, nẽpe credulorum Iudæorum gentratione[b] esse duro & obstinato corde: vt iis qui Dei Verbum annunciant non credant. [b] *Propter simplicitatem autẽ & recentiũ corda.* Vetus, quod significat infantem, expositum etymologiam: nunc ad ipsam accedit definitionem quam accipit ex vltimo capite epistolæ Pauli ad Romanos: Volo autem vos sapientes quidẽ esse in bonum, simplices autem ad malum: νήπιος enim, inquit, seu infans, est is qui est sapiens in iis quæ sunt bona & agendis quæ sunt bona & honesta, simplex autem ad mala. Talis est bonus Christianus, ea curans agenda, conuenienter diuinis præceptis, & mẽte intelligit & exercet actionẽ: fraudes autem, dolos, posturas, circũuentiones, & circũscriptiones & cætera vitia ad cauendũ tantum intelligit, nõ ad vtendum, vt qui sapiens tamen sit ad vitam rectè instituendã, non autem ad decipiendum, astutus, callidus, versutus & impostor, nec ingeniosus ad opes malis artibus quærẽdas, nec ad voluptates frumendas. Talis est verus Christian[a], qui est sapiẽs ad bonũ, simplex autẽ ad malũ. Simplicitas autẽ est accipitur pro insipientia, qua bonũ ignoratur, sed qua malũ vel nescitur vel cauetur. Dicere autẽ Christianos esse insipientes, qui ad Deũ confugerunt, est impia in Dominum blasphemia. Qui autẽ insipientes accipiunt, tulerunt, vt qui satis intelligant suã ad bonũ sapientiam, iidem lubenter agnoscunt suã ad malum simplicitatem. Iidem autẽ sunt simplices qui infantes. Quod autem dicit infantes esse mentes nouas sine insipientia, ita videtur accipiendũ, quod vetera ita dedidicerint vt eorũ non plus meminerint, quam si nunquam sciuissent. Veterem autem vocat insipientiam, si hoc quidẽ ad gentes referatur, Italia sacrũ mysteria, de quibus scripsit in exhortatoria ad gẽtes. Sin ad Iudæos eorũ cæremonias, quæ autem legis vmbræ & figuræ, à quibus si tollatur eorũ quæ Christo aduenięte futura erãt significatio, ut nihil nẽ erant mera insipientia. Eædem autem quæ sunt nouæ & planẽ ignaræ in veteri insipientia, sunt prudentes, vt quæ in nouo Testamento veteri abrogato nouã didicerint sapiẽtiã. Quamnam autem tam didicerunt sapientiã, Dei cognitionem. Deus enim ante Christi aduentũ erat ignotus. Nec enim fuit cognitus præterquã à paucis antiquis patribus, quã Christus cũ aduenisset reuelauit reuelatum esse & vnũ. Deũ enim nemo nouit nisi filius qui est in sinu patris, & cui filius reuelauit. Solus autem antiqui patres Deũ cognouissent, nisi filius eis reuelasset. Ij autẽ quibus est reuelata hæc nouæ ignorantiæ nẽpe Dei cognitio, sunt νέοι & iuuenes, νέοι autẽ Græcè, & nouos significat, & iuuentes, & populus nouus dicũtur autem νέοι & populus nouus, vt distinguatur à populo veteri, cui à Deo sunt solũ promissa terrena & temporalia. Veterum crassã spectetur intelligentia, ea quæ sunt terrena & temporalia: is enim ea sola esse bona existimabat. Nouus autem populus noua bona didicit. Quænam autem sunt ea bona? Per Euangelũ didicit agnoscere Christum remissionem peccatorũ, & in eum credentibus & ipsum diligentibus dandam esse vitam æternam, & ea bona quæ nec oculus vidit nec auris audiuit. Est autẽ huius populi noui eiusmodi indoles vt in eam nõ cadat senio, & est eius vitæ ver quoddam perpetuũ. Nam & est æterna quæ est in ea veritas & sapiẽtia quæ semper & eodẽ modo se habet, nec mutatur: In humanis quidẽ rebus, nõ est æterna veritas. Nã quod nunc est verũ, procedente tẽpore non erit verũ. Sed nec est æterna terrena sapientia. Nã quod nũc est sapiens consilium, id mutata loci & temporis circũstantia erit insipiens. In quo autem æterna veritas, & quæ nunquam mutatur sapientia, id semper est nouũ. Hinc fit vt & verba veteris testamenti semper persuasa, & mores ab ea non alieni, & quæ ab eo geruntur ita sunt inter se consentientia, vt non omnino dissideant, ab ea firmamq; ac stabilem teneant cõstantiam. Nam quod est æternum, id simile sibi esse solet assimilari. Qui autem in Christũ sunt baptizati, cum Christum induerint, qui est Verbum nouum, & quod carnem recens susceperit, sunt etiam participes æternitatis quæ à verbo nunquam separata. Quo fit vt sint Verbo similes, & semper nouũ & recentes ad veritatis intelligentiam, & ad bonas operationes, nec vnquã senescãt, nisi se sua culpa à Christo qui est verbum æternum separauerint. Sic verò Isaac quoq;. Historiã Isaac & Rebeccæ quos colludẽtes vidit Rex Abimelec, Clemẽs deducit ad allegoriã, Isaac risum significat, Rebecca est tolerãtia, Abimelec est supramũdana quædã sapientia. Et ea ratione miratur Christi pueros, id est, Christianos res aduersas tã toleranter ferre, vt eorũ patientia ad veteres admiratur. Similẽ ludũ Ioui tribuit Heraclitus: Is autem ludus Græcè παιδιὰ dicitur, quod est ludus & delectatio. Hunc autem ludum dicit maximè conuenire sapienti, vt quamuis res honestas ac præclaras gerens & administrans multa grauia patiatur, ea tã fortiter ferat vt pro ludo habere videatur, & nihilo seriũs dies festos cum Deo celebret. Et hoc est quod dicit D. Paulus nobis esse gaudendum in Domino.[c] *Potest etiã aliter accipi.* Aliam affert allegoriam, nempe quod Isaac ridẽs significat Christum ridentẽ cum surrexisset à mortuis. Ridet autem cum sua sponsa Ecclesia quæ dicitur Rebecca, id est, tolerãtia seu patientia, firmum autem ac solidum nomen ei dicit impositũ, quòd propter petram fidei supra quã est ædificata, aduersus eam nõ præualeant portæ inferi. Tolerantia autem dicitur, quod quicquid acciderit ea semper maneat gaudens, consletq; ex cõstanti in Christum credentium perpessione, & ex eorũ assidua gratiarum actione. Eam autẽ dicit nostrã ad salutem adiutricẽ, ne quis existimet satis esse credere in Christum. Nam credenda est etiam Ecclesia catholica, quæ ad salutem assequendam tantam nobis fert opẽ, vt extra eam nõ possit quis esse saluus. Hic est, nisi fallor, hui[a] loci sensus qui est Græcè adeo perplexus, vt eum existimem vel mutilatum vel corruptum. [f] *Hic est autẽ ludus mysticus & disciplina.* Nam etsi μυστικὸς significet disciplinam, quoniã tamen deriuatur ἀπὸ τοῦ μυεῖσθαι, quod significat puerum, disciplina nõ satis ludi vsũ est μυεῖσθαι exprimere nisi adderetur ludus: Mysticam autem disciplinam & salutẽ, hanc de Isaac & Rebecca historiam, quæ nos honeste recreans & cõsolans nobis fert opem. Hanc ipsam autem Isaac & Rebeccæ historiam alio modo allegoricè interpretatur quã prius. Abimelec enim Regem qui prospexit per feneſtram, nõ amplius dicit supra mundanã aliquam significare sapientiam, sed Christum Dominum. Is cum è cælis nostrũ risum esset speculatus, Isaac enim significat risum: nõ poterat autẽ speculari Isaac quin simul etiam aspiceret Rebeccam, id est, patiẽtiam seu tolerantiã, prospexit per feneſtrã, id est, per carnẽ, quam vt suscíperet descendit è cælis, & vidit gratiarũ actionem, & benedictionẽ, exultationẽ & lætitiam, & simul etiam cum iis operantem tolerantiã, & eorum cõiunctionem. Hæc autem omnia significant ecclesiã, quæ etiãsi multis affligatur laboribus, ærũnis, & persecutionibus, omnia tamen tolleranter, & inter tã multas perpessiones nihilo secius Deo agit gratias, benedicit, exultat, & lætatur, & hæc omnia simul cõiuncta cõstituunt ecclesiã, quæ est cõiunctio Isaaci & Rebeccæ, id est, risi & patientiæ. Hinc factũ est vt hæc omnia quæ recensuit aspicięs, solam suam respiceret ecclesiam, eiusq; ostẽdens faciem eam reddidit perfectam. Regali enim accepto capite, nempe Christi, quod ei Deus & Dominus noster Iesu Christo recẽs nato & nobis dato elogiis, quæ apertè ostẽdebant eum esse Deũ & hominem, exclamat Clemẽs, O magnum Deũ & perfectum puerũ. Hæc est magna laus & magnum encomium Christi Seruatoris nostri, quòd vnus & idem sit Deus & homo. Multi apud gentes fuerunt qui olim Dij vocati, & ab eis in Deos relati: sed non erant magni Dij, quoniam ne Dij quidẽ erant, sed tantũ homines. Inter se autem pugnat vt idem sit Deus & homo. Sed nec perfecti erãt homines, cum eos nec vitæ, nec res bene gestæ nobilitarẽt, sed vitiã sceleraq; & flagitia. Solus Christus redemptor noster vere fuit Deus magnus, vt qui verè esset Deus, & perfectus homo, vt qui non phantasia nec visione alia, vt falsi existimabant quidã Hæretici, sed ipsa natura & rei essentia esset homo, & ea gessit quæ aperte ostendunt eum non solum esse Deum, sed & verum hominem, & numeris omnibus absolutũ. Nam & in fuit miracula quæ solus Deus potest facere, & in suis actionibus eas ostẽdit virtutes quæ non cadunt in hominem à quo nihil abest, quod in viro bono & perfecto possit desiderari. Ideo autem fuit Deus & homo, vt inter Deũ & hominẽ inter cederet, & hominẽ ita Deo cõiungeret, vt qui natura Deus esse non poterat, gratia & adoptione filius Dei atq; adeo, quoad fieri potest, Deus esset. Deinde subiungit quod est maximè stupendũ & admirabile, filius, inquit, in patre, & pater in filio, quod significat distinctionẽ quidẽ esse vtriusq; personas, sed ita distinctas, vt ipsa diuinitatis essentia ab alterius essentia nõ possit separari. Nam & filius est in patre, & pater in filio, filius quidẽ est filius, & nõ pater, quod attinet ad personæ hypostasin & personã: ita etiã pater nõ est filius: Pater tamen & filius vnũ sunt quod ad ipsam essentiã attinet diuinitatẽ. Nam & pater & filius vnũ sunt. Deinde sequitur: Et quomodo nõ est perfecta, &c.] Hoc ità autẽ quod dicit: Cũ perfectus sit hic puer, qui nos docet & est noster Pædagogus, fieri nõ potest vt sit perfecta disciplina & institutio quæ ad nos peruenit, & quã docemur qui sumus eius pueri seu discipuli. Postea sequitur: Is manus in nos expandit, &c.] Qui docẽt, in eos quos docẽt manus extẽdunt, hoc autẽ docentur, qui docentur, nisi doctori fides habeatur. Hoc est ergo quod dicit Clemẽs, Christum doctorem nostrũ & Pædagogũ ad nos docendos manus extendisse: nos autem eius manibus apertè & libenter credidisse, vt qui apertè profiteamur nos Christo & eius doctrinæ & disciplinæ credere.

*Rom. vlt.*



## Aduersus eos qui existimant, puerorum & infantium appellationem significare primarum disciplinarum doctrinam. Cap. VI.

[a] *Licet autem nobis veluti ex quadam redundanti copia eos aggredi, qui in reprehendendis aliis delectantur. Non enim nos pueri & infantes appellati sumus, quòd sit puerilis & contemnenda nostra disciplina, vt nos sunt calumniati, qui sunt inflati scientia. Statim itaque regenerati recepimus perfectionem, cuius causa festinabamus. Fuimus enim illuminati: id autem est, Deum cognoscere. Non est ergo imperfectus, qui quod perfectum est cognouit: nec me reprehenderitis, quod dicam me Deum nosse. Verbo enim ita dicere visum est: Is verò est liber. Iam enim tangeretur Dominus, vox è cælis testis dilecti apparuit: Tu es filius meus dilectus,*

Matth. 3. Marci 1. Luca 3. ego hodie genui te. [b] Sapientes ergo rogemus: Christus hodie regeneratus: iamne est perfectus, an quod est absurdissimum, ei aliquid deest? Sed si ita est, vt aliquid desiderii esse fuit: sed eum cùm Deus esset, nihil didicisse fuit consentaneum. Neque enim quispiam Verbo maior fuerit. Sed neque magister ac doctor est eius qui solus est magister. An non ergo vel inuiti fatebuntur, Verbum perfectum ex perfecto Patre natum, ex economica prouidentia ordinatione esse perfectè regeneratum? Etsi erat perfectus, cur qui erat perfectus tingebatur? Oportebat, inquiunt, implere humanam professionem. Pulcherrimè. Ita enim dixit. Simulatque ergo à Ioanne tingitur, sit perfectus scilicet. Nihil ergo ab eo didicit? neque quam. Solo autem lauacro perficitur, & spiritus aduentu sanctificatur. Ita habet. Hoc ipsum nobis quoque euenit quorum fuit exemplar Dominus. Tincti illuminamur: illuminati, in filios adoptamur: adoptati perficimur: perfecti immortales reddimur. Ego, inquit, dixi, dij estis, & filij excelsi omnes. [c] Multis autem modis vocatur hoc opus, gratia, illuminatio, perfectum, & lauacrum. Lauacrum quidem, per quod peccata abstergimus: Gratia autem, qua remittuntur pœnæ quæ peccatis debentur. Illuminatio autem, per quam sanctam illam & salutarem lucem speculamur, per quam id quod est diuinum perspicimus. Perfectum autem dicimus, cui nihil deest. Quid enim ei desit qui Deum nouit? Est enim reuera absurdum, Dei vocari gratiam, quæ non sit perfecta & vndequaque plena. Qui autem est perfectus, perfecta vtique largietur. Quemadmodum autem simul ac ipse iussit fiunt omnia, ita sequitur, vt eo quòd solum gratificari voluit, plena fuerit gratia. Quod enim futurum est temporis, id per voluntatem potentiæ anticipatur. [d] Accedit iij, quod liberatio à malis est initium salutis. Soli ergo qui primùm vitæ fines attigimus, tam perfecti sumus. Iam autem viuimus, qui sumus à morte separati. Christum ergo sequi salus est. Quod enim factum est, in ipso vita est. Amen amen dico vobis, inquit, qui sermones meos audit, & credit ei qui me misit, habet vitam æternam, & in iudicium non venit, sed transit a morte ad vitam. Ita solùm credidisse & regeneratum esse, est in vita perfectio. Nunquam est enim Deus imbecillus. Quemadmodum enim eius voluntas est opus, & id mundus terminatur: ita etiam eius voluntas est hominum salus, & ea vocata est Ecclesia. Nouit ergo quos vocauit, quos seruauit: simul autem vocauit, & seruauit. Ipsi enim vos, inquit, Apostolus à Deo docti estis. Nefas ergo est imperfectum sentire, quod ab eo docetur. Qui autem ab eo discitur, est æterni Seruatoris æterna salus. Cui gratia in sæcula sæculorum amen. Et qui est solummodò regeneratus, quemadmodum etiam illuminatus dicitur: illuminatus quidem protinus à tenebris liberatur, & ab eo tempore lucem accepit. [e] Quemadmodum ergo qui somnum excusserunt, ab eo tempore protinus intus vigilant: vel potius quemadmodum qui oculorum suffusionem conantur amouere, non extrinsecus eis lucem perpediunt, quam non habent, sed quod oculis impedimentum afferebat depellentes, liberum relinquunt pupillam: ita etiam qui tingimur, absterso peccatis, quæ diuino spiritu infusa caliginis tenebras offundebant, liberum, ab omnique impedimento vacuum, & lucidum habemus spiritus oculum: quo quidem solo quod diuinum est intuemur, calitus infusum nobis sancto Spiritu. Hæc est æterna splendoris temperatura, qui videre potest æternam lucem: quandoquidem quod est simile, est amicum simili. [f] Quod sanctum est autem, quicum est ei ex quo sanctum est, quod lux propriè est appellatum. Erat is enim aliquando Hebræ, nunc autem lux in Domino. Hinc puto ab antiquis Græcis hominem vocatum φῶτα, id est, lucem. [g] At nondum, inquiunt, perfectum donum accepit. Ego quoque dixerim: sed est in luce, & tenebræ ipsum non comprehendunt. Inter lucem autem & tenebras nihil est intermedium. In resurrectione autem credentium, finis est repositus. Is autem non est alicuius alterius rei esse participem, quàm promissum prius consentium assequi. Nec enim

Psalm. 81. Ioan. 1. Ibid. 5. Rom. 8.



Non enim eodem tempore ambo simul consistere dicimus, nempe & accessum ad finem, & accessui anticipationem. Non est enim idem, ætium & tempus. Sed neque idem est appetitio, qua ad aliquid impellimur, & finis ad quem tendimus. Circa vnum autem ambo, & vnus circa ambo versatur. Est autem, incitans quidem appetitio, vt ita dicam, fides quæ in tempore generatur: finis autem promissum assequi, qui est firmus ac stabilis in secula. [a] Ipse autem Dominus salutis æqualitatem apertissimè reuelauit, cùm dixit: Hæc est enim voluntas patris mei, vt omnis qui contemplatur filium, & credit in ipsum, habeat vitam æternam, & resuscitabo ipsum in nouissimo die. Quatenus ergo fieri potest, in hoc mundo, finem per nouissimum diem significauit, qui eousque seruatur dum cessauerit, nos perfectos factos esse credimus. Fides enim est doctrinæ perfectio. Et ideo dicit: Qui crediderit, habet vitam æternam. Si ergo qui credidimus, habemus vitam æternam, quid reliqui est vltra vitæ æternæ possessionem? Fidei autem quæ ex se perfecta & plena est, nihil deest. Sin autem ei aliquid deest, non est vndequaque perfecta, neque fides est vlla in re claudicans: quæ postquam ex hoc loco excesserint, expectat eos qui crediderunt, cùm absque vllo dispendio hic arrham acceperint. Sed cùm quod futurum est credere præceperimus, post resurrectionem illud factum recipimus: vt illud impleatur quod dictum est: Fiat secundum fidem tuam. Vbi autem fides, hic promissio. Promissionis autem perfectio est requies. Quapropter cognitio quidem est in illuminatione: Promissionis autem perfectio est requies, quod quidem extremum expetendum intelligitur. [b] Quemadmodum ergo imperitia, peritia salutur, & inuenta certa via, dubitatio: ita illuminatione tenebras deleri necesse est. Tenebræ autem sunt ignoratio, per quam in peccata incidimus, circa veritatem hallucinatio. Cognitio ergo est illuminatio quæ delet ignorationem, & perspicacem videndi facultatem inserit. Quin etiam eorum quæ sunt deteriora reiectio, est meliorum reuelatio. Quemadmodum enim colligauit ignoratio, ea pulchrè resolut agnitio. Hæc autem vincula quamobrem remittuntur, humana quidem fide, diuina verò gratia, cum remittuntur peccata vno medicamento Pæonio, nempe λογικῷ, verbali baptismo. Omnia ergo peccata eluimus, & vestigio mali non sumus amplius. Vna est hæc gratia illuminationis, quòd non sint ij-dem mores, qui erant ante quàm lauaremur. [i] Quoniam autem cognitio vnà oritur cum illuminatione circa mentem refulgens, & qui prius rudes & ignari eramus, protinus vocamur discipuli: vtrumne id factum est cum aliquando aduentasset disciplina? non enim opera tempus dicere. Catechesis enim, seu quæ per auditum suscipitur institutio, ad fidem ducit. Fides autem simul cum baptismo docetur à diuino spiritu. Quod enim fides vna vniuersa salus humanæ naturæ, eadem sit autem iusti & benigni Dei erga omnes æqualis & communicatio, Paulus manifestissimè exposuit, sic dicens: Priusquam autem veniret fides, custodiebamur sub lege, conclusi sub fide quæ erat reuelanda. Quare lex fuit noster Pædagogus in Christo, vt ex fide iustificemur. Postquam autem venit fides, non sumus amplius sub Pædagogo. Non auditis nos non esse amplius sub illa lege quæ erat cum timore, sed sub Verbo qui est pædagogus liberi arbitrij? [k] Deinde subiunxit vocem quæ est remota ab omni personarum acceptione: Omnes enim filij estis per fidem Dei in Christo Iesu. Quicunque enim in Christum baptizati estis, Christum induistis. Non est Iudæus neque Græcus, non est seruus nec liber, non est masculus & fœmina. Omnes enim vos vnus estis in Christo Iesu. Non ergo hi quidem sunt cognitione præditi, illi vero animales in eorum verbo: sed omnes qui concupiscentias carnales deposuerunt, sunt æquales & spiritales apud Dominum. Et rursus alibi scribit: Etenim vno spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati sumus, siue Iudæi, siue Græci, siue serui, siue liberi: & omnes ex vno poculo bibimus. Neque verò absurdum fuerit illorum quoque ipsorum verbis vti, qui spiritus qui-

Matth. 9. Ibidem. 1. Cor. 12.

dem per colationem dicunt esse meliorum memoriam. Per colationem autem intelligunt, ex meliorum fit recordatione, eorum quæ peiora sunt separationem. Ei itaque qui reuocauit in memoriam, necessario sequitur pœnitentia propter deteriora. Ipsum ergo ritum pœnitentia adductum recurrere fatentur. Eodem modo nos quoque peccatorum strorum moti pœnitentia, ipsorum detrimentis renunciantes, baptismo percolati ad eum quoque lucem recurrimus, filij ad patrem. Exultans itaque in spiritu Iesus, Confiteor Matth. 11. pater, inquit, Deus cœli & terræ, quòd abscondisti hæc à sapientibus & intelligentibus, reuelasti ea parvulis. Infantes nos ac parvulos pædagogus & magister appellans, qui sapientibus qui sunt in mundo, sumus aptiores ad salutem, qui sapientes seipsos existimantes, perbia inflati sunt: & exclamat exultans & mirandum in modum lætus, tanquam cum infantibus balbutiens: Ita, pater, quoniam sic fuit placitum ante te. Propterea absconsa sunt à sapientibus & intelligentibus huius quod nunc est seculi, reuelata sunt fantibus. Meritò ergo Dei pueri, qui veterem quidem hominem deposuerunt, & vitanicam exuerunt: Dei autem incorruptionem induerunt, vt nouus facti populus sanctus, generati impollutum hominem custodiamus: & infans quidem est, tanquam Dei pueri qui à fornicatione & improbitate est expurgatus. Manifestissimè itaque beatus Paulus Cap. 14. nos ab hac quæstione liberauit in priori epistola ad Corinthios, sic scribens: Fratres, nolite ri efficiamini mentibus, sed sitis vitio infantes, mentibus autem estote perfecti. Illud autem 1. Cor. 13. Quando eram parvulus, cogitabam vt parvulus, loquebar vt parvulus: quam sub integra vitam significat, in qua non vt iam simplex, sed vt adhuc insipiens, puerilia quidem agitans, persequebatur: puerilia autem loquens, blasphemijs & maledictis Verbum impiebat. Duo enim significat τὸ νήπιον, infantem videlicet & stultum. Postquam autem factus sum vir, rursus, inquit Paulus, feci vt cessarent ea quæ erant infantis. Non imperfectam magnitudinem, sed nec temporis præfinitam mensuram, neque veritum perfectiorum disciplinas: arcanas scilicet alias doctrinas significat, infantiam exuimandans, qui se eam annunciare profitetur Apostolus. Sed infantes quidem dicit esse sunt sub lege, qui non secus atque laruis pueri, timore perturbantur. Viros autem qui bo paremus, nostrique sumus iuris & arbitrij, vocauit qui credidimus, spontanea seruati, sapienter, non insipienter metu territi. [m] De hac re testimonium ferat ipse Apolus, Iudæos secundum prius testamentum dicens hæredes, nos autem secundum Gal. 4. nem. Dico autem, inquit, quandiu hæres est infans, nihil differt à seruo, cum sit dominus omnium, sed est sub tutoribus & curatoribus vsque ad patris præfinitum tempus: ita & cium essemus infantes, eramus redacti in seruitutem sub elementis mundi. Quando autem venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, eos qui erant sub lege redimeret, vt adoptionem filiorum per ipsum reciperemus. Videmodo confessus est esse infantes, qui timori & peccatis sunt subiecti: eos autem qui sub sunt filios vocans, viros effecit, tanquam vt eos distingueret ab infantibus qui sunt in Ibidem. Non es enim, inquit, amplius seruus, sed filius. Sin autem filius, & hæres per Deum. ergo filio deest post hæreditatem? Eleganter ergo sic exponi potest illud, Quando eram fans: hoc est, quando eram Iudæus (erat enim à prima sua origine Hebræus) cogitabam, infans, quoniam sequebar legem: postquam autem factus sum vir, non amplius infantis, hoc est, quæ sunt legis, sed quæ sunt viri, cogito, hoc est, quæ sunt Christi, quem lum virum Scriptura vocat, vt antè diximus; cessare feci quæ sunt infantis. Quæ tem in Christo infantia, est perfectio, si cum lege conferatur. Cum hic sumus suspecti, est defensio infantiæ. [n] Est præterea interpretandum id quoque quod ab Apostolo dictum 1. Cor. 3. est: Lac vobis potum dedi tanquam infantibus in Christo, non cibum: nondum enim



capis, sed neque adhuc nunc potestis. Non enim mihi videtur dictum Iudaicè accipiendum quod dicit. Nam illam quoque scripturam ei ex aduerso adducam. Inducam vos in ter- Exod. 3. ram bonam lacte & melle fluentem. Exoritur itaque maxima dubitatio in hac scriptura-rum collatione cogitantibus. Si enim fidei in Christum principium est quæ per lac designatur infantia: ea autem tanquam puerilis & imperfecta vilipenditur: quomodo eius quod est perfectum & scientia præditum, post cibum requies, infantili rursus lacte honorata est? Nunquid ergo hoc, quod veluti quandam indicat similitudinem, tale quid significat? & ita vtique hoc ita legendum: Lac vobis potum dedi in Christo: & paruo interiecto spatio adiungamus, Tanquam infantibus: vt per lectionis distinctionem talem sensum accipiamus, Catechizari vos, hoc est, per auditum in Christo institui, simplici vero & ex se naturali alimento spirituali. Talis est enim lactis, quæ est altrix animalium, substantia, ex amantibus uberibus scaturiens: ita vt vniuersum sic intelligatur. Quemadmodum nutrices paruos infantes lacte nutriunt, ita ego Christi lacte nempe vobis spiritale nutrimentum exhibens. Ita ergo perfectum est alimentum lac perfectum, & ad finem qui nunquam desinet usque deducit. Quocirca in quiete quoque id ipsum lac & mel promittitur. Iurè rursus instis lac Dominus pollicetur, vt aperte Verbum esse vtrunque ostendatur, principium & finem: Verbum inquam, quod lac allegoricè dicitur. Tale quid Homerus vel inuitus diuinat, iustos homines γαλακτοφάγους, hoc est, qui lacte vescuntur, appellans. Potest etiam ita Scriptura accipi. Et ego, fratres, non potui loqui vobis tanquam spiritalibus, sed tanquam carnalibus, tanquam infantibus in Christo: vt possint carnales intelligi, qui recenter instituebantur, erantque catechumeni, & adhuc infantes in Christo. Spirituales enim eos qui sancto spiritui iam crediderunt, appellauit. Carnales au- Ἀναγεννήτους. tem, eosque per auditionem recens sunt instituti, nec adhuc satis expurgati: quos meritò adhuc carnales dicit, vt qui æque atque Gentes ea quæ erant carnis cogitabant. Vbi enim inter vos æmulatio & lis, an non carnales estis, & secundum hominem ambulatis? [o] Quocirca lacte etiam, Lac vobis, inquit, potum dedi: cognitionem dicens vobis infudi, quæ ex 1. Cor. 3. carnibus data est, quæ nutrit ad vitam æternam. Quinetiam hoc verbum, Potum dedi, est symbolum & signum perfectæ participationis. Qui enim sunt perfecti, dicuntur bibere, infantes autem sugere. Sanguis enim meus, inquit Dominus, verus est potus. Num ergo cum dixit, Lac potum dedi, significauit perfectam in verbo Lacte lætitiam, veritatis scilicet cognitionem? [p] Quod autem deinceps subiungitur, Non cibum, nondum enim poteratis capere eam quæ erit in futuro seculo reuelationem, instar cibi, facie ad faciem, poteste scire. Videmus enim nunc tanquam per speculum, dicit idem Apostolus, tunc autem facie ad faciem. Quocirca illud quoque subiunxit: Sed neque nunc potestis, adhuc enim carnales estis, quæ sunt carnis sapientes, concupiscentes, amantes, æmulantes, irascentes, inuidentes. Non enim in carne amplius sumus, vt quidam existimarunt: cum ea enim, fa- 1. Cor. 2. cies angelis æqualem habentes promissum facie ad faciem videbimus. Quomodo au- 1. Cor. 13. tem fieri potest illud promissum postquam hinc excesserimus, quod oculus non vidit, neque in cor hominis ascendit, se id nouisse dicunt, cum spiritu non intellexerint, sed ex disciplina acceperint, quod auris nunquam audiuit, præterquam illa sola quæ in tertium cælum rapta est, sed illud quoque arcano silentio obtegere iussus est? Sin autem humana sapientia, quod quidem restat, potest intelligi, est cognitionis gloriatio. Audi legem scripturæ: Ne glorietur sapiens in sapientia sua: & non glorietur fortis in fortitudine sua, sed qui Hierem. 9. gloriatur, in Domino glorietur. Nos autem à Deo docti sumus, & in Christi nomine 1. Cor. 1. gloriamur. Quomodo ergo non est intelligendum, Apostolum hoc modo intelligere lac infantium, siquidem pastores sumus qui ecclesiæ præsumus ad imaginem boni pastoris, vos

autem oues? an non eum qui lac quoque gregis dicit Dominum seruare consequentiam, vtentem allegoria? Iam verò dictum rursus menti est applicandum, Lac vobis potum dedi, non cibum, nondum enim poteratis: non aliquid aliud quàm lac cibum existimantes, sed idem substantia. Similiter enim idem ipsum quoque Verbum vel est remissum Lacticinio & mite, vt lac: vel concretum & coactum, vt cibus. Verumenimuero si sic acceperimus, poterit à nobis lac intelligi prædicatio, quæ plurimum est diffusa. Cibus autem, fides, quæ catechesi in fundamentum coacta est & conuersa: quæ cum sit auditione soliditer, cibo assimilatur in ipsa anima corpus effecta. Tale alimentum alibi quoque Dominus in Euangelio secundum Ioannem aliter per symbola & signa expositum dixit: Comedite carnem meas, & bibite meum sanguinem: euidenter fidei & promissionis quod est, esculentum & poculentum dicens, allegoricè, per quæ ecclesia, tanquam homo ex multis constans membris, irrigatur & augetur, & ex vtrisque constatur & coalescit, corpore quidem, fide, animo verò, spe, quemadmodum Dominus quoque ex carne & sanguine. Reuera enim sanguis fidei est spes, in qua continetur; quemadmodum fides ab anima: cùm autem spes exciderit, perinde ac si sanguis effluxerit, vitalis fidei facultas dissoluitur. Quod si velint nostri contendere, dicentes lac primas significare disciplinas tanquàm prima rudimenta, cibum autem spirituales cogitationes, per quas seipsos propter scientiam erigunt, sciant quod vtique cibum dicant nutrimentum solidum, & carnem & sanguinem Iesu gloriabuntur sua sapientia deducunt ad veram simplicitatem. [9] Sanguis enim inuenitur primum proprius in homine, quem nonnulli ausi sunt dicere essentiam animæ. Hic autem sanguis naturali conuersus concoctione, postquam concepit mater & vterum gerit, consentiente, & comparante, vt ita dicam, pietate efflorescit & senescit, vt infans sit absque metu: & quod carnis quidem est humidius, est sanguis, vt qui sit veluti quædam caro humida: id autem sanguinis quod est suauius & subtilius, est lac. Siue enim est sanguis qui fœtui in vtero suppeditatur, & per maternum prius vmbilicum mittitur: siue ipsa menstrua à proprio statu exclusa, naturali diffusione ab almo & generationis authore Deo ad vbera tum gentia se conferre iubentur, sanguis mutatus infanti efficitur iucundum & suum alimentum: ex omnibus enim membris maximum habent consensum vbera cum matrice. [10] Nam enim in partu vas abscissum fuerit per quod sanguis ad fœtum deferebatur, obstruitur & eidem meatus, sanguis autem ad vbera impellitur, & cùm illuc permultum defluxerit, distenduntur, & sanguis in lac mutatur, non secus ac mutatur sanguis in pus in vlcere: siue à venis apertis, quæ iuxta sitæ sunt in mamillis, per conceptus distensiones, in mamilles mamillarum cauernas sanguis transfunditur, ei autem commixtus qui excitatus aër emittitur spiritus, manente integra quæ subiacitur sanguinis essentia, vnde instar aquæ albescit, & tali interruptione vitæ spumæ mutatur affectione quadam ei quæ marinis ἀχλύσι non absimili, quod quidem Poëtæ dicunt ventorum concitum insultibus salis spumam expuere. Veruntamen adhuc habet sanguinis essentiam. Eodem modo fluuij quoque dum vento feruntur impetu, circunfusi aëris interceptione lanciuati spumam cum murmure comprimunt: & quod in ore nostro est humidum, spiritu exalbescit. [11] Quam est ergo absurdum non fateri, sanguinem in eum fulgorem eumque candorem à spiritu conuerti, eumque non sentire mutationem in qualitate, non autem in essentia? Nihil certè quod melius sentiat, neque quod sit dulcius, nec quod candidius lacte, inueneris. Est iditaque omni ex parte simile vitali nutrimento, quod est quidem dulce propter gratiam, nutrientis autem tanquam vitæ, candidum autem vt dies Christi, & sanguinem Verbi ostensum est esse tanquam lac. Ea ergo ratione in puerperio dispensatum lac infanti submistratur, & vbera quæ primum recta virum inspiciebant, iam ad puellum inclinantur, vt quod à natura elaboratum est alimentum

Ioan. 6.



est alimentum, vt ad capiendum facilè exhibeant edocta, ad salutis educationem. Non enim tanquam fontes sunt vbera influente parato lacte plena, sed alimentum mutantia, lac in se ipsis efficiunt, & constant. Alimentum autem quod est ipsum conueniens & vtile puellis recens compacto & nato, à Deo altore & Patre eorum qui generantur & regenerantur, elaboratur quemadmodum veteribus Hebræis manna cœlitùs defluebat, superiacente Angelorum nutrimentum. Certè nunc quoque nutrices id lactis quod primum ad pectus effunditur, eodem quo illud nutrimentum nomine manna appellant. Cæterùm mulieres quidem prægnantes, cùm matres factæ fuerint, lac emittunt. Dominus autem Christus fructus Virginis, non beata dixit vbera fœminea, nec ea ad nutrimentum delegit: sed cùm amans & benignus Pater Verbum impluisset, ipsum iam Spirituale alimentum fidelibus & bonis & moderatis hominibus. [12] O miraculum mysticum. Vnus quidem est vniuersorum pater. Vnum est etiam Verbum vniuersorum, & Spiritus sanctus vnus, & ipse virginitatis vbique. Vna autem sola est mater virgo: mihi autem placet eam vocare ecclesiam. Lac non habuit mater hæc sola, quoniam sola non fuit mulier. Virgo est autem simul & mater, integra quidem & inuiolata, vt virgo: amans autem, vt mater: & suos accersens infantulos, sancto lacte, nempe verbo infantili enutrit. Ideo autem lac non habuit, quòd lac esset huic infantulus pulcher & appositus, scilicet corpus Christi, nouum cœtum verbum nutriens: quem ipse Dominus carnali labore peperit: quem ipse fasciis alligauit Dominus, proprio sanguine. O sanctas secundinas: & partum sanctum: ô sanctas fascias, Verbum omnia infanti, & pater, & mater, & pædagogus, & altor. Comedite, inquit, meam carnem, & bibite meum sanguinem. Hæc apposita & conuenientia nobis alimenta suppeditat Dominus, & carnem præbet, & effundit sanguinem, & ad incrementum nihil deest infantulis. O admirabile mysterium. Veterem & carnalem nos iubet exuere corruptionem, quemadmodum & vetus nutrimentum: alius autem nouæ Christi diatæ effectus suscipere, illum, si fieri possit, recipientes, in nobis ipsis reponere, & seruatorem intra nos comprehendere, vt carnis nostræ affectiones integras perfectásque reddamus. [13] At non vt sic intelligere, sed fortasse communius. Hoc quoque modo audias. Carnem nobis alimoniæ sanctus significat Spiritus: ab ipso enim caro est fabricata. Sanguis Verbum nouæ vitæ innuit: tanquam enim diues sanguis, Verbum vitæ est infusum. Amborum autem est temperatura Dominus. Alimentum infantium est Dominus, qui est spiritus & verbum. Alimentum, id est Dominus Iesus, hoc est, Verbum Dei, est Spiritus incarnatus, vnus existens sanctificata. Nutrimentum est lac Patris, quo solùm aluntur infantuli. Ipse namque qui est dilectus & altor noster, Verbum, effudit pro nobis suum sanguinem, salutem humanæ naturæ afferens, per quem qui in Deum credidimus, ad mamillam Patris, quæ cum ipsa dilectione inducit, nempe Verbum, confugimus. Ille autem solus, vt est consentaneum, nobis lac dilectionis infantibus suppeditat. Iique verè sunt beati, qui hanc lactant mamillam. Et ideo Petrus quoque dicit: Depositò ergo omni vitio, & omni dolo, & simulatione, & inuidia, & detractione, tanquam nuper nati infantes verbale lac concupiscite, vt in ipso crescatis in salutem, si gustastis quòd Christus Dominus. [14] Quòd si quis tamen eis concesserit cibum aliquid aliud esse præter lac, deinde quomodo à seipsis non deficerent, vt qui naturam non considerauerint? Etenim alimentum cùm condensans corpus continet, & intus concluso calori non præbet exitum, concoctum & in sanguinem conuersum fluit in venas. Illæ autem cùm eis non detur perspiratio, impletæ maximè intenduntur, & pulsant. Quocirca nutrices quoque tunc lacte maximè plenæ sunt. A nobis autem paulò ante ostensum est, sanguinem prægnantibus in lac deduci, mutatum quidem, sed nequaquam conuersa essentia, quemadmodum scilicet senescentibus pili flaui mutantur

1. Pet. 2.

in canos. AEstate autem rursus, corpus cùm sit rarius, vt alimentum facilius differat & deficit: & lac minimè abundat, quoniam neque sanguis, neque vniuersum continetur nutrimentum. Si ergo cibi quidem confectio sanguificatur, sanguis verò lactescit, sanguis ergo lactis præparatio, sicut sanguis hominis, & acinus vineæ. Lacte ergo, domuncu scilicet nutrimento, statim quidem postquam editi sumus, alimur: simulac autem regenerati sumus honore sumus effecti, dum spes quietis annunciatur, superna Hierusalem, in qua & lac et mel pluere scriptum est, dum per materiale sanctum nobis alimentum desponderur. Cui 1.Cor. 6. enim, sicut ait Apostolus, abolentur. Quod per lac autem est nutrimentum, declarat in populos, ciues cælorum & cum Angelis choreas ducturos enarriens. Quoniam autem Verbum Ibid. 3. est fons vitæ scaturiens, & flumen olei dictum est, meritò Paulus allegoricè loquens, & fontem lac nominans, subiungit: Potum dedi. Verbum enim bibitur alimentum veritatis. Cui potus quoque vocatur humidum nutrimentum. Potest autem res eadem esse & cibus si diuerso modo consideretur, & potus si alio & alio modo consideretur, quemadmodum caseus quoque est lactis concretio, vel lac concretum: neque enim dictiones aucupari mihi in præsentia Ioan. 4. est, præterquàm quòd vtrumque alimentum vna subministrat essentia. Ceterum puerorum quæ lactantibus lac solum sufficit, vt sit cibus & potus. Ego, inquit Dominus, habeo manducare cibum quem vos nescitis. Cibus meus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me. Vnum alium cibum, qui similiter atque lac dictus est allegoricè, nempe voluntas Dei. Quoniam propriæ passionis complementum abusiuè calicem appellauit, quando eam cibum & potum fore & perficere ipsum solum oportebat. Ita Christi quidem nutrimentum erat patrem voluntatis adimpletio. Nobis autem ipse Christus infantibus est alimentum, qui Verbum

μαστοῦσθαι à μαζὸς quod significat mammillam. Ioan. 6.

lum exugimus. Hinc quærere Græcè dicitur μαστοῦσθαι, quod in fantibus qui verum mamrunt, paternæ benignitatis vbera lac suppeditant. Præterea autem seipsum quoque panem cælorum Verbum fatetur. Non enim Moyses, inquit, dedit vobis panem de cælo, sed pater meus dat vobis panem de cælo verum: panis enim ex Deo est qui de cælo descendit, & dat mundo, & panis quem ego dabo caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita. Hic panis notandum est mysterium, quod ipsum dicat carnem, vt quæ per ignem resurgat, quemadmodum ex corruptione & satione frumentum resurgit, atque adeo quæ etiam per ignem consistat, in gaudium ecclesiæ, vt panis qui pinsitur. Sed hoc rursus à nobis dictum alibi in Libro de resurrectione. Quoniam autem dixit, Et panis quem ego dabo, caro mea est, vino autem sanguine irrigatur: sanguis autem vinum allegoricè dicitur: sciendum est panis in vinum temperatum minutatim coniectus, vinum arripit, quod est aqueum tem relinquit: ita etiam caro Domini quæ est panis Angelorum, ebibit sanguinem eos qui ex hominibus sunt cælestes, ad incorruptionem enutriens: solas autem nales cupiditates ad corruptionem relinquens. [a] Ita Verbum multis modis allegoricitur, & cibus, & caro, & nutrimentum, & panis, & sanguis, & lac. Quemadest Dominus, vt nos eo fruamur qui in ipsum credidimus. [b] Ne quis vero alienum exquod nos sanguinem Domini lac allegoricè dicimus: an non enim vinum quoque Genes. 49. cè dicitur? Qui lauat, inquit, in vino vestem suam, & in sanguine vuæ indumentum suum. In spiritu suo se dicit ornaturum corpus Verbi, quemadmodum scilicet suo spiritu eos qui verbum esuriunt. [c] Quod autem sanguis sit, Verbum, Abel iusti sanguinis Ibidem. 4. stimonium, qui Deum interpellat. Sanguis enim vocem nunquam emittet, nisi Verbum intelligatur. Vetus enim iustus, typus est noui iusti: & sanguis vetus qui pellat, pro nouo sanguine interpellat. Deum autem alloquitur sanguis qui est Verbum, quoniam significauit Verbum quod erat passurum. Ceterum caro quoque ipsa, & sanguis qui est in ipsa, tanquam eiconiæ instar data remuneratione, lacte irrigatur &



tur. Porrò autem eius quod conceptum est formatio, fit semine commixto & contemperato cum paro, quod relictum est, excremento menstruæ purgationis. Nam quæ est in eo facultas, sanguinis naturam conglobans, quomodo coagulum lac facit concrescere, formationis efficit artificium. Facilè enim producit bona temperatura: quæ autem sunt extrema, sunt propendentia. Illorum sterilitatem. Iam enim in ipsa terra, quòd nimiis imbribus inundatur, semen abstrahitur, propter humoris autem siccitatem desiccatur. Qui est autem viscosus humor, semen continet & producit. Iam verò nonnulli quoque animalis semen statuunt esse spumam sanguinis in essentia, qui innato masculi calore in coniunctione turbatus, vento factus spumescit, & deponitur in venis seminariis. Hinc Diogenes Apolloniates vult Venerem Græce esse dictam ἀφροδίτην. Ex his omnibus est euidens sanguinem esse humanorum corporum essentiam. Quinetiam qui est in vtero, primum quidem est lacti similis humidi consistentia: deinde hæc consistentia in sanguinem conuersa caro efficitur: concreta autem in vtero a naturali & calido spiritu, à quo effingitur fœtus, vitificatur. Sed etiam postquam infans est in lucem editus, eodem sanguine alitur. Natura enim sanguinis est fluxus lactis, & sani nutrimenti est lac, quo etiam mulier ostenditur & verè peperisse, & esse mater: propterea quod etiam beneuolentiæ amatorium accipit. Propterea ergo qui in Apostolo erat sanctus spiritus, Domini voce vtens, dicit mysticè: Lac vobis potum dedi. Si enim in Christo sumus regenerati, qui nos regenerauit, proprio lacte nutrit, nempe Verbo. Quicquid enim generauit, ei quod generatur, alimentum protinus præbere, est consentaneum. Quemadmodum autem regeneratio ita etiam conuenienter, nutrimentum fuit homini spirituale. Omnino ergo ratione nos in omnibus Christo coniungimur, & familiares reddimur, & in cognatione, per sanguinem eius quo redimimur: & in mutua affectione & consensione, per nutrimentum quæ ex verbo efficitur: & in incorruptione, per eius ipsius institutionem, & vitæ agendæ rationem. Aluisse autem, inter homines sæpe affert plura amoris incitamenta, quàm procreasse liberos. Idem ergo sanguis & lac, est symbolum ac signum Domini affectionis & doctrinæ. Vnicuique ergo nostrum, qui infantes sumus, licet Domino gloriari & bona: Patre bono, eque bono me sanguine glorior esse. Quod autem lac ex sanguine fiat per mutationem, iam quidem est perspicuum: verùm id etiam & ex pecoribus & ex animalibus cognoscere. Hæc enim animalia tempore anni quod ver vocamus, cùm sit id quod annus humidius, herbæque & pascua sint melioris succi & magis roseida, sanguine prius turgescunt, vt ex venarum quæ incuruantur vasorum extensione licet cognoscere: ex sanguine autem lac funditur vberius: contrà autem æstate, ab æstu adustus & arefactus sistit sanguinis mutationem, & ideo minus mulgentur. [d] Quinetiam lac quoque habet maximè naturalem cum aqua cognationem, quòmodo scilicet cum nutrimento spiritali lauacrum spirituale. Quemadmodum in prædicto lacte frigidæ aquæ parum exorbent, statim iuuantur: non sinit enim se discrere, quæ est illi cum aqua societas, dum non per repugnantiam aliquam, sed per quandam illi affectionem maturatur. Et quam habet verbum cum bapti[illegible] nō societatem, eandem habet lac cum aqua conuentionem: hoc enim solum ex humidis suscipit cum aqua mutationem, recipiens purgationem, quemadmodum baptismus propter remissionem peccatorum. [e] Apte etiam & appositè melle miscetur, idque rursus propter purgationem, cum dulce nutrimento. Verbum enim benignitate commixtum, simul & animi medetur affectioni-

bus & expurgat peccata, illúdque;

Dulcior & melle emanabat sermo.

Mihi videtur dictum esse de melle. Multis autem in locis Propheta eum extollit super mel Psal. 18. & fauum. [f] Porrò autem miscetur quoque lac vino dulci: est autem vtilis mixato, veluti contemperata affectione ad incorruptionem. Lac enim à vino seresci, & scinditur, & quic-

*quid eius est adulterinum, id tanquam per aquæductum educitur. Eodem autem modo spiritualis fidei societas in hominem patibilem. Sereſcere enim faciens carnales concupiſcentias hominem ad æternitatem contrahit, diuinis immortalem efficiens. Sed & multi adepti ſunt quod butyrum vocant, vtuntur ad lucernam, multiplicem Verbi miſericordiam per hæc enigma aperte ſignificantes, vt quod ſolum iurè nutriat, & augeat, & infantes illuminet. Præterea enim Scriptura quoque dicit de Domino: Cibarunt eos germina agrorum: ſuxerunt mel de petra, & oleum ex petra ſolida: butyrum boum & lac ouium, cum adipe arnorum, & quæ ſequuntur, dedit eis. Quinetiam prædicens Propheta pueri generationem: Butyrum & mel comedet. Mihi autem venit etiam in mentem mirari, quomodo audeant quidam ſeipſos vocare perfectos & gnoſticos, hoc eſt, cognitione præditos, plus de ſe quam Apoſtolus ſentientes, inflati, & exultantes, cùm ipſe Paulus de ſe fateatur: Non quòd iam acceperim, aut iam perfectus ſim: perſequor ſi etiam comprehendam, propter quod & comprehenſus ſum à Chriſto. Fratres ego meipſum nondum exiſtimo comprehendiſſe. Vnum autem, eorum quæ retro ſunt obliuiſcens, ad ea autem quæ antè ſunt me extendens, ſecundum ſcopum perſequor ad bra-beium ſupernæ vocationis in Chriſto Ieſu. Et ſeipſum quidem perfectum exiſtimat, quod a terre vita ſit liberatus: meliorem autem perſequitur, non tanquam iam in cognitione perfectus, ſed tanquam id quod eſt perfectum deſiderans. Et ideò ſubiungit: Quicunque ergo perfecti ſentimus: perfectionem ſcilicet dicens renunciaſſe peccatis, & in fidem eius qui eſt perfectus regeneratos, poſteriorum peccatorum oblitos.*

Alluſio eſt in Exod. & Deut. 32.

Eſa. 7.

Philip. 3.

## COMMENTARIVS IN CAP. VI.

[1] LICET *autem nobis veluti ex quadam redundanti copia.* Erant quidam qui ſcientia inflati (nam vt dixit Paulus, ſcientia inflat, charitas vero ædificat) dicebant pueritiam & infantiam, de qua iam diximus, non aliud 1. Cor. 1. ſignificare, quàm primas diſciplinas quibus imbuuntur pueri, Grammaticã ſcilicet & Rhethoricã, cæteras. Eos refellit Clemens hoc argumento. Qui Deum nouit eſt perfectus. Qui autem eſt baptizatus Deum nouit. Vnde ſequitur quod qui eſt baptizatus eſt perfectus. Qui autem eſt perfectus, prædictis diſciplinas, vt qui ipſam attigerit perfectionẽ. Ex eo ergo quod dicamur pueri & infantes, non ſequitur quod tantũ primas diſcamus diſciplinas. Baptizati autem, quos latiniori vocabulo tinctos vocant Tertullianus & Cyprianus, dicũtur etiã regenerati, ex eo quod dixit Chriſtus apud Ioannẽ, baptizatos Ioan. 3. ſtatuens: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnũ Dei. Dicuntur etiam illuminati, quod à Chriſto qui eſt lux mundi luce accepta, Dei habeant notitiam perfectam. Hebr. ſit trinus & vnus. Hoc autem illuminati, pro baptizati vocabulo vſus eſt Diuus Paulus ad Hebræos: Impoſſibile eſt eos qui ſemel ſunt illuminati, id eſt baptizati, renouari ad pœnitentiã. Nec enim baptiſmus, nec poſt baptiſmum vlla datur pœnitentia, quæ ſemel omnia deleat peccata. Quæ autem videbatur dici paulò arrogantius, quod ſibi tantã arrogaret perfectionem, vt Deum cognitum ad tacitam reſpondet obiectionem, id ſibi licere dicere, quo ipſum vſus eſt verbum, & quo vtuntur Ioan. 17. Ipſe certè Chriſtus, vt alia omittam, dicit apud Ioannem; Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtũ. Hoc cùm dixerit Chriſtus, qui eſt verbum carnem factum, quod omnem habet poteſtatem, hoc enim dixit eſſe liberum, non eſt, inquit, quod me quiſquam reprehendat, quod dicam me Deum noſſe. [2] *Sapientes ergo vocemus.* Quomodo ad Chriſti perfectionem baptiſmum à Ioanne ſuſceptum nihil acceſſit, neque enim quidquã poſtea didicit, vt qui id eſſet perfectus, neque ab vllo cùm Deus eſſet doceri potuit: ita etiam nos in ipſo baptiſmo ſtatim perficimur, & nobis reſtat aliquid diſcendum, vt qui ſtatim illuminemur, in filios adoptemur, perficiamur, & omnes tales reddamur. [3] *Multis autem modis vocatur hoc opus.* Baptiſmi varij ſunt effectus, ex quibus varia habet nomina. Effectus eius eſt peccata abſtergere, id eſt ita emundare, vt nulla remeat ſordes nec macula. Tit. 3. autem ſolum radere, vt aliqui volunt hæretici, & ideo dicitur lauacrum; Per lauacrum regenerationis, inquit Paulus ad Titum. Per baptiſmum ergo tollitur culpa, & ipſe, vt loquuntur, reatus. Sed non tollitur culpa, verumetiam pœna: & ideò vocatur gratia, quòd gratis abſque vlla pro peccatis ſatisfactione, præcedente tantum confeſſione, ſi id poſſint, qui tinguntur, remittantur, nec vllæ pœnæ luendæ. Ephes. 1. hoc eſt quod dicit Paulus: Gratia ſaluati eſtis per fidem: id eſt, Gratis in baptiſmo veſtra remittuntur peccata, ſed ita demum ſi fidem habeatis ei qui vobis liberatis à peccatis dat ſalutem. Alius quoque effectus, illuminare, mentis inquã illuminare oculos, vt Deum poſſimus contemplari & cognoſcere, non ſolum quòd ſit Deus videre, ſed etiam noſſe admirabile myſteriũ Trinitatis. Et ideo Græcè dicitur φωτισμὸς, id eſt illuminatio: Effectus quoque baptiſmi eſt perficere, ſeu perfectũ reddere. Perfectus autem eſt qui Deum nouit. Perfectio autem illa, diuina eſt gratia: diuina autẽ gratia neceſſe eſt, vt ſit plena & perfecta, alioqui non eſt gratia. Perfectio autem illa diuina voluntate datur, cuius tanta eſt potentia, vt id efficiendũ aliquo temporis ſpatio opus non ſit. Quomodo enim ſolo iuſſu fecit omnia, ita ſola gratuita voluntate, nobis plenam & perfectam dedit gratiam, & cui nihil deeſt. Ea de cauſa baptiſmus dicitur



nus perficimus. [4] *A credit is quod liberatio à malis eſt initium ſalutis.* Alio probat argumento perfectum eum eſſe qui eſt baptizatus. Liberatio, inquit, à malis eſt initium ſalutis. Baptiſmus enim eſt liberatio à malis, liberat enim à peccato, & à morte. Eſt ergo baptiſmus initium ſalutis. Initiũ autem ſalutis eſt vita. Qui autem à morte liberatus, vitæ fines attingit. Qui vitæ fines attingit, viuit. Qui autem viuit, perfectè viuit. Viuit autem qui eſt in Chriſto, cum Chriſtus ipſa ſit vita. In Chriſto autem eſt, qui eſt baptizatus. In Chriſto ergo viuit: In chriſto autẽ eſt qui verba eius audit, & ei credit qui ipſum miſit. Quod qui facit habet vitam æternam. Hoc verò facit baptizatus: Baptizatus ergo habet vitam æternã. Qui vitam æternam habet, eſt perfectus: Baptizatus ergo eſt perfectus. Perfectio autem illa à Dei voluntate proficiſcitur, qui vult omnes homines eſſe ſaluos. Quomodo autẽ eius voluntas eſt mundus? Dixit enim & facta ſunt, ita etiã eius voluntas qua vult eſſe ſaluos eos qui regenerãtur, eſt Eccleſia. Eccleſia autẽ dicuntur ij qui ſunt vocati, & qui ab eo ſunt docti: qui autẽ ſunt vocati & ab eo docti, ſunt ſalui, vt qui æterni Seruatoris attrahi ſaluti, nẽpe vitam æternã, didicerint. Tantiſper autẽ ſunt ſalui, dũ eius ſermones audiunt, dum ab eo non abripiuntur. Qui enim præcepta, fidẽq; ſeruant integrã & inuiolatã, quod ſi non fecerint, non ſunt amplius ſalui, ſed in culpa perueni: Qui eſt ergo regeneratus, protinus eſt ſaluus. Idem quoq; ſtatim eſt illuminatus ſcilicet in lucẽ futurus, donec ſua culpa redeat ad tenebras. [5] *Quemadmodum ergo qui ſomnium excuſſerunt.* Diuidit eos qui ſunt regenerati ſtatim eſſe illuminatos. Vt hoc melius intelligamus, docet quomodo fiat illuminatio. Tenebræ dicũtur, quando obſtat aliquod impedimentũ, quo minus lux videatur. Eo autem impedimẽto ſtatim lux eſt. Qui autẽ ſunt in peccatis, ſunt in tenebris: amotis autem peccatis quæ impediunt, ablatis tenebris lux redditur, in baptiſmo autẽ abſterguntur peccata, quæ luci erant impedimento. Hinc baptizati dicuntur illuminati, habent enim lucidum ſpiritus oculum, qui cum cœlitus deſcendit ſancto Spiritu contemperatus, Deum intuetur, & æternã lucem aſpicit. Ab hac autem luce quæ caret, veteres Græci σκότος, id eſt, lucem vocabant hominem. Vnde etiam Paulus tenebras vocauit hominem, qui ex cæcitate peccatis non videt lucẽ: Lucem autem qui peccatis per baptiſmum ablatis lucet. Ad oſtendendum autem quod regenerati ſtatim illuminentur, adducit elegantẽ ſimilitudinem de eo qui dormit, cui cum ſomnus fuerit excuſſus, expergefactus ſtatim vigilat, & eius qui oculorũ laterna eſt infuſione, à quo cùm pupillæ fuerit ablatum quòd lucem arcet impedimentũ, ſtatim videt. Pulchrum id etiã quod dicit, noſtri ſpiritus & ſancti Spiritus, qui è cœlo deſcendit eſſe quandã ſimilitudinem animæ, ex qua tẽperatus noſtræ mentis oculus æternã videt lucem. Hoc autem non admodum congruit eo quod dicat Plato in Timæo, ideò nos videre quod ignis qui eſt in noſtris oculis, foras emittatur, eo quòd ſimilis qui occurrit. [6] *At nondum, inquiunt, perfectus donum accepit.* Occurrit Clemens obiectioni quæ eſt huiuſmodi, qui fieri poteſt, vt qui eſt baptizatus ſit perfectus, cùm donũ non conferatur ante reſurrectionẽ. Ad eam reſpondet Clemẽs, eſſe & fidẽ perfectã, quæ eſt Dei cognitio, qua ſcripturæ appellimur, & finẽ perfectum, quo id quod fidẽ promiſit alleq uimur. Non poſſe autẽ vtrunq; fieri, neque anticipationem acceſſus ad finẽ, quæ eſt fides, & ipſum acceſſum ad finem, ſicut nec finem, poteſt tempus & æuum. Nam in tẽpus quidem cadit certa motus dimenſio: in æuum autẽ non cadit, quod conſtat firma & ſtabili duratione æternitatis. Fides autẽ generatur in tempore, & ideo non eſt manſio. Quod autem credentibus eſt promiſſum, nẽpe vita æterna, cùm in id non cadat ortus & interitus, manet eſt ſtabile & ſempiternum. Hinc eſt quod dicit Paulus. Fidem quidẽ ſpem & charitatem 1. Cor. 13. horum tria hæc, poſtquam autẽ ex hac vita exceſſerimus, cùm & ſint præſentia quæ credebantur, non tamen tota promiſſa ſperentur cùm iam teneantur, fidei & ſpei non eſt relictus locus, ſed ſoli charitati. Quare recte Paulo, maior horũ ſit charitas. Quod autem dicit ambo circa vnum verſari, & vnum ſcopum, ſignificat & fidem & acceſſum ad finem, vnum & eundem habere ſcopum, cùm ſit vtriq; & ſpes appoſita vita æterna. [7] *Ipſe autem Dominus ſalutis.* Eos qui ſunt regenerati oſtendit eſſe perfectos, quos quod dicit Chriſtus eos qui crediderint habere vitam æternam. Vita autẽ æterna, quæ ipſa quoq; finis adquæri, eſt ipſe finis, ad quem tendimus. Ipſum autem finẽ iam habere dicimur, cùm id quod finis eſt, fide anticipamus. Si is autem qui vitam habet æternam, eſt perfectus, is autem qui credit, habet vitam æternam, is qui credit eſt perfectus, credit autẽ is qui eſt regeneratus. Perfectus ergo eſt qui regeneratus. Hæc docte & ſapienter dicit Clemens, qui finẽ non ignorãs eſſe extremũ, propter quem intelligit eundẽ intelligentia, & mẽtis agitatione haberi primũ. Hæc autem fides eſt perfectio ipſa, vt quæ ſit Dei cognitio. Ei eſt adiuncta vitæ æternæ promiſſio, à qua nõ poteſt excidere qui habet. Habet autem qui ſuam fidem bonis, & fide dignis oſtendit actionibus. Ne de futura autẽ hæreditate vita æterna, & noſtra requies dubitetur, ſignati ſunt qui crediderunt ſpiritu promiſſionis arra eſt arra noſtræ hæreditatis. Data illa arra, adeo certi ſunt de vita æterna & requie ſempiterna, Ephes. 1. vt nec poſſint amittere, niſi ſua culpa exciderint ab eius poſſeſſione ante reſurrectionẽ, in qua reipſa poſſeſſione ac repræſentatur quod fide credebatur, & ſpe expectabatur. Quod autẽ dicit Clemens ſalutis æquabilitatẽ, ita eſt intelligendũ, omnibus quidẽ qui crediderint dari vitam æternam, & requiẽ ſempiternã, non ex hoc eſt inferendũ, non eſſe eorum qui ſalutẽ conſequuntur varios gradus, cum dicat Ioan. 4. Dominus in domo patris ſui multas eſſe manſiones, & diſertis verbis ſcribat Paulus ſtellã à ſtella differre 1. Cor. 15. [8] *Quemadmodum ergo imperitia peritia ſalutur.* Contraria non poſſunt eſſe in vno & eodem ſubiecto. Hinc eſt vulgata illa apud medicos ſentẽtia, quod contraria curentur cõtrariis. Hinc etiã virtutes ſunt in anima ſe inter ſe expellunt, nec poteſt vnũ cum altero cõſiſtere. Nec peritia ſimul eſſe poteſt cum imperitia, nec ignoratio ſimul cum ſcientia & cognitione. Cognitio autẽ eſt illuminatio: ignoratio vero tenebræ, per quas in peccata incidimus, vt qui veritatẽ non cernamus. Non enim alia de cauſa peccamus quàm quod aberramus: aberramus autem quod à veritate declinemus. Hinc fit vt hallucinemur. Quibus autem veritate non hallucinamur amplius, & ideo nõ amplius erramus nec peccamus. Tenebræ igitur ſunt veritatis ignoratio, efficiunt vt erremus, & ſpecie boni fallamur & peccemus. Et ignorantes quidem, non autẽ inuiti peccamus. Peccatum autẽ non eſſet, niſi eſſet voluntariũ. Nec peccat remu

nisi quod est prauum, rectum esse putaremus, & quod videtur esse vtile, & iucundum existimaremus esse bonũ, cum re vera nullum sit bonum nisi virtus & quod gignitur ex virtute, quodque à Deo venit, & præceptis non dissidet. Has ignorationis tenebras propulsat cognitio, quæ est quæ in baptismate datur illuminatio. In eodem autem baptismo soluuntur vincula peccatorum, quæ ita sunt inter se connexa, vt Esaias non immerito ea vocat colligationes. Dissolue, inquit, colligationes impietatis, solue funiculos deprimentes. Soluuntur autẽ peccatorum vincula in baptismo, & fide humana, & diuina gignitur. Fidem autẽ dicit humanam. Nam etsi à Deo detur vt credamus, & ideo fides sit donum Dei, fides tamen non est nisi assentiamur. Quamuis autẽ credamus, & sine fide non remittantur peccata, tum tamen remittantur, nisi vel ab ipso Deo, vel auctoritate ab ipso homini mandata & delegata, remittuntur. Non merito dicitur fieri diuina gratia. Celeritrẽ autem dicit remitti, cum in baptismo simul remittantur omnia peccata. Quemadmodum autem dicit remitti, cum in baptismo simul remittantur omnia peccata, nec sint expectanda longa tempora satisfactionis. Simulatque ergo sumus baptizati, & cognoscimus, veritatẽ intelligimus, & ita immutamur vt non simus amplius mali, nec in nobis quicquam remaneat quod habeat vllam peccati rationem. Hinc est quod dicimur veterẽ exuisse hominem, & induisse. Non sunt enim amplius iidem mores, qui erãt antequam lauarentur. Quoniam autem peccata sunt morbi animæ, baptismum quo ea curantur Pœnium vocat medicamentum. Verbũ autem vitæ id est Christi, qui est verbũ Dei, baptismum, vt distinguatur à baptismo Ioannis, qui erat ad pœnitentiam. Sanguis Christi, veluti quædam præparatio suadens pœnitentiam: baptismus autem Christi omnia simul delens peccata. *Quoniam autem cognitio vna est.* Cognitio Dei, quæ idem est quod fides, dicitur vna esse. Nam ante baptismum fumus rudes & ignari, & quamuis ante eum in fide instituamur, fit, vt vere dicamur, tum tamen baptismum fumus rudes & ignari, & quamuis ante eum in fide instituamur, fit, vt vere dicamur, tum tamen tato vtamur, catechizemur, ante eum tamen nun fumus. Discipuli. Non potest ergo dici eandem esse cognitionem quo Dei cognitionem & fidẽ discimus. Non est enim ea disciplina quæ discitur processu temporis. Nam Catechesis quidem quæ est veluti quædam præparatio, nos ad fidem quidem ducit, sed fidem non dat. Fides enim cum baptismo docetur à sancto Spiritu. Diui quoq; Pauli testimonio probat nobis non dari & communicari vnam & eandem fidem quæ dat ad salutẽ, ex eo quod iustificet, & remittat peccata. Quæ fides quæ datur in baptismo, legem fuisse nostrum in Christo Pædagogũ, sed eiusmodi Pædagogum nos mitis & terroribus contineret in officio. Postquam autem venisset fides, legẽ non amplius esse Pædagogum, sed Christũ, qui non nimis & terroribus, sed à libero arbitrio procedentibus operibus nos vocet ad salutẽ. Sunt enim spontanea, & nõ coacta quæ à Christi Discipulis fiunt. *Inde subiunxit vocem.* Auctoritate Diui Pauli probat inter Christi discipulos nullam esse, nec natura conditionum, nec ætatum, nec sexuum distinctionem, nec vllam personarũ acceptionem. Omnes illos esse per fidem Dei filios, & cum omnes vnum sint in Christo, vnam constituere Ecclesiam, vnum corpus Christi, cuius caput est Christus, vnam & eandem esse omnium cognitionem, vnos & eosdem mores, vnam & eandem esse spiritualem escam, & potum mysticum, nẽpe verũ Christi corpus & sanguinem sub symbolis panis & vini. Qui autem in Christo sunt baptizati, ideo dicuntur Christum induisse, quod sicut vestimenta, & æstus & frigoris & omnes denique ærisarcent iniurias, ita isti quoque cuius baptismo tincti sumus, nos protegit ab omnibus malis & nocumentis, nequeamus obrui ab impetu & insidiis Dæmonis. Quod autem attinet ad cognitionem, non sunt alij spirituales & spirituales, alij verò animales, sed carnalibus depositis cum concupiscentiis, sunt omnes æquales & spirituales. In hoc enim consistit Dei cognitio & fides, quam discimus in baptismate, quòd qui Christum induerunt, id est qui sunt Christi, non sunt amplius animales seu carnales, sed spirituales. Quinam autem sunt animales seu carnales, & quinam spirituales, facile disci potest ex carnis & spiritus, quæ recenset Paulus in epistola ad Galatas, cuius quintum caput ita concludit. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. Quòd autem animales sunt qui carnales, non est mirum. Carnales enim sunt qui solum carnem suam curant, deum spiritum pertinent minime solliciti. Iidem quoque sunt animales, quod animæ non maiorem curam gerant, quàm quantum postulet præsentis vitæ ratio, & studium alendi corporis. Spirituales autem animæ qua viuimus, nec corporis, id est sui domicilij, maiorem curam gerunt, quàm quantum ad vitam præsentem transigendam, omnem suam cogitationem interim defigentes in piissimam spiritum, atque adeò patrem spirituum, nempe Deum, ad quem alludè suspirantes aspirant. Nam *absurdum fuerit.* Vndenam acceperit Clemens hanc spiritus percolationem nihil ausim asserere. Nam tamen accepisse vel à Pythagora, vel à Pythagoreis qui constituentes *μετεμψύχωσιν*, seu animarum migrationem in varia animantium corpora, erant in hac sententia vt existimarent animam cum primum defuncta esset generationibus, tandem suæ primæ, nempe cœlestis recordari originis. Meliores nempe cœlestia in memoriam reuocãs, deteriorum quæ diu est experta mota pœnitẽtia, ad eorum titur. Hanc meliorum recordationem, & à deterioribus per pœnitentiam separationẽ, vocabat, ut Clemens, spiritus per colationem. Nam per percolationẽ separantur meliora à deterioribus. Hoc didicit vtu venire in baptismo. Nostrorum enim peccatorũ moti pœnitentia, eis eorumque autoribus næ renunciantes, & à deterioribus ad meliora conuersi, ad patrem nostrum qui est in cœlis recipiuntur & vitam æternam desiderantes." *De hoc vt testimonium ferret ipse Apostolus.* Quod sit infans & puer, legẽ, & vir qui est in Christo ostendit alio Pauli testimonio. Sciendũ est autẽ quod hæres dicatur, qui est in lege, & is qui est in Christo. Sed qui est in lege, tanquã infans aut puer qui regitur à tutoribus & curatoribus. Nam etiam iure ciuili Romanorũ, puer sibi delatã non prius liberè administrare potest, quã vir factus fuerit, & ad viginti quinquẽ annorum ætatẽ peruenerit. Qui est autem in Christo, tanquã vir. Vir autẽ, nẽpe is qui est maior viginti quinque annis habet liberã hæreditatis administrationem. Quãtũcunque autẽ sit hæres infans aut puer, etiamsi se gerat pro hærede, is tamen tutoribus & gum & tutorum repagulis, vt seruus potius videatur, quã filius aut hæres. Multũ enim ei deest quo non habet hæreditatis ad ministrationẽ. Qui est autẽ vir & maior ætate, cũ sit filius & hæres, liberè

*Esai. 58.*

*Gal. 3.*

*Gal 5.*

*Heb. 12.*



administrat, et nihil deest. Est ergo infans & puer, is qui est in lege: vir autem is qui est in Christo. Ad hæc adscribit, quod ne hæres quidem esset infans qui est sub lege, nisi virilem expectaret ætatem, & ipsam hæreditatem haberet à viro, id est à Christo confirmatam, quam ipse suo sanguine illi acquisiuit. Quo fit vt nemo sit hæres nisi per Christum, & eius venturi fidei protestationem. Est ergo puer & infans Iudæus, si vere hæres cum lege Christi conferatur. Habet autem lex quoque Christi suam infantiam & pueritiam, quæ est lege veteri quacunque ratione perfectior. Quare si infantia vel pueritia de lege accipiatur, ea quoque ad legis Christi, vt infans sit Iudæus, vir autem Christi discipulus. Si autem pueritia vel infantia accipiatur in Christo, ea longè exuperat quantumuis magnam veteris legis perfectionem. " *Est præterea animaduertendum id quoque, quod ab Apostolo dictum est.* Ei quod ante dixerat de infantia in Christo, quod sit perfectio, videbatur obstare quod est apud Paulũ in Epist. 1. ad Corinthios, Lac vobis potum dedi tanquã infantibus in Christo, non cibum, &c. Hoc vt ostendat nihil obstare, ostendit aliter interpretandum quã ipse verborum contextus præ se ferat: ita enim esse subdistinguendum vt dicatur: Lac vobis potum dedi tanquam infantibus. Lac enim non arguere imperfectionem, quòd sit purissimum & perfectissimum alimentum manans ex vberibus, maxime cùm Hebræis à Deo sit promissa terra fluens lacte & melle, nihil autem imperfectum eis tot laboribus perfunctis promissum fuit in quiete, quam tot annos expectauerant. Significat ergo Paulus se eos catechizantem seu instituentem, simplici, puro, & infantili verbi alimento eos pauisse. Lac enim allegoricè significat Verbum, quod vt est Alpha & ω, id est principium & finis, ita viris bonis & iustis datur, & in ipso principio institutionis, & in fine, nempe quo peruenitur, quæ expectatur post tot huius mundi labores & afflictiones. Quod autem viris bonis & iustis lac conueniat, tanquam eorum proprius cibus, probat etiam Homeri Poëtæ testimonio, qui viros bonos & iustos appellat *γαλακτοφάγους*. Eius certè sunt hi duo versus in N. Iliados:

*Μυσῶν τ' ἀκαμάχους τε βοηλασίην τε μιγάδων.*
*Γαλακτοφάγων, ἀβίων, δικαιοτάτων ἀνθρώπων.*

Id est, eos qui lacte vescuntur, nõ satis habet vocare *δικαίους*, id est iustos, sed etiã vocat *δικαιοτάτους*, id est iustissimos. " *Quocirca dicit etiam, Lac vobis, inquit, potum dedi.* Iam ostendit ex lactis vocabulo non significari imperfectionem: nunc autem ostendit, nec hoc quoque significari per hoc quod dixit: Potum dedi. Bibere enim est perfectorũ, fugere autem infantiũ. Dicens autem Paulus; Lac potum dedi, significat se diuinæ cognitionẽ per catechesim, quæ nutrit ad vitam æternam. Cognitionem, inquam veritatis quæ etiã verbi lectu, lac autẽ est verbum in sensu allegorico. Cognitio autem illa quæ datur in catechesi, non tamen est perfecta, quando per baptismũ datur illuminatio, vt dixit antea. Quòd autem bibere significet perfectionẽ, hoc maxime arguit, quòd potus sit symbolũ perfectæ Christi participationis in sacramento Eucharistiæ. Nã cùm Christus dixerit suum sanguinem esse verum potum: non est autem vere potus nisi verè bibatur: nõ bibit autem nisi qui est perfectus: potus qui bibitur, arguit perfectionem. Quod quidẽ ita esse ex hoc est perspicuum, quòd catechesi primum instituendus est ad fidem, qui vult deinde verò suscepto baptismo initiatus, aptus est ad mysticã Christi Cœnã, in qua sub symbolis panis & vini verum Christi corpus verè comeditur, & verus sanguis verè bibitur. " *Quod autem de sanguine.* Cibus ille quẽ Paulus dicit se eis non dedisse, quoniam nec tunc potuerint, nec nunc possint, vanè exponitur à Clemente, nẽpe quòd & significet euidentem Verbi & eius gloriæ reuelationem, quæ nunc est post nostrum hunc excessum, quæ cum nec ex disciplinis, nec ab humana disci possit sapientia, & vni tantũ sit reuelata, nempe Paulo qui raptus est vsq; ad tertium cœlum, quam etiam iustissimo tegere, frustrà existimatur hic cibus arcanas significare disciplinas. Potest etiam ita accipi cibus, vt sicut hæc Verbũ significet: sed lac quidem, vt quod sit diffusum, Verbum prædicatum: Cibus verò, quasi sit compressus, Verbum fide comprehensum. Fides enim solido cibo assimilatur, vt quæ à nobis sit concepta, & veluti ad fundamentũ redacta: est enim Fides fundamentum nostræ salutis. Hoc fundamentũ dicit significari per corporis & sanguinis historiam, si ea ducatur ad allegoriam. Quomodo enim in corpore Christi est caro & sanguis, quo tanquã alimento nutritur Ecclesia, ita etiam in corpore Christi, nẽpe Ecclesia, cuius caput est Christus, & est corpus seu caro, nẽpe fides, est & sanguis seu quidem spes, quæ ita sunt inter se cõiuncta, vt alterum ab altero nequeat separari. Nam si non sit fides, non potest consistere, & si spes deficiat, deficit vitalis facultas fidei. Per hoc, nempe fidei & spei alimentum, nutritur & crescit Ecclesia. Pastores autem Ecclesiæ, sicut sacramentorum, ita etiam fidei & spei dispensatores & ministri. Princeps autem pastorum est ipse Christus Dominus. " *Sanguis enim omnem carnem generatur in hominem.* Quòd non solus cibus spirituales significet cognitiones, sed lac quoque, ex hoc patet, quòd lactis & carnis vna & eadẽ sit essentia, nempe sanguis, licet eorum diuersæ sint qualitates. Sanguinẽ quidem primum inueniri gignetum in homine, quem nonnulli ausi sunt dicere esse animam. Empedocles quidẽ certè, teste Ciceronẽ in 1. Tusculana, non solum dicebat sanguinem esse animam, sed ipsam animam esse corde suffusum sanguinem. Cui congruẽter cecinit Virgilius, quem vomit ille animã, sanguinem in telligens. Sacræ quoque literæ non sanguinem quidem dicunt animam, sed sanguinẽ esse ipsius vitæ sedem. Moses enim in Leuitico disertis verbis dicit; In sanguine omnis est anima eius. Ex ipso autẽ bene concocto seinen efficitur, ex quoviuens & animal generatur. Fœtus huius tei testis est locupletissimus, qui semen dicit nihil esse aliud, quàm sanguinẽ in venis ipsum continent exquisitè confectũ. Cùm ergo semen ex quo generatur anima, sit sanguis exquisitissimus & cõfectus, ex quo sequitur quod sanguis sit prior semine, meritò dicit Clemens sanguinẽ omnium primũ esse genitum in homine. Hic ipse sanguis, cùm mulier cõceperit, naturali quadã pietate impellente remanet infans absque nutrimento, mutatur & lac efficitur. Mutatur autem & album efficitur, vt in mammillarum apud quas deponitur, & glandularũ rubore vertentium in candorem, & nitorem lactei coloremrefrigerantium, & vt ab infante commodè possit concoqui efficientium. Hanc

*Leuit. 17.*

*Galen. 2. de semine.*

autem mutationem seu rubri in album cõuersionem dicit fieri naturali cõcoctione. Fit autem glandulis quæ mammis adiacent, in colorẽ sibi similem rubrũ transmutantibus. Quod vt sit probabilius & consentaneum, in quo in Christi mortem cõsepelimur, ibi adipiscentes salutẽ merito prætiosi sanguinis eius, statuit & carnem & lac esse sanguinem. Caro enim nihil est aliud quã sanguis cõdensatus, vt vult Aristoteles, & ipsius carnis id quòd est humidius est sanguis, & sanguis est quædam caro humida & fluxa. Secũdinæ enim sunt quibus in vtero inuolnitur fœtus, & fasciæ quibus alligatur iã in lucem editus. Non satis autem fuit Christo carnis suæ laboribus nouũ peperisse populum, nisi eum cõueniret & appolito aleret alimento. Alimentum autem infantibus cõueniens, iuntautẽ qui sunt baptismo tanquã quasi modo geniti infantes, est lac. Lac autẽ quod præbetur baptizatis est caro Christi, & ipse sanguis qui effusus in ara crucis, nunc quoq; in altari, mystico & arcano modo effusus, in ora fidelium fluens ab eis bibitur, quo sit vt eis nihil desit ad incrementũ, cùm cibum & potum habeãt qui eos cõfirmet & corroboret, & tandem ad iustam perducat virt magnitudinẽ, vt qui in baptismo factus est Dei filius & Christi frater per gratiam, cius quoq; sit cohæres in gloria: hoc alimentũ præbet Christus qui est verbum caro factũ, qui stupendum sui corporis & sanguinis mysteriũ in cœna suis instituit discipulis ad cõmendum, & tradendum posteris. Cur autem eos pascit alimento? Vt veteribus cibis reiectis, nempe & idolothitis, quæ latentibus suis venenis inficiebãt, & interitũ afferebãt, & efcis Iudaicis, quorum tamen figurata & vmbratica erat alimonia, diuinã escam percipientes, nostras quæ prius erãt carnales spirituales perfectáq; & integras redderem? affectiones, & à corruptione & interitu liberati. Sertatos intus cõprehendentes, & salutẽ consequentes, regno Dei apti, diuini & immortales, atq; à Deo Deus quodammodo redderemur. Sed interim occurrit quæstio: Si Christus est pater & mater, quomodo ecclesia mater est Ecclesiæ? Ad quod respõdetur, nihil obstare quominus Ecclesia sit nostra mater, quæ est ipsi quoq; Christi sponsa, & cui Christus sui regendi populi omnem mandauit curam, vt fidelibus non sit pro matre, sui filiis prouideret, ac prospiceret, caueretq; ne quid in eum irrumperet aut irreperet quod esset falsum, fucatum & adulterinũ, & ne quod pro salutifero medicamento daretur esset venenum, & pro salute qui nobis dari vult Christus, afferretur exitiũ. His dẽ cauſis mater nostra dicta est Ecclesia, quam ideo nostram esse matrẽ dixertus verbis dixit D. Augustinus, vt nõ veritus sit afferere eum Deum non habere patrem, qui matrem non habuerit Ecclesiam. *At non vos sic intellegere.* Hac allegoria videtur significare Clemens Christi sanguinem & carnem esse alimentũ spirituale, & spiritũ quidem sanctum ipsũmet carnem Christi, quam ipse est fabricatus. Sanguinem verò, verbũ, quod tãquam diues & copiosus sanguis vitæ humanæ est infusum. Ex vtroq; autem, nempe ex carne & ex verbo cõtemperatum est Christi. Christum enim esse verbum incarnatũ. Et verbum quidem quatenus est Deus, est spiritus: caro autem, quatenus est à verbo fabricata, est spiritualis. Porro autem illa spiritualis est alimentũ spirituale, vt quæ sit à spiritu sanctificata verbi Christi prolatis. Christus autẽ ipse in cruce suũ effudit sanguinem, qui nunc mysticè quoq; in altari funditur, & tanquã lac rationale, vel potius verbale seu verbi, bibitur à fidelibus. Per eum autem sanguinẽ, qui à fidelibus bibitur, ad verbũ quod est veluti Dei mamilla cõgitur. Ea autem mamilla omniũ curarum inducit obliuionẽ, dum expiatis peccatis à morte æterna liberamur, & de salute nostra certam spem cõcipimus. Hoc lac verbi, nempe Christi sanguinem, bibit quo Petrus concupiscere, vt crescamus in salutem, id est, vt eum bibentes, confirmati & roborati, omnibus expulsis vitiis salutem tandem cõsequamur. Beatos autẽ dicit eos qui hãc lactẽ Dei mamillam, id est, qui Christi sanguinem bibunt ad salutem. *Quod si quispiam etiam eũ cõcesserit cibum.* Probauit Clemens lac esse cibũ, nec à cibo distinguendũ. Nunc autem ostendit eos qui dicũt lac aliud esse quam cibum, & ino iugulare gladio, eo quòd naturã non cõsiderauerint. Nam vt superius diximus, cibus cõuertitur in sanguinem. Sanguificatio enim nihil aliud est, quam cibi seu alimenti mutatio in sanguinem quem alendo corpori. Ipse autẽ sanguis non mutatur in lac quod est alimentũ infantis, nõ mutata quidem substantia, sed colore, vt in senibus pili flaui mutãtur in canos. Natura ergo ita est cõparatum vt cibus seu alimentum sit vt ac potestate sanguis: sanguis autem in lac cõuersus, non mutata essentia, sed colore, sit idoneus alimentũ. Ipsa ergo natura nos docet cibum nõ esse à lacte distinctũ, cùm ipsum lac sit cibus. Hæc tractatius intelligatur, docet & sanguinis & lactis abundantiam ac paucitatẽ ex eadem esse causa. Abundantiam quidem, quòd frigore alimentũ continente ac cõprimente, dum calor non facilè habeat locum, cõcoquatur melius alimentum, & copiosior fiat & sanguis & lac, quod accidit hyeme. Contrà paucitate, dum & corpus est rarius, & differtur ac dispergitur alimentũ calore rarefaciente. Quòd attollicit venas, cùm eis nõ datur perspiratio impletas maxime intẽdi & pullare, videtur κατηχητικῶς venas pro arteriis, est enim arteriarũ non venarũ pulsare, quòd Græcè est σφύζειν, à quo σφυγμὸς, & pulsus. Pulchrè autem dicit cibi cõcoctionem esse sanguificationẽ. Ad hoc enim vt sit sanguis magis quàm est elaboratione. Ex cibo enim primum fit chylus à ventriculo cõcoctus. Eum autem chylũ à ventriculo & venis meseraicis præparatum, iecur postea in sinũ admittit, & in suam substantiã conans convertere, sibi similem reddit, & colore & essentia, hæc autem cõfectio est sanguificatio. Sanguis autem est præparatio lactis. Sanguis enim, vt antea diximus, ad mamillas delatus & cõcoctus lac efficitur. Est sanguis præparatio hominis: sanguis enim est, vt antea dixit, primogenit*. Acinus verò est præparatio vuæ, vt quod sit semẽ ex quo oritur vinea. *Quinetiam propriè passionis cõplementum.* Calicem quoque quem pater Christo dedit bibendũ, Christus ipse suã vocat passionem. Christi cibus est volũtas patris: cibus autem cibus est ipse Christus, quem vt verbũ cælorum exigimus cum sanguine qui est essentia eius, quòd & comedimus & bibimus. Hoc lac, iis qui verbũ quærunt tanquam ex vberibus pater suppeditat, quo nobis acquiritur requies æterna & vita immortalis. Ex eo autẽ quòd tãquam ab vberibus lac à fidelibus quæritur, ducitur etymologia vocabuli μαστὸς, quòd est ex vberibus quærere. Sunt autẽ hæc omnia, & vera. Nihil enim verius quam verũ Christi sanguinẽ verè bibi. Sunt etiam allegorica, vt quæ mysticos & arcanos spiritualesq; sensus continent. *Præterea autem seipsam quoque panem.* Sextum caput

*Arist. lib. de gener. animalium. Hieron. x. aduersus Iouinianum.*

*Quàm est ergo absurdũ.* Ex iis quæ dixit, cõcludit esse absurdum, si quis non fateatur in lacte contineri sanguinem nõ in essentia, sed in qualitate, & nõ esse lac simile spirituali alimento, quod est spirituale cognitio. Vtriusq; autem alimenti inter se cõferens excellentiam, vtrumq; dicit à Deo datum, & manna appellari, sicut id quod olim cælitus demissum est Hebræis: nutrices quidẽ certè adhuc hodie lac appellant, quòd simile sit manna. Manna vocasse id lactis, quod primũ bibendũ effunditur. Lac nutrit, lac est dulce, lac est candidum. Spirituale quoq; alimentum, est dulce propter gratiã, nutrit vt quod sit vita, est enim Christus Veritas, & Vita, & est candidum, tanquam dies Christi illuminans oculos. *O miraculum mysticum.* Mirabiliter exclamat Clemens; O miraculũ mysticum. Sunt enim omnia quæ hîc dicit mirabilia & scitu perquam digna. Ne arcana, vt quæ sola fide sint cognita fidelibus. Vnus Pater, vnus Filius, vnus Spiritus sanctus. Vna Ecclesia quæ est mater & virgo. Ea, vt quæ sit virgo nõ mulier, est enim sancta & incorrupta, ac nõ adulterata. Accelit tamen nouum populũ, vt eum lacte alat. Lac autem quo eum alit, est ipsum Christi corpus & Christi sanguis, quẽ licet in mysterio, veruntamen verè bibit, & est hoc lac quo alitur totus Christus. Vnde comedatur, siue bibatur. Quod si corpore & sanguine Christi alitur, verbo quoq; alatur necesse est. A carne enim Christi & sanguine non potest verbũ separari. Quod autem Christi carnem & sanguinem lac appellet, nõ est mirum. Nam vt diximus superius, & caro est sanguis cõdensatus, & lac est sanguis essentia. Nouus autẽ de quo loquitur populus, est Ecclesia, seu cœtus fidelitũ, quem Christus Deus carnis suæ labore peperit, vt eũ sibi acquireret tot & tã graues labores & dolores in carne sua perpessus & eũ proprio sanguine redemit, vt liberaret à peccati, mortisque & Satanæ tyrannide. Hunc autem



ctibus cùm præcipuè sit in baptismate, in quo cũ Christo cõsepelimur, dicit eum ipsum fasciis alligasse proprio sanguine. Nam etsi generis humani redẽptio facta est in cruce, ea tamen credenti applicatur in baptismate, in quo in Christi mortem cõsepelimur, ibi adipiscentes salutẽ merito prætiosi sanguinis eius in cruce effusi. Quoniam autem dixerat Christum Dominum nouum suum populũ carnis suæ labore peperisse, persistens in metaphora exclamat Clemens, O sanctas secũdinas, & partum sanctũ, O fasciæ salcias. Secũdinæ enim sunt quibus in vtero inuolnitur fœtus, & fasciæ quibus alligatur iã in lucem editus. Non satis autem fuit Christo carnis suæ laboribus nouũ peperisse populum, nisi eum cõueniret & appolito aleret alimento. Alimentum autem infantibus cõueniens, iuntautẽ qui sunt baptismo tanquã quasi modo geniti infantes, est lac. Lac autẽ quod præbetur baptizatis est caro Christi, & ipse sanguis qui effusus in ara crucis, nunc quoq; in altari, mystico & arcano modo effusus, in ora fidelium fluens ab eis bibitur, quo sit vt eis nihil desit ad incrementũ, cùm cibum & potum habeãt qui eos cõfirmet & corroboret, & tandem ad iustam perducat virt magnitudinẽ, vt qui in baptismo factus est Dei filius & Christi frater per gratiam, cius quoq; sit cohæres in gloria: hoc alimentũ præbet Christus qui est verbum caro factũ, qui stupendum sui corporis & sanguinis mysteriũ in cœna suis instituit discipulis ad cõmendum, & tradendum posteris. Cur autem eos pascit alimento? Vt veteribus cibis reiectis, nempe & idolothitis, quæ latentibus suis venenis inficiebãt, & interitũ afferebãt, & efcis Iudaicis, quorum tamen figurata & vmbratica erat alimonia, diuinã escam percipientes, nostras quæ prius erãt carnales spirituales perfectáq; & integras redderem? affectiones, & à corruptione & interitu liberati. Sertatos intus cõprehendentes, & salutẽ consequentes, regno Dei apti, diuini & immortales, atq; à Deo Deus quodammodo redderemur. Sed interim occurrit quæstio: Si Christus est pater & mater, quomodo ecclesia mater est Ecclesiæ? Ad quod respõdetur, nihil obstare quominus Ecclesia sit nostra mater, quæ est ipsi quoq; Christi sponsa, & cui Christus sui regendi populi omnem mandauit curam, vt fidelibus non sit pro matre, sui filiis prouideret, ac prospiceret, caueretq; ne quid in eum irrumperet aut irreperet quod esset falsum, fucatum & adulterinũ, & ne quod pro salutifero medicamento daretur esset venenum, & pro salute qui nobis dari vult Christus, afferretur exitiũ. His dẽ cauſis mater nostra dicta est Ecclesia, quam ideo nostram esse matrẽ dixertus verbis dixit D. Augustinus, vt nõ veritus sit afferere eum Deum non habere patrem, qui matrem non habuerit Ecclesiam. *At non vos sic intellegere.* Hac allegoria videtur significare Clemens Christi sanguinem & carnem esse alimentũ spirituale, & spiritũ quidem sanctum ipsũmet carnem Christi, quam ipse est fabricatus. Sanguinem verò, verbũ, quod tãquam diues & copiosus sanguis vitæ humanæ est infusum. Ex vtroq; autem, nempe ex carne & ex verbo cõtemperatum est Christi. Christum enim esse verbum incarnatũ. Et verbum quidem quatenus est Deus, est spiritus: caro autem, quatenus est à verbo fabricata, est spiritualis. Porro autem illa spiritualis est alimentũ spirituale, vt quæ sit à spiritu sanctificata verbi Christi prolatis. Christus autẽ ipse in cruce suũ effudit sanguinem, qui nunc mysticè quoq; in altari funditur, & tanquã lac rationale, vel potius verbale seu verbi, bibitur à fidelibus. Per eum autem sanguinẽ, qui à fidelibus bibitur, ad verbũ quod est veluti Dei mamilla cõgitur. Ea autem mamilla omniũ curarum inducit obliuionẽ, dum expiatis peccatis à morte æterna liberamur, & de salute nostra certam spem cõcipimus. Hoc lac verbi, nempe Christi sanguinem, bibit quo Petrus concupiscere, vt crescamus in salutem, id est, vt eum bibentes, confirmati & roborati, omnibus expulsis vitiis salutem tandem cõsequamur. Beatos autẽ dicit eos qui hãc lactẽ Dei mamillam, id est, qui Christi sanguinem bibunt ad salutem. *Quod si quispiam etiam eũ cõcesserit cibum.* Probauit Clemens lac esse cibũ, nec à cibo distinguendũ. Nunc autem ostendit eos qui dicũt lac aliud esse quam cibum, & ino iugulare gladio, eo quòd naturã non cõsiderauerint. Nam vt superius diximus, cibus cõuertitur in sanguinem. Sanguificatio enim nihil aliud est, quam cibi seu alimenti mutatio in sanguinem quem alendo corpori. Ipse autẽ sanguis non mutatur in lac quod est alimentũ infantis, nõ mutata quidem substantia, sed colore, vt in senibus pili flaui mutãtur in canos. Natura ergo ita est cõparatum vt cibus seu alimentum sit vt ac potestate sanguis: sanguis autem in lac cõuersus, non mutata essentia, sed colore, sit idoneus alimentũ. Ipsa ergo natura nos docet cibum nõ esse à lacte distinctũ, cùm ipsum lac sit cibus. Hæc tractatius intelligatur, docet & sanguinis & lactis abundantiam ac paucitatẽ ex eadem esse causa. Abundantiam quidem, quòd frigore alimentũ continente ac cõprimente, dum calor non facilè habeat locum, cõcoquatur melius alimentum, & copiosior fiat & sanguis & lac, quod accidit hyeme. Contrà paucitate, dum & corpus est rarius, & differtur ac dispergitur alimentũ calore rarefaciente. Quòd attollicit venas, cùm eis nõ datur perspiratio impletas maxime intẽdi & pullare, videtur κατηχητικῶς venas pro arteriis, est enim arteriarũ non venarũ pulsare, quòd Græcè est σφύζειν, à quo σφυγμὸς, & pulsus. Pulchrè autem dicit cibi cõcoctionem esse sanguificationẽ. Ad hoc enim vt sit sanguis magis quàm est elaboratione. Ex cibo enim primum fit chylus à ventriculo cõcoctus. Eum autem chylũ à ventriculo & venis meseraicis præparatum, iecur postea in sinũ admittit, & in suam substantiã conans convertere, sibi similem reddit, & colore & essentia, hæc autem cõfectio est sanguificatio. Sanguis autem est præparatio lactis. Sanguis enim, vt antea diximus, ad mamillas delatus & cõcoctus lac efficitur. Est sanguis præparatio hominis: sanguis enim est, vt antea dixit, primogenit*. Acinus verò est præparatio vuæ, vt quod sit semẽ ex quo oritur vinea. *Quinetiam propriè passionis cõplementum.* Calicem quoque quem pater Christo dedit bibendũ, Christus ipse suã vocat passionem. Christi cibus est volũtas patris: cibus autem cibus est ipse Christus, quem vt verbũ cælorum exigimus cum sanguine qui est essentia eius, quòd & comedimus & bibimus. Hoc lac, iis qui verbũ quærunt tanquam ex vberibus pater suppeditat, quo nobis acquiritur requies æterna & vita immortalis. Ex eo autẽ quòd tãquam ab vberibus lac à fidelibus quæritur, ducitur etymologia vocabuli μαστὸς, quòd est ex vberibus quærere. Sunt autẽ hæc omnia, & vera. Nihil enim verius quam verũ Christi sanguinẽ verè bibi. Sunt etiam allegorica, vt quæ mysticos & arcanos spiritualesq; sensus continent. *Præterea autem seipsam quoque panem.* Sextum caput

Ioannis cõtinet quidem certam sacramẽti corporis & sanguinis Domini promissionẽ quam ipse Christus in sua cœna impleuit, in qua corpus suum & sanguinẽ sub symbolis panis & vini comedendum & bibendum dedit suis discipulis, sed significat etiam spiritualẽ tranducationem. Præter eam autem de quoq; arcanõs & mysticos sensus ex eo eruit Clemens. Vnus autem est, quòd ex eo quod panis dicitur caro, resurrectura caro intelligitur. Nam vt farina quidẽ subigitur & pinsitur, deinde cocta sic paratur: etiam caro subacta & corrupta, igne illo cocta quo totus mũdus est conflagraturus, in integrũ restituitur, reparatur & resurgit, quomodo etiã surgit frumentum corruptum & feminatum, vt diuinis scripturis Paulus ad Corinthios. Vt autem ex illa farinæ coctione cõfectus consistic panis: ita etiam quæ in sanctorum est restituta & surrexit caro, consistit in gaudium Ecclesiæ, quæ lætatur quòd iam sit quæ vixerat, non interisse & redacta ad nihilũ. Hæc fusius tractauit in suo libro de resurrectione, quem cusimus die nõ exstare. Alius est etiam sensus mysticus & arcanus. Si panis minutatim cõiectus fuerit in vinum temperatũ, panis quidem vinum ad se trahit, relinquit autem id quod est aqueum: ita etiam caro Domini sanguinem quidẽ ebibit & spiritum attrahit, & homines qui sunt cælestes enutrit & reddit immortales, solas autẽ carnales cupiditates relinquit corrumpendas. Hinc est quòd qui Christi corpus & sanguinem vescuntur, resurgunt ad vitam æternã: qui contra, ad mortem æternam quæ est mors secunda. * *Iuxta bonum multos modos allegoricè dicitur.* Allegoricè dicũtur quæ aliud significant quam verba præ se ferre. Constat autem allegoria perpetuis metaphoris. Rectè autẽ dicit verbum dici carnem, panem, intrinsecum, sanguinẽ, & cætera, non autem esse. Verbũ enim non est id quod est corporeum, quatenus est verbum, quatenus autem carnem suscepit, & in vno, vt Theologorum verbo vtar, suppolito est Deus & homo. Verbo attribuũtur quæ sunt eius corporis, ad significãdos diuinæ eius carnis & sanguinis usus effectus, vt pote alendi, tuendi, corroborãdi, mũdandi & expiandi, & multos alios. Dicitur autem Dominus hæc omnia esse fidelibus, quod omnes hos effectus ij qui se probauerunt & ve par est præparauerunt ex participatione diuini eius corporis & sanguinis percipiãt, quod Clemẽs appellat sui Domini. * *quis verò alienũ existimet.* Quoniã superius dixit sanguinem Domini lac dici allegoricè, ne en hoc mouere videatur, dicit eum nõ solũm lac dici allegoricè sed etiam vinũ. Hoc probat ex 49. cap. Genes. Lauat autem illud, Qui lauat in vino vestem suã, & in sanguine vuæ indumentum suum. In spiritu hoc positum dicit se ornaturũ corpus verbi, quemadmodũ scilicet suo spiritu enutriet eos qui verbum sitiunt. Quod ita videtur intelligendũ, Christum suo spiritu, (est enim spiritus id quod est sanguinis subtilissimum & tenuissimum) ornaturum verbi corpus, nempe Ecclesiam, vt suo etiam spiritu enutrit eos qui verbum sitiunt. Quos etiam beatos pronũciat Christus dicens, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorũ: iustitia enim nostra & sanctificatio, est Christus. Vt existimem eum in vino lauatur, merito eius intelligitur Ecclesia, quã ipse mũdauit sibi sanguine suo, nõ habentem maculam aut rugã. Non enim, inquit Apostolus, argento vel auro redẽpti estis, sed prætioso sanguine Christi, quasi agni immaculati & incontaminati. Et Petrus, Cõsepelimur enim per baptismũ in mortẽ, & in sanguine ipsius, id est, in mortem ipsius baptizamur. Vnde sanguine autẽ vuæ quomodo amictũ suum lauit, videndum est: Amictus propinquior quæ dam vestis est corpori vestis videtur esse quàm stola. Hi ergo qui prius per lauacrũ lori stola eius fuerint induti, postea quã sacramentũ sanguinis vuæ peruenerint, vel interioris mysterij secretioris; tanquam participes, amictus eius esse dicuntur: lauatur enim etiã in vuæ sanguine anima, cùm sacramẽti huius virtutem capere rationẽ. Agnita namq; & intellecta virtute sanguinis Verbi Dei, quãto capacior effecta fuerit anima, tãto purior fit, & lauatur quotidie ad scientiæ profectum, & jungens se Deo, non solum per Christus eius, verumetiã vnus iam cũ ipso spiritus fiet. Hæc ille, ex quibus facilẽ licet intelligere quomodo Christi sanguine, quod vinũ dicitur allegoricè, ornetur corpus Verbi, id est, Ecclesia, & fideles animæ, nempe & sancto baptismi lauacro, & venerando sacramento Eucharistiæ. * *Quid autem sanguis fecundum Genes. 4.* Quoniã dixit superius sanguinem dici Verbũ, ne quis fortè id falsum esse putet, citat testimonium ex Genesi, Vbi post occisum Abelem dixit Deus Cain fratri qui eum occiderat: Quid fecisti? vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Illum sanguinem dicit esse Verbum: neque enim sanguinem absque verbo vocẽ esse editurũ. Abel autem iustus qui olim est passus, erat typus Christi passuri. Quod autem dicit verbum quod erat passurum Deum alloqui, est ita intelligendum, quòd verbum quidem non posteà passum, vtpote quod carnẽ susceperit, sed eius diuinitas nõ sit passa, sed caro. Ideo enim sanguinem Verbũ appellat, quod de verbo loqueretur, quod futurũ erat Deus & homo, adeo vt simul esset, neque tamen cõfusè, licet in eodẽ, vt dicunt Theologi, supposito, diuinitas, caro, & sanguis. Reapse quæ dicitur eiusdẽ verbi, caro, sanguis & diuinitas, quæ licet sint simul, sunt tamẽ inter se distincta. * *ad quorum regio* autem Verbũ dicit loqui quasi incarnatum, quod plurimis pòst sæculis erat incarnandum. Neque mirũ, cùm quæ sunt futura, sint Deo omnia præsentia. In iis autẽ quæ deinceps sequuntur, vbi de carne & sanguine & lacte cõuenienter medicorum placitis esset philosophatus, & carnem quæ sanguinem lacte dixisset irrigari & augeri, fœtum autẽ in vtero ex purissimis sanguinis emissum per seminis veluti quoddã coagulũ cogi & coagulari: eundem autem in lucem editum lacte alì, sui instituti, nempe quod per lac de quo loquitur Paulus, dicens: Lac vobis potum dedi, dicit Christum quidem in baptismo regenerare, regeneratos autẽ, lacte suo, nẽpe verbo alere, quod cùm sit spirituale, ita fit alimentũ spirituũ, alimentum autem spirituale sit doctrina spiritualis, hinc sequi quod lac nomine significẽtur primæ disciplinæ, sed spiritualis disciplina & doctrina, quæ primis disciplinis est excellentior. Quod autem dicit, Tanquã iconiæ instar data remuneratione] ita enim verti, Graeci *ὡσεὶ φροντιστηρίου μισθὸν*, significat ex carne quidẽ & sanguine lac procreare: lac autem carnem nostram & sanguinem alere & augere. Alludit autẽ ad prouerbiũ Græcum *ἀπὸ σκοροδῶν μισθός*, quod significat gratiam referre parentibus, vt iconiæ senio cõfectos parẽtes nutriunt, de quo vide Erasmum in Chiliadibus. Quod



autem dicit de sanguine in vtero per semen coagulato, ex quo formatur fœtus, conuenit ei quod dicit Hippocrates libro de natura pueri, cuius hæc sunt verba Latinè versa, Genitura siue semen si ab vtriusque, hoc est viro & muliere permanserit in vtero mulieris, miscetur primum, coaceruatur, ac crassa per calorem cuadit, & spiritum cõcipit. Porro autem fœtus illa informatio procedit à bona seminis & languinis temperatura. Nam bona temperatura seminis & sanguinis facilè producit. Intemperies autem, semper nimirũ calor, vel nimium frigus, sfrequentissimè obsistunt ne fiat filiorum generatio. Elegantissimè quidem certè scripsit Ouidius in Metamorphosi,

*Quippe vbi temperiem sumpsere humorque calorque*
*Conceptique, & ab his oriuntur cuncta duobus:* Ouid. 1. Metamorf.
*Cumque sit ignis aquæ pugnax, vapor humidus omnes*
*Res creat, & discors concordia fœtibus apta est.*

Porrò autem hanc quoq; tẽperiem dicit in terra necessariã ad hoc vt herbas & arbores producat. Nam si semen nimiis imbribus inundetur, abstrahitur, id est, non manet vnitũ nec consistit. Quod si nõ sit in tanta humoris quantũ sufficit, exsiccatum nõ poterit producere. Propter nimium ergo humorem, & propter nimiam siccitatem nõ est in terra semen aptũ ad generandum. Requiritur itaque, nõ solum in animalibus, sed etiam in terrã, bona tẽperatura ad procreandũ, & est similis in vtrisq; ratio & proportio. De qua vide Hippocratem in libro de natura pueri. Quod autem nimia siccitas impediat generationẽ, constat quod humor viscosus semen cõtinet, & producit. Quod autẽ exuperat in siccitate, est friabile & cinerosum & cõsistit. Quod autẽ dicit Clemens nonnullos sensisse, semen esse spumã sanguinis in essentia, qui imitato masculi calore in cõiunctione turbatus vẽtilatus spumescit, & deponitur in venis seminalibus, id ipsum dicit Fernelius, cuius hæc sunt verba. Vt aqua oleo permista, aut oui candidũ diuti* agitando, à coërcito flatu in spumæ densæ & albæ ingentẽ cumorem exurgit, ita propemodũ quod in nobis semen est, fermenti calore cogitur & albescit. Dicit etiã hoc sensisse veteres, quorum tamen tacet nomina. Nec mentitur, quoniam Clemẽs ex Diogene Apolloniata, Venerẽ quæ Græcè dicta est *ἀφροδίτη*, dictã *ἀπὸ τοῦ ἀφροῦ*, id est, à spuma, vnde & *ἀφροδισιάζειν*, est rem habere veneream: fit antẽ spuma aut propter semen, aut propter calorẽ, aut propter vtrũque, quæ omnia vsu veniũt in coitu. Quo fit vt non sit mirum si semen spumescat. Non solũ autem spumescit, sed etiam spumans album redditur & incrassatur. Cuius rationẽ pulchrè reddit Fernelius hoc subiecto axiomate. Quodcunq; absolute coactum consistit, id vt colore album, ita substãtia crassum redditur, planéque imitatur vasorũ & testium naturam. Abscit ergo semen & propter hãc quam diximus causam, & propter diuturnã motam quæ fit in seminariis, quorũ longi sunt fluxus & anfractus, & è quibus accipit semẽ coloris similitudinem. Quomodo autem sanguis cogatur, & coactus caro fiat, iam antea diximus. Quomodo autẽ viuificetur, qui fore volet, legat Hippocratem de natura pueri. Diximus etiã de lacte, quod sua quidem essentia sit sanguis, delatũ autem ad vbera, colore tantũ mutato est alimentũ infantis, & ideo dicit hic Clemẽs fluxum inclinẽ naturã sanguinis, & lac esse fontẽ nutrimenti. Nam mulier quæ peperit, nato fœtui hoc ipso est alimentũ, & hoc ipsum alimentũ eã peperisse arguit, & esse matrẽ, est enim horũ veluti quædam indicatio. Lac habet, ergo peperit, & si peperit habet lac, & si peperit est mater, & si peperit, lac habet non natũ alat infantẽ. Nã quãuis quãdoque cõtingat, vt propter retentionẽ menstruorũ mulier lac habeat, id tamẽ est adeo rarũ vt ad cõsequentiã minimè sit trahendũ, nec propter id quod accidit præternaturaliter mutãdus est aut euertẽdus ordo naturę. Nihil est autẽ quod maiorẽ cõciliet beneuolentiã quam is qui alitur infans. Est ergo id lac, vt Græci vocant *εἰς ἆφορ*, id est, medicamentũ amatoriũ. Quo nomine autem mater quæ peperit, paratum habet alimentum quo natum alat infantem, ita Christus qui nos regenerauit, paratum habet alimentũ quo nos alat, nempe Verbũ. Nam cum sit spiritualis generatio, spirituale quoque alimentũ sit oportet. Nã vt carnis carnalis, ita eius quod est spirituale cibus quoque est spiritualis. Verbũ ergo quod est veluti sanguis & lac spirituale, est cibus regeneratorũ, cùm primum sint regenerati. Is cibus est memoria & contẽplatio Christi Verbi incarnati & pro nobis perpessi, qua mẽmineret & peccata deleret, quæ quidẽ memoria nos debet excitare ad vitã integrè sanctè & innocenter agendam, & ad eum pro viribus imitandũ, qui pro nobis est passus vt sancti essemus, & ad regnum cælorũ perueniremus. Et est hic quidẽ cibus per se spiritualis: quanto autem magis cum accedit ad corpus Christi corporis & sanguinis veri* cibus & potus, in quo est in mysterio, nẽpe sub symbolis panis & vini ipsa Christi essentia, qui cùm sit ipsa veritas, nihil de ea crassum, nihi terrenum, nihil carnale, nihil etiam, nihil materiale est cogitandũ, vt à quo absit, vt loquar cum D. Chrisostomo, naturalis consequentia. Cùm autem & à Christo simus regenerati, & hoc spirituali cibo & potu ab eo nutriamur, & vniti quodãmodo deificamur, quantũ nostrum in eum par est esse amorem, alendum per se habet beneuolentiam: quanto maiorem autem & regenerare & alere? Quanta est autem vnio cum Christo coniunctio, qui prætioso eius sanguine redempti, per eius verbum nutriti, eius nempe verbo fit caro, & sanguis quo pascimur, & per ipsum in bonis actionibus, tãquam à Pædagogo & magistro sumus instituti. Spiritualem huius rei cognitionem, lac vocat Paulus quod se dicit eis dedisse. Hoc autem cognitio primis illis disciplinis, quantũ præstat nemo est vir verè pius qui nõ videat. Cum boni ergo Christi infantes, vt qui simus ab eo regenerati, merito vsurpamus versum illum Homeri,

*Πατρὸς δ' ἐς ἀγαθοῖο δαήμεναι εὐχόμεθ' εἶναι.* id est,
*Patre bono, æquè bono me sanguine glorior esse.*

Bonus enim est pater noster, nempe Christus qui nos regenerauit, & est bonus noster sanguis, nẽpe sanguis Christi, quo potati eius sumus consanguinei, atque adeo eiusdem sanguinis. * *Quinetiam lac quoque suum.* Quòd dixisset Clemens ex sanguine lac fieri mutato tantũ colore, & esse id infantis nutrimẽtum, adest verbum, nunc dicit aquam habere maximam cum lacte cognationem, quomodo scilicet cum nutriente spirituali lauacrum spirituale. Lauacrum spirituale est baptismus: nutrimentum spirituale est

Sacramentum Eucharistiæ. In vtroque Sacramento est aqua. In baptismo quidē est materia ad eam autem cum accesserit verbum fit Sacramentū, quo remittuntur peccata. Atque eam quidē catorum purgationem significat aqua, cuius est proprium lauare, & mundare: efficit autem Christi sanguis qui in eorū applicatur remissionē, vt qui ad hoc in ligno crucis fuerit effusus. In est lac, eadē enim est lactis & sanguinis essentia. Sed quo modo in lacte naturali parū aquæ est dū ne acescat, quod lacti facilè accidit eū fuerit extra sua receptacula, ita in spirituali lacte nati verbi sanguine qui tā multis abhinc sæculis est fusus, adhibetur aqua quæ significat Spiritū Nā & in ipso mūdi exordio spiritus Domini ferebatur super aquas. Is spiritus Domini, qui est & filij spiritus, cū feratur super aquas regenerationis, in sua virtute lac, id est, Christi sanguinē & ne vnquā acescat prohibēs, effecit vt per ipsum & omnia purgētur peccata, & veteri cuto homine carnali, fiat homo nouus & spiritualis. In sacramēto autem Eucharistiæ, nempe in calice, aqua, non solum ad significandā populi cum Christo vnionem, & coniunctionem, nam & aqua in ita dicē, lotus, diuinā & spiritualem reddit Christi sanguinis potionem, quæ nullum admittere sed nectareum habēs saporem, nos in nostris sibi iungit visceribus, & ad futuram parat resurrectionē diuinos futuros & immortales. Hæc autem vtcunq; significantur ex eo quod paulnlū aquæ lacti stum lactis prohibet acorē & eum in sua conseruat essentia. *Lacte etiam & apposito melle misceri* fuit olim traditio, vt qui exierant è baptismi lauacro, lac & mel prægustarēt. Testis est Hieronymus uersus Luciferianos qui sic scribit. Nā & multa alia quæ per traditionē, inquit, in ecclesia obseruantur authoritatē sibi scriptæ legis vsurpauerūt, velut in lauacro ter caput mergitare, deinde egressis mellis prægustare concordiam ad infantiæ significationem, &c. Id quoquè testatur Tertullianus uersus Marcionem. Nec reprobauit, inquit, mellis & lactis societatem qua sacra infantiæ. Hæc tio exoleui, vt quæ sit visa minus necessaria, nec ab Apostolis fuerat accepta. Ad eam autem videtur Clemens cum dicit, Aptè & appositè lac miscetur } Mel enim cum lacte prægustatur, erat quam dicit Tertullianus mellis & lactis societatem. Quod autem dicit, lac quæ gationem cum dulci nutrimento } non est ita accipiendum quasi mel aliquid faceret ad missionem, sed quod iam factam significaret, cum mel habeat vim abstergendi, & quod id peccata abstergit, nempe verbum, vim quoque habeat suauiter nutriendi in sacramento quo non acriter puniens, sed benignè nutriens simul & tollit peccata, & animi medetur Verbi autem benignitatem non solum multis in locis dicit ostēdisse propheram, sed etiā ipsum rum, quod dixit de Nestore, de ipso verbo videri sensisse. *Porro autem miscetur quoq; lac* quis lac videatur esse similarium partium, sunt tamen eius partes multum dissimiles. Cōstat eum bus substantiis, Crassa ex qua fit caseus, Pingui ex qua butyrum, Aquæa, quæ Græci ὀρὸν, Latini dicitur. Miscetur autē lac non solum cum aqua & melle ad prohibendū ne acescat, sed etiam dulci vt seresceat. Seresceere autem nihil est aliud, quàm secretis duabus aliis substātiis remanentibus, quæ ὀρὸς Græcè, Latinè serum dicitur. Quod autē verti cum vino dulci, οἶνος γλυκὺς, Græcè legitur cum vinū dulce dicatur, & cuicunq; ineſt aliqua dulcedo, cuius sunt multa genera, tam natiui quam ἡδὺς & γλυκὺ, id est, dulce, etiam dicatur vnum solum vini genus quod vuis aut sole in arena in lactamento torrefactis exprimitur, quod passum dicitur: vt passum vinum intelligam, id quod nō dicat γλυκὺ οἶνον, sed οἶνον τὸν γλυκύν, habet enim quandā emphasim subiectus huic articulus. sum distinguendum à cæteris vinis dulcibus, quod propter eximium eius saporē dulce dicitur. autem hęc mixtio, quod secretis inutilibus, quæ remanent nō corrūpantur amplius. Hoc nit in fide. Nam si fides cōiungatur cum homine patibili, id est, qui laborat animi ægritudinibus turbationibus, ea seresceteſ faciens, id est, secernēs ac separās carnales cōcupiscentias, nempe & noxias cupiditates quæ mortē afferunt, hominem dispersum in vanas & inutiles huius & solicitudines, cōtrahit ad æternitatem. Reiectis enim inutilibus & noxiis, & manētibus in divina, morte tecedēte manet immortalitas. Porro autē, ex pingui lactis substātia seu ex adipe est, ex butyro, concinnatur lucerna, non secus atqu ex oleo: per eam autem ænigmaticè seu allegoricè significatur multiplex verbi misericordia. Id enim nutrit infantes, eosq; auget, & illuminat. Quare vetti, multiplex misericordia, Græcè est πολύελεος, id est, multi olei. In eo autē est elegās allusio quod est oleū, & ἔλεος quod est misericordia, per butyri ergo significatur verbū seu Dominus augens & illuminans. Qui autem suos alit, ipse quoqu butyrum & mel comedit, vt humanę ostēderet veritatē, & interim eius infātia nihil præiudic it diuinæ potētiæ & sapiētiæ. Ea esset puer vsus est alimēto, quod conuenit infantibus ta homo, vt ille ipse cum sit verbum, magister & Pedagogus spirituliter à se regeneratis spiri lē, & quæ Dei decet infantes, docet nempe veram Dei cognitionē, & ab omni fastu & superbia alienam vitæ agendæ rationem. *Deus etiam in mentem mittari.* Cùm ostēdisset Clemens illud Pauli, Iac vobis potum dedi non esse gendum de primis disciplinis, sed de spirituali verbi cognitione quæ ab initio à Dei infātibus venit in mentē insectari Gnosticos qui se perfectos dicebāt, & de scientia & rerum cognitione bant, cū tamen quæ dicebāt inanes esset nugæ & impiæ næniæ. De his Gnosticis sic scribit tus in epistola ad Timotheum, vt nos vertimus: Qui à Simone processerunt, appellati sunt dicas cognitione aut sciētia prædīti. Quæ enim diuina scriptura tacuit, ea Deū sibi dicit reuelasse, autē plena omni impietate & petulātia ac libidine. Iure ergo eā nominauit Paulus, scilicet falsā natam scientiā, vt quæ ignorationis habeat caliginē, non autem lucē diuinæ cognitionis. De iis tis locis Tertullianus & Irenæus, qui eorū tamen principem dicunt fuisse Valentinianū, pugnat cum eo quod dicit Theodoretus. Nam à Simone quidē Gnostici duxerūt originem, sectam adeo amplificauit Valētinus, vt in eis principatū sibi iure possit vēdicare. Pulchrè

*Tertul. 1. aduersus Marcionem.*



Clemens eam quę occurrebat dubitationem, quod videretur secum pugnare Paulus, vt qui & se numeraret inter perfectos, & se tamen diceret non esse perfectum, sed perfectionem vt eam comprehendat. Sunt enim quidam gradus perfectionis, & perfectus quidem est qui credidit & renunciauit peccatis, si cum eo conferatur qui nec habet fidem & perseuerat in peccatis. Sed longè est perfectior qui de sinam fidem bonis & fide dignis testatur actionibus, & nō solum non peccat, sed etiam virtutibus in dies eminet & illustrior redditur. Sicut autem sunt gradus perfectionis & virtutis, ita etiam suos gradus habent vitia, & neq; sunt virtutes pares, nec vitia paria. Quod præclare ostendit Ioannes in Apocalypsi dicens: Qui in sordibus est sordescat adhuc, & qui iustus est iustificetur adhuc, & sanctus sanctificetur adhuc. Est ergo perfectio quidem renunciasse peccatis, & regeneratos esse in fidē eius qui est perfectus, nempe Christi. Sed nondum est ea perfectio cui nihil possit addi. Hinc fit quod cum nec virtutes sint pares, nec vitia paria, meritorum quoque non sint eadem præmia, nec peccatorum supplicia.

*Apocal. 22.*

## Quis sit Pædagogus, & de eius Pædagogia. Cap. VII.

QVONIAM [a] ergo ostendimus, pueros nos omnes qui à Scriptura vocamur, nec id solum, sed etiam qui Christum secuti sumus, nos infantes dictos esse allegoricè: solum autem esse perfectum Patrem vniuersorum: in ipso enim est Filius, & Pater in Filio: restat vt nos ordinem sequentes, dicamus quis sit noster Pædagogus. Vocatur autem Iesus. Nonnunquam ergo seipsum pastorem vocat, & dicit, Ego sum pastor bonus, per metaphoram sumptam à pastoribus, qui ducunt oues. Instituitur pædagogus ducens pueros, & est pastor curam gerens infantium. Infantes enim, simplices tanquam oues dicuntur allegoricè. Et erunt, inquit, omnes vnus grex, & vnus pastor. Pædagogus ergo iure Verbum dicitur, qui pueros nos ducit ad salutem. Euidentissimè ergo Verbum dicit de seipso per Oseam. Ego autem sum eruditor vester. [b] Pædagogia autem est diuina religio, quæ est doctrina diuini cultus, & eruditio ad assequendam veritatis cognitionem, & recta institutio, vitæque agendæ ratio, quæ in cælum deducit. Pædagogia autem multis modis appellatur. Est enim pædagogia eius qui ducitur & discit: & est pædagogia eius qui ducit & docet: & tertio pædagogia est ipsa deductio & institutio: & quarto pædagogia est ea quæ docentur, vt præcepta. Est autem quæ est ex Deo pædagogia, veritatis directio ad Dei contemplationem, & sanctarum actionum aperta ac manifesta descriptio in æterna perseuerantia. Quemadmodum ergo phalangem dirigit dux exercitus, militum salutis curam gerens: & gubernator nauis clauum regit, volens seruare vectores: ita etiam pædagogus ducit pueros ad salutarem vitæ agendæ rationem, vt nostrorum curam gerat. Et in summa, quæcunque à Deo iustè nobis fieri petierimus, non aderunt si Pædagogo paruerimus. Quomodo ergo gubernator non semper cedit ventis, sed contra proram quandoque obuertens, vniuersis resistit tempestatibus: ita pædagogus leribus quæ sunt in hoc mundo nunquam cedit, nec eis puellum, tanquam cymbam, in belluinam & libidinosam viuendi rationem impellere permittit: sed solo secundo spiritu in altum sublatus, clauum pueri, aures inquam, fortiter tenet, donec ipsum puellum in portum cælorum perduxerit. Patrius enim qui ab eis vocatur mos, mentis temporis præterit. Diuina autem vitæ institutio est in æternum permanens posse. Achillis quidem pædagogum dicunt fuisse Phœnicem, & Crœsi filiorum Adrasti, Alexandri autem Leonidem, & Philippi Nausithoon. Sed Phœnix quidem insanorum amore tenebatur: erat autem exul Adrastus: Leonides verò fastum Macedonum non resecuit: nec Nausithous ebrietatis Philippi curauit vitium. Neque verò Alexandri sectationem Thrax Zopyrus potuit reprimere. Sed erat emptitium mancipium Zopyrus: & Themistoclis liberorum pædagogus Sicinnus fuit ignauus famulus. Eum decuit saltasse, & genus saltationis, quod Sicinnis Græcè dicitur, inuenisse. Nos non latuerunt qui apud Persas Regij vocantur pædagogi, quos numero quatuor ex omnibus Persarum primatum deligentes reges Persarum, suis præficiebant filiis. Sed solam sagittandi ar-

*Pollux Phthiotes à Pelasgo Macedone.*

tem discunt eorum filij: postquam autem ad pubertatem peruenerint, cum sororibus & matribus, mulieribusque tam vxoribus quam concubinis innumerabilibus coëunt, tanquam capri ad Venereum congressum exercitati. [d] Noster autem pædagogus sanctus Deus Iesus, qui est dux omnis humanæ naturæ, Verbum, ipse benignus & clemens Deus, est pædagogus. De ipso quidem dicit Spiritus sanctus in cantico: Populo in deserto sufficientes populos peditauit in siti æstus, in inaquoso ipsum circundedit, & eum eruditi & custodiit tanquam pupillam oculi sui, sicut aquila protegit nidum suum, & in pullis suis desiderauit: expansis alis suscepit ipsos, & supra dorsum eos recepit: Dominus solus duxit ipsos, & non erat cum eis Deus alienus. Apertè, vt mihi quidem videtur, Scriptura ostendit pædagogum, eius ductum enarrans. Rursus autem quando dicit, per propriam personam seipsum ostendit pædagogum. Ego Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti. Quis ergo habet potestatem inducendi & educendi? an non pædagogus? [e] Is apparuit Abrahæ, & dixit: Ego sum Deus tuus, gratus esto coram me. Eum autem tanquam optimus pædagogus, vt sit fidelis puer, instituit dicens: Et sis irreprehensibilis. Et ponam testamentum inter me & te & semen tuum. Amicitiæ quæ præest & curam gerit, hic est societas & communicatio. [f] Iacobi autem pædagogus esse cernitur euidentissimè. Ei itaque dicit: Ecce ego tecum, custodiens te in vniuersa via quocunque ambulaueris, & reducam te in terram hanc, quoniam non te derelinquam donec fecerim quæcunque locutus sum tibi. Cum eo autem colluctari quoque dicitur. Remansit autem, inquit, Iacob solus, & luctabatur cum illo homo, nempe pædagogus, vsque ad matutinum. Hic erat homo qui agebat & ferebat, cum vnà exercebatur, & exercitatorem Iacob aduersum malignum iungebat. Quis autem Verbum esset qui erat vnà cum Iacob aliptes & iunctos, & pædagogus humanæ naturæ, ex hoc sciri potest: Interrogauit, inquit, ipsum, & dixit ei: Enuncia mihi quid sit nomen tuum. Et dixit: Cur interrogas nomen meum? Nomen enim nouum nunc populo reseruabat, nempe infanti. Adhuc autem erat innominatus Dominus Deus, vt qui nondum homo factus fuisset. Vocauit tamen Iacob nomen illius loci, Speciem Dei. Apparuixi enim, inquit, Deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Facies autem Dei est Verbum, quo Deus illuminatur & cognoscitur. Tunc etiam nominatus est Israël, quando vidit Dominum Deum. Hic est Deus, qui est Verbum, qui pædagogus, qui et rursus dixit: Ne timeas descendere in Ægyptum. Vide quomodo iustum sequatur pædagogus, & quomodo eum qui exercetur iungit, docens supplantare aduersarium. Is ipse Moysen quoque docet fungi prædagogi officio. Dicit enim Dominus: Si quis peccauerit coram me, deleo eum de libro viuentium: nunc autem vade, & deduc populum hunc in locum quem dixi tibi. Hoc in loco est magister pædagogiæ. Reuera enim erat Dominus per Moysen pædagogus veteris populi, per seipsum autem, populi noui dux, facit ad faciem. Ecce enim dixit Moysi: Angelus meus præcedit te: euangelicam & principalem Verbi potestatem representans. Dominicam autem authoritatem ac dignitatem confirmans. Quo die, inquit, visitauero, inducam super ipsos peccatum ipsorum; hoc est: Quo die iudex, eos qui non obedierunt iudicat. Eorum autem peccatum benignum Verbum quam silentio præterit. Arguit autem, vt ducantur pœnitentiæ. Mauult enim Dominus pœnitentiam peccatoris, quàm mortem. Nos autem, cum tanquam infantes adhuc essemus, catæ auditione acceperimus, minarum metu ne similia patiamur, ab eiusmodi delictis desistimus. Quidnam ergo fuit quod peccarunt? Quod in ira sua hominem occiderunt, & cupiditate tauro neruos præciderunt, execranda est ira ipsorum. [b] Quis ergo non eo benignius & humanius erudierit? Atque prius quidem veteri populo vetus erat testamentum. Lex cum

Deut. 32.
Mich. 6.
Genes. 17. Exaquens.
Ibid. 28.
Ibid. 32.
Ibidem.
Vide vide. Ibidem.
Ibid. 46.
Exod. 32.
Ibidem.
Exech. 18.
Genes. 49.



Lex cum metu populum erudiebat, & Verbum erat angelus; nouo autem & recenti populo nouum ac recens datum est testamentum, & Verbum fuit genitum, & metus conversus est in dilectionem, & mysticus ille Angelus Iesus paritur. Hic enim ipse pædagogus, tunc quidem, dominum Deum tuum timebis, dicebat: nobis autem suasit, Diliges Dominum Deum tuum: & præterea nobis præcipit, Cessate ab operibus peccatorum vestrorum veterum, discite benefacere: Declina à malo, & fac bonum: Dilexisti iustitiam, odisti iniquitatem. Hoc est meum nouum Testamentum veteri litera impressum. Non est ergo exprobranda Verbi nouitas. [i] Sed Dominus quoque dicit in Hieremia: Ne dicas puer sum ego. Antequam te formarem in vtero noui te, & antequam egredereris è matrice sanctificaui te. Hæc prophetia apud nos potest significare eos, qui ante mundi constitutionem Deo ad fidem sunt cogniti, nunc autem sunt infantes propter impletam nuper Dei vocationem, quatenus ad vocationem & salutem recens nati sumus. Quocirca etiam subiungit: Prophetam ad gentes posui te: dicens eum oportere prædicere, non videri esse prohibendum recentioris appellationem iis qui videntur infantes. Lex autem est vetus gratia per Moysen à Verbo data. Quocirca dicit quoque Scriptura, Lex per Moysen data est: non à Moyse, sed à Verbo quidem, verum per Moysen seruum suum: & ideo fuit ad tempus. Æterna autem gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Videte verba Scripturæ. De lege quidem, data est, inquit, tantùm: Veritas autem, quæ est gratia Patris, est æternum Verbi quæ & non dicitur dari, sed per Iesum fieri, sine quo factum est nihil. Iam verò Moyses prophetice perfectò cedens pædagogo, nempe Verbo & nomen & pædagogiam prædicit, & populo pædagogum commendat, præceptis ei obedientiæ traditis: Prophetam vobis suscitabit, Deus tanquam me de fratribus vestris: per Iesum Naue filium, Iesum Dei significans: nomen enim Iesu, quod in lege prædicabatur, erat adumbratio Domini. Subiungit itaque, quod populo vtile futurum erat consulens: Ipsum audietis, dicens. Et homo qui non audierit Prophetam hunc, ei minatur. Tale nobis prædicit nomen salutaris pædagogi, propterea ei virgam adiungit prophetia, virgam disciplinæ, imperij, & potestatis: vt quibus Verbum hortans & admonens non medetur, eis minæ medeantur. Quibus autem non medentur minæ, eis virga medebitur. Quibus verò virga non medetur eos ignis depascit. Egredietur, inquit, virga de radice Iesse: Vide pædagogi curam, sapientiam, & potestatem. Non secundum opinionem, inquit, iudicabit, neque secundum loquelam arguet, sed iudicabit iustis iudicium, & arguet peccatores terræ. Et per Dauid: Castigans castigauit me Dominus, & morti non tradidit me. A Domino enim castigari, & tanquam à pædagogo doceri, est à morte liberari. Et dicit per eundem prophetam: In virga ferrea pasces eos. Ea virga quoq; Apostolus in epistola ad Corinthios: Quid vultis, inquit, in verbo veniam ad vos, an in dilectione & spiritu lenitatis, Sed etiam, virgam potentiæ emittet Dominus ex Sion, & dicet alium Prophetam. Pædagogica autem hæc virga tua & baculus tuus me consolata sunt, ait aliquis alius. Hæc est pædagogi potestas, venerada & grauis, cõsolatoria & salutaris.

Deut. 6. Matth. 22.
Esaiæ 1.
Psal. 36. Ibid. 44.
Hier. 1.
Ibidem.
Ioan. 1.
Deut. 18.
Esaiæ 11.
Psal. 117.
Ibid. 2. 1. Cor. 4.
Psal. 119. Ibid. 22.

## COMMENTARIVS IN CAP. VII.

"QVONIAM ergo ostendimus pueros nos omnes. Facta breui eorum quæ dicta sunt ἀνακεφαλαιώσει, primum ponit quinam sit noster Pedagogus, & deinde quænã sit Pædagogia. Dicit autẽ eundẽ, nempe Iesum, fuisse Pædagogũ, & Pastorem. Quod autem dicit nos esse pueros & infantes, solũ autẽ perfectum patrem vniuersorum, nõ est existimandũ eum sentire cum Arrianis Patrẽ esse maiorẽ filio. Quod ipse explicat cum dicit, in patre esse filiũ, & filiũ in patre. Quod satis arguit eos, nempe patrẽ & filium, quod ipse Christus dicit apud Ioannem, esse vnum, id est, vnã & eandem essentiã, licet sint diuersæ personales seu personæ. Vna autẽ & eadẽ essentia nõ potest esse maior seipsa. Ad hæc accedit, quod cũ dicit rursus, cur Deus vniuersorũ sit perfectus, hãc affert, quod filius sit in patre, & pater in filio. Quo fit non sit filius minus Deus quam sit pater, cum vterq; adiuncto etiã sancto Spiritu, sit vnus Deus, est enim Deus in tribus personis. Quod autẽ solũ vniuersorũ Deũ dicit esse perfectũ, non hoc dicit ratione habita filij, cuius ideo meminit, ne si diuinæ tantũ meminisset monarchiæ, videretur idẽ sentire quod Iudæi, qui solam in Deo statuentes vnitatẽ, in eo tres personas non admittunt: sed puerorũ & Dei infan-

tium, quibus potest quidē in suo genere esse aliqua perfectio, sed quæ planè nihil est si cū Dei perfectione cōferatur. Nā quod dicit Christus: Estote perfecti sicut pater vester in cœlis est perfectus, est intelligendum, quod iubeatur quidē esse perfecti, sed nō ea quæ est in Deo perfectione, sed vt quæ in homine esse perfecti Deo similes quoad eius fieri potest. Atq; primū quidem dicit nomen nostri Pædagogi. Id autē est Iesus, id est, Seruator seu qui dat salutē. Dixit enim Angelus Ioseph cū ei in somnis apparuisset, Pariet autē filiū, & vocabis nomē eius Iesum. Ipsum enim saluū faciet populū suum à peccatorū. Ipse autem Iesus seipsum vocauit bonū pastorem. Pastor autē qui est Græcè ποιμήν, proprie dicitur ouiū. Nihil est autē ouibus mansuetius & simplicius. Quo fit vt allegoricè dicatur oues intuentes in ouiū, quibus innata est facilitas & simplicitas, & à quibus abest omnis fastus & superbia, & id docens pastor & Pēdagogus, nempe qui ducit & regit pueros. Qui autem seipsum vocauit pastorem bonum, & Diuo Petro vocatur princeps pastorum nempe ἀρχιποιμήν, vt qui multos habeat vicarios, nempe episcopos, doctores, qui sub eo & summo eius vicario Petro successore, gregis, nempè Ecclesiæ curā gerāt. Quos ministros munere rectè fuerint perfunctī, immarcessibilem in Principis pastorū aduentu coronā percipiant. Ipse autē ipse pastor & princeps pastorum alia ratione agnus quoq; dicitur, vt qui pro peccatis hominū quā pura & immaculata oblatus hostia, ea sustulerit, & Deū placauerit. Ille autem ipse Pædagogus

Oseæ 5. Osea vocat eorū eruditorem. Habent enim Septuaginta παιδευτήν, id est, eruditorē, quod magis accedit ad Pædagogum. Hebræū autem proprie significat eum qui corripit, corrigit, admonet & docet. Est autem Pædagogus & magister. *Pædagogia autem est diuina religio.* Postquam expositum est quisnam sit noster Pædagogus, nunc ad explicandum accedit Pædagogiam. Atq; primū quidem ita definit Pædagogiam, vt quæ sit & consistere in doctrina pietatis, veriq; Dei cultus & cognitionis, veritatis, morumq; ornamentis, & ad agendæ vitæ rationis, ducentē ad cælū. Continet hæc definitio ea quę docētur à Pædagogo. Quæ niā multis modis appellatur Pædagogia, vt certa sit & firma definitio, sunt distinguenda eius genera. Primū quodquidem facit Clemens. Est autē Pædagogia nomen quod refertur ad aliquid. Aut enim refertur ipsū qui ducit & docet Pædagogū, & de ipso iā satis diximus: aut ad eū qui ducitur, docetur & discipe ad puerū seu infantē, de quo satis dictū est, nec opus est vt eius denuo repetatur definitio. Aut refertur Pædagogi ducētis, & docētis actionē quam definit, veritatis directionē ad Dei contēplationem. Aut refertur ad ea quæ docētur à Pædagogo. Eius autē Pædagogiæ est prima illa quam posuit definitio. Quæ autē Pædagogiā, id est, Pædagogi actionē, quatenus est Pædagogus, nō aliud sibi dicit propositum esse quā pueri qui ducitur & docetur salutē, sicut imperatorem, militū quibus imperat, & nauclerū, nautarū nauctorū. Quomodo autē nauclerus seu gubernator nauis, vt nauē cōseruet & vectores, vētis omnibus restit & tēpestatibus: ita etiā noster Pædagogus vt suorū infantiū prouideat saluti, humanis actionibus legibus tanquā tempestatibus. Eæ autē sunt leges quæ vel de Diis colendis latæ sunt ab hominibus, quarū authoritate impij pios, id est, fideles, sunt persecuti. Porro autē hic noster Pædagogus, à quo ista à Deo petuntur suis impetrat, & tanquā bonus gubernator superatis omnibus tēpestatibus omnes suos tanquā vectores, inoffensos ducit ad portū salutis, nēpe ad regnū cælorū. Non possunt enim à patrij qui præstereunt & nō diu durant, resistere diuinæ vitæ institutioni, cum sit possibile quæ auferri. Est autē Græcè elegans allusio ἀπὸ τοῦ ἄγειν & ἕλκειν, quā lingua Latina nō potest assequi. Illecebris lepidū ac venustū quod dicit Pædagogū tenere clauū, id est, aures, ne leges tanquā tēpestates ad vitam impellant sceleratā & flagitiosā, eumq; spiritu sublatū, nempe sancto Spiritu, cuius clauus tū. In eo autem est allusio quòd ventis opponit spiritum, nempe πνεῦμα: πνεῦμα autem Græcè significat & spiritum. *Achillis quidem Pædagogum dicunt fuisse Phœnicem.* Postquam expositum est Clemens nam sit Pædagogus & quænam Pædagogia, ostensurus qualisnam sit noster Pædagogus, primum qualisnam fuerint aliquot veteres Pædagogi, vt cum nostro Pædagogo collati nihil esse intelligantur. Primum autem adducit Phœnicem Amyntoris filium Achillis Pædagogum, qui ipse dicit Achillem Homerum, se à patre eius Peleo ad Agamemnonem esse missum: cuius hæc sunt verba,

Hom. 10. Iliad.

Τύνεκά μι σεῦλαος διὰ ἐκλάιφθα πατὴρ πάτηρ.
Μύθων τι ἐπέων ἰδόμαι σφοιτάοντα πάντων.
*Misit méque ad eum quo te illa ego cuncta docerem,*
*Et bona verba loqui, præclara atque edere facta.*

Ipse autē Phœnix ad Peleum Achillis patrē venerat vt vitaret irā patris, qui ei valde erat infensus à matre incitatus cōcubinæ eius stuprum intulisset. Et hoc est quod paulo post dicit Clemens, Phœnix quidem insano mulierum amore tenebatur. Deinde adducit Adrastum filiorū Crœsi Pedasi, de quo vide Herodotum libro primo. Is cū fratrē suum imprudēs occidisset & à patre suo Gordia gum Rege esset expulsus, ad Crœsum venit, à quo humaniter fuit exceptus, & ab eodem expiatus cum filij sui nomine Attis curam dedisset & custodiam, quem ad venandum aprum qui omnes regionem etat secutus, & contigisset vt ferro è venabulo excusso imprudens Adrastus eum occideret ex eo tantum concepit dolorem vt sibi manus afferret. Dicit itaq; Clemens eum Adrastum fuisse lem. Duos alios deinde recensēt Pædagogos, Alexandri Leonidam, Philippi Nausithoum. Sed Philippum quidem quem Phillippi dicit fuisse Pedagogum, Pellei autem, nempe Philippi à Pella, nic vrbe ita dicti ebrietatis vitium non curasse, non meminī me aliquid legere. Ebrietatis autem bacitatis vitio constat & patrem & filium laborasse, vt testatur Athenęus lib. x. cap. xi. Et quod tatis quidem vitio laborarit Alexander, solet culpa conferri in Pedagogum Leonidam. Quod Philippus, Clemens adscribit Nausithoo. Sed hoc eorū vitium existimo patrię potius tribuendū & Macedones & vicini eorum Thraces semper habiti sunt bibaces. Sed nec ab eo vitio ad ruit Græcia, vnde etiam Græcari vocabulum est diuturno vsu satis tritum: Videtur autem dicit Leonidam Macedonis fastum non refecuisse, innuere, per Leonidā non sit esse modestus esset Alexander, qui propensus erat ad fastū & animi elationem, tantū abest,



ad ebrietatem, luxumque, & nimiā profusionem. Idem quoq; videtur sentire Plutarchus, qui dicit Leonidam aliquādo reprehendisse Alexandrū, quòd plus quam opus esset thuris adhiberet in sacrificando, perinde atq; si in eius potestatem venisset Arabia: cuius postea memorem Alexandruu, deuicta Arabia magnus thuris pondus ad eum misisse, cum nimiæ insimulantē parsimoniæ. Alium postea recensēt nempe Alcibiadis Pædagogū, nomine Zopyrum, cuius etiā meminit Plutarchus in Alcibiade, nomen quidem non fileus, sed eius vitæ conditionē prætermittens, cùm tamen eū ad libidinem esse propensissimū ostenderet. Addit deinceps Pædagogum liberorum Themistoclis quē vocat Sicinnum. Sed de eo quoq; apud Plutarchum, neq; apud vllum alium quidquam legi. Eum autem dicit Clemens ignauū fuisse & effœmināto. Dicunt autē, inquit, cū saltasse, & genus saltationis quæ Sicinnis dicitur inuenisse. Sicinnis autē id, vt ait Athenæus, ab alijs Satyrica dicitur saltatio, vnde & Satyri Sicinnistæ nuncupati, quā Sicinnus exercitarit barbarus. Hæc Athenæus: Est autē satis verisimile hunc Sicinnū, quē dicit Athenæus, fuisse Pædagogum liberorū Themistoclis, quem ignauum famulū fuisse dicit Clemens. De quatuor autem Cœlius antiq. lib. cap. 4. Athen. li. 14. cap. 12. illis quos Pædagogis apud Persas optimatim selectis, etsi diligenter inuestigarim, nihil inueni. Cætera quæ de rebus Persicis, nēpe quod sagittādi artē discāt, coëant autē cū matribꝰ & sororibus, & multas habeant vxores, & concubinas habeāt innumerabiles. *Noster autem Pædagogus sanctus Deus Iesus.* Postquā ostendit quales fuerint veteres quos citauit Pædagogi, nūc docet qualis sit noster Pedagogus, & quomodo differat. Veteres quidē illi Pædagogi fuerūt vel exules, vel barbari, vel serui ignaui, & vel nō rectè functi sunt officio, vel nō eis rectè successit Pædagogia. Pædagogus verò noster qualis est? Nā exul, non barbarus, nō seruus ignauus, sed sanctus Deus, Iesus, id est, Seruator, seu qui dat salutē, Verbum, nēpe Dei sapientia. Deinde ne quis existimaret eum sic Deus, non facilē ad eum patere aditū, cum diuinitate decet humanæ naturæ, vt qui eam abducat ab erroribus, estque benignus & clemens, quod Græcè φιλάνθρωπος id est, amator hominis: sunt enim eius deliciæ esse cum filijs hominum. Quomodo autē se ostendit pueros tam publicè quàm priuatim, tam in omnes, inquā, simul quā separatim in singulos, & spiritus sanctus docet per Scripturā, & ipse per se loquēs in Scriptura, In solitudine & rerū omniū egestate totum populum Israëliticū aluit, potauit, erudijt, & custodijt, sicut Aquila nidū suū protegit, fouet, & plumis suis esse cognoscit, quos enim habet suspectos pro suis nō admittit, sed eos expellit, suos passis alis excipit, & dorso vehit. Nam quo maiori odio habet fœtus aduleterinos, eo maiori tenetur studio & diligentia eos quos agnoscit pro veris & suis. Hęc Pædagogi summā arguūt benevolentiā, pueros suos gubernare, regere, erudire, & protegere: quæ quidē omnia illi tribuit Moyses in Scriptura loquens per sanctum Spiritum. Sunt autē illa omnia soli Domino, nempe Pædagogo accepta ferenda. Solus enim puerum educat, nam nec ipse falsorū Deorū admittit societatem, nec inter pueros suos vllus est Deus alienus, cum Pædagogus se solum Deum velit coli & adorari. *Is apparuit Abrahæ & dixit.* Postquam ostendit quomodo publicè, nempe totius populi fuerit Pædagogus, de singulis nunc loquitur quorū fuit Pædagogus. Atq; primum quidem ostendit eum Abrahæ fuisse Pædagogum. Quod autem dicit, gratus coram me, ita enim verti quod est apud Septuaginta εὐαρεστῶν, est Hebraicè התהלך לפני, id est, ambula coram Deo. Ambulare autē coram Deo, est phrasis Hebraica, qua significatur vacandum esse Dei cultui. Quod autem dicit, Et sis irreprehensibilis, arguit eum tanquā optimum pedagogū, instituisse Abrahamum ita se gessisse, vt nulla in eū caderet reprehensio. Perfectus est autem qui nihil facit quod sit reprehendendum. Hinc est quod id quod Septuaginta verterunt Et sis irreprehensibilis, vertit Hieronymus Esto perfectus. Quòd autem Septuaginta verterunt Testamentum nempe διαθήκην, id Hieronymus foedus. Nam vocabulum Hebraicum ברית significat & testamentū & fœdus & pactum. Hoc autē fœdus & pactū inter Deū & Abrahamū dicit Clemēs esse societatē & cōmunicationē amicitię quę præsidi & cura gerit. Nā Deo quidē cū Abrahamo intercedebat amicitia, sed ea amicitia non erat tanquā inter pares, sed Abraham quidem Deus erat amicus, vt qui ei præesset, & tanquā Pædagogus eius curā gereret. *Iacobi autem Pædagogum esse seruitur euidentissimè.* Alium adducit cui priuatim ac singulatim Pædagogus fuit Dominus, nempe Iacobum. Pædagogum autē eum fuisse ostendit, & ex eo quod dicat se in via custoditurum quocunq; iret, eumq; & ducturum & reducturum, est enim Pædagogi dicere custodire, & ex eo quod cum ipso luctatus ad vitam ex virtute gerendam, & ad vitijs & inimico Diabolo resistendū cum exercuerit. Qui enim solus cum Deo fuerit luctatus, is spiritualia nequitiæ (vt Diuus Paulus verbis vtitur) cum eis enim est nobis colluctatio, facile superabit, est autem hoc quoq; Pædagogi officium exercere, & vt sint ad luctā agiliores & paratiores, vngere, vt qui & Aliptarum & Pedotribarum est officio. Quænam est autem illa hominis cum Iacobo colluctatio? Homo ille erat Dominus qui erat etiam eius Pædagogus. Hic Pædagogus cum puero suo Iacobo est colluctatus, vt qui ei in agone proposuerit certamina, nempe & Dei contemplationem, & vitiorum fugam. Vicit autem Iacobus, vt qui & Dei visionem quantumuis difficilē sit assecutus, quantū scilicet assequi potest captus humanus, & quæ cum eo pugnabāt vitia expugnauit. Sed tam præclarā assecuti victoriā fœmoris nervus emarcuit. Eo autē significatur effrenatā vim libidinis, & cōcupiscentiam in eo fuisse deiectā & prostratam. Nihil enim est quod vitia magis enerueat quā assidua Dei contemplatio. Solus autem idq; noctu Iacobus Deū est contemplatus. Nā & qui Deū contemplatur, is se ab omnibus separat mortalibus, sola sibi diuina proponēs & cælestia, & eo tēpore maximè contēplatur, quod & piis ad contēplandum, & ad vitijs struendū est aptissimū, nēpe noctu. Ex hac autē visione, & dei contēplatione, qui prius dicebatur Iacob, id est, luctator & supplantator, quod & fratrē Esau supplantasset, & benedictionem ei præripuisset, & acriter cū vitijs depugnasset, appellatus est Israël, id est, homo Deū videns, vt interpretatur Origenes, & S. Ambrosius. Porro autē ex hac visione salus facta est eius anima. Tū demū enim saluus viuit. Viuit aūt per Dei cognitionē, qui est ipsa vita: ad hāc aūt diuinā nō peruenisset visionē, nisi ab ipso suo adiutꝰ fuisset Pædagogo qui est Verbū, qui eū duxit, incitauit, & instruxit ad exercita-

tionem. Eius autem nō tunc quidem fuit ignotum, Dei enim nomen tetragrammaton ptius ineffabile tunc demum licuit effari, quādo à verbo susceptā carne nomen sōgē pulcherrimum, nempe Iesus, est impositum. [a] *Hic ipse Moysen quoq; docet fungi Pædagogi officio.* Moyses quidem veteris populi fuit Pædagogus, Christus autem noui, sed hanc pædagogiam nō ex se habuit Moyses, sed Dominus ei⟨us⟩ qui lege data eū docuit, quomodo esset & regendus & docendus populus. Moyses ergo non sua auctoritate, nec suis, sed Christi, vt ita dicam auspiciis, veteris populi fuit Pædagogus. Christus autē per seipsum per vllum alium, & facie ad faciē, vt qui esset aspectabilis, videretq; & videretur, fuit dux & Pædagogus noui populi, nēpe Christiani. Quo fit vt in vtroq; nempe & in veteri & in nouo Testamēto fuerit Christus Pædagogus. Sed in veteri, per Moysen, in nouo autem per se. Quodquidē est adeo verū, vt & Moses sit Pædagogus per Christum qui eū constituit, & ipsa lex quā à Deo accepit, sit Pædagogus ad Christum, vt & cuius præcepta à Christo essent perficienda & adimplenda, cæremoniæq; & sacrificia ad rum quæ gessit in terris, quàm eius sacramentorum, & vni ei & æterni sacrificij essent vmbræ & figu Quodquidē significabat Angelus ille qui Moysen præcedebat. Nam Angelus qui idem est qui cius, innuebat prædici per Moysen futurum Verbi in Euangelio potestatem, conseruabat autē Dom authoritatem & dignitatē. Non enim eius qui mittitur, sed eius qui mittit authoritatis & dignitatis betur ratio. Qui ergo à Verbo mittebatur Angelus vt Moysen præcederet, Verbo eū mittenti subseruabat dignitatem & authoritatem. Atq; habebat quidē Moyses vt qui esset Pædagogus, à verbo mandatam iurisdictionem. Est enim Pædagogi castigare. Sed cum idem verbū sit, & Pædagogus & dex, tanquam Pædagogus quidem monet vt pareant, eorum saluti consuleris, non vult enim morti catoris, sed magis vt conuertatur & viuat, & ideo eorū peccata proponit ante oculos, vt cognoscent & peccasse eos pœniteat. Quod si non pœniteant, in futuro iudicio quas merētur dabit pœnas. Galat. 3.

Genes. 49.

que verò sua tantum eis proponit peccata, sed etiā aliorum, vt metu pœnę desistant peccare. Cuiusmodi autē sunt ea à quibus deterret peccata, ostendit exēplo eorū quæ egregius ille Pædagogus lacobus filiis è viuis excessurus dixit cōuocatis suis filijs, de Simeone & Leui qui vt raptā à Sichem sorore vltionem tur, & Sichem ipsum & Sichimitas omnes occiderūt, & vtrē euerterunt. Sunt autem eiusmodi planè lætalia. Est autem hic animaduertendū quòd id quod Septuaginta verterunt, Tauri necauerunt derunt, significantes cæsum fuisse Sichem. Diuus Hieronymus verterit, murum suffoderunt, id est euerterūt. Nec mirum, cum vocabulū Hebræum, quod est מקרסו, inter cætera significata, & murum significet. [b] *Quis ergo non eo benignius & humanius erudierit.* Hunc locum ita conclusit, vt diuus Pædagogū benignè & humanitèr erudire. Sed quoniā idem est Pædagogus in veteri & in nouo Testamento, nec tamen eodem modo se gerit in vtroque, ostendit quodnā sit eius discrimen in veteri & nouo veteri, lex erudiebat cum metu, nā metu pœnæ deterrebat à vitiis, & licet vtrobiq; esset idē Pædagogus, nempe verbū, in veteri tamen præcedebat Angelus, adeo vt verbū quodammodo esset Angelus. id sub cuius specie diuina Verbi latebat essentia. In nouo autē Verbum genitum, vt quod exemplum pellet, & quod non erat amplius Iesus mysticus, id est, latens in mysterio sub diuersis figuris, vt diuus in nouo sub specie ignis, aliquando in viri forma; aliquādo interdiu in columna nubis, nocte vero lumna ignis, sed euidenter apparens: in lucē enim editus visus est in terris, & conuersatus cū hominibus nō homines minis terruit, sed beneficiis allexit amoréq; & beneuolentia complectens, denique publicum documenta & præcepta charitatis. Iam verò cū etiā in veteri Testamento, in quo terretur populus non desint multis in locis præcepta charitatis, cuiusmodi sunt ea quæ citauit ex Psalmis & propheta quò sit vt etiā in veteri Testamento sit nouū, non est quod nouo Testamēto exprobretur vetustas, cū eadem nouitas sit etiā impressa in literis veteris Testamenti: vtrobiq; enim est idem Verbi & spiritus, licet pro varietate temporū aliquando diuersa fuerint præcepta, in iis maximè quæ pertinent ad indicia cæremonias & sacrificia, quæ noui Testamenti fuerunt vmbræ & figuræ quæ quidē cessarunt orta veritate. *Sed Dominus quoq; dicit in Hieremia.* Hæc prophetia quidē est de Hieremia, sed vult Clemens eam intelligi de iis qui sunt à Deo præcogniti & prædestinati ad fidem. Quæ quidē Dei præcognitio & prædestinatio, cum fuisset cōpleta post Christi aduentum, qui præsciti & prædestinati fuerit, facile pueri & infantes: vt qui recens nati sint ad salutem, & Christum habeant Pædagogū. Quod cum dicit Hieremias, significat probro non esse dandam infantis & pueri appellationem. Nouū enim dicendum Euangelium quod ante mundi constitutionem fuit præcognitum, licet possit dici nouum quod nouissimis temporibus fuerit prædicatū. Sed nec lex veteris testamēti est præstantior Euangelio. Vtrumque quidem est gratia, vt quæ sit gratis data; sed legis gratia, licet à Deo data, per Moysen tamen eius seruum fuit data, quo fit vt ea magna ex parte versetur circa temporalia, & sit temporalis. Promissum quidem fuerat Abrahæ terra fluens lacte & melle, ad quam contendebat etiam Moyses, licet ad eam non peruenerit, ad eam autem peruenit populus Israëliticus, nō à Moyse ductus, sed à Iesu Naue quem mus Iosue, qui nobis repræsentabat Iesum ad terram viuentiū nos deducturū, quæ verè erat promissionis. Gratia autem Euangelij, non data est per Moysen, licet ea quoq; à Deo sit data, sed per Iesum. Ea non cōsistit in pinguedine & vbertate terræ fluentis lacte & melle, non in bonis quæ à Deo quidem dantur, fluxa autē sunt & caduca, sed in vitæ æternitate quæ itidem data, sed facta est per Iesum, qui Diaboli mortisque tyrannidem, peccatis deletis, per mortem suam æternam vitā, est fabricatus, quæ dum mors regnaret esse minimè potuit. Non solum autem gratia, nempe vita æterna, facta est per Iesum, sed etiam veritas. Nam cùm sub lege omnia Hebræa tingerent in vmbris & figuris, ex cùm Iesus aduenisset cessarunt, & facta est veritas. Vera enim & non solum significantia, sed verè etiam efficientia fuerunt sacramenta, & in locum tot sacrificiorum successit vnicum verū Christi præsentis & peccata expiantis sacrificium. Est autem anima humana non dixisse Scripturam, fuit veritas, sed facta est: semper enim fuit imò verò est ipsa veritas, quæ est ipse Deus, sed non semper fuit quod factum est à veritate nempe ipsum opus, quod assumpsit



esse, vel quod factum sit vt esset sempiternum, vel quod ei semper adsit qui operatur. Non me fugit quibus hunc locum Ioannis aliter exposuisse: sed mihi visus est Clemens sic intellexisse. De eo autem alio relinquo iudicium.

## Aduersus eos qui existimant eum non esse bonum qui est iustus. Cap. VIII.

[a] *Hic exoriuntur aliqui, qui dicunt non esse bonum Dominum, propter virgam & minas, & timorem: neque Scripturam audientes quæ sic dicit: Et qui timet Dominum conuertetur ad cor suum; & obliti, quod est maximum, eius benignitatis, qui propter nos homo factus est. Quinetiam familiarius eum propheta precatur per hæc verba: Memento nostri, quoniam pulvis sumus, hoc est, Miserere nostri, quoniam carnis imbecillitatem tu ipse eam passus, es expertus. Ea ergo ratione ecclesiæ, & nulli reprehensioni obnoxius pædagogus est Dominus, qui propter insignem benignitatem & clementiam vniuscuiusque hominum naturæ misereatur. Nihil enim esset quod odit Dominus: non enim aliquid quidem odit, vult autem id esse quod odit. Neque vero vult aliquid non esse, est autem causa vt sit id quod vult non esse. Sed neque non vult aliquid quidem non esse, id verò est. Si quid ergo odit Verbum, id vult non esse. Nihil est autem, cuius non Deus causam, quod id sit, præbeat. Nihil ergo odit Deus. Sed neque Verbum: vtrumque enim vnum est, nempe Deus. Dixit enim: In principio erat Verbum, & Verbum erat in Deo, & Deus erat Verbum. Quòd si nihil odit eorum quæ facta sunt ab ipso, restat vt id diligat: Longè autem plus quàm alia iurè hominem diligit, vt rē pulcherrimum animal eorum quæ ab ipso effecta sunt, pietatéque ac religione præditum. Hominem ergo diligit Deus, ergo Verbum etiam hominem diligit. Qui autem aliquid diligit, ei vult prodesse. Quod autem prodest, eo quod non prodest vtique fuerit præstantius. Præstantius autem bono nihil est, prodest ergo quod bonum est. Constat autem Deum esse bonum. Deus ergo prodest. Bonum autem quatenus bonum est, nihil aliud facit quàm prodest. Deus ergo prodest in omnibus. Et non homini quidem in aliqua re prodest? non autem eius curam gerit? Neque quidem eius curam gerit? non autem est maximè eo solicitus? Est autem præstantius quod sua sponte prodest, quàm quod non sua sponte. Deo autem nihil est præstantius. Nec est aliud sua sponte prodesse, quàm esse de homine solicitum. Deus ergo curam gerit hominis, & de eo est solicitus. Id autem reipsa ostendit, cum Verbo eum erudiat, quod est verus & germanus adiutor Dei in homines beneficus. Bonum autem esse dicitur, non eò quod virtutem habeat: quandoquidem iustitiæ quoque bonum esse dicitur, non quod habeat virtutem, ipsa enim est virtus, sed quod iusta sit & per se bona sit. Dicitur etiam alio modo bonum, id quod est vtile non eo quod vtile sit, sed eo quod prosit. Quæ quidem omnia est iustitia, bonum & vt virtus, & vt per se bona, & vt quæ non delectet. Non enim iudicat ad gratiam, sed pro vniuscuiusque merito tribuit. Id autem quod est vtile, sequitur id quod prodest. Per omnes ergo partes vtile bonum dijudicatur, iustitia quoque boni figuram ac characterem suscipit: sunt enim omnes æquales & similes. Bonum est ergo iustitia.* [b] *Quomodo ergo inquiunt, si Dominus omnes diligit, & bonus est, irascitur & punit? Necesse est ergo de iis quàm fieri potest breuissimè disserere: est enim hæc tractatio aliqua ex parte conducibilis, ad rectam virtutem eductionem necessarij auxilij locum tenens. Multæ enim animi affectiones cum sapplicio, & præceptorum austeriorum iussu, atque etiam per doctrinam nonnullam speculationum. Est autem reprehensio veluti quædam chirurgia affectionum animæ. A crate autem abscessus sunt affectiones, quas sectione diuidentem oportet coarguere. Medicamentorum autem potioni aut applicationi est similis exprobrato, quæ resoluit affectio-*

*Abscessus Gratis est conuexitas, hoc est apostema, sicut humorum abscessus.*

nes quæ iam occalluerunt, impudicæque & libidinosæ vitæ sordes expurgat, fastúsque ac superbiæ carnes quæ excreuerunt, exæquat, sanum ac verum hominem exæquans & restituens. Iam vero admonitio est veluti quædam diæta ægrotantis animæ, quæ sunt sumenda consulens, & quæ non sunt, prohibens. Hæc autem omnia tendunt ad salutem & sanitatem æternam. Quinetiam dux exercitus, cùm in eos qui maleficium admiserunt, & militia pecuniarijs, & pœnis quæ cum vinculis & extrema ignominia ad corpus vsque permanant animaduertit, & nonnullos etiam nonnunquam morte punit, finem habet id quod bonum est, vt qui eius imperio parent duces admoneantur. Ita etiam magnus ille Imperator vniuersorum dux Verbum, eos qui præter suam legem effrænatiori impetu feruntur, & ad ea non parent, vt à seruitute & errore, & ab aduersarij captiuitate liberentur, vt animi perturbationes coërceant admonens, ad sacram reipublicæ concordiam eos pacifice deducens. Quomodo ergo orationi suasoriæ adiunctum est, genus exhortatorium & consolatorium, ita etiam laudatorio vituperatorium & exprobratorium. Est autem hoc genus aptum ad absterſoria. Benevolentiæ autem, non odij signum est, reprehendere. Amicus enim probrum obijciunt, & amicus & inimicus: sed inimicus quidem irridens, amicus autem benè volens. Non ergo propter odium Dominus homines maledictis incessit, quos cum propter nostra ipsorum scelera licuisset perdere, ipse pro nobis passus est. Pædagogus enim, vt qui sit bonus, admodum artificiosè vel per maledictum ad vituperandum irrepit, maledictis tanquam flagello mentis socordiam excitans. Rursus autem eosdem vicissim conatur adhortari. Quos enim laus non mouet, incitat vituperatio: & quos tanquam mortuos vituperatio non excitauit ad salutem, eos ad veritatem expergefacit maledictum. Flagella enim & maledicta in omni tempore sapientiæ. Qui testam conglutinat, & stultum ad sensum, inquit, terram ducit & eum qui est desperatus acuit ad prudentiam. Propterea apertè subiunxit: Excitans dormientem à profundo somno, qui est ex alijs mortuo-ti similis. Porrò autem ipse de seipso apertissimè exponit, multiplicem multisque modis vtilem culturam allegoricè significans, quando dixit: Ego sum vitis vera, & Pater meus agricola est. Deinde rursus subiunxit. Omnis palmes in me non fexens fructum, tollet eum: & quidquid fructum fert expurgat, vt amplius fructus ferat. Syluescit enim vitis nisi putetur: ita etiam homo. Luxuriantes autem adnatásque propagines, Verbum qui est agricola expurgat, cogens appetitiones ne fructum ferre desiderent. Eorum autem qui peccant patio habet scopum salutem, Verbo se concinnè applicante pro propriis vnuscuiusque modis, & alicubi quidem vehementi & intenso, alicubi autem laxo & remisso. Apertè itaque dictum est per Moysen: Bono estote animo, vt vos tentet accesserit Deus, vt timor eius in vobis, vt non peccetis. [c] Hinc pulchrè quoque Plato cùm didicisset: Omnibus enim, inquit, reuera bene sit qui dant pœnas: iuuantur enim dum eis punitio euadit anima. Si qui autem corriguntur, ijs à iusto bene fit; etiam ex sententia. Finis nis constat bonum esse quod iustum est. Ipse ergo timor prodest, & vt hominem nè esset inuentus est: quoniam spiritus timens Dominum viuet. Spes enim est in eum ipsos saluos facit. Hic ipse autem, Verbum inquam, qui pœnas imponit, est iudex. Dicit etiam Esaias: Dominus tradidit ipsum peccatis nostris, peccatorum scilicet. Rectorem & directorem: & ideo solus hic potest peccata nostra remittere, noster autem vniuersorum constitutus Pædagogus, qui solus ab obedientia potest discernere inobediam. Qui autem minatur, apertè ostendit se nihil mali velle facere, neque ea quæ minatur exequi, sed incusso timore impetum ad peccata reprimit, & suam in homines benevolentiam ostendit adhuc differens, & ostendens qualia sunt passuri si peccatores permanserint. Non autem sicut serpens statim infixus momordit. Bonus est ergo Deus. [d] Atque

Hebr. 12.

Eccles. 22.

Deut. 8.

Esaiæ 43.



quidem Dominus sermone ante factum sæpe vtitur. Sagittæ meæ, inquit, conficient ipsos, consumpti fame & morsu auium, & neruorum in ceruicem conuulsio immedicabilis. Dentes bestiarum immittam in ipsos cum ira serpentium super terram, foris filiis eos orbabit gladius, & ex promptuariis metus. Non enim Deus irascitur, vt nonnullis visum est, sed per bonam in homines benevolentiam à plurimis quidem abstinere hortatur, omnia autem quæ sunt agenda indicat. Bona autem est hæc ars, terrere ne peccemus. Timor enim Domini pœnitentiam extrudit. Qui est autem sine timore, non poterit iustificari, inquit Scriptura. Deus autem non ex ira irrogat supplicium, sed quod iustum est considerat, nempe quod non expediat propter nos prætermitti quod iustum est. Vnusquisque autem nostrûm supplicium effugiat, cùm sponte peccat. culpa est autem eius qui eligit: in Deum autem nequit conferri culpa. Si autem iniustitia nostra Dei iustitiam commendat, quid dicemus? Nunquid est Deus iniustus qui inferat iram? Absit. Dicit itaque minans: Acuam gladium meum, & apprehendet iudicium manus mea, & ipse retribuam eius inimicis, & iis qui oderunt me retribuam. Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus comedet carnes à sanguine vulneratorum. Hic ergo est apertum, quòd qui non sunt inimici veritati, neque verbum oderunt, suam ipsorum salutem odio non habuerint, inimicitiarum autem pœnas effugerunt. Corona itaque sapientiæ, inquit sapientia, timor Domini. [e] Apertissimè autem per Amos Prophetam sui consilij rationem Verbum significauit: Euerti vos, dicens, sicut Deus euertit Sodomam & Gomorram, & fuistis sicut torris extractus ab igne, & ne sic quidem ad me conuersi estis, dicit Dominus. Videte quomodo Deus propter suam bonitatem requirit pœnitentiam: & in ipsa minarum intentione tacitè ostendit suam in homines benevolentiam: Auertam, inquit, faciem meam ab ipsis, & ostendam quid erit ipsis. Vbi enim Domini facies respicit, illic est pax & exultatio. Vbi autem faciem auertit, ingreditur vastum. Non vult ergo mala intueri: est enim bonus: sed cùm ipse oculos auerterit, sua ipsorum propter humanam infidelitatem ortum habet vitium. [f] Vide ergo, inquit Paulus, bonitatem & seueritatem Dei. In eos quidem qui ceciderunt, seueritatem: in te autem bonitatem, si permanseris in bonitate, hoc est, fide in Christum. Eum autem qui est bonus, quatenus est bonus, sequitur odium vitij. Et ideo fatebor quidem eum castigare infideles. Castigatio enim est bono & vtilitati eius qui castigatur: est enim eius qui resistit correctio: vlcisci autem non vult. Est autem vltio, redditio mali quod emittitur ad vltionem eius qui vlciscitur. Vlciscendi autem non desiderauerit, qui pro iis qui nobis faciunt iniuriam nos orare docuit? Sed quod bonus quidem sit Deus, omnes confitentur. Quod autem idem quoque Deus iustus sit, non est mihi opus pluribus verbis, si euangelicam Domini vocem adduxero. Ipse quidem ipsum dicit: Vt omnes vnum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint: vt etiam mundus credat quod tu me miseris. Et ego gloriam quam dedisti mihi, dedi eis, vt vnum sint, sicut nos vnum sumus: ego in ipsis, & tu in me, vt perfecti in vnum. Vnum autem est Deus, & vltra vnum, & supra ipsam vnitatem. Exclusiua particula illa, Tu, demonstratiuam habens emphasim, eum qui verè solus est, qui fuit, & est, & erit, Deum ostendit. In quibus tribus nominibus ponitur vnum nomen, quod est Ens. Quod autem is ipse qui solus est Deus, ipse quoque sit solus & verè iustus, in euangelio docuit Dominus euangelio, dicens: Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi ego sum, & illi quoque mecum sint, vt contemplentur gloriam meam quam dedisti mihi, quòd dilexisti me ante constitutionem mundi. Pater iuste, & mundus te non cognouit, ego autem te cognoui, & illi cognouerunt, quòd tu me miseris, & notum eis feci ijs nomen tuum, & notum faciam. Hic est qui reddit peccata patrum in filios ijs qui oderunt, & faciens misericordiam iis qui diligunt. Qui enim hos quidem statuit à dextris, illos verò à sinistris, qua-

Deut. 32.

Rom. 3.

Deut. 32.

Ecclesi. 1.

Amos. 4.

Rom. 11.

ἀμυντικόν.

Matth. 5.

Ioan. 17.

ὁ αὐτός. Ibidem.

Exod. 20.

tenus quidem Pater qui est bonus mente concipitur, id solum quod est bonus est appellatus: quatenus verò qui est Filius verbum eius est in Patre, iustus appellatur ex mutua quæ est
Prou.31. inter se relatione & habitudine, vt sit dilectionis æqualitate diuersum nomen potentiæ: Verum, inquit, secundum opera sua iudicabit, cùm bonæ statêræ faciem iustitiæ Iesum, Deum nobis notum fecerit, per quem, tanquam ex æquali trutina, Deum quoque cognoscimus.
Sap.6. De eo quoque apertè dicit Sapientia: Misericordia enim & ira cum ipso. Dominus est
Eccl.5.18. his vtrisque solus est potens, iram effundans ad propiciationem ex magna sua misericordia. Ita etiam eius reprehensio: misericordiæ enim & reprehensionis scopus est salus eorum qui reprehenduntur. Iam verò quod bonus sit idem Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, idem Verbum rursus confitebitur, dicens eum esse bonum in ingratos & in improbos
Matth.5. & præterea dum dicit: Estote misericordes, sicut Pater vester est misericors. quemadmodum
Marc.10. quando dicit apertè: Nemo bonus nisi pater meus qui est in cœlis. Deinde rursus: Pater,
Matth.5. inquit, solem suum splendescere facit super omnes. [h] Hic notandum est, quod Patrem suum
Ibidem. qui est bonus, opificem quoque & creatorem esse confitetur. Quòd autem iustus sit creator, nulla est controuersia. Et rursus: Pater meus, inquit, pluit super iustos & iniustos: & quatenus quidem pluit, est aquarum & nubium opifex: quatenus autem super omnes iurè est eius quoque virtutis æquilibrium. Tanquam bonus autem, super iustos & iniustos, similiter. [i] Apertissimè ergo vnum & eundem esse Deum ratiocinatione colligamus.
Psal.8. hoc modo: Videbo cœlos opera digitorum tuorum: &, Qui creauit cœlos, in cœlis habitat:
Ibidem 2. &, Cœlum sedes tua, Spiritus sanctus cecinit. Dominus autem dicit in precatione: Pater
Ibid 101. noster qui es in cœlis. Cœli autem sunt eius qui mundum creauit. Contradici ergo non po-
Isaia 41. test, quin Dominus sit filius opificis. Quòd si apud omnes constat iustum esse creatorem: opificis autem filius est Dominus, eius ergo qui est iustus, filius, est Dominus.
Matth.6. Quocirca Paulus quoque dicit: Nunc autem sine lege iustitia Dei manifestata est. Iterum
Rom.3. rursus: vt magis Deum censeas: Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi in omnes credentes. Non est enim distinctio. Et præterea veritati ferens testimonium paulò post subiungit: Intollerantia Dei ad ostensionem quòd sit idem iustus, & iustificans eum qui ex
Ibid.7. fide, Iesus. Quod autem iustum est id bonum esse, nosse videtur qui dicit: Quare lex quidem sancta, & præceptum sanctum, & iustum, & bonum est: in eadem potestate vocabulique nomen collocans. Atqui nullus est etiam bonus nisi Pater eius. Idem est ergo pater qui cùm vnum sit, multis significatur potestatibus. Et hoc sibi volebat illud: Nemo vnus
Matth.11. Patrem, qui quidem ipse erat omnia priùsquam veniret Filius: vt sit veritate apertum, quòd qui est vniuersorum Deus, vnus solus sit bonus, iustus, opifex, Filius: in Patre, in gloria in secula seculorum, Amen. [k] Sed neque à salutari verbo est alienum, dum de iustitia cura geritur maledicere. Nam hoc quoque est medicamentum diuinæ benignitatis, vt quo effloreſcit rubor pudoris, & ad peccandum subit verecundiæ. Si enim oportet verberare, oportet etiam maledicere. Quo in loco animam, quæ dolere desiit, tempus est non iam lenire, sed salubriter exiguo dolore lucrantem mortem æternam. In pædagogo autem eius magna est sapientia, & varia est eius administrationis ratio ad salutem. Ipse enim fert testimonium pædagogus. Vocatos autem euocat ad meliora, & eos qui adhuc viriam faciendam properant, ab impetu auertit: iubet autem traduci ad vitam meliorem. Nam quod non est alterum, quod est absque testimonio, ab eo cui fertur testimonium, gratia est maxima, quæ proficiscitur ex testimonio. Porro autem iræ quoque affectio, quæ vocanda sit eius admonitio, est benignitatis & beneuolentiæ erga homines, cum Deus in affectiones descendat propter hominem, propter quem Verbum Deus homo factum est.

COMMEN-



## COMMENTARIVS IN CAP. VIII.

[h] Sic enumerauit aliquot, qui dixunt. Cùm dixisset Pædagogum Dominum nostrum non solum docere & admonere, sed etiam castigare & punire, venit illi in mentem quorundam hæreticorum, nempe Marcionitarum, qui Deum quidem legis dicebant esse iustum quòd puniret, Euangelij autem, bonum, quod in hominibus nihil esset & clemens. Quod si noster Pædagogus in castigandis & puniendis suis pueris esset iniustus, iniustum item vt dicerent, eum quidem esse iustum, sed non bonum. Atq; aduersus Marcionitarum doctissimè scripsit Tertullianus: & cuiusmodi esset eorum hæresis, legi potest apud Theodoretum Cyrenensem Episcopum in libro de hæreticorum fabulis. De iis etiam intelligit doctissimus martyr, doctissimus discipulus nempe Origenes, qui sic scribit in Numerorum caput xvj. Verum quoniam plurimis locis, voluit de bonitate Dei admonere discipulos Christi, ne quis forte vestrum ab hæreticis subuerteretur, si quando certamen inciderit illis dicentibus quòd Deus legis non esset bonus; sed iustus. Sciebat, inquit, se non bonitatem continet, sed iustitiam. Videant ergo qui Deum pariter criminantur & legis pædagogum Moysen ipse & Aaron priores fecerūt, hoc quod postmodum Euangelium docuit. Nam & ipse Moyses inimicos, & orat pro persecutoribus suis, quod vtiq; Christus fecerim Euangeliis docet Matth.5. Diligite inquit inimicos vestros, & orate pro persequentibus vos. Ergo Clemens, quòd Dominus noster Iesus pro nobis Verbum caro factus, qui in nos omnia benignitate est vsus, vt pro nobis homo fieret, non ideo non est bonus quod castiget & puniat vt hoc loco facit & vtitur & methodo, Deus nihil odit eorum quæ creauit. nam si odisset, nō esset, quidquid enim odit eo quòd sit causam habet. Si non odit, diligit. Si autem Deus diligit, diligit etiam verbum. Vbi enim & idem est Deus & Verbū. Verbū enim est apud Deū, & Deus est Verbū. Plus autem omnibus cæteris omnia diligit hominem, vt qui sit pietate præditus ac religione. Qui autē diligit, vult prodesse. Qui vult prodesse, curam gerit, & est solicitus. Curam autē gerit & est solicitus, vt qui sit bonus. Bonus autem dicitur, non vt qui iusto aduersetur, & tanquam virtute præditus: nam ipsa quoq; iustitia est virtus, sed vt qui habeat bonum seu bonitatē. Nam & bonum est quod est per se honestum, & quod delectat, & quod delectat. Has omnes boni partes in se habet iustitia. Quòd si fortè nō habeat eam boni quæ delectat, non ideo nō est bona cùm cæteras habeat. Ex quo sequitur nec necessariò effici, vt qui sit iustus & enam bonus, & qui est bonus sit iustus, & bonum sit iustitia. [l] *Quomodo ergo inquiunt.* Respondet interrogationi hæreticorum qui rogāt, quomodo Deus diligit si irascitur & punit, affert ea quæ fiunt à chirurgis & medicis ad sanandos morbos, & propulsandas malas corporis affectiones, quæ ad patientem sunt quidem aspera & molesta, bono autem sunt laboriosa. Chirurgorum enim sectioni, & medicamentorum potioni & applicationi assimilat reprehensionē, exprobrationem, admonitionem quæ tendunt ad æternam salutē & sanitatem eorum, quorū sunt ægri & perturbationibus animi. Sunt autem perpetuæ metaphoræ sumptæ à Chirurgis & Medicis, ex quibus vna est abscissio, quæ Græce est ἀποτομή, alias ἀποσχίσις. Ita autem vocat sectā vel hæresim, quā à totō corpore separatam non locum cogitur humor prauē & impiè. Eam autem affectionem dicit sectione diuidendā & mutandam. [m] *Hinc pulchrè quoq; Plato.* Hæc sunt verba Platonis in Gorgia quæ nos sic latinè vertimus. Consentit autē cuilibet qui est in supplicio, vt dum ab alio rectè punitur, aut fiat melior & iuuetur, aut sit in exemplo, vt alij videntes patientē quæ patitur timentes, reddātur meliores. Ex his infert ex mente Platonis, quod iustū est esse bonum, & timorem esse inuentū, vt prodesset hominibus. Quo fit vt Pædagogus noster qui ipse quoq; est Iudex à Deo constitutus, Verbum, inquam, homo factum, & si castiget & puniat, sit bonus. Is autē cū sit Iudex, vt possit damnare, ita etiā possit sua authoritate solus peccata remittere. Nā Sacerdotes qui remittunt, nō sua, sed eis ab ipso mandata funguntur authoritate. Deus enim solus peccata remittit, qui solus discernit peccata quæ procedūt ab inobedientia. Nō peccat qui Dei paret præceptis. Ipse quoq; Iudex non statim cōdemnat, nec est eius scopus statim mandare, vt serpēs infirmus statim mordet, sed minatur deterrens à peccatis, ostendēs quæ sint passuri, nisi *Deut. 32.* resipiscant pœnitea. Niniuitis quidē certè minatus, & eos induxit ad pœnitentiā, & suam de Niniues *Orig. 2. in* sententiā. [n] *Atqui ipse quidē Dominus sermone ante factum sæpe vtitur.* In Deū quidē ira non *2. cap. Genes.* cadit animi perturbatio, sed in scriptura dicitur Deus irasci, quando aliquid iniustū à nobis geri videt. Sed nec ad puniendū more humano repentino fertur impetu, sed quæ facturus est, aut quæ fugienda sunt pœnæ prædicit, vt à peccatis abstineatur, & eorū sit pœnitentia. Timorē enim nobis incutit qui dicit peccata, & sine quo nemo potest iustificari. Iustus enim non est qui Deū non timet. Nā etsi perfecta charitas, quæ efficit vt nō amplius propter metū pœnæ peccemus, à viro tamen bono non potest metus, qui persuadet vt propter Deum qui nos vult esse saluos, & cui omnia debemus, non peccare. Nec perfecta charitas eum expellit timorem qui inducit ad obedientiam, sed eū qui sibi proponit pœnam, non antem Dei amorem: Deus autem pœnam non irrogat propter iustitiam, sed propter iustitiam. Eam autē pœnam sua culpa sibi accersit, atq; adeo eligit homo, qui cū libero arbitrio, sua sponte peccat. In Deum autē tantum abest, vt vlla possit conferri culpa, vt etiam iustitiæ punitio eius commendet iustitiam, quæ ne prætermittatur, ipsius quoque qui punitur interest. Quo fit vt etiam lubenter eam subeant, qui suam amant salutē, & Verbum non oderunt. Corona sapientiæ, inquit sapientia, timor Domini: Sapientiæ nihil maius affert ornamentum, quàm timor *Eccles. 1.* Domini. Non quantumuis præclarum sit hominis ingenium, & quantacumq; sit intelligentia, si is propensus ad vitium, nec eum à scelere reprimat ac reuocet pietas ac religio, nullū est eius vitæ decus, nec vera sapientia tam est appellāda, quàm calliditas & malitia. [o] *Apertissimè autem per Amos Prophetā.* Amos Prophetæ Amos sic exponit Diuus Hieronymus; Subuerti vos sicut subuertit Dominus Sodomam & Gomorrhā, & facti estis quasi torris raptus de incēdio, & non rediistis ad me, dicit Dominus. Hæc faciam tibi ô Israēl, vt qui præterita contempsisti, saltē ad ea quæ illaturus sum corrigaris. Quoniam dicerit: Hæc faciam tibi, quid facturus sit tacet, vt dum ad singula pœnarū genera pendet incer-

tus, quæ ideo terribiliora sunt, quia omnia suspicantur, agat pœnitentiam ne Deus inferat quæ minatur. Hæc Hieronymus. Est ergo Dei consilium & scopus in minando, vt ijs quibus minatur agant pœnitentiam, nec eis minatur quòd eis male vult, imò verò in ipsarum minarum intentione est beneficium. Non enim ad mala quæ minatur, ideo aspicit, vt ea inferat, cùm sit bonus, sed vt intelligant quod à quibus auertat faciem suam, quòd eis minatur, omnia eis malè sint cessura. Nam quando Deus faciem suam auertit & nos suo tuetur præsidio, in nobis est virtus, & ea de causa inest pax & exultatio. Quando autem auertit faciem, nec nos suo dignatur auxilio, propter nostram nequitiam subit vitium, & cum eo omnia mala. Non subit autem vitium & mala quæ inde oriuntur, quod Deus id velit fieri: non est enim author mali: sed cùm Deus faciem auertit, & nostra culpa nos amplius sua non dignatur gratia, fit vt nihil possumus facere, libero nostro relicto arbitrio, nostra sponte in vitium incidimus. Hoc autem euenit propter humanam infidelitatem, vt qui Deo non credamus, nec eius præceptis pareamus. Ideo *ergo ait Paulus*. Deus cum sit bonus, odit vitium. Qui autem odit vitium castigat, non autem vitium castigatur. Differūt autē castigare, & vlcisci. Castigare enim est eū punire qui peccauit, & eū qui non est dirigere ad rectitudinem. Quo fit vt castigatio sit bono cius qui castigatur, non eius qui castigat. Vlcisci autem est malum cuipiam illatum reddere: vltio autem non sibi proponit bonum eius quem vltiscitur, sed eius qui vlciscitur. Vlciscens enim non aliud quam vt parem referens gratiam iusto desiderium, quodquidem existimat sibi esse conducibile. Deus autem castigat, non autem vltiscitur. Matth. 5. permittit quidem castigationem, tantum autem abest vt permittat vltionem, vt nos etiam iubeat pro iis qui nobis fecerunt iniuriam. [b] *Sed quod bonus quidem sit Deus omnes confitentur.* Deus est & iustus, & clemens, & seuerus, habita ratione diuersitatis temporum, & actionum quæ fiunt à bonis, in eos quidem qui peccant, iustus est & seuerus: in eos autem qui recte viuunt in fide permanent, bonus, benignus, & clemens. Cùm autem sit vnus solus Deus, atq; adeò vnum, & vltra omnem supra vnitatem, vt qui sit simplicissimus, & nec cum materia concretus, nec ab ea abstractus, & qui solus & nec vnionem suscipiat, nec separationem nec mutationem, & cùm omnia numero cadat sub numerum, licet eius diuersæ sint hypostases seu personæ, quarum quælibet tamen tota sit & buta, alteri tamen non adimuntur, quæ vni tribuuntur, quod ad diuinam attinet essentiam. Propter mutuas inter se habitudines & relationes, nisi quatenus diuinæ naturæ adiuncta humanitas permittit vt eadem attribuantur cuilibet personæ & hypostasi. Hinc non sequitur quod si pater iustus, non sit etiam iustus filius: & si filius qui est Verbum, sit bonus, non sit etiam pater bonus. Quatenus pater sit iustus, & nihilo secius bonus: & filius bonus, & nihilo secius iustus, probat multis locis sacræ testimoniis, in quibus & ipse pater filio tribuit iustitiam, & filius patri bonitatem. Quo fit vt falsum quòd asserit Marcion; Deum legis esse iustum, non autem bonum, & contrà noui Testamenti esse bonum, non autem iustum. Huius autem hæc est causa, quòd cùm sanctæ Triadis vna sit essentia, quæ cuilibet personæ, vt quæ Deus sit tribuantur, ea propter mutuam inter se relationem & habitudinem, sunt veluti in æquilibrio. Quo fit vt pater æquè sit bonus atq; filius, & filius æquè iustus ac pater, & contrà; Deus enim bonus & iustus, est Deus Pater & Filius, & Spiritus. Tres enim hypostases seu personæ, sunt vnus Deus, & quælibet persona est Deus. [b] *Hic notandum est quòd patrem solum qui est fons*

eo quod citauit, concludit eundem esse opificem, seu creatorem & bonum. Creatorem quidem quòd pluat, ab eo autem creantur imbres qui cadunt: Bonum autem ex eo quòd pluuia prosit bonis malis. [c] *Apertissimè ergo vnum & eundem esse Deum.* Vnum & eundem esse Deum sic ratiocinando. Creator est pater: Creatoris autem filius est Dominus Iesus, qui est bonus: Creator autem est bonus: ergo cōcluditi Pater & filius sunt vnus Deus: Iustus autē & bonus sunt pater & filius: Iustus ergo & bonus est vnus Deus. Hoc autem significauit per illud: Nemo nouit Patrem antequam veniret filius. Cognosci enim non potest aliquid, nisi per id quod est in ipso qui nouit: Ignotū enim esset, nisi in ipso Anima quidē certe quæ rerū externas nouit formas, eas non nosset, nisi in ipsa essent formæ quæ intelligentiam applicaret ad res externas. Eæ autem res externę non sunt quidē in anima, sed in earum formæ cadentes sub intelligentiā, quæ efficiūt vt cognoscantur sensiles. Simile enim simili cognoscitur. Nihil est autem tam simile quàm Filius Patri, vt cuius vna sit & eadē essentia. Quo fit vt cognoscatur Pater. Quod eo fit facilius & certius, quod & Pater & Filius sint vnum, & sit in patre nec sit in eis externum aliquid cogitandū. Nam qui videt Patrem, videt etiam filium, & quæcunque in patre eadem sunt etiam in filio, personalibus exceptis relationibus, & quę sunt eatum proprię. Filium autem nosse nō est aliud quàm ipsum nosse filium, per quem peruenimus ad patrem. Filium autem qui ipsum credit iustum & bonū, & rerum omnium esse authorē opificem. Hoc ipsum credendo de patre, est ipsum nosse patrē. Et erat quidem pater hæc omnia priusquā filius veniret, sed eius aduentus, vt vteręj crederetur bonus & iustus, & hanc mundi vniuersitatem simul cum filio architectatus, & cum tres sint hypostases seu personæ, esse tamen vnus, neq; pater ita esse filium, quin sit vnus Deus. Neq; verò sicubi dicatur Pater iustus, & alicubi bonus, non sequitur quin idem sit iustus & bonus, maxime cum, vt patet ex Diuo Paulo, ita coniungantur bonum & iustum. bona dicatur lex & iusta, & præceptum bonum & iustum, & ipse Christus quem etiam hæc tur bonum, sit etiam iustus & ex fide iustificās. [b] *Sed neq; à salutari Verbo est alienum.* Quoniam dit in Deum, vsus est correctione, dicens; Si ira vocandæ sit admonitio, admonitio autem & & maledicti illatio eiusmodi sit oportet, vt anima quæ indurata doloris sensum exuit, non cietur, sed salubriter, vt paruo dolore à morte æterna liberetur. Siue autem laudet Pædagogus, tuperet, siue bonis ferat testimonium, siue non ferat, non est enim diuersum id cui fertur ab eo cui non fertur, cum vtriq; fuerit Pædagogus, id proficiscitur ab eius benevolentia. tem est gratia, si bonis ferat testimonium. Nam si à viro bono pulchrum est laudari, & bonum testimonium, quanto magis ab ipso Dei verbo, quod ipsum quoque est Deus?



## Quòd eiusdem est potestatis & benefacere, & iustè punire: in quo etiam dicitur, quis sit modus Verbi Pædagogi. Cap. IX.

OMNIBVS [a] *ergo viribus, humanæ naturæ pædagogus, diuinum nostrum Verbum vtens omnibus sapientiæ machinis, infantes conseruare est aggressus, admonens, reprehens, increpans, arguens, minans, sanans, promittens, gratificans, multis veluti quibusdam frænis à ratione alienas humanæ naturæ motiones alligans. Vt ergo paucis dicam, in nos ita se gerit Dominus, vt nos in nostros.* Sane tibi fili, castiga eos, suadet sapientia, & inflecte eos à iuuentute sua. Sunt tibi filiæ, attende corpori earum, & ne vultum tuum apud eas exhilaraueris. Atqui liberos castigare, filios & filias valde & supra quodcunque aliud amamus. Quoniam autem qui castigantur quidem loquuntur, parum diligunt id quod non molestia afficiunt: qui autem castigant, acerbi sunt & astringunt, etsi in præsentia sint molesti, in futurum posteà rectum beneficio afficiunt: non præsentem voluptatem Dominus, sed futuram spectauit correctionem. [b] *Benignè autem & hominem diligentis eius pædagogiæ modum persequamur* prophetico testimonio. *Atque admonitio quidem est, curam gerens vituperatio, non intelligentiam.* Talis est pædagogus admonitor vt quando dicit in Euangelio: Matth. 23. *Quoties volui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos, & noluisti.* Et Hier. 3. 32. *alia scriptura admonet: Et mœchati sunt, dicens, in lignum & lapidem, & suffumigarunt Baal. Maximum autem signum est eius benignitatis, quòd licet apertè sciret impudentiam populi qui recalcitrabat & resiliebat, apertè tamen adhortatur ad pœnitentiam, & inquit Ezechielem: Fili hominis in medio scorpiorum tu habitas: veruntamen loquere ad eos si forte audierint.* Cap. 2. *Quinetiam dicit Moysi: Vade & die Pharaoni vt emittat* Exod. 3. *filios: ego autem noui quòd non emittet ipsos. Vtrunque enim apertè ostendit, & Deum futurum, & eius benignitatem libero animi arbitrio largiri occasionem pœnitentiæ. Monet autem per Esaiam, populi curam gerens, quando dicit: Hic populus labiis honorat cor autem eorum longè est à me. Hoc est vituperatio arguens: Frustra autem* Cap. 29. Matth. 15. *colunt docentes doctrinas & mandata hominum. Hic curatio, quæ peccatum maledicat, eadem ratione ex aduerso salutem ostendit.* [c] *Increpatio autem est propter turpe vituperatio, iis quæ sunt honesta, coniungens. Hoc ostenditur per Hieremiam: Equi* Cap. 5. *amatores insanientes facti sunt: vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat. Nunquid propter hæc non visitabo, dicit Dominus, vel in populo tali non vindicabit anima mea? Contingit autem vbique timorem, quòd timor Domini sit initium sensus. Et rursum Oseę: Non visitabo, inquit, ipsos? quoniam ipsi cum meretricibus commiscebantur,* Cap. 4. *& cum initiatis sacrificabant, & populus qui intelligebat coniungebatur cum meretrice. Ergo peccatum ostendit apertius, vt qui sua sponte & consultò peccant. Intelligentia autem est animæ oculus, & ideo Israël est qui Deum videt: hoc est, qui Deum intelligit. Conquæstio autem est vituperatio, vtpote eorum qui contemnunt & negligunt. Hoc modo pædagogiæ vsus est per Esaiam, dicens: Audi cœlum & auribus* Cap. 1. *percipe terra, quoniam Dominus locutus est. Filios genui, & extuli, ipsi verò me nihil fecerunt: Nouit bos possessorem, & asinus præsepe Domini sui, Israël autem me non cognouit. Quomodo enim non est indignum, si qui nouit Deum, non cognoscat Dominum? sed bos & asinus, quæ sunt inertia & stulta animalia, nouerint eum qui ipsa alit, populus autem ita à ratione alienior reperiatur? Et cum per Hieremiam pluribus de populo dixisset, subiunxit: Et me dereliquerunt, dicit Dominus.* [d] *Insectatio autem est in-* Hier. 5. & 1. ἐπιτιμητικὸς. *crepatio, vel inuehens vituperatio. Hoc etiam medicamento vsus est Pædago-*

Esai. 30. gus per Esaiam, dicens: Væ filij defectores. Hæc dicit Dominus: Consilium fecistis non per me, & pacta conuenta non per spiritum meum. Valde autem austero in singulis vtitur constipamento, nempe metu per ipsum simul aperiens & conuertens populum ad salutem, quomodo lanæ quoque quæ tinguntur, solent constringi ac constipari, dum parantur, vt colorem melius suscipiant. Redargutio autem est peccati prolatio, id in medium afferens. Et tanquam maximè necessario pædagogiæ modo vtitur, propterea quod eneruata, & fidem

Esa.30.63 sit permultorum fides. Dicit enim per Esaiam: Dereliquistis Dominum, & ad indignationem concitauistis sanctum Israelis. Dicit etiam per Hieremiam: Stupuit celum super

Hier.2. hoc, & terra multò magis horruit, quoniam duo mala fecit hic populus: me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt lacus contritos qui aquam continere non poterunt. Et rursus per eundem: Peccatum peccauit Hierusalem, propterea in commotionem facta est. Omnes qui glorificabant eam, spreuerunt eam, quoniam viderunt eius turpitudinem. Redargutionis autem acerbitatem & vehementiam per Salomonem consolans, dicit, tanquam

Prou.3. significans pædagogiæ in filios amorem: Fili mi, disciplinam Domini ne despicias, neque egreferas cum ab ipso corripieris. Quem enim diligit Dominus, castigat: flagellat autem omnem filium quem recipit: quoniam homo peccator fugit reprehensionem. Consequenter

Psal.140. ergo dicit scriptura: Increpet me iustus, & castiget, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. [e] Castigatio autem est vituperatio, quæ affert prudentiam. Nec absque eadem pædagogiæ modo abstinuit, & dicit per Hieremiam, Quousque clamabo, & non audient? ecce aures incircuncisæ eorum. O beatam tolerantiam. Et rursus per eundem: Ibi

Cap. 9. circuncisæ omnes gentes: hic autem populus est incircuncisus corde, quoniam populus est inobediens: filij, inquit quibus non est fides. [f] Visitatio autem est vehemens redargutio.

Matth. 23. Vsus autem est hoc genere in Euangelio: Hierusalem, Hierusalem quæ occidis prophetas & lapidas eos qui ad te missi sunt. Nominis autem conduplicatio effecit vt esset quam

Ibidem. reprehensio. Qui enim Deum nouit, quomodo Dei ministros persequitur? Propterea subiungit, relinquitur domus vestra deserta. Dico enim vobis: Deinceps non videbitis me, nec dixeritis; Benedictus qui venit in nomine Domini. Si enim non suscipitis benedictionem, cognoscetis potestatem. [g] Maledictum autem est vehemens & intensa oratio.

Esai. 1. medicamento autem vsus est maledicto dicens per Esaiam: Væ gens peccatrix, filij nequam,

Matth. 3. qui, populus plenus iniquitatibus, semen malum. Et in Euangelio per Ioannem: Semina-

Psal.17. tes inquit, genimina viperarum. [h] Accusatio est vituperatio eorum qui faciunt iniuriam. Hac pædagogiæ ratione per Dauidem vsus est, dicens: Populus, inquit, quem non cognoui seruit mihi, & in auditu auris obediuit mihi. Filij alieni mentiti sunt mihi, & claudicauerunt à viis suis. Et per Hieremiam: Et dedi ei libellum repudij, & non timuit mulier

Hier.3. Ibid.c.8. posita Iuda. Et rursus: Et me nihil fecit domus Israel, & domus Iudæ mentita est mihi. [i] Expostulatio autem est, quæ artificiali auxilio clam fit vituperatio, qua ipsa quoque saluti prouidet sub integumento. Ea autem vsus est per Hieremiam, dicens: Quomodo sedet sola ciuitas, quæ fuerat plena populo, facta est tanquam vidua: quæ imperabat

Thren.1. regionibus, facta est sub tributo: flens fleuit in nocte. [k] Obtrectatio autem est obscura

Hier.3. vituperatio. Eo verò vsus est auxilio diuinus pædagogus, dicens per Hieremiam: Ibi aspectus meretricis, impudens fuisti erga omnes, & non in domum vocatus meum patrem & principem virginitatis tuæ, & pulchra meretrix & iucunda, duc veneficium. Artificiosè admodum cum virgini sub meretricio nomine insultasset, rursus ad bonum patrem eam adhortans euocat. [l] Indignatio autem est legitima increpatio, seu increpatorium qui plus quàm par est extolluntur. Ea pædagogus per Moysen vtitur, dicens: Deut. 32. reprehensibiles, generatio prauа & peruersa: hæc Domino retribuitis? Hic populus



tus & non sapiens: non hic ipse Pater possedit te? Et per Esaiam dicit: Principes tui non obe- Esai.1.
dient, socij furum, diligentes munera, persequentes retributionem, orphanis non iudicantes.
[e] Et vt in summa dicam, eius in incutiendo timore artificium, est fons salutis. Boni est autem,
dare salutem. Misericordia autem Domini est super omnem carnem, dum arguit, castigat &
docet, sicut pastor gregem suum. Eorum qui disciplinam suscipiunt miseretur, & eos qui sunt
ordinati studio sibi conglutinat: & hac ducendi ratione sexcenta millia peditum, qui coacti
erant in ea quam habebant cordis duritie flagellans, miserans, verberans, medens, in misera-
tione & disciplina custodiit. Prout enim est multa misericordia, ita etiam eius reprehensio.
Pulchrum quidem certè est non peccare: pulchrum est etiam vt & qui peccat ducatur pœ-
nitentia: quem ad modum optimum quidem semper esse sanum: bonum autem etiam à morbo
conualescere. Hac etiam ratione præcipit per Solomonem: Tu quidem virga percute filium Prou.23.
eum, animam autem eius à morte libera. Et rursus: Ne parceris castigare puerum: virga
enim ipsum corrige, non enim morietur. Reprehensio enim & increpatio, sicut vel ipsum
Græcum nomen nempe ἔλεγχος significat, sunt ipsi ictus animæ, qui peccata castigant, ἐπάταξις à
& mortem prohibent: ad moderationem autem & temperantiam deducunt eos qui feruntur ad intemperantiam. Hac quidem certè ratione Plato cùm sciret reprehensionem maxi- πάταξις, quod est percutio.
mum esse vim correctionis, & præcipuam purgationem, conuenienter ei quod dictum est,
eum qui est maximè impurus, vult ineruditum & turpem euasisse, propterea quòd repre-
hendi non posset: quomodo purissimum & pulcherrimum esse conueniebat eum, qui futurus
erat beatus. Si enim magistratus & principes non sunt timori bono operi, quomodo qui na-
turalem est Deus, ei qui non peccat erit timori? Sin autem malum facias, time, vt dicit Rom.13.
Apostolus. Et ideo ipse quoque Apostolus ad similitudinem Domini sigillatim ecclesias Ibidem.
arguit incestus suæ conscius libertatis, & imbecillitatis eorum qui audiebant. Galatis ita- Gal.4.
que dicit: Inimicus factus sum, vobis vera dicens? Quomodo autem qui sani sunt, non
quæ habent medico, quatenus sunt valentes, qui autem ægrotant, arte indigent, ita nos
quoque qui in vita laboramus probrosis cupiditatibus, vituperandisque intemperantiis,
& laudabilibus aliorumque vitiorum inflammationibus, Seruatore opus habemus. Is autem
non satis lenia ac mitia adhibet medicamenta, sed etiam acria. Peccatorum quidem cer-
te prægressentes corrosiones sistunt amaræ metus radices. Quamobrem salutaris est metus,
qui seruatur. Iure ergo qui ægrotamus, Seruatore opus habemus: qui autem aberrauimus,
eo qui nos est deducturus: & qui cæci sumus, eo qui nos ad lucem deducat, & qui sitimus,
fonte illo, cuius qui sunt participes, non amplius sitient: & qui mortui sumus, vita ege-
rent: & qui oues, pastore: & qui pueri, pædagogo: quinetiam vniuersa humana natura,
quæ nos qui insolentes sumus & peccatores, inciderimus in finem condemnationis: à paleis
nos segregemur, & in patris horreum recondamur. Ventilabrum enim est in manu Domi- Matth.3.
ni, palea quæ igni debetur à frumento secernitur. [o] Licet autem, si vultis, sanctissimi pasto- Luc.3.
res pædagogi omnipotentis & paterni Verbi summam nobis sapientiam edisserere, vbi al-
ter pastorum, seipsum dicens pastorem ouium: est autem pædagogus infantium. Dicit ergo
per Ezechielem, orationem dirigens ad presbyteros, & eis exponens quandam salutarem in-
structionis descriptionem: Et quod claudum est alligabo, & quod est ægrotum curabo, & Ezech.34.
quod aberrat, reducam: & pascam ipsos ego ad montem sanctum meum. Hæc sunt præce-
pta boni pastoris. Pasce nos infantes, sicut oues. Etiam Domine imple tuis iustitiæ pascuis:
etenim pædagoge pasce nos ad sanctum tuum montem, ad ecclesiam, quæ est in alto, quæ superat
valde quæ celum tangit. Et ero, inquit, pastor eorum, & ero prope ipsos, sicut tunica prope cor- Ibidem.
pus ipsorum. Vltcarni meæ dare salutem, me tunica incorruptionis induës, & corpus meum Zach.13.
custodiens. Vocabunt me, inquit, & dicam; Ecce adsum. Celerius exaudisti, quam ego expectaui Esa.58.

*Domine. Et si transeant, non cadent, dicit Dominus. Non cademus enim in corruptionem,*
*qui transimus ad incorruptionem: quoniam ipse nos tenebit. Dixit enim ipse, & voluit ip-*
Matth. 20. *se. Talis est noster Pædagogus, optimo iure bonus: Non veni, inquit, vt mihi ministrarent,*
Isaia. 4. *sed vt ipse ministrarem. Propterea in Euangelio sessus introducitur, qui pro nobis deseg-*
*tur, & suam ipsius animam pretium redemptionis pro multis dare pollicens. Eum enim*
*lum esse fatetur bonum pastorem. Liberalis ergo est & magnificus, qui quod maximum*
*suam pro nobis dat animam. Valdeque est hominibus vtilis, & in eos benignus, quod homo*
*voluit esse frater, cùm posset esse Dominus. Ille verò etiam vsqueadeo bonus fuit vt pro no-*
Ezech. 17. 18. *bis moreretur. Quinetiam eius clamauit iustitia: Si recti ad me veniatis, & ego rectus ad*
Mal. 1. *vos: Si obliqui ambuletis & ego obliquus ad vos, dicit Dominus exercitum: peccatorum re-*
*crepationes per vias obliquas significans. Recta enim & secundum naturam, quæ per le-*
*literam, I, significatur, est eius bonitas, quæ erga eos qui ex auditu crediderunt firma est &*
Prou. 1. *immobilis: Quoniam vocaui, & non exaudiistis, dicit Dominus, sed mea irrita fecistis con-*
*silia: meas autem reprehensiones non attendistis. Ita est maximè vtilis Domini reprehen-*
Psal. 77. *De his quoque dicit Dauid: Generatio praua & peruersa & exacerbans, generatio quæ non*
*direxit cor suum, & non fuit fidelis cum Deo spiritus eius, & Dei testamentum non custodi-*
*runt, & in lege eius noluerunt ambulare. Hæ sunt causæ exacerbationis propter quas non*
*Iudex pœnas irrogaturus iis qui bonam vitam noluerunt eligere: ideo in eos paulo liberæ gra-*
*uius, si ab eo quo ad mortem feruntur impetu, aliquo modo eos retardauerit. Dicit itaque*
Ibidem. *Dauidem minarum causam apertissimam: Non crediderunt mirabilibus eius. Quando oc-*
*debat ipsos, requirebant ipsum, & conuertebantur, & manè ad Deum vigilabant, & rem-*
*dati sunt quod Deus adiutor eorum est, & Deus altissimus redemptor eorum est. Ita co-*
*gnouit eos conuerti propter metum, contempsisse autem eius benignitatem. Bonum enim &*
*quod semper sit beneficum, omnino contemnitur: colitur autem qui beneuolo iustitiæ*
*admonet. ° Duplex est autem genus metus: quorum alterum quidem est cum pudet, ne*
*vruntur ciues aduersus bonos Principes, & nos in Deum: quomodo vrunt boni &*
Eccles. 30. *moderati filij in parentes. Equus enim, inquit, indomitus euadit durus, & filius rem-*
*sus euadit præceps. Aliud autem metus genus est cum odio, quo serui vruntur in do-*
*minos difficiles: & Hebræi, qui Deum Dominum fecere, non patrem. Multum autem*
*atque adeo omnino differt id quod est spontaneum, liberum, ac voluntarium, ab eo quod*
Psal. 84. *per necessitatem, quod ad religionem attinet & pietatem. Ipse enim, inquit, est misericors &*
Osea 14. *medebitur peccatis eorum & non perdet, multiplicabit vt auertat iram suam, & non*
*incendet omnem indignationem suam. ° Vide quomodo pædagogi iustitia ostendat*
*in increpationibus, & Dei bonitas, in miserationibus. Quocirca Dauid, hoc*
Psal. 88. *spiritus qui per eum loquitur, vtrumque complectens de eodem Deo psallit: Iustitia &*
*iudicium præparatio sedis tuæ. Misericordia & veritas præcedent ante faciem tuam.*
*Fatetur esse eiusdem potestatis & iudicare & benefacere: simul enim est veritatis &*
*potestas, iudicium iusti quod discernit, & idem iustus & bonus qui est veri Dei*
*qui est ipse omnia, & omnia ipse: quoniam ipse est Deus, qui est solus Deus. ¶ Quo-*
*modum enim speculum, non est malum deformi, & quòd ipsum ostendat qualis sit: & ita*
*admodum medicus non est ægrotanti malus, quòd ei febrem annunciet: non enim*
*eius est causa febris, sed ipse febrem arguit: ita nec is qui reprehendit, ei malè vult q*
*borat animo, neque ei delicta adiungit, sed ea quæ adsunt peccata ostendit, ad*
*vt auertat ab eiusmodi studiis. Quamobrem Deus quidem bonus est propter seipsum,*
*stus autem propter nos, idque quoniam bonus. Quod iustum est autem, nobis per*
*ipsius Verbum ostendit illinc è superis vnde ipse fuit Pater. Priusquam enim esset creatu-*





*Deus erat, bonus erat: propterea & opifex esse & Pater voluit: & amoris illius habitudo*
*ac relatio fuit principium iustitiæ, cùm & solem suum lucere faceret, & filium suum mit-*
*teret. Ipse primus e cælis bonam annunciauit iustitiam, cùm diceret: Nemo nouit Filium* Matth. 14.
*nisi Pater, neque Patrem nisi Filius. Hæc reciproca quæ ex æquo rependitur cognitio, est si-*
*mum ac symbolum priscæ iustitiæ. Deinde ad homines descendit iustitia, & scripto & cor-*
*pore. Verbo & lege humanam naturam ad salutarem vrgens pœnitentiam: bona enim erat.*
*At Deo non obedis? Eius rei culpam tibi adscribe, qui iudicem attrahas.*

## COMMENTARIVS IN CAP. IX.

° QUISNAM *ergo virilibus, humanæ naturæ Pædagogus.* Pædagogus noster omnibus modis, totisq; viribus
procurat salutem nostram qui sumus eius pueri. Maxime autem in nos ita se gerit, vt parentes in filios,
quos tum amant supra omnes, castigant tamē, & nō sinunt eos præsentibus frui voluptatibus, habentes
rationem futuræ vtilitatis. Ita etiam Dominus noster Pædagogus nostri curam gerens, & nostræ saluti
prospiciens, in nobis erudiendis & educendis non huius seculi præsentem, sed futuri æternam voluptа-
tem spectat & delectationem, ad quam nos dirigens, acribus & asperis vtitur admonitionibus & repræ-
hensionibus. *Eumque autē & hominem diligentes.* Ex multis scripturæ locis tam veteris quàm noui Testa-
menti, quos propheticum vocat testimonium, ostendit quomodo Pædagogus se gerat in suos pueros.
Atque prima quidem occurrit admonitio, quam dicit esse vituperationem. Sed quoniam nō omnis vi-
tuperatio est admonitio, est enim quædā vituperatio quæ ex vlcerato nascitur animo, & ex odio & ma-
levolentia, ne eas intelligatur vituperatio, addit curam gerens. Et quoniam est aliqua vituperatio quæ
non eum finem sibi proponit, quàm vt calumnietur, & in odiū & inuidiam vocet quē vituperat, ne ea
quidem admonitio, subiūgit, indēs intelligentiam, vt intelligamus esse scopū admonitionis, vt intel-
ligentior & sapientior fiat qui admonetur. Quod quidem sumptū est ex ipsa Græca vocabuli etymolo-
gia. νουθέτησις, id est admonitio, dicta quod mentem immittat & intelligētiam, dum admonet quod
non sit eligendum aut faciendum qui admonetur. Admonet enim Christus in eo quē citauit Matthæi loco, quòd cùm
quis peccare voluerit, ipsi noluerint, vt resipiscant & ad se redeant, & apud Hieremiā, quod in idola
& falsos Deos sint fornicati, vt qui eos adorauerint, & vt ad vnius veri Dei cultū à quo defecerūt reuer-
tantur. *Increpatio autē est propter turpia vituperatio.* Hic est alia vituperatio qua vtitur Pædagogus in suos
quos increpat. Nō quæuis autē vituperatio est increpatio, sed ea quæ fit propter turpia. Tur-
pe quod Græcè dicitur αἰσχρὸν, aduerbium, τὸ καλὸν, id est pulchrum vo-
cant Græci, maxime Philosophi, id quod est bonum & honestū. Et sunt quidem omnia vitia turpia, sed
ea dicuntur, vt ea dicantur turpia quæ iis qui ea admittunt, non solū propter actionis turpitudinem, sed
etiam propter legis prohibitionem, irrogant infamiā, cuiusmodi sunt adulteria, & execranda quæ cum
pueris admittuntur stupra, quæ non solum veteri iure Romanorum inurunt ignominiam, sed etiā vt
nunc eum omittam, ab Imperatoribus puniuntur pœna capitis. Cum prostitutis autem meretricibus Deut. 23.
non tanta, non leui tamen nec contemnenda notant ignominia, maxime cum & in veteri te- 1. Cor. 5.
stamento fuerit prohibitū, ne apud Israēlitas essent meretrices, & delectis verbis scriptū sit in nouo; Forni-
catores & molles non possessuros. Solus enim, etsi minus honestus, propagādi tamen generis hu-
mani causa necessarius est, permittus eum vxore legitima concubitus. Cæteræ omnes venereæ coniun-
ctiones & lege diuina sunt prohibitæ, & qui illis vtuntur à Prophetis Hieremia & Osea increpātur. Cū
increpatur autē à Pædagogo coniungitur timor Domini, qui est initium sensus, vt septuaginta inter-
pretes habet versio, vt Hieronymus autē vertit, sapientia, quod idem est. Eo autem sunt grauiores pro-
pter eas coniunctiones, quòd scientes & intelligētes peccent, non ignorantes id à Deo esse vetitum.
Animum autem animæ vocat Clemens intelligentiam. Nam qui intelligit aliquid esse à Deo vetitū, is
non prudens peccat, nec in errorē, aut in ignorationem, sed in seipsum debet cōferre culpam. Iure
ergo increpat Pædagogus. Eius autem increpatio nō solum est vituperatio propter turpia, sed est etiam
pœna eum quē increpat, cum iis quæ sunt honesta. Ideo enim increpat vt turpibus expulsis ei red-
dantur cognata & familiaria ea quæ bona sunt & honesta: est enim eius scopus ita instituere, vt rectè & ho-
nestè viuat, quod quidem etiam apud Iurisconsultos est primum præceptū iuris. *Insectatio est animi hiatus.*
Insectatio autem insectatio Græcè est ἐπανασχεσις, ea est acris & vehemēs obiurgatio seu inuectiua, qua vtitur Pe-
dagogus iis reprehendendis, quę fiunt à pueris nō obedientibus eius præceptis, & eius cōsilio & vo-
luntati non acquiescentibus. Hanc insectationē appellat Clemens medicamentum. Nam vt medicamē-
tum est amarum & molestum iis qui sunt curandi: ita etiā obiurgatio & inuectiua est grauis & molesta
iis quibus eam sunt salutē assecuturi. Timorē autē qui in singulis adhibetur reprehēsionibus, assimilat
Clemens seu spissamēto lanæ tingēdæ. Nā vt constipamentū lanā tingendā aperit & adstringit, &
aptum ad colores suscipiēdos, ita metus dissolutū aperit & adstringit animum, & aptū reddit ad
recipiendā salutem. *Redarguitis autē.* Aliam exercendæ Pædagogiæ affert rationē quam vocat ἔλεγχον, id
est reprehensionē, per quam peccatum in medium prolatum probatur & redarguitur. Ea Pædagogū vti
debet eū, quoniā sunt permulti quorū non est firma fides & stabilis. Hoc cum in medium probatum
fuerit & peccatum, spes est fore vt errorem suum agnoscentes reuertantur ad Dominum: Dominum
autem dicendo querunt, qui vnius veri Dei cultu relicto, idola & Dęmones & falsos Deos adorarunt, insi-
gnibus & abominandis sceleribus Deum ad iram prouocauerunt. Is sanctus est Israēlis, quo-
niam unus Israēlis proprius & peculiaris Deus, eiusque cultui ac religioni quodammodo dedicatus

[a] *Castigatio autē est vituperatio.* Hic est ali[a] modus Pædagogiæ, quā Græcè dixit σφόνισμα, nos vertimus, opinor, castigationē. Dicitur autem σφόνισις ἀπὸ τοῦ σφρονεῖν, id est, à præcordijs. Sapientia autem dicitur etiā prudētia & sapientia. Nam in corde à nōnullis sita censetur esse intelligentia & prudentia. Vnde etiā sapiens dicitur cordatus, cuius cōtrarium est excors & vecors. A σφρονεῖν dicitur σφόνισις, id est, immissio seu ingeneratio prudentiæ. Id autē fit, quādo per asperiorem castigationem amputantur quæ sunt superuacanea & inutilia. Quibus autem ea sunt amputata, ij dicuntur circuncisi: quibus non sunt incircuncisi. Et circuncisæ quidē erant gentes, quibus amputatum non erat præputium: circuncisi autem Iudæi, quibus iussu Dei fuerat amputatum. Amputabatur autē & in signum fœderis à Deo facti cum Abrahamo, & eo etiam significabatur mēbris virilibus non esse tāquam necessariam quæ rendam voluptatem, sed solā humani generis propagationem. Ab hac præputij amputatione ad alia translata est metaphora. Nam & aures dicuntur incircuncisæ, quæ inutilibus vanisq; & nullius momēti sermonibus, meriq; nugis audiēdi vacantes, verba Dei non audiunt. Et cor incircuncisum, quod inutilibus mundi & nisq: & terrenis inuolutū cogitationibus, diuina & cælestia non cogitat. Et qui ita se gerunt acriter increpare, & sui officij admonere, vocatur σφόνισις, quod dicitur castigatio, quoniam qui aures ei præbent patientes, meliores euadunt & sapientiores. *Cōtra autē circūcisi.* Incircuncisi autem sunt omnes qui Deo non obediunt, & in quibus nō est fides: est enim cor eorum incircuncisum, vt quod sit mūdanis & inanibus inuolutum desideriis & cogitationibus. [b] *Visitatio autē est vehemēs redargutio.* Subiungit aliud genus Pædagogiæ, nēpe visitationem, quæ Græcè dicitur ἐπισκοπή, Hebraicè autē פקדה, dicitur autem Græcè ἐπισκοπὴ ἀπὸ τοῦ ἐπισκοπεῖν, quod idem est atq; inspicere, intueri, attendere, visitare, quodquidē est eius qui præest ac præsidet, & aliorum curam gerit. Nobis autem præest, & nostri curam gerit Christus, qui
1.Pet.1. noster Pædagogus, & vt eum vocauit Petrus, nostrarum animarū Pastor & Episcopus. Episcopi autem munus est suos visitare. Etsimodi autē debet esse visitatio, vt eos quidem quorum est recta fides & doctrina, & vita sancta, bonis verbis ac benignis in officio cōtineat: qui autem à fide aberrāt, & attractamittunt facinora, asperis verbis ad officiū reuocet, & durè, vt dicit Paulus, increpet. Ita tamen vtatur suam ostendat beneuolentiā, non alio spectans quàm vt errantes in viam, & peccatores cōuertantur, & ad bonam vitā redeant. Hac visitatione vsus est Christus in visitando Hierusalem, quę & germano vocabulo Hierusalem asperior & vehementior fuit repræhensio, neq; tamen expers fuit spę in eum benuolentiæ, cùm eius misertus hoc diceret, & minas intentaret vt relipisceret, & ducta pœnitentia ea tollit peccata mundi agnosceret: cuius si nolint suscipere ad pœnitentiam inuitātis benignitatis, sensuri sunt pœnitentiam. [c] *Maledictū autē & vehemēs.* Maledictum est verbum asperum & pungens, quod ideo iacitur, vt qui audit, id verum esse sentiens, pro medicamento accipiat, & curetur à peccato. Hoc maledicto vtitur Pædagogus, tam in veteri quā in nouo testamento in iis quæ citātur loca. [d] *Accusatio est vituperatio eorū qui faciūt iniuriā.* Inter maledictionem & accusationem videtur Clemens hoc ponere differentiam, quod maledictio quidem sit vehemens & intensa oratio, sed quæ nō significet aliquid alicui iniuriā, sed tantum id quod obiicitur vehementer augeat & amplificet, quæ quidē posset cōtumelia, si non & verum esset quod dicitur, & si non iaceretur animo, vt corrigatur is in quem dicitur maledictū: Accusatio verò tanquam apud Iudicem intēdat crimen, & vel ei qui accusat, vel alij factam exponit iniuriā, eum qui accusatur ostendēs dignum qui cōdemnetur. Ea autem accusatione vtitur Pædagogus, quando & in Psalmis, & apud Hieremiam immemoris & ingrati animi crimen obijcit Israæum accusat populū, quòd Dominum suum deseruerit, & eum nihili fecerit, & cùm ei tāquam mulieri adulteræ daretur libellus repudij, ipse non timuerit. Sunt autem hæc atrocia crimina, dēmentia transfuge crimen incurrere, & adulterium admittere. [e] *Expostulatio autē est quæ artificiali auxilio cōtinet vituperatio.* Inducit Pædagogus per Hieremiam lamentantem Hierusalem, quòd quæ fuerat populosissima, nūc sit sola, & deserta, quæ multas habebat regiones quæ eius parebant imperio, amittat, & tributū pendat, quę diuitiis & delitijs abundabat, nocte casus suos defleat. Atq; videtur quoque hæc oratio solam miserabilē præ se ferre lamentationē, sed est re vera artificiali auxilio prædita vituperatio. Vituperatur enim tacitè Hierusalem, quod sua culpa in tantam inciderit calamitatem, vt nisi peccatorū ducta pœnitentia, veluti postliminio amissam recuperet dignitatē & salutē. Et hoc est quod vocat Clemens auxiliū artificiale, quoniam datur quidem auxilium ad salutem, sed arte quæ latet occultatum. [f] *Obtrectatio autē est obtrectātis vituperatio.* Obtrectat quidem virgini Pædagogus, sed vituperans tanquam in omnes impudentem & effrōtem, perinde atq; si esset meretrix, & quòd eius nes sua venustate illiceret, solū patrem quem debebat reuereri ad sē nō vocaret: sed rursus eam reuocat ad honestatē, dicens patrem & autorem suæ virginitatis: dum enim adhuc ei tribuit virginitatem, videtur eam nōdum esse deploratam, & eam pudorē incutiens admonet quid ipsam deceat. Quod autem in cōtextu Clemētis, πάντα καλὰ ἐν ὑποθέσει ἐγκρίνων ταμιεύων, cum ea nec sint in Hebræo, nec in versione Hieronymi, nec in septuaginta, omittēda censui, nec vertēda. [g] *Indignatio autē est legitima vituperatio.* Quòd vertimus, Increpatio filiorum, est quidem in Græco exemplari Clementis ὀνείδισμος υἱῶν, sed eorum verborū nullus sit sensus, pro ὑιῶν existimaui esse legendum ὑῶν, & ita verti, filiorū. Indignationem & legitima reprehēsio, qua vtūtur patres in nimis elatos & non morigeros filios, & in eos qui regūtur imperio. Acriter autē repræhenduntur filij à patre, quòd beneficiorum quæ à parentibus acceperunt immemores sint & ingrati. Principes autē à Deo cōstituti, quòd eius præceptis non pareāt, quòd donis corrumpantur, & pupillos nō defendunt ab iniuria. [h] *Et vt in summa dicā.* Postquam videtur multa esse genera Pædagogiæ quæ versantur in reprehensione & vituperatione, hunc locum concludit, vt dicat incutiendi timoris artificium esse fontem salutis. Non alio enim tendunt omnes Pædagogi repræhensiones & vituperationes, quam vt qui peccarunt metu pœnæ à peccato reuocētur, & in viam salutis redeant. Id nō solum vidisse Solomonē, sed etiam Platonē, cuius hæc sunt verba in Septa. Dicendū est reprehensionem esse maximam, & quæ principatum tenet purgationē, & nunquam reprehendat



quemlibet sibi existimandū est, etiāsi sit magnus ille Rex Persarum, cùm sit nō purgatus in iis quæ sunt maxima, in iis in eruditum & turpem euasurum, in quibus purissimū & pulcherrimū esse decebat eum qui verè futurus erat beatus. Diuum quoq; Paulum in epistolis Ecclesias acriter reprehendisse: Deum esse bonis timori, sicut nec magistratū, sed malis. Timorem quidem esse amarū, sed salutarem, qui peccatorū serpentes sistat cortosiones. De peccatis enim merito dici potest, quod dicit Paulus de serpentibus hæreticorū, ea vt cancrū serpere; quare ne ea amplius serpāt & latius rodāt, ea Pædagogus incussurus est, & reprimit in multis nos opus habere Iesu nostro seruatore, vt nō dānemur, sed à paleis separati in Dominī horreum recondamur. [i] *Licet autē si vultis.* Christus est noster Pædagogus, Pastor & Medicus. Conuenienter autem his officijs quomodo in nos se gerat, multis ostendit allegoriis sumptis ex Prophetis, & ex Euāgelijs, in quibus ipse se vocat bonū pastorē, qui animam posuit pro suis ouibus, & qui tamen nos fecit, vt cum esset Dominus, frater noster esse voluerit. Atq; ipse quidē vt qui sit Iesus (quod in natoris, directa sua vtitur bonitate in eos qui ex auditu ei credūt, & eius parēt præceptis. Qui autē a viam aberrant, & eius præceptis non obediunt, etsi in eos quoque sit bonus, est tamen ex obliquo bonus, vt qui ad eos in viā reuocandos vtatur repræhēsionibus & castigationibus, quæ etsi sint asperæ, sunt tamen vtiles, vt antea diximus. [k] *Duplex est autē genus metus.* Mali quidem pœnarum metu reuocantur à peccatis. Is autem est seruilis metus, quo Domini vtuntur in seruos, & Hebræi in Deum, qui cum agnoscant, non patiem, sed Dominum. [l] *Vide quomodo Pædagogi iustitia ostēditur in increpationibus.* Refellit Marcionistæ de quibus antea diximus, qui veteris testamenti Deum statuebāt esse iustum, nouī autem bonū. Nam & in nouo testamento iustus est Pædagogus noster Dominus, dum increpat & reprehendit: & in veteri etiā est bonus, dum miseretur. Sunt autem ita coniuncta misericordia & iustitia, vt non possint seiungi. Iustus enim non est, qui nō quod iustum est discernit. Summum autem ius temperat, & æqui boni lenitate mitigare, est misericordiæ: quæ si esset eiusmodi, vt id quod factum est, nō iudicaretur, ea plane nec iustitia esset, nec misericordia, sed mera dissolutio. Cū autē & Dominus Iesus qui est Dei filius & eius pater sit vnus & solus Deus, nō potest esse bonus qui nō sit iustus, & iustus qui non sit bonus, maximè cùm verus Deus sit omnia, & omnia Deus, est enim Deus, mūdus, hoc est id est filicet dicere, intelligibilis, in quo sunt omnes rerum idææ seu formę ac species, & ipsę quoque ideæ ac formæ sunt Deus. In Deo enim nihil est quod non sit Deus. Quo fit vt si in Deo sit idæa bonitatis, sit quoq; idea iustitiæ. Quare si Deus est bonus, vt fateri necesse est, idem quoq; necesse est sit iustus. Vtrusq; autem testamenti, nempe & legis & Euangelij vnus est Deus. Vtriusq; ergo testamenti Deus est bonus & iustus. [m] *Quemadmodū enim speculū non est malū deformi.* Per similitudinem à speculo & Medico sumptam, ostendit Deum non ideo esse malum quod nos repræhendat. Neque enim reprehendit quòd malè velit, sed repræhendit & peccata ostendit, vt ab eis auertat. Speculū enim ostēdens deformem, non est ei malum, cùm non sit causa deformitatis, sed eam ostendit vt agnoscat qui est deformis: nec medicus est causa febris quam annunciat, sed eam annunciat vt curetur. Atq; Deus quia est bonus & iustus, sed primo bonus, deinde iustus. Bonus quidem propter se, propter nos autem iustus. Adeo est iustus, quia est bonus. Ideo enim sua vtitur iustitia, vt malos liberet à peccatis, id est à malis. Hanc autem iustitiam nobis ostendit per Verbum suum filium, cuius est pater. Quòd autem bonus esset antequam iustus, ex hoc patet quòd antequā creator esset & pater, erat Deus & bonus. Prouidam suam bonitatem & Pater fuit & Creator, seu rerum opifex. Nam etsi verū sit simul esse Patrem & Filium, vt qui sit genitus ante sęcula, imo vero cuius æterna sit generatio, vt qui semper genetus, atque tamē prior est Pater, vt à quo initium tota sumat diuinitas, & quamuis Deus intrinsecus ab æterno omnes produxerit formas quæ cadunt sub intelligentiam, sensiles tamen nō prius produxit, quam eas visum est bonitati. Ab hac autem æterna, & diuina Patris generatione, prisca profluxit iustitia, quam constituit æqualis & reciproca patris & filij habitudo ac relatio, qua & pater filium, & filius patrem novit & diligit. Hęc autem quæ in cælis cœpit iustitia, descendit in terras & scripto & corpore. Scripto quidem, nempe & veteri & nouo testamento, lege & Euangelio: Corpore autem, nempe ipso Christo, qui est nostra iustitia & iustificatio, quæ in hoc consistit, vt nostris per eum remissis peccatis eum agnoscamus, vt & Deum nostrum agnoscamus patrem, & Iesum Christum naturā Dei filium, gratuitum fratrem nostrum & cohæredem, si cum eo patiamur, vt cōglorificemur. Hæc vt assequamur, unum opus est vt peccata remittantur. Non remittuntur autem nisi per pœnitentiam. Et cùm sit salutaris, etsi sit aspera, est tamen bona, & ipsa quæ pœnam irrogat iustitia. Atque eam quidem pœnitentiam bono & saluti futuram, si Deo pareas, & Christus prædicauit, & lex ostendit, & annunciauit Euangelium. Quod si Deo non pareas, per te stat quo minus saluus fias, & in te non in Deum culpa est adscribenda. Nam cum tibi liceret ab eo assequi misericordiam si ei paruisses, tua inobedientia & contumacia eum in te iustam laturum sententiam attrahis iudicem.

## Quod idem Deus per idem Verbum & à peccatis arcet minans, & humanæ naturæ dat salutem adhortans. Cap. X.

*Quia itaque quæ in astringenda humana natura versatur administrationem, necessario à Verbo assumi ostendimus, & esse aptam & accommodatam ad pœnitentiam, & ad peccatorum prohibitionem, considerandā deinceps fuerit Verbi mansuetudo & lenitas. Eum enim iustum esse ostensum est. Prius quoque exponit sententias quæ ad salutem hortantur, per quas id quod bonum est &*

honestum, vult ex voluntate paterna significare. [b] Hæc autem considera. Honestum quidem, est encomiastici: vtile verò, suasorij. Sunt autem vtriusque generis duplices habitudines & affectus. Etenim suasorij quidem habitudines & affectiones sunt hortatorium & dehortatorium: encomiastici verò laudatorium & vituperatorium. Aliquo enim modo affecta mens suasoria, efficitur hortatoria, & aliquo modo dehortatoria. Similiter etiam genus encomiasticum, aliquo quidem modo affectum est, & vituperatorium: aliquo verò, laudatorium, in quibus maximè versatur iustus pædagogus, qui quod nobis est vtile, sibi tanquam scopum proposuit. Verumenimuero genus quidem vituperatorium & dehortatorium nobis prius ostensum est: nunc autem hortatorium & laudatorium rursus nobis aggrediendum est, & tanquam in trutina in æquilibrio stantes iusti lances expendamus. Ad ea ergo quæ sunt vtilia, adhortatione vtitur pædagogus hoc modo per Salomonem.

Prou. 45. Ego vos, ô homines, adhortor, & vocem meam edo filius hominum, audite me: præclara enim dicam, & quæ sequuntur. Quæ sunt autem salutaria consulit: quoniam consilium

Psal. 1. ad eligendum & vitandum aptum est, quomodo facit per Dauidem, dicens: Beatus vir qui non ambulauit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & supra cathedram pestilentiarum non sedit: sed in lege Domini voluntas eius. Consilij autem bonitates tres sunt partes. Vna quidem, quæ sumit exempla ex tempore præterito: vt, exempli causa,

Exod. 32. quid Hebræis euenerit, qui aurum per crimen idololatriæ adorarunt in vitulo, & quid passi sint cùm fornicati essent, & quæ sunt similia. Altera verò quæ ex præsenti tempore intelligitur, vt quæ sensu comprehendatur, sicut illud quod dictum est iis qui Dominum

Matth. 11. rogarunt: An es ipse Christus, an alium expectamus? Abite & dicite Ioanni, cæci vident, surdi audiunt, leprosi mundantur, mortui resurgunt, & beati qui non fuerint scandalizati in me. Hoc ergo fuit quod prædicens dicebat Dauid: Sicut audiuimus, ita & vidimus. Ex futuris autem constat tertia pars dandi consilij, quæ quæ sunt euentus

Psal. 47.

Matt. 8. 22. Luc. 13. bet caueri, quomodo illud quoque dictum est: Qui autem in peccata inciderint, eiicientur in tenebras exteriores, illic erit fletus & stridor dentium, & quæ sunt similia: adhortatur ex his omnibus clarum sit Dominum per omnem medendi rationem procedentem, humanam naturam euocare ad salutem. [c] Consolatione autem peccata lenit & mitigat: remittens quidem cupiditatem, simul autem spem præbens ad salutem. Dicit enim per Ezechielem: Si conuersi fueritis ex toto corde vestro, & dixeritis Pater, audiam vos tan-

Ezech. 18. quam populum sanctum. Et rursus dicit: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos: & ea quæ sequuntur ex sua persona dicit Dominus. Aperiens autem ad bonitatem vocat per Salomonem, dicens: Beatus homo qui inuenit sapientiam, & mortalis qui inuenit prudentiam. Quod bonum est enim à quærente inuenitur, & solet videri ab eo qui inuenit. Iam verò per Hieremiam quoque enarrat prudentiæ

Matth. 11. Hier. 31. Beati sumus Israël, dicens, quòd quæ Deo grata sunt, à nobis possint cognosci. Cognoscere autem possunt per Verbum, per quod sumus beati & prudentes. Prudentia enim & cognitio significatur per eundem prophetam dicentem: Audi Israel mandata vitæ, auscultare vt cognoscas prudentiam. Per Moysen autem propter suam in homines benevolentiam

Verbum λόγος ratio. Hier. 17. Baruch. 3. Luc. 11.

Deut. 4. 8. num quoque pollicetur iis qui contendunt ad salutem. Dicit enim: Et introducam vos in

Esai. 56. terram bonam, quam iurauit Dominus patribus vestris. Et præterea: Introducam eos in montem sanctum, & vos lætitia afficiam, dicit per Esaiam. Iam verò est aliud quoque fructus

Psal. 1. pædagogiæ, nempe beatificatio: Beatus ille est, dicit per Dauidem, qui non peccauit. Qui erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo, & folium eius non defluet. Per hoc etiam tacitè significauit resurrectionem: Et omnia quæcunque faciet, ei rectè succedent. Nos vult esse tales vt sumus bonitatem: Et omnia quæcunque faciet, ei rectè succedent. Nos vult esse tales vt sumus bonitatem: Et

Rursus autem ostendens id quod ex aduerso respondet tutrinæ iustitiæ: At non sic, inquit, impij non sic, sed tanquam puluis, quem proijcit ventus à facie terræ. Cùm peccatorum

Hier. 6. pronus, & facilem & tanquam ventis perflabilem eorum dissipationem ostendisset pædagogus, per pœnam auertit à culpa: & cùm supplicium pro meritis intentasset, beneficentiæ suæ benignitatem ostendit, vt bona nobis paremus, vsque fruamur, per eam summo nos

Ibidem. desiderio excitans. Quinetiam ad cognitionem nos per Hieremiam hortatur, dicens: Via Dei si ambulasses, habitasses in pace in sæculum. Cognitionis enim mercedem eis ostendens,

Ibidem. prudentes ad eius amorem excitat. [d] Et ei qui aberrauit dans veniam, Conuertere, conuertere mihi, inquit, sicut qui vindemiat ad canistrum suum. Vides bonum iustitiæ, quæ

Hier. 18. Ezech. 18. 33. 36. ipsum mouerit pœnitentia. [e] Præterea per Hieremiam illuminat eos qui aberrant à veritate. Hæc autem dicit Dominus: State in vijs, & videte, & rogate semitas Domini

Ibidem. eternas, quænam est semita bona, & ambulate in ea, & inuenietis sanctificationem animabus vestris. Ducit autem ad pœnitentiam causa salutis nostræ. Propterea dicit: Si te

Hier. 18. Ezech. 18. 33. 36. conuerterit expurgabit Dominus cor tuum, & cor seminis tui. [f] Poteram quidem ad huius quæstionis defensionem adducere Philosophos, qui dicunt eum solum qui est perfectus, esse laudabilem: qui malus est autem, vituperabilem. Sed quoniam nonnulli quod beatum est

Hier. 18. Ezech. 18. 33. 36. existimantur, vt quod neque ipsum aliquid negotij habeat, neque alij exhibeat cùm benefactionem in homines non intelligant, propter hos, & propter eos etiam qui bono quod iustum est non tribuunt, id quod à nobis dictum fuit, adiectum est. Consequens enim erat vt dicerem, increpatorium & vituperatorium pædagogiæ genus conuenire hominibus, quoniam

Hier. 18. Ezech. 18. 33. 36. omnes homines stultos dicunt: sapiens autem solus est Deus, à quo sapientia: & perfectus solus, & ideo solus quoque laudabilis. Sed hac oratione non vtor. Dico ergo, laudem & vituperationem, vel quod laudi & vituperationi est assimile, esse medicamenta hominibus

Hier. 18. Ezech. 18. 33. 36. maximè necessaria. [g] Atque qui sunt quidem curatu difficiles, ab igne, malleo, incude, hoc est, minis, reprehensione, increpatione tanquam ferrum aguntur. Qui autem ipsam fidem accipiunt, tanquam per se docti, & libero animi arbitrio impulsi, laude augentur. Laudata enim virtus non secus atque arbor crescit. Hoccum intelligeret, mihi videtur Samius præceptor Pythagoras,

Δῶρα μὲν ἐνθρήξας ἐπιπλήσσου· χρηστὰ δὲ τέρπου.

Si mala fecisti reprehendere, si bona gaude.

[a] Increpare autem dicitur etiam admonere, quod est νουθετεῖν. Admonitionis autem, quæ est νουθέτησις, etymologia est τὴ νοὸς τιθεμένου, hoc est, mentis immissio, quod sit increpatorium quo quod mentem acquirit. Cæterum alia innumerabilia inueniri possunt præcepta

Esaiæ 48. Prouerb. 24. bona parandis, & malis fugiendis: Non est pax impijs, dicit Dominus. Propterea Salomonem præcipit infantibus: Fili, ne te in errorem abducant peccatores, neque in

Prouerb. 24. eos ambulaueris, si te hortati fuerint, dicentes: Veni nobiscum, sis socius innocentiæ nostræ: in terra autem virum iustum iniustè abscondamus, de medio eum tollamus, sicut viuentem. [b] Atque hoc quidem prædicatur etiam de passione. Porro autem

Ezech. 18. etiam per Ezechielem mandata nobis vita suppeditat. Anima quæ peccat, morietur: homo autem erit iustus, qui facit iustitiam. Qui non comederit in montibus, & oculos suos non conuerterit in cogitata domus Israël, & vxorem proximi sui non polluerit, & ad mulierem quæ fluxum patitur menstruum non appropinquabit, & hominem potentia non oppresserit, & pignus debitoris reddiderit, & rapinam non rapuerit, panem suum dederit esurienti, & nudum induerit: Pecuniam suam non dederit ad vsuram & commodum non acceperit, & ab iniquitate auerterit manum suam, & iustum iudicium fecerit inter virum & inter proximum suum: In præceptis meis ambulauerit, & iustificationes meas

*seruauerit vt faceret eas. Iustus hic est, vita viuet, dicit Dominus. Hæc continent descriptionem institutionis vitæ Christianorum, & conuenientem adhortationem ad beatam vitam, præmium vitæ, vitam æternam.*

## COMMENTARIVS IN CAP. X.

[a] *Si itaque quæ in astringenda humana natura.* In hoc capite Clemens transit ad aliud. Nam cum ostendisset Pædagogũ esse iustum, vt qui vtatur reprehẽsionibus, vituperationibus & increpationibus, quæ lenitatem acerbæ & astringunt ducentes ad pœnitentiã & peccatorũ prohibitionem, nunc vult ostendere verbum etiam esse bonum, mite & benignũ, & eas afferre sententias, quæ leniter & placide doceãt quid sit bonum & honestum, & quid vtile & iucundum conuenienter patris voluntati. Ne quis verò miretur, quod vsus sit in Græco quod scripsimus, Sunt autem vtriusque generis duplices habitudines & affectiones. Si enim nos id addidisse ne trũca & inutilis esset sententia, cum cõstet deesse aliquid, nõ additoris fidem aliud inueniretur exemplar. [b] *Sunt autem vtriusque generis duplices habitudines.* Pædagogus, quatenus castus, reprehendit, vituperat, & castigat, vt iã diximus, & nos adducit ad pœnitentiam: quatenus autem est bonus, suadet & laudat, dirigens ad salutem. Duo autem sunt quæ maximè mouent hominis animum, quæ proponantur, Bonum & honestum, quod est laudabile, & accendit ad virtutem, & Vtile quod commodam habita ratione, repellit quod affert noxam & detrimentum. Hæc notunt etiam Rhetores, qui tria constituunt genera in quibus oratorũ versatur oratio, demonstratiuum quod hic vocatur Encomiasticum, deliberatiuũ tertium judiciale, de quo hic non meminit. Neutro autem horum suasorium, quod vocant deliberatiuũ tertium judiciale, de quo hic non meminit. Neutro autem eorũ vtens Pædagogus dure agit & aspere. Nam & quod est laudabile gratum est auditori, & delectat quilibet suis cõmodis & vtilitatibus. Vtrumq; autem genus habet duplices habitudines & affectiones per quas diuersas habet species, prout alio & alio modo fuerit affectus animus. Aliquo quidem modo affectus suadentis animus hortatur ad ea quæ sunt profutura, & ita suasorij species erit exhortatoria. Iterum autem modo affectus dehortatur ab iis quæ sunt obfutura, & fit suasorij species dehortatoria. Iterum alio modo affectus eius qui encomiastico genere vtitur animus, vituperat, vt reiecta re vituperabili tuat eius contrariã rem laudabilem. Alio autem modo affectus cõstituit rem per se & absolute laudabilem. Ita encomiastici duæ erũt species, laudatoriũ, & vituperatoriũ. Denominatur autẽ encomiasticũ a præcipua eius parte, nempe à laude. Neutrum autem, nempe nec dehortatorium, nec vituperatorium est graue & asperum, cum non in hominem, sed in rem cadat dehortatio & vituperatio. Quamuis nullus boni sint Pædagogi, sunt etiã iusti. Nam cùm sit iusti suum cuique tribuere, iustè facit qui quod meritum est vtile sibi pro nostris proponit meritis. [c] *Consolationẽ autem peccata lenit.* Per multa loca ex Scripturis, nempe ex Solomone, & ex Prophetis, & ex Moyse legislatore, hortatur Pædagogus ad nitatem, sapientiam & prudentiã, proposita quæ ex iis sequitur beatitudine, præclarisque ac magnis donis promissis, quæ significare quidã videntur terrã huius mundi promissam Israëlitis, sed remigant terram viuentiũ, Hierusalem cælestem quæ est in mõte sancto, in quo nihil est terrenum, nihil nale compactum & concretum, sed sunt omnia spiritualia, & quæ sub solam cadunt intelligentiam. [d] *Et eis qui aberrant datis veniam.* Pædagogia est etiam exhortari ad pœnitẽtiam. Ad canistrum autem cartallum redire iubet vindemiatores, id est, ad memoriam reuocare quæ prius male gesta sunt, & dolorem capere & duci pœnitentia. [e] *Præterea per Hieremiam illuminat eos.* Præter eas quæ dictæ sunt Pædagogi exhortationes est etiam illuminatio, per quem illuminati qui à via, nempe à Christo aberrant, eam redeunt, & ex omnibus viis, id est, vitæ institutis id eligunt quod est optimum ac præstantissimum quidem est ea vitæ ratio quæ versatur in actione: sed ea est omnium præstantissima, quæ tota in contemplationi. Nam, vt ipse dicit Christus, Maria, quæ quidem vitam expeditit contemplationi, partem elegit. Bonum quoq; est vitæ genus quod ducta vxore, & dat operam liberis, & suæ familiæ, & ea curat quæ sunt ad vitã agendam necessaria. Sed illud est præstantissimum, atque adeo perfectum, quod abdicatis suis possessionibus & datis pauperibus, & nec de vxore nec de liberis solliciti Deum omnipotentẽ omnem suam defigit curam, eius videndi ardentissimo flagrans desiderio. Ita vero sunt alia vitæ agendæ instituta reiicienda, sunt enim bona. Sed hoc tanquam optimum & perfectum est amplexandum, vt quod animam expiet & sanctificet nullis mundanis pollutã negotiis. Ad hanc prima dux est pœnitentia, sine qua ad altiora non potes conscendere. Ad eam, inquam, primum noster Pædagogus causa nostræ salutis, cor nostrum purificaturus & expurgaturus. Cor enim tum demum purum est & expurgatum, quando valere iusserit omnes mũdanas curas & desiderias. enim contemplatione est vitæ hominis perfectio. Quid autem sibi velit illud; cor seminis telligo, vt qui hoc nusquam legerim. Nã eorum quidem quæ hic citantur ex Ezechiele, facile sensus, verba autem nõ adeo expressa, nec in Septuaginta nec in Diui Hieronymi versione. *Verum dem ad huius quæstionis defensionem.* Dicit Clemens se ad hanc quæstionem in qua agitur de pædagogi dationis & vituperationis, potuisse adducere Philosophos, qui dicunt Deum cùm sit perfectus laudabilem, & eum qui malus est, vituperabilem. Sed quia sunt nonnulli Philosophi qui dicunt res humanas non curare vt qui sit beatus, nec vlli exhibeat negotium, nec ab vllo ei exhibeatur, sunt Epicurei & rursus sunt hæretici Marcionistæ, qui bono iustitiam non tribuunt, de quibus ba fecit, cum esset consequens dicere, increpatorium & vituperatoriũ genus pædagogiæ solis hominibus qui sunt omnes stulti, vt ipsi dicunt, solus autem Deus sapiens & perfectus, & ideo cùm hęc, inquã, posset dicere, consulto prætermisit, nec ea vsus est oratione. His ergo prætermissis dicit laudationem & vituperationem, & quę sunt his similia, esse medicamenta hominibus cessaria. Qui autem Deum affirmant esse bonum, & humana omnia atque adeo totũ mundum



prouidentia, esseq; omni ex parte perfectum & laudabilem, ij sunt in primis Platonici & Stoici. *Atque qui sunt quidem curatu difficiles.* Ostendit quomodo laus & reprehẽsio sint necessaria hominibus medicamenta: Sunt quidem morbi curatu difficiles, cuiusmodi sunt cancer & gangrena: ad eos curãdos opus sit ferro & cauterio: qui curatu sunt faciles, leniorbus & mitioribus medicamentis indigent. Ita etiam hominibus quorũ sunt animi ægritudines asperæ & peruicaces, adhibẽda sunt acria medicamenta scilicet minæ, increpationes, reprehẽtiones, & quæ sunt eiusmodi. Quorum autẽ ægritudines leues sunt, & cum lenalia & atrocia scelera, ij per se curantur, nec alio eis opus est medicamento quã sola laude, quæ efficit vt & leuia delicta reprimantur & virtus laudata augeatur. Quod autẽ est in versu illo Pythagorico, *Insuala inciili reprehendere*, Græcè est ὀνοναλοῶτος, id est, teipsum increpa & reprehende. [f] *Increpare autem est rem vitam admonere.* Ex Græca admonitionis nempe νουθέτησις, etymologia, facile intelligitur admonitionem & increpationem multũ conferre ad parandã mentem & intelligentiam. [g] *Porrò autem etiam per Ezechielem.* Deus, quem vitam hic vocat Clemens, multa dedit præcepta apud Ezechielem de iis quæ facienda, & quæ non facienda, quæ sunt eiusmodi vt ea dicat continere institutionem vitæ Christianæ, quæ quoniam doctissimè & accuratissimè exponit Diuus Hieronymus in XVIII. caput Ezechielis eo exponendo non mihi visum est diutius immorari, sed lectorem ad eum remittere.

## Quòd per legem & Prophetas Verbum fungatur Pædagogi officio. Cap. XI.

[a] *Ivs quidem in homines benevolentiæ & pædagogiæ modus, quoad eius à nobis fieri potuit, est ostensus. Quocirca ipse seipsum pulcherrimè exponens, grano sinapis assimilauit: & verbi quod seminatur, quod in eo ineſt spirituale, naturámque multiplicem, rationalisque potestatis magnificentiam simul & facilitatem, & præterea reprehensionis mordacitatem, & repurgandi facultatem, esse vtique propter acrimoniam significans. Perexiguum itaque granum, quod allegoricè dicitur, vnicuique humanæ naturæ plurimã salutẽ largitur. Atque mel quidem, cũ sit dulcissimum, bilẽ gignit: eo admodum quod bonum est, contemptum: quod quidem causa est peccandi. Sinapi autem & bilem diminuit, hoc est, iram: & phlegma excindit, hoc est, fastum & superbiam. Exquo verbo vera animæ sanitas æternáque bona temperatura accedit. Olim itaque per Moysen, Verbum pædagogi fungebatur officio. Deindè etiam per Prophetas. Est autem Moyses quoque Propheta. Est autem Lex Pædagogia puerorum insolentium, qui habenis non facile retinentur. Saturati ergo, inquit, surrexerunt ludere. Saturati autem Græcè est ἐμπλησθέντες, quasi dicas, fæno repleti, nempe qui à ratione alienam alimenti plenitudinem hoc est, fæni repletionem, non autem cibum dixerit. Quoniam autem absque ratione fœno saturati, absque ratione ludebant, propterea ipsos & Lex & timor sequebatur, vt ea pœnitentia rescinderet, & ad res honestas rectè & ex virtute gerendas adhortaretur, aures paratas vt vero pædagogo obedirent, qui est vnum & idem Verbum legi quæ vrgebat conscientiam: datũ enim dicit Paulus Pædagogum ad Christum, adeo vt ex hoc sit perspicuũ vnum, eundemque, verum, bonum, iustum, ad imaginem & similitudinẽ Patris filium, Iesum, verbum Dei Christum pædagogum, cui nos tradidit Deus tanquam Pater benevolus, vero & germano Pædagogo committens & commendans filios, vt qui nobis dilucidè præceperit: Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. Fide dignus est pædagogus, tribus rebus pulcherrimis ornatus, benevolentia, dicendi libertate. Scientia quidem, quoniam paterna est sapientia. Omnis enim sapientia est à Domino, & cum eo est in æuum. Dicendi autem libertate & fiducia, quoniam Deus est & opifex. Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Benevolentia autem, quoniã solus pro nobis seipsum hostiam tradidit. Bonus enim pastor animam suam ponit pro ouibus suis, atque adeo eam posuit. Benevolentia autem nihil est aliud, quàm voluntas boni proximi sui propter illum.*

Matth. 13.

Exod. 32. 1. Cor. 10.

Gal. 3.

Matth. 17.

Ephes. 5. Ioan. 10.

## COMMENTARIVS IN CAP. XI.

ª EIVS *quidem in homines benevolentiæ & Pædagogiæ modus.* Postquam ostendit Pædagogum hominis quidem, sed acriter & aspere se gerere in suos pueros, subiungit eum se ea de causa assimilare grano sinapis. Et non legitur quidem quod se verbũ assimilarit grano sinapis, sed regnũ cœlorum & fidem, quæ & ipse Christus, & quæ est in Christum fides, est regnum cælorum. Non est enim regnũ cœleste nisi regnat Christus. Non regnat autem nisi vbi in eum est fides, per quã nomen Dei sanctificatur & coli rificatur. Idem est regnum Dei & regnum Christi & regnum cælorum. Nam etsi Deus sit Rex & dominator dominantium, & regnum obtineat in omnia quæ creauit, est tamen propriè Rex eorum eius parent imperio. Ij autem parent in quorum cordibus Christus habitat per fidem. Vnde non immerito dixit Christus discipulos suos alloquens: Regnũ Dei intra vos est. Nam in quorũ cordibus habitat Christus, illic quoque regnat: vbi est autem regnum Christi, illic quoque est regnum Dei: vbi est autem regnum Dei, illic quoque est Regnum cælorum, Deus enim licet sit infinitus & immensus, & omnia potestate occupans nullis locorum compræhendatur spatijs, in cælis tamen propriè esse dicitur. Quia Deus qui est in cælis, per fidem in nobis habitare dicitur, consequens est vt per fidem sit in nobis nempe fideles, & Deus qui est in cælis, & ipsum regnum cælorum. Atque in illos quidem regnat Deus sed in eos non regnat qui Deo non credunt nec eius parent præceptis, sed vitijs seruiunt & peccatis. eos, inquam, non regnat Deus, sed Diabolus in eos exercet suam tyrannidem. Sed futurum est tandem vt omnibus ad Christi fidem venientibus, cum subiugauerit omnem principatum potestatem & virtutem, omniáque sibi subiecerit, Deo & patri regnum tradat, quod ita suum est, vt id patris quoque necesse sit: filij enim nihil est quod non sit patris, nec est inter eos vlla necessaria aut coactæ subiectionis. Tunc Dei regnum quod nunc perangustis continetur finibus, erit amplissimum, erit enim Deus omnia in omnibus. Hæc diximus, vt intelligamus, quod licet non legatur in Euangelio Verbum fecisse simile grano sinapis, sed regnum cælorum & fidem, id tamen Verbo iure adscribat Clemens, cum regnum Dei & regnum Christi ita sint inter se coniuncta, vt non possint à seinuicem separari. Restat nunc vt videamus cur Verbum se assimilet grano sinapis. Marcus in Euangelio dicit Christum assimilare regnum eorum grano sinapis, quod cum seminatum fuerit in terra, minus est omnibus seminibus quæ sunt in terra, & cùm natum fuerit, ascendit in arborem, & fit maius omnibus oleribus, & facit ramos magnos, ita vt possint sub vmbra eius aues cæli habitare. Hoc ipsum & iisdem fere verbis scriptum est in Luca Euangelio. Hunc locum diuinè profecto Diuus exponit Ambrosius. Granum quidem sinapis, ex eo vbi duplex, sed si teri cœperit, vim suã fundit. Et fides simplex primo videtur, sed si teratur aduersis, profundit virtutis effundit. Verbũ autem Dei in Euangelio seminatum merito assimilat Christus, ipsum, inquit, Verbum seipsum explicans, grano sinapis. Nam vt granum sinapis videtur vile, humile & abiectum, seminatur, postea autem crescit in iustam & quæ arborem æquat magnitudinem, & in omnes partes ramos extendit ramos: ita etiam verbum dum adhuc seminatur in Euãgelio, nihil præ se ferre videtur Christum & præclarũ & magnificendũ. In ipso quidem certè Euangelio ipsum docendi genus non vulgare & plebeium, non sunt in eo enthymemata, non epicheremata, non rhetoricæ figuræ & ornatus, non genus dicendi grande & sublime, non Philosophicæ ratiocinationes, nõ mathematicæ & necessariæ demonstrationes, nihil deniq; ex quo aliquid magni possis expectare. Solæ fere in eo sunt parabolæ, quæ non doctis auditoribus, sed plebi indoctæ sunt accommodatæ. Quo fit vt ad eas ediscendas, non ex non præcedentibus, inquã, disciplinis, sed sola fide sit opus. Et tale quidem est Verbum dum seminatur, sed dum crescit, in quantam assurgit magnitudinem, quam præclara & planè diuina sunt quæ in eo inueniuntur, peccatorum remissio, Dei qui in tribus hypostasibus seu personis vnus est cognitio, fidei, spei, charitatis possessio, virtutum omnium, & earum maximè quæ perfectum hominem reddunt cognitio, arcanorum mysteriorum & sacramentorũ quæ accedente ad signa spiritu per Christum gratiam nobis sunt, reuelatio & exhibitio, & tandem vitæ æternæ. Significat etiam Verbum grano sinapis assimilatum vtilitatem, quæ accipitur ex reprehensionis mordacitate & purgatione verbi qua vtitur vt Pædagogus. Sunt autem Verbi multæ in Euangelio reprehensiones, dum inuehitur in Scribas & Phariseos, adeo in totam gentem Iudaicam, vitia eorum reprehendens vt corrigantur, & suos etiam aberrantes ripiens discipulos, vt in viam rediret. Nam & Petri reprehendit temeritatem, & filiorum Zebedæi ambitionem, & Iudæ arguit proditionem. Quod autem verbum reprehendens & expurgans reddat

*Dioscor. lib. 1. cap. 148.* tur grano sinapis, videre licet ex eo quod scribit Dioscorides, dicens: Vim, inquit, habet calefaciendi, tenuandi, extrahendi, pituitam eliciendi si mansum fuerit. Granum ergo sinapis allegoricè significat Verbum acriter reprehendens & expurgans, humanæ naturæ plurimam affert vtilitatem: quemadmodum ex eius ostendat, comparat mel cùm grano sinapis. Mel, inquit, est dulcissimum, sed generat bilem, quæ enim dulcia, vt est medicorũ sententia, bilescunt. Biliosa autem stomacho fastidiũ facit, quo fit vt cibos euomantur. Bonitas autem melli assimilatur: & vt mel fastidium, ita bonitas parit contemptum, ex eius atque nimia familiaritas, teste Comico. Contemptus autem est causa peccati. Nam dum contemptui fio non adhibetur, nec peccati pœna timetur, qui ad peccatum sunt propensi, omni ablato peccandi impedimento, in omne genus sceleris feruntur præcipites. Quo fit vt ad cohibendum vitium opus sit acritate, alioqui absoluta bonitas eneruatum reddit & dissolutum. Ea seueritas assimilatur sinapi, bilem, id est, iram diminuit, & flegma, id est, fastidium & superbiam excindit. Bilis autem, id est, ira commota & excisio flegmate, id est, superbia quæ corpori humano varios & asperos procreant mores, bonum net corpus ὑγιαινον, id est, bene temperatum. Vnde existit sanitas & animi & corporis. Nam ex ira gma, corpus, animum vero male afficit ira & superbia: quibus dum sua seueritate & acri castigatione medetur Pædagogus, is corpori & animo bonam affert constitutionem.



### Quòd Pædagogus conuenienter paternæ affectioni seueritate & benignitate vsus sit. Cap. XII.

ª IS *iam peractis, consequens fuerit, vt Pædagogus noster Iesus vitam nobis veram describat, & qui in Christo est hominem eruditat & instituat. Est autem eius descriptio & informatio neque admodum terribilis, neque benignitate vsque adeo dissoluta. Simul autem mandat, & mandatorum formas & characteres ita imprimit, vt ea possint perficere. Atque mihi quidem is ipse videtur hominem fuisse ex puluere: aquâ autem regenerasse Spiritu verò auxisse: Verbo autem* ὁ παιδαγωγὸς *Pædagogus instat institutisse, ad filiorum adoptionem & salutem sanctis præceptis dirigens, vt quam terra genitum in sanctum & supercælestem hominem suo aduentu transformasset, ad illam vocem maximè impleret: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Atque fuit quidem Christus hoc plenum quod dixit Deus. Alius autem* Genes. 1. *homo intelligitur per solam imaginem. Nos autem, ô boni Patris filij, alumni boni Pædagogi, Patris voluntatem impleamus, Verbum audiamus, & verè salutarem Seruatoris nostri vitam exprimamus, hîc iam meditantes cælestem vitæ agendæ formam, per quam perfecti sanctique, semper germinante lætitiæ, & incorrupto boni odoris vnguento inungamur, eiusque incorruptionis indicium habentes vitæ Domini formam & Dei vestigia persequentes: cui soli conuenit considerare, atque adeo cui curæ est quomodo & quânam ratione futura sit vita hominum famior. Quinetiam ad hoc vt victu facilè contenti simus, & quæ sunt supernacanea negligamus, accinctique & expediti & ad bonæ vitæ æternitatem parati simus, nos præparat, vnumquemque nostrum esse ipsum sui ipsius penum docens. Ne* Matth. 6. *sollicitum, inquit, sitis de crastino: dicens oportere eum qui in Christi numerum relatus est, sua sorte contentum, sibi per se seruientem, & cui satis sit in diem victum eligere. Non enim in bello, sed in pace instituimur. Atque bello quidem magno apparatu opus est, magnoque & profuso sumptu egent delitiæ: pax autem & dilectio, simplices & quæ sine negotia fugiunt sorores, non armis, neque profuso apparatu indigent. Nutrimentum eius est Verbum. Verbum autem, id est, cui & demonstrandi & docendi principatus est, à quo frugalitatem, simplicitatem, à fastuque alienationem, libertatis amorem, veritatem & honesti studium ediscimus. Id, etsi vno Verbo cum virtutis consuetudine Deo similes reddimur, non ad socordiam ac negligentiam oportet traducere, sed cautos, & ne defatigeris, eris enim qualem non speras, neque verò conijcere potueris, quemadmodum autem Philosophorum quidem alia est viuendi ratio, alia verò Oratorum, alia rursus Luctatorum: ita est generosa ac liberalis affectio, liberæ voluntati quæ est honesta, conueniens, quæ accessit ex Christi pædagogia, & qui ad operationem erudit, actori, graues & honesti incessus & accubitus, nutritio & somnus, cubituique & victus ratio, & alia disciplina. Non est enim nimis intensa ac vehemens eiusmodi exercitatio, sed moderata, & quæ iusto ac recto tenore consistat.* ᵇ *Hac etiam ratione Verbum est dictum Seruator, qui hominibus hæc verbalia & rationalia ad salutem, vt sano & integro sensu præditi essemus, inuenit medicamenta, opportunitatem quidem obtulit, noxam autem & damnum arguens, & animi affectionum causas exponens, & earum alienarum cupiditatum radices excindens, à quibus quidem abstinere oporteat præcipiens, omnia autem salutis antidota ægrotantibus exhibens. Hoc est enim maximum, & maximè regium Dei opus, humanam seruare naturam. Atque medico quidem, qui ne quod faciat quidem ad salutem consulit, ægroti succensent, diuino autem Pædagogo, quomodo non maximas se habere fatebuntur gratias, qui nec taceat, nec ani-*

*mo penetralibus contineat minas quæ ferunt ad exitium? sed & eas arguat, & quæ ad*
*tendunt appetitiones excindat, & quæ ad rectam reipub. pertinent administrationem ad*
*ceat. Magnæ ergo illi sunt agendæ gratiæ. Ratione enim præditum animal, homunc*
*inquam, aliquid aliudne dicimus quàm quod est diuinum oportere contemplari? Porrò autem*
*humanam quoque naturam dico eum oportere considerare, & ita viuere, vt iubet &*
*veritas, & ipsum Pædagogum & eius præcepta mirandum in modum admirantes, vt quam*
*ter se congruant & conueniant. Cui conuenienter imagini & similitudini oportet nos quoque*
*cùm nos ipsos Pædagogo adaptauerimus, ita viuere, vt factis oratio reuera conueniat.*

## COMMENTARIVS IN CAP. XII.

[a] Hic *iam peractis, consequens fuerit.* Cùm ostendisset Clemens quisnam & qualis sit Pædagogus, &
iusmodi sit eius Pædagogia, nunc venit ad ostendendum quibusnam præceptis Pædagogus suos
informet, & hominem instituat qui est in Christo, id est, qui vitæ suæ instituendæ exemplar habet
Christo. Ea autem præcepta dicit esse huiusmodi vt in iis tradendis is seruetur modus, vt neque
rem incutiant, neque enervent, remissosque & dissolutos reddant. Sed neque præcepta sunt
cui dantur causari possit se ea non posse exequi. Nam qui dat mandata, is eorum talem imprimit
& characterem vt perfici possint ab iis quibus dantur, & ille ipse qui dat, ad ea implenda adiuuat. Sed
ea dat præcepta ipse Iesus noster Pædagogus. Ille autem ipse Iesus & nos creauit, & aquam
regenerauit accedente spiritu, & nos verbo instat Pædagogi eruditi, vt in sanctam & cælestem
transformati qui prius eramus terreni, Dei in nos veram agnoscamus imaginem & similitudinem.
imago & similitudo est Dei Verbum, qui est splendor æternitatis & expressa imago substantiæ
Illud autem ad Dei factum esse imaginem & similitudinem, primum fuit plenum & omni ex parte
tum in Christo homine qui est etiam Deus. Id ipsum tandè poterit etiam de nobis dici, si eius
sequentes, & Dei vestigia persequêtes, & incorruptionis vnguento delibuti, Christiani à Christo
à Deo adoptati, per gratiã & participationẽ Dij efficiamur. Hoc noster nostri curã gerens sibi
Pædagogus, cui maximè est curæ, vt humana natura sit quam sanissima, & ab omnibus animi &
vitiis & morbis remotissima. [b] *Hæc etiam ratione Verbum dictũ est Seruator.* Ad corporis sanitatẽ
salutem nihil est melius quam certum tenere modum, & neque exuperare nec deficere. Hinc
neque sunt, aut calidiores, aut frigidiores, aut humidiores, aut siccriores quã par sit, sana
animi in quibus sunt motum virtutes quæ consistunt in mediocritate. Hoc qui præstat Pædagogus
tito dicitur dicitur qui dat salutem. Hoc vocabulum non posse Latinè exprimi
ro dicitin Vetrinis, nullum certè aliud habemus nisi Seruatoris, quo etsi alioqui minùs vsitato
bitauit vti Seneca in libro de beneficio: Saluatoris vocabulum passim vsurpant Doctores ecclesiastici
arbitrati, vt existimo, à Saluatore rem melius exprimi quam à Seruatore, cum tamen sit vtriusque
significatio, cum seruare non aliud sit quam salutem dare. Dicit certè Terentius, Hanc
quidem salus poterit seruare. Quod si quis existimet, significantius esse vocabulum Saluatoris
natoris, per me eis licebit duabus tantum mutatis literis Saluatorem dicere pro Seruatore,
gant Seruatorem dici longè Latinius. Salutem autem dat Pædagogus rationalia adhibens
ta, quæ in literæ contextu Clemens exponit, vitiorum scilicet causas explicans, à ratione
piditatum radices excindens, quæ sunt ægrotis noxia prohibens, & quæ sunt eis vtilia & salutaria
ta exhibens. Quòd autem rationalia dixit medicamenta, Græce est, quod deriuatur à
verbum significat & rationem, quod linguæ Latinæ nonpia non satis potest exprimere.
autem naturæ salutem dat Pædagogus quod est opus maximum & maximè regium. Quid est
gis regium quàm eos beneficio afficere qui ab ipso reguntur? id autem facilè potest cum sit
enim noster Pædagogus Deus & homo, quo fit vt & velit & possit.

### Quòd quemadmodum id quod rectè & ex virtute geritur, sit ex ratione, ita rursus peccatum præter rationem. Cap. XIII.

[a] VIDQVID *est præter rectam rationem, id est peccatum. Iam enim*
*sunt maximè generales animi affectiones seu perturbationes hoc modo*
*niendas censent Philosophi. Cupiditatem quidem, appetitionem quæ*
*paret rationi: Metum autem, dissolutionem quæ non paret rationi.*
*tatem autem, elationem animi quæ non paret rationi. Si ergo quæ*
*dientia, peccatum generat, quomodo non necessariò rationis obedientia, quam*

Λόγος ratio pro filio Dei hoc in loco necessariò sumitur.



*homo dicimur, parit ac procreat id quod vocamus honestum ac decorum? ipsa enim vir-*
*tus, est animæ concinna & congrua affectio, quæ rationi subijcitur per totam vitam.*
*Quemam, quod est supremum omnium, ipsam, inquam, Philosophiam definiunt, stu-*
*dium rectæ rationis, adeo vt sit necessariò delictum, quicquid fit propter errorem ratio-*
*nis, & meritò Græcè vocetur ἁμάρτημα, hoc est, erratum, quod etiam peccatum signi-*
*ficat: Iam enim, quando primus homo peccauit, & Deo non obediit; Et iumentis, in-* Hier. 5.
*tus, est assimilatus homo, qui præter rationem aberrarat meritò rationis expers existima-*
*tus comparatur iumentis. Hinc etiam dicit Sapientia: Equus ad coitum libidinosus, &*
*adulter irrationali iumento assimilatus. Et ideo subiungit: Quocunque super eum sede-*
*rit mane. Non amplius, inquit, homo loquitur. Non est enim amplius particeps rationis,*
*qui præter rationem: est autem expers rationis bellua, dedita cupiditatibus, qui-*
*bus omnes voluptates insident. Quod ex rationis autem obedientia rectè & ex virtute*
*geritur, κατόρθωμα & καθῆκον, hoc est, quod congruit, & conuenit, nempe officium, vocant*
*Stoici. Quod itaque decet & congruit, nempe officium, id etiam conuenit. Obedientia*
*autem fundatur mandatis. Ea autem monitionibus, quæ cùm sint eadem, veritatem sibi sco-*
*pum proponentes, ad extremum expetendum, quod finis intelligitur, eruditum & institutum.*
*Finem autem ac religionis finis æterna est in Deo requies. Æui autem seu æternitatis*
*principium, est noster finis. Quod autem est pietatis honestum quod rectè & ex virtute*
*geritur, id quod decet & conuenit, nempe officium, operibus efficit. Vnde officia meritò*
*consistunt in actionibus, non autem in dictionibus. Et est Christiani quidem actio, ratio-*
*nalis animæ operatio, ex syncero ac prudenti iudicio & appetitione veritatis, quæ per*
*voluptatem simulque opem ferens corpus peragitur. Quod decet autem ac conuenit, offi-*
*cium inquam, est quæ in vita Deum & Christum sequitur voluntas vna, quæ se pro-*
*per totam æternam rectè & ex virtute gerit. Etenim Christianorum vita quam nunc insti-*
*tuimus, est quidam conuentus ac congregatio rationalium actionum: hoc est, eorum qui à ver-*
*bo ratione docentur, quæ non labitur operatio, quam quidem fidem appellamus. Con-*
*uentus autem & congregatio sunt mandata Domini, quæ cùm sint diuinæ sententiæ, moni-*
*menta, nobis scriptæ sunt, vt quæ & nobis ipsis & proximis bene posint quadrare.*
*Quæ iam ipsæ quoque ad nos reuertuntur, sicut globus qui propter repercutionem ad eum*
*qui eum recurrit. Vnde etiam sunt ea quæ decent & conueniunt, nempe officia ad diuinam*
*pædagogiam necessaria, vt quæ à Deo præcepta & ad salutem sint tradita. Et quoniam eo-*
*rum quæ sunt necessaria, aliqua quidem solùm ad vitam hîc agendam pertinent, alia verò*
*vt illic bene viuamus erigunt & extollunt: conuenienter quoque officiorum, alia quidem*
*viuendum, illa verò ad rectè viuendum ordinantur. Atque quæcunque quidem ad gentili-*
*viuendum præcipiuntur, ea vulgò apud multos sunt publicata. Quæ autem ad bene viuen-*
*dum conueniunt, ex quibus æterna illa vita acquiritur, ea hîc veluti adumbrata ex ipsis scri-*
*pturis gentibus licebit considerare.*

## COMMENTARIVS IN CAP. XIII.

[a] QVIDQVID *est præter rectã rationẽ.* Traditurus Clemens præcepta ex Christi Pædagogia, quæ non ad
modum tantũ instituunt, cuiusmodi sunt præcepta gentilium, sed ad bene viuendum vt æternam vi-
tam consequamur, quod est finis Christianorum, in eo autem illa versantur præcepta vt peccata fu-
giamus, bona autem opera, quæ κατορθώματα, id est, quæ rectè & ex virtute fiunt sequamur, primum do-
cet quid sit peccatũ, & quid bonum opus seu rectè & ex virtute geritur. Peccatum ergo esse dicit
quod fit præter rationẽ, bonũ autem opus seu rectè factum, id quod fit conuenienter rationi. Quod-
quidem ex eo probat quod generales animi affectiones seu perturbationes à Philosophis nempe Stoicis
enumerantur, vt dicatur earum quælibet non parere rationi. Quod fit autem non parendo rationi, fit
præter rationem. Quod fit autem præter rationem, est peccatum. Quod fit autem obediendo rationi, id
est bonũ opus, quod κατόρθωμα dicitur, & καθῆκον & πρέπον, id est, quod decet & conuenit, & perfectum

officium. Quod fit autem obediendo rationi, id fit conuenienter rationi. Ea autẽ obedientia qua ... tem sequimur rationem, fides dicitur, quæ non solam significat credulitatem & fiduciam, sed etiam ... continet promptam & efficacem Dei præceptis obediendi voluntatem. Ratio autem nõ solum signifi... cat diuinam animæ hominis facultatem, à qua homines dicuntur λογικοὶ, id est, rationis participes, sed ... ratam illam & per se consistentem rationem, quæ à nobis & verbũ & ipsa Dei appellatur sapientia, à qua profluit & deriuatur quidquid est in nobis rationis: quam falso quidem Seneca vocat diuini spiritus portionem in nobis mersam, & Horatius diuinæ particulam auræ: non enim ea in nobis existit propriè ... sam Dei essentiam, sed veluti per quandam lucis illuminationem, conuenienter ei quod scribit Psalmo-graphus; Signatum est supra nos lumen vultus tui Domine. Quæ ergo huic verbo seu rationi, quæ no-stram inspirat & illuminat animam, præstatur obedientia quæ fides dicitur, in nobis procreat quod bo-num est, honestum & decorum. Inde existit virtus, quæ est concinna & congrua animæ affectio per to-tam vitam subiecta rationi. Boni enim & honesti particula nõ est virtus censenda, sed oportet vt ea sem-per sibi constet, nec vllo tempore intermittatur. Quod vsuuenit si anima pareat rationi. Cui parendi si quis studio teneatur, & vt id faciat diligenter meditatur, is dicitur Philosophus, & hoc studium appel-latur philosophia, nempe studium sapientiæ, quæ est recta ratio. Eam ractam rtionem qui non sequi-tur, nec ei paret, sed eam auersatur vel ab ea aberat, tantum abest vt sit Philosophus, vt ne homo quidem sit dicendus, vt qui non sit particeps rationis, sed eius expers comparetur iumentis, & fit similis belluis. Qui ergo eam rectam rationem non sequitur, nec ei paret, is dicitur errare & peccare. Non peccat ergo qui iubenti obedit rationi. Sed cum sit obediẽntia, oportet etiam vt sint mandata quibus obediatur: vt eis autem obediatur opus est etiam admonitionibus. Cùm sint autem Dei mandata ideo constituta vt ad vitam perueniatur æternam: is demum rectè obedit mandatis qui sibi tanquam scopum proponit æternam in Deo requiem & vitam æternam. Sed vt eam assequamur, non satis est hic viuere, sed etiam bene oportet viuere. Ad id nobis opus est præceptis, quæ conuenienter Christi Domini Pædagogia ex sacris literis exprompsit Clemens. Gentibus quidem satis est si viuant, & eam demum vitam existimant beatam, quæ hic perpetuis fruitur voluptatibus. Nos autem hic bene viuamus, vt hac laboriosa ... perfuncti vita, vitam tandem assequamur æternam, qua nec cogitari quidem potest quidquam melius & beatius. Bene autem viuemus, si nos & in nos ipsos & in proximos nostros rectè geramus. Quod ... tem à nobis fit in proximos, ad nos quoque non secus reuertitur quam globus percussus ad eum qui ... cit reuertitur. Consistit autem bonum opus seu recta operatio, & perfectum officium, non in ... bus sed in actionibus quæ ab animo fiunt, sed non sine adiumento corporis. Harum autem actionum ... ratione proficiscentium, & quæ non labuntur, conuentus, vitam constituit Christianorum, quæ ... appellatur. Ad eam per Pædagogiam sumptam ex sacris libris in sequenti libro nos instituet Clemens. Tota enim Christianorum vita nihil est aliud quam fides, quæ certa ac firma promissorum spe ... tata, bonas per charitatem edit operationes.

Psal. 4.

## CAPITA LIBRI SECVNDI PÆDAGOGI.


Quomodo in alimentis versari oporteat. Cap.
Quomodo oporteat se in potu gerere. Cap.
Quòd non oporteat sumptuosæ ac magnificæ supellectilis studio teneri. Cap.
Quomodo in conuiuiis sit relaxandus animus. Cap.
De risu. Cap.
De turpiloquio. Cap.
Quænam obseruare oporteat eos qui vrbanè ac ciuiliter vnà viuunt. Cap.
An vnguentis & coronis sit vtendum. Cap.
Quomodo se in somno gerere oporteat. Cap.
Quænam de liberorum procreatione tractanda sint. Cap.
De calceamentis. Cap.
Quòd gemmas & mundum aureum non magni pendere & admirari oporteat. Cap.


CLEMENTIS



# CLEMENTIS ALEXANDRINI PÆDAGOGI.

## LIBER SECVNDVS.

### Quomodo in conuiuio versari oporteat. Cap. I.

*PROPOSITVM[a] itaque institutum & scopum sequentibus, & scripturas ad eam pædagogiæ partem, quæ vitæ vtilis futura est diligentibus, qualem esse in tota vita eum qui Christianus dicitur oporteat, summatim describendum est. Nobis igitur à nobis ipsis incipiendum est, & quomodo nos componere ac moderari oporteat, Compositi itaque proportionem & commoderationem coniectantibus, quemadmodũ vnumquemque nostrûm se in suum corpus gerere, vel potius quomodo id dirigere oporteat, dicendum est. Quando enim quibus à rebus externis, & ab ipsa præterea educatione corporis ad mentem à ratione deductus, eorum quæ in homine secundum naturam eueniunt contemplationem accuratè perfectéque didicerit, sciet non esse studium in res externas conferendum: hominis autem esse proprium, animæ expurgare oculum, castámque & sanctam carnem suam tueri. Qui enim ab illis purè emundatus exolutúsque fuerit per quæ est adhuc puluis, quidnam aliud seipso habuerit conducibilius ad hoc, vt recta via ingrediatur ad Dei comprehensionem?[b] Atque alij quidem homines viuunt vt comedant, quod certè etiam rationis expertibus euenit animantibus, quibus nihil aliud quàm venter vita: nobis autem Pædagogus præcipit comesse vt viuamus; neque enim nostrum munus est nutritio, neque institutum nostrum siue noster voluptas: sed ea nutritio est propter nostram hic mansionem, quam ad incorruptionem ratio instituit: & ideo secernitur ac seligitur alimentum. Est autem ipsum cibaria simplex, & non nimis opipare & curiose paratum pueris simplicibus, & non curiosè conueniens, vt quod aptum sit ad viuendum non ad delitias.[c] Ipsum autem viuere, ... duobus, sanitate scilicet & viribus, constituitur, quibus maximè conuenit facilitas, vt ... & ad digestionem & corporis leuitatem sit vtile: ex quibus incrementum, sanitas, & iustæ vires: non autem iniustæ, lubricæ & miseræ, quales sunt quæ Athletis ea illa ἀναγκοφα-γία ... edendi necessitate obueniunt. Sunt itaque multiplices qualitates respuendæ, quæ varia ... tormenta pariunt, malas corporum habitudines, stomachorum subuersiones, cùm corruptus & constupratus sit gustus, misera & infausta quadam condiendi arte, & inani in ... bellarijs artificio. Audent enim appellare nutritionem, delitiarum exercitationem, quæ in noxias voluptates dilabitur. Antiphanes autem Delius medicus vel vnam ... esse morborum causam, ciborum varietatem: cùm qui veritatem ægreferunt, ... nescio qua vana gloria frugalem & moderatum victum abiurent, & transmarinas escas anxiè perquirunt.[d] Atque mihi quidem venit in mentem eorum morbi ... ipsos autem non pudet suas decantare delitias, cùmque sunt in freto Siculo, murænas ... & solicito animo perquirentes, & Mæandri anguillas, & qui in Melo sunt ..., & qui in Sciatho mugiles, Pælori conchas, & Abydena ostrea, nec mænas quæ ... in Lipara prætermittentes, nec rapum Mantinicum, nec betas quæ sunt apud Ascra..., & pectines Methymnæos exquirentes, & soleas Atticas, & turdos Daphnios ... & caricas Chelidonias, propter quas infelix Persa cum quingentis mille millibus in Græciam est profectus: Phasidis aues præterea coëmentes. Attagenas Ægyptias, Medicum pauonem. Hæc condimentis immutantes, ij qui sunt gulæ dediti, obsonijs inhiant,*

ἀνταγκοφα-γία.

ψῆτται ... ἀττικαὶ piscis genus, de quo vide Athenæum & Aristotelem.

quæcunque tellus, & profunda Ponti, immensaque alit latitudo aëris, ingluuiei suæ comparantes. Videntur reuera isti insatiabiles, solliciti ac anxij ciborum indagatores, ad delitias ac voluptates suas mundum irretire, sibilantibus sartaginibus vndique circumstrepentes, & circa cochlear & mortarium totam suam vitam consumentes, edaces quæ omniuori homines, materiam ignis instar apprehendentes. Quinetiam faciem panis, nempe panem efferminant, quod frumenti est nutriens excribrantes, vt quod sit alimenti necessarium, sit probrum voluptatis. Nullum autem habet apud homines terminum delicata ingluuies. In liba enim placentas & bellaria est proiecta, mensarum secundarum multitudinem inueniens, omnes qualitates aucupans. Mihi autem videtur 1.Corint.6. homo qui est eiusmodi, nihil esse aliud quàm bucca. [c] Ne desideres, inquit Scriptura, escas bos diuitum: ij enim vitæ non veræ & turpi sunt coniuncti. Illi enim dant operam cibis, nijs quæ simus paulò pòst excipit: nobis autem cibum cœlestem venantibus, necesse est ventri qui est sub cœlo imperare, & multò magis ijs quæ ei sunt amica & grata: Quæ Deus abolebit, inquit Apostolus, voraces gulæ cupiditates iure execrans. Esca enim vere ex quibus hæc carnalis, & quæ interitum affert, vita dependet, quam audent nonnulli vocare charitatem, effrænata lingua vtentes, nempe quædam prandiola & nidorem redolentia, pulchro & salutari Verbi opere appellantes, sanctificatam charitatem dolis & iuris fluento iniuria afficientes, potúque delitijs & fumo illud nomen maculantes. Vocabant Clementis tempore nō nulli prædia ac communia ἀγάπας, hoc est, charitates. Luce 14. persequentes: falluntur autem existimatione, vt qui Dei promissum prandiola se emere expectauerint. Quæ enim latitiæ causa fiunt congregationes, ipsi quoque vocates & cœnulas, & prandia & epulas, hunc cœtum iure vocauerimus, rationem sequentes. Has autem epulas ἀγάπας, id est, charitates, non vocauit Dominus. Dicit tamen alicubi quidem: Quando inuitatus fueris ad nuptias, ne primo loco accumbas, sed quando fueris vocatus, accumbe in vltimo loco; alibi autem: Quando feceris prandium aut cœnam. Et rursus: Sed quando feceris epulum, voca mendicos, propter quod cena maximè est facienda. Et præterea: Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos. [e] Sed sentio vndenam effluxerit speciosa cœnarum appellatio: nempe ex gurgustio Insaniæ bellariorum ventitator, ait Comicus. Reuera enim multa multis sunt cœnæ vitia: nondum enim didicerunt Deum parasse suo opificio, homini inquam, cibum & potum, vt conseruetur, non autem vt voluptate afficiatur. [f] Nam nec corporibus quæ natura insitum est, vt ex multiplici ciborum varietate iuuentur. Contra enim plures cibis vtuntur vilissimis, sunt robustiores, saniores, & generosiores: vt fanè bubulcis, & agricolæ possessoribus: & non solùm fortiores, sed etiam prudentiores Philosophi diuitibus. Non enim mentem alimentis obruerunt, neque ipsam voluptatibus decipiunt. Charitas autem reuera est cœleste nutrimentum, rationale epulum. 1.Corinth.13 Omnia sustinet, omnia suffert, omnia sperat, charitas nunquam excidit. Beatus quisquis dit prandium in regno Dei. [h] Casus autem est omnium grauissimus, si quæ charitas potest excidere, supernè è cœlis ad inscula humi abiciatur. Et tu me eam existimare Ibidem. re cœnam quæ aboletur? Si facultates, inquit, meas distribuero, charitatem autem Matth.22. habeam, nihil sum. [i] Ab vniuersa hac charitate dependet Lex & Verbum, si Dominum Deum tuum & proximum dilexeris. [k] In cœlis est hoc cœleste conuiuium, quod Græcè dicitur. Terrestre autem, dictum est cœna, vt ostensum est ex Scriptura. Et quidem cœna propter charitatem: sed non est cœna charitas, verùm sociale beneficentiæ, & quæ sua lubenter impertit, indicium. Ne quod ergo bonum nostrum est, male dictis impetatur. Rom.14. Non est enim regnum Dei esca & potus, dicit Apostolus, vt quidam putant, & quod est vnius diei intelligatur prandium: sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu



sancto. Qui de hoc prandio comederit, is eorum quæ sunt, optimum possidebit, nempe regnum Dei, sanctum charitatis conuentum hic meditatus, nempe cœlestem Ecclesiam. Charitas ergo res est para & Deo digna: officium verò eius est communicatio. Cura autem disciplinæ est Charitas, quam dicit Sapientia: Charitas verò obseruatio legum eius. Hæ Sapient.6. autem leges habent quoddam charitatis incitamentum ex nutrimento publico, quod ad æternam sanctificationem afficit oblectationem. Charitas ergo non est cœna: epulum autem à charitate pendet. [l] Discant enim, inquit, filij tui quos dilexisti Domine, quòd non generationes fructum nutriant hominem, sed verbum tuum eos qui tibi credunt conseruat: non enim in pane vanet iustus. [m] Sed sit nobis cœna tenuis & expedita, apta ad vigilias, impermixta diuersæ qualitatibus, & quæ à pædagogi disciplina minimè sit aliena. Bona enim nutrix ad communicationem est charitas, quæ copiosum habet viaticum, nempe sufficientiam, quæ quidem dimenso iusta quantitate alimento præfecta, salubriter corpus administrans, etiam proximos ex eo aliquid distribuit. Victus autem qui inundat & obruit sufficientiam, homini multum officit, animam quidem ignauam reddit & inertem, corpus verò valetudinarium, & quod in morbos facilè prolabitur, efficit. [n] Quinetiam voluptates quæ in iudicanda aromatibus conditis dapibus sunt morosæ & difficiles, probra & maledicta inurunt: propter ingluiem, ingluuiem, edacitatem, voracitatem, insatiabilitatem, & alia huiusmodi. Misca quoque ijs nominibus aptissimè conuenientes, & mustellæ, & adulatores, & gladiatores, & agrestia genera parasitorum, ventris voluptate: alij quidem rationem, alij verò amicitiam, alij autem vitam ipsam vendentes, super ventrem serpentes, bestia hominibus similes, ad imaginem patris sui, edaces voracesque beluæ, & qui eos vocauerunt, appellarunt, bene mihi videntur eorum finem significasse: vt qui eos vocent ἀνάγκας, hoc est, à salute alienos, per elisionem elementi. [o] An non enim sunt eiusmodi qui in ollis seruantur, multiplicibusque exquisitorum alimentorum voluptatibus, qui sunt humiles & abiecti animi, terræ planè filij, qui victum in dies persequuntur perinde ac non victuri? [p] Eos misereos pronunciat per Esaiam sanctus Spiritus, cum nomen Charitatis sensim ne- Esaie 22. glexisset quando ab eis sustulisset, quoniam non erat epulum rationi consentaneum: Ipsi autem seruant lætitiam, occidentes vitulos, & oues sacrificantes, dicentes: Comedamus & bibamus, cras enim moriemur. Et quòd eiusmodi delitias peccatus existimet, subiungit: Et non dimittetur hoc vestrum peccatum, donec mortui fueritis. Non dicens peccati remissionem mortem insensilem, sed retributionem peccati morti salutis adiudicans. Ne Prou.4.10. autem propter execrandas delitias, dicit Sapientia, [q] Hic autem de idolothytis quo- Eccles.2. modocunque, de ijs quæ immolata sunt idolis faciendæ est mentio, quonam modo præcipiat Deus esse abstinendum. Illa mihi videntur execranda & abominanda, quorum sanguine superoleant. Subter sunt animæ quæ erebum hoc nunc lumine cassæ. Nolo enim vos Odyss.λ. participes dæmoniorum, dicit Apostolus. Eorum enim qui seruantur, & eorum qui 1.Cor.10. mensæ separata sunt nutrimenta. Ab his ergo est abstinendum, non quòd pertimescamus, ut est enim in eis aliqua potentia, sed quòd propter nostram conscientiam, quæ sanctificata est & propter dæmonum odium, quibus illa sunt dedicata, auersemur: & præterea, propter eorum qui multa procliuiter discernunt, ac verentur imbecillitatem, quibus infertur conscientia: Cibus enim nos non commendabit Deo: neque quæ intrant co- 1.Corinth.8. inquinant hominem, sed quæ ex ore, inquit, exeunt. Vsus enim nutrimenti est indiffe- Matth.11. rens: Neque enim si comedamus, inquit, plus habemus: neque si non comedamus, de- 1.Corint.8. fimus. Sed non est consentaneum vt sint mensæ dæmoniorum participes, qui spirituali ac diuino nutrimento digni sint habiti. Annon habemus potestatem comedendi & bibendi, & mulierem circumducendi, dicit Apostolus? sed voluptatibus, scilicet, Ibidem.

imperantes, arcemus cupiditates. ¶ Videte ergo ne hæc nostra potestas offensionem offerat imbecillis. Non oportet ergo nos veluti prodigè & profusè viuentes, quemadmodum ei
1 Corint. 8. in Euangelio similitudo filij diuitis, abuti donis patris, sed eis vti, vt qui ipsis confidentes
Luce 15. imperemus: vt in cibos enim regnum & dominatum obtineamus, non vt eis seruiamus, ordinati sumus. Res est ergo præclara maximè expetenda, id quod verum est sufficientem supernum alimentum persequi, & eius quod verè est inexplebili spectaculo impleri, firmo stabili, & pura voluptate fruentes. Hanc enim charitatem oportere nos suscipere offendiculis Christi. Est autem valdè à ratione alienum & inutile, & nequaquam humanum pecudum more pinguefactum, morti nutriti, deorsum in terram respicientes, & è terra semper in mensas procumbentes, lautam & delicatam vitam persequentes, id quod bonum est, hîc vtique in vita quæ non est futura infodientes, soli sibi deuorationi blandientes, propter quam in maiori prætio sunt coqui quam agricolæ. Non enim poculorum circumactionem tollimus, sed consuetudinis prolapsionem, tanquam calamitatem, habemus subtectam. 2 Quocirca vitandus est luxus, pauca quædam & quæ sunt necessaria sumendo:
2.Cor. 10. & si quis nos inuitat infidelium, & accedere statuamus (bonum est enim cum infidelibus & immodestis hominibus non versari) quicquid apponitur iubet nos comedere, nihil interrogantes propter conscientiam. Similiter autem iussit nos ea quæ sunt in macello cibum vllum scrupulum vllámve curiosam indagationem emere. Non est ergo omnino à variis cibis abstinendum, sed non est in eis studium ponendum. Ea autem quæ apponuntur sumenda sunt, vt decet Christianum, eum quidem qui nos inuitauit honorantes, innoxia & quæ sanitatem non afferat sermonis & congressionis societate: sumptuosas quæ inferuntur dapes inutiles
Rom. 14. rentes esse existimantes, obsonia despicientes, vt quæ non sint paulò post. Qui comedit, non qui non comedit non spernat. Qui autem non comedit, eum qui comedit non iudicet. Cum autem parum fuerit progressus, præcepti quoque causam exponet: Qui comedit, inquit, Domino comedit, & Deo agit gratias: & qui non comedit, Domino non comedit, & Deo agit gratias: vt sit iustum nutrimentum gratiarum actio. Porrò autem qui non agit gratias, is in voluptatibus non versatur. Quòd si etiam propter virtutem comedat quod inuitemus, eo magis à lautis & delicatis his cibis est abstinendum, euidens virtutis exemplar nos ipsos exhibentes, sicut ipsi Christum exemplar habuimus. Si quid enim cuiusmodi ciborum fratrem offendit, non comedam, inquit, in æternum, ne fratrem meum offendam. Exigua continentia hominem lucrifacio. An non habemus potestatem comedendi
1.Cor. 8. bibendi? Et veritatem cognouimus, inquit, quòd nihil est idolum in mundo, sed solus vnus
Ibid. 9. ra & vnus noster Deus, ex quo omnia, & vnus Dominus Iesus. Sed tua, inquit, scientia perit frater infirmus, propter quem mortuus est Christus. Qui infirmorum fratrum
Ibidem 8. scientiam verberant, in Christum peccant. Hac quidem certè ratione Apostolus ait: Cibis cautionem adhibens, cœnas discernit: iubens non commisceri, si quis frater nominatur
Ibidem 5. qui dicatur esse fornicator, vel adulter, vel idololatra, nec obsonium quidem comedere, nec sermonem conferre, quod illinc procedit inquinamentum habens suspectum, scilicet mensas dæmoniorum. 3 Atque bonum quidem esse carnem non comedere, nec vinum bibere, & ipse fatetur, & Pythagoræi: hoc enim magis est ferè: & quæ ex eis ascendit halatio, cùm sit crassior & turbidior, offundit animæ tenebras. Quòd si quis ea quæ sumat, non peccat, modò ea moderatè ac temperatè sumat, non eis nimium deditus, neque ab eis dependens, neque obsonia deuorans ac deglutiens. Ei enim vox personabit,
Rom. 14. cens: Noli propter escam destruere opus Dei. Est enim insipientis, ea quæ publicè annuntur epulis, valde mirari & stupere, postquam senseris eas quæ ex verbo percipiuntur delitias: multò est autem insipientius in pulmentorum seruitutem redigere oculos, aures



ventrem, vt ita dicam, incontinentia simul feratur à ministris. Quomodo autem non est turpe è sedibus surgere, propemodum faciem in ollas iniicientes, è sedibus tanquam è nido prosilientes, vt quod vulgò dicitur, vaporem errantem excipiant per respirationem? Quomodo autem non est alienum à ratione, manus condimentis immiscere, vel perpetuò ad obsonium extendere, non gustantium ritu, sed rapientium, se immoderatè & indecorè implentes? Licet enim videre eos qui sunt eiusmodi, suibus vel canibus propter voracitatem assimilari, potius quàm hominibus: qui adeò festinant vt saturentur, vt ambæ buccæ simul inflentur, elatis vastis quæ sunt in facie: quinetiam sudorem præterea diffundi, dum arctè comprimuntur propter insatiabilitatem, & anhelant propter intemperantiam, suffocatione indecora, & ab honesta consuetudine aliena, abstruso in ventrem nutrimento, tanquam ad viaticum, non ad digestionem, reponunt edulia. 4 Atque cùm semper maxima sit immoderatio, ea in nutrimentis maximè reprobatur. Ingluuies itaque, quæ Græcè λαιμαργία dicitur, nihil est aliud quàm in obsonij vsu immoderatio, Dicitur etiam λαιμαργία, quæ quidem est circa guttur insania: & γαστριμαργία, quæ est in alimento intemperantia, & vi ipsum nomen indicat, in ventrem insania. Insanus enim Græcè μαργὸς dicitur. 5 Eos itaque qui in epulis iniuriam facere meditabantur Apostolus increpans, dicit:
Vnusquisque enim propriam cœnam præsumit in comedendo: & alius quidem esurit, alius 1.Cor. 11.
vero est ebrius. Annon domos habetis ad comedendum & bibendum? aut Dei ecclesiam contemnitis, & pudore afficitis eos qui non habent? Apud eos autem qui habent, qui citrà pudorem comedunt, insatiabiles seipsos dedecore afficiunt. Ambo autem malè faciunt, hi quidem vt eos qui non habent grauauerint, vt qui suam intemperantiam apud eos qui habent aperuerint. Necessariò ergo aduersus eos qui pudorem exuerunt & insatiabiliter, quibus nihil sufficit, cœnis impudentius vtentes, secundò rursus Apostolus in vocem erumpit obiurgantem: Quamobrem fratres mei conuenientes ad comedendum, alter alterum Ibidem.
expectate. Si quis autem esurit, domi comedat, nè in iudicium conueniatis. 6 Ab omni ergo prauâ & illiberali actione abstinendum est, honestè tangendo quæ apponuntur, & mundum, & lectum, & barbam seruando impollutam, faciei decorem immobilem, & non huc & illuc se versantem custodiendo, nec inter comedendum se indecorè gerendo, sed maximè moderatè certis interuallis adhibitis porrigendo. Est etiam cauendum ne inter comedendum loquaris, sit enim vox indecora, & non satis expressa ac significans, vt quæ plenis faucibus in angustum coërceatur: & lingua quæ nutrimento premitur, à naturali operatione impedita, oppressam edit prolationem. Sed nec simul edere & bibere conuenit: est enim vitanda intemperantiæ tempora confundere, quorum vsus non simul conueniunt. Et siue
1.Cor. 10. manducetis, inquit, siue bibitis, omnia ad gloriam Dei facite, veram frugalitatem ac tenuitatem quasi scopum proponentes: quam mihi Dominus quoque videtur significasse, cùm benedixit & assos pisces, cum quibus suos discipulos conuiuio excepit, cibi non nimis copiosi pulchrum exemplar inducens. 7 Ille itaque piscis quem (cùm iussisset dominus) Ioan. vlt.
capi verus, ipse quoque facile, diuinitus donatum, frugaleque ac moderatum nutrimentum significat. Per eos autem qui ex aqua ascendunt ad escam iustitiæ, monet auferre luxuriam, & auaritiam, tanquam piscis numisma, vt separet vanam gloriam, & dato stateri publicanis, redditis Cæsari quæ sunt Cæsaris, Deo seruet quæ sunt Dei. Habet autem & alias aliquo quoque solutiones quæ minimè ignorantur: sed ea tractare non est huius temporis: sufficit autem admonitio, ea nobis ad præsens institutum vtentibus, cùm à Verbi fundamento minimè discrepet, quod quidem iam sæpe fecimus, ad eam de qua agitur quæstionem, fontem longè vtilissimum attrahentes, vt irrigentur quæ à Verbo plantantur. 8 Etsi cum omnium mihi licet esse particeps, non omnia tamen expediunt: citò enim adducuntur

vt ea faciant quæ non licet, qui faciunt omnia quæ licet. Quemadmodum autem non ad-
uenit iustitia per auaritiam & plura habendi cupiditatem, neque temperantia per intem-
1. Cor. 10. perantiam: ita nec victus Christiani ratio lautitiis paratur & deliciis. A cibis enim stimu-
lantibus & ad venerem incitantibus, procul est mensa veritatis. Etsi enim maxime pro-
pter homines omnia facta sunt, non tamen omnibus vti bonum est, sed neque semper: nam
tempus, occasio, modus, & ad aliquid relatio, non parum ei qui instituitur momenti
Diuitiæ, θησαυροὶ Plutus autē cæcus fingi-tur. Matth. 6. afferunt ad id, quod est sibi vtile. Atque hoc quidem aptum est, & magnam habet vim
ad abolendam vitam quæ est ventri dedita, ad quam quidem diuitiæ incitant, tum quæ
sunt acribus oculis, sed nimiæ quæ circa gulæ insaniam cæcutiunt copiæ. [a] Nemo autem de
res necessarias pauper est, neque homo vnquam despicitur. Qui enim & pennata & na-
tatilia, & vt semel dicam, à ratione aliena nutrit animalia, vnus est Deus, eius autem ni-
hil deest, etsi nullam de victu cura gerant. Nos autem eis sumus eò præstantiores, quò
& Domini: & Deo eò familiariores, quòd & temperantiores. Facti autem sumus vt
Prouerb. 13. vt comedamus & bibamus, sed facti sumus vt essemus ad Dei agnitionem: Iustus enim,
inquit, comedens, impletur animo: ventres autem impiorum egent, vt qui nunquam esse
turas cupedias appetant. Magnificentia autem & sumptuosus apparatus non ad solum
vsum, sed etiam ad socialem communicationem aptus est: quocirca si cibi sunt casti,
qui non esurientes nos cogunt comedere, appetitiones nostras veluti quibusdam præstigiis
fallentes. Annon est enim vel immoderata frugalitate multiplex ciborum varietas? Iuscu-
lum, aliquot olera, lac, caseus, fructus, & quæcunque absque iure coquuntur: & si ad
vel elixa carne opus fuerit, ea quoque est impertienda. Habetis hic aliquid ejusdem
Luc. 14. dixit Dominus discipulis post resurrectionem. Illi verò, vt qui frugalitatem exercere se
didicerant, assi piscis ei partem dederunt. Et cùm coram eis comedisset, dixit ei, inquit
Lucas, quæcunque dixit. Ad hæc autem, ne bellariorum quidem expertes esse oportet
qui rationi conuenienter cœnant. Ex cibis enim ij sunt aptissimi, quibus ex se vis ins
que igne, quoniam sunt pratiores: secundi autem, qui sunt simplicitores ac vulgares, v
Græcè est allusio ad Iuturna & Iuturnare. Matth. 5. ante diximus. [b] Iis autem qui ad luxum mensarum sunt propensi, & suo sibi morbo se
triunt, præest dæmon belluo maximus, quem ego non verebor appellare Ventriloquum,
dæmonum omnium pessimum & perniciosissimum. Is autem est reuera similis illi quem
citur ventriloquus. Melius est autem esse felicem, quàm habere habitantem dæmonem.
[c] In vsu enim virtutis consistit felicitas non in voluptate. Matthæus itaque Apostolus
minibus, baccis & oleribus absque carnibus vtebatur. Ioannes autem continentiam
terius extendens, locustas & mel agreste comedebat. Porrò autem Petrus quoque absti-
bat à suibus. Sed ei persuasit quæ in eum cecidit ecstasis, vt scriptum est in Actibus Apo-
Actum 10. stolorum: Et videt cælum apertum, & vas quoddam quatuor initijs alligatum sum-
ram, omnes quadrupedes, & serpentes terræ, & volucres cæli in ipso. Et vox ad ipsum
cta est: Surge, & occide, & comede. Petrus autem dixit: Nequaquam Domine, quo-
niam omne commune & immundum nunquam comedi. Et vox rursus ad eum secun-
facta est: Quæ Deus mundauit ne communia dixeris. Ergo nobis quoque vsus est ma-
rens: Non enim quæ intrant in os coinquinant hominem, sed in intemperantia inanis
Genes. 1. & 9. citatio. Deus enim qui finxit hominem: Omnia vobis, inquit, erunt in cibum. Ve-
autem cum charitate sunt meliora, quàm vitulus cum fraude. Hoc nobis recte in mo-
riam reuocat id quod antè dictum est, quòd non sunt olera charitas, sed sumenda sunt
næ cum charitate, in quibus bona quidem est media constitutio, in omnibus, sed maxi-
in apparatu conuiuij. Nam sunt extrema quidem periculosa: media autem bona: mediocritas
est autem, quicquid non eget rebus necessarijs. Nam quæ sunt secundum naturam appe-



tionem, circumscribuntur sufficientia. [d] Porrò autem Iudæis per legem summo consilio an-
nunciatur frugalitas. Innumerabilium quippe rerum vsum per Moysen abstulit Pædago-
gus, causas illis adiungens, occultas quidem, quæ erant spirituales, apertas autem, quæ car-
nales, quibus etiam crediderunt: his quidem, quòd vngulam non habeant bifidam: illis verò,
quòd cibum non ruminant: aliis verò, quòd ex aquatilibus sola squammas non habeant, Leuit. 11.
adeò vt eis omnino pauca restarent apta ad alimentum. Quæ autem permisit tangere, eo-
rum rursus prohibuit morticina, & quæ simulachris immolata, & quæ suffocata fuerant:
nam ne hæc quidem licet tangere. [e] Quoniam enim fieri non potest, vt qui iucundis vtitur,
ab eis suscipiendis abstineat, ei contrariam vitæ rationem opposuit, donec qui ex more profi-
ciscitur ad voluptatem ac delectationem impetum dissolueret. [f] Hominibus autem sepe-
numero quidem damnum & molestiam procreat voluptas: graues autem affectiones, &
allienem, & insipientiam, in anima parit nimia alimenti copia. Iam verò dicunt etiam
rores in corpora rectè crescere in longitudinem, si desit nutrimentum: neque enim prohi-
bere spiritus recurrens ad incrementum, cùm commodam cursus respirationem multum
mentum obsepiat. Vnde luxuriosam delitisque affluentem vitam insectans, qui Phi-
sophorum veritatem æmulatus est Plato, scintillam Hebraicæ veritatis suscitans: Mihi
autem, inquit, cùm venissem, quę illic beata vita dicitur, Italicis & Syracusanis mensis
plena, nullo modo placuit. Bis die saturum viuere, & noctu nunquam solum dormire, &
quæcunque studia hanc vitam consequuntur. Ex his enim nullus homo ex ijs qui sunt sub
lis potest esse prudens, ex ijs qui hæc à iuuentute exercet, neque sic admirabilis natura com-
prehenditur. Neque enim Plato de Dauide non audierat, qui in sua ciuitate in medio ta-
bernaculo sanctam arcam collocans facta omnibus qui eius ditioni parebant lætitia, coram
Domino distribuit omnibus copijs Israëlis, à viro vsque ad mulierem, vnicuique tortam 1. Par. 16.
panis, & panem subcineritium, & laganum ex sartagine. Hoc est sufficiens nutrimen-
tum sanctimonium: gentile autem quod est, superfluum. Qui autem eo vtitur, nunquam vt
is sapiens laborauerit, vt qui mentem in ventre infoderit, admodum similis pisci qui ὄνος,
ὄνος, asellus dicitur: quem quidem dicit Aristoteles solum ex omnibus animalibus ha-
bere cor in ventre. Hunc Epicharmus comicus vocat ὀκτεμπλόγαστον, hoc est, qui discedit
à communi ventris consuetudine. Tales sunt ij homines, qui in ventrem crediderunt. Quo-
rum Deus venter est, & gloria ignominia ipsorum, qui quæ sunt terrena cogitant, eis non
bona prædixit Apostolus, dicens: Quorum finis est interitus. Philip. 3.

## COMMENTARIVS IN CAP. I.

TVTVTIETVVM *itaque institutū*. Summatim docturus quomodo Christianum se gerere oporteat, cùm
constet ex animo & corpore, à corpore primò incipit, erudiēs quomodo se in eo gerere oporteat,
quomodo ipsum sit dirigendū, vt cum relictis rebus externis & corporis eductione, à ratione ductus
ipsum ascenderit, & contēplationem eorum quę sunt in homine secundum naturam didicerit, ex-
purgatis oculis, carnéque sua sancta & casta conseruata, intelligat nihil esse ipsomelius ad Dei
cognitionem. Ipsi demum Deum vident, sunt que, vt ipse ait Christus, Beati qui sunt mundo corde, id Matth. 5.
est, quorum purus & à vitiis mūdus est animus. Purus autē & mundus non est eorum animus, quorum
impetus est inquinatū voluptatibus & libidinibus. Obsistunt enim oculorū animæ perspicacitati, (occu-
lus animæ vocātur contēplandi facultas, quæ λογικὴ dicitur) & lenticulā veluti quandam inducunt
oculis corporis. Ad Dei autem cōtemplationem, & eius quoad eius fieri potest comprehensionem, ni-
hil efficit ipso homine cōducibilius, qui cùm factus fuerit ad ipsam Dei imaginem & similitudinē, in se
ipso exemplar facile agnouerit, si obtutus aciem vitia non impedierint. [a] *Atque alij quidem homines vi-*
*tæ* In gerenda cura corporis primū locum tenet cibus. Comedendum est enim vt viuamus, nō viuen-
dum vt comedamus, quod plurimi faciunt homines, est autē id proprium bestiarū. Oportet autem sim-
plicem esse cibum, & nō nimis exquisitū, vt qui paratus sit ad viuendum, nō ad delitias. Nutriri autem
oportet vt viuamus, nēpe vt reficiatur quod in dies deperit de nostri corporis substantia. Propter no-
strum hoc mansionem reficimur. Hanc autem mansionem nostram ratio seu Verbum, Pædagogus,
nempe noster Dominus instituit ad incorruptionem, quam postquā hinc excesserimus, & reuixerimus
in illa, quæ corpus nostrum est induturū. Illud antē: Est autem ipsum simplex, &c.] cū malē à nobis prius

versum animaduertissemus, vt videre hic licet correximus. [a] *Ipsum autem vinereæ duobus.* Cum sc. medendum vt viuamus, vita autem constituatur ex duobus, ex sanitate scilicet, & ex viribus: horum si sanum sit corpus, quod consistit in iusta humorum proportione ac symmetria, nec valet viribus ad propulsanda quæ sunt ei noxia, fieri non potest vt diu viuat, eo cibo est vtendum, qui facile concoqui possit & digeri. Bona enim concoctio non procreat crudos & noxios humores qui morbos generent: & bene concoctorum ciborum distributio corpus reddit leue & agile, vt quod nec in incoctorum morum nimio grauetur pondere, nec ab ascendentibus oppressum & suffocatum turpescat vaporibus: & ea fit nutrimenti distributi aggregatio, & cuilibet parti assimilatio, vt corpus augeatur & crescat ad iustam, & non ad plus æquo exuperantem molem & magnitudinem. Id præstat cibus simplex & concoctu facilis. *Hippoc. de flatibus.* Nam vt præclare dicit Hippocrates in libro de flatibus; Cibos varios & dissimiles non se simul assumere, ad prauam victus rationem pertinet. Seditionem enim mouent quæ sunt inimicabiliaquæ citius, alia difficilius cõcoquuntur. Mouetur autem seditio propter diuersas, & inter se contrarias qualitates. Pulchrè certè in Satyris cecinit Horatius:

*Accipe nunc victus tenuis quæ quantaque secum*
*Afferat, in primis valeas bene, nam variæ res*
*Vt nouere hominis corpus, memor illius esca,*
*Quæ simplex olim tibi sederit, at simul assis*
*Miscueris elixa, simul conchylia turdis,*
*Dulcia se in bilem vertent, stomachoque tumultum*
*Lenta ferent pituita, vides vt pallidus omnis*
*Cœna desurgat dubia, quin corpore onusto*
*Hesternus vitiis, animum quoque prægrauat vna*
*Atque assligit humo divinæ particulam auræ.*

Cum ergo tot & tam varios morbos quos recenset Clemẽs, pariat variorũ ciborũ multiplicitas, tam variis artificiosè confectis bellariis corrũpitur & cõstupratus gustus, is merito dicit multiplices esse vitandas qualitates, quæ & morbos corpori & animæ detrimentum afferũt. Atq; simplex quidem & illis cibus sanitatem affert & vires: quod non facit varia ciborũ ingurgitatio. Nam etsi sani esse & valere videãtur Athletæ, qui vt in gymnicis certaminib[us] cæteros superent, necesse habẽt plurima sumere, non esse tamen sthabilem nec firmam eorũ valetudinem nec vires, ex hoc potest intelligi, quod cum ad summũ bonæ habitudinis gradum peruenerint, nec possint amplius crescere, ne decrescant: & cum morbum & præsens mortis periculum incidant, purgatione & inanitione remediũ est eis tũc petendum. Vnde docet Hippocrates in suis Aphorismis. Cùm ergo eiusmodi sit eorũ sanitas, vt cùm videatur optima, non possit consistere, sed necesse sit vt diminuatur, Clemens meritò eam vocat malam, iniustã, & non bonam. Malam, vt quæ eam nõ teneat, quæ in sanitate requiritur moderationem & tẽperaturam. Iustam, quæ plus quã par sit vsurpet & exuperet. Miserã, vt quę semper alieno egeat auxilio. Atq; hoc quam est Athletis vtcunq; condonandũ, qui coacti plus quam par est, comedunt, vt iniustum, & alias, & obstuturũ robur habeant. Sed quæ nã eis dabitur venia, qui nutritionis abutentes vocabulo, & non necessitatem, nẽpe amissæ substantiæ refectionem ægrè ferentes, se exercent in delitiis & voluptatibus, & in culpa plurima sibi mala accersunt. Nam dum frugalem & moderatum victũ abiurant, nec cibis simplicibus terrestribus, pisces & marinos ciboș exquirũt, dilabũtur in voluptates quæ ab eis magnis emũntur laboribus. [b] *Atque mihi quidem venit in mentem.* Morbum vocat Clemens nimiam delitiarum vesaniam, quã quirendarũ auiditatem, cuius se dicit misereri, cum eos non pudeat illas venãdo decantare & celebrare. Quænam autem sint & quibusnã in locis valde à se inuicem remotis eæ venentur, exponit, nempe in Sicilia, Asia, Attica, Phocide, Bœotia, Ponto, Ægypto, & non solũ continẽti, sed etiã in insulis, & in aquosum pisces & aues, sed etiã rapa & betas. Quod autem dicit de Caricis Chelidonijs, id videre licet apud Athenæũ, qui sic scribit ex Dione de rebus Persicis. Cùm quidã ex Eunuchis inter reliqua bellaria ficas Caricas aliquãdo intulisset, interrogauit cuiates essent, vbi vero Atticas esse intellexit, iussit mercatoribus ne emerẽt, donec einõ liceret capere vbi vellet, non autẽ emere. Fama est hunc Eunuchum dolo id effecisse, vt illi in memoriam reuocaret in Athenas esse militandũ. Hæc Athenæus. Persarum ergo Chælidonias Caricas dicit Clemẽs, Persam, videlicet Xerxem, cum innumerabili hominum multitudine in Græciam esse profectũ. De eius autem expeditione vide Herodotũ in Polyhymnia & Thalia & Plutarchũ in vita Themistoclis. Constat autem Pliniũ inter ea genera ficuũ recensere etiam Chelidoniã, quam dicit nouissimã sub hyeme maturari. Mæander in quo delicatæ sunt anguillæ. *Plin. 15. cap. 18.* Caria. Melo & Scyathos recẽsentur à Plinio inter plurimas alias insulas lib. 3. c. 19. Hanc autẽ Melon insulam refert etiam inter eas quæ sunt enatæ, lib. 2. c. 87. Pelorus est promontoriũ in Sicilia. Abundat luxuriosi homines venãtur ostræa, est in Asia, non lõgè à Lampsaco. Mantineæ, in qua sunt tapetes nominis, est in Achaia. Ascra, vbi sunt optimæ betæ, est in Bœotia, patria Hesiodi. De Methymna Plinius, Arisbe terrarũ motu subuersa, Antissã Methymna traxit ad seipsum. Athenæus vnde oportuit quicebatur & *Ἐρύσιμα*, quę latinè Lingulacæ dicũtur & Solæ, fuit olim vrbs cã insignis, vt de ea sit dicere supertuacaneũ. Daphnus, vbi erãt Turdi fama celebres, erat oppidũ Phocidis. Phasis vnde sunt aues Phasidis seu Phasiani, & clarissimus fluuius Põti, qui oritur in Moschis. De Medis & Asyriis nõ est quod aliquid dicamus, cũ sint regiones fama saltẽ notæ omnibus. Piscium autẽ & cæterorum *Plin. 6. c. 4.* mantiũ, quorum vt delicatorũ hic meminit, descriptio, petatur à Plinio & Aristotele, ne id quidem præ aliud diceretur, sit eo de quo agitur prolixius. Pulchris autẽ metaphoris vtitur Clemens ad dehortandum helluonum istorũ auiditatem, dum dicit eos ad voluptates & delitias videri velle tantos ignes dum ittretire, metaphora sumpta à piscatoribus, qui omne genus piscium suis retibus includat, & non quam ignem materiam apprehendere, materiã vocans omne genus ciborum, & per quam ignem



propositos eos omnium oculis subiicit, strepẽtibus sartaginibus frigẽtes, & ad cõficienda bellaria, liba & placẽtas, cocant suam vitam in cochleari & mortario cõsumentes, dum aromata cõterunt. Quod autem ait cinglutim omnes ancupari qualitates, per qualitates intelligit omne genus saporis. Est autem aperuum quod dicit hominẽ qui est eiusmodi, nempe luxui & delitiis deditus, nihil sibi videri esse aliud quam buccam, vt qui omnibus aliis omissis hominis partium officiis in comedẽdo assidue buccam moueat. Et erit eleganter & scite dictum, effœminati panem excribrato flore farinæ, vt quod est alimenti purissimum, nẽpe panis qui est alendo homini necessarius, probro detur, vt qui non tam alat quã voluptatem afferat. [c] *Ne desideres, inquit scriptura.* Duplicem vitam cõstituit Clemens, nempe vitam æternã, & vitam tẽporalem. Qui vitam æternam desiderant, cibum cælestem venãtur, nempe panem illum substantialẽ, imperantes vẽtri qui est sub cælo, id est ei ventri qui terrenos concoquit cibos, qui vitam tantùm tẽporalem, & iis quæ sunt amica venti, nempe iis quæ sunt sub ventre, à quibus oritur impudicitia, stupra & fornicationes. Qui vero vitam desiderant tẽporalem, cibos quoq; diuitum desiderabunt, quibus exilist vita non vera & turpis. Ij cibi rediguntur in fimum. Deus autem & cibos ipsos & ventrẽ destruet. Non est autem vera vita quæ est breui interitura, & quæ affert interitum: turpis verò est quæ coinquinatur libidinibus & flagitiis. Cùm autẽ tempore Clementis fierent quædã cœnæ & quædã prandia quæ vocabant charitates, ostẽdit se ægrè ferre quod diuinum charitatis vocabulum maledicto afficerent, quali huiusmodi cœnis & prãdiis emi posset Dei promissum. Exæ autem Agapæ fortasse erant illæ, quas magis acceptã ferrẽt, quàm præcioso corporis & sanguinis Christi alimento, quo ad vitã æternam nos alit in sancta sua mensa. Quod autẽ hæc cœna & hæc prandia non sint dicenda Agapæ, ex hoc patet, quod Christus eo vocabulo nõ sit vsus. Appellari quidem iure posse conuiuia, cœnas, & prandia ex ipsorũ causa celebrãtur, non autẽ Agapas seu charitates. Est autem animaduertendũ duobus modis dici charitatem, nempe & substantiam, & opus. Substantiam quidem diuinam quæ ipsa quoque est Deus, cum & pater & filiũ, & filius patrem diligit, & ea est Spiritus sanctus qui à Patre procedit & Filio, & qui cum nobis adiunctus vnus sit, tres personas distinctas in vnũ coniungit, & vnũ efficit, ea verò quæ fit Deus, est increata. Dicitur etiã charitas Dei opus: ea verò à Deo creata docet in homine, quo modo sit Deus diligendus & proximus. Et increata quidẽ charitas, quæ est Spiritus sanctus, creatã quæ à Deo opus sanctificat charitatẽ. Hanc à Deo creatã & sanctificatam charitatem, maledictis & probris afficere, qui eam in cœnis & prandiis, & in ciborũ nidore cõstituit. Non sunt enim cœna & epulæ appellandæ charitates, sed amor in Deũ & proximũ. Quod autem eas Deus nolit appellari *ἀγάπας*, seu charitates, probat Clemens ex aliquot Christi testimoniis, vbi appellatur prandium, cœna, & epulum, non autem Agape, id est charitas, etiãsi ea fiat propter pauperes quod raro contingit. [d] *Sed sensim vndenã effluxerunt hæc à suo nomine, & charitatis nouũ appellatio.* Cur cœnæ & prãdia appellata sint agapæ seu charitates, hinc putat esse ortũ, quòd ij putarũt implendum multis sibi opus esse censentes, nec paucis cõtenti, se diligi putarẽt ab iis, à quibus mutabantur. Quod non fecissent, si Deũ creatorem suum credidissent, non ad voluptatem, sed vt ad vitã cõseruarentur, cibos homini parasse, est enim natura paucis cõtenta. Hoc non sibi persuadentes impij, quos vẽtitatores insaniæ bellariorum vocat Comicus Menander, fortasse qui tẽporis iniuria occidit, cùm benè & lautè cœnandi magno tenerentur studio, ad mensas diuitum ventitabãt, vt se ingurgitarent bellariis quæ vocant *ὀψαρτύσεις*, quæ quidem cœnæ iam factæ accedebãt, cum iis minime opus esset. [e] *Non nec corporibus.* Postquã ostendit cœnas, prandia & epulas non esse dicendas agapas seu charitates: excurrit in laudem charitatis, quam dicit esse cælestẽ nutrimentũ & rationale epulũ, id est Verbi, vt ex hoc intelligatur cœnas nostras quæ sunt terrestres, nõ posse esse charitatẽ quæ est cælestis. Quod sit autẽ cælestis ex hoc patet, quòd cum ea suo munere hic fuerit perfuncta, fides quidem & spes non amplius consistunt, sola non desinit esse charitas, & è cælo non excidit. Atq; quandiu quidem hic sumus in via, beatã illam spem expectãtes, charitas nihil non sperat, nihil non tolerãter patitur. Vbi autẽ ad beatam illam vitam æternam peruenerimus, panem seu prandiũ, ita enim legit Clemens, ex hoc ergo Dei comedemus, id est, supersubstantiali diuinitatis nutrimẽto fruemur, quod efficit quę semel in eum excidit charitas. [f] *Casus autẽ est omniũ grauissimus.* Si charitas, inquit, est in cælis, & inde nunquam excidit, quam grauem & indignũ statuemus eius esse casum, si è cælis humi abiiciatur ad fuscula, quæ epularum non est existimandũ charitatem esse cœnam quæ aboletur, eũm charitas nũquam decidat è cælis. [g] *Ab vniuersa hac charitate.* Quanti sit facienda charitas, ex hoc licet videre, quod ex ea Dominus & Verbũ. Quasi diceret: Per eam cõpletur quidquid præcipitur in lege & in Euangelio, nihilque aliud cõtinet lex & Euangeliũ, quam dilectionem Dei & proximi. Non est autem mirũ quod Euangelium diuerit Verbũ. Nam & Euangeliũ in quo prædicatur Verbum, non solum continet locutionem Prophetis diuersam, sed etiam alios Prophetas. [h] *In cælis est hoc cælestis conuiuiũ.* Cœnam superius ostẽdimus esse Agapen, id est charitatẽ. Nunc autem dicit cælestẽ quidem conuiuiũ esse charitatem, terrestrem esse cœnam. Conuiuiũ autẽ illud cælestẽ græcè dici *συνεσίασις ἀπὸ τῦ εἰς ἓν ἰέναι τὸν ἕτερον*, id est, ex eo quòd inuicem se habeat alimentũ, quod fit dum ad Deorum honores acceditur, tũc enim lautæ fiunt epulæ, quæ conuiuia dicuntur. Terrestre autẽ conuiuiũ cœna dicitur in scriptura. Cœna verò nõ est agape, id est charitas, nisi ea fiat propter charitatẽ. Differt autẽ esse aliquid & fieri propter aliquid. Propter charitatem fit cœna: nempe vt ostendamus nos facere officium charitatis, dum propter Deum & propter proximũ pauperibus cœnam damus. Adeò autem differunt cœna & charitas, vt & possit esse cœna propter charitatẽ, & sæpe fiat cœna non propter charitatẽ, sed propter inanem gloriam & lautitiæ, & propter ostentationem. Cœna autẽ quæ fit propter charitatẽ, non est quidẽ charitas, sed iudicium & beneuolentiæ & cõmunicationis. Porro autem Charitas est proptium nostrum bonum, nempe Christianorum, à Christo discipulis præcipue cõmendatum. Hoc bonum maledictis appetit, qui id in cibo & potu cõstituit. Regnum enim cælorũ ad quod tendimus, cum sit spirituale, non est cibus & po-

tus, vt in eo breue & mox transiturum intelligatur prandiũ, sed iustitia, & pax & gaudiũ in Spiritu san-ćto, dum peccatis remissis, & nobis parata vitæ innocẽtia, pacatisq; & sedatis animi perturbationibus, non lætamur in momẽtaneis huius mundi voluptatibus, sed in Spiritu sancto qui nos arcens à [illegible] tiorum tẽpestatibus, in virtutum portu collocat, & ad vitam tandem perducit æternam. Hoc est pran-dium, ex quo qui comederit, id possidebit quod est omnium rerum optimum, nẽpe regnum cælorum, in quo qui panem comederit est beatus. Qui autẽ in eo comeditur panis seu cibus, is est virtus [illegible] citur animus. Est autẽ Græcè elegans allusio quã lingua Latina nõ admittit, in vocabulo ἄριστον, quod [illegible] prandium, & in vocabulo ἄριστον, quod significat optimum. Sanćtum autem charitatis conuentum, id est cælestem Ecclesiam hic meditatur, qui panem cælestem & supersubstantialem, qui est panis Angelorum, hic comedit in mysterio nẽpe sub symbolo, diuinitate, remotis omnibus integumẽtis, in cælis [illegible] hinc excesserit fruiturus cũ Angelis & cælestibus potestatibus, id est cælesti Ecclesia. Ex his autem [illegible] dit charitatem quidem esse rem puram ac sinceram, & quæ nihil habet admistũ crassum & terrenum, & ideo est digna Deo qui ipse quoque est charitas, eius autem esse munus & officium largiri & impertiri egentibus. Hoc autem non fit sine disciplina, quæ est accuratum & exaćtũ distribuendi & impertiendi quibus oportet, iudiciũ. Huius disciplinę curam gerit charitas, aut si mauis dilećtio. Quis enim alterius necessitati prouiderit, qui nõ diligit? Porro autẽ disciplina certis continetur legibus, quæ vt custodian-tur efficit dilećtio. Nam nisi diligatur disciplina, ea breui tẽpore est interitura. Atq; charitates quidem, nẽpe agapæ, nõ sunt dicendæ cœnæ publicæ, in quibus refećti exhilarentur qui sunt inuitati: habent ta-men quoddã incitamentũ charitatis ex publico illo nutrimento, quod assuefacit ad æternam volupta-tem. Illis enim epulis exhilarati, & quantum sit bonũ charitatis cogitant, & vitæ æternæ quã expećtant quanta sint futura gaudia, quoad eis fieri potest mẽte apprehendũt. Quamuis ergo non sint cœnæ aga-pæ appellandæ, eæ tamen ita sunt celebrãdæ, vt epulũ pendeat à charitate, id est vt fiat propter chari-tam, nempe vt reficiantur pauperes, non autem propter inanem gloriam & ostentationẽ. [illegible] *inquit, filij*. Cum dixisset cœnã qua alũtur pauperes debere pẽdere à charitate, ne quis forte diceret [illegible] cere hodie charitatẽ, propter quam faciendæ sunt cœnæ, eos consolatur dicens, quod etsi desit cœna, vir iustus nõ solo pane viuit, sed etiam verbo Dei: quod & Deus dixit Moysi, & Dominus vsurpauit ad-uersus tentatorem. Quod verũ esse non solum suo exemplo nos docuit Christus, sed ante eum Moyses, & post Christũ plurimi sanćti Patres, inter quos primas partes facilè tenuit Symeõ Steletes, quẽ Theo-doretus, qui eius vitam scripsit in historia ϑεοφιλῶν, narrat permultas sanćtas dierum quadragenarium nu-num transegisse. Quod si quis forte causetur, id non humanæ naturæ quæ per se id præstare non possit, sed diuino adscribẽdum miraculo, subiungit quomodo etiam absq; vllo miraculo tenui victu [illegible] possit vita hominis, sic scribens. [m] *Sed sit nobis cœna tenuis & expedita*. Oportet, inquit, cœnã esse tenuem & aptam ad vigilias. Et rećte: Vigilare enim nõ potest is cui est vẽter variis infertus edulijs. Nam qui e multis cibis procreati ad cerebrũ ascendũt vapores, caput grauant, & soporem afferunt. Oportet autem eam esse impermixtam diuersis qualitatibus, id est, oportet in ea esse cibũ simplicem. Nam vbi cibus est varius & multiplex, ibi necesse est, vt sint etiã multæ saporũ qualitates, quę officiunt ventriculo. Spec-tet etiam cœnam à Pædagogi disciplina nõ esse alienã. Ita vertimus quod est Græcè ἀπαλλάττειν, id est cœnam oportet esse huiusmodi, vt nõ excedat modum à Pædagogo præscriptum. Modum autem à Pæ-dagogo præscriptus est charitas, cuius est hæc lex, vt cum tantũ cibi sumptũ fuerit quantum sufficit, ali-quid etiam distribuatur proximo. Hæc autẽ ratio & iusta in dãdo cibo proportio salubritatem corpori ministrat, id est corpus sanum reddit & conseruat. [n] *Quinetiã voluptates, quæ in iudicãdis*. Persequitur gu-læ vitia & incõmoda, nẽpe quod quæ sunt morosæ & difficiles in diiudicandis conditis cibis volupta-tes, multa proba & maledićta inurunt, id est efficiũt vt malè audiant qui iis sunt dediti, vt qui vocentur liguritores, edaces, voraces, helluones, & eiusmodi vocabulis, quę gulę arguũt intẽperantiam. Illud au-tem quod est in cõtextu, Muscæ quoq; his nominibus aptissime conuenientes] suspicor aliquid deesse, neq; satis cohærent cum præcedentibus. Videtur autem hic esse sensus, vt præter ea quæ dićta sunt alijs quoq; his cõuenientibus appellentur nominibus. Appellentur, inquam, muscæ quæ cibi adeo sunt auidæ, vt sæpius repulsæ ad eum semper recurrant, propter quẽ est ea quæ illis ab Homero tribuitur au-dacia. Appellentur etiam mustellæ, quæ sunt ipsæ quoque sagaces ciborum indagatrices. Appellentur etiam adulatores, vt qui vt ventrem suũ impleant diuitibus assententur. Appellentur etiã Gladiatores, quod Græcè est μονομάχοι, id est, qui singulari certãt certamine. Ij enim vt ad pugnam sustinendam corpus habeant validũ & robustũ, multis se cibis ingurgitant, sicut qui se in gymnicis exercent certaminibus, quorum viuendi rationẽ qui sequuntur, dicũtur Athleticè & Pancraticè viuere. Appellentur etiam pa-rasiti, qui alio etiam vocabulo dicũtur γελωτοποιοί, Ij sunt qui ad lautas diuitũ cœnas ventitant, non ob-uentes vt ventrem esurientem impleant. Mirum autem potest videri, quod cũ parasiti risum mouent, Clemens eos vocet genus agreste, sed cũ ex re qualibet risum captẽt, nulla interim decori habita ratio-ne, agrestes sunt potius dicendi, quàm ciuiles aut vrbani. Ij autem parasiti, & qui sunt eis similes, adeo & honesti adeò obliuiscũtur, vt ventris voluptate alij quidem vendant rationem, vt qui nihil pensi ha-beant quid sit dicendũ aut faciendũ, dum ex alienis viuunt epulis: alij verò amicitiam, dum cibum quo-uis modo cõparatum quibusuis amicis præferũt: alij vero vitam, vt qui se propter ventrem in manife-sta conijciant pericula, & quæ vitæ exitiũ afferunt admittũt scelera. Eos etiam supra ventrem diceret re-pere, vt qui mentem in cælũ non attollant, neq; diuinum aliquid aut excelsum cogitent, & belluis & ser-minibus similes, vt qui præter externam formã nihil habeãt hominis, sed sint omni ex parte similes ser-

Ioan. 8. penti suo patri, ij enim sunt de quibus dicit Christus; Vos ex patre Diabolo estis. Eos quoq; refert à Clemente Græcè esse appellatos ἀσώτους. ἄσωτοι autem dicũtur prodigi, quasi dicas ἄσωστοι qui non possunt seruari, elisa vna litera, nẽpe σ. Ei enim qui vẽtris causa omnia sua prodigit & profundit, quid restat aliud nisi vt miserè pereat? Tales, inquit, sunt qui versantur in ollis, hoc est, quorũ anim[9] semper est in patinis, qui multi-



[illegible] multiplices & varios cibos semper exquirunt, & qui sunt terræ filij, vt qui de patre qui est in cœlis, nihil [illegible] & de victu semper sunt soliciti, & eum assiduè persequuntur quasi nunquam victuri. Ii rećte dicũ-[illegible] qui dum victum terrenum solum quærunt, æternam vitam non possunt assequi, & eorum finis [illegible] futurus est interitus. [o] *Eos miseros pronunciat per Esaiam*. Per Esaiam Prophetam Spiritus sanćtus eos [illegible] pronũciat, qui lauta celebrant conuiuia, de vita futura nullam suscipientes cogitationem, & ab eis [illegible] nomen aufert charitatis, quoniam ea fiunt absque ratione. Non dićtat enim nec iubet ratio, vt [illegible] & splendide hic viuamus, quoniã breui sumus morituri, sed vt hic ita viuamus, vt meminerimus no-[illegible] aliam vitam esse expećtandam, nec nos solum nobis esse natos, sed etiam proximi curam esse gerendam. Quod autem eiusmodi opipara, sed sine ratione conuiuia, sint peccatum, ostẽdit ex hoc quod dicit: Et non [illegible] hoc vestrum peccatum, donec mortui fueritis. Significat autem hoc non solum esse peccatum, [illegible] mortale peccatum. Nam peccatum quidem quod non est ad mortem, facilè remittitur, nec mor-[illegible] Peccatum verò quod est ad mortem, non prius remittitur quam mortuus fuerit qui id admisit. Non est autem intelligendum remitti peccatum per mortem sensilẽ, quæ est mors prima, & separatio ani-[illegible] à corpore, quæ est quidẽ pœna peccati, sed peccatum per eam non remittitur. Sed non remitti pecca-[illegible] donec mortuus fuerit qui id admisit, significat eo ipso quod sit peccatũ incurri mortem ęternam quæ [illegible] secunda, & est separatio à Deo qui est vera vita. Hæc autem mors est quam dicit Paulus, stipendiũ esse peccati, Clemens verò vocat mortem salutis. Saluus enim esse non potest, qui est à Deo separatus, & [illegible] mortuus est, quod ad peccatum attinet, qui mortale admisit peccatum, nisi gratia Dei eum per pœni-[illegible] veluti postliminio vitæ æternæ restituat. Inter cætera autem peccata mortalia non infimũ locum [illegible] lautè & opiparè viuere, prætermissa charitate, id est despećtis pauperibus, quod ipse testatur Chri-[illegible] in historia seu parabola Diuitis & Lazari. Merito ergo dicit sapientia, non esse lætandum propter exe-[illegible] delicias. Execrandæ enim sunt illæ diuitiæ quibus ita fruuntur diuites, vt despećtis proximis, & qui [illegible] membra eiusdem corporis, sibi solis viuant & suo genio indulgeant. [p] *Hic autem de Idolothitis quoque*. [illegible] hic agatur quomodo Christianũ comedere oporteat, incidit locus oportunus dicẽdi aliquid de Ido-[illegible] seu de iis quæ sunt immolata Idolis. Eorum autẽ quę hic dicit summa est, ea quidem esse execrãda [illegible] abominanda quæ immolantur Dæmoniis: vsum quidem sibi esse indifferentẽ, sed cum sanćta sit nostra [illegible] & separata esse oporteat alimenta eorum qui salui fiunt, & eorum qui pereunt, sit autẽ Corpus Christi immolati noster cibus, non esse vescendum Idolothitis. Præterea ab iis esse abstinendum, ne offen-[illegible] simplices & infirmi, qui omnia nimis facile discernunt & verentur, cum tamen non sint timenda, [illegible] nulla est potentia. Mensæ quidem Dæmoniorum non debere nos esse participes, qui spirituali ali-[illegible] vescimur. Licere tamen eis vesci, licet non expediat, ne nostra diiudicetur & arguatur conscientia ab [illegible] intelligunt cibum Deo nos commendare. Multa quidem licere, quę tamen non expediat facere: Li-[illegible] Paulo mulieres circunducere: quod tamen non fecit, vt imperaret voluptati arcens cupiditates. Ex [illegible] est cibus, neque meliores reddimur, neque deteriores, siue sumatur, siue ab eo abstineatur, [illegible] adiunćtis circumstantiis, vtpote quod certo loco & tempore, & certo cibi genere cõstitutum sit [illegible] non vesci. [q] *Videte ergo ne hæc nostra potestas offensionem*. Esse quidem cibum sumendum vult & po-[illegible] circunferenda, quæ quidem non omnino censet esse auferenda, sed malam pocula circunferendi & [illegible] bibendi consuetudinem cauendam vt suspećtam, & quæ afferat calamitatem. Est autem grecè ele-[illegible] allusio inter περιφορεῖν, & συμφορεῖν, cuius gratiam lingua latina minime potest assequi. [r] *Quocirca* [illegible] *bus*. Hæc est eorum quæ dixit sententia. Luxus est semper vitandus, & sumenda sunt pauca & [illegible] Ab inuitatis ab infidelibus quæ apponuntur sunt sumenda, nec est interrogandum sint ne Idolo-[illegible] reiecerimus, ne ea comedamus nos nostra vetet conscientia, cùm sint abominanda, vt quæ sint [illegible] immolata, licet tanquam cibi minime sint reiiciendi: cum iis qui inuitarunt iucundos sermo-[illegible] conferendos, sed innoxios, & quæ nemini detrahant, nec aliquid detrimenti afferant.. Quoniam [illegible] antea dixerat simplici cibo esse vtendum, quod non semper potest fieri, dum cum aliis ineuntur [illegible], his locis cibos varios non esse omnino reiiciendos, sed eam adhibendam esse cautionem, ne ni-[illegible] ponatur studium, cibos esse indifferentes, nec magnifaciendos, vt qui paulo post aboleantur. [illegible] comedit, nec qui non comedit debere alterutrum spernere aut iudicare: Siue comedatur, siue non [illegible], Deo agendas esse gratias: ei enim qui nos alit iure aguntur gratiæ, & ita iustum fieri nutrimen-[illegible] alioqui iniustè vsurpatur ab eo, qui Deo non agit gratias. Qui autem Deo semper agit gratias, [illegible] occupatur in voluptatibus, vt qui intelligat se ideo ali, vt reficiatur & vires reparet, non vt se [illegible] obruat deliciis. Iubet etiam vt si ex iis hostiis quæ fuerant immolatæ idolis carnes fuerint por-[illegible] macellum vt vendantur, quod sæpe contingebat, dum etiam centum boum, quas vocant Hecatom-[illegible] do fierent sacrificia, eas emant non anxie interrogantes, fuerintne immolatæ idolis. Nam etsi [illegible] earum esus, si sciatur immolatas esse Dæmonibus, ne videatur eis honor haberi, si tamen ig-[illegible] conscientia possunt comedi cibi ad vsum nostrum parati. [s] *Atque bonum quidem esse carnem non edere*. Paulus in 14. cap. epistolæ ad Romanos de esu ciborum ita disceptat, vt dicat melius quidem [illegible] non comedere, nec vinum bibere: non tamen esse damnãdos qui carnem comedunt, & vinum [illegible], modo vtroque moderatè & temperatè vtantur: secus autem si & carnibus & vini potu se ingurgi-[illegible] Non solum autem Paulus, sed & Pythagoras bonum esse dicit abstinere à carnibus: carnibus vesci ma-[illegible] quàm hominum: & quæ ex vtrisque ascendunt exhalationes, ex carnibus, inquam, & vino, [illegible] sint crassæ & turbidæ, animo tenebras offundere. Si quis tamen eis modicè vtatur, & ab alio re-[illegible], merito audiet: Noli propter escam destruere opus Dei. Opus enim Dei destruit, qui violata [illegible] quę homines inter se coniungit, non permittit proximo id facere quod licet, etiãsi melius aliquid [illegible] facere videatur, quã faciat is, qui vtitur concessis. Hæc autẽ sunt intelligenda, quando est in suo ar-[illegible] facere vtrum velit, nec vllum vetat præceptum, nec aliquod Deo factum promissum seu votum. [illegible] *semper malum sit immoderatio*. In omnibus rebus modum dicit esse seruandum, nec in vlla re alia

magis, quàm in cibo reprobari immoderationem: Hoc autem vitium, quàm sit turpe ex hoc indicare, quòd omnia vocabula quæ Græcè significant ἀδηφαγίαν, id est, obsonij ingluuiem, hanc habeant etymologiam, quòd in guttur & ventrem significent insaniam. *v Eos itaque qui in epulis.* Ab Ecclesia Spiritu sancto instituta nondum erat constitutum, vt propter reuerentiam tanti sacramenti ieiuni accederent ad cœnam Dominicam: sed vt Christus Pascha suum instituturus & celebraturus, Iudaicum primum celebrauit, agnum comedit cum discipulis, & cum figuræ finem imposuisset, suam cœnam instituit, & suũ corpus Verbo fecit, cum suis comedit. Ita etiam primum fideles in vnum conuenientes, collatam suam cœnam comedebant: deinde ad corporis Christi & sanguinis mysteria accedebant. Eam cœnam quæ erat veluti quoddam initium cœnæ Dominicæ, quam Lacedemoniorum ἀνδρεῖον, ἀγάπας vocabant, id est, charitatem & dilectionem, quod in ea à diuitibus alerentur pauperes propter Dei amorem, & mutuam charitatem. Sed cùm iam tempore Pauli ea res multa incommoda essent consecuta, quæ ipse recenset, vel abrogata fuit, vel exoleuit illa cœna, & communi Ecclesiæ consensu hic mos est introductus, vt à ieiunis quidem acciperetur corpus Christi, relictis tamen illis cœnis quas agapas vocabant, sed postea celebrandis, iis correctis quæ in Corinthiis reprehendit Paulus. Quomodo autem se in iis gerere oporteat, docet Clemens Paulum secutus ex Pædagogi, quem hic inducit initium. Sed procedente tempore, vel propter refrigescẽtem charitatem, vel propter nimiam populi multitudinem totum hoc cœnarum, nempe ἀγαπῶν genus abiit in desuetudinẽ, remansit autẽ consuetudo propter corporis Christi reuerentiã, vt qui sumpturi essent Eucharistiam ieiuni accederent ad eam percipiendã. *v Ut omni ergo.* Pulchra quidem sed facilia, & quæ nemo non intelligit, præcepta inducit cõmunialia. Et ideo est in eis immorandũ: duo autẽ sunt in iis præcipuè obseruanda quæ nos ipse Christus docuit, nempe frugalitatem & benedictionem, gratiarum que actionem. Frugalitatem quidem quod panibus & aliis piscibus in conuiuio cum suis Discipulis fuit contentus, nec lauta & exquisita adhibuit fercula. Benedictionem verò & gratiarum actionem, quod panes & pisces benedixerit. Cùm autem benedictio quæ est Hebraicè ברכה & ad Deum referri possit & ad hominem, & si ad Deum quidem referatur, significat boni adhibitionem & multiplicationem: sin autem ad hominem, bonam precationem, laudationem, & gratiarum actionem. Sit autem Christus Deus & homo, is benedicens tanquam Deus rem cui benedicitur, augendo multiplicat, & vt fœlix & fausta sit, efficit: tanquam homo autem, Deum patrem laudat, glorificat & agit gratias. Hinc est quod eius exemplum sequentes Deo benedicimus, id est, eum laudamus, glorificamus, & gratias agimus, & rogamus vt cibos quos sumus sumpturi benedicat, id est, vt nobis prosint sua bonitate efficiat. *Matth. 17.* Et ideo iubet Paulus vt siue comedamus, siue bibamus, in gloriam Dei omnia faciamus, benedicentes & glorificantes: Deum ergo benedicamus & oremus, vt nos & nostra benedicat. *v Ille nempe quem, cùm iussisset Dominus.* Panes & pisces quos benedixit Christus, & quos comedit cum Discipulis, significare frugale & moderatum nutrimentum: hoc ipsum nunc dicit significare etiam piscem, eo ipso Domini captus fuit à Petro, vt qui à Deo fuerit donatus, & non magno labore captus. Statuens ille, quem arripuerat piscis escam captans: & ideo per aquam ascendens, datus publicanis didrachmum gentibus, significat eos qui per aquam ascendunt ad escam iustitiæ, id est qui salutari lauacro renati sunt iustè viuere, luxuriam & auaritiam mundanis Principibus relinquere, quæ autem sunt Dei Deo dare, nempe bonas actiones, & bona opera quæ etsi nostra censeantur, sunt tamen accepta Deo ferenda. Illustrat autem ille stater significat auferendam luxuriam, & auaritiam, & vanam gloriam. Atque hæc quidem est huius loci allegoria, quam vt multas alias adducit Clemens ad finem institutum, interim non tollit esse etiam alias eius allegorias & interpretationes, vt videre licet apud Origenem Adamantium eius discipulum in hunc locum Matthæi. *x Etsi enim omnium mihi licet esse particeps.* Ex hoc quòd non quæque licent expediant, vsũ venisse arbitror, vt multi viri pij ac religiosi ventri veluti bellum indixerint, diuturna vsurparint ieiunia, præter ea quæ iubet Ecclesia, & perpetuam à carnibus abstinentiam, aliqui etiam facultatibus suis renunciantes eas pauperibus distribuerint, & omni vsu veneris sibi interdixerint propter regnum cœlorum, vt dicit Christus, castrauerint, & liberum à se arbitrium, & sui regendi potestatem abdicantes, se alterius imperio manciparint. *x Nemo autem ad res necessarias pauper est.* Hæc illius quod dicit sententia. Is qui est in victu frugalis non potest esse adeò pauper, vt non ei suppetant quæ victum necessaria. Nam sine brutis quidem quorum sumus domini, & quæ nullam sui victus curam gerunt, nihil deest, Deus enim qui est, nutrit omnia: quanto magis nobis, qui eis longè præstamus? Quo magis frugaliores, eo magis accedimus ad Dei similitudinem & familiaritatem. Nam Deus quidem nihil indiget, frugalis autem paucissimis. Et bruta quidem solum viuunt vt comedant, non enim alia quærunt: homines autem non sunt à Deo facti vt comedant, sed vt Deũ cognoscant. Hinc est quod iustus cum facilè satietur, vt qui non habet scopum sibi propositum vt comedat, sed vt Deum cognoscat. Verum impiorũ sunt egeni, vt vertunt Septuag. vt Hieronym. autem, insatiabiles. Nunquam enim satiatur, quin tos cibos nunquã cessaturos appetit: nunquã enim est satur qui semper appetit quod nunquã cessat. Magnificum quidẽ & sumptuosum aliquando esse conuiuiũ, sed non vt lautis & delicatis cibis solũ frumatur, sit socialis inter amicos cõmunicatio. In eo autẽ maxime cauendũ est, ne sint eiusmodi cibi qui nos uitos cogant comedere, & appetitus nostri præstringant oculos, dũ putat se videre quid sufficiat, autẽ sed tanquã vides, modũ exuperat: respuenda itaque esse condimẽta quæ fallunt appetitũ, & cibum vt plus quã postulet sanitas, appetat. Quod si etiã in conuiuio non sint eiusmodi cibi, in frugali tamen na possunt etiam esse cibi multiplices & varij. Sunt multa & varia fructuum genera, est lac & caseus, adhiberi exẽplo Christi pars piscis assi, & ne frugali conuiuio desit aliquid, id etiã sua habeat bellaria, mel, & quæ ex se sunt parata absq; vllo ignis adminiculo. Ij enim cibi qui igne non indigẽt in frugalitate primũ locũ tenẽt, secundũ verò ij qui sunt simplices, vilesq; & absq; vllo humano cõfecti artificio. *x Cum frugales & moderatas laudasset epulas, nunc eos vituperat qui sunt propensi ad luxum mensarum.* Ita enim verti quod dixit πολυτέλειαν σφόδρα, id est nimia copia redundantes mensas sumpta magnificentia nimia humorum abundantia. Eos quidem dicit Clemens, suos sibi morbos nutrire, quoniam eorum morbi oriuntur & aluntur à gula & nimia ventris intemperãtia. Alicubi Paulus eorum Deum dicit esse ventrem, quoniam eam quæ in comedendo percipitur voluptatẽ rebus præferant omnibus, & eã tanquam Deum colant. Clemens autem dicit eis præesse Dæmonem maximum helluonem, & Dæmonum omnium possimũ & perniciosissimum. Quod autem vertimus helluonẽ, grecè est λαγνότατος, id est cupedinem & luxuriarũ appetentissimus. Pessimum autem dixit & perniciosissimum, quoniã omnũ malorum præcipua causa & primũ initiũ fuerit venter, quod satis patet ex Adamo primo nostro parente, qui ex illo pomi vetiti omne mali genus ad homines accersiuit. Quo fit vt minus gulæ quã superbiæ sit tribuendum secunda primi hominis culpa, ex qua & peccata & mala omnia sũt ad nos deriuata. Eũ Dæmonem qui ventri præest appellat κοιλοδαίμονα, id est ventridæmonẽ, quasi dicas, ventris Dæmonẽ, qui in ventre obtinet imperium, vt qui ei dominetur, & eum vt vult & impellat. Hunc autem Ventridæmonem dicit Clemẽs esse similẽ ἐγγαστριμύθῳ, id est ventriloquo, de quo vide Gratianũ in Decretis, causa 26. quæstione festa, q. tertia. Vide etiã Cœliũ lib. 8. ca. 10. qui de quadã Engastrimytha nomine Iacoba mira quæ refert narrat, quæ dicit se vidisse. Hæc ne quis falsa putet, prohibet insigne illud miraculũ nuper Lauduni, quo ab Engastrimytha seu ventriloqua expulso Dæmone, nõ restat amplius vllus de ventre habitandi locus, nec de admiranda & plane stupenda venerandæ nostræ Eucharistiæ virtute. Quod autem dixit eum qui est propensus ad luxũ mensarũ posse dari à pessimo illo & perniciosissimo Dæmone alludẽs ad Dæmonem εὐδαίμονα, id est beatũ, dicit longè esse melius esse εὐδαίμονα, id est beatũ & felicẽ, quod præstat cœna frugalis & moderata, quàm possideri à Dæmone, qui præest iis qui sunt dediti gulæ & ventri, quod est plane miserrimũ. *x In vsu enim virtutis consistit felicitas.* Affert exẽpla eorũ qui cum victus frugalis & vsus virtutis reddebat fœlices. Primum affert Matthæũ Apostolũ quem seminudum, hoc est, lumbis & oleribus contentũ, dicit abstinuisse à carnibus. Hoc vbinã legerat Clemens nescio, neq; enim illã citat authorem. Neq; Abdias qui ex professo vitã scripsit Apostolorũ, Matthæi abstinentiæ meminit. Sed neq; Nicephorus qui in sua historia multa scripsit de Apostolis, de illa eius abstinẽtia vllũ habet scrip. Sed licet cæteri de eo taceant, credendũ tamen est nostro polyhistori, qui id nõ scripsisset, nisi vel ex lectione, vel ex auditione id compertũ habuisset. De Ioanne autẽ Christi præcursore constat in Euangelio, quod locustis vixerit & melle agresti, vt qui parabili cibo fuerit cõtentus. Quod quidẽ ideo quod locustis vixerit, eo minus mirũ, quod eas Iudæis fuisse in esum, testatur Moses Leuitici c. 11. *Leuit. 11. & 20.* Nec desunt qui mãdarint literis eas apud aliquos Aphricæ populos fuisse etiam in delitijs. Quod & Isidorus citatur Petri ecstasis ex Actibus Apostolorũ, tantum ea significatur mundorũ & immundorũ ciborum sublatum esse differentiã, & omnẽ cibum quod ad esum attinet, esse indifferentẽ. Nihil enim quod intus per os coinquinat hominem, si cibus tantũ spectetur vt cibus: Sed si certo anni tẽpore prohibeat ritus vesci aliquibus cibis, vel ab ijs abstinẽdi nobis legẽ indixerimus, & ab eis nõ abstinuerimus, non eos quidem coinquinat cibus, qui est ex se indifferens, sed inanis exercitatio in intẽperantia, atque quod nos exerceamus ad non abstinendũ ab iis quæ sunt prohibita, vel ab Ecclesia, vel à promissione quã Deo fecimus. In quo quidem violatur charitas, cùm vel Ecclesiæ non obediamus cui Christus vult nos obedire, vel promisso non stemus quod Deo fecimus. Melius est autẽ oleribus vesci cum charitate stando promissis, quàm non stando vesci vitulo. Mentione facta charitatis reuocauit in memoriã quod antea dixerat, cœnas & cõuiuia non esse appellanda ἀγάπας, id est charitates, sed ad ea accedendum esse cum charitate. Cùm autem in omnibus sit tenẽda mediocritas, in cõuiuiorum quidẽ cerimoniibus ea maximè est tenenda. *Matth. 15. Marc. 7.* *Prou. 5.* *d Porro autem Iudæis per legem.* Ostendit Pædagogũ nõ solũ in nouo, sed etiam in veteri testamento docuisse frugalitatẽ, dum immundorũ & mundorum animalium inesum discrimen, hoc consilio vt dum innumerabiliũ rerũ vsum tolleret, pauca reliqueret, quibus vti posset. Quæ autẽ prohibitionis causæ essent, partim occultæ, partim apertæ, & occultæ quidẽ essent spirituales, in quibus sunt sensus allegorici: apertæ verò carnales, in quibus est sensus literalis, Iudæi qui soli habebant spiritum, sensum literalẽ & carnalẽ sequentes ei crediderunt. De quibus vide Origenem Clementis discipulũ, in Leuit. hom. 9. Vbi etiã copiosè tractat de morticinis & suffocatis, & de ijs quæ immolata idolis. Ipse quoq. Clemens de ijs disserit in multis locis, quæ tibi occurrẽt interlegenti. Cur autẽ cibi qui alioqui sunt iucundi prohibeantur, hanc dicit esse causam, quod cũ eis assuefacere non possimus, cõtraria opponitur abstinẽtia, qua dissoluat & frangat impetũ, qui cupiditatẽ voluptatis & dilectionẽ. *Orig. in Leuit. 9. hom.* *e Hominibus autẽ sæpenumero.* Abstinentiã à iucundis cibis dixit introduci, vt frangatur impetus consuetus ad voluptatem. Hoc ne temere putetur esse factũ, subiungit, voluptatem & molestiam afferre hominibus. Pulchrè profectò scribit Horatius, vt alios omittam,

*Spreue voluptates, nocet empta dolore voluptas.*

Nam & voluptate oriuntur morbi & dolores, eaque magnum affert detrimentum & iacturam rei familiaris. Cùm autẽ dixisset ad reprimendam voluptatem, quæ est multorum malorũ causa, institutũ esse abstinentiã, permulta recensẽt incõmoda quæ procreat nimia nutrimenti copia. Atq; primum quidem nimium in anima parere obliuionem & insipientiã. Nã cum in cerebro, teste Platone, sedem suam fixerit mentis principatũ tenet intelligentia, ascendentes autem in cerebrũ vapores ei offundant tenebras & caliginem, inde existit obliuio. Oppletis quidem certe cerebri ventriculis ob nimiã vaporũ copiã, & talis sopor quem ληθην dicunt, & æternus quem dicũt lethargũ. Cerebro autem semel exsiccato nec relictus est vllus rationi locus, & totam mentis regionem occupat insipientia. Porrò ne quis existimet soli menti obesse nimiã nutrimenti copiã, ostẽdit eã nocere etiã corpori. Pueros quidem certè corpora non posse in iustã crescere longitudinẽ, si spiritũ qui dat incrementũ oppremat & retrahat nimium alimentum. Deesse autẽ nutrimentũ non est ita intelligendum, quod desit omnino, sed quod minus sit quàm vt modum exuperet. Nã si omnino desit, corpus nullo modo potest crescere: sin autem sit nimiũ in latitudinem quidem crescit, sed non in eam, quam par est longitudinẽ, propter obseptũ & repressum cursum spiritus. Atq; de puerili quidẽ incremento in longitudinem hæc

vult dici ait Clemens, quod nunc quoque vulgo dicitur, & est verisimile. Nam nos quoq; id ipsa docet experientia. Sed præter Clementē nullū adhuc legi scriptorem qui id diceret, etsi diligēter quæsierim. Hippocrates quidē certe nō spiritui vt Clemēs augmentū tribuit, sed cibis qui à corpore superflua, vt ipsum superant. Pares enim cibos dicit æqualiter nutrire. Quod si plus cibi quā superare possit, corpori fuerit ingestū, non rectè augeri corpus, sed nimis crescere: sin minus, non in omnē augeri dimensionē. Quo fit vt cum minus crescat in latitudinē, fiat gracile. Quod autē est gracile, magis allurgit in longitudinem quàm in latitudinē. Hęc colligi possunt ex Hippocrate in libro de locis in homine. Cum enim dixisset nimiam nutrimēti copiam obesse animo & corpori, huius etiā rei citat adstipulatorē Platonem, qui nō probabat lautas illas & delicatas Syracusanas mensas & Italicas, quas vidit ipse eū venisset Syracusas ciliam, vt videre licet apud eundē in epistola ad familiares Dionis. Has autem lautas & delicatas mensas ideo vituperabat, quod vitæ frugalitatē didicisset ab Hebręis, cū quibus versatus fuerat in Ægypto, vbi etiā legit libros sacræ scripturæ, vt testatur Eusebius in opere de Euāgelica præparatione, lib. 9. cap. 8. multis alijs in locis. Nullus autem, inquit Plato, qui à iuuentute in hoc vitæ genere se exercuit, potest esse prudens, nec admirabilis natura, nempe diuina, ab eo potest capi aut cōprehendi. Hoc autem dicit alludens ad arcam Dei, quæ Deū tanquam præsentem quodammodo capiebat. Quam frugalis autem esset Hebræorū vita Plato discere potuit à Dauide, qui totum populum arca præsente in tuberculam frugali excepit conuiuio. Quod frugale autē est & moderatū conuiuium est Israēlitarum, ecclesia populi Dei. Quod est autē nimis abundans & superfluū est gentium, nempe populi gentilis. Qui enim gentili, inquit, vtitur alimento, id est, luxurioso & opiparo, ei nunquā erit curæ, vt sapiens, id est bonus bit operam sapientiæ. Quod vertimus autē sapiens, græcè est σώφρων, quod est temperās ac moderatus. Dicitur autem idem sapiens & temperans. σωφρονεῖν autē, quæ est temperātia & moderatio, est ἕξις σώζουσα φρόνησιν, id est, conseruans prudentiam, vt vult Plato in Cratilo. Causam autem reddit cur ea sit eiusmodi, nunquā sit daturus operam, vt sit sapiens; Quoniam, inquit, mentem in ventrem inclusit, est, omne suum studium ponit in ventrem. Quod autem scribit Clemens de pisce Asello, Aristoteles dicere eū solum ex omnibus animalibus habere cor in ventre, id ipsum dicit etiā Athenæus. Et hinc vocat Epicharmus Comicus, ἐκφαγμελόφαγον. Quod quidem qui vertit Athenæū dicit significare vnā variegatum. Id ne verū sit, viderint alij: Plinius certè cum aliquot homines recitasset, qui vel in ventris proceritate, vel in breuitate prodigiosæ & inusitatæ essent magnitudinis eum locum in conuiuio Ectrapelos Græci vocant, Latini nomen non habent. ἐκφάγμελον ergo vocat hominem, qui in conuiuio recedit magnitudine. Cui congruenter ego ἐκφάγμελον censui vertendum, eum qui discedit à conuiuio ventris consuetudine. Tales homines esse dicit, qui in ventrem credunt, & eum adorant tēquam Deū, vt qui eum pluris faciant quàm cętera omnia, & propter eum tanquam propter summum bonum omnia faciant, & cùm in suis lautis & splendidis cœnis glorientur, ea ipsa gloria eis affert probrum & ignominiam. Quid enim turpius & inhonestius, quam despectis cœlestibus sola cogitare terrena? Quod vt caueant hoc eos deberet admonere, quod malum futurum eorum exitum prædicat ipse Iesus ad Philippenses. Quorum finis est interitus, eis enim æternam minatur damnationem.

*Athenæus lib. 7. ca. 3.*

*Plin. 7. c. 16*

## Quomodo in potu se gerere oporteat. Cap. 11.

*1. Tim. 5.*

*Vino autem modico vtere, aquam bibenti Timotheo, propter stomachum, dicit Apostolus, pulchrè admodum ægrotanti & languenti corpori succurrens, quod ipsum confirmet ac corroboret auxilium adhibens: multitudinem autem id excernens, ne eum latēret, hoc auxilium propter multitudinem egere curatione. Naturalis itaque & sobrius potus sitientibus necessarius, est aqua ex prærupta petra manantem, veteribus Hebræis vnicum ac simplicem temperamentum suppeditauit Dominus. Oportebat autem eos vtpote errantes esse maximè sitientes. Exod. 17. Num. 20. postea sancta vitis botrum germinauit propheticum. Hoc signum est ijs qui ad nostram ex errore instituti sunt, magnus botrus, nempe Verbum pro nobis expressum, cum sanguis vuæ, Verbum scilicet, aqua temperari voluerit. Sic etiam sanguis eius salutem operatur. Duplex est autem sanguis Domini: alter enim est carnalis, quo redemptimus ab interitu: alter verò spiritualis, quo scilicet vncti sumus. Et hoc est, bibere Iesu sanguinem, esse participem incorruptionis Domini: Verbi autem virtus est spiritus, quemadmodum sanguis carnis. Commoderata itaque proportione & conuenientia, vtrumque quidem aquæ, homini verò spiritus admiscetur. Atque temperatum quidem vinum ducit ad Christum: Christ vehit ad fidem, Spiritus autem deducit ad incorruptionem. Amborum autem temperatura potus scilicet & Verbi, dicitur Eucharistia, quæ & laudatur, & fit cibus eius qui per fidem sunt participes, sanctificantur & corpore & anima, cum diuinum temperamentum, hominem scilicet, diuina voluntas Spiritu & Verbo diuino conuenienter perauerit. Etenim vere quidem spiritus animæ quæ ab ipso fertur, coniungitur & sanctificatur*



*carni efficitur: caro autem Verbo, propter quam Verbum caro factum est.* [b] *Eos itaque laudo & admiror qui vitam austeram delegerunt & susceperunt, & moderatæ vitæ medicamentum aquam expetunt: vinum autem tanquam ignis minas, quàm longissimè fugiunt. Placet ergo vt pueri & puellæ ab hoc medicamento plurimum abstineant. Non enim ferunt ętati, vnum quod est omnium humidorum calidissimum infundere conuenit, perinde atque si quis ignem in igne deriuet, ex quo agrestes immanésque appetitiones, ardentésque cupiditates, & mores ignei incenduntur: excalefacti autem intus adolescentes euadunt proptensi ad libidines, adeo vt præuisum eorum damnum per corpus properetur, celerius, quàm oportuit maturatis membris cupiditatis. Vino itaque efferuescente, luxuriant ac tumescunt vbera & pudenda, fornicationis imaginem iam prænunciantia: & corpus cogit tubus animæ inflammari, & pulsus impudentes anxiam & superuacaneam perturbationem inferunt. Quæ diligentiam, temperantiam ac moderationem ad scelera ac flagitia prouocant: hinc autem fit, vt mustum iuuentutis, fines pudoris transiliat. Oportet autem quam maximè fieri potest iuuenum appetitiones conari excindere, minarum quidem Bacchi cum fuminem auferentes, feruori autem contrarium medicamentum infundentes, quod etiam ardentem cohibebit animum, & membra retinebit intumescentia, & quæ iam agitatur cupiditatis incitamentum sopiet.* [c] *Qui autem sunt in ipso flore ac vigore ętatis, cum interdiu quidem prandium sumpserint quibus conuenit prandium, pane solo gustato à potu omnino abstineant, vt ebibatur eorum superfluus humor, aridorum esu veluti quadam spongia exhaustus. Assiduè enim spuere & emungere, & ad excernendum properare, sunt signum intemperantiæ ex immoderata exhibitione humidorum, quæ plus quàm par sit in corpus infunduntur. Quòd si etiam sitis accesserit, curetur aqua non multa hæc affecta. Neque enim aqua nimis profusè impleri conuenit, ne obruatur nutrimentum: & non comminuatur cibis quidem in molem assurgentibus, paucis autem omnino prolectandus ad excretionem. Quanquam etiam alioqui conuenit diuinis cogitationibus vigilantiæ grauari. Perpauca nam cogit, sicut ait Comicus, merum sapere, nedum esse prudentem ac temperantem. Vespere autem tempore cœnæ vino est vtendum: nam quoniam paulò magis sobrius ac serius lectionibus non amplius operam damus, & tum sit frigidius quàm mane quàm interdiu, vt introducto calore fouendus sit tepor innatus qui deficit: sed ita quoque vtendum est vino modico: neque enim vsque ad contumeliæ crateras est accumbendum.* [d] *Ius autem qui iam sunt proiectioris ętatis, hilarius potu vti permittendum est, ętatis refrigerationem, quæ tempore quodammodo emarcescit, vitis medicamento tanquam suscitantes. Neque enim seniorum appetitiones circa ebrietatis naufragia quidem magna ex parte fluctuant. Ratione enim ac tempore, veluti quibusdam anchoris in portu fundati, cupiditatum tempestatem, quæ ex ebrietate excitantur, fecerunt facilius, quibus etiam in conuiuiis licet aliquid lepidè ac vrbanè dicere. Cęterum quemadmodum sit potationis eousque terminus, dum & illabefactatam rationem, & suo officio fungentem memoriam, corpúsque vino immotum & inconcussum conseruent. ἀκροκραιπάλους vocant, qui sunt eorum periti. Melius est ergo ne labaris, antea desinere. Demosthenes autem quidem in libro de longa vita (sic enim memini) existimat oportere vsque potum solummodo præbere, donec cibi irrigentur, vt nobis vitam paremus longiorem. Conuenit ergo vt vinum alij quidem loco medicinæ propter solam sanitatem adhibeant, alij verò vt se relaxent & exhilarent. Vinum enim primum quidem facit sanum, qui plus quàm antè bibit, ipsum esse sibiipsi æquum & clementem, & conuiuis suauem & familis mitiorem, & amicis iucundiorem: contumelia autem & probro affectius quàm par sit refert. Cùm enim sit calidum, & habeat suaues succos moderatè temperatos, tur-*

pia quidem excrementa liquefacit calore, acres autem & malos succos bono odore temperat. Porro autem illud bene dictum est: Exultatio animæ & cordis, vinum creatum est ab initio, si quantum satis est bibatur. Optimum est autem aqua plurima vinum miscere, & non ipsum tanquam aquam requirere, hebesque & obtusum reddere ad voluptatem: neque tanquam aquam infundere propter vivositatem & vini amorem. Sunt enim ambo Dei opera, & ea ratione conducit ad sanitatem vtriusque mixtura, aquæ scilicet & vini: quoniam ex eo quod est necessarium, & eo quod est vtile, vita consistit. Ex itaque quod est necessarium, nempe aquæ plurimæ, ex vtili aliquid etiam est immiscendum. [c] Vino autem immodico lingua quidem præpeditur, labra vero soluuntur, oculi autem deturpantur ac diuerruntur, cùm præ humoris multitudine visus tanquam in piscina latitet, & mentiri coacti existimant quidem omnia in orbem circumagi, numerare autem non possunt, quæ procul sunt tanquam sint vnica. Atqui duos soles videre mi videor, ebrius dicebat ille Thebanus senex. Motus enim visus à vini calore, sæpius eius quod est vnum, multiplicem apprehendit visione substantiam. nihil autem differt an visum moueat, an id quod videtur: idem enim visui ex vtriusque accidit, qui propter fluctuationem non potest subiectum perfectè comprehendere. Iam verò gressus tanquam fluctu impellente subsidunt, nec possunt secum tenere: ructusque ac singultus, vomitusque & desipientiæ pro ludo & delectamento subeunt. Quisquis enim est temulentus, vt dicit tragœdia,

Eum ita vincit, caretque sapientia,
Solétque, lingua cùm permulta fuderit,
Inuitus audire quæ volens dixit malè.

Atque ante tragœdiam quidem clamauit Sapientia: Vinum quod bibitur multum, in rixationem & omni lapsu abundat. Quocirca plurimi quidem dicunt oportere in conuiuio seria relaxare, & quæ sunt seria in auroram differre. Ego autem tunc maximè censeo rationem in conuiuium simul introducendam, quæ instar pædagogi corrigat temulentiam, ne in imprudentibus conuiuium delabatur ad ebrietatem. Quemadmodum enim nemo quæpiat, æquum censuerit claudere oculos, priusquam eat dormitum: ita nec rationem ab à conuiuio quis rectè voluerit, neque ante res gerendas eam præsopire rectè instituerit. Ita neque poterit vnquam ratio à suo munere desistere, nec si dormiamus quidem: ea enim ad somnum est inuitanda. Perfecta enim sapientia, quæ est diuinarum & humanarum rerum scientia, quæ vniuersa complectitur & continet, quatenus gregis hominum curam gerit, ars vitæ efficitur, & ea ratione quandiu viuimus simul adest perpetuum, primum semper munus, nempe bonam vitam, obiens. [f] Miseri autem qui e conuiuio temperantiam exigunt, quæ in compotationibus versatur intemperantiam, vitam beatam existimant. Quorum vita quidem nihil est aliud quàm comessatio, crapula, balnea, tympana, matulæ, otium, potus. Videre ergo licet aliquos eorum semimortuos, cessitantes, collis coronas habentes, non secus atque amphoras inter se merum fundentes subinde beneuolentiæ: alios autem plenos crapula, sordidatos, in vultu pallentes & liuidos, hesternæ temulentiæ adhuc aliam infundentes temulentiam. Bonum, bonum est, ait, vt cum hanc imaginem simul ridiculam & miserabilem quam longissime ab nobis eerimus, nos ipsos ad id quod est melius componamus & effingamus, timentes ne nos quoque aliis simile spectaculum fiamus, & ridiculi euadamus. Lepidè profectò dictum est: Fornacem quidem inter tingendum probare ferri aciem, vinum autem conperborum. [g] Et est quidem ebrietas, vsus meri vehementior: debacchatio vero, quæ παροινία, quod ex huius vsu præter decorum loquendo suscipitur dedecus. Crapula autem propter ebrietatem suscipitur molestia & fastidium, dicta κραιπάλη, eo quod caput vehemen-

Psal.103. Eccles. 31.

Prou.23. Eccles. 13. & 19.



ter inquietet. Hanc vitam (si quidem vita est appellanda, quæ est ignaua & otiosa libidini & voluptati dedita, temulentiam admirans & suspiciens) diuina despiciens Sapientia; præcipit suis filijs: ne sis vini potor, nec extendaris ad collationem & emptionem carnium. Omnis enim ebriosus & fornicator mendicabit, & induetur laceris & pannosis omnis somnulentus. Somnolentus enim est quisquis ad sapientiam non vigilat, sed ab ebrietate in somnum demergitur. Et laceris, inquit, induetur debacchator, & per ebrietatem pudore afficietur, propter eos qui aspiciunt, Peccatoris enim foramina sunt ea, quæ ex veste carnali sunt lacerata, perforata libidinibus, per quæ dedecus intra animam cernitur, nempe peccatum, propter quod non facilè seruabitur vestis quæ vndique diuulsa est & dilaniata, malis marcescens cupiditatibus, à salute separata ac discissa. Et ea ratione admonendum apertissimè subiungit: Cui væ, cui tumultus, cui iudicia, cui iniucundæ nugæ, cui contentiones supernacuæ? Vide vinosum totum dilaceratum, qui ipsam quidem rationem despicit, ipsum autem tradidit & permisit ebrietati, & quot & quanta ei Scriptura est minata? [h] Minis autem rursus subiungit: Cuius sunt liuidi oculi? an non eorum qui in vino tempus consumunt? an non eorum qui inuestigant vbi sunt potationes? Hic quidem vates qui potu nimio delectatur, vel iam rationi mortuum esse ostendit per liuentes oculos, quod est signum mortui, eam quæ est in Domino mortem ei annuncians. Obliuio enim eorum quæ ad veram vitam pertinent, vergit ad interitum. Iurè ergo pædagogus vehementissimè prohibet, nostræ salutis curam gerens: Ne bibite, inquit, vinum propter ebrietatem. Quamobrem, rogabis? Quoniam, inquit, os tuum tunc loquetur peruersa. Iacebis autem tanquam in corde maris, & tanquam gubernator in multis fluctibus. Ex hoc loco etiam alius dicit Poëtica.

Vinum hominum veniens, velut ignis corda furore.
Pellit, ceu Libyci fluctuat vnda maris,
Quam Notus aut Boreas agitant. *& rursus.*
---Arcanáque cuncta
Vinum errans verbis, temulentis quæ ipsa ruina est,
Atque animas fallens est vinum, &c.

Videtis naufragij periculum. Cor quidem multo potu obruitur, multam autem temulentiam mens nacta comparauit, in qua corpus tanquam nauis demersum, turpitudinis profundum ac dedecoris, decumanis vini fluctibus obrutum. Gubernator autem, mens scilicet humana, supereminentis ebrietatis fluctu circumagitur, & in mari versans caligat & propter procellæ tenebras à portu veritatis aberrat, donec in saxa mari latentia irruens, totum in voluptates impactum perdiderit. Meritò ergo Apostolus quoque præcipit: Inebriamini vino, in quo est multa luxuria. Luxuria autem Græcè est ἀσωτία: non simpliciter quidem esse ebrietatem, significans per ἀσωτίαν. [i] Nam etsi aquam vinum in nutrimento peperit, non tamen permisit inebriari: quod erat autem aqueum sensus legis vinificauit, qui terram quam operabatur Adam, nempe totum mundum sanguine impleuerat, postquam potu vitis veritatis, pietati ac Dei cultui nempe mistura ac temperamento legis venerit & verbi noui ad complementum temporis præstituti. Mysticum ergo symbolum sacri sanguinis Scriptura vinum vocauit. Veterem autem ex vino temulentiam reprehendens: Intemperans, inquit, res est vinum, & contumeliosa res ebrietas. [k] Placet ergo mihi ratione, vt hyeme quidem ij quibus facilè est rigere, propter frigus eousque bibunt dum non rigeant: alio autem tempore propter medelam intestinorum. Quemadmodum enim cibo vt non esurias, ita etiam potu ne sitias, vtendum est, diligenter cauendo ne labamur (res est enim admodum lubrica & periculosa vini ingressus) ita autem fuerit anima

Ephes.5. Alibi est in δαυτοῖς & δεωτεῖ. Isaac.2.

nostra pura, sicca & luminosa. Ipsa autem sicca anima, est sapientissima & optima: ea autem ratione etiam contemplatiua, nec ex ijs quæ ex vino ascendunt exhalationibus madefacta, instar nubis in molem corpoream est coacta. [l] Non est ergo vinum Chium magna cura requirendum, si absit: nec Arethusium, si non ad sit. Sitis enim est alicuius malegentiæ affectio, & ad eam explendam quærit conueniens auxilium, non autem vinum ardens & fumosum. Languescentis autem & imbecillæ propter intemperantiam appetitionis sunt transmarinæ vini importationes, desipiente in desideriis animo vel ante ebrietatem. Nam & Thasium odoriferum, & bene spirans Lesbium, & quoddam suauc Creticum, & dulce Syracusium, & Mendesium quoddam Ægyptiacum, & insulare Naxium & aliquod aliud flagrans ex Italia. Multa quidem hæc nomina. Moderata conuiuæ vinum vnum, quod ex vnius Dei agricultura prouenit. Quid enim, an non vinum in sua patria natum cuique sufficit ad suam explendam cupiditatem? Nisi forte etiam aquam sunt importaturi, quemadmodum stulti reges. Choaspes qui dicitur, est fluuius Persidiæ, cuius est ad potum optima aqua Choaspica. Quemadmodum autem vinum vnoquoque ita quæ inuehitur aqua diuites miseros efficit in delitijs. Et hic spiritus sanctus per Amos est locutus: Qui bibunt vinum percolatum, & super lectum, inquit, sedent eburneum: & quæcunque ea sequuntur, probri loco subiunxit. [m] Decori autem cura est maximè gerenda, cuius etiam Mineruam, quæcunque ea fuerit, curam gerentem dicit fabula, tibiarum abiecisse delectationem, propterea quòd id esset aspectu indecorum, vtpotè vt vultu flabili, nec se huc & illuc flectente bibamus, non nimis auidè attrahentes, nec ante quàm bibamus, oculos indecorè se gerere cogentes, præ intemperantia inconuenienter hauriendo, vt mentum non conspergamus, nec vestem madefaciamus dum potus simul totus infunditur faciem nostram phialis proluentes, atque adeo propemodum obruentes. Etenim sonitus sibilus, dum potus magno impetu fertur, & plurimo spiritu attrahitur, perinde ac si vas fictile infundatur, guttur autem resonat propter rapidam ingurgitationem, turpe est & indecorum intemperantiæ spectaculum. Ad hæc accedit, quòd ei quoque est damnosum, qui illo vtitur, bibendi studium. Ne ad id quod tibi damnum affert, ô amice, festinaueris. A te non rapitur potus, tibi est datus, & te expectat: ne disrumpi festinaueris, ungentibus ad te attrahens. Impletur tua sitis, etsi tardius biberis, honestè ac decorè te gerens, & potus vt decet, per partes diuiditur. Non enim tempore aufertur, quod præripitur de intemperantia. In vino, inquit, ne te virum fortem præbeas. Multos enim vinum reddidit inutiles. [n] Ebrietate autem maximè vtuntur Scythæ, Celtæ, Iberi, & Thraces, quæ nationes sunt bellicosæ gentes: pulchrumque ac beatum vitæ studium se exercere putant. Nos autem qui sumus genus pacificum, ad vsum, non ad petulantiam & contumeliam conuiuantes, sobrijs haustibus amicitiæ ergò bibamus, vt vero & conuenienti nomine appellentur pocula amicitiæ. [o] Quomodo Dominum bibisse existimatis, quando propter nos homo factus est? adeone impudenter vt nos? an non honestè ac temperatè? an non considerate? Electè enim scitote, ipse quoque vino est vsus: nam ipse quoque homo, & vinum benedixit cùm dixit: Accipite, bibite, hic est sanguis meus, sanguis vitis: Verbum, quod propitiationis effunditur in remissionem peccatorum, sanctum lætitiæ fluentum allegoricè significans. Et quòd sobrium quidem ac moderatum esse oportet eum qui bibit, per ea quæ in conuiuio docuit apertè ostendit: neque enim ebrius docuit. Quòd autem vinum esset quod bibendum est, ostendit rursus, dicens discipulis: Non bibam ex fructu vitis huius, donec illum nouum ipsum vobiscum in regno patris mei. Cæterùm quod vinum quidem esset quod bibendum, ostendit rursus ipse de seipso dicit, Iudæorum cordis duritiem exprobrans: Venit enim, inquit, filius hominis, & dicunt: Ecce homo vorax, & potor vini, publicanorum

Hoc de regibus Persarũ scribit Herodotus & multi alij.

Amos 6. Ibidem 7.

Eccles. 31. Esaiæ 5.

Matth. 26.

Ibidem.

Luc. 7.



amicus. Hæc nobis quidem fixa sint & firma aduersus Encratitas. [p] Porrò autem mulieres, ad quod honestum est ac decorum vtique suscipientes, ne labra latis calicibus diffundentes, dilatato ore disrumpantur, admodum angustis in ore alabastris indecorè bibentes, capita eodem reflectunt, colla autem non, vt mihi quidem videtur, honestè denudant, & iugulum extendentes potum ingurgitant, conuiuis ea quæ possunt veluti denudantes, virilesque cruciationes vel potius seruiles attrahentes, in luxu & in delitijs tempus consumunt. Nihil enim quod probrum affert & vituperationem, viro, qui est præditus ratione, conuenit, mulieri autem minus mulieri, cui vel tantum ipsam scire quænam sit, ei affert pudorem. Ira autem, inquit, magna est mulier ebria: tanquam ira Dei mulier temulenta. Quamobrem [q] quemadmodum suam non celat turpitudinem. Facilè enim mulier ad inhonestè se gerendum attrahitur, si liberam suam animi electionem voluptatibus solummodo permiserit. Neque verò labastris bibere prohibuerimus, sed studere in ijs solum bibere vt superbum & arrogans resecamus: eis quæ inciderint, citra vllam animi affectionem vti illis consulentes, ad quas prolabuntur appetitiones eis longè ante eminus resecantes. Iam verò aëris impulsus, qui vidente quadam fluctuatione incitat, ad eructandum est sensim transmittendus. Neque vero est permittendum mulieribus, vt appareant aliquid corporis denudantes, ne amatores prolabantur: hi quidem, vt qui ad videndum incitentur: illæ vero, vt quæ in se virorum intentum attrahant. [r] Semper autem, tanquam præsente Domino, honestè versandum est, ne nobis sicut Corinthijs succensens dicat Apostolus: Conuenientibus vobis non est Dominicam cœnam comedere. Mihi videtur qui à Mathematicis vocatur Acephalus, qui ante stellam errantem numeratur, capite in pectus compresso ac considente, significare helluones homines, & voluptuarios, & ad ebrietatem propensos. Nam in his quoque facultas ratiocinandi, non in capite, sed in intestinis collocatur, iræ & cupiditati seruiens. Quamobrem quemadmodum Elpenor fregit cerueis vertebram, cùm cecidisset propter ebrietatem: ita eorum cerebrum præ ebrietate caligine offusum, ad cor & iecur, necnon ad iram & voluptatem maiori casu decidit, quàm dicunt Poetæ Vulcanum cælitus à Ioue in terram fuisse deiectum. Labor autem, vigiliæ, inquit, bilis, & tormentum est cum homine insatiabili. Quamobrem Noe quoque indecora scripta est vinolentia, vt ebrietatem quam maximè vitemus, manifestam scriptisque mandatam lapsus habentes imaginem, propter quam qui ebrietatis texerunt turpitudinem, benedicuntur à Domino. Breuiter itaque comprehendens Scriptura, vno verbo dixit omnia, nempe quod homini eruditio sufficit vinum, & super suum cubile requiescet.

Eccles. 26.

1. Corin. 11.

Eccles. 31.

Genes. 9.

## COMMENTARIVS IN CAP. II.

[l] *Non est ergo vinum Chium magna cura requirendum.* Ostensurus Clemens quomodo in potu se gerere oporteat, primum inducit Paulũ quo Timotheum aquam bibentem admonet, vt modico vino vtatur propter stomachũ. Negat quidem potũ innuens esse necessarium, sed quoniã aliquando contingit propter ventriculi frigiditatem minus rectè concoquantur modico vino esse vtendũ, vt propulsentur morbi qui oriũtur ex crudore. Sed non ab re dixisse Paulũ modico vino esse vtendum, ne si nimium biberet, dũ vult stomachum adiuuare, crudi fieri cruditati, imprudens alios morbos accersat quos curare oporteat. Iurè autem dicit aquã esse potum sobrium & necessarium. Sobrium quidem, vt qui nõ afferat ebrietatem: Necessariũ verò, quia cum bibatur vt sedetur sitis, quæ est appetitus frigidi & humidi, eã facilè sedat aqua quæ calori & humori aduersatur. Negari tamen non potest, quin vinũ, licet sit calidũ, cùm tamen sit subtile & facilè penetret, aquam transuehens, humectet & refrigeret, non ex se, sed ratione aquæ quã transfundit. Nihil enim vinũ aquæ quoddã vehiculum. Quod sit autẽ potus necessarius probat, ex eo quod Dominus Hebraïs in solitudine errantibus & sitientibus non aliũ suppeditarit potum, quam aquã ex præcipua petra manantem. Cur autem aqua eis esset bibenda hanc affert rationem, quod cũ errarent in deserto, & in maximis versarẽtur periculis, sobrios esse oporteret, & cauẽda ab eis esset ebrietas. Post diuturnos autem errores & plurimos exantlatos labores, cũ ad quietem, id est, ad Christum esset ventũ (is enim est qui afflictis & laborantibus animis dat requiẽ) nõ fuit amplius bibenda pura & simplex aqua, sed vini aqua temperatũ, id est, Christi sanguis, qui ab ipso Christo, & ex ipso tanquã ex botro in cru-

cis torculari expressus, ab eo ipso in cœna fuit contemperatus, sumendus à fidelibus, nõ solum ad fo-
fedandam, sed etiã ad propulsandos animi morbos, & ad expianda peccata. Ideo enim & in cruce
fuit expressus & fusus, & in sancta eius mensa & ara quotidie quidẽ, sed mysticè funditur. Hoc nempe
Numer. 13. Christum, cuius sanguis in cruce expressus mysticè in cœna funditur, significat ingẽs ille botrus, quẽ ab
ijs qui ad explorandã terrã missi fuerant, ad ingressuros promissam terrã Israëlitas, fuit delatus. Hic
botrum, nempe Christum germinauit vitis sancta, id est, Ecclesia, quæ ab Abele ad nos vsq; est propa-
gata. Ex ea autem, quod ad carnẽ attinet, originem duxit Christus, qui quod attinet ad diuinitatem, non
solum genus duxit è cælo, sed ipse quoq; est Deus, qui in terra inter homines est visus, & cum eis est con-
fatus. Propheticum autem botrũ Christum vocauit Clemẽs, quod ab omnibus Prophetis is præsti-
fuerit, & prænunciatus. Quod autem verbũ dixit expressum, id est, intelligendũ de verbo quod
factum est. Nam priusquã suscepisset carnem, cùm esset incorporeũ, ex eo sanguis nec expressus nec fu-
di poterat. Cùm autẽ Christus cuius sanguis est expressus & fusus, sit allegoricè magnus ille botrus, pos-
quoq; allegoricè dicitur sanguis vuæ, qui ex ipso tãquã ex botro est expressus: vt intelligamus in
Christi sanguine non solum esse sanguinem, sed & ipsum verbũ, atq; adeò totũ Christum, & quidquid
eũ necessario comitatur. Ipse ergo sanguis Verbi nempe Christi aqua voluit temperari, vt & populus
qui per aquã significatur cum Christo posset coniungi & ei vniri, & sanguis instar vini esset hume-
poculentus. Quomodo autem Verbi sanguis temperatur aqua, ita etiã sanguis temperatur salem qui
est in Christo Iesu, ex cuius latere exiuit sanguis & aqua, quo fit vt nõ solus Christi sanguis, sed & qui
eius sanguini permista salutẽ afferat. Hinc intelligitur hãc fuisse perpetuã vini aqua tẽperandi in sacri-
ficio offerendo consuetudinem, & ab ipso Christo, Apostolis & Ecclesiæ traditam, & esse repellendos
Constan. 6. cap. 32. Hydroparastatarum & Armeniorũ hæresim quorũ illi in sacrificio solam adhibebãt aquã, hi verò so-
lum vinum. Quæ etiam à Constantinopolitano Cõcilio sexto fuit damnata, & in ea explicatur Dio-
Chrysostomi verba male intellecta, quę videri poterant his erroribus aliquã dedisse occasionem. Is
autem dixisset Clemẽs voluisse sanguinẽ aqua misceri, veniret autẽ ei in mentẽ, dubitare posset quo-
piam, quomodo bibatur Christi sanguis: non enim ad bibendum esse aptum sanguinẽ, qui etiã lebe-
tibus quendam incutiat horrorem: ei occurrens Clemens, dicit duplicẽ esse Christi sanguinem, alterũ
carnalẽ, alterũ verò spiritualem, & nõ bibi quidem carnalem, bibi verò spiritualem. Sed quæri potest,
cùm pro certo & constanti habeat Catholica fides, vnum & eundem sanguinẽ fusum esse in cruce, &
bibi è calice, quomodo idẽ sanguis possit esse duplex. Ad quod est respondendũ, non ideo posse dici
quod sit duplex. Vterque quidem vnus quod attinet ad essentiã: sed non eodem modo sc habet qui fu-
sus fuit in cruce, & qui nũc bibitur è calice. Qui in cruce quidẽ fuit fusus, habuit omnes suos cruo-
guinis qualitates, & omnia quę sanguini accidũt, erátque carnalis, id est, crassus, & qui cadebat in
sum, id est, & videri poterat & palpari. Qui autẽ bibitur è calice, est spiritualis, & qui nec sub sen-
dit, estq; adeo purus, tenuis, & subtilis vt ad incorporei naturã magis accedat, & est vel mentis
remota ab accidentibus, vel si qua habet accidẽtia, ea sunt instar essentiæ. Quod ipsum quoq; dictum
est & de Christi corpore suspenso in cruce, & de eo quod ipsius verbis cõsectũ comeditur à fidelibus.
Est enim vnũ & idẽ Christi corpus, sed in cruce quidem sensile, & suis circumscriptum dimensio-
sed in Eucharistia, vel mera corporis essentia carens materia, vel in quo accidẽtia sunt redacta ad nihi-
De consec. dist. 2. can. duplic. Ioan. 5. essentiæ: vnde & spirituale dicitur. Nã & Diuus Hieronymus in cõmentario in Epist. ad Ephes. Dupli-
citer, inquit, intelligitur caro Christi & sanguis: Vel spiritualis atq; diuina, de qua ipse ait, Caro mea
re est cibus, & sanguis meus verè est potus, & nisi carnẽ meã manducaueritis, & biberitis sanguinem
habebitis vitã æternã: Vel caro ea quę crucifixa est, & sanguis qui militis effusus est lancea. Et Augu-
in lib. sententiarũ Prosperi. Caro eius est quã forma panis opertã in sacramento accepimus: & sanguis
eius quẽ sub vini specie & sapore potamus, caro videlicet carnis, & sanguis est sacramentũ sanguinis
carne & sanguine vtroq; inuisibili, spirituali, intelligibili signatur visibile Domini nostri Iesu Christi
corpus & palpabile, plenũ gratia omniũ virtutũ, & diuina maiestate. Postquã autẽ dixit duplicẽ esse
mini sanguinẽ, nempe carnalẽ & spiritualem, effectũ quoq; eius dicit esse duplicem. Carnalis quidem
sanguinis, qui in cruce à milite lancea est effusus, effectus est nostra redemptio: pretiosus enim Christi
sanguis fuit pretium nostræ redemptionis, quo, deleto nostro chirographo & cruci affixo, redempti
mus ac liberati à Diaboli mortisq; tyrannide, & à noxa peccati. Quamuis autem nostræ redemptionis
pretiũ sit à Christo in cruce repræsentatũ & exolutũ, quod ad satisfaciendũ est longè sufficientissimũ,
nõ tamen eo plenè satisfit, nisi ijs qui sunt redimendi applicetur per fidẽ & sacramẽta. Sacramentum
autem omniũ excellentissimũ est illud sacramentũ, in quo mysticè funditur & repræsentatur mysti-
& spiritualis Christi sanguis. A quo verbo Christi confecto & repræsentato vim suam accipiunt
alia sacramenta. Et hoc est quod dicit, nos spirituali sanguine fuisse vnctos, significans spirituale
sanguinem nobis esse applicatũ & illinitũ. Applicatur autem & illinitur dũ bibitur ad incorrup-
Ad hoc enim bibitur vt omni amoto obstaculo, sanctificata anima & corpore simus participes
incorruptionis, quod quidem nos à morte liberat & ad vitam deducit æternam, hoc spirituali pa-
moderato ac contemperato Verbo & anima & spiritu. Est autem admirabilis & longè excellens
in hoc sacramento cõmoderatio & cõtemperatio, quæ factũ à Deo temperamentũ, nempe hominem
perfecit & cõsummauit. Deus enim creans hominem, & animũ corpori, & sanguinem carni, & spiri-
ni spiritum commoderauit & contemperauit. Ipsi quoq; sanguini admista est aqua. Et in hac, ad ani-
ma, sed quæ ad tempus durat hominis vita consistit, nempe vsq; ad terminum quem constituit vitæ
quod eum temperauit. In hoc quoq; sacramento est admirabilis & planè stupenda atque admiranda
contemperatio: Verbum ipsum, nempe Christus, operatorio suo verbo corpus suum confecit, atque
inquam, diuinũ & spirituale, cui est admista, non à ratione aliena, sed quæ λογικη, id est, rationi & Verbo
decet anima. In hoc quoq; corpore indita est caro, non prophanata, sed sacra & planè diuina, quæ



non modò quidquam quatenus est caro, prosit tamen necesse est quatenus est diuina & ab ea non abest
virtutem qui est virtus Verbi, sicut sanguis est virtus carnis. Non aliunde enim caro suam habet essentiam
quam à sanguine, cuius vehiculum est spiritus. Vt autem sanguis quem vehit spiritus dat causam carni, ita
spiritus accedens ad verbum, efficit vt per sacramentum fiat admirabile temperamentum, nempe vt corpus
temperetur cum anima, & diuina cum humanis, & in ipsa terra sit cœlum & omnes cœlestes virtutes. Est
autem hic spiritus, non qualis qui est secundum naturam in humano corpore, nempe subtilis quidem & te-
nuis, vt vapor aereus, sed tamen corporeus. Qui autem in hoc diuino, Verbum sequens, operatur corpore, est
subtilis, vt corporis superans naturam planè sit incorporeus, atque adeo Deus. Hanc autem admirabi-
lem contemperationem, significat quidem aqua vino permista quæ nos ducit ad fidem: spiritus autem nos
format ad incorruptionem. Diuinus enim hic cibus & potus, per spiritum nos ita Deo vnit, vt si dignè
perficiamur, in nos non cadat interitus, simulque resurrecturi ad vitam æternam, & Deo similes, atque ad-
huc quodammodo Dij futuri. Diuinus autem hic cibus & potus cum verbo contemperatus appellatur Eu-
charistia ob duas de causis, quòd & Christus sui corporis & sanguinis instituturus mysterium, priusquã id
faceret gratias egerit, est autem Eucharistia gratiarum actio. Gratias autem egit quòd per hoc sacramentũ
nos tanquam tot & tantis affecerit beneficiis & bonis auxerit, hoc enim est benedicere quatenus ad Deum re-
fertur. Est etiam Eucharistia bona gratia, quæ ideo laudibus celebratur, quod hominem Deo gratum red-
dat. Nam qui eius sunt participes, per eam & anima & corpore sanctificantur. Nam & spiritus qui vehit
sanguinem coniungitur & vnitur, & caro Verbo, propter quam Verbum caro factum est. [b] *Eos itaque laudo*
*& admiror.* Cum modico vino dixisset quandoque esse vtendum ad corroborandam stomachi imbecillita-
tem & cruditatem, & nactus occasionem propter aquæ cum vino permistionem in sacrificio, permulta di-
cit de Eucharistia: quæ cum absoluisset, nunc redit ad institutum, quod est quomodo in potu se gerere
oporteat, idque in singulis ætatibus. Atque primum quidem eorum vitam laudat austeram, qui aquam ap-
petunt tanquam medicamentum aptum ad conseruandam temperantiam, vinum autem fugiunt tanquam
ignem, id est, tanquam ignem qui minatur se proxima quæque arrepturum & inflammaturum. Dein-
de ait, vinum, cum sit omnium humidorum calidissimum, non esse à pueris ac puellis bibendũ, nec tan-
quam ignem demandum, ne præmaturè eis turgeant vbera & pudenda, & inflammati cito propensi sint
ad libidinem, & quod bibi debebat tanquam medicamentum, alio medicamento opus habeat ad propulsan-
dos ex eo exsistunt ægritudines, cum multum iuuentutis (ita enim metaphoricè vocat feruorem ætatis)
gignit bonis puberis, qui maximè ei conuenit ætati. [c] *Qui autem sunt in ipso flore.* Iuuenes, inquit, & qui
sunt in feruenti & vigenti ætate, in prandio, si modo prandeant (erant enim permulti qui sola cœna erant
contenti) vino omnino abstineant, solo autem pane vescantur, vt esus aridorum, quod Græci dicunt ξηροφα-
γιαν, à nobis constitutione Apostolorum vtebantur in ieiuniis & præcipuè in ieiunio quadragesimæ, vt
abundans humor superfluus, ex quo quæ expuuntur & emunguntur, & à properantibus excernuntur ex-
cernendi minam arguunt temperantiam. Cur autem in prandio à vino abstinendum sit causa est, quod
sit obstaculo sapientiæ & temperantiæ. Obstat autem, quod propter vini potum dari non potest
operi diuini & seriis studiis. Vespere autem cum à seriis studiis cesserit (est autem tunc aër ambiens frigi-
dior quam antea) in cœna vino est vtendum ad reparandum & reficiendum natiuum calorem qui desi-
dit. Sed quod in cœna bibitur vinum oportet vt sit modicum, nec in bibendo eo vsque procedatur vt
veniat ad contumeliam. Alludit autem vel ad illud quod dixisse Anacharsim scribit Diogenes Laërtius,
Apul. Flo. 3 tres vnctras afferre, primam voluptatis, secũdam ebrietatis, tertiam mœroris: vel ad id quod dicit Apu-
leius Socratis. Sapientis viri supra mensam celebre dictum est. Primus crater ad sitim pertinet: Secundus
ad hilarem: Tertius ad voluptatem: Quartus ad insaniam. Ab insania enim quæ ex nimio potu proficis-
cuntur, prohibent conuicia & contumeliæ quæ Græcè dicuntur ὑβρεις. Tantum autem abest vt vino immo-
derandum, vt etiam si sitiatur, cauendum sit ne nimius aquæ potus obruat alimentum, & comminui
non patiatur moles ciborum, & pauca egerantur excernenda à redundanti humore præpedita. [d] *Ita*
*enim sunt promptiores ætatis.* Post pueros & iuuenes docet quomodo oporteat senes in potu se gere-
re. Dicit atque oportere eis permittere, vt vini potu hilarius & liberalius vtantur ad suscitandã marcescen-
tis caloris refrigerationem, maximè cum non sit amplius timendum, ne appetitionũ tempestates eis
aliquid afferant, vt qui sint in portu fundati anchoris rationis & temporis. His enim à re nautica sum-
ta est metaphoris. Eis licet in conuiuio vti dictis vrbanis & lepidis. In potu autem hic modus est eis
seruandus, vt & mens suo fungatur officio, & conseruetur corpus illæsum & illabefactatum. Qui illam
modum seruatum non excedunt, dicuntur ἀκροδυῶγαστοι, qui hilarius quidem bibunt, sed non à profunda
ebrietate. Dicuntur autem ἀκροδυῶγαστοι ἀπὸ τῆς ἄκρης, quod est extremum vel superficies & ὑπερβολὴ,
potio meri potatio: Hippocrati λοιμὸν ὑπερβολὴ πόλις, id est, famem, inquit, soluit vini meri potio. Dicun-
tur ἀκροδυῶγαστοι, qui leuiter sunt ebrij, nec vultus superficiem eorum excedit ebrietas. Quisnam sit au-
tor rursus qui & scripsit librum De longa vita, & qui est in hac sententia, vt existimet potum eous-
que prandendum, donec intrigentur & madefiant cibi, vt longam vitam nobis paremus, non ausim af-
firmare. Fuerit tamen potest vt ille fuerit Augusti medicus, qui in somnis à Minerua admonitus persuasit Au-
gusto, vt relictis suis castris in alium locum se conferret. Eo autem die à Bruto expugnata & capta sunt illa
castra. [e] *Vino autem immodice lingua quidem præpeditur.* Vini moderate sumpti docuit quæ sunt commoda,
nunc immoderate sumpti ostendit quæ sint incommoda, nempe quod nec lingua possit loqui, sintque hiul-
cæ, id est, dubia labra, & ita caligent oculi vt videre non possint quæ sunt remota, tanquam eorum vua sit es-
sus, & cetera quæ recenset. Est autem hic de vino communis locus à multis doctè & eleganter tracta-
tus, sed nemine melius quam à Seneca in epistola ad Lucilium. Cuius, vt alia omittam, hæc sunt verba Seneca ad Lucil. epi. 84.
libenter qui ebrietatis laborabat vitio. Adiice illum ignorationi sui dubia & parum explanata pro-
prius verbis, incertos esse oculos, gradum errantem, vertiginem capitis, tecta ipsa mobilia, veluti aliquo tur-
bine agente domum, stomachi tormentum, cum efferuescit merum ac viscera ipsa distẽdit, &c. Sunt

autem hi versus quos citat Clemens, ex aliquo Poëta Tragico, quibus significatur vini meri potione
excitari, deficere sapientiam, & vtriusque oriri maledicta & contitia. [f] *Miseri autem qui è conuiuio*
*exeunt.* Si in conuiuium non ingrediatur ratio, expellitur intemperantia. Vbi autem non est temperantia
intemperantia efficit vt videatur fœlix vita quæ est longe miserrima. Describit autem, & oculis quo-
modo subiicit temulentorum vitam, quam qui rectè considerauerit, cauebit ne ipse quoque alijs lu-
rabile & turpe spectaculũ. Eum quidẽ certè qui fuit ebrius pudet eorum quæ ebrius fecit. Eleganter
irridet eorum morem qui poculis sub beneuolentiæ nomine se inuitantes, non secus atque amphora
se vinum fundunt, & est belle dictum quod sumpsit ex Ecclesiastico: Ignem probat ferri acies, &
cor superbi. Nihil certè est quod magis hominis ingenium ostendat quam vinum, vt pulchrè ostendit Pla-
to in lib. 1. de legibus, & fortè hinc ortum est prouerbium, In vino veritas: quod in vino non dissimulent
nec reticeantur, sed apertè se ostendant vitia. Pulchrè profectò Theognis,

Ἐν οἰνῳ̃ μὲν γνωσὶ τε καὶ ἀρτιον ἴδεσθε καὶ ἄγε,
Γυμνάσιον· καὶ δεῖξε δ' ἄνοος ἐὼν νόον.
*Aurum atque argentum nouerunt igne periti:*
*Quale hominis vinum est indicat ingenium.*

Et Euripides apud Athenæum, Aes est figuræ, vinum mentis speculum. [g] *Et est quidem ebrietas vehementior.* Breuiter dixit cuiusmodi sit vita eorum qui in conuiuium rationem non admittunt nec ea
sunt intemperantiam. Id autem quo facilius intelligatur, exponit aliquot quæ prius dixerat vocabula. Re-
pula autem est dolor capitis procedens ex ebrietate, ita dictus ἀπὸ τῆ καρφαλέας, id est, ex eo quod corpus
bret, & agitet: cùm talis sit ebriosorum vita, & ne vita quidem sit appellanda, vt per correctionem fa-
eat Clemens, eam merito despicit sapientia, & præcipit suis filiis vt fugiant carnium collationes & com-
tationes. Collationes autem verti quod Græcè est συμβολαί. Συμβολαὶ autem dicuntur conuiua quæ
collata à quolibet conuiua sua portione, quam vocant symbolum. Dehortatur autem ab huiusmodi sym-
bolis & compotationibus, quòd mendici fiant qui sunt ebriosi, pannosisq; & laceris vestibus quasi
nolenti. Quidnam est autem somnolentus? is qui honestis non vacat studiis, sed ab ebrietate in
deturbatur & demergitur. Laceræ autem vestes dicuntur esse pudori propter spectatores. Nam
quædam foramina libidinibus subeuntibus ingreditur peccatum, quod est animæ probrum ac dedecus.
ita cupiditatibus marcescente anima, non potest salua esse vestis quæ est tota lacerata & dilumis. Qui
vt allegoricè intelligatur ebrietate & somnolentia corrumpi corpus & animam. Hoc ne accidat
tionem subiungit. Cui væ? cui tumultus? cui iudicia? cui iniucundæ nugæ? cui contritiones
nex? Hæc dicit admonens quæ mala & incommoda eueniunt ex ebrietate. Cui, inquit, nisi ebrio
dit væ? id est, cui accidit vt propter imminens exitium, & quod vitare non potest, quasi desperatione
le precetur? Cui, inquit tumultus? id est, cui accidit nisi ebriosо, vt ei nunquam sit quietus &
animus: est enim in perpetua dissentione & rixa cum iis cum quibus versatur. Cui iudicia,
Nam propter probra, contumelias & maledicta quibus se inuicem impetunt ebriosi, est
iudex qui lucibus & controuersiis eorum finem imponat? Cui nugæ iniucundæ? sermones
conferunt ebrij, sed ij planè sunt iniucundi, cùm non de rebus loquantur quæ sunt alicuius
de rebus vanis & futilibus, & de quibus temerè inter se altercantur. Cui contritiones
accidit, inquit, nisi ebriosо, vt temerè & non iusta aliqua de causa contèratur, affligatur &
enim inter temulentos rixæ & contentiones de rebus nihili, quæ ita crescunt vt nõ nisi mutato
piantur. Hìc mihi videtur esse huius loci sensus, si sequamur versionem Septuaginta quam secutus
ster Clemens, Diuus autem Hieronymus ita vertit. Cui væ? cuius patri væ? rixæ? cui foueæ?
vulnera? Cui suffosſio oculorum? Nonne his qui commorantur in vino, & student calicibus
Quorum verborum sensum ab ipso pete Hieronymo in eius in prouerbia commentario. Hunc
concludit Clemens, Videte vinosum totum dilaceratum, &c.] Videte, inquit, ex ijs quæ dixit
sit discerptus & dilaceratus qui vinum amat plusquam oportet, & quam multas & graues
intenteat sapientia in prouerbijs Salomonis. [h] *Minus autem rursus subiungit cuius sunt lumen oculi.*

*Orig. lib. 6. in epist. ad Rom. cap. 8.*

quas in ebrios intentarat aliàs subiicit sapientia, nempe oculos liuidos. Iis autem qui nimium
liuere solent oculi, quod est indicium mortis: nam mortuis liuidi sunt oculi. Multis autem modis
citur, vt scribit Origenes in epist. ad Rom. Est mors corporis separatio animæ à corpore. Est mors
animæ à Deo separatio. Est etiam mors illa laudabilis qua peccato quis moritur, & Christo
per quam emendatio fit animæ, & vita æterna conqueritur. Et est ergo mors illa qua à peccato
Sicut autem peccato mori dicuntur qui in baptismo peccato renunciant, ita etiam apud Paulum
tas legi dicuntur mori, qui à lege separantur ad eam non reuersuri, sed gratiæ adhæsuri. Ita etiam
dicitur mortuus, is cuius anima est à ratione separata. Quod iis vsueuenit qui nimio potu delectan-
gentiam obruunt & perdunt. Atque liuentes quidem oculi, quales cernuntur in ebrijs, mortẽ
abesse argunnt. Liuentes autem in ebrietate oculi, si allegoricè sumantur, significant ebrii
tuum, & annunciant mortem quæ est in Domino, id est, non separationem animæ à corpore
naturalis, sed animæ à Deo separationem quæ est in Domino. Ita enim hic est accipienda mors
vt distinguatur à morte naturali qua etiam separatur à corpore: non vt mori dicuntur in Domino
frequentius vsurpatur, qui baptizati sunt cum Christo consepulti. Merito autem temulenti dicuntur
tui. Nam cum in eis sit obruta ac oppressa ratio & intelligentia, quo fit vt ne meminerint quidem
quæ ad veram vitam pertinent, vera autem vita est, non quæ in rebus humanis & terrenis, sed
stit in veri Dei contemplatione, obliuio illa tendit ad interitum, id est, ad corruptionem, & vita
est, priuationem. Hinc infert sapientiam, ea enim est noster Pædagogus, vehementissimè præcipiens
bamus vinum propter ebrietatem. Quos autem citat versus nec memini me alibi legere, nec
ausim affirmare. Fortasse autem sunt Sapphus à qua appellati sunt versus Sapphici, & quam



mentis] *pro mœrore.* Pulchrè autem corpus vino obrutũ comparat naufragio. Dicit autem in eo ebrie-
tate naufragio corpus decumanis vini fluctibus esse obrutum. Decumanos autem verti fluctus quod
Græci eos κυμάτων, Decumani enim fluctus dicuntur qui sunt maximi, Festo Pompeio, sicut etiã dicun-
tur Decumana ova maxima, & Decumana porta quæ est in castris præcipua. Id ipsum Græcè significat
ἐπικύμονα κῦμα, in ingentem enim magnitudinem solet assurgere fluctus tertius & decimus. [i] *Nam esse*
*vinum in nuptijs fecerit.* Respondit tacitæ obiectioni. Dici enim posset, ex eo quod Christus
vinum fecerit ex nuptijs, satis ostendi non esse reprehendendam vinolenti. Ad quod respõdet,
ex eo sequi quod permiserit inebriari, vino enim licet vti, sed nõ ad ebrietatẽ. Deinde exponit alle-
gorice, quod sibi voluerit aqua à Christo vinũ facta. Viuificauit, inquit, id quod erat aqueum sensus le-
gis. Vinum maximè accedit ad naturam sanguinis, & nihil est quod sanguinem magis significet quã vi-
num. Sanguine autem maximè consistit vita. Veteris autẽ legis sensus erat planè aqueus, insipidus, at-
que adeo mortuus, ei enim aberat spiritus qui viuificat: in lege enim nihil erat aliud, quam cæremoniæ,
umbræ & figuræ quæ, tum demũ fuerunt viuæ, quando eas viuificauit spiritus. Viuificauit autẽ, quando
vmbras & figuras per Christum successit veritas. Viuificauit autem sanguine quo impleuit tertam quam
reparauerat Adam, id est, totũ mundũ. Sed quomodo impleuit? Potu veræ vitis, id est, suo sanguine (ipse
enim est ens vera) dato pietati ac Dei cultui. Sed quãdo hoc fecit? Quãdo Eucharistiæ institutio sacra-
mento & sacrificio, ipse in mensa quæ est sacrum altare, suum sanguinem & Deo obtulit, & cũ suis pro-
pulis, ipse eis dedit bibendũ. Vt autem hoc sacrum poculum, quod attinet ad signũ & sym-
bolum, est vino & aqua temperatũ, ita veteris testamenti sensus noui testamẽti sanguine viuificatus cũ
Verbi sensu miscetur. Neq; enim veteris legis sensus per noui Verbi mistionem & temperationẽ
deletur, sed absolutus & perfectus redditur. Operæpretium autẽ est videre quam accurate sic locutus
sit de mysticum sancti sanguinis symbolum Scriptura vocauit vinũ, significans in Eucharistia esse
sanguinem Christi, sub symbolo quod vinũ appellatur, licet vino in sanguinem conuerso vinũ
substantiæ non maneret symbolo. Mysti cum ergo vinum quod est symbolũ sacrosancti Christi sanguinis,
adhibent Scriptura. [k] *Placet ergo rectæ rationi.* Moderato vino est vtendum. Nam si in vino bibendo mo-
dum excesserit, erit anima pura & munda, vt quæ ab ingurgitationis & crapulæ sordibus nõ sit inqui-
nata, erit enim siccа, vt quæ in temulentiæ cœno & voragine non sit volutanda. Anima enim etsi sit in-
corporea, inquinatur tamen & polluitur à corporis sensuũ quibus vtitur instrumẽtis, nisi ea cõseruentur
pura & munda. Puritas autem & siccitas propriæ quidẽ sunt corporis, transferuntur tamen etiã ad ani-
mum, quorum corporis temperamentum & constitutionẽ magna ex parte sequuntur animi mores &
affectiones: nec quales oportet possunt esse sensus, si sensuum instrumenta impediãt eorũ vitia. Quo fit
vt nec mens ad ferendam de iis sententiã suum possit adhibere iudicium. Erit etiam anima luminosa si
vinum moderatè bibatur: sin minus obscura & tenebrosa: quo fiet vt impediatur scientia & cognitio.
Nam cum anima sit veluti quoddã speculum in quo reluceant omnium rerum formæ & species, si ea nõ
illucescat, sed veluti redundantibus obruatur vini fluctibus, cõturbatis & cõfusis quæ in ea sunt rerũ for-
mis, perit scientia, & succedit ignoratio. Iurè ergo dicit siccam animam esse sapientissimã, & ea ratione
esse contemplatiuam. Causam autem cur anima sicca, id est, quæ vini potati nõ obruitur fluctibus, sit
contemplatiua, hãc esse dicit, quòd ex ascẽdentibus vini exhalationibus non cõcrescat tanquã nubes in
mistum corpore am. Subtilis enim mens sit oportet quæ in diuinarũ & cælestium versatur cõtemplatio-
nibus. Ait autem esse non posse quę ex crassis vaporibus veluti corporatur. [l] *Non est ergo vinũ Christum ma-*
*lum corporandum.* Cum sit tutis indigentiæ affectio, quæ à quolibet suæ patriæ vino sedari potest, non
sine ratione dicit sentia & fumosa aliunde querenda. Erat autem olim Chium vinum præstantissimũ, & in eo
cum cæteris omnibus præferebatur Arnisium. De quo ita Plinius, In summa, inquit, gloria fuere *Plin. lib.*
Chij, Cuimque, ex Chio quod Arnisiũ vocant. De cæteris autẽ vinis quæ hic enumerat, de Italicis *14. cap. 7.*
autem vide eundẽ Plin. li. 14. cap. 6. De trãsmarinis autem eodem li. cap. 7. & Athenæũ li. 1. Illa autem
ratione vinorũ importatio, arguit desiderio desipientem animũ etiã ante ebrietatem. Desipit enim
qui incitatus desiderio vina importat quibus non est opus. Quod si desipiũt qui ad fedendã sitim
important exotica, quanto magis non solum desipiunt sed etiã planè sunt miseri in delitiis diuites,
qui aliunde inuehunt? De aqua autem fluuij Choaspis, quam stulti reges Persarũ importabãt, vt
Athenæus, sic scribit Plinius, Parthorũ reges ex Choaspe & Eulæo tantũ bibunt, & eę aquæ scilicet *Plin. lib. 31.*
vetustæ longinqua comitantur illos. Et horum placere potum non quia sint amnes apparet, quoniã *cap. 3.*
Euphrates, nec ex Euphrate, nec ex multis aliis bibũt. Et Solinus ca. 51. Choaspes ita dulcis est, vt Per- *Solin. cap.*
sarum reges quãdiu intra ripas Persidis fluit, solis sibi ex eo pocula vendicarint, & cũ eundũ foret peregre *51.*
non secum vectitarint. [m] *Decori autem cura est maximè gerenda.* Decorum vt in omni re alia, ita etiã
in cibo est seruandum. Cuius curam tantam gessit etiam Minerua, vt cũ tibiis à se inuentis caneret, &
inflatione buccas inflasse animaduertisset, eas abiecerit. Quæcunq; autẽ ea fuerit, dixit, tanquã igno-
minia quæ fuerit cum fuerint multæ, vt est in fabulis, Mineruæ. Hãc autem est verisimile fuisse Trito-
nida, vt quæ primum in Tritone Palude apparuerit, & in quã tibias proiecerit. [n] *Ebrietate autem maxi-*
*mè vsque fugabo.* Ad sobrietatẽ hortatur Christianos, ex eo quod ipsi sint pacifici: ipse enim Dominus
noster Christus suis discipulis pacẽ semper laudauit & cõmendauit, cũ omnes gentes belli-
cosi sint ebrietati deditæ, ex quibus nõnullas hic enumerat, nẽpe Scythas & Celtas, quo nomine apud
Græcos comprehenduntur etiam Germani, Iberos, & Thraces. Atq; illi quidem hoc genus vitæ quod
adhibent in huiusmodi cõpotationibus, beatum & fœlix existimant, cũ tamen in iis ex potu oriantur
pugnæ, contentiones & contumeliæ. Christianos autem sobrijs hausti bus vti oportet, vt verũ inter eos con-
seruetur nomen amicitiæ, quod planè periit sit in potu procedatur, non solũ ad iurgia & conuicia, sed et-
iam quandoq; à verbis ad verbera. Vsurpatur autem amicitiæ nomen in cõuiuijs: συνήνεσις enim & συνε-
κλησις vocabant, si inuicem amicitiæ ergo inuitare poculis: desinit autẽ esse amicitia cũ vini calore inci-

tati in se inuicē sæuiant. ª *Quomodo Dominum bibisse existimatis.* Vt sobrie viuamus & vino moderate vtamur, exemplo Christi nos admonet quem nobis proponit imitandum. Christus enim cum fuerit homo, quatenus homo, bibit vinū, quatenus autem Deus & homo, accepit vinū, & benedixit. Benedicendo autem quatenus Deus, acceptum vinū operatorio suo Verbo suum fecit sanguinem, sanguinem inquā, illius vitis, de qua ipse dixit: Ego sum vitis vera. Quod prius ergo erat vinum, benedictione qui quod benedicit semper auget ampliúsq; reddit & præclarius, id enim est proprium Dei beneficentiæ nis, effectum est sanguis Verbi. Ipsum autem vinū quod vocat fluentum lætitiæ, quatenus est sanguis symbolum, significat ipsum Verbi sanguinem ipsis benedictione confectum. Ipsum autē sanguinem in Eucharistia mysticè funditur in remissionem peccatorum appellauit Verbū, ne quis fallatur existimans esse tantum sanguinem hominis, est enim reuera sanguis Verbi, quod caro factum est. Sunt enim Verbum & homo in Christo ita coniuncta, vt cum reipsa & essentia sint distincta à se inuicē, nunquā separentur. Quo fit vt in qualibet parte corporis & sanguinis totus sit Christus, totus inquā Verbum & homo, nec is in Eucharistia dicatur, mysticè fundi Christi sanguis in remissionē peccatorum, ideo non funditur Verbum: cū sit Verbi sanguis quod carne susceptā semper est Deus & homo. In charistia autem mysticè fundi Christi sanguinem, nō est quod quisquam dubitet, cum diserte Christus dixerit. Funditur autem, vt qui semel fusus est in cruce in prætiū redemptionis, & ad remissionem peccata, quotidie applicetur per fidem & sacramenta in remissionem peccatorum, vt qui verbis Christi in quotidiano sacrificio cōfectus præsens exhibeatur. In hac autē mystica sanguinis fusione nihil est cogitandū, ea enim est huiusmodi vt mentis humanæ ominem captū superet. Sic mirum, cum sit, vt ipse dixit Clemēs, sanguis spiritualis, à quo aut omnia absunt accidētia, aut si fiant instar essentiæ. Atq; ex his quidem constat Christū vinum bibisse, & acceptum benedixisse vinum fuisse ret sanguis. Quod autem id acceptum verū fuerit vinū, ex hoc quoq; patet, quod ex hoc genimine se non amplius dixit bibiturū cum discipulis, donec biberet nouum in regno patris. Vinum quidē biberat, vt quod esset è vite procreatū, sed in regno. Patris nouū erat bibiturus, nempe non crassū terrenum, sed planè diuinū & spirituale: & vinū ergo fuit quod benedixit, antequā benedictum. benedictum autem non fuit amplius vinum, sed sanguis licet adhuc apparens quidem vinū, sed esset symbolū sanguinis. Et vinum ergo fuit quod bibit in cœna priusquam fierēt mysteria, & quod acceptum mysticum fecit suum sanguinem: & vinum erat etiam quod bibebat in iis qui in quibus se ita gerebat vt etiam doceret conuiuas, quod satis arguit eū vino moderate esse vsum. enim docuisset ebrius. Adeo autē verum fuit vinum quod bibebat, vt Iudæi ei obiicerēt quod vinolentus potor. Quodquidem erat verum, bibebat enim vinū, sed moderate. Quod autem vinum biberit & stabile maneat oportet apud Catholicos ad refellendam hæresim Encratitarū, qui introducendā à vino & animalibus. Nam si ipse Christus à vino non abstinuit, nō est quod nos necessario abstineamus. De Encratitis autem vide Irenæū lib. 1. cap. 30. & Theodoretum lib. 1. hæretic. fab. cap. 1. De Tatiano & Hydroparastatis, Nicephorum hist. Eccles. lib. 4. cap. 4. ᵇ *Porro autem multum* tum possumus ex verbis Clementis coniicere, fiebant eius tempore quædā pocula ex alabastro, erat os admodū angustum. Sed de iis alabastrinis poculis nusquam alibi legi. Cœlius quidē Rhodiginus lib. 26. lect. antiquarū cap. 27. cum ex professo loqueretur de poculis, de alabastro verbum quidem. Nam hoc tantum dicit; Alabastrū in Matthæum pro genere marmoris accipi nymus, Græci lapideū vas intelligunt vngentarium μυροθηκαῖον, id est, citra ansas, vel quia ob crassi capi non possit. Sunt etiam qui vitreū intelligant. Alabastrothecas apud Demosthenē pro myro accipit Harpocratio, Hæc Cœlius. Cùm autē tempore Clementis essent huiusmodi pocula alabastrina, iis vtebantur mulieres quæ volentes vnum vitare vitium, in alterum eo maius incidebant. Nā dum calices vitarent, ne labra nimis diducerentur & esset nimis oris rictus, bibebant alabastrinis oris poculis. Quo fiebat vt caput reflecterēt & colla sua nudarēt, quod mulieri esse turpe dicit Clemens, cui sit cauendum ob pudorem ne vlla pateat pars eius corporis. Adeo quidē certē pudenti debet mulier em, vt etiā eam pudeat quod sciat se esse mulierē: aqua si absit pudor, impudica fit mulier, mulier autē impudica est expers omnis virtutis & honestatis. Quamorbē mulieri cauendū est ne sit ebria. Ebria enim non celat suam turpitudinem, quo fit vt euadat impudens & impudica. Accidebat enim ter bibendum ex angusti oris alabastro impulsus aër incitaret ad eructationem: quæ si cōtingat, vitandum esse vt sensim & absque vlla conuiuarum offensione transmittatur. Præcipit ergo vt bibentur inter bibendum. Quamuis autē alabastrina non admodū probet pocula, non ita tamen probat quin aliquando eis vti liceat, dum eorū nimium vitetur studium, & superbia absit, & Quod autem in suæ literæ contextu ita habet Clemens, Ira magna est mulier ebria: tanquā ira mulier temulenta. Quamobrem? Quoniam suam non celat turpidinem? nō ita est in Græco Clemente exemplo excuso quod habemus, sed sic; Ira magna est mulier ebria, & turpitudinem suā non tegit ergo deest quod habet Clemens; Tanquā ira Dei mulier temulēta. Et quod in eo sequitur præ obrem? Quoniā suam non tegit turpitudinē, est κακολογία eius quod præcessit, Tanquam ira Dei temulenta. Huius rei mihi visum est admonere lectorē, ne existimet me vel hoc nō animadvertisse, noluisse admonere. ᵍ *Semper autem tanquam præsente Domino beneſſt.* In conuiuio decorum seruandum cum in eo adsit Dominus. Nō solum enim adest in mysteriis, in quibus verē repræsentat Christi corpus & sanguis: sed etiam in aliis conuiuiis si non præsentia sui corporis, at diuina sua vbiq; virtute & potentia. Quo fit vt decorum sit in eis seruandum, perinde ac si cœna fieret Dominica. Quisnam sit autem is Acephalus, cui assimulat helluones & ad crapulam propensos & ebrietati, ne dum beo quid dicam. Nullum enim adhuc legi Mathematicum, qui eius vllam faceret mentionem. Aratus, nō Ptolomeus, nō Hyginus: mea tamen est coniectura, sed nescio an vera, Acephalum dicit illam quæcunq; ea sit, quæ latens sub aliqua stella errante, cùm ab ea recessent, sed non adeo magna



circulo spatio, sitque in anteriore sui parte obscutior, appareat quasi eius caput in pectus considat & compingatur. Apta autem & eleganti hac similitudine significatur, ebriosos & helluones, rationē, cuius sedes est caput tefte Platone, habere nō in capite, sed in intestinis, & nō imperare, sed seruire iræ & libidini. Cum hæc mea de Acephalo cōiectura mihi nō satisfaceret, & de ea amplius cogitarēt, Monanthocerotis doctor medicus, & Mathematicæ Lutetiæ professor Regius, de Clementis Acephalo consultus sic respondit. De Acephalo quod sentiam hoc habeo, me nullam neq; stellam, neque imaginem cælestem apud veterum Mathematicum quem legerim vocatam ἀκέφαλον reperisse. Sed in descriptionem Alexādrini planisphærii cum diligentius intuenti visus est intellexisse, eam imaginē in cœlo quæ Taurus dicitur. Hic animal est promiore præ cæteris capite, & vbi cœlestis in Zodiaco depingitur, hoc quasi prouolutum habet ad genua, si Hygini picturæ credimus, cui consentiunt versus Manilij, cum ait:

*Aureus principes Artes in vellere fulgens,*
*Reſſerit admirans aduersum surgere Taurum,*
*Summisso vultu, Geminos & fronte vocantem.*

Ita quoque taurus nō intelligitur simpliciter esse ἀκέφαλος, quāsi eo membro omnino mutilatus, sed esse ante stellam errantem. Vbi per stellam errantē, intelligo ἐξαπολαύσεως, Solem inter planetas tanquam Regem & Principem, qui suo proprio motu quo per Zodiacum mouetur secundū cōsequētia, ingreditur Taurum per posteriores eius partes quæ Clunes dicuntur. Nam cum cætera signa ex media primi mobilis surgant ab Horizonte Orientali, quod etiam his Manilij versibus est attestatum,

*Quadria signa nouem, signis coniuncta repugnant,*
*Et quasi sidereo cælum tenet, Assice Taurum*
*Clunibus & Genibus pedibus, Testudine Cancrum*
*Surgere cum rectis oriantur cætera membris.*
*Nec mirere moras, cum Sol aduersa per astra*
*Æquinoctiales attollit mensibus annum.*

In his igitur Sol colligitur ingredi Taurum aduersum, hoc est illius clunes primum. Itaq; Taurus ante ἀκέφαλος. Quod autem per Taurū significari possint voluptati ventris & gulę dediti, in primis hoc est quod fabulantur Poetę Taurum esse illum in quem mutatus Iupiter in Italiam cōportauit Europen filiā. Sed & Iulius Firmicus, ne diutius huic rei satis ex natura animalis cuius nomē habet matheseos immerer, ca. 20. lib. 8. dicit natos, quorū in horoscopo fuerit sexta vel decima quinta vel vicesima pars Tauri, Cinædos, Irrumatores, miseris libidinibus seruientes, edaces & gulæ deditos esse, Hæc Manilius. Cuius coniectura cum mihi visa esset satis probabilis, eā hic duxi esse inferendā, lectori ut mihi persuadeo nō inutilē. Elpenor autem erat vnus ex socijs Vlyssis, qui cæteris relicta Cyrce cum Vlysse recedentibus, cū ebrius esset, & vt socios sequeretur festinaret, cadēs è tecto fregit ceruicē. Quod autē reru ceruicē, Græcè est ἀφαύρωσεν. ἀφαύρωσεν enim etsi frequentius accipiatur pro talo, à quo ad alium ludus talorum & taxillorum, ab Homero tamen nonnunquam dicuntur ἀφαύρωσεν septem vertebræ spinæ quibus collum incumbit, vt & Iliados ζ & Odyss. 10. Elegāter autem dici ebriosorū cerebri caligine ob vapores ascendentes offusum, decidere ad cor & iecur, quæ sunt sedes iræ & cupiditatis. Quo significatur rationis locū in eis tenere iram & cupiditatem, quæ cum seruire deberent dominantur. Rationis autem grauiorem dicit esse casum quā Vulcani, qui à Ioue è cœlo deiectus cecidit in Lemnum insulam, de quo antea diximus in exhortatoria ad gentes. Porro autem ad dehortandū à crapula, ebrietate, citat ex Ecclesiastico, torqueri & cruciari hominem insatiabilem, parcū autē & sobrium hominem quiescere. Quam sit etiam indecora vinolentia, ostendit ex eo quod Noē temulentus pudenda sua aperuerit: quæ qui texit, fuit benedictus, maledictus autem qui irrisit. Summū autem colophonem huic capiti imponit ex xxxj. ca. Eccles. Homini erudito sufficit vinum, & super suū cubile requiescit. Ita quidem habet textus Clementis. Existimo autem legendum, sufficit vinū modicum. Id autē ipsum exprimit nostra versio quæ sic habet. Quām sufficiens est homini erudito vinū exiguū, & in dormitatione non laborabis ab illo, & non senties dolorem. Ex quo concluditur, vinum quidem esse bibendum, sed moderatē, ne si nimium bibas, id tibi dolorem afferat & molestiam.

## Quòd in sumptuosorum vasorum suppellectilem non sit studium conferendum. Cap. III.

ª *Porro autem argenteorum & aureorum gemmeorumque poculorum irritus & inutilis est vsus, vt qui sit visus solim deceptio. Nam siue eis calidum mixtum liquorem infuderis, excalefactorum vasorum molesta est trastatio: siue rursus frigidum infuderis, qualitatem materia transfundit, liquorem corrumpens, & est damnosus diues potus. Valeant ergo Thericlei calices, Antigonides, Cantheri Labronij, & Lepastæ, & poculorum genera innumerabilia, præterea autepsycteres, & œnochoæ. Aurum enim & argentum, & priuatim & publicè est damnosa, vt semel dicam, possessio, si vsum excesserit: rara ad acquirendum, difficilis ad custodiendum. Quinetiam curiosa ac superflua tornatorum in vitro vana gloria, ad frangendum propter artem paratior, quæ simul docet & timere & bibere, est à bonis nostris*

institutis & legibus aliena. [b] Sellæ autem argenteæ, pelues & acetabula, scutellæ & catini & præterea vasa aurea & argentea, nonnulla quidem ad ciborum ministerium, alia verò ad alios vsus quos me pudet dicere, ex sectili cedro, thuris virgulto, ebenóque & ebore instructi tripodes, lectique argentei pedes & ex ebore compacti, auróque interpositi & testudine variatæ cubilis valuæ, & stragulæ vestes purpureæ, & aliorum colorum paratu difficilium, insolentium delitiorum argumenta, intuidiam ollisque ignauiæ insolentes commoda, sunt omnia procul amandanda, vt quæ nihil habeant propter quod sit in eis meri-
1. Cor. 7. rito multum studij ponendum: Tempus enim contractum est, vt dicit Apostolus. Hoc ergo restat ne habitum quempiam ac figuram præ nobis ridiculè feramus: quem admodum in pompis videntur nonnulli extrinsecus ita vncti & obliti ad grauitatem, vt stuporem & admirationem afferant, intus autem sint planè miseri. Hoc itaque explicans accu-
Ibidem. tius subiunxit, Reliquum est, vt & qui habent vxores, sint tanquam non habentes, & qui emunt, tanquam non possidentes. Quòd si hæc dixit in coniugio, in quo dixit Deus,
Genes. 1. Crescite & multiplicamini, & replete terram: quomodo putatis arrogantiam ac superbiam non esse ex authoritate Domini exterminandam? [c] Quocirca dicit etiam Dominus:
Matth. 19. Marci 10. Vende quæ habes, & da pauperibus, & huc me sequere. Sequere Deum nudus ab arrogantia, nudus à pompa momentanea, quod tuum est, quod bonum est, quod auferri non potest, in Deum fidem, in passum confessionem, beneficentiam in homines possidens: quod quidem est possessio pretiosissima. Ego autem admitto etiam Platonem, qui lege lata agrum decernit, quod neque vt opes habeas aureas & argenteas laborare oporteat, neque vt inutile, quod non cum vsu necessario moderatum quoque sit, vt sit idem ad multa accommodatum: tollatur autem varia & multiplex possessio. [d] Pulcherrimè itaque alicubi diuina
Baruch. 3. Scriptura, ad eos qui sunt sui amantes & arrogantes verba dirigens: Vbi sunt, inquit, gentibus imperant, & qui dominantur feris quæ sunt super terram? qui cæli auderedunt, qui argenti & auri thesauros congregant, in quibus homines habent fiduciam, & non finis acquisitionis eorum? qui aurum & argentum fabricabantur, & erant sollici. Non est inuentio verborum eorum: euanuerunt, & ad inferos descenderunt. Hæc merces arrogantis superbiæ. Si enim nobis agrum colentibus, ligone & aratro opus sit, gonem autem argenteum, falcémque auream nemo fuerit fabricatus: & materia quæ sit ad opus faciendum, non quæ sit diues in agricultura, vrimur: quid vetat quo minus vasis quoque domesticis idem sentiant, qui quod est simile considerant? quorum modus vsus, non sumptus ac magnificentia. Quid enim, dic quæso, qui in mensa ponitur calulus, si clauos non habuerit argenteos, vel non fuerit factus ex ebore capulus, non sit. An ad carnem diuidendam Indicum ferrum nobis est fabricandum, accilium velut quidam euocantibus? Quid verò si fuerit peluis fictilis, an ablutarum manuum sordes excipiet? & vas fictile quo pedes lauamus, pedum sordes? Ergo ne etiam indignabitur manus quæ est pedibus eburneis instructa, si panem vnius oboli portauerit? neque verò dubito cernæ ministrabit, quod sit opus figuli non aurificis? Ego autem dico ne humile quidem batum vlla ex parte deteriorem præbere accubitum, quam lectum eburneum. Cum autem substernendum sint sufficientissimæ pelles caprinæ, adeo vt purpureis aut puniceis opus, tamen propter delitiarum, quæ sunt primæ mali causæ, stultitiam condemnatio frugalitatem, quisnam est tantus error, vanáque pulchri & honesti persuasio? Videmus Matth. 14. Marci 6. Ioan. 13. Ibid. 4. stius in vili catino cibum sumpsit, & fecit discipulos super herbam accumbere, & pedes eis lauit linteo accinctus. Deus à fastu alienus, & Deus omnium, nunquid argenteo lauacrum è cælo deferens? Et à Samaritana potum petiit, quæ aquam vasa haurichat è puteo, aurum regale non requirens, sitim autem docens facilè exting-



Supra enim constituebat vsum, non nimiam & inutilem magnificentiam. In conuiuijs autem comedebat & bibebat, non terræ metalla effodiens, neque auri & argenti, hoc est, rubiginem redolentibus vasculis vtens: vt spirat incensæ rubigo materiæ. [e] In summa enim alimenta & vestes, vasa & supellectilem, & quæcunque sunt in domo, atque ipsam, ne semel dicam, vitam, oportet esse consentaneam rectæ Christiani hominis institutioni, quæ conducibile fuerit, accommodatam personæ, ætati, studio, ac tempori. Cùm enim omnes vnius Dei ministri, oportet & possessiones, & quæ est in eis supellectilem, vnius cuiusque vitæ signa ostendere, & vnumquenque hominem indistincta & indifferenti similitudine vniformi institutioni ea quæ consequuntur consentanea & conuenientia, per hanc ipsam affectionem videri facere. Quæ autem nec difficiliter acquirimus, & eis facilè vtimur, laudamus, & facilè custodimus, & facilè communicamus: meliora autem sunt ea quæ non recte administrantur, sunt arx vitij & sceleris, in quibus multi cæcutientes, regnum cælorum nunquam ingredi poterunt, in rebus quidam mundanis ægrotantes, superbè autem & arroganter viuentes propter delitias. Oportet autem eos, qui contendunt ad salutem, hoc animo antea anticipasse, quòd vsus quidem causa, nobis sit vniuersa possessio: sufficientiæ autem gratia, possessio, quam etiam ex paucis quispiam parauerit. Vera autem sunt, qui propter insatiabilitatem repositis rebus pretiosis delectantur. Qui autem congregat, inquit, mercedes, congregat in sacculum perforatum. Is autem est qui congregat, & sementem excludit, & detrimento afficitur, qui nulli impertitur. Res est autem planè ridicula, & maximè digna quæ ludibrio habeatur, argentea vrinæ receptacula, & vitreas matulas viros inferre, quemadmodum suos introducunt consiliarios: & hæc quæ sunt sine ratione, diuites mulieres, ex auro excrementorum facere receptacula, vt ne egere quidem eis liceat absque superbia. Vellem quidem eos per totam vitam aurum pro vrina existimare. Nunc autem arx vitij inuenta est pecuniæ cupiditas, quam dicit Apostolus esse radicem omnium malorum, quam quidam appetentes, à fide aberrarunt, & seipsos confixerunt multis doloribus. Verè autem diuitiæ sunt paupertas cupiditatum: & vera animi magnitudo est, non propter diuitias sibi placere, & magnos spiritus sumere, sed eas despicere. De supellectile autem & vasis se iactare est perquam turpe. Non enim æquum studium suum in eis ponere est, quæ volenti licet vel ex foro emere. Superna autem emi non potest terreno numismate, nec in foro, sed in cælo venditur: & iustum nemo venditur, nempe Verbo immortali, regali aureo. Timoth. 6.

## COMMENTARIVS IN CAP. III.

[a] Eo autem argenteorum & aureorum. Cùm dixisset vitandam esse ebrietatē, & nimiū in bibendo tempus: nunc dicit nimium studiū non esse conferendum in vasa & supellectilem, & maximè in pocula auro picta, & gemmea, quæ ad nullum aliū vsum videntur comparata, quàm vt suo fulgore oculos Athen. li. 11. perstringant. Atq; multa quidem hic enumerat genera poculorum. Sed longè sunt plura apud Athenæū, quæ ille non recēsuit, descriptio. Ab eo hęc petere poteris, agit enim de calicibus Thericleis, cantharis, labronibus, cymbijs, sed ne verbum quidem de Antigonidibus. Suspicor autem Antigonidem fuisse poculum quod ab Antigono denominatū, quod id inuenisset & eo biberet. Sicut etiā scribit Plin. lib. xv. cap. xl. à Thericlēo, Corinthio dicta esse vasa Thericlea. Sed & idē de Antigoni bibacitate nihil, cū multa dicat Athenæus de Antiochi. De psycteribus autē quæ sunt vasa quæ fiunt ad refrigerandū, est apud eum capite quarto lib. x. in quo citat Platonem in conuiuio, in quo vas illud, nempe ψυκτὴρ, licet ad refrigerandum vinum ad bibendum esset institutum cum contineret plusquam octo cotylas, plenum fuit epotum, à quibus non inepte aut inopportune factum, cum bibendum exhiberetur Socrati. De Oenochois quoq; nihil Athenæus, quæ sunt vasa ad vinū infundendum accommodata, vsurpatur autem etiam hoc vocabulum pro poculo quo bibitur. Dicitur autē Latinè & Trua, & diminutiuè Trulla, cuius sūt varia significata. Quod autem in mea versione reliqui Græcū, nempe psycteres, & Oenochoæ, potest qui volet Latinè dicere Refrigeratoria & Trullæ. Aureorum autem & argenteorum vasorum vsum ideo dicit esse inutilem, quod quamcunque liquorem in ea infunderis, siue is sit calidus, siue frigidus res male cedent. Nam si calidus in-

fundatur liquor calefactæ vasa dolorẽ afferent: sin frigidus, transfunditur liquoris qualitas, & ipse corrumpitur. Sed quoniam obiici poterat quod etsi auri & argenti, quod ad bibendũ attinet, vtensilia ritus & inutilis, ea tamen magni sunt facienda, quod prætiosa sit auri & argẽti materia: respondet obiectioni, dicens eam materiam non ideo esse magnifaciendam si absit vsus. Aliquot autẽ adfert causas vt probet ita esse. Prima est, non esse magnifaciendum quod nos rapit in odium & inuidiam, quod fit aurum & argentum. Secunda est quod sit rarum aurum & argentum, & ideo non nisi magnis pretijs boribus, & nec in eo acquirendo est vlla voluptas propter afflictionem, nec in ea acquisita propter metum amittendi. Quæ quidem est tertia ratio quod nõ sit magnificienda auri & argenti possessio, quia ea non facile custodiatur, cum omnes eam appetant, & quod eam habeas, odio habent & tibi malevolunt: Quarta verò est quod auaus ea nec vti velit nec possit. Non vult enim, vt qui quo plura habeat, plura appetat, nec vnquã satietur vehemens eius habendi sitis. Nõ potest autẽ, cùm ad suo satisfaciendum desiderio, non auro & argento, sed iis quæ etiamsi omnia auro & argento sint plena, sunt plane necessaria: est ergo abiiciendum auri & argenti in poculis studium. Sed nec in Christi rempublica tolerãda mittenda tornata vitrea pocula, quę quo artificiosius sunt elaborata sunt fragiliora. Quo fit vt qui frequẽter bibere qui in iis bibit, quin simul etiam timeat ne ea frangat. [1] *Sellæ autem argenteæ, pelues, & aenea.* Omnem luxum in suppellectile qui non tam ad vsum est cõparatus quam ad ostentationẽ & superbiã, à Christianorum moribus & institutis procul iubet amandari, quoniam in hoc mundo qui cum prorsus nihil est diuturnum, & quæ extrinsecus apparent, pulchrã quandam habẽt speciem, sed intrinsecus sunt contineunt miseriã. Quid enim est miserius quã inani splendore gloriari rerum quæ mox euanescãt, quas prius amittis quam habeas? In ipso enim vsu pereunt. Hoc probat authoritate Diui Pauli ipsius huius mundi nos ita iubet vti, perinde ac si non habeamus, & ne eos quidẽ qui dux erũt vxores, & quibus operam liberis, ita debere suas amplecti vxores, vt nõ meminerint quid quid est huius mundi rerum præteriturum, & sedium quærere patriã, vt qui hic ciuitatem nõ habeant permanentẽ. Quod si hoc faciendũ in matrimonio, in quo qui sunt coniuncti velint nolint, mũdus magnã partem in eis sibi suo iure vendicat: quãto magis id facere oportet eos qui vitam agunt cœlibẽ, & vt liberius Deo seruiant mundo renunciarunt, voluntariam amplexi paupertatem? [2] *Quocirca dicit Dominus.* Fugiendum rerum non necessariarum & nimiã vitæ superbiam probat authoritate Domini, qui voluntariã adhortatur paupertatem & facultatum suarum abiectionem, vt subueniatur pauperibus liberiũq; & expeditius sequatur Dominũ qui se à grauibus & molestijs exuit mundi farcinis. Quominus Deum sequatur impedit superbia & arrogantia, impedit & pompa momentanea, nempe rerũ huius mundi nimius appetitus, quæ temporis momento est præteriturus. Quamuis autem sis ab eis nudus, es tamen eis vestitus quæ sunt, & sunt longe præstantiora & nunquã interitura, nec à te vnquam auferenda. Res huius mundi non sunt, nec bonæ sunt, vt qui sit in maligno positus & tibi mox sunt auferendæ. Sed tua est nihil desides, & tua est eius qui pro te passus est cõfessio, & tua est in pauperes beneficẽtia quę tein eternũ cabit tabernaculis. Non solũ autem hæc sunt tua, sed & bona, vt quæ te beatum sint reddituræ. *Plato, lib. 3. de legibus.* nunquam recessura. Platonis autẽ qui legem statuit, vt opes aureas & argenteas habere nõ liceat, nec sunt verba, vt existimo, sic à me Latinè versa: In qua, inquit, familia neq; diuitiæ cohabitant, neq; pertas, in ea fuerunt mores iustissimi. Neq; enim in ea inest contumelia, neq; iniuria, neq; rumi inuidię & emulationes. quod autem dicit de vase, existimo id esse quod apud eum scriptum est: Poculo eo, Quod siccis & humidis, & iis quæ igne fiunt & quæ nõ fiunt omnifariã effectũ genus, est vas, quod vno appellamus vocabulo, & est quidem valde frequens genus &c. [3] *Pulcherrimi itaque alimenti docet Scriptura.* Ex verbis Prophetæ Baruch ostẽdit vanum esse multos thesauros cõgerere, & in suam & in prætiosa sumptuosaq; & magnifica gloria supellectile, sibiq; placere & nimium arrogare, & omnia momento temporis illis pereant, & ipsi ad inferos descendant. Deinde quoniã agimus de domestica supellectile, ostendit per inductionem, non esse spleẽdũ, sitne prætiosa materia an vtilis aliquid, sed sitne vtilis aptaq; & accõmodata ad id efficiendum. Quod autẽ vertimus, vanaq; pulchra honesti, persuasio, Græcè est ἀξίωσις, id est, opinio quod sit aliquid pulchrũ. quod enim cõmodum frugalitas præcipua est causa, quod pulchra videãtur ea quæ sunt prætiosa, licet sint alioqui & vtilia. [4] *In summa enim alimenta.* Hæc est conclusio eorũ quæ dicta sunt in toto hoc capite. Est autem hæc est summa, cùm simus Christi ministri, & vna sit omniũ in Christũ fides, & vnica Christianæ institutio, oportet vt & in vestimentis, & in vasis, & in omni supellectile, & in omnibus quæ possidemus ita geramus, vt nihil sit indignum nostra fide & vitæ institutione, habita tamen ratione cuiusque tiarũ, nempe personarũ, ætatũ, studiorũ, & temporũ. Nã cum inter Christianos sint diuersæ personæ publicæ, & priuatæ, & sint artes aliæ aliis liberaliores & sordidiores, sintq; & diuersi sexus, ætates omniũ ætates, sunt enim & pueri & iuuenes & senes, & inter eos varia etiam incidant tempora, mum quidẽ videndum est ne quid fiat indignũ, nostra Christi professione, deinde vt nihil fiat sonam, ætatẽ, sexum, artem, & ipsum tempus in quo sit nõ deceat. In vasis autem & supellectile tuendum est, vsum præcipue esse spectandum, nec pluris esse faciendã prætiosam materiam & ad id quod fieri opus est ac commodatam. [5] *In summa diuitiæ quæ non rectè administrantur.* Ita ante non tanti faciendam esse diuitem materiam, quam vtilem & ad id quod opus est accommodatam nunc autem consequenter iis quæ dixerat subiungit, malam diuitiarum administrationem esse malorum causam. Ad vsum enim parari diuitiarum possessionem, eamq; possessionem esse ficientiam, ex paucis autem parari sufficientiam: natura enim est paucis contenta. In diuitis possidentur duplex est vitium, nempe & eis nõ vti, quod faciũt qui propter insatiabilitatẽ eas congerũt, & cõgestis ac repositis delectati, nec sibi prosunt nec aliis, vt qui nemini eas impertiunt. *Aggæi 1.* autem sunt quos dicit Aggæus Propheta in facculũ congregare pforatum, vt qui non habeant cõgregãt, nec vlli est vsui. Auarus enim minus habet quod habet quã quod nõ habet. Alter



et in malã vitã. Quod faciũt qui in meretrices, parasitos, & lenones, & superfluas epulas, & quę sunt luxuriosi profundunt diuitias. Omnium autẽ sunt pessimi & turpissimi, & viri & mulieres, quos non pudet in vasis aurea & argentea sua excrementa egerere, & vbique suam ostendunt superbiã. Memor autẽ huius admonet Clemens hoc caput ita concludit non esse de supellectile & vasis gloriandũ, nec in ea studiũ ponendũ, cum ea emi possint in foro: in sapientiam potius esse studium ponendum, quæ non in foro, sed in templo venditur. Vnde etiã pulchrè dicit Solomon in Prouerbiis. Quid prodest stulto habere diuitias, cum sapientiam emere non possit? Quod autẽ sapientia sit in cœlo, cõstat ex Ecclesiastico vbi scribitur. Omnis sapientia à Domino Deo est, & ex eo quod dicit Iacobus. Sapientiam à Deo esse petendã, & de hac esse sapientiã, quæ est pudica, pacifica & modesta. Sed quid sibi vult Clemens, quod dicit sapiẽtiam in cœlo vendi, cùm Iacobus dicat eam esse donum Dei? Non aliud vult intelligi quã eam nõ aliunde quàm à Deo haberi, à quo etiam datur. Vendi autẽ videtur quod studio & diligentia, & precibus emitur. Sed quoniam numismate venditur? Iusto certè numismate, quod est æternũ & immortale, & in quo est imperatus, imo quod est ipse Dei patris character & figura. Id autem est Dei Verbũ, quod ipsa quoque sit sapientia. Et certè vt pretium quod datur, efficit vt res sit eius qui emit, ita etiam ea demũ nostra sapientia, quæ est verbo Dei signata, non quod ea sit eius essentia. Hominis enim sapientia, nõ potest dici Dei, sed quod ab ipso sit profecta, inquo sunt absconditi omnes sapientiæ thesauri. Precibus ergo & Dei Verbo, quod est iussũ prętium & aureus regalis, à Deo venditur, & ab hominibus emitur sapientia. Nihil enim aliud habet homo pretiosius, quod pro ea Deo offerat, & quod Deus lubẽtius accipiat, quã suum vnicum filium, quem ipse dedit hominibus, & quem pro cõsequenda sapientia ei vicissim reddũt homines. Et itaq; veram offerentes sapientiam, ipsum, inquam Verbum quod Deus est essentia, accipiunt sapientiam, quæ non est Deus essentia, sed participatione. Ipsa autem est auro longè melior.

*Prouer. 17.*
*Eccles. 1.*
*Iacob. 1. & 3.*
*Prouerb. 8.*

## Quomodo in conuiuiis se relaxare & recreare oporteat. Cap. IIII.

[1] RATIONALI *autem seu verbi conuiuio absit comus & lasciua iuuenilis: quinetiam inanes vigiliæ, quæ de petulantia & turpibus conuiciis & maledictis sibi placent. Est enim huc comus tibia inebrians, catena curæ ratis amatoriæ. Amor autem & ebrietas, & quæ ratione carent animi affectiones, procul à nostro choro habitant. Vnà autem cum orta ex ebrietate petulantiæ socia versatur parodia: in potu verò vigiliæ ebrietatem accersunt, & excitant libidinem, quæ sunt rebus turpibus faciendis dedita audacia. Si autem tibiis, & psalteriis, choreis & saltationibus & plausibus Ægyptiorum, & eiusmodi delectentur animi remissionibus nimiũ dissoluti & insolentes, valdèque à bona disciplina alieni euaserint, vtpote quos cymbala & tympana circonsonent, & fraudis instrumenta circunstrepant. Reuera enim, vt mihi videtur, tiusmodi conuiuium est ebrietatis theatrum. Vult enim Apostolus, vt depositis operibus tenebrarum tanquam in die decorè & honestè ambulemus, non in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & in impudicitijs versantes.* [b] *Fistula itaque tribuatur pastoribus: tibia autem superstitiosis hominibus, qui ad cultum idolorum contendunt. Nam certa enim hæc instrumenta sunt à sobrio conuiuio amandanda, quæ bestijs magis quam hominibus conueniunt, & iis hominibus qui à ratione sunt alieniores. Cerues enim fistulis allectus accepimus, & in laqueos inter venandum cantu duci à venatoribus. Equalius cum tibijs, veluti quidam hymenæus, tibia carmen canitur: id autem ab incitandis equis Musici appellarunt τὸν τοῦ ἵππου ὄγκον. Omne autem turpe spectaculum, omnemque turpem cantionem, & vt semel dicam, omnem turpem sensum intemperantiæ, quod quidem est veri ipsius priuatio, maximè oportet nos excindere, quæ in oculis & auribus titillat & delectat, voluptatem cauentes: fractorum enim cantuum, & flebilium Caricæ Musæ modorum varia veneficia, intemperanti & prauo musicæ artificio mores corrumpunt, trahunt ad affectionem huius comessationis.* [c] *Diuinum autem ministerium separans psallit Dauid: Laudate eum in sono tubæ. In sono enim tubæ suscitabit mortuos: Laudate eum in psalterio, quoniam lingua est psalterium Domini. Et in cithara laudate eum. Per citharam os intelligitur, quod à spiritu tanquam plectro pulsatur. In tympano & choro laudate eum. Dicit Ecclesiam quæ est meditata carnis resurrectionem in pelle resonante. In chordis & organo laudate eum. Organum dicit corpus nostrum, & chordas eius neruos,*

*Psal. 150.*

per quos numerosè & concinnè intenditur, & spiritu pulsatum, voces edit humanæ. Laudate eum in cymbalis iubilationis. Oris cymbalum dicit linguam, quæ pulsatu labrorum resonat. Et ideo humanæ naturæ acclamauit: Omnis spiritus laudet Dominum: quoniam omnis spiritus quem fecit, curam gerit, & ei prouidet. Verè enim pacificum instrumentum est homo. Alia autem si quis curiosius inquirat, inueniet instrumenta bellica ad cupiditates inflammantia, vel amores incendentia, vel animum iramque irritantia. In bellum itaque suis tuba vtuntur Hetrusci, fistula Arcades, Siculi autem instrumentis quæ appellant τριγωνα, Cretenses lyra, Lacedæmonij tibia, cornu Thraces, tympano Ægyptij, & Arabes cymbalo. Vno autem instrumento, Verbo solo pacifico nos vtimur, quo Deum honoramus, non amplius, veteri psalterio, & tuba, & tympano, & tibia, quibus iis qui se in bello exercebant, & Dei metum contemperant, & simul congregatis concionibus mos erat vti in choris, vt per eiusmodi modos solutus ac deiectus excitaretur eorum animus. [a] Duplex autem sit nostra in potu benevolantiæ ergò inuitatio, ex lege. Nempe si diliges Dominum Deum tuum, deinde proximum tuum: prior quidem quæ est in Deum benevola inuitatio, fiat per gratiarum actionem & psalmodiam: secunda autem, quæ est in proximum, per honestam vitæ consuetudinem. Verbum enim Domini habitet in vobis abundanter, Coloss. 3. dicit Apostolus. Hoc autem verbum se accommodat & reddit conforme temporibus, personis, locis, atque adeo nunc quoque in conuiuio versatur. Rursus enim subiungit Apostolus: In omni sapientia docentes, & admonentes vos ipsos psalmis, hymnis, & canticis Ibidem. spiritualibus, in gratia canentes in corde vestro Deo. Et rursus: Quidquid feceritis in sermone vel in opere, omnia in nomine Domini Iesu Christi, gratias agentes Deo Patri eius. Hæc est gratiosa & iucunda nostra comessatio. Et si ad liram & citharam canere & psallere noueris, nulla in te cadet reprehensio. Hebræum iustum regem imitabere, qui Psal. 32. Deo est gratus & acceptus: Exultate iusti in Domino, rectos decet laudatio (ita prophetia) Confitemini Domino in cithara, in psalterio decachordo ei psallite. Cantate ei canticum nouum. Annon autem decachordum psalterium Verbum Iesum significat, qui manifestatur elemento decadis? Quemadmodum autem antequam sumamus alimentum, Liberal. de cæm apud Græcos significat. laudare nos conuenit factorem vniuersorum: ita etiam in potu ei nos decet psallere, cuius creaturarum efficiamur participes. Est enim psalmus numerosa & decora laudatio. Coloss. 3. Canticum spirituale psalmum dixit Apostolus. Postremo autem antequam nos somno tradamus, pium & sanctum est Deo gratias agere, vt qui eius benignitatem & gratiam primus consecuti, ita vt cum diuino quodam afflatu nos ad somnum conferamus: & ad matutini ei, inquit, in canticis labiorum, quòd eius iussu fiat quod visum est, & ad eius laudem nihil sit mancum nec diminutum. [c] Cæterùm apud Græcos quoque veteres, in conuiuiis Psal. 62. & 118. ad compotandum comparatis, & irrorantibus poculis, ad Hebraicorum psalmorum similitudinem, canebatur canticum quod appellabatur ολολυγη, id est, oblicum, commixtum nimirum pæana simul voce clamantibus: & nonnunquam etiam per cantici vices prouocationem circumagentibus. Qui autem ex eis erant musicæ peritiores, etiam ad hymnum canebant. Verùm amatoria quidem procul absint cantica. Sint autem cantica, Dei laudes. Ibid 149. Laudent, inquit, nomen eius in choro, in tympano, & psalterio psallant ei. Et quis est Dominus qui psallit? Ipse tibi narrabit spiritus: Laudatio eius in ecclesia sanctorum. Exultet Israel propter regem suum. Et rursus subiungit: Quoniam beneplacitum est Domino in populo suo. Sunt enim admittendæ modestiæ & pudicæ harmoniæ, à forti & nervosa cogitatione verè molles & eneruatas harmonias amandando quamlongissime, quæ compositione flexuum vocis artificio vtentes, ad delicatam & ignauam vitæ agendæ rationem abducunt. Graues autem, & quæ ad temperantiam pertinent modulationes, proponant



proterua maledicunt. Chromaticæ igitur, harmoniæ, impudenti in vino proteruiæ, floribusque molliæ & meretriciæ musicæ, sunt relinquendæ.

## COMMENTARIVS IN CAP. IIII.

[a] RATIONALE *autē seu Verbi conuiuio.* Docet Clemēs in hoc capite, quomodo oporteat Christianos conuiuio relaxare ac recreare in conuiuio, quod vocat rationale seu Verbi, id est, quod sit congruens orationi & Verbo, nempe Pædagogo qui suos pueros erudit & instituit. Oportet autē in mensa eos seruare mores, qui præceptori nostro non sint indigni, nec à ratione alieni. A nostro ergō, id est, à Christiano conuiuio vult abesse Comum. Comus autē erat apud veteres Græcos, & Deus quidā vt sibi fingebāt, qui per noctu nis comessationibus, saltationibus, lasciuiis, & petulantiis quibus vtebantur intenes ebriis & libidini seruientes, & illa ipsa impudica, temulenta, procaxq; & petulans eorū actio quæ nonnunquam eo prorumpebat, vt si non admitterentur, etiam fores effringerent. Hanc autem turpē & petulantem actionem, appellabāt κωμαζειν, vt est apud Theocritum κωμαζεσθε παρ' ἐμοὶ ἀμφὶ λιβα, id est, vade ad Amaryllidem Comum acturus. Cuiusmodi autē esset hic Comus, videre licet apud Platonē in Como, in quo inducitur Alcibiades κωμαζων, id est Comum exercens. Is enim erat cū aliis ὑβριζων, in eum vocabantur qui hac impudenti & insolenti vtebantur petulantia. Sunt autē hæc à nobis versa Plautini verbis. Atq; dixisse quidem, Agathonē, Pueri, num aspicitis? & si sit quidē aliquis ex familiaribus, vocate sin minus, dicite nos non bibere, sed iam requiescere: & nō multo post audiisse vocē Alcibiadis in aula, valde ebrij, & magna voce clamantis, & rogantis vbi esset Agathon, & iubentis ducere ad Agathonem, ipsumq; ad ipsos secum duxisse, & tibicinē subsequentem, & aliquos sequētes, & stetisse in foribus quadam densa hæredere redimitum corona, & violis & habentē multa in capite redimicula, &c. in quibus ostendit Alcibiadem & Comum agentem, secum duxisse tibicinē, cumq; esset coronatus ipse Agathonis, cuius amore erat captus, capiti coronā imposuisse. Hæc ergo tota Comi impudens petulantia, nō alia erat de causa quam propter insanum amorem & libidinē. Vult ergo abesse Comum à conuiuio Christiano. Nec solum Comū, sed etiam inanes vigilias. Græcè est ματαιους, id est, peruersos. Eas autem dicit inanes, quando fiunt gratia compotationis, ex qua ad cōpotantes nihil redundat commodi, sed plurimum incommodi. Nā sunt quædā vigiliæ & pernoctationes vtiles, vt quando ad laudes Deo canendas vigilatur. Ex ebriorum autē pernoctationibus nihil aliud oritur, quàm petulantiæ, conuitia & maledicta, quæ tantum abest vt ebrioſi fugiant & auersentur, vt etiā de iis glorientur, & sibi placeant. Vigilias autem & pernoctationibus tribuit quod est hominū. Como autem subiungit vigilias & pernoctationem. Est enim pernoctatio veluti quædam comi accessio. Nā nisi pernoctetur nō est perfectus Comus, qui ideo agebatur vt cū eis pernoctarent, quorum amore capti erant. Porro autē qualis esse hic Comus describit ex adiunctis. Nam quoniā non sine tibicine agebatur Comus, vtebantur autem eiusmodi tibiis vt ad bellum incitarent, vtpote Lacedemonij, ne quis existimaret Comicū tibiam ad mollitiē comparatā, Comum dicit esse tibiam, non quę ad bellum incitat, sed quæ inebriat, vel potius quę ad ebrietatem: οἰνοτενῆ enim, vt est in Græco, significat aptum ad inebriandum. Comum etiā dicit ferreum curæ ratis amatoriæ, significans Comum esse rati similē, quæ nō vt nauis clauo regitur, sed ferreo clauo trahitur. Est autem Comus ratis amatoria, vt quæ non alios vehat quam amatores. Ii autem nō rationem habent, quam clauo vtuntur, sed ab explēda libidine violēto aliquotantquā catena ferrea arcentur impudentes. Catenā autem dicit curæ ratis amatoriæ, quod in amore multæ sint curæ, sed leues, & quæ faciunt ne amatores iis quæ veræ sunt bona & honesta fruātur. Et ideo à Choro Christianorū qui est pudicus, cultus & sanctus, procul dicit habitare impudicū amorem, & ebrietatē, & eas animæ affectiones quæ carent ratione. Amori enim ebrietati & rationis expertibus animi perturbationibus non potest conuenire cum Verbo, quod est & ratio & sapientia, & quod, cū noster sit Pædagogus, vult nos, quoad eius fieri potest, sui esse participes. Adiungit etiam Como Parodiam quā dicit παρωιδιαν μεγαλην, id est in eos inica petulantiæ quæ oritur ex ebrietate ac vinolentia in conuitiis & maledictis. Est autē Græcè parodia allusio in παρωδια & μεγαλη, quā latina lingua nō potest assequi. Sunt autem in Comis & comessationibus frequentia cantica & conuitia. Est autem παρωδια quoddā genus carminis nostri centonibus simile, cuiusmodi est illud:

Δάσπετε μοὶ Ἴστωρ μοῦσα πολύδεμνα ἑ μάλα πολλά. *Celsf. lib. 1. antiq. lect. cap. 13.*

quæ fiunt ad aliorum carminum imitationem. Est autem hic versus factus ad imitationē primi versus Iliad. sed ad cibos detortus. Qui hæc scribebāt carmina, dicebātur παρωδοι. De his vide Athenæū lib. 14. Comi etiam sunt comites vigiliæ quæ in potu excitant ebrietatē: ebrietas autē ad quæuis facinora dat audaciam. Quod si in Como nō sola sit parodia, sed etiā musicæ omne genus, instrumenta & planſus Ægyptiorum, quos imitati sunt Israēlitæ conflato aureo vitulo, quē adorabāt choros ducentes. Hæc est in huiusmodi hominibus omnis plane immodestia & insolētia, & ab eis est procul remouenda. Hanc omnibus disciplinis, vt quos cymbala & tympana circumsonēt, & circumstrepant organa seu instrumenta tumultu, nempe quæ doloso & fraudulento sono ad vitia incitāt & impellūt: & quod esse debebat ordine & modestium, & Verbo nostro Pædagogo dignū conuiuium, fit theatrum, id est spectaculum deformitatis. Hæc omnia fiūt in tenebris, in quibus vix vlla habetur ratio honestatis: & ideo Paulus adhortatur eos fugiamus, vult nos honestè tanquam in die ambulare depositis operibus tenebrarū. Quæ nam Rom. 13. autem sint, ipse exponit dicens: Nō in comessationibus & ebrietatibus, nō in cubilibus & impudicitiis & lasciuiis. Quæ sunt ergo honesta, sunt opera lucis: quę autem turpia & inhonesta, tenebrarum. Comessationes autem quas hic dicit Paulus græcè est κωμοις, nihil differens ab eo quē iam diximus Como. Sed quidam significat Comos: Et noster interpres & diuus Ambrosius κωμοις, vertit Comessationes. Eas autē

comessationes sic exponit; Comessationes sunt luxuriosa cõuiuia, quæ aut collatione omnium exhibetur, aut vicibus solẽt à contubernalibus exhiberi, vt neminẽ illic pudeat aliquid inhoneste dicere aut facere, quia vnusquisque presumit quod suum sit conuiuiũ. Hæc dicens Ambrosius, videtur Comessationis etymon deducere à Comessalibus quæ sunt symbola, quæ tamen etymologia loca nõ habet in Græco vocabulo κῶμος. Cæteri omnes, nempe Origenes, Chrysostomus, & Theodoretus κῶμος, seu Comessationes, non aliud esse dicũt quàm luxuriosa conuiuia. Sed non omnia luxuriosa conuiuia sunt comessationes, sed dicuntur propriè Comessationes, cibi potusq; post cœnã hausti ex luxu, vt ostendit Cælius Rhodiginus ex Liuij libro xlj. Accipiuntur tamen improprie pro quouis conuiuio luxurioso. Est enim κῶμος & falsus Deus, nempe Diabolus, qui præest omni impudicitiæ & lasciuiæ, & est illa impudicitia & impudica actio quam iam diximus. Est etiam Comessatio, siue sumatur pro cibo & potu post cœnã sumpto, siue pro quouis luxurioso conuiuio. [b] *Fistula itaque tribuatur pastoribus.* Cur à Christiano & Verbi digno conuiuio absint oportet instrumenta musica, & maxime fistula & tibia, hãc affert causã, quòd magis conuenãt bestiis & hominibus qui minus habent rationẽ, quã Verbi & rationis Discipuli esse iubentur Christiani. Quod autem bestiis conueniãt, probat ex eo quod fistulis demulceantur Cerui, ita vt ij cantu deliniti à venatoribus in laqueos deducantur. Tibiæ autem cantu incitẽtur equi ad ineundas. De ijs vide Plutarchũ in quæstionibus Conuiualibus, qui tamen tantũ dicit fistulis demulceri ceruos, non autẽ à venatoribus deduci in laqueos. Sed nec Cælius Rhodiginus qui hoc affert ex Plutarcho, quòd in laqueos incidãt, Cerui meminit. Modus autẽ, ille nẽpe ἁρμονικὸς τρόπος, quo incitantur equas saliunt, vocatur ἁρμονικὸς τρόπος, ab equorum impetu in Venera. Fistulas ergo vult relinqui, Pythagoricus vt qui sint agrestes & minus rationis participes. Tibias autẽ Idololatris, nã in exectandis Deorũ sacrificijs frequens erat vsus tibiarum, & nihil fiebat absq; Tibicinibus. Deorũ autem & idolorum cultoribus nihil est commune cũ verbo. Causa autem præcipua cur à Christiano conuiuio velit abesse illa instrumenta musica, est quod fracti & molles cantus animos eff œminent, titillentq; & ad libidinẽ incitent. Dequas saliunt, vocatur ἁρμονικὸς τρόπος, ab equorum impetu in Venera. Fistulas ergo vult relinqui, Pythagoricus vt qui sint agrestes & minus rationis participes. Tibias autẽ Idololatris, nã in exectandis Deorũ sacrificijs frequens erat vsus tibiarum, & nihil fiebat absq; Tibicinibus. Deorũ autem & idolorum cultoribus nihil est commune cũ verbo. Causa autem præcipua cur à Christiano conuiuio velit abesse illa instrumenta musica, est quod fracti & molles cantus animos eff œminent, titillentq; & ad libidinẽ incitent. De musica autẽ earica, & cur sic dicatur vide Erasmũ in Chiliadibus in proœrbio, Carica musica. Quòd autem fracta & mollis musica, tanquam quoddam veneficiũ, hominũ mores corrumpat, videre licet apud Platonẽ in multis locis, & maxime in sexto de Legibus, vbi dicit mores imitari musicam. [c] *Diuinũ autem ministerium.* Omnibus aliis musicis instrumentis cessantibus, vnũ solum vult esse Verbũ quo Deus laudetur à Christianis, quod quidem est instrumentũ pacificum. Cætera enim instrumenta, vel ad bellum, vel ad itam, vel ad cupiditates, & ad amores incitant. Verbum ad Deũ laudandũ & colendũ est maxime aptum & accõmodatum. Verbũ autem intelligit illud quod ore profertur: neque enim ad Deum laudandum Verbum internum, mens, inquam, & ratio sufficit. Nam qui animã fecit & corpus, optimo iure & hoc est laudandus. Sed quoniã huic rei videbatur obstare, quod Regius Psaltes multa adducta instrumenta, quibus iubet Deũ laudari, ea omnia vult Clemens accipi allegoricè, & alijs quidẽ significari aliis linguã, aliis corpus, quod neruis tanquam chordis numerosè & concinne intenditur. Quemadmodum dicat Clemens, Verbum vnum ad Deum laudandũ esse maxime accommodatũ, non est tamen existimandum musicorũ instrumentorum sonum omnino excludi ab ecclesijs, sed iis esse vtendum instrumentis quæ ad verbum maxime accedunt, & non alio spectent quam ad Dei laudem. Namque ea sunt instrumenta cantu intelligat quo vtuntur ecclesiæ, innuere videtur quod dicit: Diuinũ ministeriũ separãs à prophanis ritus. Græce enim est θεῖον λειτούργιον, per quã Græci intelligunt celebrationẽ sacrosancti Eucharistiæ sacrificij, quod à Sacerdote offertur pro omnibus. Diuinum hoc ministerium, seu hoc publicũ munus sanctificandi, spiritus qui ex ore procedẽs plectro linguæ distinguitur & articulatur & à prophanis ministeriis, ab iis, inquam, ministerijs quæ non administrantur ad Dei laudem. Est ergo diuinum hoc & grandum ministeriũ, vt latus Dei id separet à prophanis. Sed, proh dolor, corruptis his temporibus regnãt in nostris ecclesijs fracti & molles cantus, vt sæpe ad quiduis potius incitent quàm ad Deum laudandum, & sint voces quæ sonant, minus graues & honestæ quàm prophanæ. Quod autem iubet David omnes Dominũ in voce tubæ, id nos admonet resurrectionis futuræ in nouissima tuba, quãdo Dominus ipse iussũ & in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de cœlo, &c. Quænam autẽ sint cæteræ quas David musicorũ instrumentorũ allegoriæ ipse Clemens satis explicat, nec opus est vt in eis diutius demoremur. De ipsis quoque musicis instrumentis quænã sint & apud quas gentes, & ad quid fuerint inuenta, apud Athenæum, Plutarchũ, Cœlium Rhodiginum, Alexandrũ ab Alexandro de iis copiosè tractatum, nos lectorẽ ad eos transmittere, nec quę ab eis dicũtur, frustra transcribere, satius esse duximus. Hæc cum ad Auctoris nostri sensum intelligendum non multum conferant. [d] *Duplex autem sit vsus.* Solebãt olim apud veteres Græcos se inuicem inuitare poculis: ea inuitatio vocabatur προπόσις, ἢ προπινω, id est, beneuolentia. Sed nec ea inuitatio deest Christiano cõuiuio. Ea est autẽ duplex, prima in Deum, & in proximum. In Deum quidem per laudationem, quæ etiam Hebraicè dicitur confessio, per gratiarum actionem. In proximum autem, per honestam consuetudinem, nempe per grauiores honestos sermones. Hoc optime præstabimus si Verbũ Domini abundãter habiteret in nobis. Habitat nõ potest, vt si Verbũ Dei in nobis habitet, non & Deũ laudemus qui omnia quæcunq; vultur & pulcherrimã hanc mundi fabricam est architectatus, & nõ pro summus in nos beneficiis ei gratias agamus, & non ptoximum pro viribus iuuemus docendo, & ad Deum laudandũ nos inuicem adhortando. Laudatur autem Deus psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus. Ad ea autẽ facienda nos admonet Verbum, quod ad omnia se accommodans, versatur etiam in conuiuio, & ad omnia in nomine Domini facienda nos incitat. Hanc autem nostram dicit esse comessationem, eam cõferens cum veteri Gentilis Como, quem superius vituperauit & reiecit. Quoniam autem superius dixerat à conuiuio Christiano abesse debere instrumẽta musica, ne quis id malè intelligat, seipsum interpretatur, dicẽs non vsurpanda cythara & psalterio, & decachordo, sed sicut Dauid qui Deũ laudabat, & in nomine Domini omnia. Canebat enim & psallebat in psalterio & decachordo. Psalterium autem decachordum,

*Val. lib. 5 c. 3. Liuius 9. Ouid. Fast. 6. Plut. in proble. Plat. de legib. 6.*

*1. Cor. 15. 1. Tim. 4.*



Iesum Dominum, inquam, nostrum significat. Nomen enim Iesus per Græcam literã Iod, quæ decẽ significat, effertur, qua etiam significantur, vt alij exponunt decem legis præcepta. In decachordo ergo psalterio psallere, est Deũ laudare, in nomine Domini omnia facere, charitatisq; & Dei præcepta seruare. Deus autem est laudandus, & priusquam sumatur cibus & priusquã bibatur. Nam & comedentes & bibentes creaturarũ Dei sumus participes, propter quas ei sunt agẽdæ gratiæ, nec est sequendus impius ac pernitiosus error Encratitarũ & Marcionistarum. Sed ne ex eo quod permittitur instrumentis musicis in conuiuio psallere, dum id fiat ad laudem Dei, existimet quispiã, nõ referre quomodo psallatur, vt intelligamus lascivos, molles & fractos cantus esse vitãdos, definit quid sit psalmus. Psalmus, inquit, est numerosũ, & modesta laudatio. Ad hoc ergo vt sit Psalmus, non satis est esse numerosam Dei laudationem, sed etiã vt modesta sit oportet, & ab ea absit omnis lasciuia, & ideo Diuus Paulus ea vocat cantica spiritualia. [e] *Cæterum apud Græcos quoque in conuiuiis.* Ne quid omittatur eorũ quæ ad recreandos in conuiuio animos pertinent, dicit etiam veteres Græcos ad imitationem Hebræorũ, qui psalmos canebant, ita & ipsos in conuiuio carmina seu cantica quæ dicebantur σκολιά, omnibus parata, id est hymnũ in laudẽ Apollinis simul canentibus, & nonnunquam etiã pocula ad propinationẽ vicissim canendo circumferentibus. Cuiusmodi autẽ essent hæc scolia, pulchrè explicat interpres Aristophanis in comœdia cui est nomen Vespæ, sic scribens; Mos erat antiquus vt cõuiuantes ordine canerẽt. Et paulo post; Dicæarchus autem in libro de Musicis certaminibus, dicit tria esse cantus genera. Vnum quidẽ quod sigillatim deinceps canebant sententias & cantica amatoria. Erat autẽ obliquus circuitus, propter quod propter ordinẽ nõ seruatum, vocabatur σκολιὸν, id est obliquũ vel flexuosum. Aristoxenus verò & Phillis Musicus hæc scripsere de scolio. Circa vnã mensam multos ponentes lectos, ramos myrteos tenentes, vicissim deinceps canebant sententias & cantica amatoria. Erat autẽ obliquus circuitus, propter quem lectorũ. Et ideo dicebatur σκολιὸν. Hæc interpres Aristophanis, & cætera quæ sequuntur. Nõ solum autem scolia illa carmina alterna voce cantabant, sed nonnunquã etiam canebant ad lyram, quam ipsis recusabat Themistocles habitus est indoctior. Non prohibet autẽ Clemẽs Christianis ne voce cantent & musicis vtantur instrumentis, modo ne amatoria canantur cantica, sed fiãt omnia ad Dei laudem & honorem, & ea vitetur musica quæ est mollis, fracta & eneruata, & quæ psallentiũ, & Deũ laudantium dedecet chorum, sanctorũ, inquã, qui Diabolo & mundo renunciantes, se Deo consecrarunt, admittatur autẽ grauis, modesta & honesta. Cùm sint autẽ tria musicæ genera, vt videre licet apud Boëtium, Diatonicum, Harmonicũ, & Chromaticum, sit autem Chromaticũ maximè molle eneruatum & lubricũ, id est à Christianorum choro procul amandandum. Sed quid iuuat amandare quidem Chromaticum, retinere autẽ Diatonicum, quo solo hodie vtimur, si quæ in Diatonico genere fiunt cantica, non ipsorum Musicorum culpa, sint adeò mollia & delicata, vt nihil minus redoleãt quã dignitatem & honestatem ecclesiasticam, vt quæ magis incitent ad impudicitiam, quam ad pietatem & veritatem? Sed quid agas cum tales sint hodie mores, talia tempora, vt ea sint potius tolerenda quàm tollenda, ne grauiora accidant.

## De risu. Cap. v.

[a] RIDICVLARVM *autem vel potius irridendarum affectionum imitatores, exigendi sunt à nostra republica. Cùm enim verba omnia emanent à cogitatione & ex moribus, fieri non potest vt verba aliqua emittantur ridicula, quæ non procedant à moribus ridiculis. Illud enim: Non est arbor bona quæ* Matth. 7. *facit fructus malos, neque arbor mala quæ facit fructus bonos, hîc quoque est adaptandum. Sermo enim est fructus cogitationis. Si ergo qui risum mouent sint exterminandi à nostra republica, longè abest vt nobis permittat risum mouere. Absurdum enim esset, quorum auditores esse prohibitum est, inueniri eorum imitatores. Multò autem est absurdius studere ridiculo fieri ridiculus, id est, probris incessendus & irridendus. Si enim ridiculam figuram suspicimur, quomodo in pompis videntur nonnulli, in animum minimè induxerimus: quomodo eorum hominem magis ridiculam sustinere figuram iure passi fuerimus? & si personam ridiculam non nostra quidem sponte in magis ridiculosam vnquam conuerterimus, quomodo studuerimus in verbis esse & videri ridiculi, id quod est omnium quæ sunt in homine pretiosissimum, nempe sermonem ac rationem ludibrio habentes? Ridiculum est eorum hæc exercere, quandoquidem nec huiusmodi ridiculorum hominum oratio digna est quæ audiatur: per hæc nomina ad turpia facta consuefaciens. Vrbanè ergo & lepidè loquendum est, non risus mouendus:* [b] *Quinetiam ipse risus est comprimendus. Nam ipse quoque, si quo modo oportet proferatur, præ se fert decorem & honestatem: sin aliter prodeat, indicat intemperantiam. Nam, vt semel dicam, quæcunque naturalia sunt hominibus, ea ab illis minimè sunt tollenda, sed eis potius modus & conueniens tempus est ad-*

*hibendum. Non enim si homo est animal vt ridendi præditum, ideo perpetuò ridendum est, quandoquidem nec equus, cuius est proprius hinnitus, semper hinnit. Tanquam autem emmalia ratione prædita, oportet nos temperatè componere, studijq; nostri acrimoniam & animum intensam vehementiam moderatè remittentes, non autem inconcinnè dissoluere. Quæ enim vultus tanquam alicuius instrumenti sit per harmoniam decora remissio, appellata est διαθλασμα, hoc est, subrisio. Ita est appellata diffusio, & exhilaratio, & risus eorum in quorum vultu residet modestia. Immoderata autem & inconcinna vultus dissolutio si sit quidem in mulieribus, appellatur καχλασμὸς, hoc est, risus immodestus & lasciuus, is est autem risus meretricius: sin autem in viris, καχασμὸς, hoc est, cachinnatio. Est autem hic procorum risus insolens & proteruus. Stultus autem in risu extollit vocem suam, in-*
Eccl. 21. *quit Scriptura: Vir autem astutus vix sensim subridebit. Astutum autem nunc dicit prudentem, qui contrario modo quam stultus est affectus. Sed neque rursus oportet esse tristem, sed grauem & cogitantem: illum enim magis admitto subridentem, qui seuera sæpe videtur subridere, quàm qui non seuera: minus enim fuerit risus ille irridendus. Oportet autem subrisum quoque erudiri & castigari, & si de rebus quidem fuerit turpibus, erubescere potius viderit, quàm subridere, ne videamur per consensum colludere: sin autem de virtutibus modestis, conuenit potius tristiores videri, quàm letari. Illud enim est considerationi humanæ indicium, hoc autem exhibet crudelitatis existimationem. Neque verò est semper ridendum: est enim immoderatum: neque si adsint seniores, vel aliqui quos æquum sit reuereri: nisi fortè ipsi quoque vt nos exhilarent, vrbane aliquid & lepidè dixerint. Sed neque apud quoslibet ridendum est, neque in omni loco, sed neque omnibus, neque propter omnia. Maximè enim adolescentulis & mulieribus risus est procliuis ad calumniam. Terribile autem aliquid & rigidum præ se ferre eminus, eos qui circumstant expellit. Postremo vel solo aspectu grauitas, petulantiæ irruptiones frangere ac reprimere.*

Omnes autem, vt vno verbo dicam, stultos vinum
Et ridere iubet molle, & saltare lubenter,

*mores effœminatos conuertens ad mollitiem. Est autem considerandum, quomodo hoc profecta dicendi licentia, turpitudinem vsque adeo auget & amplificat, vt etiam deducat ad turpiloquium.*

Edidit, & quod erat melius non dicere, verbum.

*Improborum itaque hominum mores in vino maximè perspici contingit, vt qui nudati omni simulatione propter illiberalem vini petulantiæ in dicendo libertatem, quam sopitur quidem ratio, quæ est in ipsa anima ebrietate oppressa & grauata: agrestes autem & omni vrbanitate carentes excitantur affectiones quæ in animi imbecillum dominatum occupant.*

## COMMENTARIVS IN CAP. V.

[a] RIDICVLARVM *autem vel potius irridendarum.* Postquam docuit quomodo in conuiuiis se gerere, & animos relaxare oporteat: animi autem recreatio & relaxatio vix esse potest absq; risu, de hoc tractandũ duxit. Primũ ergo statuit γελωτοποιὸς, id est, eos qui risum mouent, qui scurræ vocitantur, a nostra republica, id est, à Christi ecclesia, esse expellendos. Quod autẽ vertimus sermonem rationem, id est Græcè λόγον. λόγος autem vtrumq; significat, nempe internam rationẽ & orationem explicat, quam λόγον, dicunt φορτικὸν. Ideo quod Græce est vnum verbũ, nempe λόγος non ambobus vocabulis ratione scilicet & sermone exponendum duximus. [b] *Quinetiam esse risus est compositus.* Docuit nõ esset in nostrã Rempublicam seu Ecclesiam admittendos scurras & Mortones qui ridentes neque eos à nobis imitandos vt risum moueamus: nunc autem docet quomodo nos in risu gerere oporteat. Atq; primum quidem dicit risum non à nobis omnino esse tollendum. Nam quæ natura sunt insita, non sunt omnino tollenda, sed cõponenda, temperanda, ac moderanda. Est autem risus natura adeò homini ingeneratus, vt meritò dicatur eius proprius, vt qui cuiuis homini, & ibidem inconueniat. Nullus enim est homo qui non sit γελαστὸς, id est aptus ad ridendũ, etsi non semper hinniat. Fuerunt quidẽ certè



equus est χρεμπτικὸς, id est aptus ad hinniendum, licet non semper hinniat. Fuerunt quidẽ certè [illegible] id est qui nũquam, quod est rarissimum, vel rarò riserunt, nullus tamen vnquam fuit [illegible] id est aptus ad ridendũ. Quo autẽ est & defœcatior hominis sanguis, eo est magis εὐπαθὴς, id est risus amantior, quales inducit Homerus procos Penelopes, & quales dicũtur fuisse Tirinthij, qui *Eustath. in Odyss.* quod essent ad risum procliuiores irridebantur à vicinis. Eo autẽ est purior sanguis, quo suo officio melius fungatur lien qui expurgat sanguinẽ, recipiens redundantẽ atram bilem. Non est ergo tollendus risus, sed cõprimendus, cõponendus & moderandus. Nam si talis sit risus qualem esse oportet, gratiam habet & decorem. Sin minus, is arguit hominis intemperantiam & immodestiã. Vt autem melius ostẽdatur quomodo sit ridendũ, docet triplicem esse risum, nẽpe μειδίαμα, id est subrisionem, & καχλασμὸν, & [illegible] id est cachinnationẽ. Et μειδίαμα quidẽ ita definit, vt eam subrisionem, quæ est Græcè μειδίαμα, [illegible] cõuenire viro graui, honesto & modesto. Eam enim dicit esse vultus, tanquam alicuius instrumenti, quæ sit per harmoniam decoram remissionem, eamq; esse risum eorũ, in quorum vultu residet modestia. Apte autem eam cõparat relaxationi alicuius instrumenti, quod neq; est nimis intensum, neq; nimis laxum. In subrisione enim ita cõponitur vultus, vt neq; nimium contrahatur, neq; nimium relaxetur & relaxatur. In ea autẽ mediocritate consistit modestia. Quod pulchrè videns quantumuis *Homer. 2. Iliad.* amans Homerus Iunem exhilaratũ scõmate, quo à Pallade & Iunone affecta fuerat Venus, non dicit risisse, sed subrisisse, nẽpe μειδήσας δὲ προσηύδα πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. Quod exponẽs Eustathi⁹, Iuppiter, inquit de scõmate id subridet. Nã risus de eiusmodi rebus est à grauib⁹ & honestis personis alienus, sed subridet, quod est modo grauius & honestius quàm ridere, cùm sit subrisio risus senis & placidus cogitatione contẽtorum. Est ergo hoc μειδίαμα, seu subrisio, risus honestus, moderatus, & tẽperatus. Sunt alia quoq; duo huius generis, quæ sunt immoderata & harmoniæ dissimilis vultus dissolutio. Alterũ quod est in mulieribus vocatur καχλασμὸς. Alterũ quod in viris, καχασμὸς. Est autẽ καχλασμὸς, risus immodestus & lasciuus, & plane meretricius. Dicitur autẽ καχασμὸς, ἀπὸ τοῦ κάχλου, id est à turdis quorũ vocẽ ridentes referunt auditores, vt scribit Eustathius, καχασμὸς verò, qui est latinè cachinnatio est, immodestus & incõcinnus risus: Videtur autem & Græcè & Latinè esse dictus ab ipso sono quem edunt ridentes, vocem *Eustath. in χ. Odyss.* suam nimis extollentes, qualem risum tribuit Homerus procis Penelopes, nempe insolentem & pro- *Eccles. 21.* cacem, cuiusmodi esse risum stultorũ dicit Ecclesiasticus, cùm sapiens sensim & submisse rideat, id est subridet. Cæteras risus circũstantias satis explicat Clemens, nec opus est in eis diutius immorari. Admonitionem est autem quod dicit duobus citatis versibus qui cuiusmã sint me fateor nescire, vinum & adulescentulos effœminatè ridendũ, & ad saltandũ, & ad turpiter & obscœnè loquendum incitare. Neque enim dicit quod latentes hominũ mores magis arguat & prodat quam vinum. Quod recte intelligens Plato vult eum quidem Rectorem qui præest cõuiuio, esse sobriũ, ex cõuiuis autem ebriis ea quæ opus *Plato de legi. 1.* est diligenter inquirere. Est enim, vt est in prouerbio, in vino veritas. De quo vide Erasmum in Chiliadibus.

## De turpiloquio. Cap. VI.

[a] TVRPILOQVIO *autem seu obscœno sermone & nos omnino abstinere oportet, & eis qui illo vtuntur os obstruere, & aspectu seueriore, & vultus auersione, & subsannatione, & sæpe etiam asperiori oratione. Quæ enim, inquit, ex homine exeunt, coinquinant hominem. Communem, & ethnicum, & malitiosum, intemperantemque & petulantem eum ostendunt: non autem proprium, modestum, & honestum, & temperantem. Cùm autem turpia æquè in audiendo versentur atque in spectando, diuinus Pædagogus eadem ratione pueris luctantibus, ne aures eorum offendantur, pudicos & modestos sermones, veluti quædam aurium munimenta adhibet, ne vllo ad frangendam animam peruenire pulsatio fornicationis: oculos autem dirigit ad res pulchrarum & honestarum spectaculum, melius esse dicens labi pedibus quàm oculis.* Matth. 15. Coinquinant Græcè κοινοῖ, id est, communem reddunt.

*Nec turpem & obscœnum sermonem propulsans Apostolus: Omnis, inquit, malus sermo* Ephes. 4. *ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus. Et rursus: Sicut decet sanctos, non nominari* Ibid. 5. *vobis turpitudo, & stultiloquium, vel scurrilis vrbanitas, quæ ad rem non pertinet: sed potius gratiarum actio. Si autem qui stultum dicit fratrem, est obnoxius iudicio, quid de eo qui stulta loquitur pronunciabimus? An non etiam de eo scriptum est: Qui locu-* Matth. 5. *tus fuerit verbum ociosum, reddet rationem Domino in die iudicij? Et rursus: Ex sermone* Ibid. 12. *iustificaberis, inquit, & ex sermone tuo condemnaberis. Quænam ergo sunt salutares* Ibidem. *earum defensiones, & quænam sunt lubricorum oculorum disciplinæ? Quæ cum iustis sunt conuersationes, quæ aures præoccupant, & prius obstruunt eis, qui volunt abducere à veritate. Bonos mores perdunt praua consuetudines, inquit Poëtica. Præclarius autem Apostolus: Estote, inquit, odio habentes malum, adhærentes bono. Qui enim cum sanctis versa-* Ro. 12.

tur, sanctificabitur. Omnino ergo abstinendum est à turpibus auditionibus, & verbis, & spectaculis: sed multò magis à factis turpibus mundos esse oportet: tam in ostendendis & nudandis aliquibus partibus corporis quas non decet: quam in contemplandis secretioribus
Genes. 9. partibus. Neque enim turpem iusti denudationem in animum inducit aspicere malus filius: sed texit modestia, quod nudarat ebrietas, spectandum lapsum inscientia. Mendax autem non minus esse oportet & à vocum prolationibus, quibus nullum oportet esse admixtum ad aures eorum qui in Christum crediderunt. Hac ratione mihi videtur Pædagogus vetare quod sit indecorum & inhonestum nobis loqui permittere, longè antea nos præmunire adversus incontinentiam. Præclarè enim & mira arte solet vitiorum radices excindere: quemadmodum, Non mœchaberis, per illud: non concupisces. Adulterium enim fructus est con-
Exod. 20. Matth. 5. cupiscentiæ, quæ quidem est mala radix. Similiter ergo hic Pædagogus securam nominum licentiam, tanquam vsum reprehendit, securam intemperantiæ congressionem arguens. Se enim in nominibus insolenter gerere, facit vt meditemur inhonestè facere. In voce autem esse modestum, est seipsum exercere ad fortiter sustinendam libidinis impressionem: Profundiori autem ratione tractauimus, quòd neque in nominibus, sed neque in partibus ad coitum pertinentibus, & nuptiali congressione, in quibus imposita sunt nomina quæ vsu recepta sunt trita, eius quod verè est turpe ponitur appellatio. Nam neque genu & tibia, neque huiusmodi membra, & quæ eis imposita sunt nomina, sunt turpia, nec quæ per ea fiunt: membra autem & hominis verenda, verecundia non autem pudore & probro digna habita. Turpis autem res est, quæ sit præter leges eorum operatio, ideòque probro digna & supplicio. Turpe enim solum reuera est vitium, & quæ per ipsum aguntur. Hæc consequenter iurè vocatur turpiloquium, quæ de vitiosis factis habetur ratio, cuiusmodi est, si de adulterio vel de puerorum amore disseratur, & quæ sunt huiusmodi. Quamquam ineptæ quoque nugæ sunt silentio prætermittendæ. Ex multiloquio enim, inquit, non effu-
Prouer. 10. gies peccatum. Luet ergo pœnas linguæ vitium. Est enim tacens qui inuenietur sapiens, &
Eccles. 10. est qui odio habetur propter multam loquacitatem. Quinetiam ipse nugator affert ipsis
Ibid. 10. fastidium ac satietatem. Qui enim multiplicat sermonem, odit animam suam.

## COMMENTARIVS IN CAP. VI.

[a] A TVRPILOQVIO autem seu obscœno sermone. A vino & risu immodico sæpe deuenitur ad inuicem turpes & obscœnos, quos D. Paulus vocat turpiloquiũ. Ab eis dicit esse abstinendũ, & os esse obturandum eis qui illis vtuntur. Rationem autẽ affert quod quæ ex ore exeunt hominem coinquinant, & polluunt, & immundũ reddunt. Græcè est κοινοῖ, quod significat reddere cõmune, id est immundum. In sacris literis, quod vocabulũ existimo ex eo esse deductum, quod quæ sunt pura & mũda, sint ad vsum parata quæ cõmista poterant ea polluere, nec quidquam habent cum eis cõmune. Ea, inquit, non decent hominem cõmunem & ethnicum, &c. Cõmunem autem dicit & ethnicum eum qui nõ est vere Christianus, vt qui non vtatur ea modestia sermonis quæ decet Christianum. Cõmuni autem opponitur proprium. Habet enim fidelis mores proprios, qui nihil habent cõmune cum moribus gentiũ, & idcirco vocat propriũ. Porro autem dicit turpitudinem non solum esse in verbis, sed etiã in factis. Sunt ergo nec verba turpia audienda, nec facta spectanda. Ea de causa pueris aures obstruit Pædagogus, vt non audiant qui à veritate eos volunt abducere. Obstruit autem nõ cera, quomodo Vlysses socios ne perirẽt deliniti carminibus Syrenũ, sed virorum bonorũ adhibita cõsuetudine qui & bonos mores doceant, & quæ sunt bona & honesta eis spectanda proponãt, & deterreant ab iis videndis quæ decet videre. Noster quoque Pædagogus non satis habet prohibere vitia, quod faciebat lex vetus, ipsas etiam excindit vitiorum radices. Impudicos enim auferens sermones, aufert adulterium quod fructus concupiscentiæ. De verbis autem & factis turpibus loquenti visum est admonere, quæ ad membra & nomina quæ ad coitum pertinent, quandam habeant verecundiam, ea tamen decorum turpia, quæ sunt vitiosa, & quæ ex eis præter leges fit operatio, & turpis quæ de eis habetur oratio. Nec abstinendum est solum à turpi & obscœno sermone, qui est turpiloquium, sed etiam à
Eccles. 10. quio, in quo non deest peccatum, vt si quis lõgum protrahat sermonem de inanibus & futilibus rebus.

Quænam



### Quænam obseruare oporteat eos qui honestè simul viuunt. Cap. VII.

[a] BSIT autem, absit etiam à nobis irridere, quod dat initium contumeliæ, ex quibus erumpunt lites, pugnæ, & inimicitiæ. Diximus autem contumeliam esse ministram ebrietatis. Non ex solis autem factis, sed etiam ex verbis homo iudicatur. In conuiuio autem, inquit, ne argueris proximum, & ei opprobrij Eccles. 31.
formam ne dixeris. Si enim vel maximè cum sanctis conuersari præcipit, sanctum irridere est peccatum. Ex ore enim insipientium, inquit Scriptura, baculus contumeliæ: baculum di- Prouer. 20.
cunt, fundamentum contumeliæ, cui innititur & super quem requieuit contumelia. Vnde Ephes. 4.
admonet Apostolum, qui hic quoque suadet, neque scurrilia, neque quæ ad rem nihil pertinent, verba effundere. Si enim propter charitatem conuenitur ad conuiuia: conuiuij autem finis est, in eos qui simul beneuolentia: charitatem autem consequuntur cibus & potus, quomodo non est congruenter rationi conuiuendum, & nec propter charitatem dubitandum? Si enim conuenimus, vt mutuam quæ inter nos est beneuolentiam augeamus, quomodo inimicitias irridendo pronocamus? Satius est tacere quàm contradicere, peccatum peccato adducens. Beatus reuera vir ille est, qui non est lapsus in ore suo, vel non compunctus est in molestia Eccles. 14.
peccati, vel non est ductus pœnitentia propter ea quæ locutus peccauit: vel ideo quòd locutus nonnullam molestia affecerit. [b] In summa adolescentes & adolescentulæ ab eiusmodi conuiuiis omnino abstinent, ne labantur in iis in quibus non conuenit. Inusitatæ enim auditiones, & mirabilia spectacula, dum in eis adhuc fides fluctuat, mentes eorum euentilant: ætatis autem infirmitas eos adiuuat, vt ad cupiditates ferantur præcipites. Quinetiam nonnunquam aliis causa sunt offensionum, dum florem ætatis, qui est maximè lubricus & periculosus, ostentant. Recte enim videtur præcipere Scriptura: Cum muliere quæ est viro subiecta, ne omni- Ibidem 9.
no sedeas, & ne super cubitum cum ea accubueris: hoc est, ne cum ea frequentius cœnes, neque cum ea comedas. Et ideo subiungit: Neque cum ea in vino symbolum conferas, ne quando inclinet cor tuum in ipsam, & sanguini tuo illabatur in interitum. Lubrica enim res est, vinum libertas, quæ potest efflorescere. Viro autem subiectam nominauit, quod maius sit periculum ei qui vitæ societatis vinculum conatur dissoluere, quòd si aliqua euenerit necessitas quæ eas iubeat accedere, illæ quidem exterius amictu pulchrè tegantur, intus autem pudore. Quæcunque autem non sunt viro subiectæ, iis est extremum probrum interesse conuiuiis virorum, idque vinolentorum. [c] Qui in tori autem tabernaculum oculos fixerint, mœchi, inuixi cubitis solis adsint auribus. Quòd si etiam sederint, ne pedes sæpe permutent, nec alterum femur alteri imponant, nec manum mento sustentent. Illiberale enim est indecorum, seipsum non ferre, idque datur vitio adolescenti. Sæpe autem moueri, mutareque & figuram mutare, signum est leuitatis. Iam verò modesti est & honesti, in cibo & in potu quod minus est eligere, idque tardius & non procliuius, tam in propriis quam etiam in interuallis. Quinetiam priorem desinere, & ab affectione alienum se ostendere: Comede, inquit, vt homo, quæ apponuntur: cessa autem primus disci- Eccles. 31.
plinæ gratia. Et si in medio plurium steteris, ne ante ipsos manum porrigas. Non est ergo turpiter prosiliendum ab ingluuie persuasis? sed nec quamuis cupientes non nisi aliquando ipsi porrigere oportet, tarditate fatentes intemperantiam. Sed neque interim videri iuuat feras cibo hærere, eumque auidè arripere. Porrò autem nec obsonij multum esse comprehendum: neque enim vt obsonium deuoret, sed vt frumento vescatur innatum est homini. Ante multos autem surgere, & conuiuio excedere, est valde modesti hominis. Cùm

est, inquit, tempus surgendi, ne sis postremus, & reuertere in domum tuam. Quinetiam
Act. 6. dicebant duodecim, cum euocassent discipulorum multitudinem: Non est bonum nos vi-
licto verbo Dei, ministrare mensis. Quòd si hoc diligenter cauerunt, multò magis vita-
bant ingluuiem. [a] Hi autem ipsi Apostoli scribentes fratribus qui erant Antiochiæ, &
Act. 1. in Syria & Cilicia: Visum est, dixerunt, Spiritui sancto & nobis, nullum vobis mai-
orem onus imponere, quam necessitatem abstinendi ab immolatis, & suffocatis, & fornica-
tione, à quibus vos ipsos custodientes, rectè facietis. Oportet autem in vino petulantiam
non secus fugere quàm cicutam: ambo enim ad mortem attrahunt. [c] Oportet verò & pro-
fusum risum arcere, & immodicas lachrymas: sæpe enim temulenti cum maximum ca-
chinnum sustulerint, deinde persuasi nescio qua vini insolentia, descendunt ad lachrymas.
A ratione autem est alienum, & esse effœminatum, & esse petulantem. [d] Senes autem ado-
lescentes tanquam filios respicientes, ratissimè quidem, sed aliquando tamen cum ex ioci-
sint, falsum aliquod dictum in eos torquentes, quod eos decorum doceat. Cum tacitur-
& verecundo facetè & vrbanè potest hoc modo agere: Meus filius (de eo loquens qui ta-
cet) non cessat loqui. Adolescentis enim verecundiam augebit talis ludificatio, ipsum
ostendens quæ in eo insunt bona, per falsam insimulationem malorum quæ ei non insunt.
Est enim hæc quædam magistri docentis inuentio, per id quod non adest, id quod adest
confirmans. Certè tale quid etiam facere constituit, qui eum qui aquam bibit, & de fo-
brius & temperans, temulentum dicit esse & petulantem. Quòd si sint etiam aliqui qui
alios lubenter irrideant, nobis quidem certè tacendum est, & verba superflua tanquam
plena pocula sunt à nobis transmittenda. Lubricus enim & periculosus est eiusmodi locus.
Os autem temerarij appropinquat contritioni. Non suscipies autem inanem auditionem: ne
que cum iniusto consenties vt sis iniquus testis, neque ad calumnias, neque ad malitiam,
sed neque ad prauitatem. [e] Atque ego quidem mihi videor modestorum posse vocibus
imponere, quibus permittitur, vt qui contra disserit loquatur. Silentium enim est
mulierum: à periculo autem remotum est munus adolescentum: probata autem tam
bona est oratio. Senior loquere in conuiuio, te enim decet: sed citra impedimentum loqui,
Eccles. 32. & in perfecta scientia. [f] Adolescens, tibi quoque permittit Sapientia, loquere, sed tpe
vix cùm bis interrogatus fueris. Sermonem autem tuum paucis in summam contrahe. Vi-
que autem qui disserit, vocem suam metiatur iusta proportione & commoderatione. Etsi
enim clamor pronunciationis, est res insanissima: cum proximis autem ita loqui vt non a
diaris, eius est qui est nullo sensu præditus, neque enim audient: & est hoc quidem pessi
abiecti animi indicium, illud verò arrogantiæ. Absit etiam vehemens verborum contra
pro inani verborum victoria: nobis enim finis esse debet esse à tumultu & perturbatione alienus
hoc sibi vult illud: Pax tibi. Priusquam autem audieris, ne verbum respondeas. Lan
vox quoque fracta & eneruata est fœminæ: modesti autem est in voce moderatio, a magni
tudine simul & prolixitate celeritateque & multitudine arcentis suam orationem. Non
enim prolixo est vnquam sermone vtendum, neque multum loquendum, nec nugandum
neque volubiliter & præcipitanter colloquendum est. Ipsi enim voci (vt ita dicam) fr
suum tribuendum, importunisque vociferationibus & exclamationibus ora sunt oppo
da. Ea de causa Therſitam plagis castigauit moderatus Vlysses:

Immodicis verbis turbabat nam omnia solus:
Plurima mente sua temere is confusa tenebat,
Sed certo nihil ordine.

Terribilis enim in interitu suo vir linguosus. Nugatorum certè, non secus atque vetera
ceorum, alia quidem sunt vitio detrita: sola autem lingua restat ad damnum. Ea de cau
sa



ſa quæ vtilissima præcipit Sapientia dicens: Ne nugeris in multitudine seniorum. Eccles. 32.
Quinetiam nugas nostras radicitus excindens, à Deo incipiens, & vt moderate nos gera-
mus constituens, dicit: Sermonem ne iteraueris in oratione tua. Poppysmata autem, & sibi- Ibid. 7.
li, & ab his expressi soni, quibus accersuntur famuli, cùm sint rationis expertes significa-
tiones, ratione præditis hominibus sunt vitandi. Frequenter etiam spuere, & violentius ex-
torquere, & etiam emungere in conuiuio, vitandum est. Conuiuarum enim habenda est vi-
tandi ratio, ne præ nausea talem auersentur turpitudinem, quæ arguit intemperantiam. Non
enim sicut bobus & asinis simul est præsepe & sterquilinium: multi enim eodem tempore se
ungunt, & sternuunt, & oscitant. Sternutatio autem si cui euenerit, sicut ructus, non opor-
tebit sono ciere proximos, qui de mala educatione ferant testimonium, sed ructus quidem
cum expirato aere est transmittendus, ore decorè composito, nec instar personarum tragica-
rum adducto & hiante. Sternutationis autem qui conturbat spiritus, respiratione leniter re-
pressa & retenta leuiter est auferēdus. Hac enim ratione, quam honestissimè fieri poterit, con-
tabescat spiritus minæ intus sunt extinguendæ, prouidendo vt ita transeat, vt etiam cæteros la-
tere curetur, si vi expressus aër aliquid secum excrementum eduxerit. Arrogantiæ autem &
insolentiæ est signum, ipsis velle sonis aliquid addere, non autem detrahere. Iam verò
quos dentes scalpunt, & vlcera cruentant, tum sibiipsis sunt molesti, tum inuisi proximis.
Porrò autem auribus quoque frications, & sternutamentorum irritationes, sunt suilli pru-
ritus & confricationes, quæ intemperantem meditantur fornicationem. Fugiendæ quoque
turpitudines quæ cadunt sub aspectum, & turpes qui de eis fiunt sermones. Sit autem
pudicus quoque & compositus aspectus, collique conuersio ac motus honestus & decorus, &
modestum quoque in loquendo gestus. In summa enim, quies, pax, & tranquillitas, est Chri-
stianæ propria.

## COMMENTARIVS IN CAP. VII.

[a] Absit autem, absit etiam à nobis irridere. A turpibus & obscœnis sermonibus, & à nimia verborum ina-
nium multiplicatione sæpe oriuntur irrisiones scommata & dicteria, quæ generant contumelias, vnde
mutuæ lites, pugnæ, & inimicitiæ, quæ sunt vitandæ. Nam cum ad mutuam augendā beneuolentiā in-
stituta communia, quod est charitas, adeò vt potū & cibum præcedat charitas, conuiuendū est conue-
nientibus communibus, & non sunt irrisiones, scōmata & dicteria ita facienda, vt meritò dubitetur, sitne vlla in-
ter conuiuas beneuolentia. [b] In summa adolescentes & adolescētulæ. Adolescentes & adolescētulas vult non
admittere conuiuiis, propterea quod eorū ætas sit infirma & lubrica, & sit periculum, ne si adhuc in fide
non sint confirmati, & videant quę animos reddant dubios & instabiles, & ne corrūpantur eorum mo-
res, & præcipites ferantur ad libidines. Et puellam quidē quę nō nupsit, vult omnino abesse à conuiuio,
quia non enim esse probrum, si interfit conuiuio virorum, maximè temulentorū. Quod quidē quàm
fuerit nephas etiam apud Græcos nondum Christianos, videre licet apud Ciceronem in Verrinis. Mulie-
rem autem vino conuinctam si liceat quidem vult abesse conuiuiis: sin autem necesse habeāt accedere,
honestus sit eorū ornatus extrinsecus, pudoreq; sint velatę intrinsecus. Alioqui timendum est, ne vel
ipsi excitentur, illicientes ad adulteriū, quod est crimen maximum, vt quo violetur perpetua humanæ
societatis fides, vel offendātur, dum videndo vruntur. Maxima autem pars eorū quæ hic dicūtur sumpta
sunt ex ecclesiastico, in quo quod dixit Clemens, μηδ' ἀνεμέσητα πιεῖν μετ' αὐτῶν τὸν οἶνον, quod nos vertimus;
Neque eam in vino symbolū conferas, id est, sis à symbolis. De iis autē conuiuiis quæ symbola appel-
lant, vide Athenæum Deipnosophistam lib. 8. cap. 14. [c] Qui in vero autē. Docet quomodo se in mensa
gerere oporteat. Sciendum est autem olim ita ltratas fuisse mensas, vt lectis essent impositę, quos voca-
bant triclinia. Erant autem ij plurimū tres. Vnde & conuiuij locus dictus est Triclinium, & qui conuiuio
intererant, Architriclinus. Sustinebantur autē ij lecti tabernaculis veluti quibusdam fulcris. Erant autem
lecti ita dispositi, vt in eis partim accūberetur, prout sederetur conuiuis. Eos ergo
qui accūbunt instituit, ne vagos oculos huc & illuc circūferāt, sed innixi cubitis immobiles permaneāt,
& eis in quę dicūtur, audiendis ita se gerāt, vt videantur adesse solis auribus. Eos verò qui sedēt, vt ita se
gerant, ne possint argui leuitatis. Quomodo verò hoc fiat satis docet ipse Clemēs, nec opus est vlla
explicatione, & quæ sequūtur præcepta sunt per se facilia. In quibus hoc est præcipuè obseruandum nō
esse obsequium à nobis tanquam à bestiis deuorandum, sed ita esse comedendū, vt statuamus panem esse
proprium cibum hominis. Quod rectè intelligens Dominus noster voluit prætiosum suum corpus sub
panis specie à suis comedi. [d] His autem ipsi Apostoli scribentes. Mundorum quidem & immundorum ani-
malium differentia ab Apostolis fuit omnino sublata. Ab eis autem cautum est, vt abstineretur ab im-

molatis & suffocato. Ab immolatis quidem, ne viderentur Christiani non abhorrere abidelis & dæmoniis: A suffocato autem quod simul atq; permissum est à Deo homini vesci carnibus, ei quoque est prohibitum carne vesci cum sanguine, & ideo præceptū fuit vt effunderetur. A fornicatione quoque abstinere est præceptū, ne existimaret solū adulterium esse lege prohibitum, cùm tamen præter legem cum vxore concubitū omnis coitus sit prohibitus. Quod attinet autem ad suffocatū, exolevit hoc præceptū præterquam apud Græcos, qui adhuc hodie id obseruāt. Rectè ne an secus ipsi viderint. Oportet autem in vino petulantiam nō minus fugere quàm cicutam, ambo enim ad mortem trahunt. *Oportet verò & profusum risum arcere.* Quod Græcè est ἀκολασίαν, vertimus in vino petulantia. Est autem eiusmodi quæ à temulentis infertur contumelia, ea est æque vitanda atq; cicuta. Mortiferū venenum est cicuta. Quæ autē ex vino existit petulantia & cōtumelia, sæpe est causa mortis. In ebrietate sæpe accēdit & profusus procedens ex exultante lætitia: & modū excedentes lachrymæ obillatam in vino cicutam. Nam risus quidē maxima ex parte oritur ex gaudio, cui causam dat vini potio: lachrymæ autem ex dolore. Sæpe autē contingit vt extrema gaudij luctus occupet. Sæpe verò visu venit, vt vinolētis euenientibus lachrymis, imò verò ipsæ etiam lachrymæ eis sint iucundæ, quòd maximè inuenerint ebrij, si copiosius effundant in cerebro redundantem humoris copiam. Vtrumq; autem est vitandū & qui sequitur rationem, nempe risus & lachrymæ. Nam risus quidem arguit petulantiā, lachrymæ verò mollitiem, & effœminationem. *Celius Rhodig. lib. 11. cap. 4.*

[a] *Senes autem adolescentes.* Senes quidem maxime decet grauitas: possunt tamen nonnunquam cum iuuenibus ludere, vtendo dictis salsis & vrbanis, per quandam veluti ironiam, significantes contrariū eorum quæ dicunt. Cum iis qui delectantur irrisionibus & scommatibus non est contendendum, sed silendum, & verba superflua tanquam plena pocula sunt trāsmittenda. Significat autem huiusmodi ludibria & scommata esse nihili facienda & prætermittenda, neque pro re ferenda, sed contemnenda. Videtur autem alludere ad quendam ludum qui fiebat in conuiuiis, & cōpotationibus, vt significat id quod sequitur. Lubricus & periculosus est huiusmodi ludus. Sed quoniam esset is ludus non possum statuere, vt qui de eo nihil legerim. Neq; enim ad Cotonismos & Cottabos, de quibus Athenæus, is potest reduci. Erat quidem is ad quem alludit, ludus lubricus & periculosus. Sed multo est periculosior qui in scommatibus & ludibriis alternatim iaciendis exercetur ludus. Ob eam temerarij appropinquat contritioni: id est, vt conīcio; Qui est temerarius, facile impellitur ad dictum aliquod afferendum. Non solum autem peccatur in scommatibus, & dicteriis vltro citroq; iaciendis, sed etiam in iis audiendis quæ dicuntur à viris iniquis, & iis assentiendo, siue calumniemur aliis alios maledictis insectentur, & de iis detrahant: siue in aliorum perniciem aliquid moliantur. *Amen ego quidē mihi videor.* A modesto in loquendo hic modus est seruandus, vt non perpetuo loquamur, sed inquendi vicem permittet ei qui cum eo tulisserit. Mulieris virtus est silentium. Pulchrè enim Sophocles ἀνδρὸς γυναικὸς κόσμον ἡ σιγὴ φέρει. Sile ô mulier, mulieri decus affert silentium. Adolescentem autem non solum decet silere, sed etiam silentiū eum remouet à periculis, in quæ eum conīcit lingua nimis effrenata. Eum demum decet loqui cui ætas est matura & probata. Neque tamen eum decebit loqui, si lingua effrænata, etsi non sint eius verba sapientia. [b] *Adolescentibus quoque permittit sapientia.* Adolescenti non est loquendum, nisi sit interrogatus, & eius sermonem oportet esse breuem. Quod autem dicit Græco εἰ χρεία τε, quod vertimus, Si te opus sit, significantius dicit latina versio: In tus causa. [c] *Verùm autem qui dixerit, vocem suam metiatur.* Docet Clemens qualem loquentis oporteat esse vocem: nempe neque omnino clatam, ne videatur arrogans qui loquitur: neque nimis submissam, ne non audiatur quod dicitur. Pusillum enim arguit animum vox nimis submissa: superbum autem & arrogantem nimis alta. Sed neque de inani vocis victoria est contendendum, cùm Christianorum hic vnus debeat esse finis & scopus, vt sint inter eos omnia pacata, quieta & tranquilla. Nam & in salutationibus olim pacem præcabantur Iudæi: & Christus in salutando nullum aliud vsurpauit lubentius vocabulū quam pacem, vt cùm dicit. Pax vobis: quo & hic à vitiis & animi perturbationibus oprat quietem & tranquillitatem, & post excessum æternam quietem & tranquillitatem, quam tum demū assequemur cum summæ Trinitatis fruemur visione, quæ sola est quæ à nobis optatur fœlicitas. Oportet ergo à nostro sermone esse contentionem, clamorem, vociferationem & confusionem. Sed neque est nugandum, sed loquendum de rebus seriis, grauibus & honestis: neque eiusdem rei frequenti vtendum est repetitione. Vtendum est etiam opera, vt cum simus ratione prediti, ne vtamur iis vocibus quæ sunt alienæ à ratione, vt sunt Poppysmatibus, sibillis, & aliis sonis, sed eo sermone qui originem ducit à ratione. Appositè autem assimilat hominem verbosum & loquacem calceis detritis, quibus nihil restat præter linguam quæ etiam dicitur lingula. Nam & tarum est vt qui verbis abundant, bonis vtantur actionibus, & certum est ipsa dicit sapientia, in multiloquio non deesse peccatum. Sola ergo lingua eis restat ad malum.

## An vnguentis & coronis sit vtendum. CAP. VIII.

CORONARVM [a] *autem & vnguentorum vsus non est nobis necessarius ad libidines enim & voluptates impellunt, maximè cum nox propè est. Sic quod cùm vnguenti alabastrum ad sanctam cœnam mulier attulisset, vnxerit pedes Domini, & eum terserit. Scio etiam veteres Hebræorum reges auro & lapide precioso ornata gestasse diademata. Sed mulier quidem Verbi nondum facta particeps: erat enim adhuc peccatrix. Eo autem quod apud se pulcherrimum existimabat, nempe* Luc. 7.



*nempe vnguento, honorauit Dominum, atque etiam ornamento corporis, nempe capillis suis, asseruit vnguentum quod redundabat, libans Domino lachrymas pœnitentiæ: propterea eius remissa sunt peccata. Potest autem hoc esse symbolum doctrinæ Domini & eius passionis: pedes enim qui vnguntur vnguento odorifero, doctrinam diuinam significant, quæ cum insigni gloria orbem terræ peruadit. Exijt enim sonus eorum in fines terræ; at-* Psal. 18. Rom. 10.
*que ego, si non nimis videor importunus, pedes Domini sunt Apostoli prophetia delibuti, ego suauolentis vnguenti, sancti scilicet spiritus sunt participes. Itaque Apostoli, qui vniuersum orbem terræ obierunt, & Euangelium prædicarunt, per allegoriam dicuntur pedes Domini, de quibus per Psalmographum quoque prædicit Dominus: Adoremus in loco* Psal. 131.
*vbi steterunt pedes eius; hoc est, quò pedes eius peruenerunt, Apostoli, per quos prædicatio venit ad fines terræ. Lachrymæ autem sunt pœnitentia: & soluti capilli prædicabant libertatem à nimio amore superflui ornatus, & quæ cum prædicatione propter Dominum suscipienda erat, afflictionem in tolerantia, veteri illa per nouam fidem soluta vana gloria. Sed & Domini significant passionem: mysticè sic intelligentibus, oleum est ipse Dominus, à quo ad nos peruenit misericordia. Vnguentum autem, adulterinum inquam oleum est Iudas proditor, quo pedes vnctus est Dominus, dum à conuersatione in mundo liberatur: vnguntur enim mortui. Lachrymæ autem sumus peccatores, qui in ipsum credimus, quibus peccata remissa sunt. Et capilli soluti, flens est Hierusalem, quæ inuncta fuerat, propter quam propheticæ fugerunt lamentationes. Nos autem docebit ipse Dominus Iudam esse falsum & adulterinum: Qui intinxerit mecum, dicens, in catinum, hic me tradet.* Matth. 26.
*Vidit enim eum dolosum. Hic ipse Iudas osculo prodidit Dominum: fuit enim idem hypocrita & simulator, fraudulentumque ac dolosum habens osculum, alium veterem imitans hypocritam, & populum illum arguens propter quem dictum est: Hic populus labijs* Esaiæ 29.
*me honorat, cor autem eorum longè est à me. Est ergo satis probabile, ipsum significare oleum quidem, vt discipulum qui consecutus fuit misericordiam. Fraudulentum autem vtpote venenatum, oleum venenatum. Hoc ergo erat quod prædicebant pedes oleo delibuti, Iudæ nempe proditionem, cùm Dominus pergeret ad passionem. Quinetiam Seruator lauans pedes discipulorum, mittens ipsos ad bonas honestas actiones, eorum ingressum ad beneficia veniam significauit, quæ decora & pura erant propria potestate præparans: ita fragrantem vnguentum, & suauis odoris opus ad omnes perueniens ab ijs est celebratum. Domino enim passio nos quidem bono odore repleuit, Hebræos verò peccato. Hoc apertissimè* 2. Cor. 2.
*docebit Apostolus, dicens: Deo gratia, qui nos facit semper triumphare in Christo, & sui cognitionis per nos manifestat in omni loco, quoniam Domini bonus odor sumus in ijs qui salui fiunt, & in ijs qui pereunt: his quidem odor ex morte in mortem, illis verò odor ex vita in vitam.* [b] *Porrò autem reges Iudæorum auro & gemmis & compositaria corona vtentes, Christi, Christum in capite symbolicè gestantes, imprudentes corporis Domini ornabantur. Lapis quidem certè precious vel margarita, vel Smaragdus, quem Verbum significat. Aurum autem rursus est ipsum Verbum ab interitu alienum,* Matth. 2.
*quod minimè suscipit rubiginem corruptionis. Atque ipsi quidem nato aurum obtulerunt Magi, quod est regni symbolum; manet autem hæc corona immortalis ad aduentum Domini: non enim veluti flos flaccescit. Iam verò nouit etiam quæ dixerit Aristippus Cyrenæus. Molli ac luxuriosæ vitæ erat deditus Aristippus: is eiusmodi sententiam proponebat orationem: Equus qui vnguento vngitur, in equi virtute non delibutur, nec canis vnguento delibutus in virtute canis. Ergo, nec homo, subiunxit: & delibutur. Sed equo quidem & cani nulla est vnguenti ratio: quibus autem est sensus ratione magis præditus, is vsus est magis vituperandus, vt quibus puellares inferantur odores.*

[c] *Horum autem vnguentorum sunt infinitæ differentiæ: Brenthium, Megalium, & Pergium, Plangonium, & Psagdæ Ægyptiæ. Simonides autem in Iambis non vereatur dicere:*

Vngebar vnguentis atque suffitibus,
Et bacchari: mercator nam quidam aderat.

*Porrò autem conficiunt etiam vnguentum ex liliis, & ligustro, & Nardus apud eos est maximo precio: vnguentum quoque ex rosis, & alia quibus vtuntur mulieres, & humida & sicca, & quæ insperguntur vnguenta, & quibus fiunt suffitus: ab eis enim undique exeogitantur, vt inexplebilem voluptatis cupiditatem boni odoris insatiabilitate: quam obrem ineptam quandam redolent imperitiam bonique & honesti negligentiam. Atque* ἐπιμεγεθεία. *quidem & sua vestimenta, & vestes stragulas, vestisque suas suffiumigant & aspergunt, adeo vel ipsas propemodum matulas olere cogunt vnguenti delitiæ. Quamobrem recte mihi videntur nonnulli, cùm ægreferrent tantum studij in vnguenta conferri, vt virilitatem ipsam effœminarent, & eorum artifices, nempe vnguentarios, à ciuitatibus quæ bonis legibus & institutis reguntur expellere, atque adeo ipsos etiam lanarum floridarum infectores. Nefas est enim vestes dolosas & vnguenta in ciuitatem veritatis ingredi.* [d] *Oportet autem vos in primis apud nos non olere vnguenta, sed vitæ probitatem. Spiret autem fœmina Christum, qui est regalis vnctio, non vnguenta & diapasmata: diuina autem semper vnguatur pulchra vnctione, sancto delectata vnguento, nempe spiritu. Hanc suauis odoris vnctionem nonnullis notis suis Christus comparat, ex aromatibus cælestibus hoc vnguentum componens. Hinc* παρὰ τὸν χρῖσμα, *autem vnguento ipse quoque Dominus vngitur, sicut per Dauid meminit: Propterea vnxit indicatum est. te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis. Myrrha, & stacte, & casia a vestimentis tuis.* [e] *Cæterùm ne fortè sicut vultures vnguenta abhorreamus, aut sicut scarabæi* Psal. 44. *enim rosaceo vnguento delibutos mori inquiunt) pauca quædam ex his vnguentis sumpta damna fœminis, quæ veternum & torporem non inducant marito. Nam qui modum tenerant, vsus vnguentorum, iusta redolere potius quæ fiunt mortuis, quàm familiares consuetudinem. Quanquam ipsum quoque oleum apibus & insectis est inimicum, veram prodest nonnullis hominibus, nonnullos autem ad pugnam excitat, & qui prius erant ad id vnctos in stadio eò deducit, vt omni contentione omnibusque viribus in certamine depugnent. Vnguentum autem, cùm sit molle oleum, non existimatis generosos mores posse effœminare. Quemadmodum autem delitias à gustu amouimus, ita certe à visu & odoratu sensum illum voluptatem amandamus, ne quam fugauimus intemperantiam, per sensus, tanquam portas quibus desunt custodes, ei imprudentes in animam aditum patefaciamus. Quod si quis odoris suffitum, pontificem magnum, nempe Dominum dicant Deo offerre, ne id esse sacrificium & suauis odoris suffitum intelligant, sed gratam & acceptam charitatem, spiritalem scilicet odoris suauitatem, Dominum altari offerre accipiant.* [f] *Sufficit itaque nobis oleum & ad superficiem cutis pinguefaciendam, neruosque relaxandos, & ad corporis uiorem reprimendum odorem, si etiam oleo ad hoc opus habeamus. Suauis autem odor dium, est esca ocij & mollitiei, quæ ad libidinosam & intemperantem cupiditatem pellit attrahit. Qui est enim intemperans, vndique ducitur ac trahitur, & à cibo, & à structu conuersatione, & ab auribus, & ab oculis, & à genis, atque adeo etiam à naribus. Etenim ues annulis & fumibus, ita etiam intemperans suffitibus, & vnguentis, & suauis coronarum odoribus trahitur.* [g] *Quoniam autem voluptati nihil loci tribuimus, vt quæ nullum vsum qui vitæ conferat sit contexta, age hic quoque distinguamus, & id quod est vtile. Sunt enim suaues quidam odores, qui neque veternum & torporem riunt, neque ad amores impellunt, neque impudicam coniunctionem & meretricium*



*dorum redolent, sed sunt salubres vnà cum temperantia, & alunt quidem cerebrum quando malè fuerit affectum, & ventriculum corroborant. Multùm ergo abest, vt oporteat refrigerare floribus, quando quis vult neruos leues agilesque reddere. Non est enim vsus omnino expellendus, sed vnguento tanquam medicamento & auxilio est vtendum, & ad vires languentes excitandas, & ad catarrhos, & refrigerationes, & ad fastidium. Quemadmodum alicubi quoque dicit Comicus: Vnguentis manus vngitur quod sanitatis est pars maxima, vt cerebri bonos odores faciat. Quinetiam pedum, per vnctionem eorum quæ calefaciunt aut refrigerant, exercetur fricatio vtilitatis gratia: vt sciamus ij qui sunt repleti in capite, fiat quædam attractio & diuersio ad corporis partes quæ sunt minus principales. Voluptas autem, cui nulla accedit vtilitas, meretriciorum morum est opprobrium, & medicamentum irritationum. Omnino autem multùm differt vngi vnguento, hoc est, vnguento esse delibutum, ab eo quod est vngi vnguento: illud enim est effœminatorum: vngi autem vnguento nonnunquam est vtile. Aristippus itaque Philosophus cùm vnguento esset vnctus, dicebat, Cinædos esse malos malè perdendos, qui vt vnguenti vtilitas malè audiret, effecerant. Honora autem medicum propter eius vtilitatem, ait Scriptura: ipsum enim creauit Altissimus. A Domino autem est medicina. Deinde* Eccles. 38. *subiungit: Et vnguentarius faciet mixtionem; videlicet quòd data sint vnguenta ad vtilitatem, non autem ad suauem sensuum titillationem. In vnguentorum enim incitamentis nequaquam ponendum est studium, sed est id quod est in eis vtile eligendum, cùm etiam Deus hominibus oleum nasci permiserit ad leuandos labores.* [h] *Desipientes autem mulieres, quæ tamen quidem tingunt, capillos autem vngunt, celerius canescunt propter aromata deficcata. Quocirca sunt etiam qui vnguntur sicciores: facit autem siccitas caniores. Siue enim canities est pilorum exsiccatio, siue defectus caloris, siccitate ebibente humorem proprium nutrimentum pilorum, & canos efficiente, quomodo iure vnguenta adhuc amauerunt propter quæ cani euadimus, qui canos fugimus? Quomodo autem canes qui sunt saturi naribus, feras odore inuestigant; ita qui sunt moderati & temperantes nimis curiosa odorum fragrantia, venantur intemperantes.* [i] *Talis quoque effluxit coronarum vsus, comparatus ad comessationem, & ad eam quæ est in vino proteruiam & insolentiam. Ne mihi quæso corona cinxeris. Ver est. In roscidis pratis & mollibus variisque germinantibus floribus pulchrum est degere, natiua & sincera odoris suauitate apum ritu fruentes. Ex floribus autem prato contextam coronam pro ornamento domi circumferre non est modestorum hominum. Non enim rosarum baccis, vel violis, vel liliis, vel aliquibus alijs eiusmodi sertilibus floribus, comam quæ ad vinolentam petulantiam, conuenit contegere florentem reddentem colorem. Alioqui etiam comam refrigerat circumposita corona, tum propter humiditatem, tum propter frigiditatem. Ea de causa medicicum per diligentem naturæ contemplationem cerebrum cognoscunt esse frigidum, pectora esse vnguenda sentiunt & supremas partes, vt sensim transiens calida exhalatio, eius frigiditatem recte possit fouere. Longè enim abest vt id sit refrigerandum floribus. Ad hæc accedit, quòd florum quoque perdunt delectationem ij qui sunt coronati. Visu enim non fruuntur qui habent coronam reuinctam supercilio. Sed neque odoris suauitate, cùm instrumentis respiratoris sint eis flores superiores. Cum enim secundum naturam odor sursum emittatur & exhaletur, supra caput respiratur, nulla fructur delectatione, cùm suauitas odoris abripiatur. Sicut ergo pulchritudo, ita etiam flos delectat dum videtur, & oportet nos eorum quæ sunt pulchra aspectu fruentes, laude & gloria afficere opificem. Visus autem eorum est noxius, & celeriter præterit, pœnamque supplicio affectus. Statim autem probatur eorum vitæ breuitas: ambo enim flaccescunt, & flos, & pulchritudo. Cæterùm eos qui ea contrectant, ille quidem refrigerat*

hæc verò incendit & inflammat. Vt vno autem verbo absoluam, qui præter abusum eorum persequitur, petulantia est & iniuria, non autem delectatio. Oblectari autem
1.Cor.11. nos honestè oportet tanquam in paradiso, Scripturam verè sequentes. Mulieris quidem corona vir est existimandus, viri autem matrimonium, matrimonij autem flores, liberum liberi, quos quidem carnalium pratorum diuinus colligit agricola. Senum autem
Prouer. 17. coronæ sunt filiorum filij: filius autem corona, inquit, sunt patres. Nobis Pater vniuersorum
Matth.23. & vniuersæ Ecclesiæ corona est Christus.[k] Quomodo autem radices & herbæ, item flores proprias habent qualitates: & has quidem viles, illas verò noxias, alias autem ridiculosas. Hedera itaque refrigerat: nux autem emittit spiritum qui torporem inducit,
Νὺξ παρὰ Græcè ἀπὸ τῆ νάρκη, hoc est à torpore aut grauedine. & veternum, vt vel ipsa nominis ostendit etymologia. Narcissus verò flos est grauis odoris: id autem arguit nominis appellatio, vt qui neruis νάρκωσιν, hoc est, torporem affert. Rosarum autem & violarum qui emittuntur odores, cùm sint modicè frigidi, grauedinem capitis comprimunt, & coërcent. Nobis autem non solùm simul inebriari, sed ne meros quidem vti permissum est. Quinetiam crocus & flos ligustri in somnum minimè molestum ducunt. Porrò autem multi ex iis cerebrum quod est natura frigidum suis fouent odoribus,
ῥόδον ἀπὸ τῆ ῥεῖν τὰ ὑγρὰ, hoc est à fluxu odoris. dum excrementa cerebri attenuant & comminuunt. Hinc etiam dicunt rosam ῥόδον nominatam, quòd odoris plurimum fluxum emittat, & ideo citò marcescit.[l] Certum est
ἄνθη ἀπὸ τῆ ἀνθεῖν. apud antiquos quidem Græcos fuit vllus adhuc coronarum vsus. Neque enim prisci illi qui luxuriosam vitam agebant Pheaces eis vsi sunt. In certaminibus autem primus fuit
ἀγωνοθετικὸς στέφανος. num Athletarum, secundo autem excitatio, tertiò foliorum sparsio, vltima autem fuit corona, cùm Græciæ post tempora Medica, magna ad delitias facta esset accessio. Quæ à Verbo ita instituuntur, à coronis arcentur, nec existimant rationem esse à se abigendam quæ sita est in cerebro: non quòd conuiuialis per vinum petulantiæ corona sit symbolum, sed quòd ea dedicata sit idolis. Sophocles certè Narcissum antiquam magnorum deorum coronam appellauit, id dicens de terrestribus: Sappho autem musas coronat rosa. Nec es rosarum Pieriarum particeps. Iunonem autem dicunt delectari lilio, & Dianam vitho. Etsi enim flores quidem maximè facti sunt propter hominem, eos tamen cùm sibi accepissent, non ad proprium vsum, quo grato animo vti poterant, sed in ingratum erga Verbum dæmonum abusi sunt. Ab eis ergo abstinendum est propter conscientiam. A talium autem & negotio remotæ cognitiæ signum est corona. Qua de causa mortuos quoque coronant, quo nomine ve ipsa suo testimonio idola mortua esse asserunt: qui enim bacchantur nec absque coronis orgia sua celebrant: postquam autem flores circumposuerint, perinde mirandum in modum incendantur. Cum dæmonibus nullo modo est communicandum, nec viua Dei imago mortuorum simulachrorum instar est coronanda. Pulchra enim
2. Cor. 6. ἀμάραντος & amarantum florem. & immarcessibilem significat. Matth. 27. Ephes. 5. ranti corona ei est reposita qui se rectè gesserit. Hunc florem terra ferre non potest: solummodo cum potest producere.[m] Ad hæc accedit quod est alienum à ratione, vt quæ dicimus Dominum spinis fuisse coronatum, ipsi venerabili Domini passioni per hæc insultantes habeamus capita redimita floribus. Domini enim corona nos propterea significabat: qui fuimus aliquando infrugiferi, qui circa illum positi fuimus per Ecclesiam. Ius ipse est caput. Quinetiam est typus fidei. Vitæ quidem, propter ligni substantiam: vitæ autem, propter coronæ appellationem: periculi verò, propter spinam: neque enim sanguinem licet ad Verbum accedere. Contexta autem corona marcescit, & prætextum perplexum serum dissoluitur, & flos exsiccatur. Marcessit enim gloria eorum quos mino minimè crediderunt. In altum autem elatum Iesum coronauerunt, suam ipsorum insciitiam. Hac enim ipsa de causa cum sint duro corde, sapienter prolatam non intelligunt prophetiam, quam ipsi appellant Domini probrum & contumeliam. Non cognoscunt



miserum populus qui aberrauit: ratione ac consideratione minimè fuit circumeisus: non seruant eius illuminatæ tenebræ: non nouit Deum: negauit Dominum: verum esse Israëlem verbalis: Deum est persecutus: Verbum sperauit afficere contumelia: & quem tanquam maleficum crucifixit, tanquam regem coronauit. Quapropter in quem hominem non credidenunt, benignum & hominum amatorem Deum Dominum agnouerunt, & iustum. Quem ipsi exacerbauerunt vt se Dominum ostenderet, hoc de eo in altum sublato testati sunt, diadema iustitiæ ei super omne nomen exaltato appendentes, per spinam semper florentem. Hoc diadema inimicum ijs qui insidiantur eos prohibet: ijs autem qui in Ecclesia simul versantur, amicum, eos circumsepit & munit. Hæc corona est flos eorum qui crediderunt in eum qui fuit glorificatus, cruentat autem & castigat eos qui non crediderunt. Porrò autem hoc quoque signum est rei à Domino bene gestæ, cùm ipse suo capite & principe parte corpora omnia mala nostra portarit, per quæ pungebamur. Nam cùm ipse ab offensionibus & peccatis, & eiusmodi spinis, nos propria passione liberauisset, diabolumque infirmasset & aboleuisset, glorians meritò dixit: Vbi est, ô mors tuus stimulus? Atque nos Hebr. 2. eadem vnus ex spinis colligimus, & ficus ex rubis: illi autem consauciantur ac laniantur, 1.Cor.15. ad quos manus extendit, nempe ad populum infidelem & infrugiferum. Possem aliud quoque tibi mysticum dicere. Nam cum omnipotens vniuersorum Dominus, quando cœpit Exod.3. per Verbum legem ferre, & Moysi suam potentiam voluit manifestare, ei diuina ostendit Lucis Græcè est quæ, quod & lux est & lumen. ipse visio formata luce in rubo ardente. Est autem rubus planta spinosa. Postquam autem Verbum legem ferre & cum hominibus versari desiit, mysticè rursus Dominus coronatur, hinc illuc vnde descenderat abiens, veteris descensus initium instaurans, & denuo veluti* in summam redigens, vt quod primum per rubum Verbum visum fuerat, ἀνακεφαλαιώσασθαι. per spinam rursus assumptum ostenderet omnia esse vnius potentiæ, cùm sit vnus, & idipsum. Pater qui vnus est, Filius, principium & finis seculi.[n] Sed digressus sum à pædagogico ad id genus orationis quod versatur in dogmatibus: rursus ergo reuertor ad propositum. Quod ergo loco medicamenti, curationis gratia, & nonnunquam etiam moderatæ recreationis, non reijcienda quæ ex odoribus sentitur oblectatio, & quæ ex vnguentis & suffitibus accipitur vtilitas, ostendimus. Quòd si dixerint aliqui, quænam est ergo amplius florum gratia qui ea non vtuntur? Sciant ex eis quoque componi vnguenta, eáque esse admodum vtilia. Crocum quidem componitur ex liliis & lirinis. Est autem calefaciens, aperiens, attrahens, mollefiens, abstergens, subtilium tenuiumque partium, bilem mouens, molliens. Narcissinum autem, quod componitur ex Narcisso, æquè iuuat ac Susinum. Myrsinum verò, quod habet ex myrto & myrsine, est constipans: qui autem ex corpore emittuntur odores, coërcendo continet. Quod autem est ex rosis, est refrigerans. In summa enim, ea sunt fabricata, ad quos vtamur. Exaudite me, inquit, & tanquam rosa plantata in fluentis aquarum germinate. Tanquam Libanus suauem odorem emittite, & benedicite Dominum in operibus eius. Eccles.39.

De his autem multa dici possent, cùm nos flores & aromata ad necessarias vtilitates, non ad deliciarum insolentiam facta esse dicamus. Quòd si est etiam aliquid concedendum, odore florum vti sufficit: nequaquam autem coronentur. Hominis enim curam gerit Deus, & ei soli suam præbet artem propriam. Dicit itaque Scriptura: Aqua & ignis, & Ibidem. ferrum, & lac similia frumenti, & mel, sanguis vuæ, & oleum, & vestis, hæc omnia piis sunt ad bona.

## COMMENTARIVS IN CAP. VIII.

CORONARVM autem & vnguentorum vsus. Clementis scopus est in hoc capite ostendere coronarum & vnguentorum vsum non esse necessarium. Quod si aliquando iis sit vtendum, vtendum esse non voluptatem sed ad vtilitatem. Docet itaque quænam sint eorum commoda & incommoda. Sed quo-

niam vnguentorũ & coronarum vſus ex eo maximè videbatur commendandus, quod mulier in fœda cœna, nẽpe in qua erat Iesus noster Domin⁹, vnguẽto Iesu pedes vnxerit, & suis capillis terserit, & quod reges Israëlitici splendidis & magnificis olim redimiti essent coronis, is vtrũq; reducit ad sensum mysticum & allegoricũ. Atque primum quidem dicit de muliere, non ideo esse magnificiendum vnguentum quod ipsa eo vſa sit, eo enim vſa est cũ esset adhuc peccatrix, nec verbi fuisset particeps, nec Iesum magnifeciſſe eius vnguentũ, sed quod id obtulisset quod apud se erat, vt putabat, optimũ & prætiosissimũ, & quod anteactæ vitæ ducta esset pœnitentia, propter quam peccatorum veniam est allecuta. Deinde sensum veniens allegoricũ, eum variè tractat. Primum enim dicit, pedes Domini vnguento perfusos significare Christi doctrinã, per totum orbem terrarum dispersam. Deinde eosdẽ pedes Domini vnguento delibutos significare Apostolos, qui sancti Spiritus accepta vnctione, totũ orbem obierunt Euangelio prædicantes, & bonum sanctæ doctrinæ odorem longè latèque dispergentes. Illic enim adorat ut Dominus vbi fuerunt eius pedes qui eum annunciarũt, nempe missi ab eo Apostoli. Porro autẽ lachrymæ significant pœnitentiã, & Hierusalẽ lachrymantem. Soluti vero capilli veteris inanis gloriæ accepta fide abiectionẽ. Oleũ verò significat ipsum Christum, Oleum enim effusum est nomen eius, & Christi misericordiã, quam etiam adeptus est Iudas, tanquam discipulus: & est oleum quidem purum, vt quod non sit permistũ. Vnguentũ autem, vt quod sit permistũ & venenatum, & ita adulterinũ, ludens significat proditorem, cui similis fuit antiquus ille populus qui labiis tantum Deum non corde honorabat. Ita significat etiam vnguentũ illud Christi passionẽ, vnguntur enim mortui, & vnctus fuit Christus in sepulchro conditus. Fuit autẽ Christus passus credentibus quidẽ odor vitæ ad vitam, non credentibus autem odor mortis ad mortem. Nam quæ ex passione percipitur vtilitatem non consequitur, qui oblatam non cognoscit beneficiũ: fide autem agnoscitur, quæ efficit vt Christi passionem sentiamus, & intelligamus vitam nobis dare & salutẽ, qui est odor suauissimus. Qui autem non credunt, bonũ Christi mortem tanquã scarabei abhorrent & fugiunt, & salutarẽ & vitalem mortem auersantes, æternam mortem sibi acciersunt, qua nihil est magis tetrũ, nihil magis abominandum. Et hic est quidẽ sensus mysticus & allegoricus mulieris peccatricis quæ Christi pedes vnguẽto vnxit & abstersit. Nũc videamus de coronis regum Israëliticorum. ⁸ *Porro autem reges Iudæorum.* Non ideo magnificiendus est vnguentũ vſus, quod eis magnificis & prætiosis vterentur reges Iudeorũ. Sed est magnificiendũ quod ab eo significatur. Atq; Reges quidem vt qui essent vncti, & ideo dicerentur Christi, symbolicè significabant Christũ, de quo dicit Psalmographus. Vnxit te Deus tuus oleo lætitiæ: vnctus autẽ fuit Christus, vt esset & Rex & Sacerdos: vnctus autem fuit non oleo quod cadit sub sensum, sed Spiritu sancto qui eo quoq; dicitur, vnctio. Quam quidem vnctionem dicit Ioannes Christi discipulos habere à sancto & ab illos docere omnia. Suos enim electos nõ multis laboribus & vigiliis, sed sola spiritus vnctione adiuuat qua eos impertiit. Ij ergo Reges vt qui essent Christi, id est vncti, Christũ in captie gestabant significatum. Chrismã enim quo erant vncti, Christũ significabant, & dum coronam gestabant in capite, nihil aliud quã uertebant se ornari Christi capite. Erat enim eorũ corona ex iis cõposita quæ ipsius Christi capitis significabant. Nã cum in vno & eodem subiecto, seu mauis supposito, Christus sit Deus & homo, Verbum quam carne tectũ, Verbum quod est Christi caput, vt quod sit præcipuũ, significatur per coronã. Ex quidẽ materiæ ex quibus regia cõstat corona, nempe lapides prætiosi, margaritæ & Smaragdi virtutis significant. Aurũ quoque duabus de causis id significat, & quod in aurum nulla cadat corruptio & rubigo, ritus, neq; id vllam vnquam contrahat rubiginem, neque vllo deteratur vſu, & quod id sit regi simillimum. Vnde, etiam ex tribus muneribus quæ nato Christo Magi obtulerunt, vnum fuit aurum: quod significabant se eum adorare vt Regem. Porrò autem ipsa quoque corona quæ cõstabat ex auro & lapidibus prætiosis, & non facilè interibat, vt marcescũt coronæ quæ cõstant ex floribus, præ se ferebant quandam imaginẽ Domini qui est immortalis. Hoc ergo significabat & chrisma & corona regũ Iudeorum. Hi erant Christi, & symbolicè ipsum Christum, qui verè & per *ἀντονομασίαν* est Christus, significabant. Sed nõ ex eo sequitur vnguentorũ & coronarum vſum esse cõplectendum & magni æstimandũ. Sumitur eo quod sophistica sua oratione concludebat Aristippus, virtuti hominis nõ magis nocere vnguenta quam virtuti equi & canis. Ad quod respõdet Clemens, equo & cani nõ adesse rationem, qua vnguenta discernant & diiudicent: sed qui est eo sensu præditus vt possit ratione vnguenta discernere, illi non vſum eo magis vituperare quod ad eũ puellares odores, id est, qui puellis cõueniunt, deferuntur. Nam enim à viris ratione præditis vituperãtur vnguẽta quæ sunt vtilia, de quibus dicet postea, sed quæ ptati seruiũt & effœminãt, & sunt puellis aptiora quã viris. Quod autem dicit de Aristippo Philosophi molli & delicato, & qui summũ bonũ cõstituebat in voluptate, sumpsit ex Diogene Laërtio in vita Aristippi, qui de eo sic scribit, cadẽ quidem sententia, sed verbis parũ mutatis. Charondæ autem, vt alii dicunt Phædoni, qui dixerat; Quis est vnguentis delibutus? Ego, inquit, infœlix, & me infestus. Persarũ: sed vide ne sicut aliorum animantiũ nullum ex eo fit aliquid deterius, ita nec homo. Multi pereant Cinædi qui pulchrum & bonum nobis vnguentum vituperant. Hæc Aristippus. Quamtem sint hæc voluptaria & effœminantia vnguenta statim subiungit Clemens. ⁹ *Horum autẽ vnguentorum.* Ex multis generibus vnguentorũ pauca enumerat, sed quæ fere exoleuerant omnia. De vnguentis vide Dioscoridẽ lib. 10. cap. 5. Plinium lib. 13. cap. 5. & Athenæum lib. xv. cap. xiiij. & xv. qui cæteros authores qui Brenthij meminerunt. Baccharẽ autem & vnguentum dicit fuisse, & aliud, nẽpe ex herbam iplam ex qua cõponitur. Megalini autem inuentorem dicit fuisse Megalum, vt nõnulli Siculũ, vt alij Athenieẽsem. Quænam autem fuerit eius compositio docet Dioscorides, licet ipse de re id iam exoleuisset. Plangoniũ tantum nominatur, sed quale fuerit à nullo quod sciã dicitur. De vero Ægyptia citantur authores qui eius meminerunt. Basilici autẽ seu regalis vnguenti cõfectio affertur à Plinio lib. 13 cap. 1. Describitur etiam à medicis Basilicũ, quod emplastrum vocat Crinitus. Ex liliis etiã & rosis conficiuntur vnguenta. Conficitur etiam vnguentum ex ligustro, quod vocant

*Cantic. 1.*

*Psalm. 44.*



*κύπρος*, eius compositionem vide apud Dioscoridem. Quãtus autem esset olim vnguentorũ lusus maximè apud mulieres, pulchrè quidẽ Plinius in 2. cap. lib. 13. sed nemo melius expressit quam noster Clemens, qui ipsas etiam matulas apud eas dicit vnguenta redolere. Hoc tantũ vnguentorũ studium vocat Clemens *ἀνοησίαν*, id est, agrestẽ quandã imperitiem bonique & honesti negligẽtiam: est enim illud rusticum & ineptum eum quem decet non seruare modũ. Quænam autem ciuitates vnguenta vrbium ornamenta artifices, floridarumque lanarum infectores expulerint, non satis memini, sed bene memini quod scripsit Plinius in libro quẽ diximus. Certũ est Antiocho rege Asiaque deuictis vrbis, anno urbis conditæ quod scripsit Plinius in libro quẽ diximus. Certũ est Antiocho rege Asiaque deuictis vrbis, anno septingentesimo lepimo P. Licinio Crassum, Iulium Cæsarẽ Censores edixisse, ne quis venderet vnguẽta exotica, sic enim appellãt. Quod si Romani, cum adhuc essent gẽtes, & necdũ peruenissent ad veritatẽ, Christumque fidei & sua ciuitate vnguẽta externa expulerunt, quanto magis non est permittendũ, vt luxuriosa vnguenta ingrediantur in ciuitatẽ veritatis, id est, in Christi Ecclesiam, in qua sunt quidẽ vnguenta nempe Christmata, fed quæ sancti Spiritus significãt vnctionem. Quænam autẽ dicat Clemens floridas lanas & dolosas vestes, non satis intelligo, nisi fortè significet varias & versicolores, sicut etiã antheas dicuntur, id est, floridæ compositiones. ⁶ *Oportet autem viros.* In Christi Ecclesia luxuriosa non ingrediuntur vnguenta, sed viri redoleant vitæ probitatem, fœminæ autem Christum qui est regalis vnctio, vt qui vncti sunt sancto Spiritu: qua quidem vnctione ipse quoque vngit suos, à qua vnctione & Christi discipuli & Christiani, vt qui sint regale sacerdotium. Diuinã quoque pudicitiam semper debet olere fœmina, non exotica vnguenta & diapasmata. Sunt autem diapasmata aspergines alicuius medicamẽti sicci ab eo pulueri redacti, quorum est varius vſus apud medicos. ⁷ *Cæterum ne fortè sicut vultures.* Luxuriosa & ad voluptatem incitantia vnguenta, & viris & fœminis dixit esse fugienda, amplectendã autem esse sanctam vnctionem, & vngendũ quidem esse virum vitæ probitate, fœminam autem pudicitia, quæ ornatus spirituali procedunt vnctione: vnde posset quispiã cõijcere eũ esse in hac sententia, vt censeat omnia quæ sub sensum cadũt vnguenta esse reijcienda. Ne quis hoc existimet, dicit vnguentorũ habendos esse delectũ: & ea quæ prosunt quidem esse admittenda, repellendo autem quæ vel obsunt vel tantũ sunt fugienda. Nos non esse vulturibus nec scarabeis similes, qui vnguenta abhorreamus: constat autem in ijs esse qui ferãtur de hiſtoriis animalium, vultures quidem esse acutissimi vſus & odoratus, sed bonis cibis odoribus cadauera solum persequi quæ male oleant. De Scarabeis autem dicit Plutarchus; Dicunt Scarabei vnguenta quidem fugere, quæ sunt autem fœtida & male olentia persequi: quod citat Erasmus in adagio, Nihil cũ Amaracino sui. Clemens autẽ nõ solum dicit Scarabeos vnguenta fugere, sed etiam mori rosaceo vnguento delibutos. Pierius verò in Hieroglyphicis lib. 60. in tit. Gratia. Rosa, inquit, sub dissimili animal scarabeũ, cui res plurimum est cum stercore, odore enecat suo, sed eius rei author est authorem. Dicit etiam Clemens, fœminis vnguẽta illa fugienda, quæ veternũ & corporem mentis, nimiũ vſum vnguentorũ magis cõuenire mortuis, qui vnguntur vt sepeliantur, quam viuis. Quod autem vnguenta partim prosint, partim noceant, ostendit ex eo quod oleũ apibus & insectis noxium, hominibus autem partim prosit, partim noceat. Nõ esse mirum quod vnguenta viros reddant molles & effœminatos, quæ cõponuntur ex molli oleo. Prodest autem hominibus oleum qui vngunt vt sint eorũ nerui laxiores & agiliores: nocet autem iis qui vnguntur, vt luctantes & totis viribus congredientes, alter alterum prosternat. ⁵ *Sufficit itaque ipsum oleum.* Cum in adhibendis vnguentis nõ sit habenda voluptas, sed vtilitas, non est aliud adhibendum quam purum & simplex oleum. Cuius quidem & vſus paucis perstringit. Nam cum oleũ sit humidum & modicè calidum, si sit quidem cutis nimis non impinguat, mollit & mitigat, & neruos, si sint rigidiores ac duriores, relaxat & reddit agiles: quod male olent corpus, id detergit, & malum odorem reprimit. ⁸ *Quoniam autem voluptati nihil loci crimus.* Vt intelligamus, quæ nobis prosunt vnguẽta nõ esse reijcienda, ostendit authoritate Scripturæ. Significat autem quoq; medicamentorum facit mixtionem. Est autem *μόγος*, id est vnguentũ, medicamentum quo vngi possunt externæ partes corporis: constat autem ex mistione diuersorum medicamentorũ. Quod autem vnguenta non sint inutilia ex hoc probatur, quòd Deus qui nihil frustra facit, ad multos labores oleũ nasci permiserit, nempe oliuæ succum, leuat autem labores, eo quod sit humidũ & modicè calidum. ⁹ *Despicientes autem mulieres.* Mulierum arguit stultitiam, quæ cum maxime vitent ne sordescant, capillos vngunt, & propter hoc ipsum celerius canescunt. Nã cum vnguenta constent ex aromatibus quæ sunt calida & sicca, aromata humorem ebibentia qui est propriũ nutrimentum pilorum, siccant: vnde fit canicies, quæ est exsiccatio pilorũ & defectus caloris. Nimio enim calore exsiccatur nutrimento, nempe pituita quæ prius erat colorata, simul & per siccitatem frigus inducitur, quo in candorẽ mutatur: sunt autem aromata omnia maxime calida, vt testatur Galenus in Aphorismis Hippocratis, Sussitu aromatũ menses duci. Ipse autem Hippocrates ibidem dicit ea caput tentare, & caput grauare, & ei dolorẽ afferre. Et ideo ipse Clemens antea dixit vnguenta, quæ scilicet sunt humectantia, esse *γεροντικὰ*, id est, veternũ & corporem inducentia: eiusmodi aromata sunt casia, costus, cinnamomum, amomum, & cætera. Non est autem mirum quod ea sint calida & sicca, cùm ipsæ terræ in quibus oriuntur, sint calidissimæ & aridissimæ. Recte autem dicit Theophrastus, humidorum quidam odorem bonus odor ingeneratur, vbi exemptum fuerit quod est noxium. Nihil est autem quo facilius dignoscantur intemperantes, quam nimio studio suauis odoris vnguentorum: ea ratione cognitos intemperantes, temperantes nõ sicut canes persequuntur, sed eos fugiunt. In eo ergo sagacibus canibus similes, quod odore venentur, sed in eo sunt dissimiles, quod intemperantiæ inimici odore agnitos fugiunt, non autem perantes, canes autem foras persequantur. ¹ *Talis quoque efluxit coronarum vſus.* Cum satis dixisset de vnguẽtis, quibus vngebãtur cõuiuæ, nunc accedit ad corollas quibus in cõuiuio sua cingebant capita. Erant autem ex coronæ cõtextæ ex floribus. Quoniam autem exstimabant nonnulli eas sapientiæ & summa ratione in cõuiuiis fuisse institutas, nempe vt aduersus latentem grassantis ebrietatis impetum munirent, malas affert rationes cur eæ nõ sint adhibendæ, sed potius reijciendæ. De his autẽ omnibus copiosè tractat Athenæus lib. 15. (nescio in quot capitibus) & Cœlius Rhodiginus antiquarum



*Plutarch. de Stoicorum decretis.*

lectionũ lib. xxvii. cap. xxvi. Primum ergo dicit, in pratis quidem spectandos esse flores, & coronis fruendum odorum suauitate, coronas autem ex iis cõtexere & capiti imponere, nec decere, nec vllo modo expedire. Quibus verbis ostendit, non esse vtendum coronis, nisi ad cerebrum refrigerare, quod potius esse calefaciendũ quam refrigerandum docuit modo dictum. Quare ea quæ ci, qui vt id calefaciant, & pectus vngunt & supremas nasi partes. Deinde eos qui sunt coronati, videri ex floribus capere oblectationẽ, vt qui cum sint supra caput, nec videantur, & eorum odos parum sentiant. Aspiciendos esse flores & aspiciendam pulchritudinem, & ideo laudandũ esse & colendum Creatorem: amborum vitandam esse contrectationem, cum contrectati quidẽ flores languescant, pulchritudo autem incendat & inflammet: quo fit vt amborũ sit vsus noxius, qui præterquam quod est noxius, & affert dolorem (nam vt dicit Horatius, nocet empta dolore voluptas) est etiã breuis. Flos enim est pulchritudo quæ cito flaccessit, & sibi habet adiunctũ pœnitentiæ cruciatũ: Hunc autem cũ ita cõcludit, vt dicat ex iis contrectatis nullam veram & sinceram capi oblectationem. Oblectari oportere sicut in paradiso, vbi pulcherrimarum arborum erat incundissimus aspectus. Quamuis autem Christianorũ capiti nõ conueniant coronæ ex floribus, habent tamen suas ex Scriptura coronas, inquit, 1 Cor. 11. & Ephes. desunt sui flores. Mulieris corona est vir, id est, decus & ornamentũ: & non dicitur quidem in Scriptura virum esse coronã mulieris, sed caput. Ita enim eum vocat Paulus in epistola ad Corinthios, & in epistola ad Ephesios, sed ex vtroque idem intelligitur. Nam in capite humano, quod inter occiput & frontem est interuallum, corona dicitur, & id ipsum est caput: ita demum autem vir caput est mulieris, & ipsius id est, decus & ornamentum, si vt decet & vt est rationi consentaneum mulieri imperet. Sed nec mulier fraudanda est sua laude, quæ etsi non sit nec dicatur caput, corona tamen viri quandoque dicitur, iuxta Prouer. 12. quæuis mulier, verum ea demum quæ est diligens vt scribit Solomon. Sed nec quæuis mulier diligens est corona viri. Nã quantũuis diligens sit pellex & cõcubina, ea non est viri corona, sed ea demum quæ est coniuncta matrimonio: Nam quantumuis diligens sit concubina ea est viri probrũ ac dedecus magis autem meretrix? Et ideo admodũ exacte & accurrate, dicit Clemens, matrimonium esse coronam, per matrimoniũ intelligens mulierem matrimonio coniunctam. Matrimonij autem fructus liberi ex legitimo matrimonio suscepti: non autem qui sunt ex illegitimo concubitu procreati, qui spurij & adulterini, quantũuis sint naturales. Hos autem liberos ex matrimonio susceptos diuinitus pectoris colligit Agricola. Nam cum matrimonium sit sacramentum, qui ex eo procreantur quodãmodo sancti, & ideo eos colligit diuinus Agricola pratorũ carnalium, id est, ipse Deus qui author & princeps causa generationis, eos autem colligit tanquam sanctos & natos ex sanctis, vt qui non agnoscat symbolũ Matrimonij. Naturales autem licet etiam colligat, non tamen colligit tanquam ex aliquo modo sanctificatos, propter parentes iã sanctificatos ante cõgressum. Ex qua quidẽ parte tum Matrimonij sanctificatione forte vsu venit, vt si filij ex eo nati prius moriantur, quam iterum ad sancto lauacro regenerationis, etsi Dei visionem non assequantur, damnatorum tamen tormenta non sentiant. Quod non conceditur iis qui sunt nati ex illegitimo matrimonio; hoc autem vt nos admoneat, 1 Cor. 7. satis esse probabile existimo. Nã si filij ex legitimo nati matrimonio, etũ alteruter ex coniugatis infideles, nõ sunt immundi, sed sancti, est verisimile eã sanctitatẽ aliquid eis conferre, nẽpe vt si omnino non salui minor tamen sit eorũ dãnatio. Sed hoc sanctæ Ecclesiæ Catholicæ relinquo iudicio, cui me totum subijcio. Sunt etiam senum coronæ filij filiorum, de quibus dicit Psalmographus: Filij tui sicut nouellæ Psal. 127. oliuarum in circuitu mensæ tuæ. Patres autem sunt filiis corona & gloria. Nihil est enim quod magis decus & ornamentũ afferat filiis, quã ex bonis & honestis parentibus esse natos, quales sunt qui sunt legitimo coniuncti matrimonio. Tales autem non sunt quorum filij sunt testes paternæ iniquitatis. Sapient. 4. Verum Christianorum maximum est decus & ornamentum, & Deum vniuersorum suum habere patrem & Christum eius filium, per adoptionis gratiam habere fratrem & cohæredem. Nobis ergo Ecclesiæ corona est Deus Pater & Christus eius filius. * *Quomodo autem radices & herbæ, ita suas proprias habent qualitates.* Florum ex quibus sunt coronæ recensetaliquot qualitates, partim vtiles, partim noxias, partim periculosas. Cuiusmodicumque tamen sint, dicit coronas non esse ex iis nec capiti imponendas. Primam autem recensetherbam quam dicit refrigerare. De ea scribit Galenus libro septimo de simplicibus medicamentis; Ex contrariis facultatibus hædera constat, habet enim quiddam astringentis substantiæ, quæ terrea & frigida existit, habetque nonnihil acris, quam esse vel gustus comprobat, &c. Scribit Dioscorides nuces iuglandes esse concoctu difficiles, flatu inutiles, biliosas, capitis dolorem inferentes. Quamobrem dicit Clemens eius etymologium esse ἀπὸ τοῦ κάρη, quod soporem vel torporem inducat. De Narcisso scribit Plinius lib. xxi. cap. xx. eum neruis inimicum & caput grauare, & à narce dictum narcissum, non à fabuloso puero: tandem vt dicit Narcissi etymologiam quam Clemens. De fabuloso autem puero, vide apud Ouidium in 3. morphosi. De violis & rosis, & quot sint earum species, & quænam facultates, vide apud Dioscoridem, Galenum, Plinium, & cæteros. Eas autem esse modicè calidas ex hoc arguit Clemens, quod grauedines quæ ex frigidis oriuntur humoribus comprimant & coerceant. Huiusmodi autem grauedines maxime accidunt ebriis: sed cum nobis non modo inebriari, sed ne meram quidem bibere liceat, nec rosæ nec violæ sunt nobis necessariæ. Rosam autem ideo ἰοδόκον esse appellatam, ὅτι πολὺ ἐξ αὐτῆς ὀδμὴ ἀναδίδοται, id est, quòd multum odoris fluxum emittat, scribit etiam Plutarchus De quæst. conuiualibus, in quo etiam abunde tractat cur rosa arceat & comprimat ebrietatem. Eandem magis confert causam quam hic Clemens, nempe quod huiusmodi odores cerebrum frigidum foueant, & crassa eius excrementa attenuant & comminuunt. De ligustro scribit Galenus de simplic. medicam. lib. vii. Huius arboris folia summaque germina habent in se quiddam digerens cum aqua substantiæ, vnde calida, habentque & adstrictionem quandam ex terrena substantia frigida, &c. Item cum dicit crocũ esse secundi ordinis excalefacientium, primi verò exiccantium, proinde cõcoquendi quoque vim obtinet, adiuuante etiam ad id quadã exigua adstrictione. [1] *Ceterum nec.* Obstaturus Clemens esse vtendum coronis, dicit neapud veteres quidem Græcos in vsu fuisse coronas. Quod probatur ex



quod apud Homerũ nec proci Penelopes, nec Phęaces qui erant luxui dediti eis vterẽtur. Sed nec Athletæ, qui victoria potiti in gymnicis certaminibus coronabantur, ante tẽpora Medica, id est, priusquam Xerxes Persarum, profligato apud Plateas exercitu, Pausania duce è Græcia esset eiectus. Athletarũ tamen præmio quidem fuit ἄθλον, id est, munus vel donum: sic enim opinor vocare ἆθλα, seu præmia, quæ victoribus Athletis erant proposita. Postea successit ἐπινίκιον, id est, excitatio: cõijcio enim per ἐπινίκιον, incitamentum vel plausum, vel ἐπινίκια, quæ canebantur ad eorũ laudem & gloriam vt excitarent ad virtutẽ. Deinde ortus est θρίαμβος, quã existimo fuisse foliorũ in victores Athletas cõiectionẽ ac sparsionem, quæ celebrabant quando victoriæ gratulationem. Postrema omnium fuit corona, quæ pro Gymnicorũ certaminibus dabantur Olympicorum, inquam, Isthmicorum, Pythiorum, & Nemæorũ varietate, victoribus dabantur. Tum denũ autem dari cœperunt, cum in magna rerũ omnium copia in Græcia maximus esset luxus. Postea affert rationes cur Christianis qui à Verbo Pædagogo sunt instituti, nõ sint gestandę coronæ. Prima est quod cerebrũ in quo est ratio nõ sit alligandũ. Deinde quod herbæ ex quibus sunt contexendæ coronæ sunt Dæmonibus quos Deos appellant. Vitandus est ergo earum vsus, etiãsi aliquando gratuitus, propter conscientiam, nempe quod non ignoremus eas contexi in honorẽ Deorum, sicut etiam D. Paulus, qui permittit comedi quidquid in macello venditur, & comedendũ apponi, nec tamen habet abstinere propter conscientiã, ne offendatur proximus si honorẽ videat haberi Dæmonibus. Quæ autem ex Sophocle autem & Sappho citat testimonia, non inueniuntur hodie, quoniam non extãt eorum libri, in quibus hæc scripta sunt. Alia est etiam ratio, cur non vtendum sit coronis, quòd eæ sint symbolum vitæ otiosæ, quæ minime conuenit Christiano. Quod autem vitam otiosam significent, ex hoc arguitur quod coronãtur mortui. Eo ipso autẽ planè ostendũt Deos suos, id est Dæmones, quibus Christiano nulla debet esse cõmunicatio, esse mortuos. Quam sit autem noxius coronis vsus, ex hoc est perspicuum, quod qui bacchantur, id est, orgia Bacchi celebrant, cum primũ acceperint coronis, incendantur & furore corripiantur. Homo autẽ qui est viua Dei imago, factus est enim ad Dei imaginẽ, nõ est coronandus more idolorũ: ei enim in cælis est reposita Amaranti corona. Alludit ad illud Petri, Percipietis immarcessibilẽ gloriæ coronam, Græcè ἀμάραντον στέφανον. Significat autẽ ἀμάραντος 1. Petri 5. à barbaro & immarcessibilem. Dicta est autem herba Amarantus quod non marcescat: perceptus enim odorem, & cũ defecerẽ cuncti flores, madefactus aqua reuiuiscit, & collectus furnique tepore siccatus quouis tempore durat ad coronarios hyemis vsus, nec nitorem gratiamque coloris admittit. Hæc Gorrhęus in suis Medicis definitionibus. Ea herba à Galeno dicitur ἀκύρανθος, à Dioscoride vero γεράνθιον. Pulchrã autem illam Amaranti coronam, quę nunquam marcescit, non terra sed solũ cælum producit, quæ datur iis qui in cœlestem gessterint. [1] *Ad hæc accedit, quod est alienum à ratione.* Hæc est alia causa cur à nobis non sit gestanda corona, nempe ne Christo spineã portanti coronam, more Iudęorum videamur insultare, habentes pro capita redimita floribus. Digrediens autẽ hic Clemens à suo Pædagogi instituto, & in allegoricum sensum, exponit quid sibi velit spinea corona Christi capiti impolita. Corona, inquit, nos peccatis significabat, veluti prædicẽs quid esset futurũ, nos, inquã, significabat qui eramus infrugiferi & inutiles, vt qui peccatis, tanquam quibusdam spinis obruti, bonarũ actionũ nullos fructus ederemus, fuissemque per Ecclesiam Christo circumpositos, & eius corpori insitos. Est autem Ecclesia mysticũ Christi corpus, cuius membra sunt omnes fideles. Circa Christũ autẽ nos ponit Ecclesia, & eius corpori inserit tanquam membra: quo fit vt qui prius eramus inutiles & infrugiferi, simus ad omne bonum opus instructi. Habet alia coronæ allegoria: est enim corona typus & figura fidei. Tria autẽ sunt in corona, quæ fidei Ambr. in 1. Psal. quoque insunt adaptari. Est ligni substantia quæ viuit, lignũ, inquam, vitæ quod est in paradiso. Lignũ autem vitæ est Dominus Iesus, lignum sapientiæ plantatum in vtero virginis voluntate patris, à quo in perpetuũ mansurum plantatur, vt fructũ suum daret in tempore suo. Christus, inquam, est lignum vitæ Rupert. in lib. 2. cap. 2. Apocalyp. in cælesti paradiso visione, & in præsenti Ecclesia corpore sanctæ reficiuntur animæ. Hoc lignũ vitæ & in eodem corpore & sanguine suo reficit, iam nunc resuscitat animam à morte peccati, & carnem nouissimo die resuscitabit. Dicitur etiam crux Christi lignum vitæ, per quam vita nostra quæ per lignum perierat, per lignum est reparata, & in integrũ restituta. Nam etsi morte naturali moriamur, quę morte peccati, tamen & hic Deo viuimus, per vnigeniti filij mortẽ ei vniti & reconciliati, quæ est vita nostra, & quæ à nobis recedit vita corporis, in Christo est absconsa qui est vita nostra, qui cum apparuerit vita nostra nobis reddita, cũ eo apparebimus in gloria. Quamuis autem sit author vitæ Christus, atq; omnia in vita ipse se vocat vita, & per eius crucem vita sit nobis restituta, ad vitam tamen æternam absque dubio tum qui dat vitam non deducemur. Quomodo enim lignum in paradiso non fuisset causa mortis Adæ, nisi credidisset Serpenti, nẽpe Cacodæmoni, qui est author & peccati & mortis: ita Christus fuisset author gratiæ & vitæ, non dat vitam nisi ei qui habuerit fidem sacramentis obsignatam. Habet quoque corona, propter ligni substantiã, typum vitæ per fidẽ, habet etiam typũ lætitiæ propter coronæ gestationẽ. Ipsa certe corona eam solet afferre lætitiam, vt in Scripturis lætitia & corona sæpe coniungantur, & pro eodẽ propemodum vsurpentur. Timor Domini, inquit sapiens, est gloria & gloriatio, & Eccl. 1. & 6. exultatio, & corona exultationis, & stolam gloriæ indue eum, & coronam gratulationis impones tibi. Est autem corona præmiũ virtutis, nihil autem maiori afficit lętitia, quam quod ex virtute & ex re bene gesta speretur præmium, id est corona. Cum autem Christus sit, à Deo patre gloria & honore coronatus Psal. 8. sit quidem, nec tamen dissimilem sperant coronam quos adoptauit Pater, & quos ipse non est dedignatus vocare fratres: quod quidem eis magnam affert lętitiam. Sed ne de corona, id est, de spe præmium concipiamus lętitiã, strenuè nobis est certandum: non enim coronatur nisi qui legitimè certauerit. Habet enim corona periculũ, vt quæ contexta sit ex spinis quæ pungunt, ita autem pungunt vt 2. Tim. 2. hoc sanguinem eliciant: ad verbum enim non datur accedere citra sanguinem. Per multas quidẽ certe Act. 14. tribulationes oportet in regnũ cęlorũ ingredi. Est etiam alia coronæ allegoria, si consideretur vt contexta ex spinis & floribus. Significant autem spinæ peccata & pungentes huius vitæ solicitudines: flores autem

inanem gloriam. Huiusmodi coronæ cito perit. Quidquid enim fit ab hominibus, & vniuersa eorum gloria citò marcescit, si Domino non credatur qui peccata remittit, & pro caduca corona, coronat de marcescibile. Magnæ fuit olim gloria Iudæorum, qui & de regno & Sacerdotio sese iactabant, & quos esset electus Dei populus: sed quia Dominum gloriæ non agnouerunt euanuit & emarcuit omnis eorum gloria, vt qui Sacerdotiũ & regnum amiserint, & non sint amplius Dei populus, atque adeo ne fuerint quidem amplius quod prius fuerant. Qui erant circũcisi, nunc corde & ratione sunt incircumcisi, vt qui vitio animi motus non circuncidunt. Iudæi non sunt qui Dominum Deum non confitentur: nec Hæretici, qui 1. Pet. 1. eum non videant, nec agnoscant. Est etiam alia spineæ coronæ allegoria, quæ significat Dominum rem bene gessisse, & quæ nos pungebant peccata suo capite in ligno portasse: Diabolum profligasse, & mortem aboleuisse, adeo vt glorians & ei insultans diceret, eã iam nihil posse. Harum autem spinarum id est, Christi passionis, diuersos dicit esse effectus. Nam credentes quidẽ vnas & sicus, id est, bonos effectus inde colligunt. Per eũ enim remittuntur peccata, bonaque & ad salutem efficacia reddimur quæ in eis fiunt opera. Non credentibus autẽ male cedunt omnia, & quidquid ab eis fiat semper est peccatum. Spiritus & cruciatus, idque iure optimo, cum gratis sibi oblatam salutem repulerint. Ex spinea autẽ corona allegoria accepta occasione arcanũ ostendit & diligenter cõsideratum mysterium, quod Verbum ignitum & laturũ in rubo quæ est arbor spinosa apparuit: & legelata in cœlum reuersurũ per spinam est allegoria. Omnia in Christo instaurans, & in vna summam colligens cum finis principio reiungatur, & ostendat omnia esse vnius potentiæ qui est vnus, & vnius patris filius, & principiũ & finis, & vt est in Apocalypsi alpha & ω. Ab eo enim omnia incipiunt, & omnia in ipsum desinunt. Quò fit vt non immerito mitra corona redimitus, cũ sit corona figuræ circularis. Circulus autem est eiusmodi vt vbicunque incipias vbicunque desinas, id sit principium & finis. Quod Dei Verbi mitifice explet potentia, quæ omnia principiũ ducunt, & in ipsum redeunt. [a] *Sed digressus sum à cypo Pædagogico.* Relicta coronæ allegoria per digressionẽ versatus erat in dogmatibus, nunc redit ad propositũ Pædagogi institutum. Et cum paulisper dixisset pœnas & supplicia esse vtiles ad medicamenta & ad moderatam recreationem, nunc reiectioni quæ fieri posset ab aliquibus. Quid iuuant flores eos qui eis nõ vtuntur? Ad quam reiectionem eis componi vnguenta quæ sunt valde vtilia, quorum recensetur nonnulla. Deinde permittit quibusdam, sed coronas non esse ex eis contexendas: sunt enim à Deo facti flores & aromata, non ad hominum delitias, sed ad eorum vtilitates. Hominis enim pater, nempe Deus qui eum creauit, curam gerit, & amat vt cæteris animantibus, naturam quæ eis medeatur præbet, sed ei soli propriam & peculiarem attribuit, per quam flores & aromata colligit quæ sibi sunt vsui: propter quæ eius opera est laudanda & honore afficiendus, qui effecit, vt quæ ab eo sunt producta bonis & piis bono sint, malis autem & impiis mala conuertantur. De vnguentis autem quæ hic recensetur & eorum confectionibus, & eorum vsu, apud Dioscoridem lib. 1. & Plinium lib. 13. & cæteros medicos qui hæc tractant ex professo.

## Quomodo se in somno gerere oporteat. Cap. IX.

QVOMODO[a] *autem deinceps nos ad somnum conferemus modestiæ præceptorum memores, iam dicendum est. Postquam enim finito conuiuio Deo benedixerimus, eúmque laudauerimus, quod vsui nostro erant necessaria suppeditauerit, & vt eum diem transigeremus conceſſerit, ad somnum nobis diuertendum: straturum magnificentiam, puluinos auro intertextos, auroque variegatos Psilotapetes, puniceásque Xystides, & pretiosissimos gaunaces, & Poëticæ Rhegas purpureas, vestisque superne molles ac delicatas, & cubilia vel ipso somno molliora valde ambientibus. Nam præterquam quòd est probrosa hæc mollis & sensum otillans voluptas, & lanuginosis pluniis dormire est nexium, corporibus tanquam in vastum quendam hiatum ambientibus, propter straturum mollitiem. Neque enim eos, qui in eis versantur cubantes, continent, propterea quòd ex vtraque parte corporis, cubile aggeris instar assurgat: neque cibi concoquantur permittunt, sed potius incendunt: quod quidem alimentum corrumpit. In planis autem & æquatis cubilibus decubitus, qui sunt somni veluti naturale symbolum, conferunt ad nutrimenti digestionem. Qui autem possunt in alijs volutari cubilibus, hoc veluti naturale somni habentes gymnasium, alimenta facilius digerunt, & se ad suum circunstantias aptiores reddunt. Præterea lecticæ quæ pedes habent argenteos, magnam arrogantiam arguunt: & ebur quod est in lectulis, cùm corpus reliquerit animatum, est vsque adeo licitum sanctis hominibus, vt quod sit inertes & ignauos reddens quietis artificium. Non est ergo studium in eo conferendum: non est enim possessoribus eorum vitio prohibitus, sed quod in eis ponitur studium est prohibitum: non est enim eis sua substantia*

Rursus autem est vanæ gloriæ Cynicæ, ad dormiendũ quemadmodum Diomedes se exercere,

Agrestisque bouis constrarat tergora subtus,

*nisi forte cogat casus aliquis. Vlysses autem lecti nymphæ id quod claudicabat, lapide eripiebat: tanta frugalitas, & natiua, nec extrinsecus petita operis simplicitas, non solum apud priuatos, sed etiam apud veterum Græcorum præfectos exercebatur.* [b] *Quanquam quid de his mihi opus est dicere? Iacob humi dormiebat, & lapis erat puluinus: atque virum quidem videre dignus est habitus, quod captum hominis superabat. Nobis autem vt nostris est consentaneum, simplici & frugali cubili vtendum est, quod habeat id quod nos maxime commoderatum & conueniens: si sit æstus, quod protegat: si sit frigus, quod foueat. Sit autem lectus non affabrè & curiosè factus, pedesque habeat planos ac leues: nimis enim curiosæ & exquisitæ tornaturæ, sunt sæpe reptilium semitæ animantium, dum in incisuris earum coaguntur, & minimè dilabuntur. In primis autem cubilis mollitiem commoderari & conuenienter oportet esse virilem & masculam: non oportet enim somnum esse perfectam corporis solutionem, sed tantùm remissionem. Et ideo dico eum esse assumendum non ad ocium & socordiam, sed ad negotiorum & actionum quietem. Ita est ergo dormiendum, vt facilè excitemur. Sint enim, inquit, lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes, in manibus vestras, & vos similes hominibus dominum expectantibus, quando reuertatur à nuptijs, vt cùm venerit & pulsauerit, statim illi aperiant. Beati serui illi quos cum venerit Dominus inuenerit vigilantes: dormientis enim hominis nullus est vsus, quemadmodum nec mortui. Quocirca sæpe etiam noctu è lecto surgendum est. Deúsque est laudandus: beati enim qui ad ipsum vigilarunt, seipsos assimilantes Angelis, quos nos ἐγρηγόρους, hoc est, vigilantes vocamus.* [c] *Dormiens autem homo nullus vllius est pretij, non magis quam qui non viuit. Qui autem lucem habet, vigilat, & tenebræ eum non comprehendunt: nec itaque somnus, quoniam non tenebræ. Ad Deum ergo vigilauit is qui est illuminatus. Qui autem talis est, viuit. Quod enim factum est in ipso, vita erat. Beatus homo, inquit Sapientia, qui me audiet & homo qui vias meas custodit, vigilans in foribus meis, interdiu obseruans stationem mei ingressus. Ne ergo dormiamus vt cæteri, sed vigilemus, & sobrij simus. Qui enim dormiunt, noctu dormiunt: & qui ebrij sunt nocte ebrij sunt: hoc est, in tenebris ignorantiæ. Nos autem qui diei sumus, sobrij simus: omnes enim vos estis filij lucis, & filij Dei. Non sumus noctis, nec tenebrarum, sed qui ex veritate vere viuat, rectèque ac syncerè sentiat, nostri maximè curam gerit, plurimo tempore vigilat, id solum sibi reseruans quod est hic ad suam sanitatem vtile. Id autem non tantùm adeo est vsitatum, sed exercitationis meditatio perpetuas vigilias gignit ex laboribus. Ne cibi ergo nos grauent, sed alleuent, vt quam fieri maxime poterit somno minimè grauemur, vt grauantur natantes quibus appenduntur onera. Rursus autem veluti ex abyssi vi inferne alleuabit sobrietas ad vigiliæ exercitium: est enim somnus qui nos deprimit morti similis, eò deducens per ignorationem vt sensu careamus, & clausis à cilijs oculis lucem abscindit. Hanc ergo lucem, qui sumus filij veræ lucis, ne foras excludamus: intus ad nos conuersi, absconsi hominis visum illaminantes, & ipsam veritatem contemplantes, & eius fluxionum effecti participes, vera somnia euidenter prudenterque reuoluamus. Eorum autem qui crapula grauantur, ructus, & eorum qua nimio cibo onusti exhalationes, & stertere inuolutum stragulis, ventrúmque in arctum compressorum murmura, perspicacem animæ oculum obruunt, impleta cogitatione varijs visionibus. Causa autem est alimentum supernacaneum, quod ratiocinantem animæ facultatem eò trahit, vt sensu priuetur penitus. Immodicus enim somnus, nec corporibus nec animis nostris vllam affert vtilitatem, nec iis quæ versantur circa veritatem omnino conuenit actionibus,*





Iliad. 1.

Genes. 28.

Ioan. 1.

Prouerb. 8.

1. Thess. 5.

*essi sit secundum naturam. Loth autem iustus (regenerationis enim œconomiæ in præsentia mitto expositionem) non ad illum nefarium inductus esset coitum, nisi inebriatus fuisset à filiabus, somnóque oppressus & grauatus. Si ergo causas quæ ad multum ac profundum somnum nos impellunt præciderimus, magis sobriè dormiemus: non enim oportet eos, qui inhabitantem & vigilantem intus habent rationem, tota nocte dormire. Noctu autem maxime est expergiscendum quando dies veniunt, & huic quidem danda est opera literis, illi verò arti quæ est inchoanda, fœminas autem oportet aggredi lanificium. Nobis autem, vt semel dicam, omnibus aduersus somnum est decertandum, nos paulatim accessione facta assuefacientes, vt maximam partem temporis per vigiliam simus vitæ participes. Somnus enim, non secus ac publicanus dimidium vitæ tempus nobiscum dividit. Longè autem abest vt permittatur inter diu dormire vos, qui maximam partem noctis ad vigilias resecant. Tædia autem & dormitationes, pandiculationes, & oscitationes, sunt instabilia animi fastidia. Postremò autem hoc sciendum est, non esse animam quæ somno indiget: ipsa enim est semper mobilis, sed corpus, quod quieti traditur refouetur, dum anima non amplius corporaliter operatur, sed per seipsam mente agitat: quæ sæpe quæ sunt vera somnia, recte reputanti sint sobriæ animæ cogitata, vt quæ ad corporis affectiones per consensum non trahatur, & ipsa sibiipsi quæ sunt optima consulat; anima autem est spiritus, sui ipsa apud se omnino quiescat: & ideo Deum mente semper versans, per continuam eo consuetudinem & collocutionem corpori vigiliam inserens, exæquat hominem gratia angelicæ: vitæ æternitatem ex meditatione vigiliæ suscipiens.*

Genes. 19.

## COMMENTARIVS IN CAP. IX.

* QVOMODO *autem deinceps nos ad somnum conferemus.* Peracta cœna, & Deo actis gratiis, rebus vtitur cubitum. Docet ergo quomodo se in somno gerere oporteat. Et primum quidem ostendit quales oportet esse lectū, & quales vestes stragulas, à quibus vult abesse luxū & nimiam magnificentiam. Ait tem esse decumbēdum vt bene dormiatur, nec ciborum impediatur cōcoctio & digestio. Inter nodicas autem vestes stragulas recēsetpsilo tapetes, id est, glabros & leues tapetes. Vnde potest intelligi nos pilosos & hirsutos non fuisse tunc in prætio. Xystides autem, vestes erāt subtiles, quibus in labantur Aurigæ, & in pompis equites, & eæ forte sunt quæ à nonnullis dicuntur mulcitiæ. ἰμάτια autē, vocabulo sæpe vtitur Homerus cum agit de cōuiuio, vt cum Calypsus, Circes, & Pheacū cenuebit, est indumentum purpureum, est enim βάπτειν tingere, & veluti transmutare. Quod autē βαφεῖς dicātur tinctores, & βάμμα tinctura, ostēdit Anacreon. Hæc etimologicon Græcum: hæc autē βάμμα appellat mentū id est, poëtica forte quod iis vterentur Poëtæ, sua recitātes poëmata, vel Histriones comœdias aut tragedias agentes: χαμεύνια autem quinā sint fateor me nescire, vt qui nusquam id legerim, existimo autem sicut & Gazam esse vocabulum Peuicum. Porrò autem non probat decubitū in mollibus stratis, vtpote plumeis, duabus de causis, nempe quod probrū in iis cubātibus afferant, 'eorū enim arguunt molitiem & quod ciborū cōcoctioni vt quę eos incendāt officiunt (moderato enim calore opus est ad cōcoctionem & impediant digestionē. Nam nimis coctū corrumpit nutrimentum. Quo fit vt cōsūmpetur, & nimium duratum non digeratur, & nec excremēta facilè egerātur. Ea de causa in planis & æquatis cubilibus mire est satius, quæ somnum conciliant, & concoctionem adiuuant, vt quæ dormientem contineant, vt in alterutram partem inclinent non permittāt. Non refert autem sintne humilia an alta, modo sint mollia, & nimis assurgentia cubantes non contineant, & digestionem non impediant. Sed quidam volutari in altis cubilibus hoc etiam habent commodi, quod nec facilè molestia afficiuntur à corporibus, nec pungantur à scorpiis. Eæ autem sunt quas Græcè dixit σκευάσεις, nos autem veruinas, suum circunstantias. Aduersus autem eos casus se muniunt qui lectos habent pensiles. Non inhibet in lectis, sed etiam in lecticis luxum dicit esse vitandum, nimiam enim arguere arrogantiam lectorum pedes argenteos: neque virorum sanctorū nempe Christianorū, qui tunc omnes dicebantur, eb ur lecticas decere, quod teste Plinio li. 8. alij appellat dentes, alij cornua mortui elephantis. Id est, Plin. lib. 8. cap. 3. propriè ebur, quāuis, cùm iam sit eorum dētium seu cornuum magna ratitas, eorū quoq; ossa pro re vsurpentur. Cùm corpus autem reliquerit animum, ideo dicit, quod Græcè Elephas, & vnā figura elephantum, & mortui elephanti dentes seu cornua, nēpe ebur. Quamuis aūt sit luxus in eis vitandus, tamen possunt vti qui ea possident, dūmodo non nimiū in ea conferatur studiū. Laudāda quidem illa frugalitas, sed non nimis affectata, cuiusmodi erat Cynicorū Philosophorū, qui inanē captantes gloriam thoris herbaceis cubabant. Hanc autem dormiendi frugalitatem acceperunt Cynici à Diomede pugnante, qui sibi substratum tergum bouis. Quòd autē dicit de Vlysse qui lapide erigebat se quod dicebatur lecti Nymphæ, quam Clemēs dicit νυμφεῖον, nec apud Homerū, nec vsquā alibi memini me legere. Non dubito autem quin qui id citat legerit. Ex his autem facilè potest intelligi quanta fuerit veterum Græcorum non solum priuatorum sed etiam principum ac præfectorum frugalitas. Quòd autem



nium est, vt sint frugales, qui sunt Verbi, nēpe Iesu, à quo tanquam Pædagogo sunt edocti Discipuli, [illegible] frugalitatque. * *Quanquam quid de his mihi opus est dicere.* Apud veteres quidem Græcos magna fuit [illegible] in homine frugalitas, sed longe maior inuenitur in scripturis. Dormienti enim Iacob non fuit alius [illegible] quam lapis. Vidit autem pulcherrimā illam visionem Angelorum ascendentiū & descendentium. Deinde docet quale debeat esse cubile, à quo absint oportet tortuositates, ne earū incisuris maneant [illegible] Cimices & alia reptilia animalia. Deinde docet qualem oporteat esse somnū, nempe nō nimis profundum, nec eiusmodi vt fit corporis solutio, & videatur morti similis, sed corporis remissio, vt post quietē [illegible] illorum ex requamus ad negotia & actiones. Ita dormiendū vt facile excitemur, & noctu etiam esse surgendum, vt Deū laudemus: sicut Dauid qui media nocte surgebat, vt Deo confiteretur. Fugiendū esse [illegible] somnum, quod dormiens sit similis mortuo, nec illius maior sit visus quā mortui. Rectè certè Virgilius [illegible] qui dicit mortis consanguineum esse soporem, & is qui somnū ceciuit esse gelidæ mortis similitudinē. *Virg. 6. Aeneid.* [illegible] Angelorū similitudinē qui ἐγρηγορότες dicuntur, id est vigilantes, accedere eos qui vigilant. Est autem *Ouid. amorum. eleg. 9.* [illegible] vesperale tempore Clemens Angelos vulgo dictos esse vigilantes, neq; enim in scripturis inueniuntur [illegible] ra appellati. * *Dormiens autem homo, nullius vilius est preciu.* Eorum quæ dicit est summa. Iis maximè esse [illegible] vigilandū & immodicum somnum ab eis fugiendū, qui sunt baptizati, qui dicuntur illuminati, vt qui [illegible] versentur in tenebris ignorātiæ: & ideo dicūtur filij lucis & filij diei: Ij & viuūt vt qui Christum [illegible] eis vita habeant inhabitantem, id enim est quod in eis factū est. Non plus esse eis dormiendū [illegible] quod sufficiat ad vitæ vtilitatem, quodquidē non est adeò multū, vsu, assuefactione & exercitatione [illegible] propria est Monachorū qui dicūtur Ascetæ, id est exercitatores, eo peruenire vt sint perpetuo [illegible] vigiliæ. Somnum quidem apud alios esse veluti publicanū, qui dimidiam vitæ partem no- *Plin. lib. 3. Cap. 6.* [illegible] apud Christianos verò minimè, qui somnum fugiunt tanquam vitæ inimicū. Nihil esse [illegible] esse vitanda quæ profundum somnum inducunt, nēpe cibos superfluos crapulamque & [illegible] vt quæ contēplantis animæ obscurent perspicacitatem, & ad vitia etiam impellāt, vt testatur [illegible] qui nefario cōcubitu rem habuit cum filiabus qui eum inebriarant. Si sobriè viuatur, animam à [illegible] remotā actionibus per se cōtemplari, & veras proferre somnia, & veras reuelationes: somnum non egere animam quæ est in perpetuo motu, sed corpus. Tota nocte non esse dormiendū, sed cùm [illegible] propinquat ad opus esse surgendum. Animā, si corpus grauetur crapula, ad se per cōsensum trahere [illegible] corporis, & eam quodāmodo interire, vt quę obruta & oppressa quiescat, cū tamen sit [illegible] perpetuus motus. Sin autem eam non opprimat ebrietas & nimia ciborum ingurgitatio, [illegible] cum Deo versantē, & eum iugiter cōtemplantem, hominem Angelis reddere æqualem ex eo [illegible] perpetuo meditetur. Hæc est summa eorum quæ hic dicuntur. Quod autem de Loth loquens [illegible] Regenerationis enim Oeconomiæ in præsentia mitto expositionem) ideo dicit quod superuenerat [illegible] Baptizatis, quos vocarat illuminatos, ne putaretur de Loth loquens ipsum inter [illegible] comprehendere. Quod autem dicit ὁ γὰρ ταῦτα ἕως ἔνδον ἔχει τὸν ἔνοικον θεὸν ἐν ἑαυτῷ. Non oportet eos [illegible] habentem intus habent rationem, tota nocte dormire, alludit ad illud Homeri,

Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἀνδρα. id est,

Non oportet virum consultorem tota nocte dormire. Ei autem quod dicit somnum esse morti similem, optimè conuenit quod citatur tanquam dictum à Menandro Comico;

Τοῦτ' ἐστὶν ἐκεῖνο τὸ σοφὸν ὕπνος πλήν.

Somnus quædam mortis præmeditatio. Et rursus:

Τοῦτ' ἐστὶ μικρὰ τῆς θανάτου μελέτη. Hactenus de somno.

## Quænam de filiorum procreatione tractare oporteat. Cap. X.



EMPVS * *autem coitus iis solis considerandum relictum est, qui iuncti sunt matrimonio: qui autem matrimonio sunt coniuncti, iis scopus est & institutum, liberorum procreatio: finis autem, vt boni sint liberi: quemadmodum agricolæ seminis quidem deiectionis causa est, quòd habendi nutrimenti curam gerat: ei autem agriculturæ finis est, fructuum perceptio. Multò autem melior est agricola, qui terram colit animatam: ille enim ad tempus nutrimentum expetens, hic verò vt vniuersitas permaneat curam gerens, quoniam fungitur officio: hic autem propter Deum plantat ac seminat. Dixit enim: Crescite & multiplicamini, & est obediendum: Et ea ratione sit homo Dei imago, quatenus homo co-* *Genes. 1.* *ueniat ad generationem hominis. Non ergo omnis terra apta ad suscipienda semina: quòd [illegible] omnis, nō tamen eidem agricolæ. Neque verò seminandum est supra petram, neque segetem est inuria afficiendum, quod quidem dux est & princeps generationis, estque substantia quæ simul habet insitas naturæ rationes. Quæ sunt autem secundum naturam rationes, absque [illegible] præternaturalibus mandando meatibus, ignominia & probro afficere, est valde nefarium & impium. Videte itaque quomodo sapientissimus Moyses infrugiferam sationem*

Leuit. 11. Deut. 14. aliquando symbolicè repulit: Non comedes, inquit, leporem, nec hyænam. Non vult homines esse qualitatis eorum participes, neque eis parem degustare libidinem: hæc enim animalia insano quodam stupore feruntur ad explendum coitum venereum. Atque leporem dicunt quotannis multiplicare venerem, pro numero annorum quos vixit habentem foramina: & ea ratione dum leporis esum prohibet, significat se dehortari ab amore puerorum. Hyænam autem vicissim singulis annis masculinum sexum mutare in fœmininum: significat autem non esse ad adulteria prorumpendum, ei qui ab hyæna abstinet. Sed non oportere quidem his assimilari animalibus, per propositam prohibitionem sapientissimum Moysen citra vllam dubitationem significare, ego quoque assentior: non tamen eorum quæ symbolicè dicta sunt narrationi assentior: nunquam enim naturæ vis potest afferri vt mutetur: quod autem semel in ipsa effictum est, nefas est affectione in contrarium refingi: affectio enim est, non natura. Eius enim quod est formatum adulterare characterem, non autem ipsam formam potest transformare affectio. Etsi enim multæ dues dicuntur temporum vicibus mutare & vocem & colorem: quemadmodum merula ex nigra quidem flaua, ex ea autem quæ suauiter canebat, obstrepera & turbulentum sonum edens fieri dicitur: itidem etiam lacertus & colorem & vocem, cùm Solis fiunt conuersiones, mutare asseritur: cæterum non mutant ipsam naturam, vt figura mutata mas fiat ex fœmina, sed recens quidem pennarum productio, nouæ vestis instar, quandam pennarum tincturam, tanquam flores emittit: ea paulò post minis hybernis exhalatur, sicut flos, dum color flaccescit, ipsa quoque vt similiter frigore malè vexata, marcescit. Cùm enim exterior cutis ab aëre ambiente densata, quæ in collo sunt arteriæ compressæ & constipatæ, spiritum quoque comprimunt: is autem in arctum valde contractus, suffocatum & oppressum edit sonum. Rursus itaque ambienti aëri assimilatur, & vere relaxatus ex angustiis liberatur spiritus, qui ferue re dilatatas, quæ tunc clausæ erant, arterias. Non profert itaque amplius cantum flaccens & languidum, sed iam emittit canorum: etiam vox eorum latius diffunditur: & cantus fit ver vocis auium. Nequaquam ergo est credendum hyænam vnquam mutare naturam: idem enim animal non habet simul ambo pudenda sexus masculini & fœminini, sicut nonnulli existimant, Hermaphroditos prodigiosè narrantes, & inter masculum & fœminam, hanc ex viro & fœmina constantem naturam innouantes. Valde autem falluntur, vt qui non animaduerterint quàm sit filiorum amans omnium mater & genitrix natura. Quoniam enim hoc animal, hyæna inquam, est salacissimum sub candis auctu crementi meatum, adnatum est ei quoddam carneum tuberculum, fœminino pudendo figura persimile. Nullum autem meatum habet hæc figura carnis in vllum vsum defines, aut in matricem inquam, aut in rectum intestinum: solam autem multam habet cauernam quæ inanem excipiat libidinem, quando auersi fuerint meatus, qui in concipiendo occupati sunt occupati. Hoc ipsum autem & masculo & fœminæ hyænæ est adnatum, quod figuriter pathica: masculus enim vicissim & agit & patitur, vnde etiam rarissimè vir reperiri potest hyæna fœmina. Non enim frequenter concipit hoc animal, cùm in eit tam facile det satio præter naturam. Hac etiam ratione mihi videtur Plato in Phædro, amatorum rorum repellens, eum appellare bestiam, quòd frænum mordentes, qui se voluptatibus dunt, libidinosi, quadrupedum more ingrediuntur, & conantur seminare filios. Impudentem tradidit Deus, vt ait Apostolus, in passiones ignominiæ: nam & fœminæ eorum Rom. 1. tauerunt naturalem vsum, in eum qui est præter naturam: similiter autem & masculi rum, relicto vsu naturali, exarserunt in sui inter se inuicem desiderio, masculini in masculos turpitudinem operantes, & mercedem quam oportuit erroris sui in se recipientes. Quamquam ne libidinosissimis quidem animalibus concesserit natura excrementi meatum fœmi-



nino: vrina enim in vesicam excernitur, humefactum alimentum in ventrem, lacryma in oculum, sanguis in venas, sordes in aures, mucus in nares defertur, sedes autem coniecta. lib. 3. cap. 2.
lorret simi recti intestini, per quam excrementa expiuntur. Sola ergo varia in hyænis natura superfluo coitui superfluam hanc partem excogitauit, & ideo est etiam aliquantisper
mmoda: vt prurientibus partibus inferuiat, exinde excæcatur concauitas: non fuit enim
fabricata ad generationem. Hinc est manifestum atque adeo constat, vitandos esse cum
masculi concubitus, & infrugiferas fationes, & Veneremi præposteram, & quæ natura
tinere non possunt, androginorum, id est, qui viri simul sunt & fœminæ, coniunctiones,
ipsam naturam sequentibus, quæ per partium prohibet constitutionem, vt quæ masculum
non ad semen suscipiendum, sed ad id effundendum virum fecerit. Hieremias autem quan- Cap. 12.
dodicit, hoc est, per ipsum loquens Spiritus: Spelunca hyænæ facta est domus mea, quod
eus exanimis corporibus alimentum abhorrens: sapienti allegoria reprehendit cultum si-
mulachrorum: verè enim oportet ab idolis esse puram domum Dei viuentis. Rursus Moy-
ses leporem quoque vesci prohibet. Omni enim tempore coit lepus, & salit assidente fœmina
cum a tergo aggrediens: est enim ex iis quæ retro insiliunt. Concipit autem singulis mensibus, & superfœtat: init autem & parit. Postquam autem peperit, statim initur in quocunque deprehenso: neque enim vno contenta est matrimonio: & rursus concipit adhuc lactens, habet enim matricem cui sunt duo sinus, & non vnus matricis vacuus sinus, est ei sufficiens fœtus ad receptaculum coitus: quicquid enim est vacuum, desiderat repleri. Accidit autem vt cùm vterum gerunt, altera pars matricis desiderio teneatur, & libidine furiat, quamobrem fiunt eis superfœtationes. A vehementibus ergo appetitionibus, mutuisque congressionibus, & cum prægnantibus fœminis coniunctionibus, alternisque initibus, puerorumque stupris, adulteriis, & libidine abstinere, huius nos ænigmatis prohibitio est adhortatio. Iacrco aperte & non per ænigmata Moyses adhuc nudo capite prohibuit: Non fœ- Exod. 20.
ucaberis, non mœchaberis, pueris stuprum non afferes, inquiens. Verbi itaque iussus, est
omni ratione obseruandus, neque quicquam contra leges vllo modo faciendum est, neque
mandata sunt infirmanda & abroganda. Malæ enim cupiditati nomen est, petulans in-
uria, & equum cupiditatis petulantem & insolentem vocauit Plato, cùm legisset: Facti
ebus nos equi furentes in fœminas. Pro probro autem petulantique iniuria supplicium si- Hieremi. 5.
gnificabant Angeli, qui Sodomam accesserunt. Ij eos qui probro & ignominia illos affice- Ezech. 23.
Genes. 19.
rebant, vna cum ciuitate combusserunt, euidenti hoc indicio ignem, qui est fructus
uidem, describentes: quæ enim veteribus acciderunt, sicut antè diximus, ad nos admo-
nendos scripta sunt, ne eisdem teneamur vitiis, & vt caueamus ne in pœnas similes incida-
mus. Oportet autem filios quidem existimare, pueros: vxores autem alienas intueri tan-
quam proprias filias: vincere autem voluptatem, ventrique & iis quæ sunt infra ventrem
imperari, est maximi imperij. Si enim ne digitum quidem temere mouere sapienti permittitur, vt confitentur Stoici, quomodo non multò magis iis qui persequuntur sapientiam,
mouere qua coitur particulam obtinendus est dominatus? Atque hac mihi quidem de cau-
sa videtur pudendum esse nominatum, quòd hac corporis parte magis quam quauis alia
eum pudere sit vtendum: natura enim sicut alimentis, ita etiam legitimis nuptiis quantum
necessarium, confert & decet, nobis vti permisit: permisit autem appetere liberorum procreationem. Quicunque autem quòd modum excedit persequuntur, labuntur in eo quod est
secundum naturam, per congressus qui sunt præter leges, seipsos lædentes. Omnino enim re-
ctus habet nunquam cum adolescentibus, perinde ac cum fœminis, Venerea vti consuetudine. Et ideo non esse in petris & lapidibus seminandum, dicit qui à Moyse factus est Philosophus, quoniam nunquam actis radicibus suam genitalem suscipiat naturam. Verbum

Leuit.18. itaque per Moysen apertissimè præcepit: Et cum masculo non dormies femineo concubitu, est enim abominatio. [b] Ad hæc accedit, quòd ab omni quoque aruo abstinere seminum præterquam à proprio, ex diuinis scripturis colligens, præclarus Plato consulit, lege inde Ibidem. petita: Et vxori proximi tui non dabis concubitum seminis, vt polluaris apud ipsam. Irrua autem sunt & adulterina concubinarum semina. Ne semines, vbi non vis vtin nasci quod est seminatum. Neque vllam omnino tangas mulierem, præterquam tuam ipsius vxorem, ex qua sola tibi licet carnis voluptates percipere ad suscipiendam legitimam successionem. Hæc enim sola Verbo sunt legitima. Eis quidem certè qui diuini muneris, nempe opificii Ibidem. sunt participes, semen non est abiiciendum, neque iniuria afficiendum, neque quæ in corpus incidunt sunt seminanda. Hic ipse ergo Moyses cum ipsis quoque vxoribus prohibet congredi, si fortè eas detineant purgationes menstruæ. Non enim purgamento corporis, id quod est maximè genitale seminis, & quod mox homo futurum est, polluere est consentaneum, nec sordido materiæ profluuio, & quæ expurgantur inquinamentis inundare & obruere. Semen autem generationis degenerat ineptumque redditur, si matricis sulcis præuertur. Neque verò vllum vnquam induxit veterum Hebræorum coëuntem cum sua vxore pregnante. Sola enim voluptas si quis ea etiam vtatur in coniugio, est præter leges & iniqua, & à ratione aliena. Rursus autem abducit Moyses viros à prægnantibus, quousque pepererint. Reuera enim matrix sub vesica quidem collocata, super intestinum autem quod rectum appellatur posita, extendit collum inter humeros in vesica: & os colli, in quod alienum semen, impletum occluditur, rursúsque inane redditur fœtui qui purgatur: fructu enim deposito, deinde semen suscipit. Neque verò nobis turpe est ad auditorum vtilitatem nominare partes in quibus fit fœtus conceptio, quas quidem Deum fabricari non pudeat. Matrix itaque sitiens filiorum procreationem semen suscipit, probrosumque & vagrandum negat coitum, post sationem ore clauso omnino iam libidinem excludens. Eæ autem appetitiones, quæ prius in amantibus versabantur complexibus, intrò conuersæ, in procreatione sobolis occupatæ, operantur vnà cum opifice. Nefas est ergo operantem iam naturam adhuc molestia afficere, superfluè prorumpendo ad petulantem iniuriam: petulantia autem iniuria, & multa habet nomina, & est multiplex. Postquam autem ad hanc veream conuersa fuerit immoderationem, Græcè λαγνίαν, id est, lasciuia dicitur, quo nomine significatur libidinosa, popularis, & incesta ad coitum propensio: quæ cum creuerit, magna simul morborum conuenit multitudo, videndi desiderium, vini bibendi appetens & amor in mulieres, luxus quoque, & simul vniuersum voluptatum desiderium: in quo omnia tyrannidem obtinet cupiditas. His autem cognatæ innumerabiles augentur affectiones, à quibus mores intemperantes ad summum prouehuntur. Dicit autem scriptura Prouer. 3. Parantur intemperantibus flagella, & supplicia humeris insipientum: vim intemperantiæ, constantémque & intensam tolerantiam, insipientium vocans humeros. Quamobrem Eccles. 23. amoue à seruis tuis spes inanes, & indecoras, inquit, cupiditates auerte à me. Vincatur petitio, & coitus ne me apprehendant. Longe ergo sunt arcenda plurima insidiatorum illecia: non ad solam enim Crateris peram, sed etiam ad nostram ciuitatem non raro stultus parasitus, nec scortator libidinosus clunè exultans, non dolosa meretrix nec vllus modi alia voluptatis belua. Multa ergo nobis per totam vitam seminetur, quæ bona sit honesta, occupatio. In summa ergo, vel iungi matrimonio, vel omnino à matrimonio pure & immundum esse oportet: in quæstione enim id versatur, & hoc à nobis declaratum est in libro de continentia. [c] Quòd si hoc ipsum, An ducenda sit vxor, veniat in considerationem: quomodo liberè permittitur, sicut nutrimento, ita etiam coitu semper vti, tanquam necessario? Ex eo ergo videri possunt necui tanquam stamina differri, accextendi, & in





fœmenti congressus intensione disrumpi. Iam verò offundit etiam caliginem sensibus: robur quoque interrumpit. Patet hoc & in animantibus rationis expertibus, & in iis quæ in certatione versantur corporibus: ex quibus hi quidem qui abstinent, in certaminibus superant aduersarios: illa verò à coitu abducuntur, itaque adeo vix circumaguntur & vacillantur, omnibus viribus & omni animi impetu perfectè exinanita. Paruam epilepsiam vocitare dicebat Sophista Abderitanus, existimans morbum immedicabilem. An non enim & ea consequuntur resolutiones, quæ exinanitioni eiúsque quod abscedit ascribuntur materiæ? Homo enim ex homine enascitur & euellitur. Vide damni magnitudinem: totus homo per exinanitionem coitus abstrahitur. Dicit enim: Hoc nunc os ex ossibus meis, Genes. 2. & caro ex carne mea. Homo ergo tantum exinanitur semine, quantus cernitur corpore, est enim generationis initium id quod recedit: quinetiam conturbat ebullitio materiæ, & compagem corporis labefactat & commouet. Lepidè ergo dixit ille, qui interroganti, quomodo adhuc rebus veteretur venereis: Bona verba, quæso, ego verò lubenter, isthinc, tanquam ab agresti & insano domino profugi. [d] Cæterùm introducatur quidem & eligatur matrimonium: vult enim Dominus humanum genus repleri: sed non dicit, Estote libidinosi: nec vos tanquam natos ad coitum voluit dedere voluptati. Pudore autem nos afficit Pædagogus clamans per Ezechielem: Circuncidamini fornicationem vestram. Alius Ezech. 43. quod tempus opportunum ad seminandum habent etiam rationis expertia animantia. Non Osee. 2. sunt autem ad liberorum procreationem, est naturæ facere iniuriam, quam quidem oportet obsequentes magistræ, quas prudenter introduxit temporis considerationes, diligenter custodire, sinefluxem inquam, & puerilem ætatem. His enim nondum conceßit: illos autem non vult amplius vxores ducere. Sed non vult homines semper operam dare matrimonio. Matrimonium autem est liberorum procreationis appetitio, non nullo ac incerto ordine seruato exercito, quæ est & præter leges, & à ratione aliena. Secundum naturam autem vita nobis vniuersa processerit, si & ab initio cupiditates contineamus, & hominum genus, quod ex diuina nascitur prouidentia, improbis & malitiosis machinationibus non interrumpamus: ea enim ad obtegendam fornicationem, vtentes medicamentis quæ omnino ad eiectum attrahunt, simul cum fœtu omnem consumunt humanitatem. [e] Cæterùm quibus vxores ducere concessium est, iis pædagogo opus fuerit, vt non interdiu naturæ mystica celebrentur orgia, nec ex ecclesia, verbi gratia, aut ex foro mane rediens, galli more coëat, quando orationis, & lectionis, & efficacium quæ interdiu fiunt operum tempus est: vesperi autem oportet post conuiuium quiescere, & post gratiarum actionem quæ fit Deo pro bonis quæ accepimus. Non semper autem concedit tempus natura, vt peragatur congressus matrimonij: est enim coniunctio eo desiderabilior quo diuturnior, neque verò noctu, tanquam tenebris se immodestè & intemperanter gerendum est, sed verecundia, tanquam testimonio, in animo est includenda. Nihil enim à Penelope telam texente differemus, si quidem texamus dogmata temperantiæ, noctu autem ea retexamus, cum in cubile properamus. Si enim honestatem oportet exercere, multò magis vxori tuæ ostendenda est honestas, inhonestas vitando coniunctiones: & quòd castè versaris cum proximis, fide digna domino adsit testimonium. Non est enim, non est aliquid honestum apud eam reputandum, apud quam non est testata ac probata honestas in acribus illis voluptatibus. Benè sentientia autem, quæ fatetur se ferri præcipitem ad congressionem, exiguo floret tempore; & cum corpore consenescit: nonnunquam autem etiam præsenescit, flaccescente iam & marcescente libidine, quando matrimonialem moderationem ac temperantiam meretricié voluptates iniuria affecerint. Amantium enim corda sunt volucria: amorísque irritamenta extinguntur sæpe pœnitentia: amórque sæpe vertitur in odium, quando reprehen-

sionem senserit satietas. Impudentium verò verborum, & turpium figurarum, meretricium-que osculorum, & huiusmodi lasciuiarum nomina, ne sunt quidem memoria tenenda.

Eph. 5. beatum sequentibus Apostolum, qui apertè dicit: Fornicatio autem, & omnis immunditia,

Hoc Epicurus & similia dicit in sententiis, quas vocant Κυριας, id est, principales. vel plura habendi cupiditas, ne nominetur quidem in vobis, sicut decet sanctos. Recte ergo videtur dixisse quispiam: Nulli quidem profuit coitus, bene autem cum eo agitur si non etiam læserit. Qui enim ex lege est, est periculosus, nisi quatenus in liberorum procreatione versatur.

Eccl. 24. 25. * μοιχὸς mercenaria. Prou. 5. 7. 23 De eo autem qui est præter leges dicit Scriptura: Mulier * meretrix apro comparabitur. Quæ viro autem est subiecta, est turris mortis iis qui ea vtuntur. Capro vel apro meretricium comparat affectionem. Mortem autem quæ quæritur dixit, adulterium quod committitur cum meretrice quæ custoditur. Domum autem ciuitatem, in qua suam exercet intemperantiam.

f Quinetiam quæ est apud vos Poëtica, quodammodo ea exprobrans, scribit:

Mœchus es, illicitus coitus valdeque nefandus
Fœmineúsque virûm tecum est, ô maxima pestis.

Rursus autem pudicos & continentes admiratur:

Quos desiderium tenuit nec turpe cubilis
Alterius, nec tetra inuisáque stupra tulerunt,
Vlla vnquam maribus.

Quoniam has præter naturam delitias quidam sua esse peccata non existimant, qui autem sunt his paulò meliores, esse hæc quidem peccata agnoscunt, vincuntur autem à voluptate, & sunt eis tenebræ vitiorum integumentum: suum enim adulterio violat matrimonium,

Eccl. 23. qui in id inducit meretricem, & non audit Pædagogum clamantem: Homo qui adscendit super lectum suum, qui dicit in animo, quis me videt? Circa me sunt tenebræ, & parietes sunt tegumenta mea, & nemo aspicit peccata mea. Quid vereor ne meminerit altissimus? Is quidem est miserrimus, qui solos veretur hominum oculos, existimat autem fore vt

Ibidem. Deum lateant: nescit enim Scripturam dicere, Oculi Domini altissimi, dici non posse quanto sint sole splendidiores. Qui respiciunt omnes vias hominum, & partes occultas

Cap. 29. intelligunt. Itidem rursus Pædagogus eis minatur per Esaiam, dicens: Væ iis qui in occulto consilium capiunt, & dicunt, Quis nos videt? Sensilem enim lucem latebit forsan quispiam, sed eam quæ intelligentia apprehenditur minimè potest latere. An vt ait Heraclitus, id quod nunquam occidit, posset latère quidpiam? Tenebris ergo minime obtegitur

Ioan. 1. Psal. 17. Prou. 31. etenim lux in nobis habitat: Et tenebræ, inquit, ipsum non comprehenderunt. Ipsum autem noctem illuminat honesta ac pudica cogitatio. Bonorum autem virorum cogitationes cernas quę dormire non possunt appellauit Scriptura. Quanquam ipsum quidem malum latère propter ea quę facit quispiam, est peccare citra vllam controuersiam. Quicunque item peccat, statim quoque facit iniuriam, non tam proximo, si mœchetur, quàm sibi quòd mœchatus fuerit: quin & seipsum omnino reddit deteriorem sueque fame detrimentum. Qui enim peccat, quatenus peccat, est seipso deterior, & ignominiosior: omnino autem ei vtique adest intemperantia, vt qui vincatur à turpi voluptate. Quamobrem qui

λόγος ratio & verbum. Herodotus dicit mulieres simul cũ tunica pudorem exuere. Matth. 22. Luc. 10. catur, Deo est omnino mortuus, & à ratione tanquam à spiritu est veluti cadauer effectus. Quod enim sanctum est, vt est consentaneum, pollui auersatur. Puro autem rum semper fas est tangere. Ne simulatque exuitur tunica, pudorem quoque exuimus? nam iusto temperantiam nunquam fas est exuere. Ecce enim hoc corruptibile induet incorruptionem, quando cupiditas insatiabilis, quæ fluxu quodam fertur in libidinem, fatigata à continentia, & à corruptionis amore aliena, æternæ temperantiæ hominem tradiderit. In hoc enim seculo vxores ducunt, & nubunt: abolitis autem carnis operibus, ipsa pura carne induti incorruptionem, id quod est Angelis proportione consentaneum, perfruimur.



Hac ratione Plato quoque in Philebo, qui fuerat barbaræ disciplinæ philosophiæ, impios & à Deo alienos eos mysticè vocauit, qui Deum in ipsis habitantem, nempe λόγον verbum & rationem, seu rationem corrumpunt, & quantum in se est vitiorum suorum coniunctione templum dedicant. Non est ergo iis vnquam mortaliter viuendum, qui Deo sanctificantur: neque, vt dicit Paulus, membra Christi facienda sunt membra meretricis: nec Dei templum, fa- 1. Cor. 6. ciendum est templum turpium affectionum. Recordamini quatuor & viginti millia fuisse extincta propter fornicationem. Ea autem quæ euenerunt iis qui fornicati, vt à me Num. 25. 1. Cor. 10. dictum est, sunt figuræ quæ nostras libidines corrigunt. Porro autem Pædagogus monet Eccl. 18. Luc. 12. opportunè: Post tua desideria ne ambules, & arcearis à tuis appetitionibus. Vinum enim & mulieres faciunt deficere sapientes: & qui adhæret meretricibus, euadet audacior. Putredo & vermis erunt eius hæredes, & efferetur in maiori ludibrio. Et rursus, non cessat enim monere: Qui autem voluptatem aduersis intuetur oculis, coronat vitam suam. Non ergo ipsum vinci à rebus venereis, nec stolidè inhiare libidinibus, nec à ratione alienis mouerí appetitionibus, nec desiderare pollui. Ei autem soli qui vxorem duxit, vt qui tunc sit agricola, fevere permissum est, quando tempus sementem admittit. g Atque aduersus ipsam quidem intemperantiam, optimum est medicamentum, ratio. Fert etiam auxilium remota satietas, per quam accensæ libidines, prosiliunt ad voluptates. Ergo nec sumptuosa vestis est assumenda, sicut nec cibus varius. Ipse certè Dominus in animam, & corpus, & tertio loco in ea quæ sunt externa diuidens præcepta, propter corpus quidem consulit corporate externa: corpus autem administrat per animam, animam autem erudit: Ne so- Matth. 6. licitus sis animæ vestræ, inquiens, quid comedatis, neque corpori vestro quid induamini. Animæ enim plus est quàm cibus, & corpus quàm vestimentum: Et subiungit apertum doctrinæ indicium: Considerate coruos quod neque seminant, neque metunt, quibus non est penus, neque horreum, & Deus nutrit ipsos. Non vos præstatis volucribus? h Et hæc quidem de vestimento. Similiter autem de veste quoque præcipit, quæ rerum externarum tertium locum obtinet: Considerate, inquit, lilia quomodo neque nent, neque texunt. Dico autem vobis, quod neque Solomon induebatur vt vnum ex his. De diuitiis autem se multum iactabat rex Solomon. Quid est itaque floribus pulchrius & floridius? Quid autem liliis vel rosis delectabilius? Si autem fœnum quod est hodie in agro, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit, quanto vos magis, modicæ fidei? Et vos ne quæratis, quid comedatis, aut quid bibatis. Hic, hæc particula, Quid, cibi varietatem expulit. Id enim significatur ex Scriptura, Ne solicitus sis, quænam comedatis, aut quænam bibatis. De his esse solicitum, est nimia rerum habendi cupiditas, & delitias arguit. Sed si comedere per se solum cogitetur, est argumentum necessitatis, & defectus repletio, vt diximus. Quod est autem amplius, est ex superfluo. Quod est autem ex superfluo, esse à Diabolo declarauit Scriptura. Sensum autem plane facit quæ sequitur dictio. Cùm enim dixisset: Ne quæratis quid comedatis aut quid bibatis, subiunxit: Et nolite in sublime tolli. A veritate autem sublimes tollunt arrogantia & Luc. 12. elatio, & quæ in rebus superuacaneis versatur delectatio. Quocirca pulcherrimè quoque dicit: Hæc autem omnia gentes mundi quærunt. Qui immoderati sunt & insipientes, sunt gentes. Quænam autem hæc dicit? delitias, delectationem, cupedias, obsoniorum voracitatem, & ingluuiem. Hæc sunt illud, Quid? De solo autem nutrimento, sicco scilicet & humido, vt quę sunt necessaria: Scit, inquit, pater vester quid vobis opus sit. Quod si nobis omnino innatum est vt quęramus, ne quęrendi facultatem perdamus in delitijs, sed potius ad veritatem inquirendam excitemus. Quęrite enim, inquit, regnum Dei, & quę ad alimentum pertinent adijcientur vobis. i Si ergo de veste & delitiis, rebusque superuacaneis, tanquam non necessarius omnino curam tollit, quid censendum est eum dicere de ni-

V

nio ornatus studio, de tinctura lanarum, varietate colorum, superflua cura gemmarum, auri elaboratione, capillis artificiosis & intortis crinibus? Quid de fucata oculorum pictura, quid de vulsionibus, purpurissi ac cerussæ fucationibus, tinctisque pilorum coloribus improbisque huiusmodi artificiorum fraudibus? An non hoc quoque recte conuincendum est, id quod de fœno paulo ante dictum est, de his ornamentorum amatoribus, qui a temperantia & vero animi ornatu alieni sunt, optimè posse dici? Ager enim est mundus, & nos herba, qui sumus Dei gratia irrigati: tonsi autem rursus exorimur, vt pluribus videtur in libro de resurrectione. Fœnum autem turba promiscua allegoricè dicitur, quæ sic momentaneam lætitiam applicat, quæ floret paruo tempore, quæ superflua ornamenta, quæ gloriam, quæ quidvis potius quam veritatem sectatur: quæ non ad aliud est apta, quam ad ignis incendium. Homo quidam, dicit narrans Dominus, erat valde dives, qui induebatur purpura & byssо, qui epulabatur quotidie splendidè. Iste erat fœnum. Mendicus autem quidam nomine Lazarus, abiectus erat in vestibulo diuitis, vlceratus, cupiens repleri ex quæ cadebant de mensa diuitis. Hic est herba. Sed ille dives quidem puniebatur apud inferos, vt qui ignis esset particeps: hic autem rursus germinauit in sinu Patris. Laudo ergo & admiror veterem Lacedæmoniorum ciuitatem, quæ solis meretricibus floridas vestes & aurea monilia gestare permisit, à probis mulieribus mundi studium auferens, quod solis meretricibus se ornare concederet. Contrà autem Athenienſium ἀκροπόλεως, id est Andronitidis populus, qui ciuilem vitæ formam expulerant, obliti aurum gestabant, & talaribus tunica succingebantur: Crobylo, quod est cincinni genus, aureo induebantur, adiunctis cicadis ornatum suum reuera terrestrem, Cynedico quodam fastu & arrogantia monstrantes. Horum autem Archonton seu principum æmulatio ad alios quoque persuasit Ionas, quos Homerus ostendens esse effœminatos, vocat ἰλκεσιπέπλους, hoc est vestimenta trahentes. Igitur qui pulchri simulachrum, nimium scilicet ornatus studium, non autem ipsum pulchrum & honestum attendunt, specioso nomine simulachrorum cultum rursus inducentes, à veritate sunt longè relegandi, cum opinione, non scientia, pulchri naturam somniant: & est ita ut ab eis hic agitur, profundus somnus ignorantiæ. An non oportet nos hic excitatos, ad id quod verè est pulchrum & ornatum contendere? & id solum assequi desiderare, relinquentes quæ hic sunt mundana, ipso mundo, hoc est, vero ornatu gaudentes, priusquam perfectè edormiamus? Dico ergo hominem non alia de causa opus habere vestimentis, quam vt tegatur corpus ad maxima frigora & vehementes æstus propulsandos, ne nos lædat ambientis aëris immoderatio. Quòd si hic est vestis scopus, vide ne non alia quidem viris, alia verò fœminis vestis conuenienda: tegi enim vtriusque est commune, quemadmodum & comedere & bibere. Cum igitur itaque sit communis, constructionem similem comprobamus. Quemadmodum enim est vtrique commune vt egeant iis quæ tegant, ita ea quibus sunt tegendi oportet esse similia, ita vt deceat huiusmodi tegumentum assumere, quo fœminarum celandi sunt oculi. Etsi enim fortè propter imbecillitatem longè plura concupiscat, id malæ educationis consuetudini est tribuendum, per quam sæpenumero viri in malis vitæ institutis educati, euaserunt mulieribus magis effœminati: non est igitur eis hac in recedendum. [1] Quòd si se eis aliquantulum accommodare oporteat, vestibus quidem paulo mollioribus vti est eis concedendum, dummodo non subtiliter per summam stultitiam elaborata opera, curioseque intexturæ plicatura, longè amandentur: auri fila, & Indicos Seres, & operosos bombyces valere iubentibus. Est autem bombyx primùm vermis, deinde aspera ex eo nascitur eruca, postquam in tertia metamorphosi nascitur papilio, quem non nulli appellant νεκύδαλον, ex quo nascitur longum filamen, quemadmodum ex aranea tela araneæ. Hæc enim superflua & perspicua, nonnumquam minimè constantem arguunt, quæ exiguo expanso velo, tanquam quodam lenocinio [illegible]

Luc. 16.

Sumptum ex tragœdia Euripidis Macaba.



brum corporis illiciunt. Non est enim amplius tegumentum mollis ac delicata vestis, quæ nudam figuram non potest occulere: eiusmodi enim vestis in corpus incidens, mollius ipsi corpori imprimitur & applicatur, figuræ carnis instar adhærens: & mulieris typum ita exprimit, vt vel non videnti manifesta sit tota constitutio corporis. [m] Reiiciendæ quoque sunt vestimenta tinctura: ipsæ enim ab vsu & à veritate longè sunt remotæ, præter id quod ex eis earum oritur reprehensio: neque enim est earum vsus vtilis: nam nec ad frigus propulsandum est aptus, neque ad tegumentum habet aliquid amplius quàm alia vestis, nisi solum vi- superum. Coloris autem delectans suauitas malè habet auidos, eos ad stultam impellens lip- pitudinem: atque eos quidem qui sunt candidi, & non intus adulterini, candidis & mini- mè curiosis ac operosis vestibus vti est conuenientissimum. Apertè certè & purè Daniel Cap. 7. Propheta: Positi sunt, inquit, throni, & sedit super ipsos tanquam vetus dierum, & eius vestimentum album sicut nix. Tali veste vtentem Dominum, in se visione vidisse dicit Cap. 8. Apocalipsis: Vidi animas eorum qui testes fuerant sub altari, & data est vnicuique vestis candida. Quod si oporteat etiam aliquem alium colorem quærere, naturalis veritatis per se tinctura sufficit. Vestes autem quæ sunt floribus similes, Bacchicis nugis & initiorum mysteriis sunt relinquendæ: deinde verò purpura & vasa argentea, sunt, vt dicit Comicus, Tragedia & non vitæ vtilia vita. Vita autem nostra quidvis potius quàm pompa est existimanda: tinctura itaque Sardiniaca, & alia omphacina seu oleagina, & alia viridis, rosacea & cærina, & aliæ innumerabiles tinctura fuerunt excogitatæ à perniciosis delectationibus, quæ si vt visus iam sit vestis, non autem integumenti. Quæ autem ex auro affabrè facta, & quæ tincta sunt purpura, & hæ animalium quæ vento feruntur delitiæ, & ille vnguentis illitum Crocotus, & suspiciendarum membranularum precia ingentia, & variegatæ vestes, quia in purpura habent animalia, cum ipsa arte valere sunt iubenda. Quid enim pruden- tiæ ac præclarè fecerint mulieres, quæ, vt ait Comœdia, floribus tinctæ, Crocotum gestantes, atque fucatæ sedent? [n] Apertè itaque suadet Pædagogus: In amictu vestis ne glo- Eccles. 11. rare, neque in omni gloria quæ est præter leges efferaris. Eos quidem certè irridens qui mollibus vestibus induti sunt, dicit in Euangelio: Ecce qui in vestitu glorioso & delitiis degunt, Matth. 11. sunt in terrenis regiis. Regias dicit in quas cadit corruptio & interitus, in quibus est vana hominum opinio, inanis gloriæ ambitio, error & adulatio. Qui autem aulam obseruant cælestem quæ est circa omnium regem, animæ vestem in quem non cadit corruptio, nempe carnem sanctificant, & per eam induunt incorruptionem. Quemadmodum ergo quæ non nu- bit, soli Deo vacat, & eius cura non diuiditur: pudica autem quæ nupsit, vitam cum Deo & cum marito diuidit: quæ autem aliter fertur, tota est matrimonij, hoc est, animi affectus & perturbationis: eodem modo, vt puto, mulier pudica, quæ marito quidem vacat, pia est & religiosa citra vllam fictionem: quæ autem immoderato ornatus studio tenetur, & à Deo & à pudico coniugio excidit, vt quæ maritum ornamento permutet. Quemadmo- 1. Cor. 7. dum Argiua illa meretrix, Eryphile inquam, Auri quæ pretium sumpsit pro coniuge [illegible] [illegible]. [o] Quocirca Cæum sophistam iure approbo, qui virtutis & improbitatis aptas deformes imagines: quarum hanc quidem fecit simpliciter stantem, candida veste indutam & puram, nempe virtutem, sola verecundia ornatam: talem esse oportet fidelem mulierem, nempe virtute præditam cum verecundia. Alteram autem, nempe improbitatem, contrà inducit, superflua quidem & varia veste indutam, & alieno colore exultantem: [illegible] eius & habitus describitur, comparatus ad delectationem, non secus atque meretricis. [p] Qui ergo Verbum seu rationem sequitur, nulli turpi voluptati adhærebit. Et Λόγῳ; Psal. 44. idcirco quod in veste vsum affert præferendum est: quod si Verbum hoc canit per Dauidem dicens de Domino: Delectauerunt te filiæ regum in honore. Astitit regina à dextris tuis in

veſtitu deaurato, & fimbriis aureis circumamictla: non luxurioſas ac delicatas veſtes, ſed integrum ac incorruptum, ex fide contextum ornatum eorum qui conſecuti ſunt miſericordiam, nempe Eccleſiæ, ſignificauit, in qua Ieſus à dolo alienus ſplendet vt aurum & fimbriæ aureæ ſunt electi. Quod ſi etiam propter fœminas ſit aliquid relaxandum, texenda quidem eſt ſuauis veſtis & tactu mollis, ſed non, ſicut pictura, eſt ad viſus delectationem colorum varieganda floribus. Pictura enim tempore euaneſcit: ablutiones autem, exterſiones, & conſtipationes, quæ venenatis tincturæ ſuccis lanas inficiunt, imbecillas veſtium texturas efficiunt: hoc quidem aptum eſt ad bonam domus adminiſtrationem. ¶ Eſt autem maximè ineptum & indecorum, peplos, xyſtides, ephaptides, lenáſque ac tunicas ſtupere & admirari, & quæ, vt ait Homerus,

Circumquaque ſuum velantque teguntque pudorem.

Pudet me, vt verè dicam, cùm videam tantum opum effundi ad tegenda pudenda. Vestis enim homo qui erat in paradiſo, ramis & foliis circundimetiebatur tegumentum pudoris: nunc autem cùm nobis fabricatæ ſint oues, ne ſimiliter atque oues ſimus inſipientes. Avobo autem eruditi, ſumptuoſas veſtes redarguamus, tanquam eloquium addentes, eſſe poſſe uium. Etiamſi ſe iactet Miletus, etiamſi laudetur Italia, etiamſi ſub pellibus & membranis pili cuſtodiantur, quorum nonnulli amore tenentur inſano, nobis quidem certè nullum eſt ſtudium in ea conferendum. ¶ Beatus autem Ioannes deſpectis quoque otium ſuis, quæ delitias redolent, pilos camelorum elegit, & eis ſe veſtiit, ſimplicem vitam & à dolo alienam repræſentans. Mel enim comedebat & locuſtas, cibum dulcem & ſpiritalem à ſolo qui à faſtu vrbano declinarat, & in ſolitudinem quietis, tranquillè cum Deo verſaturus ſe receperat, remotus ab omni inani ſtudio, vnáque boni ſpecie, ſordidóque ac illiberali victu. Ouina autem pelle Helias vtebatur indumento, & ouinam pellem ſtringebat zona. Eſaias verò alius propheta, nudus erat, & nullis vtebatur calceis: ſæpe autem & ex pilis. Eſaias verò alius propheta, nudus erat, & nullis vtebatur calceis: ſæpe autem ſacco quoque vtebatur, quod eſt indumentum humilitatis. Quòd ſi etiam vocas Hieremiam cingulum ſolum habuit lineum. Quomodo autem bene nutrita corpora, ſi nuda ſint, veres ac vigorem apertius indicant: ita etiam pulchritudo morum ſi ineptis nugis non prædatur, magis indicat animi magnitudinem & magnificentiam. Trahere autem veſtes ad ſummos vſque pedes demiſſas, eſt valde arrogans & ſuperbum, quòd ambulandi actionem impedit, cum veſtis inſtar verriculi, quæ in ſoli ſunt ſuperficie ſordes ſecum attrahat: in effectis quidem & eneruatis his ſaltatoribus, qui Cynædicam mutam turpitudinem in ſcenis exercent, veſtem cum tanto dedecore diffluentem deſpicantibus, quibus exquiſita veſtis fimbriarumque dilatationes, & curioſi figurarum numeri, illiberalem ac ſordidam ſimulatum mollitiem indicant. Quòd ſi quis talarem Domini veſtem adducit, variegata illa tunica Sapientiæ oſtendit flores, varias & quæ non flacceſcunt Scripturas, eloquia Domini, quæ veritatis ſplendoribus reſulgent. Euiſmodi alia veſte ſpiritus Dominum Dauid induit, ſic pſallens: Confeſsionem & decorem indutus es, amictus lumine, ſicut veſtimento. ¶ Quemadmodum ergo veſtium compoſitionem honeſtam, & ab eo quod eſt indecorum mundam eſſe oportet, ita etiam vitanda eſt vſus immoderatio. Neque enim decet Lacænas virgines, ſuprà genu veſtiri eſt honeſtum: nullam enim partem fœminæ nudari eſt decorum. Quanquam poſſet quidem honeſtè dici vrbana & facetæ vocis illa quæ dicta eſt ei qui dixerat; Pulcher cubitus, at non publicus: & tibi ſunt pulchræ tibiæ dicit, ſed ſunt tibiæ mei mariti: & ſpecioſa facies, ſed eſt eius tantum qui me vocarem dicit. Ego autem nolo pudicas fœminas præbere talium laudum cauſſam iis, qui per eiuſmodi laudes venantur vt eis probrum afferant. Nec verò ſolum calcaneum nudare eſt prohibitum, ſed etiam

Genes. 3.

Matth. 3.

4. Reg. 1. Eſai. 20.

Hierem 13.

Pſal. 103.



caput tegere, & vultum adumbrare iuſſum eſt: neque enim honeſtum eſt corporis pulchritudinem eſſe hominum aucupium: neque par eſt vt purpureo vtens velo fœmina velit aſpici. Atque vtinam poſſet etiam à veſte eximi purpura, vt non in vtentium faciem ſpectatores conuerterent. ¶ Atque illæ quidem admodum parum reliqui amictus texentes, effecerunt quicquid eſt purpureum, ſuas inflammantes libidines. Quæ autem his ſtolidis & mollibus purpuris impensè delectantur, eas, vt ſunt verba Poëtæ, Purpurea arripuit mors. Propterea hanc itaque purpuram, & Tyrus, & Sydon, & quæ regio eſt mari propinqua Laconum, maximè deſiderantur: quinetiam earum tinctores, & purpuræ infectores, & ipſa conchylia in magno habentur pretio, propterea quòd eorum ſanguis producit purpuram. Sed ex tenuibus pannis fraudulentas doloſaſque tincturas admiſcentes doloſæ mulieres, & quæ ſunt ex viris effeminati, inſano quodam amore feruntur ad immoderationem, non ampliùs linteæ ex Ægypto, ſed quædam alia ex terra Hebræorum & Cilicum compararunt. Amorgina autem & byſſina taceo: eorum iam appellationem ſupra modum ludibundæ ſunt delitiæ. Porrò autem vt mihi quidem videtur, oportet id quod regitur, ex regumento oſtendere, ſe eſſe eo melius: vt templo imaginem, & corpore animam, & veſte corpus: nunc autem contrà omnino. Si corpus quidem earum venundetur, nunquam mille drachmis Amicæ inuenerit: vnam autem veſtem mille talentis ementes, ſe eſſe veſtibus inutiliores & viliores arguunt. Cur ergo quæ ſunt rara & pretioſa, plus quàm ea quæ ſunt in medio poſita & vilia, perſequimini? Quoniam quod verè pulchrum, & quod verè bonum eſt ignorantes, & proiis quæ ſunt, ea quæ eſſe videntur, à ſtultis magno ſtudio quæruntur, qui perinde ac inſani, quæ ſunt alba tanquam nigra viſione apprehendunt.

## COMMENTARIVS IN CAP. X.

¶ Tuus autem coitus. Cùm tractaſſet de ſomno, & quomodo ſe in eo gerere oporteat, noctu autē in lecto quo dormitur ſoleat eſſe cōcubitus, ſequitur vt de eo tractet. Atq; primū quidem dicit tempus eiusdem non eſſe conſiderandū, niſi ab iis qui ſunt coniuncti matrimonio. In ſolo enim matrimonio eſtabilis maris & fœminæ coniunctio: eius autē non alius debet eſſe ſcopus quā liberorū procreatio. Et licet matrimonij ſcopus & inſtitutū ſit liberorū procreatio, ea tamen nō eſt finis matrimonij. Nam cū habeat extremum ad quod referuntur omnia, non ſatis eſt dare operam liberis, ſed dāda eſt etiam opera vt boni ſint, qui ſint procreati filij. Quo fit vt matrimonij finis ſit bonos habere filios, ad quod pluriū requiritur bona educatio. Aſſimilat autē matrimoniū Agriculturæ. Nam cauſa propter quam Agricola ſemina, eſt vt habeat nutrimentū, ſed eius extremū & cauſa, vt ita dicam, finalis, eſt perceptio fructuū: ſic & Matrimonij eſt extremum atq; adeò ipſe fructus, boni & bene educti liberi. Duplicem itaq; ſtatuit eſſe Agriculturā, nempe inanimā & animatam, ſed longe præſtantiorē eſſe animatā. Quodquidē ex fine colligi poteſt, nam inanimatæ quidē Agriculturæ nō eſt alius finis quàm temporale alimentum: Agriculturæ verò animatæ, nempe Matrimonij quo ſeruntur homines, finis eſt, vt ſucceſſione conſeruetur humani generis vniuerſitas. In hoc quoq; præſtat matrimonium inanimæ Agriculturæ, quod hæc quidem propter ſe operatur: nam ſui tantum curam gerit, nempe vt habeat alimentum vnde viuat. Matrimonium verò propter Deū, nempe vt Deo pareat qui iuſſit creſcere & multiplicari, vt repleatur ſedes illæ, qui ſūt è cælis deturbati ſuperbia eas vacuas reliquerūt. Ad hæc quoq; accedit, quod homo creatus eſt à Deo ad ſuam imaginem & ſimilitudinē, fit rurſus Dei imago, dum in matrimonio eum operatur, vt qui ſit veluti cauſa inſtrumentaria; Deus autē ſit cauſa princeps & efficiens. *Nō eſt ergo* &c. Per terrā ſignificat fœminam: per Agricolam virum. Eam autē nō quamuis mulierem eſſe aptam ad ſemen ſuſcipiendū, & vt maxime ſit apta, non à quolibet vito eſſe in eam iaciendū ſemen, ſed ab eo demum qui mulieri legitimo cōiunctus eſt matrimonio. *Neq; verò ſeminandū ſupra pectora.* Supra petram ſeminat qui nō agrum ſeminat, qui poteſt ſemen concipere, ſed ſemen profundit ſuper petram. Inutiliter autē profundunt, qui cum eo coeunt, ex quo nihil poteſt generari. Quod qui facit, ſimilem facit ſemini quod eſt principiū generationis, & in quo ſitæ ſunt naturales gignendi rationes: ſemen ergo quod ſecundū naturam aptum eſt ad generandū, in non naturales meatus emittere, eſt nefarium & impium, vt quod & legi naturæ repugnet, & Deo aduerſetur, qui vult nos iis quæ fecit non in alios vſus quàm propter quos fecit. Quid eſt autē magis impiū quàm Dei creatoris apertè reſiſtere voluntati? *Mores itaq; quomodo ſapientiſſimus.* Authoritate Moyſis ſignificat eſſe vitā dam ſationem infructuoſam, id eſt ſeminis deiectionē ex qua nullus fœtus procreatur. Eam autē dicit ipſum repellere ex eo quod prohibeat eum hyænæ & leporis. Eam dicit repellere ſymbolicè, quod per hoſtū animalium quæ hæc vetita ſymbola, prohibētur mores eis ſimiles. Ea enim animalia inſano quodam impetu ferūtur in libidinem. Quam autem hic vocat Clemens Hyænam, & quæ Hebraicè dicitur, Septuaginta verterunt

χειρόγρυλλος, quos sequutus D. Hieronymus vertit Chærogryllũ nõnulli autẽ verterũt Erinacii. Quorum autem interpretem secutus sit Clemens, nescio, hoc scio de nominibus animaliũ & herbarũ esse manifestum apud Hebræos dubitationẽ, nec ipsos satis inter se consentire. Ad ea autem intelligenda quæ hîc dicit de Hyæna, operæpretiũ me facturũ arbitror si citaro Aristotelẽ sic scribentẽ vt vertit Gaza. Quod autem de ea nẽpe de Hyæna fertur, genitale simul maris & fœminæ eundem habere, cõmentitium est, sed virile similiter atq; in lupis & canibus habetur. Quod verò fœmineũ esse videtur, sub cauda positum est, figura simile genitali fœminæ, sed sine vllo meatu, sub hoc meatus excrementorũ est. Quemadmodum fœmina Hyæna præter suũ illud, etiã simile vt mus habet sub cauda sine vllo meatu, à quo excrementorũ meatus est, atq; sub eo genitale verũ continetur. Vuluam etiam hyæna fœmina, vt cæteræ huiusce generis fœminæ animãtes habent. Hęc Aristoteles, cuius tamen authoritatẽ nõ est secutus Plinius licet rem, alternis fœminam fieri, parere sine mare vulgus credit: Aristoteles negat. Æliamus quoq; de naturis historia sic scribit. Hyænam ĩ quando quis marẽ inspexerit, eandem mox fœminam videbit. Sim mado fœminã, postea matem aspiciet: Promiscuo verò coitu alterutræ coniunguntur, ineuntq; & ĩ eundem annũ vnum sexus vicissitudinẽ alternantes. Idem sentit Tertullianus; Hyænam, inquit, ſi obſeruemus annalis est, marem & fœminã alternat: hoc primi prodiderunt Ægyptij, quos multi sunt secuti, vt tradit Pierius lib. 2. de Hieroglyphicis: sed nostro Clemẽti magis sequẽdus visus est Aristoteles. Quod autẽ dicit Clemẽs symbolicè id significat, arcano quodã & quasi in mysterio latente sensu. Symbolum enim est, quod per sensilia significat ea quæ cadũt sub intelligentiã, siue ea ad mores pertineant, siue ad naturam, siue ad Theologiã. Hinc dicta sunt & Pythagoræ symbola quæ aliud significant quàm verba præ se ferãt, & apud Theologos Græcos symbola dicũtur panis & vini species, sub quibus latẽ arcana & mystica corporis & sanguinis Christi mysteria, & quæ ea significãt, quæ vere & reipsa in eis cõtinentur. Quod autẽ dicit Clemens non mutari naturã nec sexum, verum quidem est non mutari secundum naturam, sed contingit nonnunquã, vt quædam fiant præter naturam: sed ea sunt monstra & prodigia. Verum certe est quod dicit Plinius, Ex fœminis mutari in mares non est fabulosum. Huius rei testes adducit exẽpla, quibus addi potest quod nõ ita pridem in nostra accidit Campania, in oppido qui Vultriacũ dicitur. Nam fœmina mutata est in marẽ qui & vir euasit, & barbam produxit, & vxorem duxit. Is autem cùm hæc scriberẽ, adhuc viuebat. Non solũ ergo præter naturam adulterat affectio, id quod secundum naturam effectũ est & efformatũ, sed ipsam etiam naturam & formam. Sed hoc raro accidit. Quamuis enim natura sit filiorũ mater & genitrix, nonnunquã tamẽ vsuuenit, vt sit nouerca. *Et fœmina multæ aues, &c.* Aristoteles lib. 9. de animalibus cap. 49. sic scribit; Cõplures aliæ aues (aliquot enim ita diximus) immutantur per tẽpora, & colore, & voce, vt merula quæ ex nigra redditur fulua, & vocem mutat diuersam, strepit enim per hyemẽ, cùm per æstatem tumultuãs cantet. De qua etiã sic scribit Plinius. Merula ex nigra ruffescit, canit æstate, hyeme balbutit, circa solstitiũ mutata. De luscinia quoq; scribit Aristoteles, Luscinia canere solet assidue diebus ac noctibus quindecim, cũ sylua frõdes incipiunt care. Deinde canit quidem, sed non assiduè, mox adulta æstate, vocem mittit diuersam, non insuperbiam aut celerem modulatamque, sed simplicẽ: colore etiã immutatur, &c. De ea eadem fere dicit Plinius, vbi etiam mirificè describit variũ eius cantum. Atq; harum quidem auium coloris & vocis mutationem pulchrè describũt Aristoteles & Plinius: sed causam cur fiat nemo nostrũ Clemẽte melior, quam adscribit mutationi tẽporis quæ fit in Solis conuersionibus, qui in Tropico Cancri tenditur hyemem; in Tropico verò Capricorni ad æstatẽ. Frigus autem & calor sunt causæ harum mutationũ, quæ fiunt ex diuersis temporũ affectionibus. *Hæc etiã ratione mihi videtur Plato, &c.* Hæc sunt verba Platonis in Phædro, de eo qui nõ potest aspicere eam quæ per se est pulchritudinem. Eam, inquit, non colore, sed cùm se dederit voluptati, inire conatur ritu quadrupedis, & filios seminare, & cũ probitate decore habens cõsuetudinem, non timet nec erubescit præter naturam persequi voluptatem. Iccirco verti quod dicit, ὁ δὲ σὺν ἀφροσύνῃ πολλῇ καὶ ἀδέουσιν ὕβρει πρὸς ἡδονὴν ὁρμήσας κτήνους τε καὶ ἀνάνδρου τρόπου ἐπὶ θήλειαν ἰέναι παρασκευάζεται, καὶ οὐκ αἰσχύνεται οὐδὲ φοβεῖται παρὰ φύσιν ἕπεσθαι ἡδονῇ. *Impios autẽ eradidit Deus.* Pollutæ & nefariæ hæc ignominiæ vocat Paulus nefariã hanc libidinẽ, vt quæ sit turpissima probrumq; ac dedecus summum afferat. Ea autem non solum est peccatũ, sed etiam pœna peccati, in quam permittit Deus vt incurrant qui cum ex operibus Deum possent cognoscere, eum nõ agnouerunt, nec vt debebant coluerunt. *Tradidit ne libidinosissimis quidẽ animalibus.* Cæteris animantibus natura nullũ superfluum & non necessarium indicit seminis receptaculũ: soli autẽ Hyænæ id fecit eius prurienti seruiens libidini, sed ita vt mox dicemus illa meatus concauitas non procederet vsque ad generationem. *Hieremias autẽ quãdo dicit.* Quod ad Hebraicã veritatẽ vertit Hieronymus. Nũquid auis discolor hæreditas mea mihi? Nũm auis tincta purpurata sic verterunt, nũquid ſpelũca hyænæ hereditas mea mihi? in circuitu eius super me? Quodquidem dicit referri ad immunditiã nocturnæ bestiæ, quæ viuit cadaueribus mortuorũ, & ideo pulchris solet effodere corpora, nihilq; est immũditiæ qua non vescatur. Talis est Israël Dominũ offendens, & omniũ bestiarum morsibus traditus. Clemens autẽ dicit eum per allegoriam reprehendere cultum simulachrorũ quæ sunt statuæ mortuorum hominũ. Oportere enim Domum Dei tantã puram ab idolis. Quod autem Septuaginta dixerunt Hæreditas, Clemens dixit Domũ, nescio quorum interpretẽ. In idem autem recidit. *Rursus Moyses lepore quoq; vesci prohibet.* Et Hyæna & lepore esci prohibet Moyses: Et cur Hyæna quidẽ iam dixit, nũc autem cur lepore. Quod autẽ hîc multa de his dixit Clemẽs de lepore paucis perstringit Aristoteles. Lepores, inquit, auersi coeunt, retro enim vergunt, nam reddunt. Coeunt & pariunt quoquo tẽpore, dumq; vtero ferunt superfœtant, & singulis mensibus generant, sed fœtus edunt nõ vniuersos, interpositis enim diebus quot res tulerit peragunt partum. Habet fœmina lac priusquã pariat, & à partu cõtinuo repetit coitum, & lactans adhuc cõcipit fœtum. Quod autẽ dicit Clemens leporem inire & parere, in hoc idem sentit quod Archelaus, Philosophus &

*De animal. lib. 6. c. 32.*

*Plin. 7. c. 4.*

*Plin. 10. cap. 29. Arist. 16.*

*De animal. cap. 33.*

*Plutarchus*



Plutarchus, vt scribit Pierius in Hieroglyphicis, Idcirco aperte & nõ per ænigmata, &c.] Cũ dixisset quid significant Moyses prohibẽs vesci Hyæna & lepore, est autẽ huius rei sensus symbolicus, mysticus, &, vt ille dicit, ænigmaticus, ne quis forte diceret incertũ esse an hoc significarit, nunc citat locũ vbi nõ latenter sed aperte & euidenter hoc dixerit Moyses. Malæ enim cupitati, &c. [Petulantem iniuriã verti quod Græci dicunt. Mala autem est ea cupiditas, quæ non reprimitur, sed erumpit in flagitium & ad iniuriam proximo faciendum. Malam illam cupiditatem nempe libidinem, nominauit Plato *Ἔρωτα* Clem. Al. est, equum petulantem & insolentẽ. Quod quidẽ dicit, accepisse Platonẽ in Phædro ex quinto lib. Hier. & Ezech. 20. cap. Pro probro autem petulantiq;, &c.] Nõ solum per symbola & ænigmata & per verba & euidentia præcepta dehortatur Moyses à puerorum amoribus à stupritsq; & adulteriis, sed etiã in Scriptura ostenduntur cruciatus quibus sunt afficiendi qui ea admittunt scelera. Hoc enim significatur Angelorũ historia, qui Sodomitas vim ipsis & stuprum inferre in animo habentes exulserunt. *Adhuc accelit quod ab omni quoque aruo abstinere.* Hæc sunt verba Platonis. Hoc ipsum est quod à meipso dicit, quod habeo autem ad hanc legem vtendi secundũ naturam coitu liberorum procreationis, via maxime quidem abstinentes, neque consulto occidentes genus humanum, neque in petras & lapides seminantes, vbi semen genitale nunquã actis radicibus accipiet, id quod est secundum suã naturam, abstinemus autem ab omni aruo fœminino, in quo nolit sibi nasci id quod est seminatum. Hæc lex quidem fuerit perpetua, stabilisque fuerit simul & valida, sicut nunc firma est & valida in parentum conscientibus, si etiam in aliis inuitè vicerit, bona habebit innumerabilia, &c. Hęc dicimus. Plato plane dicit abstinendũ ab omni venerea abstinendũ coniunctione præterquam mariti cum vxore. Hanc legem dicit Clemens Platonem accepisse à Moyse sicut & multa alia. Quod testatur etiam Eusebius in lib. de præpar. Euangelica, & ipse id fusius in lib. Stromatũ. Eis quidem certè qui diuini muneris, &c.] Causam affert ab omni alio cõcubitu sit abstinendũ præterquam vxoris, nempe quod non oporteat eos quos Deus est opifex semen abiicere & iniuria afficere. Abiicit enim semen qui temere profundit, nec sibi propriè liberorũ procreationem; Iniuria autem afficit, qui quod est præstantissimi omnium animalis ad istam generationi, id tanquã inutile emittens suo priuat honore & munere. Quod autem verti; Neq; vt id coeant incidunt sunt seminanda, Græcè est, ἐὰν μὴ ἐπὶ κεφαλὴν πέσῃ σπορά, quod Latinè non potest satis aptè significat autem nõ esse seminanda semina inutilia, id est, nõ esse seminandũ inutiliter. Seminant quidam inutiliter quando ex semine nihil omnino gignitur. Dicuntur autẽ κεφαλὴν semina, quæ priusquam in terra incidunt, incidũt in cornua boũ, & ideo fiunt duriora, vnde etiã dicuntur ἀκρόκερα. Plutarchus in quæstionibus cõuiualibus, cur sint sicciora & duriora κεφαλὴν, hanc affert causam, quod quæ à cornibus excepta statim terra fouẽtur, magis adiuuentur calore qui est amicus seminibus. Quæ autẽ in cornua incidunt, proiectã magis videntur quam seminantur, & mora frigus colligunt. Theophrastus autẽ non assentitur iis quæ vulgo dicuntur ab Agricolis. Dicit enim, quod vulgariter quæritur, quamobrem id quæ cornu contigerit incoctilia fiant? Nunquid stulta omnino quæstio sit, lapis enim est multo tempore, qui semina sæpe occurrũt, & nihilo minus incoctilia fiãt, etiãsi in cornu nihil offenderint nec bolum sanie. De Cerasbolis autem vide Cœliũ Rhodig. Eustathium in ♀ Rapſ. Odyſ. Erasmum in Chil. 4. cent. 1. Prou. 90. Ab his autem Cerasbolis sumpta metaphora dicuntur κεφαλὴν, homines præfractis & asperis moribus, & intractabiles. Quo vocabulo vsus est Plato lib. 9. de legibus; Minime, inquit, est timendum, ne in nobis quispiã veluti κεφαλὴν, id est, qui in cornu inciderit, & qui natura sit adeo durus & rigidus vt non liquefcat sicut illa semina igne. Hic ipse ergo Moyses cum ipsis, &c.] Ne cũ vxoribus quidem coire si patiantur menstrua. Cur autem id prohibeat Moyses causa est, quod fluor ille menstruus & purgamentũ: non est autem consentaneum, genitale semen, quod mox futurum est homo, purgamentis polluere. De fluore autem menstruo sitne purus sanguis, & an in ipsa eius qualitate sit virus, ac vt ex nimia eius copia oriantur morbi, & quæ Plinius enumerat maleficia, relinquo disputandum esse. Semen autem generationis degenerat & non aptum redditur, si matricis fulcis priuetur, &c.] In hac coniunctione vnus solus debet esse scopus, liberorum procreatio. Quamobrem in solum sulcum matricis, in quo solo semen est aptũ ad generandum, est semen iaciendũ, id enim est vas, quod vult Paulus vnumquemq; possidere. Adeo autem verum est solam liberorũ procreationem debere sibi proponere qui est coiturus cũ vxore, vt peccet & faciat cõtra leges qui sibi solam proponit voluptatem. Quod in cõiunctione cum vxore solũ danda est opera liberis, non voluptati, cum vxore grauida nõ licet habere venerem. Nam quæ cõcepit mulier nõ potest amplius concipere, nisi forte superfœtet, quod fit in muliere, idque vi apertæ matricis. Post conceptũ enim ita clauditur os vteri, vt omnem semen dũ aptam refugiat libidinem. Vt verũ quidem certe ita claudi dicunt medici, vt ne specilli quidem & graphij culpidem admittat: quo fit vt inutilis & ineffica sit coitus, cum semen non recipiatur à fœcti veteri, id est, in vas in quo formandus est fœtus: cõcepto enim & retento semine tota natura occupata in prolis procreatione, sed nõ sine Deo qui est mundi creator & rerum omniũ opifex. Hic enim operatur natura, vt princeps & efficiens rerũ causa Deo sit tribuẽda, sine quo nihil fit nec potest fieri. Quod autem matricem describens Clemens, Extẽdit, ait, collũ inter humeros in vesica, eius exposita est à Iulio Polluce lib. 4. de nominibus rerũ, cap. 25. Matricis autẽ qui sursum sunt & obliqui processus, vocantur κέρατα & πλευρώνας, id est cirri. Quæ autem sunt vtrinque dicũtur ὦμοι, id est humeri, & quod est summam vocatur ἀυχὴν ὁ στόμαχος, id est collum; Cuius os est primus meatus, &c.] Dicuntur fortasse ὦμοι, id est humeri, quod exuberent & sustineant. Quod autem dicit matricis appendices post cõceptiones totas conuerti ad procreationem sobolis & in ea occupari, id est intelligendũ esse quæ à natura bene est constituta. Sunt enim quædã mulieres quæ post conceptũ viros magis appetunt, adeo est matricis deprauata natura, quæ tunc deberet omnẽ viri abhorrere cõgressum tanquã venenum. Moyses quidem certe & ante legem nullum ex veteribus inducit coisse cum vxore sua prægnante, in lege autem etsi cum prægnante vxore rem habere distertis verbis nõ prohibuit, satis tamen ex

*Theophr. de causis Plant. lib. 4. cap. 14.*

*Cœl. lib. 30. cap. 2.*

*Gal. lib. 3. de simpl. caussis cap. 3.*

eo ostendit quod & illos veteres cũ vxoribus prægnantibus coeuntes nusquã induxerit, & quod ex pactũ prius mundas esse statuit, quã essent purgatæ, quo sit vt tunc nõ liceret maritis rem habere cum vxoribus. Quantò minus autem cũ grauidis, quæ cùm sint fœtu plenæ, & clausa matrix fœtum retineat, licet ei petulantẽ per vim afferre iniuriam. Ita enim voco quod Græci dicunt ὕβριν, quod est flagitiosè illatũ. Non enim excusat matrimonium quominus eiusmodi flagitiosus sit coitus dici possit iniuria & stuprũ: vxor quidẽ est, sed vxore sua non licet abuti. Abutitur autem qui grauida vxore vtitur, quæ nõ est ex cõcubitu cõceptura, aut si concipiat, id est futurum monstri simile. Quod quidẽ est re indignius, quod vt ait Plinius, præter mulierẽ pauca animalia coitũ nouere grauida. Petulis autem animis & multa habet nomina, &c.] ὕβρεις, quã verti petulantẽ iniuriam, cum & verbo & facto fiat, cuiusque multæ ipecies, multa quoq; sunt eius nomina. Quæ sit verbo, Latinè dicitur contumelia, sit autem conprobrium, insultationem, & insolentiam: quæ quidem si ortum habet ex temulentia, Græcè dicitur κῶμος, Latinè antẽ dicitur vocabulo à Græco deriuato debacchatio. Quæ fit autem facto, si in ea exercentur verbera & pulsatio, Græcè dicitur κῶμος. Sin autem ea prorumpat ad immoderatam Venerem, Græcè dicitur ἀκολασία, quam possumus dicere Latinè lasciuiam. Dicitur autem ἀκολασία, immoderata ad libidinem propẽsio, dicta à λαγνός, quasi dicas λακρυνός, à λαε intensiua particula, & γονὴ semẽ. Dicitur autẽ λαγνεία, quæ procliuis & propensus ad effundendũ semen, qui etiã dicitur μαχλός, id est humidus, vt qui sit, vt ait cũ Propheta, magni fluxus. Ex eo autẽ sæpe magna existit iniuria dum nõ refrenatur libido nimis effrenata, quæ simul secum aduehit omnes illas affectiones, quas hic recensẽt Clemẽs, in quas tyrannidem exercet cupiditas, & ex his omnibus redduntur mores supra modum immodesti & intemperantes. Hinc autem Scripturæ Patrantur intemperantibus flagella, &c.] Libidinosis & intẽperantibus et Scriptura proponit supplicia, vt eos deterreat à vita flagitiosa. Quod autem primũ hic citat sumptũ est ex cap. 5. Prouerb. sed multũ differt Hieronymi versio à versione Septuaginta. Sic enim vertit Hieronymus: Perrata sunt deriſoribus indicia, & malleì percutientes stultorũ corporibus. Cuius interpretationis ratio in eius Cõmentariis. Septuaginta autẽ sic habent; Parantur intemperantibus flagella, & suppliciis similiter insipientibus: Clemens autem non sic, sed pro suppliciis similiter insipiẽtibus, legit, & insipientibus meris insipientũ. Vnde conijcio eum nõ legisse ἕτοιμα τοῖς ὕβρεσι τοῖς ἀκρατέσι. Et suppliciis similiter insipientibus, sed, vt etiam habet eius cõtextus ἕτοιμα τοῖς ὕβρεσι καὶ ἀκρασίαις. Quod autem ita legerit, indicat quod sequitur de vim intemperantiæ, constantemq; tolerantiã vocans humeros, in quo interpretatur quidam lapidis humeri. Id quoque quod statim subiungit, nempe; quocirca amoue à seruis tuis spes inanes, & indecoras cupiditates auerte à me: ventris appetitio & coitus ne me apprehendant, sumptum quidem est ex Ecclesiastico qui dicitur à Græcis Sapientia Sirach: sed aliter habet contextus Clementis. Nam quod est in principio, nempe, Amoue à seruis spes inanes, & indecoras cupiditates, id est non in impressis Septuaginta: tantum enim illic est, Et cupiditatem auerte à me: ventris appetitio & coitus ne me apprehendat. Latina vero versio habet; Extollentiam oculorũ ne dederis mihi, & omne desiderium auerte à me. Auser à me ventris cõcupiscentias, & concubitus concupiscentiæ ne apprehendant me. Longe sunt arcenda plurima insidiatorũ maleficia. Non ad solam enim Cratetis peram, &c.] Cum, inquit, cõiugalis cõcubitus sit nobis permissus, ea, inquit, procul sunt arcenda quæ nos prouocant ad libidinem flagitia. Ad nostrã enim ciuitatem non magis natigant parasiti moriones & ganeones, quam ad peram Cratetis. Cuius Diogenes Laërtius, in eius vita, recensẽt hæc, vt ipse vocat σπουδαῖα, id est ludos, in quibus ludicra,

Παρὰ τὰ πάλαι δὲ μᾶλλον εἰς αὐτὸν πίπτω,
Κυφὸς, λιπόπους, μισόγυνος, πρὸς λέοντα·
Εἰς ἐμὲ γὰρ τὰ εἰκότα πάντ' ἐμφερῆ συνέστηκε,
Οὐντολίγχης ἀσπίσιν τε καὶ μάχῃσιν ἀνδρικοῖς.
Ἀλλ' ἀπόμοιος ἐς πόδα φύσει τε καὶ τρόπῳ τινί,
Ἐξ οὗ τὰ σπλάγχνα τρέμει· δηλοῖ δὲ μοι τὸ σκῆπτρον,
Οὐχ' ὅπλα κλαυσίγυια μοι ὑπερπατεῖ τ' ἐπεὶ δόξαι.

Hos versus nos vtcunque vertimus, quoniam ad eos alludit Clemens.

*Negantis fumi in medio est verbo nomine vera,*
*Et pulchra, & pinguis, circumflua, & omnium egena,*
*Ad quam nec stultus parasitus nauigat vnquam:*
*Salem & thymum fert, ficus atque alia, panes.*
*Nec ganeo insultans meretricis clunibus vellus,*
*Ex quibus inter sese haud tertant, armáque propsis*
*Non gestant, non lucrum, aut gloria concitat illos.*

Legendũ est ἀποφεύγειν. Quod autẽ erat in Græco Diogenis ὑπερκαλύπτειν, corrigendum duximus ἀποφεύγειν, & vertimus; fugio id enim est vel exultat vel insultat, vtrumq; enim significat. Hunc locum ita cõcludit, vt dicat vel fugio tantũ, coitu esse vtendum, vel ab eo omnino abstinendũ. Hanc enim agitari dicit quæstionem ne ducẽda vxor, an cœlebs vita sit agenda & expers omnis Veneris. Quod quidẽ se dicit declarasse in libello quem inscripsit De continentia, quem existimo hodie non extare. * *Quod si hoc ipsum.* Ostendit se non licere vti Venere, præterquã in matrimonio & ad procreandos liberos. Sed quoniam euidentibus nõnulli coitum non minus esse necessarium quam alimentum, hoc probat non esse verum ex eo quæritur; Sitne ducenda vxor, an vita cœlebs agẽda, & omnino abstinẽdũ à Venere; sed nullis argumentis set quæstio, si coitus esset æquè necessarius atq; alimentũ, sine quo viui non potest. Tãtum autem abest vt sine coitu viui non possit, vt ex eo & animo & corpori humano oriantur grauissimi morbi, & plurimi incommoda. Ea autem sunt omnia partim petita à Medicis, partim à Philosophis, maximè à Galeno quæ nõ grauabor breuiter recensere, vt facilius intelligatur Clemẽs. Hæc sunt ergo verba Galeni: luptate esca malorũ, ad cõgressum, non ductu naturæ impellamur, futurum profectò est, vt omnes

Eccles. 23.

Gal. lib. 2. de sanitate tuenda.



...mula sed animi vires frangantur penè omnes, prorsusq; cũ vita vnà pereant: frequens enim Venus ...gnatis habitũ soluit, senectutẽ accelerat, canos maturat, neruorũ incõtinentiã, podagras, arthritides, ...mores, sensũ hebetudinẽ, mentis torporem, malũ corporis habitũ, succorum eruditatem, ac virium ...rum omniũ, functionumque ab his manantium in firmitatem facit, &c. Iam dicit venere immodicè ...tos reddi imbecilliores, quod plurimũ effluat natiui spiritus & caloris. Dicit etiam multã Venerem ...rum & cerebrũ lædere, & vires elidere atq; debilitare. Idem multis in locis dicit Venerem stomachũ ...debilitare, Veneremq; vsum podagras parere: Coitum neruosam substantiam pr̃optissimè offendere. Quod autem coitus sit paruus morbus Comitialis, quæ Græcè dicitur ἐπιλῆψις, dixisse Democritum Abderitam testatur Comm. 1. ad tertiũ de popul. morbis. Eum eur Sophistam appellet Clemens, cũ fuerit magni nominis Philosophus, nõ satis video, nisi forte senserit id dixisse Protagorã, qui fuit ipse quoq; Abderitanus & auditor Democriti. Cũ autem dissertis verbis dixerit Galenus: Coitũ cerebrum & neruos offendere qui sunt instrumenta sensus & motus, non est mirum si ex eo plurimi enascantur morbi iique periculosissimi, nẽpe torpores, tremores, paralyses, epilepsię, &c̃que sunt huiusmodi. Cũ sit autẽ perspicuũ coitum nocere vires, nõ est mirum si decertaturi Athletæ à Venere abstineant, & qui obesã nitidaque & bene habendinis habere velint aniu[m]alia, ea à coitu abducant. Causa autem imbecillitatis, & virilis enervationis atq; adeo tam multorũ qui à medicis enumerantur morborum, est quæ fit per coitum exinanitio. Nam præter alias causas cur res suauissima sit cõcubitus, hanc etiam affert Aristoteles, quod è toto corpore semen profluat. Rursus autem, cùm semen quod plurimũ ex cerebro concubitu excernitur, & sit natura calens & vitalis spiritus plurimũ contineat, efficitur vt repentinam virium defectionem, vitæque ...dum periculum afferat. Inde macies, pallorque corporis, articulorũ dolores, virium omnimodo debilitas, pulcherrima fane effigiæ libidinis præmia. Venerem, inquit Plinius, damnauit Democritus, vt in quo homo exiliret ex homine. Et hoc est quod dicit Clemens; Per coitum homo ex homine enascitur & exsilit, &c. Cui quidem rei, saluo tamen sensu historico & allegorico, veluti per quendã naturæ sensum accommodat quod scribitur in Genesi: Hoc nunc os ex ossibus, & caro ex carne mea. Nam quomodo ex Adamo formata est Eua, ita ex semine per coitum excreto ex omnibus partibus formatur homo. Cum ergo tantum detrimenti homini afferat coitus, merito dicebat Sophocles iam senio cõfectus, libenter non amplius vti rebus Venereis. Hoc autem responsum Sophoclis citatur etiam à Cicerone libro De senectute his verbis: Bene Sophocles, cum ex eo quidam iam cõfecta ætate quæreret, vtereturne adhuc venereis. Dij meliora, inquit, libenter verò isthinc tanquam à Domino agresti ac furioso profugi. Item de Sophocle refert Plutarchus in lib. De Poëtis. * *Cæterum introducatur quidem & elegatur.* Quoniam vsperauit coitum, & ostendit quænam incõmoda & quam graues morbi ex eo oriantur, videri autem possit cum quibusdam antiquis hæreticis damnare matrimonium, vult quidem ad multiplicandum genus humanũ ducendam esse vxorem, sed obseruanda esse duo tempora in quibus non licet consummare matrimoniũ, quorũ vnum est senectus, quæ enim pueris id nõ concedit, vt qui nondum ...pubescentibus autẽ non amplius permittit, vt qui iam nõ sint apti ad liberorum procreationem. Quo commodissimè lepide fuit responsum ab eo, qui cum adhuc esset puer incitabatur vt duceret vxorem, ...que nondũ esse cum autem senectutem attigisset, respondit tempus præteriisse. Vitandas autem dicit ...cationes, circumcidendas, inquam, amputandas & repellendas, vt per Ezechielem iubet noster ...gnus pudore afficiens: nihil est enim turpius quam iniuriam facere naturæ, dum voluptatis ...mere effunditur semen, non autem vt legitimi filij procreentur. Recte procedit vita nostra secundum naturam si ab initio cõprimantur & coerceantur cupiditates, ne ad stupra prorumpat. Quod si contingat vt prorumpat, caueatur ne ad stuprum tegendũ medicamentis procuretur abortus, quod quidem simul & perdit hominem & omnem tollit humanitatem. Quodquidem quam sit timendũ ostendit ...tendum ab Hippocrate conceptum, in quo inter cætera sanctè iurat se medicamentis abortum non ...e procaturum. * *Cæterum quibus vxores ducere.* Extra matrimonium nullus coitus est licitus: in ipso ...m matrimonio etsi licitus nõ tamen semper honestus: neque enim interdiu est cum vxore congredi, ...ed tum demum cum diurnis peractis operibus & vespere finito conuiuio, & actis Deo gratiis ...rabile. Non esse autem honestum interdiu viri cum vxore congressum, dicit Plutarchus vel cæcũ ex Homerum, qui inducit Paridem à prælio redeuntem mox cum Helena cõcubuisse, quod signum ...m intemperantiæ: neque enim ab vllo principe aut Heroe id ab eo factum scribitur. Sed ...dentior nec frequentior, sed cum quadam verecundia debet esse concubitus, ne nimis frequens, ...pariat satietatem & afferat pœnitentiam. Etiam in lecto oportet meminisse honestatis: interdum temperanter viuere, nocte autẽ omnem exuere pudorem & verecundiã, est perinde ac Penelopen tetere, quodquidem est Adagium, de quo vide Erasmum in Chiliadibus. Significat autem ...nem operam sumere, & quod prius effeceras rursus destruere. Tam frequentes autem & tam ...a vxoribus cõiunctiones, efficiunt vt sint mariti suarum quodammodo vxorum adulteri. Non ...em certe durat huiusmodi cõiugum benevolentia, sed vel simul cũ libidine flaccescit & marcescit, vel cũ senescente corpore consenescit vel potius præsenescit & interit. Amantiũ amor non est semper ...dilis, & sæpe post satietatẽ vertitur in odium. Congruenter autem nostro Clementi præclare scribit ...s Hieronymus: Nihil interest quam ex honesta causa quis insaniat. Vnde & Xystus in sententiis, *Hieronym. ...* ...ter est in sua vxorem amator ardentior. In aliena quippe vxore omnis amor turpis est, in sua nimius. *lib. 1. aduer...* ...ius vt iudicio debet amare coniugem, nõ affectu. Regetur impetus voluptatis nec præceps feretur in *sui Iouin.* ...s, nihil est frędius quam vxorem amare quasi adulterum. Hæc Diuus Hieronymus. Quod si maritus debet regere impetus voluptatis, nec præceps ferri in coitũ, ea etiam debet cauere quæ prouocant ad libidinem, nempe impudica verba, & lasciua oscula, & cætera quæ recensẽt Paulus in epist. ad Ephesios. ...ad intendam autem coitum nihil magis conducit, quam si quis statuat cum Epicuro: Nulli prodesse ...rem, bene autẽ cum eo agi si non noceat. Nam etiam legitimus coitus non ad aliud conducit quam

ad procreandos filios legitimos. Sitne autē aliquando salubris coitus, vt multis in locis vult Galenus, negat nūquam, vt vult Epicurus, hoc enim illi tribuit ipse Galenus in lib. de arte medicinali, videtur tamen hoc certe cōstat immoderatū coitum & morbos grauissimos & plurima corpori & animo afferre incommoda, vt iam ante diximus. Quod si immodicus coitus etiā in matrimonio est vitandus, quanto magis res venerea habeatur cum meretrice? Quod autem de eo coitu dicit dicere Scripturam, Mulier meretrix pro apro cōparabitur. Quæ est autē viro subiecta, &c. Vbinam quidem sit hoc scriptum nescio, neque enim in sacris literis id vsquā inueni: conijcio autem eum significare, cum meretrice concubitum non minorem vastitatem homini afferre quam aprum syluæ: adulterium autem quod committitur cum muliere coniugata, quæ à marito custoditur, esse turrim mortis iis qui cū ea habēt consuetudinē: adulterio enim à marito deprehensō mors præsens imminet, quā quæritis qui cum alterius vxore rem habet, quasi cum meretrice inuenit autē eam in domo vel in ciuitate in qua suā exercet libidinē & intemperantiam. Opinor autem hunc esse sensum, sed arbitror locum esse vel corruptum vel mancum, quod de eo nihil inueniam in Scriptura. [1] *Quinetiam quæ est apud vos Poetica.* Non solum sacra Scriptura, sed etiam Poetæ Græci abhorrent & auersantur adulteria & nefanda masculorum stupra. Cuiusnam autem Poetæ sint hi versus nescio, vt quos existimem non alibi inueniri. Fuerunt autem etiam alij Poetæ Græci qui eandem sententiam, Phocyllidis quidem certe poëma sic incipit,

Μὴτ' ἀμείλιχος εἶναι μὴτ' ἄφρων κἀκόφρων ἐέναι.

Quo significat nec adulterium esse cōmittendum, nec in masculum Venerē esse incitandam. Et in eadem qui tā nefaria admittebant flagitia, alij adeo corrupto & depravato erant sensu & iudicio, vt quæ essent præter naturā delitias & voluptates, peccata non esse diceren; Alij autem ijque minus mali, qui videbant voluptate, peccata quidē eaque grauia esse sciebant, sed Deum, vt quem ea latere putarent, in eo mihi animaduersurū putabant. In quo quidem valde fallebantur cum sint Dei oculi oculis hominum longe perspicaciores, vt qui sit ipsa lux quā tenebræ nō cōprehendunt, & quæ nō cadat sub sensum, subiiciam intelligentiā. Stultum est ergo existimare nos peccantes Deum posse latere. Non solum autem peccant qui hæc admittunt flagitia, sed etiā qui conantur latere. Peccant enim vt qui vel sola voluptate, ab ipsa recedunt temperantia. Nam & qui mulierem videns cōcupiuit, iam mœchatus est in cordis sui fornicatur, non solū proximum, sed etiā seipsum lædit, imo vero seipsum occidit, vt quis mortuus, quod à Verbo seu ratione recesserit. Pudor ergo & temperantia est à nobis perpetuo cōseruanda cum purum tangi non possit nisi à puro, hic pura carne, quoad eius fieri poterit, induti incorruptione Angelicā vitam quam persequimur assequamur. Quod autem vertimus; Suum enim adulterio vxore matrimoniū, qui in id inducit meretricem, Græcè est μεταγάγῃ τὸν ἑαυτοῦ γάμον ὁ ποιῶν ἐπὶ πορνεῖον ἑαυτόν. Quod si quis potest intelligi, vt etiā suum matrimoniū adulterio dicatur violare, qui se nefario cōcubitui prostituit. ἑαυτὸν enim vtrumque significat, nēpe & inducere meretricem, & se ad patiendum stuprum adducere. De duobus enim execrandis loquitur flagitiis, nēpe de adulterio & concubitu masculino. Quæ autem ex cōtextu Clementis vertimus; Homo qui ascendit super lectum suum, apud Clementem quem ait ἀναβαίνων, id est ascendit, apud Septuāginta autē Græcè excusos est ἀναβαίνων, id est transgrediens. Quod prudens lector vtrū malit. [2] *Atque adueniens aliam quidem intemperantiam.* In omnibus rebus est modus tenendus, quē quidem nos docet tenere verbum seu ratio nostra Pædagogus, qui est optimus moderator. Quod autem ad reprimendas autem inflāmatas libidines nihil magis cōducit quam vitare nimiam cōsuetudinem. Modū autem in vestibus & in cibis ex eo docet esse seruandū, quod noster Pædagogus animi & corpus, & externa præcepta diuidens, de iis statuit omnē abijciendam solicitudinem, cum qui omnibus prouidet animantibus, longe de eis maiorē habeat solicitudinem, maximē cum ista ex ea sint ratione præditi rationis expertibus animantibus antecellant. [3] *Et hæc quidem de nutrimento, videlicet* dixit de nutrimēto quo alitur corpus (alitur autē corpus quod anima vinit vegetatiua & quæ de ea est) in eo autē quærendo modum dixit esse tenendum, & nimiam abijciendam esse solicitudinem. Quia hominis curā gerat & ei prouideat) de eo autem tractans simul egit de anima & corpore, cum sint simul cōiuncta: nunc accedit ad externa, nempe ad vestimenta, de quibus vult nos quoque nō esse solicitos, cum Deus sua prouidentia ea etiā magnifice & splendide vestiat, quæ sensu carent. Quod si vestit quæ sensu carent, multo magis qui & sentiunt, & sunt præditi ratione. Est autē consideranda quidē Pædagogū vt comedamus & bibamus, sed nolle vt quærtamus quid comedamus & quid bibamus, cibo sedatur fames, & potu sitis, cibus est siccum nutrimentum, potus autem humidum. Habemus quo famē & sitim sedemus, id, cum sit necessarium, nobis sufficere. Quæ autem non sunt necessaria, non sunt quærenda, vt quæ sint superflua. Quæ sunt autem superflua, sunt à Diabolo. Nempe virtus cōsistat in mediocritate, quod modū excedit est à malo, vitiosā enim sunt extrema: malum est ab eo qui est & malus & author mali, & qui cū sua natura esset bonus, libero suo arbitrio lapsus est in calumnias, & malus factus est, & homini malū persuasit. Hinc est quod dixit ipse, Christus sermone suo debere esse, est, &, non, quod est autē amplius esse à malo. Quæ sunt ergo superflua nempe delitias & voluptates, quæ sunt gentes quæ sunt stultæ & malæ: Verbi autem discipuli, nempe fideles sitiani, necessariis sunt cōtenti, & dum regnum Dei quærunt, ea nō desunt quibus opus habent agendum hoc vitæ curriculum. Quod autem dixit de abijciendo nimio alimenti studio id ipsum postea dicit de superfluo vestimento. Subiungit itaque [4] *Si ergo de veste & deliciis.* Non solum vult Clemens vestes & delitias non necessarias, sed etiā quidquid est pictum, fucatum, & nimio aliquo ornatu factū. Quod autem antea dixit de fœno quod hodie est in agro, cras autem in clybanum mittitur, id recit ad allegoriā. Ager enim, inquit, significat mundum. Sicut autem in agro est fœnum & herba, ita in mundo sunt alij superbi, elati, & quos inflat gloria inanis: alij verò sicut herbæ germinant & florent, & qui sunt fœno quidem similes, mittuntur in clibanum, & ab igne vruntur & consumuntur. Psal. 1. qui sint apti ad cremandū, & ideo non resurgunt in iudicio, vt dicit Psalmographus; qui autem sunt similes,



sunt similes, nempe qui germināt, & fructum ferunt, ij nō mittentur in ignem exurendi, sed in sinu patris Abrahæ collocati, germināt. Hi autē in iudicio resurgunt ad vitam æternam, quæ est vera vita. Qui autē sunt homo similes, etsi resurgunt, resurgunt tamen in condemnationem, & ad pœnam æternam quæ non finem habet. Hic mors acerbissima potius est censenda. Et fœnum quidem fuit ille diues, qui purpura vestiebatur & bysso cuius finis fuit interitus, herba vero pauper Lazarus, qui diuina irrigatus gratia in sinu Abrahæ requiem habet ad vitam æternam. Atque Clemens quidem, vt solet, si quid inueniat apud Græcos quod ad rem faciat institutum, id adducere, hic quoque laudat Lacedæmonios, qui mattonis, suis, inquam, vxoribus non permittebant vt floridas vestes & mundū gestarent aureū, id interim permittentes meretricibus. Athenienses autem vituperat, quod se viros esse obliti effœminarēt, & muliebribus quibusdā cincinnis capillos suos ornarent. De hac autem Lacedæmoniorum cōsuetudine, consuetudine, inquam (moribus enim vtebantur quos πάτριους dicunt, nō iure scripto) nihil dicit, nec Xenophō, nec Plutarchus, nec vllus, quod sciā, alius: de Athenienſibus autem permulti. Aristophanes in Comœdia cui est titulus Nubes, hūc habet versum, αἰχρὸν γὰρ ἐν Δωρικοῖσι κτένισμ' ἀκούειν, quem sic exponit qui in eum edidit Cōmentarium. Antiquissimi Athenienſiū habebant cicadas aureas in cincinnis capillorum, propterea quod Cicadæ, cū sint mutæ dedicatæ sunt Apollini qui erat patronus ciuitati. Dipolia autē festum erat antiquissimum quod erat Diasia. Cicadas autem acceperunt, quoniam veteres in plexum capillorum aurea vtebantur Cicadæ significantes indigenas esse Athenienſes, sicut & cicadæ. Idē Erasmus in prouerbio. Cicadis plenæ, & Eustath. in 1. Ili. exponit. illud ὀλολὰ τεττίγων ἐπικρέμασαι, & Cœlius Rhodiginus antiqu. lect. lib. 12. cap. 5. *Iulius Pol. lux cap. 6.* ἀκρόκομοι autem vocat Clemēs quod Iulius Pollux dicit αὐδρώοντα. Definit autē Vitruius αὐδρῶνας, à Græcis vocari, ἀνδρῶν, vbi virilia conuiuia solent esse, quod eo mulieres nō accedant. Athenienſium autem illā capillorum plexum appellabant Crobylum, qui tantum abest vt virum deceret, vt Cinædorum libet & arrogantiæ magis cōueniret. Qui autem vult videre Cinædos suis nomēclaturis ornatos, videat Iulium Pollucem cap. 30. de Cinædo. [1] *Horum autem Archontes sen principum.* Non soli Athenienſes fuere superbi & effœminati cultus & ornamenti studiosi, sed etiam cæteri Iones, inter Iones enim recenſentur Athenienſes. Iones ergo cæteri Athenienſium Archontes sunt æmulati: Archontes autem erant qui decem mensibus Athenis principatum tenebant. Aptissime autem dixit: Peruasit æmulatio, cùm ab Asiatis Ionum breuissimus esset maris traiectus, eos vt nimis delicatos & effœminatos arguens Homerum vocauit ἰωκοκόμους & ἰωκοκορύστας. Hic est versus Homericus in 8. Rapſ. Iliadis,

ὦ δαὶ βίστονες ἠδ' ἰώκοκοι ἠδὲ κυνάσπαι,

Quos exponens Eustathius, Vsque ad Periclis, inquit, impetiū habebant talares tunicas, gestātes etiam clypeos. Licet autē hic quoque Geographus ἰωκοκόμους, eo quod πέπλους, id est vestes traherent, vtpote quidam Græcos quærēs esset æmulatio de gestanda veste muliebri. Vnde etiā dicti sunt κουρῆτες, vt qui ornamenti tanquā κόραι, hoc est puellæ. Alij autem eos dicunt ἰωκοκόμους, vt qui hostium tunicis inferunt bella, id est vulnera. [2] *Quod si se eis aliquantulum.* Quoniā vere mulier est, vt dicit Diuus Petrus Apostolus corpheus, infirmius vasculum, oportet quidem se ad eam aliquantulūm accōmodare, & concedere, vt sint quidē aliquantulō molliores eorum vestes, dum modo nō sint nimis tenues & pellucidæ & lasciuo artificio nimis elaboratæ, neque ex filis aureis cōtextæ, neque sericeæ, quæ corpus quidem quasi velis ut proprium non tegant, sed quodam veluti lenocinio ad probrum pelliciant. Hinc accepta occasione desinbit admirabilē illam Bombycis transformationem, ex cuius solis fiunt vestes sericæ & bombycinæ. Cuius descriptionem vide etiam apud Plinīū lib. 11. hist. nat. cap. 21. [3] *Reiciendæ quoque sunt* [illegible] *Plin lib. 11. cap. 21.* Dixit esse reiciendā vestiū materiā, quæ nō est apta, vt quæ ex ea fit vestis corpus tegunt, nec dicit reijciendā etiam esse tincturam, viris bonis & candidis solum candidum tenendum esse. Quod si nō sit omnis color reijciendus, sint autem duo genera colorū vt dicit Plinius, naturalis & factitius, retineatur quidē naturalis, amandetur autem factitius. Naturalis veritati per se [illegible] factitius est adulterinus, & ad vsum nō aptus; Vestiū autem multa genera: denominantur autem [illegible] vel à nationibus, vel à tincturis & coloribus. Qui de his plura scire volet, legat Cœlīū Rhodig. antiq. lect. lib. 26. cap. 10. & Iulium Pollucem. Floridæ autem vestes, quæ sunt, inquam, floribus [illegible] non diuinis Christi sacris, sed bacchicis orgijs & mysterijs conueniunt. Argentea vasa, & tinctæ [illegible] cogitatæ sunt ad inanem atque adeo perniciosam oculorum delectationem, & ad ostentationē, [illegible] in theātris, dum aguntur Tragœdiæ: à Christianis autem debet abesse omnis pompa & fastus. [illegible] tinctura Suidas vult esse rubram, à Sardinia insula sic forte appellatam. Inter vestes [illegible] numerat Omphacinas, quæ sunt colore Omphacio & oleo similes. Est & viridis & rosacea & [illegible] tinctura, ab eis autem etiam denominantur vestes. Vnde etiam Martialis,

*Coccina famosæ donec & Lanthina Machæ.*

*Coelius Rhodig. Poll. 37. 371. 372.*

[illegible] quoque, id est, tinctam purpura, recenset Pollux inter vestes, sicut etiā κροκωτόν. Fortasse ita dicta [illegible] tinctura croceā, quod videtur significare Clemens, dum Crocoton vocat μισοξανθόν, id est vnguentum [illegible] illitum scilicet croco. Erat autem Crocotum genus vestis rotundæ ac fimbriatæ, qua diuites [illegible] matronæ. Vnde teste Plutarcho, quidam pingebant Herculem Omphalæ seruientē, vt pullum [illegible] Erasmus in prouerbio, Felli Crocotō. Has omnes floridas, coloratas, vnguentis infectas, [illegible] delicatas vestes vult Clemēs Christianas mulieres reijcere, vt quæ nec eas deceāt, nec eas aliquā [illegible] & honeste gerere arguant, maxime cum fucus quo pinguntur, nihil in eis esse sincerum [illegible] ferat. Quænā autem sint prætiosæ illæ quas dicit membranæ nō satis intelligo, nec quæ in purpura [illegible] animalia, nisi forte eas intelligat vestes quæ acu texuntur à Phrygionibus. [4] *Aperte itaque suadet* [illegible] Quæ omnem suam confert curam in studium ornatus, ea nec Deo vacat, nec marito, à pudicitia [illegible] cōiugio, vt quæ ob nimium amorem vestitus, sæpe rupiatur ad adulteriū. Quod accidit [illegible], quæ ob monilis amorē consensit vt maritus in bello Thebano moreretur. De ea hæc narratur [illegible] vel fabula vel historia. Eriphile vxor Amphiarai, & soror Adrasti, accepto à Polynice aureo monili, ma-

ritū latentem, ne ad bellum mitteretur Thebanum in quo se moriturum præsciuerat, prodidit Adrasto. Quod ægrè ferens Amphiaraus, filio Alcmæoni mandauit, vt accepto mortis suæ nuntio matrē interficeret: quod fecit. Huius meminit Pausanias, in aliquot locis Eliacorum. [a] *Quæritur Cenis sophi an.* Vide Clemēs fidelis & Christianæ mulieris talē esse vestitum & habitum, qualem fuisse virtutis quæ appellatur Herculi pubescēti & deliberanti de suo vitæ instituto, describit Xenophō lib. 2. de dictis Socratis, ante Prodico Cæo qui vitam scripsit Herculis. Huius meminit Cicero lib. 1. de officijs, dicens: Hercules Prodicus dicit, vt est apud Xenophontē, cùm plurimū pubescereet (quod tempus à natura ad deliberandum quam quisq; viā viuendi sit ingressurus, datum est) exisse in solitudinem, atque ibi sedentem diutius multumq; dubitasse, cū duas cerneret vias vnā voluptatis, alterā virtutis vtrā ingredi melius esset. [b] *Ergo Verbū seu ratione sequitur.* Quoniā dixerat id quod in veste vsum affert esse præferendū, videtur aliquis obstare quod in Psalmo quadragesimo quarto canit Psalmographus, literā deducit ad allegoriam, significari dicens per eam, Christum & Ecclesiam. [c] *Est autē maximè ineptū.* Inter tunicas recenset Pollux eam qui & fœminis & viris congruit. Porrò autem quod aliis quoque indumentis inijciebatur Peplus, ex Minerue peplis libere licet conijcere. Super tunicam etiam gestabantur Ephaptides, quas nonnulli vocant Zyras. Xistis verò est vestis Tragica Chlæna: quæ à nobis dicitur Læna, est vestis qui tunicæ injicitur. De his & multis alijs vestibus vide Iulium Pollucem, & Cœlium Rhodiginum lib. 16. cap. 10. & lib. 17. cap. 9. & 16. Stultū autem esse dicit Clemens has vestes & stupere & admirari, & tātum pecuniæ in eas impendere quæ ad pudenda tegenda factæ sunt, cū primo nostro parenti sufficerint folia ficus ad faciendas sibi ligacula quibus pudenda tegeret. Nostræ quidē sunt oues & in vsum nostrum fabricatæ, sed oportere esse illis sapientiores: non sumus autem, si eorum lanas stupeamus & admiremur. Rādrgeamus ergo sumptuosas vestes, & ad eas sermonem conuertentes, dicamus: Estis pili ouium, quali dicamus. Quo magnificaemus, quæ estis pili ouiū. Pilus per se est contemnendus, sed multo magis pilus stultæ pecuniæ. Quantumuis sint lanæ prætiosæ, & in quantacunque æstimatione sint pili, quos pelles custodiūt, efficiunt enim alioqui mos peruiri, non est in ea ponendum studiū. Lanæ quidem ouium sue vellanæ tondentur, diu durant, nec opus habent vt custodiantur. Prætiosi autem pili exterorum animalium, ideo pereunt nisi à sua pelle custodiantur. Quæ sunt laudatissimæ lanæ, vide apud Plinium qui hæc tradit. Lanæ autem laudatissima Apula, & quæ in Italia Græci pecoris appellatur, alibi Italica. Tertium locum Milesiæ oues obtinent, Apulæ breues villo, nec nisi penulis celebres. Circa Tarentum Canusinique agri nobilitatem habent. In Asia verò eodem genere Laodiceæ. Alba circumpadanis nulla præferenda. Atrorum pilis autem quos custodiebant pelles nihil aliud occurrit quod dicam, nisi prisios, leonum, vitulorum, porum, &c. pantherarum pellibus fuisse indutos, sed quod horum pilorum insanum fuerit illustrare, magna vnquam fuerit eorum æstimatio, non memini me vsquam legere. Eustathius exponens illa Homeri tertiæ Rhapsodiæ Iliadis,

Παρδαλέην δ' ὤμοισιν ἔχων ἰξυγι κληιδωτὴν.

Παρδαλέην, id est Pardi pellem, inquit, humeris habet Paris, quoniam non erat grauis armatus, sed ferebat arcus & ensem & duas hastas. In iis autem quæ sequuntur alios etiā inueniemus Heroas amictos pellibus indutos, alium quidem λεοντῆν, id est pelle leonis, alium verò λύκεια, id est pelle lupi, alium παρδαλῆ, id est Pardina, pellis Pardi, sicut λεοντῆν pellis leonis, & lycea, id est lupina, pellis lupi, & ita de cæteris, pellis hirci, per defectū pellis, sicut etiā apud Herodotū ἀνθρωπείας, id est humanæ, est pellis intelligenda, &c. Hæc quidē de pellibus quibus olim induebantur Græci veteres. Sed quod in tanto prætiosarum pellium apparatu olim nōnullæ pelles, vt hodie mustellinæ quas Martoras Zibellinas vocāt, & eiusmodi aliæ vilissimæ, non legi. Id tamen videtur significare hoc in loco Clemens, nisi mea me fallit coniectura, [d] *Ioannes despectū quoque ouium pilus.* Prætiosas pelles nō esse magnificandas à verbi discipulis, propter humilitatē Ioannis Christi præcursoris, qui ne ouillis quidē induebatur pilis, nempe pellibus, tametsi delicatis, sed pilis camelorū: & Eliæ qui pelle induebatur ouina constricta zona pellicea: & Ioannes nudus & ne calceatus quidē incedebat, & sæpe vtebatur sacco cilicino: & Hieremiæ qui cingulum habebat lineum. A corpore autem sumpta similitudine, ostēdit bonis & honestis moribus magnopere conuenire modestum & frugalem vestitum, sicut bene nutrita corpora vires & vigorem magis ostendunt quæ sint nuda. Syrmata, id est ad pedes demissas vestes esse reijciendas, vt nimia delicatas, & quæ magis deceant & conueniant impudicis saltatoribus, & qui Cinædicos gestus figuras & habitus etiam, tacentes per se imitantur. Quoniam autē ei quod de Syrmatibus & ad pedes demissis talaribus vestibus dictum est, videbitur aliquis obstare quod vestis Domini dicatur fuisse talaris, respondet non tam spectandam esse literam quæ in hac quam allegoriam in qua est spiritus viuificans. Significat enim vestis illa vtrjam Dei sapientiā, & ornamentum gentia veritatis eloquia. Indutus est etiam Dominus confessione & decore & lumine sicut vestimento, id est creaturis quæ eū confitentur & laudant, & est Dominus amictus lumine, est enim ille lux inaccessibilis, qui lucē habitat inaccessibilem, ad quam nullus per se potest accedere. Hæ sunt vestes Domini, de quibus & multæ aliæ, quas quærent qui volent ex interpretibus Psal. 103. [e] *Quemadmodum ergo vestium ornamentum.* Honestus & decorus oportet vt sit vestitus, & in eo ipso quoque seruandus est modus. Ita enim oportet mulierē, vt nulla pars eius nuda appareat, quæ ad probrum afferendum hominem possit. Lacenæ virgines nudæ erant vsque ad genu, Christianas autem mulieres non solum calcaneū, sed etiam caput decet tegere. Iubet quidē certe Paul. in epistl. ad Cor. mulierē habere velamen super caput. Facetā autem vocem illam lacenæ mulieris quam hic refert Clemens, Plutarchus in Apophthegmatis dicit esse Theanus, quæ cū casu nudasset brachium, cuidam dicenti, O pulchrum brachium! At quæso, inquit, pulchrū. A veste autem mulieris, si fieri possit, abest oportet quidquid spectatorum oculos ad se conuertere. Conuertit autem id quod est insigne, vt purpura. *Atque illa quidem adnotanda.* Quantū licet conijcere tantus eo tempore in vestibus erat luxus, vt succus purpureus omnem vestem luminaret. Sic enim scribit Plinius; Distinguit ab equite Curiam. Dijs aduocatur placandis, omnem vestem



vestem illuminat. Hæc Plinius, ex quo licet intelligere ad vestes ornādas & illuminādas solitū esse nonnullos alteri purpuræ, Mulieres autē maximā vestis partē reliquebant aliis texendam, quidquid autem erat purpuræ, ipsæ suis texebāt manibus suas inflāmantes libidines. Quo fiebat vt stultis & delicatis his mulieribus delectatæ sibi mortē accerserēt æternā. Mortē autē vocat purpureā, alludēs ad illud Homeri,

Homer.

Πορφύρεαι δέ μιν μόρσιμοι ἔχραον αἶσαι. Id est,

*Purpureæ arripuit mors illum diraque parca.* Quod interpretans Eustathius sic scribit: Purpuream mortem dicit Homerus, nō solum eam quæ est ex sanguine, aut nigram, vt etiam fluctum purpureū: sed mortem cum quæ vno ictu infertur, vt etiā dicit Ælianus: natrans purpuræ tinctores vno manus ictu viuā purpuram dimittere purpuri, vt sic pulchra sit purpuræ tinctura. Vnde etiam mors est purpurea, qualem passa fuerit purpura quæ ipsa quoq; vno ictu morte afficitur. Quanquam alludit etiam Clemens ad hominem illum diuitem qui vestiebatur purpura & byssō, mortuus autē est & sepultus in inferno. Notum autem est ex historia, quod quidā tinctor purpuræ, cum dolū admisisset in tinctura, dum ex mote abduceret purpuram ad vestiendū scomma citauit illud, ex Homero: Purpurea arripuit mors illum duraq; parca. Virgilius verò Homerū imitatus, non mortem sed animam vocauit purpuream, dicens: Purpureus vomit ille animam. Vbinam optimæ nascantur purpuræ sic docet Plinius: Præcipuus hic Asiæ in Mœnide Aphrice, & Getulo littore Oceani, in Laconica Europæ. Quantum autem laboretur in eadem purpura, earumque succo exprimendo & coquendo pulchrè Plinius, vbi inter cætera hoc dicit. Quin iam potat horis, rursus mergitur carminata, donec omnem ebibat saniem. Ad quod alludēs noster Clemens, pannos purpuræ saniem ebibentes vocat auidos. Quanquā nonnulli, vt ait Athenæus, non tinctum, nec tinctūram, sed ipsum animal dicunt esse λάχνην id est auidū & vorax. Vnde natū est proverbium, Purpura voracior, quod ea, vt ait Plinius, lingua sua omnia deuoret Conchylia. Erant autē eo tempore mulieres adeo in luxu immoderatæ, vt & purpuram adulterarēt, & lineas vestes quæ erāt aliorum subtilissimæ & tenuissimæ, nō amplius ex Ægypto, sed ex terra Hebræorū, seu ex Palestina & ex Cilicia importari curarent: Amorginas quoq; & byssinas vestes per summum ludibrium ita immutarunt, vt eo nomine non amplius appellarentur. Byssus autem & Amorgina erant genus lini tenuissimi & subtilissimi, vt scribit Iulius Pollux ca. 17. De his autē scribit copiosissimè Cœlius Rhodig. antiq. lect. lib. 23. cap. 8. Hoc autem caput ita concludit Clemens, vt reprehensione dignos censeat eos qui ita gerunt, vt ijsa vestimenta sint seipsis pretiosiora. Cuius hanc dicit esse causam, quòd quæ sint vērè bona ignorent, & quæ non sunt tanquam quæ sint falsa visione apprehendunt.

## De calceatura. Cap. XI.

[a] SIMILITER *autem in calceamentis quoque superbæ arrogantesque fœminæ magnam ostendunt mollitiem. Verè ergo turpia sunt illa sandalia, in quibus sunt aurea veluti donaria: quinetiam circumcirca clauos soleis infigere æquum censent. Multæ autem eis quoque amatorias salutationes imprimunt, vt vel per terram numerosè incedentes, meretricios spiritus in incessu insculpant. Valere ergo iubenda aureorum & gemmeorum sandaliorum vana artificia, & crepidæ Atticæ & Sicyoniæ, cothurniique Persici & Hetrusci. Recto autem scopo, vt veritatis nostræ mentis, proposito, id quod est secundum naturam est eligendum: calceorum enim vsus est alius quidem ad tegendos pedes: alius autem ad propulsandas offensiones, & à montanis asperitatibus plantam pedis conseruans. Sunt itaque mulieribus albi concedendi calcei, nisi meretrices sint: tunc autem eis vnctis est vtendum. Neque enim fœminam decet pedem ostentare, & alioqui mulieri tener est sensus, vt facilè lædatur. Viro autem pulchrè conuenit calceos habere calceos, præter quam si militet: Calceatum enim esse, prope accedit ad id quod nudum esse ligatum. Optimum quidem est genus exercitationis nudis vti pedibus, & ad salutem & ad expeditam facilitatem, vbi non prohibeat necessitas; quod si iter non impediatur, nec nudis incedere pedibus pati possimus, soleis vtendum est: eas autem Attici vocabant κοινὰς, quòd pedes, quantum ego conijcio, terræ appropinquarent. Tenuis & simplicis calceaturæ testis sufficit Ioannes, qui dicebat se non esse dignum soluere corrigiam calciamenti Domini. Non enim curiosos aut superfluos habebat calceos, qui veræ philosophiæ typum ostendebat Hebræis. Hoc autem numquid aliud mysticè significet, tractabitur alibi.*

## COMMENTARIVS IN CAP. XI.

[a] SIMILITER *autem in calceamentis.* Primùm ostendit quantus esset luxus & mollities fœminarum in calceis. Calceorū autem varia erant genera: quædam dicebantur sandalia vel sandala, vtrumq; enim dicit Iulius Pollux: quod autē verti donaria, Græcè est ἀναθήματα, ea autem sunt, quæ sunt Diis dedica-

ta. Ea in calceis ponere turpe est & indecorũ. Ita etiam clauos in eis infigere ad ostentationem, & tumultorias salutationes in eis insultipere, quæ meretricios spiritus, fastũ, inquã, meretriciũ incedendo ostendant; ea autem sunt reiicienda. Sed nec calceamenta esse oportet aurea aut gemmis. Sed nec cothurnus nec crepidis est vtendum cuiuscunq; sint nationis, est enim vitanda superbia & arrogantia. Erat autem cothurnus quadrangulus vtriq; pedi conueniens, & congruebat viris. Vnde natum est prouerbiũ. Cothurno versatilior, & ideo dictus est Theramenes cothurnus quod nũc ab his, nũc ab illis ſtis partibus incertæ & dubiæ esset fidei. De quo vide Erasmũ in prouerbiis. Crepidæ quæ Græcè dicuntur κρηπῖδες, à nonnullis autẽ Poëtis dicuntur ξυσταί, vt dicit Pollux, erant πολυμερῆ κατὰ δήματα, id est multiplici factura calceamenta: erant autẽ calceamenta militaria, quæ prius fuerãt propria senatorum, deinde equitum. Erat autem & cui etiam Mullei olim fuere calcei regum Alþanorum, deinde Patriciorũ, deinde Patriciis ademptus diti sunt mulieribus. Est autem calceorum duplex vsus, vnus ad pedes tegendos, alius ad prohibendũ in quid pedes offendat. Hic ergo calceorũ scopus est nobis proponẽdus: Mulieribus ergo, vt pedes tegãt albis vtendũ est calceis, ab eis enim non est vlla pars nuda corporis ostendenda, quod li sit eis iter ingrediendũ, cùm sint molles & facile lædantur, ad vitandã offensionem vnctis calceis est vtendum, nempe coriaceis: viris autẽ cõuenit nũdos esse pedibus, nec vti calceis nisi cũ vel militant, vel iter ingrediãtur. Sed nec quibusuis calceis est eis vtendum, sed tantum soleis: soleæ autẽ sunt calceamẽta quibus plantã pedes pulueri seu tetræ appropinquant, dictæ à κόνις, quod est puluis & ποδ', quod pedem significat, vel alio etiã nomine vocantur βλαῦται & φαικάσιοι vt dicit Clemẽs: Eis vti possunt viri etiamsi iter nõ ingrediãtur, si nudis esse pedibus fetre nõ possint. Nudis autẽ esse pedibus melius esse probat Clemẽs ex mo ὑπόδηματος. Calceus enim Græcè dicitur ὑπόδημα, quasi dicas subligamentum: est enim calceus vinculum quoddam vinculum pedis, quod impedit, ne pes suo officio facile & expedite fungi possit. Sacra etiam diadema dicitur pannus quo regibus vincitur caput. Ad ostendendum quoq; tenuem & frugalem esse calceaturam, adducit id quod dixit Ioannes præcursor apud Lucam, se non esse dignum soluere corrigiam calceamentorũ Domini. Nimis enim curiosos & superfluos non fuisse eius calceos patet, quod ostenderet Hebræis typũ veræ philosophiæ. Vmbra enim & figura fuit per Moysem ad Ioannem, ab Ioanne autem ostensa est ipsa veritas, nempe Christus, vmbris ceremonijs & figuris quæ Christum venturum significabant. Huius alium quoq; sensum dicit esse mysticum, quem se alibi expositurum. In calceis autem fastum & superbiam adeo non probauit Christus, qui est ipsa veritas, vt suos discipulos instituens ne eos quidem calceamenta possidere voluerit.

*Chil. 1. cent. prou. 94.*

*Alexander ab Alexan. genialium dierum li 5.*

*Luce 3.*

## Quòd non oporteat gemmas & aureum ornatum stupere & admirari. Cap. XII.

GEMMAS[a] *autem fuscas aut virides, & quæ ab externi maris æstu explentur, & quæ ex terræ ramentis deteruntur, admirari & stupere est pueri. Ut pellucidos enim lapillos, propriósque ac peculiares colores, atque vitra vernanti gno ferri studio, nihil est aliud quàm stultorum hominum, qui trahuntur ab eis, quibus ineſt pulsans visio. Ita etiam pueri cùm ignem aspexerint, splendore adducti ad eum feruntur, cum quam sit eum tangere periculosum, propter ignorationem minime adverterint. Tales stultis mulieribus gemmæ sunt monilibus alligatæ, & inclusæ torquibus, onythysti, & ceraunitæ, & iaspides, & topazion, & smaragdus Mulesia, mercimonia pretiosissimum. Maximi autem pretij Margarita mulierum conclaue mirandum in modum per summam invasit lasciuiam: ea autem nascitur in quodam ostreo pinnis non absimili, magnitudo autem eius est quantus est permagnus piscis oculus: nec pudet miseram tantum suum studium in hoc ostreo ponere, cùm eis liceat sancta ornari gemma, nempe Verbo Dei, quod vtique Scriptura appellauit Margaritam, qui est pellucidus & purus Iesus, qui in carne contemplator oculus, qui est ratio, qui perspicuus, per quem caro est pretiosa, quæ aqua regeneratur. Illud enim ostreum in aqua natum carnem contegit: ex ea autem margarita concipitur. Ex sanctis autem lapidibus supernam Hierusalem simul structam accepimus: & duodecim portas cælestis ciuitatis, lapidibus pretiosis aliis latas, suscipiendam Apostolicæ vocis gratiam significare admittimus. In pretiosis enim lapidibus collocati sunt colores, sunt autem ij pretiosi: alia verò remanent terrigena materia: meritò ergo symbolicè sanctorum ex his ædificatur ciuitas. Ex inimitabilique flore lapidum, florem spiritus, ab interitu scilicet alienam & sanctam subsistentiam, intellexere.* [b] *Quæ ergo quid sit in Scripturis symbolicum non intelligunt, sed lapidibus inhiant, & admirabilem illam defensionem afferunt. Quod Deus ostendit, non tan-*

*Apoc. 22.*



*non vetuit? Adsunt mihi, cur me eis non oblectabo? &, quibusnam ergo facta sunt, si non habeã? Eorum qui Dei vocem planè ignorauerunt, sunt hæ voces. Primum enim quæ sunt necessaria, sicut aquam & aërem, aperte omnibus suppeditat: quæcunque autem non sunt necessaria, terra & aqua abscondit. Et ideo aurum formicæ fodiunt: aurum Gryphes custodiunt: à mari teguntur margaritæ: vos autem curam superuacaneam ponitis in ijs quæ non oportet; ecce totum cælum est apertum, & Deum non quæritis: absconsum aurum autem & lapides ij apud nos seruntur, qui sunt damnati capitis. Quinetiam Scripturæ propriæ, cùm illa aperte clamet: Quærite primùm regnum cælorum, & hæc omnia adiicientur vobis. Quod si etiam vobis omnia sunt donata, & vobis omnia sunt concessa, & si omnia vobis licent, vt ait Apostolus, sed non omnia expediunt. Produxit autem genus nostrum ipse Deus ad communicationem, cùm ipse prior suum filium impertijt, & suum Verbum omnibus commune submiſtrauit, & fecit omnia pro omnibus: sunt ergo omnia communia, ne plus quàm alij sibi vendicent diuites. Hocergo, Adsunt mihi, & supersunt, cur me ij non oblectabo? non est humanum, nec ad societatem pertinet. Illud autem magis charitatem arguit, Adsunt mihi, cur non impertiar pauperibus? qui enim talis est, est, perfectus, qui hoc impleuit, Diliges proximùm tuum sicut teipsum. Hæ sunt veræ delitiæ, hic est pretiosus thesaurus. Quæ autem impensæ sunt in cupiditates, interitus non sumptus habent. [c] Scio enim Deum potestatem nobis vsus dedisse, verùm eum vsque ad id quod est necessarium: & vsum communem esse statuit. Absurdum autem est & turpe, vnum lauté & luxuriosè viuere, cùm multi esuriant. Quanto enim est gloriosius multis benefacere, quàm magnifice habitare? quanto autem prudentius, in homines quàm in lapides & aurum impendere? quanto autem est vtilius ornatos habere amicos, quàm ornamẽta inanimata? cuinam autem agri tantum profuerint quantum gratificari? [d] Restat vt illud quoque dissoluamus quod obijcitur. Quinam ergo habebunt quæ sunt sumptuosa & magnifica, si omnes delegant ea quæ sunt vilia & frugalia? Homines, dixerimus, si absque vlla vehementi abstinentiæ & differentia eis vtamur: sin autem fieri non potest vt sint omnes frugi & temperantes, at propter vsum rerum necessarium, ea quæ sunt paratu facilia, sunt persequenda, multum iubendo valere hæc quæ sunt superuacanea.* [e] *In summa ergo, mundana tanquam pellarum mundi sunt ad coruos amandanda, à totum etiam ipsum mundum recalcitrant: oportet enim eas intus esse honestas & ornatas, & pulchram mulierem internam ostendere. In sola enim anima apparet pulchritudo & turpitudo: & ideo is solus qui est vere præditus, vere est pulcher, bonus & honestus: & solum quod pulchrum & honestum, bonum esse statuitur. Virtus autem sola etiam per pulchrum corpus apparet, & in ea ipsa efflorescit, moderationis speciem amabilem ostendens, quando mores tanquam lux quædam in forma resplenduerint. Vniuscuiusque enim plantæ & animalis pulchritudinem, in vniuscuiusque virtute esse euenit. Hominis autem virtus est iustitia, temperantia, animi magnitudo, & pietas: pulcher ergo & honestus homo est qui est iustus & moderatus, & qui vt semel dicam, bonus est, non qui diues.* [f] *Iam verò milites quoque volunt auro ornari, vt qui nec illud legerint Poëticum:*

Quique aurum gestans, in bellum, vt stulta puella, Ibat. *Homer. Iliad.*

[f] Caterùm ornatus quidem studium, quòd virtutis minime curam gerit; sed corpus sibi vendicat, boni & honesti studio conuerso ad vanam gloriam, est penitus expellendum. Quæ enim ea quæ corpori non conueniunt, perinde ac si conuenirent, adiunguntque, mendacij medicationem, & consuetudinis fraudem ingenerant, non honestatem, simplicitatem, & a simulatione alienationem, & vere pueritiam, sed fastum arrogantiam, mollitiem &

luxuriam contexunt. Istæ verò veram pulchritudinem obscurant, auro eam adumbrantes, nec intelligunt quantum in se delicti admittunt, se innumerabilibus vinculis alligare, quemadmodum dicunt apud barbaros, sceleſtos & maleficos homines auro vinciri. Hos captiuos vinctosque æmulatæ esse videntur diuites mulieres. An non enim colli torquem est torques aureus, moniliaque & quæ χλιδῶνες vocantur, catenarum locum obtinent? quæ etiam lingua Attica eodem nomine, nempe ἁμάξιος, hoc est, catenæ appellantur. Talares autem compedes, indecorum in pedibus fœminarum ornamentum vocauit Philemon in Synephebo:

Pellucidas vestes, quendámque compedem
Aureum.

Cur ergo hic à vobis tantopere expetitur ornatus, nisi quòd vos velitis, ô fœminæ, videri esse astrictæ compedibus? Nam si materia probrum eluit, est quidem hoc vitium quod minime interit. Atque mihi quidem videntur sua sponte vinculis alligatæ, gloriari de suis magnis calamitatibus. Ac fortasse etiam Poëtica fabula adulterium committentem Venerem dicit fuisse comprehensam eiusmodi vinculis, nihil aliud quàm hæc ornamenta ad ulteriꝰ esse signa significans. Illa enim aurea quoque vincula fuisse dixit Homerus. Iam verò non pudet eas apertissimè maligni symbolis indui. Quemadmodum enim Eua serpens decepit, ita etiam alias mulieres mundus aureus, vtens esca serpentis figura, in probra furiosè impellit, nempe murænulas quasdam aureas & serpentes ad decorem effingens. Dicit itaque Comicus Nicostratus, catenas, monilia, annullos, armillas, serpentes, periscelides, elleborum. Summa autem cum earum ignominia omnem mundum muliebrem recensens Aristophanes ostendit in Thesmophoriazusis. Adducam autem ipsa verba Comici, quæ importunum vestræ insolentiæ fastum apertè arguunt: Mitras, redimicula, nitrum, & aciculam, pumicem, strophium, reticulum, posterius operculum, fucum, torquem, hypogrammata, triphocalasisin, vittam, cingulum, instita, Tryphema, mundum, cython, baratron, encyclon, tunicam; quæ sunt autem horum non dixi maxima, dixi dyalithon, plastra, molochion, botruchlidonem, fibulas, amphileas, monilia, pedicas, figuras, catenas, annulos, cataplasmata, bullas, ligamenta, olisbos, sardia, ventilabra, cistam. Ego quidem defessus sum, & indignor, dicendo tot eorum ornamentorum multitudinem. Mihi autem venit in mentem admirari, quòd eæ non enecentur, dum tantum onus habent. O curam valde inanem! O vanam & insanam gloriæ cupiditatem. Ritu mercimonio opes effundunt in probra ac dedecora, suaque improba & arroganti stoliditate Deum corrumpunt & adulterant, artem maligni imitantes. Dominus autem in Euangelio Luce 12. diuitem qui in horreis & apothecis recondebat, & apud se dicebat, Habes multa bona multos annos reposita, comede, bibe, lætare, apertè stultum vocauit: hac enim nocte animam tuam accipiunt: quæ ergo parasti, cuius erunt? Apelles pictor cùm vidisset quendam ex suis discipulis pinxisse Helenam multo auro ornatam: O adolescens, inquit, cùm non posses pingere pulchram, pinxisti diuitem. Tales sunt Helenæ, quæ nunc sunt mulieres, non veri pulchræ, Cap. 2. sed multis effictæ & ornatæ diuitijs. Eis prædicit spiritus per Sophoniam, argentum & aurum ipsarum non posse eas eximere in die iræ Domini. Eas autem quæ à pædagogo Christo instituuntur, non auro, sed ratione & Verbo exornari, conuenit, per quod solum apparet aurum. Exod. 32. Beati quidem fuissent Hebræi veteres, si mundum mulierum abstulissent & abiecissent, non solummodo fudissent: nunc autem cùm aureum bouem conflassent, & in eo adorando idololatriæ peccatum admisissent, ipsi quidem nec ex arte, nec ex suo instituto commodi quicquam ceperunt, expressissima autem figura nostras mulieres docuerunt, vt ab ornamenta assumerent. Quæ itaque cupiditas in aurum fornicatur, sit idolum quod igne examinatur: cui quo-

μυρσίνη ἐφι, ornamenta muliebria.



dem sola reseruantur delitiæ vt quæ sint simulachrum, non veritas. Hinc Verbum per prophetam Hebræos probris insectans: Argentea, & aurea, inquit, fecerunt Baal, ornamenta scilicet. Et apertè comminans: Et vindicabo, inquit, super ipsam dies Baalim, in Oseæ 2. 13. quibus ei sacrificauit, & inaures ei apposuit, & torques suos. Et ornatus causam subiungens, dicens: Et ambulauit post amatores suos, mei autem oblita est, dicit Dominus. Ipsi ergo improbo Sophistæ, diabolo scilicet, nugis dimissis, ne sint huius meretricij ornatus participes, nec per speciosum prætextum, idololatriæ crimen admittant. Admodum ergo pulchre dixit beatus Paulus: Mulieres, inquit, similiter non implicaturis, vel auro, vel margaritis, vel veste sumptuosa, sed quæ decet mulieres profitentes pietatem, per bona opera (propria ornantes. Earum enim ornatum iurè abesse iubet. Si enim sint pulchræ, sufficit natura: non contendat ars contra naturam: hoc est, fraus minimè litiget cum veritate. Sin autem sint natura turpes, ex ijs quæ sibi applicant, quod non habent arguunt. Eas ergo quæ Christo seruiunt, conuenit amplecti frugalitatem. Frugalitas enim reuera curam gerit sanctitatis, vt quæ ea quæ redundant, & sunt immoderata, exæquet & per quælibet, quæ ex superuacaneis capitur vsum percipiat. Quod enim est frugale ac tenue, vt ipsum etiam nomen indicat, non eminet, neque vlla in re in molem assurgit aut intumescit, sed est rerum sum planum, lene, æquale, & minimè superfluum, & ea de causa sufficiens. Est autem sufficientia habitus quidam qui ad suum finem peruenit, ita vt neque quid desit, neque redundet. Eorum autem mater est iustitia: nutrix autem, virtus ea quæ Græcè dicitur αὐτάρκεια, quæ est per quam contenti sumus: ea igitur est habitus ijs quæ oportet contentus, & quæ per se ea acquirit quæ ad beatam vitam conferunt. Sit ergo in vestrarum manuum carpis sanctè ornatus, quæ facilè impertitur communicatio, & familiæ administrandæ opera. Quorum dat pauperi, fœneratur Deo, & manus fortium ditescunt. Fortes vocat eos qui pecuniam contemnunt, & qui sunt ad communicandum & largiendum faciles. In pedibus autem appareat impigra alacritas ad benefaciendum, & ingressus ad iustitiam. Torques autem & catenæ sunt pudor & modestia: talia Deus fundit monilia. Beatus homo qui inuenit sapientiam, & mortalis qui vidit prudentiam, dicit spiritus per Solomonem. Eius Prouerb. 3: enim est melior mercatura quàm thesauri auri & argenti. Est autem pretiosis gemmis pretiosior: hæc est enim verum ornamentum. Eis autem non perforentur aures præter naturam, vt aureæ ab eis inaures dependeant: neque enim fas est vim afferre naturæ præter id quod voluit. Non alius autem fuerit melior aurium ornatus, descendens ad meatus ipsos secundum naturam, quàm vera Catechesis, hoc est, quę per auditum suscipitur Esaiæ 64. 1. Cor. 2. fidelium. Oculi autem verbo inuncti, & aures ad sensum perforatę, diuinarum rerum auditorem & sanctarum rerum contemplatorem efficiunt, Verbo verè veram ostendente pulchritudinem, quam oculus non vidit, nec auris prius audiuit.

## COMMENTARIVS IN CAP. XII.

GEMMAE autem fuscæ aut virides. Gemmæ omnes seu pretiosi quos vocant lapides, aut ex æstu maris nascuntur, aut ex terræ ramentis deteruntur. Eas autē quā stultū sit admirari, & ad eas magno ferri ſtudio, sat stultum, ostendit ab infante accepta similitudine. Ardentem ignem videtes infantes, ad eum accedunt, periculū minimè considerātes: ita stulti trahūtur à colore gēmarū in oculos incurrēte, dū nō animaduertūt quid inde sit euenturū. Eo autē vitio maximè laborāt mulieres. Impotentia enim mulierum processit eò vesaniæ, vt maximos induto cultus, purpuraq; & auro ac gēmis redimitæ procederēt: Alex. gen. diorum lib. 5. cap. 18. Plinius. lib. 27. per totum, & lib. 9. cap. 56. Plin. lib. 9. cap. 35. Athe. Dei. 5. cap. 8.

ficiuntur monilia. Nascuntur in ostreo quodã pinnis similimo, sed minore: quarũ magnitudo oh-
tus oculus piscis satis magni. Dicit deinde paulò post idẽ Athenæus ex Androsthene in Indica
tione Lapillus in ipsa ostrei carne nascitur, nõ aliter atq; grando solet in fusilia. Plinius quoq;
traditione Inę, ipsum vnionẽ in carne ipsa esse grandini similem. Fortasse autẽ dicta est Græcè
*Eustath. in Homer.* ἀπὸ τῆ μαίρειν, quod significat splendere, est autẽ & lingua cõmuni masculini generis, & Attica
*Plin. lib. 9. cap. 35.* in nostris autẽ Euangeliis neutri. Idẽ tamen Plinius, qui dicit vnionem in ipsa carne esse grandini
lem, dicit Margaritam apud Romanos solũ vocari vnionẽ: Dos, inquit, omnis est in candore, magni-
dine, orbe, lęuore, pondere, haud promptis rebus, in tantũ vt nulli duo reperiantur indiscreti. Vnio-
men vnionum Romanæ scilicet impolsuere delitiæ. Nã apud Græcos non est, nec apud barbaros
tores eius aliud quam margaritæ. Ex quo liquet Margaritas dictas esse vniones per antiphrasin, quod
omnes sint indiscretæ. Cũ autẽ Margarita nascatur in ostreo, pudore, inquit, debẽt affici mulieres, quod
malint totum studiũ suum ponere in ostreo, quã sancta gemma ornari, nempe Verbo Dei qui est Iesus,
qui in Scriptura dicitur Margarita. Christus enim est prætiosa illa margarita, quam quærẽs Mercator
omnibus venditis emit negotiator, Christo autẽ ornatur qui Christum induit, Christũ autẽ induit qui
in Christo baptizatur. Baptizati autẽ caro per regenerationem, nempe per Iesum quo vestitur, pristino
redditur. Ostreũ enim, id est corpus, est veluti quoddã vas fictile, dum est in aqua qua ablutur, carnem
tegit, ex carne autẽ nascitur margarita, per Christũ enim quo induitur Christianus efficitur mundus
*Ioan. 1.* per Margaritam. Merito autẽ Iesus dicitur Margarita, vt qui sit pellucidus & purus. Quidni enim de-
*1. Petr. 2.* tur pellucidus, qui est ipsa lux illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum? Purus non
appellatur, qui peccatũ non fecit, nec est inuentus dolus in ore eius. Is est etiam in carne constitutus
oculus: sicut enim Margarita in ostreo est in carne oculus: ita Verbum caro factum est oculus in carne
est, inquã, Iesus humanã contemplans naturam, eiusq; motus misericordia, & prætiosa sua carne sã-
guine ei dãs salutẽ. Ex his Margaritis & aliis lapidibus prætiosis, qui recensentur in 21. Apocalypsi be-
annis, cõstat supernа illa Hierusalem cælestis, & duodecim illæ portæ quæ significant suspicienda Ec-
clesiæ gratiam. Sunt enim hæc omnia symbolicè & mysticè intelligenda. Sicut enim sũt prætiosi lapi-
dibus tollas colores qui sunt prætiosi, quidquid restat plane est terrestris materiarita supernæ illius ci-
tatis ex prætiosis lapidibus cõstructio, est intelligenda mysticè & symbolicè, à qua si spiritualis in-
legoriã, nihil restabit quod vllam spiritualẽ afferat ædificationem. Ex inimitabili enim illo fonte quod
est intelligendus flos spiritus sanctaq; & ab interitu aliena, nempe immortalis substantia. Quis est
mysticus horum sensus, vide apud eos qui in Apocalypsim scripsere commentarios, maxime autẽ qui
Rupertum Abbatem. [b] *Quæ ergo quid sit in Scripturis.* Quæ de gemmis & lapidibus dicuntur in Scriptu-
sunt symbolicè & allegoricè intelligenda, mulieres autem quæ soli adhærent literæ spreto sen-
rico & mystico, omne suum studium conferunt in gemmas, easq; stupent & admirantur, hæc omnia
pro se afferentes dessensionem, quod eis sit vtendũ iis quę Deus fecit, fecit autem omnia ad visi-
num. Ad quæ respondet Clemens, quæ sunt quidem necessaria, ea esse apẽta omnibus: quæ autem
necessaria, ea esse absconsa & remota ab oculis hominũ. Omnia quidẽ esse hominibus donata
cessa, non tamen semper expedire vt eis vtantur. Deũ produxisse genus humanum apum ad societ
& communicationem & ad elargiendũ pauperibus. Cuius quidem ipsę prior dedit exemplum qui
bum suum omnibus suppedirauit: omnia esse communia, vt quæ sint per charitatẽ communicabi
esse perfectũ qui proximum suum diligit sicut seipsum. Quod autem dicit Clemens de formicis
*Plin. lib 11. cap. 5.* effodientibus, id ipsum his verbis dicit Plinius, loquens de formicis Indicis: Aurum ex cauernis
*Idem lib. 7. cap. 2.* terræ, in regione Septentrionali Indorum qui Dardæ vocãtur. Idem fic de Gryphibus. Sed & ar-
qui sunt ad Septentrionem versũ, haud procul ab ipso Aquilonis exortu, specuq; eius dicto, quã
Gesseltiron appellant, prodũtur Arismapi vno oculo in fronte media insignes, quibus assiduè
circa metalla cũ Gryphis, ferarum volucri genere, quale vulgo traditur, eruente ex conlucta
celeritate, & feris custodiẽtibus, multi, sed maxime illustres Herodotus & Aristeus procõsules
Quod autem dicit absconsum aurũ & lapides apud nos scrutari qui sunt damnati capitis, id sumpsit
*Instit. de publ. iud.* ex iure ciuili. Capitalia iudicia dicimus, inquit Iustinianus, quæ vltimo supplicio afficiũt hominẽ, v
luti aquæ & ignis interdictione vel deportatione, vel metallo. Damnabantur autẽ aliqui ad metal
dienda, aliqui autem ad fodiendos lapides. Porro autẽ eleemosynã dare pauperibus veras esse ædes
tias, & prętiosum thesaurũ. Nihil enim est iucundius quã amicos cõciliare beneficiis, neq; vllus est p
tiosior thesaurus, quã qui in cælis est reconditus. Quod autẽ in libidines profunditur & vo
simul & perit & exitio afficit. [c] *Scio enim Deum potestatem nobis vsui dedisse.* Vult quidem Deus
quæ dedit, sed ita vt non excedamus ea quæ sunt necessaria, & tantummodo vsum nobis esse
aliis. Melius est sumptũ facere in homines quã in res inanimas. Non tantũ prosunt egris
quantum de aliis bene mereri. [d] *Restat vt illud quoque dissoluamus.* Respõdet taciturn obiectionẽ. Dicit
posset, si omnes sectentur ea quæ sunt vilia & frugalia, quis vtetur iis quæ sunt sumptuosa & magni
Respondet ergo iis vsuros esse homines, si iis ita vtantur, vt non sit nimium ipsorum in ea libidi
quã sit in ipsis rebus magna differentia: hoc facilè præstãt qui sunt frugi & temperanter
enim sunt eiusmodi, superuacaneis reiectis persequantur ea quæ sunt ad vsum necessaria. Sic
ratu facilia. *In summa ergo mundana.* Concludit superfluũ ornamentũ à mulieribus procul
dũ, & statuendũ, sicut plantæ & animalis pulchritudinẽ esse ipsius virtutẽ, ita etiam hominis
perantiã, animi magnitudinẽ, & pietatẽ & cætera esse virtutẽ hominis. Ipsam autẽ virtutẽ
est quod est pulchrũ & honestũ. Pulchrum autẽ & honestũ esse interni hominis ornamentũ
mẽto ornatas debere esse mulieres, mundana aũt procul amãdare ornamẽta, quæ sic tanquam
rũ, vt quæ debeãt etiã ipsi mũdo renũciare. Mũdus aũt, sicut etiã Græcè κόσμος,
(vnde etiã apud Iurisconsultos est mundus muliebris) & hãc vniuersitatis machinã. Dicitur
in



in sempiternã esterna illa creati mundi species ac figura, in qua qui mentẽ defigunt, æternorũ obliti, & in
rebus temporalibus immersi, ad Deũ non aspirant. Huic autem mundo renunciant, qui tanquã peregri-
ni per viri huius seculi transeuntes, æternam inquirunt patriã, & vnum sibi scopum nempe Deum, pro-
positum. Tales sunt mulieres quæ sunt verè κοσμίαι, id est honestę, & virtutibus ornatæ, quæ & mũdi orna-
mento, & ipsum mundũ valere iubentes, ad Deum ipsum toto animo contendũt. Ex autẽ sunt pulchræ
non quæ auro & gemmis sunt ornatæ, nec ex quæ sunt diuites. [e] *Iam verò milites quoque volunt.* Quod
ἐυκόσμιος, id est aurũ gestare, seu auro ornari non conueniat militi, hinc constat quod omnia fere militis
Odyssea non ex auro, sed ex ferro sumpta sint. Dicuntur enim αἰχμηταὶ, id est bellatores, ἀπὸ τῆ αἰχμῆς, id
est à lancea, & εὐκνήμιδες, ἀπὸ τῶν κνημῶν, id est à ferreis ocreis, & ab armis ἔυοπλοι, id est bene armati: vt no-
tauit Eustathius in 1. Rhapsl. Iliadis. Pulchrè certe Antiochum illusit Annibal. Cùm enim ei suum osten-
deret exercitum, fulgentibus atque adeò aureis & argenteis armis instructum, rogasset quo ecquid pu-
taret eos fortiores futuros Romanis. Puto, inquit, etsi sint auarissimi. Non est ergo militum aurum gestare;
sed ferrum. Martis certe epitheton, nõ est χρυσοῦς, id est aureus, sed χαλκοῦς, id est æneus. Venus autem &
Latinè uerta, & Græcè χρυσῆ, appellatur ab Homero, & Vergilio. Dicta est autẽ aurea, vel quod sit pul-
chra, nã enim pro pulchro sæpe ponitur, vel quod aurum gestet: hoc enim est mulierum. Et ideo Ho-
merus uituperauit virũ qui aurum gestat tanquam puella. Hæc Eustathius & multa alia quæ ad hanc rem per-
tinent in 1. Rhapsodiam Iliadis. [f] *Cæterum ornatus quidem studium.* Non est corpus ornandũ, sed animus,
cui ante aut ornamenta sunt virtutes. Ornamenta verò corporis quæ spreta virtute conuertuntur ad va-
num gloriã, superbiam ingenerant, fastum & arrogantiam, non honestatem, simplicitatem, & Christia-
nam puritatem. Christianam, inquã, pueritiam. Regnum enim cœlorum non intrat Christi discipulus,
nisi puer factus fuerit similis. Mulieres autẽ, quæ vt videantur pulchriores, se aureis ornant ornamẽtis, tantũ
abest, vt quod volũt assequantur, vt veram obscurẽt pulchritudinẽ, & multis alligatæ vinculis sint Bar-
barorũ captiuis similes qui auro vincuntur. Ij certe, quantumuis sit prætiosæ quibus sũt vincti materiæ,
sunt tamen & vincti & captiui. Ita nec mulierũ minus est vitium, nec ex eo eluitur probrum quod sint
monilibus, monilia, & catenæ aureæ. Sint quamuis aureæ cõpedes, sunt tamen cõpedes, & quamuis vi-
deantur miseræ dura seruitus, est tamen seruitus, quæ est eo molestior quo diuturnior. Hinc est prouerbiũ
Aureæ compedes, quod de iis dicitur quibus suæ nõ sunt ingratę miseriæ. De eo vide Erasmũ in prouer-
bio. Aureæ cõpedes. Apud nonnullos autẽ barbaros, vt apud Arabes fœlices tanta fuit olim auri copia,
vt ornamenta aurea non tantũ mulieres, sed etiã viri deferrent torquibus collum ornantes, armillis ma-
nus, eo more Persarũ inauribus. Hæc Munsterus ex Strabone. Cùm ergo auro ita abundarẽt, est satis
probabile captiuos vilius auro vinctos fuisse quã ferro. Vbinam autẽ hoc legerit Clemens, non possum
diuinare. Quod autem talares compedes vocauit Philemon id esse puto quod dicit Plinius. At Hercule *Plin. lib. 2. cap. 3.*
apud Græcos mulierum pedibus aurum gestari tacuisti. Inter muliebria autem ornamẽta enumerat Pol-
lux ἐμβάδας, ἀπὸ τῆ ἐμβαίνειν, quod est demitto. Idem autẽ vult esse Clemens κρηπῖδας, quod κάλυπτει, quod
ita significat. Veneris autem cũ Marte in adulterio deprehensæ fabulam, vide apud Homerum: ex *Hom. 9. Odyss.*
qua colligit Clemens vincula illa aurea, erant enim catenæ aureæ, fuisse signa adulterij. Eius autẽ am-
plioris mythologiã, vide apud Eustathium ipsius interpretem. [g] *Iam verò non pudet.* Inuehitur in mulieres
quod tinguantur vestimentis, quæ malignũ seu Diabolum significabant. Nã vt serpens in Genesi signi-
ficat Diabolũ qui Euam decepit, est enim serpẽs Diaboli symbolum: ita etiam mundus muliebris vtens
serpentis figura tanquã esca, dum inducit murenas & serpentes, ita enim vocabantur quædam vestes ad
ornamentum, eas impellit ad probra & dedecora. De iis autem quæ hic enumerantur vestibus, cum nec
Nicostrat. Comicus, nec Themophoriazusæ Aristophanis Comœdia sit integra, quo
in ea paucæ inueniantur vestes quarũ hic meminit Clemẽs, satius duxi de iis tacere, quã nihil opor-
tuit dicere, maxime cum quidquid de iis dici potest, quod tamen est parũ, id ex Iulio Polluce, & ex La-
tinis, harũ de re vestiaria sit sumendum. Neq; verò est mirandũ, quod plurima vestium nomina quæ
olim fuerunt apud Græcos hodie interciderint, cum videamus nostra hac tẽpestate nõ solum vestimen-
ta, sed etiam ipsa eorum nomina quotidie mutari. [h] *Adnodum ergo pulchrè dixit beatus Paulus.* Mulierum
ornatum esse decet pietatem & bona opera. Quod autẽ eas aliis ornamentis vti nõ oporteat per dilem-
ma probat. Aut sũt pulchræ aut turpes. Si sint pulchræ frustra aliquid additur quo videãtur pulchræ,
nec potest autem cũ natura cõtendere. Sin autem turpes, tantum abest vt artificiosius ornatus eas red-
dat formosiores, vt ostendat potius quid eis desit. Porrò autẽ mulieres quæ Christo seruiunt oportet vitare
luxum, & esse frugales & contentas eo quod sufficit. Id autem quod sufficit, quod Græce dicitur αὐτάρκεια, ad
quem quo opus est peruenit, & neq; plus habet neq; minus, quam satis sit. Habitus autem quo ta-
lem dicitur αὐτάρκεια, id est sufficientia. Eius mater est iustitia: iustitia enim vnicuiq; quod suum est
tribuit. Nutrix autem eius est αὐτάρκεια, per quã à nobis solum pendẽtes externa præsidia nõ quærimus,
nec ex nobis ipsis contenti simus, & non plura quærentes quã opus sit, vitam beatã nobis compara-
mus. Ne videatur penitus omnia tollere ornamenta, enumerat nonnulla quæ nõ sunt reiicienda. At-
que primũ quidem dicit Carporum manuum sanctum esse ornamentum, in pauperes elargitionem &
hospitalitatem, & in familia administrãda prudentiam. Fortium autẽ manus diuites reddere; Diuites, in-
quit, in bonis operis. Carpus autem qui est Græcè κάρπος, ab Aristotele dicitur nodus, quo cũ brachio
manus coniungitur. Sua quoq; ornamenta habent pedes ad beneficiendũ, alacritatem, & ingressum in *Arist. lib. 1. de hist. Anim.*
templum iustitiæ dũ non abeunt in concilium impiorũ, & non stant in via peccatorum. Sunt etiam alia or-
namenta quæ minimè sunt reiicienda, imo verò amplectenda, pudor, & modestia, & sapiẽtia quæ est qui-
dem omnibus grauius & prætiosior. Habent etiam oculi à Verbo vncti sua ornamẽta, nempe rerũ à Deo creata- *Ef. 4. 1. Cor. 2.*
rum contemplationem, & aures, non aureas inaures, neq; gemmas ab eis pendentes, sed Catechesim &
auditum quem audiunt institutionem. Quo fit vt verbum eis veram ostendat pulchritudinem, quam
nec oculus vidit, nec auris audiuit.

# CLEMENTIS ALEXANDRINI PÆDAGOGI

## LIBER TERTIVS.

### CAPITA LIBRI TERTII PÆDAGOGI.


De vera pulchritudine.
Quòd non sit cultu vtendum. Cap. 2.
Aduersus viros qui se colunt. Cap. 3.
Cum quibusnam sit habenda consuetudo. Cap. 4.
Quomodo in balneis se gerere oporteat. Cap. 5.
Quòd solus Christianus sit dives. Cap. 6.
Quòd pulchrum viaticum Christiano sit frugalitas. Cap. 7.
Quòd similitudines & exempla, sint rectæ doctrinæ pars maxima. Cap. 8.
Quòd gymnasia quoque sunt eligenda iis qui verbo & rationi vitam agunt consentaneam. Cap. 9.
Optimæ vitæ compendiosa pertractatio. Cap. 10.
Breuis optimæ vitæ similiter pertractatio. Cap. 11.
Hymnus sancti Clementis de Seruatore Christo.


### De vera pulchritudine. Cap. I.

ESTª ergo, vt videtur, disciplinarum omnium pulcherrima & maxima, seipsum nosse: si quis enim seipsum norit, Deum cognoscit, quod si Deum cognoscet, ei assimilabitur, non aurum gestans, nec talarem vestem ferens, sed benefaciens, & quàm paucissimis fieri poterit indigens. Solus autem Deus nulla re omnino indiget, & maxime quidem ornatu. Deinde quando videt nos mentis ornatu mundos: deinde & eo quidem corporis vestem, nempe moderationem & temperantiam comprehendit. Cùm sit itaque anima triplex genere: intelligentia, quæ ratiocinandi facultas appellatur, & homo internus, qui huic homini qui videtur, imperat, eum ipsum autem alioqui Deus agit. Ira autem quæ est fera & immanis, haud ita procul à furore habitat. In varias autem formas se mutans tertia est cupiditas, quæ plusquam Proteus marinus dæmon varius, nunc hanc, nunc illam, nunc aliam figuram suscipit, & ad libidines, stupra, & adulteria allicit.

Efficiturque leo primum, cui barba decora est. Homer. Odyss.

Cultum & ornatum adhuc ferens. Virum autem esse, barbæ pili ostendunt:

Sed post illa draco, vel pardus, sus quoque magnus.

Prolapsum est nimium cultus studium ad intemperantiam. Valentem itaque ferae non præ se fert amplius:

Humida lympha, arbos ramisque fit alta proceris.

Effunduntur affectiones, obruuntur voluptates, flaccescit pulchritudo, & tanquam folia humi decidit, quando amatoriæ eius petulantiæ procellæ expirauerint, & prorsus venerit Autumnus marcescit & interit. Omnia enim fit cupiditas, & omnia effingere, & vult fucum facere, vt occultet hominem: homo autem ille, cum quo ratio & verbum habitat, non variatur, non fingitur, formam habet rationis, Deo assimilatur, pulcher est, non vt pulcher videatur colitur. Vera est pulchritudo, est enim Deus: Deus autem fit homo, quoniam Deus vult. Rectè ergo dixit Heraclitus: Homines dij, dij homines: hoc enim hæc est euidens mysterium. Deus in homine, & homo Deus: & voluntatem Patris intercessor efficit. Intercessor enim est Verbum seu ratio, quæ est communis ambobus. Deus quidem filius, seruator autem hominum: & illius quidem minister, noster autem Pædagogus. Atque cum caro quidem serua sit, quemadmodum testatur Paulus, quamuis Philipp. 2.



quam turè ancillam lenonis instar exornauerit? Quòd enim id quod est carneum, sit serui forma, dicit de Domino Apostolus, eum seipsum exinaniisse serui forma accepta, externam hominem seruum appellans priusquàm seruiisset, & carnem suscepisset Dominus. Ministerium autem Dominus, ipse carnem effecit liberam, cùmque ab interitu acerbáque & miserrima seruitute liberasset, incorruptionem ei adiunxit, sanctum hoc & æternitatis ornamentum carni, immortalitatem videlicet, apponens. Est autem alia quoque hominum pulchritudo, charitas: Charitas autem, vt ait Apostolus, est patiens, benigna, non æmulatur, non agit perperam, non inflatur. Perperàm enim agere dicitur cultus, qui superfluitatem & immoderatum apertè indicat. Et ideo subiungit: Non indecorè se gerit. Indecora enim est aliena, & quæ non est secundum naturam, figura: quæ autem ficta est, est aliena. Quod quidem apertè explicat, dum dicit: Non quærit quod non est suum. Quod enim proprium est eius, est veritas. Vocat itaque quod suum est. Quod autem est alienum quærit nimium ornatus studium, vt quod sit remotum à Deo, ratione, & charitate. Ipsum autem Dominum fuisse aspectu deformem, testatur spiritus per Esaiam: Et vidimus ipsum, non habebat speciem nec pulchritudinem, sed species eius vilis, diminuta præ hominibus. Quid est autem Domino præstantior? Sed non carnis pulchritudinem quæ visione apprehenditur, sed vera animæ & corporis ostendit pulchritudinem: animæ quidem, beneficentiam: carnis verò, immortalitatem. Heb. 2. 1. Cor. 13. Cap. 53.

### COMMENTARIVS IN CAP. I.

ª Est ergo, vt videtur disciplinarum omnium pulcherrima. Plinius naturalis historiæ li. 7. Mortales, inquit, eruditorem societatē dedere Chiloni Lacedæmonio, tria præcepta eius Delphis cōsecrando literis aureis, quæ sunt hæc: Nosse se quenquam: & nihil nimium cupere: comitemq; æris alieni atq; litis esse miserrimum. Ea hoc quidem præceptū varij variè interpretantur. Clemens autem pulcherrimam hāc esse disciplinam, quod qui se nouit, Deū nouit. Nam cum homo factus sit ad Dei imaginem & similitudinem, & nouit imaginē, nouit etiam id cuius est imago. Quod si Deum nouit & est ei similis, est similis in iustitia sua. Eius autem est nullius egere, omnibus benefacere, & pulchrū esse. Cùm autem fieri nō possit vt homo nullius egeat, is certè ad Dei similitudinē maximè accedit, qui paucis cōtentus minimis indiget. Et Deus quidem benefacit omnibus qui omnia fecit, & Solem suum oriri facit super bonos & malos. Deo autem est similis qui suis beneficiis bene meretur de hominibus, & bona quę sibi à Deo data sunt, distribuit & impertit pauperibus. Et Deus quidē per se & absq; vllius rei adminiculo est pulcher: pulcher autē est homo, si mente est honestus & ornatus, & vestem corporis, nempe eatnem moderationem animi & temperantia. Quodquidē & eum, quoad eius fieri potest, reddit Deo similem, & idipsum est Deo velle gratū. Porrò autem cum sit Deus incorporeus, constet autem homo ex anima & corpore, nō tamen sit anima homo Deo sit similis oportet, cuiusmodicunq; ea sit similitudo. Sed neque tota anima potest Deo esse similis. Nā cū anima quamuis vnica, sit triplex facultatibus, nempe mente seu ratione, intelligentia, vi; irascendi, & potestate concupiscendi, sola ratione est anima Deo similis. Nā vt hic mundus, quem ex diuersis ac discrepantibus constantem Verbo seu ratione constituit, Verbo quoq; ratione regit: ita iram quoq; & cupiditatem quæ ad bestiarum naturam magis accedunt, ratione imperium regit & moderatur. Ea autem quæ regit & imperat ratio dicitur homo internus: externus autem is qui foris apparet, extrinsecus enim cernitur ira & cupiditas. Ille ipse autē homo internus, qui imperium à Deo agitur & regitur. Atq; ex duabus quidem illis facultatibus quibus imperat ratio, ira quidē est adeò efferata, vt nō multū absit à furore. Cupiditas autē se vertit in omnes formas & figuras, sed ita esse cōstat, si eæ sint seiunctæ à ratione. Sin vero interna in homine dominetur ratio, in eo quod vera hominis forma, per quā Deo assimilatur, & sit homo Deus, & est pulcher, eū in eo sit Deus qui ipse pulchritudo. Hinc colligit nō esse mirum, si & homo fiat Deus, & Deus homo. Quod mysterium ipsum apertè esse dicit Heraclitū. Est enim Verbum seu ratio vtriusque nempe & Dei & hominis inter eos. Et Deus quidē filius, hominis vero Seruator, Dei minister, hominis autē Pædagogus & magister. Quāquam etsi Dei est minister, nō est tamen ideo, vt volunt Arriani, minor patre, idem enim est etiam filius neque ministerium quempiam arguit esse minorem. Sunt magistratus ministri populi, non ideo tamē sunt populo minores, sed maiores potius. A Deo iussum, id est à patre, creat Verbum, sed ipsum Verbū est Deus, & vterque simul cū Spiritu est vnus Deus. Nō est seruus patris Verbum Dei quod se exinaniit & seruilem formā accepit, id est carnem hominis, quā libertate donauit, & alienam fecit ab incorruptione. Nisi illinc sit seruus, non est tanquā à lenone ornāda ornatu meretricio. Sin autem est liberata, pulcherrimam eius ornamentū est immortalitas. Atque in hoc quidem consistit hominis pulchritudo quæ sita est in animā, quod ratio quidē imperat, ira autem & cupiditas obediunt. Est etiam alia quoque pulchritudo hominis, nempe charitas. Qualis autē ea sit exponit Paulus 13. primæ Epistolæ ad Corinthios: Sūt autem quæ cunque de ea dicit, vera, non ficta & adscitia pulchritudo hominis. Sunt enim natiua & non Plin. lib. 7. cap. 32.

extrinsecus petita ornamenta. Hic autem est aduertendum id quod est apud Paulum; Charitas non æmulatur quæ sua sunt, sed quæ alterius, Clementem, sicut etiam nostra habet versio legere; Charitas quæ sua sunt, non quæ alterius. Quodquidem ipsa satis indicat sententia.

## Quòd non sit cultu vtendum. Cap. II.

NON[a] externi ergo hominis aspectus, sed animus probitatis ornamento est ornandus. Dici potest, ornandam quoque esse carnem ornamento continenter. Istæ autem non animaduertunt, dum colunt id quod est extrinsecus, quæ intus in profundo sita sunt, esse plane inculta, horrida & sterilia: cuiusmodi sunt etiam ornamenta Ægyptiorum, apud quos templa, & porticus, vestibula ac luci magnificè instructi, eorumque atria multis columnis sunt cincta: parietes autem lapidibus exterè & artificiosè depictis resplendent, ita vt nihil desit: ædes autem auro, & argento, & electro collucent, & ex India ac Æthiopia variis fulgentibus lapillis: adyta verò auro intextis obumbrantur peplis. Sed si penetralia templi ambitus subieris, & ad eius quod est prostantius spectaculum properans, imaginem quæ templum habitat quæsieris, sacerdu[s] quipiam ex iis qui in templo sacrificant graui & venerando vultu aspiciens, & Ægyptiorum lingua Pæanam concinens, cùm veli aliquantum contraxerit tanquam Deum ipsum[b] sursus, abundè nobis suppeditat occasionem irridendi numinis: neque enim intus inuenitur Deus qui quærebatur, ad quem festinabamus, sed felis, vel Crocodilus, vel serpens indigena, vel aliqua alia eiusmodi belua, quæ templo quidem est indigna, sed antro, spelunca, cæno magis congruit. Apparet Deus Ægyptiorum, belua, quæ super vestem stragulam purpuream volutatur. Ita etiam mihi videntur fœminæ quæ aurum gestant, & incrustandis crinibus exercentur, & in genis vngendis, oculisque pingendis, & pilis tingendis student, & aliam mollitiem arte improba persequuntur, carnalem ambitum ornamento verè Ægyptios imitantes, infelices amatores attrahere. Sed si quis veli templum aperuerit, vittam inquam, vestem, aurum, fucum, tincturam, & quæ eis sunt intrita & incrustata, hoc est, velamentum quod est ex eis contextum, tanquam illic veram inuenturus pulchritudinem, rectè scio eum esse abominaturum. Neque enim Dei imaginem intus habitantem, quam est consentaneum: sed loco eius adultera & fornicatrix simia occupauit adytum, & veræ esse bestia consuetur, fuco scilicet intrita & incrustata: fœmina: & seductor ille serpens, mentis exedens intelligentiam, per gloria cupidinem pro spelunca habet animam, & cum exitialibus venenis omnia impleuerit, & errore suo virus eructauerit, mulieres quæ sunt iunctæ matrimonio in meretrices transformat. Deco, fungens lenonis officio: non est enim mulieris quæ nupsit, sed meretricis, illud nomen sui ornandi studium. Quæ quidem mulieres, domus apud maritos seruandæ, admodum dæque familiæ curam gerunt exiguam, sed soluta mariti crumena, quæ eis suppeditatur, conuertunt in suas cupiditates, vt quòd pulchræ videantur multos testes habeant: & venandi artificio totos dies assidentes vacant, ære emptis mancipiis. Carnem ergo vt qui visu iniucunda, mollem & suauem reddunt: & interdiu quidem in thalamis versatur, arti ornandi affixæ sunt, ne floridis coloribus depictæ deprehendantur: vesperè autem quam ex antro ad lucernam prorepit hæc adulterina pulchritudo. Nam & aberrat, & lux exilior & paulò obscurior, incrustationi earum opem ferunt. Atque eam quidem, qui suos pilos reddebat flauos, Mænander Comicus domo arcet:

At nunc recede ab his ædibus: nam fœminam
Pudicam non decet facere flauos pilos,
Sed neque genas fucare, nec oculos depingere.

Non intelligunt autem miseræ, se propriam perdere pulchritudinem, dum exteriorem in



ducunt. Summo itaque mane se lacerantes & extendentes, variisque ac confusis mixtionibus effingentes, viuum quidem cutis colorem refrigerant, carnem autem venenis effodiunt, cutisque ac superfluis absterfionibus proprium decoris florem corrumpunt, & marcidum efficiunt: quocirca ea cataplasmatibus quidem cernuntur pallidæ, à morbis autem facilè arripiuntur, vt quæ adumbratam carnem venenis iam liquefactam habeant: hominum opificum contumelia afficientes, tanquam qui pro meritis non fuerit eis largitus pulchritudinem. Quæ ergo ad domum seruandam, & administrandam familiam attinet, sunt ociosæ, vt quæ sedeant, veluti depictæ ad spectaculum, non natæ ad domus custodiam familiæue administrationem. Et ideo apud Comicum dicit considerata mulier:

Quid prouidi fecerimus nos fœminæ
Vel splendidi, quæ tot colorum floribus
Sparsæ sedemus, liberarum mulierum
Typum ac figuram destruentes funditus,
Perniciem domorum, & coniugum exitium,
Et filiorum vendicantes dedecus.

Eundem etiam Antiphanes Comicus in Malthaca irridet meretriciam mulierum consuetudinem: dicens verba omnibus communia, aduersus illam earum fricationem & inunctionem. Venit ipsa, transit, accedit, non transit, venit, adest, abstergitur, accedit, smegmate saponeæ purgatur, pectitur, eiicit, teritur, lauatur se contemplatur, componitur, vnguentis perfunditur, ornatur, vngitur, & si quid non habeat, enecatur. Ter enim non semel dignæ eximbitur. sunt quæ pereant, quæ Crocodilorum excrementis vtuntur, & spuma lacertorum vnguntur, & supercilia fuligine illinunt, & ceruſa genas terunt. Quæ ergo vel Poëtis ethnicis esse odio propter mores, cur non magis à veritate fuerint eijciendæ? [c] Porro autem alius quispiam eas arguit Comicus, nempe Alexis, eius enim verba afferam, quæ curiosa & superuacanea rerum explicatione, propter perpetuam & immutabilem earum impudentiam pudet eum affici ostendunt, neque enim erat quantum par fuisset curiosus, me pudet autem fœminas ita rideri in Comœdiis, si eis possem aliquid afferre auxilij. Deinde verò malum quoque affert exitium: primum quidem in lucro, & in spoliandis proximis: omnia alia operationis sunt obiter. Est aliqua parua, super insuitur in soleis: longa est aliqua, tenue gestans diabathron, caput in humerum demittens ingreditur, hoc ei detrahit de longitudine: depressiores alicui sunt coxæ & fœmora, eis aliquid assuit, vt qui ingrediuntur eam putent habere clunes exclamant: mollem ac prominentem habet ventrem, vt Comicorum uerices, appositis nonnullis eum erigit: depressior est venter, veluti contis quibusdam adhibens effecit, vt anterius procedat: supercilia habet flaua, & aliqua depingit fuligine: crinigo alicui vt sit nigra, tollit nigrorem ceruſa: Est aliqua nimis alba, interittur farina: habet aliquam partem corporis candidam, eam nudam ostendit: bellos habet dentes, rideat necesse est, vt qui adsint videant quàm sit ei os venustum: & quamuis non sit læta toto tanto ridet, in labris tenuem habens myrthi tabellam, vt velit nolit ea tandem cogatur diduci. [d] Hæc ad dehortandum nimium sui ornatus studium ex seculari seu mundana addixi sapientia, cùm velit Verbum nos omni ratione conseruare: mox autem diuinis quoque Scripturis id confirmo. Solet autem qui non latet, propter reprehensionum dedecus abstinere à peccato. Quemadmodum autem cui impositum est cataplasma, & cui inuncti sunt oculi, vel ipsa aspectu præbet morbi suspicionem: ita succi, tinctuæque, & colores illiti, animam intrinsecus ægrotare significant. Ne ad alienum autem fluuium accedamus, nobis suadet Pædagogus: per alienum fluuium, alienam vxorem libidini deditam allegoricè significans, vt quæ ad omnes dimanet, & per meretriciam intemperantiam omnium voluptati effun-

Prouerb. 9. Eccles. 25. datur. Ab aliena, inquit, aqua abstine, & ex fonte alieno ne biberis: titillantis fossam delectationis fluentum nos vitare admonens, vt viuamus longo tempore. Adiecit autem: his fuerint anni vitæ, siue alienam voluptatem non venantibus, siue etiam harpes delinantibus. c Atque ebriosum quidem esse & vinosum, etsi sint magna vitia, non tamen tanta, quantum est nimium sui ornandi studium. Mensa plena, & frequentes calices satis sunt ad implendam ingluuiem: sed qui auri, purpuræ, & gemmarum nimio tenentur studio, nec quod est super terram, nec quod sub terra, aurum sufficerit: neque mare Tyrium, neque ab Indis & Æthiopibus deportantur onera: sed nec Pactolus, cuius sunt fluenta aurea: sed nec si quisquam eorum Midas fuerit, is impleri potest, sed est adhuc pauper, alios desiderans: vnà autem cum auro vel commori sunt parati. Quòd sicaca sint oculi, & reuera sunt cæca, quomodo non sunt cæci qui eas stupent, & admirantur, & in eas sunt affecti? Dum ergo cupiditatis limites sibi non constituunt, in impudentiam impingunt. Ea enim opus est & theatro, & pompa, & spectatorum multitudine, & errore in sacris, & diuturna mora in triuiis, vt eæ sint manifestæ omnibus. Ornantur enim vt alij plastæ quæ in facie, non in corde gloriantur. Sicut enim notæ inustæ fugitiuum, itaetiam fucti colores adulteram indicant: nam etsi coccino induaris, & aureo ornamento ornes, Hierem. 4. oculos tuos vngas stibio, frustra est pulchritudo tua, dicit Verbum per Hieremiam. Attamen non est absurdum equos quidem, & aues, & alia animantia, ex herba & prati sugere ac euolare proprio ornamento letantia, iubis & colore naturali, & pennis variis mulierem verò perinde ac si sit bestiis inferior, se esse adeò deformem existimare, vt externa, emptitia & adumbrata pulchritudine egeat? Vitæ certè, & earum permulta differentia, & curiosæ ac supernacaneæ capillorum plicaturæ, & crinium innumerabiles figuræ, & pretiosæ speculorum structuræ, quibus se componunt, dum eas venantur, qui puerorum non sapientium formas admirantur, sunt fœminarum, quæ omnem pudorem exuerunt: quas Οξυστόμους. meretrices vocauerit, is non aberrauerit, quæ ex vultibus suis personas faciunt. Nihil 2. Cor. 4. tem suadet verbum, non ea considerare quæ videntur, sed ea quæ non videntur. Quæ enim videntur sunt temporalia: quæ autem non videntur, æterna. f Quo autem nihil dici aut fingi potest absurdius, fictæ istius suæ formæ, perinde ac si res ab eis bene gestæ vel certè sit, specula excogitarunt, cùm huic fraudi esset potius admouendum operculum. Nouo verò (vt est in Græcorum fabulis) formoso Narcisso rectè succesit, quòd sue sue imagi- Exod. 20. Deut. 5. plator imaginis. Quòd si Moyses præcipit hominibus nullam facere imaginem, quæ Deum ὁμοίωσιν ἀπεικονίζει arte repræsentet: quomodo hæc rectè fecerint mulieres, quæ fallaci personæ fictione sua pro πρόσωπον. reuerberationem imitantur imagines? Cæterùm prophetæ quoque Samueli, cùm mereretur vt vngeret in regem vnum ex filiis Iesse, & vidisset eius filium natu maximum pulchrum 1. Reg. 4. & magnum, quando eo lætatus Samuel chrisma protulit, dixit, inquit, ei Dominus: Ne respexeris ad aspectum eius, & ad altitudinem magnitudinis eius, quoniam reprobaui eum. Homo enim respiciet ad oculos, & Dominus ad cor. Et non vnxit eum qui pulcher erat corpore, sed eum qui pulcher erat animo. Si ergo naturalem corporis pulchritudinem minus quam animæ pulchritudinem æstimat Dominus, quid sentit de adulterina, quæ 1. Cor. 13. quid falsum est omnino expulit? Per fidem enim ambulamus, non per speciem. Apposite ergo docet Dominus per Abraham, & patriam, & cognatos, & possessiones, & Genes. 14. diuitias contemnere eum qui Deum sequitur, cùm eum fecit aduenam. Et ideo eum appellauit Amicum, vt qui suas facultates habuisset contemptui: erat enim honesto loco natus, & valde diues. Trecentis itaque & octodecim suis famulis quatuor reges subegit, qui Hester. 5. Loth captiuum abduxerant. Solam Hester iustè inuenimus ornatam: mysticè ornatam mulier regi suo, sed eius pulchritudo inuenitur pretium, quo liberatus fuit populus qui in



interficiebatur. g Quòd autem cultus mulieres faciat meretrices, viros autem androgynos seu fœminatos & adulteros, testis est nobis Tragicus, sic narrans:

Veniisset ast hic ex Phrygibus cùm qui Deas
Dijudicauit, sunt vt Argis fabulæ,
Lacedæmona, superbo ornatu vestium.
Barbarico luxúque & auro splendidus:
Amans amantem vi recessit auferens
Helenam ad Idæ caulas, abesset cum domo
Menelaus.

O ad adulteria incitantem pulchritudinem. Græciam euertit barbarum sui ornandi studium, & effeminatæ delitiæ. Laconicam pudicitiam corrupit vestis, & luxus, & pulchra species: Barbaricum sui ornandi studium meretricem arguit Iouis filiam. Non erat ei pædagogus qui rescinderet libidines, nec qui diceret; Non mœchaberis: nec qui diceret; Non concupisces, nec ad adulterium ingredieris per concupiscentiam, sed neque appetitiones eius omnibus per nimium tui ornandi studium. Sed hæc cuiusmodi consecutus est exitus, & quot mala conserunt qui nimium sui amorem prohibere noluerunt? Propter effrænatas voluptates Græcia & Asia commotæ sunt. A barbaro adolescentulo omnia agitantur. Tota nauigat Græcia, mare in arctum cogitur terras ferens, longum bellum excitatur, & vehementia erumpunt prælia, campique implentur cadaueribus, classi insultat Barbarus, dominatum obtinet iniquitas, & ficti illius Iouis oculus Thraces respicit, & fluuiorum fluenta sanguine mortuis corporibus, pectora pulsantur planctibus, & luctus terram possidet. Idæ autem multis fontibus irriguæ omnes concutiuntur pedes & omnia cacumina. Troianorum vrbs & Acciuorum naues. Quo fugiemus, ò Homere, & vbi consistemus? Ostende nobis terram quæ minimè mota sit.

Puer ne habenas tetigeris qui es insciens,
Currúmque agend ignarus, haud ascenderis.

Duobus aurigis cælum latatur, quibus solis ignis agitur. Mens enim à voluptate abducitur, & rationis integritas, quæ Verbo pædagogo non vtitur, labitur in libidinem: h Ipsa autem mercedem recipit, quòd excidat. Harum rerum tibi sint indicio Angeli, Esa. 14. Ezech. 28. qui Dei reliquerunt pulchritudinem, propter pulchritudinem quæ flacceßit, atque adeo è cœlo in terram ceciderunt. Quinetiam Sicimitæ puniuntur, qui lapsi sunt, sanctæ vir- Genes. 34. gini probrum inferentes. Sepulchrum est eis supplicium, & pœnæ monimentum nos ducit ad salutem.

## COMMENTARIVS IN CAP. II.

a Hoc *externi ergo hominis aspectus*. Quomodo in templis Ægyptiorum, quæ sunt magnifica & præterea splendide ornata, non inuenitur Deus qui quæritur, sed vel Crocodilus, vel serpens, vel aliqua alia bestia indigna quæ Deus vocetur: ita in muliere sui ornandi nimium studiosa, nõ inuenitur quæ inesse deberet Dei imago, sed inuenitur fornicatrix & adultera. In meretricem enim mulierẽ quę se nimium ornat, transformat tanquam leno seductor serpens, nempe Cacodæmon, exedens mentem seu rationalem intelligentiam quæ est Dei imago, in eius autem locum succedit incrustata Simia, est enim plane bestia meretrix & adultera. b *Itidem etiam Antiphanes Comicus in Malacha*. Antiphanes Comicus, cuius, quod sciam, hodie nihil extat, in suis comœdiis mulierum mire taxat inconstantiam & instabilitatem, & sui ornandi adeo importunum studium, vt nec Crocodilorum excrementa abhorrerent, sed iis ad sefucandas verentur, lacertorumque spumam, & fuliginem, & ceruſam adhiberẽt ad illinenda supercilia, & ad genas vt albæ viderentur incrustandas. Hæc autem Crocodilorum excrementa, dicuntur etiam Crocodileæ, quæ sunt simi seu stercora Crocodilorum, qui à Dioscoride vocatur etiam *ενάλιος*, id est Crocodilus terrestris. Plinius verò Crocodileam non dicit esse Crocodilorum stercora, sed intestina iucundo odore referta. Eam autem Crocodileam dicit oculorum vitiis esse vtilissimam cum porri succo inunctam, & contra suffusiones vel caligines. Illita quoque ex oleo Cyprino molestias in facie enascentes

*Dioscor. lib. 2. cap. 71. Plin. 28. cap. 2.*

tollit: ex aqua verò morbos omnes, quorum natura serpit in facie, nitorémque reddit. Lentiginem tollit ac varos, omnesque maculas: fortasse autem Crocodili intestinorum & excrementorum eadem est virtus. Quod autem verti, spuma lacertorum vnguntur, Græcè est ἐκτρίβειν ἀφρῷ τῶν σαύρων. Ab ἄφρῳ autem ἀφρὸς, dicitur genus lacerti, de cuius tamen spuma nescio an sit qui aliquid scribat: sed fieri posse verè Clementem non discrepet Dioscorides, qui scribit lacertæ caput intritum & appositum, vermiculos formicantes, & verrucas tollere. Nam si hoc facit eius caput illitum, est verisimile id ablique eius spuma non facere. De fuco autem qui fit ἀπὸ βύσσου, id est ceruſa, non est opus vt aliquid dicamus, est enim in fucus omnibus notissimus. Nam vt dicit Dioscorides; Ceruſa latere nō potest propter colorem. Sumpta enim dealbat palatum, gingiuas, linguam, & quod inter dentes intercedit. Sed nec latere potest fallens qua vt nigra appareant, illinuntur supercilia. Hunc autem Antiphanis locum ita coneludit, argumento sumpto à minori ad maius, quòd si quæ se fucant mulieres, odio sunt etiam Poëtis Ethnicis, qui scribunt fabulas, quanto magis sunt reiiciendæ à Christianis qui sectantur veritatem? Christus enim est veritas. [a] Porrò autem alius quoque eas arguit. Alius quoque comicus, nempe Alexis, cuius etiam nullæ hodie inueniuntur Comœdiæ, quàm sint impudentes ostendit mulieres, & quantum sit earum artificium in occultandis sui corporis vitiis, & quàm pulchrè ostendant eas partes quas esse pulchras non ignorant. Hæc ad dehortandum nimium suis ornatus studium. Prophanorum autorum autoritate iam ostendit vitandum esse nimium ornatus studium, quod quidem non absque re se fecisse, cùm velit verbum nos etiam aliunde quærere quod nobis prosit & salutem afferat: Id ipsum iam est confirmaturus ex sactis literis. Bonum quidem esse quod mulieres fucatæ appareant, vt dum fucatæ apparent reprehendantur, & repulsentis propter dedecus abstineant à peccatis. Fucos quidem, colores, & tincturas mulierum, significare eas intus esse vitiosas, & spectatores allicere ad libidinem, sed dandam esse operam, vt quisque sua vxore contentus ab aliena abstineat. Quod significat prouerbium dicens allegoricè fluuium alienum esse vitandum, vel alienam vxorem innuens vel hæreses. Ἀτοξ ἐστιν ὅστις ἐστὶν ἑαυτῷ. Ebrietatem & ingluiem confert ens cum nimio sui ornandi studio, ostendit id esse maius vitium quam ebrietatis & ingluiei, quod ea impleri possint & satiari, ornandi autem sui studium nunquam satietur, nec vllis sint constituti limites: hinc mulierum summam dicit esse impudentiam, dum ornantur vt omnibus placeant, non plane esse cæcas quæ cæcas admirantur diuitias. Cæcas autem esse dicit diuitias, quod Plutus, quem Deus diuitiarum, apud Græcos fingatur esse cæcus. Frustra ab illis quæri externā & adscitiā pulchritudinem quæ eas nihil iuuet. Cætera animantia non aliam quærere pulchritudinem, quam eam quæ ipsis data est à natura: mulieres autem dum placere student eis qui ipsas venātur, omnem euuunt pudorem, & plane fiunt meretrices. Non est Christianorum contemplari quæ videntur, sed quæ non videntur, cum eorum sit scopus bona consequi æterna, quæ sub aspectum non cadunt. Quod autem veritus sibus suis personas faciunt, Græcè quidem est προσωπεῖα ποιεῖσθαι τὰ πρόσωπα, in quo est ventilla quædam allusio inter πρόσωπα, & προσωπεῖα, quam lingua Latina minime potest assequi. Est autem elegans ludus προσωπεῖα ἐγχρίεσθαι πρόσωπον, de muliere quę tectoriis & incrustationibus est ita lita facie, vt videatur diuersonata, aut laruata. De eo vide Cæl. Rhodig. 25. lect. anti. 9. cap. 7. vbi est lepidissimum Lucilii Epigramma. Vide etiam Erasmum in prouerb. Fucum facere, Chil. 1. Cent. 15. [b] Quo autem nihil dici aut posse absurdius. Non solum reprehendit Clemens mulieres, quod suum vultum fucent, sed etiam quod tam faciem quam potius debebāt tegere, in speculo contemplentur. Non bene successit Narcisso quod suam imaginem in limpidissimo fonte sit conspicatus, eam enim diu contēplatus & eius amore captus, cum ea frui non posset, nimio desiderio extabuit, & in florem sui nominis est mutatus. Si Deus per Moysen prohibuit nullam sui fieri imaginem, multo magis mulieres non debent per speculi reuerberationem, suam fictam & fucatam repræsentare imaginem. Dauidis exemplo qui fuit vnctus Regi à Samuele, ostendit Deum non ad faciem, sed ad cor respicere. Per fidem, inquit Paulus, ambulamus, non per speciem. In ea, inquam, quæ credimus, quæ sunt æterna, est dirigenda animi nostri acies, non ea quæ cadunt sub aspectum, quę quidem sunt temporalia. Qui ita eum sequitur, & Dei vult esse amicus exemplo Abrahæ debet omnia humana contemnere. Porro autem quoniam nimium sui ornandi studium vituperauit Clemens in mulieribus, obstare autem videbatur quod Hester quæ se ornauerat, Assuero placuit, & populum Israëliticum liberauit, ornatum illum transfert ad sensum mysticum, nempe quod suo Regi, Deo scilicet, se ornauerit, suæ autem pulchritudinis hæc pretium est assecuta, quòd populum cui magnum imminebat periculum, sua virtute & constantia liberauerit. [c] Quod autem culta mulieres sint meretrices. Quod elegantior quàm par sit cultus, & nimium sui ornādi studium, mulieres reddat meretrices & viros molles & adulteros, probat exemplo Patidis & raptæ ab ipso Helenæ, cum abesset maritus Menelaus, vt vult Herodotus, non autem ab ipso esset hospitio exceptus Paris vt volunt alii. Quantum autem bellum hinc sit excitatum, & quanta ipsum secuta sint incommoda, & quam pium hominum strages, graphicè depingit Clemens, & veluti quadam hypotyposi subiicit oculis. Hanc autem mali hanc dicit fuisse causam, quod tunc non esset Pædagogus, qui lege lata eorum reprimeret libidines & concupiscentias. Duo autem sunt aurigæ, qui hominis currum rectè regunt, si verbo & ratione vtuntur, nempe mens & ratio. Sin verbo & ratione non vtuntur, labuntur in libidinem. Is lapsus aliquando efficit vt ἀπὸ νῦ, id est, à mente & intelligentia excidant. Hæc fuit causa cur Angeli Dei pulchritudine auersi & in se conuersi in terras descenderint, amissam pulchritudinem nunquam reparaturi, & Sicinnitæ qui Dinam virginem violauerant, ad luendum peccati sui supplicium sunt ducti. Quodquidem supplicium nos debet admonere, vt nobis caueamus, & libidinem quæ ad eiusmodi dat precipites, fugiamus.

Dioſc. lib. 6.

Ouid. Metamor. 3.

[a] Porrò autem alius quoque eas arguit.

[b] Quo autem nihil dici aut posse absurdius.

[c] Quod autem culta mulieres sint meretrices.

Aduersus



## Aduersus viros qui se colunt. Cap. III.

QVOSQVE [a] ergo processit luxus, vt non solùm fœminæ hoc inani studio laborent, sed etiam viri hoc vitium sequantur. Qui enim à corporis cultu minimè sunt puri, ij nequaquam sunt sani: ad mollitiem autem declinantes, planè effœminantur, illiberali quidem tonsu ac meretricio se tondentes: subtilibus autem ac perspicuis vestibus induti, gloriosè vndequaque obeuntes, Mastichen rodentes, & vnguenta olentes. Quid de iis dixerit quispiam, qui tanquam Metoposcopus, ex figura diuinat, cùm eos viderit, adulteros, androgynos atque effœminatos, vtranque Venerem persequentes, pilis insectos, glabros, florem virilem abhorrentes, comas autem non secus atque mulieres ornantes? in nefariis autem & audacibus captis improbi ac scelerati viuentes: stolida admittunt atque improba facta, ait Sibylla. Propter eos plenæ sunt ciuitates iis, quos effœminatos picant, radunt, & vellunt. Officinæ autem vbique constructæ & apertæ sunt, & huius meretricia fornicationis artifices multum pecuniæ lucrantur ab iis qui seipsos pice oblinunt, & pilos vellsoribus quoquo modo præbent vellendos, quos nec eorum qui vident, nec eorum quæ accidunt, nec suipsorum qui sunt viri, pudet. Tales sunt qui turpes & illiberales persequuntur affectiones, & quorum corpus violentis picis vulsionibus totum glabrum est & leue. Nihil est certè quo posit vlterius progredi talis impudentia. Si enim nihil ab eis infectum relinquatur, nec silentio est à me prætereundum. Quendam ex iis qui verè sunt ignaui ac desides, Pædagogi ritu increpans Diogenes, cùm venderetur, magno ac forti animo dixit: Vem adolescens, eme tibi virum: ancipiti oratione fornicatorium eius vitæ institutum corrigens. Eos enim qui sunt viri radi ac leuigari, quomodo non est turpe ac planè illiberale? Pilos autem tingere, & canos vngere ac coloribus oblinere, quibus perditi androgyni effœminatique homines vtuntur, muliebréque pexus sunt omnino dimittendi. Putant enim se, sicut serpentes, posse senium capitis exuere, dum seipsos pingentes transformant ac renouant: sed & si pilos cultè circumscribant, rugas tamen non effugient: sed neque mortem latebunt, licet temporariam ementientur. Quo magis homo festinat ad finem, eo est venerabilior, vt Deum solum habeat se seniorem. Nam ille quoque est æternus senex, qui est iis quæ sunt antiquior. Antiquum dierum illum vocauit propheta. Et capilli capitis eius tanquam lana pura, ait Propheta. Nullus autem alius, inquit Dominus, potest pilum album facere, vel nigrum. Quomodo ergo opus Deo contrarium fabricantur, vel potius ei per vim aduersantur impij, qui pilum transmutant qui ab eo canus factus est? Senum autem Corona, inquit Scriptura, multa experientia: & vultus eius canities, flos est multæ experientiæ. Illi autem id quod maximus honor maximus, nempe ipsum canitiei effectorem, dedecore afficiunt. Fieri autem non potest, non potest, inquam, fieri, vt veram ostendat animam, qui caput habet adulterium. [b] Vos autem non sic, inquit, Christum didicistis, si quidem ipsum audistis, & in ipso docti estis, sicut est veritas in Iesu, vt vos deponatis secundum priorem conuersationem veterem hominem: non canum, sed eum qui corrumpitur secundum desideria deceptionis. Renouamini autem (non tincturis & cultibus) sed spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis. Eum autem qui est ornatus, pectis & tondetur crines componentem ad speculum, genásque radi, velli, ac deglabrari, quomodo non est planè muliebre? & certè nisi quis eos nudos viderit, mulieres esse putauerit. Nec enim est aurum gestare non sit permissum, per muliebrem tamen libidinem, quasdam auri fimbrias & quadam fila foliis circumplectentes, vel ex eadem materia sphæricas nescio quas figuras facientes, talis appendunt, & erecto collo gestant. Hoc est inuentum fractorum



[a] QVOSQVE ergo processit luxus, vt non solùm fœminæ hoc inani studio laborent, sed etiam viri hoc vitium sequantur.

[b] Vos autem non sic, inquit, Christum didicistis, si quidem ipsum audistis, & in ipso docti estis, sicut est veritas in Iesu, vt vos deponatis secundum priorem conuersationem veterem hominem: non canum, sed eum qui corrumpitur secundum desideria deceptionis.

hominum, qui trahuntur in gynæcium, ancipitis vitæ & ad libidinem propensorum hostiarum. Hæc est fornicatoria & impia insidiarum ratio: Deus enim voluit fœminam quidem esse glabram ac lævem, sola coma, sicut equum iuba, sponte naturæ exultantem: virum autem cùm sicut Leones barba ornasset, virilem etiam fecit hirsuto pectore, quod quidem est roboris & imperij indicium. Ita etiam gallos qui pro gallinis decertant, crista tanquam galeis ornauit. Hos autem pilos Deus tanti facit, vt eos simul cum prudentia iubeat adesse hominibus: atque adeo honestate delectatus, grauitatem honorauit venerandæ canitiei. Prudentia autem, & accuratæ exactæque rationes, canæ intelligentiæ, vna cum tempore ad summum suum vigorem perueniunt, & intensis multæ experientiæ verbis, senium confirmant ac corroborant, amabilem venerandæ prudentiæ florem ad fidem inuiolatam faciendam proferentes, scilicet caniciem. Hoc viri signum, barba scilicet, per quam vir apparet, est Euæ antiquius, & signum melioris naturæ. Eum Deus æquum censuit horum esse oportere, & per totum viri corpus pilos disseminauit: quicquid autem eius erat læve ac molle, à latere abstulit, ad seminis susceptionem tractabilem fœminam fabricatus, & vt generationis domus custodiæ esset opitulatrix. Ille autem (quod læue enim erat procerat) & vir mansit, & virum ostendit, & ei agere, quemadmodum illi pari, conuenit est: sunt enim natura sicciora & calidiora, quæ sunt hirsuta, lenibus. Quocirca & mulieribus fœminis, & coleata exectis, & perfecta imperfectis, & hirsutiora sunt & calidiora. In eo ergo violando, quod est virilis naturæ signum, eo scilicet quod est hirsutum, contra legem facere est impium. Lævoris autem aut glabritiei ornamentum (à verbo enim inflammor) si in viro quidem, est mulierculæ: si in fœmina autem, adulteri: verumque autem est à nostra republica longissimè relegandum. Quinetiam vestri quoque capitis omnes cani
Matth.10. sunt numerati, ait Dominus. Sunt autem etiam pili in barba numerati, atque adeo etiam qui sunt in toto corpore: non est ergo aliquid vellendum præter Dei institutum, quod in
Ioan.14. voluntate eius est annumeratum. Nisi vtique vos ipsos non agnoscitis, inquit Dominus, quòd Christus Iesus est in vobis: quem si inhabitantem sciuissemus, nescio quomodo tantum probro afficere in animum induxissemus. c Picari autem ac velli, vereor dicere quam sit in decorum ac turpe factu. Auersos, & incuruatos, arcana naturæ aperte denudantes, & mysteria reuelantes, & spinæ vertebras in partem anteriorem flectentes, & cum eradendæ sint eorum figuræ, ipsi non erubescentes, in ipso inuenum cœtu & in medio gymnasio ubi virtus eorum exercetur, se indecorè gerentes, hoc præter naturam persequi exercitum, quomodo non est extremæ intemperantiæ? Qui enim in aperto hæc faciunt, vix vlli tandem fuerint reuerti. Quæ in publico autem est intemperantia, testatur eam quæ est in occulto: in summa licentia libidinem. Qui enim sub Solis radiis virum abnegat, clarum est eum
Deut.23. in tectu conuinci fœminam. Non erit autem, dixit Verbum per Moysen, meretrix ex filiabus Israël, & non erit scortum ex filiis Israël. At pix iuuat, inquiunt: imo verò facit vt quis malè audiat. Nemo autem qui sapit, voluerit scortum videri, si eo morbo non laboret, & studere vt pulchra imago vituperetur. Si enim eos qui sunt vocati secundum propositum Dei
Rom.8. præsciuit conformes imagini filij sui, propter quos, vt vult Apostolus, præfinit ac præordinauit beatitudinem, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus: quomodo non sunt turpes qui conformè Domino corpus iniuria probróque afficiunt? d Ei autem qui pulcher esse vult, quod est in homine pulcherrimum, ornandum est, nempe mens quam oportet quam pulchriorem & magis decoram ostendere. Vellendi autem sunt non pili, sed cupiditates. Ego verò eorum etiam qui ab iis qui vendunt mancipia, veneunt pusionum miserorum, qui ad probrum ornantur & contumeliam: Atqui probro & iniuria non afficiuntur à seipsis, sed iussi miseri ad turpem quæstum faciendum ornantur. Qui autem sua sponte libenter [illegible]



[illegible] faciunt, quæ iussi capite punirentur, si essent viri quomodo non execrandi? At nunc quidem vita eo processit intemperantiæ, insultante & lasciuiente iniquitate, & quicquid est impudicum & libidinosum, diffusum sit in ciuitatibus, & iam habetur pro lege. Apud eos stant in fornice mulieres, & carnem suam ad probrum voluptatis venundantes: & pueri docti abrogare naturam, mulieres simulãt. Omnia immutauit luxus: hominem probro ac dedecore affecit: mollities ac delicata curiositas superflua quærit omnia, omnia aggreditur, vim affert omnibus, naturam coërcet, homines patiuntur multebria, & fœminæ præter naturam viros agunt, & nubunt vxoresque ducunt fœminæ: nullus est meatus ad quem non patet aditus impudicitiæ. Iam verò eis quoque communis publicatur venus, coniuniorum lebitæ. O miserandum spectaculum, ô infandum studium. Hæc ciuilis nostræ intemperantiæ ostenduntur trophæa: flagitia arguunt, quæ prostant in fornicibus. O quanta est hæc iniquitas. e Sed neque intelligunt miseri quantas sæpe tragœdias excitet incertus coitus. Cum meretorio filio & meretricibus filiabus, sæpe patres coëunt, expositorũ filiorum minimè recordantes, & viros esse qui genuerunt ostendit nimia libidinis licentia. Hæc sapientes legem permittunt: licet autem eis peccare ex lege, & nefandam voluptatem appellant facilitatem: seruare ab adulterio liberos existimant, qui naturam adulterant. Eos autem consequitur eorum, quæ flagitiose ab eis sunt perpetrata, vltrix iustitia: & in seipsos ineuitabilem attrahunt calamitatem, paruo nummo mortem emunt. Harum mercium miseri mercatores, nauigant, tanquam frumentum, tanquam vinum, fornicationem importantes: alij autem longè mulieriores, tanquam panem, tanquam obsonium, voluptates comparant. Et nec illud quidem Mosis eis venit in mentem: Non prophanabis filiam tuam, vt eam facias meretricem: Leuit. 9.
& non fornicabitur terra, & terra implebitur iniquitate. Hæc olim propheticè dicta sunt, est autem manifestus exitus. Omnis iam terra & fornicatione & iniquitate est plena. f Sucio autem & admiror veteres Romanorum legislatores: ij muliebre & effœminatum vitæ fluxum & corporis instar mulieris coniunctionem, ita odio habuerunt vt existimarint dignam quæ inficeretur ex lege iustitiæ. Non est enim fas barbam vellere, quæ est pulchritudo ingenua, pulchritudo generosa & ingenua.

Primum huic lanugo est, qua fit gratissima pubes.

Puerum autem iam inungitur, dum barba delectatur, in quam descendit vnguentum
Psal.132. Propheticum, dum Aaron honoratur. g Oportet autem eum qui à Pædagogo rectè instituitur, super quem pax habitat, etiam cum pilis suis pacem agere. Quid non igitur admiserint se vinæ ad libidinem propensæ, dum videant viros talia audere? Imo verò ij non viri, sed Batali & fœminelli sunt dicendi, quorum voces sunt compressæ & graciles, vestis autem cùm tactu tum tinctura ipsa est effœminata. Ex moribus autem externis apertè arguuntur hi homines, ex amictu, calceatu, figura & habitu, tonsu & aspectu. Ex aspectu enim res cognoscetur, inquit Scriptura, & ex occursu hominis homo agnoscetur. Vestitus viri, & Eccl. 18.
gressus pedis & risus dentium de ipso annunciabit. Ijenim essi alijs pilis maximè sint cani, Ibid. 19.
eorum qui sunt in capite maximè curam gerunt, vittis, non secus atque fœminæ, comas prominentium alligantes. h Atque leones quidem de hirtis suis pilis se iactant, sed in pugna eis ornantur. Apri quoque ipsi gloriantur de suis cristis, sed eos pilis inhorrescentes pertimescunt venatores.

Barbatus fuit vir est omninatissimus.

Simplex vertendum fuit Apri.

Lanigeræ quoque oues denso sunt vellere onustæ.

Sed earum quoque pilos multiplicauit benignus Pater in tuum, ô homo, vsum, dum te vellera tondere docuit. Et ex gentibus quidem Galli & Scythæ comam nutriunt, sed non ornatur, & terribile quid præ se fert densum barbari capillitium, & flauus ille color bellum minatur, vt qui videatur cognationem habere cum sanguine. Ambo hi barbari lu-

*xum odio habuere. Apertos testes proferent, Germanus quidem Rhenum, Scytha verò plaustrum: nonnunquam autem euenit, vt Scytha plaustrum quoque contemnat. Diuitæ barbaro eius esse videtur magnitudo, & relictis deliciis vitam agit frugalem. Domum sufficientem, & plaustro agiliorem, equum scilicet acceptum conscendens Scytha, eum ducit quo vult. Fame autem laborans, petit ab equo alimentum: ille verò præbet venas, & quem solum possidet sanguinem domino suppeditat. Porrò autem Nomadi quoque equus est & velocium & cibus. Arabiorum autem (sunt hi alij Nomades) ad pugnandum apta atq; camelos conscendit: prægnantes hi camelos educunt. Illæ verò simul & pascuntur & currunt. Dominos suscipientes vnà quoque cum eis domum ferunt. Quod si potus barbaru defecerit, lac mulgent: exinanito autem nutrimento ne sanguini quidem parcunt, vt fertur de lupis rabie agitatis. Ipsæ verò barbaris mansuetiores, etiam iniuria affectæ, mali accepti non recordantur, sed solitudinem confidentes percurrunt, dominos simul portantes & alentes. Pertæsi ergo immanes beluæ, quibus est cibus sanguis. Neque enim hominibus fas est tangere sanguinem, quibus corpus nihil est aliud quam caro exculta sanguine. Verbi particeps fiat humanus sanguis, & gratiæ per spiritum habet communionem. Si quis eum iniuria afficeret, non latebit: licet ei, etiam si sit nudatus figura, ipsum alloqui Dominum. Barbarorum autem probo frugalitatem: expeditam vitæ rationem diligentes barbari, reliquerunt delitias. Tales nos vocat Dominus nudos à fastu & arrogantia, nudos à vana gloria, auulsos à pecunia, solum vitæ lignum ferentes, solam salutem obtinentes.*

## COMMENTARIVS IN CAP. III.

[a] **Eo vsque ergo processit luxus.** Nimium sui ornandi studium damnauit in mulieribus. Hoc ipsum denat etiã in viris, qui vt meretrices, se tõdent & comas ornant, mastichen rodunt & olent vnguẽ, comporis sui pilos radũt, & se picaturis & vulsionibus lenes & glabros reddũt. Mastiche autem qua mastichen rodere, est resina quam in Chio fundit lentiscus, quę est omniũ optima & præstantissima. Ita vua Dioscor. lib. 1. c. 77. & Plin. lib. 12. c. 18. Quæcunque autem medicamenta illita aut affixa pilos demunt & partes deglabrant, ἀποτρίμματα dicuntur: quod ita dictum in genere comprehendit etiam Dropacas. Ibi tamen inter Psilothrum & Dropacẽ differentia, si vtrunq; accipiatur κατ' εἶδος, seu in specie. Nam interfert Oribasius ex Menemacho, in hoc differunt quod Psilothri minor sit actio quã Dropacis, dum relinquat delicatam: Dropax verò habiliorem magisq; musculosam. Psilothri autẽ ideo minor est actio quam Dropacis, quod Psilothron partem ad tempus pilis denudet, cum Dropax pilos euellat radicitus. Euelluntur autẽ maxime pili picationibus, quibus fiunt vulsiones. Quibus autẽ velluntur pili, dicuntur Vulsi. Vulsi autẽ molles sunt & effœminati, & Androgyni, quod facile diuinarint Metoposcopi, ex frontis inspectione diuinant quęnam sit hominum natura. Quod autem refert Clemens de Diogene Cynico, qui cùm venderetur, Inueni, dixit, vt virũ emeret, nõ est apud Diogenẽ Laertiũ, cum alioqui apud eum, quod nõ est admodũ dissimile, nẽpe, quod cum rogaret præco quidnã sciret facere, fuerit ei hominibus posse imperare, & ostẽso illi elegãter ornato iuuene nomine Xeniade, Me, inquit, emito, opus enim habet domino. Is verò eum abduxit Corinthũ, & suis eum præfecit liberis. *Vide Laert.*

Ei quod dixerat canos non esse tingẽdos & ornãdos, videbatur obstare quod scripsit Paulus, exuendum & deponendũ esse veterẽ hominem, & nouum induendũ. Quod quidem sic interpretatur, nec vetat nec noua hominem accipi ex tincturis & coloribus, sed per veterem quidẽ hominẽ intelligi vitiosas nis, libidinẽsq; & prauas affectiones quas dicit exuendas: nouum autem induere hominem, hoc est puram mentem esse suscipiendã, & vitam spiritualem. Pecti autem, tõderi, radi, velli, deglabrari, ad speculum se cõponere, auri fimbrias & figuras gestare, & se inde circũspicere & ostentare, nõ esse virorum sed mulierũ. Hæc enim arguũt viros molles & effœminatos & Androgynos, & bestias vitæ ancipitis est, quæ se gerant pro maribus & fœminis. [b] *Picari autem ac velli vereor dicere.* Quam turpe sit & indecorum publice picari & velli, ostẽdit ex ipsis eorũ qui picantur & velluntur figuris. Quod autem vertebrarum spinæ vertebras in partem anteriorẽ flectentes, Græcè est, πρὸς τὸ πρόσθιον. Est autem πρόσθιον, vt vult Galenus in 3. Cõment. de articulis, vitiũ spinæ cum eius vertebræ sunt suo loco motæ, & in anteriorem partem conuersæ. De cæteris spinæ vitiis, vide apud eundem in hoc ipso cõmentario. [c] *Et autem pulchrum esse velit.* Quod est in homine pulcherrimũ est ornandum, est autem mens omnium pulcherrima. Colitur autẽ mens non vellendo pilos, quod quidẽ est corporis, sed ex animo euellendo cupiditates. Odiens autem se puerorũ misereri, qui ornãtur & venundantur coacti ad libidinem, acerbe in eos inuehitur, qui in seipsos ea agunt, quæ qui iubent, digni sunt morte, masculini intelligens Veneri manus porrigẽdã tam in eo qui agit, quàm in eo qui patitur. Nimius enim virorũ ornatus in picando & vellendo tendit ad illam libidinem naturæ contrariã. Deinde accepta occasione sui tẽporis furiosum vitiositatem luxuriam quę eo proruperat, vt quouis nefario libidinis genere vterẽtur, perinde atq; si id esset legi positum



esset, & essent publica tam pusionum quam meretricum prostibula, & nec eos quidẽ puderet publicas meretrices in conuiuium admittere. [d] *Sed neque intelligunt miseri.* Licebat olim recens natos infantes exponere. Cõtingebat autem vt qui expositi fuerant, cũ adoleuissent, ab iis qui ipsos susceperant & aluerant prostituerentur, tam masculi quã fœminæ. Dabat autem hoc aliquando tragœdiæ occasionẽ: nam nescirent patres cuiusnã essent filij, quo fiebat vt incertus esset coitus, aliquando coirent cũ suis filiis & filiabus. Inde autẽ enascebantur aliquando tragœdiæ, cũ patres agnoscerent filij cum quibus rem habuerãt, cuiusmodi fuit Oedipi tragœdia, qui à patre expositus & Laium patrẽ occidit, & matrẽ Iocastẽ duxit: quod ab Oedipo agnitũ fuit toti familię causa maximarum calamitatum. Cum eiusmodi rerum daret quod ab Oedipo agnitũ fuit toti familię causa maximarum calamitatum. Cum eiusmodi prostitutis rem habentes, & hãc Venerem existimabant esse licitam, & hae se oratione vitare adulterium, quod semper est habitũ crimen grauissimũ: nec interim eis veniebat in mentem seipsam adulterare, quod est longe grauius. Hanc ergo Venerẽ existimabant & licitam & facilem. Vnde scriptum est:

*Nemo vt quemquam prohibet publica via,* *Plautus in Curcul.*
*Dum ne per fundum septum faciat semitam,*
*Dum te abstineas nupta, vidua, virgine,*
*Inuitante, & pueris liberis, ama quod lubet.*

Cum autem hanc cum prostitutis Venerem & licitam & facilem viderent, & eam nõ magno emi pretio adiacerent, adolescẽtes exiguo, vt dicit Clemens, nũmo, ineuitabilem calamitatem, nempe mortem sperẽtes accersebãt. Vt autẽ adolescentibus nõ deesset quo suam explerent Venerem, emebant lenones, puellas scilicet mercedes, pueros & puellas quas certa mercede prostituerent. Nec deerant etiã iuuenes qui vt eis liberius potirentur, emebant à lenonibus: & gentes quidem à prostitutione & lenocinio adeo non abhorrebant, vt etiã nonnunquam filias suas prostituerent: quod Hebreis lege diuina erat prohibitum. Quod autem Septuaginta, id quod est Hebraicè לֹא תזנה verterunt, non prophanabis, & eos secutum Targi Chaldæum, vertit Hieronymus, non prostitues, quod idẽ est. Prophanabatur enim quod publicarum genibus, cum esset vetitum, cum alienigenis non solum scottari sed etiam coniugia cõtrahere. Illæ autem lex non solũ prohibuit prostitutionem, sed etiam prædixit quid esset futurum, si lex contemneretur, quod verum esse docuit ipse exitus; hinc enim factum est vt tota terra impleretur fornicatione & iniquitate. Tam enim profligatæ & effrenatæ erant eo tempore libidines, vt multi nec ætatẽ, nec sexui, nec virorum membrorum discrimini parcerẽtur, totusque mundus adeo in maligno erat positus, vt nisi Cruibus eorũ misertus in terras descendisset, & eos à peccati seruitute liberasset, actum planè fuisset de toto humano. [e] *Suspicio autem & admiror veteres.* Quod seueri quidem fuerint veteres Romani, in eos qui in puros impurũ admittebant & eos muliebria pati cogebant, adeo vt etiam eos damnarent capitis, non negaui esse mandatũ literis: sed quod eos insoderent nusquam legi. Solæ quod legi insodiebantur Vestales quæ damnatæ erant incestus: sit tamen huius rei fides penes nostrũ Clementem, quem non dubito nõ confinxisse quod scripsit. Nõ video autem quomodo quod sequitur cohæreat sequentibus, nisi quod, cũ loquatur de pueris qui patiuntur muliebria, quibus etiam vellebantur pili, vt eorum corpus decentius apparet esset veneri nec citius essent exoleti, excurricin laudẽ barbę quam & in pubertate gratam esse dicit. Imaginẽ, & paulo post cum creuerit, vngi vnguento non secus atque Aaron. Indignum itaq; est cum velli, quæ est vultus viri ornamentũ. Atque vnguẽtum quidem illud mystice significat vnctionem quæ à Christi capite, qui est verus Aarõ, nempe noster sacerdos, in totã descendit Ecclesiã. Sed nec ita oportet nimis emenda litera, quæ significat barbã honeste ornatam vultui nõ paruam afferre dignitatem. Atque colligitur eam nõ esse vellendam, nec radendam, vt ipse Deus prohibet in multis locis Pentateuchi. *Incipit autem eum qui à Pædagogo reformatur.* Ex his concludit, eum qui recte eruditur à Pædagogo, & ab eo donatus est pace, cum qua habitat, oportere cum pilis suis pacem agere, id est, pilos nec vellere nec radere. Nõ debere viros suo exemplo fœminas ad libidinem & luxuriam prouocare. Qui ita se gerunt, qui ita, inquã, se colunt, ornant & comunt, & vittis nõ secus atq; fœminæ comas ligant, non esse viros, sed batalos & effœminatos. Non posse melius cognosci hominem quam externis moribus, ex habitu inquam, vestitu, habitu, risu, & aspectu, & cæteris quæ citat ex Ecclesiastico. Batali autẽ & Gymnasiarchi per cõtumeliam dicti sunt molles & effœminati. Quod cognomen, Batali inquã, Demosthenẽ adiecto, puto fuit inditũ, & ab inimicis postea obiectũ, de eo vide Eras. Chil. 1. cent. 6. adag. 12. Gynides aũt & Gynidias molles & effœminati, quasi dicas fœminellas seu mulierculas. Eustathius autem in Odyss. dicit γυνὶς non solũ significare mollẽ & effœminatum, sed eũ etiam qui est impotens ad coitum. [f] *Atque leones pardos & hirtos.* Hirsuta animalia sunt leones & apri & oues. Nullũ autem ex iis suis ornantur pilis, licet ea tergolerentur. Hirta autem & leonũ & aprorum pellis est eis vsui ad sui defensionem. Pilis enim horrentes eos pertimescunt venatores: vellus autẽ ouium est vsui hominibus ad texẽdos pannos. Ex quo colligit à Deo nõ frustra hirsuta facta esse animalia. Sunt etiam bellicosæ gentes quæ comam nutriunt vt Galli & Scythæ: comam autem nutriebant vt terrorem inferrent hostibus. Quod quidem facilius faciebant quod flauæ essent eorũ comæ, videtur enim color flauus habere quandã conuenientiam cum sanguine. Quodquidem intelligentes veteres Britanni, glasto vultus suos tingebant, teste Cæsare, vt hostibus essent terribiliores. Sed eæ nationes cũ essent hirsutæ & bellicosæ, à luxu abhorrebant. Quod autem essent frugales & nõ dediti luxui: quod Germani quidem, in testimoniũ citat Rhenum eorum fluuium, quod Scythæ autem, eorũ Plaustrũ. Vbi videre licet Gallos quos Græci vocant κελτοὺς, & κελτοὶ & Germanos, à Clemente vt à multis aliis Græcis cõfundi & pro ijsdem poni. Scytharum autem frugalitatem celebratur eorũ plaustrũ, erat enim ἀναβατικὸν vt qui plaustris vteretur pro domibus, in quibus vehebant vxores & filios & totã familiam. Quanta autem esset olim Germanorum frugalitas, videre licet & apud Cæsarẽ in Cõmentariis, & apud Cornelium Tacitum in sua de Cæsaribus historia. Quanta autem esset Scytharũ frugalitas, nõ solum testabatur plaustrum quod erat eorum domus, sed etiam equus, qui erat quoq; altera domus, sed plaustro agilior & expeditior. Atque equus quidẽ eos vehebat, vectos autẽ san-

guine suo pascebat, venæ enim sectione detractum eis sanguinem cum lacte mistum bibebant. Quod-
cit Vergilius de Gelonis & Bisaltis Scythiæ populis sic scribens: nam & Gelonos & Bisaltas Scythas
populos dicit Seruius:

Vergil. Georg. 3.

*Profuit incensos æstus auertere, & inter*
*Ima ferire pedis salientem sanguine venam,*
*Bisaltæ quo more solent, acerque Gelonus*
*Cum fugit in Rhodopen, atque in deserta Getarum:*
*Et lac concretum cum sanguine potat equino.*

Plin. lib. 18. cap. 10.

Plinius quoque in historia naturali hæc scribit: Milio Campania gaudet præcipuè, pulcemque crudi ex eo facit, fit & panis prædulcis. Sarmatarum quoque gentes hac maxime pulte aluntur, & crudo etiam farina equi lacte vel sanguine è venis cruris admixto. Cætera de Scythis vide Plin. lib. 4. cap. 12. Strabonē lib. 11. Quod autem dixit de Scythis, idem etiam dicit de Nomadibus populis Arabiæ, qui ab ingenti portabantur & alebantur: Arabios quoq; , quos alios dicit Nomades, ipsos quoque Arabiæ populos fuisse existimat. Ego autē illos esse prædones, qui iis qui Hierosolyma voti causa proficiscuntur sunt infestissimi: Arabios, inquā, Camelos vehere & pascere, eos enim si potus defecerit, lac mulgere. Quod si lac fuerit inhumanitū, eos tanquā lupos rabie agitatos ne sanguini quidem parcere, id est sanguinē, quē bibere non vescantur eis detrahere. Quod quidem dū tolerantes ferunt bestiæ, & ne acceptæ quidem recordantes iniuriæ, ostendūt se barbaris esse mitiores, quos & vehunt & alunt quantūuis ipū se in eas iniuriē gentes. In eos itaq; inuehitur Clemens, & immanes vocat beluas, quod sanguinem comedant, quem nefas homini comedere: nō licere autem, quod corpus hominis sit caro. Caro autem colatur & exsanguis ac frigefactus sanguine: est autem sanguis vel ipsa anima, vel saltē sedes animæ. Et ideo, quando post diluuium Deus dedit potestatem omnibus vescendi animantibus, hoc ita demū permisit si à sanguine abstinerent.

Genes. 9.

Excepto, inquit, quod carnem cū sanguine nō comedetis. Quæquidē exceptio, & ante legem, & in ipso Christi gratia adeo fuit obseruata, vt cū in illo primo Cōcilio Hierosolymitano mundoris & immundorū sublata esset differentia, & cæremonialia præcepta essent abrogata, sancitum tamen sit vt abstinerent à suffocato & sanguine. Et certe si ante legem à sanguine fuit abstinendum, cum Verbum nondum esset caro factū, multomagis & quando Verbo carne facto, sanguis fuit Verbi particeps, ab eo videmur esse abstinendū, maximè cum id decretum nullo œcumenico Concilio sit abrogatum. Sed cum tacito Ecclesiæ consensu quæ à sancto spiritu regitur id exoleuerit, nō est quod id amplius reuocetur. Ideo enim euenit quod videatur figuris & vmbris in tanta luce Euangelij nullum esse relictum locum. Negotiatores tamen sunt reprobandi qui hoc adhuc retinent, quod nusquam est abrogatum. Satius est ergo vt alter alterum non condemnet, & in iis quæ sunt indifferentia vterque in suo sensu abundet. Non est autem mirum quod cum tempore Clementis, quod primitiæ fuit Ecclesiæ, id nondum venisset in desuetudinem, dicat Clemens eum qui comedit sanguinem, eum iniuria afficere, nec posse latere: ipsum enim sanguinem, etiamsi sanguinis careat figura, alloqui Dominum. Hoc autem dicit, respiciens ad id quod in Genesi scriptum est, ad Cain dixisse Dominum: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Ipsum ergo Clemens qui in barbarorum inuehitur feritatem quod sanguinem comedunt, eorū laudat simplicitatem qui relictis delitiis & luxu contempto viuendi sequantur rationem facilem & expeditam, quibus nos vult esse similes, vt reiecta superbia & vana gloria, & à peccatis remoti, solum vitæ stipulum, id est Christi crucem portemus, per quam salutem sumus consecuturi.

Genes. 4.

## Cum quibusnam habenda sit consuetudo. Cap. IIII.

VERVMENIMVERO [a] *Spiritu imprudens transilieram consequentia, ad quam rursus est reuertendum, & est reprehendenda multorum seruorum possessio. Per se enim ministrare, & per se operari fugientes, ad famulos confugiunt, obsonatorum, & eorum qui quæ sunt ad mensam necessaria comparant, eorumque qui carnes in frusta artificiosè dissecant, magnam ementes multitudinem. Sunt autem multifariam eis diuisi mercenarij: atque nonnulli quidem ex ipsis laborant in his qui ad explendam gulæ pertinent inglauiem, structores, & ciborum conditores, & alij quidem bellariorum, alij verò liborum ac placentarum, & alij pulmentorum ac sorbitionum sunt compositores & architecti. Alij verò ponunt operam in vestibus superfluis: alij autem eorum custodiunt, vt Gryphes: alij argentum seruant, & abstergunt pocula, & communium apparatus præparant: alij fricant iumenta, & ab eis exercetur turba pocillatorum formosorumque adolescentum greges tanquam pecorum, à quibus emulgent pudicitiam. Ornatores autem & ornatrices mulieribus ornandis deseruiunt: & hæ quidem speculis, illæ verò vittis, aliæ autem præsunt pectinibus. Eunuchi multi itaque lenones: propterea quod sit probabile eos libidini non posse dare operam, iis qui volunt vacare voluptati inseruientes citra vllam suspicionem. Eunuchus autem verus est, non qui non potest, sed qui non*



*vult dare operam voluptati. Transgressis quidem certè Iudæis per Samuelem Prophetam Verbum protestans, petenti Regem populo non humanum pollicetur Dominum, sed quendam se insolentem daturum eis minatur Tyrannum, libidini & voluptati dedito: Quæ vestras, inquit, filias accipiet in vnguentarias, & coquas, & pannificas, tanquam qui belli lege eas inuaserit, non qui sequatur pacificam reipublicæ administrationem.* 1. Reg. 8.

*Et quæ mulierum quidem lecticas in altum tollant, & eas perniciter ferant, multi sunt Galli: lanificium autem, lanæque texendæ artificium, muliebrèque opus ac domus administratio & custodia, nusquam est: sed qui mulieribus quidem falsa narrant, toto die cum mulieribus versantur, amatorias fabulas nugaciter referentes, earumque corpus & animam falsis fabulis & verbis mendacibus enecantes. Non eris autem, inquit, cum multis propter vxorem, nec adijcieris cum multitudine: quoniam sapientia in paucis, confusio autem & immoderatio in multis cernitur.* Eccles. 7. Esaiæ 17.

*Atque illæ quidem non propter honestatem quod noluit aspicere, qui lecticas earum portent conducunt. Rectè enim ageretur, si huic affectioni hunc afferent prætextum: sed per summas delitias vehuntur à famulis, per pompam traduci cupientes. Aperto itaque velo eos qui ipsas respiciunt acrius intuentes, mores suos ostendunt: adeo autem etiam extrà prospiciunt, quæ est extrinsecus honestatem hac nimis lubrica & supernacanea cura probro afficientes. Ne respicias autem, inquit, in vicis ciuitatis: nec exerce in eas solitudines: est enim verè solitudo, etiamsi sit turba incontinentium, vbi non est homo pudicus.* Eccles. 5.

*Istæ verò circumferuntur per templa sacrificantes, & diuinantes cum præstigiatoribus & circulatoribus, & cum sceleratis vetulis, quæ domibus exitium affe-runt, quotidie vnà pompam transmittentes, & aniles susuros ad pocula sustinentes, quales amatoria & carmina in matrimonij perniciem composita ediscentes à præstigiatoribus: hos quidem habent viros, illis verò adhæserunt: alios autem eis vates pollicentur, se autem falli nesciunt, & seipsas quidem tanquam vas voluptatis, iis tradentes qui volunt explere libidinem: suam autem pudicitiam probro turpissimè permutantes, vituperandum exitium pro magno lucro ducunt. Multi autem sunt meretriciæ impudicitiæ ministri, vnus hinc, alius aliunde subeuntes. Facilè enim ad libidinem feruntur intemperantes, sicut porci ad eam partem aluei quæ deprimitur. Vnde validissimè admonet Scriptura: Ne introducas quemuis hominem in domum tuam: dolosi enim hominis multæ sunt insidiæ. Alibi autem: Viri iusti, inquit, sint tui conuiuæ, & in timore Domini tua* ibid. 11. ibid. 9.

*gloriatio. Abeat in malam rem fornicatio. Hoc enim scitote, inquit Apostolus, quod omnis fornicator vel immundus, vel auarus, qui est cultor idolorum, non habet hereditatem in regno Christi & Dei. Istæ verò effœminatorum virorum delectantur conspectibus: introrsum autem confluunt cinædorum turbæ linguæ effrenatæ, scelerati quidem corpore, & scelerati oratione, ad ministeria impudica viriles, adulterio deseruientes, impudicè videntes, & susurrantes, & fornicatorium cinædi sonum ad lasciuiam per nares edentes, impudicis verbis & figuris delectare conantes, & ad risum, qui est fornicationis præcursor, prouocantes: Nonnunquam autem etiam quilibet ira incensi, vel ipsi qui scortantur, vel qui etiam cinædorum turbam tanquam fœlix quid ac beatum in suam sectantur perniciem, naribus non secus ac ranæ plausum edunt, vt qui in naso habeant bilem velut inhabitantem. Quinetiam quæ sunt ex eis paulò ciuiliores, aues Indicas pauonésque Molossos nutriunt, & accumbunt ludentes vnà cum iis quibus est caput acutum & fastigiatum, lætantes sicinnis & monstris, & rident quidem cum Thersiten audiunt: ipsæ verò Thersitas maximi pretij ementes, non de coniugibus, sed de illis quæ sunt terræ pondus se iactant, & modestam quidem & continentem viduam Melitæo catello longè præstantiorem, despiciunt, & iustum senem negligunt, qui est, vt puto, monstro ære empto magis de-*

χοιρίων. corus & honestus. Puerum autem orphanum non admittunt, quæ psittacos & graculos nutriunt, sed filios quidem dominatos exponunt, gallinarum autem pullos excipiunt: & quæ sine experientia rationis, iis quæ sunt prædita ratione præferunt: cùm oporteret senes alere, quæ moderationem profitentur & temperantiam, & sunt, vt ego quidem existimo, simili formosiores & loqui possunt melius luscinijs, & illud in medium adducere: Fœneratur Deo qui miseretur pauperis, & hoc: Quatenus autem, inquit, vni horum minimorum feciſtis, mihi feciſtis. Proverb. 19. Matth. 25. Istæ autem contrà intemperantiam prætulerunt temperantiæ, vt quæ suas facultates in lapides conuerterint, margaritas scilicet & smaragdos Indicos. Quinetiam in futilibus & inanibus tincturis, & in emptitijs mancipijs temerè consumunt, & pecunias abiiciunt, non secus atque saturatæ gallinæ vitæ stercora fodientes. Paupertas autem, inquit, virum humiliat. Vocat paupertatem volunt dicere parsimoniam, per quam pauperes sunt ij qui sunt diuites, vt sua bona non communicent.

## COMMENTARIVS IN CAP. IIII.

* VERVM ENIMVERO *spiritu imprudenti translatitiam consequentiam.* Cum superius de luxu multa dixisset & diutius in eo exponendo esset immoratus, non modicus autem sit luxus in nimia & inutili instrumentorum possessione, neque de eo aliquid dixisset, nunc de iis dicturus, primum quidem dicit fuisse consequens vt de iis diceret, sed spiritu, tanquã vento quodam abreptum imprudentem trãsiisse, vtentibus apta à naui metaphora. Quamobrem ad id ipsum quod prætermiserat esse reuertendum, inutilem esse superuacaneæ ministrorũ possessionis hanc esse causam, quod cũ per se nolint operari, necesse sit eos in vana vtantur opera. Deinde eos inutiles & superuacaneos recenset ministros. Postremo inuehitur in mulieres, quæ relicta bonorum & honestorum cõsuetudine, cum eis versentur qui probrum & dedecus afferunt, Sicinnisqi, & monstris magis delectentur quam senibus qui eas doceant & instituant, & puerilibus quos propter Christum alant. In exponendis autem horum ministrorum officijs, non valde opus esse vt immoretur: sunt tamen nonnulla leuiter adnotanda. Obsonator qui Græcè dicitur ὀψοποιὸς, qui parat obsonia. Qui autẽ parat cætera quæ sunt ad mensam necessaria, Græcè dicitur ὀψαρτυτὴς. Vtrumque licet apud Iulium Pollucem. Cùm autem non possem id vocabulo Latino exprimere, mihi vtendum fuit circũlocutione: quod autẽ verti structores Græcè est διατρὶ: malui autẽ vertere structores quam structarios, etiãsi διατρὸν μαγείρους, vocet Iulius Pollux, melius certè Eustathius in multis locis. Homeri enim ætate fuisse qui carnes diuidũt cõuiuis. Nã cœna quoq; διαὶς, dicitur ἀπὸ τοῦ διαίειν, id est diuidere, quod sua cuique portio ex æquo diuideretur: qui autẽ diuidebat δαιτρὸς dicebatur. Qui mos carnem in cõuiuio ex æquo diuidendi adhuc hodie manet apud Italos. De eo vide Cœlium Rhodig. Quod autem dicit à fœminis quibus emulgere pulchritudinem, quid sibi velit fateor me ignorare, suspicor tamẽ esse aliquid obscurius quod melius fortasse est ignorare. Quod autẽ verti ornatores & ornatrices Græcè est κοσμητὴς & κοσμήτρια. Dicit autem Iulius Pollux, Qui in cõma ornanda manuũ vtuntur arte κομητὴς dicuntur, ornatrices autẽ κομήτριαι. Plato verò in Gorgia κομητικὴν non dicit esse artem sed experientiam, nec verò ad ornandã comã, sed in aliena, nõ in sua propria & naturali paranda pulchritudine, figura, colore, habitu, sensu, eamq; aduersari arti Gymnasticæ, id est arti corporis exercendi. Inter ministros enumerat & Eunuchos, quos dicit etiã esse lenones quod Græcè est μαστροπεῖς. μαστροπὲς antè non idem significat quod πορνοβοσκὸς, id est qui alit meretrices quas vẽdat aut certo pretio prostituat, sed is est qui blandis verbis Venerẽ allicit, ita dictus vt vult Eustathius Homeri interpres, quasi μαστοπὲς, id est voce materna illicit. Isti autẽ Eunuchi, cum minime essent suspecti eo prætextu quod nihil possent, & virorũ & mulierum familiaritatibus seruiebant. Dicit ergo Clemens eos non esse veros Eunuchos qui non possunt, sed qui natura Matth. 19. operã libidini. Ij autem sunt quos dicit Christus non esse factos ab hominibus, sed seipsos castrasse propter regnũ cælorum. Eunuchorum facta mentione, qui cum sint extra suspitionem, quoniam nihil nihil posse, voluptati seruiunt, loquitur etiã de ancillis, quas, etiamsi sint liberæ, nõ vero reges, tamen ni dati à Deo propter peccata populi, sibi cogunt seruire, eas faciẽtes vnguentarias, coquas, & pistrices. Deinde graphicè depingit corruptos mulierũ mores quæ Gallos, vtpote homines procetos & nullius cõducebant qui suas lectícas velociter portarent. Ex verò veluti per põpam trãsuectæ se ostentabant & lectícæ amoto aulæo extra prospiciebãt, & se spectandas exhibebant, & reliqua facichant quæ dein Clemens, quæ nõ egent expositione. Quod autem verti, quædã amatoria & carmina, Græcè est φίλτρα καὶ ᾠδάς. Sunt autẽ φίλτρα, vel medicamenta vel carmina ad amorem allicitia, ᾠδαὶ autem sunt incantationes, quæ Latinè dicuntur etiã carmina. Quod autem vertimus, abeat in malam rem formicatio, Græcè est εἰς κόρακας, id est ad Coruos formicatio. Quid autem sibi vult hoc adagium, vide apud Erasmũ Chiliad. 1. adagio. 96. Inter eos autẽ qui cũ impudicis & luxuriosis versantur mulieribus, refert vtros dominatos & cinædos, quos graphicè describẽs, inter cætera de his dicit Græcè, ἢ τὸν κρότον ἀπαιτοῦσι τὸν διὰ ῥινὸς ἐπιτηδείως ὀπισθοκρουστοῦντα, hoc autem vocabulũ ὀπισθοκρουστὴς nusquam legi. Suspicor autem significare impudicũ quendam sonum qui à cinædis naribus edebatur prouocantibus ad libidinem. Sed mea est cõiectura. Quod si quis inuenerit meliorem, rem mihi faciet pergratam si eam in medium proferre dignetur. Vt ergo esset aliquis sensus, sic verti: fornicatorium cinædi sonum impudenter ad lasciuiã postulantes.



nantes. Quod autem Græcè est, ἐν δικέλλης λοιπὸς τοῦ μυκτῆρος ἐλὺς ἐγχλοῶ κεκτημένου, quod verti, vt qui in naso habitant bilem veluti inhabitantem, alludit ad illud Theocriti ὀρυτία δ' ἐρυθὸν ὑπὶ ῥινὶ κάθηται, id est ruber bilis sedet bilis. Facile autem ad nares ascendit bilis, est enim flaua bilis calida & ignea, ideo summa petit. Qui sunt autem bile perciti sæpe ronchum aut sonum edunt tanæ sonitui non admodum dissimilem. Acriter autem inuehitur in mulieres, quæ monstra & bruta animalia viduis, senibus, orphanis, & pauperibus præferebant, & de eis magis gloriabantur quam de suis coniugibus. Quanquam autem Therſites, qui plane fuit monstrum hominis, videre licet apud Homerum in Iliade. De Thersite autem si quid hic diceremus, actum, vt aiunt, ageremus: superius enim satis diximus, nec opus est vt repetamus. Quod autem vertimus, in lapides cõuerterint, Græcè est ἀπενάδησαν, id est efficientes, vt eæ facultates sint lapides; sed lingua Latina id non satis exprimit. Est autem lepidum quod dicit, mulieres quæ pecunias cõsumunt in tincturis & mancipiis, petinde facere atque gallinæ saturæ, quæ stercora effodiunt. Sunt enim ea plane inutilia, nec minimè requirenda, quando suppetunt quæ sunt ad vitam necessaria. Et ideo ea vocat vitæ stercora, & veluti quædam excrementa. Vbinam autem dicat Scriptura: Paupertas virum humiliat, non satis recordor. Verum est autem parsimoniam seu auaritiam esse pauperiem: nam diues qui suis parcit bonis, & ex eis non plus impertit quam si nihil haberet, is plane est pauper. Is enim est pauper qui nec diuitiis ipse vtitur, nec concedit vt alij eis vtantur.

## Quomodo in balneis sit versandum. Cap. V.

QVIVSMODI[a] *autem sunt eis lauacra? Domus artificiosè compacta, perspicuæ, quæque possunt circumferri, teguntur sindone: & cathedræ aureæ, argenteæ, & vasa innumerabilia aurea, argentea: ex quibus alia quidem ad propinandum, alia verò ad vescendum, alia autem ad lauandum circumferuntur: quinetiam carbonum craticulæ. Eo enim veniunt intemperantiæ, vt cœnent & sint priùs dum lauantur, & argenteam supellectilem, cum qua pompam transmittunt, arrogant in balneis proferunt, atque adeo fortasse etiam diuitias, propter immodicam superbiam. Maximè autem voluntariam insolentiam, per quam viros pusilli & effœminati animi arguunt, vt qui victi sint à fœminis, ostentant, & aliquo modo seipsas non posse conuenire, nec sine multis vasis posse sudare, comprobant. Etenim quæ sunt pauperes, cum pompam sint participes, ex quo fruuntur lauacris: habent autem sordes diuitiarum magnum conflatum maledictorum. Hac veluti esca irretiunt miseros, auri splendorem ore hiante admirantes. Ea enim ratione eius quod bonum & honestum est ignaros in stuporem adducentes, vt ipsas mirentur amatores callido commiscuntur artificio, qui eis paulo post nudis insultant. Atque ipsæ quidem suis se maritis non exuerint, simulatum pudorem probabiliter præ se ferentes. Licet autem aliis volentibus, eas quæ domi sunt incluſæ, nudas videre in balneis: hæc cum se exuere spectatoribus tanquam corporum cauponibus non erubescunt. Sed Hesiodus quidem,*

### Corpus fœmineo non exhilarare lauacro

*Viris autem & fœminis communia aperta sunt balnea, & inde exuuntur ad inuicem autem (à visu enim hominibus amor proficiscitur) perinde ac si sit eis pudor in lauacris. Quæ autem non vsque adeo omnem exuerunt pudorem, externos quidem excludunt: viris autem cum suis ministris collauantur, & seruis nudæ exuuntur, & ab eis fricantur, pertimescenti libidini concedentes, vt securè contrectet. Qui enim nudis dominabus ad lauacra introducuntur, studeant se exuere, ad cupiditatis audaciam malo more metum excutientes. Atque veteres quidem Athletæ virum nudum ostendere erubescentes, illum certamen peragebant accinctu subligaculis seruabant verecundiam: istæ autem dum in balneis cum tunica pudorem exuerint, volunt quidem videri pulchræ, similiter autem malæ libidinis conuinctur. Etenim per ipsum corpus maximè apparet lasciua concupiscentia, quemadmodum hydropicis per cutis superficiem humor qui continetur; quod autem in quoque ægrotat, ex visu cognoscitur. Oportet ergo viros sepulchrum veritatis exemplum præbentes fœminis, erubescere vnà cum eis exui, lubricumque ac periculosum aspectum*

Matth. 5. *effugere. Qui enim curiosius, inquit, respexit, iam peccauit. Oportet ergo domi quidem ipsa-*
*rentum & famulorum pudore affici: in vijs autem, eorum qui sunt obuiam: in lauacris*
Ioan. 1. *mulierum: in solitudine autem, suiipsius: vbique autem, Verbi, quòd est vbique, & per*
*ipso factum est nihil. Hac enim solum ratione fit vt quis nunquam labatur, si Deum sibi*
*semper adesse existimat.*

## COMMENTARIVS IN CAP. V.

[a] CVIVSMODI *autem sunt eis lauacra?* Graphicè depingit luxum mulierum in balneis, vt quæ domi habeant portatiles, sindone quod est subtilissimum linum Ægyptium coopertas, & magnam vasorum & pretiosæ supellectilis copiam secum ferentes. Existimo autem hæc dici de balneis priuatis, de quibus Valerius Max. lib. 9. sic scribit: C. Sergius Orata pensilia balnea primus facere instituit, quæ postea sa leuibus initiis cœpta ad suspensa calidæ aquæ tantum non æquora penetrauit. Et Macrobius in
Vitruu. 10. turnal. lib. 3. cap. 15. Quænam autem fuerint balnea pensilia, nusquã legi, neq; Vitruuius de balneis loquens aliquid dicit, nisi forte de iis intelligatur quod dicit: Suspensuræ caldariorũ ita sunt faciendæ, vt qui pedalibus tegulis, &c. quod mihi nõ videtur verisimile. Quod autem virorum & mulierum balnea balnea dicit esse Clemens, ita forte est intelligendum ex Vitruuio, ea fuisse cõiuncta, & in ipsis
Gell. lib. 10. cap. 3. locata regionibus, sed fuisse bina ædificia, vnum vbi viri, alterũ vbi mulieres lauarentur. Pudor patiebatur vtrunq; fœtũ simul lauari, sed cõmoditas cõiungi deliderabat. Videtur tamen Clemens nuere tantã tunc mulierũ fuisse impudentiam, vt simul cum viris lauarentur: Luxũ, inquam, denique intemperantiã vt quæ cœnent, & sint ebriæ dum lauantur, & impudentiã, vt quæ balnea habeant mixta cum viris, & quæ apud maritos simulent pudorẽ, in balneis nudæ viros prouocent ad libidinem, quibus vero remanet adhuc aliquid pudoris se à famulis suis fricari patiantur. Oportere autem dominos suo exemplo ad pudorẽ imitare fœminas, vitando cõspectum nudarũ. Pudorẽ nunquã abiecisse, tẽre, etiamsi sis solus. Nam etsi omnes alij absint, Deus adest qui omnia fecit & omnia aspicit. Quantẽ in balneis comedere & inebriari sit periculosum, possumus edíscere ex medicis. Pleno enim ventre & plenis intestinis nemo balneo se ruto cõmittat, quod sic facile iecur nozã contrahat. Si crudus in totũ corpus rapiatur. Hinc est quod reprehendit Iuuenalis eum qui balneũ ingreditur cibus fuerit concoctus, dicens: Crudumq; pauonem in balnea portas. Quod si est periculosum cibo re? Quod autem suadet viris Hesiodus ne fœminino lauacro exhilarẽtur, ideo fortasse, dicit, quia viri sola frigida lauarentur, vt qui aqua lauari calida mulierũ esse ducerent. Et tamen constat in
Clul. 2. cent. 3. simis temporibus aquis calidis soueri solita esse vel ætate vel labore defessa corpora. Qui extant balnea Herculana, de quibus vide Erasmum in adagiis, & apud Platonem γεγυμνωμένους λουτρῶν uacra. Calidis enim balneis rehciuntur vires, & reuocatur corpus: διχοῦ enim κάκεῖ μένει τὸ σῶμα, rus πάλιν ἐγείρεται. Calida, inquit, aqua mollit membra. Non vituperantur autem à Clemente balnea, sed minus in balneis luxus, intemperantia, & impudentia, maximè autem reprehenduntur balnea mixta, in quibus ex visu incitantur homines ad libidinem, à visu enim amor proficiscitur: prima cæca
Teren. in Eunucho. linea est visus. Maximè autem falluntur mulieres quæ nudæ suam ostentant pulchritudinem, etiam se esse malas ostendunt. Nam sicut hydropici nudi ostendunt malum qui eos male habet humorem, ita etiam nudæ mulieres ostendunt suam nimiam ad libidinem propensionem.

## Quòd solus Christianus sit diues. Cap. VI.

[a] SVNT *itaque habendæ diuitiæ, vt est rationi consentaneum: sumptuosè quidem, non autem sordidè, nec superbe & insolenter communicandæ: nec ea*
*nesti studium in sui amorem rudique & imperita ratione consumendum. Quid*
*forte nobis vtique dicat quispiam: Equus eius est pretij quindecim talentorum,*
*vel fundus, vel seruus, vel aurum: ipse verò est minoris pretij quam trium obolorum. Quid*
*enim auferr mundum à fœminis, & seruos à dominis, nihil inuenies dominos differre ab*
*emptitijs mancipijs, non incessu, non aspectu, non sermone, adeo sunt similes mancipijs.*
*Quinetiam in hoc discrepant, quod sint seruis imbecilliores, & ita educti vt sint magis in-*
Matth 6. Ibid. 19. *letudinarij. Hoc ergo dogmatum optimum est perpetuo canendum, quod vir quidam di-*
*nus, qui est moderatus & iustus, in cælo recondit thesaurum pecuniæ. Is qui terrenum*
*didit, & dedit pauperibus, inuenit thesaurum in quem non cadit interitus, vbi nec tinea*
*nea, nec latro. Is ergo est verè beatus, etiamsi sit paruus, imbecillus, & inglorius: qui*
*uera magnas possidet diuitias. Quod si sit vel Mida & Cynira ditior, sit centum auro*
Luce 16. *& insolens, quemadmodum qui purpura & bysso luxuriosè vestiebatur, Lazarum*



*contemnebat, & miser est, & in mœrore viuit, nec viuet. Diuitiæ ergo sunt serpenti si-*
*miles, quem si quis nescit inoffense eminus accipere, bestiam sine periculo summa cauda*
*apprehendens, ea manu circumplicabitur, & mordebit: pulchrè callent serpentum instar*
*serpentes diuitiæ, dum perite vel imperitè apprehenduntur, inhærere & mordere. Sed si*
*quis se præbens magnificum rectè & scienter eis vtatur, cùm Verbi carmine bestiam de-*
*traxerit, ipse manserit illæsus. Cæterùm, vt videtur, non satis animaduertimus quis sit*
*& solus diues, qui quæ sunt longè pretiosissima possidet. Magni autem sunt precij, non*
*gemma, non argentum, non vestis, non corporis pulchritudo, sed virtus. Ea autem est ra-*
*tio tradita per pædagogum ad exercitationem. Hæc est ratio, quæ abijt at delitias, &*
*eam quæ per se sit operationem euocat in ministerium, laudátque frugalitatem filiam tem-*
Prou. 8. *perantiæ: accipite, inquit, disciplinam, & non argentum, & cognitionem super aurum*
*probatum. Melior est enim sapientia lapidibus pretiosis: quicquid autem est pretiosum,*
Ibidem. *non æquiparandum est ea dignum. Et rursus: Colligite me super aurum, & lapidem pretiosum,*
*& argentum: germina enim mea meliora sunt argento electo. Quòd si etiam distinguere*
*oportet, sit quidem diues qui multa possidet, ésque auro onustus, vt sordidum marsu-*
*pium: at in iusto quidem certè inest honestum atque decorum: decorum enim est ordo, qui*
*in administrando, ita vt oportet, largiendoque definitur. Sunt enim qui seminant, & plura*
Psal. 11. *colligunt, de quibus scriptum est: Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum*
*seculi. Quare non qui habet, & seruat, sed qui impertit, est diues: & impertitio ac commu-*
*nicatio, non autem possessio, beatum reddit. Animæ autem fructus est, communicatio. Diui-*
*tiæ ergo sunt in anima. Porro autem bona possideri solum possunt à bonis: boni autem*
*sunt Christiani. Homo autem insipiens vel intemperans neque boni sensum habuerit,*
*nec possessioni. A solis ergo Christianis possunt bona possideri. His autem bonis nihil est di-*
*tius: ijs sunt ergo soli diuites. Veræ enim diuitiæ sunt, iustitia, & ratio, quæ est quouis*
*thesauro pretiosior. Quæ quidem diuitiæ ex pecoribus & prædijs non augentur, sed à Deo*
*donantur diuitiæ quæ non possunt auferri, cuius thesaurus est sola anima, possessio ei qui il-*
*lum possidet optima, quæ hominem verè reddit beatum. Cui enim adest, nihil expetere ex ijs*
Matth. 7. *quæ non sunt in nostra potestate, ea autem quæ expetit consequi: quinetiam quæ sanctè deside-*
*rata à petentem à Deo accipere? quomodo non is multa, imo verò omnia possidet, qui thesau-*
*rum æternum, nempe Deum habeat: Petenti, inquit, dabitur, & pulsanti aperietur. Si*
*Deus nihil negat, pietate ac religione præditi viri sunt omnia.*

## COMMENTARIVS IN CAP. VI.

[a] SVNT *itaque habendæ diuitiæ.* Cum animaduerteret Clemens auri & argenti, & diuitiarum splendoribus oculos hominum præstringere, vt eos solos qui ea possiderent, & & diuites & beatos esse putarent, tollam hanc opinionẽ eis voluit detrahere. Dicit ergo veras diuitias non consistere in possessione, sed in bonorũ quæ suppetunt iusta administratione, distributione, & in pauperes erogatione, quibus æternus ille thesaurus non potest, in cælo paratur thesaurus. Eum demũ esse diuitem qui est bonus. Bonum autẽ dicit quod habet bonum. Bonum esse virtutem, quæ est in anima, eã verò cõsistere in exercitatione & operatione, non in pecuniæ congregatione. Cum ergo Christianus iis quæ à Deo ei sunt donata rectè vtatur, & pauperibus vt decet impertiatur, idq; solus præstet Christianus, is solus est & bonus, & diues, & beatus. Est quidem hoc paradoxum non dissimile paradoxo Ciceronis: Quod solus sapiens diues sit, quod ad lumptum est à Stoicis. Sed cum apud eos nullus esset sapiens (sapiens enim non est qui non sit Deo, quæ est Verbũ Dei, didicit sapientia) fieri non poterat vt ex eis vllus esset diues. Solus Christianus est diues, qui à suo Pædagogo qui est Dei Verbum & sapientia, didicit sapientiam. Quo fit vt sit sapiens, bonus, diues, & beatus. Est autem lepidum quod dicit Clemens, equum & cætera quæ possidentur esse ideo maioris pretij quam ipsos dominos, & ipsos seruos esse præstantiores dominis. Quod autem addit. Est minoris pretij quam triũ obolorum, Græcè est τριῶν ὁβολοῦ, id est, trium æreolorum. Ita enim verti, quod χαλκοῦς, sit Græcum, æreolum autem non sit in vsu apud Latinos. Continet autem obolus semiobolos duos: Semiobolus tres chalcos, seu æreola tria. Chalcus verò tria λεπτά, seu minuta, quæ remanent infecta. Malui autem vti vocabulo vsitato, licet nonnihil differret, cũ ad sententiam parum aut

Plato de legibus 2.

nihil referret. Quod autē dicit Clemens, quod si sit vel Mida & Cynira ditior, id sumpsit ex Platone de legibus τὸν δὲ γενόμενον καὶ ἀλαζόνα λόγον, id est, Poëtas quidē cogite dicere, quod vir quidem bonus & iustus, rans & iustus, est fœlix & beatus, siue sit magn⁹ & fortis, siue paruus & imbecillus, & sine fi

Chil. 3. cent. 30. Ouid 11. Metamor.

Sin autē sit & Cinyra & Mida ditior, sit autem iniustus, est & miser, & in merore viuit. Quid nyræ immensæ fuerint diuitiæ, testatur Prouerbiū, Cypriacæ opes, de quo vide Erasmū in Chiliad. Da aureas: vt fabulatur Ouidius in Metamorphosi. Quod autē dicit vltra ea quæ dicit Plato, de diuer stojneqi viuet, intelligit de vita æterna quæ est regnū Dei. Auari enim regnū Dei non possidebunt rēnas autē diuitias pulchre assimilat serpenti, qui vbi quempiam apprehenderit, nisi ei cito vtendo mordet & virus immittit. Ita etiā diuitiæ quæ quempiā apprehenderunt, nisi eis recte vtendo est impertiendo & distribuendo excutiantur, noxā afferunt, & sæpe sunt mortiferæ. Hinc locum cludit, vt dicat eū qui est bonus & pius, non solū multa, sed etiam omnia, atqi adeo ipsum Deum derē. Nam qui nihil petit quod non sit in sua potestate, quicquid autem sancte petit à Deo sui ius sunt omnia adeo vt ne seipsum quidem ei Deus deneget, is omnia atque adeo ipsum Deum possi Ei autem qui omnia possidet nihil deest. Cui nihil deest is plane est dives, atque adeo beatus.

## Quòd pulchrum viaticum Christiano sit frugalitas. Cap. VII.

DELITIÆ [a] autem errantes in voluptatibus, graue sunt ac periculosum hominibus naufragium. A vero enim honesti studio, & quæ viro bono conuiniunt voluptatibus, aliena est hæc iucunda, & gloriæ ac laudis expers vita. Homo enim est natura excelsum & erectum animal, & quod vere quærendi ac inueniendi tenetur desiderio, vt qui sit vnius opus & effectum. A diuina autem vita alienum est libidinis voluptatisque studium: vtpote, similiter quidem vesci atque seres, coire autem similiter vt hirci & sues. Voluptatem enim bonum existimare, est perfectæ eius quod est bonum & honestum inscientiæ. Porrò autem nimia diuitiarum cupiditas hominem à recta viæ ratione dimouet, persuadens vt ad res turpes omnem pudorem exuat, si modo ei sicut feræ liceat quibuslibet vesci, & quælibet similiter & in rebus venereis suam quacunque ratione libidinem explere, & ideo rarissime reperitur fit hæres. Quorsum ergo tot parantur obsonia? an non vt vnum ventrem impleant? Quæres immunda sit ingluuies, arguunt sterquilinia, in quæ ventres nostri exponunt reliquias conuiuij. Quorsum autem tot pocillatores congregant, cùm calice vno possint impleri? Quorsum autem arcas vestium? quorsum vasa aurea? & quorsum ornamenta? Comparantur Eccles. 7. 27. & 29. Reg. 19. & sceleratis hominibus hæc parantur, & oculis qui satiari nequeunt: Eleemosyna autem & fides, inquit Scriptura, te non deserant. Ecce Heliam quoque Thesbytem⁹ mus pulchrum exemplum frugalitatis, quando sedit sub ramno, & Angelus ei cibum mentum. Erat subcinericius panis ordeaceus, & amphora aquæ: eusmodi prandium eum misit Dominus. Proficiscentes ergo nos ad veritatem, accinctos esse oportet. Nolite Matth. 10. Luce 9. tis, inquit Dominus, crumenam, non peram, neque calceamentum: hoc est, Nolite deatis diuitias quæ solum in crumena reconduntur, ne vestra impleatis horrea, tanquam sementem in pera deponentes, sed ijs etiam qui egent impertite. Ne de iumentis & sitis nimium soliciti, quæ diuitum ingressus calceamenta, cùm onera portent, allegorice ecta sunt. Abijcienda est ergo vasorum multitudo, & pocula aurea & argentea & mulorum turba, cùm pulchras & venerandas pedissequas à pædagogo acceperimus seipsum operationem scilicet & frugalitatem. Iam verò ita incedendum est vt comiter Verbo ingrediamur: & si cui adsit vxor & filij, domus nequaquam est cum prudente viatore migrare didicerit. Vxor quoque quæ virum diligit, coercenda componenda, vt similiter ac maritus iter ingrediatur. Pulchrum est viaticum quod ducit ad cælum, si frugalitatem cum vna moderata grauitate iungamus. Mensura sicut pes calcei, ita etiam vniuscuiusque possessionis est corpus. Quod autem superabundant quæ sunt, inquit, ornamenta & suppellex diuitum, non sunt ornatus corporis. Operes



tem eum qui vi in cælos contendit ascendere, & pulchrum baculum beneficentiam scilicet circumferre, & ijs qui affliguntur, elargientem veram quietem percipere. Fatetur enim Scriptura, animæ redemptionis pretium esse proprias diuitias: hoc est, si ditescat, futurum Prou. 13. esse vt sit saluus per elargitionem. Quemadmodum enim quicunque putei scaturiunt, exhausti in pristinam mensuram reuertuntur: ita etiam elargitio, quæ est bonus fons benignitatis, potum sitientibus communicans, rursus augetur & repletur, quomodo ad vbera, quæ sugantur vel etiam mulgentur, solet lac confluere. Est enim minime indigens, qui Deum verbum habet omnino potentem & nullo eorum quibus opus habet vnquam egens. Verbum enim est possessio cui nihil deest, & est causa omnis copiæ. Si quis autem dixerit se sæpe vidisse ipsum cui panis deerat, hoc quidem rarum est, & id vbi non est alius iustus. Sed tamen illud quoque legat: Non in solo pane viuet iustus, sed in verbo Domini, qui est panis Deut. 8. Matth. 4. verus, panis cælestis. Vir ergo bonus nunquam laborat inopia, quandiu habuerit saluam in Deum confessionem: licet enim ei petere & accipere ea quibus indiget à Patre vniuersorum, & propriis frui, si filium custodiat. Hoc quoque adest, nullam sentire indigentiam: hic nostrum Verbum fungens munere Pædagogi, dat nobis diuitias, nec ditescere vlla est indigentia ijs qui per ipsum possident vt nullius egeant: qui has habet diuitias, erit hæres regni Dei.

## COMMENTARIVS IN CAP. VII.

[a] DELITIÆ autem errantes in voluptatibus. Frugalem oportet esse Christianum. In hoc autem consistit frugalitas, vt paucis, nempe iis quæ sunt vitæ necessaria, contentus, delitias vitet & voluptates, & diuitiarum concupiscat quę ad omnia turpia hominem incitant. Mensura nostrarum possessionum sumenda est mensura nostri corporis. Quæ mensuram illam excedunt, sunt superflua, nec sunt ornamento corpori. Quæ autem superabundant, sunt eroganda in pauperes. Porro autem frugalitatis pulchrum nobis proponit exemplum Eliam Thesbiten, & reuocat in memoriam quæ Christus suis proponit discipulis quos mittit ad prædicandam Euangelij veritatem. Quæ quidem ita exponit vt videatur potius secundum sensus allegoricus, vt qui calceamenta significare dicat famulos & iumenta.

## Quòd similitudines & exempla sint rectæ doctrinæ pars maxima. Cap. VIII.

SI [a] QVIS autem vestrum delitias perpetuo fugerit, à frugalitate eductus, inuoluntarios labores facilius sustinere meditabitur, voluntarias afflictiones pro persecutionum perpetuis habens exercitijs: vt cùm ad necessarios venerit labores, & dolores ac metus, ad eos tolerandos non sit inexercitatus. Et ideo patriam non habemus in terra, vt possessiones terrenas contemnamus. Est itaque ditissima frugalitas, quæ exæquatur impensis non deficientibus, quas pendi conuenit ad ea quæ oportet & quantum oportet. Expensæ enim sunt pensiones, ac vectigalia. Et quomodo oporteat quidem vxorem simul cum marito viuere, & de domus administratione, & vsu famulorum, & quomodo eam per se operari conueniat, & de tempore matrimonij, & de iis quæ ad mulierem pertinent, disseruimus in libro de nuptijs. Quæ autem ad pædagogicam pertinent institutionem, ea nobis addenda sunt loco crassæ cuiusdam descriptionis, Christianam vitam exprimentibus: & plurima quidem iam dicta & in formam institutionis pædagogicæ sunt redacta. Quod autem restat, subijciemus. Neque enim parui ad salutem momenti sunt exempla.

Vlyssis vxorem vide (ait Tragœdia) haud leto dedit
Telemachus, haud marito namque iunxerat
Maritum, ei cubile in ædibus sanctum manet.

*Flagitiosum probro dans adulterium, temperantiæ pulchram ostendit imaginem, in maritum amorem.* [b] *Ilotas autem (seruorum nomen sunt Ilotes) Lacedæmonij cogentes inebriari, sibi sobrijs, ea quæ faciebat ebrietas, correctionis curationisque loco ostendebant. Cæteri seruantes ergo illorum turpitudinem, docebantur ne in idem quod damnabant vitium incidérent, ex ebriorum probro hoc fructus consequentes, quòd ipsi non peccarent.* [c] *Ex hominibus enim alij quidem docti sunt seruati: alij verò sua sponte virtutem vel amplexi sunt, vel quæsierunt:*

*Hesiodus.*

Optimus ille quidem est, qui percipit omnia per se.

*Genes. 17.* *Ipse est Abraham qui Deum quæsiuit,*

Is bonus est rursus, qui paret recta monenti.

*Luc. 6.* *Hi sunt discipuli, qui Verbo crediderunt, & ideo ille quidem appellatus est amicus, hi autem Apostoli. Vnum & eundem Deum ille quidem magno studio & cura inquirens, hi vero prædicantes: sunt autem ambo populi. Horum autem amborum auditores, alius quidem consentaneus est commodum per inquisitionem, alius verò saluus euasit per inuentionem,*

Sed qui nec per se apprehendit, nec recta monente
Hunc alio, reputat, planè est vir inutilis ille.

*Populus alius est gentilis, inutilis: hic est populus, qui Christum non sequitur. Multis tamen modis iuuans Pædagogus, qui est clemens & benignus, alia quidem suasit, alia verò etiam exprobrauit. Iam verò aliis quoque peccantibus, eorum nobis ostendit turpitudinem, & quod eam consequitur supplicium, simulque & consolans & admonens, se ipso benignum & clementem ostendit, hoc consilio vt nos à vitio auerteret, ea quæ possumus ostendens. Per quas imagines & similitudines, vt ij quidem qui malè affecti erant corrigerent, effecit: eos verò qui ijs similia audebant, prohibuit: alios ad tolerantiam hortatus, alios à vitio repressit: alios verò etiam curauit, per contemplationem eius quod est melius, traductos ad id quod est melius. Quis enim quempiam in via sequens non cauens, si quando cecidebat in viam ceciderit, vt deuitet periculum, peccati cauens consequentiam? Quis verò rursus si is qui se exercet, viam quæ ducit ad gloriam didicerit, & videns adhuc eum præcessit præmium esse consecutum, non contendit ad coronam, ipsum æmulando imitans?* [d] *Multæ sunt eiusmodi similitudines diuinæ Sapientiæ. Vnius autem exempli meminero, & paucis exponam quod accidit Sodomitis, & fuit iis quidem qui salui miserant, iudicium, pædagogica autem institutio ijs qui audiuerint. Sodomitæ cum propter*

*Genes. 19.* *multas delitias in libidinis & intemperantiæ vitium incidissent, adulteria quidem non committentes, puerorum autem insano amore ardentes, respexit eos Verbum quod omnia, quod latère non possunt qui nefaria perpetrant. Neque vero eorum libidini acquiuit vigilans custos humanæ naturæ: nos autem ab illorum imitatione auerteus, ad frugalitatem que moderationem & temperantiam instituens, aliquos inuadens peccatores, ne ij impunita relinqueretur impudicitia, ea frueretur nimia securitate, iussit comburi Sodomam. Prouidi illius ignis aliquid effundens in intemperantiam, ne si non castigata esset eorum libido, latas aperiret portas ijs qui toto impetu feruntur ad libidinem. Fuit ergo iustum illorum supplicium, saluris bene ab hominibus considerandæ imago. Qui enim non propter peccarint atque ij qui fuerunt puniti, nunquam peccatoribus similes pœnas dederunt. Vo-*

*Iudæ in epistola canonica.* *qui propterea quod non peccarint ne paterentur cauerint. Volo enim vos scire, inquit Iudas, quòd Deus qui semel seruauit populum ex AEgypto, secundò perdidit eos qui non crediderunt, & Angelos qui non seruauerunt suum principatum, sed reliquerunt suum domicilium, in iudicium magni diei, vinclis æternis sub caligine agrestium angelorum reseruauit. Et paulo post eorum qui iudicantur imagines ad docendum apertissimè exponit. Vt quod*



*ei quod in via Cain ambulauerunt, & in errore Balaam effusi sunt, & in contradictione Core perierunt. Eos enim qui ferre non possunt libertatem adoptionis filiorum Dei, arcet metus, ne se insolenter gerant. Ideo enim sunt minæ ac supplicia, vt timentes pœnas à peccatis abstineamus. Possum tibi narrare pœnas nimiæ ornatus cupiditatis, & inanis gloriæ, non attexens solum intemperantiæ: & præterea maledicta afferre in eos qui gloriantur & sibi placent de diuitijs, in quibus Deus terrendo prohibet à maleficiis. Cæterum parcens prolixitati operis, adducam pædagogi præcepta quæ sequuntur, vt minas caueant.*

## COMMENTARIVS IN CAP. VIII.

[a] *Si quis autem vestrum delitias perpetuo fugerit.* Hoc habet frugalis, quòd fugit delitias; qui fugit delitias, se in voluptatibus exercet laboribus & afflictionibus, vt si quādo necessariæ accidāt persecutiones, ex à diuturna meditatione exercitatis facilius tolerātur. Et quæ sunt toleratu eo faciliores, quod cū nō habeamus hic patriā (neq; enim manentē hic habemus ciuitatem, sed futurā inquirimus) terrenas possessiones *Hebr. 13.* existimamus. Huic autē de frugalitate tractationi hūc imponit veluti colophonē, quod sit ditissima frugalitas. Ni fi is est dites, qui & quās & quot oportet ad ea quæ opus est habet sufficientes expensas: merito est ditissima frugalitas quæ iis omnibus exequatur expensis quæ nunquā deficiunt. Et ideo fortasse frugalitas Græcè dicta est ἐφόδια, quod frugali nō desint vectigalia, τὰ φέροντα enim est vectigal. Expēse autem sunt vectigalia. Cū autem iis quæ scripsit Clemens videretur aliquid deesse, nēpe vt tractaret de officio vxoris, & de œconomia in genere, ne quis hoc desideraret, dicit se id cōsulto prætermittere, quod de eo scripserit in libro quē inscripsit de nuptiis, sed eius hic liber vt multi alij desiderantur iniuria temporis. Reuertitur autē ad Pædagogicam suam institutionem, dicit se de forma quidem institutionis Pædagogicam diuisse plurima, sed ei quidē esse addenda, nempe imagines, similitudines & exempla quæ ad crassiorem & vulgo magis conuenientē pertineant descriptionē. Populū certe, magis docent & monent similitudines & exempla quam Philosophicæ demōstrationes, ratiocinationes & enthymemata. Primū autē quod affert exemplum est Penelopes vxoris Vlyssis, quæ tot annos absente Vlysse, & tot procis eā ambientibus, nunquā induxit in animum vt alij nuberet. Hinc factū est vt matrem non occideret Telemachus eius filius, cum matrem Clytemnestram occiderit Orestes, quod ea maritum occidisset Agamēmnonem. Hoc exemplo populo ostenditur quam sit turpe & probrosum adulteriū, rursus autem honestus & laudabilis amor vxoris in maritum. Sed quænam & cuiusnam sit hæc tragœdia ex qua hoc sumpsit Clemens, me nescire fatear necesse est, vt quam arbitrer non extare. [b] *Ilotæ autem (seruorum nomen sunt* *Plutarchus de dictis & factis Lacedæm.*
*Ilotes) erant serui Lacedæmoniorū qui eorū agros colebant. Ipsis enim vnū erat opus vt se bello* *fortiter præstarent. Cū autem eis vtpote seruis quæ vellent imperarent, cogebant ipsos inebriari, vt vel ipsi, vel* *eorum liberi, discerent quam turpe sit inebriari.* [c] *Ex hominibus enim alij quidem docti.* Ex verbis Hesiodi quos citat Clemēs est satis perspicuū, esse aliquos qui omnia per se discūt, qui sunt omnū optimi: & rursus esse alios qui discunt, ab aliis admoniti qui secundū locum tenent: esse etiā alios qui neque per se discunt, neq; ea quæ bona & recta sunt cogitāt, ab aliis admoniti, quos dicit esse pessimos, & plane inutiles. Primis illis qui per se discunt assimilat Abrahamū, qui præter legem in corde scriptam, quæ est naturalis, nullā habuit dictatam aut scriptam legem quam sequeretur. Secundis assimilat eos qui verbū audierunt & ab eo doctrinam & disciplinam acceperunt. Et verbū quidem Abrahamū appellauit amicū, quod per se, & à nullo admonitus Deo crediderit, quodquidē ideo fuit reputatum ei ad iustitiā, quod gratis nullaq; ei proposita mercede & præmio in Deū fuerit pius bonusq; & virtutem præditus. Discipulos autē suos appellauit Apostolos quos misit ad annunciandā peccatorū remissionē *Exod. 14.* & proponenda præmia regni cælorū & vitæ æternæ. Atque Deo quidē iam credebat Abrahā quando ab eo iussus est exire de terra sua, & de cognatione sua, & de domo patris sui. Nisi enim Deū fide apprehēdisset, eius verbis nō credidisset, nec iussis paruisset. Prius ergo credidit quam vlla proponeretur merces. Quæ autē ei iam Deo credenti proposita est si è domo egrederetur, magna quidē fuit, sed nō conferenda cum mercede regni cælorum & vitæ æternæ promissa in Christū credentibus: nam sunt enim cōferenda terrena cum cælestibus, quēquam ipsa quoq; terra quam dixerat se ei ostensurum, allegoricè significabat patriam cælestem quā peregrinans hic quærebat. Porro autem credentiū pater fuit Abraham qui nō solū Deo credidit, sed etiam quę iusserat sedulo est executus, vt qui ne proprio quidem filio Deo inbenigno deprecerit. His de causis Dei amicus fuit Abrahā, qui etsi in scriptura non sit disertis verbis ita appellatus, tamen cū & se dicat eius esse protectorem, multisque & præclaris eū affecerit beneficiis, pro amicissimo certe est habitus. Inter Abrahamū autem & Apostolos hoc intererat, quod Abraham quidē magno studio quærebat, nempe Verbum quod suo aduentu humano generi salutem erat daturum. Apostoli autem Verbum iam inuentum prædicabant, visus enim iam erat Deus in terris & cū hominibus versatus. Ambo autem, nempe & Abraham & Apostoli, significabant duos populos, nempe & Hebræos & Christianos. Et iuuabat quidē Hebræos, quod Christū quidem venturū & se ab eo salutem desiderabant & sperabant & expectabant: Christiani vero Christum cū iam venisset certa fide complexi, salui facti sunt. Populus autē qui nec per se Christum inuenit, nec Christū prædicanti credidit, est pessimus & plane inutilis. A via enim aberrat, vt qui Christū non sequatur. Is Christus est noster Pædagogus qui multis similitudinibus, exēplis & imaginibus peccatores deterret à vitiis, bonos autē exhortatur ad meliora, & cōtinet in officio, malē affectos curat, & ostendens casum eorū qui ceciderunt, ne alij similiter cadant admonet, & eorum qui viceruntpræmia ostendens, vt fortiter & constanter se gerant qui in virtute se exercent hortatur, & ne in certamine deficiant excitat, & currentibus veluti calcar addit.

## Quanam de causa sit lauacrum accipiendum. Cap. IX.

BALNEI[a] *ergo (inde enim digressa est oratio) quatuor sunt causæ, propter quas ad ipsum accedimus. Vel enim causa munditiei, vel caloris, vel fomentis, vel postremò voluptatis. Si ergo voluptatis causa lauat: reijciendum est impudens enim voluptas est omnino excindenda. Sumendum est autem lauacrum mulieribus quidem mundationis causa & sanitatis: solius autem sanitatis causa viris. Caloris autem causa lauari est superfluum, cùm quod frigore horridum euaserit, possit aliter reuocari. Porrò autem balnei frequens vsus vires adimit, naturalemque roborem vehementiam relaxat, sæpe autem dissoluit, & vt quispiam animo linquantur efficit. Quodammodo enim corpora, non secus ac arbores, non solùm ore, sed etiam iis qui sunt in toto corpore meatibus bibunt inter lauandum. Huius autem rei est indicium, quòd qui sæpe fuerint, deinde in aquas descenderint, siti remedium inueniunt. Si non ergo ad aliquid prodest lauacrum, iam oportet nos eo resoluere. Veteres ea ἀνδρωνοφέλια, hoc est, fullonicas hominum, officinas vocarunt, quoniam citius quàm par erat pannosa efficunt corpora, & ante tempus cogunt consenescere, abstergentia, dum non secus atque in ferro, calore iam mollificatur. Hinc frigidi veluti tinctura & temperatura opus habemus. Neque verò semper est lauandum, sed siue paulò fueris inanior, siue rursus paulò repletior, rejiciendum est balneum: sed eo certè vtendum est habita ratione ætatis, corporis & temporis anni. Nonnunquam omnes, nec semper iuuat, vt fatentur qui sunt earum rerum periti. Nobis autem sufficit symmetria, quam semper vt vitæ nostræ opem ferat accersimus. Neque enim habemus adeo vtendum est, vt manus alterius egeamus admiculo: neque verò assiduè & sæpe in die est lauandum, sicut frequenter in forum ventitamus. Iam verò multos quoque habere qui ministrent, est proximos iniuria afficere per delitias: & est eorum qui non indigent balneum oportere esse commune eorum qui lauantur. Oportet autem maximè quidem lauacrum animam purgante ratione, nonnunquam etiam corpus, propter sordes quæ ei adnascuntur.*

Matth 23. *Quinetiam sunt nonnunquam resoluendi labores: Væ enim vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, dicit Dominus, quoniam similes estis sepulchris dealbatis. Sepulchrum pulchrum*

Ibidem. *apparet extrinsecus: intus autem plenum est mortuis ossibus, & omni immunditia. Et rursus dicit eisdem: Væ vobis, quoniam mundatis quod est extrinsecus poculi & patinæ, intus autem plena sunt immunditia: munda primùm id quod intus est poculi, vt sit etiam mundum quod est exterius. Optimum ergo lauacrum expurgat sordes animæ, estque spirituale,*

Esaie 4. *de quo dicit apertè Prophetia: Abluet Dominus sordes filiorum & filiarum Israel, & mundabit sanguinem ex medio ipsorum, sanguinem iniquitatis, & cædes Prophetarum. In regationis autem modum subiunxit Dominus dicens: In spiritu iudicij, & in spiritu ustionis. Quod autem est corporis earneum, vel per solam aquam abluitur, vt sit sæpe rursus, vbi non est balneum.*

## COMMENTARIVS IN CAP. IX.

[a] BALNEI *ergo (inde enim digressa est oratio) quatuor sunt causæ.* Quomodo & quando vtendū sit balneo, petendū est à medicis, maximè à Galeno in libris de arte medendi, & in libro de Marasmo. Ea autem non esse ingrediendā voluptatis causa, nec à viris, nec à fœminis censet Clemens, sed nec calori cuiquam gotia alia ratione facile possit afferri remediū. Sanitatis autem causa à viris: à fœminis autem & & munditiæ causa. Non enim æquè opus habent viri, vt mundentur atque mulieres, quæ & menstruos sæpe sunt purgandæ, & postquam fuerint à partu liberatæ. Neq; verò balnea solum sed etiam sua adstrictione fluentes humores à fluxu prohibent. Nentris autem, balneis cum frequens eorū vsus vires eneruet & dissoluat. Neque verò solum balneis dissoluitur etiā qui in balneis diutiùs versantur exoluuntur, & tandē moriuntur; idque non ob euacuatum corpore spiritū, sed quod perspiratio tām quæ per vniuersum corpus, quā quæ per os fit, ostenditur



Iam spiritum attrahens. Id autem dicit Clemens fieri per apertos corporis meatus, quibus & aër calidus attrahitur, & totum corpus subito irrigatur, & inde fieri, vt qui sitiant desināt sitire. Hoc certe minime dicit Galenus inesse balneis, quod tam calidis prosint quam frigidis siccitatibus: quemadmodū & illud quod eos siticulosos efficiāt qui sitiūt, à siticulosis verò sitim abigant. Neq; verò balnea solū exolunt, sed etiam nimio vsu tanquam fullones corpora abstergūt, & citò faciunt cōsenescere. Vnde etiam ab antiquis balnea dicta sunt ἀπὸ τοῦ βλάπτειν, quod homines tanquam fullones abstergant & deterāt. Sed quoniam ex veteribus balnea ita vocarit, nec dicit Clemēs, nec ego vsquam legi. Quoniam autē balnea non omnibus nec omnibus prosunt, adhibēda est ea symmetria & moderatio, vt habita ratione ætatis, corporis, & tēporis anni, eis vtamur, & ita vt vitæ nostræ prosint, & ab eis absit nimius luxus, nec tāta adsit hominum ministrantiū multitudo, vt videantur eis solis destinata esse balnea exclusis cæteris. Non solum autem abluendæ sunt sordes corporis, & defessum corpus est balneo recreandum, sed lauanda est quoque anima ratione seu verbo purgante, ne nobis obiiciatur quod mundatis externis immauda relinquatur cæterna. Mundatur autem à Verbo anima per lauacrum regenerationis, & per secundum velut baptismum, qui est secunda tabula, nempe per pœnitentiam. Sed quomodo purgatur anima? Per spiritum iudicij & per spiritum vstionis. Baptizat enim Christus non in aqua, vt Ioannes, sed in Spiritu sancto & igne, quo & ostenditur rectitudo gratiæ, & consumptio peccatorum, vt vult Chrysostomus. Etsi autem locum quem adducit Clemens, sic sanctus exponit Hieronymus. Tunc saluabuntur reliquæ & liberi, quando in baptismate Saluatoris eis fuerint dimissa peccata, & illo sanguis ablutus, quem super se erant populus impræcatus est; Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Vnde supra legimus: Cum extenderitis manus non exaudiam vos, manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. Et postea eos ad pœnitentiam prouocans inferti; Lauamini, mūdi estote. Et nota quod sordes filiorum Sion lauentur spiritu iudicij: Sanguinem autem Hierusalem, combustionis. Quod enim leue est, lauatur: quod grauius, curatur. De quo iudicij spiritu, & spiritu combustionis, Ioannes Baptista in Euangelio loquebatur: Ego vos baptizo in aqua, qui autē post me venit, ipse vos baptizabit Spiritu sancto & igne. Ex quo datur intelligi quòd homo tantum aquam tribuat, Deus autem Spiritum sanctum quo & sordes abluuntur, & peccata purgantur. Hęc Hieronymus. Sic ergo purgatur anima in baptismo qui est lauacrū regenerationis, nempe spiritu & igne, nec ad eam purgandam aqua sufficit, quę est potius lignum quam efficiens causa emundationis, vt quæ sit materia ad quam accedit spiritus sanctificans, & gratiam cōferens, & peccata auferens, & instar ignis consumens. Ad sordes ergo animæ tollendas, est spiritus & ignis necessarius: ad purgandas autem sordes corporis nō est semper balneum necessarium, sed vel sola aqua sufficit, vt fit rum, vbi non est balneum. Difficilius enim eluuntur sordes animæ quam corporis.

## Quòd exercitia quoque sint eligenda iis qui agunt vitam rationi seu verbo consentaneam. Cap. X.

ADOLESCENTIBVS[a] *autem sufficit gymnasium, etiamsi adsit balneum: etenim hæc viris quoque longè balneis anteferre, fortè non malum fuerit, vt quæ habeant aliquid quod iuuenibus confert ad sanitatem studiúmque afferat & laudis cupiditatem, vt non solùm bonæ corporis habitudinis, sed etiam animi magnitudinis curam gerant. Quod si fiat absque eo quod à rebus melioribus abstrahatur, totum est & non inutile. Neque verò hic sunt abducendæ mulieres à labore corporis, sed non ad luctam & cursum sunt exhortandæ: sed in lana & tela sunt exercendæ, & vt pistrici adsint si opus sit. Præterea autem ipsas per se vxores oportet ex penu afferre ea quibus opus habemus, & neque eis ad pistrinum aut molendinum accedere turpe est: sed neque coquendo obsonio versari, modo id sit gratum marito, mulieri domus custodi & auditrici est dedecus. Iam verò & per se vestes stragulas excutere, & sitienti marito potum prębere, cibúmque apponere honestissimè poterit, seque ad moderatam sanitatem ita exercerit. Talem mulierem suscipit Pædagogus, quæ cubitos extendat ad ea quæ sunt vtilia, manus suas colo fulciat, eademque pauperi aperiat, carpum autem mendico extendat,*

Genes. 18. *vere Sarom imitando, viatoribus ministrandi officio fungi erubescat. Dixit enim ei Abraham: Festina & commisce tres mensuras similæ, & fac subcineritios. Rachel autem filia*

Ibid. 29. *Laban veniebat, inquit, cum ouibus patris sui. Nec ea sufficerunt, sed docens quàm ab omni fastu esset aliena, subiunxit: Ipsa enim pascebat oues patris sui. Alia innumerabilia nobis prębent Scripturæ exempla frugalitatis, laboris, & etiam exercitij. Ex viris autem, alij quidem modi luctentur: alij autem parua quoque pila ludant eo ludo quem dicunt Phenidem, maximè in sole. Aliis verò sufficit deambulatio rus euntibus, vel in vrbem descen-*

dentibus. Quòd si etiam ligonem tractauerint, non est hæc sordida nec illiberalis mercatura, œconomica, ad agricolam pertinentis exercitij. Cæterùm propemodum oblitus sum dicere, quòd Pittacus ille rex Mitylenæorum molebat, eo vtens operis exercitio. Pulcherrimum est autem etiam aquam per se haurire, & ligna scindere quibus sit vsurus. Iacob autem pascebat oues Laban quæ relictæ fuerant, regale habens signum, virgam styracinam, quæ per lignum meditabatur naturam mutare in melius. Multis quoque quæ alta vocè fit lectio, est exercitium. Iam verò lucta quoque quam selegimus, non assumatur gratia inutilis contentionis & vanæ gloriæ cupiditatis, sed vt viriles excernantur sudores. Neque verò laborandum est in ostentando ea in re artificio, sed recta lucta certandum est, collis, manibus, & lateribus implicatis. Est enim honestior & virilior, quæ cum decoro robore sit hoc modo excitatio, quæ vtilis & conducibilis sanitatis gratia assumitur. Reliqui alij, gymnastice, atque liberalium vitæ studiorum meditationem profitentur. Modus autem est vbique attendendus. Quemadmodum enim est optimum labores cibos præcedere: ita supra modum laborare, est & pessimum & laboriosum, & morborum causa. Neque ergo oportet esse omnino otiosum, neque esse omnino nimis laboriosum. Sicut enim de alimento diximus, ita etiam vbique dicendum est in omnibus. Non ad voluptatem luxuriosámque vitæ rationem vita agenda est, nec rursus ad contrariam, & quæ nullum habet temperamentum, sed ad eam quæ inter hæc medium tenet locum, estque temperata & moderata, & pura ab vtroque vitio, delitiarum scilicet & parcitatis. Iam verò, sicut etiam antè diximus, virtus ea per quam contenti sumus, est exercitium à fastu alienum, & ipsum sibiipsi calceos induere, & pedes lauare, & oleo vnctum seipsum confricare. Porrò autem ei quoque qui fricauit, mutuam dare operam, & quoque est communicatiuæ iustitiæ exercitium: & dormire iuxta amicum ægrotantem, quæque non potest ipse sibi ministrare, & quæ sunt necessaria egenti apponere. Et apposuit, inquit, tribus Abraham prandium sub arbore, & adstitit eis comedentibus. Piscemque, quemadmodum Petro, si nobis superfuerit à disciplinis ocium. Hæc est autem vera piscatio, quam Dominus donauit discipulo, qui tanquam pisces per aquam homines piscari docuit.

Genes. 30.

## COMMENTARIVS IN CAP. X.

[1] ADOLESCENTIBVS autem sufficit Gymnasium. Postquam docuit Clemens quænam habent Christianis conuenianti, nunc venit ad Gymnasia. Gymnasiũ autẽ accipitur, & pro loco in quo publicam fiebat exercitatio à iuuenibus, & pro ipsa exercitatione. Publicam autem dixi exercitationẽ, quoniam erant etiã in priuatis balneis, quædam priuata Gymnasia, quo factum est vt & balnea pro Gymnasiis Gymnasia pro balneis acciperẽtur. Sed priuata male audierũt, vt quæ viros molles redderet & effœminarent. Scribit certè Plutarchus in Cõmentario Quæstionum Romanorum. Non aliud quidquam dicunt Romani, Græcis seruitutem ac mollitiẽ attulisse, quàm Gymnasia & palestrã, quod in his languescant adolescentiũ animi ac effœminẽtur. Non de priuatis ergo, sed de publicis exercitationibus intelligit Clemens, cũ eas dicit & ad sanitatem cõferre, & afferre studium & cupiditatem laudis, adeò vt & bonæ habitudinis curam gerãt, & animi magnitudinis. Gymnasia autem seu exercitationis dicit robustiores vehementiores quibus augetur calor innatus, vt fiat corpus cũ robustius tũ celerius. Hoc autem fit per motũ vehementiorem qui immutat anhelitũ. Habent autem suas distinctas exercitationes & viri & mulieres: quas hic recensẽt Clemens, in quibus cum dicit; Neq; ad pistrinum ac molendum accedere esse turpe, videtur alludere ad illud Hesiodi, Ἔργον δ' οὐκ ὄνεδος, id est, Operis nõ est dedecus. Quando autem dicit; Carpũ mendico extendit, accipit carpũ qui est pars manus pro tota manu, quam vult à muliere extendi ad eleemosynã dandam pauperi. Inter cæteras autẽ virorũ exercitationes ponit & ludum pilæ, quem quidem tanti fecit Galenus, vt etiã de ea propriũ ac separatum librum scripserit. Huius autem pilæ ludi est etiã proprius ludendi modus quẽ Phænida vocant. De quo vide Athenæum lib. 1. cap. 8. De Pittaco autem qui fuit & Rex Mitylenæorũ, & vnus ex septem Sapientibus, quod quidem moluerit nihil legi. Sed de eo scribit Ælianus in lib. de varia historia, quòd molã magnis laboribus extulerit, & hoc eius encomiũ decantarit, quòd in exiguo loco multi se possent exercere, extantque eius cantilenæ, quæ ob id Epimylios dicitur. In ea est eius locus, quod pistrinæ veterum ad corruptionem fontes plurimũ valere viderentur, te vera tamen mola ipsa vitæ hominũ extitit vtilissima. Quod autem dicit Clemens Iacob pascere relictas oues Laban, habentem virgã styracinam, quæ per ligni meditatur naturã mutare in melius, ingenue fateor me nõ intelligere, nisi accipiatur allegoricè. Fortasse enim intelligit

Ibid. 28.

Ioan. 21. Matth. 4.

Ælia. lib. 4.



intelligit Iacob fuisse figuram Christi. Iacob pascens oues habebat virgam. Per virgã autem intelligit baculum: per baculum intelligitur Crux quam portabat Christus, qui est princeps Pastorũ. Ea est autem signum regale & tanquam sceptrum regis. Idem autem Christus est & Rex & Princeps Pastorum. Baculum ille Iacob per lignum meditatur mutare naturã, cum oues albas mutat in oues varias & diuersi coloris. Christus per sanctam crucem sudam, quæ perierat restituit naturam, & omnia instaurauit tam in cœlo quàm in terra. Hactenus videtur satis procedere allegoria. Sed cur virgam dicat Styracinã, quam non legerat habuisse Iacob, nec legi, nec possum diuinare. Rectam autem luctam intelligit, qua absque vllo artificio concertatur totis viribus, brachiis, manibus & collo implicatis. Quod autem scribit modum vbique esse seruandum, videtur esse sumptũ ex Prouerbio; Ne quid nimis, quod Diogenes Laertius tribuit Pithagoræ, Aristoteles verò Bianti. De eo vide Erasmum in Adagiis μηδὲν ἄγαν, Mensura est rerum omniũ optima ait Phocylides. Et Horatius in Epist. *Est modus in rebus, sunt certi denique fines, Quos vltra citraque nequit consistere rectum.* Illud autem; Optimum esse laborem debere cibum præcedere, elegantem est ex Aphorismis Hippocratis: Dicit enim Hippocrates, Labor cibum præcedat. Idem quoque dicit de labore & exercitatione esse debere moderatam, & omnia moderata. Optimum quidem est moderate exerceri: immoderate autem exerceri pessimum. Eleganter etiam dicitur à Clemente Alexandrino, id est virtutem per quam nobis ipsis sumus contenti, nec aliorum desideramus ministerium, esse exercitium à fastu alienum. Fastus enim est vbi est multa ministrantium famplorum turba. Sed qui sibi per seipsum ministrat, neque aliis indiget, & seipsum exercet. Piscatio quoque est honesta exercitatio qua conuenit pisces, sed piscatio est omnium optima, qua non pisces capiuntur, sed homines. Ea est Verbi Dei prædicatio, qua Christus fecit Petrum piscatorem hominum, vt qui suis prædicationibus homines attraheret in nauem Ecclesiæ.

Ioan. 21. Matth. 4.

Leuit. 13.

## Compendiosa optimæ vitæ pertractatio. Cap. XI.

[2] QVOCIRCA & aurum gestare, & molliori vti veste, non omnino rescindendum est: sed frænandæ sunt rationis expertes appetitiones, ne per nimiam dissolutionem abripientes nos ad mollem ac luxuriosam vitam impellant. Quæ enim in satietatem impingunt delitiæ, mirandum in modum exultant, pilisque lasciuiens frænum mordent, aurigámque ac pædagogum excutiunt, qui procul habenas tenens, & flectens, equum humanum fert & agit ad salutem: animæ scilicet partem à ratione alienam, quæ in voluptates, & vituperandas appetitiones, & gemmas, & aurum, & vestem varium reliquumque luxum efferatur. Illud autem memoria maxime tenendum est, quod sanctè dictum est: Conuersationem vestram in gentibus habentes honestam, vt in quo de vobis male loquuntur, tanquam maleficis, ex honestis operibus suspicientes, Deum glorificent. Nihil ergo concedit Pædagogus vti veste simplici ac tenui, albo colore, vti diximus, vt non arti tinctam, sed naturæ generati, nos accommodantes, quicquid est fallax, & veritatem emendare repellentes, quod est simplex & vniusmodi veritatis amplectamur. Nimis luxuriose ac delicatè vouentem reprehendens Sophocles dicit:

1. Pet. 2.

Amictæ fœminarum vestibus,

quas histriones referunt. Quemadmodum enim militis & nautæ, ita etiam pudicæ fœminæ est propria vestis, quæ minimè est elaborata, & est decora ac munda. Vnde etiam quæ in lege per Moysen de lepra est lata lex, reiicit id quod est varium, & multis maculis notatum, perinde atque nefarium, vt quod sit serpentis variis squamis simile. Eum ergo qui varietate colorum nimiùm efflorescit, totus autem à vertice capitis vsque ad extremos pedes est candidus, mundum esse statuit, vt quemadmodum in corpore, varia quoque ac versipelli relicta mentis affectione, quæ non est varius, nec anceps, simplicem veritatis colorem diligamus. Qui autem in hoc quoque Moysis est imitator longè optimus Plato, illam texturam admittit, cui non amplius operæ est adhibitum, quàm pudica mulier postulet. Albi verò colores honestati conueniunt. Alibi quoque dicit: Et in textura non adhibere tincturas præterquam ad ornamenta belli. Perficit ergo hominibus & lucidis album conuenit. Quemadmodum ergo signa quæ ad cautes proximè accedunt, si adsint ipsum rei effectum significant, vel potius indicant: quemadmodum fumus quidem ignem, bonus autem color bonúsque pulsus sanitatem: ita etiam talis qui est apud nos amictus indicat qualis sit nostrorum morum constitutio. Pura autem est &

*simplex moderatio & temperantia, quoniam munditia quidem est habitus puram vitæ rationem, & non mixtam turpibus præparans. Simplicitas autem est habitus, qui tollit superflua. Vestis autem solida, & maxime quæ fullonem minimè est experta, intus coerces calorem qui est in corpore, non quòd vestis in se habeat calorem, sed quod qui est in corpore exteriorem vim cohibeat, & ei non præbeat exitum. Quòd si etiam aliquis in ea forte insit, ipsum in se comprehensum continet, & ab ipso excalefactus corpus vicissim calefacit: quapropter hyeme ea maxime est vtendum. Ea autem est facilis: facilitas autem est habitus, ab iis quæ sunt superflua abstinens, qui ad hoc vt nihil desit, suscipit ea quæ sufficiunt ad numerum eorum quæ pertinent ad sanitatem, & ad beatam vitam.* [b] *Porrò autem vtatur etiam fœmina veste frugali & honesta, magis autem molli quàm viro conueniat, sed non quæ pudorem omnino abscecerit, nec plane mollitie diffluat. Congruant autem vestes ætati, personæ, figuris, naturæ, studiis. Pulcherrimè enim nobis præcipit diuinus Apostolus, vt Iesum Christum induamus, & ne carnis curam geramus, in desideriis. Prohibet etiam Verbum, ne vim naturæ afferentes aurelia perforemus. Cur enim non itidem narem? vt illud etiam impleatur quod dictum est: Quemadmodum inauris in nare suis, ita malæ mulieri pulchritudo. In summa enim, si quis aurum ornari existimet, is est auro inferior: qui est autem auro inferior, is non est eius dominus. Sit autem Lydio ramento minus esse honestum & inferiorem fateri, quomodo non est deformissimum? Quemadmodum ergo polluitur aurum immunditia suis cœnum rostro suo contrectantis, ita quæ sunt paulo magis luxui deditæ mulieres, si à nimiis copiis inuitentur ad libidinem & impudicitiam, probro ac dedecore veram afficiunt pulchritudinem, eam inquinamentis Veneris polluentes. Dat ergo eis annulum aureum, nec eum quidem adornatum, vt ea obsignent quæ domi digna sunt quæ custodiantur, propterea quòd seruande domestica ad eam pertineat. Si enim rectam Pædagogi institutionem omnes propè sequerentur, nihil opus esset signaculis, cùm omnes essent ex æquo iusti & serui & domini. Sed quoniam ignorantia & mala educatio præbet occasionem propensionis ad iniuriam, fuit vtique salutis. Sed nonnunquam etiam de illa seuera & accurata vitæ ratione est aliquid remittendum: nonnunquam enim est illis concedendum, quæ in coniugem minus continentem incidunt, ornari, vt marito suo placeant. Hic autem eis constituatur terminus, vt à solis suis maritis laudari, & eis placere ambiant. Atque ego quidem nollem eas corporem curare decorem, sed eos quibus nupserunt pudico in maritos amore inducere, qui quidem est violentum & iustum medicamentum: sed quoniam infelici & misera volunt esse matrona, permittatur, vt si pudicæ & castæ esse velint, à ratione alienas maritorum cupiditates & appetitiones paulatim leniant ac sedent. Ipsi autem ad frugalitatem sensim sunt inducendi, paulatim assuefaciendo ei quod est moderatius ac temperatius. Honestas enim non in eo quod est importunum & immodicum adiectione, sed eius quod est superuacaneum detractione accedit. Ea ergo quæ à fœminis ad luxum comparantur, ab eis tanquam pennæ sunt detrahenda, vt quæ instabilem superbiam ac mollitiem inanesque voluptates procurant, quibus excitatæ & quodammodo alatæ, sæpe resiliunt à matrimonio. Quærenda sunt honestè ornandæ, & pudico pudore sunt astringendæ, ne à veritate propter mollitiem diffluant. Atque honestum quidem est vt viri vxoribus suis fidem habentes, eis domus regendam permittant, vt quæ eis ad id datæ sunt opitulatrices. Quòd si oporteat nec quicquam sine vxoribus, nonnulla vt sint tutiora obsignare, dat nobis quoque vnum ad hoc signaculum: alij autem sunt abiiciendi annuli: nam vt vult Scriptura, Aureus pudens monile: aureus est disciplina. Quæ aurum autem gestant mulieres, mihi videntur timere, ne si quis aurum ab eis abstulerit, existimentur ancillæ, vt quæ non sint ornatæ. Nobilitas autem vera-*



*citatis, quæ in eo quod est naturæ pulchrum ac honestum in anima diiudicatur, non emptione & venditione, sed illiberali mente seruum discernit. Nobis autem non videri, sed liberos esse conuenit, qui à Deo quidem tanquam Pædagogo instituti, à Deo vero adoptati sumus. Et ideo & status, & motus, & incessus, & vestitus, & vniuersa, vt semel dicam, vita est quàm maximè liberalis suscipienda. Sed neque est viris annulus in articulo ferendus: hoc enim est muliebre: sed in paruo digito, atque adeo in extremum eius est ostendus: ita enim erit manus maximè expedita ad operandum in iis in quibus ea egemus: neque facilè excidet sigillum, quod maiore articuli ligamento custoditur. Sint autem nobis signacula, columba, vel piscis, vel nauis quæ cursu celeri à vento fertur, vel lyra musica, qua vsus est Polyeuctes, vel anchora nautica quam insculpebat Seleucus: & si sit piscator aliquis, meminerit Apostoli, & puerorum qui ex aqua extrahuntur. Neque enim idolorum sunt imprimendæ facies, quibus vel solum attendere est prohibitum: sed nec ensis, nec arcus, iis qui pacem sectantur: nec pocula, iis qui sunt moderati ac temperantes. Multi autem libidinosi nudatos eos habent quos amant, vel amicas, vt ne si velint quidem, possint affectionis amoris obliuisci, quòd libido & intemperantia eis perpetuo in mente versetur.* [c] *De pilis autem ita videtur. Virorum quidem strictum caput, nisi forte pilos habeat crispos: mentum autem hirsutum. Intorti autem capilli ne à capite nimium demittantur, in comam muliebrem dilabentes: viris enim barba sufficit. Quòd si quis etiam barbæ nimio hil tondeat, ea tamen non est omnino denudenda, est enim turpe spectaculum: barbæque ad cutem vsque tonsus, non videtur multum abesse à vulsione & leuore. Iam enim* [d] *Palmographus barbæ coma delectatus: Sicut vnguentum, inquit, quod descendit in barbam, barbam Aaron. Is cùm barbæ conduplicatione decorem laudasset, vultum exhilarat vnguento Domini. Quoniam autem non decoris gratia tonsus, sed propter circumstantiam accipitur, pili quidem capitis, ne si crescant, descendentes visum impediant, & forte qui in superiori parte labri inter comedendum polluuntur, sunt tondendi, non nouacula, est enim illiberale, sed tonsorum forcipibus. Barbæ autem pili, qui nihil molestiæ afferunt, non sunt vexandi, vt qui vultui grauitatem afferant, & paternum quendam terrorem inciant. Porrò autem multos quoque docet non peccare figura & habitus, ne facilè deprehendantur. Iis autem qui nolunt manifestè peccare, latere figuram & non esse insignem, est grauissimum. Quod veriti ij quibus licet peccare, propterea quòd non cognoscantur, multa assimilati vt secrè possent peccare sunt consecuti. Non solum autem seuerum vultum facit capillorum raritas, sed etiam efficit vt minus facilè lædatur cranium, cùm & frigoris & æstui ipsum assuefaciat, & incommoda quæ ab eis proficiscuntur repellat, quæ quidem coma instar spongiæ in se recipiens, perpetuam ex humore noxiam cerebro infligit.* [e] *Mulieribus autem crines mollire sufficit, & tenui aliqua fibula comam adnectere frugaliter, simplici cultura pudicas comas in veram & germanam pulchritudinem alentibus. Mentior: ij enim pilorum plexus, & catenarum nexus, cùm eas deformes reddunt, tum etiam pilos discerpunt, artificiosis insertis vinculis euellentes: quo fit vt ne sua quidem tanquam capita, ne capillos confundant pertimescentes. Quinetiam non sine metu eas inuadit somnus, dum timent ne texturæ figuram imprudentes spolient. Alienorum autem capillorum appositiones sunt omnino reiiciendæ, & externas comas capiti adhibere est maximè impium, quæ mortuis pilis cranium induunt. Cui enim manum imponit presbyter? Cui autem benedicet? Non mulieri quæ est ornata, sed alienis capillis, & per ipsos alij capiti.* [1.Cor.11.] *Viri autem mulieris quidem caput est vir: viri autem caput est Christus: quomodo non est impium eas in duplex peccatum incidere? Nam per exuperantem comam viros decipiunt: Dominum autem quantum in ipsis situm est, dedecore afficiunt, dum meretricie ornan-*

tur in fraudem veritatis, & caput quod verè pulchrum est maledictis incessunt. Non sunt ergo pili tingendi, nec cani colorandi. Neque enim vestem variare concessum est: & maximè ætatis senium, & id cui magna fides habetur, non est tegendum. Dei autem dona in lucem est proferendum, ad hoc vt id honorent adolescentes. Cùm enim impudenter peccantibus apparuerit aliquando Pædagogi instar canicies, eos traducit ad modestiam, & visus fulgore iuuenilem terret & reprimit cupiditatem: sed neque earum vultibus sua callidæ sapientiæ illecebræ illinendæ. [c] Pudicum autem eis ornatum ostendemus. Pulchritudo enim optima primùm est pulchritudo animæ, vt sæpe significauimus, quando sancta anima ornata sancto Spiritu, & iis quæ ab eo oriuntur inspirata latitia, iustitia, prudentia, fortitudine, temperantia, bonorum amore & pudore, quo nullus color nitidior vnquam visus est. Postea autem exerceatur quoque pulchritudo corporis, commoderatione partium & membrorum cum bono colore. Hic est sanitatis aptus & compositus ornatus, per quem ficti simulachri accedit ad verum transitus, conuenienter figuræ quæ à Deo data est. Ad ornatum autem secundum naturam magno prædita est artificio potus temperatura, & cibi commoderatio. Non solùm enim corpus ex his sanitatem obtinet, sed etiam facit vt ex his appareat pulchritudo. Ex eo enim quod est ignitum, fulgor & splendor accedit: ex humido autem, nitor & gratia: ex sicco autem, virtus & stabilitas: ex aëre autem, spiritualis facilitas, & par æquilibrium: ex quibus concinna hæc & pulchra verbi seu rationis natura est ornata. Sanitatis autem liberalis flos est pulchritudo: sanitas enim intus operatur, exterius autem efflorescens pulchritudo bonum colorem manifestè ostendit. Pulcherrima ergo & saluberrimæ vitæ agendæ rationes, corpora exercentes, germanam & firmam efficant pulchritudinem, calore in se attrahente & omnem succum & frigidum spiritum. Ad se autem trahit caliditas ventilata motibus: postquam autem attraxerit, sensim calefacta & diffusa per ipsas carnes exhalat nutrimenti abundantiam, aliquanta quidem humiditate, sed insigni caliditate: & ideo priùs quoque exinanitur nutrimentum. Corpori autem immobili deuoratus cibus minimè adhæresit, sed excidit: quemadmodum à frigido cibo panis, vel totus, vel solum fundum relinquens. Iurè ergo iis qui per exercitiorum dispensiones non excernunt, & vrinæ & stercora redundant. Redundant etiam eis alia excrementa, & præterea sudores, cùm alimentum minimè distribuatur corpori, sed effundatur in ea quæ sunt superuacanea. Hinc etiam ad partes genitales excitantur libidines, non commoderatis motibus affluat superfluitas. Quocirca liquefacere oportet hanc superfluitatem, & eam effundere in concoctionem, per quam rubescit pulchritudo. Est autem adeò eos qui facti sunt ad Dei imaginem & similitudinem, tanquam archetypum exemplar contemnentes, externum ornatum inducere, improbum humanum artificium Dei artificio præferentes. Iubet autem pædagogus eas in vestitu honesto cum pudore & modestia se exornare, subiectas viris suis propriis, vt etsi qui verbo non parent, per bonam conuersationem absque verbo lucrifiant. Cùm viderint, inquit, castam vestram quæ est in verbo conuersationem. Quarum sit non qui est extrinsecus plicaturæ vel auri appositus, vel vestium indumenti ornatus, sed occultus cordis homo in incorruptibilitate mansuetæ & quieti spiritus, qui est coram Deo pretiosus. Quæ autem à mulieribus per se fit operatio, & veram & maximè germanam affert pulchritudinem, vt quæ earum corpora exercent, & ipsas per se ornet: non ab aliis laboratum immundum mundum sordidum aciliberalium meretricium afferens, sed mundum vniuscuiusque pudicæ mulieris, qui per munditiam quando maximè opus fuerit, suppeditatur & texitur. Neque enim vnquam commaculatur quæ ex foro emuntur, sed propriis ac domesticis videri ornatas operibus, quæ ex Dei lege quæ ex foro emuntur, sed propriis ac domesticis videri ornatas operibus, quæ ex Dei lege bus vitam suam instituunt. Res est enim pulcherrima, mulier domus custos, quæ & se

1. Tim. 2.

1. Petr. 3.



maritum propriis ornamentis induit, per quæ omnes exultant, filij quidem propter matrem, maritus autem propter vxorem, ipsæ autem propter eos, omnes autem propter Deum. Vt nascitur igitur dicam, virtutis penus est fortis mulier quæ cibos otiosa non comedit: eleemosynæ autem leges sunt in ore eius, quæ os suum sapienter & legitimè aperuit. Quam beatam dixerunt filij surgentes, maritus autem eius laudauit, vt sanctum Verbum dicit per Salomonem. Mulier enim pia benedicitur, ipsa autem laudet timorem Domini. Et rursus: Mulier fortis corona est marito suo. Corrigendæ autem sunt quàm maximè & figuræ & affectus & incessus & voces. Non enim eas ita se gerere oportet vt nonnullæ, quæ gestus comediæ imitantur, & saltatorum fractos motus seruantes, effœminatis motibus, mollibusque ingressibus & fictis vocibus veluti in proscenium prodeunt, scintillantibus oculis intuentes, ad voluptatem instructæ. Mel enim à labris meretricis distillat, quæ loquens ad gratiam paratur suum impinguat: cæterum id quidem certè postea felle inuenies amarius, & magis acutum quam gladium ancipitem. Insipientiæ enim pedes deducunt eos qui illa vtuntur post mortem ad inferos. Generosum quidem Sampsonem vicit fornicaria: & virum suum totonde amica. Sed non ita conculcauit Ioseph alia mulier, victa est autem Ægyptia fornicatrix, & vincula accipiens temperantiæ potentior apparet soluta potestate. [f] Optimè autem habere videtur id quoque quod dictum est. In summa, nescio ego susurrare, neque fractus in obliquumque reflexo collo ingredi, quemadmodum alios hic eunedos multos video in ciuitate, vulsosque ac picatos. Muliebres autem motus, luxus, & delitiæ sunt omnino arcendæ. Molli enim in incedendo motus, effœminatèque & eneruatè ingredi, vt ait Anacreon, sunt valdè meretricia, Vt mihi certè videtur, dicit Comœdia, meretricia quidem verbera relinquere speciem & delitias. Fornicatoria autem vestigia minimè figuntur in veritate, vias enim vitæ non ingrediuntur: sunt autem lubricæ ac periculosæ eius orbitæ, & quæ non sunt cognitu faciles. [g] Porrò autem oculis maximè parcendum est, quoniam melius est labi pedibus quàm oculis. Dominus itaque quàm fieri potest compendiosissimè medetur huic vitio: Si te tuus, inquiens, scandalizat oculus, excinde eum, eximo euellens eum. Iudicium: lascuii autem aspectus, & versatilibus ac tanquam conniuentibus oculis intueri, nihil est aliud, quàm oculis mœchari, cùm per eos cupiditas prima ineat pugnæ præludia. Nam ante totum corpus corrumpuntur oculi. Pulchra autem seu bona contemplans oculus, cor lætificat: hoc est, qui rectè contemplari didicit, lætitia afficit. Oculo autem annexus cum dolo, viris congregat molestias. Talem vtique effœminatum Sardanapalum, regem Assyriorum, in lecto pedibus sursum sublatis sedentem, purpuram carpentem, & elongatum oculorum versantem, introducunt. Quæ hæc exercent mulieres suo intuitu suisque nutibus lenæ sunt: Lucerna enim corporis tui est oculus, inquit Scriptura, per quem apparent interna, luce quæ cernitur illustrata. Fornicatio autem mulieris est in eleuatione oculorum. Mortificate ergo membra vestra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, passionem, cupiditatem malam, & auaritiam, quæ est idolorum cultus, propter quæ venit Dei super filios inobedientiæ, clamat Apostolus. [h] Nos autem animi perturbationes suscitamus, & non erubescimus: alij quidem ex iis mastichen deuorantes, obeuntes, dulcibus labris arridentes iis qui ad eas accedunt: alij verò, perinde atque si digitos non haberent, fibulis quas ferunt, capita scalpentes, deliciantur, & vt eas vel ex testudine, vel ex elephante, vel ex aliquo alio animali mortuo factas habeant magno studio procurant: aliæ autem tanquam quæ pullulantes aliquos habeant flores, vt decoræ videantur aspectantibus, illitis ornatæ coloribus vultus suos commaculant. Stultam & audacem per Solomonem huiusmodi vocat mulierem, quæ nescit verecundiam: Sedit in foribus domus suæ apertè super sellam, vocans eos qui in via prætereunt, eos scilicet qui vias suas dirigunt. Vocat autem

Matth. 5.

Matth. 6.

Coloss. 3.

eos per suam speciem & vniuersam vitam, dicens, scilicet: Quis est vestrùm stultissimus, ad me declinet. Iis autem qui egent prudentia, præcipit dicens: Absconsos panes iucundè tangere, & dulcem furti aquam: furtiuam hanc dicit venerem. Hinc adiutus Baotius Pindarus, est dulce, quid inquit, furtiua cura veneris. Miser autem nescit quòd serpentes apud eam habitant, & quod vadat ad laqueum inferi. Sed resilias, inquit Pædagogus, neque in loco dirutius habites, neque in eam tuos defigas oculos: ita enim aquam alienam trauicies, & transfies
Cap. 3. Acherontem. Quamobrem hæc dicit Dominus per Esaiam: Propterea quòd ambulauerunt filiæ Sion erecto collo, & in nutibus oculorum, & simul euntes incessu trahentes tunicas, & pedibus ludentes, humiliabit Deus filias Sion, & reuelabit figuram earum, figuram inducet eam. Ego quidem censeo ne ancillas quidem quæ probas sequuntur fœminas, oportere turpia dicere aut facere sed ipsas debere castigari à dominis. Acerrimè itaque & ad reprehendendum appositissimè dicit Comicus Philemon: Cùm liceat post mulierem liberam respicientem retro sequi ancillam pulchram, & ex Platæico consequentem quempiam nictare, & tam longè intueri. In dominam enim retorquetur ancillæ intemperantia, quæ concedit vt qui minus aegrediuntur, non vereantur ad maiora conscendere, cùm eo quod ignoscat turpibus, dominæ præ se ferat se eam non damnare. Non succensere autem iis qui se dedunt libidini, est indicium animi ad similia propensi. Qualis enim est domina, talis est (vt dicitur in proverbio) ancilla. [i] A deambulatione autem nobis procul est amandandus furiosus incessus, sed lentus & lentus nobis est eligendus, non autem nimis tardus. Sed neque in via oportet labascere, nec supina ceruice obuios respicere, an ipsum aspiciant, tanquam pompam in scenam traducturus, & annulos ostentantem: nec si in locum decliuiorem detrudantur, eos oportet à famulis in pristinum locum reduci, vt nonnullos videmus delicatiores qui videntur esse robusti, sed sunt à mollitie animi effœminati. In fortis autem viri vultu nullum oportet esse signum mollitiei, sed neque in vlla parte corporis. Neque ergo in motu neque in habitu inueniatur aliquis magni & excelsi animi dedecus. [k] Neque verò tanquam iumentis famulus est vtendum ei qui fuerit sanæ mentis. Quemadmodum enim illis præcipitur, vt cum omni metu domitæ, non
1. Pet. 2. 3. solùm bonis & clementibus, sed morosis etiam & prauis, ait Petrus, subiiciantur: ita equum & patientia, & benignitas dominis pulchrè conuenit. In summa, estote, inquit, omnes vnanimes, misericordes, fratrum amantes, bonis visceribus præditi, humiles, & quæ sequuntur, ita næ cuiusdam & amabilis hæredes sitis benedictionis. [l] Adolescentulæ imaginem volens describere Zeno Cittiæus, eam ita effingit: Sit, inquit, pura facies, supercilium non demissum, nec oculus sublimis, neque fractus, ceruix minimè supina, nec remissa membra corporis, solertia, & similia ei recto tono, qui est in tonis: sit in sermone acumen, & bona eorum quæ dicta fuerint memoria & comprehensio, habitusq; & motus qui nullam spem præbeat impudicitiæ. Rubeat quidem in vultu pudor, & viraginem aspectu præ se ferat. Procul autem absit caligo ro & polariũ, aurificum, lanificum, cæterarumq; officinariũ, in quibus ornatu meretricio ornatæ tanquam sedentes in prostibulo, totũ diem transigunt. Sed neque viri in tonstrinis & tanquam versantes, suauibus blandisque verbis nugentur, & assidentes mulieres cessent quandoquidem venari, qui etiam vt risum moueant non cessant multos maledictis appetere. Iam verò prohibendus quoque est tesserarum ludus: & præterea ex talorum ludo lucri studium, quod non nulli acriter persequuntur. Talia eis bile vexatis minimè reconditæ inueniuntur delitiæ. Otium autem est otium. Amat autem quispiam inania quæ sunt à veritate seiuncta: neque enim alter possunt recreare animum absque damno. Vniuscuiusque autem hominum mentis inuentio est vitæ electio. Cæterum, vt est consentaneum, ea demum vitæ prodest consuetudo, quæ contigerit cum viris bonis. [m] Rursus autem vsum vitæ cum improbis hominibus planè facilem,
Leuit. 11. Deut. 14. agnoscens sapientissimus per Moysen Pædagogus, seniori populo porcis vesci prohibuit, significans



significans non oportere eos qui Deum inuocant, cum impuris versari hominibus, qui porcorum instar corporalibus voluptatibus, obscœnisque cibis, & impudicis titillationibus pruriunt, damnosa veneris voluptate perfunduntur. Sed neque miluium, raptóque vescentem eum, & aquilam dicit esse comedendam: Non appropinquabis iis, inquiens, qui rapacem victum sibi comparant. Porrò autem alia quoque similiter eandem habent allegoriam. Cum quibusnam autem, nempe iustis, vitæ habenda sit coniunctio: rursus dicit per allegoriam: Quicquid enim bifidam habet vngulam, & ruminat, est mundum. Quod bifidam enim habet vngulam, & in æquilibrio stantem ostendit iustitiam: ruminantem, prorsum iustitiæ nutrimentum, nempe Verbum, quod extrinsecus quidem ingreditur per cateresin tanquam per nutrimentum: ex cogitatione autem tanquam à ventre ad rationalem remissentiam intrinsecus reuocatur. Ruminat autem iustus spirituale nutrimentum, cùm Verbum habet in ore. Bifida autem iurè est iustitia, vt quæ & hic sanctificet, & in futurum transmittat seculum. Non ducet ergo nos Pædagogus ad spectacula: nec inconcinnè stadia & theatra pestilentiæ cathedram quis vocauerit: nam hic quoque sceleratum est consilium, quemadmodum aduersus iustum, & ideo maledictis deuouetur quod aduersus ipsum ineant concilium. Magna itaque confusione & iniquitate pleni sunt hi cœtus, & occasio conuentus causa est turpitudinis, cùm viri & fœminæ permixtim conueniunt, alter ad alterius spectaculum. Hic perperàm iam agit consilium. Dum enim lasciuiunt oculi, calescunt appetitiones, & oculi proximos impudentiùs respicere assueti, quòd concessum ocium habeant, intendunt cupiditates. Prohibeantur ergo spectacula & acroamata, quæ nequitia, verbisque obscœnis & vanis temerè profusis plena sunt. Quod enim turpe factum non offenditur in theatris? quod autem verbum impudens non proferunt qui risum mouent scurræ & histriones? qui autem ex vitio quod in se est delectationem aliquam perceperunt, euidenter domi imagines imprimunt. Contrà autem qui his demulceri & affici nequeunt, in nullis voluptatibus minimè prolabentur. Nam si dixerint, pro ludo assumi spectacula ad recreandos animos: dicemus non sapere ciuitates, quibus ludus habetur pro re seria. Neque enim ludi sunt inanis gloriæ cupiditates, quæ ad morte afficiendum adeò sunt immisericordes. Sed neque vana studia & inconsideratæ ambitiones, & præterea suarum facultatum impensæ. Neque verò quæ his de causis excitantur seditiones amplius sunt ludi. Vano enim studio nunquam emendum est ocium: neque enim qui sapit, id quod est iucundum, non quod est melius prætulerit. [n] At non omnes, inquit, philosophamur. Num ergo & omnes ad vitam accedimus? Quid tu dicis? quomodo ergo credidisti? Quomodo autem iam Deum amas & proximum, si non philosopharis? quomodo autem teipsum amas, si virtutem non amas? Literas, inquit, non didici. Sed si non didicisti legere, non est quòd de ista re possis excusare, quòd non possit doceri. Fides autem non sapientum secundum mundum, sed eorum qui secundum Deum sunt sapientes, est possessio. Illa autem etiam absque literis discitur. Eius autem scriptura quæ & ad rudes ignarósque homines pertinet, & est diuina, vocata est charitas, quæ est decretum spirituale. Licet autem diuinam quidem audire sapientiam, & licet in administranda versari republica: quinetiam quæ sunt in mundo honestè ex Dei sententia auferre minimè est prohibitum. Qui aliquid vendit aut emit, eorum quæ à se venundantur aut emuntur, nunquam duo dicat peccata. Vnum autem ac simplex dicens, & vera studens dicere, si id non consequatur, dum veritatem assequitur, dies est recta animi affectione. Absit autem omnino reprehendendum iusiurandum ab eo quod venditur. Absit autem etiam in aliis iusiurandum, & ita philosophentur negociatores forenses & caupones. Non assumes nomen Exod. 20.
Dei tui in vanum: neque enim eum mundauerit Dominus, qui nomen eius in vanum

Matth.21. assumit. Eos autem qui præter hæc faciunt, qui sunt auari, mendaces, hypocritæ, qui vendi-
tem cauponantur, ex paterna aula repulit Dominus, nolens sanctam domum Dominis es-
domum iniustæ negociationis, vel verborum, vel possessionum quæ ex terrena sunt materia.
o In Ecclesia autem venire oportet virum & mulierem, honestè indutos, non simulatos incessu, silentium amplectentes, charitatem non fictam possidentes, castos corpore, castos corde, ad
Deum rogandum aptos. Hoc amplius habeat mulier: semper tecta sit, nisi fuerit domi. Ex-
enim honestus habitus, & ex quo nihil possit offensionis suscipi. Ipsa enim nunquam labi-
tur, si & verecundiam & vestem ante oculos posuerit: nec ad peccati lapsum aliam pro-
uocabit, dum vultum suum aperit. Hoc enim Verbum requirit, quandoquidem conuenit
1.Cor.11. eam tectam orare. Dicunt autem Aeneæ vxorem propter insignem honestatem, ne cum Troia
quidem caperetur perterritam se detexisse: sed etiam dum ab incendio fugeret, manifestam
opertam. Oporteret autem tales in tota vita & videri & effingi eos qui Christo initiantur, quales se in ecclesiis ad grauitatem & honestatem componunt, & esse, non autem vide-
ri esse tales, adeò mites, adeò pios ac religiosos, adeò charitati deditos. Nunc autem, nescio
quomodo, vnà cum locis figuram, habitumque & mores mutant, non secus atque Poëtæ
dicunt petris quibus adhærescunt assimilatos, videri quoque colore esse tales. Postquam ita
excesserunt à congregatione, deposita illa quæ in ea erat diuina inspiratione, malorum
cum qua versantur assimilantur: vel potius deposita falsa ac simulata grauitatis persona,
deprehenduntur quales esse ignorabantur: & cum qui de Deo habitus est sermones ve-
nerati fuerint, eum illic relinquunt vbi audierant, foris autem impius modis & amatoriis
canticis se oblectant, tibiarum cantu, plausu, temulentia, & quouis cœno ac sorde oppleti.
Esa.22. Hoc autem dum cantant & recantant, ij qui immortalitatem antea celebrabant, tandem
1.Cor.5. pernitiosissimam mali malè canunt palinodiam, Comedamus & bibamus, crastinum enim mo-
rimur. Ij autem non cras verè, sed iam Deo mortui sunt, sepelientes suos mortuos, hoc est
Matth.8. Luc 9. 1.Cor.6. 1.Thess.2. sos in mortem infodientes. p Eis autem fortiter resistit Apostolus, dicens: Ne errete, neque
adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebrij,
neque maledici, & quæcunque alia his adiungit, regnum Dei possidebunt. Præterea regnum Dei vocati sumus, dignè regno ambulemus, Deum diligentes & proximum. Dile-
ctio autem non in osculo censetur, sed in beneuolentia. Illi autem nihil aliud osculo quam ec-
clesias conturbant, cùm ipsam non habeant intus amicitiam. Etenim hoc vtique tempore
uit suspicionem & maledicentiam, quod impudenter osculo vterentur, quod esse oportet
mysticum. Id sanctum vocauit Apostolus. Dum dignè gustatur, regnum ore munda &
clauso beneuolentiam animi ostendamus, per quod maximè se exerit mansuetudo morum.
q Est autem aliud quoque osculum incestum, veneno plenum, sanctitatem simulans. In-
nescitis quod etiam phalangia, si ore tantùm tangant, graues dolores hominibus afferant?
Osculà autem impudicitiæ sæpe virus immittunt. r Manifestum itaque nobis esto osculum non esse dilectionem: dilectio enim est Dei. Hæc est autem dilectio Dei, inquit Ioan-
Ioan. 5. nes, vt mandata seruemus: non vt nos inuicem ore demulceamus: & mandata eius gra-
uia non sunt. Cæterùm eorum quoque qui sunt dilecti in via salutationes, qui volunt per ea
externas euadere manifesti, ne minimam quidem habent gratiam. Si enim in aduersa
Ephes.5. Coloss.4. Matth.5. Deum orare conuenit, consequens fuerit proximum quoque, quem secundo loco iubemur di-
gere, similiter atque Deum, mysticè intus amanter ac benignè alloqui, tempus redimentes:
enim sumus sal terræ. Qui autem amico mane alta voce benedixit, ab eo qui execratur &
maledicit nihil videtur differre. s Videtur autem super omnia esse auersandus malorum
aspectus: non solùm enim si tangantur, sed etiam si spectentur, potest peccari: quæ maxime
vitare oportet eos qui rectè & syncerè constituuntur. Oculi enim tui recta videant, super-
cilia autem



cilia autem recta annuant. Etsi enim fieri potest vt qui viderit se fortiter gerat, veruntamen
cauendum est ne cadat: fieri enim potest, vt qui viderit, labatur: sed fieri non potest, vt qui non
viderit, concupiscat. Non solum enim pudicos ac temperantes satis est esse puros, sed etiam
remota est opera, vt quod est extrinsecus, sit ab omni reprehensione & vituperatione alienum,
omnem excludat suspicionis causa, vt in summam quandam contrahatur castitas, nempe vt non
solum simus fideles, sed etiam fide digni. Etenim hoc quoque cauendum est, vt ait Apostolus, Legitur alij
ne quis nos reprehendat: Prouidentes enim, inquit, bona non solum coram Domino, sed etiam coram hominibus. Auerte autem oculum à muliere gratiosa, & ne discas alienam pulchri-
tudinem, inquit Scriptura. Et si causam roges, ipse tibi enarrabit: In pulchritudine enim mu-
lieris multi sunt seducti, & ex ea, tanquam ignis, accenditur amicitia, quæ ad ignem nun-
quam cessaturum deducit propter peccatum: amicitia, inquam, quæ ex igne oritur, quam
appellarunt Amorem.

## COMMENTARIVS IN CAP. XI.

20 1 QVOD ITA CA & autem cessare, & mulieri vri vestè. Postquam multa singulatim dixit de vita à Christia-
no agenda conuenienter Verbo & rationi, breuem & compendiosam nunc vult de Optima vita facere
tractationem non pauca repetens ex iis quæ dixit superius. Quoniã autem ex iis plurima non egêt vlla
explicatione, in iis tantum immorabimur quæ sunt vel minus dilucida, vel aliquã desideratã adnotatio-
nem. Atq; cum de auro non gestando à mulieribus, & de molliori veste non vtendo satis fuse antea di-
xisset, & existimare posset quispiam eum & aurũ & vestem omnino molliorem prohibere mulieribus,
idcirco repetit, vt mulieribus quidem permittat aurũ gestare, & vti molli veste, modo ne rationis ex-
pertes appetitiones eas ad vitã impellant lasciuã & luxuriosam. Oportet enim illis appetitionibus do-
minam rationem tanquam aurigam habenas tenentẽ, & insolentes illas appetitiones reuocantem ad fa-
num, quæ alioqui aiferrent exitiũ. Hoc autem sumpsit ex Platone in Phædro, qui Aurigam constituit
rationem, duos vero equos expertes rationis, nempe cupiditatem & iram, ex iis autem bonus quidẽ est
equus ratiõi obtemperanti paret rationi: qui non paret autẽ, sed est proteruus ac effrenatus, malus. Id ipsum
quoq; repetit quod antea dixerat, non oportere Christianos colorãtis vti vestibus, variisq; & versico-
loribus, sed simplicibus ac tenuibus. Decere enim, se nõ arti accõmodare, sed naturæ. Similiter sicut &
mares & mulieres, suas habẽt vestes proprias, multo magis oportere pudicas mulieres habere vestes sibi
proprias. Qui variis vtitur vestibus, is se arti accõmodat nõ naturæ. Omnes enim tinctę & coloratę
vestes artis sunt artificio, albæ autẽ sunt naturæ. Quidquid est fucatum & falsum & adulterinũ, varium
& à veritate alienũ, non conuenire Christiano. Lex autem de lepra quã citat ex Moyse ita est in Leuiti- Leuit. 13.
22 co cap. 13. vt vertit Hieronymus. Si autem efflorauerit discurrẽs lepra in cute, & operuerit omnem car-
nem à capite vsq; ad pedes, quidquid sub aspectũ oculorum cadit, considerabit eum Sacerdos, & teneri
quam adhuc sana iudicabit, eo quod omnis in candorem versa sit, & idcirco homo mundus erit. Albus
igitur color significat munditiã, puritatem, vitæ innocentiam & honestatem: varius autem, qui est squa-
mæ serpentis similis, prauitatẽ, malitiam, fallitatẽ, versutiam, nequitiam: albus color bonos mores in-
dicat, varius autem malos. Quod autẽ dicit de Platone, eum imitari Moysem, est quidem verissimũ vt
quidem dixit ab Hebræis enim multa didicit cum esset in Ægypto. Sed quæ dicit Platonẽ dicere de
tectura, ea non inuenio apud Platonẽ. De textura quidem multa in Politico, sed de iis quæ hic scripta
sunt, nihil. Quo fit vt existimem tẽpore Clementis fuisse aliquod opus Platonis, quod nũc non extet:
nam alioqui id non citasset Clemens. Non est autem existimandũ album colorẽ, bonitatem & hone-
statem in se cõtinere, sed tantũ tanquam signũ proximum eam significare. Nec mirum cum ille color
sit maxime purus, sincerus, & immixtus, & luci similimus. Hinc est quod filij Dei, ij inquã, qui sunt ba-
ptismo regenerati, qui dicitur φώτισμα seu illuminatio, dicãtur filij lucis, & qui sunt Catechumeni sint
tenebræ, id est, alba veste induti, & lucẽ quæ à baptismo datur ambiunt. Sed neq; apud nos solum filij
Dei ideo sunt filij lucis, sed etiam apud veteres, teste Platone, albi dicti sunt filij Dei. Nec mirũ si apud Plato de Re-
nos filij Dei sunt filij lucis, cũ ab antiquo illo dierũ sint illuminati, cuius vestimentũ dicit Daniel fuisse publ.
album tanquam niuem, & capillos capitis eius quasi lanam mundam. Sed vt sunt albi & lucidi filij Dei, Daniel. 7
ita qui non sunt baptismo illuminati, tantũ abest vt sint albi & lucidi, vt dicat Paulus eos esse tenebras.
Erant enim, inquit, aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, nẽpe postquam baptismo fuerant
illuminati. Nullus autẽ color magis accẽdit ad lucem quam albus. Albi ergo non erant Iudæi, qui ba-
ptismum nõ erant assecuti. Eos certe equũ nigrum appellat Ioannes in Apocalypsi, super quem qui se- Apoc. 6.
debat habebat flatera in manu sua. Vt est autẽ albus antiquus ille dierum qui illuminat, ita etiam est ni-
ger nigri equi infestor, qui insidentẽ denigrat & eius menti offundit tenebras. Quæ autem dicuntur de
albo & nigro colore accipiẽda sunt allegoricè. Nullus enim color, imo ne lux quidẽ, cadit sub intelli-
gentiam, sed maiora & puriora quam vt ea possimus cõprehendere, per ea significantur. Deinde ostẽ-
dit quales mores significet albus vestitus, nempe eas quas recenset virtutes quæ sunt puræ & simplices, &
ab omni turpitudine & fastu alienæ, & quæ tollũt omnia superflua. Eæ sunt moderatio seu tẽperãtia,
& simplicitas. Porro autem quoniam posset existimare quispiã vestes puras nõ esse aptas ad arcendam
cruditatẽ, dicit vestem puram & simplicem, & maxime eam de qua tullo suo artificio nihil detraxit,

esse solidã, solida enim est, vt quæ sit densa & constipata, cum eum fullo minime rarefecerit nec meatus aperuerit, & siue vestis non sit calida, sed tantũ calorem intus contineat, siue sit calida, & calorem is comprehendat, & ipse à se calefactus corpus vicissim calefaciat, eam esse aptam ad arcendum immodicum aëris. Ea ergo pura & simplici veste hyeme maxime est vtendũ, quod sit facilis, & nõ nimium grauis & ad propulsandũ frigus optime fungatur vestis officio. Dici poterat eam etiam optimè colocature allum, vt quæ sit leuis, nec suo pondere nimis grauet corpus. *Verso autem vidatur etiam femina vestis gerere.* Et veri & mulieris frugalem & honestã oportet esse vestem, sed mulieris molliorem quam viri. Habendi autem ratio ætatis, personæ, & cõditionis in vestibus. Ita autẽ oportet veste indui, vt interim Christum nos indui meminerimus. Christũ autem induitur, qui nõ gerit curã carnis, nec se involuit vitiis & concupiscentiis: Christi nõ est Discipulus, qui Christi crucẽ non tollit. Non tollit autem crucem Christi, qui molliter curat cutem, laboresq; ærumnas & calamitates nõ forti & æquo fert animo. Vir natura affert qui perforat auriculas, vt ex eis pẽdeant margaritę aut aliæ gẽmæ: nec enim adid à Deo datæ sunt.

*Plin. lib. 11. cap. 37.* Hic autẽ fuit olim maximus luxus apud Romanos, teste Plinio, qui scribit; Aures, inquit, tanti homines immobiles. Ab iis Flaccorũ cognomina. Nec in alia parte fœminis maius impendiũ, margaritis deprendentibus. In Oriente quidẽ & viris aurũ gestare eo loci decus existimatur. Sed nõ magis licet, nec magis est honestum aures perforare quam nares. Non potuit autẽ sapiens melius explicare qualis sit mulieris pulchritudo, quam dicendo eam esse talem qualis est inauris in nare suis. Nam sicut inauris nõ cõuenit nari & maxime porci, ita pulchritudo affert probrũ & dedecus malæ mulieri, quæ aliquot probræ magnũ est dedecus. Pulchritudo certẽ quæ mulierẽ incitat ad voluptatem & libidinem, pollet veram, nempe quæ in anima sita est, pulchritudinem. Quod autem homo auro non ornetur sic probare, ex enim potest colligi ex iis quæ diciti; Quod ornat est maius eo quod ornatur. Sed homo est maior auro: homo ergo ab auro nõ ornatur. Quod autem homo sit maior auro, ex eo ostẽditur, quod ita ubique tegi terri se minus esse honestũ quam artẽas aureas Pactori Lydiæ fluuij, quas vocat ramentum Lydium. Ait enim Pactolus vnus ex iis fluuiis qui aurũ ferunt. *Dat ergo eis annulum aureũ, &c.* Cum ostendit aurum non esse ornamentũ hominis, & tamen in vsu sit annulus aureus, ne dici posset, Verbũ quod est ingenii, id temere fecisse, dicit Verbum quidem dedisse annulum & mulieri & viro. Mulieri quidem ad obsignanda quæ sunt custodiẽda, viro autem, si vel peregre abiit, vel sit sine vxore. Ex quo potest colligi aurum tũm demum esse ornamentũ si homini sit vsui. Quo sit vt torques & monilia, & quæ sunt ex auro cætera, cum sint cõparata ad solam ostentationẽ, non sint ornamenta vt quæ nulli sint vsui. Obsignandi ergo causa vult vnum tantum esse annulũ. Annulo autem obsignabantur, nõ solum quæ custodiebantur vt tuta essent à furibus, sed & literæ, & testamentorũ tabulæ quæ iure ciuili obsignabantur, ptem testiũ sigillis: *Quæ aurũ autem gestant mulieres, &c.* Ius aureorum annulorum non erat omnium, sed eorum solũ qui erant ingenui. Quamobrẽ nec serui nec liberti aureis annulis vti poterant. Mulieres go ideo nolebant aureis carere annulis, ne existimaretur seruilis sua cõditio. Sed nõ sunt dissimiles lui ex eo quod sunt empti ac venditi, sed ex eo quod non sunt mente liberali. Qui tales sunt, non serui, etsi videantur liberi. Danda autem est opera non vt videamur, sed vt re vera simus liberi. Auxerit quidem annulorũ gestatio facit vt videamur ingenui, non vt simus. Talem autẽ oportet vnumquẽ esse nostram vitã, vt verè nos esse liberos ostẽdamus, vt qui à Verbo Pædagogo simus educati, & à Deo adoptati, quæ est vera nobilitas. Quæ est enim verior nobilitas quam esse filios Dei? *Sed mea sit hæc annulus in articulo ferendus, hoc enim est mulebre.* In gerendis annulis quam varij ac diuersi fuerint mores, hic Plinius. Singulis primo digitis gerere mos fuerat, qui sunt minimis proximi: Sic in Numa & Seru Tullij statuis videmus. Postea pollici proximo induere etiam Deorum simulachris. Deinde iuuit & minimo dare, Galliæ Britanniæq. in medio dicuntur vsæ. Hic nunc solus excipitur, cæteri omnes omnibus quæ etiam priuatim articuli minotibus aliis, sunt qui tres vni minimo cõgerant: alij verò & hos tantum, quo significanda signant. Hæc Plinius. Clemens autẽ vult vnum tantũ annulum gestari, & quæ non in articulo, quod dicit esse muliebre, sed in paruo digito, idq; in extremo, nempe in infimæ parte. Cuius rei hanc affert causam, vt facilior & expeditior sit operatio, si quid sit agendũ. Constitutis enim & cõpressi articuli impediũt, ne expedite operemur. Alteram quoq; affert causam, nempe ne facile perdatur sigillum, quod custoditur à maiori ligamento articuli. *Sint autem signacula, colubra, vel pisces, vel naues.* Cum annuli præcipuus vsus sit obsignatio, nũc docet Clemẽs quænam signa debeãt esse in eis, vt eis signetur. In hac autem re, teste Plinio, multũ olim fuit variatũ. Nam alij hæc signa inscalpebant gẽmis: alij verò in ipso auro. Inter cætera autẽ signa quæ annulis vult insculpi, meminit Lyræ Musicæ qua in annulo vsus est Polycrates Sami Tyrannus, qui cum eum annulum in mare deiecisset, vt cui ne semper prospere succedissent, aliquid sentiret molestiæ, eũ postea reperit in vẽtre piscis, qui is oblatus fuerat à piscatore, vt scribunt Herodotus & Strabo, qui tamẽ nihil dicũt quod insculpta in ea fuerit lyra musica, etsi constet in eo fuisse Sardonychen gemmam pretiosissimam. Quo sit vt existimem hic quid deesse, & Clementem non solũ scripsisse de annulo Polycratis, sed etiam de gemma Pyrrhi, qui aduersus Romanos bellũ gessit, qui, vt scribit Plinius, traditur habuisse Achaten, in qua nouem Musæ & Apollo cithară tenens spectaretur, nõ arte, sed spõte naturæ ita discurrentibus maculis, vt Musarum quoq; singulis sua redderẽtur insignia. Hęc mea est coniectura. Sed quid agas cum vnũ solum sit prompluar. De Seleuci autem anchora hæc scribit Iustinus, qui Trogum redegit in compendium: Seleucus ter Laudice, cum nupta esset Antiocho claro inter Philippi duces viro, visa est sibi per quietẽ ex eo coitu Apollinis cõcepisse, grauidamq; factam munus concubitus annulum à Deo accepisse, in cuius gemma anchora sculpta esset, insigni id donum filio quem peperisset dare, admirabilem fecit hãc rerum. Is annulus qui postera die eiusdẽ sculpturæ in lecto inuentus est, & figura anchoræ quę in formore Seleucus natus cum ipso parulo fuit. Quamobrem Laudice annulum Seleuco eunti cum Alexandro Magno ad Persicam militiam edocto de origine sua dedit. Sic quidem Iustinus, aliter Appianus, sed Iustinum in Trogum

*Strabo lib. 14.*

*Plin. lib. 37. cap. 1.*

*Iust. lib. 15.*



Trogi magis videtur secutus Clemẽs. Si insculpatur autẽ in gemma signũ piscantis, meminerit, iniquit, qui gestat annulũ, Petri quem Christus fecit piscatorẽm hominum, & puerorum qui baptizati ex aquæ fluctu ex piscina extrahuntur. *Neque enim idolorum sunt imprimendæ facies, &c.* Falsorũ Deorum siue Dæmonũ, vtpote Iouis, Neptuni, Veneris, Cupidinis & cæterorum signa non sunt Christianorum annulis imprimenda, vt quæ sint planè abominanda, nec atmorũ & poculorum, cum sint Christiani pacifici, sobrij, & moderati: pax enim modestiaq; & sobrietas est propria Christianorum. Maxime autem cauendum est in annulis ea habeant signa quæ ipsos prouocent ad libidinẽ, cuiusmodi erant mulierum nudarum, aut puerorum quos amabant qui annulos gestabant. *De pilis autem nil videtur.* Videtur hic locus perobscurus vt de coma & barba tractemus. Sed cum barbæ vel alendæ vel radendæ apud diuersas nationes fuerint diuersi mores, sed nec apud easdẽ ijdem semper fuerint, nam & qui priùs erant intonsi postea radebant tonsores, nec solũ barbam totondêrunt, sed etiam rasêrũt, nolo hãc in re diutius immorari. Hoc autem dicã Græcos maxima ex parte semper fuisse barbaros, & tamen Lacedæmonios barbam rasisse. Romani diu fuere intonsi, sed anno quadringentesimo quinquagesimo quarto in Italiã ex Sicilia venerunt tonsores ad ducente P. Ticinio Mena, vt author est Varro. Primus omnium radi quotidie instituit Africanus. Sequẽs Diuus Augustus cultris semper vsus. Hæc cũ barbæ radendæ cõsuetudo multis seculis perpetuo durasset, primus ex imperatoribus Nerua, vt quã in facie habebat tegeret cicatricem, barbam alere cœpit. De cæteris nihil dicã nationibus, apud quas vel radendæ vel alendæ barbæ mos fuit varius. De Hebræis quidẽ certe hoc constat, eos barbã nunquam rasisse, vt qui non solũ hoc haberent à consuetudine, sed quibus etiã hoc lege diuina esset præceptum, nec solum populo, sed ipsis etiam Sacerdotibus, & maximè apud eos semper est habitũ dedecus, si barba fuisset abrasa. Hoc testantur legati illi, quibus à Dauide missis Ammonitæ præciderunt dimidiã partem barbæ, qui non prius sunt reuersi quam quæ præcisa fuerat barba creuisset. Testãtur etiã Esaias, Hieremias, & Baruch, & Ezechiel Prophetæ apud quos summi ob probrum & ignominia barbam esse rasam. Cum hoc autem esset lege cautum apud Hebræos ne barbam contũperent, non est dubium quin Christus Dominus noster qui nõ venerat vt legem solueret sed adimpleret, ipse quoq; barbã alnerit. Quem secuti sunt eius quoque Apostoli qui nõ solum barbam alerunt, sed etiã vt aleretur, in suis per Clementem editis cõstitutionibus diserte verbis sanxerũt. Hæc omnia Clementẽ nostrum Alexandrinum, vt Clementem Romanum sequens Pontificem, Verbum inducit Pædagogũ eadem præcipientem. Fuit autem Clemens aliquot sæculis ante cõcilium Carthaginense quartũ, in quo est canon 44. qui dicit, Clericus nec comam nutriat nec barbam qui est adscriptus in distinctione 42. c. Clericus. Pierius autẽ vir fane magni iudicij, & multæ lectionis, scripsit se vidisse antiquũ exemplar in quo erat scriptum, Clericus nec comam nutriat, nec barbam radat. Quodquidem ei mihi sit magis verisimile, quod id ipsum videã nunc dici à Clemente. Quem cũ & summus Pontifex, & Cardinales, & Episcopi, Sacerdotes & Monachi barbã alentes nunc sequantur, eo ipso ostendũt vel id non probare Canonem, vel verum esse quod dicit Pierius, restituendam esse quæ adempta fuerunt barbã, nempe alat. Virorum, inquit Clemens, sit ratũ caput, Græcè est κόσμος, id est caput nudũ, glabrum, & tonsum: nisi forte pilos habeant crispos. Crispi enim capilli non sunt tondendi, quoniã decorum aliquid afferunt. Mentũ autem hirsurũ: Barba enim non ett nec tõdenda, nec radenda, præter pilos illos qui sunt in superiore labri parte quæ Græcè dicitur μύσταξ, quoniã illi inter comedendũ polluuntur: qui sunt tondendi non radendi. Causam autem affert cur non sint tondendi barbæ pili qui nullam afferunt molestiam, quoniam barba vultui affert quandam dignitatẽ, & reuerentiam. Piliautẽ capitis sunt tondendi, ne si nimiũ descendant, visum impediant. Ad hoc quoq; iuuat barba hirsuta & promissa, quod venerabilẽ illi oris habitus, dũ timorẽ incutit ne facile deprehendantur, docet nõ peccare, cũm contra lores & examinatus oris habitus inuitet ad peccandũ. Nam dũ vulgo sunt similes, se tuto posse peccare existimat. Sic Clodius sacra bonæ dææ ingressus, vt qui muliebri veste esset indutus, & muliebri facie, nec caret suspicione quod vxoris Cæsaris tentasset pudicitiã. Sicut autem barba hirsuta vultui affert quandã dignitatem & grauitatem: ita etiam coma rara, id est tonsa, cum contra intonsa quendam inferat horrorẽ. Hoc quoque cõmodi affert tonsa coma, quod minus lædatur cranium. Nam coma tonsa frigoris & æstus iniuriam cranium, & eas quæ ex eis procedunt repellit noxas, quas contra densa & hirsuta coma tanquam spongia in se recipiens humore in ipsam infuso, perpetuo nocet cerebro. Sunt enim in comis foliis, futuræ & foramina, per quæ in capillis nõ secus atq; in spõgia cõtentus humor ad ipsum cerebrum diffuit. *Mulieribus autem crines mollire sufficit.* Viris quidem coma non est alenda, nec barba radenda. Mulieris autem non est coma tondenda, & cum glaber sit eius vultus, non est quod de barba quidquam præcipiatur: comæ autem eius ornatũ vult esse modestum & frugalem, nec more mereticio elaborãtes, & intortos capillos: & simul exponit, quænam ex eis ad ipsas quæ ornantur redeant incõmoda, quæ facile vix possunt intelligi, cũ antiquus ille ornatus penitus exoleuerit, successerit autẽ alius nec minus vituperandus, & magis forte noxius. Quomodo autẽ debeant ornari mulieres pulchre Petrus in Epistola dicens, Mulierum, inquit, non sit extrinsecus capillatura aut circũdatio auri, aut indumenti vestimẽti cultus, sed qui absconditus est cordis homo, in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus, qui est in cõspectu Dei locuples. Et Paulus ad Timotheum, Similiter & mulieres in habitu ornato, cũ verecundia & sobrietate ornãtes se, & nõ intortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa, sed quod decet mulieres promittentes pietatẽ per opera bona. Porro autem coma quidẽ sua est frugaliter & modeste ornanda à mulieribus, sed aliena & extranea est reijcienda, nec est cranii mortuis pilis induendũ. Hinc autem affert causam, ne dum aliena & mortui hominis imponitur coma, ad eam cui ipsa est imposita, non perueniat Sacerdotalis benedictio, nec manuum impositio. Benedictio, inquam, per quã in eius rei benedicitur caput bona verba & preces cõcepræ proferuntur: manus autẽ impositio est, per quam ei peccatorũ & cõfitentem peccatorum pronunciatur remissio & absolutio. Aliam quoque adfert causam, quod per falsam comam & plus quam par sit abundantẽ (superfluũ enim est quod suum non est) &



*1. Reg. 10.*

*Esaia 7. 15. Hier. 41. 48. Baruch. 6. Ezech. 5.*

*Leuit. 19.*

*1. Petr. 3.*

*1. Timot. 2.*

viri decipiuntur, & Christus qui est caput viri, maledictis appetitur. Maledicto enim apperitur & falso pro vero supponitur. Falsum autē pro vero supponitur, dū mulier more meretricio ornatur & indecēto caput quod pulchrū est incessitur, dum falsi imponuntur capilli qui id non esse pulchrum arguunt. Ideo enim imponuntur, quod absque illis id non esse pulchrum statuant. Mulierum ergo capillum oportet esse plexos, neq; catenis nexos. Sed nec tingendi sunt crines, vt fului aque flaui appareāt, nec colorandi, vt celētur & tegatur senectus, quæ eū sit venerabilis, & iuuentum impudentiam & audaciam reprimat apparens canicies, nec fenū nec canicies est tegenda, quæ est Dei donum, & cui fides habetur à iuuenibus, & est ab eis instar Dei colenda. Quod si est reijciendū quod falsum in fraudem veritatis, fucus quoque omnis est à mulieribus reijciendus qui faciei mulieri imponitur, & apparēt pulchriores. Quare vnus est scopus vt iuuenes ad voluptates illiciant. Eos autē fucos appellat Clemēs callidæ sapiētiæ illecebras, vt qui astute & ingeniose sunt excogitati. Sepe enim accipitur stultitia pro astu & calliditate. [a] *Pudicum autem ipsorum ornatum ostendemus.* Dixit fucum & impudicum animum reijciendum, nunc autem dicit amplectendum esse pudicum ornatum. Is autem est simplex, mundus, pulchritudo animæ, & pulchritudo corporis. Pulchritudo animæ, est quæ animā ornatur sanctis operibus & virtutibus quę ab ipso inspiratur, est enim ea pulchritudo veluti quidā Dei radius. Pulchritudo autē corporis est proportio ac conuenientia partiū & membrorum inter se cum bono & colore. Ea augetur moderato cibo & potu, & exercitatione quę ea cōsumit quæ sunt in corpore superflua. Moderatus enim cibus & potus procreat sanitatē, ex sanitate vero existit & apparet pulchritudo. Nam cū corpus humanis, quod tanquam statua à Verbo est formatū, constet ex elementis quæ cibo & potu influuntur nobis, ignis quidē dat fulgorem, aqua autem nitorem, terra autem virtutem & firmitatem, aer autē temperatū, & ex æquo consistentem respirando facultatem. Hæc autem efficiunt pulchritudinem, quæ in totum oritur sanitate. Sed si corpus sit immobile vt quod nō exerceatur, ei non potest cibus adhærere & agglutinari. Quo fit vt eo excidente multa nascantur excrementa & superfluitates, quæ excrementa sunt cōcoquēndæ & liquefaciendæ. Per eam autē concoctionem rubescit pulchritudo, id est ruber color qui apparet in facie. [b] *Optime autem habere videtur.* Vbinam sit id quod dicit, Optime habere id quod dictū est, nescio. Suspicor autem id sumptum esse ex aliqua vel veteri vel noua Comœdia, in introducebatur quidā qui abhorrebat mores gestūsque cinędicos, quales dicebat se videre pueros. Quoeū tanta erat impudentia vt pilos sibi velleret, & picē illita adimeret. Eos alibi vocat [illegible] autē [illegible], vtrunque autem idem significat, nempe eos qui pice faciem deglabrant, & pilos dant. Porro autem mulieri delitias & luxus dicit esse vitandos & arcendos, maxime autem molles & cinędos mollis ac incessus, qui meretricia indicant vestigia. Ea autē nusquā figuntur in veritate. Nihil enim est meretrice vanius, nihil fallacius. Non est autē mirum si non figantur eius vestigia in veritate, cum Pædagogū non sequuntur, qui est via, veritas & vita. Cum aberret autem à veritate, nō facile cognoscuntur eius semitæ, & ideo sunt lubricæ & periculosæ. Ad hæc enim blādis verbis allectos sepe attrahit rathrū & præcipitium. [c] *Porro autem oculos maxime parcendum est.* Docet vel Clemens vel Pædagogus debeat esse nostrum in oculis officium. Nam per ipsam oculorum lucem illustrantur libidinis cupiditiones. Quæ ne in opus erūpant, mortificanda sunt, vt iubet Paulus, membra nostra super terram. Mortificantur autē in nobis membra, si lex quam sentimus in membris nostris repugnare legi mentis, adeo ita castigetur, vt vel inuita cogatur cedere arbitrio & imperio mentis. Et hoc est quod dicit Christus, si oculus scandalizet, id est offendat, cū esse eruendū, non quod eum velit effodi, sed ita effrenatum compescere mi eius cupiditatē, vt nec ad vitium aliquod libidinis, nec ad inuidiam aut odium proximi impellat. [d] *Nos autem animi perturbationes.* Hic ostendit Clemens stultas mulieres tantū abesse vt suos conatus cōprimant cupiditates, vt eas etiam suscitent, & iuuenes suis blanditiis ad libidinem pellicere, quam præsidium eis tandem affert exitium. Hortatur autem Pædagogus iuuenes, vt ab eis mulieribus caueāt, ne ad inferos ab eis deturbentur. Suadet autē mulieribus, vt non solum ipsæ sint castæ & pudicæ, sed etiā dent operam vt suæ ancillæ nihil faciant quod sit turpe & inhonestum, & eas castigare si quas pareant, alioqui fore vt ipsæ earum culpam præstent. Retorquetur enim in Dominas ancillarum petulantia & immodestia. Est enim tritū Prouerbium. Qualis est Domina, talis est Catella: quod virgula etiā à Platone in lib. de Rep. Reuera enim, inquit, catellæ vt est in prouerbio, tales sunt, quales Domini. [e] *Ædeambulatione autē nobis procul est amandandus.* Hoc ipsum quod de incessu dicit Clemēs, elegāter notat Cicero de officiis. Cauendū est autem, inquit, ne aut tarditatibus vtamur in gressu mollioribus, vt plerique pōparum ferculis esse videamur: aut in festinationibus suscipiamus nimias celeritates. Quæ cum fiunt, anhelitus mouentur, vultus mutantur, ora torquentur: ex quibus magna significatio fit non adesse constantiam. Hanc ex incessu significationē quod non adsit constantia, in Sardo Tigellio sic reprehendit Horatius in sermonibus,

*Nihil æquale hominis fuit illi: sæpe velut qui*
*Currebat fugiens hostem. Persæpe velut qui*
*Iunonis sacra ferret.*

Pulchre autē atque adeo graphice depingit eos qui vel gloriosius, vel quā par sit mollius incedunt. Talis autē in viro forti nusquam vllum esse signū mollitiei, & cum ita se gerere, vt magni & excelli animi virtutem nullo dedecore afficiat. [f] *Neque vero tanquam iumentis famulis est vtendū.* Paulus ad Colossenses dominis sic præcipit, Domini quod iustum est & æquum seruis præstate, scientes quod & vos Dominum habetis in cælo. Et certe cū vbi est nouus homo, nouus, inquam, qui in baptismo veterē exuit hominem non est masculus & fœmina, gentilis & Iudæus, circūcisio & præputium, Barbarus & Scytha, seruus & liber, sed omnia & in omnibus Christus, & omnes vnū sumus in Christo, æquum est vt domini & serui in seruos gerant, recordantes quod & serui & domini vnum & eundem habent Dominum. Etsi enim infima seruorū conditio, sed quæ longe præstat brutis. Eis ergo ita est vtendum, vt cum eisdem homo genius agatur. Nā præter fidem quæ in Christo regeneratos valde inter se conciliat, est ratio quæ homines ab brutis,



aspernatur à brutis, asperius quidē & inhumanius se olim gerebant gentes in seruos, & tamen in eos aliquos seruatur iustitia. Præclarè profectō Cicero, Meminerimus autē etiam aduersus infimos iustitiam esse seruandam. Est autē infima conditio & fortuna seruorum, quibus non male præcipiunt, qui ita iubēt vti, vt mercenariis, ad operam exigendam, & iusta præbenda. Et antiquissimis quidem temporibus habebant Romani in seruos potestatē vitæ & necis, sed cum ea potestate abuterentur, eo res est redacta vt nulla quidē permitteretur castigatio, occidere autē non liceret nisi forte in adulterio, aut in atroci aliquo crimine deprehendisset, & non minus puniretur Dominus qui seruū proprium quam qui alienum occidisset. Vt clementius autē nos in seruos geramus hoc vel maxime nos debet inuitare, quòd & domini & serui eundē habemus Dominum, & ab eodem eandem benedictionis hæreditatem expectemus. *Adolescentē imagine volens describere Zeno Citticus.* Hæc iuuenculæ imaginis descriptio ostēdit qualē oporteat esse puellā, quæ vult esse pudica & modesta. Viros quoque statuit non oportere esse otiosos, nec in tonstrina versari & cauponis. Nec tesserarum, nec talorum ludo ab eis esse vacandum, quæ sunt delitiæ bilis & otiosi, quarū causa est otium. Ea autē sunt plane inania, & à veritate remota, quod probat ex eo quod nihil emolumēti, quarū causa est otium. Ea autē sunt plane inania, & à veritate remota, quod probat ex eo quod non possint animam recreare sine damno: huiusmodi enim ludi absque damno non possunt exerceri. Vtiles quidē, inquit, sunt antem vitæ institutū sumitur ex eo quod ipsa mens imitando sibi proponit. Sunt ergo hæc omnia, & plane inutilia. Vitæ autē hominis nihil magis prodest quā cum viris bonis versari. Quod autem addit de descriptione iuuenculæ. Erecta & similia recto tono qui est in tonis. Erectus tonus intelligitur, vocis rectū, nempe in acutum eleuatio, quæ minime deprimitur. Quod autem verti, Viraginem aspexerit, pro eo ferat, Græcè est *ἀρρενωπία*, id est, aspectus virilis. Significat autē, virginē quantumuis pulchram debere vultum habere virilem, id est in quo nulla sit lasciuia nec illecebræ. *Rursus autem vsum vitæ cum quibusdam hominibus.* Quod Pædagogus, id est Verbū, senioti populo, nempe Hebræis iussit vt ab immunditia abstinerent, mundis autē vescerentur animalibus, id Clemens ad hanc deducit allegoriā, vt scelerati non fugiant consuetudinem, cum bonis autem versentur. Deinde veluti in communem theatrorum locū cacurrens, dicit nihil esse tam turpe quod nō illic & dicatur & fiat à scurris & histrionibus, ex ea quæ ex eius cōspitur delectatione, qualdam euidētes domi imprimi imagines quæ non facile excidunt. Pro certo ita nō esse habēdos ludos à ciuitatibus, nec inanis gloriæ cupiditates, quæ adeo exuiunt, vt mori etiā homines digladiantes ægrè non ferant, neque ambitiones: edebantur enim ludi ab iis qui maiores ambitus habent magistratus, vt Romæ ab Ædilibus, neq; quæ propter eos excitantur seditiones veluti olim Constantinopoli à Venetis & Prasinis, neq; profusas rei familiaris impensas, nam nō nisi maximis impendiis exhiberi poterant populo ludi & spectacula. Quod si etiā in eis videndis aliqua capiatur voluptas, id tamen quod est bonū & honestū, voluptati est præferendum. [g] *At non omnes, inquit, philosophamur.* Quoniā dentur bonum & honestum voluptati esse præferendum, occurrit tacitæ obiectioni quæ fieri posset ab eo qui non lubenter abducuntur à theatris & spectaculis, quæ est huiusmodi. Bonum quidem & honestum est præferendum voluptati. Hoc autē faciunt Philosophi: sed non omnes philosophantur. Ad quod respondet Christianos omnes qui ad vitam volunt ingredi, philosophari: ad vitā enim intrare non posse nisi per fidem. Credi autem non posse nisi per sapientiam, sed sapientiam, non sapientū huius mundi, sed eorum qui sunt secundum Deum, per quam Deus amatur & proximus. Sed nec ad vitam quis poterit ingredi nisi ipsum amet. Ad fidē non opus est literis, sed solo auditu, qui docetur etiam sine literis. Fidei quoque esse charitatē quę est quidem diuina, pertinet autē etiam ad rudes & illiteratos. Scriptura autem docet quod ea per sanctū Spiritum scribatur in cordibus nostris, & ideo dicitur etiā spirituale decretum spiritualis cōstitutio ac descriptio. Quamuis autem à nobis diuina audiatur sapientia, nihil tamen vtilitatis quominus & à Christianis geratur respublica, & incantur contractus qui pertinent ad vitæ huius necessitatē, & ad ea paranda quæ sunt ad vitam necessaria. Tantū danda est opera vt in omnibus rebus actionibus sit veritas, sinceritas, simplicitas, & nec eorum quidē quæ venudimus duo dicātur pretia, sed vni, quomodocunque res succedat. Non solum in venditione, & emptione, sed & in omni contractu debere abesse iusiurandū, neque Dei nomen in vanum sumendum. Auaros, mendaces, hypocritas, & qui veritatem cauponantur, Christū Dominum & Pædagogū nostrum ex paterna aula eijcere, vt qui sanctam Dei domū nolit esse domum negotiationis sed orationis, & nec in ea tractari terrena & mundana negotia. Hoc enim voluit intelligi per id quod est in Græco [illegible], id est possessiones, quæ sunt ex Materia. Nam cum Deus sit spiritus, in templo Dei seu in Ecclesia debent esse omnia spiritualia. *In Ecclesiā autē venire oportet virū.* Docet quomodo oporteat & viros & mulieres se gerere in Ecclesiis, in quibus oportet mulieres semper esse velatas. Optat autem eos per totam vitam ad grauitatem & honestatem se cōponere, vt componuntur in Ecclesiis, sed rem dicit aliter habere: eos enim esse Polypis similes. Post quam enim ex Ecclesia abierint, eorū quæ audierunt obliti, fiunt similes illis cum quibus versantur. & eū ad vitam æternam essent incitati & ad eā aspirarent, tanquam canentes palinodiam, quasi eam mortui se dedunt voluptati, & eo ipso iam Deo mortui, vt qui peccato ab ipso qui vera est vita sint segregati, se quasi mortuos sepeliunt, & ad mortē æternā infodiunt, nunquam ex ea suscitandi. Quod autem de Cænida Æneæ vxore dicit, nescio vbinam legerit, ego quidem certe nusquam legi. De ea certe Virgilius non scribit quod velata cū marito Æneæ ex Troiæ incendio fugerit. Quod Polypus autem colore simulat similis iis pertis quibus adhæserit, videre licet apud eos qui scripserunt de piscibus. Hinc factum est vt vulgi prouerbio Polypi dicantur, qui se in omnē habitum vertant omnibus assentantes, dicuntur enim alia ratione Polypi homines rapaces, nempe quod quidquid brachiorū flagellis comprehenderint, detrahat ac retineat & vix dimittat Polypus. De eo vide Erasmum in prouerbiis. [h] *Eis autem fortiter resistit diabolus dicens.* Illi quidē promissam sibi vitam æternam, & quam crediderant immortalitatem recantare abnegant: sed eis fortiter resistit Paulus, qui eos qui crimina quæ enumerat cōmittūt à regno Dei excludens, eos qui rectè & ex virtute viuunt ad regnū admittit quod est vita æterna. Atque sunt quidem Christiani omnes ad regnū vocati, sed ij demum admittūtur qui regno dignè ambulant, id est qui vitam

Cic. lib. 1. de offic.

Zon. tome 3.

Plato 1. de Repub. Cic. lib. 1. de offic.

Horat. Sat. 3.

Coloss. 4.

Aeneid. 2.

Prouerb. 91. Chil. 2. cent. 3.

suam ita instituunt vt recte factis & bonis operationibus id mereantur assequi. Bonæ autem operationes sunt quæ proficiscuntur à fide per charitatẽ operante. Charitas autem nihil est aliud quã dilectio huius proximi. Charitas autẽ & dilectio proximi consistit non in osculo, sed in amicitia & benevolentia. 1.Cor.16.& 2.Cor.13. significat osculũ, quod Paulus vocat sanctum. Eo osculo conuenienter ei quod iubet Paulus, vtebantur tunc in Ecclesiis ad significandã fraternam in se inuicem benevolentiam. Id osculum verè erat sanctum quando aderat id quod osculo significabatur, nẽpe sancta benevolentia & amicitia. Et quod significatur quidẽ erat mysterium, nempe amicitia & benevolentia, quod significabat autem, nempe osculum erat signũ & symbolum: à re autem quæ significabatur, non solum dicebatur sanctum, sed etiã mysticum: vtpote quod sub eo esset arcanum, & quod sub aspectum non cadebat, mysticum. Sed sæpe contingebat vt osculũ non esset mysticũ, cum sub signo benevolẽtiæ latebat simulatũ odium, quod sæpe perpetrabat in publicum, & conturbabat Ecclesias, quoniam non vtebantur osculo vt oportebat. Oportebat enim ore modesto & clauso per osculum ostendere animi benevolentiam, quod quidem osculum mansuetudinem, quæ si abfit, non est amplius vllum in eo mysterium. Vbi est enim dolus & fraus, eo nihil est sanctũ nec mysticum. Quod autẽ dicit, Ore clauso, Græcè est μεμυκόσι, à quo vocabulo deductũ est mysteriũ, quod mysteriũ non sit detegendũ, sed celandum tanquam arcanum. Sequitur autẽ: *Osculum autem aliud quoque osculum incestum.* Sanctũ dixit non esse osculum, sub quo latet odium: nunc autem dicit aliud quoque esse osculum non sanctum, vtpote incestum & veneno plenum, licet sanctitatem simulet. Id autem est osculũ quod venenũ immittit impudicitiæ, non secus atq; Phalangia, quæ ore tantum innocentia & virus immittunt & graues dolores inferunt hominibus. Est autem Phalangium muscarum genus. Plin. lib. 11. cap. 24. De quo sic scribit Plinius. Araneorũ plura sunt genera. Phalangia ex iis appellantur, quorum oculi prominent, corpus exiguum, varium, acuminatum, assultim ingredientium. Altera eorum species, colore prioribus cruribus longissimis. Omnibus internodia tria in cruribus. Vide etiam Xenophontem de dictis & factis Socr. lib. 1. Phalangiis scribit, ea, cũ magnitudine ne dimidio quidem obolo conferri possint, vbi ore tantum nocent, nec cõprehenderint, doloribus eos conficere & à sensu mentis abstrahere: ita etiam à pulchris obolo minoribus, osculo aliquod quod non videtur virus immitti. Hoc est autem quod Clemens ei imitari vetat quem appellat impudicitiæ. *Manifestum itaque nobis esto osculum.* Osculũ non est dilectio, licet ea per quam significetur. Dilectio autẽ Dei est vt mandata seruemus: dilectio enim Dei & proximi in hoc consistit vt mandata seruemus. Neq; enim seruari possunt mandata sine charitate. Omnia autem legis præcepta ducuntur ad dilectionẽ Dei & proximi. Sed neq; quæ in foro fiunt salutationes ad ostentationem sunt, pro pe vt amici & benevoli appareant, aliquam habent gratiam. Nam vt Deus in adyto orator ita precatur intrinsecus est alloquendus. Nã si interna non sit benevolentia, amicos frustra foris salutamus. Proinde enim est ac si execremur & maledicamus, si nõ ex animo fiat salutatio. Per hæc autẽ neque publica preces vituperantur, neq; salutatio externa prohibetur, sed vtrũque quale esse oporteat ostenditur, vt neque solis labris Deum oremus & honoremus, sed etiam verba cordi consentiant, & salutationi benevolentiæ internæ respondeat. Tempus autẽ redimere hic videtur dicere Clemens, Tempus non re profundere & amittere, quod fit dum teritur in inanibus salutationibus. Sapit qui ita facit, & quemadmodum dicuntur esse sal terræ. *Videtur autem super omnia esse adulter fœdus mulierum aspectus.* Vitandus ille Matth. 5. auersandus aspectus mulieris. Non solum enim eam tangendo, sed etiam aspiciendo peccatur. Nam qui aspiciens mulierem eam concupierit, in corde suo mœchatur. Oportet autem fidelem non solum a crimini esse affinem, sed etiam alienum ab omni suspicione. Quod autem in 9. cap. Ecclesiastici, ver terunt Septuaginta, Tanquam ignis accenditur amicitia, vertit Hieronymus, Concupiscentia quasi ignis exardescit.

## Breuis optimæ vitæ similiter pertractatio, & quot loca Scripturæ sanctæ vitam Christianorum describant. Cap. XII.

EGO [a] *verò iis quoque qui vxorem duxerunt consuluerim, ne vnquam vxores suas coram famulis osculentur: nam nec famulis quidem eos vnquam aruspex permittebat Aristoteles, tantum abest vt in eorum conspectu videri osculari complecti vxorem. Melius est autem vt à domo incipiamus ostendere bonum matrimonij: temperantiæ enim maxima est coniugatio, quæ puram spirat ac redolet virginitatem. Admodum enim pulchrè dicit tragœdia:*

O fœminæ, non hominibus tantas ferunt
Aurum, tyrannis, vlla nec luxuria
Lætitias, boni vt mariti & fœminæ
Piæ æqua mens fauens mariti cummodis.

*Hæc præcepta iustitiæ, quæ ab iis qui mundanam sequuntur sapientiam dicta sunt, non* 1.Petr.1. *minimè recusanda. Scientes ergo suum cuiusque officium, in timore conuersemini tempore vestri incolatus, vt qui noueritis, scientes quòd non corruptibilibus, auro & argento redempti sumus de vana nostra conuersatione tradita à patribus, sed pretioso sanguine*



*quasi agni immaculati, & incontaminati, Christi. Satis ergo fuit præteritum tempus,* 1.Pet.4. *quo Petrus, ad faciendam voluntatem Gentium, dum ambulauimus in lasciuiis, concupiscentiis, temulentiis, comessationibus, potationibus, & nefariis idolorum cultibus. Limitem habemus crucem Domini, cui crucifigimur, & à prioribus peccatis reprimimur. Reuerati ergo, in veritate affligamur, respiscamusque atque sanctificemur: Quoniam oculi* Psal.33. *Domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Vultus autem Domini super facientes mala. Et quis est qui sit nobis malè facturus, si bonum consecuti fuerimus? Optima autem educatio seu institutio, est bona ac recta ordinatio, quæ est decorum vndiquaque perfectum, & potestas ordinata firmáque ac stabiles, ea quæ sunt inter se inuicem connecta & cohærentia facturè recte distribuens, virtute insuperabilis. Hæc vt asperius dicerem inductus sum, procurans salutem correctionis, à me quidem dicta sint, inquit pædagogus, quoniam;* Prou.24. 28. *Qui libere quidem arguit, est pacificus. Vos autem si me quidem audieritis, salui eritis.* Ibidem 4. *Quod si ea quæ dicta sunt non attenderitis, non est mihi curæ. Et tamen ei quoque hoc mo-* Esaia 5. *do est curæ: peccatoris enim mauult pœnitentiam quam mortem. Sin autem me audieritis,* Ezech.18. 31. *bona terræ comedetis, dicit rursus pædagogus: Bona terræ bona humana nominans, for-* Esaia 1. *tunam, diuitias, sanitatem, vires & alimentum. Verè enim bona sunt ea quæ neque auris* 1.Cor.2. *audiuit, neque vnquam in cor ascenderunt. Apud eum qui verè rex est, & verè est, sunt bona quæ verè sunt, & nos expectant. Bonorum enim est & donator & custos. Per illorum autem participationem quæ hic sunt eodem nomine appellantur, hominum imbecillitatem Verbo in Deo erudiente, & eos deducente à sensilibus ad intelligentiam. [b] Quæcunque ergo sunt domi seruanda, & quomodo vita corrigenda, nobis satis disseruit pædagogus. Quæ autem solet in via lubenter dicere pueris, donec eos ad magistrum deduxerit, ea à nobis veluti in summa per ipsas Scripturas subijcit & apud nos deponit, nuda adducens præcepta, tempori quidem peregrinationis accommodans, magistro autem relinquens earum interpretationes. Eius enim lex vult timorem soluere, vtque liberum animi arbitrium soluerit ad fidem. Audi, inquit, ô puer qui rectè institueris, capita salutis: aperiam* Prouerb. *enim mores meos, & tibi pulchra hæc præcepta suggeram, per quæ peruenies ad salutem.* Psal.1. *Duo autem te per viam salutarem: discede à vijs erroris, quoniam nouit Dominus viam iustorum, & via peccatorum peribit. Sequere ergo, ô puer, bonam viam, qua ego te deducam, aures mihi præbens audientes, & dabo tibi thesauros arcanos, occultos, & qui non possint videri à gentibus, à nobis autem possunt. Sapientiæ autem thesauri non possunt despici, quos admirans Apostolus: O profunditas, inquit, diuitiarum & sapientiæ.* Rom.11. *Thesauri autem multi ab vno Deo suppeditantur: alij quidem per legem, alij verò per prophetas reuelantur: alij verò ore diuino, alius verò concinens septenario spiritus. Cum sit* Esaiæ 11. septenario numero. *autem vnus Dominus, est idem per hos omnes Pædagogus. Hic est ergo quod omnia sum-* Matth. 5. *mam complectitur præceptum, & ad vitam pertinet admonitio: Quemadmodum vul-* Ibid. 12. *tis vt vobis faciant homines, vos quoque eis facite. Possunt etiam per duo omnia præcepta* Ibid. 19. *comprehendi, vt dicit Dominus: Diliges Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & in tota virtute tua, & proximum tuum sicut teipsum. Deinde ex his infert: Ex hoc dependent tota Lex & Prophetæ. Iam verò ei qui interrogauit, quid faciam vt vitæ æternæ possideam hæreditatem? Nosti mandata, respondit. Qui cùm affirmasset: Hoc fac, inquit, & saluus eris. [c] Verumtamen est etiam distinctius adducenda Pædagogi benignitas per varia & salutaria præcepta, vt ex copiosa salute & Scripturarum ordinatione, ea promptiùs inueniamus. Est nobis qui per Moysen datus est Decalogus, simplici & vnius generis elemento significans, salutarem peccatorum appellationem circumscribens. Non mœchaberis. Idola non adorabis. Pueris stuprum non inferes. Non furaberis. Non* Exod.20. Deut.5.

dices falsum testimonium. Honora patrem tuum & matrem tuam, & eaque illa consequuntur, sunt à nobis seruanda, & quæcunque præcipiuntur in lectionibus biblicis. Cap. 1.

[d] Porrò autem præcepit etiam per Esaiam: Lauamini, mundi estote, auferte scelera ab animabus vestris coram oculis meis, discite bonum facere, quærite iudicium, liberate eum qui iniuria afficitur, iudicate orphano, & iustificate viduam, & venite, & disceptemus, dicit Dominus. Multa etiam apud alios præcepta inuenerimus: quemadmodum, verbi gratia, orationis, circa bona opera: oratio Domino accepta, dicit Scriptura. Et exponit etiam modus orationis: Si videris, inquit, nudum, operi eum, & necessarios seminis tui ne despicies: tunc erumpet mane lumen tuum, & medelæ tuæ citò exorientur, & ambulabit ante te iustitia tua, & gloria Dei te complectetur. Quis est autem fructus huius orationis? Tunc clamabis, & Deus te exaudiet. Adhuc loquente te, dicet: Ecce ego adsum. De ieiunio autem: [e] Cùrnam mihi ieiunatis, ait Dominus? Non hoc ieiunium ego elegi, & homo vt homo humiliet animam suam. Ne si collum quidem tuum flexeris vt circulum, & saccum ac cinerem substraueris, ne sic quidem vocabitis ieiunium acceptum. Quid ergo vult ieiunium? Ecce hoc est, inquit, ieiunium quod elegi, dicit Dominus: solue omne vinculum iniquitatis: dissolue peruersos nexus violentorum contractuum, libera eos qui sunt oppressi in acceptilatione, & iniustam omnem Scripturam discerpe. Frange esurienti panem tuum, & pauperes qui tecto carent, introduc in domum tuam. Iam verò de sacrificiis quæ

[f] Quid mihi multitudo sacrificiorum vestrorum? dicit Dominus: Plenus sum holocausto arietum, & adipem arietum, & sanguinem taurorum nec hædorum nolo, nec venerea me videamini. Quis enim requisiuit hæc de manibus vestris? Atrium meum calcare non adicietis, si similam offeratis, inanes, incensum mihi est abominatio, neomenias vestras & sabbata non fero. Quomodo ergo sacrificabo Domino? Sacrificium, inquit, Domino spiritus contritus. Quomodo igitur coronabo, vel vngam vnguento, vel Domino quodnam munus offeram? Odor, inquit, suauitatis Deo est, cor quod glorificat eum qui ipsum fecit. Hæc sunt coronæ, & sacrificia, & aromata, & flores Dei. [g] Præterea de patientia ita precauerit, inquit, frater tuus, ipsum argue, & si eum pœnituerit, ei remitte. Si septies in te peccauerit, & septies ad te conuertatur, dicens, me pœnitet, ei remitte. Et iniquum qui militant, per Ioannem præcipit, vt sint solis stipendiis contenti. Publicanis autem, vetat amplius exigant quàm sit constitutum. Iudici autem: Non accipies, inquit, personam in iudicio. Dona enim excæcant oculos videntium, & corrumpunt verba iusta vt liberent eos qui faciunt iniuriam. Quinetiam ijs qui student œconomiæ & domus administrationi Possessio quæ paratur cum iniquitate, minor redditur. Quinetiam de charitate: Charitas, inquit, operit multitudinem peccatorum. Et de reipublicæ administratione: Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. De iureiurando & iniuriæ acceptæ remissione: Nunquid ego mandaui patribus vestris exeuntibus è terra Aegypti, vt offerrent mihi holocausta & sacrificia? Sed hoc mandaui vobis: Vnusquisque vestrum aduersus proximum in corde suo acceptæ iniuriæ non recordetur, falsum insurandum non diligat. Quinetiam mendacibus & superbis minatur: illis quidem hoc modo: Væ ijs qui dicunt dulce amarum, & amarum dulce. His verò sic: Væ prudentes in seipsis, & coram seipsis sapientes. Qui enim seipsum humiliat, exaltabitur: & qui seipsum exaltat, humiliabitur. Et misericordes quidem beatos pronunciat, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Iram autem infelicem pronunciat sapientia: Quoniam ipsos quoque prudentes perdet. Iam verò inimicos quoque inimicos diligere, & ijs qui nos execrantur benedicere, orareque pro ijs qui nos insultant, & nos iniuria afficiunt. Ei qui te, inquit, percutit in maxillam, præbe illi & alteram. Et si quis abstulerit tibi tunicam, ne prohibeas quò minus tollat etiam pallium. De

Attium 10.
Iacobi 5.
Esaiæ 58.
Ibidem.
Esaiæ 1.
Psalm. 50.
Eccles. 35.
Matth. 18.
Luc. 3.
Deut. 16.
Prou. 15, 28
Habac. 2.
1. Pet. 4.
Matth. 22.
Leuit. 19.
Eccles. 10.
Esaiæ 5.
Luc. 14.
Matth. 5.
Eccles. 30.
Matth. 5.



fide autem: Quæcunque petieritis in oratione credentes, accipietis, inquit: incredulis autem nihil est fide dignum, ait Pindarus: Atque famulis quidem vtendum est, tanquam nobis ipsis: sunt enim homines, sicut nos: Deus enim si consideres est omnibus ex æquo seruis & liberis. Oportet autem fratres quoque peccantes non punire, sed reprehendere: Qui suo parcit baculo, inquit, suum odit filium. Præterea gloriæ quidem expellit cupiditatem, dicens: Væ vobis Pharisæi, quoniam amatis primas sedes in synagogis, & salutationes in foro. Peccatoris autem amplectitur pœnitentiam, quæ peccata sequitur pœnitentiam diligens. Solum enim Verbum est, in quod peccatum non cadit. Est enim peccare omnibus hominibus innatum & commune: post peccatum autem resipiscere, non est cuiusuis hominis, sed eius qui iure est magnificiendus. De communicatione: Venite ad me, inquit, omnes benedicti, estote hæredes regni vobis parati à constitutione mundi. Esurij enim, & dedistis mihi ad comedendum: sitiui, & dedistis mihi potum: peregrinus eram, & me collegistis: nudus, & me operuistis, infirmus, & visitastis me: eram in carcere, & ad me venistis. Et quando fecimus aliquid horum Domino? Ipse rursus dicet Dominus, Fratrum beneuolentiam beneuolè in seipsum conuertens, & dicens: Quodcunque fecistis his paruis, mihi fecistis. Et sunt qui tales sunt in vitam æternam. Tales sunt Verbi leges, verba consolatoria, non in tabulis lapideis, digitis Domini scriptis, sed scriptæ in cordibus hominum, in quas solum non cadit interitus. Quocirca fractæ sunt tabulæ eorum qui erant duri cordis, vt fides parentum imprimeretur in teneris mentibus. Ambæ autem leges ambæ seruiebant, ad humanæ naturæ institutionem: illa quidem per Moysen, hæc verò per Apostolos. [h] Cuiusmodi autem tradita sit per Apostolos puerilis institutio, mihi videtur de eo quoque genere necessario disserendum. Imo verò sui recordans dicit pædagogus. Atque ipsa quidem eius præcepta reponam rursus veluti in semine: Deposito mendacio loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo, quoniam sumus alter alterius membra. Sol non occidat super iracundiam vestram, neque locum date diabolo. Qui furabatur, non amplius furetur, sed potius laboret, operans bonum vt possit impertiri egenti. Omnis amaritudo, & ira, & exclamatio, & clamor, & maledictum tollatur à vobis cum omni vitio. Estote alter in alterum benigni, misericordes, vobis inuicem gratificantes, quemadmodum Deus quoque vobis in Christo gratificatus est. Estote ergo prudentes, & Dei imitatores, sicut filij dilecti, & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit vos. Mulieres quidem proprijs viris subijciantur tanquam Domino. Mariti autem suas vxores diligant, sicut Christus dilexit Ecclesiam. Se ergo inuicem diligent qui sunt coniuncti, sicut propria corpora. Filij obedite parentibus vestris. Patres nolite prouocare ad iram filios vestros, sed educate eos in disciplina & correptione Domini. Serui obedite dominis secundum carnem, cum timore & tremore in simplicitate cordis vestri, sicut Christo ex animo cum beneuolentia seruientes. Et Domini benefacite seruis vestris, remittentes minas, scientes quòd & ipsorum & vester Dominus est in cœlis, & non est personæ acceptio. Si viuimus spiritu, spiritu & ambulemus. Ne simus vanæ gloriæ cupidi, alter alterum prouocantes, alter alteri inuidentes. Alter alterius onera portate, & ita implete legem Christi. Ne erretis. Deus non subsannatur: quod bonum est facientes, ne animo deficiamus, proprio enim tempore metemus. Non dissoluti, pacem in vobis agite. Adhortamur autem vos fratres, admonete insolentes, consolamini pusillanimes, sustinete infirmos, patientes estote erga omnes. Videte ne quis malum alicui pro malo reddat. Spiritum ne extinguatis, Prophetiam ne nihili ducatis. Omnia autem probate, & quod bonum est tenete. Ab omni specie mala abstinete. In oratione perseuerate, vigilantes in ipsa. In gratiarum actione, in sapientia ambulate apud eos qui extra sunt, tempus redimentes. Sermo vester semper in gratia, sale sit conditus, vt sciatis quo-

Matth. 22.
Ibidem.
Prou. 13.
Matth. 23.
Ibid. 11.
Luc. 7.
1. Petr. 2.
Matth. 25.
Zach. 8.
Ephes. 4.
Ibid. 5.
Ibid. 6.
Galat. 5.
Ibid. 6.
1. Thess. 5.
Coloss. 4.

1 Tim. 4. Ibid. c. modo oporteat vos vnicuique respondere. Enutriamini in sermonibus fidei. Exercetamini ad pietatem: corporalis enim exercitatio ad modicum est vtilis. Pietas autem est vtilis ad

Rom. 12. omnia habens promissionem vitæ, quæ nunc est, & futuræ. Qui fideles habent dominum ne contemnant, quoniam fratres sunt, sed magis seruiant, quoniam sunt fideles. Qui legitur, sit in simpliciate: qui præest, in studio: qui miseretur, in hilaritate: charitas non ficta, malum odio habentes, bono adhærentes, fraterna dilectione vestri inuicem amantes, honore vos inuicem prævenientes, studio non pigri, spiritu feruentes, Domino seruientes, spe gaudentes, afflictionem sustinentes, in oratione perseuerantes, hospitalitatem persequentes, vsibus sanctorum communicantes. Hæc pauca exempli causa, ex multis Scripturis percurrens Pædagogus, suis apponit pueris, per quæ, vt semel dicam, funditus euertat vitium, & circumscribitur iniquitas. Plurima autem alia præcepta quæ ad electas personas pertinent, in sanctis libris scripta sunt: alia quidem presbyteris, alia verò Episcopis, alia diaconis, alia autem viduis, de quibus fuerit aliud dicendi tempus. Multa autem etiam per ænigmata, multa verò per parabolas quoque possunt prodesse iis qui in ea incidunt: sed non est meum, inquit Pædagogus, hæc docere, sed magistro ad sancta verba exponenda opus habemus, ad quem nobis eundem est. Et iam quidem certe tempus est mihi quidem cessandi à pædagogia, vobis autem audiendi magistrum. [i] Cùm is autem vos excepto in bonis disciplinis eductos, edocebit eloquia. Rectè autem cecinit Ecclesia & sponsus qui est solus magister, boni patris bona voluntas, sapientia germana, sanctificatio cognitum. Et

1. Ioan. 2. ipse est propitiatio pro peccatis nostris, vt dicit Ioannes, qui medetur & corpori & animæ nostræ, proprio nempe homini, Iesus. Non solum autem pro peccatis nostris, sed etiam totius mundi. Et in hoc cognoscimus quòd ipsum cognouimus, si eius mandata seruemus. Qui dicit, cognoui ipsum, & eius mandata non seruat, mendax est, & in eo veritas non est. Qui autem seruat eius sermonem, verè perfecta est in eo Dei dilectio: in hoc cognoscimus quòd in eo sumus. Qui dicit in eo se manere, debet sicut ille ambulauit, ipse quoque ambulare. [k] O alumni beatæ pædagogiæ, impleamus pulchram Ecclesiæ personam, ad bonam matrem infantes accurramus, & si sumus sermonis auditores, beatam glorificemus agnominam, humanæ scilicet carnis susceptæ consilium, per quod tanquam à pædagogo quodam homo instituitur, sanctificatur autem tanquam Dei puellus, & in cælis quidem versatur, in terra institutus, patrem autem illic sumit, quem discit in terra. Omnia Verbum & salutem & docet, & instituit. Equus fræno ducitur, & taurus iugo, fera laqueo capitur: omnem verbo transformatur, quo feræ mansuescunt, inescantur natatilia, & attrahuntur volucres. Hoc Verbum equo frænum reuera construit, tauro iugum, feræ laqueum, pisci aundinem, aui laqueum. Hoc rempublicam gerit, agros colit, imperat, & est administer, & vniuersa fabricatur,

Hoc cælum, ac terram, maris æquoráque alta creauit,
Astráque quæ cælum pulchra vndique cuncta coronant.

O diuina opera! O diuina præcepta! Aqua hæc in seipsa fluctuet: hic ignis tam contineat: aër hic vagetur in æthere: terra autem & fixa sit & ferat. Quando ego volo hominem formare, elementa mihi sunt materia, vnà cum meo figmento habito. Si me cognoueris, ignis tibi seruiet. Tale ac tantum est Verbum. Hic est Pædagogus, mundi & huius opifex, & propter ipsum iam est mundi quoque Pædagogus, cuius iussu ambo constamus, expectantes iudicium. Neque enim furtiuum fert hominibus vocale verbum. Est verbum sapientia, vt ait Bacchylides. Irreprehensibiles autem, & integri, & inculpati Dei

Philipp. 2. vt dicit Paulus, filij, in medio generationis praue & peruersæ tanquam luminaria in mundo apparente. [l] Quod ergo restat, propter talem Verbi celebrationem Verbum precemur.



laudemus. Placare tuis, ô Pædagoge, pueris, pater auriga, Israël fili, & pater vnum amabo Dominè. Da nobis qui tua sequimur præcepta, vt impleamus similitudinem imaginis, & pro verbis sentiamus bonum Deum & Iudicem non acerbum: præstáque vt omnes qui in tua pace versamur, in tuam ciuitatem transferamur, & cùm vndas peccati absque fluctibus transuerimus, tranquilli cum sancto Spiritu conueniamus, & ineffabili sapientia nostra. Efficaces & interdiu ad perfectum vsque diem laudantes, gratias agamus, & laudemus vnum patrem, & filium: filium, inquam, pædagogum & magistrum, vnà cum sancto Spiritu, in quo vnus est omnia, in quo omnia, per quem omnia vnum, per quem est quod semper est, cuius membra omnes, cuius sunt gloria & secula, qui est vndiquáque bonus, vndiquáque pulcher, vndiquáque sapiens, vndiquáque iustus: cui gloria nunc & in secula seculorum, Amen. Quoniam autem Pædagogus nos duxit in Ecclesiam, ipseque sibi ipsi, Verbo inquam, quod docet, & omnia considerat, assidet, bene habuerit, si nos cùm in hoc loco siquam, ipse gratiarum actionis mercedem, pulchræ pædagogiæ conuenientem laudem Domino offeramus.

## COMMENTARIVS IN CAP. XII.

[i] *Eos verò ac quoque qui vxorem duxerunt.* In quandam veluti summam redigit reliqua quę restant ad optimæ vitæ pertractionem, eorum nonnulla sumens ex doctoribus humanæ sapientiæ, id est ex prophanis authoribus: maximam autem partẽ ex sacris Scripturis. Atque primum quidem præceptum quod tradit, pertinet ad Matrimonium. Dicit enim se consulere vt mariti non osculentur vxores coram famulis duabus de causis, nempe & quod id sit sit alienũ ab honestate matrimonij, & quod sit vitanda nimia familiaritas eorum, ne ea abutantur: nam familiaritas nimia parit contemptũ. Aristoteles quidẽ certe cuius *Aristot. in Oeconom.* non omnino probanda dicit esse authoritatem, dominos ne arridere quidem permittebat famulis. Atque vbique quidem obseruanda est honestas, maxime autẽ domi, vbi est honesta & moderata coniugatio temperantiæ, puta spirans voluptatem. Nam vt eleganter scribit Catullus, alloquens Hymenæũ Deum coniugij patrem,

*Nil potest sine te Venus*
*Fama quod bona comprobet*
*Commodi capere, at potest*
*Te volente. Quis huic Deo*
*Compararier ausit?*

Iubet dicit Clemens temperantiæ coniugationem, id est coniugium, puram spirare voluptatem, cum cum coniugium impura sit omnis voluptas, sed nec vllum maius capitur gaudium quàm ex honesta commotione viri & vxoris quæ virum diligit. Hoc significant versus quos citat ex tragœdia: sed nec au- [k] dacia, nec tragœdiæ meminit: suspicor tamẽ esse Euripidis. Eos citat Stobæus: in titulo Quod res optima sit matrimonium. Atque olim quidem libere licuit apud gentes indulgere libidini, comessationibus & conuentionibus & cæteris vitiis, cum id permitteret à patribus tradita consuetudo. Sed ea omnia præterierunt & exoluerunt, cũ Christus suo purissimo sanguine nos redemerit à paterna traditione, & limine sumerit quo distinguamur à prioribus peccatis, & cruci affixi & in veritate regenerati affligimur & sanctificamur & ornamur virtutibus. Hinc est quod Deus, cũ iusti simus, nos æquis aspicit oculis, & nostras audit preces, torue alioqui vultu aspiciens eos qui mala faciũt, id est irascẽs peccatoribus: *Psal. 33.* quod Hebræi & vultũ & irã significat. Quo fit vt nihil mali nobis possit accidere si bonũ sequamur. Bonus autem sequitur, qui Dei mãdatis obediens vitã agit ex virtute. Hinc existit bona educatio & institutio, quæ est perfectũ decorum, ex quo existit pulcherrima actionũ omnium inter se conuenientia. Hæc dicit Clemens se ideo asperius dixisse, quod malos homines corrigens eorum procuret salutem. Deinde admonet pædagogum libere arguentem & bonis terræ propositis ad salutem inuitantem. Hoc faciebat Pædagogus in veteri testamento, per bona terrena, & quæ sub sensum cadũt, erudiens hominẽ ad bona quæ cadunt sub intelligentiam, quæ vere bona sunt, quæquidẽ Deus præparauit iis qui ipsum diligunt. Bona enim terrena nõ sunt propriè bona, vt quæ per se nõ sint bona, sed per participationem illius quod est per se bonũ. Solus autẽ Deus est per se bonus & bonum, vt cuius sit simplex puráque & meta essentia nihil habens admixtum materiæ. Cætera omnia sunt bona per participationem, vt quæ non aliunde quam ex Deo habent quod bona sint. Ij ergo demum qui boni sunt & iusti, vere bono fruentur quando Deo, qui per se est bonus & bonum, nullą re terrena permistũ, fruentur. Magnum est ergo discrimen inter ea quæ bona dicuntur per participationẽ, & ea quæ verè sunt bona: vtrumque tamen bonum dicitur, sed proprie est bonũ, quod est vere bonum. Ea autem quæ vera bona sunt à nobis expetantur, tanquam [l] peculiarium actionum merces. *Quæcunque ergo sunt domi seruanda.* Transitorius ad præcepta quæ sumuntur ex Scripturis, dicit Pædagogum satis exposuisse quæ sunt domi seruanda, & quæ vitia corrigenda: nunc dicit sibi, vt solet Pædagogus dicere quibusdam pueris quæ discant antequam veniant ad magistrum, nuda quædã dare præcepta, quæ postea sunt exponenda à magistro, & se accõmodare peregrinationi, nempe vitæ præsenti. Atq; idem quidem est Pædagogus & Magister. Sed in via est Pædagogus, Magister autẽ est in gloria, vbi iis qui ad ipsum peruenerint, aperit & reuelat omnia diuinæ scientiæ arcana. Pædagogi autẽ

lex vult timorē ſoluere. Nam auferens terrorem pœnarum quæ inſligebantur à lege, liberum illum aut ſi mauis libertatē ſpiritus adducit ad fidem. Nam cum fides ſit ex auditu, cum auditū fuerit, quod credendum, libere & citra vllam vim ac neceſſitatem id fides ſuſcipit. Deinde inducit Pædagogus & multiplices ex lege, Prophetis & Pſalmis theſauros proferentē, omnia tandē præcepta vnde & cōprehendere, vt videre licet ex contextu qui eſt ſatis clarus, nec opus eſt aliquid addere. [1] *Præcepta eſt etiam diſtinctius adducenda.* Quidquid in lege præcipitur prophetis & pſalmis reduci poteſt ad duo præcepta. Pædagogus tamē ea in varia & multiplicia diſtinguit præcepta, vt ea propitius inueniuntur ex copioſa ſalute & ordinatione ſcripturarū. Nā quæcūq; ſcripta ſunt, ad noſtrā doctrinam ſcripta ſunt. Quo ſunt autem omnia magis ordinata in ſcripturis, eo promptius inueniuntur & nobis ſuppeditant ad noſtram pertinent ſalutem. Prima autē adducit præcepta Decalogi: eſt autem Decalogus ſimplex & vnius generis elementi. Nihil enim aliud ſignificat quā prohibitionem & circūſcriptionem peccatorum: nam ipſa etiā præcepta affirmatiua in ſe tacitam continent prohibitionem. Eam autem vocat ſalutem peccatorū appellationem. Nam cum ideo appellentur peccata vt vitentur, ea autem vitare ſit ſalutem ipſa peccatorū appellatio eſt ſalutaris quæ tendit ad ſalutem. Quod autem illud de Idolis præceptum referat Clemens, vt dicat, Idola non adorabis, ſatis innuit, nō ob aliud à Deo prohibitum fuiſſe ſcilicet quā ne adorarentur. Quanto magis autem licet Chriſtianis in Eccleſiis habere imagines, quibus ſi non habetur honor is totus refertur ad prototypum? Quod autē inter Decalogi præcepta recenſet illud, ἀφηβηρόεσ, id eſt, pueris ſtuprū non afferes, hoc fortaſſe ideo facit, quod cum nomine adulterij coniungatur omnis illicitus & nefarius concubitus, eū duxit referendum ad Decalogum, qui alibi diſertim prohibetur, propoſito etiam mortis ſupplicio, tam ei qui agit quam ei qui patitur. [2] *Pertinent autem & ea etiam per Eſaiam.* Sequuntur aliquot alia præcepta. Primum eſt quod ſimul cōiungit orationem & opera. Ita etiam cōiunguntur ea in actibus Apoſtolorū. Dicit enim Angelus Cornelio Centurioni: Orationes tuæ & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriam in cōſpectu Domini. Si autem ſimul cōiungātur orationes & bona opera, vtpote eleemoſynæ & reliquiæ bonæ & piæ operationes, ex iis iuſtus percipitur quod mox exaudiuntur à Deo preces, vt teſtatur Eſaias. Cuius pulcherrimā expoſitionem habes apud Diuum Hieronymum in commentario in Eſaiam. [3] *Curnam mihi ſecundetis, ait Dominus.* Poſtquam retulit præceptū de oratione & bonis operibus ex eodem Eſaia affert præceptū de ieiunio. Ne quis autem exiſtimet à Deo per Eſaiam reprobari ieiunio, videat quid dicat Hieronymus in huius loci interpretatione. Non quærit Deus afflictionē ſolam, & humiliationē animæ per iniuriam corporis: vtpote circuli torqueat corpus, & colla ſubmittat ac triſtis incedat, iuxta illud quod in pſalmis dicitur. Afflictus & cōturbatus ſum vſq; ad finē: tota die contriſtatus incedebā. Nec vt lacco quis veſtiatur, & in cinere dormiat, quod de Dauid & Achab legimus: ſed vt cum iſtis hæc faciat quæ ſequuntur. Alioquin & Aſtolus frequenter ieiunare ſe dicit: & Dominus, cū ſponſus à diſcipulis ſuis fuerit ablatus, docet innaturos, & in pſalmis pœnitens loquitur; Manducaui ſicut cinerē panem meum, & potum meum cum fletu miſcebam: & cum mihi moleſti eſſent induebar cilicio. Ex quo diſcimus, hęc primum facienda quæ dicit Dominus, & non alia prętereunda. [4] *Quid mihi multitudo ſacrificiorum veſtrorum.* D. Hieronymus exponens hunc locū ſic ſcribit; Hoſtiæ & immolatio victimarum non principaliter à Deo quęritur, ſed ne idolis offerentur, & vt de carnalibus victimis quaſi per typum & imaginem ad ſpiritalem hoſtiam tranſiremus. Dicendo autē ſe hoſtias non quæſiuiſſe, oſtendit quod lex ſpiritualis ſit: & omnia quæ fiunt carnaliter faciūt, à nobis impleri ſpiritualiter. Hæc Hieronymus. Deus ergo nō requirebat ſacrificia quā eis ſibi opus eſſet: ſed eos auertens à cultu idolorum, ea malebat ſibi offerri quam falſis Dęmonibus, maxime cū illa ſignificarent illam vnicam corporis Chriſti hoſtiam, quæ abrogatis omnibus veteris legis ſacrificiis Deo quotidie offertur, de qua dicit Dominus apud Malachiā Prophetam. A Solis vſque ad occaſum magnū eſt nomen meū in gentibus, & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda. Quod de Euchariſtico noſtro ſacrificio neceſſariò intelligitur. Sacrificia enim quæ non proprie ſed metaphorice ſunt ſacrificia, cuiuſmodi ſunt oratio quæ & dicitur hoſtia laudis & fructuſq; labiorum & beneficentia ac communio, ſi cum veteris legis conferantur ſacrificiis, ſunt omnia: ſin cū vnico noſtro Chriſti ſacrificio, non plus habent munditiæ quā quantum ab eo mundantur. Peccata enim ille & immaculatus Chriſti ſanguis mundat omnes bonas noſtras operationes & recta facta. Vnde *terea de patientia.* De multis multa congerit præcepta quæ ſumpta ſunt ex ſcriptura. Ex eius autem ſcriptoribus ſumenda eſt eorū interpretatio, ne ſimus prolixiores. Quod autem citat ex Pindaro, in nullo habemus Pindari nō inueniuntur. Eius autem videtur hic eſſe ſenſus, Dicit quidem ſcriptura: Quæcunque in oratione credentes petierint, accipient. Quod ita eſt intelligendū ſi in nomine Domini petierint. Hoc eſt ſi & ea quæ petierint digna ſint quæ à Deo dētur, & vtilia iis qui petierint. Pindarus autē dicit nihil eſſe fide dignū, id eſt nihil credibile quod merito poſſint credere ſibi eſſe euentura. [5] *Verū autem tradita ſit per Apoſtolos puerilis inſtitutio.* Hæc omnia ſumpſit Clemens ex Epiſtolis, quæ quidem ſunt Pędagogū apponere ſuis pueris ad vitæ inſtitutionem. Ea autem præcepta dicit ſe ponere velut ſemine, quod ea primū tradita ſint ab Apoſtolo, ab Eccleſiaſticis Doctoribus poſtea tuliſſe declinata. Ipſum autem ſemen ipſum rerum principium. Eorum autem expoſitio eſt petenda ab iis qui ipſa exponunt. [1] *Cum ſis autem vos exceperit.* Puerum qui à Pędagogo didicit bonos mores, & bonas diſciplinas, docet magiſter excellentiora dogmata. Eſt autē idem Pædagogus & Magiſter: ſed quatenus quidem in bonis inſtituit moribus & diſciplinis, eſt Pædagogus: quatenus autem perfectiorem docet Philoſophiam eſt Magiſter. Et eſt quidē Chriſtus ſolus Magiſter, ſed ſponſam habet Eccleſiam, quæ ab ipſo accepit canticum pulchrum & numeroſum canticum. Et ideo rectè dicitur canere, non rectè cantatura ſi canticum ab alio acceperit. Sed quis eſt hic ſponſus? Eſt Deus Verbum, Deus inquam, Dei filius, cuius eadē eſt voluntas & ea dem ſapientia quæ patris: nec mirū cum ſit vna & eadem vtriuſque eſſentia, hypoſtaſi tamen diſtincta, vtpotè quod pater ſit pater & nō filius, & filius ſit filius, non pater. Eſt etiam ſanctificatio cognitionis



Omnis enim ſcientia & cognitio eſt prophana quæ eſt à Chriſto aliena, qui in ſe habet abſcōſos omnes Coloſſ. 2. theſauros. Et certe & cum non ſit ſcientia niſi eius quod verē eſt, quòd τὸ ὂν id eſt ens dicitur, Chriſtus autem vere eſt id quod eſt, non eſt vera ſcientia niſi quæ eſt in Chriſto. Ipſe quoque eſt propitiatio pro peccatis non ſolum noſtris, ſed etiam totius mundi. Ideo enim ſe exinaniit, & ſerui formā accepit homo factus, vt pretioſiſſimo ſuo ſanguine offenſum Deum placaret. Non placatur autem niſi eū cognoſcimus. Non cognoſcitur autem niſi diligamus. Non diligimus autem niſi eius mandata ſeruemus. [1] *O alumni beatæ pædagogiæ.* Conuertit ſermonem ad pueros à pædagogo inſtitutos, quos hortatur vt impleant perſonam eccleſiæ, id eſt, ſint ex numero filiorum eccleſiæ, & ita eam reddant omni ex parte perfectam & abſolutam, cum ab ea non deficiant, ſed tanquam pueri ad matrem accedant, & cum ſint Pauli auditores, carnis à Verbo ſuſceptæ glorificent diſpenſationem per quam tanquam à pædagogo humanitentur, & in ſancto baptiſmi lauacro & veneran di corporis Domini eſu ſanctificatur, & dum in terris eruditur, ſurſum eor erigens in cœlis verſatur: illic patrem accipiens quem diſcit in terra dum Prou. 18. docetur orare. Deinde excurrit in laudes Verbi, quod facit, docu & inſtituit omnia, & cui cuncta quæ ſa- cramenta accepta debent ferre non ſolum homines, ſed etiam beſtiæ. Poſtremo exclamando admirans diuinam operā, inducit ipſum Verbum ſolo iuſſu creans elementa ſuis qualitatibus & proprietatibus prædita, & ex elementis, quibus vtitur tanquam materia, formans homines. Deinde dicit ſe habitare cum ſanctis ſuis, id eſt cum homine quem finxit: Eius enim delitiæ ſunt eſſe cum filiis hominum. [2] Deinde velut extremum colophonem imponens verbi laudibus, concludit eum eſſe & hominis & mundi profectorem opificem & pædagogum: cumque per ipſum, nempe eius iuſſu verſque conſtet, fore vt & hic mundus ab ipſo iudicetur. Eſt enim iudicaturus viuos & mortuos, & cum per ignem diſſoluta tota hæc mundi huius machina, cœlum nouum & terra nona eſt ab ipſo reformanda. Porrò autem ne quis exiſtimet eius iuſſum eſſe verbum vocale, id eſt ſonum quempiā factum ex percuſſione aëris, dicit Baccheum congruenter ſacræ Scripturæ dicere verbum eſſe ſapientiam, quam conſtat eſſe incorpoream. Cum autem tale ſit noſtrum Verbum, atque adeo ſit ipſa lux mundi, dicit dandam eſſe operam, vt nos tanquam filij immaculati luceamus tanquam ſuminaria in medio malorum, nempe infidelium. [1] *Quod vero ſit propter talem Verbi celebrationem.* Poſtquam verbum celebrauit laudibus, confert ſe ad orationē, hortanſque pædagogum vt ſuis pueris ſit propitius, concedatque vt impleant ſimilitudinem imaginis, & dum in vita ſic ita gerant, vt oſtendant ſe non fruſtra eſſe factos ad Dei imaginem, cum eam factis exprimant, & vita præſente tranquille peracta, peccatorum non obruti fluctibus, ad portum beatitudinis, id eſt ad vitam æternam perueniant, & ad ſupernam tranſlati Hieruſalē quæ eſt ciuitas pacis, gratias agentes habeant patrem & filium cum ſancto Spiritu, qui eſt vnus Deus, & in quo omnia vnum ſunt, & per quem ſunt omnia. Nihil enim eſt in corporibus quod non ſit ipſe Deus, vt dicit Patmenides, & Mercurius Trimegiſtus, & Orpheus in ſuis carminibus. In eo quoque omnia ſunt vnum, & per eum ſunt omnia, vt qui omnia creauerit, & creata omnia ſua prouidentia regat & adminiſtret. Per eum quoque eſt quicquid per eſt. Solus enim Deus eſt æternus, & quæcunque orta occidunt, ab eo habent quod per ſucceſſionem ſemper ſunt. Nam quidquid eſt, non aliunde habet quod ſit, quam ab eo quod ſemper eſt. Id autem eſt Deus, qui eſt mera eſſentia & purus actus. Eius membra ſunt omnes. Nam cum ſit ipſe & omnia & totum quo ſit vt ab eius eſſentia omnes pendeant, non abs re dici poſſunt omnes quodammodo eius membra. Dei quoque eſt gloria & ſecula. Nam ſi gloria dicitur is honor qui datur pro virtutibus & vbique bene geſtis, omnes autem virtutes à Deo emanant, & abſque Deo nihil rectè & ex virtute geritur: eius certe eſt quod ab ipſo datur. Nemo enim dederit quod non habet. Dei quoque ſunt ſecula quod Græcè eſt αἰῶνες, quodquidem vocabulum non exprimit ſeculum. Nam quantumuis magnum ſit ſeculum, ſiue id ſit centum ſiue etiam mille annorum, id eſt certi temporis ſpatio conſtitutum: Deus autem eum & ſit ante tempus, & nec ſit nec vnquam fuerit in tempore, quod à Dei dependet æternitate, quam dici poteſt eſſe, fuiſſe autem aut futuram eſſe minime, ſi ſpectetur accurata & exacta ratio vocabuli, vere καὶ εἰ αἰεὶ, id eſt ſemper, αἰὼν dicitur, quod æuum potius dicendum eſt quā ſeculum. Si ergo Deus ſpectetur, quæcunque & ante tempus fuerunt ſpatia, ſi ſpatia dici poſſunt in quæ non cadit diuiſio temporis, & quæ poſt tempus ſunt futura, ea ſunt αἰῶνες, non ſecula, vt quæ ſint æternitatis, non temporis, & quæ eſſent nihilo ſecius, etiamſi non eſſet tempus, quod αἰὼν quidem, ſeu æuum imitatur, non eſt autem αἰὼν. Porrò autem ſi gloria eſt honor qui datur pro virtutibus & meritis, beatis autem qui in regione viuentium danda eſt æterna gloria, quæ non eſt aliud quam ſemper frui Dei viſione & contemplatione quod eſt ſummum bonum & perfecta fœlicitas, an nō verè dicitur eos id aſſequi quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit? Hic magnopere videtur eſſe expetendum, eſſe bonum, eſſe pulchrum, eſſe ſapientem, eſſe iuſtum. Cum verò ſit Deus ipſum per ſe bonum, ipſum per ſe pulchrum, ipſum per ſe ſapiens, ipſum per ſe iuſtum, id eſt ipſa bonitatis, pulchritudinis, ſapientiæ, & iuſtitiæ idea & exemplar archetypum, quam non felicitatem & beatitudinem ſuperat eius ita frui contemplatione & viſione, & ei ita adhærere, vt eius participatione ineffabili quodammodo dij efficiamur, & cum ipſe ſit omnia in omnibus, nos quoquere vera in eo ſimus? Hæc eſt omnium bonorum ſumma & rerum bonis propoſitus ſcopus, ad quem ſunt dirigendæ omnes noſtræ cogitationes, omnia conſilia, omnes actiones & opera. Eo ſi peruenerimus, nihil erit amplius quod ne ſi velimus quidem amplius, deſiderare poſſimus. In eo enim eſt abſolutiſſimus & accumulatiſſimus omnium bonorum theſaurus: quem nobis det cōſequi, gratia & benignitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, cui cum Patre & ſancto ſpiritu ſit gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

# HYMNVS CHRISTI SERVATORIS A SANCTO CLEMENTE COMPOSITVS, è Græco de verbo ad verbum versus.

*Frænum pullorum indocilium,*
*Penna volucrum non errantium,*
*Verè claue infantium,*
*Pastor agnorum regalium,*
*Tuos simplices*
*Pueros congrega,*
*Ad sanctè laudandum,*
*Syncerè canendum*
*Ore innoxio*
*Christum puerorum ducem.*
*Rex sanctorum,*
*Sermo, qui domas omnia,*
*Patris altissimi,*
*Sapientiæ rector,*
*Laborum sustentaculum,*
*Æuo gaudens,*
*Humani generis*
*Seruator Iesu,*
*Pastor, arator,*
*Claue, frænum,*
*Penna cælestis*
*Sanctissimi gregis.*
*Piscator hominum,*
*Qui salui fiunt.*
*Pelagi vitij*
*Pisces castos*
*Vnda ex infesta*
*Dulci vita inescans,*
*Sis dux ouium*
*Rationalium pastor*
*Sancte, sis dux,*
*Rex puerorum intactorum.*
*Christi vestigia,*
*Vita cælestis,*
*Verbum perenne,*
*Æuum infinitum,*
*Lux æterna,*
*Fons misericordiæ,*
*Operator virtutis,*
*Honesta vita,*
*Deum laudantium, Christe Iesu.*
*Lac cæleste*
*Dulcibus vberibus*
*Sponsæ Gratiarum*
*Sapientiæ tuæ expressum,*
*Infantuli*
*Ore tenero*
*Enutriti,*
*Mammæ rationalis*
*Roscido spiritu*
*Impleti,*
*Laudes simplices.*
*Hymnos veraces,*
*Regi Christo,*
*Mercedes sanctas*
*Vitæ doctrinæ,*
*Canamus simul.*
*Canamus simpliciter*
*Puerum valentem,*
*Chorus pacis,*
*Christo geniti,*
*Populus modestus.*
*Psallamus simul Deum pacis.*

FINITA oratione, & simul cum ea toto Pædagogi libro finito, qui suis quæ vidimus præceptis puerum deduxit in Ecclesiam, ipse autem sibi, id est Verbo assidet, idem enim est & Pædagogus & magister Verbum: Clemens hic Deum censet laudandum & pro bona pædagogia ac disciplina ei agendas gratias. Hunc itaque hymnum composuit, in quo rogat Pædagogum, ipsum scilicet Verbum, vt pueros congregati, quasi bonæ doctrinæ mercedem hymnum Deo canant, & ei agant gratias. In hoc autem hymno vbi ipsum alloquitur Verbum, sunt multa vocabula metaphorica, vel potius allegorica, vt cum dicat frænum, pennam, clauum, aratorem, piscatorem, & aliquot eiusmodi alia, quæ cum à diligentioribus & attentioribus lectoribus satis facile possint intelligi, non est quod in iis explicandis diutius immoremur. Hic ergo erit finis nostri in Pædagogum Commentarij, pro quo, si non Pædagogo, ad eius tamen opus, primo Præceptori & redemptori nostro, non quam possum maximas egero gratias, quod eius opus, primo exhortatoria ad gentes, & tres libri Pædagogi sint multo dilucidiores, merito sim censendus maximo ingratissimus. Tibi ergo Christe quam maximas ago gratias, rogóque vt ad interpretandum multiplex & varium opus Stromatum, ad quod nunc accingor, tui sancti Spiritus auxilium non deneges, efficiasque vt pio lectori mea opera non sit ingrata nec inutilis. Amen.

CLEMENTIS



# CLEMENTIS ALEXANDRINI STROMATVM LIBER PRIMVS.

## DEEST PRINCIPIVM.

* * * * * *

Vt ea sub manu legas, & ea seruare possis. [a] Verum autem ne omnino quidem, an est aliquibus permittendum scribere? & si prius quidem, quis est vsus literarum? sin autem aliorum, aut viris bonis, aut iis qui non sunt eiusmodi. Ridiculum quidem certè fuerit, eorum qui sint boni ac studiosi scriptis repudiatis, eos qui tales non sunt componentes admittere. Sed Theopompo quidem & Timæo, qui fabulas & maledicta componunt, præterea autem Epicuro quoque qui est princeps & author impietatis, quineriam Hipponacti & Archilocho tam turpiter scribere concedendum est, ei autem qui veritatem prædicat, prohibendum est posteris vtilitatem relinquere? [b] Pulchrum autem & honestum esse existimo, in etiam qui postea sunt futuri, bonos filios relinquere. Atque filij quidem corporum, animæ autem fœtus sunt orationes. Iam Patres eos dicimus qui nos catechesi instituerunt. [c] Philosophia autem, est humana, & se lubenter communicat. Dicit itaque Solomon: Fili, Prou. 2.
si susceperis præcepti mei dictionem apud te absconderis, exaudiet sapientiam auris tua. Sermonem qui seminatur, in eius qui discit anima abscondi dicit, tanquam in terra: & hæc est plantatio spiritualis. Vnde etiam infert: & applicabis cor tuum ad intelligentiam, applicabis autem ipsam ad admonitionem filio tuo. Anima enim animæ, & spiritus spiritui expeditus, per sermonis seminationem id quod deiectum est augent & viuificant: filius autem est, quisquis erudiuntur, ex eo quod ei qui eum erudit, obediat. Fili, inquit, præceptorum meorum ne obliuiscaris. [d] Quòd si non omnium est cognitio, asinus ad lyram, vt ij dicunt qui proverbijs vtuntur, multis sunt quæ scripta sunt. Sues quidem certè magis delectantur luto quàm aqua munda. Propterea, inquit Dominus, loquor eis in parabolis, quod videntes non vident, & audientes non audiunt, & non intelligunt: non quòd eis Dominus præbeat ignorationem, sic enim sentire est nefarium, sed quòd eam quæ inerat, Prophetiæ arguerit, & ea quæ dicebantur, non esse intellecturos indicarit. [e] Iam autem cernitur ipse Seruator, qui ex redundanti copia, pro eius qui accipit viribus, quæ ex exercitatione seruis augetur, facultates distribuerat, reuersus cum eis rationem ponere, quando iis quidem qui eas pecunias auxerant, qui in modico fuerant fideles, exceptis, eos supra multa constituturum pollicitus, in Domini gaudium iussit ingredi: ei autem qui pecuniam ad fœnerandum crudam occultauerat, & eam ipsam quam acceperat absque vllo emolumento reddebat, Serue, inquit, nequam & piger, oportebat te pecuniam meam dare numulariis, & ego veniens meam recepissem. Propter hæc seruus inutilis iniicietur in tenebras exteriores. Tu ergo fortis esto, ait quoque Apostolus, in gratia quæ est in Christo Iesu, & quæ audisti à me per multos testes, ea committe fidelibus hominibus, qui quidem idonei erunt alios quoque docere. Et rursus: Stude teipsum Deo probum exhibere operarium, inconfusibilem, rectè tractantem verbum veritatis. [f] Si ergo ambo verbum prædicant, hic quidem scripto, ille vero voce, quomodo non sunt ambo admittendi, qui efficiunt vt fides operetur per dilectionem? A culpa autem eius qui quod est optimum non elegit, Deus est prorsus alienus, & omnino eius causa. Iam verò illorum quidem munus est verbum fœnerari: horum autem, probare, & aut accipere, aut non. Iudicium autem in ipsis iudicatur. [g] Sed prædicandi quidem scientia quodammodo est Angelica, vtrouis modo iuuans, seu per manum, seu per

Matth. 13.
Luc. 19.
1. Tim. 2.
ibidem.

linguam operetur: quoniam qui seminat in Spiritum, de Spiritu metet vitam æternam. Quod autem bonum est facientes, ne simus pusillo & abiecto animo. In eum quidem cerni qui diuina prouidentia in eam inciderit, conferri ea quæ sunt maxima, principium fidei, vtæ rectè instituendæ promptum & alacre desiderium, veritatis appetitionem & ad eam incitationem, motum inquisitionis, vestigium cognitionis, & vt rem in pauca conferam, dat materiam & occasionem salutis. Qui autem in verbis veritatis germanè & sincerè sunt educati accepto vitæ æternæ viatico, sublimes in cælum feruntur. Valde itaque necessariè dicit Apostolus: Semper vos exhortentes vt Dei ministros, vt pauperes, multos autem ditantes: vt nihil habentes, & omnia possidentes. Os nostrum apertum est ad vos. Testificor autem, inquit scribens ad Timotheum, coram Deo & Christo Iesu, & electis Angelis, vt hæc custodias absque præiudicio, nihil faciens in alteram partem declinando. [h] Necesse est ergo vtrosque probare seipsos: illum quidem an dignus sit qui dicat & mandata relinquat: hunc verò, an iure possit audire & legere. Etiam Eucharistiam cum quidam vt mos est diuiserint, permittunt vnicuique ex populo eius partem sumere. Ad accurate enim, perfectèque eligendum ac fugiendum, optima est conscientia. Firmum autem eius fundamentum, est recta vita, cum ea quæ conuenit doctrina: & sequi alios tam probatos & qui se rectè gesserunt, optimum est, & ad veritatem intelligendam, & adsequenda mandata. Quamobrem qui comederit panem & biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini. Probet autem homo seipsum, & sic de pane edat & de calice bibat. Consequens est ergo, vt qui vt proximis prosit curam suscepit, tum sideret, nunquid audacter ac temerè, & aliqua in aliquos ductus æmulatione, ad docendum profuerit: num gloriam aucupetur eius verbi communicatio: num hanc solam accipit mercedem, eorum qui audiunt salutem: num loquendi ad gratiam, sordidumque auptorum munerum criminationem effugerit, qui per literarum monimenta loquitur. Nunquam enim in sermone adulationis fuimus, sicut nouistis, inquit Apostolus, neque in pretextu auaritiæ, Deus testis, neque quærentes gloriam ab hominibus, neque à vobis, neque ab aliis, cùm possemus esse oneri vt Christi Apostoli: sed fuimus mansueti in medio vestri, tamquam nutrix foueat filios suos. Eadem autem ratione eis quoque qui sunt diuinorum verborum participes, obseruandum est, num nimium curiosi animi vitio inducti, tanquam verbium ædificia visuri, ad id accedant, num veniant vt sint rerum secularium participes, cum audierint eos qui sunt Christo consecrati, ea quæ sunt ad victum necessaria liberaliter communicare. Sed sunt ij quidem hypocritæ, & ideo mittantur. Si quis autem non videri iustus, sed esse velit, oportet vt optima is sit conscientia. Si est ergo messis quidem multa, operarij verò pauci, reuera orare oportet vt maximè sit plurium operariorum copia. [i] Est autem duplex agricultura: vna quidem quæ scriptis non continetur, altera verò quæ continetur. Vtrouis autem modo Domini operarius præclarum frumentum seminauerit, & spicas auxerit & messuerit, verè diuinus apparuerit agricola. Operamini, inquit Dominus, non cibum qui perit, sed qui manet in vitam æternam. Sumitur autem nutrimentum & per cibos & per verba: & reuera beati sunt pacifici, qui eos qui in hac vita & errore ab ignoratione oppugnantur, contraria docendo transmouent, & ducunt ad pacem quæ est in Verbo & vita quæ est ex Deo, & eos qui esuriunt iustitiam, panis distributione nutriunt. [k] Sunt enim etiam animæ propria habentes nutrimenta, & aliæ quidem augentur per agnitionem & scientiam, aliæ verò per Græcam pascuntur philosophiam, cum quomodo nucum, non est quidquis esculentum. Qui autem plantat & irrigat, cum tum qui auget sint ministri, in ministerio vnum sunt. Vnusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum proprium laborem. Dei enim sumus cooperatores, Dei agricultura:



Dei ædificatio estis, vt ait Apostolus. [l] Neque verò permittendum est auditoribus vt ex comparatione faciant probationem: neque verbum tradendum est examinandum iis qui sunt educati in artibus omnis doctrinæ generis, & inflatorum argumentorum viribus animum iam habent præoccupatam, & nondum exinanitam. Qui autem ex fide conuiuari poterit, is ad diuinorum verborum susceptionem firmus est & stabilis, vt qui iudicium quod bona nititur ratione habeat, nempe fidem. Eum autem hinc ex redundanti copia sequatur persuasio. Hoc itaque erat illud propheticum: Nisi credideritis, non intelligetis. Deus ergo tempus habemus, operemur bonum, maximè autem apud domesticos fidei. Vnusquisque autem eorum ex beati Dauidis sententia psallat gratias agens: Asperges me Domine hyssopo & mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor. Auditam mihi facies lætitiam, & exultatione exultabunt ossa humiliata. Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis. Ne proiicias me à facie tua, & spiritum sanctum tuum ne auferas à me. Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me. [m] Atque qui ad præsentes quidem dicit, & tempore probat, & iudicio iudicat, & discernit ab aliis eum qui potest audire, obseruans verba, mores, consuetudines, vitam, motus, habitus, aspectum, sermonem, triuium, petram, viam quæ conculcatur, terram fertilem, & sylue scentem, & regionem bonam ac feracem, & quæ colitur, & quæ potest multiplicare sementem. Qui autem per literarum monimenta loquitur, apud Deum* sacramenti religione obstringitur, hæc in scriptis vociferans: Nec lucri gratia, nec inanis gloriæ causa, non vinci ab affectione, non quæstui seruiens, vt non offerri voluptate, sed eorum qui legunt sola frui salute, cuius nec est in præsentia pars tanta, sed spe expectat eam quæ omnino reddenda est retributionem ab eo, qui operariis est pollicitus se redditurum mercedem pro meritis. [n] Sed nec eum qui in virorum numerum est adscriptus, oportet desiderare remunerationem. Non enim qui sua beneficia iactauit, propter gloriationem accepit retributionem. Qui autem eorum quæ oportet aliquid facit propter remunerationem, aut vt rectè operans studens recipere, aut vt maleficus pœnam vitans, an non mundana tenetur consuetudine? Oportet autem Dominum, quoad eius fieri potest, [o] imitari. Is autem fuerit qui Dei voluntati inseruit, qui cùm gratis acceperit, dat gratis, satis magnam recipiens mercedem, ipsam vitæ institutionem. Non ingredietur autem, inquit, in sanctimoniales meretricis. Porrò autem prohibitum est offerre altari pretium canis. Cui autem mala educatione & doctrina obtusus est animæ oculus, vadat ad propriam lucem, ad veritatem, quæ in scriptis ea quæ non sunt scripta indicat. Qui sitis, ite ad aquam dicit Esaias. Et bibite aquam de vasis vestris, monet Solomon. [p] Plato itaque qui est ex Hebræis philosophus, iubet agricolas non irrigare, neque aquam ab aliis sumere, nisi cùm prius apud se fuderint vsque ad terram, quæ virginalis dicitur, terram aridam & aquæ expertem inuenerint. Inopiæ enim non succurrere, non iustum est: ocio autem ac socordiæ viaticum suppeditare, minimè est honestum: etiamsi onus quidem simul imponere rationi esse consentaneum, simul autem portare non conuenire dicebat Pythagoras. Simul autem accendit scriptura agnitionis animæ, & conuenientem oculum dirigit ad contemplationem, fortasse quidem aliquid etiam immittens, vt is qui inserit agricola, id autem quod ineſt excitans. Multi enim in nobis, et diuina Apostoli sententia, sunt infirmi & imbecilli, & dormiunt multi. Si autem nos ipsos iudicaremus, non diiudicaremur.

# GENTIANI HERVETI AVRELII, RHEMENSIS CANONICI, IN CLEMENTIS ALEXANDRINI Librum I. Stromatum.

## COMMENTARIVS.

*Euseb. lib. 5. cap. 11. Niceph. lib. 4. cap. 32.*

HVIVS operis titulus est, Clementis Alexandrini Stromata. Quisnam autem fuerit Clemens, licet videre, & apud Eusebiū Cæsariēsem in historia Ecclesiastica, & apud Nicephorum Callisti. Inscripsit autē hoc opus στρώματα, id est stragula, à varietate eorum quæ in eo scribuntur, sicut etiam cōtexuntur stragulæ vestes ex pannis diuersorū & variorum colorū. Vocantur etiam à Græcis quidem στρώματα, à Latinis verò Centones, vestes ex diuersis coloribus cinatæ ex variis panniculis, & nonnūquam etiam ex multiplicibus & diuersis coloribus. Hinc denominata sunt Centrones vel Centones, carmina ex variis vel versibus, vel versuum fragmentis contexta. Cuiusmodi sunt ὁμηροκεντρώνες, & Vergiliocotes Probæ mulieris, & Centon nuptialis Ausonij. Cur autem hoc opus vocarit στρώματα, pulchrè docet Nicephorus, paucis totū argumentum exponēs. Contextorum inquit libris (ita enim vocat στρώματα,) non solū pleraq; ex diuinis literis sumit & contexit, verumetiā si quid apud Græcos est scitu dignum affert. Et simul Græcorum atq; barbarorum somata, nec non falsò nominatæ scientiæ, Hæresiarcharū & Philosophorum opiniones explicans, multaq; omnis generis doctrinæ ex ipsis libet institutionem. Quapropter ex varietate materiæ motiū illum sortiti sunt inscriptionem, &c. Hi ergo libri appellati sunt στρωματεῖς, & ipse quoque ex his libris appellatus est στρωματεύς. Ex quo facile intelligitur quanta sit horum librorum excellentia. Nam cum multa eaq; præclara scripserit, ex nullo alio cognomentum est adeptus. Dolēdum est autem huic operi deesse principium: quod si nō deesset, facilius intelligi posset vniuersus contextus, & qua institutā prosequitur methodus. Sed quoniam id periit iniuria temporis, danda est opera vt quæ sequuntur eo fieri poterit facillime & clarissime explicentur. Ad id quidem quod primum occurrit, nempe vt tales manū legas & eas seruare possis, cùm quid præcesserit ignoretur, quid sibi velit non potest diuinari.

*Calum. Rhodig. 10. cap. 28.*

[a] VTRVM *autem ne omnino quidem.* Scripturus Clemens Stromata, ne temere videatur scribere, primum proponit quæstionem: An non sit omnino scribendum, an verò sit aliquibus permittendū scribere. Et primū quidem scribendum esse statuit, alioqui futurum vt literæ sint inutiles. Quod & est scribendum, & est aliquibus permittendū scribere: eis potius est permittendū qui veritatem prædicent. sunt vtilitatem relicturi posteris, quā historicis fabulosis & maledicis, Philosophis impijs, & Poetis obscœnis. Fabulosus autem historicus fuit Theopōpus & maledicus, cum quidem certe & in maledicentia cōparat Plutarchus cum Herodoto, præfert tamen Herodotū. Fuit etiam Timæus, de quo hic loquitur, historicus adeò cōtumelios us, vt conuiciatoris & obtrectatoris cognomē ei inualeptus. Porrò autem impiū fuisse Epicurum, atq; adeò autorē impietatis nemo est qui nesciat, qui eum & Deos hominibus adeò similes statuere, vt omnem tollat diuinitatē. Hipponax autem & Archilochus non solū fuerunt in Iambicis versibus scribendis truces & sæui, sed etiā in maledicendo turpes & obscœni. [b] *Pulchrum autem & honestum esse existimo.* Pulchrum esse & honestum scribere ex hac parte, quod scripta sint veluti quidā filij & fœtus animę. Nam vt ex corporibus gignūtur filij, ita ex animo quæ scriptis mandantur, quæ quidē vocat orationes: Græcè autem est λόγοι. Cum sit autem duplex λόγος, nēpe & internus, quē vocant ἐνδιάθετον, qui Latinè dicitur ratio, & externus qui dicitur προφορικός, id est qui profertur, is λόγος Latinè dicitur oratio: Dicitur autē oratio, & quæ dicitur, & quæ scripta manet. *Iam patres eos dicimus, qui nos catechesi instituerūt.* Ne videatur nouum & alienum aliquid dicere, quod de scriptis mādantur filij & fœtus appellētur, dicit non solū scripta appellari filios & fœtus animi, sed etiam quoq; ipsos dici filios eorum qui nos instituerunt, nempe eos à quibus fidem quæ est ex auditu accepimus, cùm essemus Cathecumeni, à voce enim resonāte dicuntur Cathecumeni. Patres autem appellantur, qui nos catechesi, id est quæ per vocē fit, institutione Christo genuerūt. Ita loquitur Apostolus dicens, Per Euangeliū ego vos genui, &, Obsecro te pro meo filio quē genui in vinculis Onesimo, qui mihi enim in vinculis in fide īstituerat. Neque verò solū gignendi vtitur vocabulo in iis quos ipse docendo instituit, sed etiā in iis qui prius instituti quæ didicerant dedicerant & rursus erant instituendi, vtpote verbum parturiendi. Ita enim scribit ad Galatas; Filioli, quos iterū parturio, donec formetur Christus in vobis. [c] *Philosophia autē est humana.* Quoniam dixit eos qui nos catechesi instituerunt esse patres nostros, vt qui nos Christo gignāt, nunc docet, quomodo fiat hæc generatio. Sapientia, inquit, est humana & facile cōmunicatur. Sapientiam appellat bonam eius qui docet doctrinā. Ea est veluti semen quoddam abscōsum in anima eius qui discit, vt quod sit per sermonem deiectum in animā, anima amplulata, & spiritus spiritui, non secus atque semine deiecto in matricem per rationes seminales, agnoscat & viuificatur fœtus. Hæc est autem spiritualis seminatio & plantatio, ex qua qui per sermonem doctore generatur, fit eius qui seminat, nēpe Doctoris, filius. Filius autem est ex eo quod ei qui iubenti paret obedit. Nisi enim obediat, cor suum non applicat ad intelligentiam, & cum corū quæ audiuit non percipiat, fit vt vel semen quod per sermonē seminatur, non cōcipiatur, aut non multo post euanescat. Semen enim non semper concipitur, & conceptum non semper retinetur. Ex cōceptione autem & attentione seminis fit spiritualis generatio, quæ est cognitio. Non est autem omnis cognitio. Nec omnes semen concipiunt & retinent. Ex eo ergo infert Clemens. [d] *Quod si non omnium est cognitio.* Proverbia sunt apud Græcos prouerbia, ὄνος λύρας, & ὄνος πρὸς σῦκα, id est, Asinus ad lyram, & asinus ad ficus, quæ significantur indociles & qui minime sunt apti ad ea intelligenda quæ docentur. Eorū expositionem habes apud Erasmū in Prouerbiis. Dicit ergo Clemens multos esse qui non sunt apti ad cognitionem. Alios

*Euseb. lib. 5. cap. 11. Niceph. lib. 4. cap. 32.*

*Galat. 4.*

*Chil. 1. cent. 4. Prouerb. 35. & Chil. 4. Prouerb. 47.*



Alios ad lyram, & qui ea non magis delectantur quàm porci aqua munda, quibus est innatū vt in cœno libenter volutētur. Iis qui erant huiusmodi, loquebatur Dominus in parabolis, quoniā sciebat eos diuina dogmata non posse percipere: & ita eorū arguebat & indicabat ignorationem, non autem *1. Tim. 1.* eius erat autor & causa efficiēs. Nam qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionē veritatis peruenire, vt nec eorum damnationis: ita nec ignorationis causam præbet, sed eis & peccatum ostendit, vt ipsi discutiant pœnitentia, & procurat vt suam agnoscentes ignorantiam ad veritatis dirigātur agnitionem, quam si diligenter quæ erint inueniēt. [e] *Iam autē cernitur ipse Seruator.* Hæc Christi parabola, quod attinet ad institutum Clementis (nam reliqua vt nō necessaria prætermittemus) quandā similitudinem significat, vt pecunia ab iis qui eam possident, non est relinquenda otiosa, sed vt augeatur fœnoti danda sit: ita, inquit, verbi prædicatione, vel scripto accepta est, doctrinam esse alios docendo augēdam & multiplicandam: ita etiam acceptā charismata, gratificando, & de aliis bene merendo crescere oportere, vt rediens Christus pleniorem & accumulatiorē fidem inueniat & opera. Cui quidē sententię adiungit ea quæ ex Paulo citātur testimonia, quibus vult doctrinam iis cōmitti, qui alios possint docere, & hortatur Timotheū vt rectè tractet verbum veritatis. Rectè autem tractatur, si non otiosum relinquatur, sed exerceatur dum iis traditur qui aliis profint & verbo & opere, vel saltem alteutro. [f] *Si quis verbū prædicat.* Quoniam Clementis est institutum ostendere esse scribendum, ei congruenter ait de hoc Rectè tractatur Verbū veritatis prædicando, vt dicit Paulus. Qui ergo verbum veritatis prædicat, vel admittēdus. Sed qui prædicat, vel scripto, vel voce prædicat. Qui ergo vel scripto vel voce prædicat, ad vterq; admittendus. Deinde affert rationē, cur qui prædicat sit admittēdus. Qui efficit vt fides oriatur per dilectionē, est admittēdus. Hoc efficit & qui scripto & qui voce prædicat. Vterq; ergo est admittendus. Protinus autem occurrit tacitæ obiectioni, quæ potest esse huiusmodi. Si sunt admittēdi qui voce & scripto prædicant, non efficiunt autē quod volunt, cū tamen possent si Deus vellet, quo non est culpa in Deū conferenda, quod id non efficiant? Respondet Clemēs, Deum auditoribus tribuisse potestatem eligendi, quod est optimū. Quod si non elegerint, non in Deū, sed in ipsos culpa est conferenda: Deus enim non est causa sed ipsi. Prædicatorū est quidem tanquam fœneratorū verbi dotem dare tanquam pecuniam: auditorum autem, eam sit ne probare & accipere. Iudicatur ergo eorum auditorium. Laudantur enim si probam approbauerint: damnantur autem si probam reprobauerint. [g] *Vel prædicem quidem scientia.* Excurrit in laudem prædicationis. Dicit autem eam esse quodammodo Angelicam. Nam cum Angelus dicatur nuncius, sit autem prædicatio Verbi quod carnem susceptt incarnatū, & optimum afferat nuncium peccatorum remissionis, & nostræ redemptionis & salutis: quod quidem est Euangelium, id est bonus nuncius, ea est quodammodo Angelica, vt quæ nobis eundem adferat nuncium quem Angelus Gabriel virgini Mariæ: Rectè autem dicit eam principium fidei. Nam nisi est ex auditu prædicationis, vitæ quoque rectæ instituendæ desiderium. Nam cum sine fide Deo nemo possit placere, is demum vitam rectè instituit, qui Deo ferens acceptam suam iustificationem, ab eo eas auspicatur actiones, & eas in ipsum terminat. Veritatem quoq; appetit, qui per prædicationem res huius mundi caducas, & fallaces, & quæ nihil habent certi agnoscens, in Deum qui solus est, omnes suas cogitationes defigit. Per prædicationem mouetur ad inquisitionem, qui intelligēs in hac patrum non habere permanentem, futuram inquirit. Dat etiam prædicatio vestigium cognitionis. Nam cum fides sit ex auditu, cognoscatur autem Deus ex fide, per prædicationem infigitur vestigiū cognitionis. Vestigium autem dicitur cognitionis, quoniam non perfecta sit hic cognitio, sed veluti in imagine, perfecte autem tunc demum cognoscemus, quando ab his liberati tenebris Deum facie ad faciem videbimus. Ex his omnibus existit materia & occasio salutis, cuius causa quidē efficiens est Deus, sed fundamentū est fides, quæ ea omnia continet quæ hic enumerātur. Ne quispiā autem existimet rectam salutem consistere in iis quæ sunt huius mundi, subiungit, quod qui sunt verè & germane conuersi ab erroribus veritatis (ij autē sunt quibus verbū Dei verè sunt cibus in ima cordis penetralia assidua cogitatione ingestus & recōditus) ij non amplius humi repūt, sed tanquā alati sursum corda erigūt, accepturi æternæ viatico, nēpe diuino corporis & sanguinis sacramēto, quod & nos hic nutrit ad resurrectionem & vitam æternam, & tanquam arta nos reddit securos, quod absq; vllo symbolorū inuolucro Christo qui est vita nostra fruemur in æternum. Qui tales sunt se gerunt tanquam Dei ministros, & quales vult eos esse Paulus, nēpe videri quidem pauperes, vt qui mundanis non abundent diuitiis, alios autem locupletent spiritualibus bonis quæ verè bona sunt: & videri quidem nihil habere, vt qui mundi non habeant possessiones, cùm tamē omnia possideant, vt qui & iis quæ ad victū & vestitum sufficiant, contenti non amplius appetant, & Deum habeant qui solus est omnia, & qualem Timotheum vult esse Paulus, nēpe vt quæ sunt recta & æqua custodiat, prāiudicati nihil domo afferat, & à medio in quo cōstituitur non recedens, neq; in hanc neq; in illam partem inclinet. Hęc faciunt ij quorum cogitationes non ad terram ascendunt, tes autē humanas & mundanas despiciunt, nisi quantū opus sit, vt inter homines conseruetur æquitas, & alter alterum sua non opprimat iniustitia. [h] *Necesse est ergo vtrosq; probare sospes.* Hactenus ostendit esse scribendum & prædicandum, & prædicationem consistere & in scriptione, & in voce. Sed cū nō sit cuiuslibet scribere & prædicare, nec cuiuslibet legere & audire, nunc docet quomodo se scriptor, & lector, & prædicator, & auditor se probare debeant, an sint digni qui scribant & legāt, prædicent & audiant. Et probationē quidem dicit debere fieri conuenienter ei, quę sit ab iis qui sumūt Eucharistiā. Diuisa enim Eucharistia ab iis quorū est munus eam frangere, ij permittūt cuilibet ex populo eius partem sumere, symboli, inquā, seu signi ac Sacramēti partē, sub cuius qualibet particula totus est Christus, qui nec frangi potest nec diuidi, vt qui fracto Sacramento manet integer. Sed non prius permittitur sumere, quā qui est sumpturus, seipsum probet, sit ne bona eius cōscientia. Bonæ autē conscientiæ fundamentū, est recta vita cum conuenienti doctrina. Recta, inquā, vita, vt qui vel sceleribus & vitijs se non contaminarit, vel pœnitentia ea expiauerit. Conueniens autem doctrina est, si & quæ de

Deo sentienda sunt sentiat, & ab Ecclesiæ Catholicæ decretis nō recedat. Docens autē quomodo probaturus, qui vt aliis prosit vel scribēdo vel prædicando curā gerit, nēpe examinaturus, siue & institutū tale quale esse debet, nēpe vt nulla ducatur æmulatione, nec inanem gloriam aucupetur, munerum sordibus corrūpatur, sed sibi proponat solum eorum quos docet salutem. Eorum autem docentur, hic debet esse scopus & institutū, non vt ad audiendum cutiosi animi vitio inducantur, vt cupiant noua quædā audire & inaudita, nec vt suis priuatis consulant cōmodis, vt multi olim ex ipsis qui ad audiendā conueniebant Verbi prædicationē, vt se in Ecclesiæ græmium insinuarent, ex beneficentia ac liberalitate aliquid ad victū necessariū acciperent, in quo se planē arguebant Hypocritas: vt qui se iustos videri vellent cùm non essent. Oportet autē eorum qui audiunt bonā esse conditiam, vt in quibus nihil sit fictū nec simulatum, nec propter aliud audire quam vt iuæ saluti, quam promittit prædicatio, prosiciant. Si est ergo messis quidē multa, operarij verò pauci, reuera oratc opus, vt maxime sit pluriū operariorū copia. Sunt nōnulli quidem auditores hypocritæ, in quibus fructus borant operarij, qui sunt prædicatores. Sed nonnunquā contingit, vt sint multi qui verbū libenter sent audituri, & in horreū Domini facile possent adduci, si essent operarij qui meterent nempe prædicatores, tunc est orandus Dominus, vt in messem mittantur operarij. [1] *Est autem duplex agricultura Dei* bus modis colitur ager Domini qui est Ecclesia, nēpe scripto & voce. Vtraq; est bona atq; adeo agricultura, si bonum seminetur trumentum, si creicant legetes, & tandem messis in horreum recondatur, id est si ad vitam æternā perducantur, qui Verbum Domini quod fuit seminatum audierunt. Verbum Domini à prædicatoribus seminatū, non sit tēporale frumentum, ex quo fit cibus qui perit, sit cibus qui permanet in vitam æternā. Nam & ipsum Dei Verbū dum ritè auditur, per fidem, spem & charitatem quæ ex eo accipitur, nos nutrit ad vitam æternam; Verbū, inquam ἐνσάρκωτον quod prædicatoribus, & ideo est cibus qui permanet nec corrumpitur; Ipsum quoq; *comedere*, id est ipsum verbū, quod in mysterio hic comeditur post quā hinc excesserimus, omni ablato integumento comeditur, dum eo qui est panis Angelorum, eo modo qui sub humanā non cadit intelligentiam, nutrimur. Eum ergo cibū operātur operarij, id est prædicatores qui nobis persuadent, vt eius certissimi damus veritatem, quia ipse quoque est duplex nutrimentum, nempe corporale & spirituale. Corpus nutritur corpus, spirituali anima. Hinc est quod dicit Christus tentatorē repellēs diaboli; Non in pane viuit homo, sed in omni verbo Dei: Verbū autem Dei & verba dicuntur sacra doctrina Dei inspirata, per quā sancti prædicatores auditores traducunt ab ignoratione ad cognitionem, per quam pax cum verbo Dei filio, & ideo dicūtur pacifici, & per quā acquiritur vita. Nām & à Christo omnis vita, vt qui sit, vt ipse est testis, via, veritas & vita, & cum in eo viuāt omnia, & sine eo nihil viuere, merito dicit Paulus nostram vitam in eo esse absconsam. Per quā etiam nutriūtur qui efficiūtur iustiam, id est qui virtutum omnium tenentur desiderio: per iustitiam enim in sactis literis intelligitur omnes virtutes. Nutriuntur autem distributione panis. Panem autem dicit doctrinam, quæ omnibus conuenit & vt ferre possunt vires, distribuitur. [2] *Sunt enim etiam animæ propria habentes nutrimenta.* Dignitas est Philosophia, nempe diuina quæ est Christiana, in quam nulla cadit reprehensio, & vocatio & scientia, & Græca, in qua sunt multa quidem laudanda, sunt autem etiam multa vitiis notanda, hendenda, sicut etiam in nuce non sunt omnia esculenta, est tamen aliquid esculentū. Omnes quoq; docent, Dei sunt ministri, qui eis quæ plātantur & irrigantur, dat incrementū. Danda autem cuique ta vt suo rite fungantur officio: vnusquisque enim suo labori conuenientem accipiet mercedem. Dignus enim verbi sui prædicatores remuneratur pro meritis. [3] *Neque verò permittendum est auditorium.* Dicit tea non quemlibet esse aptum ad audiendū, & ideo probandum esse eum qui sit auditurus. Non autem dicit eum non esse aptum ad audiendū, qui diuina conferens cum prophanis, nēpe Græcis, cognitus omni genere artiū & disciplinarū, & à validis argumentis habet præoccupatum animum, sed quia Dei Verbum est auditurus, debere omnes alias artes exuere, syllogismos q. & argumēta rebus, lam autem habere fidē, qua nixus verba diuina facile est suscepturus, cum sit firmū & stabile nitum, nēpe fides. Inde autem sequetur persuasio. Nunquam autem persuadebitur si solis humanis tur rationibus: verè enim dixit Esaias; Nisi credideritis, nō intelligetis. Quæcunq; autem dicit hic adducit, ab eo dicuntur qui side fretus peccatorum expectat remissionem, iisq; expiatis, certus ditiem, rectæ vitæ per Spiritū sanctum cōfirmationem, & quæ ex bona ac tranquilla conscientia, & salute accepta existit lætitia. [4] *Atq; qui ad præsentes quidē dicit.* Is qui præsentibus voce prædicat, probat digni ne sint auditores, quā qui scribit & monimenta sua literis mādat posteris. Quo fit quod per scriptorē facilius expietur Deus. Nā prædicator potest eū qui potest audire, discernere, probare, præsentem videt, & longo tēpore cum eo versans diiudicat, obseruat verba motus, mores sermonem, cōsuetudinem, & ex triuio, petra & regione quam videt, examinat & perpendit, sitne terra lapidosa an non, & sit ne quam iacit sementis bonas productura segetes quæ de messe recondantur in horreum. Sed qui scribit posteris, nihil horum videt, quo fit vt non possit suum adhibere iudicii ad discernendos lectores: Scribēs tamen clamat ac protestatur se nec ob lucrū, nec ob inanem gloriā, nec ob vllam aliam sit in citatus animi perturbationē, sed solam lectorum sibi proponere salutem, qui fruitur & delectatur, speras interim fore, vt Deus his expiatus, suā quam pollicetur operariis minimè deneget remunerationem. [5] *Sed nec eum qui in virorum numerum est adscriptus.* Qui aliquid facit propter remunerationem, adhuc puer, id est imperfectus. Qui autē relatus est in viros, id est qui est perfectus, is propter Deū tis facit omnia, & nec bene facit propter remunerationē, contētus sua sola in Christo bona operatione, nec cauet peccare propter intentatas peccatori minas. Remunerationē sibi proponit mundus, qui est nobis fugiendus, Christus autē gratis & propter se & propter nomē suum omnia bona facit, qui est bis sequendus. Non assequuntur remunerationem, qui sua benefacta gloriosè prædicāt. Prohibetur stior à Deo est reputatus sua agnoscēs & cōfitens peccata, quā Pharisæus qui magnificè extollebat

Matth. 9. Luc. 10.

Matth. 4. Luc. 4.

Esa. 8.

Luc. 18.



gratiam. A Deo autem sperni id quod sit propter remunerationem ex eo probat ænigmaticè, quod scriptum est in Deuteronomio à Deo repelli, nec in sancta admitti mercedem meretricis, nec prætium canis. id est quod est acceptū ex permutatione canis: res est etenim vilis meretrix, & quæ pro prostitutione accipitur mercesita etiam canis, & quod pro eo datur prætium. Vile quoq; & sordidum est id quod ex accipitur mercede. Quod quasi à mercenario sit ob expectationem mercedis. Nam vita æterna quæ datur pro meritis tanquam merces, est gratia quæ procedit à mera liberalitate donatoris, cum nulla merces tanto dono possit æquiparari. Quod si Deus donat gratis, nobis quoq; gratis est operandum quasi nulla sit merces proposita. Nam ipsa quoq; merces est gratia. [6] *Plato itaque qui est Hebræis Philosophus.* Fuisse quidem in Ægypto Platonem, vbi magnam suæ Philosophiæ partē habuit ex Hebræis superius diximus. Ideo Clemens eum vocat Philosophū ex Hebræis. Is sic scribit viij. de legibus; Δικαίως ἂν οὖν τοῦτο τὸν ἄριστον εἰσηγητὴν ὁ θεὸς ἐν τοῖς ἔργοις ἀποφαίνοι, οὐκ ἐν τούτῳ μόνῳ ἀλλ' ἐν πᾶσι τοῖς μάλιστα καλοῖς. Si aliquibus locis simul congeneratus aquæ defectus à terra arceat fluenta quæ à Ioue veniūt, id est. Si aliquibus locis simul congeneratus aquæ defectus à terra arceat fluenta quæ à Ioue veniūt, deficit necessarius: Fodiat quidē in suo prædio vsq; ad terram quæ καταμάττει dicitur seu creta. Sin autē in loc profundo nō incidat in aquam, à vicinis aquetur vsq; ad necessarium potū singulis famulis. Quod est in nostris exemplaribus excusis μᾶλλον καταμάττει, Clemēs legit καταπάττει, id est virginalem. An locus sit corruptus dubito, sed de terra virginali me nihil vsquā legisse scio. Hūc locū Platonis ad literam allegoricū trahens Clemēs, eum ita videtur interpretari, nostras scripturas tandiu esse scrutādas quousque animatur quod quæritur. Quod si nō inueniatur, id à scripturis externis est petendū. Quod deinde quidem, est quærendum, sed vnde oportet. Otium autem non est alendum: alitur autem dum quod quærit habere possumus, ab alienis petimus. Eis quidem qui laborant opem esse ferendam, non eis qui desidiosi studiunt otio. Hoc enim significat illud Pythagoræ symbolum ἀσχόλιον δὲ σωμάτων πιέζειν, μὴ σῶμα πνεῦμα δέ, id est non imponendum dandum auxilium, non autem ad deponendum. Scriptura autē est legenda, vt in ea quæ in nostra anima sunt virtutis scintillæ accendantur, & mens quæ est oculus animæ, ad cōtemplationem dirigatur, vel documenta & præcepta quæ non inerant, tanquā ab Agricola in ea inserantur. Id ex nobis est petendū alterilium, cùm multi ex nobis sint infirmi, vt corroboremur & confirmemur: vt multi dormiāt, vt quasi mortui ex vitiis excitētur. Si ita faciamus, & nos ipsos diiudicemus, id est, nos infirmos vel dormientes esse statuamus, & ita à Christo, nos admonente scriptura auxiliū petamus, non iudicabimur, id est non condemnabimur. Ita etiam quādo est à nobis corpus Christi sumendum, si nos ipsos probemus & nos grauiter peccasse animaduertentes de peccatis agamus pœnitentiam, cum nos ipsos diiudicauerimus, non condemnabimur.

Ioh. 6. Sequentibus verbis,

[1] NON *est autem hoc opus scriptura artificiosè comparata ad ostentationem, sed* 11.
*multa ad senectutem reconduntur monimenta, obliuionis medicamentum, verè imago & adumbratio euidentium & animatarum illarum orationum quas dignus habitus sum qui audirem, & virorum beatorum quique reuera erant maximi pretij & æstimationis. Eorum vnus quidem in Græcia, Ionicus, alius verò in magna Græcia. Alter eorum ex Celesyria, alter ex Ægypto, alij autem ex Oriente, & eius alter quidem Assyrius, alter verò ex Palæstina Hebræus ex alto ducta origine. Cùm autem in eum vltimum incidissem, erat autem primus potestate, conquieui in Ægypto, venans ea quæ latebant. Sicula reuera apis, Prophetici & Apostolici prati flores decerpens, syncerum quendam & incorruptam cognitionem ingenerauit eorum qui audiebant animis. Sed quā verum quidem beatæ doctrinæ seruabant traditionem, statim à Petro & Iacobo & Iohanne & Paulo, sanctis Apostolis, filius, à Patre accipiens, pauci autem sunt similes patribus, ad nos quoque Deo volente peruenerunt, illa à maioribus data & apostolica depositum semina.* [2] *Rectè autem scio fore vt exultent, non hac dico lætati expositione, sed solida ea inseruatione quæ est in subsignatione. Est enim hæc, vt opinor, descriptio animi desiderium beatam ita conseruare traditionem vt non possit effugere. Filio autem amante sapientiam, pater lætitia afficietur.* [3] *Putei qui exhauriuntur, emittunt aquam magis limpidam ac perspicuam: corrumpuntur autem ij quorum nullus est particeps. Ferrum quoque ipsum seruat purius, vsus autem defectus ei generat rubiginem. Vt semel enim dicam, exercitatio salubrem habitum ingenerat & spiritibus & corporibus. Nemo accendit lucernam & ponit eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui accepti fuerunt communio. Quid enim iuuat sapientia, quæ non sapientem efficit eum qui potest audire?* [4] *Præterea autem semper quoque seruat Seruator, & semper operatur vt videt Patrem.* [5] *Docens aliquis plus discit, & dicens sæpe vnà audit cum iis qui ipsum audiunt.*

Matth. 5.

Cc

*Vnus est enim magister & eius qui discit, & eius qui audit, qui & mentem irrigat & enutrit rationem.* [5] *Nunquid autem prohibuit Dominus à bono feriari & sabbatum agere?* [h] *Diuinis autem mysteriis & sancta illa luce impertiri illos concessit qui ea possunt capere. Iam verò non reuelauit multis ea quæ non erant multorum, sed paucis quibus fas erat conuenire, qui & ea possent accipere, & ex eis informari. Arcana autem, sicut Deus verbo creduntur, non scripto.* [i] *Quòd si quis dicat scriptum esse, Nihil occultum quod non manifestabitur: nihil opertum quod non reuelabitur: à nobis quoque audita ei qui occultè audit, occultum manifestatum iri: & ei qui secretè ea quæ traduntur potest seruare, apertum iri quod opertum est, vt veritas, & id quod est multis occultum, fiat paucis manifestum. Nam cur omnes nesciunt veritatem? Cur autem non est ab omnibus amata iustitia, si est omnium iustitia? Sed enim traduntur mysticè mysteria, vt sit etiam in ore loquentis id quod loquitur, potius autem in voce, sed in intelligentia. Dedit autem Deus Ecclesiæ alios quidem Apostolos, alios verò Prophetas, alios verò Euangelistas, alios verò pastores & doctores ad perfectionem sanctorum, ad opus ministerij, ad ædificationem corporis Christi.* [k] *Horum itaque meorum commentariorum scriptura, sicuti quam sit imbecilla, si conferatur cum illo spiritu gratia pleno, quem vt audiremus digni sumus habiti: fuerit autem imago archetypum in memoriam reuocans, ei qui in hypoſo ictus fuerit. Sapienti enim, inquit, loquere, & erit sapientior. Quinetiam habenti adiicietur. Profitetur autem, non arcana satis posse interpretari, multum abest, sed tantum in memoriam reuocare, siue aliquando obliti fuerimus, siue ne obliuiscamur. Multa autem scio rectè effluxisse propter longitudinem temporis, vt quæ absque scriptu effugerent. Vnde memoriæ meæ imbecillitatem subleuans, expositionem capita constituentem, salutare memoriæ monimentum mihi comparans, hac necessariò vsus sum descriptione. Sunt ergo quædam, quorum ne recordati quidem sumus: erat enim apud vos beata magna quædam vis. Sunt etiam quædam non annotata, quæ cum tempore mansissent, nunc effugerunt: aliqua autem quæ extinguebantur, vt quæ flaccescerent in ipsa cogitatione. Quoniam autem iis qui non sunt probati, non facilè potest exhiberi rationis ministerium: hæc monimentis suscitans, nonnulla quidem consultò prætermitto, nonnulla scribere quæ etiam cani dicere, non vtique inuidens, neque enim fas, sed ut tenera non inciderent, ne in aliam fortè partem accipientes laberentur, & puero gladium, vt dicunt qui prouerbiis vtuntur, præbere inueniremur. Neque enim fieri potest vt quæ scripta sunt non elabantur, etiam si à me non edita manserint. Reuoluta autem, & vna semper voce, nempe ea quæ scripta est, vtentia, interroganti nihil amplius præter ea qui scripta sunt, respondent. Necessario enim semper auxilio indigent, aut eius qui scripsit, aut alterius, qui eisdem insistit vestigiis.* [l] *Sunt autem quædam, etiam quæ multo antè significabit scriptura, & in aliis quidem insistet, alia vero tantum dicet, conabitur autem & celans dicere, & occultans aperire, & tacens ostendere, & quæ ab insequentibus resibus decreta & sancita sunt adducet, & aduersus ea dicet quæcunque ante propheticam contemplationem prius dispensata esse oportet, quæ nobis proceder ex gloriosa & venerada traditionis regula, ab ortu mundi progredientibus, ea quæ ex naturali contemplatione necessario prius tractanda sunt prius adducens præpurgata prius terra & à spinis & omni herba agricolæ ritu, ad plantandam vineam. Certamen enim est etiam prudium certaminis, & mysteria sunt ea quæ præcedunt mysteria.* [m] *Neque verò verebimur nostri commentarij vti iis quæ sunt pulcherrima ex philosophia, & iis quæ præcedunt disciplinis. Non enim solum propter Hebræos, & eos qui sunt sub lege, par est fieri laudem, sed etiam propter Græcos Græcum, vt omnes lucrifaciamus. Et in Epistola ad Colossenses: admonentes, inquit, omnem hominem, & docentes in omni sapientia, vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo. Quanquam alioqui commentariorum descriptioni conuenit splendor contemplationis. Iam verò ipsa quoque bonarum disciplinarum copia est veluti quoddam condimentum Athletæ cibo permixtum, non delitias quidem captantis, sed bonum appetitum sumentis, laudis amorem. Psallentes quidem certè, nonis intensum grauitatis sonum modulatè remittimus. Quemadmodum autem qui volunt alloqui populum, hoc sæpenumerò faciunt per præconum, vt ea quæ dicuntur magis exaudiantur: ita hic quoque cùm ad multos habenda sit à nobis oratio quæ præcedit traditionem, adducendæ sunt opiniones & voces quæ eis in singulis resonant, per quas ij magis conuertentur qui audient. Et, vt paucis dicam, in multis quidem margarita est. In multa autem piscium piscatione vnus est Callionymus, tempore autem & labore eluceſcet veritas, si bonus obtigerit adiutor. Per homines enim diuinitùs pluriua beneficia suppeditantur. Atque omnes quidem qui visu vtimur, ea quæ cadunt in ipsum contemplamur, sed alij aliorum gratia. Iam non similiter ouem contemplatur colonus & pastor. Ille quidem an sit pinguis diligenter scrutatur: hic verò lac ouis an sit copiosum obseruat. Mulgeat quidem aliquis, si cibo egeat: vellus tondeat, si ei tegumento opus sit. Sic mihi etiam procedat fructus bonæ Græcorum doctrinæ.* [n] *Nullam enim existimo scripturam aliquam ita fortunatam procedere, cui nullus omnino contradicat: sed illam existimandum est esse rationi consentaneam, cui nemo iurè contradicit. Et actio simul & institutum est admittendum, non quod est à reprehensione alienum, sed quod nullus iure reprehendit. Non statim autem, si quis non principaliter efficit, hoc facit quod id deuitet: sed id agit diuinam quandam sapienter adhibens dispensationem, & scribas accommodans, & in omnem partem versans. Neque enim qui habet virtutem, via ad virtutem amplius opus habet: neque qui valet viribus, eget instauratione. Quemadmodum enim terram prius rigant agricolæ: ita etiam nos, eo quod ebibi potest ex Græcorum orationibus, id quod est in eis terrestre prius irrigamus, vt suscipiat spiritale semen quod deiicitur, & id facilè possit alere.* [o] *Continebunt autem hi libri, qui dicuntur στρωματεῖς, id est, straguli varieque contexti, admixtam veritatem philosophiæ decretis, vel potius coopertam & absconsam, sicut testa operitur id quod est in nuce esculentum. Fidei enim femina, solis, vt existimo, conuenit seruari fidei agricolis.*

Matth. 20. Luc. 11.

Ephes. 4.

Prou. 1.

1. Cor. 9.

Coloss. 1.

κ᾽ μελετᾶν. στρωματεῖς ἐκ βιβλίων.



## COMMENTARIVS.

[a] *Vnus est autem hoc opus scriptura.* Postquam ostendit esse scribendum, quid scribendum, à quibus scribendum, & quodnam esse debeat scriptoris institutũ & scopus, & quid sit ab eo cauendũ, nunc dicit cur hoc opus scripserit, nempe ne mandaret obliuioni quæ à viris beatis & Apostolorũ temporibus vicinis audierat. Eorum autem quæ dixerũt imaginem & adumbrationẽ dicit esse in his libris. Atq; illorũ quibus fuerat patriam, nomina autem reticet præterquã Panteni cui successit in schola Alexandrina, de quo suo loco diximus. Qui autem volet scire quinã eius tempore fuerint veri insignes Ecclesiastici, quos est ausus ille Clementem, legat historiã Ecclesiasticam Eusebij & Nicephori. Ex iis omnibus potuisse Clementem audiisse Pantenum, qui dicit venatũ esse latentẽ, vt qui forte delectaretur solitudine, quia frui sermonis non licuit cum præesset catecheſi. Eum autem vocauit apem Siculam. Et cur apem quidẽ vocauerit non ostendit, cùm dicit eum legisse flores ex scriptis Prophetarum & Apostolorũ quæ vocat pratũ. Cur autem Sicula vocet non possum aliud coniicere, quã eum habitasse quidẽ Alexandriæ in Ægypto, fuisse autẽ Siculum natione. Sed videtur obstare quod dicit eum in Palestina Hebræi ex alto ducta origine. Fieri autẽ potuit vt esset quidẽ ex Palestina oriundus & Hebræus, natus tamen in Sicilia. Sincerã & incorruptã eius dicit fuisse doctrinã, & in qua nulla resideret labes hæresis aut erroris. Eam quidem publicè in generauit in suo auditore Clemẽte. Sed non itidem Clemẽs in discipulo suo Origene, cui dominati sunt aliquot errores. [b] *Reſert autẽ scio fore vt exoleant.* Dicit se scire fore vt lectores delectentur hoc opere, non quod elegans & ornata sit sua expositio, sed quod sint obseruaturi eũ subscripsisse ei quæ per manus ipsi fuit tradita traditioni. Suæ enim descriptionem non alio tendere, quam vt Apostolica traditio ita conseruetur, vt non interciderit nec pereat. [c] *Putei qui exhauriuntur.* Duo adducit quibus attendat suũ opus, nõ solum iis quibus scribit, sed sibi quoq; profuturũ. Quo magis, inquit, hauriuntur

putei, eo fit aqua limpidior & clarior, & quo magis teritur ferrum, eo fit purius, quod si nō teratur, iubi-
citur rubigine: ita dū me scribendo exercuero, fiūt, inquit, quę mādo literis clariora & magis perspicua.
Deinde id quod dicit cōcludit pulcherrima, & quæ vniuersę & in genere proferunt sententiæ. Exercā-
tionē salubrē habitū ingenerare, & spiritibus & corporibus. Nihil certè est quod magis tueatur sanita-
tem corporis quam exercitiū. Nihil est quod ingenium acrius reddat & vegetius, quam si otio non ma-
pescat, sed legendo, meditando, disputando & scribendo se exerceat. *Præterea autem semper quoque seruatur.* Ad scribendum etiam se dicit incitari exemplo Christi, qui cū sit seruator, semper dat salutē. Et
scilicet qui eam volunt & merentur accipere: & semper operatur, vt videt patrē. Nā cum Pater & Filius
sit vnus Deus, eorū semper consistit operatio, vel creando, vel in tes creatas conseruando. Filius autem
semper videt Patrē, vt qui sit vnius & eiusdē cum eo essentiæ, licet ab eo distinguatur hypostasi seu per-
sona. *Docens aliquos plus discit.* Aliam affert rationē cur scribat. Nam qui scribit, docet: is autem qui do-
cet, plus discit. Docens enim, quæ docet melius percipit, & docens sæpe simul discit & audit. Nā docē-
tem quoq; docet magister qui est, vnus, nempe Christus: Doctorisq; & auditoris ictigat mentem & in-
tionem. *Nunquid autem prohibuit Dominus.* Alio etiam probat argumēto iustam esse causam cur scribat.
Nam si etiā diebus festis quibus præcipitur otiū, non vult Deus nos cessare à bonis operibus & plus quā
non licebit scribere, si bona sunt quæ scribuntur? Quod autem vertimus feriari & sabbatis agere, sabbati-
Græcè σαββατίζειν, quod est deductū à verbo Hebræo quod significat quiescere. Die enim septimo quie-
dies sabbati, Deus iussit quiescere ab omnibus scilicet seruilibus. Seruilia enim sunt peccati opera. *Ho-
nantes autē mysteriis.* Scribendū quidem est, sed non sunt omnia scribenda. Ea enim demum sunt scribenda
quæ populo cōueniunt. Mysteria enim & arcana iis demū voluit Christus reuelari, qui ea possent cum
rei. Hinc est illud toties in Euangeliis ab ipso vsurpatū: Qui potest capere capiat. Nā nec iis quidem qui
ad Christū aspirabant quandiu essent Catechumeni, reuelabātur prima & præcipua mysteria, hoc est
scilicet & corporis Christi sacramēta: nec apud Hebræos, aliis quā sapientibus, vel diuina scilicet inspi-
ratione illustratis, vel in legis cōtemplatione diu versatis aperiebatur Deus, Dei, inquā nomen tetragram-
maton, quod Dei, quoad eius fieri potest, explicat essentiā. Credebantur autē arcana illa & Dei nomen
non scripto. Neq; enim fas erat ea scriptis mandare. *Quod si quis dicat scriptum esse.* Respondet obiectio-
ni quæ posset fieri. Dici enim posset: Si sunt arcana & mysteria quæ reuelantur paucis, quomodo verum
erit quod scriptū est: Nihil esse occultum quod non manifestetur, & nihil opertū quod non reuelabi-
Ad quod respōdet, nō sequi quod si occultū manifestetur & opertū reueletur, manifestetur & reuelabitur
omnibus. Imō verò quod multis est occultū & opertum, reuelatur paucis qui eius sunt capaces. Quod
autē non omnibus manifestetur ex hoc patet quod nō omnibus nota sit veritas. Nota autē esse, si quod
est occultū reuelaretur omnibus, & omnes amarent iustitiā, si omnibus nota esset iustitia fides, &
iustificarētur. Non iustificantur autē, quoniam fides est opus Dei, quod non est omnibus tributum, sed
1. Tim. 2. datur omnibus. Nā quamuis Deus velit omnes homines saluos fieri, nō tamen dat salutē iis qui in
pa eam reiiciant, vt qui Deo volenti & vocanti non obsequātur. *Horum itaque meorum Commentariorum.*
Quæ scripsit Clemens, dicit se audiisse à Panteno, sed sua scripta cum illo diuino spiritu meum & in
conferenda, sed esse tantum imaginem, exemplar, nempe Pantenum vtcunque repræsentans, & suæ
memoriā reuocans ei qui à Deo fuerit inspiratus. Hoc enim mihi videtur significare illud: Eius meo-
ictus fuerit. Alludit autem ad thyrsum quem gestabant, qui Bacchi orgia celebrabant, erat autem ille
intexta frondibus, quem describit Vergilius dicens:

Virgil. Eglog. 1. *Instituit Daphnis thyrsos induere Baccho*
*Et foliis lentas intexere mollibus hastas.*

Qui thyrso autē feriebantur, qui dicebantur παραπλῆγες, Bacchico furore magis incitabātur. Videtur
tem velle dicere, quod qui à Sancto spiritu fuerit inspiratus, magis incitabitur si audierit quæ dixerit
Pantenus. Sapiēs enim audiendo erit sapientior, & ei qui gratiā habet spiritualē chatisma augebitur. Et
hoc autē thyrso ortum est prouerbium: Thyrsigeri multi, pauci verò Bacchi: quo significatur plere-
Eras. Chil. 1. cent. 7. Prouerb. 6. stare insignia doctrinæ & virtutis, qui aliud sunt, quam quod præ se ferunt. De eo vide Erasmum in Chi-
liadibus. *Sunt autem quædam etiam quæ mihi tacite significabit.* Pergit referre suum in scribendo institutum.
Dicit autē in iis quæ scribit multa esse quæ non sint legentibus aperta, sed quæ ænigmatice &
significent, & aliquando quidē in iis quæ scribit se diutius immoraturū & fusius explicaturum, aliquā-
do autē tantum dicturum, vt quæ non egeant expositione aliquando autem se ita scribere vt cōsultū
velle videatur, maxime dicat, & occultans aperiat, & tacēs ostendat. His mihi videtur significare hanc
opere multa esse allegorica & figurata, & eū multa sint quæ minus aperte dicat propter genus quæ
sterioris nondū sunt capaces, se tamen ita dicere, vt permulta intelligāt. Se etiam in figuris Hebræo-
rum dogmata adducturū & aduersus ea disputaturum, & omnia deniq; tractaturum quæ sint
& administranda tanquā præparatoria, priusquā accedatur ad mysticam contemplationem, quæ
tur in contemplandis fidei mysteriis, quam quidē Epopticam, id est spectatricē vocat cōtemplationem
allūdens ad Græcorū mysteria. Nā, vt ait Fauorinus in suo lexico, in hoc differt,
qui mysteria assumūt primū dicūtur mystæ, post annum verò, cū scilicet de iis quæ ad mysteria
edocti sunt, dicūtur ἐποπτεύειν, id est inspectores, vt quibus mysteria tūc liceat aspicere. Vnde etiā
ἐποπτικὸς, quæ est sacra dictio, significās sacra aspicere mysteria. Ita etiā nec iis qui Christi voleūt
ris initiari, prius licebat ad sacra accedere mysteria, quam longa, Catechesi in Christi religione
Plato in Sympos. instituti. Ab ἐποπτεύειν etiā deriuatur vocabulū ἐποπτεύειν, quo vtitur Plato in Sympolio, vbi Diotima
Socratē, quibus gradibus ascendatur ad τὸ καλὸν, quod est summū bonum, nempe Deus cōsplen-
dicens: πρῶτον μὲν ἀεί τε τὸ ἐφετὸν ἔστιν ὂν καὶ οὔτε γιγνόμενον οὔτε ἀπολλύμενον, τὸ δὲ τοῦτο ἐκεῖνο ἐστὶν οὔτε
τὸ ὧδε καλὸν οὔτε τὸ ἐν ἐπιτηδεύμασι οὔτε τὸ ἐν ἐπιστήμαις, id est, atq; in his quidem amatoris, fortasse tu quoque, ô Socrate, initiari. Ipsa
fectis autē & epopticis, id est, speculatoriis, propter quæ hæc quoque sunt, si quis rectè perfe-



lis an potuerit. Videtur autem Plato quoque alludere ad ἐποπτείαν, seu inspectionem & speculatio-
nem mysteriorum. Malui autem ipsum Græcum relinquere vocabulum, nempe epopticum, cum la-
tinum non satis id exprimeret. Male autem antea vetteram (errorem enim meum lubens agnosco) Pro-
phericam, cum potius esset dicendum inspectiuam seu speculatoriam. Epopticam autem illam con-
templationem dicit processuram à regula traditionis, quæ per Apostolos & eorum successores tradita
est per manus, progrediendo ab ortu mundi, & ita tractando naturalia, vt deinde perueniatur ad ea
quę sunt supra naturam, nempe ad Dei & spiritualiū rerum contemplationem. Ita tractatis naturalibus
quæ sunt præparatoria ad ea quæ sunt supra naturā, terra purgata à spinis & tribulis, tanquā ab Agrico-
la, nempe à Deo, plantabitur vinea, Christus scilicet, qui est vitis vera, cuius sumus palmites, cuius etiā *Ioan. 15.*
cum sit caput, sumus membra. Plantatur autē Christus quando in nobis vera & viua inseritur fides quæ *Ephes. 2. &*
operatur per dilectionē. Tūm demum enim sumus veri Christi, qui est vera vitis, palmites quādo bona *4. Coloss. 1. &*
opera, qui boni sunt vitis fructus, facimus. Ne quis autē existimet hanc frustra ab eo factam esse præpa- *2.*
rationem, vt quæ non sit necessaria, respondens tacitæ obiectioni, dicit non esse inutile præludiū quod
fit ante certamen: & mysteria ea etiā esse quæ præcedunt mysteria. Acriores certè & paratiores sunt ad
pugnam, qui se ante pugnā σκιαμαχοῦσι, id est, vmbratili pugna exercuerunt, & ad contemplanda mysteria
immittiores & ardentiores, quorū animos præoccupauit longa in catechetica institutione medita-
tio. *Sed verò verebuntur nostri.* Quoniā in hoc opere Stromatum sæpe citat Philosophorū dogmata, &
adducit quædam ex disciplinis quæ vocantur mathemata, quæ ideo dicuntur præcedere Philosophiam,
quoniam ex iis sunt veluti ministræ, & in earum medio stat Philosophia tanquam domina, & appellantur
ἐγκύκλια μαθήματα, id est orbis disciplinarum, videri posset autem nonnullis id esse superuacaneū, ne id temere
videretur feciſſe, adducit aliquot rationes. Prima est quā sumpsit ex Diuo Paulo, qui & Iudæis Iudæus, &
Græcis Græcus factus est, vt eos lucrifaceret. Facilius certè ad Christi fidē adducētur Græci ab iis qui eo-
rum non ignorant dogmata, quam ab iis qui ignorant. Alteram quoque affert rationem, nempe quod
eam elegantes & splendide scribendi sint cōmentarij, splendor & elegantia inuenitur in scriptis Græco-
rū quæ est ab eis petenda, & ad nos transferenda, &, vt præclare dicit Origenes, spoliandā est Ægyptus:
Iam verò multa similitudinibus ostendit non esse reiiciendam bonarum disciplinarum copiam. Primū
Athletæ qui suis cibis adhibet condimentū, non quod sectetur delitias, sed vt excitet appetitum, quo fit
cibus gratior & salubrior: ita etiā facilius admittetur doctrina Christiana, quę habet orationis quasdam
veluti ulcerebras & iucunditates. Deinde eius qui psallit, qui cum intelligit non ita auribus esse gratum
nimis intensum grauitatis sonum, de eo aliquid remittit, vt dū fit paulo acutior magis delectet. Ita gra-
mmi quodē decet esse doctrin ā Christianam, & tamen lubentius audietur, si de dictionis seueritate nō-
nihil remittatur. Alia est etiam similitudo Præconis; Qui vult alloqui populum, veretur autē ne vel nō
audiatur, vel non intelligatur, adhibet Præconē cuius vox est populo nota & familiaris & facile auditur:
mmā gentes facilius conuertentur, si eas audiāt voces & opiniones quæ sunt eis notæ & familiares. Sic
eum in pulatim minori negotio insinuabitur fides, dū quæ dicūtur aures minime respuunt. Alia quo-
que est similitudo, nempe margaritæ & piscis excellentissimi qui Græcè dicitur Callionymus. Vna est
margarita in multis quā quærunt mercatores, sed non omnes inueniūt. In multis piscibus vnus est Cal-
lionymus quē quærunt piscatores, non omnes tamen eū piscantur. Quamuis autē nec mercatores om-
nes intmant vnam illā pretiosissimam margaritam, nec omnes piscatores Callionymum: quærādo ta-
men ad inueniendum adiuuant. Ita vna quidem est vera doctrina quam habent Christiani: cæteri autem
quærunt quidē, sed non inueniunt, & tamen dum quærunt, eis qui inuenerunt opem ferunt, multa enim
ab eis appreditantur argumenta quæ faciunt ad rē quæ quæsita inuenitur. Non ſtatim inuenitur veritas, *Matth. 13.*
quæ est margarita quæ quæritur, sed non nisi longo tempore & labore, etsi nō desit qui adiuuet. Alludit
autem Clemēs ad negotiatorem illum quærentē margaritas, cui Christus apud Matthæum dicit simile
esse regnū cœlorū. Piscis autē Callionymi qui etiam dicitur κιθαρῳδὸς & ἀηδὼν ἰχθὺς, meminit & Athenæus
lib. 7. cap. 5. & Plinius lib. 32. caput. 7. *Nullam enim exoſſimo scripturam.* Meorū, inquit, scriptorum nō cē-
no tantam esse felicitatē, vt nihil in iis reprehendatur: bene eum iis agetur & rationi erunt cōsentaneā,
sinet eis non cōtradicatur. Non est actio nec institutum reiiciendum quod reprehenditur, si modo nō
ure reprehendatur. Meū, inquit, princeps institutū non est Græcam tractare Philosophiam, nec tamen
ideo eum censendus hoc temere & casu, sed diuina quadā id facere dispensatione, vt me rebus accōmo-
dans, & in omnem partē versans, Græcis prosim, qui sunt quidē in via virtutis, sed ad eam nō peruene-
runt, vt ex eorū fontibus irrigata & præparata terra spirituale semen, quod in eam iaciendum, est fusci-
piat & dat. *Continebunt autem hi libri.* Erit, inquit, in his Stromatum libris veritas admixta philosophiæ,
sed non aperta, sed potius absconsa vt in nuce latet nucleus. Causam autē hanc affert, cur non apertè di-
cat veritatē, quod semina fidei, in qua sola est veritas, sunt seruanda non ijs qui adhuc sunt Græci, sed iis
qui iam sunt Agricolæ fidei, id est qui fidei domum assecuti iam laborant in vinea Domini. His fides &
veritas omnibus ablatis integumentis est aperte explicanda.

*'Non me latent autem, ea etiam quæ ab aliquibus imperitè tumultuantibus iactantur, qui dicunt oportere in iis versari quæ sunt maximè necessaria, & quæ fidem continent: externa autem & quæ sunt superuacanea transilire, quæ nos frustra conterunt, & detinent in iis quæ ad fidem nihil conferunt. Alij autem etiam philosophiam ex malo ad hominum perniciem dicunt ad vitam esse ingressam, vt quæ profectò sit à maligno aliquo inuentore. Ego autem quod vitium quidem mala habeat naturam, nec alicuius boni*

esse agricola vnquam sustinuerit, in his totis ostendam orationibus quæ dicuntur τῦ μικτῶς, tacitè significans aliqua ratione diuinæ quoque prouidentiæ opus esse Philosophiam. De commentarijs autem, qui in temporibus necessarijs, Græcorum complexi sunt opinionem, tantùm dico iis qui reprehendendi studio delectantur. Primùm quidem, si sit inutilis philosophia, si eam esse inutilem confirmare vile est, est vtilis. Deinde nec fieri potest, vt ij Græcos condemnent, qui nuda de eorum decretis dictione vtuntur, si non vnà sigillatim ad ea aperienda descendant vsque ad cognitionem. Est enim vel maximè fide digna probatio quæ est cum experientia, quoniam vel perfectissima inuentur demonstratio, eorum quæ sunt damnata, cognitio. Multa itaque licet ad finem non conferant, artifici tamen ornamentum afferunt. Et alioqui varia ac multiplex doctrina, & vere probat id quod adducitur, & Catechumenis admirationem afferens ea, quæ sunt principua dogmata, ad eorum qui audiunt persuasionem deducit, & ad veritatem. Est autem fide digna eiusmodi animum permouens persuasio, per quam qui sunt doctrinæ studiosi, quæ male exagitatur, suscipiunt veritatem, ad hoc vt neque ipsa Philosophia vitæ perniciem afferat, cùm sit rerum falsarum & malorum operum artifex, quam nonnulli falsò affirmarunt esse euidentem veritatis imaginem, donum Græcis datum diuinitus: neque nos à fide auellamur, à fraudulentæ artis veluti quibusdam decepti præstigijs, sed vt semel dicam, maiori integumento vtentes, exercitationem aliquam fidei demonstratiuam vtcunque comparemus. Quinetiam ipsorum quoque dogmatum consictus, dum inter se conferuntur, veritatem conciliat, vnde consequitur cognitio, non quòd per principalem rationem ingressa sit Philosophia, sed quòd per eum fructum qui capitur ex cognitione, veræ comprehensionis firmam ac stabilem suscipiamus persuasionem, propter eorum quæ subintelliguntur scientiam. Taceo quòd hæ orationes multiplici ac varia doctrina in vnum corpus coagmentatæ, volunt ex arte celare semina cognitionis. Quemadmodum ergo qui studio tenetur venationis, postquam quæsiit, inuestigauit, inuenit, canes qui cursu persequerentur emisit, feram capit: ita etiam apparet verum inuestigatione quæsitum, & labore paratum. [b] Quanam ergo de causa tuos commentarios scribere ordinare visum est? Quoniam magnum est periculum, verè arcanam veræ Philosophiæ rationem, iis propalare, qui profusè quidem ac petulanter, sed non iurè volunt omnes dicere, omnia autem nomina ac verba turpiter & indecorè eiaculantur, & scopum fallentes, & eorum qui sibi adhærent oculos præstringentes. Hebræi enim signa quærunt, vt ait Apostolus, Græci autem sapientiam quærunt. Magna est autem turba eiusmodi ac eorum quidem aliqui voluptatibus mancipati, cùm velint non credere, omni venenatæ ne dignam irrident veritatem, barbariem habentes ludibrio. Aliqui autem alij seipsos intelligentes, calumnias verbis inuenire contendunt, contentiosas comparantes quæstiones, & cauillationum cuiusdam artium æmulatores, litigatores, & sophistarum venatores, pusillarum quarundam artium consarcinatores, vt ait ille Abderitanus:

Lingua volubilis est hominum, est & fabula multa:
Dictorum omnimodûm hinc atque hinc diuisio multa est:
Quod verbum edideris, te tale audire necesse est.

Ob hanc ergo artem se efferentes Sophistæ infelices, canoris quibusdam suis nugis perstrepentes, cùm in nominum delectu & certa dictionum compositione & connexione sua vita laborant, cicadis apparent loquaciores, eos quibus pruriunt aures, non satis, vt mihi videtur, viriliter demulcentes & titillantes.

Verborum non stilla cadens, sed flumen inertum.

Et certè quomodo veterum calceorum, imbecilla quidem sunt eis alia & diffluunt, sola autem crassa



crassa lingua. Pulchrè autem eos infectans, scribit Solon Athenienfis:

Ad linguam aspicitis, & dulcia verba loquentis.
Quilibet ast vestrûm vulpis vestigia figit.
Cunctis est vobis petulans mens.

Hoc veique significat vox illa salutaris: Vulpes foueas habent, filius autem hominis non habet vbi caput reclinet. Soli enim ei, vt arbitror, qui credit, perfectè distincto ab ijs Matth. 8. Luce 9.
ijs quæ dicta sunt à Scriptura, eorum quę sunt caput conquiescit, nempe benignum & mansuetum verbum, qui comprehendit sapientes in astutia ipsorum: Dominus enim solus 1. Cor. 3.
cognouit disceptationes sapientum, quòd vanę sunt: sapientes vtique Scriptura vocante Sophistas, qui in dictionibus versantur & artibus superfluis. [c] Vnde ipsi quoque Græci, eos qui in re aliqua curiosè versantur, sapientes simul & Sophistas denominatiuè appellarunt. Cratinus namque cùm in Archilochijs Poëtas recensuisset, ait:

Vobis Sophistarum examen quod prodiit?

Et similiter Iophon Comicus in Aulædis Satyris, dicit de Rapsodis & aliquibus alijs,

Namque introiit
Vnà Sophistarum caterua plurima.

Deijs & similibus qui se inani dicendi genere exercuerunt, pulcherrimè dicit diuina Scriptura, Perdam sapientiam sapientum, & prudentiam prudentum abolebo. Homerus au- 1. Cor. 1.
tem & fabrum vocat sapientem, & de Margite, si is vtique est sic scribit:

Hunc nec aratorem Dij fossorémve crearunt
Vllo alióve modo sapientem árque abfuit omnis.

Hesiodus autem cùm Linum Citharædum dixisset esse cuiusuis sapientiæ peritum, nautam etiam non veretur dicere sapientem, scribens:

Nautica in arte aliquid qui nec sapit.

Daniel autem Propheta, Mysterium, inquit, quod rex rogat, non est sapientum, magorum, incantatorum, Gazarenorum potestas vt regi annuncient, sed est Deus in cælo reuelans. Quinetiam appellat sapientes Babylonis. Quod autem Scriptura sapientiam appellet æquaeè omnem mundanam siue sapientiam siue artem, aliæ autem sunt quæ per additamenta & compositionem humana sint ratione excogitatæ, & quòd à Deo sit quæ arte fit & est sapiens excogitatio, manifestum erit, si hanc dictionem adiecerimus. Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Ecce vocauit Beseleël filium Vri, filij Or de tribu Iuda, & Exod. 31.
implcuit eum diuino Spiritu sapientiæ, vt in omni opere excogitet & architectetur, operetur aurum & argentum, & æs, & hyacinthum, & purpuram, & coccinum, & vt operetur opera lapidea, & fabrilem artem lignorum, vsque ad illud, & omnia opera. Deinde verò generalem infert orationem: Et cuilibet intelligenti corde dedi intelligentiam, hoc est, ei qui potest suscipere labore & exercitatione. [d] Rursus autem apertè scriptum est ex nomine Domini: Et tu loquere omnibus sapientibus cogitatione, quos impleui Spiritu sensus. Habent quidem aliquam peculiarem naturæ proprietatem, qui sunt sapientes cogitatione. Duplicem autem sensus spiritum accipiunt ab ea quæ est princeps sapientia, ij qui seipsos idoneos exhibuerunt. Qui persequuntur enim artes sordidas & illiberales, eo quod circa sensus excellit fruuntur. Auditu quidem qui dicitur communiter musicus: tactu verò, figura: & voce, cantor: olfactu vnguentarius: visu, qui ea qui in sigillis exprimuntur est nouandi facultate præditus. Qui autem in doctrina versantur, suppeditatam habent consequentiam, per quam Poëtæ modos, dictionem Rhetores, & syllogismos Dialectici, & Philosophi apprehendunt eam quæ ad se pertinet contemplationem. Ad inueniendum enim enim & excogitandum res est apta consensio, quæ etiam probabiliter animum applicare persua-

det: animi autem auget applicationem vnà ad scientiam quoque exercitatio. [a] Merito igo Apostolus variam ac multiplicem dixit Dei sapientiam, vt quæ multifariam multisque modis, per artem, per scientiam, per fidem, per Prophetiam, suam ostendat potentiam ad nostrum beneficium. Quoniam omnis sapientia à Domino, & cum ipso est in seculo, vt dicit Iesu sapientia. Si enim prudentiam & sensum magna voce inuocaueris, & tam quæsieris sicut argenti thesauros, & prompto & alacri animo inuestigaris, intelliget Dei timorem, & sensum diuinum inuenies. Ad differentiam sensus qui versatur in philosophia docuit Propheta, quem præclarè ac magnificè docet scrutari ad profectum in Dei cultu & pietate in Deum. Ei autem oppositi sensum qui est in Dei cultu, cognitionem significans, & hæc dicens: Deus enim dat sapientiam ex ore suo, & sensum simul & prudentiam, & iustis instar thesauri recondit auxilium. Iis enim qui à philosophia fuere iustificati auxilium tanquam thesaurus reconditur: ea quoque consensio quæ ducit ad Dei cultum & pietatem in Deum. [b] Atque erat quidem ante Domini aduentum Philosophia Græcis necessaria ad iustitiam: nunc autem est vtilis ad Dei cultum & pietatem iis qui fidem colligunt per demonstrationem. Quoniam pes tuus, inquit, non offenderit, si quæ bona sunt ad Dei prouidentiam referas, siue sint Græca, siue nostra. Omnium enim bonorum Deus est causa: sed aliorum quidem principaliter, vt testamenti veteris & noui: aliorum autem per consequentiam sicut Philosophiæ. Fortè autem principaliter tunc etiam Græcis data fuit, priusquam Dominus Græcos quoque vocasset. Nam ipsa quoque Græcos pædagogi more docebat, sicut lex Hebræos ad Christum. Præparat ergo philosophia, ei viam muniens, qui à Christo perficitur. Iam sapientia, inquit Solomon, vallo circunda, & te exaltabit, corona autem voluptatis te proteget. Nam cùm tu eam per Philosophiam & multorum eam eruditionem lorica munieris, Sophistis inaccessam seruaueris. Atque est quidem hæc via veritatis, sed in eam tanquam in fluuium perennem alia aliunde fluenta influunt. Diuinè ergo dictum est: Audi fili mi, & mea verba suscipe, vt sint tibi multæ viæ vitæ. Hæc enim sapientia docet te, ne te deficiant fontes qui ex ipsa terra scaturiunt. Quæ quidem à loco vnius cuiusdam iusti vias plures salutares recensuit. Infert autem alias multorum iustorum vias, hoc modo id indicans: Viæ autem iustorum splendent sicut lux. Fortè autem mandata quoque, & quæ prius audiuntur disciplinæ, viæ & adminicula vitæ. Hierusalem Hierusalem, quoties volui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos. Hierusalem autem exponitur visio pacis. Significat ergo propheticè, eos qui pacis vias sacras inspexerint, ad vocationem multis modis institui. Quid ergo? voluit quidem, non autem potuit? Quot autem modis? aut vbi? Bis, per Prophetas, & aduentum. Multipliciter ergo sapientiam ostendit dictio. Quoties: & vnoquoque modo qualitatis & quantitatis omnino seruat aliquos & in tempore & in seculo. Quoniam Spiritus Domini replevit orbem terræ. [c] Quod si quis vim afferens, dicat: Ne animum adhibeas mulieri malæ, nè enim distillat à labijs mulieris meretricis, Græcam esse eruditionem, audiat quæ deinceps sequuntur: Quæ ad tempus vngit guttur suum. Philosophia autem non adulatur: quamobrem ergo significet, eam quæ est formicata dilucidè infert. Stultitiæ enim pedes deducunt eos qui ea vtuntur post mortem ad inferos: eius autem vestigia sunt minimè stabilia. Ne ergo vt via tua longè absit à stultæ voluptate. Ne steteris ad fores domus eius, ne forte des alijs vitam tuam. Et protestatur: Deinde te pœnitebit in senectute, quando consumptæ fuerint carnes tui corporis. Hic est enim finis stultæ voluptatis. Et hæc quidem ita se habent. Cùm autem dixerit: Ne sis multùm apud alienam, vti quidem, sed non omnino, & permanere in doctrina seculari admonet. Verbo enim Domini præparatæ aptæque instituunt, quæ temporibus conuenientibus vnicuique generationi vtiliter data sunt. Eccles. 1. Prouerb. 2. Prouerb. 4. Sapient. 7. Prouerb. 7.



enim quidam ancillarum inescati amatorijs, contempserunt dominam Philosophiam, & excipsi alij quidem consenuerunt in Musica, alij verò in Geometria, alij autem in Grammatica, plurimi autem in Rhetorica. Sed quemadmodum liberales quæ stant in circulo disciplinæ, conferunt ad Philosophiam quæ est ipsorum domina: ita etiam ipsa Philosophia conducit ad parandam sapientiam. Est enim Philosophia quidem exercitatio, Sapientia verò scientia rerum diuinarum & humanarum, & causarum ipsarum. Est enim sapientia domina Philosophiæ, sicut illa eius quæ prius auditur disciplinæ. Si enim Philosophia prorsus continentiam & linguæ & ventris, & eorum quæ sunt sub ventrem, & est proprium seligenda: multò videbitur venerabilior & præstantior, si exerceatur propter Dei honorem & cognitionem. [d] Eorum autem quæ dicta sunt, per hæc præbebit Scriptura testimonium. Sara erat olim sterilis. Abrahæ autem vxor, cùm non pareret, Sara ancillam suam nomine Agar Ægyptiam permittit Abrahæ ad liberorum susceptionem. Sapientia autem quæ cum fideli cohabitat (fidelis autem & iustus reputatus est Abraham) erat ad hæc sterilis & sine liberis in illa generatione, vt quæ nihil adhuc Abrahæ quod esset ex virtute peperisset: meritò autem volebat, vt qui proficiendi adhuc tempus haberet, cum mundi seu seculi disciplina (per Ægyptum autem allegoricè significatur mundus) prius consuesceret, postea autem ad eam quoque accedens diuina prouidentia gigneret Isaac. Interpretatur autem Philo Agar quidem incolatum: hic enim dictum est, Ne multum sis apud alienam: Saram autem, meum principatum. Licet ergo ei qui disciplinis prius est infamatus, venire ad sapientiam, quæ vel maximè principatum obtinet, à qua augetur genus Israëliticum. Ex quibus ostenditur sapientiam esse docendi potestate præditam, ad quam peruenit Abraham, ex contemplatione cælestium transiens ad eam quæ ex Deo est fidem & iustitiam. Per Isaac autem id quod per se didicit indicatur. Quare etiam Christi typus exprimitur. Is fuit vir vnius vxoris, nempe Rebeccæ, quam transferant tolerantiam. Dicitur autem Iacob congredi cum pluribus, vt qui exponatur exercitator; fiunt autem exercitationes per plures & differentia dogmata. Vnde hic etiam nominatur Israël, qui reuera est vir perspicuus præditus, vt qui sit multarum rerum peritus, & ad exercendum accommodatus. [e] Fuere etiam aliquid aliud quod significatur per tres illos priores patres, nempe esse firmum ac validum cognitionis signaculum, quod constat ex natura, & doctrina, & exercitatione. [f] Habueris autem etiam aliam eorum quæ dicta sunt similitudinem, Thamar quæ sedit in viuio, & visa est esse meretrix, quam studiosus Iudas (exponitur autem potens, qui nihil reliquit quod non consideret ac scrutetur) considerauit, & ad eam declinauit, seruans tam quam habuit in Deum confessionem. Vnde etiam Abraham, cùm Sara æmularetur Agar, quæ erat in maiori quàm ipsa existimatione, vt qui secularis Philosophiæ solùm id quod est vtile elegisset, Ecce, inquit, ancilla in manibus tuis, vtere ea vt lubet. Quasi diceret: Secularem quidem amplector doctrinam, & vt iuniorem, & vt conseruam: scientiam autem tuam, vt perfectam dominam, honoro & colo. Et afflixit eam Sara, quod perfecta est ac correxit & admonuit. Recte itaque dictum est: Noli negligere disciplinam Domini, neque defatigeris cùm ab eo argueris. Quem enim diligit Dominus, castigat: flagellat autem omnem filium quem recipit. [g] Atque prædictæ quidem Scripturæ in aliis locis examinatæ, alia mysteria adesse significant.

Ecclesiast. Græcè habetur, sed legendum putauerim.

Genes. 11. & 17.

Genes. 32.

Ibidem.

Ibid. 38.

Genes. 16. & 21. Prou. 3. Hebr. 12.

## COMMENTARIVS.

[a] Non me latent autem ea etiam. Respondet ad ea quæ dicebantur ab aliquibus, relinquendam esse Philosophiam vt & quæ minimè sit necessaria, & à malo profecta, & ad hominum perniciem comparata; & quod non sit à malo quidè profecta, sed sit opus diuinæ prouidentiæ dicit se posita ostensurũ. Aduersus id autẽ quod dicebant eam non esse necessariam primũ opponit caput vtilitatis. Nã etsi verũ esset inutilem esse philosophiã, quod tamen non concedit, esset tamẽ vtilis ad probandum eam esse inutilem.

Quod autem ad probandū sit vtilis, ex eo probat quod fide digna sit probatio quæ fit eō experimento, & optima ac perfectissima demonstratio est eorū quæ sunt damnata cognitio. Cum ergo Philosophia constet quæ sit per rationem & experientiā, & optime cognoscat ea quæ sunt damnata, id est, ea quæ sunt reprobata ac reprobata, ea cognitio erit optima & perfectissima demōstratio. Nihil enim magis demonstratur quā quod necessariis, & euidentibus rationibus malū esse ostenditur, & ita damnatur. Non sanè tem nudè dicenda Græcorū dogmata vt ea confutentur, sed sunt singula ita aperienda vt ex simul agnoscat tam qui disputat, quàm is cum quo disputatur. Ita enim intelligo illud *μὴ δεῖ ἐνυπνίοις*, id est, vtilis ea eam quæ est simul cognitionē, quando scilicet vterq; cōsentit ea esse dogmata de quibus agitur. Itaq; ego probat esse vtilem, & ea ratione esse admittendam. Porrò autem alia quoq; ratione dicit admittendam, nempe quod etsi non conferat ad finem, nempe ad fidem quę est scopus quo tenditur, philosophia eis enim non probatur argumentis, ad hoc tamen confert quod sit ornamentū orationis quæ inducit fidem. Ad hoc quoq; confert quod varia & multiplex doctrina Catechumenis est admirabilis, cum dent præcipua Græcorū dogmata confutari. Quo fit vt neq; Philosophiæ illecebræ eis afferant periculum, dū vident non esse verum quod de ea dicitur, & hac inducti persuasione acquiescunt dogmatibus quæ docentur, & qui iam crediderunt in fide cōfirmentur nec ab ea auellātur, & aliqui sibi comparent exercitationē qua fidem quæ Philosophicis demonstrationibus demonstrari non potest, vtcunque demōstrent, vt qui sint optime tecti, nec ab aduersariorū telis possint sauciari. Ad hoc quoq; prodest Philosophia, quod conflictus dogmatum aliquā parat cognitionem, quæ existit ex veritate cognita inter se conferuntur. Quamuis enim Philosophia nō ingrediatur per principem rationem, quę est fides seu verbum fidei, accipitur tamen aliqua firma & stabilis persuasio ex scientia eorū quæ vtcunq; intelliguntur. Porro autem dicit se in his libris stromatū consulto eclare semina cognitionis veritatis & fidei, vt verum latens diu quæsitū sit iucundius, similitudine sumpta à venatoribus quibus præda est cundissima, quæ diu quæsita tandem ab eis capitur. [b] *Quamam ergo de causa tuos eis mentiar?* Affirmans cum in his stromatū libris externam inferuerit Philosophiam. Dicit enim esse periculū, ne sub veræ philosophiæ ratio nēpe doctrina Christiana, palā enuncietur iis qui futili delectentur sapientia ad fallendū & præstringendos oculos accommodata eloquentia, cum nolint credere, vt qui verbis autes obstruant, venerandā irrideant veritatem, barbariem habentes ludibrio, & nonnulli eum decipiantur. Ideo ergo externā admiscuit philosophiā, vt eos imprudentes & non animaduertentes latim ad verā ac diuinā adducat philosophiam, nempe ad verbum fidei. Futilem autem eorum eloquentiā graphice depingit Clemēs, ad id etiā citatis Democriti Abderitani & Solonis Atheniensis verbis. Eos certe dicit dictiunculariū esse venatores, litigatores, & verborū cōsarcinatores. Ita enim vertimus Græcè est *λεξιθηρίας & ἰμαντοσαμβίας*, quæ sunt verba Democriti. Quorum primū quidē quid significationis sit apertum. Non ita autem secundum: *ἰμαντοσαμβίας*, apud Iuliū Pollucem est quidā ludus, quem describit, duplicis lori labyrintho similis circumactio, &c. Eustathius verò in ℌ Rhapsodiā Iliadis ait *ἰμαντοσαμβὰς*, erat quoddā ludi genus, nempe duplicis lori, obliqua circumactio. Et est quidē huius eius significatio, metaphoricè autē seu allegoricè si recte cōiicio, significat eos qui linguā habitant lem & verba verbis instar lori inuoluunt: talis erat de quo dicit Deus in libro Iob. Quis est iste qui sententias sermonibus imperitis? Sic ergo mihi videtur intelligendū, vt *λεξιθῆρας & ἰμαντοσαμβίας* dicantur non ad *λόγον*, id est, sermones, vt vult Cœlius Rhodiginus, sed ad eos qui loquuntur. Censeo ergo ita vertendū; Contentiosos & verba verbis involuentes, quos etiā dicit Cicadis loquaciores, non *φιλοψόγους*, sed *πολυλόγους*, aures non viriliter sed lasciue & effœminate demulcentes & titillantes. Sermo eorū verba mollia & delicata & ad delectandū comparata. Ab eis si linguā auferas nihil retinquas: enim nullius ponderis & momenti omnes eorū sententiæ. Quo fit vt pulchrę eis cōuenat propria illa sententia, eos veteribus calceis esse similes, quibus cæteris detritis sola valet lingua. Eos esse Sophistas, quasi sapientū simias, qui & futili inaniq; loquacitate imitantur Oratores, & falsis argumētis, philosophiā. Eos dicit Solon figere vestigia vulpis, aut vt Græcū melius exprimam, pis ingredi vestigiis, id est esse dolosos, fraudulētos & captiosos, quantumuis videatur in eis inesse diserta & sapientia. Ad quod alludens tacite significat Christus, le non habere vbi caput reclinet, cū Christus sit ipsa sapiētia, quæ est omniū quæ sunt, id est, quæ vera sunt & æterna, caput, id est, niat caput in eos qui distincti sunt à cæteris animantibus, id est in eos qui sunt eius membra & habent, vt in quibus sint omnia plana & aperta. Is cōprehendit sapiētes, id est, eos qui sibi videntur tes, in foueis, nempe in astutia ipsorū. Dominus enim solus scit cogitationes sapientū esse vanas. Nam antē Scriptura sapientes, nō eos solos qui diuinarū & humanarū rerū habent cognitionē, sed eos qui stas, id est, eos qui quomodo possunt imitantur sapientes, vt & qui versentur in dictionibus earū nantur, vt ornēt orationē, vt videantur Oratores & qui in superfluis artibus: nō enim rerū quarum ritatē, sed speciem tantū & imaginē, & non ipsam scientiā, sed vanā quę demonstrari non potest, nem. [a] *Vnde ipse quoq; Græci.* Et Græcos citat Poētas, & ipsam sacram Scripturā, vt vtrobiq; ostendat ci & sapiētes & Sophistas qui artes aliquas exercēt, & in eis curiosè versentur. Cratinus & Iophon mici, Poētas & Rhapsodos, id est qui carmina cōsarcināt, vocant Sophistas. Hesiodus Linū eum pientiæ dicit fuisse peritum, & Nautā appellat sapientā. Homerus autē fabrum vocat sapientē. De Magnete hoc apud Græcos vsitatissimū vt qui in arte aliqua excellat, sapientē eum vocēt artificē. De Magnete aūt quos tāquā Homeri citat versus, merito dubitat an sint eius. In iis dicitur eū nihil in re fuisse sapiētē, id est nullā sciuisse artē. Quid de insigni autē eius stultitia narret Eustachius operepretium est Qui, inquit, fecit Margiten qui inscribitur Homeri, scribit eū fuisse natū parentibus admodū nobilibus. Cū autē vxorē duxisset, cū ea nō esse cōgressū, donec illa persuasa finxerit se in inferioribus partibus sanciatā, nec vulneri vllū posse adhiberi remediū, nisi membrū virile illic esse applicatū, & ita vt ei videretur illi apropinquasse. Multos illic alios narrat qui fuerūt insignis stultitiæ, quos apud eum lege

Iob. 38.

Cœlius Rhod. lib. 26. cap. 23.

Eustathius in Rhapsf. Odyss.



rit volet, aut si Græcè non intelligat, legat Thesaurū Lycosthenis. Ex Scriptura autē sacra citat Danielem & Exodum, ex quibus intelligitur omnem mundanā sapientiam & artem dici sapientiā, & quæ humana ratione sunt excogitatæ per additionem & compositionē. Eæ autem sunt artes quæ cùm versentur in materia, ad earum perfectionem est aliquid addendum & componendum: cuiusmodi sunt artes omnes huiusmodi. [a] *Rursus autem aperte scriptum est ex nomine Domini.* Illud quidē; Et tu loquere omnibus sapientibus quos impleui spiritu sensus, nec in Hebræo inuenio, nec in Chaldæo, nec in Septuaginta, nec tamen dubito quin in suo exemplari id habuerit Clemēs, maxime cū id exponat. Sapiētes autem cognitione, nisi fallor, eos vocat qui valent ingenio & intelligentia, & notiones rerū habent in mente. Sunt alij qui habent spiritū sensus, qui eas artes exercent quæ cadūt sub sensū. Eæ sunt autē artes sordidæ & illiberales, vt qui est cōmuniter Musicus, & Musicæ non didicit disciplinā versatur in auditu, in vocis figulus, in voce cantor, in olfactu vnguētarius, in visu tornator. Nā etsi nulla sit ars cui nō accedat aliqua vis & ingenij & cogitationis, in eis tamen maximā partem obtinet sensus. In eis autem ipsis artibus in quibus maxime dominatur sensus, duplicem spiritū sensus accipiūt ab ipsa principe sapiētia, quæ est in intelligentia, ij qui seipsos dignos exhibent, vt qui omnem sapientiam Dei esse donū agnoscentes eum ab ipso petant, & ei acceptā ferant. Tales ergo sunt artes illiberales. Artes autē liberales quæ dicūtur disciplinæ, non tam habent sensum quam consensionem. Consensionem autem vocat cū sensu cōmuni rationē, sed in qua principatū obtinet ratio, cui seruit sensus. Eæ artes sunt Poëtica, Rhetorica, Dialectica, Philosophia, & quæ sunt huiusmodi, quæ oriuntur quidē ex cogitatione & intelligētia, verūtamen in sensilibus. Nā Poëticæ subiectū sunt modi, nempe metra: Oratoriæ autem seu Sophisticæ actiones: Dialecticæ, syllogismi: Philosophiæ autē cōtemplatio, quæ sunt omnia sensilia. Inueniuntur autem & excogitātur artes, & scientiæ, cōsensione, id est ratione simul & consensu. Nā vbi simul est ratio & sensus, & ratio quidē affert rei causam & eius intelligentiam, sensus autem dat experientiam: ut cognoscendum & excogitandū scientiā facile applicatur animus, & ita inuenitur & excogitatur ars & scientia, sed non satis est applicare animū ad artem & scientiam nisi in ea perseueres. Nam applicationē comitatur exercitatio: sine exercitatione autē perit applicatio. [b] *Merito ergo Apostolus.* Postquam ostendit quid sit sapientia, & quidnam sub sapientiæ nomine comprehendatur, nempe quod sit & diuina & humana, & quod artes etiā significet & scientias, & tam liberales quā illiberales, & quomodo parentur, vtuntur, refert. Apostolum merito dixisse variam & multiplicem Dei sapientiā, quæ vt nobis profit suam multiplicē potentiam, per artem, per scientiam, per fidē, per prophetiam. Sunt enim hæc omnia Dei sapientia. Omnis autē sapientia est à Domino Deo. Hic autē incipit ostēdere à Domino Deo esse Philosophiā, de qua nulle vtilem. Hoc enim in hunc locū reseruauerat. Cum autē sapiētia sit à Deo, eam dicit à Deo esse tradam, vt inueniatur vera religio & verus Dei cultus & diuinus sensus. Per diuinū autē sensum intelligit Dei cognitionē, quem opponit sensui Philosophiæ. Quē tamen sensū Philosophiæ dicit Propheta, licet Solomō diligēter esse scrutandū vt proficiamus in Dei cultu & pietate. In ea enim sapiētia, tanquam thesaurum reconditū Deus iustis dat auxilium. Sapientia enim prudentia & sensus ex ore Dei proficiscitur, vt quæ nō sit quidē ipsa Dei essentia, sed ab eo sit creata & producta & nobis indita, vt Deum rerum creatorem ex eius operibus agnoscentes, ipsum colamus. Hic est sensus philosophiæ quē vocat consensionem. Nam cū sensu, nempe visu mundū & quæ in eo sunt aspeximus, creatorem contemplamur & ratiocinantes Deū esse cognoscimus, & colendū esse censemus: Hic est Philosophiæ sensus. Sensus autē diuinus, in quē nullus cadit sensus corporeus, est qui diuino lumine illuminatis & Dei gratia inspiratis persuadet vt Deo & in Deū credant, & in eum spem suam defigant, illumq; & quæ eius sunt propter eum diligant, & in eam actionū suarum finem tanquam scopum dirigant. Hi per fidem sanctificabuntur, vt loquitur Tertullianus, peccatis dimissis iustificātur. Nihil enim est quod eis amplius imputetur, maximè si eorum fides operetur per charitatem. Per philosophiā autē iustificari dicuntur aliqua quidē ex parte iusti reputātur, nempe quod quæ sunt de moribus præcepta seruantes, nec in vitiis contaminant, & præ se ferunt quandam virtutis similitudinem. Iusti autem nō sunt, quod eorum peccata expientur, nec virtutis solum scopum Deum habent propositū, licet ex Dei operibus Deum vtcunque agnoscant. [c] *Atque ea ut quidam ante Domini aduentum.* Tantum abest vt Philosophia iustificāt, vt Græcis fuerit necessaria ante aduentū Domini: docebat enim quomodo esset vita rationi congruenter agenda, & ea dabat præcepta quæ pertinebant ad ciuilē vitæ societatē, etsi non habebat eum quem verbū requirit perfectionē. Quinetiam nunc quoq; postquā aduenit verbū est vtilis ad Dei cultū & pietatem, si fides quæ est diuinitus infusa sit demonstranda, quod sæpe est faciendum si disputetur rerum Græcis, vt olim disputarunt Theologi maiores nostri, vel cū hæreticis, cum quibus est disputandū, non solū sacrarum Scripturarum authoritate, sed Philosophicis etiam rationibus. Non ostendit per tuus, id est, nō errabis, si quæ bona sunt, siue ea à Græcis, siue à nostris nēpe sacris libris, accesseris, & referas ad Dei prouidentiam. Alludit autē ad illud Solomonis: Viam sapientiæ monstrabo tibi, & ducā te per semitas æquitatis: quas cum ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum. Cur autem sint omnia ad diuinā referenda prouidentiam, hanc reddit rationem, quod Deus sit omnis bonorum causa. Hæc cùm dixisset, ne videretur Græcā philosophiam exæquare sacris Scripturis, bonorū quæ à Deo dantur hanc constituit differentiā, quod alia dantur principaliter, alia per consequentiā. Libri quidē sacri tam veteris quam noui testamēti dati sunt principaliter, Philosophia autem non principaliter, sed per cōsequentiā, nempe vt sacris inseruiret & eis esset adminiculo. Hoc cū dixisset, venit illi in mentē subdubitare, num philosophia quam dixit esse datam per consequentiam, fuerit data principaliter, priusquam Græci vocati essent ad finem. Nam vetus quidem testamentū fuerat & nouum datum est principaliter, & tamen lex quæ est pars veteris testamenti fuit pædagogus ad Christum, vt ait Paulus ad Galatas. Certe sicut pædagogus à vitio arcet adolescentē, illum reddens idoneum omni studio percipiendis iis quæ tradit præceptor: ita lex pædagogi officio functa est. Nam & à pri-

Prouerb. 4.

Galat. 3. Chrysost. in 3. ad Gal.

Theodor. in 3. ad Gal.

ori impietate liberauit, & cum Dei docuisset cognitionem, veluti ad quendam doctum Doctorē, ad Christum nos deduxit, Christum Dominum: vt perfectas disciplinas ab eo discamus. Lex ergo tradit quædam præparatio ad Christum, vt quæ mandatis, cæremoniis ac iustificationibus Hebræos instituit continens, eos tandem perducebat ad summam & perfectam Christi philosophiam. Hoc ipsum videtiā dici posse de philosophia, quę ante Christi aduentum Græcos bonis formabat moribus & institutis, quibus summum veluti colophonē imposituras erat Christus. Boni quidem erāt mores & institutum, non bonus erat eorum finis & scopus. Nam sibi proponebant vel gloriā, vel voluptatem, vel quid omniū optimi, ipsā per se virtutē, sed viro bono, qualē informat Christus, solus scopus debet esse Deus qui est ipse quoq; eius merces & præmiū. Porro autem cum animadvertisset Clemens posse fieri quod frustra multæ quærerētur viæ cum esset vna via & veritas, obiectioni respondet, verū quidem vnā esse viam, sed sicut multa fluēta deducuntur ad vnum flumen, ita etiam multas vias deduci ad eam viam, nempe ad Christum, in qua qui insisterit aberrare non poterit. Vnius & eiusdem iusti, & multi etiam iustorū sunt multæ viæ, nempe variæ & diuersæ viuēdi rationes & institutā, quæ tamen omnes clara & laudanda, si omnes ad vnā tendāt viam, nempe ad Christum. Porro autem Christus est & vita. Via autem ducit ad vitam, id est, Christus ad Christum. Sed tendentibus etiam ad Christum duæ quædam mandata seu præcepta quæ ducunt ad vitam, nempe Christum, & sunt etiam quædā disciplinæ quæ Christianā præcedunt institutionem, quę sunt adminicula ad vitā, nempe ad Iesum Christum, quomodo etiam apud Græcos sunt disciplinæ quæ præcedunt philosophiā: disciplinas autē quas præcedere existimo esse non scriptas Ecclesię traditiones, vtpote cruci signari, & orare ad Orientem, & permulta alias quas inuenies apud Diuum Basilium in libro de Spiritu sancto ad Amphilochiū, & apud Tertullianum in libello de corona militis, & in Distinct. 11. can. Ecclesiasticarum. [a] *Hierusalem, Hierusalem, quoties volui congregare filios tuos.* Illud quod dixit Christus apud Lucam; Hierusalē, Hierusalem, accōmodat Clemens suo instituto, nempe vt ostendat se multiplicem Dei sapientiā, & multis modis esse factā nobis nem, & non semel tantum sed bis, eiusq; esse multos gradus, nec solum in hoc tempore, sed etiā in turo, quōd erit æternū cum nulla sit amplius habenda ratio currentis temporis. Hierusalem, inquit, tuę visio pacis. Significat autē, inquit, quod qui Scripturas non cōtentioso animo sed quieto & pacifico legerint, intelligēt se multis modis vocari ad institutionē, id est ad Verbi doctrinam. Ideo enim ita gregauit Verbum vt discerent. Non solum enim voluit cōgregare, sed quod voluit effecit. non enim eius voluntas irrita. Sępius autē id effecit, vt qui bis id fecerit, nempe & per Prophetas qui eam adhuc prænunciarunt, & per suum aduentum quando attulit bonum nuncium salutis. Multiplex autē & varia fuit eius sapientia, vt qui dederit varias vitæ rationes & institutā, ad vnū tamen Christū tendentes, & in vno quoq; eorum institutorum datur salus, licet eorum qui salutem assequuntur sint varij gradus. Ioan. 14. autem eorum varij gradus, non solū in hoc tempore, sed etiam in futuro quod est æternum. Nam domo patris dicit Christus esse multas mansiones, vt sunt etiam varij gradus eorum quibus datur, vt pro varietate meritorum in hac vita, sunt etiam in æterna varia præmia. Quod sit autē multiplex sapientia, non est mirum. Nam spiritus Domini repleuit orbē terrę, qui varie sua dispertit munera, ut in risimata. [b] *Quod si quis vim afferens dicat.* Erant qui à Christianis reiiciendam esse Philosophiam existimabant, quod meretrix quam vitare iubet Solomon significet philosophiam. Quōdquidē ex his hoc probat, quod neq; aduletur Philosophia, quod est propriū meretricis & ipsa verba plane sint meretricem. Sed sunt alia verba, nempe hæc. Ne fis multum apud alienā, quæ significant non esse dum esse vsum philosophiæ, sed non esse in ea nimis immorandū: ea est enim quam vocat sectatricem philosophiam. Ita etiam fuerunt olim qui dicerent esse quidem philosophandum, sed non nunc. Docens omni ætate & tempore fuisse quædā quæ præpararet ad Verbum. Quomodo autem quo tempore principatū tenebat apud Græcos philosophia, nempe ante Christi aduentū, ea multas habebat ancillas, scilicet disciplinas quas vocāt ἐγκυκλίους παιδείας, quarum amore capti nonnulli, aspernati sunt ipsam etiam nempe philosophiā. Ita cūm post Christi aduentum philosophia non iam sit domina, sed ipsa ancilla, quę est diuinarum & humanarum scientia, & eius causārū, non desunt qui ancillam philosophiam magis ament quam dominam sapientiam. Quod autē sapientia sit philosophia, hinc præclarum licet videre, quod cūm vtraq; profiteatur virtutis actionem, nō est tamen vtriusq; vnus & idem scopus. Nam philosophia quidem in actione virtutis non aliū sibi proponit scopum & finem qui ipsam per virtutem. Sapientia autem quæ est Christiana philosophia, & cui ancillari debet mundana philosophia, Philosophia omnium suarum actionum quæ sunt ex virtute, nō aliū scopum & finem habet sibi propositū quām Deum. Quo est ergo Deus omnibus quæ dici & excogitari possunt præstantior, eo est longe tia philosophia excellentior: exercetur enim virtus à sapientia propter Dei honorem & cognitionem. [1] *Eorum autem quæ dicta sunt.* Ad institutū suum omnia adaptans Clemens, Abrahæ & Sarę & Agar riam interpretatur, allegoricè docens Saram, id est sapientiā quæ obtinet principatum, prius quam permittere Abrahamo, id est homini iusto & fideli, aliquandiu habitare cum Agar, id est cū cognitione losophia seu mundana & seculari, vt ab ea paulo post discedens & ad diuinam se cōuertens sapientiam, id est ad fidem & ad iustitiam, prolē suscipiat. Eius autē proles fuit Isaac, per quem indicatur ipsum se didicit. Nam cœlestiū quidem rerum contemplatio, quæ est Astronomia in qua versatur ea studium & cæterę mathematicæ disciplinæ præparant quidem ad sapientiā, sed ipse per se nihil fructus afferunt. Per se autem fructum affert fides, quæ Deum sibi scopum proponēs, & per charitatem operans, ipsum fructus, id est ea facit opera, quæ per Dei gratiam producta vitam merentur æternam. [2] *Habemus eam etiam altam eorum.* Alia similitudinē ostendit secularem eruditionē non esse despiciendam. Thamar bat in triuio & videbatur esse meretrix: significat autem secularem eruditionē quæ quodcunq; vbi sequaris, se offert & cōmunicat omnibus. Iudas autem qui est potens, vt qui teneat firmā ac validā confessionem, non abhorret Thamar, id est mundanam philosophiam, sed ad eam accedit vt quæ



dumtaxat, sed nihilo secius retinet firmam ac solidam Dei confessionem. [1] *Atque prædicta quidem Scripturæ.* Quoniam suo instituto accommodauerat quas diximus Scripturas allegoricē expositas, ne quis existimaret eas non aliter posse exponi, dicit eas in aliis locis examinatas alia significare mysteria, nihil enim vetat quominus eadem Scriptura sensus habeat varios & diuersos.

[a] HINC ergo dicimus philosophiam nuda ratione habere inquisitionem veritatis & naturæ eorum quæ sunt. Hæc est autem veritas de qua ipse dixit Dominus, *Ego sum veritas & rursus*, Disciplinam quæ præcedit eam quæ est in Christo quietem, exercere mentem & excitare intelligentiam, generando ingenij acumen aptum ad inquirendum per veram philosophiam, quam inuentam vel potius acceptam Mysteria habent ab ipsa veritate. Multùm autem confert promptitudo, ad videndum ea quæ oportet per exercitationem: mentis autem fuerit exercitatio ea quæ mente possunt percipi. [b] Triplex est, inquit, eorum natura quæ in quantum continuis, & quantis discretis, & iis quæ sunt dicenda, consideratur. Quæ enim ex demonstrationibus conficitur oratio, perfectam animæ fidem facit eius quod consequitur, vt non partiā quod demonstratum est aliter se habere: nec sinit vt iis succumbat quæ nobis per fraudem incurrunt. In his ergo disciplinis à sensilibus expurgatur & excitatur anima, vt possit veritatem perspicere. [c] Educatio enim, & bona quæ seruatur eruditio, bonas efficit naturas: & bonæ naturæ talem suscipientes disciplinam, fiunt adhuc prioribus meliores, cùm ad alia, tum ad pignendum, quemadmodum in aliis animalibus. Vnde etiam dicit: Vade ad formicam, piger, & efficere illa sapientior, quæ multum & omnis generis nutrimentum recondit tempore messis aduersus minas hyemis; aut: Vade ad apem, & disce eam esse opificem. Ipsa enim omne pratum depascens, vnum fauum generat. Si autem oras in cella penuaria, sicut dominus adorare spiritu, non vtique in sola domo versabitur œconomia, sed etiam in animam sint ei tribuenda, & quemadmodum, & quantum, & quænam sint reponenda, & ipsam recondenda, & quando ea afferenda, & apud quos. [d] Non enim natura, sed disciplina viri boni & honesti fiunt, quemadmodum medici & gubernatores. Omnes itaque communiter videmus vitem & equum, sed sciet quidem agricola, vitisne ad ferendum fructum bona sit an mala: & qui equorum habet cognitionem, facilè discernit ignauum vel celerem. Alius autem esse aliis natura ad virtutem aptiores, ostendunt quidem quædam studia eorum qui sunt aliis naturā aptiores: nullam autem ex virtute perfectionem arguunt eorum qui sint meliori natura, cùm etiam qui natura minimè apti sunt ad virtutem, eam quam par est assecuti disciplinam, vel ad omne genus probitatis & honestatis peruenerint: & contrà, qui natura apti erant ad virtutem, euaserint mali negligentia & incuria. Nos rursus naturā ad societatem & communicationem aptos iustisque Deus fabricatus est. Vnde nec iustum ex sola impositione oriri dicendum est: ex præcepto autem bonum opificij excitari intelligendum est, cum ex disciplina didicerit anima velle bonum eligere. [e] Sed quemadmodum vel sine literis fidelem posse esse dicimus, ita quæ in fide dicuntur non posse intelligere eum qui non didicit confirmatur. Quæ enim bene dicuntur admittere, aliena autem non admittere, non absoluta, fides sed quæ circa disciplinam versatur, fides efficit. [f] Quòd si ignorantia, imperitia simul & inscitia rerum diuinarum atque humanarum scientiam æquè affert atque doctrina: at quemadmodum in vitæ paupertate licet rectè viuere, ita etiam licet in abundantia: & facilius simul & celerius cum præcedentibus disciplinis liberalibus posse aliquem virtutem venari confiteamur, quæ tamen non est eiusmodi vt sine iis capi non possit, sed tunc quoq; ab iis qui didicerūt, & sensus habent exercitatos. O diū enim, inquit Solomon, excitat contentio. Vias autem vitæ custodit disciplina, vt non decipiamur, neq; circumueniamur ab iis qui ad auditorū perniciem improbam artem exercuerunt. Disciplina vagatur, inquit, inconfutabilis. Oportet autem argumendi & refellēdi genus persequi, vt Sophistarū fallaces repellatur opiniones. Rectè profectò

πλεονεξία. ac diuinè. [g] *Anaxarchus autem Eudemonicus scribit in libro de Regno: Multa actoria doctrina multùm quidem iuuat, multùm autem etiã lædit eum qui illam possidet. Iuuat enim dignus est, lædit autem eum qui quiduis dicit vel in vniuerso populo. Oportet autem scire mensuram temporis. Hic est autem finis sapientiæ. Quicunque autem canunt pro foribus, etsi quid doctum cecinerint, non reputati sapientes opinionem subeunt stultitiæ. Et Hesiodus*

Musarum, reddunt hominem quæ multa loquentem
Diuinum, vocalem.

*In verbis enim copiosum dicit multa loquentem, acrem autem ac vehementem, vocalem, & diuinum, eum qui est peritus, & Philosophus, & sciens veritatis.* [h] *Apparet itaque proprie illas liberales Græcorum disciplinas vna cum ipsa philosophia venire diuinitus ad homines, non principaliter, sed quemadmodum imbres erumpunt in terram bonam, & in humum, & supra domos. Similiter autem germinat & herba & frumentum, & nascitur etiam ficus in monimentis, & si qua est arbor impudentior. Et quæ nascuntur, emergunt in figura eorum quæ vera sunt, quoniam eandem pluuiæ virtutem sunt assecuta, sed non eadem habuere gratiam quam ea quæ in solo pingui nata sunt, vt quæ vel arefacta vel exusta fuerint.* [i] *Porrò autem hîc quoque vtilis est parabola sementis, quam Dominus est interpretatus. Vnus enim est agricola terræ quæ est in hominibus, qui ex alto seminat a constitutione mundi alentia semina, qui vnoquoque tempore verbum principale implet, tempora autem & loca quæ susceperunt, genuere differentiam. Et alioqui agricola non illum frumentum, etsi eius quoque sunt plures differentiæ, sed etiam alia semina seminat, hordeum, fabas, pisa, cicer, & semina quæ olera in hortis producunt, & flores. Eiusdem est autem agriculturæ, & plantandi officium, & operandi, quæcunque pertinent ad plantaria, hortos, & pomaria, & in summa, ad omnis generis arbores producendas & alendas. Similiter autem non sola ars pascendarum ouium, sed & boum equorumque & cæterorum alendorum & curandarum apum artes omnes, & vt semel dicam, quæ in curanda regenda animalibúsque nutriendis versantur, inter se quidem differunt eo quod est magis & minus, sed sunt omnes vitæ vtiles. Philosophiam autem non dico Stoicam, nec Platonicam, nec Epicuream, & Aristotelicam, sed quæcunque ab his sectis rectè dicta sunt, quæ docet iustitiam cum pia scientia, hoc totum selectum, dico philosophiam: quæcunque autem ex humanis amputata cogitatis adulterarunt, ea nunquam diuina dixerim.* [j] *Iam verò illud quoque consideremus, quòd si quando rectè viuunt qui nesciunt benefacere, accidit eos vt benefaciant: nonnulli autem per intelligentiam ad veritatis verbum feruntur tanquam ad scopum:* [m] *Abraham autem non ex operibus iustificatus est, sed ex fide: nihil ergo post vitæ finem proderit, etiam si nunc rectè operentur, nisi fidem habeant. Proponuntur Græca voce expositæ sunt scripturæ, vt nullum vnquam ignorantiæ possint prætexere ferre, cùm possint quæ sunt apud nos audire, si tantùm voluerint.* [n] *Aliter quippiam dicit veritate, aliter veritas seipsam interpretatur. Aliud est veritatis coniectura, & aliud veritas, aliud similitudo, aliud idipsum quod est. Et altera quidem accedit disciplina & exercitatione, altera verò potestate & fide. Est enim donum doctrina pietatis, gratia veritatis.*

Psal. 117. *Facientes enim Dei voluntatem cognoscimus. Aperite ergo, inquit Scriptura, portas iustitiæ, vt in eas ingressus confitear Domino. Sed viæ quidem ad iustitiam, cùm Deus seruatis modis, est enim bonus, sunt multæ & variæ, & ferentes ad viam Dominicam & portam. Quòd si viam regiam & ingressum quæris valida authoritate munitum, audies: Hæc porta Domini, iusti intrabunt in eam. Cum ergo multæ apertæ sint portæ in iustitia, hæc sola porta Domini iusti intrabunt in eam. Cum ergo multæ apertæ sint portæ in iustitia, hæc sola porta*

γνω. στικὴ. *Christo, in quam beati omnes qui intrarunt, & iter suum direxerunt in sanctitate cognitionis, potestate prædita. Iam Clemens in epistola ad Corinthios, his verbis inquit, expositis*





*differentiam eorum qui sunt probati in ecclesia: Sic aliquis fidelis, sit potens in explicanda cognitione, sit sapiens in discretione sermonum, sit stupendus in operibus.* [o] *Ars autem Sophistica, quam sectati sunt Græci tanquam rem præclaram & magni faciendam, est potestas phantastica, seu quæ visione percipit, verbis falsas opiniones tanquam veras ingenerant. Præbet enim ad persuadendum quidem dicendi artem, ad contendendum verò, litigandi. Artes ergo, si non fuerint cum philosophia, fuerint cuilibet exitiales.* [p] *Apertè itaque Plato malam artem appellauit Sophisticam, & eum sequens Aristoteles, eam quandam contendendi artem pronunciat, vt quæ totum sapientiæ officium probabiliter auferat, & profitetur sapientiam in qua non est versata, nec in eam studium posuit.* [q] *Vt paucis autem dicam: quemadmodum artis quidem dicendi principium, est id quod est probabile: officium verò, argumentum: & finis, persuasio: ita litigandi ac concertandi artis principium est id quod vsum fuerit: officium verò, contentio: & finis, victoria. Eodem enim modo Sophistice quoque artis principium quidem est id quod apparet, officium verò duplex, vnum quidem ex arte dicendi, quod cernitur perpetua oratione rem persequens: alterum verò ex Dialectica, interrogans: eius verò finis est obstupefactio & deductio ad admirationem. Et quæ rursus in scholis vulgò iactatur Dialectica, ostenditur Philosophi esse exercitatio in eo quod est opinabile, contradicendi facultatis gratia. Meritò ergo egregius Apostolus superuacaneas has artes dictionum vilipendens: Si quis non accedit, inquit, ad sanos sermones, doctrina autem aliqua est inflatus, nihil sciens, sed laborans circa quæstiones & pugnas verborum, ex quibus fit lis, inuidia, maledictum, suspiciones malæ, concertationes hominum mente corruptorum, & priuatorum veritate. Vides quomodo in eos inuectus sit, Logicam, id est, quæ in sermone versatur, eorum artem morbum appellans, propter quam se efferunt, & magnificè circumspiciunt quibus cordi est hæc ars garrula & improba, siue sint Græci, siue etiam barbari Sophistæ. Pulcherrimè ergo dicit Tragicus Euripides in Phœnissis:*

Iniqua verò oratio
In sægra, pharmacis eget sapientibus.

*Sanus etim dictus est sermo salutaris, cùm ipse sit veritas: & id quod sanum est semper manet immortale. Quæ est autem ab eo quod est sanum & diuinum secretio, est impietas & lethalis affectio.* [r] *His sunt lupi rapaces tecti pellibus ouium, plagiarij, & diserti animarum abigei, quidam quidem furantur: sed fures esse conuincuntur, qui & dolo & vi nos conantur spoliare, qui non delectamur superuacaneis, vtpote quòd minus eis in dicendo valeamus:*

Vir impeditus sæpe linguæ infantia,
Cùm iusta dixit, at diserto habet minus.
Quin ore quod bellè fluit, verissima
Surripiunt, appareant vt quæ haud decet,

*inquit Tragœdia. Tales autem sunt litigiosi isti, siue sectas sectentur, siue artes nescio quas excerpant dialecticas. Isti sunt qui funiculos trahunt, inquit Scriptura, & nihil texunt, eorum laborem plurimi facientes, quem imposituram & astutiam ipse vocauit Apostolus, eam ad erroris insidias. Sunt enim, inquit, multi inobedientes, vaniloqui, mentem decipientes. Non omnibus ergo dictum est, Vos estis sal terræ. Sunt enim aliqui etiam ex iis qui verbum audiunt, marinis piscibus similes, qui cum ab ipso ortu in salso nutriantur, saliuis tamen ad condiendum indigent.* [t] *Ego itaque vel lubentissimè admitto tragœdiam quæ dicit: O fili, bene etiam dici possunt falsæ orationes, specie autem verborum verum vicerunt. Sed non est hoc perfectissimum sed naturæ & factum. Quisquis autem linguæ quidem exercet facundiam sapiens: res tamen semper existimo esse verbis præstantiores. Multis ergo placere minimè est expetendum. Quæ enim sunt illis iucunda, nos non exercemus.*

Galat. 5. Quæ nos autem scimus, procul sunt ab illorum affectione. Ne simus inquit Apostolus inanis gloriæ cupidi, nos inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. [t] Sic itaque veri amator Verbo, veluti à Deo incitatus dicit: Ego, inquit, sum eiusmodi vt nulli alij credam nisi rationi, quæ mihi consideranti optima visa fuerit. Eos ergo reprehendit qui absque mente & scientia credunt opinionibus, vtpote quòd non oporteat relicta recta & sana ratione, existere quæ est falsi particeps. A veritate enim aberrasse malum est. Vera autem dicere, & ea quæ sunt opinari, bonum. Bonis autem inuiti quidem priuantur homines: priuantur tamen, vel circumuenti, vel præstigiis decepti, vel coacti, & cùm non crediderint. Atque qui credidit quidem, sua sponte capitur: circumuenitur autem qui in contrariam persuasionem traducitur, oblitus quòd alia quidem tempus, alia verò ratio aufert imprudenti. Cogit autem sæpe dolor, & angor, & rursus contentio, & ira postquam susceptæ fuerit opinio. Postremò autem præstigiis decipiuntur, qui vel à voluptate sunt inducti, vel timore perterriti. Sunt autem mutationes omnes voluntariæ. Atque nihil quidem eorum vnquam accepta scientia. [u] Nonnulli autem qui se putant esse ingeniosos, nec philosophiam volunt attingere, nec Dialecticam, sed nec contemplationem discere naturalem, sed solam & nudam fidem requirunt, perinde ac si cùm nullam vitis curam gesserint, velint ab initio statim botros accipere. Ioan.15. Dicitur autem Dominus vitis allegoricè, à quo cum diligentia & agri colendi ratione, quæ fit ratione ac sermone, fructus est vindemiandus. Putare oportet, fodere, ligare, & reliqua facere. Falce, vt sentio, & ligone, & aliis rusticis instrumentis ad vitis curam opus est, vt nobis fructum producat esculentum. [x] Quemadmodum autem in agricultura, ita etiam in medicina, ille vtiliter didicit qui varias attigit disciplinas, vt posset melius curare & curare. Ita hic etiam eum bene & vtiliter eruditum existimo, qui omnia refert ad veritatem, adeò vt ex Geometria & ex Musica & ex Grammatica & ipsa philosophia colligens quod est vtile, nullis insidiis interceptam seruet fidem. Porrò autem athleta, vt prædictum est contemnitur, qui se non prius instruxit ad certamen. Iam verò gubernatorem quem laudamus qui multarum rerum habet experientiam, qui mores nouit multorum hominum, & medicum qui multa est expertus, qua ratione effingunt etiam empiricum. Qui autem singula refert ad rectam vitam, exempla afferens ex Græcis & ex barbaris, is valde prouidus veritatis inuestigator, & multi reuera consilij, instar lapidis Indicis (is est autem Lydius) creditur posse discernere aurum adulterinum à probo, & aptus esse ad separandum quæ nobis habet multam rerum experientiam & cognitionem, Sophisticam quidem à philosophia, ornatricem autem à gymnastica, & culinariam à medicina, & dicendi artem à Dialectica, quinetiam alias hæreses quæ sunt in barbara philosophia ab ipsa veritate. [y] Quomodo autem non necesse est vt de iis quæ intelligentia percipiuntur, tractet philosophandi qui Deum velit potentiam attingere? Quomodo autem non est etiam vtile diiudere voces quæ sunt ambiguæ, & quæ in testamentis efferuntur æquiuocè? [z] Ex amphibolia enim Dominus Matth.4. prudenter eludit diabolum in tempore tentationis. Nec ergo hic vtique video, quo modo philosophia & Dialecticæ inuentor, vt quidam existimant, inducitur deceptus tropo amphiboliæ. [a] Si autem Prophetæ & Apostoli artes non norant, per quas ostenduntur exercitatæ; pterea quòd non sint aures omnium intelligentes, artificiosas doctrinas exigit ad explanationem. Securè enim nouerunt illarum sensum Prophetæ & Spiritus discipuli. Ex fide enim & quàm dici non potest facilè, dixit Spiritus, sed non tam facilè percipere possunt ij qui non didicerunt. [b] Præcepta autem, inquit, scribe dupliciter, nempe voluntate & cognitione ad respondendi verba veritatis iis qui tibi proponunt. Quænam est autem respondendi, vel quæ etiam interrogandi scientia? Fuerit autem hæc Dialectica. [c] Quid verò, an non dicemus



quoque opus est? & facere sit ex verbo seu ratione? Si enim non verbo seu ratione agamus, neque verbo seu ratione fecerimus. Opus autem rationale ex Deo efficitur. Et nihil sine ipso factum est: Verbo, inquam, Deo seu ratione. An non etiam Dominus omnia fecit verbo? Operantur autem etiam iumenta acta cogente metu. Num etiam qui vocantur Ordinandi, bona opera aggrediuntur, nescientes quid faciunt? [d] Propterea ergo Seruator cùm panem accepisset, primùm locutus est, & egit gratias: deinde cùm panem fregisset apposuit, vt comedamus ex ratione, & cùm scripturas agnouerimus, vitam instituamus per obedientiam. [e] Quemadmodum autem qui mala vtuntur oratione nihil differunt ab iis qui malo facto vtuntur: calumnia enim est ministra gladij, & dolorem affert maledictum: ex quibus est vitæ euersio, hæc autem fuerint opera improbæ orationis: ita etiam qui bona vtuntur oratione, propè accedunt ad eos qui bonis factis vtuntur. Recreat itaque animam oratio, & adhortatur ad honestatem. Beatus est autem qui pro dextra vtraque manu vtitur. Neque ergo qui bene potest facere, est maledictis incessendus ab eo qui bene potest dicere: neque est vituperandus qui bene potest dicere, ab eo qui bene facere potest. Faciat autem vterque id quod ei à natura est institum. Quod autem alter factum ostendit, hoc alter loquitur, beneficentiæ veluti viam præparans, & deducens auditores vt bene operentur. Est enim etiam salutaris oratio, sicut opus salutare. Atque iustitia quidem certè non consistit absque oratione. Quemadmodum autem beneficio affici tollitur, si auferamus bene facere: ita tollitur obedientia & fides, si nec præceptum, nec qui est ipsum explicaturus simul assumuntur. Nunc autem altero alterius gratia, & verbis & factis abundamus. [f] Ars autem contentiosa & Sophistica est penitus repudianda, quandoquidem ipsæ Sophistarum doctrinæ non solùm multorum oculos præstringunt & eos seducunt, sed nonnunquam etiam non afferentes, Cadmeam referunt victoriam. [g] Est enim longè verissimus ille Psalmus: Iustus vuict in finem, quoniam non videbit interitum, quando viderit sapientes morientes. Psal.48. Quisnam autem dicit sapientes, audi ex Iesu sapientia: Non est sapientia improbitatis scientia. Eam autem dicit quam excogitarunt artes quæ in dicendo & disserendo versantur. Quæres ergo apud malos sapientiam, & non inuenies. Et si rursus roges quænam ea est: Os iusti, inquit, distillabit tibi sapientiam. Dicitur autem ars Sophistica æquiuocè cum veritate sapientia. [h] Meum autem est probabile, vt existimo, institutum, rationi conueniens, vere vocare, ea autem quæ significantur intelligere: eloquentiam autem nunquam magnifacere, contentum esse si significetur id quod intelligitur. Quo autem nomine significetur id quod volo exponere, nihil mihi curæ est. Opem enim ferre vt seruentur ij qui seruari cupiunt, puto esse optimum, non autem dictiunculas tanquam quædam ornamenta componere. Et si caueris, inquit Pythagoreus in Platonis Politico, ne sis de nominibus nimium solicitus, prudentia locupletior apparebis in senectute. Et rursus inuenies in Theæteto: Nominum autem & verborum facilitas, & non nimis accurata examinatio, vt plurimum non est sordida & illiberalis, sed eius potius contrarium: est autem nonnunquam etiam necessaria. [i] Hæc quàm fieri potest breuissimè scriptura enunciauit, dicens: Ne sis prolixus in sermone. Dictio enim est tanquam vestis in corpore: res autem sunt carnes & nerui. Non oportet ergo maiorem vestis quàm salutis corporis curam gerere. Non solùm enim frugalis victus ratio, sed etiam à superuacaneo cultu ornatuque aliena oratio, exercenda est ei qui veram vitam elegit: siquidem delitias vt dolosas & luxuriosas repudiamus, sicut vnguentum & purpuram veteres Lacedæmonij, dolosas quidem vestes, & dolosas vnctiones rectè reprehendentes & nominantes, quoniam nec honestus est ille cibi apparatus qui plura habet condimenta quàm ea quæ nutriunt: nec est bellus vrbanúsve orationis vsus, qui auditores magis potest delectare quam iuuare. [k] Musas Sirenibus existimare iucundiores admonet Pytha-

λυσιτελοῦντα. goras, docens non cum voluptate exercere sapientias, arguens autem deceptricem illum omnium oblectationem. Qui nauigando præterfectus est Sirenas, vnus sufficit: & qui Sphingi respondit, vnus alius, atque adeo si vultis, nullus. [l] Non oportet ergo vnquam delinitus phylacteriam vanam ambiendo & magnificiendo gloriam. Sufficit autem ei qui est cognoscendi potestate præditus, si vel vnus inuentus sit auditor. Potest itaque audiri Paulus scribens Bœotius: Non licet apud omnes veterem perrumpere orationem, præterquam 2. Tim. 2. fidelissimis silentij viis. Stimulus autem pugnæ est dominans oratio. [m] Admodum ergo recte nos vehementer admonet beatus Apostolus, ne verbis contendamus propter nihil vtile, ad euersionem auditorum: prophanas autem vocum nouitates vitemus, ad plurimum enim 1. Cor. 3. proficiunt impietatis, & sermo eorum serpit vt cancer. Hæc ergo sapientia mundi, stultitia est apud Deum. Et horum sapientum cognoscit Deus cogitationes quod vanæ sunt. Nemo Hier. 9. ergo glorietur humana præcellens cogitatione. Rectè enim scriptum est in Hieremia: Ne glorietur sapiens in sapientia sua, & ne glorietur fortis in fortitudine sua, & ne glorietur diues in diuitiis suis: sed in hoc glorietur, qui gloriatur, quòd intelligat & cognoscat, quia ego sum Deus faciens misericordiam & iudicium & iustitiam super terram: quæcunque his est voluntas mea, dicit Dominus. Ne confidamus in nobis ipsis, sed in Deo qui suscitat 1. Cor. 2. mortuos, inquit Apostolus: qui ex tanta morte nos eripuit, vt fides nostra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei. Spiritalis enim diiudicat omnia, ipse autem à nullo diiudi- Coloss. 2. catur. Illa quoque eius audio: Hæc autem dico ne quis vos decipiat in probabilitate sermonis, neque subingrediatur qui deprædatur. Et rursus: Videte ne quis sit qui vos seducat per philosophiam & inanem deceptionem, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum. Philosophiam quidam non omnem, sed curiosam, cuius etiam meminit Paulus in Actibus Apostolorum, reprehendens, qui nihil prouidentiam, & in Deorum numerum refert voluptatem, & si qua alia bonum dicunt elementa, quæ eis non constituens causam efficientem, ne visione quidem apprehendit ipsum. Quinetiam Stoici, quorum ipse quoque meminit, non rectè dicunt, Deum, cum sit corpus, vilissimam peruasisse materiam. Traditionem autem humanam, canoras dicens gas quæ versantur in oratione. Quamobrem illa quoque scribit: Iuniores fugite quæstiones: sunt enim pueriles huiusmodi contentiones. Virtus autem non tenetur amore insanorum, inquit Plato philosophus: [n] & certamen nostrum, vt vult Gorgias Leontinus, diuitias habet virtutibus, audacia & sapientia: audacia quidem, vt adeat pericula: sapientia autem, vt discernat ænigma. [o] Verbum enim quemadmodum in Olympia præconium, vocat quidem eum qui vult, sed coronat eum qui potest esse inuictus, quoniam reuera Verbum non Matth. 7. vult esse ociosum eum qui credidit. [p] Quærite enim, inquit Christus, & inuenietis: sed inquisitionem terminat inuentione, recentibus nugis exterminatis, inserta autem contemplationi quæ nostram fidem confirmat. Hoc autem dico ne quis vos decipiat in probabilitate sermonis. Coloss. 2. Ait Apostolus, vt qui, quæ ab eis dicuntur, discernere scilicet didicerit is, & iis quæ obiiciuntur occurrere docti sitis. Sicut ergo accepistis Iesum Christum Dominum, in eo ambulate radicati & superædificati in ipso, & confirmati in fide. Est autem persuasio fidei confirmatio. [q] Videte ne quis sit qui vos seducat à fide in Christum per philosophiam & inanem deceptionem, quæ tollit prouidentiam secundum traditionem hominum. Quæ est enim secundum traditionem diuinam philosophia, constituit & confirmat prouidentiam, quæ sublata videtur fabula Seruatoris œconomia, cùm nos secundum elementa huius mundi, & ipse non secundum Christum feramur. Quæ est enim Christo consentanea doctrina, & ipsum Deum esse asserit, & deducit prouidentiam vsque ad singularia, & talem elementorum naturam nouit esse naturam, vt in eam cadat ortus & mutatio, eáque docet à Deo regi ad hoc vsque



ἀφομοιοῦντα. assimilantem ac dispensantem habeant, adeò vt mens principalis omnem præcedat doctrinam. [r] Elementa autem colunt. Diogenes quidem aerem, Thales verò aquam, Hippasus verò ignem & qui principia ponunt indiuidua, philosophiæ nomen suscipientes, imquidam homunculi & voluptati dediti. [s] Propterea oro, inquit, vt dilectio vestra ad- Philipp. 1. huc magis & magis abundet in agnitione & omni sensu, ad hoc vt vos probetis quæ sunt præstantia. Nam quando eramus, inquit Apostolus, paruuli, sub elementis huius mundi Galat. 3. eramus seruientes. Paruulus autem etiam si sit hæres, nihil differt à seruo vsque ad præfinitum tempus patris. Paruuli ergo sunt etiam Philosophi, nisi à Christo viri fiant. Si enim non fuerus sit hæres cum filio liberæ, at est quidem certè semen Abrahæ, quod non ex promissione bonum suscepit proprium. Perfectorum autem est solidus cibus, qui propter habitum habent sensus exercitatos ad discretionem boni & mali. Quisquis enim est lactis particeps, non est peritus sermonis iustitiæ, cùm sit paruulus, & nondum sciat verbum per quod credidit & operatur, nec possit in ipso reddere rationem. Omnia autem probate, 1. Thess. 2. inquit Apostolus, & quod bonum est tenete. Spiritualibus dicens, qui omnia quæ dicuntur ex veritate diiudicant, vtrùm videantur, an veritati cohæreant. Inconfutabilis autem vagatur disciplina, & plagæ & reprehensiones dant disciplinam sapientiæ, reprehensiones scilicet quæ sunt cum dilectione. [t] Cor enim rectum exquirit cognitionem, 1. Cor. 4. quoniam qui Deum quærit, cognitionem inuenit cum iustitia. Qui ipsam autem rectè ὁμιλίαν. quæsierunt, pacem inuenerunt. [u] Et cognoscam non sermonem eorum qui inflati sunt, sed ζωὴν. virtutem: eos qui sunt opinione sapientes, & se quidem esse putant, non sunt autem sapientes, impetens hæc scribit: Non est enim in sermone regnum Dei. Non inquam in eo qui non est verus, sed opinione probabilis. In virtute autem dixit, seu potentia: sola est enim potens veritas. Et rursus: Si quis putat se nosse aliquid, nondum nouit sicut nosse oportet. Nunquam est enim veritas opinio. Sed cognitionis quidem opinio inflat & fastu implet, charitas autem ædificat, quæ non in opinione versatur, sed in veritate. Vnde si quis diligit, 1. Cor. 8. is cognitus est, inquit. [x] Quoniam autem non sola est traditio publica ei qui sensit sermonis magnificentiam, occultanda est sapientia quæ dicta est in mysterio, quam docuit Dei filius. Iam enim Esaias quoque Propheta igne linguam purgatur, vt posset dicere visionem: & nec linguã solum, sed etiam aures castas habere conuenit, si conemur fieri veritatis participes.

## COMMENTARIVS.

[l] Hinc ergo dicimus Philosophiam. Hic dicit quis sit vsus Philosophiæ, Philosophia, inquit, nuda ratione obtenta scilicet à sensibus, quærit veritatẽ & eorum quæ sunt naturam, ipsum scilicet Christum quam nemo se dicit esse ipse Christus. Arcana certè Christi mysteria disci nõ possunt per sensus: sed nec humana ratio ea didicerit, nisi mens se separet à sensibus, per philosophiã spiritualiter inquirentẽ spiritualia. Ad hoc autem vt ad Christum perueniatur, & in eo quiescatur multum iuuat mentis exercitatio per disciplinas, quæ dicuntur προγυμνάσματα, id est, doctrinæ præcedentes, veritatẽ generantes, acumen ingenij adferentes. Inquirendum per veram philosophiam, Christianã scilicet doctrinam, quam acceperunt mystæ, id est qui Christi mysteriis sunt initiati, ab ipsa veritate, Christo scilicet, vera autẽ Philosophia, quæ est doctrina Christiana nempe fides, longè superat omnes humanas rationes: per mentis autem exercitationẽ animi paratur alacritas ad ea quæ oportet inuenienda. Mentis autem exercitatio, sunt quæ possunt mente percipi, seu quæ cadunt sub intelligentiam. Quænam sunt autem ea quæ mens percipit, & quæ cadunt sub intelligentiam? Dicet ipse Clemens. [r] Triplex est, inquit, eorum natura. Natura, inquit, eorum quæ mens percipit & quæ cadunt sub intelligentiã, & præparant ad diuinam sapientiam, est triplex. Cõsideratur enim in quantis cõtinuis, & in quantis discretis, & in iis quæ sunt dicenda. Quanta cõtinua dicuntur magna. Discreta verò numero, vtrumq; tamen confunditur, vt vnũ pro altero ponitur. Quæ sunt vero dicenda Græcè est λεκτὰ λεκτὰ autem vt vult Fauorinus, dicitur, τὸ σημαινόμενον πραγματικὸν, ἢ σημαίνουσα τὴν τῶν λεκτῶν σύστασιν ἢ σημαντικὸν. Λεκτὸν. inquit, est, quod cõsistit in cogitatione, vel res quæ simul generatur eis dicendi visione. Dicitur ergo λεκτὸν, quod cogitatione apprehendimus dicendũ, vel verbis enunciabile. Hæc autem tria verba significant septem artes liberales, quarũ quatuor quidem, quæ dicuntur Mathemata seu disciplinæ, cõsiderantur in quantis discretis & continuis. In quantis quidem discretis Arithmetica & Musica. In quantis autẽ continuis, Geometria & Astronomia. In dicendis autem seu in

dicendorũ notione consideratur Grammatica, Rhetorica & Dialectica. Atque acuunt hæc omnes ingenium, & præparant ad veram Philosophiam, sed oratio quæ conficitur ex demonstratione, ea non oritur ex Dialectica, efficit vt animus credat iis quę ex ea sequuntur, & ita assentiatur, vt ab iis quæ non possit dimouueri: putat enim nõ posse esse aliter. Quod si quis cauillis & falsis Sophismatibus hominem circumuenerit, is non finit id fieri. Certis enim & necessariis, & quæ falli non possunt, rationibus nos munit ne conuincamur. [c] *Educatio enim & bona quæ seruatur eruditio.* Reddit causam cur discipulos artes liberales acuant ingenia. Nã qui has disciplinas & artes didicerunt, dicuntur bene educati & eruditi. Bona autẽ educatio & eruditio bonas efficit naturas. Quantumuis enim tardo & obtuso sit ingenio, si his eruditiatur artibus & disciplinis, corrigitur ingenium, & bona fit eius natura. Sin vero sit natura, earũ disciplinarum & artium adminiculo longe fit melior quam antea, non solum ad credendum, sed & intelligendam philosophiam, propter quam eę discuntur, sed etiam ad generandum, vt ita alios docendos. Nam qui alios docent & in eis suam formant doctrinã, eos dicuntur gignere, & eorum esse patres. Ita loquitur Paulus per Euangelium; Ego genui vos. Et rursus: Onesimo filio quem genui in catenis. Et ideo se dicit eorũ Patrem, vt qui eos doceret. Neque verò mirum si qui sunt in disciplinis eruditi & docti alios doceant, cùm etiã apes & formicæ eos qui ad ipsas accedunt, docant laborem, industriam, diligentiam, & œconomiam. Ea autem œconomia, non solum versatur in domo administranda, & dispensandis quæ pertinent ad familiam, sed etiam in iis quæ pertinent ad animæ dispensationem, vt quænam sint tribuenda, reponenda & recondenda, quantumque & quo tempore, & quænam rursus proferenda & expromenda. Nam vt bonus Oeconomus suo tempore reponit & recondit in cellaria, quæ expromat quando opus fuerit: Ita anima veluti quendã penum congerit eorum quæ bona sunt, sed nõ sunt omnia semper expromenda, sed sunt singula suo tempore dicenda & facienda. Hæc autem recendi accepit occasionẽ ex loco Euangelij quem citat. Si autem oras in cubiculo, vbi est Græci vocant, quod cellam significat penuriã. [d] *Non enim natura, sed disciplina viri boni.* Ex eo quod anima, velut penum, Oeconomus, ea & recondit & expromit quæ opus est, & quando opus est, ex quo sequitur eam disciplinam infert viros bonos & honestos fieri, non natura, sed disciplina. Disciplina quidẽ certè est adeo necessaria, vt licet omnes norint vitem & æquum, qualis tamen sit vitis, & qualis sit equus, nemo nouit nisi didicerit, nẽpe Agricola qui in vite colenda est versatus, & qui vsu & experientia didicit bonos equos a malis discernere. Atq; quod non sufficiat quidem natura ad virtutem, nempe vt quispiam virtutibus honestus euadat, ex hoc licet perspicere, quòd præclara ingenia sæpe deficiant si nõ excolantur, & diligentia pereãt: cõtra autem quæ minus sunt bona, & ad virtutem minus apta, si adepta sint doctrinam & disciplinã, ad virtutem perueniunt & honestatem. Habemus quidem virtutum semina à natura ingenerata, sed pereunt & plane suffocantur nisi excolãtur. Natura quidẽ apti sumus ad iustitiam & humanã societatem: sed præceptis & bonis institutis est excolenda natura. Iustũ enim non est ex institutione, sed etiam ex disciplina & eruditione, quando scilicet didicit anima velle bonum eligere. Ad virtus quidem habitus qui consistit ex electione. Sed non eligit nisi qui didicit eligere: discimus ex diuina inspiratione, & ex diuturno more & assuefactione. [e] *Sed quemadmodum vel sine litteris.* Mores dẽ, seu morales, vt dicunt, virtutes & doceri & disci est satis perspicuum. Sed quæritur num aeque discatur fides. Et constat quidẽ ex auditu esse fidem. Quo fit vt sine literis possit quispiam esse bidelis, quamuis quæ sunt credenda audiantur, ab eo qui fidẽ prædicat, non tamen prius existit fides quam ea inspirante infundatur. Pulchrè enim dicit Paulus: Prædicatio mea nõ in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis: vt fides vestra nõ sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei. Hanc autẽ quæstionem ita soluit, vt dicat fidem quidem non disci, nec ad credendum opus esse artis, sed vt intelligantur quæ sunt credenda, ea enim sunt quæ sunt in fide, opus esse doctrina & exercitatione. Nã licet fides efficiat vt credamus, absolutè tamen, id est per se & sola, non efficit vt admittamus bene dicuntur, quæ autẽ secus, reijciantur: sed ea demum fides quæ adiunctas habet disciplinas, & in his versatur. [f] *Quod si ignorantia, imperitia.* Sine disciplinis quidem potest esse fides, & ex ea potest salus, sicut etiã in paupertate potest bene viui: sed sicut si paupertati accesserint diuitię & rerũ abundantia, melius viuitur, ita etiam bene viui potest absq; disciplinis: sed cùm iis lõgè facilius & expeditius potest virtus, quæ licet possit haberi etiã ab iis qui in illis non sunt versati, melius tamen percipitur ab his qui in illis sensus habent exercitatos. Ad hæc accedit quod iuuant disciplinæ, nõ solum ad virtutem melius cõparandũ, sed etiam ad hoc, vt in vera confirmemur religione, nec decipiamur ab iis qui vere sophistæ, & ex arte ad fraudẽ & perniciem comparatis nos volunt circumuenire. Et ideo discendi est, quo modo oporteat arguere & refellere, vt Sophistarum qui à veritate nos volunt abducere fallacias & fucos reijciamus opiniones. [g] *Anaxarchus autem Eudemonicus scribit.* Dixit quid prosint disciplinæ & artes liberales, sed præterea est etiã multa & varia doctrina, quæ prodest quidem, si quis ea recte vtatur, si non iædit. Recte autem vtitur qui ea vtendo habet rationem loci & temporis. Non recte autem vtitur, si non ea indiscriminatim vtitur, nec obseruat quid locus & tempus postulet, quod quidem loquendo stultitiam. Aristarchi autẽ vitam, cuius librum de regno citat Clemens, scripsit Diogenes Laertius, sed operũ quæ scripsit non meminit. *Eudæmonicòn* autem dicit fuisse cognominatum propter obseruationem vitæ facilitatẽ. Lego enim *εὐπορίαν*, non *εὐδαιμονίαν*. Hesiodi autem quos citat versus, non inuenio in operibus eius quæ extant hodie. [h] *Apparet itaque priores illas liberales Græcorum disciplinas.* Ex his quæ dicta sunt cõcludit, & disciplinas & artes liberales, & ipsam philosophiã à Deo venire, sed non principaliter. Eæ enim nõ sunt ptincipes, sed princeps est sapientia & diuina philosophia, cui seruiunt & discipuli & adminiculo artes illæ & disciplinæ, & externa seu secularis philosophia. Ita etiam pluuiæ quidem omnibus descensus princeps causa est, vt terram bonam irriget, & tamen irrigat etiam simum & domorum stercora. Eodem quoq; pluuia efficit vt germinet & herba & frumẽta, & ita est princeps causa: efficit enim vt germinet & nascatur ficus, & si qua est alia arbor impudẽtior, quæ nulla pudoris habita ratione nascitur in locis horridis & obscœnis, eæ autem, licet nõ sint veræ arbores, vt quæ nõ nascantur in loco in quo nasci conueniat, crescunt tamen tanquã veræ arbores, vtrarumque autem causa est pluuia, sed in veris arboribus pluuia est princeps causa, in aliis non est princeps. Nam licet vtræque eandem pluuiæ virtutem assequantur, quæ tamen nõ sunt veræ, non eandem habent grãtiam, quam quæ in pingui solo natæ sunt, arescunt & eunlæ fructum non ferunt. [i] *Porrò autem hoc quoque vtiles est parabola.* Christi parabola de patrefamilias qui seminat, ad suũ institutum accommodat, nihil enim vetat quominus eadem parabola varijs exponatur. Ita ergo exponit: In hominibus est vna terra, huius autem terræ vnus est agricola. Is est Deus pater qui ex alto à cõstitutione mundi demittit semina quæ alant homines. Ad producenda autem omnia, semper opus fuit pluuia. Ea pluuia est Verbum quod omni tempore impluit. Verbum, inquam, principe à quo omnia bona procedunt. Et semper quidẽ fuit vnum & idem verbum, vt quod nunquam mutetur, eiusdẽ tamen verbi pro varietate temporum, & eorum qui susceperunt, variæ fuerunt differentiæ: hinc factum est vt essent variæ artes & disciplinæ ab vno & eodem verbo profectæ quæ mundo sunt vtiles. Ita censet etiã Agricolæ multas artes quarum sunt varia officia & opera, & eas artes quæ versantur in animalibus & circã animalibus, quęq; sunt omnes vitæ vtiles, & in hoc tantũ inter se differũt quod sunt magis vel minus vtiles. Ex quibus infert artes & disciplinas nõ esse reijciendas, multo minus autẽ philosophiã, quæ artes seruiunt & disciplinæ. Sed quoniã Græcorum Philosophiæ multæ erant hæreses, & dubitabat quisquis, quænam esset potissimum sequenda, hanc soluit dubitationem. [k] *Iam verò illud quoque considerandum.* Melius est propositum scopum attingere, quam ad aliquid ferri temere. Sed qui nescit beneface, est qui non tenet artem bene faciendi, si quando quid beneficiat, casu benefacit. Qui autem scit bene facere, id est qui tenet artẽ benefaciendi, non casu benefacit, sed ex prudentia & intelligentia: est ergo melior ex arte bene facere quã casu: est ergo melior ars benefaciendi quæ est ad mores pertinens philosophia, quam benefaciendi nullam scire artem, ex quo fit vt vel nihil benefiat, aut si quid benefit, casu fiat. [l] *Abraam autem non ex operibus iustificatus est.* Cùm dixisset longè melius esse ex arte benefacere quam casu, ex quo videbatur sequi, vt præclare secũ agi putarent philosophi, quod cõuenienter præceptis Philosophiæ bene facerent: Vt hanc eis falsam auferret opinionẽ, dixit Abraham fuisse iustificatum ex fide, non ex operibus, non quod Abrahã nulla fecerit opera, qui certè fecit pulcherrima & plane diuina, sed quod eius opera in fide fuerint fundata, alioqui citra fidẽ ad vitam æternam plane inutilia. Opera enim prudentiæ, quæ proficiscuntur vel à natura, vel ab institutis Philosophiæ, ad ciuilẽ quidem prosunt societatem, & ad hominum inter se officia ac commercia, ad regnum autem cœlorum & ad supernam fœlicitatem non conducunt. Nam ea demum conducunt quæ sunt diuina. Diuina autem non sunt nisi quorum Deus est author. Nõ est autẽ author, nisi iis quæ à fide in ipsum profecta diuina sua munijt gratia. Cũ ergo ad vitã æternam non sola requirantur opera, sed fides etiam sit necessaria, ne causari possent Græci se ignorare, in linguã Græcam veræ sunt scripturæ, vt possint ea ipsa audire quæ nos audimus, si velint, & ea sint intelligibilei. [m] *Aliter quispiam dicit de veritate.* Vt lubentius accedant Græci ad sacras scripturas eas propter eos versæ sunt in linguã Græcam, ostendit multũ interesse inter eas & artes & disciplinas. Artes quidẽ & disciplinæ non sunt ipsa veritas, etiam si aliquid dicant de veritate: sed diuinæ scripturæ sunt ipsa veritas, est enim in eis verbũ Dei. Et in artibus quidem & disciplinis de vero aliquid dicitur: in diuinis autem scripturis ipsa veritas, quę est verbũ, seipsum interpretatur. Porrò antem in artibus & disciplinis de veritate sumitur tantũ coniectura, quo fit vt ex iis nõ comprehendatur, certa, firma, ac stabilis veritas: quoniam in artibus & disciplinis nõ est ipsa veritas, sed tantũ veri similitudo: versantur enim in iis quæ cadcrtus & interitus. Quæ autẽ oriuntur & intereunt, referunt quidem aliquam veri similitudinem, sed re vera non sunt, ea enim demũ vera sunt quæ sunt firma, stabilia & æterna. In scripturis autẽ sanctis est ipsa veritas: Veritas enim est *τοῦ ὄντος*, id est, si dici latinè possit; Ens, seu id quod est, quod quidem est Deus, qui dicit in Exodo; Qui est, misit me ad vos. Et nomen illud Tetragrammaton *ιηωθ*. Quod fuit verbabile, priusquam Iesus in vno subiecto humana natura diuinitati coniuncta, effecisset, vt Deus videretur ab hominibus, & cũ eis versaretur: & veri quidem similitudo quæ est in artibus & disciplinis, acquiritur doctrina & exercitatione, ad eã enim assequendam opus est labore & diligentia: veritas autem accedit diuina inspirata virtute & fide. Pietas enim ac religio seu verus Dei cultus à Deo donatur, & ideo habent donũ, quod inspirat sanctus Spiritus. Fides verò gratia dicitur, vt quæ detur nullis nostris præcedentibus operibus & meritis, & ea grãtis accepta, & lauacri sigillo obsignata nos iustificat, Deoq; gratos reddit & acceptos. Nam per eam Dei voluntatem facientes, Dei voluntatem cognoscimus. [n] *Ars autem Sophistica.* Disciplinas quidẽ & artes liberales dixit superius esse vtiles ad Philosophiam: nunc autem dicit non Sophisticã esse reijciendam, quantumuis Græci eam magnifaciant. Hoc autem probat ab ipsa earum definitione. Dicit enim eam esse potestatẽ phantasticam, seu quæ visione & imaginatione apprehendit. Phantasia autẽ seu visio & imaginatio non certo vtitur iudicio, sed ea tantum quæ videntur & apparent, absq; ratione persequitur. Quo fit vt ea sit tantum opinabilium, non eorum in quæ cadit scientia, quæ quidẽ consistit ex veris & certis principiis. Eius autem finis & scopus non est verum inuentre, sed solas opiniones tanquã veras indere auditoribus. Sed cũ quæ falsa sunt, vera esse velit, persuadere oportet, in eis habeat aliquid verisimile. Præbet ergo quandam verisimilitudinem, sed cùm eã in se non habeant, quamde mutuatur, nempe ab arte oratoria quandã probabilitatem: à litigandi verò arte argumenta quibus litiget & contendat. Sunt autem ea captiosa, vt quæ cum verisimilitudinem quandam præ se ferant, in se veri nihil habeant. Nihil autẽ veri in se continent, quoniam non est cum eis Philosophia. Non enim Sophistica, sed & omnes artes cuilibet exitium afferunt, si non fuerint cum philosophia. Nam omnis disciplinarũ & artium scopus sit philosophia, is plane perit qui non solum à scopo aberrat, sed etiam nec scopum quidem quærit. [o] *Aperte itaque Plato.* Quam acer insectator Sophisticæ sit Plato, videre licet in aliquot eius Dialogis, nempe in Theæteto, Sophista, Mennone & aliis. Eam autẽ vbicunque vocat *κακοτεχνίαν* (nã vbi vocet nõ satis memini) ideo vocat quod Sophistę se omnia scire iactent cùm ni-

1. Cor. 2.
Philem. 1.

1. Cor. 4.

Exod. 3.

*Plato in Euthydemo.*
*Idem in Menone.*

hil sciant, est enim Sophistica simulata sapientia, & quod ij sint aperta pernicies coru, qui ea tra-
tur, Aristoteles autē eam pronunciat quandam artem furandi. Nam si fur est qui alienum inuito
ctat Domino, merito dicitur fur Sophistica, quæ quod est alienū tanquam suum sibi vendicat &
pat, & sapientiā in qua nunquam est versata, nec in eavllum vnquam posuit studium, profitetur
est fur quæ alienum surripit, fallaxque & mendax, quæ se scire iactans quod nescit, verum non docet,
decipit. Est enim vt dicit Aristoteles in Elenchis; Sophistica quæ videtur esse, & non est sapientia &
phista est is qui rem facit ex ea quæ videtur & non est sapientia. Quod satis arguit eam esse fur-
cupleteretur ex eo quod nō est suum. Nam quæ apparet, & non est sapientia, tantum abest, vt sit
sit quidem. [3] *Vt paucis autem dicam.* Superius dixerat artem Sophisticam suam accipere veri
ex arte Rhetorica, & ex arte litigandi. Earū autem, sicut & Sophisticæ, tale esse dicit principium,
officium, & talē finem, vt ex eis verum non possit elici: quo fit vt nec veræ sint artes. Ex principiis
dem vocat, id ex quo consistunt, & in quo versantur. Officium vero ipsam eas tractandi rationem.
verò est id extremum, ad quod tanquam ad scopum dirigitur actio. Artis dicendi principiū est id quo
est probabile, ex enim constat ex probabilibus. Probantur autem probabilia argumentis. Argumentum
autem est oratio rei dubiæ faciens fidē. Nō alio autem spectat ars dicendi quām vt persuadeat, cuius
finis est persuadere, nec curat sit ne verum an falsum quod persuadet. Cùm ergo ex probabili colligi
dicendi: & probabilibus tantū tractetur argumentis, non demonstrationibus, nec tibi proponat vera
quod persuadeat, sed satis habeat si quodcunq; id sit persuadeat, nō est revera ars quæ non quærit ver
tem: multo minus ars litigandi, quæ nō constat ex alio principio, quam ex eo quod disputanti vide
rit, quodcunque id sit quod ab eo phantasia præceptum defendendum susceperit. Tractatur autem
tam probabilibus argumentis quā captiosis, nec contendit vt ad verum perueniat, sed tantum vt vin
Artis verò Sophisticæ principiū est id quod apparet, eius enim subiectum est quidquid phantasia pre
hendit & visio, nec in ea rationi vllus relinquitur locus. Duobus autē modis tractatur, nempe & com
riis argumentis, si cauſæ aguntur (nā Sophistæ etiam dicuntur Rhetores, idque sit perpetua oratione
more Dialectico, quando interrogando & respōdendo disputatur. Non aliud autem sibi proponit, ne
agat more oratorio, siue disputet more Dialectico, quā vt obstupefacant auditores, & rapiantur in ad
rationem. Cùm ergo nec ex certis nec ex indubitabilibus sit principiis, nec tractetur demōstrationi
sed partim probabilibus, partim captiosis argumentis: nec sibi extremū finem proponat veritatem,
inanē gloriam, ea vera ars non est dicenda: sed neque vera ars est Dialectica, qua se exercent Philo
in eo quod est opinabile. Id enim demum est vera ars quod cadit sub scientiam. Ea autem vera
scientiā, quæ vel certa demōstratione sciri potest, vel per quam nuda mentis applicatione ad ea cer
merè νοητὰ, id est si dici possit, intelligibilia, cōprehenduntur intelligentiæ, quæ est prima philosophia
quæ Platoni aliquot in locis est Dialectica: Aristoteli autē τὰ μὲτὰ τὰ φυσικὰ: Christianis autem est Theo
1. Tim 6. gia. Merito ergo egregius Apostolus superuacaneas has artes dictionū vilipendens; Si quis nouit,
inquit, ad sacros sermones, &c. Has omnes artes quæ laborant circa quæstiones & pugnas verbo
Apostolus reijci, accedit autem ad sanos sermones, id est ad veritatem, quam continet Christi doctr
Sanos autem cum dicit, intelligit, semper sanos & salutares. Quod si semper sunt sani & salutares, ut
inmortales. Nec mirū si Christi doctrina est immortalis, est enim doctrina Christi doctica verbi
Psal. 2. bū autem Domini manet in æternum. Hæc ergo Verbi doctrina sana est & immortalis. Cæteræ
logicæ artes, & quæ in verbis consistunt, sunt egrotæ, laborant enim graui & letali affectione
pietate, & opus habent medico, nempe Christo, qui venit vt curaret ægrotos. Ab iniquis autem
tollit impietatē, qui hominum animis indit puram Dei cognitionem, simulachrorum & Dæmo
pulso cultu & adoratione. Sapientia autem adhibet medicamenta, quæ est ipsa Dei sapientia. *Non*
*parapaces tectis pellibus autum.* Eos qui has artes sectātur in quibus nihil est pietatis, dicit esse lupos
tectos pellibus ouiū, vt qui suaui sua eloquentia pellectos homines trahunt ad suam impietatem
rios, vt qui liberos in Christo homines vendicent in seruitutē Dæmoniorum; & Abigeos, vt qui a
ouili, id est ab Ecclesia, Christi gregē abducunt: Impostores quoque eos vocat & seductores. Quo
dem eo dicit facilius seducere, siue ij sint Græci, siue hæretici, quod ipsi dicendo multū valeant,
ni autē sint minus diserti, & ideo hac in re sint eis superiores. Quānis autē magno conatu decipere
Christo nitantur abducere, est tamen sepe irritus eorum conatus. Nam etsi non de omnibus Christi
dictum sit; Vos estis sal terræ, nō enim omnes præditi sunt ea qua par est sapientia, sed sunt multi
piscibus qui in mari nati putrescunt nisi cōdiantur. Sūt tamen plurimi qui sua doctrina & sapientia
eis resistunt & hæreticis, & eos qui ipsos tentabant decipere, ad se pertrahunt, & sale sapientiæ tuentur.
[4] *Ego itaque vel lubentissime admitto tragœdiam.* Ex antiqua aliqua tragœdia hæc sumpsit Clemens, sed qu
nescio an extet. Eorum autem hæc est sententia; Bene & facunde dici possunt falsa, verborum pur
dore & elegantia verum vicerint: sed linguæ facundiæ præferenda est rerum natura, & bonæ actionis
præclara facta. Non est studendū vt vulgo placeamus: Boni enim & pij non iisdem tenentur studiis pe
bus vulgus. Quæ omnia ideo dicit, ne Græcorū, seu gentium & hæreticorum eloquentia decipiamur
in fraudem impellamur. [5] *Sic itaque veri amator Plato.* Authoritate Platonis ostendit quidē esse credendum
sed nō opinionibus falsis, nulla adhibita consideratione eius quod mente percipitur, & quod cadit
intelligentiā, credēdum verò esse rationi quæ visa fuerit optima. Optima autem est quæ est vera. Quæ
falsi non est particeps. Talis est Verbi Dei doctrina. Nam ipsum verbum nec fallit nec fallitur, quod
& manet in æternū. Qui falsis autem credit opinionibus, aberrat à veritate, quod quidē est malum. Ex
nū enim est veritas. Nemo autem lubens priuatur bono: Boni autem priuatio fit multis modis, aut enim
circūeuntiuntur qui priuantur, aut decipiūtur, aut coguntur, aut nō credunt. Sunt omnes hæ mutationes
inuoluntariæ, nemo enim volens priuatur veritate. In scientiam autem nulla cadit mutatio, is scientiam sibi paret oportet, in qua
certa, firma, & stabilis. Qui ergo vult nunquā priuati veritate, is scientiam sibi paret oportet, in qua nulla cadit



nulla cadit mutatio. Quod autē est in Græco cōtextu *πάντα δ᾽ ἀκίνητος ὁ νοῦς*, lego etiam reclamante exemplari quod vnū tantum habemus *ἀκίνητος ὁ νοῦς*, vt inde elici possit cōueniens sensus. Omnes enim hæ quas commemorat mutationes quibus veritate priuātur, sunt inuoluntariæ. Nam & qui circumuenitur cōtraria inductus persuasione, non lubens priuatur ea quam habuit vt puta veritate, & nemo est qui non falli ac deduci cupiat, & qui id non abhorreat, etiāsi non displicant illæ quibus illicitur & verborū & vocum lepores præstigiæ. Cogi autē quis non videt esse violentam & inuoluntariam mutationem? Credere est voluntatis, nemo enim inuitus credit, & non ab alio quam à seipso capitur, etiamsi aliunde incitatus sit primum fidei motus, nēpe vel ex Dei inspiratione ac præuentione, vel ex verbi auditione. Nō credere autē est inuoluntarium, nemo enim est qui non ægrè ferat, sed id nōn credere quod est credendum, & non potius Bonum adesse persuasionem. Ex his facilè colligitur omnes has mutationes esse inuoluntarias.

[6] *Nonnulli autē qui se putant esse ingeniosos.* Dixit antea, vt vidimus, artes & disciplinas, & Philosophiam profanam ad verbi doctrinā seu Christianam Philosophiam, nunc respōdet iis qui spreta omni eruditione solam requirunt fidē. Eleganti autem similitudine eos dicit esse similes iis qui cum vitis nullam curā gessisse, vuas volunt colligere: significat autē fidem quidem esse ad salutem necessariam, sine qua Deo nemini placere, sed fructū salutis ex ea nō colligi, nisi bonis actionibus & factis honestis, & quæ sunt ei vitem excolatur. Hanc autē similitudinē ex eo sumpsit quod Christus se vitem vocauit. Est quidem *Ioan. 15.* Christus vitis, sed ex Christo nō vindemiatur quæ ex eo sperātur salutis vindemia, nisi Christus colatur. Colitur in hoc loco Christus dicitur, quando fides nostra nō est otiosa, sed bonis operibus excolitur. Ad vitem enim colendā opus est diligentia & colendi arte, est ergo putanda, fodienda, liganda. Putanda quidem omnibus amputatis superfluis & inutilibus: fodienda autē nempe in perpetuo opere exercenda ne fiat sterilis: liganda autem, vt charitate cōstricta firma reddatur & stabilis. Omnibus denique instrumentis rusticis est vtendū, falce, ligone, & cæteris: sed ea sunt ad spiritualem trahenda allegoriā, ars autē colendi Christi, cùm sit Verbum, ratione quoque & sermone fiat oportet. Quo fit vt doctrina sit prætereā necessaria. [7] *Quemadmodum autem in Agricultura.* Multarum artium & disciplinarum opus est vt habeat cognitionem, qui vult bonus esse Agricola, medicus, & Gubernator, ab ipsa certe multarum rerum experientia Empiricus dicitur medicus. Nec bonus est Athleta qui se non prius diligenter instruxit ad certamen. Ita etiā Christiano multas & varias artes ac disciplinas didicisse est vtile, modo omnia referat ad finem qui sibi proposuit veritatem, & ita se comparet vt suam fidem seruet illæsam, dum resistit omnibus sophistarum fallaciis & captiosis argumentis. Prodest etiam varia & multiplex eruditio non solum ad tuendā fidē aduersus Græcos, sed etiam ad bonos mores conseruandos, & ad refellendas hæreles quæ in lucem, id est Christiana, existūt philosophia, vt quę possit vera à falsis discernere, & adulterina à puris & sinceris nō secus atque lydius lapis, qui magnes etiā dicitur, Heraclius & index, aurum probrum discernit ab adulterino. De quo vide Erasmū in prouerbio, Lydius lapis. Quod autem hic scribit Clemens, *Erasm. chil. 1. cent. 5.* nihil redolere id quod est apud Galenum in opusculo, Quod optimus medicus est etiam Philosophus, qui ita habet in initio. Quod multis accidit Athletis cupiētibus vincere in Olympicis certaminibus, nihil autē agere vt hoc assequantur, hoc etiā multis accidit medicis. Nam laudant quidem Hippocratem, & existimant eū esse optimū & præstantissimum: vt autem ei euadant similes, quiduis potius quam hoc agunt. Nam ille quidem non parum dicit ad medicinam conferre Astronomiam, & quæ eam præcedit necessario Geometriam: hi verò non solum neutram eorum assectantur, sed etiam assectantes vituperant. Quinetiam naturam corporis, &c. In his autem dicit Galenus Hippocratem secutus, discipulos omnes & artes liberales Medico esse vtiles, sicut noster Clemens, ei qui sectatur veritatē, Christianū scilicet philosophiā. Quas autē distingui & separari dicit, artem Sophisticā scilicet à philosophia, eandem à Gymnastica & cæteras, earum distinctionem accepit à Platone in Gorgia. [8] *Quomodo autē τὰ μὲτὰ τὰ φυσικά.* Pergit ostendere quomodo præter fidem sit Christiano vtilis Philosophia & Dialectica. A Christiano sæpe tractandū est de Dei potentia, sed Dei potentia attingi non potest, nisi per ea quæ percipiuntur intelligentia: sed quæ percipiuntur intelligentia, tractantur per Philosophiā: ad Dei ergo attingendā potentiam est vtilis Philosophia. Præterea sæpe occurrunt in scripturis voces ancipites quæ sunt ἀμφίσημα, & in vtroq; testamento tam veteri quam nouo sunt voces æquiuocæ, id est, quæ vno nomine diuersa significant, reducenda antē est significatorum diuersitas ad vnum, vt res de qua agitur intelligatur. Hactenus docet Dialectica, & ambigua declarans per diuisionē, & quod est homonymum ad vnū significatum reducens per cæterorū separationem. Est ergo & in scripturis, & tam in nouo quam in veteri testamento vtilis Dialectica. [9] *Ex amphiboliæ enim Dominus sapienter eludit.* Diabolum sapienter iudificatus est Dominus per amphiboliam. Nā cùm Diabolus eum tentaret ei proponens alimentum corporale, panes facere quibus corpus alitur, Dominus in ipsum retorsit id quod proponebat, opponēs Verbū Dei quod: *Matth. 4.* edacitatem spirituale, & tentationē qua eum prouocabat Diabolus vt se daret præcipitem, quod Deus mandasset Angelis vt eius curā gererent, eluſit dum contra objicit: Deum non esse tentandum, quo facto ostendit vt esset ambiguum quod proponebatur, dum ostenditur esse cauendum ne si se daret præcipitem, tentaretur tanquam qui Deum tentaret. Et ex hoc subtiliter arguit non esse verum quod nonnulli dicebant, Diabolū fuisse inuentorem Philosophiæ & Dialecticæ. Nam si ita esset; non fuisset se suo consilio vti vt qui sit deceptus tropo seu figura amphiboliæ. Est autē Dialecticæ, amphibola, id est ambiguitas distinguere & declarare. [10] *Si autem Prophetæ & Apostoli artes non norant.* Respondet obiectioni quæ poterat fieri. Possent enim dicere qui solam fidem requirunt: Si Prophetæ & Apostoli artes & disciplinas non nouerunt, quibus apparet exercitatio Philosophiæ, quid opus est vt eas discant qui fidē profitentur? Ad quod respondet, Prophetis quidē & Apostolis diuinitus inspiritam fuisse doctrinam quam aliis prædicarent, sed cū aures eorum qui audiunt non tam facile intelligunt quā qui fuerunt inspirati, ipse spiritus sanctus qui sunt inspirati, exigit artes & disciplinas quibus explicetur fides & doctrina quæ est eis tradita. Tuto & facilè eā discēt doctrinā Prophetæ, & Discipuli spiritus, id est Apostoli, qui à sancto Spiritu

fuerunt inspirati, quo fit vt nec explicatione aliqua opus habeãt vt instituantur, nec possint aberrare aut falli, sed qui doctrinam fidei ex auditu acceperunt ad eam percipiendam longiori egent explicatione. Nec ad omni poscenti reddendam fidei rationem, & ad cauendas insidias eorum qui captionibus & fallaciis volunt circumuenire, & à suscepto instituto abducere. [b] *Præcepta autem, inquit, scribe duplicem.* Quod ptum, Præceptum scribe dupliciter, ita interpretatur, vt duobus modis scribi dicat præceptum, voluntate, vt scilicet voluntario animi instituto, quam προαίρεσιν dicunt, exequamur quod est propositum, & cognitione respondendi verba veritatis iis qui tibi proponunt, id est scientia vere respondendi ea quæ proponuntur, quam dicit esse Dialecticam. Si autem non satis est præcepta credere, & quod ceptum est lubenter facere, sed etiam opus est ad rogatum respondere de iis quæ proponuntur, quod Dialecticæ, nõ sufficit sola fides, sed Dialectica quoque opus est. Quod autem Dialectica sit instituendi, & vere respondendi scientia, ex hoc est perspicuum, quod cum per Dialecticam disputetur, fit per interrogationem & responsionem. Quæ quidem vera sit oportet, alioqui non erit Dialectica, sophistica & litigiosa. [c] *Quid verò, an non dicere quoque opus est?* Non sola sufficit fides Verbi Disciple Christianis, sed disciplinis opus est, & inter eas Dialectica quæ docet interrogare & verè respondere. Sed quoniam qui solam fidẽ requirunt, dicere poterant, se de ea loqui fide quæ operatur per charitatem, quo fit vt etiamsi solam fidem requirant, tamen opera nõ excludant. Ad id respondet Clemens, quod opera non reijciunt, neq; ipsas debeant disciplinas reijcere. Nã ipsum dicere, ex quo logicæ dicuntur disciplinæ, est opus. Hoc vt melius intelligamus, videdũ est quid sit λόγος, quod latinè est dicere, & quod significat rationẽ, verbum & sermonem. Est autem duplex λόγος, nempe ἐνδιάθετος, quæ interna ratio, & προφορικὸς, quæ extrinsecus profertur quæ latinè dicitur sermo, verbum & ratio. Et ratio quidẽ ratio, quandiu solum cogitat, reputat & ratiocinatur, id nondum est opus. Tum demum autem opus quando ἐκ λόγου λόγος, id est loquitur ratio, & fit opus quod est λόγος, id est dicere & oratio. Nã autẽ rationis opus est oratio, sed etiam cuncta quæ ab homine fiunt ex ratione, sunt opera rationis. Nã cũ sit homo animal particeps rationis, si quod facit non facit ex ratione, non id facit vt homo, sed vtum carens ratione. Quod autẽ ex ratione facit homo, & est opus rationale, fit ex Deo, nempe ex quod λόγος Græcè dicitur: Deus autẽ verbum seu ratio, est enim vtrumq; λόγος, & fecit omnia & factum est nihil. Operatur ergo seu facit homo per Dei verbum seu rationem, non quod eo vtatur quã instrumento, nec quod ipse sit eiusdem cuius verbum essentiæ, sed quod rationẽ habeat per participationẽ, quæ ratio in Deo quidem est ipsa Dei essentia, in homine autem qui est eius particeps, non ratio Dei essentia, sed essentialis forma hominis. Atq; in Dei quidem verbo seu ratione sunt omnium exemplaria & formæ quas vocant Ideas, quæ adeò verè sunt vt non sint aliud quam Deus. Deo nihil est quod nõ sit Deus. Qui cùm in seipso rerum omnium essentialia habeat exẽplaria, idem extra se nihil requirat: in ipso enim est totus mundus qui cadit sub intelligentiam, nec quod sit eius opus habet vt operetur cùm in eo sint omnia. Operatus tamen est & adhuc operatur, vt qui mundum diderit & eũ conseruet sua prouidentia, suã ostendens bonitatem, vt quæcunq; orta sunt, hæc cuncta cumque sit essentiæ Deum agnoscant authorẽ. Quæ autem in hominis, qui ad Dei imaginem & similitudinem, ratione sunt ideæ, minime sunt essentiales, sed rerũ tantum similitudines, quemadmodum homo qui aliquid facit. Eas autem sequens dicitur facere ex ratione. In hoc autem imitatur homo Deũ qui omnia Verbo fecit, nempe ratione, & sine quã nihil factum est. Cùm autẽ homines rationis participes, faciant ex ratione, vt qui nõ temerè faciant, vt in hoc differant à brutis, sed debent bene faciant, & cuius possint causam reddere & rationẽ, hoc tamen maximè faciunt Orthodoxi boni operantes opera. Omniũ autem operum optimum & præstantissimum est Eucharistiæ Sacramentum, quod Christo institutum. Dicit itaque Clemens. [d] *Propterea ergo Seruator cùm panem accepisset.* Ex eo quod Christus, ostendit quomodo dicere sit opus: Opus, inquam, non sola ore prolata oratio, sed simul cum opus verbo confectum, nempe corporis eius & sanguinis mysterium. Id autem fecit & loquutus gratias agens, vel potius vt significantius græcè dicitur, cùm esset locutus & gratias egisset, vel vt habent Euangelistæ, benedixisset. Non prius enim cõfectum fuit Eucharistiæ Sacramentum, quam cõsecrationis verba quæ coniuncta sunt gratiarum actioni & benedictioni fuerint prolata. Vnde dicitur Eucharistia, & panis benedictionis. Hic autẽ panis cõsecratus, & Christi corpus effectus, dicitur, vt tanquã diuisum, quod tamen est integrũ, ab omnibus rationale sumatur sacrificium, non spirituale, & quod sub sensum nõ cadit. Ideo autem nobis comedendum apposuit ex ratione seu tamen literaliter, id est quod est ex verbo confectũ spiritualiter, & nõ carnaliter comedendum, nempe tanquam rum quidẽ & essentiale corpus, sed in quo nihil est crassum, compactum, sensile, & materiarum, quæ fuisse futurũ ex scripturis agnouerimus, ipsum adoremus, & ita vitam instituamus vt Christi, cuius mysticum corpus, præceptis obediendum esse intelligamus. [e] *Quemadmodum autem qui nihil venenose.* Postquam ostendit Christum sumsl & benedixisse & benefecisse, seu bonum opus fecisse, nunc iungit sicut mala oratio & mala operatio, seu malũ factum magnam habent inter se affinitatem & uenientiam, adeò vt alterũ ab altero procedat, nam ex calumnia & maledicto existit iniuria, ex damni illatio, est enim calumnia ministra gladij: puniuntur enim calumniatores, & qui alium maledixit, incessit, non fert impunè: ita etiã bene loqui, & benefacere, bonam, inquam, orationem, & bonam rationem, bonum scilicet factum esse admodum vicina, nec facile alterum ab altero separari. Et bene quidẽ esse qui vtrunque potest præstare, nempe bene loqui & benefacere sicut dicitur, beatus qui habet ra pro vtraq; manu vtitur: non esse autem vituperandũ qui alterutro bene vtitur, nempe qui bene dicendo, vel qui bene agit bonaq; & honesta edit opera. Vtrunque inter se amicè conspirare, & alterum alteri seruire. Nã & bona oratio hortatur, & incitat ad virtutem & honestatem: virtutes autem & bona & præclara facta ostendunt quæ laudentur. Est itaq; & oratio salutaris quæ incitat ad virtutem, & etiã opus salutare, vt quod & salutem affert ei qui operatur, & alios exemplo prouocat ad bene agendum. Iustus



Iustus quidẽ certe nõ potest consistere absque oratione. Nam vt iustitia exerceatur opus est legibus & præceptis, quæ si ignorentur, nõ exercetur iustitia. Tollitur beneficium, si tollatur qui est benefacturus. Sic & tollitur obedientia & fides, si nec doceatur fides quæ ex auditu, neq; sint præcepta nec explicentur. Ex his autem concludit & verbis opus esse & factis. Quod si opus est verbis, iis quoque opus est artibus & disciplinis quæ docent bene dicere, ex autẽ sunt Logicæ, Grammatica scilicet, Rhetorica, & Dialectica. [f] *Ars autem contentiosa & Sophistica.* Dicendi quidem artes & disciplinæ sunt vtiles, quæ veritatem docent & explicant. Sed ars litigandi & Sophistica est penitus rei scienda, quæ hominũ præstringit oculos, fallit, & decipit, & aliquando quidem acriter vrgẽs & vim afferens, vincit: sed ea ipsa victoria est, vt ait Prouerbio, Cadmea, id est, & ei ipsi qui vicit inutilis. Quæna sit autem origo huius prouerbij, vide Chil. 2. cent. 8. Prouerb. Cadmea victoria. apud Erasmũ in Chiliadibus, qui id diserte & copiosè explicat. [g] *Est enim longè verissimus ille Psalmus.* Hoc significare, iustos qui sunt etiã sapientes, vt qui sectentur veritatem, perpetuo victuros, cùm sapientes, nempe Sophistæ (nam & veritas & Sophistica æquinoctè dicitur sapientia,) acri & vehementi sua disputatione, simul & victores euadant, & sibi afferant interitum. Et quæ verè quidem est sapientia, est apud bonos & iustos. Sophistica autẽ quæ non est vera sapientia, apud malos. Fuit autem excogitata ab his artibus quæ versantur in docendo & disserendo, nempe à Rhetorica & Dialectica, dum eius sectatores malunt vteri quã esse sapientes, & sibi victoriam magis proponunt, quam veritatẽ, futuræ alioqui vitæ felicitate exquirenda versentur. [h] *Mentem autem est probabile.* Exponit Clemens quidnam sit suum in præsentem institutũ, nempe vt de nominibus, & de dictionum compositione minimè solicitus explicet ea quæ sint intelligenda ab iis qui cupiunt esse salui, quibus opem ferre existimat esse optimũ. Quod quidem in dicendo facere cõgruenter sententiæ Platonis in Politico & in Theæteto. Et sæpe quidẽ decet in verbis non esse affectatum: nonnunquam verò simplicibus & non nimis accuratis vti verbis non solum decet, sed etiam est necessarium, quando res de qua agitur, est eiusmodi vt non admittat ornamentum eloquentiæ. [i] *Sat quam fieri potest breuissime.* Non contentus authoritate Platonis, adducit scripturam sacram eam sententiã, quæ disertis verbis dicit; In multiloquio non deesse peccatum. Sententiam autem pluris facimus quam verba probat aliquot similitudinibus. Nam sententiam assimilat corpori, verba autem cultui, cui cura est habenda corporis quam vestis. Assimilat etiã res & sententias cibis: Verba autem condimentis: pluris autem faciendi sunt cibi quam condimenta. Ita nec bona nec magnifacienda est oratio, quæ magis delectat quã iuuat. De Lacedæmoniorum autem, de qua hic loquitur Clemens, in verborum simplicitate, vide Xenophontẽ de Repub. Lacedæm. & Plutarchum de vita Lycurgi, & Alexandrum lib. 1. cap. 18. qui cætera quidẽ dicunt quæ noster Clemens, sed quod purpuram reijcerent nihil dicunt, nisi forte eos aduersus æstũ & frigora vno tantũ vestimento fuisse munitos. [k] *Musas Sirenibus existimare.* Musæ dicũtur ἀπὸ τοῦ μῶ, quod est quæro, quod præsint inquisitioni sapientiæ & cognitionis. Et cũ Sirenibus congressæ cùm de cantu aggreterur illas vicerunt. Sirenibus autem à Musis supremi vellerunt pennæ, è quibus singulis Musis cõtextæ sunt coronæ. Admonet autẽ Pythagoras existimare Musas Sirenibus esse iucundiores, docens voluptatũ illecebris esse præferendã eruditionem, & ne quis nos obiectatione quæ decipit, sicut Sirenes quæ præternauigantes cãtus dulcedine illectos perimebant, & eis exitiũ afferebant, fugiendas esse Sirenas, sed hoc paucis esse cõcessum. Solum quis cerae Vlyssem cera obturatis auribus esse præterue ctum. Sicut etiam Sphingi ænigma proposuisse respondit Oedippus, si tamen verũ est ipsum ei respondisse, & nõ est conficta fabula. De Sirenibus vide Homerũ 12. Odyss. & Verg. 5. Æneid. & Ouid. 5. Metamorph. De Oedyppo autẽ & Sphinge vide Igniũ fab. poeticarũ cap. 151. Hanc autem fabulam varie interpretantur Diodorus Siculus lib. 4. & Pherecydes, qui eam natam putat ex Cadmi historia, quam narrat. [l] *Non oportet ergo vnquam dilatare philacteria nostra.* Significat non esse affectandam & ostentandam eloquentiam propter inanem gloriã, sed curare debere ei qui Christi habet cognitionem, si vnum habeat auditorem quẽ doceat, lubenter plures auditurus si accedant. Quod autem dicit dilatare Philacteria, id dicit alludens ad illud Matthæi lo- *Matth. 23.* quentis de Phariseis; Omnia opera sua faciũt vt videantur ab hominibus. Dilatant enim Philacteria sua & magnificant fimbrias. Phariszi enim male interpretantes id quod scriptũ est in Deuteronomio; Præ- *Deut. 6.* cepta quæ sint in manu tua vt opere cõpleãtur: sint ante oculos tuos, vt die ac nocte mediteris in eis, scribunt in mẽbranis Decalogum Mosis, id est decem verba legis, cõplicantes ea & ligantes in fronte, & quasi coronã capiti facientes vt semper ante oculos moverentur. Hæc Hieronymus in illud caput Matthæi, vbi etiã paulo postostendit quid sit magnificare fimbrias. Nam quas iusserat Moses, vt in quatuor *Numer. 15.* angulis pallioru hyacinthinas facerent fimbrias ad discernendum populum Iudaicum, superstitiosi magistri captantes popularem, grandes faciebant, &c. Quod autem citat ex Pindaro, nec hodie extat apud ullos poetas, nec latis intelligitur, vt quod sit mancũ ac mutilũ, nec quid desit possit diuinari. [m] *Admonet igitur recte nos Propheta.* Docet authoritate Apostoli verborũ contentionem esse fugiendã, vt quæ sit inutilis, imo verò proficiat ad impietatem. In dicendi facultate & eloquentia humanã consistere sapientiam quæ est stultitia apud Deum, in qua non esse gloriandum, nec in fortitudine sua, nec in diuitiis suis censet Hieremias, sed in Dei cognitione, qui facit misericordiã, iudiciũ & iustitiam super terram. Videri quidem Philosophiam esse sapientiam, sed cauendum esse ne nos decipiat. Nec enim decipit quæ tollit prouidentiã. Talis est Epicurea, quæ mundum casu fortuito regi statuit, & quæ mundi elementa Deos esse censet, nempe principia, & causam tollit efficientẽ, nempe Deũ rerum omniũ opificem. Sed nec Stoicorũ veram esse sententiam, qui Deum dicunt tanquam corpus peruadere materiam. Et quæ eli perspicuũ, cum Platonicam non reijcere Philosophiam, quæ & Deum constituit mundi causam efficientẽ, & omnia censet administrari à Dei prouidentia, quodquidẽ cum diuina congruit Philosophia. Canoras autẽ nugas ideo dicit humanam traditionem, quòd sacræ scripturæ sermo sit simplex, nec affectetur dicendi venustatẽ & leporem. Quod autem dicit: Iuueniles fuge quæstiones, videtur quidẽ ex Epistola ad Timotheum epistola. Sed quod est apud Clementem Iuueniles, apud Paulum

est: Stultas & sine disciplina quæstiones, Græcè scilicet τὰς γραμματικὰς ἀπαιδεύτους ζητήσεις. Sed dicente quidem ante Paulus τὰς γενεαλογίας ἀπεράντους καὶ ζητήσεις μάταιας. Fieri autē potest vt imprudēs vnum pro altero sumpserit. Quod autem dicit Clemens Platonem dicere veritatē non teneri amore iuuenum, vbinam hoc dixerit vir- Plato 2. de legibus. dicat, non memini. Dicit tamen alicubi in legibus ἀπαιδεύτου ὁ φόβος τὸν νέον λογισμόν, id est studiis non exercitatum animos. Quod quidem eo minus est mirandū quod eis innatæ sint ἀνεπαίσθητοι ἡδοναί, id est insitæ Idem 19. de legibus. rantiæ & cōtumeliæ. Hinc est quod Aristoteles alicubi dicit in Ethicis iuuenes nō esse aptos ad audiendam Philosophiam, quod eos à studiis arceant voluptates. [n] *Et certamen nostrum, vt inquit Gorgias Leontinus* id Clemens apposite nostræ accōmodat Philosophiæ. Dicit enim duabus opus esse virtutibus, audacia scilicet & sapiētia. Audacia scilicet vt pericula pro Christo subeamus, laboresq; suscipiamus, & aduersus spiritualia nequitiæ & vitia depugnemus: Sapientia vero ænigma discernamus, id est vt sensus mysticos & allegoricos à litera distinguamus. [o] *Verum enim certamen* Matth. 10. *admodū in Olympia Præconium.* Multi sunt vocati, pauci verò electi, inquit Christus, sicut ad Olympium certamen omnes quidem qui volunt vocantur, sed ij demū coronātur, qui cum legitime certauerint adepti sunt victoriā. Ita etiā à verbo omnes qui volunt, vocantur ad fidem, nemo enim cogitur inuitus credere, sed nō oportet eum qui credidit esse otiosum, est enim ei pugnandum cum aduersitatis potestatibus & vitiis, & bona opera sunt ab eo exercenda. Nam sine operibus fides est mortua, & nemo coronatur nisi qui legitime certauerit. [p] *Quærite enim, inquit Christus, & inuenietis.* Qui quærit non est otiosus, nō est autē quærere priusquam inuenerit: nam inuentione terminatur inquisitio. Non inuenit autem qui non abiectis nugis recentibus, nēpe negotiis huius mundi rectā tendit ad scopū, & quæ Dei sunt, & fortasse contemplatur gloriā. Quæ quidem contemplatio nostram confirmat fidem, id est, firmam reddit & stabilē. Non potest enim nō vacillare eius fides qui mentē figit in rebus terrenis & caducis, non autem cæleſtibus & æternis. [q] *Videte ne quis sit qui vos seducat à fide.* Ea demum doctrina est Christi Philosophia consentanea, quæ & Deū statuit esse rerum omnium opificē, & eius prouidentiā deducit vsque ad singularia, vt quæ etiam rerum minimarum curam gerat, & vt habeat in numerato etiam capillos nostri capitis: elementa autem tantum abest vt rerum principia, & deos esse statuat, vt in eis cadat ortus, interitus & mutatio, & à Deo ita regantur, vt assimilētur cui ipse velit, & administrentur pro arbitrio eius voluntatis. Mens enim principalis (ita enim vocat Deum) omnē præcedit doctrinam. Quæcunque non doctrina, ea plane est falsa & impia, si non statuat esse Deum rerum causam efficientem. Approbat igitur Clemens doctrinā Phatonicam, vt quæ rerum Deum statuat authorem, & ab eius prouidentia omnia ministrari: non autem Aristotelicam qui negat Dei prouidentiam tranſire orbem Lunæ. [r] *Ethicorum lib. 10. colunt.* Recenset aliquot Philosophos qui elementa tanquā Deos colebant, vt qui ea dicerent esse principia. Per eos autē quos dicit principia ponere indiuidua, intelligit Democritū & Epicurū, qui summum bonū constituit in voluptate. Per principia autem indiuidua intelligit atomos, ex quibus omnia (vt sensit Democritus & Epicurus. [s] *Propterea oro, inquit.* Qui elementa rerum statuebant principia quam Deos colebant & illis seruiebant, & aliquā quidem habebant cognitionem, nempe rerum inferiorū, quæ est imperfecta, & qui ei dant operam sunt imperfecti, nec prius sunt perfecti quā perueniant ad veram Dei cognitionem, quæ datur à Christo. Illam naturę contemplationē non omnino reijcit Deus, sed vult quidem Christi Discipulos abundare in omni sensu & agnitione, sed ita vt probent quæ sunt potiora. Sunt autē supernaturalia & æterna potiora naturalibus, & iis in quæ cadit ortus & interitus. Sunt autē paruuli qui versantur in naturæ consideratione. Viri autem sunt Theologi qui diuina contemplantur. Paruuli ergo sunt Philosophi naturales, sed eos fide accepta, & æternę veritatis intelligētia nutrit Christus. Simulq; & viri sunt & hæredes, vt qui sint ex promissione à Deo facta Abrahæ, quæ olim non erant. Nam etsi Abrahæ essent filij, vt qui essent ex eius semine & qui easdem, quas ipse, habuerunt artes & disciplinas, non erant tamen hæredes æternæ quæ per fidem data est Abrahæ hæredibus. Itaque mirum si non essent hæredes, nam cum elementis seruirent & Deū non adorarent, paruuli erant & ideo quā serui non poterant esse hęredes. Paruulus certe est qui ad Dei veram & certā non peruenit agnitionem. Paruulus autē est particeps lactis, non autē cibi solidi. Ij demū autem capiunt cibum solidū qui sunt perfecti, & qui bonū à malo possunt discernere. Tales autem sunt qui ad diuinæ bonitatis & sapientiæ contemplandam assurgentes magnitudinē, possunt omni poscenti suæ fidei reddere rationem. [t] *Ornatum.* Ne quis existimet sapientiā qua bonū & malum discernitur, & bonum tenetur paratu est facile dicit vagari disciplinam inconfutabilem, id est quæ non potest refelli. Per disciplinā autem intelligit eruditionem quā peruenitur ad scientiam quæ non potest refelli, quando tendit ad finem. Vagatur autem vt quæ per varias excurrit artes & disciplinas, vel correctionē & castigationē quæ à diligēte Domino infligitur. Ea autē castigatio dat disciplinā sapiētię. Castigatio autē moderatū & tēperātē effecit animā. Et de etiā modestia Græcè dicitur σωφροσύνη, cuius etymologia est, vt Plato vult in Cratylo σῶσαν τὴν φρόνησιν, id est conseruans prudētiā. Eius autē qui est moderatus & tēperās cor est rectū, vt qui quę sunt peccata & insania nō appetit nec sectatur. Qui est autē huiusmodi, Deū quærit. Qui Deū quærit, cognitionē habet. Iniustitia: dei enim habēs cognitionē, vt qui sanctē & innocēter viuat, neminē iniuria afficit, sed nos omnes quoad eius fieri potest, prodest omnib⁹. Qui autē Dei habet cognitionē & iustitiā, is pacē inuenit in pura eius cōscientia, & nulli flagitio & sceleri affinis, nullisq; agitata animi perturbationib⁹ & vitiis vexatur. *cognoscē.* Quoniā locutus est Clemēs de Dei cognitione, fieri autē poterat vt quispiā se ei habere putaret si multis, & vanis quidē, sed probabilibus de Deo abūderet sermonibus, & se eo nomine putaret esse pium. Ne pietē, Pauli authoritate ostēdit, in Christi Discipulo nō esse requirēdū tantū sermonē probabilē & ornatū qui est verus: quiquidem verus sermo est veritas. Ea autem ipsa veritas est virtus seu potius fons virtutis enim nihil est fortius, ac potentius, cui non solū argumenta omnia quantumuis probabilia, sed & arma & regna omnia velint nolint coguntur cedere Christo certe qui est ipsa veritas, nihil potest obsistere quominus omnia sibi subijceret. Porrò autem veritas non est opinio, sed rei quæ vera est firma ac stabilis 3. Esdræ 3.



scientia, quæ cùm sit cum charitate coniuncta, nō inflat, sed ædificat. Nam opinio quidem facit vt quis de se vana motus persuasione, se putet sapientem, cum non sit sapiens: Sapientia autē quæ vera est id quod verè est, non tumet veluti quodam vento inanis gloriæ. Non enim se putat scire quod nouit esse gloriosum, sed scit se scire quod quidem intelligit non esse suum, sed aliunde profectum. Quo fit vt sapientia nō inflet. De eo enim quod non est suum, nemo gloriandum sibi esse dixerit. Quæ veritati sunt coniuncta est charitas, ædificat. Nam & fundamenta fidei, quod veritatis cognitione nititur, bona opera quæ ad salutē ei prosunt superædificat, & bonæ vitæ exemplo prodest aliis. Qui ergo habet charitatem cum cognitione, & Deum cognoscit, & à Deo cognoscitur. Quod autem alibi dicit Paulus: Scientia inflat, charitas ædificat, nō est intelligendū de vera scientia, sed de vana scientiæ opinione. Vera enim scientia qua Deus verè cognoscitur, nunquam est sine charitate. [a] *Quoniam autem non sola est traditio publica Ecclesiæ huic contextui aliquid deesse, & ei qui sensit sermonis magnificentiam, addendum esse, sed etiam mystica. Significat autem Clemens duplicem esse traditionem, & publicam quæ vniuerso populo datur, & mysticam quæ non omnibus aperitur, sed iis demum qui igne, id est ardenti spiritus virtute & lingua & aures habent purgatas, sicut etiam Esaiæ à Seraphino à Deo misso igne purgata sunt labia, vt quam rectè narraret visionem, habitabat enim in populo qui erat pollutus & labiis & auribus. Ipse quoque Christus non omnibus narrabat omnia, sed populo quidem loquebatur in parabolis: Discipulis autem quorum erant purgatæ linguæ & aures explicabat arcana & mysteria.*

[a] *Hæc mihi erant impedimento quominus scriberem, & nunc adhuc vereor, vt ait, ne porcos iacere margaritas, ne eas conculcent pedibus, & conuersi nos frangant. Est enim difficile de vero lumine verè puros & perspicuos ostendere sermones stultis & indoctis auditoribus. His enim vix possunt apud vulgus vlla magis audiri ridicula: rursus autem quæ ingeniosos magis admirabilia & Deum magis inspirantia. Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei: sunt enim ei stultitia. Sapientes autem ore non proferunt ea quæ in consessu cogitant. Sed quod auditis, inquit Dominus, in aurem, prædicate super tecta, aiunt traditiones veræ cognitionis, quæ excelse & excellenter explicantur, iubens scripsi, & scia in aurem audiuimus, ita etiam tradere quibus oportet, non autem omnibus possum tradere quæ eis in parabolis dicta erant, præcipiens. [b] Sed reuera commentarium monimentorumve descriptio est, quæcunque sparsim habent seminatam hic & illic veritatem, vt eos lateant qui more graculorum passim ac temerè semina colligunt. Postquam autem agricolam bonum nacti fuerint, producet vnumquodque ex iis, & edet fructum. [c] Cùm vna itaque sit veritas (habet enim innumerabilia falsum diuerticula, quemadmodum Bacchæ quæ Penthei membra diuellerunt ac distulerunt) Philosophiæ tam Græcæ quam barbaræ hæreses, vnaquæque id quod sortita est, tanquam totam iactat veritatem. Lux autem exortu, vt opinor, omnia illuminantur. Vniuersi ergo Græci ac barbari quicunque veritatem desiderarunt, alij quidem non paucas, alij verò partem aliquam, si modò vllam, veritates Verbi habere ostendi possunt. [d] Atque æuum quidem, temporis futurum & præsens, quinetiam præteritum, instar momenti constituit. Sed æuo multò est potentior vertas ad propria colligenda semina, etiamsi in terram alienam ceciderint. Permulta enim ex his quæ opinamur & sentimus, apud hæreses, quæ non sunt omnino amputata, nec excisam habent naturalem consequentiam, vt quæ tanquam virum fœminæ Christum exciderint, etiam si certum sit & extra controuersiam eas esse dissimiles genere & veritate. Aut enim vt membrum, aut vt species, aut vt genus in vnum colliguntur. [e] Non enim hypate quoque cùm sit Nete contraria, est tamen vna harmonia, & numerus par differt ab impari: in Arithmetica tamen ambo conueniunt, quemadmodum figura circulus, & triangulus, & quadratus, & quæcunque aliæ figuræ inter se differunt. Quinetiam in mundo vniuerso partes omnes, etiam si inter se differant, seruant eam quæ est cum toto coniunctionem & conuenientiam. Sic ergo & barbara & Græca Philosophia, aternæ veritatis auulsam quandam particulam, non è Bacchi mythologia, sed ex verbi quod semper est Theologia decerpsit. Qui autem diuisa rursus composuerit, & perfectum verbum vnum fecerit, sciat futurum vt veritatem citra periculum contempletur.*

Eccl.1. *Scriptum est itaque in Ecclesiaste: Et adieci sapientiam super omnes qui fuerunt ante me in Hierusalem, & cor meum vidit multa, sapientiam & cognitionem, parabolas & scientiam.* προαιρεῖται. *Noui præterea. Et hoc quidem est electio Spiritus, quoniam in multitudine sapientiæ est multitudo cognitionis. Qui est autem omnis generis sapientia præditus, is propriè fuerit vertutem agnoscendi assecutus. Iam verò scriptum est: Abundantia cognitionis sapientia, vnusquisque* γνῶσις. *qui est ex ipsa. Et rursus apertius confirmat ea quæ dicta sunt hoc dictum: Sunt omnia in conspectu eorum qui intelligunt. Omnia autem, sunt Græca & barbara. Alterutra autem non* σύνεσις. *sunt vtique omnia. In conspectu autem sunt iis qui sensum volunt accipere. Eligite disciplinam & non argentum, & cognitionem super aurum probatum. Eligite autem sensum quoque plus* Prou.7. *quam aurum purum: melior est enim sapientia lapidibus pretiosis. Quicquid autem est pretio-* ἐχρῆν habet exemplar Græcum, sed puto legendū σύνεσιν. *sum, non est precio eum ea conferendum.*

## COMMENTARIVS.

[a] HÆc *mihi erant impedimenta quominus scriberem.* Porcus, inquit Diuus Hieronymus in hunc locum, recipit ornatum, qui versatur in volutabris luti, & iuxtà prouerbia Solomonis: Si habuerit circulum aureum, fœdior inuenitur. Quidam canes eos intelligi volunt, qui post fidem Christi reuertuntur ad vomitum peccatorū suorum, Porcos autem eos qui necdum Euangelio crediderunt, & in luto incontinentiæ vitiisque versantur. Non conuenit igitur huiusmodi hominibus cito Euangelica credere margaritas, ne cōculcent illud & cōuersi nos incipiant dissipare. Hæc Hieronymus, cui cōuenienter Clemens hic dicitur intelligit de gentibus quibus plane videbantur stultissima Christianorū arcana & mysteria. Ridiculū eis videbatur & tanquā stultū irridebatur, Christum Deum & hominem è virgine esse natum, eum qui natus erat aqua tinctum renasci: è pane & vino Christi corpus & sanguinem idque solo verbo fieri: hominis cadauer suscitari, & eundē hominem vitæ pristinæ restitui, & cætera Christianæ religionis arcana & mysteria, quæ tantū aberat vt crederent, vt id credere stultum esse putarent, erant enim animales. Spirituales autē homines non solum ea credunt, sed etiā quod res est, sentiunt id credere esse rectum. Quod autem omnibus non sint aperienda arcana & mysteria, ex hoc intelligitur, quod sapientiam non proferunt quæ in confessu cogitant. Neque verò existimandum est Christum esse sibi contrarium, quod qui dixit margaritas nō esse mittēdas ante porcos, idem dicat; Quod in aure auditis prædicandum est tecta. Nam vult quidē quod auditum est in mysterio apertius prædicari, vt dicit Hieronymus, seu nobis passim, vt hic dicit Clemēs, sed iis quibus oportet. Mysteria quidē certè tantū aberat vt omnibus aperirentur, vt clausis ianuis celebrarentur, ne qui nō intelligebāt ea irriderent & deiurarent. *Vetera commentariorum meminerunt vt descriptio est.* Ostendit quodnā sit suum institutum in his commentariis, nempe hic & illic sparsam in eis inserere veritatem, vt quoniam sunt permulti qui varia diuersa lectione, & ex diuersis scriptoribus varia colligunt semina, ab eis imprudētibus & nō animaduersis collecta veritas à bono aliquo agricola, nempe vel ab Ecclesiaste vel à Catechista excultā fructum frumentū producat. Quod autem verti, Qui semina colligūt, Græcè est σπερμολόγοι, quo vocabulo Lucas in Actis Apostolorū. Ita enim habet literę contextus, τί ἂν θέλοι ὁ σπερμολόγος οὗτος. Quod noluerunt interpres vertit Seminiuerbius, id est verborū seminator, cùm potius esset vertendum, Semicollector: Gracculi enim non seminant verba, sed colligunt grana scilicet frumenti. Dicitur autē σπερμολόγος, quod rostro refossa semina colligat, quā Gaza interpres Aristotelis vertit frugilegi. Hinc dicti sunt σπερμολόγοι, qui semina è saccis in foro effusa colligunt, vt inde viuant. In hanc quidē consuetudinē scribit Eustathius in Odysseæ secundū; σπερμολόγος, inquit, ὁ σπερμάτων, est propriè auis genus quod semina perdit. Vnde Attici eos vocabant σπερμολόγους, qui versantur in foris & emporiis, vt colligant ea quæ effluebant è saccis, vt inde viuerent. Vnde etiā vocati sunt σπερμολόγοι, homines viles & nullius pretij. Idē quoque Eustathius dicit ibidē, dici σπερμολόγους, qui de male auditis & intellectis disciplinis garriunt & insolenter se iactant. σπερμολόγος ergo Paulū vocabant Athenienses, vel quod vilis esset & abiectus, vel quod nouā doctrinā glorioſe & insolenter prædicaret. [c] *Cùm vna itaque sit veritas.* Ea lux, nempe Christus, ostendit tam in Græcis quam in Barbaris Philosophis esse aliquam veritatis partem, si modo vilia hæc & hoc quidem certe verbi luce perspectum est, & apud Mercurium trimegistum, apud Orpheum, Pythagoram, Platonem & Stoicos, & apud Persarum Magos & Indorum Philosophos fuisse nonnulla quæ verbi doctrina non admodū dissentirent, imò verò in quibus eadem cùm sit, vna esset veritas, non tamen tota, sed eius pars aliqua vèl partes. Non quod veritas diuidi possit in partes, sed quod de ea ab alio plura ab alio pauciora dicantur, & alius quidē de eā loquatur clarius, alius obscurius. Id autem dicitur de diuisis partes: nō enim ipsum verbum, sed quæ de eo dicuntur verba diuiduntur. Penthei autem à matre & Autonoe terteris bacchantibus discerpti fabulā, non est quod hic narremus, cum eam liceat videre apud Ouidium in Metamorphosi. [d] *Atque enim quidem temporis futurum & præsens.* Quomodo ex puncto seu signo, quod est vnum, cōstituuntur lineæ, figuræ superficies & corpora mathematica, ex vno enim profluunt omnia. Et sic quemadmodum ex momento quod est vnum, constituitur tempus præsens, præteritum, & futurum. Et sicut hoc momentum sempiternum, vt quod semper duret, nec vnquam finiatur, neque sub vllam cadat mensionem, nec in eo consideretur vllus numerus motus, ex eo quod sit aliquid prius & posterius. Ita enim firmum, stabile & immobile, & cum ex eo quidem profluat tempus, quod ipsum, quasi eius

Ecclesiast. 1.

Prou.11.

Chrysost. in 7. Matth. hom. 24.

Act. 17.

Ouid. lib. 3. Metamor.



ponit tanquā exemplar imitatur, vt scribit Plato in Timæo, ipsum quidem tempus ita mouetur vt nunquam consistat, & cum semper fiat nunquam tamen sit, & idem simul oriatur & occidat, nec eius restat aliquid, nisi quod ad ipsum momentū tanquam ad æternum reducit ur principium. Et hoc quidem momentū est illud quod Hebraicè dicitur עולם, Græcè verò αἰών, id est ex eo quod semper sit, Latinè verò à sæculo & conuenientius æuum, quæ licet aliquando, sed impropriè significent longum aliquot temporum curriculo definitū, propriè tamen significat illam quam nullū tēpus dimetitur æternitatem. De his videre licet apud Diuū Augustinum in Commentario in Psalmos, & in libris De ciuitate Dei. Hunc autē αἰῶνα, nempe sæculum seu æuum, non abs re vt mihi videor, appellaui momentum quod dicat Clemens ab eo constitui præsens, præteritum, & futurum, instar momenti quod stet immobile momentum fixum & stabile, & sit æternum, fluat autē quod ab eo procedit tempus, nec stet nisi quatenus procedit à momento, in quo cōsistit æternitas quæ semper manet, etsi nullum sit tempus. De tempore quoq; ita est statuendum vnam quidem esse veritatem, à qua profluxit, & profluit quidquid est veritatis, & quā tanquam ad primum principium reducuntur quæcunq; sunt vera. Verba ista cum sint in multos dispersa, redeunt tamen ad ipsam veritatē à qua primam duxerunt originē. Hæc vera vocat Clemens veritatis semina. Dicit autē eam esse potentiorem ad sua colligēda semina, nempe vera à se producta, quæ sint apud varias sectas tam Græcas quā Barbaras, etiamsi ceciderint in alienam terram, vt quæ fuerint addita literis ab iis qui veram non agnoscebant fidem, & sint ex sectis inter se & genere & veritate dissimiles, est enim in omniū Philosophorum sectis maxima differentia. Inueniuntur enim apud eas nonnulla à nostris, nempe Orthodoxorū sententiis minimè discrepantia, nisi forte sint eiusmodi hæreses quæ sint à nobis resectæ, vt quæ tanquam virum fœminæ Christum excideriut, id est quæ Christum ita abscindunt, vt quæ eū decet virtus minimè agnoscatur. Quantumuis enim inter se discrepent, in aliquo tamen conueniunt, nempe vel in membris, vel in genere, vel in specie. Quæ autem Christum excidunt hæreses, mihi videtur dicere illas veteres, Ascodrupetarū, Colobarsiorum, Barbeliotarum, Sethianorū, Cainorū, Antitactorū & cæterorum, qui Christi dogmata ita exsecant, vt Christi nihil relinquant præter nomen. Dicens autē eas Christū exsecuisse, alludit ad fabulam Penthei, qui fuit in partes dissectus à Bacchis seu Menadibus. [e] *Iam enim Hypate quoque cùm sit.* Vt ostendat hæreses, quæ sunt alioqui inter se dissimiles & differentes, in aliquo conuenire, adducit Hypaten, & Neten, quæ sunt cordæ, quarum vna est suprema, nēpe Nete, est acutissima, altera verò, nempe infima, quæ est Hypate, est grauissima. Et etsi sint contrariæ, cōueniunt tamen in harmonia, & consonantia. Adducit etiā numerum parem & imparem, qui inter se differunt, in hoc tamen cōueniunt, quod vterq; sit numerus. Adducit etiam circulum, triangulū, & quadratum, quæ inter se quidem differunt, in hoc tamen conueniunt quod sint eiusdem generis, nempe figuræ. Adducit etiā totius mundi partes, quæ inter se quidem differunt, in hoc tamen conueniunt, quod cū vniuersitate cōiunctionem habeant & conuenientiam. Sic ergo & Barbara & Græca Philosophia æternæ veritatis, &c.] Quomodo, inquit, Bacchātes Menades Pentheū discerpēre, & ex eo particulas auulsere: ita etiā hæreses ex æterni verbi Theologia particulas auulsere, quas licet ab eis repetere, licet eis dispersis vnū veluti corpus Verbi facere. Quod qui fecerit, non est periculum ne abertet in exoptatā veritate. Nō enim fallo assentur, qui verū surreptū reducit ad veritatem quæ est Christus.

[a] DICVNT *autem Græci post Orpheum & Linum, & poetas qui apud eos fuerunt antiquissimi, in admiratione fuisse habitos propter sapientiam, primos septem qui cognominati fuere sapientes, quorum quatuor quidem fuerunt ex Asia, Thales Milesius, & Bias Prienæus, & Pittacus Mitylenæus, & Cleobulus Lindius: duo autem ex Europa, Solon Atheniensis, & Chilo Lacedæmonius: septimum autem alij quidem dicunt esse Periandrum Corinthium, alij verò Anacharsim Scythan, alij verò Epimenidem Cretensem, quem Græcum Prophetam nouit Paulus, cuius etiam meminit in epistola ad Titum sic dicens: Dixit quidam ex ipsis proprius Propheta, Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri. Et testimonium hoc verum est. Vides quomodo etiam in Græcorum prophetis dat aliquid veritatis. Nec erubescit, & ad ædificationem, & ad aliquorum quam gerit curam differens, vti Græcis poëmatibus. Itaque ad Corinthios (non enim hic solum) disserens de resurrectione mortuorum, tragico iambo vsus est, dicens: Quid mihi prodest si mortui non resurgunt? Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Nolite seduci, corrumpunt bonos mores colloquia prava. Alij autem Acusilaum Argiuum in septem sapientum numerum retulerunt: alij autem Pherecydem Syrum. Plato autem pro Periandro vt sapientia indigno, propterea quod fuerit tyrannus, ponit Mysonem Chenæum. Et quod longè quidem infra Mosis ætatem fuerint Græcorum sapientes, ostendetur paulò post.* [b] *Quod autem modus eius quæ fuit apud eos Philosophiæ fuerit Hebraicus & ænigmaticus, iam considerandum est. Breuitatem itaque amplectabantur quæ est admonitoria, & quæ velutissima. Iam Plato hunc modum dicit diligenter ac studiosè fuisse consectatos,*

communiter quidem omnes Græcos, præcipuè autem Lacedæmonios & Cretenses, qui optimis legibus vtebantur. Atque illud quidem, Nosce teipsum, alij quidem existimarũt Chilonem Lacedæmonium autem in libro de Diis, Thaletis: Aristoteles autem Pythiæ. Potest autem id inuenire per sequi cognitionem. Nam sine substantia vniuersorum non possunt nosci partes. Oportet enim ortum mundi diligenter inquirere, per quem poterit quoque disci natura hominis. [c] Chilonem autem Lacedæmonio rursus tribuunt, Ne quid nimis. Strato autem in opere de inuentis, effert hoc dictum Stratodemo Tegeatæ: Didymus autem id censet esse Solonis, sicut etiam Cleobulo. Modus optimus. [d] Illud autem Sponde noxa præstò est, Cleomenes quidem in libro de Homero, dicit prius dictum fuisse ab Homero his verbis,

Odyss. α. Δειλαίητε δειλῶν τι ὑπόσπα ἀίσυδα ἔσσεται. id est,

Infœlix, infœliciſque est sponsio vadis.

[e] Aristotelici autem existimant id fuisse Chilonis: Didymus autem dicit id fuisse admonitionem Thaletis. Et deinde illud: Omnes homines mali, vel plurimi hominum mali (hoc enim dictum duobus modis effertur) Sotades Byzantinus dicit esse Biantis, & illud: Omnia vincit diligens meditatio, volunt esse Periandri. Similiter autem admonitionem quæ dicit: Nosce occasionem, fuisse Pittaci. Solon autem leges tulit Athenienſibus, Pittacus verò Mitylenæis. Tandem autem Pythagoras Pherecydis familiaris, ſeipsum primus appellauit Philosophum. [f] Philosophiæ itaque, post viros qui prius dicti sunt, tres fuêre successiones, quæ nomina imposuerunt à locis in quibus versatæ sunt. Italica quidem, quæ deriuata est à Pythagora. Ionica verò, quæ à Thalete. Eleatica autem, quæ à Xenophane. Porrò autem Mnesarchi filius, Samius quidem erat, vt dicit Hippobotus: vt autem dicit Aristoxenus in vita Pythagoræ, ſo Aristarchus & Theopompus, erat Tuscus: vt autem Neanthes, Syrius, vel Tyrius, ab vt ex plurimorum sententia Pythagoras esset genere barbarus. Quinetiam Thales, vt ref runt Leander & Herodotus, erat Phœnix: vt autem nonnulli existimarunt, Mileſius. Hic solus videtur esse congressus cum Prophetis AEgyptiorum. Eius autem nullus scribitur praeptor, quemadmodum nec Pherecydis Syri, cuius fuit discipulus Pythagoras. Sed Pythagoras quidem, quæ Italica dicta est Philosophia, consenuit in Metaponto oppido Italiæ. Anaximander autem Praxidami filius, Mileſius, succedit Thaleti. Ei Anaximenes Eurystrati Mileſius. Post quem Anaxagoras Hegesibuli Clazomenius. Hic ex Ionia scholam trans- διαστήσας. tulit Athenas, Ei succedit Archelaus, quem audiuit Socrates.

Ex his æquiloquus declinauit lapicida.

Græium incantator, ait Timon in Sillis, propterea quòd à Physicis declinauit ad ea quæ ad mores pertinent. Socratem autem cùm audiisset, Antisthenes quidem scitur introduxit Cynicam. Plato autem secesit in Academiam. Apud Platonem philosophatus ἐφάνησε. Aristoteles, cùm transisset in Lyceum, hæresim creat Peripateticam. Ei succedit Theophrastus, cui Straton, cui Lycon, deinde Critolaus, deinde Diodorus. Platoni successit Speusippus, ei Xenocrates, cui Polemon: Polemonis autem auditores fuêre Crates & Crantor, in quos desit vetus Academia. Crantoris autem fuit particeps Arcesilaus, à quo usque ad Hegesilaum media floruit Academia. Deinde Carneades successit Hegesilao, & ἐγγὺς. ἀνάκλαυ. σασιλαο. qui deinceps sequuntur. Eleaticæ autem disciplinæ princeps fuit Xenophanes Colophonius, quem dicit Timæus fuisse tempore Hieronis qui in Sicilia obtinuit dominatum, & Epicharmi Poëtæ. Apollodorus autem eum cùm natus esset quadragesimo Olympiade, peruenisse vsque ad tempora Darij & Cyri. Xenophanis ergo fuit auditor Parmenides, eius Zeno, deinde Leucippus, deinde Democritus: Democrii autem auditores, Protagoras Abderitanus & Metrodorus Chius, cuius Diogenes Smyrnæus, cuius Anaxarchus, eius autem Pyrrhon, cuius Nausiphanes: eius dicunt nonnulli discipulum fuisse Epicurum. Et hæc est quidem successio eorum qui fuerunt apud Græcos philosophorum, quoquam in Epitome. [g] Tempora autem eorum qui fuerunt principes & authores ipsorum philosophiæ, sunt dicenda consequenter, vt in conferendo ostendamus Hebræorum philosophiam fuisse generationibus multis antiquiorem. Et de Xenophane quidem dictum est, qui fuit Eleaticæ princeps philosophiæ. Thaletem autem Eudemus in historiis astrologicis dicit prædixisse defectum Solis qui fuit eo tempore quo inter se manus conseruêre Medi & Lydi, regnante quidem Cyaxare patre Astyagis in Media, Alyatte autem Cræsi in Lydia. Ei autem congruit Herodotus quoque in primo. Sunt autem ea tempora circa quinquagesimam Olympiadem. [h] Pythagoras autem inuenitur tempore Polycratis tyranni circa sexagesimam secundam Olympiadem. Solonis autem fuisse æmulator scribitur Mnesiphilus, cum quo versatus est Themistocles. Floruit autem Solon quadragesima sexta Olympiade. Heraclitus autem Bausonis filius persuasit & Melancomæ tyranno vt deponeret tyrannidem. Hic despexit Darium regem adhortantem vt veniret ad Persas. [i] Hæc sunt quidem tempora eorum qui apud Græcos fuêre antiquissimi sapientum & philosophorum. Quod autem eorum plurimi fuerint & genere barbari, & à barbaris eruditi, quid opus est dicere? Siquidem Tuscum fuisse Pythagoram ostensum est. Phryx autem erat Antisthenes: & Orpheus Odrysius vel Thrax. Homerum enim plurimi ostendunt Aegyptium. Thales autem cùm esset Phœnix genere, etiam cum Aegyptiorum prophetis congressus esse dicitur: sicut etiam Pythagoras cum iis ipsis propter quos etiam fuit circumcisus, vt adyta ingrediens, Aegyptiorum mysticam disceret philosophiam: & cum Chaldæorum & Magorum versatus est præstantissimis: & eam quæ nunc vocatur Ecclesiam, scilicet id quod apud ipsum est ἐυαγγέλιον. [k] Plato autem non it inficias, se ea quæ sunt præstantissima in philosophia mercatum esse ex barbaris, & se fatetur venisse in Aegyptum: in Phædone scribens, vndiquaque posse iuuari Philosophum. Magna quidem est, inquit, Graecia, ô Cebes, ait ille, in qua sunt viri omni ex parte boni, multa sunt autem etiam genera barbarorum. Sic existimat Plato ex barbaris quoque esse aliquos Philosophos. Epicurus autem contrà existimat solos Græcos posse philosophari. Et in conuiuio Plato laudans barbaros, vt qui philosophiam insigniter exercuerint, vere dicit: Et in multis aliis, & apud Græcos & apud barbaros, quorum etiam sacra iam multa facta sunt, propter eiusmodi filios. Clarum est autem barbaros eximiè semper honorasse suos legumlatores & præceptores, eos Deos appellantes. Bonas enim animas, vt dicit Plato, supercælesti loco relicto, sustinuisse venire hunc Tartarum, & corpore suscepto, malorum omnium quæ sunt in generatione fuisse participes existimant, humani generis curam gerentes, quæ & leges tulerunt, & philosophiam prædicarunt, quo maius bonum ad hominum genus nunquam venit, nec veniet. Atque mihi quidem videntur cùm sensissent magna quæ per sapientes conferebantur beneficia, & eos coluisse, & publicè esse philosophati, & Brachmanes vniuersi, & Odrysæ, & Getæ. Quinetiam genus Aegyptium diligentissimè illos in Deos retulit, & Chaldæi, & Arabes qui dicti sunt Fœlices, & quicunque habitarunt Palæstinam, & non minimam Persici generis partem, & alia præter hæc genera innumerabilia. [m] Clarum est autem inuenturi semper Platonem magnificere barbaros, vt qui meminisset se & Pythagoram plurima eaque præstantissima & nobilissima dogmata didicisse apud barbaros. Et ideo dixit etiam, genera barbarorum, genera philosophorum barbarorum hominum cognoscens. Et in Phædro regem Aegyptium, & Thoyth nobis ostendit sapientiorem: quem quidem nos esse Mercurium. Quinetiam in Charmide videtur quosdam scire Thraces, qui dicunt animam facere immortalem. Narratur autem Pythagoras quidem fuisse discipulus Sonchedis archipropheta Aegyptij: Plato autem Sechnuphidis Heliopolitani: Eudoxus

Plato in Phædone.

autem Cnidius Conuphidis, qui ipse quoque fuit Aegyptius. In Dialogo autem de anima, rursus videtur Plato agnoscere Prophetiam, introducens Prophetam Lachesin ea ipsa enunciantem, apud eas quæ sortiuntur animas prædicere: & in Timæo sapientissimum Platonem introducit discentem à barbaro. Ita autem se habet dictio: O Solon Solon, vos Græci semper estis pueri, senex autem nullus est Græcus, disciplinam enim nullam habetis antiquam. Democritus autem morales libros scripsit Babylonicos: dicitur enim Accari, quem ipse interpretatus columnam suis scriptis adiunxisse: & possiunt hæc ex ipso obseruari. Hic autem dicit Democritus, cùm de seipso quidem certe scribere, & de magna sua se iactaret doctrina: Ego ex iis qui meo tempore fuerunt, plures terras peragraui, ea quæ procul erant remota inquirens, & aëris & terræ vidi regiones plurimas, & homines doctos audiui plurimos, & in componendis cum demonstratione lineis nemo me adhuc superauit, nec qui Aegyptiorum appellantur Arpedonaptæ. Cum his autem postremò octoginta annis fui in terra aliena. Adiit enim Babylonem, Persidem & Aegyptum, Magorum & Sacerdotum se præbens discipulum. [8] Zoroastrem autem Magum Persam Pythagoras ostendit. Qui Prodicum se sim sectantur, gloriantur se arcanos libros huius viri possidere. Alexander autem in libro de Symbolis Pythagoricis, refert Pythagoram fuisse discipulum Nazarei Assyrij. Quem eum existimant Ezechielem, sed non est, vt ostendetur postea: & vult præterea Pythagoram Gallos audiisse & Brachmanas. [9] Clearchus autem Peripateticus dicit se quendam ex Iudæum cum quo versatus est Aristoteles. [1] Heraclitus autem non humanitus, sed diuinitus potius dicit apparuisse Sibyllam. Aiunt itaque Delphis in curia ostendi petram quandam super quam dicitur sedisse prima Sibylla, quæ ex Helicone venerat educata à Musis, cum esset filia Lamiæ Sidoniæ. Serapion autem in versibus dicit ne mortuam quidem à diuinandi arte cessasse Sibyllam: & id quidem quod ex ea in aërem recesserit post obitum, id est quod sortibus diuinat & augurijs: ex eo autem quod in terram mutatum est corpore, rursus, ut consentaneum est, herba, quæcunque eam bestiæ comedissent, cùm in eo loco essent, sortes perfectam futuri cognitionem per exta hominibus significasse. Eius autem animam existimant eam esse faciem quæ apparet in Luna. [9] Ex hæc quidem de Sibylla. Numa autem Romanorum erat quidem Pythagoreus, ex iis autem quæ à Moyse tradita sunt adiutus, primus Romanis ne homini aut animali similem Dei facerent imaginem. Cùm itaque centum & septuaginta primis annis templa ædificarent, nullam imaginem nec affictam nec depictam fecere. Occultè enim eis indicarat Numa, quòd id quod est optimum, non alia ratione quam sola mente vlli licet attingere.

## COMMENTARIVS.

[a] DICVT *autem Græci post Orpheum & Linum & Poëtas.* Apud Græcos septem fuisse sapientes omnes apud omnes, sed non apud omnes sunt iidē: sunt enim qui alios pro aliis numerāt vt patet ex Istro in textu. Quod autē Plato Periandrū nō numerec inter sapiētes, sed eius loco ponat Myſonem Chenæum cōſtat ex eo quod ſcripſit in Protagora, eius enim ſunt verba, vt nos vertimus: Ex his & Thales fuit Milesius, & Pittacus Mitylenæus, & Bias Prienæus, & Solō noſtras, & Cleobulus Lindius, & Myſon Chenæus, & in eis ſeptimus dicebatur Lacedæmonius Chylon. Quod autē Periandrū inter eos nō numerarit, ſuſpicatur Clemēs fuiſſe cauſam quod is eſſet Tyrannus, Athenienſes autē vt qui ſectarētur popularem reip. adminiſtrationē infeſti eſſent tyrānis: exercebat autē Periander Corinthi tyrānidem. Quidam tem vetuſtiſſima Græcorū Theologia fuerit Poëtarū, Lini ſcilicet, Orphei & Heſiodi, videre licet apud Euſebiū de præparatione. Qui cum citentur etiā à D. Paulo in epiſtolis, hoc ſatis arguit in contemptis eſſe aliquid veritatis. [b] *Quod autē modus eius.* Sic autem ſcripſit Plato in Protagora, Eſt enim philoſophia & antiquiſſima, & inter Græcos plurima in Creta & Lacedæmone, & ſunt illius terræ Sophi plurimi, ſed negāt, & præ ſe ferūt ſe eſſe indoctos, ne ſit manifeſtū quod ſapiētia Græcos ſuperet. Illo paulo poſt loquens de ſeptē illis quorū prius meminit ſapientibus, dicit, Hic erat modus veteris philoſophiæ, breuitas quædam Laconica: hunc loquendi modū vocat Clemens Hebraicū & ænigmaticum in ſacris enim literis ſunt multæ parabolæ allegoriæ & ænigmata, quæ aliud ſignificent quam quod proſe ferunt. [c] *Chiloni autem Lacedæmonio rurſus tribuunt.* Hoc quoque prouerbium, Nē quid nimis, tam



poſuit exponit Eraſmus, vt nihil ſit quod poſſis amplius deſiderare. [d] *Illud autem, Spondē, noxæ præſto eſt.* De hoc quoque prouerbio vide Eraſmum in eodem loco. Quem autem vertimus verſum Homeri, ſic interpretatur Euſtathius, vt dicat pro malis non eſſe ſpondendū, malas enim & malorum eſſe ſponſiones. Aly autem dicūt miſeras & infelices eſſe ſpōſiones, quo fit vt pro nullo ſit ſpondendū, quod ſolum malum humanæ vitæ ſocietatem, eſſe certe plane inhumanū ſi ne pro parte quidem aut pro aliquo nobis periculoſe coniuncto ſpondere liceat. [e] *Ariſtotelici autem exiſtimant.* Aliquot ſapientum apophthegmata, aliis aliis attribuiſſe ſcribit Diogenes Laërtius lib. 1. De vitis Philoſophorū. Quod & hoc, Spūdā propinqua perito eſt, & in illo, Noſce occaſionē, quod ipſe dicit, Noſce tēpus, adnotauit Eraſmus, quod eſſet apophthegma cū ipſe pulcherrime interpretetur eum potius adeundū, quam in eo explicādo immorandū eſſe cenſeo. Duo quoq; illa, nēpe & Omnes homines mali, vel plurimi homines mali, & illud Omnia vincit diligēs meditatio, cū per ſe ſint facilia, nec expoſitione indigeant, & nullus, quod ſciam, præter Clementem eorū faciat mentionē, nam quos ipſe citat tēporis iniuria ad nos non pertenerunt, nec eſt quod curioſe ſcrutemur. Quod autē Solon quidē Athenienſibus, Pittacus verō Mitylenæis leges dederint, cum id ſit notiſſimū, oſtendere fuerit ſuperuacaneum. [f] *Philoſophiæ itaque poſt variæ.* Hic eſt enumeratio ſectarum Philoſophorū, quæ fuerūt poſt Pythagoram. Si quis volet de iis plura videre, legat Plutarchū de placitis, & Laërtiū de vitis Philoſoph. Quoniā autem non defuerunt qui Pythagoram quem multi dicūt fuiſſe Samium, non fuiſſe Græcum dixerint, id ad ſuum inſtitutum barbaricæ philoſophiæ, traxit Clemens. Quod ipſum fecit de Thalete, quem etiam ſolū fuiſſe dicit barbarum, cum id ſit notiſſimū, oſtendere fuerit ſuperuacaneum. [f] *Philoſophiæ itaque poſt variæ.* Hic eſt enumeratio ſectarum Philoſophorū, quæ fuerūt poſt Pythagoram. Si quis volet de iis plura videre, legat Plutarchū de placitis, & Laërtiū de vitis Philoſoph. Quoniā autem non defuerunt qui Pythagoram quem multi dicūt fuiſſe Samium, non fuiſſe Græcum dixerint, id ad ſuum inſtitutum barbaricæ philoſophiæ, traxit Clemens. Quod ipſum fecit de Thalete, quem etiam ſolū fuiſſe dicit barbarum, cum prophetis Ægyptiorū, cùm tamen idē Laërtius id ipſum dicat de Pythagora. Mirum quod Diogenes Laërtius qui cæterorū Philoſophorū vitam diligenter ſcripſit, Socratis, à quo ad mores pertinet inſtituta eſt philoſophia, nō meminerit: & diſcipulos quidem celebrarit, præceptorem autem ſilentio præterierit. Qui autē à Clemente citantur verſus de Socrate, ſunt Timonis, non dubium quidē qui ob inhumanitatē dictus eſt μισάνθρωπος, ſed Philoſophi, cuius vitā ſcribēs Laërtius, dicit eum tribus libros Sillorū (ſunt autē Sil[1]: ſales & vrbana dicta) in quibus, cū eſſet ſepticus, omnes dogmaticos inſectatur & maledictis tanquā per ludū impetit. In iis ita vituperat Socratē vt etiam maledictiſſimē laudet, cū enim vocat ὀνομαστὸν ἄγυιαν, id eſt qui de rebus iuſtis & honeſtis cōfabulando diſputat. Sunt enim omnes eius diſputationes in Dialogis, quos literarū monimentis mandarunt eius diſcipuli, Plato ſcilicet & Xenophon: Græcorū quoq; vocat incantatorem, quod verbis tanquam carminibus ſuis eos in ſuā traheret ſententiā. Ab eo tanquam à perenni quodam fonte deducta eſt vniuerſa illa Philoſophorū ſchola. Inter quos fuit Antiſthenes. Quod Xenophanes autem Colophonius fuerit Thalis, ex hoc poteſt intelligi quod dicit Apollodorus eum fuiſſe natum Olympiade quadrageſima, vtmoſ autem ad tempora Cyri, regnauit autem Cyrus Olympiade 55. cum itaq; dicit Laërtius fuiſſe centenarium, id eſt, vitæ longiſſimæ. [g] *Tempora autem eorum qui fuerunt.* Quod aſtrologiæ peritus fuerit Thales, vide apud Laërtiū in eius vita. Quod Solis defectū prædixerit qui fuit eo tempore quo prælium ortum inter Medos & Lydos, regnāte Cyaxare in Media, Alyatte autē in Lydia, vide apud Herodotum lib. 1. Quando autem & quādiu vixerit ſic ſcribit Laërtius. Dicit autē Apollodorus in Chronicis eum fuiſſe natū anno primo tricēſimæ quintæ Olympiadis. Mortuus eſt autē natus annos ſeptuaginta nouē, aut, vt dicit Socrates, nonaginta. E vita autē exceſſit quinquageſima octaua Olympiade cū Xerxes Cræſi, cui etiā promiſerat eum Halim traiecturū abſq; pōte diuerſo fluuio. Ea autem tempeſtate floruiſſe circa quinquageſimā Olympiadem teſtatur Euſebius in Chronicis. [h] *Pythagoras autē inuenit.* Eadem ipſa [i] *Pythagoras tyranni.* Euſebius in Chronicis ſcribit Pythagoram claruiſſe Olympiade ſexageſima quarta, mortuū eſſe anno quarto Olympiadis ſeptuageſimæ, A Solone autē Draconis leges fuiſſe antiquatas præter eas quæ ad ſanguinē pertinebant, & alias ab ipſo latas ſcribit Euſebius in Chronicis. Quis autem fuerit eius æmulator Meneſiphilus, non memini me legere. De Melanconia tyranno, cui perſuaſit Heraclitus vt tyrannidem deponeret, ne verbum quidem Laërtius. Darij autem epiſtolam eum inuitantis vt veniret in Perſidem, & Heracliti recuſantis, habes apud eū in eius vita: floruit autē, vt ipſe ſcribit ſexageſima nona Olympiade. [k] *Hæc ſunt quidem tēpora eorum.* Poſtquam oſtendit quibuſnam fuerint temporibus veteres Græcorū ſapientes & Philoſophi: oſtenſurus cōparando multo antiquiorem eſſe barbarū philoſophiā, prius dicit eos ſapiētes & philoſophos fuiſſe vel barbaros, vel à barbaris eruditos. Sunt qui Pythagorā dicunt fuiſſe Ethruſcū vt ſcribit Laërtius. Idē dicit Antiſthenē non fuiſſe oriūdum Athenis, ſed è Thracia. Quod autē Pythagoras fuerit circūciſus, nō dicit quidē Laërtius, ſed cùm dicatum cùm eſſet iuuenis exiiſſe è patria, & fuiſſe initiatū omnibus & Græcis & barbaris tebetis ſeu myſteriis, eſt veriſimile ſub eis cōprehendiſſe etiam circūciſionem. Niſi enim fuiſſet circūciſus, in Æ-gyptum ædyta nō eſſet ingreſſus, nec didiciſſet quæ de Diis ſunt in arcanis. Ab Ægyptiis autem accepit quod viurpabat vocabulū, nempe ἀκουσματικούς, id eſt, auditorum, ita dictum à ſimul audiendo: eo autem dicit Clemens ſignificari eccleſiā, in quā conueniens populus docebatur. [l] *Plato autē non it inficias.* Citat Platonem, quem nonnulli dicunt Deum Philoſophorū, in multis locis, in quibus oſtendit ſe à barbaris deſciſſe philoſophiā, cùm tamen Epicurus qui nulla ex parte eſt cum eo cōferendus contrā exiſtimet Græcos eſſe Philoſophos. Quod autē Plato in Phædone dicit bonas animas ſupercæleſti loco recipi, malas in terras deſcēdiſſe, videtur Origenē erroris dediſſe occaſionē, vt ſentiret animas prius fuiſſe quam corporibus mitterentur in corpus. [m] *Atque mihi quidem videntur.* Enumerat aliquot barbaras nationes apud quas honore habita eſt philoſophia, & quæ ſunt philoſophatæ. De his vide Diogenē Laërtiū in prooemio libri ſui de vitis Philoſophorū. Philoſophiē, inquit, munus nōnulli dicūt cœpiſſe à barbaris. Fuiſſe enim apud Perſas quidē Magos: apud Babylonios autē aut Aſſyrios Chaldæos, & Gymnoſophiſtas apud Indos, & apud Gallos eos qui appellētur Druydæ & Sōnothei vt dicit Ariſtoteles in Magico, & Sotiō in vndecima tertio ſucceſſionis, & Phœnicē fuiſſe Ochū, & Thracem Xamolxin, & Lybicū Atlantem, &c. Præter eos enumerat Clemēs Brachmanes Odryſos & Getas. De Brachmanibus autē Indorū philoſo-

Chiliad. 1. cent. 6.

Laërtius lib. 1. de vitis philoſoph. Euſeb. Chil. 1. cent. 8.

Laërtius in vita Heraclitis.

Laërtius in vitis Pyth. & Antiſthenis.

phis vide Sttabonem lib.14.Geographiæ.Odrysi autē sunt Thracū populi,apud quos vigusse philoso-
phiam testis est Orpheus.Getæ autē sunt finitimi Scythis,apud eos autē Philosophus fuit quidam
eorū Deus,vt vult Strabo lib.15. Geograph. sicut apud Scythas fuit Anacharsis. [a] *Clearchus autē Peripateticus.* Reddit rationē cur Plato magni fecerit Barbaros, nēpe quod platonica exempli
*semper Platonē.* ma dogmata acceperit à barbaris, sicut & Pythagoras. Quæna autē dogmata acceperit Plato à bar-
baris, nēpe ab Hebræis, vide Eusebiū in præparat. Euangelica lib.11. Atq; quod Pythagoras quidem, Pla-
to & Eudoxus fuerint in Ægypto,& Prophetas audierint,narrat Laërtius,sed nō dicit quænam fuerint
nomina eorū præceptorū. Democritus autē morales libros scripsit Babylonicos: dicitur enim Astro-
quam est interpretatus colūnam,& possunt hæc ex ipso obseruari. Hæc autem dicit Democritus, sed
Morales quidem libros scripsisse Democritū constat ex Laërtio, qui citat Trasyllum eius libros ordi-
dinem redigentem per numerum quaternarium. De moralibus eius libris sic dicit: Sunt quidem ei
libri morales. Pythagoras, De affectione sapiētis. De iis qui sunt apud inferos, Tritogeneia, hoc est de
quod tria fiāt ex ipsa, quæ humana omnia cōtinent: fieri autē potest vt hos libros inscripserit Baby-
nios,eo quod scripti sint Babylone,vel quod in iis introducatur aliquis Babylonius. De Acicaro autem
colūna quā est interpretatus suis libris adiūxit, nihil legi,& quid sibi velit ingenue fateor me nescire, et
nec eos Ægypti populos qui vocantur Harpedonactæ à quibus ne superati quidē se dicitur Geometria
Cōstat autē ab Ægyptiis primū inuentā fuisse Geometriā, vtpote necessariā, propterea quod Nili inun-
*Iustin. lib.1. cap.1.* datione sæpius cōfunderentur & mouerentur eorum termini. [b] *Zoroastrem autem Magum Persa.* Zoro-
*Plin. lib.30. cap.1.* aster Rex fuit Bactrianorum qui primus dicitur artes Magicas inuenisse, & mundi principia sy dedisse
motus diligenter spectasse. Porro autē in Perside ortā Magicam à Zoroastre scribit Plinius. Meminit
go dicit Clemens Pythagorā Zoroastrē ostendisse Persam. Quisnam autem fuerit Prodicus cuius
hæresim sectabātur, iactabant se habere libros arcanos Zoroastri, vide apud Theodoretū, lib.2.Hæ-
carum fabularū. Is certe fuit adeo impudēs & impudicus, vt aperte & palam scortari adiecerit
Carpocratis, & constituerit mulieres debere esse cōmunes. De eodem plura videbimus in libro
Stromatū, quem citat idem Theodoretus. Cum autē de Nazareo Assyrio sit alibi dicturus, vt hic fa-
*Eusseb. lib.9. de prap.ca.3.* ad eū vsq; locū dicere differemus. [c] *Clearchus autē Peripateticus.* De hoc Iudæo sic narrat Aristocles
Clearchū, vt scribit Eusebius: Ille Iudæus erat qui sunt calami ex India. Iudæi autē à loco quē habent
appellati sunt, vrbs eorū asperrimo quodā nomine Hierusalem nominatur. Hic ab Aristobulo Asia-
cis ad maritimas ciuitates descendens,& lingua & animo Græcus fuit. Cumq; accidisset vt eo tempore
nos quoq; in maritimis Asiæ locis versaremur, philosophiæ amore ad nos venit, qui multo plura ab
attulit quam accepit. [d] *Heraclitus autē non humanitus.* Cum fuerint multæ Sibyllæ (Varro enim nomine
*August. de ciuitat. Dei lib.5.18.ca. 23.& Viuum ibid.* decem,de quibus vide apud Lactantiū,& apud D.Augustinum de ciuitate,& qui in eum scripsit Lo-
uicū Viuem) vix sciri potest de quanā loquatur Heraclitus: nam à Varrone prima enumeratur Persica
Heraclitus autem primā dicit fuisse filiā Lamiæ Sidoniæ. Quæ de ea autem dicit Serapion, iis omnia
cōmentitia,& maxime de eius anima quā dicit esse faciem quæ apparet in Luna: Quidnam sit animæ
facies qui scire volet, legat Plutarchi librū de ea re inscriptum, & sunt de ea re variæ Philosophorum
tentiæ. Sunt qui eam Lunæ faciē existimāt esse maculas quæ existūt ex vaporibus quibus alitur orbis,
*Plin. lib.2. cap.26. Eusseb. lib.9. de prap.ca.3.* in qua sententia videtur esse Plinius: ab ea autem opinione omnino dissentiūt Peripatetici. [e] *Eius au-*
*dē de Sibylla.* De Numa Pōpilio Eusebius dicit Clementem nostrū afferere, id quod hic asserit, Numam
fuisse Pythagoreum. Clemens noster, inquit, Numam Romanorū Regem Pythagoricis fabulis, et
& Mosaica nixū doctrina legem dedisse Romanis, nullam imaginem Deo attribuere, vnde omnis ab
atq; septuaginta, nullam imaginem, nec fictam nec pictam in templis Romanorum reipsi positam.
Numa occulte significauit, nullo modo nisi mente ad similitudinē Dei hominem peruenire posse.
Eusebius, cum tamen constet eum aliter de Numa sensisse. Nam in suis Chronicis Pythagoram
longe fuisse tempore posteriorem,& inter eos plurimas interfuisse Olympiades ostendit. Idem
etiam Liuius qui lib.1.ab vrbe condita sic scribit, Inclyta iustitia religioq; ea tempestate Numæ Pom-
pilij erat. Curibus Sabinis habitabat consultissimus vir, vt in illa quisquam ætate esse potuerat omnis
uini atq; humani iuris. Authorem doctrinæ eius, quia non extat alius, falsō Samium Pythagoram
quem Seruio Tullo regnante centum amplius post annos, in vltima Italiæ ora circa Metapontum,
racleamque & Crotonam, iuuenum æmulantium studia cœtus habuisse cōstat, &c. Hoc Liuius et
bus est perspicuum Numā non potuisse esse Pythagoreum vt qui longo tēpore præcesserit Pytha-
vndecunque autem ex Moyse acceperit Numa nullam in templis aut fictam aut pictam habere
nem, constat Moysem non aliam ob causam prohibuisse imaginem, quam ne ea pro Deo colerentur,
qui prohibitioni statim subiunxerit, Non adorabis neque seruies.

VII. [a] PHILOSOPHIA *ergo, res quædam valde vtilis, olim quidem floruit apud Bar-*
*baros, per gentes resplendens: postea autem venit etiam ad Græcos. Ei autem præsunt*
*& Ægyptiorum Prophetæ, & Assyriorum Chaldæi, & Gallorum Druidæ, & Scy-*
*næi Bactrorum, & Celtarum ij qui philosophari sunt, & Persarum Magi, qui quidem*
*Seruatoris quoque nostri ortum significauerunt, stella eos præcedente venientes in Iudæam.*
*& Indorum Gymnosophistæ, & alij philosophi barbari. Est autem duplex eorum genus:*
*alij enim ex iis vocantur Sarmanæ, alij vero Brachmanes. Et ex Sarmanis quidem, ij qui*
*appellantur Allobij, neque vrbes habitant, nec domos aut tecta habent: arborum autem*



*vulnantur corticibus, & glandes arborúmque baccas comedunt, & aquam bibunt mani-*
*fe: non nuptias, non liberorum norunt procreationem, quemadmodum ij qui nunc vocan-*
*tur Encratitæ, id est, continentes. Sunt autem etiam ex Indis, qui Buttæ parent præceptis,*
*quem propter insignem virtutem vt Deum honorarunt. Scytha autem erat etiam Ana-* σαμόξιν.
*charsis, qui scribitur Græcorum multis antecelluisse philosophis. Hellanicus autem scribit*
*Hyperboreos habitasse vltra Riphæos montes, doceri autem ipsos iustitiam, non vescentes*
*carnibus, sed arborum fructibus. Ij sexagenarios extra portas ducentes, tollunt de medio.*
*Sunt autem etiam apud Germanos sacræ quæ vocantur mulieres, quæ fluuiorum vortices*
*prospicientes, fluentorúmque sonitus ac circumuolutiones, futura coniicunt & prædicunt.*
*Ea nam permiserunt vt ipsi cum Cæsare pugnarent ante quam noua Luna illuxisset.* [b] *His*
*omnibus Iudæum genus est longe antiquius, & eam quæ apud ipsos scriptis mandata est phi-*
*losophiam, cæpisse ante Græcam, multis verbis ostendit Philo Pythagoreus. Quinetiam*
*Aristobulus quoque Peripateticus, & alij complures, ne in eis nominatim persequendis im-*
*morer. Apertissimè autem scriptor Megasthenes, qui vixit cum Seleuco Nicatore, scribit*
*eorum rerum Indicarum, omnia quidem quæ de natura dicta sunt à veteribus, dicuntur*
*quam ab iis qui extra Græciam philosophantur, partim quidem apud Indos à Brachmanis,*
*partim verò in Syria ab iis qui vocantur Iudæi. Quidam autem fabulosius ex iis qui Idæi*
*appellantur Dactyli, sapientes quosdam primos exortos esse dicunt, ad quos & Ephesiarum*
*quod dicuntur literarum, & eorum qui sunt in Musica numerorum refertur inuentio. Pro-*
*pter quam causam sunt appellati qui sunt apud musicos Dactyli. Phryges autem erant &*
*barbari Idæi Dactyli.* [c] *Herodotus autem refert Herculem, cùm esset vates & Physi-*
*cus, ab Athlante Barbaro Phryge mundi susceptisse columnas. Hermippus autem Berytius*
*vocat Chironem Centaurum sapientem. De quo etiam dicit qui scripsit Titanomachiam,*
*quid is primus*

Ad iustum duxit mortalia secula, monstrans
Iusiurandum, & Sacra Deûm, cælíque figuras.

*Ab eo instituitur Achilles qui ducitur ad Ilium. Hippo autem filia Centauri, cum Æolo ha-*
*beatæ, docuit eum naturæ contemplationem, patriam scientiam. De Hippone autem sic te-*
*statur Euripides:*

Diuina quæ primùm quidem præsagiit
Oraculis atque per ortus syderum.

*Apud hunc Æolum, Vlysses post Troiam captam hospitio excipitur.* [d] *Observa mihi tem-*
*pora ad comparationem ætatis Moysis, & antiquissimæ quæ eius tempore fuit philoso-*
*phiæ.* [e] *Non solius autem philosophiæ, sed etiam omnium ferè artium fuerunt inuentores*
*barbari. Primi itaque Ægyptij Astrologiam ad homines deduxere. Similiter etiam Chal-*
*dæi. Ægyptij rursus & lucernas primi accendere docuerunt, & annum in menses duode-*
*cim diuiserunt, & in templis cum mulieribus coire prohibuerunt, neque ad sacra ab vxore*
*illota adeundum esse lege sanxerunt: Et rursus inuentores fuere Geometriæ. Sunt autem*
*qui dicunt Cares, eam quæ ex astris colligitur inuenisse præscientiam. Auium autem vola-*
*tus primi Phryges obseruarunt. Aruspicinam autem seu extispicinam perfectè tenuerunt*
*qui fuere vicini Italiæ. Isauri autem & Arabes augurijs studuere, sicut Telmissenses ei quæ*
*per somnia fit diuinationi. Hetrusci tubam, & Phryges tibiam excogitauere. Phryges*
*enim erant Olympus & Marsias. Cadmus autem erat Phœnix, qui fuit Græcis litera-*
*rum inuentor, vt ait Euphorus. Vnde etiam scribit Herodotus literas appellatas fuisse*
*Phœnicias. Alij autem dicunt Phœnices & Syros primos excogitasse literas. Medicinam*
*autem Apim Ægyptium indigenam, priusquam Io veniret in Ægyptum: postea autem*

Æsculapium dicunt artem amplificasse. Atlas autem Libs, primus nauem est fabricatus, & mare nauigauit. Et rursus Celmis & Damnaneus Idæi Dactyli ferrum primi inuenerunt in Cypro. Alius autem Idæus ferri inuenit temperaturam, vt autem Hesiodus Scytha. Ac Thraces quidem primi eam quæ παρὰ μῆν vocatur inuenerunt, est autem curuus gladius, & peltis primi vsi sunt in equis. Similiter autem Illiry quoque peltam inuenerunt. Præterea Canos figulinam excogitasse & calcem dicit Sanites: is fuit qui primus excogitauit clypeum. Cadmus autem Phœnix primus inuenit lapicidinam: in monte Pangeo excogitauit auri metalla. Iam verò aliud quoque genus, Cappadoces primi inuenerunt id quod Nablium appellatur, quemadmodum Assyrij quoque Dichordon: Cothaginenses autem primi construxerunt quadriremem. Eam autem ex tempore, & absque vlla præmeditatione, fabricatus est Bosphorus. Medæa autem Æeta filia, Colchis, primà pilos tingere excogitauit. Quinetiam Noropes (est autem gens Pæoniæ, nunc autem appellatur Norica) æs elaborarunt, & primi ferrum purgarunt: & Amycus Rex Bebrycum, lora pugilum, id est, cestus, primus excogitauit: & Olympus Mysius in musica harmoniam Lydiam artificiosè inuenit: & qui vocantur Troglodytæ, Sambucam instrumentum inuenere musicum. Aiunt autem obliquam quoque fistulam Satyrum inuenisse. Phrygem: κέρματα autem seu modos Olympum; similiter Phrygem, quemadmodum Phrygiam harmoniam & mixophrygiam & mixolydiam Marsyam, qui erat eiusdem regionis cum iis qui ante dicti sunt, & Doricam Thamyrim Thracem excogitasse. Perse quoque primos audiuimus currum & lectum & pedum scabellum effecisse, & Sidonios triremem nauem ædificasse. Siculi quoque qui sunt in Italia primi inuenere Phormingem, quæ non multum differt à cithara: & inuenere crepitacula quæ dicuntur Crotala. Quantum tempore Semiramidit regis Ægyptiorum, narrant inuentas fuisse vestes byssinas. Epimam scripsisse epistolas Atossam Persarum reginam dicit Hellanicus. Scamon autem Mytilenæus & Theophrastus Eresius, & Cydippus Mantinæus, & præterea Demophanes, & Aristodemus, & Aristoteles, quinetiam Philostephanus, & Strato quoque Peripateticus, in libris suis de iis quæ sunt inuenta hæc narrarunt. [g] Ex his autem patet, quod ieci ad confirmandam inuentricem & vitæ vtilem naturam, quæ fuit apud barbaros, à quibus, in studiis rebusque exercendis, Græci magnam acceperunt vtilitatem. [h] Ita quæ autem vocem reprehendat barbaram, Mihi autem, inquit Anacharsis, omnes Graci Scythæ sunt. Is autem erat qui apud Græcos in admiratione est habitus, qui dixit: Mihi indumentum est lana: cœna, lac & caseus. Vides barbaram philosophiam, quæ sola, verba profitetur. [i] Apostolus autem sic dicit: Et vos per linguam, si non rectè significatem vocem dederit, quomodo cognoscetur quod dicitur? eritis enim in aëream loquentes. Tot, verbi gratia, genera linguarum sunt in mundo, & nihil est vocis expers. Singula nouero vim vocis, ero loquenti barbarus, & loquens mihi barbarus: & qui loquitur in mea lingua, orèt vt interpretetur. [k] Vix certè tandem accessit ad Græcos componendarum orationum doctrina, & scriptura. Et Alcmæon quidem Perithoi filius, Crotoniata, primum librum scripsit de natura. Alij autem Anaxagoram Hegesibuli filium Clazomenium primum librum scriptum edidisse referunt. Modos autem poëmatibus primus adiecit, & Lacedæmoniorum leges numerosis versibus scripsit Terpander Antissæus. Dithyrambum autem excogitauit Lassus Hermioneus, Hymnum Stesichorus Imereus, Choream Alcman Lacedæmonius, Amatoria Anacreon Teius: ἐπόρξημα, id est, canticum ad saltandum accommodatum Pindarus Thebanus. Et νόμους quos vocant, primos cecinit in choro citharæ Timotheus Milesius. Iam verò Iambum quidem excogitauit Archilochus Parius. Claudum autem iambum Hipponax Ephesius. Et tragœdiam quidem Thespis Atheniensis.

Comicum



Comicum autem Sisarion Icarieus. [l] Tempora horum tradunt Grammatici. Longum autem fuerit ea accuratè tradere, cùm ipse mox ostendatur Dionysius, nempe Bacchus, propter quem celebrantur & Dionysia & spectacula, esse Moyse posterior. Aiunt autem & quæ in schola fiunt orationes, & rhetoricas proprietates, inuenisse, & mercedem primum iudicialem orationem alteri tradendam conscripsisse Antiphontem tribu Rhamnusium, vt dicit Diodorus. [m] Apollodorus autem Cumanus primus Critici nomen sibi sumpsit, & appellatus est Grammaticus. [n] Nonnulli autem dicunt Eratosthenem Cyrenæum, is quoniam duos edidit libros quos inscripsit Grammaticos, nominatus est Grammaticus, sicut nunc nominamus. [o] Primus Praxiphanes Dionysiphanis filius Mytilenæus, & Zaleucus Locrus primus scribitur leges tuliisse. Alij autem dicunt Menothemum Dioscpi Lyncei, is fuit post Danaum, decima generatione ab Inacho & Mose, vt paulò inferius ostendemus. Lycurgus autem multis annis post Troiam capiam, qui fuit centum & quinquaginta annis ante Olympiades, tulit leges Lacedæmonijs. Solonis verò tempus prius diximus. Draco autem, qui ipse quoque fuit legislator, narratur fuisse circa tricesimam nonam Olympiadem. Antilochus autem qui scripsit de omnibus viris doctis à Pythagoræ ætate vsque ad mortem Epicuri, quæ fuit decimo mensis Octobris, complectitur omnes annos trecentos duodecim. Præterea aiunt Homerum Icarij vxorem inuenisse Heroicum hexametrum, alij verò Themin, vnam ex Titanidibus. Didymus autem in libro de philosophia Pythagorica, refert Theanonem Crotoniatidem, primam ex mulieribus esse philosophatam, & scripsisse poëmata. [p] Græcam itaque philosophia, vt aliqui quidem, casu vtcunque & exiliter veritatem, sed non omnem, assequitur: vt alij autem volunt, mota est à diabolo. Nonnulli autem vniuersam philosophiam inferiores quasdam potestates inspirasse existimant. Sed si non comprehendit quidem Græca philosophia veritatis magnitudinem, & est adhuc imbecilla ad mandata Domini exequenda, at maximè regali quidem certe doctrinæ viam præparat, vtcunque capiat, & mores prius formans, & ad suscipiendam veritatem confirmans eum qui opinatur prouidentiam.

## COMMENTARIVS.

[g] PHILOSOPHIA *ergo res quædam valde vtilis.* Philosophia à barbaris venit ad Græcos. Recenset autem Clemens eos qui philosophiæ præfuerunt apud barbaros, nempe apud Ægyptios prophetæ, de quibus vide apud Diodorum Siculum, apud Assyrios Chaldæi, de iis vide Strabonem li. 16. Erant autem vt ibi dicit Astrologi & Mathematici, apud Gallos Druidæ & Samanæi. De Druidibus multa scribit Strabo lib. 4. Geograph. qui Samanæorũ nec meminit quidem, sed tria refert hominũ genera, quæ apud omnes in magno habentur honore, Bardi, Vates, & Druidæ. De Druidibus quoque Cæsar copiosè in Commentariis. Commen. 6. magno habentur honore, Bardi, Vates, & Druidæ. De Druidibus quoque Cæsar copiosè in Commentariis. Commen. 6. memorat, sed nihil de Samanæis. Plinius quoque multis in locis Druidum meminit, sed nusquã Samanæorũ. Fieri autẽ potest vt Samanæi sint ij qui à Diogene Laertio in prœmio dicti sunt Semnothei, vel vt alij dicunt Samothei à Samothe Gallorũ patre qui à Græcis & Dis & Samanus & Orcus dicitur, de quibus multa Berosus quẽ hodie habemus, qui an sit antiquus ille Berosus à nostro Clemente totus non audeo temere meã proferre sententiã. Non est autẽ improbabile eos qui dicti Samothei vel Semanæi, dictos etiam esse Samanæos à Sumano, & mutata litera Samanæos. De Magis & Magica vide Plinium lib. 30. ca. 1. De Brachmanibus multa scribit Strabo lib. 15. Eorũ autẽ duo dicit esse genera, Brachmanes scilicet & Germanas. Germanas autẽ puto dici quos vocat Clemẽs Sarmanas, G litera in S transmutata. De Allobiis autem sicut nec de Butta ne verbũ quidem legi. Encratitæ autẽ quibus à Clemente adnumerantur Allobij, fuerunt hæretici de quibus scribit Epiphanius lib. 1. to. 3. in 46. hæresi contra Tatianum. Ita ergo scribit de Tatiano, Continentiam hic prædicat, nuptias autẽ scortationem & corruptionẽ esse, asserens nihil differre matrimonium à scortatione, sed idem esse &c. Porro autem Anacharsis in numero fuit apud Græcos existimatione, vt eũ inter philosophos ptæ ciptuos merito annumerarit Laertius. De Hyperboreis autẽ qui scribit, & quem citat Clemens, Hellanicum, hodie non habemus. De iis scribit Strabo libro decimo quinto. Quod autem ad vitæ agendæ rationem & instituta attinet, videtur eos non absimiles esse cum Brachmanibus. Quod autẽ dicit eos sexagenarios extra portas ducẽtes de medio tollere, incertũ quidẽ est ἀσαφῶς, sed an intelligat eos ab ipsis interimi nõ aufim affirmare. Potest enim per ἀσαφῶς

significari & de medio tollere, quod est occidere, vel ab aliis remouere vt non amplius appareat. Ve-
lieribus autē apud Germanos sortibus futura prædicentibus, & quę Arioui
miserunt vt pugnarent cum Cæsare, vide apud Cæsarem in Commentariis, & apud Plutarchum in
Cæsare. [b] *Hæc omnibus ipsa dem genus est longe antiquius.* Fuerit ne hic Philo quem dicit Pythagoræ
quem hodie habemus, qui fuit certe vir doctissimus, & qui Platonem adeo est imitatus vt dixerit
φίλων πλατωνίζει, ὁ πλάτων φιλωνίζει, nō ausim asserere. Eum tāti fecit D. Hieronymus vt inter scripto-
clesiasticos eum annumerauerit, sed non memini me aliquid eius videre de antiquitate Iudaica.
stobulo quoque nihil hodie extat quod sciam. Extat autem Iosephi liber de antiquitate Iudaica
non nominat, sed inter alios complures recenset Clemens. De Megasthene autē quæres scripsit
hæc scribit Plinius, Pateracta est, scilicet India, non modo Alexandri magni armis, Regum quo
cessere, circumuectis etiam in Hircanū mare & Caspium Seleuco & Antiocho, præfectoque
rum Patrocle: verum & aliis auditoribus Græcis, qui cum regibus Indicis morati sunt: sicut Megas-
nes & Dionysius, à Philadelpho missus, ex ea causa vires quoque gentium prodidere. De Idæis
vide Strabonem qui existimat eos etiam esse dictos Curetes & Corybantes, vide etiam Cœlium
num lib. 17. Et Polydorum Vergilium de inuentione rerum qui cum aliis quidem consentit quod
inuenerint. Quod autē Ephesias literas innenerint & Musicos numeros & pedes in Musica dactylo
ipse dicit nec vllus alius quē legerim. Quænam autem essent Ephesiæ literæ, & quam vim habe
apud Erasmum in adagiis. *Herodotus autem refert Herculē.* Fingitur à Poëtis Hercules ab Atlante
meris impositas sustinuisse cæli columnas, quod Herodotus ideo dicit fuisse fictum à Poëtis, quo
culēs esset vates & Physicus, id est naturæ contemplator. Chiron autē filius Saturni & Phillire
ex Centauris inuctor medicinæ & artis Lyricæ Magister Æsculapij. Ab eo dicta sunt ulcera Chiro
ratu difficilia, quæ quomodo curarentur docuit Chirō, vt dicit Eustathius in quartū Iliadis. Fuit
à Peleo & Tethide Achilles eruidiendus priusquā mitteretur ad Ilium, vt testatur Statius, in Achil
Merito ergo ab Hermippo dictus fuit sapiens. Hippo quoque fuit eius filia, de cuius sapientia
nium fert Eutipides, sed nec Tragœdiam citat Clemens, nec eam arbitror extare. Atque quod
ptam quidem Troiā ab Æolo hospitio exceptus Vlysses fit, locuples testis est Homerus, sed qui
po Centauri filia habitarit apud Ælolum, nec scribit Homerus, sed nec vllus alius quod legerim.
*ua mihi tempora ad comparationem ætatis Moysis.* Eadem scribit Eusebius de præparatione lib. 10. Mo
quidem certe partem eorum quæ in toto libro scribit accepit à nostro Clemente, vt qui in eos
tur argumento. [b] *Non solues autem Philosophiæ sed etiam omnium fere artium.* Quis inuenerit Astro
logiam. *Ægyptii eursus & lucernas primi accendere docuerunt.* Quinam lucernas primi accendere
rint, nusquam alibi legi. Herodotus scribit Ægyptios annum in duodecim menses diuisisse, singulos
mens, Diodorus id tribuit Thebis, qui ipsi quoque fuerunt Ægyptij, Geometriam autem ab Ægy
fuisse inuentam iam ante diximus. De Auguriis, & Auspicina copiose scripsit Polydorus Vergilius. Ve-
ximam autem eorum quæ scripsit partem accepit à Cicerone de diuinatione. De tibia quoę, &
de eundem lib. 1. cap. 4. De literis quoque & earum inuentoribus abunde scribit li. 1. cap. 6. De
na vero lib. 1. cap. 20. De naui verò & nauigatione lib. 3. cap. 15. De ferro & ære & eorum
lib. 2. cap. 19. *παρμὸν* vocabulum nusquam alibi legi, nec scirem quid esset nisi ipse exponeret, nimi
gladium incuruum ex quo coniicio cum esse ensem falcatum qui est instar falcis. Dicit autem
uentum esse à Thracibus, sed suum non citat authorem. Pelta autem est scutum breue habens
Lunæ semiplenæ, quo vtentes inducit Vergilius Amazones dicens:

*Pentesilea furens Lunatis agmina pelta.*

Quinam populi sint ij Caini quos dicit Clemens inuenisse artem sigulinam, non possum
de iis nihil legatur apud Cosmographos, nisi quod Plinius aliquot recenset oppida, quæ nomi
tur ad eos accedere. Idem autem Plinius dicit, Choroebū Athenien sem inuenisse figulinas, & i
inuentas lapicidinas, Cui suffragatur Polydorus Vergilius qui id ab ipso accepit. De Musica
disque & instrumentis musicis, & de cæteris fere omnibus quæ hic dicit Clemens, eadē fere
& à Plinio lib. 7. cap. 55. & à Polydoro Vergilio lib. 1. cap. 21. De his ergo non plura dicemus, sed
rem ad eos mittemus, maxime cum quos citat Clemens authores iniuria temporum omnes
rint & quæ narrantur facile intelligantur. [c] *Ex his autem pauca adiecit ad confirmandum inuentrem.* Hæc om
nia quæ superius dicta sunt tam de philosophia quā de multis quæ inuenta sunt à barbaris, Clemens
se ex multis accepisse ab iis quos citauit authoribus, vt intelligatur quantum Græcis profuerint bar
ri, & in studiis literarum & in rebus agendis & negotiis. [d] *Si quis autem vocem reprehendat barbaræ.* Re
spondet obiectioni quæ posset fieri. Posset enim quispiam dicere. Quantumuis laudentur barbari,
tamen Græcis necesse est, quod sit eorum sermo rudis & inelegans. Ad quod respondet id quod
Anacharsis. Mihi, inquit, omnes Græci sunt Scythæ, quasi diceret, Græcis Scythę nō minus
ri, quā Græci Scythis. Cuilibet enim sua lingua pulchra videtur & elegās. Græcē autem est
Scythā agere & imitari. Laudanda est autē barbara philosophia, quæ profiteretur potius
bene loqui. Quanta autem Anacharsis esset frugalitas testatur id quod ei tribuit Clemens, quod
fuisse prætermissum à Laertio. [e] *Apollonius autem sic dicit.* Significat Apollonius non esse
pulcher & concinnus vocis sonus, sed an rectè possit intelligi. Si is ergo qui loquitur non
orare debet vt possit interpretari. [f] *Vix tertetandem accesseris ad Græcos.* Quontā Græci
ctrina & eloquētia, vtramque ostendit non ab antiquis temporibus, sed haud ita priscis
Multa autē multorū adducit inuēta, sed de quibus magna ex parte penes eū sit fides
iis nihil scribāt. De Alcmeone quidē Crotoniata quod de natura scripserit nusquā legitur. Sed quod

*Plin. lib. 6. cap. 17.*

*Strab. lib. 10. cap. 11. Polyd. Vergil lib. 2. cap. 19. Civil. 2. cens. 8. in pron. Ephesia littera.*

*lib. 10. cap. 3.*

*Polydor. Vergil. lib. 1. cap. 17. Herodotus lib. 2. De inuent. rer. lib. 1. cap. 24.*

*Verg. 1. Aeneid.*

*Plin. lib. 7. cap. 56.*



rapsas Clazomenitis primum ascriptum librum ediderit, testis est Laertius, sed nec quod Terpander
Antisthenes Lacedæmoniorum leges versibus scripserit vsquā legi, à Plutarcho tamen in libro de Musica
dicitur fuisse insignis musicus & Citharœdus. De Dithirambo copiose scribit Cœlius Rhodiginus, sed nō
dicit primum inuentorem fuisse Lassum Hermioneū, sed Dithirambū primum inuentum apud Thebas,
in Olympio etiā Corinthi, Arione Methymneo statuente initio, mox & Lasso Hermioneo. Primū au-
tem illo Corinthi, concinnatū & nominatū Dithirambū author est Herodotus. Idem autem Cœlius de
Nomis, quos dicit cantus accōmodatos diuinis laudibus, & dici etiā Pæanes per multa scribit, sed quod
Stesichorus Poëta Lyricus, qui cùm vituperata Helena visum amisisset, admonitus est vt eam laudaret,
quod cum fecisset, depulsa cecitate visum recepit. Ab eo autem ortum est prouerbium Palinodiam ca-
nere. Quod autē choreā instituerit Almā Lacedæmonius, non memini me alibi legere. Polydorus Ver-
gilius dicit choreas ducendi morē ab Etruscis profectum ad Romanos, li. 5. cap. 2. Atque quod amatoria
quidem scripserit Anacreon Teius satis constat: sunt enim omnia eius carmina amatoria. Sed an ex primus
Athenis, non cōstat. Illud quoque cōstat viros bonos & honestos ea esse detestatos. Timotheus autem
Milesius, primo quidem populo minus gratus, postea euasit excellentissimus. Quod autē primos qui di-
cerentur modi, id est, modos seu modulos, in choro & cithara cecinerit, nō opinor extare qui dicat; Qui-
nam autem dicantur νόμοι, id est modi, consulēdus est Boetius & cæteri musicæ scriptores, τριμερῆ, id est,
de omnium quæ tibiæ & citharæ & cæteris musicis sonantibus instrumētis accommodatur, tribuit Cle-
mens Pastoro Thebano. Sed Cœlius Rhodiginus id altius repetit vt qui eam τριμερῆ tribuat Lino &
Orpheo, vt qui initiarentur cum rythmo & saltatione. Dicit tamen Hyporchematicēm apud Pindarum
significationes. Quod autem Iambum excogitarit Archilocus Parius Clementi adstipulatur Horatius
in arte Poëtica sic dicens:

*Archilochum proprio rabies armauit Iambo.*

Iamborum suorum vehementia Lycambem qui filiam sibi sponsam alteri in matrimonū dederat, ad
laqueum compulit. De Hipponacte autē sic scribit Plinius, Hipponactis notabilis fœditas vultus erat.
Quemadmodum imaginē eius lasciuia iocorum Babolus & Anthermus Chij propofuere ridentiū circulis.
Quod Hipponax indignatus, amaritudinem carminum distrinxit in tantū, vt credatur aliquos ex iis ad
laqueum compulisse quod falsum est, cōplura enim in finitimis insulis simulachra postea fecere, sicut in
Delo quibus subiecerunt, non vitibus tantū censeri Chium, sed & operibus Anthermi filiorū. Ab Hip-
ponacte autē denominatum est metrum Hipponacticum, quod constat ex Iambis claudicantibus quos
Græci appellant aut Choliambos, de quibus sic dicit Rufinus de metris Comicis. Genera Iābi metri
sunt tria, tam ex iis alia sunt integra, alia clauda quæ καθάρτα, seu Choliāba vocant, quorum differentiā
primus versus syllaba demonstrabit. Nam si breuis contigerit, erit rectum & integrum Iambicum.
Si vero longa, delumbe & claudum. Huius repertor Hipponax. Nam pro iambo inductis Trocheis,
quos legem trimetri Iambici metrum inuouauit, quod adæque ex spondeo contingit. Hæc Rufinus.
Fuerunt igitur Archilochus quidem Iambi, Hipponax verò Choliambi inuentor. Quod autem Thespis tra-
gœdiam inuenerit, his versibus in arte Poëtica testatur Horatius,

*Ignotum Tragicæ genus inuenisse Camœnæ*
*Dicitur, & plaustris vexisse poëmata Thespis*
*Quæ canerent, agerentque peruncti faciebus ora.*

Quantum fuerit inuentor Comœdiæ neminē legi qui diceret: Horatius solum dicit Tragœdiæ succes-
sorem etiam. Sisarionis autē Icarici nec ipse nec vllus ex scriptoribus, qui extāt quod sciā meminit.
[a] *Temporibus tradunt Grammatici.* Hi omnes quos superius recensuit fuerunt Dionysio seu Baccho poste-
riores. Dionysia enim in Bacchi honorē sunt institutа, in quibus agebantur Tragœdiæ & Comœdiæ &
publicē tribebantur spectacula, & ab eo sunt denominati Dionysiaci artifices, qui ea faciebāt in hono-
rem Bacchi, sed frustra eorū tempora supputantur à Grāmaticis ad ostendendam eorū antiquitatē, cùm
Moyses fuerit Baccho prior multis seculis, vt pulchrè ostendit Eusebius lib. 10. de præpar. cap. 4. in quo
opere de antiquitate Moysis. Quod autem de Antiphōte dicit Diodorus vt refert Clemēs, hoc ipsum de eo
tradit Plutarchus in libro de vita decē Oratorum. [b] *Apollodorus autem Cumæus primus Criticus nomē susceptit.*
Dicit vt opinor quem Plinius excellentem dicit in Grammatica, sicut Berosum in Astrologia, Hippo-
crate in medicina. Dicebantur autem olim Grammatici Critici ἀπὸ τῆς κρίσεως, id est à iudicando, quod
de omnibus scriptoribus iudicarent. Hunc autem Apollodorum Criticum seu mauis Grammaticū re-
prehendit Strabo, quod Gares non dixerit βαρβαρόφωνοι, id est barbaros, sed βαρβαρόγλωσσοι, id est loquentes vo-
ces barbaras. [c] *Nonnulli autem dicunt Eratosthenem Cyrenæum.* Idemne sit Eratosthenes Philosophus, cuius
etiam refert Plutarchus de distantia Solis vsque ad Lunam, & cuius eandem dicit esse sententiam
quam Platonis de descensu potus ad pulmones, & Geographus, cuius sententiam expendit Strabo in sua
Geographia, & is quem dicit Clemens primum Grammaticum sicut nunc nominamus, ingenue fateor
me ignorare. Sicut nunc nominamus autem dixit, quoniam qui nunc sunt Grammatici olim vocaban-
tur Critici. [d] *Primus Praxiphanes Diomsophanti filius Mytilenæus.* De Praxiphane & Menoto quos dicit le-
gi aoribus nihil vsquam alibi legi. De Zeleuco autem locro, Lycurgo Lacedæmonio, Solone & Dra-
one Atheniensibus videre licet apud Aristotelē in Polyticis, & apud Plutarchum & alios in multis lo-
cis. Quos omnes cum multis seculis præcesserit Moyses, qui legē tulit à Deo datam, perspicuum est fal-
so scile eos primos leges tulisse. Et quid Menotus quidem quicunque is sit, fuerit Moyse posterior, ex
hoc ostenditur quod is fuerit post Danaum, qui fuit decem generationibus post Inachum, quo tēpore
fuit Moyses. Describit etiam tēpora Lycurgi, Solonis, & Draconis quæ quidem fuerunt longè posterio-
ra Moyse, vt patet ex Chronicis Eusebij. Antilochi autem qui scripsit de vitis doctis à Pythagora vsq; ad mor-
tem Epicuri nihil extat hodie quod sciam. Quod autem mense quidem Octobri qui apud Athenienses di-



*Herodotus lib. 1.*

*Plutarch. lib. 7. quæstion. conuiual.*

*Plutarc. an bonum sit proueritu dare temp.*

*Cœlius Rhod. lib. 5. cap. 1.*

*Plin. lib. 36. cap. 5.*

*Plin. lib. 7. cap. 37.*

*Strab. li. 14.*

*Plut. li. lib. cap. 3. de plac. ciu. phil.*

*De quæst. Plat.*

*Strab. lib. 1.*

cebatur χαμαιδαν vt vult Gaza de mẽsibus, mortuus sit Epicurus, idem sentit Laertius quod dictum sed in die dissentiunt. Septimo enim χαμαιδαν, eum esse mortuũ dicit Laertius, Antiochus verò decimo. Quod autem Plasiothea vel Themis vna ex Titanidibus Heroicũ carmen inuenerit nusquam alibi legitur. Qoid autem alij de eo sentiant vide Polydorũ Vergiliũ. Sed nec alibi legitur, quod Tiresias mulier fuerit, quemadmodum Ouidius in Metamorphosi scripsit. Quod autẽ cum esset Crotoniatis prima sit philosophata, & poëmata scripserit. Quod autẽ cum esset Crotoniatis, sit philosophata, eo minus est mirum, quod à Pythagora potuerit discere Philosophiam quæ illic docebatur à Pythagora. [f] *Græca itaque philosophia.* Hic est sensus huius loci. De philosophia quidẽ variæ sunt opiniones. enim existimant eam casu esse introductam, & vtcunque quidem & exiliter, sed non omnem veritatem, alij autem opinantur eam à diabolo esse profectam, alij verò ab inferioribus potestatibus angelis scilicet esse inspiratam. Sed ea vndecunque sit profecta, de eo enim nihil affirmat nec ritatis quidem non cõprehendit magnitudinem, id enim sola potest diuina veri sapientia. nec est fortis & valida vt diuina possit exequi mandata: vt exempli causa, Deum ex toto corde & tota anima ligere, & non solum amicos diligere, sed etiam inimicos, viam tamen munit, & præparat ad regni trinam nempe Christianam. Multa enim sunt in philosophia quæ pertinent ad mores componendos ad castigãda vitia, & quæ ad veritatem suscipiendam confirmant, sed non quemlibet, verum eum mum qui opinatur prouidentiam, id est qui Deum esse credit, & humanarum rerum curam gerere. fit vt Platonici quidem philosophi sint ad Christianam suscipiendam veritatem aptiores, vt qui rem mortalium Deum sentiant curam gerere, quam Epicurei, qui casu omnia dicunt fieri, & mundum nam tollunt prouidentiam.

*Polydor. Verg. lib. 1. cap. 9. de rerigine mat.*

VIII. Ioan. 10.

[a] AT, INQVIVNT, *scriptum est, omnes qui fuerunt ante aduentum Domini sunt fures & latrones. Omnes autem vniuersè intelliguntur, qui in eloquentia & doctrina sunt versati ante susceptam à Verbo carnem. Sed prophetæ quidem, vt qui Domino fuerunt missi & inspirati, non fures sunt, sed ministri. Dicit itaque scriptura: Missit sapientia seruos suos conuocans cum alto præconio ad craterem veni. Philosophia autem non missa est à Domino, sed venit, inquit, furto surrepta, vel à fure donata. Sed ipsa potestas, aut angelus qui veritatis aliquid didicit, & in ea non mansit, hac usurpat, & furto surrepta docuit: hoc fecit, non quòd nescierit Dominus, qui fines eorum quæ futura sunt nouit ante constitutionem vniuscuiusque essentiæ, sed quòd non prohiberet. Tunc enim aliquam habuit vtilitatem furtum quod redibat ad homines, non quia ea surripuit vtile sibi proponeret, sed prouidentia ad vtile diligeret audacis cœpti curiosum.*

Prouerb. 1.

[b] *Scio multos in nos assiduè insurgere, & id quod non prohibet, causam esse dicere. Fures enim causam esse dicunt eum qui non custodiit, vel eum qui non prohibuit: quemadmodum incendij, eum qui ignem non extinxit incipientem: & naufragij, gubernatorem, qui rudentem non contraxerit. Iam verò puniuntur à lege qui horum causæ sunt: nam in eius potestate situm erat prohibere, in eum quod eius accidit culpa conferur. Adhuc autem dicimus, in faciendo, operando, & agendo, causam intelligi. Id autem quod non prohibet, hoc ipso remotum est ab operatione. Præterea causa quidem versatur in operante, quemadmodum nauis ædificator in eo quòd fiat scapha. Domus autem ædificatur, non quòd ædes constituatur. Id autem quod non prohibet, ab eo quod fit, separatum est. Præterea ergo perficitur, quòd id quod potest prohibere, non operatur nec prohibet. Quid enim operatur qui non prohibet? Iam verò ad absurdum quoque redit id quod ab eo fit citur: siquidem sauciationis causam esse dicent, non telum, sed clypeum, qui non prohibuit quo minus telum peruaderet. Neque enim furem, sed eum qui furtum non prohibuit, reprehendent. Ergo Græcorum quoque naues non Hectorem dicant combussisse, sed Achillem: quoniam cùm prohibere posset Hectorem, non prohibuit. Sed ille quidem propter iram (in eius autem potestate non erat irasci vel non irasci) & ignem non prohibuit, & fortè adiuuans causa fuit. Diabolus autem cùm liberum haberet arbitrium, & duci posset pœnitentia & furari, ipse quoque furti causa est, non autem Deus minus qui non prohibuit. Sed nec noxium erat donum, vt accederet prohibitio. Et accuratè & subtiliter aduersus eos agendum est, sciant id quidem quod non prohibet, quod in furto factum esse dicimus, nullo modo esse causam: in id autem quod*

αἰνιλλόμενος.



*prohibet, causam culpámque conferri. Qui enim clypeo protegit, ei qui protegitur causa est ne saucietur, prohibens ipsum sauciari. Et Socrati dæmonium causa erat, non prohibens, sed adhortans, etsi non adhortaretur.* [c] *Sed nec laudes, nec vituperationes, nec honores, nec supplicia iusta sunt, si anima non habeat liberam potestatem & † appetendi & aggrediendi, sed sit vitium inuoluntarium: vnde qui prohibuit quidem causa est, qui autem non prohibuit animi electionem, iuste iudicat, vt vel maximè quidem Deus non sit malæ causa vtij.* [d] *Quoniam autem libera electio & appetitio peccata primùm inchoat, falsa autem nonnunquam dominatur opinio, à qua, cùm sit ignorantia & insciti, recedentes negligimus, iurè infliguntur supplicia. Febrire enim est inuoluntarium, sed cùm per se & propter suam intemperantiam febrierit, eum reprehendimus, vtpote quòd vitium sit voluntarium. Nemo enim malum eligit, quatenus malum: sed abductus ab ea quæ ineſt in ipso bonitate, id bonum ratus, suscipiendum existimat. Quæ cùm ita se habeant, & liberi sint ab ignoratione, & à mala & delectabili electione, & ante omnia non assentiri fallacibus phantasijs & visis, situm est in nostra potestate.* [e] *Latro autem & fur dicitur diabolus, qui Prophetis pseudoprophetas admiscuit, tanquam frumento zizania. Omnes ergo qui fuerunt ante Dominum, fures & latrones, non absolutè autem omnes homines, sed omnes pseudoprophetæ, & omnes qui non propriè ab eo missi sunt. Habuerunt autem pseudoprophetæ quoque furtum prophetæ nomen, cùm Prophetæ quidem essent, sed eius qui est mendax. Dicit enim Dominus: Vos ex patre vestro diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, quoniam non est in ipso veritas. Cùm locutus fuerit falsum, ex propriis loquitur, quoniam mendax est & pater eius est. In falsis autem vera quoque aliqua dicebant pseudoprophetæ. Est reuera prophetarum in electis, vt Apostatæ, eius, inquam, qui defecerat, ministri.* [f] *Dicit autem Pastor quoque Angelus pœnitentiæ, ad Hermetem, de pseudoprophetis: Quædam enim verba vera dicit diabolus enim eum implet suo spiritu, si quem posset ex iustis frangere.* [g] *Omnia ergo à superis in bonum dispensantur, vt per Ecclesiam cognoscatur multiplex ac varia Dei sapientia, ex seculorum præscientia, quam fecit in Christo. Deo autem nihil aduersatur, nec est quicquam ei contrarium, vt qui sit Dominus & omnipotens. Quinetiam eorum qui deliquerunt consilia & operationes, cùm sint singulares, fiunt quidem ex mala affectione, sicut morbi corporis: ab vniuersa autem ac generali prouidentia administrantur ad finem salubrem, etiamsi causa sit morbi efficiens. Est itaque maximum diuinæ prouidentiæ argumentum, non finere vt vitium quod ex voluntaria defectione ortum est, inconducibile manetat & inutile, sed nec sit omnino noxium. Diuinæ enim sapientiæ & virtutis & potentiæ est officium, non solùm bona facere (hæc est enim, vt semel dicam, Dei natura, vt ignis calefacere, & lucis illuminare) sed illud quoque maximè, vt id quod per malos aliquos exercitatum est, ad bonum aliquem finem & vtilem deducat, & vtiliter iis quæ videntur mala vtatur, sicut eo quod ex tentatione processit testimonio.* [h] *Est ergo in philosophia, veluti à Prometheo furto surrepta, parum ignis ad lucem apti vtiliter excitatum, & vestigium aliquod sapientiæ, & motus à Deo. In his autem latrones & fures fuerint, qui sunt apud Græcos Philosophi, qui ante Domini aduentum, à Prophetis Hebræis partes veritatis sibi minimè agnoscentes sumpserunt, sed sibi tanquam propria dogmata attribuerunt, & alia quidem adulterarunt, alia autem, superuacanea quadam diligentia, indoctè tanquam sapientes pronunciarunt, alia autem etiam inuenerunt. Fortè enim sensus quoque spiritum habuerunt. Assentitur autem Scripturæ quoque Aristoteles, qui dixit Sophistam esse furem sapientiæ, sicut antè ostendimus.* [i] *Apostolus autem: Quæ etiam loquimur, inquit, non in verbis quæ docentur ab humana sapientia, sed quæ docentur à spiritu.*

† ὁρμῆς καὶ ἀφορμῆς

ὀφειλόμενον.

1. Cor. 2.

Ioan. 8.

Ioan. 3.

De prophetis enim: Omnes, inquit, de plenitudine eius accepimus, Christi scilicet. Quare
Ioan. 7. non sunt fures prophetæ. Et doctrina mea, non est mea, inquit Dominus, sed eius qui mi-
me Patris. Et de furibus: Qui autem ex seipso, inquit, loquitur, gloriam propriam quæ-
Tales autem sunt qui sibi placent Græci, & sunt arrogantes. [k] Sapientes autem eos dicit
scriptura, non reprehendit eos qui sunt verè sapientes, sed eos qui sibi videntur sapientes. De
his autem dicit: Perdã sapientiam sapientum, & prudentiam prudẽtum abolebo. Inferet enim
1. Cor. 1. Apostolus: Vbi sapiens? vbi scriba? vbi inquisitores huius seculi? vt à scribis distinguens
huius seculi inquisitores ponens Philosophos ex gentibus. [l] Nonne infatuauit Deus mundi
sapientiam, quod perinde est atque stultam ostendit, & non veram, vt putabant? Et si quis
causam cur sibi viderentur sapientes: propter cordis sui cæcitatem, inquiet: quoniam in sa-
pientia Dei, hoc est, quæ per Prophetas est annunciata, non cognouit mundus, nempe per sa-
pientiam quæ loquitur per Prophetas, ipsum scilicet Deum, ipsi Deo visum est per prædi-
cationem stultitiæ, quæ Græcis scilicet, videtur esse stultitia, saluos facere credentes. Quamo-
Iudei, inquit, signa petunt ad fidem, Græci autem quærunt sapientiam, nempe orationes quæ
vocantur ἀποδείξεις, hoc est, necessario concludentes, & alios scilicet syllogismos. Nos au-
tem prædicamus Iesum Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, quod eum sunt
prophetiam, non credant euentui: Græcis autem stultitiam: fabulosum enim esse existimant quæ
sibi videntur sapientes, & per hominem filium Dei loqui, & Deum habere filium, qui non
esse passum: quo fit vt suæ opinionis anticipatio eis persuadeat vt non credant. Scripturæ enim
aduentus, non stultos fecit & duros corde & infideles, sed prudentes, & aptos quibus perfi-
deatur & præterea fideles. Ostensi sunt autem, ab eorum qui obedierunt voluntaria incli-
Ibidem. natione separati, ij qui noluerunt parere, & imprudentes & infideles & stulti. Ipsi autem vo-
catis Iudæis & Græcis Christus est Dei virtus, & Dei sapientia. Num ergo, quod est eum
melius, existimandum est esse enuntiatiuum illud: Non infatuauit Deus sapientiam mundi,
perinde ac non stultam fecit, ne causa duritiei cordis à Deo eis facta videatur qui stultam
fecit sapientiam? Omnino enim etsi sapientes essent, maiori culpæ fuere obnoxij, qui pra-
cationi non crediderunt. Voluntaria enim est electio & delectus veritatis. Quamobrem
Perdam sapientiam sapientum, eius quæ contemnitur ac despicitur barbaræ philosophiæ op-
sitione dicit illustrasse, sicut etiam lucerna quæ à Sole illustratur dicitur perisse, ea quæ non
æqualem edat operationem. [m] Cùm ergo omnes homines sint vocati, qui voluerunt audire,
nominati sunt vocati. Non est enim apud Deum iniustitia. Iam verò qui ex toto po-
pulo crediderunt, ij sunt populus peculiaris. Et in Actis Apostolorum hoc his verbis ma-
nifestum: Qui itaque verbum eius susceperunt, baptizati sunt. Qui autem noluerunt parere,
Esaiæ 1. seipsos scilicet abduxerunt. [n] Ad eos dicit Prophetia: Et si velitis, & me audieritis, bona
terræ comedetis: in nobis situm esse arguens & eligere & declinare. Dei autem sapientiã dicit
Apostolus doctrinam quæ est ex Domino, vt veram philosophiam ostendat traditam per Domi-
Ephes. 4. num. Quinetiam qui sibi videtur sapiens, habet quasdam admonitiones, quæ iubent apud Apo-
stolum induere nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate ve-
ritatis. Quamobrem deponentes mendacium, loquimini veritatẽ. Ne detis locum diabolo. Qui
furabatur, non amplius furetur, sed potius laboret operans bonum. Operari autem est ali-
τὸ ἐργάζου ἐυποιΐα. borare quærendo veritatem, nempe cum ea quæ sermone fit beneficentia, vt impertiat pecu-
niam ei qui opus habet, & seculares copias & diuinam sapientiam. Vult enim verbum docere &
argentum mensis dari perfectè examinatum, vt detur fœnori. Vnde infert: Turpe Verbum
οὐκ ἐξέτω, ex ore vestro non exeat. Id autem turpe est, quod procedit ex opinione quam de se quis con-
πονηρὸν ῥῆμα. cipit: sed si quod est bonum ad ædificationem vtilitatis, vt det gratiam audientibus. Bo-
autem Dei, bonum sit verbum necesse est. Quomodo autem non est bonum quod saluum facit

COMMEN-



COMMENTARIVS.

[k] *Ait, inquiunt, scriptum est.* Adducit obiectionem quæ fit ab iis qui reiiciũt Philosophiam, & eam statim
ibimit Scriptura, inquit, eos vocat fures & latrones, qui eloquentiæ & Philosophiæ studiis dederũt ope-
ram ante carnẽ à verbo susceptã: Fures autem dicti sunt & latrones, vt qui non sunt missi à Domino, sed
se alieno ingesserint. Prophetæ autem, etsi fuerunt ante dominũ, nõ sunt fures & latrones, eos enim mi-
sit Dominus. Quod autem sapientia mittat seruos suos alta voce vocans ad craterã vini, id est ad diuina
corpus, vel ad pretiosum Christi corpus mysticè comedendum & sanguinem bibendum, ostẽdit ex eo
quod addicit ex prouerbiis. Philosophia ergo, inquiunt, est reiicienda, vt quæ non sit à Domino missa,
sed vel furto sit surrepta, vel à fure donata. Nam quidquid boni est in Philosophia, id vel surreptũ est ex
sacris literis vel donatum est à latrone & raptore, nempe Cacodæmone qui alienam inuasit hæreditatẽ,
nempe mundũ qui est à Deo creatus, & est eius proprius. Hanc autẽ obiectionẽ ita soluit, vt dicat Phi-
losophiam, à quocunque sit profecta, & à quocunque surrepta, esse vtilem, non quod qui surripuit eam
velit prodesse, sed quod Deus id quod à malo est surreptum, sua prouidentia ad bonũ vsum conuerterit.
[l] *Sapientes in vos ascendere insurgere.* Quoniã dixit paulo ante Deum aliquãdo permittere & non prohibere
quominus malum fiat, hinc arripiebant nonnulli occasionem vt dicerent Deũ esse causam mali: quod
falsum esse ostendit. In agendo enim & operando causa existit, nõ in non agendo & nõ opetando, cuius
rei multa adducit exempla: qui autem non prohibet, permittit quidem, sed non facit nec agit: qui
non facit is est causa, & culpa in eum confertur, non in eum qui non agit. Quamuis autẽ is qui
non prohibet non sit causa, est tamen *συναίτιος*, id est causa adiuuãs, & vt vocant, causa sine qua nõ. Porro
ridicula adducit absurda quæ sequuntur, si quis dicat eum qui non prohibet esse causam: Deus ergo
adeo malí causa qui nõ prohibet, sed Dæmon, qui cùm sit libero arbitrio præditus, & duci possit pœni-
tentia furetur, & furatur, nec vlla ducitur furti pœnitentia, & ad furandũ incitat. Est ergo mali causa, nõ
quæ non prohibeat vt Deus, sed vt qui agat, incitet & impellat ad malũ: sed nec causa erat vt Deus fur-
tum Philosophiæ prohiberet, cum philosophiæ donum sit bonum. Non prohibens ergo, mali non fuit
causa, & si prohibuisset, fuisset causa mali. Nam qui prohibet agit & operatur, causa autem cõsistit in
agendo & faciẽdo. Vt qui prohibet obiecto clypeo ne saucietur is qui alioqui erat sauciãdus, causa est ne
saucietur. De Dæmonio autem Socratis vide apud Platonem & Xenophontem. Id Dæmoniũ Socrati
non prohibebat, sed futuri exhibebat quandã significationẽ quę eum hortabatur vt aliquid faceret, et-
si nihil diceret. Hinc est quod dicit Clemens ipsum adhortari, etsi non hortaretur. *Sed nec laudet, nec vi-*
*tuperatum.* Si Deus esset mali causa, non esset iustus iudex. Est autẽ iustus iudex qui iustẽ iudicat: Iustè
autem iudicat qui pro meritis laudat & honorat, vituperatq; & punit. Iustè autẽ non laudaret & hono-
raret, vituperaret que & puniret, etsi nõ esset voluntaria virtus & vitium voluntarium. Sed nec iustè iu-
dicaret, si ipse esset causa mali: mali autem esset causa, si in eum culpa posset conferri. Conferri autẽ non
potest culpa, cùm nec prohibeat quominus libere ex virtute viuatur, & vitium suscipiatur. Nõ est ergo
Deus causa peccati, qui non impedit quominus nostro libero vtamur arbitrio, licet ipse à peccato nos
omnes reuocet & abducat. *Quoniã autem libera electio.* Dubitari posset quomodo Deus iustè irrogat supplicia, cũ
in nulla situm sit potestate, vel ex virtute viuere, vel peccare. Ad quod respondet, à libero quidẽ nostro
arbitrio procedere peccata, per id enim inchoãtur, sed sæpe in nobis falsam dominari opinionẽ, quę qui-
dem oritur ex insciti & ignorantia, à qua cũ sedulo eniti deberemus vt recederemus, negligimus. Pro-
pterea iam ergo negligentiã & socordiam merito punimur. Quod quidem probat adducto exemplo
ebrii, quę quidem est inuoluntaria cùm peccatũ sit voluntarium, & tamen si quis sua intemperãtia in-
ebriet in febrem, iure vituperatur, est enim febris malum voluntarium. Ipsum quoq; peccatum, etsi sit
voluntarium, vt à libero arbitrio profectum, est tamen inuoluntarium quatenus malũ, nemo enim ma-
lum fugit quatenus est malum, sed quatenus voluptatis tanquam boni blanda specie decepti, id bonũ
existimat. Est ergo in nostra potestate, & ab ignoratione & à blanda voluptate liberari, & falsis visis nõ
assentiri. Quod si non fecerimus, Deus est iustus iudex, qui nos iustis afficit suppliciis. [n] *Latro autem &*
*homicida Diabolus.* Digressus erat ab instituto, sed nũc ad id reuertitur. Dicit autem Diabolũ esse latro-
nem & furem, qui veris Prophetis falsos admiscuit, tanquã frumẽto zizania. Nam & in veteri & in no-
uo testamento fuerunt veri Prophetæ à Deo missi, & falsi à Diabolo. Nõ est autem intelligendum om-
nes homines qui fuerũt ante Dominũ esse fures & latrones, sed eos Prophetas qui nõ missi sunt à Deo,
sed à Diabolo, quem dicebat Christus esse patrẽ Iudæorũ, quoniã ipsi eum imitabãtur. Homicida autẽ
fuit Diabolus ab initio: ad peccatum enim cũ primũ creatus esset hominem pellexit, quod mors statim
insecuta est. In veritate autem nõ steterit, qui statim à Deo qui est ipsa veritas auersus, declinauit ad men-
dacium, cuius ipse est pater, ab eo enim ortũ est falsũ & mendaciũ, nec in eo potest esse veritas, qui ab ipsa
veritate. Quo fit vt si quid veri dicat, ex seipso non loquatur, propriũ est enim eius mentiri. Et ideo Pseu-
doprophetę qui sũt prophetæ Diaboli, & in ipso Prophetæ nomine furãtur quod à veris Dei Prophetis
accipiũt & mentiuntur, & falsa dicũt sicut is cuius sunt Prophetæ, nempe Diaboli qui est mẽdax, & qui
mendaces sunt homines, ab eo habent quod mentiantur. Dicũt autem Pseudoprophetæ nonnunquã in
falsis vera, vt verisimilia videantur quæ sunt falsa, sed quæ vera sunt ex seipsis nõ dicunt, sed ex eo qui est ipsa
veritas. In hoc autem differunt Pseudoprophetæ à veris, quod veri quidem Prophetæ aperte quæ dicũt
audient & proferunt: Pseudoprophetæ autẽ furore correpti proferunt quę dicunt, & sunt in extasi, neq;
ipse dicunt intelligunt. Quod ipsum quoq; etiã veris Prophetis tribuebãt Montanus & Prisćilla, quod
falsum ostendit Hieronymus sic scribens: Neq; verò vt Mõtanus cũ insanis fœminis somniat, Pro-
phetæ in extasi sunt locuti, vt nescirent quid loquerentur, & cũ alios erudirẽt, ipsi ignorarent quid dice-
rent, de quibus Apostolus ait: Nescientes quæ loquuntur, neq; de quibus affirmẽt, sed iuxta Solomonẽ,

*Hieron. in Prooemio Comment. in Esaiam. 1. Tom. 1.*

quiloquitur in prouerbiis: Sapiens intelligit quæ profert de ore suo, & in labiis portabit scientiã animæ ipsi sciebant quid dicerent. Si enim sapientes erant Prophetæ quod negare nõ possumus. Et Moses. [1] *Dicit autẽ pastor quoque Angelus.* Hic quidẽ liber Pastoris enumeratur inter Apocryphos. Saepe nominatur & à nostro Clemente, & à discipulo eius Origene. Sed quę ex eo citantur, nõ inueniuntur in eo, qui nuper est editus in Bibliotheca sacra. Significat autẽ falsum Prophetam quæ dã verba vera dicere diabolo inspiratum, vt ex bonis & iustis aliquem possit decipere & expugnare. [2] *Omnia erga à spiritu sancto dissentiantur.* Hic est sensus, Diabolus & Apostatæ qui cũ eo à Deo defecerũt maligni spiritus, & qui omnia mala capiunt cõsilia & prauа faciũt opera, in vniuersitatis & maxime hominum pernicię. Sed Deus in Christo, nempe in suo verbo, omnium seculorum & quæcunque sunt futura habet præscientiã. Ideo Dominus & omnipotens, nec eius volũtati quidquã potest resistere, ita omnia administrat & disponit vt etiam quæ mala sunt bene cedãt, vt cognoscat Ecclesia quã à mundi cõstitutione præscierit in Christo, variã & multiplicem eius sapientiã. Ita fit vt quod malitiosè mali excogitãt Dæmones humanis moliantes pernicię, non modo sit eis noxiũ, sed etiam vtile. Dei enim est proprium non solũ benefacere, vt ignis calefacere & lucis illuminare, sed etiam quod malum est ad bonum finem & exitum ducere. Sic martyriorum tentationes & bonorum persecutiones Deus ad suam cõsertit gloriam, & ad eorum qui per ea coronantur vtilitatem. Sic etiam qui tentantur à Diabolo, dũ ei resistũt, vizores fiunt, & æternæ gloriæ præmium consequuntur. [3] *Est ergo in Philosophia.* Philosophia quidem à Philosophis fuit furto sumpta ex prophetis Hebræorũ, & sunt in ea veluti partes ignis apti ad illuminandum & vtiliter excitati. Prodest enim Philosophiæ & ad mores cõponendos, & ad parandam aliquam Dei cognitionem iis qui eius agnoscunt prouidentiam. A Philosophis autem dicit Philosophi sumpsisse ignem à Prometheo ignem. Fingunt enim Poëtæ Prometheũ ignem à Sole furatum esse, & Philosophiam autem ab Hebræis surreptam Philosophiã, tanquã suam sibi vendicarũt, nec furtiuæ contenti, eam adulterarunt & immutauerunt, & noua quædã & plane aliena ei adiecerũt, & cum inanis & impudica esset eorũ diligentia, se sapientes pronunciarũt, cum nõ essent sua sed aliena dogmata. [4] *Ipsum autem scripturæ quoq; Aristoteles, &c.* Ipsius etiã Aristotelis testimonio ostendit fures & latrones esse Philosophos. Dicit enim Sophisticam esse furem sapientiæ, id est, Philosophiã sua dogmata esse furtiua & non sapientia, quæ est in sacris scripturis. Id ipsum autem iam dixerat. [5] *Apostolum autem, Quæ enim.* Non legitur in editis Græcis exẽplaribus ita vt legit Clemens. Legitur enim, ἃ οὐδεὶς ὀφθαλμὸς εἶδεν καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ὅσα ἡτοίμασεν ὁ θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν, id est, non in ad persuadendũ aptis humanæ sapientiæ verbis, sed in demonstratione spiritus & virtutis. Clemẽs autẽ legit οὐκ ἐν διδακτοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις ἀλλ' ἐν διδακτοῖς πνεύματος, id est; Non in verbis quæ docentur ab humana sapientia, sed quæ docentur à spiritu. Significat autem Paulus, si sequamur lectionẽ Clementis, suam doctrinã & prædicationem non esse in verbis quæ docentur à Philosophis, quæ humanã vocat sapientiã, quæ humanis scilicet probantur rationibus, crebris syllogismis, & argumentis, sed in verbis quæ docentur à spiritu, nempe quæ diuinitus inspirationem tualem esse suam ita dicens doctrinã. Tales erant Prophetæ, qui non aliũde furabãtur, sed à sancto spiritu inspirati loquebãtur. Accepetãt enim à plenitudine Christi, nempe verbi, quod caro factum est. Christus, & nunc est, & erit semper: in eo enim sunt omnes thesauri sapientiæ. Idẽ autẽ est à spiritu & verbo inspirari: nam & Patris & Verbi vnus est & idẽ spiritus, qui ab vtroq; procedit. Prophetæ ergo non sunt fures qui à spiritu sunt inspirati, sicut nec Christus fur dici potest, cuius doctrina & in ea patris. Nã cũm eã à patre accepisset, ipse autẽ esset in patre, erat vna & eadẽ doctrina, nec inter eos seu personarũ differẽtia doctrinæ inducebat diuersitatem. Verbi enim doctrina, & Patris & Spiritus est Dei, erat doctrina, cuius quærebat gloriam, cum suam doctrinam prædicans, suæ personæ non haberet rationem, nisi quatenus ipse quoq; est Deus. Tales autem non erant Philosophi, sed furabantur eadem aliunde suam doctrinã, cũm à Deo non essent inspirati, & de furtiua tanquã sua se iactarent, & in ea docenda, non Dei, sed propriam sibi proponebant gloriam, erant enim superbi & arrogantes. [6] *Tales autẽ eos dicit scriptura.* Reprehendit eos qui cum non sint sapientes, sapientes tamẽ sibi videantur. Tales autem dicit Hieronymus in hunc locũ Esaiæ; De hoc, inquit, loco Apostolus Paulus scribẽs ad Corinthios, posuit testimonium. Perdam sapientiã sapientum, & intellectum prudentium reprobabo. Vt quod Deus sit inimicus sapientiæ cuius pater est, & per quẽ omnis est in hominibus sapientia, sine additamento posuit vt in Hebraico est, sapientiũ populi, & prudentium illius, id est, populi Iudæi. Hæc Hieronymus. Sed quòd hoc sit intelligendum, non solũ de Iudæorũ, sed etiam de gentium tribus, statim ostendit Paulus. [7] *Nõne infatuauit Deus mũdi sapientiã.* Duobus modis legit Clemens. Nonne infatuauit, nempe interrogatiuè & enũciatiuè. Et si legatur quidẽ interrogatiuè, infatuauit significat fatuam & stultam ostendit, cùm ipse exitus ostenderit crucis prædicationem, qui stulta & bulosam existimabãt Philosophi, maximã se habere virtutem, vt quæ saluos faceret credentes, ineptissum autem existimabãt quidquid humanæ rationis captũ superat, & quod syllogismis necessariis mõstrationibus in quibus eorũ consistit sapientia, probari nõ potest. Quo fit vt non credant quæ supra naturã, vtpote per hominẽ loqui Dei filiũ, & Deum habere filium, & cum esse passum. Cũm debantur autẽ Iudæi crucis prædicatione, quod cum lex execrandũ pronunciaret cum qui pendet gno, crucifixus prædicaretur Christus, & tanta erat eorũ cæcitas, vt cum euãngille cernerẽt quæ in scriptutis, ea tamen nec intelligerẽt nec crederent. Non ergo infatuauit Deus mũdi sapientiã, tuam & stultã esse ostẽdit. Melior est ergo lectio quæ legitur enũciatiuè, nõ infatuauit, nõ enim reddidit, sed prudentes & aptos ad credendũ. Neque enim eorũ cordis durities, Deo est impedimento illis ipsis: nam cũm essent sapiẽtes, magis debebãt credere: vult enim Deus vt voluntarię & laboriosa patur veritas: homini enim liberũ dedit arbitrium, quod auferret, si Iudæos & gẽtes impietatem. Non verò id quod Deus dicit: Perdam sapientiam sapientũ, significat infatuare, sed potius maiorem sapientiã. Nam sicut maiori exoriẽte lumine, videtur quidem minus perire, cùm nõ pereat, sed magis



illuminetur. Ita aduenientę Dei sapientia, nõ perit mundi quæ perire videtur sapiẽtia, sed redditur maior & perfectior. [8] *Cum ergo omnes homines sint vocati.* Quod Deus mundi sapientiam non infatuet, ex hoc probatur quod omnes vocet ad salutẽ, vult enim omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire. Sed si eos vocaret quos infatuasset, esset iniustus, eos enim vocaret quos sciret nõ parituros. Sed Deus non est iniustus, quare quos vocat non infatuat. Quamuis autem omnes vocat, non tamen omnes nominantur vocati; sed ij demũ qui obediunt. In iis autẽ situm est vt obediant & credant. Volẽti enim credunt, non coactionam licet fides sit donum Dei, ea ab eo non cõfertur in inuitũ, vnde dicit Apostolus. Quos prædestinauit, hos & vocauit: quos autem vocauit, hos & iustificauit: Ij ergo proprie dicitur vocati, qui à Deo vocati obediunt, non qui non obediunt. Qui obediunt autẽ credunt, credunt autem & ex gentibus multi, & ex Iudæis aliqui. Ij autẽ sunt qui verbo suscepto baptizantur, & appellantur in veteri Testamẽto λαὸς περιούσιος, id est populus Dei proprius & peculiaris: In nouo autem, Populus acquisitionis, id est populus acquisitus, quẽ scilicet Christus puro & immaculato suo sanguine redemit, vt qui eum à Dæmone & mortis tyrãnide liberauerit, & à peccatorũ sordibus ablutũ in baptismate saluarit, iuuacto in Dei familiam asciuerit & adoptarit. Qui ergo Deo parebunt, in eius populũ adscribentur, qui nõ paruerunt, seipsos abduxerũt, id est ipsi defecerũt. Quo fit vt non Deus, sed ipsi sint causæ damnationis & reprobationis. [9] *Ad eos dicit Prophetia, Et si velitis & me audieritis.* Esaiæ testimonio probat in nobis esse situm, vt vel nostram salutem eligamus, vel ab ea declinemus. Deus enim semper liberum nobis reliquit arbitrium, sed ab eo adiutum. Dei autem sapientiam dixit Apostolus Dei institutum, nempe doctrinam quæ est à Domino, non autem quæ traditur ab hominibus.

[1] CVM itaque testimonio comprobetur Græcos vera quædam habere dogmata, id hinc IX.
quoque licet considerare. Scribitur in Actis Apostol. Paulum hæc dicere ad Areopagitas: Act. 17.
Per omnia superstitiosiores vos video. Præteriens enim & videns simulachra vestra, inueni & aram
in qua scriptum erat, Ignoto Deo. Quem ergo ignorantes colitis, eum vobis annuncio. Deus
qui fecit mundum & omnia quæ in ipso sunt, hic cæli & terræ cùm sit Dominus non
in manufactis templis habitat, nec à manibus humanis colitur, indigens aliquo, cùm ipse
det omnibus vitam & inspirationem & omnia, fecitque ex vno omne genus hominum in-
habitare super vniuersam faciem terræ, definiens statuta tempora & terminos habita-
tionis eorum, quærere Deum si forte attrectent aut inueniant, quamuis non longè sit
ab vnoquoque nostrum. In ipso enim viuimus & mouemur & sumus, sicut & quidam
vestrorum poëtarum dixerunt. Ipsius enim & genus sumus. Ex quibus clarum est quòd
etiam poëticis vtens exemplis, ex Arati Phænomenis approbat quæ apud Græcos rectè dicta
sunt, & per ignotum Deum, honorari quidem per circumlocutionem à Græcis opificem
Deum significauit, ex agnitione autem oportere per filium accipere & discere. Misit ergo
prædicare ad gentes, aperire, inquit, oculos eorum, vt conuertantur à tenebris ad lucem, Act. 26.
& à potestate Satanæ ad Deum, vt ipsi accipiant remissionem peccatorum & hæredi-
tatem in iis qui sunt fide sanctificati in me. Ij ergo sunt qui aperiuntur oculi cæcorum. Pa-
ter per filium agnitio, est circumlocutionis Græcæ comprehensio: & conuerti à potestate
Satanæ, est mutari à peccato, per quod introducta erat seruitus. [b] Nec tamen absolutè om-
nem suscepimus Philosophiam, sed illam de qua apud Platonem quoque dicit Socrates.
Sunt enim, vt aiunt, in mysteriis, multi quidem qui gestant ferulam, pauci verò Bacchi: Matth. 22.
multos quidem esse vocatos, paucos verò electos tacitè significans. Aperte itaque subiun-
git: Ij autem ea quidem sententia non sunt alij, quàm qui rectè sunt philosophati, à quibus
ego quidem, quoad eius à me fieri potuit, in vita nunquam abfui, sed vt ex eis essem omni
ratione omnem adhibui diligentiam. An autem rectè adhibuerim, & quid perfecerimus,
cum illuc venerimus apertè sciemus, si Deus velit, paulò pòst. An non tibi videtur fidei ex
scriptura Hebraicis eam quæ est post mortem iusti fœm declarare? Et in Demodoco, si
modi est opus Platonis: Nec existimes me dicere philosophari, in artes incumbentem vi-
rorem, nec multa discere appetentem: nam ego quidem hoc probrum esse ducebam. Sciebat
enim, vt existimo, eum multarum rerum scientem mentem iam habere, qui docet, vt est
Heraclii sententia. Et in quinto de republica: Hos ergo, inquit, omnes, & alios quarun-
dam eiusmodi rerum, & nescio quarum artium Mathematicos, ponemus Philosophos?

Nequaquam, inquit, sed similes Philosophis. Veros autem, inquit, quosnam dicit? Eos, quos ego, qui veritatis delectantur contemplatione. Non enim in Geometria, quæ plana lata habet & positiones, est Philosophia. Neque in Musica, quæ quidem est connectens neque in Astronomia, quæ naturalibus & fluentibus & verisimilibus est relata rationibus: sed est ipsius boni per scientiam & veritatem, cùm aliæ quidem sint boni vias, sed tanquam ad bonum. Quare nec ipse doctrinæ orbem, quem vocant encyclopediam, dare ad bonum conferre, sed opem ferre ad excitandam & exercendam animam ad ea quæ percipiuntur intelligentia. [c] Siue ergo dicunt Græcos diuinæ Philosophiæ esse casu aliquid adscitos: casus est diuinæ œconomiæ. Non enim propter eam quæ nobiscum intercedit contentionem, casum quispiam in Deos referet. Siue fortuna, ea fortuna non est expers diuinæ prouidentiæ. Siue rursus dicat quispiam Græcos naturalem habuisse notionem, veram naturæ cognoscimus opificem, qua ratione esse quoque naturalem diximus iustitiam. Siue mentem habuisse communem: quisnam sit eius pater, & quæ sit ex mentis distributione iustitia consideremus. Nam siue quis dixerit προαναφώνησιν, hoc est, prælocutionem, prædictionem, & causetur συνεφώνησιν, id est, coniunctam explicationem, dicit spectare prophetiæ. [d] Per veritatis quidem certè apparentem speciem alij dicunt quædam dicta esse, quando cor purum fuerit. Et per apparentem quidem speciem & pellucentem Deum videndum, qui apud Græcos exactè sunt philosophati. Tales enim sunt quæ ex imbecillitate enuntiantur phantasiæ & visiones, quemadmodum visio cernitur in aquis, & videntur per pellucida & perspicua corpora. [e] Rectè ergo Solomon: Qui seminat, inquit, iustitiam, seminatur fidem. Sunt autem qui plura seminant, qui plura faciunt. Sunt & qui alienis gunt, & damno afficiuntur: Et rursus: Curam gere eorum quæ sunt in campo tuo, & condebis herbam, & collige fœnum maturum, vt habeas oues ad vestimentum. Videquemadmodum externi quoque integumenti & custodiæ sit cura gerenda. Scienter autem agnoscas animas gregis tui. Quando enim gentes quæ legem non habent, naturæ quæ legis faciunt, ij non habentes legem sibiipsis sunt lex, præputio seruante Legis iustitiam nes vt est sententia Apostoli, & ante Legem & ante Aduentum. Tanquam compensationem autem faciens Philosophorum cum iis qui vocantur Hæretici, admodum discedit. Melior est, inquit Verbum, amicus propè, quam frater longè habitans. Qui autem fidem innititur, is pascit ventos, & persequitur aues pennatas. Non existimo Verbum nos dicere Philosophiam, cùm in multis probabiliter argumentetur, & probabiliter loquatur philosophia, sed infectatur hæreses. [f] Infert itaque: Reliquit enim vias suæ vineæ, in terram autem propriæ agriculturæ aberrauit. Eæ autem sunt quæ ecclesiam relinquunt & mutatio. Iam vero qui cecidit in hæresim, transit per solitudinem sine aqua, eo qui vere Deum relicto, à Deo desertus, aquam quærens sine aqua, inhabitabilem & fugiendam terram peruadens, colligens manibus sterilitatem fructuum. [g] Et iis qui carent prudentia: Iubet quit Sapientia, iis qui versantur in hæresibus, scilicet dicens: Panes absconsos libenter gite, & aquam furti dulcem, panem & vinum, non in aliquibus aliis, quam in iis quæ ne & aqua, in oblatione, non ex regula Ecclesiæ, vtuntur hæresibus, aperte ponente Scriptura. Sunt enim qui sola aqua vtuntur in Eucharistia. Sed refellas, ne dis mortua in eo eius: locum synagogam, non autem ecclesiam, æquiuocè appellauit. Deinde accom-



lus enim traiiciet aquam alienam: baptisma hæreticum, non conuenientem & germanam aquam reputans. Et transmeabis fluuium alienum, qui in mare defert & detrahit, in quod euectus qui diuertit ab ea stabilitate quæ est in veritate, rursus confluens ad gentiles & inordinatos vitæ fluctus. Quemadmodum autem multi homines qui nauem trahunt, non duci possunt multæ causæ, sed vna causa ex multis: non est enim vnusquisque causa vt nauis trahatur, sed cum aliis: ita etiam Philosophia confert ad comprehendendam veritatem, cùm sit inquisitio veritatis, non quòd sit causa comprehensionis, sed causa cum aliis, & cooperans, & fortassè etiam causa adiuuans. Quomodo autem cùm beatum esse vnum sit, eius causæ sunt virtutes quæ sunt plures: & quemadmodum eius quod est calefieri, & Solis & ignis & balneum & vestis, ita cùm sit vna veritas, multa sunt quæ conferunt ad eius inquisitionem, inuentio autem est per filium. Et siquidem rectè consideremus, potestatiuæ virtus, accidit autem vt ea cum in his quidem insit rebus, dicatur prudentia, in aliis autem temperantia, in aliis verò animi magnitudo vel iustitia. Eadem autem ratione cùm sit vna quoque veritas, in Geometria, Geometriæ veritas, in Musica autem, Musicæ, & omnium philosophia fuerit Græca veritas. Sola autem hæc est præcipua veritas quæ maxime tradi non potest, quam docemur à Dei filio. Hoc modo dicimus de vna & eadem disciplina, si data quidem fuerit nautæ, naulum: si Publicano, vectigal: & ei qui domum locat, merces conductæ domus: præceptori, operæ merces: & ei qui vendit, arrha. Vnaquæque autem sue virtus, siue etiam veritas vniuocè vocetur, causa est eius qui ex seipsa effectus. Per coniunctum autem earum vsum fit beatè viuere. Non enim ex nominibus bene fuerimus, cùm rectam vitam dicamus beatitudinem, & beatum cui virtute exornata est anima. Quòd si etiam Philosophia opem fert eminus inuentioni veritatis, variis notionibus tendens ad nostram cognitionem quæ proximè attingit veritatem: at ei opem fert qui ex Verbo seu ratione studuerit conari apprehendere cognitionem. Et à nostra separatur Græca veritas, etiamsi sit idem nomen sortita, & propter magnitudinem cognitionis, & demonstrationem magis principem, & diuinam virtutem, & quæ sunt similia. A Deo enim docti sumus, qui literas verè sacras à filio Dei docemur: vnde nec similiter mouent animos, sed diuersa docendi ratione. Quòd si propter eos qui lubenter reprehendunt, oportebit nos distinguere, cùm dicamus, Philosophiam adiuuantem causam & cooperatricem veræ comprehensionis, cùm sit inquisitio veritatis, fatebimur eam esse disciplinam quæ præcedit cognitionem, non causam statuentes eam quæ est causa adiuuans, neque id quod adiuuat & cooperatur esse id quod continet, nec perinde atque si non sit veritas absque philosophia. Nam omnes ferè absque disciplinarum orbe & Græca philosophia, alij autem etiam absque literis, diuina & barbara moti philosophia, potestate eum qui de Deo est per filium accepimus sermonem, eruditi sapientia quæ per se operatur. Quod autem facit cum alio, cùm sit imperfectum vt per se operetur, cooperantem & adiuuantem causam dicimus, vt quod si nominatum causa eo quòd vna venerit cum alio, per se autem non possit præbere verum effectum. [h] Quanquam per se quoque aliquando Græcos iustificabat Philosophia, sed non ad vniuersam ac generalem iustitiam, ad quam cooperatrix & adiutrix inuenitur, sicut primus & secundus gradus ei qui ascendit in cœnaculum, & Grammaticus ei qui est philosophaturus. Non quòd per eius ablationem, vniuerso & generali verbo desit aliquid, vel perimatur veritas. Nam & visus & auditus & vox confert ad veritatem. Mens autem est quæ eam appositè & naturaliter cognoscit. Sed ex iis quidem quæ adiuuant & cooperantur, alia quidem maiorem, alia verò minorem vim afferunt. Perspicuitas itaque fert opem ad tradendam veritatem: & dialectica, ne prosternamur ab heresibus quæ faciunt incursiones. Et est quidem per se perfecta, & nullius indiga Seruatoris

*doctrina, cùm sit Dei virtus & sapientia. Accedens autem Græca philosophia, non veritatem facit potentiorem, sed debilem aduersus eam efficit Sophisticam argumentationem, & propulsans dolosas aduersus veritatem insidias, dicta est vineæ apta sepes & vallus. Si quæ est quidem ex fide veritas tanquam panis necessaria est ad viuendum. Quæ autem procedit disciplina, est obsonio similis & bellariis. Desinente cana suauis est placentula, vt ait Pindarus Thebanus.* [1] *Aperte autem dicit scriptura: Astutior erit simplex intelligens. Sapiens autem suscipiet cognitionem.* [2] *Ex: Qui a se ipso quidem accepit, gloriam propriam quærit, inquit Dominus. Qui autem quærit gloriam eius qui misit ipsum, verax est, & iustitia non est in ipso. Contra igitur se iniuste gerit qui sibi vsurpauit ea quæ sunt Barbarorum, & tanquam propriam iactans, suam agens gloriam, & ementiens veritatem: in quo dictus est à scriptura. Dicit itaque, Fili ne sis mendax, deducit enim mendacium ad furtum. Iam autem fur, id quod habet surreptum, vere habet, etiam si sit aurum, etiam si argentum, etiam si oratio, etiam si decretum. Ex parte ergo ea quæ suffurati sunt, vera quidem sunt, sciunt autem per coniecturam, & rationum motu necessitatibus. Si itaque didicerint, agnoscent comprehendendo.*

Ecclesiast. 47.

Ecclesiast. 17.

## COMMENTARIVS.

[a] CVM *itaque testimonio comprobetur Græcos*. Diui Pauli testimonio ostendit ipsos Græcos quædam vera habere dogmata. Quanquam quod esset quidem ara ignoto Deo apud Athenienses non legitur aliquis Pausaniam legitur Ara ignotis Diis. Ex hoc autē conatur Paulus inducere Athenienses, ne omnino quasi Deum sibi ignotum, nempe Christum prædicet. Citatur etiam ibidē Arati versus ex Phænomenis, quibus ostenditur ipsum etiam scripturam citare quædam rectè dicta ex Poëtis Græcorum. Per ignotum Deum dicit per Periphrasim à Græcis significari Deum rerum opificem & creatorem, qui etsi vtcunq; cognoscatur ex operibus, quod sit tamen tantū cognoscitur. Quid sit autem, nempe eius essentia nemo cognoscitur, nā cùm Dei cognitio sit ipsa Dei visio: Deum autē nemo vnquā viderit, sequitur quod Deus non cognoscitur. Quamuis autem nec cadat sub aspectum, nec cognosci possit, ignorari tamen non visus colitur. Gentiū autem Dij cognoscuntur, cùm vel hominum vel Dæmonum sint simulacra. Quamuis autem ignoratur Deus opifex, quē per ignotum Græci circuloquuntur, eius tamen accipitur cognitio per filium. Illa autem agnitio patris per filium, est Græcè Periphrasis, seu ignoti Dei constitutionis cōprehensio. Per hanc Dei agnitionem aperiuntur oculi cæcorū. Deus enim per filium cognoscitur, à potestate autem Satanæ conuertuntur, id est, per Dei gratiam liberātur à peccatis, quod est non degerare in seruitutē. [b] *Nec tamen absolutè omnem suscepimus Philosophiam.* Iam multis ostendit Philosophiam non esse reiciendam, vt quæ ad Verbi sapientiam minime sit inutilis. Nunc antē dicit quæ ab ea sit suscipiatur Philosophia, nō enim quæuis est admittēda, cùm non omnis quæ discitur sit vera Philosophia. Et iam quidē dixerat se eam suscipere Philosophiā quæ diuinam admittit prouidentiam, et mundi ex nihilo mundum casu regi existimat. Hic autem se dicit suscipere Platonicā, nēpe quam dicit Socrates Platonē, nēpe eam quæ versatur in contēplatione eius quod verum est, ipsiusq; inquā veritatis, quod bonitatis, & eius quod verè est, id est quod semper est, & numquā oritur, nec vnquā interit. Id autē non est aliud quam ipse Deus. Asserit autem Plato pulcherrimam esse disciplinam ipsius boni ideam, hoc est etsi omnia alia sciamus, nihil nobis proderit ei se dedere cōtēplationi, quę vera est Philosophia, nec artes & disciplinæ sunt Philosophiæ quidē similes, sed non sunt Philosophia. Et ideo vocat eas inferiores cum prima Philosophia, τὰς φαύλους, id est pusillas quasdam & abiectas artes. In disciplinam enim quam vocat mathemata, non est Philosophia, neque est in eis boni scientia, nec veritatis, nec eius quod est. Non est in ipso bono scientia boni & veritatis. Sunt autem hæ disciplinæ non ipsum bonū quod est Deus, sed viæ boni, vt quę ducant ad bonum, non sit autem id ad quod ducūt. Nec ipsa ergo mathemata, nec has disciplinarū concedit Plato conferre ad bonū, adiuuant tamē ad ea intelligēda quæ percipiuntur mente & gentia. Quod autē mathemata non versantur in boni contemplatione, probat ex ipsis eorum principiis & subiectis. Geometriæ principia & subiecta sunt petitiones & communes sententiæ seu positiones, & quibus de bono nihil agitur. Musicā cuius vocet coniecturalem nō satis intelligo, conijcio tamen eā ideo dici coniecturalem, quod harmonia & consonantia quæ est finis musicæ, nō ex scientia principiorum & demonstrationibus sit constitata, sed cōiectura quæ indicio aurium capitur ex sonis: sed nec in ea de bono agitur. Astronomiæ subiectum sunt astra quæ fluunt & sunt in perpetuo motu, nec ea firmis & stabilibus cōstituitur rationibus, sed verisimilibus & minimè necessariis, & maxima ex parte numerabilibus, quæ nō sunt solidę, probationibus. Quæ cū sit huiusmodi, nec in ea de Deo agatur, nō est dicēdū Platonē Philosophia. Illic ergo demū est philosophia, vbi de bono agitur per scientiā & veritatem, per certam, stabilem rectitudinem quæ omnibus amandatis sensilibus per solam mentem percipitur. Prouerbium autem quod dicitur non omnes qui portāt ferulam esse Bacchos, quod idem est quod id quod vulgo iactatur, Multi thyrsigeri, pauci vero Bacchi, innuit non omnes id esse quod præ se ferunt, de quo vide Erasmū in Chiliadibus. Quod autē citat Clemēs ex Demodoco, qui fallo tribuitur Platoni, non est in eo quæ exstant habetur

Pausa. Att. 1. & 3.

Plato. 6. Polit.



habetur Demodoco: hoc autem est; Ne existimes me dicere Philosophari, in artes incūbentem viuere; multa discere appetentem, sed aliquod aliud. Nam ego quidem hoc probrū esse ducebam. Scientiam enim, vt existimo, eum qui docet iam habere mentē quæ multa didicit. Hic autē videtur esse sensus huius loci, quasi hoc dicat; Philosophari nō est incūbere & dare operā artibus, & cupere multas discere disciplinas, quæ dicuntur Mathemata, sed aliquid aliud: Quidnam ergo est illud aliud quod vocat Philosophari? Existimo eum intelligere Philosophari esse, versari in veritatis & bonitatis & eius quod est contēplatione. Nam ego quidem, inquit, hoc probrum esse ducebam, multas scilicet appetere artes & disciplinas, ea interim cōtempta quæ est omniū pulcherrima & præstantissima, prima scilicet philosophia, quæ est veri & boni, & eius quod est, nempe Dei contemplatio. Is quidem qui docet iam mentem habet quæ multa didicit. Nisi enim instructus esset multis disciplinis eas docere non posset. Sed qui in contemplatione boni versatur contemplatione, is illis disciplinis non amplius indiget. [a] *Sunt ergo dicūt Græcos*. Dicit Philosophia multa dixisse Græcos superius ostendit. Nūc autem dicit quod quomodocunq; ea dixerint, id est diuinæ administrationis & prouidentiæ. Potest enim & casu cōtingere & fortuna, & quod eandem habeant notionem, & quod mentem habeant cōmunem. Casu autem & fortuna contingere dicimus, quæ contingit quādo aliquid aliud cōtigit, quam quod fuerat præmeditatum & cogitatum. Sed casu cōtingat, siue forte fortuna, nō est ab eo excludenda diuina prouidētia. Nam nec casus nec fortuna in Deū cadunt, & quomodocunq; res fiant, omnia sunt præsentia diuinæ prouidentiæ & præscientiæ licet Deus res videat cōtingentes vt cōtingentes, est tamē contingentia illa, quod attinet ad Deum, quod autem ad Deū attinet, nulla est. Sūt enim in Deo omnia certa, fixa, firma & immobilia. Quāgo Græci casu aliquid dixerint de diuina Philosophia, etsi quod ad ipsos attinet casu factū est, quod autem sine diuina factū est administratione & prouidentia, à qua totus mūdus regitur, & licet Epicurum rerū principiū cōstituant, non est tamen propter nostrā ab eis dissensionem casus in Deos omnibus. Quod si dicatur, Græcos naturalem habere notionē, si cut etiam naturalem iustitiā, naturalem bonitatem & naturalis iustitia à Deo procedit qui est rerū omniū opifex. Quod si etiam dicatur eos mentem habere cōmunem, ea quoq; tribuenda est ipsi patri mentis & intelligentiæ. Quidquid ergo à Græcis dicitur de Dei verbi Philosophia, id totū statuendum est à Deo proficisci, & considerandū est quorum sit iustitia in distributione mētis quæ à Deo datur. Iustitia autem illa quæ mentem cōmunem omnibus distribuit est ipse Deus. Plato in Cratylo *ἐκ τοῦ δίειμι*, id est iusti exponēs etymologiā, dicit *δίκαιον*, quasi *διὰ πάντων ἰόν*, id est omnia peruadēs. Id autē non esse Solem, nec ignem, sed ex sententia Anaxagoræ intellectū, quæ per se dominatū obtinet, & nulli mixta omnia regit, ornat & administrat omnia peruadēs. Hanc iustitiā quæ plane Deus est, nā quidquid est Dei est Deus, plena est Dei dextera, vt noster scriptor Psalmographus. Dei autē dextera eā dicit esse plenā, quòd cū iustitia & corrigat & distribuat, in distribuendo maxime cōsistit Dei iustitia. Distribuit autē gratuita dona quæ vocantur charismata, in quibus non minimū locū habet Prophetia. Eius autē duo sunt genera. Quorum vnum quidem consistit in futurorum prædictione quod vocauit Clemēs *σοφίαν προφητικήν*, quales erant Prophetæ veteres qui Christi aduentū prædixerūt, & quæ pro salute humani generis gessit & passus est. Alterum verò in rerum præsentium interpretatione & explicatione, quod appellat *συνετὸν γνῶσιν*, quod præsentia simul nartet & explicet, vt Samuel, Saulo & Dauidi quæ tunc eis euenerūt exposuit nēpe eorū ad Regni Israēlitici administrationem à Deo electionē. Tales etiā fuerunt in nouo testamento Prophetæ, qui diuina eloquia explicabant & interpretabantur. Quanquā nec in eo defuerūt qui futura prædicerēt, qualis fuit Agabus in Actis, & Philippi filiæ donū Prophetiæ consecutæ. [b] *Per veritatis quidē*. Emphasis & Diaphasis appellatur à Clemente quæ per perspicua & diaphana, vt vocāt, corpora apparet visio. In ea nō videtur res ipsa, sed tāmen species, & quodā simulacrū. Talis est ea visio quæ fit per speculū. Per speculum enim res ipsa non cernitur, sed quę in speculū cadit species per reflexionē in nostros oculos reuertitur. Talē B. Paulus notauit fore Dei visionē dum hic sumus. Deū enim vtcunq; cognoscimus per ipsius in nos reflexionē, per ipsius diuinitatis quæ est in nobis in Deū reflexionē nos ipsos cognoscimus. Sanctissimæ quidē trinitatis in nobis imaginē vt possumus cōtemplantes, Deum vtcunq; videmus, & ipsius in nobis speciē considerātes, nos agnoscimus, sed non est hæc perfecta visio. Non enim perfectè videt, qui non cernit sed species tantum videt & simulacra. Tum demum visio erit perfecta, quādo hac mortali carne exuta qui puto sunt corde Deū videbunt, & eum videntes, non eum solum ipsum, sed & seipsos & omnes qui sunt, vt reuera sunt in eo videbunt. Deū ergo vtcunq; videt qui hominem videt, qui frater iure dicitur, quod eundē habeant omnes creatorē & opificem. Sed multo magis qui Christū videt qui est & Deus & homo, & qui carne suscepta non dedignatur nos vocare fratres. Quod ergo hic citat Clemens, videbis; hoc sumpserit, vidisti fratrē tuū, vidisti Deū tuū, & de quouis homine potest intelligi, & maxime de Christo. Quod si ipsi verbi Discipuli Christū fratrē suū videntes, Deū vident tantū per speciē, & simul vere viuūt quādo mortale hoc corpus exuerint: quāto magis Philosophi gentiū, de veritate, non tam videntur & vtres ipsa est, sed per quandā veritatis speciē & apparitionē dixerūt quæ dixerūt. [c] *Recte Salomō*. Quomodo hæc cū præcedentibus cohæreant nō facilè potest colligi, & tamen Clemens hac inferet ex superioribus. Dicit enim; Rectè ergo Solomō: Qui seminat iustitiā, &c. Sed & ipsæ literæ contextus est diuersus apud Clementem & in Septuaginta, & in nostra versione; Sic habet quidē contextus Clementis. Qui seminat iustitiā operatur fidem. Nostra verò versio cōgruenter Hebræo. Semini autem iustitiæ merces fidelis. Septuaginta verò. Qui autē seminat iustitiā, mercedē accipiet fidelē, sed quomodocunq; legatur, quomodo hæc cohærebant cum prioribus. Dixerat Philosophos Græcos ex parte & cuidē ter dixille de veritate, sed per quandā speciem & veri apparitionē, nec nos quidē hic Deū qualis sit videre, sed tantū in specie, eos demum illum visuros, &, quoad eis fieri poterit cōprehendere, quorū deposita carne cor fuerit purum & mundū. Illa autem Dei visio est merces beatorū, quorum cor est mundū, vt qui se auaritię sordibus minime cōtaminauerint, sed miserētes pauperū suis eleemosynis impertierint. Mercedē autem vocat fidelē, quod Deus qui in promissis suis est verus, mercedē à

Matth. 5. se promissam exoluat. Promiserat enim dicēs; Merces vestra copiosa est in cœlis. Hęc copiosa merces Deo promissa & exoluta, eos reddit diuites & beatos qui sua dispersērūt & dederūt pauperibus, eleemosynis, misericordes, & qui sua nō diuidūt, sed aliena rapiūt ad summā redigātur inopiā, vt qui & propria amittant, & pro sua crudelitate & auaritia æternas pœnas luant. Hāc eorū egestatem meritus expressit Apostolus, versio quę sic habet; Alij diuidūt propria, & ditiores fiūt: Alij rapiunt nō sua, & semper in egestate sunt. Hæc quidem cū præcedētibus satis apte cōnectuntur. Sed quomodo cōueniunt quæ sequuntur? Ea nō esse satis appositè poterūt adaptari. Græcorū Philosophiā Christianæ doctrinæ non esse inutilem, satis ostendit. Cōfert autē, & quod ornet orationē, quod efficiūt tropi & figuræ, & quod defendat, quod præstāt argumenta. Græcā itaq; Philosophiam cōparat lanis, ex quibus fiūt vestes quæ humanum corpus & ornāt, & ab æstus iniuria defendūt, sed vt lanas habeamus, oues oportet alamus, aluntur autē herbis & fœno, quæ forte dici possunt disciplinæ & scripta veterum. [1] *Infert itaque, Reliquum enim vnus.* Vnus Dominus est Ecclesia. Qui est orthodoxus, ingreditur in viis vineæ suæ, id est, ea sequitur dogmata quæ tradit ecclesia, quæ quidē cùm sit Catholica, id est vniuersorū, est & omnium & singulorū. Potest etiam quilibet Catholicus ecclesiam Cacholicā dicere suā, quæ tamen nō magis est sua, quam cæterorū quorum est mater. Hæreticus autē matris suæ relinquit vias, id est dogmata, & aberrat in viis suis, id est, in dogmatibus à se recens inuentis. Cur autem in viis suis aberrent, causa est quod ab initio relinquit ecclesiā. Cùm primū enim eam relinquūt aberrāt, errare autem nō potest qui sequitur ecclesiā. Errāt enim hæretici, vt qui sint in deserto & solitudine: Soli enim sunt, nec ingrediuntur per viam tritam. Ecclesiæ enim via est ipse Christus. Vbi autem nō est via, id est Christ⁹, ibi nō est aqua, id est fons ille viuus, atq; spiritus qui salit ad vitā æternā. Vbi autem nō est Spiritus, nec est Deus. Vbi nō est Deus, frustrā quæritur aqua viua. A Deo ergo destertus Hæreticus, aquā quidem quærit, sed eam solam inuenit aquam, quę nō est aqua, vt quæ sit cœnosa & turbida, nec apud eum est terra habitabilis. Vbi enim nō est aqua, ibi nō est terra viuentiū. Vbi autem nō est aqua viua, nec bonæ illic sunt actiones, nec bona opera, nec cùm desint, desunt quoq; fructus operum. Quo fit vt hæreticus, non aliud colligat quam sterilitatem.

[c] *Et ita qui carēt prudentia, inquit Sapiētia.* Non satis cohærent hæc cum prędecentibus. Nō est enim iustitia, quæ hæc dicit, sed vecors fœmina, vt habet cōtextus in Prouerbiis. Vecors autē fœmina illa significat vel libidinē vel hæresim. Sed fortasse ita potest intelligi quod hæc dicat sapientia, introducēs loquentem mulierē vecordem, nēpe hęresim. Per ea autem quæ citat ex prouerbiis, dicit significari hæresim hydroparastatiarum quæ cōtra regulā Ecclesiasticam, nō in pane & vino, sed in pane & aqua fuerūt sacrosanctæ Eucharistiæ oblationem. Huius sectæ autorem fuisse Tatianū dicunt, & Epiphan⁹ lib. 1. cōtra hæreses hæresi xlvj. & Theodoretus lib. 1. hæret. fab. cap. De Tatiano & hydroparastatis. Abstinere resilire, & in eorum loco diu nō morari, id est in eorum synagoga & cōgregatione iubet Clemens, ut tetur aqua aliena, id est baptismus qui datur ab hæreticis. Is demū enim verus & germa⁹ est baptismus, qui vel in Ecclesia datur Catholica, vel si mystica verba ptolata fuerint ab hæreticis baptizātib⁹, in Ecclesia rursus eis manus fuerit imposita. Quæ autem hic citātur à Clemente, facile quidem intelligitur, sed vnde sint sumpta nō facile inuenitur. Per aquā enim alienā & fluuiū alienum intelligit baptismum hæreticorū, cuius est alius effect⁹ quā baptismi Catholici. Baptismus enim Catholicus reddit firmos & stabiles in veritate, Baptismus autem hæreticorum à veritate abducit, & traducit ad instabilem & mutatis vitiorum fluctibus agitatam gentium vitam. [d] *Quanquam per se quoque aliquando.* Respondet obiectioni quæ posset fieri. Posset enim dici quod post Christi aduentum iuuat quidem Philosophia, sed non quam causa adiuuans & cooperans, non autem tāquam princeps causa. Quid verò, ante Christi aduentum eratne inutilis? Nequaquam. Nam tunc quoque Græci ab ea iustificabantur, sed non plena & generali iustificatione qua lex gratiæ iustificat per fidem, gratis remissis peccatis, & collato deinde quo Deus nos habet gratos & acceptos, & in suos adoptat filios. Philosophia autem Græcos iustificabat, vt & quæ mores doceret ciuiles, & ad seruandam humanam institueret societatem, præmiis ad iustitias inuitans. Nunc autem non est per se causa iustificationis: sed sicut ad cœlum non ascenditur nisi per gradus, sic ad Philosophiā non venitur, nisi prius didicerint qui sunt futuri Philosophi, & Grammaticam & disciplinas quas appellant ἐγκυκλίους. [1] *Apertè autem docis scriptura.* Videtur dicat scriptura mihi nō venit in mentem. Videtur autem hic esse sensus. Si simplicitati Christianæ (sed enim viri Christiani simplices & innocentes quasi pueri) accesserit philosophia, quæ præstat vt malo intelligat, erit astutior & cautior. Ita fiet vt cum ipse nemini noceat, quod est Christianæ simplicitatis, sibi quoque caueat ab aliorum dolis & impostūris. Eam cognitionem non repudiat sapientia. Christus enim qui nos iubet esse simplices sicut columbas, ne male agamus, idem iubet nos esse prudentes sicut serpentes, ne improbi & scelerati homines suis dolis & impostūris nos circumscribant. [e] *Et qui à foris.* Philosophia quidem prodest & confert ad tradendam Christi doctrinam, vt quæ & hæreticorum facilè repellat argumenta, & orationem reddat iucundiorem: in quo est laudanda. Sed in hoc sibi supercauendum, quod quæ à diuinis literis est suffurata, ea sibi tanquam propria tribuat, & suam quærat gloriam, aliter se gerens quam Christus, qui cùm suam doctrinam iure posset esse suam dicere, eam tamen non suam esse Patris doctrinam, Patris non suam quęrens gloriā. Christus ergo est verax & iustus. Verax quidem, vt qui quod res est dicat suam doctrinam esse patris: iusta enim est & patris doctrina: iustus autem vt qui non suffuretur aliena. Philosophi autem sunt mendaces & iniusti. Mendaces quidem, vt qui fed dicant esse doctrinā quæ est verbi. Iniusti autem, vt qui sint fures, nam cùm in aliena irruperint, ea tāquam sua cōtrectant, & de aliena doctrina tanquam de sua iactant, & ementiuntur veritatem. Nam etsi in hoc non mentiantur quòd vera dicant, mentiuntur tamen in eo quod sua esse dicunt quæ sunt alterius, & idcirco sunt & mendaces & fures. Merito ergo admonet scriptura cauendum esse mendacium, quod mendacium deducat ad furtum. Ex eo autem quod aliquid sit furtum, non sequitur quod non sit verum. Furto enim surripitur aurum & argentū, & cætera, ea autem licet furto surrepta sint vera. Multa etiam à Barbaris, nempe ab Hebræis, furripuerunt Philosophi, quæ licet furtiua, sint tamen vera dogmata.

Sæpe autem



Sæpe autem vsuuenit, vt quæ ab eis dicuntur, partim sint vera, partim falsa, vera quidem quæ sumpsere ex scripturis, falsa autem quæ ab eis sunt inuenta. Et Hebræi quidem & verbi discipuli, quæ vera dicunt didicerunt vel à Dei inspiratione vel reuelatione. Quæ autem vera dicunt Græci, ea didicerunt, vel coniecturis, vel humanis argumentis & rationibus.

[a] Et quod philosophorum quidem dogmata ex Hebræis surrepta fuerint, tractabimus x. [b] Paulò post. *Prius autem, quod erat consequens, iam dicendum est de temporibus Mosis, per quæ ostenditur citra vllam controuersiam, Hebræorum philosophiam esse quauis Philosophia longè antiquiorem. Atque de iis quidem accuratè dictum est à Tatiano in oratione adversus Græcos. Dictum est autem etiam à Cassiano in primo Exegeticōn: postulat tamen commentarius, vt nos quoque ea percurramus quæ in loco dicta sunt.* [b] *Apion itaque Grammaticus, qui Πλειονίκης, id est sæpissimè victor est cognominatus, in quarto historiarum Aegyptiacarum, cùm esset infensus Hebræis vtpote genere Aegyptius, adeò vt etiam aduersus Iudæos libros scripserit, Amosis Aegypti Regis mentionem faciens, eius rerum gestarum testem adhibet Ptolemæum Mendesium. Eius autem verba sic habent: Effodit autem Amosis Athymaum, qui fuit tempore Inachi Argiui, vt scribit in temporibus Mendesius Ptolemæus. Hic autem Ptolemæus, fuit quidem sacerdos. Regnum autem Aegypti res gestas tribus libris exposuit, dicit tempore Amosis Aegypti Regis Mose duce Iudæos exisse ex Aegypto. Ex quibus certum est Mosen floruisse tempore Inachi. Ex rebus autem Græcis, sunt antiquiores Arcadica, ea inquam, quæ ducunt originem ab Inacho, vt docet Dionysius Halicarnasseus in Temporibus. His autem, quatuor quidem generationibus sunt res Atticæ recentiores, quæ ducunt originem à Cecrope, qui duplici fuit natura, & indigena, vt iisdem verbis dicit Tatianus. Nouem verò, res Arcadica à Pelasgo. Dicitur autem hic quoque indigena. His autem sunt aliæ, quindecim recentiores, nempe Phtioticæ quæ à Deucalione. Ad tempus autem rerum Troianarum, ab Inacho generationes quidem viginti vel plures numerantur. Sunt autem anni, vt semel dicam, quadringenti & vltrà. Iam verò res quoque Assyriorum videbuntur tribus Græcis multis annis antiquiores, ex iis quæ dicit Cresias. Tricesimo secundo anno Moses ex Aegypto, tempore Amosis Aegyptij & Inachi Argiui.* [c] *Fuit autem in Græcia tempore quidem Phoronei, qui fuit post Inachum, inundatio, quæ fuit tempore Ogygis, & regnum quod fuit Sicyone, primi quidem Aegialei, deinde Europi, deinde Telchinis, & regnum Cretis in Creta. Acusilaus enim dicit Phoroneum fuisse primum hominum. Vnde etiam Poëta Phoronidis, dixit eum fuisse patrem mortalium hominum. Hinc Plato in Timæo secutus Acusilaum, scribit: Et cum vellet eos aliquando inducere vt dicerent de rebus antiquis huius ciuitatis, aggreditur dicere quæ sunt antiquissima, de Phoroneo, qui dictus est primus, & de Neobe, & quæ fuerunt post diluuium. Tempore autem Phorbantis fuit Actæus, à quo Actea Attica. Tempore autem Triope, Prometheus & Atlas & Epimetheus, & qui eiusdem naturam habebat Cecrops, & Ino. Tempore autem Crotopi, quæ Phaëthontis tempore fuit inflammatio, & quæ tempore Deucalionis fuit inundatio. Tempore autem Stheneli, & regnum Amphictyonis, & Danai in Peloponnesum aduentus, & Dardaniæ à Dardano ædificatio. A Ioue qui genitus, inquit Homerus, nouit qui cogere nubes: & ex Creta in Phœniciam deductio. Tempore autem Lyncei, Proserpinæ raptus, & extructio templi quod est in Eleusine, & Triptolemi agricultura, & Cadmi Thebas aduentus, & regnum Minois.* [d] *Tempore autem Præti, bellum Eumolpi aduersus Athenienses. Tempore autem Acrisij, Pelops ex Phrygia transitus, & Ionis Athenas aduentus, & secundus Cecrops, & Persei & Bacchi res gestæ, & Orpheus & Musæus. Octauodecimo autem anno regni Agamemnonis captum est Ilium regnantis Demophontis Thesei filij anno primo, duodecimo mensis Thargelionis, vt ait Dionysius Argiuus. Aegias autem & Dercylus in tertio, octauo mensis Pane-*

mi desinentis. Hellanicus enim dicit duodecimo mensis Thargelionis, & nonnulli eorum qui Attica scripserunt, octauo desinentis, postremo anno regnante Menestheo, in plenilunio. Noctis quidem erat medium, inquit is qui paruam fecit Iliadem, & splendebat luce lunari. Alij autem eodem die Scirrophorionis. Theseus autem qui erat æmulator Herculis, & Troianis vna generatione antiquior. Tlepolemi itaque qui fuit filius Herculis, meminit Homerus, quòd in Ilium militauerit. Ostenditur ergo Moses fuisse antequam Bacchus referretur in Deos, annis sexcentis quatuor: siquidem in Deos refertur tricesimo secundo anno regni Persei, vt ait Apollodorus in Chronicis. A Baccho autem ad Herculem, & vnos illos fortes qui cum Iasone in Argo nauigarunt colliguntur anni sexaginta tres. Et Aesculapius & Dioscuri, id est Castor & Pollux, cum eis nauigarunt vt testatur Apollonius Rhodius in Argonauticis. A regno autem Herculis quod fuit Argis, vsque ad ipsius Herculis & Aesculapij in Deos relationem, colliguntur anni triginta, vt vult Apollodorus chronographus. Hinc autem vsque ad relationem in deos Castoris & Pollucis, sunt anni quinquaginta tres. Hoc vtique tempore Troia quoque capta fuit. Quòd si Hesiodo quoque prius oportet credere, cum audiamus:

Editus est que Ioui pulchra ex Atlantide Maia
Preco Deum, fuerat cùm sacrum ingressa cubile.
Prælarum ac peperit natum Cadmæa, coisset
Cum furtim Semele, Bacchum valde exhilarantem.

Cadmus quidem pater Semeles tempore Lyncei venit Thebas, & fuit inuentor Graecarum literarum. Triopas autem eodem fuit tempore cum Iside, generatione septima ab Inacho. Isidem autem dicunt eandem fuisse quæ Io, propterea quod oberrans obierit multa terram. Ister autem in libro de Colonia Ægyptiorum, dicit eam fuisse filiam Promethei. Prometheus autem fuit tempore Triopæ, septima generatione post Mosen. Quare videtur eam quæ ex Græcorum sententia fuit hominis generationem, Moses videtur sprouisse. Is autem qui tractauit de Diis qui sunt in Ægypto, dicit Isidem à Græcis vocari Cererem, quæ fuit tempore Lynceï, vndecima generatione post Mosen. Apis autem Rex Argorū, edificauit Memphim, vt dicit Aristippus in primo Arcadicorum. Aristeas verò Argiuus dicit eum nominatum esse Sarapim, & eum esse quem colunt Ægyptij. Nymphodorus autem Amphipolitanus in tertio de legibus Asiæ, dicit Apim taurum mortuum & conditum locis quibusdam, Græcè dicitur, fuisse repositum in templo dæmonis qui colebatur, & hinc appellatum fuisse Soroapim, & postea quadam eorum qui illic habitabant consuetudine Sarapim. Ipsum autem Apis tertius ab Inacho. Iam verò Latona fuit tempore Tityi. Nunquam à Latona dea non est Iouis incita coniux. Tityus autem fuit eodem tempore cum Tantalo. Merito ergo scribit etiam Pindarus Boeotius: In tempore autem Apollo fuit genitus. Nec mirum, cum etiam Admeto vna cum Hercule inueniatur seruiisse mercede in magnum annum. Zethus autem & Amphion inuentores Musicæ, fuerunt circa Cadmi ætatem. Quod si quis dicat Phoenicem primum Acrisio responsa edidisse, sciat quòd viginti & septem annis post Phoenicem fuit Orpheus, & Musæus, & Linus præceptor Herculis. Homerus autem & Hesiodus fuere Iliacis multò recentiores, post quos longè fuere recentiores Graecorum legislatores Lycurgus, & Solon, & septem sapientes, & Syrius Pherecydes, & magnus Pythagoras qui longè fuerunt inferius circa Olympiadas, vt prius ostendimus. Plurimi ergo qui apud Graecos coluntur Dij, non solum iis qui dicuntur Sapientes & Poetæ, ostensum est nobis Mosen esse antiquiorem. Neque verò is solus, sed etiam Sibylla dicitur Orpheo antiquior. Dei enim cognomine, & de iis quæ ab ea prolata sunt responsis multa dicuntur, & cum esset Phrygia, appellatam esse Dianam, & cumæa ad Delphos accessisse, cecinisse

O Delphi,



O Delphi, Phœbi ferientis qui eminus estis
Serui, veni ad vos Iouis expositura potentis
Mentem, ingermanum cùm sim bile percita Phœbum.

Est autem alia quoque quæ vocatur Herophile Erythræa. Harum meminit Heraclides Ponticus in libro de Oraculis. Mitto Aegyptiam, & Italicam quæ Romæ habitauit Carmentale, cuius, fuit filius Euander, qui Romæ templum Panis, quod Lupercal appellatur, condidit.

## COMMENTARIVS.

ª Ex quod Philosophorū quidē dogmata. Cùm esset ostensurus quæ ab Hebræis suffurati sint Græci, prius ostendendū Hebræorum scriptores esse Græcis antiquiores. Tatiani autem cuius hic meminit in Assyrionum vsque diem extat oratio aduersus gentes. Casiani autem Exegetica adhuc in extent nescio. Apion Grammaticus. Caret omni suspicione quod ab ipsis inimicis fertur testimoniū. Cū ergo Apiō quo adeò erat insensus vt aduersus eos scripserit, eorū testetur antiquitatē, merito ei fides est habenda. Est autē Apion aduersus quem Iosephus scripsit librū de antiquitate Iudæorum. De Ptolomæo Mendesio sic scribit Tatianus; Extant etiā Annales Ægyptiorum diligenter concinnati, & rerum contentarū interpres est Ptolomæus, non quidē Rex, sed Mendesius Sacerdos. Is vbi regum successiones, sub Amosi Ægyptiorū Rege Iudæos ex Ægypto migrasse testatur in suā regionē Mosem cum sequutos. Amosis autē fuit tēpore Regis Inachi. Quod autē refert Clemēs ex Ptolomæo Amosin fuisse Athyriam, nō ita dicit Tatianus, sed Mariā. Is autem lacus dicitur etiam Mareotis, de quo Strabo lib. xvij. De Argiuorū autem Regibus sic scribit Tatianus, Argiuorū Reges hi fuerunt, Inachus, Phoroneus, Apis, Criasis, Triopas, Argius, Phorbas, Crotopas, Sthenelaus, Danaus, Lynceus, Pyrrhus, Abas, Acrisius, Perseus, Sthenelus, Eurystheus, Atreus, Thyestes, Agamēnon cuius imperij anno Troia capta est Troia. Cur Cecrops dict⁹ sit διφυὴς, hāc causam tradit Eusebius in Chronicis. Diphyes, inquit, dicitur, id est è duabus naturis, siue ob longitudinē corporis, siue idcirco, quod cū esset Ægyptius, & lingua sciebat, Græcā & Ægyptiā. Indigena autē quod Græcè est αὐτόχθων, quod Athenis esse dicitur, & nō aliunde oriundus, sicut & ipsi Athenienses se dicunt, αὐτόχθονας, quod nō aliunde venerint, sed ibidē nati. Sunt qui dicunt eos dici αὐτόχθονας, quod primi terrā coluerint: Cecropem verò dictum quod matrimonia instituerit, quo factū est vt qui nascebātur, cum prius essent γαστρόγονοι, quòd sobolem non satis agnoscerent, effecti sint διφυεῖς, vt qui agnoscerent patrem & matrē. Quoniam autem dicit Cecrops Atticas Argolicis esse recētiores quatuor generationibus, res verò Arcadicas nouē, Phtiotidas autem quindecim, sciendū est generationem Græcè dici γενεὰν, γονὴν autē, vt vult Eustathius in Homerum, esse spatiū triginta annorū, nec solum dicitur de hominibus, sed etiam de brutis & arboribus. Si igitur generatio cōtinet triginta annos, numerantur autem ab Inacho vsque ad tempus Troianum viginti generationes & plures, est perspicuum ex supputatione, nō esse legendum, quadringenti anni, sed potius, si de iis consulantur qui scripsere Chronica. ª *Fuit autē in Græcia.* Multa paucis hic colligit quæ colliguntur à tempore Inachi vsq; ad Troiæ excidiū, quæ quærenda sunt partim ab historiographis, partim à Chronicis. Quod autem præter illam primam tempore Noachi inundationem, duo alia fuerunt diluuia, nimirum tempore Ogygis, & minus tempore Deucalionis, vide vt alios omittam D. Augustinum Lib. 18. c. 8. de ciuitate Dei, & Lud. Viuis in eum Cōmentarium. Quo autem mēse & die capta fuerit Troia, in tantarum diuersitate, nō est facile statuere. Cōputandorum autem dierum hæc fuit ratio apud Athenienses. Dividunt mēsem in tres decadas: Prima est ἱσταμένου, secūda μεσοῦντος, id est mediantis, tertia λήγοντος vel φθίνοντος, id est desinentis. Cùm autē ad vicesimū nonum lunæ diem perueruntum fuerit, retrogradæ dies computantur, sicut apud nos Calēdæ ad tricesimum vsq; diem qui est primus & vltimus, & dicitur ἕνη καὶ νέα. Menses autem hi quos hic dicit, menses Athenienſiū, διχομηνιὸν quidē, qui magna ex parte respondet mensi Martio, πρόσιον autem est Græcus mensis, qui cui Latinorum mensium respondeat nō satis constat. Porrò autem de regno Cretis in Creta sic Eusebius: Apud Cretam regnauit Cres primus indigena, à quo dicta est Creta quem aiunt fuisse vnum Curetū, à quibus Iupiter fuit abditus & nutritus. De Cretensium verò in Phœniciam deductione non memini me legere, legi tantum Phœnicum terrā obtinentibus Caribus, primos ex Græcis Cretenses in eam transisse, duce Racio & reliquam manu cincta multitudine quæ Raciū sequebatur: loca itaq; maritima nauibus occuparunt, & potentia in ea fuerunt. Quæ autē citantur ex Platone in Timæo de Phoroneo & Niobe, sunt verba Solonis, qui narrauit Ægyptio Sacerdote, vt de Græcorū diceret antiquitate, cum intelligeret grandæuus Sacerdos hæc esse recentia si conferantur cum Ægyptiis, hæc dixit; O Solon Solon, Græci semper estis pueri, senex autem nullus est Græcus, &c. Atq; hæc quidem Plato, sed de Atlantis ab Atlantico quem Platonem esse seniorem dicit Clemens, hodie quod sciam nihil habemus. De bello autem Eumolpi aduersus Athenienses sic scribit Pausanias: Facta inter Eleusinios & Athenienses pugna Erechtheus cecidit Rex Athenienſium, & Immaradus item Eumolpi filius. Bellum hisce conditionibus est confectum, vt Eleusinij alios Athenis non decernerent Athenienſibus, iudicia verò Cereris seorsum administrarent, Deæ autem vtriq; sacra Eumolpus & Celei filiæ peragerent. Quod autem de Iouis Athenas aduentu scribit Clemens, id Pausan. lib. 7. Achaic. scribit: Potestē ex eodem Pausania, Mortuo, inquit, Hellene Rege reliqui Helleuis liberi Xuthum Thessalia expulerunt, crimine hoc intentato, quasi pecuniæ nonnihil paternis bonis subtractum in rem

suam conuertisset. Hic Athenas cùm profugisset, accepta in matrimonium Erechthei filia, Adrastum & Ionem filios ex ea suscepit. Mortuo autem Erechtheo, de regni successione arbiter à filiis eius Xuthus est electus. Cùmque Cecropi natu maximo regni successionem adiudicasset, reliqui Erechthei filij egione eum eiecerunt. Profectus itaque in Ægialum, cùm aliquandiu ibi habitasset, diem obiit supremum. Exliberis autem Achæus auxilijs collectis ex Ægialo & Athenis, Thessaliam inuasit, & regnum paternum recuperauit. Contra Ægialenses porro & Selinuntem eorum Regem cùm exercitum scriberet Ion, missis legatis Selinus, vnicæ quam habebat filiæ Helinæ nuptias ei offerebant, eumque hæredem ipsum Ionem designabant. Hæc quia Ioni non displicebant, imperium Ægialensium suscepit. Post Selinuntis mortem, Helicem item oppidum ab vxoris nomine in Ægialo condidit, & suum suo nomine incolas appellauit. Id non mutatio nominis, sed additio fuit, Ægialenses enim Ionem appellabant. Hæc Pausanias. De iis quæ sequuntur, cum nihil aliud contineant quam meram temporum supputationem, & multa iam de iis dixerimus in oratione ad gentes, vtpote de Sybillis & de Sarone, & multis aliis, prætermissis cæteris veniamus ad chronographiam Prophetarum qui fuerunt post Moysem. Sic ergo habet contextus.

XI. [a] OPERÆPRECIVM *est autem, cùm in hunc locum deuenerimus, aliorum quoque Prophetarum, qui post Mosen fuerunt apud Hebræos, tempora exquirere. Postquam enim excessit Moses, dux populi succedit Iesus, qui bellum quidem gessit lxvj. annis: interra autem illa bona quieuit xxv. annis. Vt autem continet liber Iesu, Mosi successit vir præditus annis xxvij. Deinde cùm peccassent Hebræi, traduntur Mesopotamię Regi Chusachar octo annis, vt refert liber Iudicum. Quum autem postea Deum orassent, ducem accipiunt Gothoniel, fratrem Chaleu iuniorem ex tribu Iuda, qui cùm interfecisset Regem Mesopotamiæ, præfuit populo annis deinceps quinquaginta. Et cùm rursus peccassent, traditi sunt Aeglom Regi Moabitarum annis xxviij. Cùm autem rursus rediissent, eorum dux fuit Aod annis octoginta, vir qui ambabus manibus pro dextra vtebatur, ex tribu Ephraim: Is est qui Aeglom de medio sustulit. Mortuo autem Aod cùm rursus peccassent, traditi sunt Iabim Regi Chanaan xx. annis. Eius tempore fuit Prophetissa Debbora vxor Labidoth ex tribu Ephraim, erat autem Pontifex Ozius filius Riesu. Cùm per eam exercitum ductasset Barac filius Bennes ex tribu Nephtalim, acie congressus cum Sisara principe exercitus Iabim, potitus est victoria. Atque hinc quidem populo præfuit Debbora, eum iudicans. Ea autem mortua cum rursus peccasset populus, Madianitis traditur annis vij. Post hæc Gedeon ex tribu Manasse, filius Ioa, cum ccc. in aciem produxisset, & centum & viginti eorum millia cecidisset, præfuit annis xl. Post quem eius filius Achimelech tribus annis. Ei successit Boleas filius Bedan filij Charon, ex tribu Ephraim. xxiij. annis magistratum obtinens. Post quem cùm rursus peccasset populus, octodecim annis traditur Ammanitis. Cùm autem ducti fuissent pœnitentia, eis præfuit Galaadites ex tribu Manasse, & præfuit vj. annis, Post quem dux fuit Abatthan, natus ex Bethleem, de tribu Iuda, annis vij. Deinde Ebron Zabulonites octo annis. Deinde Aeglom ex Ephraim octo annis. Nonnulli autem septem annis Abatthan constituunt, quatuor annos Ebrom. Et cùm post eum rursus peccassent populus, alienigenis Philistæis subiicitur quadraginta annis. His autem reuersis, præest Sampson ex tribu Dan, cum is solo vicisset alienigenas. Is fuit dux xx. annis. Et post eum, cùm nullus esset qui præesset populum iudicauit Eli sacerdos quadraginta annis. Ei succedit Samuel Propheta, cum quo regnauit Saul, qui viginti septem annis regnum obtinuit. Is etiam Dauidem vnxit Regem. Mortuus est autem Samuel duobus annis ante Saulem, cùm esset Pontifex Abimelech. Is Saulem vnxit in Regem, qui primus post Iudices regnauit in Israël. Quorum reuersus numerus vsque ad Samuelem, anni sunt quadringenti sexaginta tres, menses sex. Deinde, vt habetur Regum primo, regnauit renouatus Saul xx. annis. Post mortem autem Saulis, regnat Dauid secundò in Chebron, filius Iesse, ex tribu Iuda, quadraginta annis, vt continet secundus Regum. Erat autem Pontifex Abiathar, filius Abimelech, ex cognatione Eli. Fuerunt autem Gad & Nathan prophetæ eius tempore. Fuit ergo à Iesu Naue vsque ad tempus quo Dauid regnum accepit, vt nonnulli quidem volunt, anni*

Gratè est tum ex hoc tum ex alijs locis. αἰφνίδιος ἀνὴρ.

ἀναπαυσάμενος.



*anni quadringenti quinquaginta: vt autem proposita ostendit chronographia, colligentur anni quingenti viginti tres menses septem, vsque ad mortem Dauidis. Postea regnauit Salomon filius Dauid annis quadraginta. Eius tempore fuit perpetuò propheta Nathan, qui etiam eum adhortatus est vt templum extrueret. Similiter autem Achias quoque prophetauit in Silo. Erant autem ambo quoque reges, Dauid & Solomon prophetæ. Sacerdos autem primus Pontifex sacrificauit in templo quod ædificauit Solomon qui erat filius ab Aaron primo Pontifice. Sunt ergo à Moyse vsque ad ætatem Solomonis, vt dixerunt quidem aliqui, anni quingenti nonaginta quinque: vt alij autem, quingenti septuaginta sex. Si quis autem, ijs qui sunt à Iesu vsque ad Dauid, quadringentis quinquaginta annis, quadraginta annos quibus dux fuit Moyses connumerauerit, & alios quadraginta annos quod natus erat Moyses, priusquàm exirent ex AEgypto Hebræi, & his adiecerit quadraginta annos regni Dauid, colliget omnes annos sexcentos decem. Accuratius autem ac perfectius procedet nostra chronographia, si quingentis & nonaginta tribus annis & septem mensibus vsque ad mortem Dauidis, adiecerit quis centum & quinquaginta annos Moysis, & Solomonis quadraginta. Colliget enim omnes vsque ad mortem Solomonis, annos sexcentos octoginta tres septem menses. Hiramus dat suam filiam Solomoni, quo tempore post Troiam captam venit Menelaus in Phœniciam, vt ait Menander Pergamenus, & Letus in Phœniciis. Post Solomonem autem regnat Roboam, filius eius, annis septemdecim. Erat autem Pontifex Abimelech filius Sadoc. Eius tempore à toto regno in Samaria, regnat Hieroboam ex tribu Ephraim, seruus Solomonis. Prophetauit autem Achias quoque Silonites, & Sameas filius Amame, qui etiam ex Iudæa venit ad Roboam, & prophetauit super altare. Post eum regnauit Abiu filius eius, annis quinquetribus, & similiter eius filius Athaman. Is in senectute laborauit podagra. Prophetauit autem eius tempore Iehu filius Ananiæ. Post eum regnauit Iosaphat eius filius, annos quinque. Eius tempore prophetarunt Helias Thesbytes, & Micheas filius Ieble, & Abdias filius Ananiæ. Tempore autem Micheæ erat pseudopropheta Sedecias filius Chanaan. Post eos sequitur regnum Ioram filij Iosaphat ad octo annos, cuius tempore prophetauit Helias, & post Heliam Helisæus filius Saphat. Eius tempore, ij qui erant in Samaria, comederunt stercus columbæ, & suos liberos. Tempus autem Iosaphat extenditur de vltima parte tertij Regum vsque ad quartum. Tempore autem Ioram assumptus est Helias. Cepit autem prophetare Helisæus filius Saphat sex annis, cùm esset natus annos quadraginta. Deinde Ochozias regnauit anno vno. Eius tempore adhuc prophetabat Helisæus, & cum eo Abdandonæus. Post eum mater Oziæ Gotholia regnat octo annis, interfecta filij sui fratris: erat enim ex genere Achab. Soror autem Oziæ Iesabæa suffurata est filium Oziæ, Ioas, & ei postea regnum tribuit. Tempore huius Gotholiæ adhuc prophetabat Helisæus, postquàm regnauit, vt dixi antea, Ioas, qui fuit seruatus à Iesabæa uxore Ioiadæ Pontificis. Fiunt autem omnes anni quadraginta. Colliguntur ergo à Salomone vsque ad mortem Helisæi prophetæ, vt nonnulli quidem dicunt centum & quinque: vt alij autem, centum & duo: vt quæ est autem proposita ostendit chronographia à regno Solomonis anni centum octoginta vnus.* [b] *A temporibus autem Troianis vsque ad tempora Homeri, ex Philochori quidem sententia, fiunt centum & octoginta anni post Ionicam deductam coloniam. Aristarchus autem in commentarijs Archilochiis, dicit eum fuisse tempore deductionis coloniæ Ionicæ, quæ fuit centum & quadraginta annis post Troiana tempora. Apollodorus autem centum annis post deductam coloniam Ionicam, cùm Agesilaus Doryſæus esset rex Lacedæmoniorum, adeo vt ad eum peruenerit Lycurgus legislator, cum esset adhuc iuuenis. Euthymenes autem in Chronicis dicit eum floruisse cum*

Gg iiij

*Hesiodo, tempore Acasti, & natum fuisse in Chio circiter annum ducentesimum, post Troiam captam. In hac autem sententia est etiam Archemachus in tertio Euboicorum. Quo sit, vt ipse & Hesiodus sint Helisæo propheta recentiores. Quòd si quis velit sequi Grammaticum Cratetem, & dicat fuisse Homerum circa reditum Heraclidarum ginta annis post captam Troiam, inuenietur rursus Salomone posterior, cuius tempore Menelai aduentus in Phœniciam, vt antè dictum est. Eratosthenes autem centesimo anno post captam Troiam, refert Homeri ætatem. Quinetiam Theopompus in quadragesimo tertio rerum Philippicarum, refert Homerum fuisse quingentis annis post eos qui ad Ilio militarunt. c Euphorion autem in opere de Aliadibus, dicit eum fuisse tempore Gygis, qui cœpit regnare octauadecima Olympiade, quam etiam dicit primum nominatum esse tyrannum. Sosibius autem Lacon in descriptione temporum, redigit Homerum in octauum annum regni Charilli Polydecti. Ac regnauit quidem Charillus annis sexaginta quatuor, post quem filius Nicander annis triginta nouem. In trigesimo quarto enim anno dicunt fuisse positam primam Olympiadem, adeo vt esset vtique Homerus nonagesimis annis ante quam posita essent Olympia. Post Ioam regnum excipit Amasias eius filius annis triginta nouem. Ei similiter succedit Ozias eius filius annis quinquaginta duobus. Is autem mortuus est leprosus. Eius autem tempore prophetarunt Amos & Esaias eius filius, & Osee filius Beeri, & Ionas filius Amathi, qui erat ex Geth Chober, qui prædixit Niniuitis, qui ex ventre ceti excesit. Deinde regnat Ioathan filius Ozia annis sedecim. Eius tempore adhuc prophetabat Esaias & Osee, & Michæas Moraëthites, & Ioel filius Bathuel. Ei succedit eius filius Achaz annis sedecim. Eius tempore decimo quinto anno abductus est Israel Babylonem, & Salmanasar rex Assyriorum transgrare fecit eos qui habitabant in Samaria, ad Medos & Babylonem. Achaz rursus succedit Osee annis octo. Deinde Ezechias annis viginti nouem. Ei propter sanctitatem cum ad finem vitæ peruenisset, largitur Deus per Esaiam, vt viueret alios quindecim annos, per regressum Solis. Ad eum vsque peruenerunt prophetantes Esaias, & Osee, & Michæas. Hi autem dicuntur fuisse post ætatem Lycurgi legislatoris Lacedæmoniorum. Diochidas enim in quarto Megaricorū, circa ducentesimum nonagesimum annum ex quo Troia fuit secundò capta, dicit floruisse Lycurgum. Esaias autem a regno Solomonis, cuius tempore ostensum est Menelaum venisse in Phœniciam, ducentesimo anno adhuc propheta cernitur, & cum eo Michæas & Osee & Ioel filius Bathuel. Post Ezechiam autem filius eius Manasses regnat annis quinquaginta quinque. Deinde eius filius Amon duobus annis. d Post quem eius filius Iosias iusti & æqui obseruantissimus, annis triginta & vno. Is imposuit membra hominum supra membra idolorum, quemadmodum scriptum est in* tradit. *Leuitico. Eius tempore anno decimo octauo Pascha actum est, quod à Samuele, neque à quoquam eo lecto quod interceſſerat tempore fuerat celebratū. Tunc etiam Chelcias sacerdos, patre Hieremiæ Prophetæ, cùm in librum legis incidisset in templo reconditum, eo tecto vsum fuisse. Eius tempore prophetauit Olda, & Sophonias, & Hieremias. Tempore autem Hieremiæ fuit pseudopropheta Ananias filius Iosiæ. Is cùm non audiisset Hieremiam prophetantem, interemptus est à Nechao rege Ægypti in fluuio Euphrate, cum ei occurrisset proficiscenti aduersus Ægyptios, Ioſiæ succedit Ieconias, & Ioachas eius filius, mensibus tribus & decem diebus. Eum Nechao rex Ægypti vinctum abduxit in Ægyptum, cùm pro eo constituisset Regem fratrem eius Ioachim, tributarium regionis, annis vndecim. Post eum Ioachim eiusdem cum eo nominis, regnauit tribus mensibus. Deinde Sedechias annis vndecim, & ad eum vsque peruenit prophetans Hieremias. Prophetarunt autem & Baruch & Vrias filius Samei, & cum eo Abacum. Hic accipiunt finem Hebræi Reges. Fuere reges a Moyse*



*Moysi quidem ortu vsque ad hanc transmigrationem, vt nonnulli quidem dicunt, anni nongenti septuaginta duo: ex accurata autem & exacta chronographia, mille octoginta nouemque, sex menses, decem dies. A regno autem Dauidis vsque ad captiuitatem quæ facta est à Chaldæis, anni quadringenti quinquaginta duo, menses sex: vt autem colligit nonnulla accurata temporum supputatio, quadringenti anni octoginta duo, menses sex, decem dies. e In duodecimo autem anno regni Sedechiæ, Nabuchodonosor septuaginta annis ante principatum Persarum, aduersus Phœnices & Iudæos bellum gessit, vt dicit Berosus in historia Chaldaicis. Ioabas autem scribens de Assyriis, fatetur se à Beroso sumpsisse historiam, verá esse quæ ab eo dicuntur testificans. Nabuchodonosor ergo excæcatum Sedechiam deducit Babylonem, & totum facit populum transmigrare. Fuit autem hæc captiuitas septuaginta annis, paucis exceptis, qui confugerunt in Ægyptum. Prophetarunt autem etiam tempore Sedechiæ Hieremias adhuc & Abacum. Quinto autem anno eius regni Babylone prophetauit Ezechiel. Post quem Naum Propheta. Deinde Daniel. Rursus verò post eum prophetarunt Aggæus & Zacharias, primi Darij tempore, duobus annis. Post quem qui fuit Malachias, Angelus. Post Aggæum autem & Zachariam Neëmias, qui fuit princeps po- Malachias ab Hebræis vocatur Angelus. pulorum Artaxerxis, filius autem Acheli Israelitæ, ædificauit ciuitatem Hierusalem, & templum exstruxit. In hac captiuitate fuit Esther & Mardocheus, cuius habetur liber, sicut & Machabæorum. In hac captiuitate cùm statuam adorare noluissent Misael, Ananias & Azarias, iecti in fornacem ignis, seruati sunt apparente Angelo. f Tunc per Draconem inclusus Daniel in lacum leonum, ab Abacuc diuina prouidentia nutritur, septimo die seruatur. Hic etiam factum est signum Ionæ, & Tobias per Raphaelem Angelum Sarā ducem suum cum dæmon septem primos eius procos sustulisset: & post nuptias Tobiæ, pater eius Tobias visum recipit. Hic Zorobabel cùm aduersarios vicisset sapientia, emit à Dario renouationem Hierusalem, & cum Esdra rediit in patriam, per quem facta populi redemptio, & diuinorum spiratorum eloquiorum recensio & renouatio, & pascha saluatore celebratum est, & sanctæ affinitas quæ Hebræis interceſſerat cum alienigenis. Publico autem præconio proclamauit Darius Hebræorum restitutionem. Cùm autem Darij tempore effectum esset quod promiserat, celebratum festum Encæniorum, sicut etiam Tabernaculorum. Fiunt autem anni omnes cum annis captiuitatis vsque ad populi restitutionem, ab ortu quidē Moysi, anni mille trecenti quinquaginta quinque, menses sex, decem dies. A regno autem Dauid, anni, vt nonnulli quidem, trecenti quinquaginta duo: vt autem dicam accuratius, quingenti septuaginta duo, menses sex, decem dies.*

## COMMENTARIVS.

QVIS AUTEM VM *est autem cum in hunc locum deuenerimus.* Moysi primo Iudæorum duci, & datis à Deo nouis legislatori succeſſerunt Iudices, quorum alij electi sunt à senioribus, alij autem, & ad reprimendum populum, & à captiuitate, qua ab alienigenis propter eorum peccata, Deo ita permittēte opprimebantur, liberandō, à Deo sunt inspirati & incitati. Eos omnes sicut & Moysem, vocat Clemens. Prophetas, quod quæ ab eis fiebant futurorum aliquam significarent prædictionem. Quæ autem hic scripta sunt de aliis quibusdam ex his quæ à Iudicibus gesta sunt succincta historia, quæ quidem sumpta est non ex Hebræo, sed ex editione Septuaginta. Quæ quidē licet, quod ad rei veritatem attinet ab Hebræo minime discrepet, sæpe tamen in eis nonnihil mutata sunt nomina propter linguæ Hebreæ & Græcæ varietatem & diuersam pronunciationem, & nonnunquam non est eadem ratio temporum. Vt ex his enim similitudinē numerum, cum & temporis iniuria & scriptorum nimia negligentia, in Septuaginta versionē multa sint mutata quæ in veritate Hebraica eadē semper sunt & integra. Hinc accidit quod in Hebraeis & Græcorum qui Septuaginta sequuntur cronologia magna sæpe sit differentia. Primus Iudex qui Hebræi dicunt Iosuas, Græci autē seniore, & aptiore linguæ sue sono Iesous, id est Iesum appellāt, populo fuit, vt Septuaginta quidem habet versio 67. annis, vt autem Hebraica veritas 68. Primus Iudex tribus Iuda fuit, vt Septuaginta habet versio, Gothoniel, vt Hebraica autē veritas, Othoniel. Is fuit Chusarsathaim rege Mesopotamiæ Chusauratha, vt habent Hebræi, vt Septuaginta autem, Chusacan cui pro peccatis Iudæorum octo annis tradi- tus erat populus, populo præfuit, vt est in versione Septuaginta, quinquaginta an-

nis, vt autē in veritate Hebraica quadraginta. Aod autem qui occiso Eglom rege Moabitarum liberauit populū, præfuit Iudæis octoginta annis, in quo consentit & septuaginta versio, & Hebraica veritas. Caterorū Iudicū & eorum inter regnorum chronologiam vide apud Eusebiū in Eusebij Cæsariensis Chronicis, à D. Hieronym. versi & in G. Genebrardi Theologi Parisiensis & literatū Hebraicarū peritus chronographia, & Nicolai Beguini Remensis ciuis & Canonici in suo Apostolico Calendario temporis supputationem vsque ad Christū. Quod autē legitur in litera Clementis, Abimelech fuisse Boleam filium Bedam, & ex Hebræo & ex versione Septuaginta est perspicuum esse legendum Boleā, sed Tholam filium Phua filij Dodo, vel patrui eius scilicet Abimelec. Iair autem ne memoretur idem Clemens. Hebræi autē dicunt eum præfuisse 22. annis. Quos autem Iudices deinceps sequentes recenpellat Clemens, Arathā, Ebrom, Eglon, ex veritate Hebraica sunt vocandi, Abessam, Ahialom, Abidon. Abessam autē Eusebius vocat Iesebon, Achialon, Laddon. Ex iis autem quę scribunt & Clemens & Eusebius, constat non satis expeditā esse temporis horum Iudicum supputationem. Post Laddon, inquit Eusebius. Hebræos in ditionem redegerunt alienigenæ annis 40. qui cōputantur temporibus Iudicum posteriorū secundum Iudæorum traditiones. Clemens autem dicit, Nonnulli autem septem annis Abdon tan coniungunt quatuor annos Ebrom.] Genebrardus autē, vt hanc soluat dubitationem sic scribit: Iudex fuit annis 22. Inde nullum ducem habuerunt vsque ad Iephten annis 18. Sed hæc relinquos etiam nanda iis quibus vacat hæc inquirere. In iis autem quæ sequuntur, cū nihil aliud contineant quam chronologiā, non est quod magnopere immoremur. Poterit enim lector per se eorum inire supputationem, imo tantū recognoscere vt quæ iam facta sit à Clemente. Qua omissa videndū est si præter eam aliquid occurrat quod sit dignum quod notetur. [b] *A temporibus autem Troianis vsque ad ortum Homeri.* De Homero sic scribit Eusebius in Chronicis, Homerus secundū quorundam opinionem his fuisse temporibus indicatur, nēpe Melanthij 15. regis Athenienſiū. Quanta autem de eo apud veteres fuerit dissonantia, manifestum esse poterit ex sequentibus. Quidam eum ex quibus Crates, ante descensum Heraclidarum nunc, Eratosthenes post centesimum annum Troianæ captiuitatis, Aristarchus Ionica emigrationis, aliq; post annū centesimum, Philochorus emigrationis Ionicæ tempore sub Archippo Athenarum magistratu & post captā Troiam annis 180. Apollodorus Atheniensis post 140. annū euersionis illius. Interierunt alij qui modico tēpore antequā Olympiades inciperent 400. retro annis Troianæ captiuitatis fuisse putent, licet Archilochus 23. Olympiades, & quintum Troianæ euersionis annum supputet. Horū adiungas quæ scribit Clemens, perspicuū erit non minorem esse controuersiam quando natus, quam qua vrbe natus sit Homerus. [c] *Euphorion autem in opere de Abadibus.* Sic scribit Herodotus lib. 1. Gygen regē Lydię Candaulem interfecisse, & stuprata eius vxore regno esse potitum. Hac fe etasse de causa mus fuit appellatus tyrannus, vt scribit Euphorion, Gygis autem sceleris luit postea pœnas Croesus abnepos. Rem autem ita esse gestam nec Plato secundo de republ. nec Cicero tertio de officiis mi mant. [d] *Post quem eius filius Iosias.* Quam pius fuerit Iosias, & veræ religionis zelator, & quanto odio

4. Reg. 23. buerit idololatriā, licet videre in libris Regū. Excelsa enim polluit, & contriuit statuas, & succidit lucos, repleuitq; loca eorum ossibus mortuorū. Eius autem pietas & zelus in Leuitico fuit prædicta à Deo. Destruā, inquit, excelsa vestra, & simulachra vestra. Cadetis inter ruinas idolorū vestrorū, & abominabitur vos anima mea, &c. Quod autē nostra versio habet; Cadet inter ruinas idolorū vestrorum. Septuaginta habent: ὁπόσον τὰ κῶλα τῶν ἀφανῶν ὑμῶν τὰ κῶλα τῶν εἰδώλων, id est, imponam membra hominum super membra idolorū: Targum verò Chaldæum, Dabo cadauera vestra super cadauera idolorum vestrorum. Quod ergo Deus prædixerat in Leuitico, id à Iosia fuit impletū. Post quē qui fuit in duodecim Angelis. Quo tēmpore prophetarint Prophetæ pulchrè ostendit Clemēs, cuilibet Regi suos assignās Prophetas. Hi pro certo habent 12. Prophetarū, vltimum prophetasse Malachiam. De eo autem quid bonū dicat Hieronymus videre licet in proœmio Cōmentarij in eundē Malachiam. Malachi, inquit nostra, septuaginta trāstulerunt τῷ ἀγγέλῳ αὐτοῦ, id est Angeli eius, dicentes, assumptio Verbi Domini super hoc in manu Angeli eius, pro quo in Hebraico legitur Malachi, quod rectius & expressius dicitur Angelus, id est nuncius meus. Nec putandū est iuxta quorundam opinionem Angelum venisse de cælo, & assumpsisse corpus humanum, vt Israeli, quæ à Domino mandata sunt loqueretur, &c. Hic ergo Malachias Angelus diceretur, non erat tamen Angelus qui è cælo descenderat, sed dictus est Angelus, id est nuncius, qui mandata Dei nunciaret. [e] *In duodecimo anno regni Sedechiæ.* De Beroso diximus in oratione exhortoria ad gentes. [f] *Tunc per Draconem iniectus Daniel in lacum leonum.* Existimo etsi refragetur vniuersa habemus exemplar, non per Draconem, sed per Darium esse legendum. Nam iniici quidem iussit Darius, etsi id ægrè ferret. Quod si legatur per Draconem, intelligendum id fuisse factum instigatione Diaboli qui metaphorice Draco dicitur.

Dan. 9. [a] IMPLETA *sunt ergo à captiuitate quæ tempore Hieremiæ Prophetæ fuit Babylone, ea quæ à Propheta Daniele dicta sunt, quæ sic habent: Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super populum tuum, & super ciuitatem sanctam tuam, vt consummetur peccatum, & vt obsignet peccata & deleat iniquitates, & vt expiet, & vt aget iustitiam sempiternam, & obsignet visionem & prophetam, & vngat sanctum sanctorum. Et cognosces & intelliges ab exitu sermonis, vt respondeas, & ædifices Hierusalem. Vsque ad Christum Ducem hebdomades septem & hebdomades septuaginta duæ erunt, & conuertetur & ædificabitur platea & murus, & inanientur tempora, & post sexaginta duas*



*duas hebdomadas exterminabitur chrisma, & iudicium non est ipsi, & ciuitatem & sanctum destruet cum Duce veniente. Excidentur in inundatione, & vsque ad finem belli abbreuiati deletionibus. Et confirmabit testamentum multum hebdomade vna, & in dimidio hebdomadis tolletur sacrificium meum & libamen, & in templo abominatio desolationum, & vsque ad consumationem temporis, consumatio dabitur in desolationem. Et dimidium hebdomadis cessare faciet thymiama sacrificij: & expansio destructionis vsque ad consumationem & instar destructionis libaminis. Quòd itaque in septem hebdomadibus ædificatum sit templum, hoc clarum est. In Esdra enim scriptum est: Et sic fuit Cyrus rex duce Iudæorum, cùm impletæ essent septem hebdomades in Hierusalem, & septuaginta duabus hebdomadibus quieuit vniuersa Iudæa, & fuit absque bellis, & Dominus noster Christus sanctus sanctorum cùm venisset, & visionem implesset & prophetam, in carne vnctus est patris sui spiritu. In his sexaginta duabus hebdomadibus, quemadmodum dixit Propheta, & in vna hebdomade, Dominus dimidium hebdomadis temporis Nero regnans, & in sancta ciuitate Hierusalem statuit abominationem: & in dimidio hebdomadis, & ipse sublatus est, & Otho & Galba & Vitellius. Vespasianus autem imperium obtinuit, & Hierusalem diruit, & sanctum desolatum reddidit. Et quod adhuc sic habeant, ei qui potest quidem intelligere, clarum est, sicut dixit Propheta. Cùm autem impleretur vndecimus annus, in principio sequentis, regnante Ioachim, facta est captiuitas Babylonica à rege Nabuchodonosor, cùm septimo iam anno rex esset Assyriorum, Varreus autem secundo anno esset rex Aegyptiorum, Philippus autem magistratum primum gereret Athenis, primo anno quadragesimæ octauæ Olympiadis. Mansit autem captiuitas annis septuaginta; vt quæ cessarit anno secundo Darij Hystaspis filij, qui fuit rex Persarum, Assyriorum & Aegyptiorum, cuius tempore, vt prius dixi, Aggæus & Zacharias, & qui fuit ex duodecim Angelus, prophetauere. Erat autem Pontifex Iesus Iosedec filius. In secundo autem anno regni Darij, quem dicit Herodotus Magorum dissoluisse tyrannum, mittitur Zorobabel filius Salathiel, vt excitet & exornet templum quod erat Hierosolymis. Colliguntur autem sic quoque Persarum tempora. Cyrus annis triginta: Cambyses nouemdecim: Darius quadraginta sex: Xerxes viginti sex: Artaxerxes quadraginta & vnum: Darius octo, Artaxerxes quadraginta duos: Ochus vel Arses, tres. Colliguntur autem simul anni regum Persarum ducenti triginta quinque. Cùm hunc tulisset Darium sustulisset Alexander Macedo, ijs annis qui sunt adiecti regnare incipit. Similiter ergo Macedonum quoque Regum tempora sic colliguntur. Alexander annis decem & octo: Ptolemæus Lage filius, annis quadraginta: Ptolemæus Philadelphus annis septem & septem: deinde Euergetes, annis viginti quinque: deinde Philopater, annis septemdecim: post quem Epiphanes, annis viginti quatuor: ei succedit Philomater, & regnat annis triginta quinque: post quem Fuscon, annis viginti nouem: deinde Lathurus, annis triginta sex: deinde qui fuit cognominatus Dionysius, annis viginti nouem: postremus tenuit Cleopatra viginti duobus annis. Post quam fuit regnum Cappadocum octodecim horum. Fiunt ergo simul coniuncta Macedonum tempora, anni trecenti duodecim, dies octodecim.* [b] *Ostenditur ergo eos qui tempore Darij Hystaspis filij secundo anno eius regni prophetauere, nempe Aggæum & Zachariam, & Angelum qui fuit ex duodecim, non in primo anno quadragesimæ octauæ Olympiadis prophetarint, esse Pythagoræ antiquiores, qui fertur fuisse sexagesima secunda Olympiade: & Thalete, qui ex Græcorum sapientibus fuit antiquissimus, qui fuit circa quinquagesimam Olympiadem. Qui autem cum Thalete connumerati sunt sapientes, fuerunt eodem tempore, vt ait Andron in Tripode. Heraclitus enim cum esset Pythagoræ posterior, eius in suis scriptis meminit: vnde*

dimidium testamentum pactum.

citra controuersiam, ætate eorum qui prius dicti sunt Prophetarum simul cum ijs etiam qui septem dicuntur sapientes, antiquior fuerit prima Olympias, quæ etiam ostenditur post se Iliacis posterior, quadringentis septem annis. Facilè ergo potest perspici, Solomonem qui fuit tempore Menelai (is autem fuit temporibus Troianis) fuisse Græcorum sapientibus multis annis antiquiorem. Eo autem rursus quot sit annis prior Moyses, in ijs quæ antè dicta sunt à nobis declaratum est. Alexander autem qui Polyhistor, hoc est, Multiscius, cognominatus, in suo opere de Iudeis, aliquas scripsit epistolas, Solomonis quidem & ad Vaphrem regem AEgypti, & ad regem Phœniciæ Tyriorum, & eorum ad Solomonem, in quibus ostenditur quidem Vaphrem octoginta millia virorum AEgyptiorum ei misisse ad templi ædificationem: alterum autem totidem cum architecto Tyrio, ex matre Iudea, ex tribu Dauid, vt illic scriptum est, cui nomen Hyperon. Quinetiam Onomacritus Atheniensis, cuius dicuntur esse poemata quæ Orpheo adscribuntur tempore principatus Pisistratidarum, circa quinquagesimam Olympiadem inuenitur. Et Orpheus Musæi populus qui vnà cum Hercule nauigauit. Amphion autem duabus generationibus priùs Iliaca. Demodocus verò & Phemius, post Troiam captam: ille quidem apud Phæacas, hic verò apud Procos, propter artem pulsandi citharam in magna erant existimatione. Ea verò quæ Musæi referuntur esse responsa, aiunt esse Onomacriti. Cratetem verò Orphei, Zopyri Heracleotæ, & descensum aiunt inferos esse Prodici Chij. Ion autem Chius in elegrammis refert Pythagoram hoc quoque Orpheo tribuere. Epigenes autem in ijs quæ scripsit de poesi quæ refertur ad Orpheum, dicit esse Cercopis Pythagorei descensum ad inferos, & sacram orationem: peplum & autem & Physica, Brontim. Porrò autem nonnulli quoque Terpandrum inter priscos referunt. Hellanicus certè cum refert fuisse tempore Medæ. Phanias autem ponens Lesbien Lesbium ante Terpandrum, refert Terpandrum Archilocho recentiorem, Lesbien autem concertasse cum Arctino & vicisse. Xanthus autem Lydius circa octauamdecimam Olympiadem. Vt autem Dionysius, circa quintam decimam Olympiadem Thasum fuisse conditam, vt sit consentaneum iam cognitum fuisse Archilochum post vicesimam Olympiadem. Meminit certè & Magnetum eius quod paulò antè fuerat. At fertur quidem Simonides fuisse tempore Archilochi: Callinus autem non multò antiquior. Magnetum enim qui perierant meminit Archilochus. Hic verò, vt quorum essent res secundæ, meminit. Eumelus autem Corinthius cum esset antiquior, dicitur peruenisse vsque ad Archiam qui condidit Syracusas. Et hæc quidem tradicta sum vt dicerem, quod maximè quidem inter vetustissimos Poëtas ponatur Orpheus.

[c] Iam verò inter Græcos quoque dicuntur fuisse multi qui responsa dederunt, sicut Bacides: vnus quidem Bœotius, alter verò Arcas, qui multa multis prædixerunt. Athenensis autem Amphileti consilio Pisistratus quoque confirmauit tyrannidem, cum ei innotuisset tempus significasset. Taceatur enim Cometa Cretensis, Cyniras Cyprius, Admetus Thessalus, Aristhæus Cyrenæus, Amphiaraus Atheniensis, Timotheus Corcyreus, Demenetus Phocensis, Epigenes Thespiensis, Nicias Carystius, Aristo Thessalus, Dionysius Carthaginensis, Chleophon Corinthius. Hippo filia Chironis, & Bœo, & Nauto, & Sibyllarum turba, Samia, Colophonia, Cumana, Erythræa, Phygo, Tarasandra, Macetis, Thessala, Thesprotis: & rursus Chalcas & Mopsus qui fuerunt Troianis temporibus: antiquior autem Mopsus, vt qui nauigaret vnà cum Argonautis. Aiunt autem Battum Cyrenæum composuisse eam quæ Mopsi dicitur diuinationem. Et Dorotheus in primo libro qui inscribitur Pandecta, refert Mopsum adijsse Alcyonem & Coronem.

[d] Præscientiæ autem Pythagoras quoque Magnus semper mentem adhibuit, & Abaris Hyperboreus, & Aristæus Proconnesius, & Epimenides Cretensis qui venit Spartam, & Zoroaster



& Zoroaster Medus & Empedocles Agrigẽtinus, & Phormio Lacon. Quinetiam Polyarchus Thasius, & Empedotimus Syracusanus, & post hos maximè Socrates Atheniensis. Est autem mihi, inquit in Theage, quod ab ineunte ætate diuina sorte accidit, signum dæmonis. Id autem est vox, quæ vbi fuerit edita, retinet ne faciam quod sum facturus, hortatur autem nunquam. Et Excestus Phocensium tyrannus duos gestans [e] incâtatos annulos, qui inter se inuicem pugnabant, ad eos adhibebatur sonitu, sciebat tempus rerum gerendarum, mortuus tamen est dolo interfectus, cum esset id ei prius significasset, vt dicit Aristoteles in opere de Repub. Phocensium. Quinetiam ex ijs qui aliquando fuere homines in Ægypto, opinione autem hominum Dij fuerunt. Hermes Thebanus, & Aesculapius Memphitanus, & rursus Tiresias & Manto Thebes, vt dicit Euripides. Iam Helenus & Laocoon & Oenone & Brenus in Ilio. Crenus autem vnus Heraclidarum dicitur insignis vates, & Iacus alius in Elide, à quo Iacidæ, & Polydes Argis & Megaris, cuius meminit Tragœdia. Quid opus est recensere Telemum, qui fuit esse vates Cyclopum, prædixit Polyphemo ea quæ in errore Vlyssis euenerunt: aut eum qui ait Athenis Onomacritum: aut Amphiaraum, qui cum septem qui aduersus Thebas bellum tulerunt, fertur Troia capta vna generatione fuisse posterior: aut Theoclymenum in Cephalenia, aut Telmessum in Caria, aut Galeum in Sicilia? Præter hos autem fuerint etiam alij illum qui fuit cum Argonautis, Phemonoë Delphis, Mopsus Apollinis filius, & Mantium Pamphylia, & Amphilochus Amphiarai filius in Cilicia, Alcmeon apud Acarnanes, Amphion Delo, Aristander Telmessensis, qui fuit cum Alexandro. Iam verò Philochorus, in primo de diuinatione, refert Orpheum fuisse Vatem. Theopompus autem & Ephorus & Timæus Orthagoram quemdam Vatem fuisse scribunt, quemadmodum Pythocles Samius in quarto rerum Italicarum Caium Iulium Nepotem.

## COMMENTARIVS.

[a] Inuenta *sunt ergo.* Nihil est quod Iudæorũ magistrũ cõuincat petulantiã quã hæc Danielis septuaginta hebdomades, quæ eo tẽpore Christũ venturũ qui venit significarunt. Quodquidem fuit adeo perspicuum, vt Iudæi omnia quærentes subterfugia nullũ inuenerint per quod id possent inficiari. Harum hebdomadum supputationem & interpretationem quærę apud D. Hieronymũ in 9. caput Danielis, vbi omnium erat earũ interpretes, & inter cæteros nostrũ Clementem. Eius autem hæc sunt verba, Clemens vir eruditissimus Presbyter Alexandrinæ Ecclesiæ, parùm pendens annorũ numerũ à Cyro rege Persarum vsque ad Vespasianũ & Titum Imperatores Romanos, septuaginta annorum hebdomadas dicit esse completas, sed annos quadringentos nonaginta, additis in ipso numero duobus millibus trecẽtis diebus, de quibus supra diximus: Persarumq; & Macedonum, & Cæsarum tempora in his hebdomadibus enumerentur, eã iuxta diligentissimam supputationem, à primo anno Cyri regis Persarum & Medorum qui imperauit & Darius, vsque ad Vespasianũ & euersionem templi, supputẽtur anni sexcẽti triginta sex. Hæc Hieronymus qui existimat nõ fuisse exactã Clementis supputationẽ, qui tamen sedule egit vt pertectam afferret temporis rationem, sed fieri potuit vt non satis esset correctũ exemplar Clementis quod habuit Hieronymus; suspicor quidẽ certe nõ errare mendo quod Græce legitur, ὁ σωτὴρ ἡμῶν ἐδίδαξεν ὡσεὶ ἐπὶ τὸ πλῆθος τὸν χρόνον ἑβδομάδι τῇ δανιὴλ τὸ τέλειον τῶν ἐτῶν ἑξήκοντα δύο. Quod sic verti. In his sexaginta duabus hebdomadibus, quemadmodũ dixit Propheta & in vna hebdomada Dominum diũ hebdomadis tenuit Nero, &c. Hæc quidem sic verti non satis intelligens, quid sibi vellet, & cupiens hunc locũ in integrum restitui. Quod autem Danielis hebdomadarũ numerus vel abundaret vel deficere, causæ possunt esse variæ. Earum enim principium sumunt aliqui à Cyro primo Iudææ libertatis assertore: alij à Dario Longimano, quo secundo authore & assertore templũ quod fuerat quidẽ cœptũ sed perfici prohibitum, fuit omnũ ex parte perfectum. Alia quoq; fuit causa, dierum intercalatio quæ annis addebatur lunaribus, vt cũ annis solaribus congruerent, quos dicit Hieronymus in Ezechielem Clemẽtis fuisse mille & trecentos dies. De his vide Theodoretũ in hoc caput 9. Atque Perizonius quidem tempora diligenter enumerat, sed non tam exactè, quam Genebrardus in suis Chronicis, & Nicolaus Beguinus Remensis & Ciuis & Canonicus in suo Calendario Apostolico. Ad eos ego lectorẽ remitto. Regã quoque Ægypti & seriem & tempora diligenter recenset, sed regni Cappadocum quod Cleopatræ subijcit dicitq; fuisse tantum 18. dierum nõ memini me alibi factam legere mentionem. Cæterũ usque ad Vespasianum & Titum quod nomina sola recenseat, tempora autem non supputet, hanc puto esse causam, quod Christo passo imperante Tiberio, impletæ erant hebdomades, sed nondum omnia erant mandata quæ mox erant futura. A Deo iam erat vnctus Christus sanctus sanctorũ, eius sacrificia iam erat institutum: abrogatæ legi veteri iam succesſerat noua. In Iudæa quidem iam prædicata erat Euangelia, restabat vt per vniuersum orbem terræ hæc promulgarentur. A Iudæis in seipsos la-

ta, qua Christi sanguinem in se & in suos filios conuertendũ sunt imprecati, sententia à Deo erat approbata, sed captis demum Hierosolymis in ipsos erat exequenda, quod euenit Vespasiano & Tito imperantibus. Hæc mea est coniectura cur Clemens prætermissis Imperatorũ temporibus, eorum tantummodo nomina & regiones scripserit: vera ne sit, aliorũ esto iudicium, magnas habiturus gratias si quis aliam ei attulerit meliorẽ. Ego quidem certe in hac sum sententia vt existimẽ Christo iam passo & è mortuis resurgente impletas esse Danielis hebdomadas, licet nondum impleta quæ postea eis accesserunt, & sunt accessura.

[a] *Ostenditur ergo eos qui tempore Darij.* Quæ de Danielis hebdomadibus dixit Clemens, non ob aliud dixit quam vt ostenderet Hebræorũ Prophetas Græcorũ sapientibus & scriptoribus esse multo antiquiores. Memor ergo sui instituti, Aggæũ & Zachariam & Malachiam quem vocat Angelũ, dicit Pythagoræ Thalete, qui omniũ sapientum Græcorum fuit antiquissimus, longè fuisse antiquiorem. De Vate Ægypti & Hypero rege Phœniciæ quid ad Solomonem scripserũt epistolas nihil alibi legi. Ornatum Athenienses meminit Pausanias in Atticis, in duobus aut tribus locis, sed quod eius aliqua opera tribuerit Orpheo ne verbũ quidẽ, nec quod quæ ferũtur Musæi respõsa, sint Œnomacriti. De Demodoco autem & Phemio cãtoribus, quorũ ille quidẽ, nẽpe Demodocus, canebat apud Phæacas, hic verò apud Penelopes, vide apud Homerũ in Odyssea, & apud Eustathiũ in Cõmentario in tertiũ libri Odyss. ostendit quantũ iuuent boni Poëtæ ad cõponendos mores hominũ, maximè autem mulierũ. Multa autem de quibus hic loquitur Clemens, penes authorẽ fides sit oportet. Nam vt eorum opera, ita eorum nomina penitus interiissent, nisi Clemẽs suis scriptis ea vindicasset ab interitu: nihil enim de iis alibi scriptũ inuenitur. Terpander quidem fuit insignis Musicus, de quo antea satis diximus. Eum in vicesimam septimam Olympiade statuit Eusebius in Chronicis. Eũ Clemens Archilocho dicit fuisse recentiorem, antiquiorem autẽ Leschen. Fuit autẽ clarissimus Iambographus Archilochus, sed Leschetis qui cum Arctino concertauit & vicit, sicut nec Brõtini, nec Arctini, nec eorũ quæ scripserũt, nemo quod sciam meminit. Eorũ tẽpora petẽda essent à Chronographis, sed & ea ab Eusebio qui solus fere restat ex antiquis Chronographis sunt prætermissa, & quæ habet Eusebius ea ipsa accepit à Clemente. De exitio autẽ Magnetis de quo scripsit & Archilochus & Simonides hæc narrat Suidas, nempe Magnetum Smyrnæorum formosissimũ, eundemque Poëtam egregium, obijsse ciuitates, & ab omnibus fuisse dilectum, maximè autẽ à Gyge Lydorũ rege. Quod cum parentes ægrè ferrent, eius comam totõdisse, vestesque quæ vsus est alioqui molliores & delicatiores lacerasse. Indignatus Gyges in eos bellũ mouit, vrbem expugnauit, & Sardes reuersus panegyricũ celebranit magnificentissimum. Porro autem de Eumelo Corinthio, qui & Archilocho & Simonide fuit antiquior, nihil vsquã legi. De Aschia autem Corinthio qui Syracusas condidit, & Corinthiorũ eo deduxit Coloniam sic scribit Strabo. Regionis Corinthæ Teneus est vicus, à quo est templũ Teneatis Apollinis. Dicitur autem Archiam Syracusas Coloniam dncentem multorũ Colonorũ numerũ eum inde secutũ, & hanc coloniam maxime omniũ postea floruisse, &c. Horum autem Poëtarum ideo meminit, quod Poëtę Cyclici, qui dicuntur etiã Dithyrambici fuerunt vetustissimi, vide Cœlium Rhodoginum. *Iam verò inter Græcos quoque dicuntur.* Cum hoc sit Clementis institutum Hebræos scriptores ostendat esse Græcis antiquiores, de Hebræorũ autẽ Prophetis multa dixerit, non adducit aliquot ex Græcis qui vates fuerunt & futura prædixerũt, vt eos ostẽdat fuisse fures & furones vt qui ex Hebræis qui eos præcesserunt sint suffurati. Primos autem adducit Bacides, quorum vnus Bœtus, alter vero Arcas: Cœlius autẽ Rhodiginus suo tamẽnõ citato authore tres dicit fuisse Bacchides ex quib[a] vnus tradatur Hellen, id est Græcus modo vel ex Bœotiæ Eleone, alius Athenẽsis, tertius Arcas. De Bacchide autẽ Bœotio sic scribit Pausanias in Phocicis. Vitos autẽ fatidicos cõmemorant, Cyparissiũ, Eucloũ, Athenienſem Musæũ Antiphemi filiũ, & Lycum Pandionis. Ex Bœotia item Bacchidẽ Mycalessiũ numine afflatũ fuisse aiunt. Horum omnium præter Lycum oracula ipse legi. Idem quoque adjungit responsa recitat, Ad ædificationem, inquit, Bacchidis oracula potissimum Epaminondam perpulere. Bacchis enim ex afflatu Nympharum furore percitus, tum aliis de Græcis, tum de Messenijs etiam vaticinatus. Idẽ rursus sic scribit in Phocicis. Quã verò aduersus Græcos suscepit barbarus expeditionem videre est Bacchidis oraculis esse prædictã. Hæc quidem Pausanias de Bacchide, sed de quonã Bacchide hæc dicat nõ satis constat. Quod autem Pisistratus Athenis tyrannidem inuaserit, cum ostẽtationẽ vulnerum sibi inflixerat vulneribus, à populo custodes impetrasset, satis constat, sed quod Amphilei Athenienſis cõsilio hoc fecerit, nõ memini me alibi legere. De Cometa Cretensi, Cynira Cyprio, Admeto Thessalo, cũm quod futura prædixerint & responsa dederint nusquã legi, i j mihi sunt, vt ipse iubet Clemẽs, tacendi. Aristeus Cyrenæus Apollinis & Cyrenes filius, à Nymphis didicit lac coagulare, melaq; oleum conficere, & ea traduxisse in vsus hominum, & apes ex visceribus bubulis reparandi rationem docuisse. Amphiaraũ Oiclei filium fuisse Augurem & vatem scribit Statius in Thebaide, qui cum lateret, ne ab Astio rege Argiuorum Thebas ad bellũ duceretur, in quo sibi esse moriendum præsciuerat, ab vxore proditus & inuitus ad bellũ tractus, in eo Bœotiæ loco qui postea Harma dictus est hiatu terræ est absorptus. Cœlius autẽ Rhodiginus dicit Pindaricos interpretes scribere, Argonautas tribus vsos esse vatibus, Mopso Ampycis, Idmone Abãtis, & Amphiarao Oiclei filio. De eo vt arbitror, intelligit Clemẽs, sed certè dicat fuisse Athenienſem nescio, nisi forte ideo dicat fuisse Athenienſem quod fuerit Salaminius: Salaminem enim esse suæ ditionis asserebant Athenienses Homerico versu moti in Catalogo nauiũ. Porrò autẽ ex Thimotheis qui permulti inueniũtur in historijs, nullum inuenio qui vates fuerit aut futura prædixerit: fuit tamen inter eos Thimotheus insignis musicus. Sed neq; vllus legitur Demenetus fatidicus, nec vllum vatem inuenio Epigenem, licet legatur Epigenes Sicyonius Tragicus, sicut etiã Aristeus. Sed nec vllus vates legitur Dionysius Carthaginensis, nec Cleophõ Corinthius. Inter fatidicas autẽ mulieres à Clemente prima recensetur Hippo, quam Chironis dicit filiam, sed eius nulla vsquam fit mentio. Hipponæ meminit Plutarchus in Parallelis quæ fortasse eadẽ est quæ Hippo, & Tertullianus in Apologetico. Dicta est autem esse dea equorũ & stabuli. Sed neuter dicit cuius fuerit filia. Inter cæteras quoq; nymphas



Oceaninas ab Hesiodo recensetur. Hippo in his versibus quos vertit Lilius Giraldus in suo de Deis syntagmate,

*Pythoque, Admeteque, Ianetheque Electraque*
*Dorisque primoque, atque vranie cœlestis*
*Hippoque Clymeneque, Rhodeaque Callirhoeque, &c.*

Cuiuscunq; autem fuerit filia, (nam etiã ex Equæ concubitu natam non desunt qui dicant) quod fuerit fatidica nemo dicit. De Boeo quoque fatidica mirũ est vbique silentium, eius certe nomen solum nobis est relictum, perituram penitus nisi Clemens id in suis scriptis seruasset. Manto autem Tiresiæ Thebani filia. Fuit autem & pater eius vates, & ipsa quoq; fatidica quæ post patris mortem Creontis fugiens eandem, primũ venit in Asiam, vbi templum condidit Clarij Apollinis: deinde in Italiam delata, ex Tiberi concubitu Ocnũ peperit, qui ad Eridani fluminis ripas vrbem in hodiernum vsque diem instituit, eamq; à nomine matris Mantuam appellauit. De Sibyllis non est quod amplius loquamur, de eis iam satis diximus. Qui plura volet quærat apud Lactantiũ, & beatum Augustinũ de ciuitate Dei. Fuit autẽ fuisse multas vno verbo ostendit Clemens, dicens Sibyllarũ turbam. De mulieribus autem quas Clemens subiũgit Sibyllis, nempe Phyto, Taraxandra, Macetide, Thessala, Thesprotide, hoc tantũ potui percũm diligenter quæsiuissem, nihil inuenisse. Fuerũt autem ijsdem temporibus nempe Troianis belli annis vates, nempe Mopsus & Calchas. Mopso certe certior olim dictus est qui futura certissime coniiciebat & prædicebat. De Calchante autẽ sic scribit Eustathius. In diuinãdi scientia celebris fuit Calchas, sed infelix fuerit eius exitus, qui cũ incidisset in Mopsum Tiresiæ nepotem circa Colophonem, & eundem arte fuisset superatus, dolore est mortuus, nempe qui caprifici ficuũ numerum nõ esset assecutus. Numero quidem erant decies mille, mensura autem modius, supereſſet autem vna ficus: & falsus esset in quæstione de sue, quæ tres habebat porculos, quorũ vna erat fœmina. Rem satis fuse explicauimus ad quem remitto lectorem. Quænam autem sit Alcione è Corone quas Clemens dicit Mopsi duisse nusquã scriptum me legere memini. *Præsentire autem Pythagoræi quoque magnus.* Recensuit autem vnos & mulieres qui olim diuinarunt & futura prædixerunt, nunc autem ne quis existimet præter solũ plebeios, enumerat etiam aliquot Philosophos qui futura præsciuerunt & prædixerunt. Primum nominat Pythagoram, quem futura prædixisse ipsum nominis etymõ arguit. Dictus est enim Pythagoras quod non minus vera diceret quam Pythia. Secundum Abarim Scytham Hyperboreũ: Ipse ab Apolline acceperat sagittam in quam cùm iãculabatur, ipse simul cum ea ferebatur, & populos citissimè transibat per eã responsa dabat. Ab Hyperboreis Athenas missus legatus, & ad eos reuersus, toto tempore nihil comedit, quod tamen fabulosum existimat Herodotus. Apollonius autem in admirabilibus auscultationibus dicit eũ prædixisse & terræ motus & pestem, & cum venisset Lacedæmonem eum quædã mulier prophetia spiritu aut diuino, καὶ θεοῦ πνεύματος ἀῤῥητου, id est, Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres ociosi: quod autem Spartam venerit non legi. Zoroaster Medus qui quarto loco recensetur statim natus fertur risisse, & artis Magicæ disciplinam tradidisse. Sed cum duo fuerint Zoroastri, dubium est de quorum intelligat, constat tamen vtrumque artem magicam docuisse, & vsum esse diuinatione. Empedocles autem ipse apud Laërtium qui vitam eius scripsit, dicit se esse & medicum & Vatem & Magum. Ea quidẽ habui quæ dicerem de aliquot Philosophis quos refert Clemens, de quibus aliquid extat & apud Laërtiũ & apud alios. Sed de Phormione Lacone, & Polyarato Thasio, & Empedotimo Syracusio, & cæteris quæ de eis scripta sunt nihil occurrit quod dicam. De Socrate autem quod ab ineunte ætate habuerit Dæmoniũ, quod ei significabat aut sibi aut suis aliquid mali euenturum nisi cauerent, & quod ab eo hortabatur, nunquam autem hortabatur, videre licet apud Platonem in Theage. Quæ autem hic refert Clemẽs sunt verba Socratis, qui deinde aliquot subijcit exempla suorũ familiarium, quibus male cessit quod à Dæmonio admoniti referente Socrate ne aliquid facerent, nõ paruerint. De Execesto autem Phocensiũ tyranno qui duos habuit incantatos annulos, quorum collisorum sonitu admonebatur semper rei gerendæ, cũ perierit liber Aristotelis de rep. Phocensiũ, oportet nos esse contentos testimonio Clementis. Incantatos autem annulos dici puto, qui etiam vocãtur Magici: de quibus vide Cœlium Rhodiginum lib. 6. cap. 12. [a] *Quinetiam ex iis qui aliquando fuere homines in Ægypto.* Alios recenset qui ob vim diuinandi & futura prædicendi potestate præditi. Qui ab hominibus in honore habiti, ab eisdem in Deos sunt relati, nempe ab Ægyptiis. Primũ nominat Hermen Thebanum, quem existimo illum esse Trismegistũ, quo de Deo nemo ex gentibus melius & sacris literis cõgruentius est locutus. Secundum dicit Æsculapium filium Apollinis ex Coronide Nympha quæ fuit Larissea. De Tiresia & Manto nequid statuam, fuerintne Thebani ex Thebis Bœotiis, an ex Thebis Ægyptiis. Sed si fuerint Bœotij, fuerint Tiresias Augur & Vates & mas & fœmina. De quo vide Ouidium in Metamorph. De Manto autem idem dominus. Sin Ægyptij, de iis nihil vsquam legi. Quod autem Helenus Priami filius fuerit vates optimus, satis testatur Homerus hoc versu,

οἰωνοῖσί τε πᾶσι μέγ' ἄριστος, id est,

Omnibus Helen' vates est qui optimus. De eo multa scribit Verg. in Æneid. De Laocoonte filio Priami & Hecuba, sacerdote Tymbræi Appollinis, qui ex equo Dureo primus Troianis prædixit exitium, vide Virgilij secundo Æneidos. Oenone vero fuit Nympha Idea quæ capta erat amore Paridis, eiúsque nauigationi prædixit fore vt reuertens secũ patriæ afferret incendium. De Breno, Creno, Iacho, Polyido & multis aliis quos hic recensẽt Clemens, quantumuis quæras vix alibi quidquam inueneris. Quod autem



*Homerus Odyss. 8.*

*Col. lib. 7. cap. 5.*

*Col. lib. 21. cap. 17. Paus. in Phoc.*

*Pausan. in Messeniis.*

*Diod. Sic. Plinius 15. Iustinus. Vergil. sub finem lib. 4. Georg. Col. lib. 2. cap. 15.*

*Col. lib. 29. cap. 15. Eustath. in 1. Iliad.*

*Herodot. lib. 4. Plin. lib. 7. cap. 52.*

*Titum v. Plin. 7, 16. lib. 3. cap.*

*Hom. Il. 3.*

Telemus Vates Cyclopum Poliphemo prædixerit futurum vt vno quem habebat oculo orbaretur ab Vlysse, testatur Ouidius his versibus,

Metam. 13. *Telemus Eurymides, quem nulla fefellerat ales*
*Terribilem Polyphemon adit, lumenque, quod vnum*
*Fronte geris media, rapies tibi, dixit, Vlysses.*

Herod. cap. 5. lib. 6. Onomacritus autē, teste Herodoto fuit Athenien sis χρησμολογος & Musæi diuinationum & sortium-cius, qui ab Hipparcho Pisistrati filio deprehēsus & Athenis eiectus cū Asclepiadis & Pisistratidis consulit vt aduersus Græcos bellū gereret, si quid prosperi erat futurum proferens, aduersa autem ve celans. De Amphiarao iam diximus, nec opus est vt sæpius repetamus. De Theoclymeno in Cephal nihil inuenio. Sed neque de Telmesso vate in Caria. Sed Telmessum oppidū Lyciæ, aut vt alij volunt Cariæ Aruspicum disciplina in primis fuisse clarum testatur Plinius lib. 5. cap. 17. Atianus quoque scri

Plinius. Cel. lib. 14. cap. 1. Volateran. lib. 16. comment. verb. puerorū & mulierum vaticinia ibi fuisse clarissima. De Galeo nihil alibi legi. Idmon autem qui cum Argonautis, erat filius Apollinis & Asteriæ, vaticinio clarus vt testatur Pherecydes apud Volaterranū. Ex Idmone autē & Testhia natus est Testor, ex Testore Chaleas. Phenemoen verò virginem dicit Pausanias in Phocaicis fuisse primā vatem Delphici Apollinis, & carmen inuenisse heroicum. Eius meminit Plinius, lib. 10. & Lucanus in 5. de Mopso Apollinis filio. Quæ diximus, non est quod repetamus. De Manteo non memini me aliquid legere. Quod Amphilochus fuerit Amphiarai filius, scriptum est apud Pausaniā in Corinthiacis, sed quod in Cilicia fuerit Vates nō legi, est tamen verisimile eum ab Amphiarao veluti hæreditariam habuisse diuinationem. Id ipsum quoq; dici potest de Alcmæone filio Amphiarai & Eriphiles qui matrem occidit, quòd ea latentem patrem ne moriturus iret in bellum, Adrasti uelasset, & pius quidem fuit in patrem, in matrem autem impius. Is non refertur in vates nisi propter quod eius pater Amphiaraus erat Vates. Clemens tamen dicit eum fuisse vatem apud Acarnanes. Porro autem quod Anius fuerit vates in Delo nusquam legi. Sed quod Anius fuerit in Delo & Rex & Sacerdos Apollinis, testatur Vergilius inducens Æneam sic loquentem,

*Rex Anius, rex idem hominum Phœbique Sacerdos,*
*Vittis & sacra redimitus tempora lauro.*

occurrit. Quod Aristander quoque vates fuerit cùm Alexandro, testatur Plutarchus in vita Alexandri. Clemens autem dicit eum fuisse Telmessensem. Quod si ita est, non est mirum si esset Vates, cùm tota esset oppido in quo puerorum & mulierum certissima essent vaticinia, vt scribit Arrianus. Atque quod Orpheus quidem Poëta fuerit insignis consentiunt omnes qui de eo scripserunt, quod verò eum Vatem seu diuinator hic discimus ex Clemēte qui suum authorem citat Philochorum. De Orthagore vero nescio, & C. Iulio Nepote quos Clemens citat authores, non extant, nec sunt alij qui de iis scripserit. Quare vt in iis alibi quærendis non sit frustra laborandum.

Corinth 2. † quemlibet quæuis. * Græcè, ὁ τῶν συλλογισμῶν, sed lego ὁπὸ λογισμῶν, qui præerat rationibus. Vel forsan fuit etiam poterit, ὁ τῶν συλλογισμῶν, qui syllogismos supple faciebat, quemadmodum Magi & sapientibus disputandi inuictus defuerit.

† Græcum exemplar habet πρὸ τῆς συγχύσεως τοῦ ἀνθρώπου, id est, ante Sothiacam reuolutionem. De ea autem meminit Plutarchus in quæstionibus conuiualibus. Existimo autem scripsisse Clementem πρὸ τῆς ἰναχου ἐκπύρωσεως, id est, ante captam Troiam. Ab Inacho enim ad captam Troiam intercessere plus quam quadringenti anni, vt ipse prius dixit. * Græcè habet τριακοσιογενεαν, sed lego Thamyris.

[1] SED *illi quidem fures omnes & latrones, vt dicit scriptura, vt qui plurima ex inspectione & ex verisimilibus prædixerint, sicut medici & Vates † qui coniectant ex diligenti & accurata inspectione naturæ, alij autem vt qui sint à dæmonibus incitati, vel per aquas, & suffitus, & aerem aliqua qualitate præditum, perturbati. Apud Hebræos autem Dei virtute & inspiratione, ante legem quidem Adam, qui in muliere & annominatione futura prædixit: & Noe, qui prædicauit pœnitentiam. Abraham, Isaac & Iacob, qui apertè non pauca ex futuris & ijs quæ iam instabant præsignificabant. Cum lege autem Moyses & Aaron, post quos prophetauere Iesus filius Naue, Samuel, Gad, Nathan, Amæas, Iehu, Helias, Michæas, Abdiu, Eliseus, Abdadone, Amos, Esaias, Osee, Ionas, Ioel, Hieremias, Sophonias, Buzi, Ezechiel, Vrias, Abacum, Naum, Daniel, Misael* qui præerat rationibus, Aggæus, Zacharias, & qui erat ex duodecim Angelus. Sunt autem omnes Prophetæ xxxv. Ex mulieribus autem (nam eæ quoque prophetabant) Sara & Rebecca, & Maria, Debbora, & Olda. Deinde circa eadem tempora prophetauit Ioannes vsque ad baptismum salutarem. Post Christi autem ortum, Anna & Symeon, Zacharias enim pater Ioannis, ante filiū quoque in Euangelio dicitur prophetasse. Ab alto ergo à Moyse colligamus Græcorum cronographiam. Ab ortu Moysis vsque ad Iudæorum ex Ægypto exitum, anni octoginta: & qui fuerunt vsque ad eius mortem alij quadraginta. Hebræorum exitus tempore Inachi † ante Sothiacam reuolutionem, egresso ex Ægypto Moyse annis prius quadringentis quadragintaquinque. A Moysis autem principatu, & Inacho vsque ad inundationem Deucalionis, secundum, inquam, diluuium, & incendium Phaetontis, quæ quidem tempore Crotopi acciderunt, enumerantur * quatuor generationes. Ad centum autem annorum numerum reducuntur tres generationes. Ab inundatione autem ad*



*eam ad Ilii incendium, & ferri inuentionem, & Idæos Dactylos, anni septuaginta tres, & ab Ilii incendio vsque ad raptum Ganymedis, anni sexaginta quinque. Hinc autem ad Persis expeditionem, quando etiam Glaucus Isthmia statuit propter Melicertam, anni quinquaginta. A Persei autem expeditione ad Troiam conditam, anni trigintaquatuor. Hinc ad Naues quæ Argo dicta est nauigationem, anni sexagintaquatuor. Ab eo ad Theseum & Minois annos anni xxxij. Deinde ad eos septem qui Thebas oppugnauere, anni decem. Ad Olympicum autem certamen quod instituit Hercules propter Pelopem, anni tres: & Amazonum Athenas expeditionem, & Helenæ raptum à Theseo, anni nouem. Hinc ad Herculis relationem in Deos, anni vndecim. Deinde ad Helenæ raptum ab Alexandro, anni quadraginta. A Troia autem capta ad Æneæ descensum, & conditum Lauinium, anni decem, & ad Ascanij imperium anni octo: & ad Heraclidarum descensum, anni sexaginta vnus: & ad primam Olympiadem, anni trecenti tringinta octo. Eratosthenes autem tempora sic describit. A capta quidem Troia ad Heraclidarum descensum, anni octoginta. Hinc autem ad conditionem Ionicam anni sexaginta. Quæ autem deinceps consequuntur, ad Lycurgi quidem tutelam, anni centum quinquaginta nouem. Ad annum autem qui prima præcedit Olympia, annorum octo. A qua Olympiade ad transitum Xerxis anni ducenti nonaginta septem: ad principium Peloponnesiaci, anni quadraginta octo: & ad cladem quam à Lacedæmonijs accepere Athenienses, anni viginti septem: & ad pugnam Leuctricam anni xxx. Post quam ad Philippi mortem, anni xxxv. Post hæc autem ad Alexandri obitum, anni vndecim. Rursus à prima Olympiade nonnulli dicunt ad Romam conditam colligi annos xxxiij. Hinc ad Babylonis à Dario euersionem anni circiter ducenti quadraginta tres. A capta autem Babylone ad mortem Alexandri, anni centum octoginta sex. Hinc ad victoriam Augusti, quando Antonius sibiipsi mortem conscisuit Alexandriæ, anni ducenti nonaginta quatuor, cùm tunc esset Augustus iiij. Consul. A quo tempore ad certamen quod Romæ exhibuit Domitianus, anni centumquatuordecim. A primo autem certamine, vsque ad tempus Commodi, anni centum vndecim. Sunt autem qui à Cecrope quidem vsque ad Alexandrum Macedonem, colligunt annos mille octingentos viginti octo. A Demophonte autem, mille ducentos quinquaginta: & à Troia capta ad descensum Heraclidarum, annos centum viginti, vel clxxx. Ab eo vsque ad Euenetum Athenis summum gerentem magistratum, cuius tempore dicunt Alexandrum traiecisse in Asiam, vt Phanias quidem, anni septingenti quindecim: vt Euphorus autem, septingenti trigintaquinque: vt autem Timæus & Clitarchus, octingenti viginti: vt autem Eratosthenes, septingenti septuaginta tres: vt autem Duris, à Troia capta ad Alexandri in Asiam aduentum, anni mille. Hinc ad Euenetum qui Athenis summum gerebat magistratum, cuius tempore obijt Alexander, anni xj. Hinc ad imperium Germanici Claudij Cæsaris, anni trecenti lxv. A quo tempore manifesti sunt anni, qui colliguntur vsque ad mortem Commodi. [b] Post Græca autem quæ etiam ex barbarorum supputatione, maxima tradenda temporum spatia. Ab Adam quidem vsque ad diluuium colliguntur anni bis mille centum quadraginta octo, dies quatuor. A Seth autem vsque ad Abraam anni mille ducenti l. Ab Isaac autem vsque ad terræ diuisionem, anni sexcenti sedecim. Deinde à Iudicibus vsque ad Samuelem, anni quadringenti sexagintatres, menses vij. Et post iudices anni regnorum quingenti septuaginta duo, menses sex, dies x. Post quæ tempora, Persici regni anni ducenti xxxv. Deinde Macedonici vsque ad mortem Antoni, anni trecenti duodecim, dies decem & octo. Post quod tempus regnum Romanorum vsque ad mortem Commodi, anni ducenti viginti duo. Et inde à captiuitate septuagenaria, & populi in patriam terram restitutione, ad captiuitatem quæ fuit tempore Vespasiani, colliguntur anni cccc x. Postremo autem à Vespasiano*

xxxvij. b. diar.

vsque ad mortem Commodi inueniuntur anni centum viginti vnus, menses sex, dies viginti quatuor. [c] Demetrius autem dicit in libro de regibus Iudææ, tribus Iudæ, & Beniamin, & Leui, non fuisse abductam in captiuitatem à Senacherib, sed esse ab hac captiuitate vsque ad vltimam, quam Nabuchodonosor fecit ex Hierosolymis, annos ccxviij. menses sex. Ex quo autem decem tribus abductæ fuerunt captiuæ ex Samaria, vsque ad Ptolemæum quartum, anni quingenti septuaginta tres, nouem menses. Philo autem scripsit ipse quoque reges Iudæorum aliter quàm Demetrius. Præterea autem Eupolemus quoque in libro qui dicit omnes annos ab Adam vsque ad quintum annum Demetrij, xij. anno Ptolemæi Aegypto regnantis, colligi annos quinquies M. cxlix. A quo autem tempore Moyses Iudæos eduxit ex Aegypto vsque ad prædictum tempus, colligi annos bis mille quingentos octoginta. Ab hoc autem tempore vsque ad Consules Romæ Caium Domitianum & Caium Capronum, colliguntur anni cxx. [d] Euphorus autem & alij multi Historici, & gentes & linguæ dicunt septuaginta quinque, cum audiissent vocem Moysis dicentis: Erant autem omnes animæ ex Iacob septuaginta quinque, quæ descenderunt in Aegyptum. Videntur autem ex vera ratione, linguæ seu dialecti, vt vocant, & sermones generales esse septuaginta duæ, vt nostræ tradunt scripturæ. Fiunt autem aliæ per communionem duarum vel trium, vel etiam plurium dialectorum. Est autem dialectus dictio, quæ loci proprium διάλεκτος. ostendit characterem: vel dictio, quæ proprium vel communem gentis characterem indicat. Dicunt autem Græci esse quinque apud se dialectos, Atticam, Ionicam, Doricam, Aeolicam, & quintam communem: quæ autem comprehendi nequeunt voces Barbarorum, non dici dialectos, sed linguas. [e] Plato autem diis quoque quandam dialectum attribuit, maximè quidem id conijciens ex somnijs & oraculis: alias autem etiam ex dæmonum, qui nec sua voce nec dialectico loquuntur, sed dæmonum qui ingrediuntur. Exiſtimat autem rationis quoque expertium esse animantium dialectos, quas exaudiunt quæ sunt eiusdem generis. Cùm itaque in cœnum ceciderit Elephas, & clamauerit, præsens aliquis eum contemplatus, reuertitur paulò pòst, & secum ducit gregem Elephantum, & eum servat qui ceciderat. Aiunt autem Scorpium quoque in Lybia, si non ei succedat vt hominem serpens, abeuntem reuerti cum pluribus, alterum autem ab altero instar catenæ dependentem, ut molliri insidias, non obscuro nutu bestijs ventibus, sed nec figura sibi significantibus ἰδιώματα. propria, vt puto, dialecto. Dicunt autem aliqui quoque alij, quod si quis piscis qui cecidit, rupto laqueo euaserit, non amplius inuenietur eo die piscis eius generis. [f] Primæ autem generales dialecti barbaræ quidem, nomina autem habent naturæ: nam preces quæ attentant homines esse potentiores quæ dicuntur voce barbara. Porrò autem Plato in Cratylo, cum πῦρ, quod ignem significat, vellet interpretari, dicit esse nomen barbaricum. Tyrrheni itaque Phrygas sic vocantes, paululum quid ab eo declinare. [g] Nihil autem, vt existimo, post hæc offecerit Romanorum quoque Imperatorum tempora adducere, ad ortum Seuteris ostendendum. Augustus annis quadraginta tribus, Tiberius annis xxij. Caius annis iiij. Claudius annis xiiij. Nero annis xiiij. Galba anno vno, Vespasianus annis x. Titus annis ij. Domitianus annis xv. Nerua anno vno, Traianus annis xix. Adrianus annis xxj. Antoninus annis xxj. similiter rursus Antoninus & Commodus annis xxxij. Fiunt ab Augusto vsque ad Commodum anni omnes ccxxij. & anni ab Adam vsque ad mortem Commodi MMMMM. DCCXXXIIII. duo menses, duodecim dies. Quidam horum Romanorum Imperatorum tempora sic describunt. C. Iulius Cæsar annis tribus, quatuor mensibus, quinque diebus. Post quem regnauit Augustus annis xlvj. mensibus quatuor, diebus duobus. Deinde Tiberius annis xxvj. mensibus vj. diebus xix. Cui succedit C. Cæsar annis tribus, decem mensibus, octo diebus. Ei Claudius xiij. annis, octo mensibus, xxviij. diebus. Nero



Nero annis xiij. viij. mensibus, xxviij. diebus. Galba mensibus septem, vj. diebus. Otho v. mensibus, die vno. Vitellius vij. mensibus, die vno. Vespasianus annis xj. mensibus xj. diebus xxij. Titus ij. annis, mensibus duobus. Domitianus annis xv. mensibus viij. diebus quinque. Nerua anno vno, mensibus iiij. diebus x. Traianus xix. annis, vij. mensibus, xv. diebus. Adrianus annis xx. mensibus decem, diebus xxviij. Antoninus annis xxij. mensibus ij. diebus. Marcus Aurelius Antoninus annis xix. diebus vndecim. Commodus annis xij. mensibus nouem, diebus xiiij. A Iulio ergo Cæsare vsque ad mortem Commodi, sunt anni cxxxvj. menses vj. Colliguntur autem omnes anni à Romulo qui vrbem condidit, vsque ad mortem Commodi, anni Dcclij. menses sex. Natus est autem Dominus noster xlij. anno, cùm primum iusserunt censum describi: quod autem hoc verum sit, sic scriptum est in Euangelio secundum Lucam: Anno autem quintodecimo Tiberij Cæsaris, factum est verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium. Et ipse venit in eandem: Erat Iesus veniens ad baptisma, quasi triginta annorum. Et quod annunciare eum prædicare, hoc quoque sic scriptum est: Annum acceptabilem Domino prædicare misit me. Hoc & Propheta dixit & Euangelium. Quintodecimo ergo anno Tiberij, & quintodecimo Augusti, sic implentur triginta anni vsque ad tempus quo passus est. Ex quo autem passus est, vsque ad euersionem Hierusalem, sunt anni xlij. menses vj. Et ab euersione Hierusalem, vsque ad mortem Commodi, anni cxxviij. menses decem, dies tres. Fiunt autem ex quo natus est Dominus vsque ad mortem Commodi, anni omnes dcccxciij. mensis vnus. Sunt autem qui curiosius natali Domini non solùm annum, sed etiam diem addunt, quem dicunt xxviij. anni Augusti, in xxv. πάχων. Basilidis autem festum, eius quoque baptismi diem celebrant, totam præcedentem noctem in lectionibus transigentes. Dicunt autem eum esse quintumdecimum annum Tiberij, quintumdecimum mensis Tybi. Aliqui autem eum esse vndecimum eiusdem mensis. Et de eius passione subtilius differentes, aliqui quidem sextodecimo anno Tiberij Cæsaris xxv. Phamenoth, alij vero xxv. Pharmuti, alij autem Phatmuthi xix. dicunt passum esse Dominum. Quintam decimi ex iis aliqui, eum natum esse xxiiij. vel xxv. Pharmuthi. Præterea autem illa quoque sunt referenda ad chronographiam, dies inquam, quos significat Daniel à desolatione Hierusalem. Vespasiani anni vij. menses vij. Duo etiam anni adiunguntur Othonis & Galbæ & Vitellij, xvij. mensibus, viij. diebus, & sic fiunt anni tres & menses vj. quod est dimidium hebdomadis, quemadmodum dixit Daniel propheta. Dixit enim bis mille trecentos dies fuisse ex quo steterit abominatio à Nerone in ciuitatem sanctam vsque ad eius euersionem. Sic enim ostendit dictum quod subiicitur: Quousque stabit visio sacrificium sublatum peccatum desolationis quod datum est, & potestas & sanctum conculcabitur. Et dixit ei: Vsque ad vesperam, dies bis mille trecenti, & tolletur sanctum. Hi ergo bis mille trecenti dies fiunt anni sex, menses quatuor: quorum dimidium tenuit Nero imperium obtinens, & fuit dimidium hebdomadis: dimidium autem Vespasianus cum Othone, Galba & Vitellio. Et ideo dicit Daniel: Beatus qui peruenerit ad dies mille trecentos triginta quinque. Ad eos enim vsque dies fuit bellum, post hæc autem cessauit. Ostenditur autem hic quoque numerus ex subiecto capite, quod sic habet: Et à tempore immutationis perennitatis, & quo data fuerit abominatio desolationis, dies mille ducenti nonaginta. Beatus qui sustinuerit & peruenerit ad dies mille trecentos triginta quinque. [h] Flauius autem Iosephus Iudæus, qui Iudaicas composuit historias, colligens tempora, ait à Moyse vsque ad Dauid esse annos D.LXXXV. A Dauid vsque ad secundum annum Vespasiani M.CLXXIX. Deinde ab eo vsque ad decimum annum Antonini anni LXXVII. ita vt à Moyse vsque ad decimum annum Antonini sint omnes anni

*M D ccccxxxiij. Alij autem numerantes ab Inacho & Moſe vſque ad mortem Codri, dixerunt eſſe annos M M D cccxlij. Alij verò M M D cccxxj. In Euangelio autem ſecundum Matthæum, quæ ab Abraham deducitur genealogia, vſque ad Mariam matrem Domini terminatur. Sunt enim, inquit, ab Abraham vſque ad Dauid xiiij. generationes, & à Dauid vſque ad tranſmigrationem Babylonis generationes xiiij. & à tranſmigratione Babylonis vſque ad Chriſtum ſimiliter aliæ generationes xiiij. tria myſtica reuelata, quæ ſex complentur hebdomadibus. Et quæ de temporibus quidem verè à nobis ſcripta, & à nobis expoſita fuerunt, ſic habeant. Verſas autem fuiſſe ſcripturas & leges & Prophetarum ex Hebræo ſermone in linguam Græcam aiunt, tempore Ptolemæi Lagi: fuiſſe autem vt dicunt nonnulli, tempore eius qui fuit cognominatus Philadelphus, cùm maximum ad eam rem contuliſſet diligentiam Demetrius Phalereus, & vt verterentur vehementer procuraſſet. Nam cùm adhuc Aſiam obtinerent Macedones, Rex magno ſtudio cupiens eam, quæ Alexandriæ in eius poteſtate erat, bibliothecam omnibus ſcripturis exornare, voluit vt Hieroſolymitani quoque eas quæ apud ſe erant Prophetias in ſermonem Græcum interpretarentur. Illi autem, vt qui adhuc obedirent Macedonibus, ex iis qui apud ſe erant probatiſſimi, & maximæ exiſtimationis, Scripturarum peritos, & Græcæ linguæ ſcientes Septuaginta ſeniores delectos ad eum miſerunt cum libris diuinis. Cùm autem vnuſquiſque ſigillatim ex ſua propria interpretatus eſſet prophetia, conſpirarunt omnes ſimul collatæ interpretationes & ſententiis & dictionibus. Dei enim erat volumen, quæ id ad Græcorum aures conſultò comparauerat. Neque verò ab inſpiratione Dei erat alienum qui prophetiam dederat, vt interpretationem quoque tanquam Græcam eſſet prophetiam. Nam etiam in captiuitate Regis Nabuchodonoſor, cùm interiiſſent Scripturæ tempore Artaxerxis Perſarum regis, inſpiratus Eſdras Leuites, qui factus fuerat ſacerdos, prophetauit, omnes veteres rurſus ſcripturas renouans. Ariſtobulus autem in primo libro ad Philomatrem ſcribit his verbis: Secutus eſt autem noſtras quoque leges Plato, & ſatis aperte oſtendit ſe eorum quæ in eis dicuntur fuiſſe admodum ſtudioſum. Ante Demetrium autem, priuſquam rerum potirentur Alexander & Perſæ, verſa fuerant, & quæ ab Hebræis noſtris geſta fuerant in exitu ex Aegypto, & quæcunque ex inſperato & facta erant & apparuerant, & regionis per vim quæſita poſſeſsio, & omnium quæ ante ſunt legum deſcriptio, adeò vt clarum ſit antedictum Philoſophum multa ex eis ſumpſiſſe. Fuit enim multa doctrina præditus, ſicut etiam Pythagoras multa ex noſtra ſapientia tulit in ſuorum dogmatum traditionem. Numenius autem Philoſophus Pythagoreus apertè ſcribit: Quid enim eſt Plato, niſi Moſes qui loquitur Attice? Hic Moſes erat Theologus & Propheta, vt autem nonnulli, ſacrarum legum interpres. Genus eius & res geſtas & vitam, ipſæ ſcripturæ quæ ſunt fide dignæ prædicant: & tamen à nobis quoque dicendum eſt, quòd Moſes cùm ex alto petita origine genere eſſet Chaldæus, natus ipſe in Aegypto, cùm maiores eius propter diuturnam famem ex Babylone migraſſent in Aegyptum. Septima generatione genitus, & regaliter educatus, tali fortuna caſu vſus eſt. Cùm Hebræi in Aegypto creuiſſent in magnam multitudinem, veritus Rex regionis, ne eorum qui ex Hebræis naſcebantur multitudo, ei pararet inſidias, iubet ipſos alere quidem feminas (eſt enim res ad bellum imbecilla mulier) maſculos autem interimere, ſuſpectam habens validam iuuentutem. Cùm nobili autem loco eſſet natus puer, tribus deinceps menſibus eum alentes, eum parentes alebant, naturali amore vincente tyrannicam crudelitatem. Poſtea autem veriti ne vnà cum puero perirent, cùm ex papyro quæ in iis locis naſcitur vas conſtruxiſſent, ad paluſtris ſtagnantiſque fluuij ripas puerum impoſitum exponunt. Obſeruabat autem ſoror quid eſſet euenturum, procul ſtans à puero. Regis filia, quæ longo tempore*

μεμισθωτευμένου.



*tum concipiebat, filium autem deſiderabat, illo die eo venit ad fluuium vt ſe lauaret & aſperneretur. Cùm flentem autem puerum audiiſſet, iuſsit ad ſe adduci, eiuſque miſerta querebatur. Tunc accurrens ſoror pueri, dixit ſe habere Hebræam feminam quæ non multò antè peperiſſet, eamque adducturam, ſi velit: quæ cùm aſſenſa eſſet & rogaſſet, adduxit ipſius pueri matrem, tanquam aliquam aliam, mercede conſtituta nutricem eius futuram. Deinde puero imponit nomen Regina, Moſes, apta etymologia, eo quòd eum ex aqua ſuſceptum eſſet. Aquam enim Moy vocant Ægyptij, in qua moriturus fuerat expoſitus. Moy- Exod. 2.
ſes enim vocant eum qui ex aqua emerſus reſpirauerit. Clarum eſt ergo quòd prius circumciſo puero, parentes aliquod nomen impoſuerunt. Vocabatur autem Ioachim. Habuit autem tertium quoque nomen in cælo poſtquam aſſumptus eſt, vt dicunt Myſtæ nempe Melchi. Cùm autem ætate eſſet grandior, Arithmeticam & Geometriam, Rythmicam & Harmonicam, & præterea Medicinam ſimul & Muſicam doctus eſt ab iis qui erant inter Ægyptios, & præterea eam quæ traditur per ſymbola ſeu ſigna philoſophiam, quam literis oſtendunt Hieroglyphicis. Alium autem doctrinæ orbem, tanquam puerorum, Græci eum docuere in Aegypto, vt dicit Philo in vita Moſis. Didicit autem literas Ægyptiorum, & rerum cæleſtium ſcientiam à Chaldæis & ab Ægyptiis. Vnde in omnibus rebus geſtis dicitur doctus fuiſſe in omni ſapientia Ægyptiorum. Eupolemus autem in libro de Iudææ regibus, dicit Moſen primum fuiſſe ſapientem, & grammaticam primum tradidiſſe Iudæis, & Phœnices accepiſſe à Iudæis, Græcos autem à Phœnicibus. Ad eorum autem deductus naturam, auxit prudentiam eam, quæ erat ſui generis & maiorum ſuorum æmulatus doctrinam, adeò vt etiam Aegyptium, qui Hebræum iniuſtè iniuriaretur, percutiens interfecerit. Aiunt autem myſtæ eum ſolo verbo occidiſſe Aegyptium, ſicut certè poſtea Petrus in Actibus fertur eos qui precium agri ſibi vſurpauerant, Act. 5.
& mentiti erant, verbo interfeciſſe. Artapanus certè in opere de Iudæis, refert Moſen in carcere inclusum à Nechephre rege Aegyptiorum, eò quòd peteret vt populus liberaretur ex Aegypto: noctu aperto carcere Dei voluntate egreſſum, cùm in regiam acceſsiſſet, dormitare regi adſtitiſſe, & eum excitaſſe: eum autem eo quòd factum fuerat ſtupefactum, ſuſpicatum eſſe Moſi vt diceret nomen eius qui miſerat, & illum quidem cùm ad aurem ſe inclíniſſet, dixiſſe. Regem autem, cùm audiiſſet, mutum cecidiſſe: cùm eum autem Moſes tenuiſſet, rurſus reuixiſſe. De Moſis autem educatione nobiſcum quoque conſentiet Ezechielus Iudaicarum tragœdiarum Poëta in Actu qui inſcribitur ἐξαγωγὴ, id eſt, Eductio, ſic ſcri- ἐξάγωγη.
bens ex perſona Moſis:*

Noſtrum videret nam genus cùm creſcere,
Eſt machinatus in nos plus ſatis doli
Rex Pharao, laterum acribus laboribus,
Ædificiorúmque opprimens nos molibus,
In vrbibúſque turrium ob ſe miſeros:
Dein publico Hebræis iubet præconio,
Proijcere maſculos profundum in fluuium.
Quæ pepererat me abſcondit aſt parens
Menſibus, vt aiebat, tribus, prodita videns
Expoſuit, ornatu mihi circundato.
Ad fluuij ripas, hiſpida vbi erat palus.
Maria ſoror ſed noſtra ſpectabat propè.
Dein nata regis quæ carebat liberis,
Venit aquis vt limpidis corpus ſuum

Desunt verba filii Pharaonis.

Recreet, videns statim me sustulit.
Cognouit Hebræum esse, verbáque hæc ait
Maria soror celerem ad eam mouens pedem,
Tibi ex Hebræis vicine nutricem parem
Puero, puellæ nata regis annuit:
Profecta matri dixit, illáque aduenit
Mox mater, vlnis filiúmque amplectitur.
At nata regis dixit: Hunc ô fœmina
Alas tibi merces tua haud negabitur.
Nomen dedit Moses mihi, quòd ab humida
Ripa repertum sustulit fluminea.
Infantiæ at tempus mihi vbi trasiit,
Ad regiam me mater, adduxit domum.
Cùm cuncta dixisset prius mihi ordine,
Genúsque patrium, Desque munera.
Dum puerilis nobis itaque ætas fuit,
Et victus amplus, & doctrina regia,
Æque dabantur ac si essem eius filius.
Plenus dierum, sed vbi affuit sinus,
Egressus ædes regias.

*Deinde cùm narrasset pugnam Hebræi & Aegyptij, & sepultum in arena Aegyptium, de alia pugna sic dicit:*

Feris cur qui te est imbecilior?
Nobis is autem dixit: Et quis Iudicem
Te huc misit, aut magistratum? Num occidere
Me vis, heri sicut cecidisti virum?
Timens ego dixi: Quî apertum istud fuit?

[k] *Deinde autem ex Aegypto fugit, & oues pascit, vt qui ad pastoralem principatum prius erudiretur. Ei enim qui mansuetissimo hominum gregi est præfuturus, est præexercitatio ouium pascendarum scientia: sicut iis qui sunt natura bellicosi, venatura. Ait autem eum dixit Deus, vt esset dux Hebræorum exercitus. Deinde sæpe quidem admonentur Aegyptij, qui sæpe fuerunt insipientes. Fuerunt autem Hebræi spectatores malorum quæ patiebantur alij, Dei potentiam cura vllum discentes periculum. Quoniam autem Aegyptij potentiæ effecta auditione non accipiebant, propter insipientiam stolidi non cernentes, tunc, vt est in prouerbio, factum stulti cognouerunt, & postea exeuntes Hebræi magna Aegyptiorum præda exportata recesserunt. Non propter auaritiam, vt dicere accusatores: (neque enim Deus eis aliena persuasit concupiscere) sed primùm quidem, eorum, quas omni tempore Aegyptiis præbuerunt operarum ac seruitiorum necessariam mercedem referentes: deinde etiam se quodammodo vlti sunt, Aegyptiis vt auaris par pari referentes prædæ exportatione, sicut illi Hebræis prius molestiam attulerant, redigendo eos in seruitutem. Siue ergo vt in bello quis hoc factum esse dixerit: res ostium victoria tam auferre volebant, vt potentiores inferiorum: belli autem iusta erat causa. Supplices propter famem Hebræi venerunt ad Aegyptios: illi autem hospites redactos in seruitutem, instar mancipiorum seruire coëgerunt, ne mercedem quidem eis soluentes. Siue vt in pactam mercedem prædam ab inuitis acceperunt, qui longo tempore non soluebant, sed ipsos ea priuabant.* [l] *Est itaque noster Moses propheticus, legum ferendarum peritus, ordinandæ & instruendæ*



*reipublicæ aciei gnarus, exercitus ducendi artem tenens, politicus ac philosophus. Ac quo-* πολιτικὸς,
*modo quidem fuerit propheticus, posthac dicetur quando de Prophetia tractabimus. Ordi-* νομοθετικὸς,
*nandæ autem aciei peritia, fuerit pars artis imperatoriæ seu ducendi exercitus. Ars au-* ταικτικὴ,
*tem ducendi exercitus, est pars regnandi scientiæ. Et rursus legum ferendarum peritia, re-* φιλόσοφος.
*gnandi scientiæ pars fuerit, sicut etiam iudicandi facultas. Regnandi autem scientiæ vna quidem pars fuerit diuina, cuiusmodi est quæ est ex Deo & sancto eius filio, à quibus & quæ ex terra bona sunt, & quæ externa & perfecta suppeditatur fœlicitas. Petite enim, inquit, magna & parua vobis adiicientur. Secunda est autem regni species post eam administrationem quæ rationalis purè est ac diuina: ea inquam, quæ animosa seu iracunda animæ* τῆς θυμικῆς *parte solùm in regnando vtitur, per quam speciem Hercules quidem Argiuorum, Alexander verò rex fuit Macedonum. Tertia est, quæ vnum solum concupiscit, nempe vt vincat & pugnet, vt malo autem vel bono sit victoria curam gerere, ei minimè inest: quo quidem* τοῦ ἐπιθυμητικοῦ. *in genere sunt Persæ cùm bellum gererent in Græciam, iræ enim, vna quidem pars est solùm* φιλόνικον. *concupiscentiæ, quæ quærit potentiam vt dominatum obtineat: altera verò boni & honesti* φιλάγαθον. *studiosa, ira vtente anima ad id quod bonum est & honestum. Quarta autem regnandi species omnium pessima, quæ statuitur ex cupiditatibus, vt regnum Sardanapali, & eorum qui hunc finem sibi proponunt, vt plurimum indulgeant suis cupiditatibus. Regnandi autem scientiæ, tam quæ virtute vincit, quàm quæ vt instrumentum est, aciei ordinandæ gnarus. Alia autem in alia natura & materia. In armis quidem & pugnacibus animalibus, per animata & inanimata, anima & mens est id quod ordinat. In animæ autem perturbationibus, in quas virtute dominatum obtinemus, ratiocinatio est id quod est ordinandi potestate præditum, vt quæ continentiam, & temperantiam cum sanctitate, & bonam cognitionem cum veritate obsignet, finem ad pietatem Deique cultum referens: sic enim virtutem vtentibus prudentia est quæ ordinat: diuina autem, sapientia: humana verò, politica, seu regendarum ciuitatum scientia. Omnia autem, scientia regnandi. Rex itaque vt est qui imperat ex legibus, qui est præditus scientia imperandi volentibus, cuiusmodi est Dominus, qui eos qui in ipsum & per ipsum credunt admittit. Omnia enim tradidit Deus,* Philip. 2. *& omnia Christo subiecit, regi nostro, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur quòd Dominus Iesus Christus, in gloriam Dei Patris. Strategema autem, seu ratio ducendi exercitus, tribus continetur rebus, cautione, audacia, & quæ ex vtrisque mixta est. Vnaquæque autem earum communiter ex tribus, aut per orationem, aut per facta, aut per vtrumque simul. Hæc autem* συμπλοκὴ. *omnia licebit efficere, vel persuadendo, vel cogendo, vel iniuriam faciendo in iis vlciscendi* τιμωρητικὸν. *causa, quibus expedit, vel faciendo id quod iustum est, vel mentiendo, vel vera dicendo, vel etiam simul vtendo aliquibus eorum in eodem tempore.* [m] *Hæc autem omnia, & quomodo oporteat vti vnoquoque eorum, cùm Græci accepissent à Mose, non paruam accepere vtilitatem. Verbi gratia, vnius aut alterius imperatorij exempli meminero. Moses cùm populum eduxisset, suspicatus fore vt eum persequerentur Ægyptij, breui & compendiosa relicta, conuersus est in solitudinem, & maxima ex parte noctu iter faciebat. Alia enim erat œconomia qua docebantur Hebræi, per multam solitudinem & longum tempus vtebere vnum solum Deum esse, per moderatam assuefacti tolerantiam. Mosis ergo docet strategema, oportere ante pericula prouidere ea quæ sunt vtilia, & sic aggredi. Et certè euenit id quod suspicatus est. In equis enim & curribus persecuti sunt Ægyptij: sed citò perierunt, cùm mare disruptum esset, & ipsos cum equis & curribus obruisset, adeò vt eorum nulla remanserint reliquiæ. Post hæc autem sequens columna ignis (eos enim præcedebat) duxit Hebræos per regionem inaccessam, laboribus & itineribus ad robur & forti-*

tudinem eos exercens ac inducens, vt postquam eorum quæ videbantur grauia periculum fecissent, quàm bona esset appareret regio, ad quam eos ex via inuia transmittebat. Leo verò hostes quoque qui prius regionem insidebant, in fugam versos occidit, cùm eos et solitudine & via aspera (talis enim est virtus imperatoria) in eos inuasisset. Hoc enim est peritiæ & ducendi exercitus scientiæ, hostium regionem occupasse. Hoc cùm animaduertisset Miltiades imperator exercitus Atheniensium, qui ea quæ in Marathone fuit pugna vicit Persas, hoc modo est imitatus. Noctu duxit Athenienses, per loca inuia iter faciens, & eos qui ipsum obseruabant barbaros decipiens. Hippias enim qui defecerat ab Atheniensibus, barbaros in Atticam induxerat, & opportuna quæ præoccupauerat loca seruabat, propterea quòd erat peritus regionis. Ac difficile quidem erat latère Hippiam: vnde merito Miltiades & locis inuiis & nocte vsus, aggressus Persas quibus præerat Datis, in certamine cum ijs quorum ipse dux erat, superior euasit, & rem bene ac feliciter gessit. Quin etiam Thrasybulo, qui exules ex Phyla reducebat, & latère volebat, dux fit columna, & Thrasybulo noctu per loca non trita ingredienti, cum nec luceret Luna, hybernùmque caelum esset & caliginosum, videbatur ignis præcedens, qui cùm eos citra vllam deductionem offensionem, defecit vbi nunc est ara τῆς φωσφόρου, id est, Luciferæ. Vel ex hoc ergo tradit nostra Græcis credibilia, nempe quòd facere potest Deus omnipotens vt columna ignis Hebræos noctu præcedat, quæ etiam dux sit eorum itineris. Porrò autem dicitur etiam quodam responso:

Exhilarans Bacchus Thebanis éstque columna.

Ex ea quæ est apud Hebræos historia. Quinetiam Euripides dicit in Antiopa:

Intus Bubulcum ast in thalamis
Hedera comantem columnam Euij Dei.

Significat autem columna, Dei non posse effingi imaginem. Illuminata autem columna, præter hoc quod significat non posse effingi imaginem, Dei quoque stabilitatem significat & firmitatem, & immutabilem eius lucem, quæque non potest figurari. Prius itaque quàm accuratè perfectéque tenerentur imaginum habitus, veteres columnas erigentes, eas colebant tanquam statuas. Atque idcirco sic scribit qui fecit Phoronidem: ἀφιδρύματα.

Callithoe clauem reginæ gestat Olympi,
Argiuæ Iunonis, sertis atque corollis
Reginæ primùm est à qua exornata columna.

Quinetiam qui fecit Europiam, significat eam quæ est in Delphis Apollinis imaginem esse columnam, per hæc:

Vt decimámque Deo primos fructúsque dicemus,
Sedibus ex sacro sanctis celsáque columna.

Apollo quidem certè, qui mysticè ex priuatione multorum intelligitur, est vnus Deus. Quinetiam ignis ille qui columnæ erat similis, & ignis qui ingrediebatur per loca inuia, & ad quæ non patebat aditus, est symbolum ac signum sanctæ Lucis quæ transit per terram, & in cælum rursus recurrit per lignum, per quam etiam datum est nobis videre per intelligentiam.

ἀπόλλων, quasi ἀπὸ τῶν πολλῶν, absque multis.

## COMMENTARIVS.

[a] SED illi quidem fures omnes & latrones. Postquam multos recẽsuit ex Græcis qui olim vates fuerunt & futura prædixerunt, memor sui instituti, Græcos cõfert cum Hebræis vt appareat quanta sit eorum differentia. Atq; Græcos quidẽ dicit vel fuisse fures & latrones, vt qui ab Hebræis qui eos multis seculis præcesserunt sunt suffurati, vel sola vsi sunt coniectura, vel ex naturæ inspectione, vel ex probabili veri similitudine, vel ex Dæmonum incitatione, vel ex aëris & aquæ vaporibus & exhalatione, vel ex ipsa [illegible] facie, & quæ eos ad coniiciendum cõmouebat tẽpestate. Hebræi autem futura prædixerunt non aliun de, quàm à diuina virtute & à Dei spiritu inspirati. Deinde enumerat ipsos Prophetas Hebræorum [illegible]



[illegible] esse triginta quinque numero: fuisse autem & ante legem, & in lege, & post legem, nempe post Christi aduentum. Quàm fuerint autem antiqui ex hoc ostendit, quod idem fuerit & primus homo & primus Propheta. Futura autem prædixit & in muliere & in animantiũ nominatione, hæc enim verba; Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro ex carne mea, prædixerunt mysticam futurã Christi cum sponsa ecclesia vnionem. Quid autem prædixerint cæteri Prophetæ, & ex sacris scripturis, & ex ipsorũ Prophetarum interpretibus discendũ est. Ex his autẽ Prophetis cur de Misaele dicat Clemens [illegible], neque quod in disputatione primas partes retinuerit, vt legitur [illegible], fateor me ignorare: nisi quod rationib[b] præfuerit inuenio, vt legatur [illegible]. Ab alto ergo à Mose colligamus Græcorum chronographiam. Ab ortu Mosis vsque ad Iudæorum ex Ægypto exitum, anni octoginta: & qui sunt vsque ad eius mortẽ alij quadraginta &c.] Enumeratis Græcorũ vatibus & Hebræorũ Prophetis, rursus colligit Græcorum chronographiam, deducens à tempore Mosis. Nam ante Inachũ cuius tẽpore erat Moyses ex Ægypto, ignotæ fuerunt res Græcorum. Quod autẽ verti ante Sothiacã reuolutionem id feci secutus literam Clementis quæ Græcè habet [illegible], sed existimo esse legẽdum [illegible], id est ante captã Troiam, cõstat enim ex iis quæ antea dixit Clemẽs Troiã fuisse captam quadringentis & nescio quotannis, postquã Moses egressus est ex Ægypto. Regnante autem Ar[illegible] Criaso, quẽ inter Reges Argiuos enumerat Eusebius in Chronicis, & Pausanias libro secũdo Corinthiacorum, fuit & Phaetontis incendium & diluuium Deucalionis, quod secundũ vocat Clemẽs, nec [illegible]. Nam vt taceatur quod Noemi tempore fuit diluuium, Deucalionis diluuiũ quod fuit anno mundi [illegible], fuit posterius diluuio Ogygis, quod fuit anno mundi 3420. vt supputat Eusebius in Chronicis. De [illegible] incendio nec in Chronicis, nec in historiis quidquã legi. De Idæis Dactylis antea satis dixi[illegible] sunt qui ferrum dicuntur inuenisse, quanquã de eo variæ sunt sententiæ, vt videre est apud Polydorum Vergiliũ De inuentoribus rerum. Isthmia, id est ludi Isthmiaci in honorem Melicertæ seu Palæmonis, à Glauco, vt scribit Clemẽs, sunt instituti. De iis vide Pausaniã li. 1. De Atticis, & Alexandrũ ab Alexandro. Fuerũt autem primũ celebrati anno mundi 3830. teste Eusebio in Chronicis. Argonautarum autem nauigationẽ in quibus fuerunt Hercules, Asclepius, Castor & Pollux, Eusebius tradit fuisse anno mundi 3930. De ludis Olympicis vide etiam Alexandrũ ab Alexandro qui copiosè scribit de ludis Olympicis, Pythiis & Isthmicis, lib. 5. ca. 8. Prima autẽ Olympias quæ dicta est Iphiti, quod Iphitus filius [illegible] siue Hæmanis primus eã instituerit, fuit annis trecẽtis triginta octo post captã Troiã, vt scribit Clemẽs. [b] Post Græca autem &c. Nihil est aliud quàm mera chronographia ex supputatione Græcorum, quæ est petenda ab historicis & Chronographis. Ad eos ergo remittemus lectorẽ, cum alioqui nihil sit quod eum possit remorari. Cum sit autem apud autores varia temporũ supputatio, & quod est certũ [illegible] non facile possit elici, erit in lectoris arbitrio quos mallet sequi. Quod autẽ vertimus vsque ad Eumetum qui Athenis summũ gerebat magistratum, Græcè est ἄρχοντα, id est Archontẽ. Archõtem summum vocabant magistratum, vt olim Romæ Consules. Quod autem esset munus Archõtis [illegible] quærẽdum est ex Repub. Atheniensiũ, neq; enim opus est vt hic recitemus. [b] Post Græca autẽ. [illegible] supputationem vocat supputationẽ Hebræorum. Nam vt Hebræi cæteras gẽtes à se distinguebant vocabãt Goim, ita Græci omnes alios populos vocabant Barbaros, in quibus erant etiam Hebræi. Quoniam autem non eadem est supputatio, & Hebræorum in ipso bibliorum archetypo, & in eorum à septuaginta versione quam secutus est noster clemens, ad eam autem ostendendam transcribenda esset [illegible] Hebræorũ chronographia ex bibliis accepta, quod iã fecit doctissimus Genebrardus qui ipsam linguam profitetur Hebræam, satius duxi iudicare, vnde eam haberes supputationem, quã in trãscribendo [illegible] tẽpus terere. Vide ergo eius chronographiã ex veritate Hebraica. Nam in septuaginta tum propter longi temporis iniuriam, tum propter librariorũ incuriam, in ratione temporis multa sunt inuecta quæ ex exẽplari Hebræo sunt corrigenda. In Regum quoque Persarum Chronographia varia est supputatio, quã facile & accuratè tradit Nicolaus Beguinus noster haud ita pridem Collega in Ecclesia Rhemensi, in suo breui quidem, sed accurato & admodum elaborato Calẽdario Apostolico, ad quod te remittimus, ne in transcribendo labor fit inutilis. In Macedonico autem regno in Ægypto hæc quoque est differentia, quod Clemẽs eius constituat annos trecentos duodecim, dies decem & octo: Eusebius autem in Chronicis dicit Lagidas, nempe Ptolomeos regnasse annos ducentos nonaginta quinq;. Cõstaret idẽ [illegible] numerus si vsquam inueniretur numerus 18. dierũ regni Cappadocum. Sed ego eos nusquã inuenio. [c] Demetrius autem dicit. Diuersos citat scriptores qui variam scripserunt chronographiam, Demetrium, Philonem, & Eupolemum: & qui cum Hebræi sæpius abducti sint sint captiui, significant quo tẽpore fa[illegible] quæque captiuitas à Sennacherib & à Nabuchodonosor. Prima autem captiuitas, qua decem tribus Iudææ quæ vocabãtur Israel & erant in Samaria, à Salmanassar seu Sennacherib abductæ sunt in Assyriam, & translatæ in montes Medorum. Secunda autẽ, qua à Nabuchodonosor victus est Ioachim, qui & Iechonias dictus est, & plurimi Iudæi sunt in eius ditionem redacti. Factus est tributarius, & post [illegible] Rex Sedechias captiuus ductus est Babylonem, eique eruti sunt oculi, & abducta est captiua tribus Iuda. [d] Euphorus autem, & alij multi historici. Quidnam mouerit Euphorum vt diceret esse septuaginta [illegible] gentes & linguas, non ausim asserere. Fieri quidem potuit vt eum moueret aliquis locus scripturæ sacræ quam legerat. Sed mihi videtur eum non tam debuisse moueri ex eo, quod legerit septuaginta quinq; animas fuisse ex Iacob quæ descenderunt in Ægyptum, quod nemo ita intellexit, quàm ex eo quod legerit omnes primogenitos de trib. filiis Noe esse septuaginta tres. Dicit enim deinceps scriptura. Hæ tribus filiorum Noe secundum generationes eorum, & secundum gentes eorum. Ab his diuisæ sunt insulæ gentium super terram post diluuium. Vnde, vt ait Augustinus, colligitur septuaginta tres, vel potius septuaginta duas gentes tunc fuisse, non homines &c. Et paulo post; Ex illis igitur tribus hominibus Noe filiis, septuaginta tres, vel potius, vt ratio declarata est, septuaginta duæ gentes, totidemque linguæ per terras esse cœperunt, quæ crescendo & insulas impleuerunt. Hæ sunt

Genes. 2. — Genes. 9. — August. De ciuit. lib. 16. cap. 1. — Ibid. cap. 5.

ergo forte scripturæ quas cùm legisset Euphorus, statuit esse septuaginta duas linguas. Proinde autem septuaginta duas sunt etiam aliæ, vt dicit Clemens quæ fiunt per coniunctionem duarum, vel trium, vel etiam plurium dialectorum. Habent enim singulæ nationes propriam quandam & peculiarem vocis linguæ articulandæ formam. Quæ Dialecti, si vel earum singulæ, vel plures ex iis coniungantur, generalibus, euadunt longè plures quam septuaginta duæ linguæ. Dialectum autem cum definiebat Clemens, propriam vel communem loci, vel gentis loquendi formam, Græcorum exemplo id exponit. Cum quinque habeant dialectos inter se differentes, eas tamen, & permiscent & à se inuicem distinguunt. Ita fit vt lingua Græca quæ est vna ex septuaginta duabus, quinq; distinctas habeat dialectos, dum inter se coniungit, per multas habeat linguas quas dicunt Dialectos. Voces autē barbaras quæ nec cognoscendi, nec dijudicandi possibilitate nec distingui, non vocant Dialectos, sed linguas. [a] *Plato autem dijs quoque.* Vt nam tribus Pijth, Dijis quandam Dialectum, non memini me legere. Sed ficubi tribuit, per Dialectum intelligamus linguam, qua ad significandum & enunciandum non egent Dij nec Dæmones, sed quandā hominum ignotam, & inter se conuenientibus, & suā sensa hominibus communicandi rationem. Est autem propria, quoniam præter eos nulli eam tuntur. Quod autem propriam quandam habeant dialectum, Clemens Platonem ex eo coniecerit, quod & in somnijs quædam hominibus significent, ac præsidia essent locuti. & ex oraculis quædam audiuntur responsa quasi diuina voce prolata. Hoc quoque ex Dæmoniacis, qui agitante quidem eos Dæmone, & vocis instrumēta mouente, sed non sua voce, suo sermone loquuntur, adeo vt nonnunquæ dicant quidem intelligant. Cuius illustre hand ita pridem exemplum vidimus in Dæmoniaca, à qua iam ante Hostiæ ope qui eam agitabat, & in ea loquebatur, expulsus est Dæmon. Proprium quoque dialectum, quia conceptiones suas exprimunt & alia impertiuntur habent bruta. Hoc probat exemplo Elephantorum, qui ad opus ferendā ei qui ceciderat, ab eo quem audierat conuocati conuenirent, & cum seruant qui è cœno se cripere non poterat. Scribit quidem certè Plutarchus, Elephantes terram pfodere, & ex ea veluti aggerem conferre, vt Elephantus adiuuari qui in foſſam ceciderat. Porro autem mirum quidem est quod de scorpio in Lybia scribit Clemens, quod sua dialecto, sua inquā, quemcunque in sit, suū sensum enunciandi ratione alios euocat scorpios ad suum hominē in fidias. Sed minus mirū fit, facit. Strabo qui scribit, in Mauritania esse magna serpentum pennatorum quam non pennatorum multitudinem, & maturis quidem frugibus propter serpentum multitudinem operarios ibi occæsa getere, cetera autē corporis partes pellibus tegere, dormituros lecti pedes alio illinere, & scorpionū gratia paluris circumligare. Mirū quoque est quod pricta quopto laqueo euaserit, cæteris pilcibus significet eis periculū imminere, & eo magis mirum quod quinq; alioqui muti, ad significandum tamen & enunciandum suā habeant dialectum. *Primo autem & generales dialectos.* Prius as linguas & generales dicit eas quæ statim fuerunt ab initio, & erāt generales & omnibus communes, nec proprium & peculiarē habebant loquēdi characterem. Eæ autem erant quidē barbaræ, vt quæ procul abessent à Græcorū loquendi venustate & elegantia, sed habent nomina natura, sed ad ex more & instituto hominū imposita, sed ab ipsa natura, vt quæ ita ei congruant, vt ab ipsa facta videantur & formata. Atque imposuerunt quidem Græci multis rebus nomina, ex motus, vel usus, vel factis ductis etymologia, sed præter ea multa erant alia, quorum originem cùm non inuenirent, cogebantur tacere se ea accepisse à Barbaris. Quorum quanta esset vis ex hoc poterat cognosci, quod potētiores essent preces his verbis licet non intellectis conceptæ, quam quæ ex Græcis, & quæ omnes intelligebāt. Quod pulchrè intelligit Origenes nostri Clementis discipulus, qui scribens contra Celsum hæc dicit. Si pertuerimus in hac dissertatione proferre naturam nominum efficacium, quorum aliquot vtuntur Ægyptiorum sapientes, aut Persarum Magis doctiores, aut Indicorum Philosophorum vel Brachmanes vel Salmanæi, atque ita singularum gentium valuerimusque declarare, quod etiā Magia quæ vocatur, non vt Epicurus & Aristoteles existimant res incongrua sit, sed sicut eius periti demōstrant, constare, sed habens rationes paucis admodum cognitas: tum demum dicemus, nomē illud Sabaoth & Adonai, aliaque apud Hebræos cū magna veneratione tradita, non super vulgaribus istis & crestis rebus esse posita, sed occultam quādam continere Theologiā quæ vniuersitatis opifici congruit. Quapropter nomina hæc efficacia sunt, si pronuncientur quodam congruenti modo & ordine. Et paulo post. Quare potuerit de nominum secreta ratione Philosophari, multa facile inueniet, & de appellationibus Angelorum Dei, quorum alius Michael, alius Gabriel, alius Raphael nominatur, nomine quisq; conuenit ministerio, ex voluntate Dei quæ vniuersæ rerū naturæ præsidet: Ad huiusmodi de nominibus philosophiā pertinet noster quoque Iesus, cuius nominis efficacia iam innumeri Dæmones conspecti sunt euisse fugati ex arreptorum corporibus & animis &c. [a] *Nihil autem vt existimo.* Ad intelligendū Christi ortum quem scire oportet ad Danielis hebdomadū supputationē, opus fuit describere tempora Romanorum Imperatorū, quibus Christus Seruator noster & natus est & passus. Hanc autem descriptionem cum ipse per se satis clarus literæ contextus explicet, non est in ea exponenda immorandū. Hoc autē illud animaduertendum in eo loco quem vertimus. Natus est autem Dominus noster quadragesimo primo anno, cum primū iusserunt censum &c. in Græco esse errorē manifestū, qui nescio quomodo irrepsit. Nā quod debebat scribi πρώτῳ γενομένου ἔτους, id est quadragesimo primo anno vt nos vertimus, ita tū erat ἐγδόου ἐικοστοῦ ἔτους, id est, vicesimo octauo anno. Quod correximus secuti Eusebiū in Chronicis qui sic scribit: Quadragesimo primo Augusti, Edicente Cæsare ex Senatus cōsulto, Quirinum in Iudæa natum, cēsus hominū possessionesq; describit. Et statim sequitur: Quadragesimo secundo Iesus Christus filius Dei in Bethleē Iudææ nascitur. Cùm ergo falsum sit Christū esse natū xxviij. Augusti, diximus esse corrigendum xli. etsi vnū tantum quod est incorrectum habeamus exemplar. Quod autē paulo post sequitur, Quinto decimo ergo anno Tiberij, & quinto decimo Augusti, sic implētur vsq. ad tempus quo passus est, sic existimo intelligendū, vt si à 30. annis quib. regnauit August. subducatur quadragesimus primus annus Augusti quo natus est Christus, restāt 15. anni, quibus si adiiciantur anni quindecim Tiberij efficiuntur



decim 30. anni vitæ Christi. Vixit enim Christus quindecim annis sub Augusto, à quadragesimo scilicet primo eius Imperij anno quo & natus est, vsque ad quinquagesimū sextū eius imperij annū, & quinquennium sub Tiberio. Quinto decimo autē eius anno passus est. Exactam autē illam quā dicit Ægyptiorum supputationem, cùm Ægyptiorū dies & menses nobis sint ignoti, aliis qui eā melius norunt relinquimus excutiendam. Non intelligo certè quemnam dicant diem 28. anni Augusti in 25. Pachon. Eorū quorundam mentionem meminit Epiphanius, sed ita vt dicat tantum eorū nomina lib. 2. cōtra hæreses tom. 1. cap. 1. Qui sit certè aliena à nobis eorū supputatio, ex hoc licet videre quod annus eorū incipiat à Cancro. Cæl. lib. 15. ca. 19. Potrò autem de desolatione illa quę secuta est illas Danielis hebdomadas, satis iam diximus, nec opus est vt in eis amplius immoremur. [b] *Flauius autem Iosephus.* Ad ostendendum antiquitatem, pertinet chronographia, & ideo supputat tempora Moysis ad Dauidē, & Dauidis ad imperatores Romanos prout supputantur à Iosepho, & ab aliis. Est autem obseruandū, quod in recensendis Christi generationibus, dicit esse in eis tria interualla mystica, quæ cōplētur sex hebdomadibus. Mysticum vocat interualla quę cōplentur numero senario & septenario. Vterq; enim numerus senarius mystica, & septenarius est, & apud Philosophos & Theologos arcanis mysteriis plenus. De quib. vide quę scripsit Origenem, Ambrosium, Hieronymū, scribat Georgius Venetus in lib. De harmonia mūdi cap. 6. Verūm autem fuisse scripturas, & legis & Prophetarū ex Hebræo sermone in linguam Græcam aiunt sub Ptolomæi Lagi filij, aut, vt dicunt nonnulli, tempore eius qui fuit cognominatus Philadelphus Iosephus autē ostendit Clemēs omniū vetustissimos esse Hebræos, ostēsurus Græcos ab eis esse sufficiens, si posset obiici non potuisse Græcos ex eis suffurari, quorū linguā non intelligerēt, respōdet obscuram scripturā ex Hebræo in Græcum sermonem esse versam, quo factum est vt quæ vellent in illa facile vsurparent. Deinde cum posset obiici non potuisse Pythagoram & Platonē qui Græcorum tempore fuerit longe doctissimi, id ex Hebræis accipere, cū sacra scriptura lōgo post, nempe Ptolomæi Philadelphi tempore fuerit versa, respōdet eos partim didicisse ab interpretibus, partim ex iis quæ ante tēpora Persica & Macedonica scripta fuerant de rebus gestis ab Hebræis in exitu ex Ægypto, & de legib. quæ in hac sunt. Quomodo autē & quibus autoribus & interpretibus versæ fuerint sacræ scripturæ, & quanta earum versionis fuerit in ecclesia autoritas, quę in tāta habita est existimatione vt magis censenda sit prophetia quā interpretatio, videre licet apud Aristæum qui de Septuaginta interpretibus librum scribit, & apud Iustinū aduersus gentes, qui septuaginta illas duas cellulas adhuc suo tempore Alexandriæ esse ostendit, & apud Eusebiū lib. 8. De præparatione cap. 1. qui etiā meminit Numenij Philosophi Pythagorei, & apud Augustinū in variis locis de Ciuitate Dei. De Aristobulo autem cuius aliquot libros interpretem Clemens, sic scribit Eusebius in Chronicis in Olympiade 151. Aristobulus natione Iudæus, Peripateticus Philosophus, agnoscitur qui ad Philometorem Ptolemæū explanationē in Mosem commentatus scribit. *Hic Moſes erat Theologus.* Docuit Clemens Hebraicæ gentis antiquitatem, eiusq; chronologiam, vt sit tam probabile quam est verū, gentes esse suffuratas ab Hebræis. Nunc illud vt ex ipsa ostendat eos esse suffuratos: sed quoniam qui eas à Deo acceptas literarum monumentis edidit, fuit Moses, primum occurrit dicendū quisnam is sit, & quisnam quidem is sit satis docet sacra scriptura in Exodo. Sed quoniā res illi erat cum gentibus, quas ad Christum conatur adducere, vt eis Græcis magis nota, citat Philonem Iudæum qui eius vitā scripsit diserti ssimè. Apud eū quidem certè legi quod Moysis nomen ei fuerit impositum, sed de duobus aliis nominibus, quorum vnum in circumcisione est ei impositum, nempe Ioachim, alterum verò in cœlo Melchi, non memini me alibi legere. De inligni quoq; eius eruditione tam in Græcis disciplinis quam in literis Chaldeis Ægyptiis seu Hieroglyphicis loquitur. Quem etiā dicit esse consecutū quatuor eximia, vt qui fuerit Rex, legislator, Propheta & Pontifex. Tertium autem illud nomen quod ei datū est in cœlo, non est mitū si vulgus nescit, cùm id demum sciant qui in Hebræorum versati sunt mysteriis, nempe qui sunt periti doctrinæ vt vocant, Cabalicæ. Quidnā autem de Mose scribant Eupolemus & Artabanus, vide apud Eusebium de præpar. li. 9. præparatione Euangelica. Mirum est autem quod illic narratur, Mystas eos, inquam, qui mysticā à Deo susceperant doctrinā, & tanquam per manus traditā, Mosem solo verbo occidisse Ægyptiū qui Hebræo iniuriam fecerat. Quod ipsum quoque feciſſe Petrum refertur in Actis Apostolorum. Ex quo colligitur illam quoque diuinam Mosis doctrinā à maioribus per manus illi traditam valuisse miraculis, sicut & Apostolicam à Christo traditam discipulis. Ezechielis autem Iudaicā tragœdiam in qua inducitur Moses tum narrans educationem nec hodie extare puto, nec esse qui eius meminerit, sed ex iis quæ restāt, hoc manifestè cernere tam fuisse elegantem. [b] *Deinde autem ex Ægypto fugit.* Non immeritò à Deo est prouisum, vt qui suum populum esset recturus, onium pasceret gregem mitem & mansuetum. Christus certè & à Petro dicitur ποιμενάρχης, id est Princeps Pastorum, & ipse Christus iussit suum vicarium, nempe Petrum, cum sua præcepit Ecclesiæ, suum gregem pascere. Est certè pascendi gregis scientia quædam præexercitatio ad regendos homines. Quod etiam vidit quamuis cæcus Homerus, qui non dubitat Reges vocare ποιμένα λαῶν, id est, pastores populorum. [c] *Est itaque noster Moses Propheticus.* Ostendens Clemens quibusnam scientiis & artibus fuerit Moses præditus, simul etiam ostendit Græcos illas ab eo didicisse, ab eo quos eduxerunt qui eos longo præcessit tempore. Atque primum quidem Mosi tribuit Prophetiā, sed ita loqui differt in alium locum. De cæteris autem loquens artibus & scientiis, eas simul coniungit & hoc nomine pendere ostendit. Dicit eum esse peritum aciei ordinandæ. Sed is demum recte ordinat aciē qui prius fingitur minere Imperatoris, & vt decet ducit exercitum. Is demum recte ducit exercitū qui regere rectè est qui scit quomodo sit regendus populus, & in officio continendus. Regi autem & in officio continen non potest populus, nisi terantur leges quibus regatur & contineatur in officio. Sed violentur leges, nisi sint magistratus & Iudices, qui iis qui rectè se gerunt, & legibus parent præmia tribuant, & iniuriam facientes, & delinquentes puniunt. Et hæc quidem sunt humanæ regnandi scientiæ, sed præter eas etiam est diuinæ regnandi scientia, quæ consistit in Dei cultu & religione, per

quam à Deo & eius filio, Christo, inquam, qui ab eo est generatus, subministratur pus hominibus ad
Matth. 6. externa & æterna fœlicitas. Quod quidem significat ipse Christus, dum dicit; Quærite primum regnum
Dei, & cætera adijcientur vobis, quæ sunt parua, si cum ipso regno Dei conferantur. Regnum enim
Dei propriè consistit in iis quæ sunt firma, stabilia & æterna, non in terrenis, quibus tantum oppeti-
mus ad miseram hanc vitam transmittendam, & cœlestem quærendam patriam. Et hæc quidē de
na regnandi scientia, & quæ verbo Dei seu ratione regitur administratio. Præter hanc autem
quot aliæ scientiæ regnandi species. Est animosa seu iracunda regnandi scientiæ species, quæ non
tur à ratione, sed ab animi impetu & iracundia impellitur ad regna obtinenda. Magnum enim &
clarum esse ducunt aliis imperare, quomodocunque imperent. Non est enim eis curæ vtilis & fo
ter regant, sed vt regnando auidum animum expleant. Talis fuit Hercules qui argiuis, talis Ale
der qui imperauit Macedonibus: In magnis autem animis solet esse appetitio principatus, & non ab
laudandus quidem animus qui est φιλόνικος, qui pro paranda victoria suscipit certamina, non ab
ctans quam vincat seu iure seu iniuria. Laudandus ergo est qui pro bono & honesto multa formida
ricula. Alia fuit species scientiæ regnandi, vtpote Persarum, qui nihil aliud sibi proponebant quam
vincerent, bonone autem an malo esset victoria non curabant. Pessima autem est omnium regnandi
species, quæ non aliud sibi proponit quam cupiditates, libidines & voluptates. Talis erat Sardanapa
& alij eiusmodi Reges, quales vtinam nulli essent his nostris miseris temporibus. Posteam autem
ostendit quænā sint regnandi species, subiungit quænam sint regendi instrumenta, quæ dicit variare
diuersitate naturæ & materiæ. Instrumentum autem vocat πολιτικόν, quod habet ordinandi ac moderan-
di facultatem. A regnandi perito ordinanda sunt arma & pugnacia animalia. Sed quod eorum regen-
rum est instrumentum? Anima & mens quæ per animata & inanima eorum regit motum. In homi-
qui est particeps rationis, ratio moderatur animi perturbationes, virtutes docet, & bonos mores
nia refert ad pietatem, religionem, & Dei cultum tanquam ad summum finem, & omnia simul obligan
vt notentur & conseruentur. Potro ij qui vtuntur virtutibus, instrumentum habent prudentiæ, quæ
est virtutum veluti quidā fons & principium. Quid vero diuina ordinat & moderatur? Sapientia. Quid
humana? Reipublicæ administrandæ scientia. Et quæ sunt quidem singulorum hominum tanquam in-
strumentum ordinat & moderatur prudentia: quæ verò sunt vniuersitatis & totius mundi gnet, &
maxime, quæ sunt in cœlis ordinat & moderatur sapientia, siue illam dicas τὸν λόγον, id est Dei Verbum
quod omnia & condidit & regit, & vt est Deus ita plane est diuinum instrumentum omnia operans &
administrans. Quæ verò sunt vniuersæ in terris, & ad humanam pertinent societatem, regentur & or-
dinantur à reipublicæ administrandæ scientia, quæ dicitur Politica. Omnia autem, prudentia solum,
sapientia, & reipublicæ administrandæ scientia, ordinantur & reguntur à regnandi scientia. Sed regnare
non potest administrari, nisi sint leges, quibus pareant qui reguntur. Is enim demum est Rex qui im-
perat ex legibus, quas lubenter suscipiunt qui ferunt imperiū: non sunt enim dicendi Reges qui ve-
ctos & inuitos opprimunt. Rex ergo est Iesus Christus Dominus noster, qui eos qui vtiq; ipsum ex-
dunt, & per ipsum ad fidem inducti sunt, admittit. Nam & fides est donum Dei, & in intuitum non o-
dit fides. Sed neque in fideles regnum vsurpasse dici potest Christus, cùm Deus ei omnia tradiderit &
subiecerit, & eum ab omnibus adorari voluerit, vt eius intelligant eandem esse gloriam & maiestatem
quam patris, & ideo & superi, & inferi, & qui adhuc sunt in terris, ei parem habent honorem & glo-
riam. Atque hæc quidem dicit Clemens vt ostendat Mosem in regnandi scientia cum Christo aliquam
habuisse conuenientiam. Quoniam autem iam dixit Mosem ducendi exercitus habuisse scientiam vi-
sum est ei de illa aliquid esse dicendum. Primum autem dicit ducendi exercitus triplicem esse rationem.
Aut enim ita ducēdus est exercitus, vt cauēas ne in iniquum locū descēdas & fortunæ periculum ex-
rè subeas, aut vt strenue aut fortiter decertes cum hostibus, aut vt vtrunque sit mixtum, nempe neque
temere exercitum in discrimen adducas, & si sit pugnandum, ne pusillo & abiecto animo, ornatus
quod se offert detrectes, & verbis aut factis, aut vtroque simul ita te getas, vt ostendas omnibus te
bi deesse eloquentiam, nec magni animi virtutem. Hæc omnia facies vel persuadendo, vel etiam mo-
tiendo, nam quæ in pace dicerctur fraus mendacium, in bello est œconomia, vel hostes circumue-
do, & imprudentes adoriendo, & elusos decipiendo. Nam quod in pace dolus & iniuria dicerētur, id a
bello stratagema, & res fortiter gesta dicitur. Dolus enim an virtus quis in hoste requirat? nec attendi-
tur iustúmne an iniustum sit quod facias, modo hostem vlciscaris, qui te prior iniuria affecit. Quæ quo-
dem omnia sunt intelligenda, modo sit iustum bellum & iustis de causis illatum, nec fat quidquid pro-
pter quod violetur ius gentium. ᵃ *Hæc autem omnia & quomodo oporteat vti vnoquoque eorum.* Moses
xit Imperatorij muneris & ducendi exercitus scientia fuisse prædictū, nunc ostendit quomodo eam ha
legissent Græci in sacris scripturis, ea sint imitati, Eorum affert vnum aut alterum exemplum. Nam
Moses fugiens Ægyptios, & trita via relicta se conuertens in solitudinem, ad laborem & tolerantiam, a
Herod. lib. 6. & Iust. 2. pietatem se exercuit, & ad se persequendum induxit Ægyptios, quod eis fuit exitiosis etiam Milti
des, cum munita loca Atticæ occupasset Hippias, qui à patria exulans Barbaros adduxerat in Grecia
quem cum esset locorum peritus latere non posset, non ipsum, sed datim ducem Persici exercitus,
ex improuiso adortus strauit, & profligauit insigni illo prælio Marathonio. Porro autem Mo-
Exod. 13. sem quoque imitatus est Thrasybulus. Nam sicut Moysem per deserta ducentem Hebræorum ex-
citum præcessit columna ignis: ita Thrasybulum Athenienſium exules à triginta Tyrannis Athenis ex-
pulsos à Phyle in patriam per loca inuia & noctu, ne lucente quidem Luna, ducentem præcessit
ignis. Defecit autem cum eos inoffensos deduxisset vsque ad eum locum, vbinunc est ara in honorem
Iust. lib 7. Fausa. Att. τῶν, id est, luciferi. Atque quod exules quidem Athenas Thrasybulus reduxerit, & triginta Tyran-
norum fregerit Tyrannidem, narrat Trogus Pompeius, sed de igne qui eum præcessit, & vbi defe-
cerit nihil dicit. Sed nec quænam sit ara τῆ φωσφόρῳ, id est luciferi aut Veneris. Quicunque autem scripsit



confinxit eorum est id non confinxisse Clemens. Quod si verum est, quod tanquam verum legit Cle-
mens, ignem præcessisse Thrasybulum, quanto est credibilius columnam ignis Deo volente præcessisse
populi Hebræorum, eumq; noctu deduxisse. Non solum autē Thrasybulus in hac colūna ignis, Mosem
imitatus est, sed Poëtæ quoque nonnulli columnam pro statua vsurparunt, quorum nonnullos hic citat
Clemens, nec mirum. Nam κίων, apud Græcos, & pro statua, & pro columna accipitur, Genes. xix. Vxor
Genes. 18. Loth postquam ardentem retro aspexisset Sodomā, dicitur versa in statuam salis, ita enim habet nostra
Genes. 28. versio. Sed Septuaginta verterunt ἐγένετο στήλη ἁλός, id est & facta est statua salis, vel columna. Vtrunque
enim dici potest. Quod autē nostra versio habet; Lapis iste quē erexi in titulum, vocabitur domus Dei.
Græce est apud Septuaginta ὁ λίθος οὗτος στήλη, id est lapis quem erexi in statuā &c. Est autē vtrobique idem
vocabulum, & in Hebræo & in Græco. In Hebræo quidem מצבה in Græco στήλη, Latine autē est Titulus, id
quod in alienius honorē erigitur. Lapis ergo qui erigebatur in Dei honorē, & quo significabatur Deus,
& Latine erat titulus, & Græcè στήλη, & Latine columna. Prius autem facta est columna, & in Dei hono-
rem erat vnguam statua, quæ in hoc tantum differt à columna, quod columnæ nō essent formatæ in cer-
tum habitus: statuis autē præter materiam, esset etiā membrorum efformatio. Priusquam au-
tem statuæ, erectæ sunt columnæ tāquam statuæ, & conuenientius à veteribus, tanquā Deus ho-
quod eis significaretur non posse Dei exprimi imaginem. Eius certē quod vnum est nempe Dei,
potest imago. Vnde & Deus mysticè dictus est Apollo, quod cū Deus sit, in eo nō sint mul-
tus autem colūna ignis, & ignis ille quem Moses vidit in rubo significabant lucem è cœlo descen-
& turius per ligoum, nempe crucem in cœlū ascendentem, per quā datur nobis videre intelli-
Si per lucem illā, quæ ex resplendente crucis igne nobis in terra oritur, mens nostra in cœlū at-
intelligentes reddimur. Ex eo autem quod Iacob Patriarcha, qui Deo erexit columnā, aut vt
bet vertio, lapidem erexit in titulō, etiamsi in Dei honorem sensilem erexerit columnam, non
hair vetus Dei cultor. De Deo enim quā debuit habuit sententiā, quod & vnus esset, & nullius
similitudine posset figurari, licet eius firmitas & stabilitas colūna vtcunque significaretur. Id
quod de Deo sentiendum est sensitiatur & credatur, & Deus tanquam Deus colatur, & quod nō est
Deo non colaturinon est timendum ne qui Deum ita colit, dici possit impius vel cultor idolo-
est qui vel Deū non esse credit, vel quæ de eo non sunt sentienda sentit, vel quæ solius Dei
tribuit, vtpote Dæmonibus, elementis, hominibus, & eorum simulatris seu idolis. Nihil certè
quod id Dei similitudinem minus aceedat quam idolum vel simulacrum. Nam cùm Deus sit vnus
alio vnū, quomodo eum figurabit, quod ex multis constat & diuersis? Hinc est quod Iacob Deo
non statuam, sed columnam, quæ eius significabat firmitatem & stabilitatem. Nam qui rebus
motum, ipse manet immobilis, & qui creauit omnia, & omnibus dedit vt sint per ipsum,
solus & vnum. Idem enim est vnum & τὸ ὄν, id est ens, seu id quod est. Solus enim Deus ex se
quod sit; cætera autem omnia quòd sint habent ex ipso.

ᵃ PLATO *autem philosophus, à Mose in legibus ferendis adiutus, reprehendit quidem* XXIII.
*Minoa & Lycurgi Reipub. administrandæ rationem, vt quæ ad solam animi magnitu-*
*dinem respicerent & fortitudinem: laudauit autem vt honestiorem & magis veneran-*
*dam, eam quæ vnum quid dicit, & semper ad vnum dirigitur decretum. Nam & robore*
*& honestate & prudentia dicit nos decere magis philosophari, si ad cæli dignitatem re-* ἀμεταπτώτως
*spicimus, immutabiliter & citra vllam pœnitentiam, eadem sententia, & de iisdem vta-*
*mur. An non interpretatur ea quæ in lege dicuntur, vt ad vnum Deum respiciamus, &*
*ea quæ iusta sunt agamus, præcipiens?* ᵇ *Politici autem dicit duas esse species, vnam qui-*
*dem legitimam: alteram verò, politicam, equiuocè nominatam. Et politicus quidem pro-*
*prie opificem tacitè significat in libro eiusdem nominis, & eos qui ad ipsum respiciunt, &*
*recte operantur & iustè viuunt cum contemplatione, ipsos quoque nominat politicos. Quod*
*autem politicum vocatum est, æquè ac legitimum, & in mundanam diuidit mentis ma-*
*gnitudinem, & in priuatum ordinem, quem moderationem & concinnitatem vocauit,*
*& temperantiam, quando magistratus quidem conuenientes fuerint iis quibus imperant, ij*
*autem quibus imperatur, paruerint magistratibus. Quod quidem vt fiat, Moſis opus ma-*
*gno studio contendit. Præterea legitimum quidem ad generationem, politicum autem ad*
*amicitiam & concordiam pertinere, dicit adiutus Plato: & legibus quidem eum qui est*
*in Epinomide philosophum coniunxit, qui nouit transitus omnis generationis quæ fit per*
*mundum. Philosophum autem alium Timæum, qui est & Astronomiæ peritus, & illo-*
*rum mortuum, & eam quæ est inter se consensionem & societatem contemplatur, coniun-*
*git libris de Repub. Deinde, finis enim est, vt existimo, & Politici, & eius qui ex lege*
*vitæ, contemplatio. Necesse est ergo ciuitatem rectè administrare: optimum est autem*

philosophari. Qui enim sapit, omnia sua referens ad cognitionem vixerit, vitam quidem suam bonis factis dirigens, quæ autem sunt contraria despiciens, & quæ ad veritatem conferunt disciplinas persequens. Lex autem est, non ea quę lege decernuntur, non nec hoc ea quæ videntur, visus, neque quæuis opinio: non enim ea quoque quæ est mala, sed lex omnio bona, bona est autem quæ est vera. Bona est autem, quæ id quod est inuenit, & ut

Exod. 3. aiunt. Qui est autem, misit me, inquit Moses. Qui consequenter, bonæ scilicet operationis quidem dixerunt legem esse rectam rationem, quæ iubet quidem ea quæ sunt facienda, prohibet autem quæ non sunt facienda. Vnde meritò dictum est, Legem datam esse per

Διατάξεις, ετυμολογία. Mosen, vt quæ sit regula iustorum & iniustorum: & cum proprie διατάξις, id est, ritum, dixerimus, qui à Deo per Mosen est traditus. Habet itaque eam quæ est ad Deum delectionem.

Galat. 3. [c] Dicit autem Paulus quoque: Lex propter transgressiones est posita, donec veniret semen cui promissum est. Deinde veluti sensum explicans & prosequens, infert: Priusquam autem veniret fides, sub lege custodiebamur, conclusi timore, ex peccatis scilicet, in eam fidem quæ erat reuelanda: quare Lex pædagogus noster fuit ad Christum, vt ex fide iustificemur. Est autem legis ferendæ peritus, qui id quod conuenit, vnicuique animæ boni, & eius factis tribuit. [d] Moses autem, vt semel dicam, erat lex animata, quæ ratione bona seu verbo bono gubernabatur. Subministrauit itaque bonam Reip. administrandæ rationem. Ea autem est bona hominum educatio in societate. [e] Iam verò facultatem tradidit iudiciariam, quæ est scientia, peccata propter id quod est iustum, corrigens. Eiusdem autem cum ea ordinis, est puniens facultas, quæ tenet scientiam moderandarum vltionum. Cùm sit autem castigatio, est animæ correctio. [f] Versatur autem, vt semel dicam, tota Mosis institutio, & in docendis iis qui possunt esse boni & honesti, & in iis vendendis qui sunt eis similes: quæ quidem fuerit ars imperatoria. [g] Quæ autem versatur in recti verbo iis quæ verbo seu ratione capta fuerint, ea fuerit legum ferendarum sapientia. Eum enim, vt quæ sit maximè regia, est proprium acquirere & viri. Solum itaque sapientem Philosophi, regem, legislatorem, imperatorem, iustum, sanctum, Deo amicum prædicant. Si ita autem in Mose inuenerimus, vt ex ipsis ostenditur scripturis, recte persuasi dixerimus, sapientem reuera esse Mosen. [h] Quemadmodum ergo pastoralem artem omnium curam gerens

Ioan. 2. dicimus: ita enim pastor bonus animam ponit pro ouibus: ita etiam legum ferendarum artem dicemus, virtutem hominum comparare, humanum bonum pro viribus excitantem, vt quæ gregis hominum curam gerat & prouidentiam. Quòd si grex qui à Domino dicitur diuino

Luc. 15. rice, nihil est aliud quàm grex hominum, idem erit bonus pastor & legislator. Vnus igitur, nempe earum quæ ipsum audiunt ouium, vnus est curator, nempe is qui perditam & quæsitam & inuenit, lege & ratione: si quidem lex est spiritalis, & quæ ad ipsam ducit beatitudinem. Quæ enim Spiritu sancto facta est, est spiritalis. Is autem est reuera legislator, qui non solum bona & honesta profitetur, sed scit etiam. Huius lex quoque est, qui scientiam habet ad suum salutare, vel potius, lex est iussus scientiæ. Potentia enim & sapientia est ratio seu verbum Dei. Et hic ipse rursus est legum expositor, per quem lex data est, qui est primus expositor diuinorum præceptorum, qui sinum patris explicat ac exponit, filius vnigenitus. Deum qui legi quidem parent, quòd habeant aliquam eius cognitionem, neque possint non credere, nec ignorare veritatem. Qui autem non credunt, & in factis & operibus minimè id ostendere volunt, ij quoque si vlli alij se veritatem ignorare fatentur. Quænam est ergo Græcorum incredulitas? num nolle credere veritati, quæ dicit Legem per Mosen datam esse diuinam? cùm ipsi ex iis quæ apud se scripta sunt Mosen honorent, & Minoem referant ad Iouis arcanum venientem, nouem annorum spatio Leges à Ioue accepisse: & Lycurgum scribarum venientem, nouem annorum spatio Leges à Ioue accepisse: & Lycurgum scribarum assiduè Delphos euntem ad Apollinem, leges ab eo didicisse: & Plato & Ephorus, & Cla-



mulo Heracleotes in opere de ebrietate, & Aristoteles de Republica Locrorum, Zaleucum Locrum leges à Minerua accepisse, literarum monimentis mandarunt. Qui autem Græcorum leges, vt maximè fide dignæ videantur pro viribus efferentes, ad deos referunt, ad Mosaicæ prophetiæ similitudinem, sunt ingrati, vt qui non fateantur veritatem & exemplar, archetypum eorum quæ à se narrantur. [i] Nemo ergo propter supplicia insectetur legem, tanquam non bonam & honestam. Non enim qui aufert morbum corporis, beneficio afficere videbitur? qui autem ab iniustitia animam conatur liberare, non maiorem videbitur curam gerere, quo est anima corpore præstantior? Sed pro sanitate quidem corporis, & secari & vri, & medicamenta potare sustinemus, & qui hæc adhibet, & seruator vocatur & medicus, & nec ei inuidet, nec malè vult ægrotus, & vt artis dictat ratio, partes quoque aliquas rescindit, ne sanæ partes vnà cum eis intereant, nec tamen quis meritò ob id crimini arguerit. Animæ autem gratia, non similiter tolerabimus aut exilia, aut mulctas, aut vincula, si modo quis ex iniustitia sit restituendus in iustitiam? Lex enim eorum qui ei parent curam gerens, ad pietatem in Deum instituit, & dictat ea quæ sunt fugienda, & propulsat vnumquodque peccatum, pœnas imponens iis quæ sunt mediocria. Cui autem viderit aliquem ita se habere, vt videatur immedicabilis, vtpote qui ad extremum prouehatur iniustitiam: tunc aliorum iam curam gerens, ne ab ipso corrumpantur, tanquam aliquam partem à toto corpore resecans, sic eum qui est huiusmodi, occidit saluberrimè. Indicati autem à Domino, inquit Apostolus, castigamur, ne cum mundo condemnemur. Prædixit enim Propheta: Castigans castigauit me Dominus, morti autem non tradidit me. Vt enim te suam doceret iustitiam, castigauit te, inquit, & tentauit, & fame & siti te afflixit in deserto. Vt cognoscerentur omnes iustificationes & iudicia eius in corde tuo, quæcunque ego tibi præcipio hodie, & scias in corde tuo, quod vt si quis homo castiget filium suum, ita castigabit te Dominus Deus noster. Quod autem exemplum correctionis, iam malus, inquit, videns malum puniti, ipse vehementer castigatur. Nam generatis sapientiæ est timor Domini. Est autem maximum & perfectissimum bonum, quando à malè faciendo & à re malè gerenda, ad virtutem & bonam actionem posit quis aliquem traducere: quod quidem lex facit. Quare etiam quando in immedicabile aliquod malum ceciderit, ab iniustitia & auaritia obsessus aliquis, beneficio afficietur si interficiatur. Lex est enim benefica, quæ alios quidem potest iustos ex iniustis facere, si modo velint audire, alios verò liberat à malis præsentibus. Eos enim qui temperatè & iustè viuere elegerat immortales satagit reddere. Nosse autem legem est bonæ mentis, & rursus: Viri sub legem non intelligunt: qui autem quærunt Dominum, intelligent in omni bono. Oportet autem eam quæ administrat prouidentiam, esse & bonam & bonam. Amborum enim vis procurat salutem: illa quidem, supplicia castigans, vt domina: hæc verò per beneficentiam benignè se gerens, vt benefica. [k] Licet autem non esse filium incredulitatis, sed transire à tenebris ad vitam, & aures sapientiæ accommodata, esse Dei legitimum, seruum quidem primùm, deinde fidelem famulum, timentem Dominum Deum. Quòd si quis ascenderit, refertur in numerum filiorum. Postquam autem charitas operuerit multitudinem peccatorum, beatæ spei perfectione, licet eum tunc auctum charitate suscipere, relatum in electam filiorum adoptionem quæ Dei vocata est amica, iam votum canentem & dicentem: Sit mihi Dominus in Deum. [l] Legis autem beneficentiam, per eum locum in quo agit cum Iudæis, declarauit Apostolus sic scribens ad Romanos: Si tu autem Iudæus cognominaris & in lege requiescis, & in Deo gloriaris, & cognoscis voluntatem Dei, & probas vtiliora instructus per legem, & confidis teipsum esse ducem cæcorum, lumen eorum qui sunt in tenebris, eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam

scientiæ & veritatis in lege. Hæc enim posse legem certum est, & extra controuersiam situm,

Prou. 3. si ij qui vitam ex lege non instituunt, se tanquam in lege glorientur viuere. Beatus autem est vir qui inuenit sapientiam, & mortalis qui vidit prudentiam. Ex ore autem ipsius, sapientiæ scilicet, egreditur iustitia, legem autem & misericordiam fert in lingua. Vincitur

Ibidem. est Domini operatio, qui est Dei virtus & sapientia, Lex & Euangelium; & operamorem genuit lex, is est misericors ad salutem. Eleemosynæ autem fides & veritas nec te deserant, alliga autem eas collo tuo. Similiter autem ac Paulus, Prophetia exprobrat Populo, quod legem non intelligat. Contritio & afflictio in viis ipsorum, & viam pacis non cognouerunt. Non est timor Dei ante oculos ipsorum. Dicentes se esse sapientes, stulti facti

1. Timot. 1. sunt. Scimus autem quod lex bona sit, si quis ea legitimè vtatur. Qui autem volunt esse legis doctores, non intelligunt, inquit Apostolus, nec quæ dicunt, nec de quibus affirmant. Finis autem præcepti est charitas, ex corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.

m Atque Mosaica quidem philosophia quadripartitò diuiditur, & in partem historicam & in eam quæ propriè vocatur legitima, quæ quidem fuerit propriè morum tractatrix, tertiam autem eam quæ pertinet ad sacrificia, quod quidem est naturæ contemplatiua: & postremò quartam, speciem theologicam, quæ est superna contemplatio, quam dicit Plato esse reuera magnorum mysteriorum. Hanc autem speciem vocat Aristoteles μετὰ τὰ φυσικὰ, Interpres. id est, post naturalia. n Et quæ ex Platonis quidem sententia est dialectica, vt dicit in Politico, est quædam scientia inuentrix eorum quæ sunt significationis. A viro autem bono & moderato est acquirenda, non vt aliquid dicat vel faciat eorum quæ dicuntur aut fiunt apud homines (vt faciunt Dialectici, qui versantur in rebus Sophisticis) sed vt possit quidem dicere & facere ea quæ Deo grata sunt, idque totum pro viribus. Cum sit autem dialectica, philosophi permissa veritate, res considerans, facultatesque & potestates examinans, transcendit ad præstantissimam omnium essentiam, & audet etiam vltra progredi ad Deum vniuersorum, non rerum mortalium peritiam, sed diuinarum cælestiumque scientiam profitens, quam consequitur, etiam in rebus humanis, qui in oratione & rebus agendis versatur, proprius vsus. Meritò ergo scriptura quoque tales nos esse volens dialecticos, sic hortatur: Efficiamini autem probi trapezitæ, alia quidem reprobantes, quod autem bonum est tenentes. Hæc enim reuera dialectica, est prudentia prædita vi discernendi ea quæ percipiuntur intelligentia, & purè ac syncerè citráque omnem mixtionem ostendi subiectum eorum quæ sunt: aut facultas quæ versatur in rerum generibus diuidendis, descendens vsque ad ea quæ sunt maximè specialia, præbens vnumquodque eorum qui sit, intuendum quale sit. Quocirca ea sola veluti manu ducit ad veram sapientiam, quæ eadem est diuina potestas, quæ ea quæ sunt, vt quæ sunt cognoscit, habens id quod est perfectum, libera ab omni animi perturbatione, non sine seruatore, qui à nostræ animæ tabernaculo potestate, à mala conuersatione infusam caliginosam ignorationem diuino verbo auferat, & reddidit id quod est optimum ac præstantissimum, vt rectè cognoscamus hominem quidem ἑαυτὸν γνῶναι, ἐστὶ δὲ, Memoriæ hemisticbium. Deúmque. Is est qui reuera ostendit quomodo nos ipsos cognoscere oporteat, qui vnigenitus patrem cui vult reuelat, & facit vt intelligat, quoad fieri potest vt humana natura

Ioan. 10. comprehendat. Nemo enim nouit filium nisi pater: neque patrem nisi filius, & cui filius

Ephes. 2. reuelauerit. o Meritò ergo Apostolus dicit, se per reuelationem nosse mysterium, quemadmodum prius scripsi in breui, vt possitis legentes intelligere intelligentiam meam in mysterio Christi. Vt possitis dixit, quoniam sciebat aliquos lac solum accepisse, nondum autem cibum, sed nec lac quidem solummodo. p Tribus autem modis voluntas Legis est à nobis accipienda: vel vt signum ostendens, vel vt præceptum sanciens ad rectam institutionem, vel prædicens, vt prophetia. Satis autem scio esse virorum, ea quæ sunt inuisibilis disserere ac



discere. Non est enim vna Myconus, vniuersa ad intelligendum scriptura, vt dicunt qui vtuntur prouerbijs. Est autem quam maximè fieri potest dialectice ad eam accedentem, consequentiam diuinæ doctrinæ venantibus. Vnde pulcherrimè Sacerdos apud Platonem Ægyptius, O Solon Solon, inquit, Vos Græci semper estis pueri, nullam penitus in animis per veterem auditionem antiquam habentes opinionem: ex Græcis autem nullus est senex. Senes, vt arbitror, dicens, qui antiquiora, hoc est, nostra, nouerant: vt rursus iuuenes, qui recentiora, & quæ exercebantur à Græcis, quæ heri & nuper facta fuerant, ad vetera & antiqua referebant. Subiunxit itaque: nec disciplina vlla cana tempore, more quidam barbarico non ficta & planè pura nobis vtentibus metaphora. Qui sunt ergo vigore bona mente præditi & cordati, absque vllo artificio accedunt ad totum figmentum interpretationis. De Græcis autem dicit, eorum opinionem parum quid differre à fabulis. Non sunt enim pueriles audiendæ fabulæ, sed nec ij qui pueris fabulæ facti sunt. Puero autem dixit ipsas quidem certè fabulas, vtpote quod parum videant qui se apud Græcos existimant sapientes: per canam disciplinam, tacitè significans antiquissimam illam apud barbaros, veritatem. Cui verbo opposuit illud, puer fabula, arguens fabulosam recentium tractationem, vt quæ puerorum instar, nihil habeat antiquius: vtrumque communiter, & fabulas eorum, & orationes esse pueriles ostendens. q Diuinè ergo Scriptura illa quæ Hermæ loquitur in reuelatione: Visiones, inquit, & reuelationes proprium est eorum qui sunt duplici corde, qui disputant in cordibus suis, sint ea nec ne. Similiter autem reuelationi quoque doctrinæ copia validas efficiunt demonstrationes, confirmánteque ac fundent demonstratiuas rationes, quatenus eorum tanquam iuuenum mentes pendent sublimes in aëre. r Lucerna ergo est præceptum bonum, vt vult Scriptura. Lex autem est lumen

Lumen. vna. Vias enim vitæ arguit disciplina. Lex est rex omnium mortalium & immortalium, inquit Pindarus. Ego autem per hæc exaudio eum qui legem tulit, & Hesiodi illud dictum esse accipio de Deo vniuersorum, etiamsi ex coniectura à Poëta dictum est, non autem ex comprehensione:

Humano generi lex namque est à Ioue lata,
Pisces atque feræ volucresque per æra nantes
Sese edunt, cùm illis vlla laudi sit notio iuris.
Hesiodus.
At hominum generi iustum, est res quæ optima, cessit.

Quæ ergo naturalem legem quæ est vna cum generatione, siue eam dicat quæ rursus data est, sed à Deo, & naturæ & disciplinæ vna est lex, vt etiam Plato in Politico dicit vnum legislatorem: in Legibus autem, vnum ea quæ ad Musicam pertinent intellectum, per hæc docens vnum esse rationem & Deum vnum. Moses autem videtur Dominum appellare διαθήκην, hoc est pactum seu testamentum. Ecce ego, dicens, pactum meum tecum. Nam prius quoque dictum pactum ipsum non esse quærendum in scriptura. Est enim pactum quod Deus statuit, qui est author vniuersi, Deus autem Græce θεὸς, dictus, ἀπὸ τοῦ θεῖν, hoc est, expositione, ordine & administratione. In Petri autem prædicatione inueneris Dominum vocari Legem & Rationem. Sed qui ex vera quidem sumitur philosophia, cognitionis monimentorum primus liber Stromateus hic terminetur.

## COMMENTARIVS.

a PLATO autem Philosophus à Mose in legibus. Quod Moses quidem fuerit legum ferendarum peritus non dixit Clemens: Leges quoque tulit Plato, sed ad eas ferendas ei opem tulit Moyses. Cretensium & Lacedæmoniorũ legum scopum reprehendit Plato, quod solam magni animi virtutem & bellicam gloriam tanquã scopum sibi proponerent, cum vniuersam virtutem sibi potius deberent proponere. Ipse autem Plato congruenter Mosi ea laudat rempublicã, quæ vnum & idem semper dicit, & vna & eadem de eadem virtute essentia. Ita fiet vt prudenter honestè & fortiter nos hic geramus, si philosophantes ad

vnũ Deum respiciamus, & bonæ & honestæ vitæ dignitatẽ è cælo accipiamus. A Deo enim eũ bona omnia tum bonę actiones & bona opera maxime procedunt. Hæc & similia dicens Plato videtur quodammodo legem diuinam interpretari. *Politici autem dicit duas esse species.* Est dialogus Platonis qui inscribitur Politicus vel Regalis, in quo docet quænã sit reipublicæ administrãdæ scientia, & quæ ratio regendi administrandi. Eius duas statuit species legitimã & Politicam. Considerat ur autem Politica, & vt genus, vt species. Et si sit quidẽ genus, vtramque complectitur reipubl. administrationem, nempe & eam quæ solo regitur magistratus imperio, & eã quæ regitur latis legib⁹ & decretis. Est ergo politica *ἐμπειρία* cabulũ, vt quod sit & genus & species. Quãuis autem in eo dialogo sit Platonis institutum tradere reip. administrandæ scientia & regni exercendi ratione, tamen cùm summã reipub. regendæ authoritatem tribuat Monarchiæ, per Politicum tacite significat Opificem, id est vniuersitatis creatorem & gubernatorem: per Politicos autem, eos qui ad Deũ respicientes & eũ sibi proponẽtes rectè & ex virtute regunt. Cum contemplatione enim viuere, vocat Deum sibi proponere. Tota autem illa administrandæ reipublicæ ratio, tam quæ Monarchæ regitur imperio quam quæ legibus, diuiditur & in mundanam magnitudinẽ quæ mens erigitur in mundi contemplationem, & in moderationem & temperantiã, quæ efficit vt & magistratus ea imperent quæ ciuibus conueniunt, & ciues Magistratibus vt decet obtemperent. Hanc quoque statuit differentiã inter legitimã & Politicam, quod legitima, id est quæ legibus administratur resp. pertineat ad generationem (generationẽ autem vocat, hominũ qui oriuntur ciuilem societatẽ, quæ legibus regitur quæ sunt inexorabiles, & apud quas nullus est gratiæ locus) Politica vero quæ non legum, sed imperio regitur magistratus, pertinet ad amicitiã & concordiam. Nam apud eos qui societate & nõ legibus regentes magistratus & principes, locus est gratiæ amicitiæ, conciliaturq; & ad concordiam rediguntur qui ab eis reguntur populi. Habent autem & leges suam philosophiam, & politicam quoq; suã, sed differentẽ. Vtriusq; autem finis contẽplatio, sed quod iustũ quidem est & æquũ & bonum. Ad mores pertinet legitima contemplatur philosophia, quæ sit varia necesse est, cum fiat ciuilium generationem, quæ est rerum in quas cadit ortus & interitus, & quæ planè sunt errantes. Politica autem philosophia nõ versatur in errantibus subiectis, sed in iis quæ sunt certa firma & stabilia: cùm conueniant & consentiant, nec vnquã aberrant eorum motus si qui sint, cuiusmodi est Astronomia, Arithmetica, Geometria, Musica & cætera Mathemata, per quas veluti per quosdã gradus perueniat ad animam philosophiã, cuius est subiectũ ipsa veritas & essentia, quæ à materia longe remota sola percipitur intelligentia. Plato itaq; duplicem constituit philosophiã, nempe legitimam, id est moralem quam coniungit legibus in Epinomide, & alteram quæ ab actione remota persequitur veritatẽ, quæ est prima philosophia, quã coniungit libris de republica. Quamuis autem ab actione videatur remota politica, id est prima philosophia, quę versatur in cõtemplanda veritate, vtriusq; tamen finis est cõtemplatio. Nam etsi maximè agit qui viuit ex legibus, agit tamen, omnem suam actionem referens ad cognitionem, & bona factis vitam suam dirigens, & quæ eis repugnans despiciẽs, & sectans ea documenta quæ profitet ad quendam veritatem. Non potest etgo eiiciendus & sola actio eius, qui viuit ex legibus. Nam vtagit, non templetur oportet quæ sunt agenda, & oportet vt actio respõdeat cõtemplationi, quæ si desit, non adest actione veritas. Si autem nõ sit in actione veritas, non erit vera actio sed hypocrisis. Vbi autem est hypocrisis, iusti nõ sunt qui quæ sunt legis faciunt. Non facere enim censendi sunt qui legis scopum nõ assequuntur. Ij autem demũ iusti sunt qui quæ sunt legis faciunt. Lex autem non consistit in verbis, sed in factis.

*Rom. 2.* Legis enim factores iustificantur. Verba legis nõ sunt lex, sicut nec quæ videntur sunt visa. Visa sola animæ facultas quæ peruenit ad rerũ sensibilũ colores, eos repræsentat diuidicãdos & ab alijs discernendos: verba quæ mandantur literis non sunt lex, sed lex est recta ratio quæ iubet quæ sunt facienda, vetat autem quæ non sunt facienda. *Dicit autem Paulus quoque, lex propter transgressiones est posita.* Exponendo intelligitur quod dixit legem habere ad Deum deductionem. Ad Magistrum non venit puer nisi ducat Pædagogus: ad Christũ quoquetion venit is qui ab ipso est instituendus, nisi eum ducatis qui est pædagogus ad Christum. Propter transgressionem autem dicit datam esse legem, nempe vt peccata alioqui erat insolens & immodestus, & ad vitia propensus, reprimeretur ab effrenata transgressione pertulantia, quæ obstitisset ne disciplinam susciperet & eruditionem, virtutemque & mores quales deceret Dei alumnum & discipulum. Populi autem coercendi authoritatem tamdiu lex erat habitura, donec veniret semẽ cui erat promissum, nempe Christus, cui diuino elogio erat promissum, vt in eo benedicerentur omnes gentes: nempe cùm post eius aduentũ præsenti fides haberetur, quæ venturo antea credebat. Cũ hæc fides esset renelata, quæ prius erat occulta, vt quæ adhuc expectaretur, sublatus est terminus legis, cùm ad recte & ex virtute operandũ iam incitet non seruilis legis timor, sed voluntarius seruus filius. Quæuis autem etiam sub lege esset Christi fides, ea tamen nõ iustificabat nisi quatenus prospiciebatur Christum venturum qui mundi peccata expiaret & tolleret. Interea autem custodiebamur sub lege nondũ quidem salui, sed per venturum Christum salutem assecuturi: & hinc quidẽ nos terrebat lex quæ pœnas minabatur pro peccatis: illinc autem spem dabat gratia per Christum venturum danda iis qui ipsum erant crediturj. Quamuis autem vtraq; sit fides, & venturi inquam Christi & Christi qui venit, tamen proprie est fides quæ cõsequitur à præsente quod sperabatur à venturo. Lex itaque est nostra pedagogus ad Christũ, vt quæ nos deducat ad ipsum per fidem in ipsum iustificandos & salutem consequturos. Est autẽ legis ferendæ peritus qui id quod conuenit vnicuique animæ parti & eius factis tribuit. Inter cætera Moſi tribuit Clemẽs, quod sit *ἐμψυχος νόμος*, id est, legis ferẽdæ peritus. Hoc vt ita esse ostendat, docet quid sit proprium eius qui fert legem. *Moses autem, vt semel dicam.* Non satis habuit Moses legem scribere, vt cuiuslibet animæ facultati quæ sua sunt tribueret, sed ipse etiã fuit lex animata, quæ opportune pro circumstantiarum & temporum varietate, statuens quæ erant vtilia & necessaria. *Hanc vim scientiam vocat iudiciariam.* Ad politicam & regnum administrandi scientiam pertinet etiam scientia iudicandi, quæ est scientia castigandi peccatorẽ propter id quod iustũ est. Merito autem dixit, propter id quod iustũ est, id est iustitiam. Si quis enim castigaret peccata, vt acceptam vleiceretur iniuriam, pertotus inimicus dicendus esset quàm Iudex. Porrò autem in castigando certus modus est tenendus quem qui tenet, is habet scientiã puniendi. Qui in castigando autem modum excedit, is non punit, sed iniquè & cruciat. Qui autem castigans punit, is corrigit animã, id est, eam reddit modestam & temperatam. *Videatur autem, vt semel dicam.* Vt ostenderet Clemens Græcos multa accepisse à Mose, docuit quòd eum fuisse dicant scripturæ: nunc autem totam eius institutionem in summam contrahit. Dicit autem eũ versatũ in docẽdis bonis, & in venãdis iis qui sunt similes bonis. Bonos vocat eos qui iã sunt addocti & disciplinã, & libenter discunt ea quæ docentur. Bonis similes autem eos appellat qui sunt bonæ indolis, & quos spes est tanquam proselytos adduci posse ad veram doctrinam & religionem. Bonos & similes repugnãtes docet Moses. Venatur autem bonis similes, vt ad suam attrahat disciplinam, quod fecisse scimus Imperatorias. Nã vt est propriũ Imperatoris hostes superare & ad se attrahere, ita Moses tanquam Imperator quos expugnari & attrahi ad pietatem posse non ignorabat, vtattraheret sedulo operabatur. *Quæ autem versatur in vtendo.* Moſis institutio non solum docet & adducit ad disciplinam, quæ verbo cõperit vt Imperator, sed etiã vtitur iis quæ capta fuerint. Vtendi autẽ sapientia est legis ferentis scientia. Ideo enim feruntur leges, vt sciatur quomodo & rerũ acquiratur dominium, & quemadmodũ iustis rebus rectè & legitimè vtamur. Interest enim reip. ne quis re sua male vtatur. Male autẽ vtitur is qui alienа per fraudẽ vsurpat, dolosisque & fraudulentis contractibus & commerciis eos cum quibus negotium decipit & circũscribit, & in suam vel aliorum noxam prodigit & profundit, & dissipat. Legerit, vt nec in rebus, nec in dictis, nec in factis id seruet quod est æquũ & bonum. Eiusmodi leges ferens Moses merito est censendus tenere & docere modum vtendi sapientia, quæ quidem est maximè regia. Est enim maxime regium recte acquirere, & rebus acquisitis bene vti. *Quemadmodum pastoralem artem.* Et leges ferendi scientiã habuit Moses, & artem pastoralem. Vtriusq; autem artis scopus & institutũ, nempe gregis seu populi cutam gerere. Tantam populi curam gessit Moses *Exod. 32.* ego non salutẽ optaret deleri de libro viuentium. Et legislator ergo fuit Moses & pastor. Bonus autẽ pastor animã ponit pro ouibus. Quod si bonus pastor est Moses, multo magis Christus vnigenitus Dei *Ioan. 11. Luc. 15.* animã ponit pro ouibus, & vnicam ouem perditam, nempe ecclesiam, reducit ad beatitudinem. Ille est mus curator gregis qui allegorice populũ significat. Curat autem ratione & lege. Lex autẽ est spiritualis, vt quæ facta sit à sancto Spiritu. Porrò autẽ lex est iussus Veri bi vel iussus scientiæ. Verbum autem ipsa Dei scientia, sapientia & potentia, quod patris sinũ aperit, & reuelat quę in eo sunt arcana. In quem sunt absconsi omnes thesauri scientiæ Dei. *Nemo ergo propter supplicia insectetur.* Legem à Deo latã Græci non agnouerunt, nec ei crediderunt. Fuerunt quidam etiã hæretici Græcis longe deteriores, qui legem tanquam malam & crudelem insectabãtur propter supplicia quæ sceleratis irrogat. In *Marcionistæ.* quos videlicet iuniorum. Nõ enim lex est magis damnãda propter supplicia, quã Medici qui pro curandis & sanandis egrotis eos vrunt & secãt. Lex enim ideo irrogat supplicia, vt vel sceleratos liberet à vitiis si sint medicabilia, vel si vero sint immedicabiles, vt eos à toto corpore resecet ne sincerosinficiant. Nõ eo nomine crudelis est lex crudelis, quæ vnius membri amputatione procurat salutem toto corpori. Prodest enim ciuitati quando castigatur aut corrigitur qui alijs videt puniri. Quod si malum videt immedicabile, est lege melius vt interficiatur sceleſtus, quã vt viuens & sua augeat peccata, & sua contagione alios inficiat. Lex ergo est benefica & ex iniustis iustos faciens, & alios liberans à malis præsentibus, eos scilicet qui non possunt curari. Vtroque enim modo beneficio afficit. *Licet autem non esse filium incredulitatis.* Legem Dei non agnoscunt, nec ei obediunt, nec credunt, dicuntur more loquendi Hebraico filij incredulitatis, id est incrẽduli. Tales erant Græci qui Christo nondũ crediderunt. Eos sedulo conatus Clemens ad fidẽ adducere, dicit eis licere non esse filios incredulitatis, id est incredulos, sed credulos & fideles. Nec mirũ si cum de lege loquatur vsurpet vocabulũ credulitatis & incredulitatis: à legis enim agnitione pendet fides cùm Christum lex prædixerit & prophetæ. Qui ergo ad Christũ accessit quem lex & prophetæ salutem datarum prædixit, is statim fit legitimus. Sed cùm legitimorũ sint varij gradus, non omnes legitimi collocantur in eodem ordine. Primũ enim seruus est qui legẽ admittens & in Christum credens, propter minas pœnæ à lege intentatas Deũ timet & legi paret, qui est timor seruilis. Secũdus est mercenarius patrem Domino propter timorẽ pœnæ, sed fidelis famulus voluntariæ legi parens & Domino libere seruiens, quod Dominũ quem diligit timeat offendere. Quo in loco est adnotandũ Clementem differentiam inter seruũ quem vocat *δοῦλον*, & famulum quem *θεράποντα*. Seruus enim non habet cuiquã suũ officium facit: famulus autem qui Græcè dicitur *θεράπων*, luhẽter & alacriter Domino tam seruit quã instruit. Est enim amicus domesticus, ad agendũ promptus & strenuus. Hanc *In O. Rapſ. Iliad.* differentiã licet videre apud Eustathium, in commentario in Homerum. Ij autem sunt de quibus dicit Christus, Iam vos non dico seruos, sed amicos. Ij enim etsi Christo seruiant, nõ tamen seruili animo seruiunt. Non enim ei seruiunt quòd ignẽ gehennæ timeant, sed quod eum tanquam optimum & beneficentissimũ Dominum colant & obseruent. Tertius gradus legitimorum qui ad Christum ascendunt, est eorum qui Christo non salum seruiunt tanquã Domino, sed eum honorant tanquam filij patrem. Summus gradus est quando non solum Deum honorant vt filij, sed per charitatem opertis peccatis beatæ perfectionem, qua ad regnũ cæleste aspiratur, à Deo per Christum adoptantur & eo procedunt, vt cum eo & cum reliquis qui ad regnũ cæleste aspirant, à Deo per Christum adoptantur & eo procedunt, vt cum eo & cum reliquis contendunt à Deo quodammodo deificentur. *Legis autem beneficentiam.* Quoniam dixit antea legem esse beneficã, ostendit quænam sit eius beneficentia, authoritate Apostoli ad Romanos, in ea epistola qua agit aduersus Iudæos qui de lege gloriabãtur. Quæ enim de lege dicebant vera erant, sed de lege gloriose iactabant vera non erant, neque enim reipsa facis bant quæ dicebant. *Atque Mo-*

*facta quidē philosophia.* Cùm locutus de Mose dixisset de lege Mosaica, id est à Deo data Moysi, quod ante scripsit Moses multa cōtineat, visum est Clementi eius opus in suas partes diuidere. Mosaice ergo philosophiæ dicit esse quatuor partes. Historicā qua res gesta narratur. Legitimam & quæ propriè dicitur legitima, in qua scriptis mandatæ sunt leges quibus instituuntur mores, & certa cōstituuntur iudicia quæ pertinent ad cōseruandam ciuium inter se societatem, & hæc pars est philosophiæ qua docentur opera. Tertia pars agit de sacrificiis quę Deo offeruntur. Ea pars cū sacrificia sint partim animata partim inanima, pertinet ad naturæ contemplationē. Quarta pars est Theologica, id est superna contemplatio, quæ missis rebus naturalibus quæ sunt crassæ terrenæ & cōcretæ, cōsiderat quæ sola percipiuntur mente, quæ sunt tia, & nec oriuntur nec occidunt, sed semper sunt, quorū primū est Deus qui vere est solus, & super omnia. Eā partem dicit Plato esse magnorum mysteriorum. Sunt enim quæ in eis latent arcana & inuisibilia, & quæ humana cōprehendere nō potest intelligentia. Talia sunt quæ in scripturis dicuntur de angelis mentibusq; cæleſtibus & diuinis intelligentiis, & de summa illa trinitate qui est vnus Deus, hypostaseon seu personarū triade. Hanc partem Theologicā vocat Aristoteles Metaphysica. Peruenitur autem ad turalibus peruenitur ad ea in quibus locū solum habet intelligentia. Et sunt hæ quidem partes philosophiæ Mosaicæ, id est scripturæ, cuius quoq; multiplices esse sensus dicūt eius interpretes, tū vetus Hebræi, quam qui à Christo sunt illuminati, nempe sensum historicum quem vocant literam, allegoricum, mysticum, Tropologicū, analogicū, etymologicum. Quorum primus quidem ordine est historicus, & sine quo cæteri nō consistunt. Cæteri autē sunt dignitate & virtute præstantissimi, vt qui sint spiritus. Habet enim scriptura & literā & spiritum. Litera autem occidit, spiritus verò viuificat. Ita autem tradendus est litera, vt superior sit spiritus. Ita est amplectendus spiritus, vt ipse quoq; nō pereat cum litera quæ in eo viuificatur. *Et quæ ex Platonis quidem sententia est dialectica.* Mosaicæ philosophiæ præcipui partes Theologia, quā tanti fecit Plato, vt ea maxime de causa diuinus sit appellatus. Ad eandem autem etiam tam maxime vtilem esse censuit Dialecticā. Cui etsi in rebus humanis non neget suum esse cōsilium, eius tamen vult præcipuū esse scopum, vt ea dicamus & faciamus quæ Deo grata sunt quæ ita fieri potest. Eius autem præcipuū munus est rerum genera ita diuidere ac distinguere, vt distincta quæ vere sunt ab iis quæ vere non sunt, id est ea quæ sub solam cadunt intelligentiā, ab iis quę cadūt in sensum, & oriuntur & intereunt, & tandem ad veram deducere sapientiā, quæ est diuina potestas, ea quę sunt, vt quæ sunt libera ab omni animi perturbatione. Huiusmodi dialectici cōparātur boni pecuniis seu mensariis, qui bona numismata retinentes mala reijciunt. Sed quantūcunque nos ad sanctam ducat sapientiā dialectica, Deum tamen cognoscere non poterimus, nisi adsit non creata, sed ab æterna genita Dei sapientia Deus Dei filius. Non cognoscitur enim pater nisi per filiū, & filius nisi per Patrem. Sed neque Deū nouerit qui seipsum non nouit. Seipsum autem non nouit qui suam non agnoscit imbecillitatem, & non intelligit se sine Deo nihil posse facere. Vt autē facilius intelligantur quę hic de Platonica dicuntur dialectica, sciendum est, primam philosophiam quæ & Metaphysica dicitur, à Platone appellari dialecticā, quæ à Geometricis consurgens positionibus ad prima ascendit principia, & versatur in diuinis & æternis. Vtitur autē Logica tanquā instrumento. Omnis autem logices disciplina, vel diuidit, vel colligit. Colligit autē vel ex veris & necessariis, & exinde existit demonstratio, vel ex probabilibus, & est dialectica Aristoteli. Sin ex falsis quāuis sint probabilia, Sophistica. Dialectica quæ Platonica in rebus versans diuinis & æternis, nunquā colligit nisi ex veris & necessariis. *Mones ergo, inquit, ipse dicit.* Quāuis dialectica multum conferat ad Theologiam, Deus tamen non potest cognosci nisi per Seruator qui solus reuelat patrem, vt pater filium, ad quod ostendendum citauit Ioannis Euangelium. Ad idem citat etiā Apostolum, qui dicit se nosse mysteria per reuelationē. Quodquidem se passum ait ad eos scripsisse, quod lac solū accepissent, solidi autem cibi nōdum essent capaces, id est, nondum possent intelligere mysticos & recōditos sensus scripturæ. *Tribus autem modis voluntas.* Legis voluntas solet dicere legis sententiā & scopum. Eam autē dicit esse triplicem. Vult enim lex vel aliquod facere signum puta sacramentū, narrare & explicare, vel cōstituere præcepta quæ pertineant ad vitæ institutum, vel tanquam prophetia futura prædicere. Non est autem puerorum sed virorum hæc discernere & scire.

*Non vna Myconus. Erasmus in Adagijs, Strab. lib. 10.*

Nō est Myconus vniuersa scriptura, id est, nō comprehendit scriptura res diuersas sub vno & eodem tulo, hoc enim significat prouerbium, Non vna Myconus. Hos simul coniunctos sensus non intelligens Græci. Sunt enim adhuc pueri, vt dicit Sacerdos Ægyptius, vt qui non audierint vetera, cuiusmodi sunt Mosaica & Hebraica, quæ iā ostendit Græcis esse lōge antiquiora. Merito ergo Græci vocantur pueri, iuuenes si conferantur cum Hebræis. Hebræa autem nostra dicit Clemens, cum & Christus ex Hebræis, & quæ ab Hebræorū partriarchis & prophetis fuerāt prędicta, ab ipso Christo sint impleta. Hebræi quā tulerat legem cessantibus vmbris & figuris deduxit ad veritatem. Senes ergo vocat Hebræos, & metaphorā canam eorū disciplinam, canam vocans, antiquissimam quæ est apud ipsos veritatem. Cos autē, pueros, quod & quæ de eis narrātur sunt recentiora. Fabulas autem, quod & quantumuis iactent sapientiā, vt qui se sapientes existimant, & se de sua venditent eloquentia, sunt tamen quæ à dicuntur fabulosa. Nec ipsi ergo sunt audiendi, vt qui sint pueri, nec eorū fabulæ. Sed audiendi sunt Hebræi quorū cana est sapientia, & qui simpliciter & absq; artificio ad ea narranda quæ componunt, quæ vocat figmentū interpretationis seu enunciationis, accedunt. *Domine ergo patefias illa quæ Hermas loquitur in reuelatione.* Cùm dixisset ad Theologiā, ad Dei, inquā, cognitionem non sufficere dialecticam, ideo quoq; Deo verbo opus esse qui reuelat suū patrem, vt pater etiam reuelat filium. Quæ reuelatione etiam Apostolus se agnouisse Christi mysterium, citat etiā Hermam Pauli discipulum ex libro qui tur Pastoris, qui licet à nōnullis censeatur Apocriphus vt statuitur in can. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, tamen testimonio vtūtur nōnulli antiqui sancti patres. Ex eo libro citat Clemēs verba potestatis, id est angeli qui dicit Hermæ op' esse visionibus & reuelationibus propter eos qui sunt duplici corde, id est qui ambigunt & disputāt, sintne vera quæ dicuntur, & quantumcunq; sit eorum doctrina ad [illegible]



dubitandum, non sufficiunt etiam validæ demonstrationes. Sunt enim eorum, vtpote iuuenum & non satis religione confirmatorum, mentes in aëre suspensæ. *Lucerna ergo est præceptum bonum.* Quoniam discitur Deum cognosci per Deum reuelantem, & Dei visiones & reuelationes, occurrete autem posset Deū cognosci etiam per præceptum, legem, & Dei pactum seu testamentum. Bonum enim præceptum est lucerna quæ hominis illuminat oculos vt Deum videat & agnoscat, & lex est lumen vitæ, vt quæ Deum *Prou. 17.* offendat qui est ipsa vita, à qua quæcunque viuunt vitam accipiunt, & disciplina præceptorum & legis quæ vias vitæ, id est, monstrat qua sit eundum ei qui Deum agnoscit, respondet hoc quidem verū esse, sed ipsa quoque Deum esse, Dei enim nihil est quod non sit Deus. Dei certe præceptum est Deus præceptorum, & lex quæ est recta ratio dictans quæ sunt facienda & fugienda, ipse est Deus. Lex enim non est in qua lege sanciuntur & iubentur, sed ipsa quæ sancit & iubet ratio quæ est Deus. Hæc est lex quam dicit Platonis esse Regem omnium mortalium & immortalium. Regem, inquā, non reginā. Lex enim dicit est masculini. Deus enim sua prouidentia, quæ est lex vniuersitatis tam mortalia quam immortalia regit & administrat. De hac lege intelligit Hesiodus in iis versibus quos citat Clemens, Deum vnius coniectura magis assequens quam comprehendens. Hæc est lex vna tam quæ à natura datur hominis generatione, quām quæ Mosi data fuit à Deo, Vna, inquam, est, & quæ est naturæ & quæ est scripturæ, quæ, inquam, datur ad populum in officio continendum. Idem autem Deus & lex est vna, & verus legislator, vt dicit Plato in Politico. Dicit autem in legibus vnum intellectuum quæ ad musicam pertinet. Per hęc autem docet vnum esse Verbum quod & ratio dicitur, estque Dei filius, & vnū Deū. Vnum autem Deus lex dicitur & legislator, sed videtur etiā Moses appellare Deum διαθήκην, id est testamentum, vel testamentum, significans & Deum esse qui cum Abrahamo, & per eum cū toto Hebræorum populo pactus est seu fœdus iniit. Et ipsum pactum seu fœdus, quod cum eo iniit, Deum esse, nempe illi populo Deum, & Dei populum peculiarem Deo futurum, cui esset impressum signum circumcisionis. Quamuis autem ipsum Dei pactum seu fœdus, & testamentum sit mādatum literis, erat tamen pactum fœdus, & testamentum, priusquam mandaretur, nec scriptura spectanda est vt pactum, fœdus & testamentum, sed quod Deus vniuersitatis id statuerit qui est Verbum seu ratio. Dictus est autē Deus Græcè ἀπὸ τοῦ θεῖν τὰ πάντα, id est statuere, quod statuat, & ordinet, & administret. Et ideo Petrus in Actibus inquit, etiamsi non scribantur, Deus sunt statuens, decernens & apud homines proferens. Hæc autem omnia eo tendunt, vt intelligamus Deum cognosci, non tam per dialecticam, quam per ipsum Deum Verbum qui est vera Philosophia. Hic autem est finis primi libri Stromatum.

# CLEMENTIS ALEXANDRINI STROMATVM LIBER SECVNDVS.

DEINCEPS [a] autem fuerit tractandum, quoniam barbaræ philosophi fures Scripturæ Græcos esse dixit, quemadmodum hoc paucis ostendatur. Non solùm enim ex ijs quæ à nobis narrantur, ea quæ sunt admirabilia & præter fidem imitantes, scripsisse ostendemus, sed etiam præcipua dogmata surripientes, eaque adulterantes, cùm nostra sint, vbi monstrauimus, scripturæ antiquiores, conuincemus, nempe in decreto de fide, & de sapientia, & spe, & charitate, & de pœnitentia, & continentia, quæ- ἐγκρατεῖ. etiam de Dei timore. Examen certè virtutum veritatis, & quæcunque postulabit quæ in proposito loco sit adnotatio, comprehendentur, & quòd maximè occultum barbara philosophia symbolicum hoc & ænigmaticum genus sunt æmulati, qui actione & exercitatione prosecam sunt sectati philosophiam, quod quidem genus est vtilissimum, atque adeo maximè necessarium cognitioni veritatis. [b] Post hæc existimo esse consequens ijs respondere decunt Græci dum in nos inuehuntur, paucas inducendo scripturas, si fortè contingat, vt deus quoque paulatim exaudiens, ex ijs quæ credidit, possit conuerti ad eum quem non credidit. [c] Præclaros autem philosophos meritò excipiet, à charitate profecta, eorum vita & inuentionis nouorum dogmatum reprehensio, non vlciscentibus quidem nobis iniuriam multum quidem abest, cùm etiam eis bene precari & benedicere didicerimus qui nos execrantur, etiam si in nos maledictis inuehantur: sed vt illi conuertantur, si forte erubuerint qui omni sunt ex parte sapientes, per barbaram correcti reprehensionem, vt possint tandem perspicere, cuiusmodi sint disciplinæ, quarum gratia peregrinando transmarina obeunt regiones. Quorum enim sunt fures, ea quoque sunt demonstranda, ijs nimio sui amore detracto, & maiori quàm par sit de se persuasione: quæ autem ipsi quærentes, gloriantur se inuenisse, ea sunt reprehendenda. Consequens autẽ est, vt disciplinarum, qua vocatur orbis, ostendamus quàm sit inutilis, & de Astrologia, Mathematica, Magica, & arte præstringendi oculos, quæ dicitur θαυματία, cursim est à nobis tractandum. De ijs enumquam maximis scientiis, omnes Græci se iactant, & sibi placent. Qui autem libere & audacter reprehendit, est pacificus. Sæpe autem diximus, neque nos vt Graci essemus curiosi esse, neque in eo studium ponere. Hoc enim sufficit ad multos populari quadam persuasione à veritate abducendos. Quæ verè est autem philosophia, non in lingua, sed in mente iuuabit eos qui audierint. Oportet autem, vt opinor, eum qui curam gerit veritatis, non insidiosè captóque consilio ac cura adhibita dictionem componere, sed conari tantum id quod vult quomodo potest exponere. Eos enim qui hærent dictionibus, & in eis sunt occupati, res ipsæ effugiunt. Atque agricolæ quidem est proprium, rosam quæ in spinis nascitur citra noxam carpere: similiter & artificis, eam quæ in ostrei carne infossa est margaritam inuenire. Aiunt autem gallinas quoque earnem habere suauissimam, quando eis non oportune appositio nutrimento, & ea pedibus fodientes, cum labore nutrimentum colligunt. [d] Si quis ergo eius quod est simile contemplandi potestate præditus, cupit in multis probatis ijsque Græcis, id quod verum est persequi, tanquam sub latuis verum vultum sollicitè perscrutatus, venabitur. Dicit enim quæ Hermæ in visione apparuit potestas: Quod tibi contingit reuelari, reuelabitur. Propter tuam autem ne efferaris sapientiam, dicunt Prouerbia. In omnibus autem vijs cognosce ipsam, vt rectò tramite dirigas vias tuas, ne autem



autem tuus ne offendat. Vult enim per hæc ostendere, oportere opera esse verbo consequentia. Iam verò ostendit nos oportere ex omni disciplina eligendo habere id quod est vtile. Sane autem viæ sapientiæ variæ, vt rectò tramite incedamus ad viam veritatis. Via au- Ps. 118. tem est fides. [e] Pes autem tuus non offendat, ait de aliquibus qui videbantur aduersari vni cuique diuinæ quæ prouidet administrationi. Vnde subiungit: Ne sis sapiens apud teipsum, per impias rationes, quæ seditionem agitant aduersus Dei œconomiam & dispensationem. Time autem Deum, qui solus est potens: cui est consequens, Deo mihil aduersari. Et alio- Hebr. 12. qui apertè quoque docet inductio, quòd Dei timor, est mali declinatio. Dicit enim: Et declina ab omni malo. Hæc est disciplina Domini. Quem enim diligit Dominus, castigat, efficiens quidem vt doleat, ad hoc vt intelligat, restituens autem ad pacem & incorruptionem. [f] Atque barbara quidem quam nos persequimur philosophia, reuera est perfecta & vera. Dicit itaque in Sapientia: Ipse mihi dedit non falsam eorum quæ sunt cognitionem, Eccles. 2. 2. ut sciam scilicet mundi constitutionem; & ea quæ deinceps sequuntur, vsque ad illud. Et & 15. iudicium. In his omnibus naturalem comprehendit contemplationem, quæ est omnium quæ facta sunt in mundo sensili. Deinceps autem tacitè quoque de ijs significat quæ comprehenduntur intelligentia, per ea quæ subiungit: Et quæcunque sunt occulta & aperta nouit. Quæ est enim omnium artifex, nos docuit Sapientia. Paucis habes quid nostra professione Sapientia. [g] Horum autem disciplina quæ cum recta vitæ institutione fuerit coniugata, per omnium artificem Sapientiam, erigit ad eum qui est dux & princeps vniuersitatis, qui est res apprehensu & venatu difficilis, quæ semper recedit, & procul abest ab eo qui persequitur. Ipse autem cùm procul sit, incedit vel propinquissimè; res certè ineffabilis. Deus appropinquans ego, inquit Dominus, procul enim essentia. Quomodo enim quod Hier. 23. est genitum, appropinquarit ingenito? Proximè autem est potestate, qua sinu suo omnia complectitur. Si clanculum quis fecerit, inquit, & non videbo eum? Atqui & videnti, & benefacienti, & docenti, quæ nos tangit potestate, semper adest Dei potentia. Vnde Moses cum persuasum haberet Deum nunquam humana cognitum iri sapientia, Ostende te mihi, Exod. 33. inquit: & in caliginem, vbi erat Dei vox, ingredi cogitur, hoc est, ad arcanas & informes & ea quod est notiones. Non est enim in caligine Deus, aut in loco, sed supra locum, & tempus, & proprietatem eorum quæ facta sunt: quare nunquam est in parte, nec vt continens, aut vt qui contineatur, aut per circumscriptionem, aut per sectionem. Quam enim domum Esaiæ 66. ædificabitis mihi? inquit Dominus. Sed nec sibi ædificauit cùm capi non possit. Et quamuis cælum dicatur eius sedes, nec sic quidem continetur, sed requieuit delectatus opificio. [h] Clarum est ergo occultam nobis esse veritatem, etsi id iam exemplo vno ostensum est, id quoque paulo post monstrabitur pluribus. [i] Quomodo ergo non sunt meritò excipiendi, qui & discere volunt, & ex sententia Solomonis possunt nosse sapientiam & disciplinam, & intelligere rationes prudentiæ, & suscipere strophas orationum, & veram intelligere iustitiam? vtpote quod sit alia, quæ non ex veritate docetur à Græcis legibus & alijs philosophis. Et iudicia, inquit, dirigere, non iudicialia, sed quod est in nobis iudicium sanum & Prou. 1. ab errore alienum oportere nos habere significat: Vt det simplicibus astutiam, puero autem cui est persuasum vlq. adolescente præceptis, erit per cognitionem sapientior. Qui est autem intelligens, acquiret gubernationem, & intelliget parabolam & obscurum sermonem, & sapientum dicta & ænigmata. [k] Non enim adulterinas proferunt rationes, qui à Deo sunt inspirati, nec qui ab eis mercantur: sed nec laqueos quibus multi Sophistæ adolescentes implicant, nulli rei quæ vera sit vacantes. [l] Sed qui spiritum quidem sanctum possident, profunda Dei scrutantur, hoc est, qui ea assequuntur quæ latent in prophetis. [m] Sanctis autem canes impertiri vetantur,

*donec canes manserint. Non oportet enim inuidis & perturbatis, & adhuc infidelibus & impudentibus moribus, ad latrandum aduersus inquisitionem, vnquam temperare diuinum & purum fluentum aquæ viuæ. Ne effundantur, inquit, aquæ extra fontem tuum, in vias autem plateas transeant aquæ tuæ. Non enim hæc multi percipiunt qui in ea incidunt. Sed necin dicerint cognoscunt, vt ait egregius Heraclitus. An non is quoque tibi videtur eos qui non cognoscunt vituperare?*

Prouerb. 5.

## COMMENTARIVS.

[a] DEINCEPS *autem faciendum est tractandum.* Postquam Hebræam, quam barbaram vocat, philosophiam eius fures dixit esse Græcos, Græca ostendit esse longe antiquiorē, restat vt ostendat quænam ab Hebræis Græci sunt suffurati. Suffurati sunt autē, & suffurantes imitati & quæ in historiis sunt admirabilia, fidei superātia & præcipua pietatis dogmata, & quę in eorū scripturis latent symbolica allegorica, & mystica. Ea autem ita sunt suffurati & imitati, vt ea adulterarint & corruperint. [b] *Post hæc existimo esse ordine nos respondere.* Postquā ostenderit quæ Græci ab Hebræis sunt suffurati, dicit se responsurū Græcorum inuectiuis, in nos, inquā, tam Hebræos quam Christianos qui ex eis duxerunt originem. In responsione autē dicit se paucas adducturum scripturas duabus de causis, nempe vt & per eas Græcos refellat, & per eas efficiat, vt Iudæi qui eis credunt, Christo quoq; credant quem nō credunt, cum tamen debeant credere. Ipse enim scripturæ Christū qui iam venit, & venturum, & eo tempore venturum quo venit prædixerunt. [c] *Præclaros autem Philosophos merito.* Dixit se in responsione ad inuectiuas Græcorum paucas adducturū, vt Iudæi Christo credant quem prædixerunt scripturæ Philosophorū vitam & trita & inuenta dogmata reprehensurū, nō vt eos vlciscatur pro quibus etiam bene præcatur, sed vt Iudæi Hebræa, inquā, reprehensi philosophia, intelligant qualia sunt ea quæ ipsi sunt suffurati, & quanta cū eis cōparandæ artes & disciplinæ, quas vt discant totū orbem terrarum obeunt, vt quas fe gloriantur inuenisse. De quibus cursim tractans ostendit quā sint inutiles scientiæ, de quibus tanquam maximis iactant & gloriantur Græci. De iis autē cū ipse sit alibi dicturus, non est quod hic plura dicamus. Eximie tem cum non odio motus, sed incitante veritate impulsus reprehendat, nō inimicus, sed pacis genius diosus est censendus. [d] *Si quis ergo eum quod est fimile.* Est vna quidem veritas, permultæ autem veritatis Si quis autē studiosus contēplandi simile, in multis verisimilibus iisque Græcis verum perscrutans, inde facit, atq; si quis sub multis laruis verū vultum quærit qui non potest inueniri. Nam in veritatibus quidē inueniūtur quæ sunt probabilia, nō quæ planè vera. Verisimilia enim à vero tam fortunæ, quā personæ seu latuæ à vero cultu. [e] *Deo autem tuus non offendat.* Qui Christū sequitur & in eum credit, non offendit: offendit autem qui diuinæ aduersatur prouidentiæ. Non aduersatur autem qui Deo parent præceptis quæ data sunt, vt administretur homo qui est animal particeps rationis. Aduersatur autē qui est sapiēs apud semetipsum, id est qui sibi adeo videtur sapiēs vt magis faciat, quæ impie cogitat & ei apud se ratiocinatus, quā quæ Deus præcepit hunc mundū regens & administrans. Deo autē qui est omnipotēs, nō aduersatur nec resistit qui eū timet. Timori enim Dei est cōsequēs vt ei pareatur, nō aduersari est & impium & temerarium. [f] *Atque hactenus quidem quam nos persequimur philosophia.* Ostendit Clemens, quid Græci à nostra suffurati sint sapientia, quoniam dicere possent Græci se falsitatem ab Hebræis, cùm nihil sit quod possint ab eis suffurari, hic docet quidnam nostra profiteatur sapientia, intelligatur Græcos ex eo potuisse suffurari. Dicit ergo nostram philosophiam profiteri contemplationem, tam eorū quæ cadunt sub sensum, quam eorum quæ sub intelligentiam. Ex quo est perspicuum esse subiectū tam naturæ consideratione m, quam eorum quæ sunt supra naturam, quam appellant Metaphysica, ist est post naturalia. Sensilū autem rerum cognitatio comprehendit eas difficultates quā vocant Dialecticam. [g] *Horum autem disciplina quæ cum recta a vita instituitur.* Ostendit quidem disciplinæ philosophiæ subiectum, & quænam disciplina, nunc docet quisnam sit eius finis, nempe vt bonis moribus exercitata, in quo cōsistit moris Philosophia, nos ad Dei erigat cognitionem, cuius quidem non potest comprehendi. Nam cum Deus ingenitus, qui est genitus, homo inquantus nunquam eum comprehenderit, quo magis certe eum persequetis, is eo magis recedit, id est, cum nus assequetis. Iuaque quod ad essentiam quidem attinet procul est, quod autem ad potestatem, ad pe, vt qui intra sui sinus ambitū omnia complectatur, & docendo & benefaciendo vbique in nos ostendat potentiā. Quod autē Deus humana cōprehendi non possit sapientia ex hoc intelligere quis non cōprehendatur, nec vt pars, nec vt totum, & nec sit in tempore, sed supra tempus, & nec in sed vt supra locum, & nec contineat nec contineatur, nec diuidat nec dividatur, neccio eam cadere Exod. 33. naturæ proprietas. Cū itaque sciret Moses Deum à nemine posse comprehendi nec ostēdi, obtestatus petit vt ipse se ostē dat. Is vero vt ostēderet se nulla humana ratione posse ostēdi, cogit eū interrogā nē, significās se nulla aspectabili forma posse cuiquā repræsentari, sed esse arcanā & interiorē quā cūqi cognoscitur & cōprehēditur notionē. Cū ergo Deꝰ sit eiusmodi vt nec capi possit, nec cōprehendi Esaiæ 66. nō est existimādū domū Dei ideo dici, quod vel ipse eā sibi iusserit ædificari ad habitādū, vel homines ædificarint. Nā in manufactis tēplis nō habitat quē nulla capit moles corporea, & qui ea vbique cōprehēsus spatiis, nusquā tamen est vt qui nō sit in loco, sed vt ad eius manifestatē colendā, adorandā & orandā cōueniat populus. Sed neq; cælū ideo dicitur eius sedes quod cælum eum cōcipiat, sed quod omnibus rebus ab eo creatis cælū sit omnium pulcherrimum & præstantissimum, & quo maxime



dum conquiescit. [h] *Clarum est ergo occultum vobis.* Ex eo quod Moses à Deo iussus est ingredi caliginem, ubi perspicuum, latere veritatem. Quodquidem dicit se postea pluribus aliis ostensurum exēplis. [i] *Quomodo vero non sunt meritò excipiendi.* Occulta quidē est Dei cognitio, & latet veritas, nempe eius essentia in caligine quā ingrediatur oportet, qui Deum velit nosse, sunt enim inaspectabiles eius formæ & notiones. Quamuis autē Dei non possimus perfectam assequi scientiam, cùm tamen sint multa alia quæ non latent, quin eorū aliqua certa possit haberi notitia: merito sunt excipiendi & laudandi qui volunt discere. Discī autē possunt & res naturales & quæ ad mores pertinent, tropique & figuræ orationis quibus confecturæ animi sensa. Discī potest etiam vera iustitia, nō ex Græcorū prauis & adulteratis, sed ex sanctis & incorruptis Dei legibus, Dei enim est vera non Græcorū & aliorum Philosophorum iustitia. Hoc verbum agenda sunt iudicia, id est, adhibenda est prudentia, purumq; & sincerum exercendum est iudicium, vt & iusta discernamus ab iniquis & recta à prauis, non autem danda est opera litibus & iudicialibus controuersiis, quæ nō tam sibi proponunt iustitiam, quam causæ suæ siue per fas siue per nefas victoriam. Quibus habet iudicii, simul simplex erit & astutus. Simplex quidē, vt qui nemini noceat: Astutus vero cauēdis impotborū dolis & fraudibus sibi caueat, & puer quidem nuper natus, id est, in Christo recens regeneratus, quæ sunt sentienda sentiat & intelligat. Quod autem est in Græco Clemētis αὐδιον ἢ τὸ νεογνὸν secundum est αὐδιον ἢ νεογνὸν. [k] *Hæc enim cum audierit sapiens.* Paucis perstrinxit Solomon ea de quibus est datum præceptis: hoc enim fecit in initio prouerbiorū. Nunc affert rationē cur ea sit daturus, nempe vt sapiens qui statuit obedire præceptis, per scientiā euadat sapientior. Quantacunq; enim sit quispiam sapiens per ditus, si sapientia præcepta dantē audierit, ei sapientiæ magna fiet accessio, quodquidem Dominus multis probat exemplis in Cōmentario huius libri, & vt intelligens acquirat gubernationē intelligens est Græcè κυβερνητικὸν, id est, qui valet ingenio & vi intelligendi. Is à sapiente Solomone docetur quomodo oportet seipsum regere: deinde alios. Nā qui sibi non potest imperare quomodo imperabit? Intelliget etiā parabolam, id est, ex rei similitudine & imperatione eruet sensum latentē, & ita intelliget obscurum sermonem per eius interpretationem. Ita discipuli à Christo præceptore didicerunt eius parabolas, quas à Christo populus obscure audierat. Intelliget etiam dicta sapientum, id est, sapientum responsa vel apophtegmata, nempe quæ à sapientibus argute & subtiliter dicta fuerint, & quæ non videntur & carnalia spiritualiter apprehendet. Intelliget etiā ænigma, id est, obscuram quæstionem, & quæ videntur non posse explicari soluet & aperiet. Huiusmodi ænigma est illud apud Iudices. De Iud. 14. cibo exiit cibus, &c. & illud in Euangelio. Qui voluerit animam suam saluam facere perdet illā. Matth. 16. Luce 9.

[l] *Non ne adulterinas proferunt sententias.* Affert rationē cur qui audit à sapiente sit sapientior & ingeniosus, intelligens parabolā & ænigma intelligit & verba sapientum. Nam cum sapientes à Deo sint inspirati, nihil ab eis procedit quod non sit purū sincerum & verum, sed nec ab iis qui ab ipsis acceperūt. Merito autē dicit, quoniam ab inspiratis non citra laborem accipiant qui docentur: accipiunt autem non falsa & adulterina, cuiusmodi sunt quæ docētur à Græcis philosophis, nō enim tales profetunt rationes quas Deus inspirat, nec verborū laqueos & tendiculas quibus Sophistæ implicant adolescentes, dum nolunt quæ vera sit atq; adeo quæ ipsa sit animū intendunt. Talem enim Plato describit Sophistam Plato in Sophist. qui ait, id est quod est, sed *μὴ ὄντως*, id est quod non est persequitur. Quod autem non est nec verum nec potest. [m] *Sed qui spiritum quidem sanctum possident.* Græci quidem Philosophi & Sophistæ ea profitentur quæ non sunt pura & sincera, & ex aliis quidem sunt accepta, sed ab eis corrupta & adulterata, nec in eorum dictis est veritas, vt qui non in eo quod est, sed in eo quod non est versentur, de Deo enim qui talis vere est ne cogitant quidem: sed qui spiritum sanctum Dei possident, hoc est qui à Deo sunt inspirati, scrutantur profunda Dei, hoc est arcanos & mysticos sensus quærunt qui latent in scripturis Prophetarum. [n] *Sanctis autem eanes imperiti vetantur.* Arcana Dei mysteria quæ latent in scriptis Prophetarum, nempe Dei sacramenta, ij demum eruunt & percipiunt qui à Deo inspirati sunt, qui scilicet sanctum habent spiritum, & quibus fides est infusa diuinitus. Infidelibus autem, quos canes vocat scripturarum, id est qui à Deo non sunt inspirati & qui fidē non habent, quæ est Dei donū, non est communicanda arcana mysteriorum doctrina, quæ est doctrina spiritus, qui in Euangelijs dicitur aqua viua saliens in vitam æternam. Duabus autem de causis non est eis communicanda sacra mysteriorum doctrina, & quod sunt infideles quam non habent non possint intelligere, & quod cum eorum mores non sint per fidem in melius mutati, sancta Dei quæ inquiruntur mysteria sint vituperaturi & allatraturi.

Matth. 7. Ioan. 4.

IVSTVS *autem meus ex fide viuet, dixit propheta. Dicit autem alius quoque propheta: Nisi credideritis, non intelligetis. Quomodo enim admirabilem & supernaturalem eorum contemplationem capere poterit anima, si intus in eis discendis depugnet cum dubitatione?* [a] *Fides autem, quam Græci calumniantur, existimantes inanem & barbaram, est voluntaria anticipatio, pietatis assensio, rerum quæ sperantur substantia, argumentum earum quæ non videntur, vt est sententia diuini Apostoli. Per eam enim maximum testimonium acceperunt qui sunt antiquiores. Sine fide autem impossibile est Deo placere.* [b] *Alij autem, rei non apparentis vnientem assentionem tradiderunt esse fidem sicut demonstrationem, rei quæ ignoratur manifestam assensionem.* [c] *Porro autem voluntaria electio est alicuius appetens, versatur vero nunc appetitio in cogitatione. Quoniam electionis principium est electio voluntaria, inuenitur fides esse principium actionis, funda-*

Abacuc 2. Esaiæ 6. Hebr. 11.

Fides principium actionis, fundamentum electionis.

mentum prudentis electionis, aliquo eis prius per fidem ostendente demonstrationem. Valentem autem sequi id quod est vtile, est principium prudentiæ. Magnum itaque momentum ad cognitionem affert, quæ diuelli non potest voluntaria electio. Iam fides imbecillis sit scientia, quæ stabili ac firmo innixa est fundamento. [d] Scientiam itaque definimus philosophi, habitum qui à ratione non transmoueri & excidere potest. [e] Est ergo aliqua huiusmodi verus status pietatis ac Dei cultus, cuius sola est magistra ratio. [f] Non ego quidem, sed, vt arbitror, Theophrastus dicit sensum esse fidei principium. Ab eo enim perguntur principia ad eam quæ est in nobis rationem & cogitationem. Qui diuinis ergo credidit Scripturis, firmum habens iudicium cui contradici nequit, demonstrationem eas ipsas Scripturas dedit vocem accipit. Non vtique sit ergo fides munita per demonstrationem.

Ioan. 20. Beati itaque qui non viderunt & crediderunt. [g] Ac Sirenum quidem cantus efficaciam plusquam humanam ostendentes, eos qui in eas inciderant obstupefaciebant, vt ea quæ discebantur exciperent propemodum inuitos inducentes. [h] Hic fidem esse naturalem existimant Basilidis sectatores, quatenus eam etiam in electione collocant, vt quæ imprudente comprehensione, disciplinas inueniat citra demonstrationem. [i] Valentiniani autem non nobis quidem simplicibus fidem tribuerint, sibi qui natura salui fiunt, volunt esse superiorem ex excellentis abundantia seminis, dicentes eam esse à fide longè magis separatam quam spiritale ab animali. [k] Præterea dicunt Basilidei, fidem simul & electionem esse propriam in vnoquoque spacio: rursus autem ex consequentia supramundanæ electionis, inferiorem mundanam totius naturæ fidem, & pro modo spei vniuscuiusque conuenientem quoque esse donum fidei. Voluntaria ergo & liberæ electionis non est fides vtique officium, sicut nec commodum, nec iustam consequetur retributionem, nec qui non credidit cuius culpa id non euenit, nec is qui credidit, qui causa non fuit. [l] Omnis autem fidei & incredulitatis proprietas & differentia, nec laudi, nec vituperationi fuerit obnoxia, recte considerantibus, cùm habeat præcedentem naturalem necessitatem, quæ orta est ab eo qui potest omnia. Quòd si nos, tanquam inanima, naturalibus operationibus veluti funibus traharet, & perinuoluntarium est & appetitio quæ ea præcedit. [m] Nec ego illud vocem animal esse intelligo, cuius vim appetendi, quæ ab externa causa mouetur, sortitus est necessitas. [n] Vbi autem est amplius eius qui fuit aliquando incredulus pœnitentia, per quam ei remissio peccatorum? Quare nec est amplius baptismus rationi consentaneus, nec locum signaculum, nec filius, nec pater, sed est eis impia, vt existimo, naturarum distributio, quæ fundamentum salutis non habet fidem voluntariam. [o] Nos autem qui libera & efficaci potestate eligere & vitare à Domino datum esse hominibus, à Scripturis accepimus, iudicio quod transmoueri & excidere non potest, fidei acquiescamus, alacrem & prompti ostendendo spiritum, quoniam vitam elegimus, & Deo per vocem illius credidimus. Qui autem non qui verbo credidit, nouit rem esse veram. Verbum enim est veritas. Qui autem non credidit dicenti, Deo non credidit. [p] Fide intelligimus aptata esse sæcula verbo Dei, vt ex inuisibilibus visibilia fierent, inquit Apostolus. Fide maiorem hostiam Abel quam Cain obtulit, per quam testimonium est consecutus quod esset iustus, testimonium prohibente muneribus eius Deo, & per illam defunctus adhuc loquitur, & quæ deinceps sequuntur, vsque ad illud, quàm temporalis peccati habere iucunditatem. Hoc ergo cum etiam ante legem fides iustificasset, constituit hæredes diuinæ promissionis. Quid ergo ad hæc fidei ex nostra historia recensens adduco testimonia? Deficiet enim me tempus enarrantem de Gedeon, Barac, Sampson, Iephte, Dauid, Samuel & Prophetis, & qui sequuntur. [q] Cùm autem sint quatuor in quibus verum consistit, sensus, intelligentia, scientia, opinio, naturæ quidem prima est mens seu intelligentia: nobis autem & ad



ἐπίνοια.

nos relatus, sensus. Ex sensu autem & intelligentia consistit scientiæ essentia. Intelligentia autem & sensus commune est id quod est euidens. Sed sensus quidem est basis scientiæ. [r] Fides autem progressa per sensilia, relinquit opinionem: contendit autem ad ea quæ sunt à falso aliena, & permanet in veritate. [s] Si quis autem dicat scientiam demonstrationem cum ratione, audiat, quòd sunt etiam principia quæ demonstrari nequeunt: neque enim cognosci possunt arte nec prudentia. Hæc enim versatur in iis quæ contingit aliter se habere: illa autem est efficiens & propemodum contemplans. [t] Fide ergo sola existimant prosequi principium vniuersorum. Quæuis enim scientia doceri potest. Quod autem docetur potest, docetur ex eo quod prius cognoscitur. [u] Non prius autem cognoscebatur à Græcis principium vniuersorum. Neque ergo à Thalete qui aquam sciebat primam causam, neque ab aliis qui deinceps consecuti sunt Physicis. Primus enim Anaxagoras mentem rebus adhibuit. Sed nec ille dignitatem seruauit efficientem, nescio quas amentes describens reuolutiones, cùm mentis ab agendo cessatione & amentia. [x] Quocirca verbum quoque ait: Ne dixeritis vobis magistrum super terram. Quæ est enim scientia, est habitus demonstratiuus. Fides autem, gratia, quæ ex iis quæ demonstrari nequeunt, deducit ad id quod est simplex, generale, & vniuersum, quod neque est cum materia, neque materia, neque sub materia. [y] Increduli autem, vt videtur, ex cælo, & ex eo quod est aspectabile, omnia trahunt in terram, manibus planè petras & quercus apprehendentes, vt ait Plato. Omnia enim quæ sunt huiusmodi attingentes, hoc solum esse affirmant, quod habet applicationem & contactum eiusmodi, idem definientes corpus & essentiam. Aduersus eos ab alto decertantes, ex eo quod non est aspectabile, alicunde eos piè admodum vlciscuntur, incorporeas quasdam, & quæ intelligentia percipiuntur, formas, vrgentes veram esse essentiam. [z] Ecce facio noua, ait Verbum, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. Nouo oculo, noua aure, nouo corde, quæcunque videri & audiri possunt, sine per fidem & intelligentiam comprehendenda, spiritualiter dicentibus, audientibus, & agentibus Domini discipulis. Est enim probus nummus, & alius adulterinus, qui plerosque rudes decipit & ignaros, sed non argentarios, qui sciunt cùm didicerint separare & discernere probum à reprobo, eòque qui est malæ notæ. Sic argentarius rudi & ignaro solum dicit nummum esse adulterinum. Quomodò autem, solus scit argentarij familiaris, & qui in eo est exercitatus. [a] Aristoteles autem, id quod consequitur scientiam, iudicium, quod verum sit hoc quidpiam, dicit esse fidem. Est ergo fides scientia præstantior, & eius iudex. Fidem autem imitatur coniectura, quæ est imbecilla opinio, sicut adulator amicum, & lupus canem. [b] Quomodo autem videt faber quòd qui aliqua didicit, fit artifex, & gubernator doctus artem, gubernare poterit, non satis esse reputans fieri bonum & honestum: necesse est eum qui persuadetur & credit, discere: parere autem Verbo, quem magistrum esse dicimus, est illi credere, in nulla re repugnando, & contradicendo. Quomodo enim fieri potest vt aduersus Deum aliquid sciamus? est ergo fidelis cognitio. Sunt autem apta ad cognoscendum diuina quadam consecutione & mutua consequentia. [c] Non vero Epicurus quoque, qui veritati maximè prætulit voluptatem, cogitationis anticipationem existimat esse fidem. Anticipationem autem definit, applicationem ad aliquid euidens, & ad euidentem rei intelligentiam: neminem autem posse nec quærere, nec habere, neque verò opinari, sed neque probare aut arguere, absque anticipatione. Quomodo autem non habens quis anticipationem eius quod desiderat, didicerit id quod quærit? Qui autem didicit anticipationem, iam facit comprehensionem. Si autem is qui discit, non discit absque anticipatione, quæ potest quæ dicuntur suscipere, ipse quidem habet aures præditas facultate audiendæ veritatis. Beatus est autem qui dicit in aures audientium.

Esa. 6. *sicut certè beatus quoque est is qui est obedientiæ. Audire autem est intelligere. Si ergo fides nihil est aliud quam anticipatio cogitationis circa ea quæ dicuntur, & hoc dictum est obedientia, & intelligentia persuasio, sine fide autem non discet aliquis, quoniam nec sine anticipatione, verum ergo omnino ostenditur quod à Propheta dictum est, Nisi credideritis, non intelligetis.* [d] *Hoc eloquium Heraclitus quoque Ephesius circumloquens dixit: Nisi speret, id quod est insperatum non inueniet, cùm sit & inscrutabile, & nullum ad id pateat aditus.* [e] *Sed Plato quoque Philosophus, in Legibus, eum qui beatus & felix futurus, dicit oportere ἐ[a]ν̓ [b] initio participem veritatis, vt cùm sit verus, plurimo vsui tempore: fidelis enim. Infidelis autem est, cui voluntarium placet falsum. Cui autem simulatarium, cùm sit amens, non est animal: neutrum ergo est expetendum. Ingratus enim est quisquis est infidelis & ignarus.* [f] *Nunquid autem in Euthydemo occultè hanc esse dicit regalem sapientiam?* [g] *In Politico quidem certè his dicit verbis: Quare veri Regis regia est sapientia, & qui eam possederit, siue princeps, siue priuatus fuerit, omnino ex hac quidem arte βασιλικὸς, id est, regalis, seu regnandi peritus, rectè appellabitur. Iam qui in Christum crediderunt, Christi, id est, vncti, & sunt, & dicuntur: sicut ij qui sunt reuera regales, Regi curæ sunt. Sicut enim sapientes sunt sapientia sapientes, & qui sunt iusti iustitia sunt iusti: ita etiam sunt à Christo Rege reges, & qui à Christo sunt, sunt Christiani. Deinde inferiùs apertè subiungit: Quod rectum est autem fuerit legitimum, vt hoc cùm sit natura, est recta ratio, & non in scriptis, & in aliis. Et hospes Eleates virum regalem & politicum, legem animatam pronunciat.* [h] *Talis autem est qui legem quidem implet, facit autem voluntatem patris, apertè in excelso aliquo ligno inscriptus, diuinæ virtutis exemplar expositus iis qui possunt perspicere. Sciunt autem Græci, Ephororum Lacedæmoniorum scytalas fuisse lege in lignis inscriptas. Lex autem mea, vt prius dictum est, est & regalis & animata, & recta ratio. Lex, quæ est Rex omnium mortalium & immortalium, vt canit Pindarus Bœotius.* [h] *Speusippus autem in primo aduersus Clinophontem, videtur dicere similia Platoni, sic scribens: Si enim regnum res bona est, & sapiens solus est Rex & Princeps: lex cùm sit recta ratio, bona fuerit. Quæ sunt enim bona consequentia statuunt philosophi Stoici, qui regnum, sacerdotium, Prophetiam, ipsa seruendæ scientiam, diuitias, veram pulchritudinem, nobilitatem, libertatem, soli sapienti tribuunt. Fatentur autem ipsi quoque eum inueniri difficiliter.* [i] *Videntur autem omnia quæ prius dicta sunt dogmata, à magno Mose Græcis esse tradita. Et omnia quidem esse sapientis per hæc docet: Et quoniam misertus est mei Deus, mihi sunt omnia. Et autem Deo esse amicum significat, dicens: Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob.* Exod 33. *Ipse autem inuenitur apertè vocatus amicus. Qui autem videt Deum, nomen mutasse apertè ostenditur, & Isaac tanquam victimam consecratam allegoricè sibi delegit, typum futuram salutaris œconomiæ. Et à Græcis quidem celebratur Rex Minos, qui nouem annis familiariter cum Ioue est versatus, cùm audiuisset quemadmodum Deus cum Mose colloquebatur, vt si quis cum amico suo loqueretur.* [k] *Erat autem Moses quidem sapiens, Rex, legislator. Seruator autem noster omnem humanam naturam superat. Pulcher quidem, vt à nobis solus ametur, qui veram desideramus pulchritudinem: erat enim lux vera. Rex autem & à pueris imperitis, & à non credentibus Iudæis & ignorantibus vocatur, & ab ipsis Prophetis prædicatus ostenditur. Adeò autem diues, vt omnem terram, & quod super terram, & sub terra est, aurum, quæ ei cum omni gloria ab aduersario dabantur, aspexerit. Quid attinet dicere, quòd sit solus Pontifex, qui solus Dei cultus tenet sacerdotium? Rex pacis Melchisedech, qui solus est vel omnium apprimus vt præsit humano generi. Legislator autem, vt qui dat legem in ore Prophetarum, quæ sunt agenda, &*



*quæ non, apertissimè præcipiens & docens. Quis autem ex eo fuerit nobilior, cuius solus pater est Deus?*

## COMMENTARIVS.

[a] FIDES *autem quã Græci calũniantur.* Quoniam fide stat nostra, nempe fidelium Christianorũ scientia, quam Græci calumniabantur tanquam rem barbaram inanemque, & nullius momẽti, eam describit ex sententia D. Pauli ad Hebræos, vt intelligatur eam reuera cõsistere, & maximi esse momenti. Fides, inquit, est voluntaria anticipatio, per quam scilicet anticipamus, & præuenimus quæ nondũ sunt in rerũ natura. Deinde sequitur, Rerum quæ sperantur substantia, per quã scilicet quæ sperantur quidem, nondum autem sunt, tanquam præsentia cõsistunt. Deumq; quem non videmus pie esse colendum assentimur, & quæ nondũ quidem apparent, sunt autem omnino futura, pro certo euentura colligimus. Neq; vero falsum futura fide colligimus, sed etiam de iis qui olim fuerũt, quod præclara & præmiis digna gesserint, testimonium acceperũt, Deo enim probata & accepta fuit eorũ fides sine qua Deo nõ placuisse nt: Deo enim placere nõ potest qui Deũ esse nõ credit, qui cũ Philosophica demõstrari non possit scientia, quod sit, sola fide cognoscitur. *Aly autẽ res nũ apparẽtes.* Vnica fidei descriptione non cõtentus, aliam affert descriptionẽ, nempe rei non apparẽtis vnientẽ assensionem, per quã scilicet assentimur animus rei nõ apparentis. Sed quomodo assentitur? Se vniens. Non potest enim assentiri animus, qui rei cui assentitur non coniungatur, & ita coniungatur, vt cum ea sit vnus. In hoc autẽ differt à fide demonstratio, quod rei quæ demonstratur, aperta fiat demonstratio, & ita ei assentiamur: Fides autem est certa quidẽ, sed non rei euidentis, euidens & aperta est assensio. [b] *Porro autẽ si voluntaria electio.* Suspicor hũc locum esse mancum & mutilum, est tamen videndũ, an aliquis sensus ex eo possit elici. Respondens Græcis, dixit falsum esse quidlibet sit inane: tantum enim abest vt sit inanis, vt etiã verè consistat, & definatur. Nũc autem dicitur non solum consistere, sed etiam esse vtilem, vt quæ sit principium actionis & fundamentũ prudentiæ. Ex eo autem suum deducit argumentum, quod in fidei definitione dixerit, fidem esse voluntariam anticipationem: præuentionẽ, inquam, quã voluntariè suscipimus eorum quæ sunt agenda, est autem hæc anticipatio agẽdi electio, quæ aliquid appetit. Non est enim actio quæ nõ aliquid appetat. Nã quod quis agit, non temerè agit, sed agit propter finẽ quem appetit: cogitãdo autem appetit, nõ enim appetit nisi cogitaret quod appeteret. Ex hac autem volũtaria electione quę cogitat finem quem appetit, est principium actionis. Volũtaria autem electio est ex eo quod agendo credat, se finem quem appetit esse consecuturum, & ita inuenitur fides principiũ actionis, & fundamentum prudentis electionis. Est autem prudens electio, quãdo quod est vtile tanquam scopus propositus appetitur. Appetitur autẽ, ipsa vtilitate similitante id esse vtile. Volentẽ autem appetere & sequi id quod est vtile, est principium prudẽtiæ. Prudentes enim sunt qui prouident ea quæ sibi sunt vtilia. Ad cognoscendã autem vtilitatem plurimum potest volũtaria electio, quæ auelli non potest, ipsa scilicet fides quæ est in nostra potestate, & à nobis auelli nititur. Nemo enim credit inuitus, nec cogi potest vt credat. Qui quamuis nullã certã causam habeat cur credat, & ideo non sit fides demõstratione prædita scientia, credẽdo tamen & fidem habendo progreditur vt scientiã acquirat, & possit suæ fidei causam reddere & rationẽ. Nititur autem hæc fides scientia firmo & stabili fundamento: nititur enim verbo Dei quod nunquã potest labare: Non manet in æternũ. *Nec eorum quæ stant atque desinunt Philosophi.* Meditationem fidei fieri scientiam probat ex definitione scientiæ quæ datur à Philosophis. Scientia, inquiũt, est habitus qui nõ potest transmoueri de recedere à ratione. Quando enim res per causam cognoscitur, & eius certa, firma & stabilis redditur ratio, ex cuperi manẽs & perpetuus generatur habitus, qui nõ excidit nec dimouetur à ratione. Nã quod per causam cognoscitur, causam, inquã, efficientem, ea enim propriè est causa, quæ non labefactarit ratione, maxime cum simul cõcurrant causa efficiẽs & ratio. Cùm ergo à Deo quidem inspirata & infusa est fides, ea autẽ cui est inspirata fides, fidei autorẽ meditatur & contemplatur, Dei cognitionis firmus efficitur habitus, qui non est amplius sola fides, sed est cũ fide scientia, vel potius ipsa fidei scientia. [c] *Est ergo fides.* Ex his concludit non esse vnum solum statum pietatis & diuinæ cultus & religionis, nẽpe solam fidem, atque simplicem, sed esse etiam alium verum statum religionis, & quo non solum creditur, sed etiam cur quod creditur ratio redditur, & fit huius fidei sola ratio magistra, nẽpe Verbum. Nam etsi fides et iudicium, ipsa tamen & à verbo inspiratur, & inspirata ab eo docetur, cum eorũ quæ creduntur non efficimus alienas & absurdas rationes ostẽdatur. Quod fit à scriptoribus qui scribũt aduersus Græcos, dum & Christũ ex Virgine esse natum, & mortuos esse resurrecturos, & similia, non esse à fide aliena disputant etiam apud incredulos. [d] *Non ego quidem, sed, vt arbitror.* Quid de fide sentiant Græci qui ex Heraclitea sunt insufurati, dictum est. primũ adducit Theophrastũ, qui dicit sensum esse fidei principium, ab eo autem deduci principia ad rationem & cogitationẽ. Videtur autẽ eius sententia, non eo quod scripsit Heraclitus, idem esse ex auditu: cõstat enim auditum esse sensum: quod autem auditur, non prius creditur, quam ad rationem & intelligentiã transmissum, dignum fuerit iudicatum quod credatur: quod ipsum de aliis quoq; sensibus est sentiendũ, quos cùm sæpe cõtingat esse fallaces, non temerè est eis assentiendum, sed tum demũ, cum ratio & intelligentia suum adhibuerit iudiciũ. Sed neque mens neque intelligentia sufficeret ad diuinarũ rerum fidem assequendã, nisi mens sancti Spiritus lumine fuerit illustrata, quod per eum dicimus inspirationẽ, quæ quidem inspiratio est instar demonstrationis, qua vt fides mutetur minime opus est. Qui certe diuinas legit scripturas, accipiẽs vocẽ eius qui illas dedit, eum habet pro demõstratione. Quo fit vt qui scripturas diuinas legũt, & à Deo inspirati eis credũt, licet quæ in eis continentur non viderint, fint beati. *Ac Sirenũ quidẽ tantus efficaces.* Cõfert vim sanctarum scripturarũ cum cantu Sirenũ. Nam vt Sirenũ cantus erat adeo suauis, vt eos qui in ipsas incidebant, vel inuitos cogerent ea quæ dicebantur excipere, ita factæ scripturæ eos qui ipsas legunt vel audiunt ad credendum

dum attrahũt. Quod autẽ verti: Cantus efficaces, Græcè est ἐπῳδοὶ, id est perfectiones. Quod Cyrillus quidem non satis exprimit, sed mihi non occurrit aliud quo melius exprimam. [b] *Hæc fides efficax existimatur.* Diximus antea fidẽ ex diuina esse inspiratione, licet eius principium sit sensus, qui deinde ad rationem & intelligentiã. Aliud sensit Basilides hæreticus, qui existimabat fidẽ non à Deo inspirari nec diuinitus infundi, vt qui eam collocaret in electione, quæquidẽ electio tantũ potest, vt citra rationcinationem ac demonstrationem intelligentia cõprehendat disciplinas. Ex quo facilè intelligitur eum sensisse fidem non esse Dei donũ, sed eam omnino procedere à libero hominis arbitrio. Quidẽ quidẽ senserit Basilides scribit Clemẽs: sed cum de eo multa scripserint Epiphanius & Theodoretus, hoc nihil dixerunt. [i] *Valentiniani autẽ eum nobis quidẽ.* Valentiniani seipsos appellabant Gnosticos, qui nec fide, nec gratia, nec bonis operibus, sed sola sua cognitione salutẽ se assecuturos putarẽt. De iis prima Epiphanius contra hæreses lib. 1. to. 2. & Theodoretus Hæreticorum fabularum lib. 1. quæ utera hæc scribit. Dicunt autem se quidem seruari ex sola cognitione, nõ autem ex fide & bonis operibus se bonis operibus nõ egere, cùm ad salutẽ sufficiat cognitio. Quocirca qui sunt apud eos perfecti, quidquid est diuinis legibus prohibitum, secure & ubiq; vllo metu perpetrant. Nam & festa Gentilium celebrant, & immolatis vescuntur, & libidini ac voluptati seruiunt, quidquid malũ est indifferenter audent admittere. Simplicibus itaq; tribuebant fidem, vt dicit Clemẽs, sibi autem cognitionem, quam dicebant esse fide longe excellentiorẽ. Suam itaq; salutem acceptam ferebant, non fide, nec gratia, sed naturæ, ex qua existit cognitio. Dicebant autem cognitionẽ magis excellere fidẽ, quam spiritualem esse animale. [k] *Præterea dicitis Basilides.* Quid sibi volucrit Basilides, dicens fidem simul & electionem esse propriam in vnoquoq; spatio, &c. nõ satis intelligo: nec id vnde discam scio. Nam de his Epiphanius & Theodoretus ne verbum quidẽ, coniicio autẽ eum velle significare fidem & electionem esse temporanea fide esse ortam, & nihil loci habere in nostro libero arbitrio. Ex quo infert Clemẽs, quod ea fides nullam habiturũ mercedem, nec remunerationẽ, nec eum qui credidit, nec eum qui non credit, cùm & credere & non credere, aliunde sit quam ex ipsius libero arbitrio. [l] *Omnis autẽ fides & incredulitas.* Non in fidẽ, nec in incredulitatẽ cadit laus & vituperatio, si à nobis non sit fides & incredulitas, sit autem præcedat necessitas quæ est ab eo qui potest omnia, nẽpe à Deo. Quod enim fit à nobis, tum tantũ vel laudatur, vel vituperatur, si à nostro libero procedat arbitrio. Sin ad faciendum nos vrgeat & impellat necessitas, nec laudãdi sumus nec vituperãdi. [m] *Nec ergo illud verũ, animal esse intelligo.* Nõ est id animal, quod appetit quidem, sed ne potiatur eo quod appetit impedit necessitas quæ monet vna externa. Potest quidem appetitionẽ refrænare ratio, nec ideo nõ erat animal: sed nõ erit animal, quæ appetitionem omnino tollat externa causa naturalis. Animal enim nõ est quod omnino non appetit. [n] *Fides autẽ est amplius.* Adducit aliquot absurda quæ sequuntur, si fides non sit voluntaria, nec creatur in nostro libero arbitrio. [o] *Nos autẽ qui liberi & absoluta.* Ecclesiastici xv. scriptum est; Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu cõsilij sui. Adiecit mandata & præcepta suæ sui voluntatis seruare, conseruabunt te, & in perpetuum fidem placitam seruare. Appositi tibi aquam & ignem, ad quod volueris porrige manum tuam, &c. Quo significatur datum nobis esse liberum arbitrium, & libertam potestatẽ eligendi & vitandi. Cùm ergo à Deo, à Verbo, inquã, quod est via & veritas, inuitamur & vocamur nobis proponatur, & sit in nostra potestate eã vel eligere, vel vitare, certo & immobili iudicio tum eligamus, & ea acquiescamus. Is enim cui dicenti credimus est vita & veritas. [p] *Fides intellectum quæ sæcula Verbo Dei.* Postquã docuit fidem non esse naturalis necessitatis, sed vt eam à Deo inspiratam nos habemus in nostra esse potestate, & hortatus est vt eam eligamꝰ, ne quis forte eã ideo minoris faceret, quod ea esset recens, ostendit eam esse & antiquissimã, & à primis vsque tẽporibus ad nostra deductam, & in epistola ad Hebræos plurimos enumerat, qui ea crediderunt quæ sunt alioqui supra fidẽ, & exultarunt & gesserũt, ex quibus maxima præmia sunt consecuti, & à Deo promissam acceperũt hæreditatẽ. [q] *Quæ autem sint quatuor.* Dubitari potest quomodo in sensu consistat verum. Nam si sensus & dicere & fallere sæpe fallaces, quomodo dicitur verũ in sensu cõsistere. Ad quod potest responderi, quod est in ipso aliud apprehenditur, quã quod est in ipsa rei veritate, id tamen apprehenditur quod est proprium. Videtur quidẽ visus aliquando aliquid videre quod non videt, & in hoc fallitur, sed semper vult quod est sibi proprium, nẽpe colorem: & ita in eo consistet verum, quod licet aliud videat quam videtur, videre, videtur tamen quod est propriũ visus obiectum, nempe color. Auditus videtur aliquando audire quod non audit, & in hoc fallitur, sed quatenus vocem semper audit, nunquã fallitur, & in eo verũ cõsistit. Odoratus videtur aliquãdo aliquid odorari quod nõ odoratur, & in hoc fallitur, sed in eo odoretur, odorem odoratur, & in hoc nõ errat. Gustus aliquando aliquid percipit quod aliter se habet quam sentiat, & ita fallitur in re quam gustat, sed vel bonũ vel malum saporem semper gustat, & in hoc cõsistet gustus veritas. Tactus fallitur, dum sibi videtur aliquid tangere quod non tangit: sed tangit, vt durum vel molle, vel aliquid aliud eiusmodi, tangit, nec in hoc fallitur, tãgit enim quod est proprium. Ita mente autem seu intelligentia consistit verum. Nam & ea demum verè sunt quæ sunt, diuina scilicet & æterna, quæ cadũt sub intelligentiã, nec sensilia prius vere esse censentur quã intelligentia ea ad se abstracta à materia separauerit, & cõprehenderit, quæ alioqui fluunt & labuntur. In scientia quoque consistit verum: est enim scientia quæ ex ratione fit demõstratio. Non est enim aliud scire quã res per causas cognoscere. Cognoscitur autem res per rationẽ quæ est vis animæ, incorporeaq; rerũ naturas, formas, differentias, propria perpendẽs accidentia, incorporea quidẽ omnia, nõ tamen extra corpora. Consistit quoque verũ in opinione, quæ absque ratiocinatione coniicit, anticipat & præsumit. Quamuis autem in ea sæpe consistat verum, sæpe tamen accidit vt coniectura à scopo aberrans falsum assequatur. Cæterum sint tamẽ duo præcipua in quibus verum cõsistit, mens scilicet seu intelligentia & sensus, eorum autem prima est intelligẽtia, nobis autẽ sensus. Nam intelligentia prima sua natura intelligit, neque aliquo egens habet ad hoc vt verũ intelligat: sensus autem etsi primus, quod ad nos attinet, percipiat, aliquot tamen



egens tamen, verum non intelligit. Et de rebus quidem corporeis verè dicitur, nihil esse in intelligentia quod non prius fuerit in sensu, rerum enim corporearũ formas & differentias à quibus mouetur sensus, vera esse iudicat intelligentia. Præter formas autem sensiles & corporeas, incorporeas quoq; & omnis materiæ expertes intelligit & cõprehendit intelligentia. Quod autem dicit Clemens, ex sensu & intelligentia consistere essentiã scientiæ, id est intelligendum de rebus corporeis & sensilibus, quę non intelligantur, nisi sint delatæ ad intelligentiã quæ diiudicat & discernit earũ veritatem. Sed vt diiudicet & discernat opus est euidentia, quæ est cõmunis & sensus & intelligentiæ. Oportet enim & sensui euidentẽ esse formam corporeã, & intelligentiæ formã quæ à corporea abstrahitur materia. Quocirca etiam sensum in sensu prima est forma sensilis, quã à sensu abstractam diiudicat, vt verum intelligat intelligentia, ideo dicitur sensus esse basis scientiæ. *Fides autẽ progressa per sensilia.* Sensus quidẽ est basis scientiæ, non enim ad cuius scientiã peruenitur, primũ in sensu fundatur, cùm ab eo apprehendatur, sed non prius dicitur intelligi quã intelligentia eam à materia separauerit. A materia autem separata quiescit & hanc definit, & ita rei primum sensu perceptæ, deinde intelligentia cõprehensæ est scientia, quæ Græcè dicitur ἐπιστήμη, eo quod ibi sistatur, nec vllus sit fluxus qui est in sensilibus. In sensilibus autẽ est & scientia, quando res sensu percepta per rationem diiudicatur, & comprehenditur ab intelligentia, quæ formã ipsius à materia. Est & opinio, quæ citra rationem verum quandoque apprehendit, quandoque autem verum esse existimat quod est falsum. Fides autẽ nec est scientia nec opinio. Non est quidẽ scientia, cum non ratiocinatur, nec ratione diiudicet: nec est opinio, cum transiliens per sensilia, sed in eis non manẽs, ad res intendat, & maneat in veritate. Nã nec in sensibus vllus locus est fidei, nec falsum opinatur fides sed firma & stabili persuasione apprehẽdit quod verum est. [r] *Si quis autem dicat scientia demonstrare.* Quidnam ideo laudaret quæ à sensili transiens ad vera contendat & maneat in veritate, occurrit dubitatio, quam est respondendũ, quod cum scientia ratione demonstret, quod non facit fides quæ ea creditur, nequaquam sunt demonstrata, scientia fide sit præstantior. Ad quod respondet, quod etiamsi scientia demonstret cum ratione, non ideo tamen sequitur quod ea sit præstãtior. Non enim quidquid demõstratur, est præstantius eo quod non demonstratur. Non demonstrantur quidẽ principia, sunt tamẽ præstantiora quorum sunt principia, quæ demonstrantur. Non demonstrantur autem cum cognoscitur ars nec prudentia. Quid enim prodest ars & prudentia ad ea cognoscẽda, quæ per se sunt satis nota? Atque prudentia quidẽ versatur in iis quæ contingit aliter se habere. Quæ autẽ contingit aliter se habere, in quibus discernendis & diiudicandis versatur prudentia, nihil agit ad cognoscenda principia, cum ea ipsa principia deducunt ad illorum cognitionẽ. Ars autem ex multis præceptis collecta, non ex quidem cognitionem principiorum, sed ipsa principia dant eius cognitionem. [s] *Fide ergo sola existimatur.* Scientia ergo non deducit ad cognitionem principiorũ, sed sola fides, maximè autem ad cognitionem principij vniuersorum, qui est Deus. Existimant autem se sola fide posse assequi principiũ vniuersorum, non soli fideles, sed etiam Græci. Cur autem sola fide assequatur principium vniuersorũ, hanc affert rationem, quod cùm principia non doceantur, doceatur autem quæuis scientia, principiorũ non est scientia. Sed principiorũ quorum non est scientia est fides, nam quæ demonstratiua ratione nõ cognoscuntur, quæ est scientia, ea fide apprehensa creduntur, & ita ea cognoscit fides non scientia. Ex iis autẽ principijs principiis docetur scientia. Nihil enim docetur nisi ex eo quod prius est cognitum. *Non ergo scientia sed fides.* Vniuersitatis principium, id est Deum, nunc quidem sola fide norunt Græci, qui in Christum crediderunt. Olim autẽ non nouerant, nec Thales Milesius, nec qui eũ secuti sunt Physici, quæ familia & materialia rerum statuebant principia, alij aquam, alij ignem, alij aërem, & cætera elementa. Ita enim erãt addicti materiæ, vt causam efficientem qui est princeps, prætermitterent, Dei rerũ opificis, nihilũ ducentes rationẽ. Solus Anaxagoras materiæ mentem adhibuit, qui tamen sibi non constitit, dementi enim quodammodo amentẽ induxit, dum cæli creationi vertiginem & reuolutionem adiunxit. Item de eo scribit Laertius, quod dixerit totũ cœlum cõponi ex lapidibus, & constare ex vehementi circumuolutione. Qua in re minimè seruauit dignitatem efficientem quæ conueniebat opifici tanti operis. Nã qui solus ex nihilo fecit omnia, ad ea facienda nullo opus habuit. [t] *Quocirca verbum quoque dicitur.* Ex iis quæ dicit infert, quod cũ sint eiusmodi Philosophi Græci, qui vniuersitatis principiũ, nempe Deũ, fide nõ cognoscunt, non oporteat nos eos habere magistros super terrã. Ad quod probandũ citat Verbi, id est Christi testimonium in Euangeliis. Vtuntur illi argumentis & rationibus, ex quibus cõstat quæ est habitus demõstratiuus. Nobis autẽ fide opus est, quæ à Magistro nostro nẽpe Christo, est tradita. Fides autẽ non est habitus demõstratiuus qui constat ex humanis rationibus, sed est gratia, nẽ pe Dei donum, vtpote à Deo datum & infusum, quæ nõ humanis rationibus, sed principiis quæ nõ possunt demonstrari ad simplicẽ & generatem, & quæ omnia quæ continet, imo quæ ipsa est totum, nos deducit essentiã, id est ad ipsum Deum, qui est expers omnis materiæ, & neque est materia, neque in materia, neque sub materia. [u] *Incredulo autem, vt videtur.* Fidei opponit incredulitatem. Fides enim ad simplicẽ deducit essentiam eam attrahentes ex cœlo, & eo quod cadit sub aspectum, non aliam enim existimant essentiam quam corpus, quod est id quod tangitur, & ad aliud applicatur. Fideles verò aduersus eos dicit animæ politis animis, & ex eo quod nõ est aspectabile pugnãtes, & ipsos vlciscẽtes, veram dicunt esse essentiã, non corpus, sed formas incorporeas, & quæ sola percipiũtur intelligentia. Pie autem dicit vlcisci eos qui solã corpoream apprehendunt essentiã, quod in iis qui solam corpoream putant esse essentiã, nulla sit spes. Deus enim qui pura mente est colendus, est incorporea & simplex essentia. Quo fit, vt qui solum corpus esse putat, cum Deus non sit corpus, Deum non colat. [x] *Ecce facio noua, ait Verbum.* Verè esse quæ sub aspectum aut non cadunt formas, & quas percipit intelligentia, nos docet fides. Et videtur quidem hoc esse admirationi, ea quod hoc ita se habeat non est mirum. Nam ipsum verbum dicit se noua facere omnia. Noua verè sunt quæ Deus præparat iis qui ipsum diligunt. Ea non sunt corporea, ea enim non vidit oculus corporeus, nec auris corporea, sed nec cogitatio hominis ea cõprehendit. Homo enim, quatenus homo

ea solum comprehendit quæ sunt corporis: incorporeas autē formas, & quas cognoscit intelligibiles esse capit nisi nouus homo. Nouum itaque hominē & nouam creaturā salutari lauacro regenerationis vt videat, audiat, & cogitet, quæ alioqui nec videri, nec audiri, nec cogitari poterant. Vt autem ethnicus homo & noua creatura, ita etiam est eius oculus nouus, noua auris, nouum cor, vt spiritualiter ornatus non crasse & carnaliter, sed mysticè & spiritualiter videat, audiat & intelligat per fidē & sapientiam. [a] *Aristoteles autem id quod sequitur.* Multa quidem dixit de fide, sed quoniam varię definitiones sophis, hic dicit definitionem Aristotelis, quam ipsam citat etiam Theodoretus libro 1. De corum Græcorum affectionibus, dicens; Aristoteles autem dicit quod fides est sciētiæ iudicatorium, nēpe *error*, significat autem Aristoteles præcedere quidē scientiam, sed sequi fidem quæ est præstantior & maioris autoritatis, vt quæ tanquam Iudex ferat sententiam, sitne verū quid piam quod dicit scientia. Ideo *fides præstantior*. Græcè est χριτηριον, id est id quod iudicat. Si ergo quod iudicat est præstantius & maioris autoritatis quam quod iudicatur, constat fidem esse præstantiorem & maioris autoritatis quam scientiam. [b] *Quomodo autem videt faber.* Quemadmodum non sufficit artem fabrilem didicisse, nisi qui didicit sit artifex, & fabrilem artem exerceat: nec artem gubernatoriam, nisi qui didicit reipsa gubernet: ita non satis est persuaderi & Verbo credere, qui est Magister noster, nisi illi pareatur. Non solum enim scire debemus, sed etiam in factis consistit fides, & id ipsum Magistro parere est ei credere. Nulla ergo in re Deo repugnandum & contradicendum. Nam si Deo nos dicamus credere, eius autem præceptis non pareamus, videbimur quod fieri non potest aduersus Deum aliquid scire. Est autem fidei & cognitionis mutua quædam consequentia. Nam nec sine fide est cognitio, & fides est apta ad cognoscendum. Ex his autem infertur tantum abesse vt fides possit esse otiosa & non operari, vt ne vera quidem sit fides si non operetur. Non operatur autem si non pareat magistro, nempe Verbo. Verbo autem parere est seruat præcepta. Sed nec vera est fides sine eorum quæ credit cognitione, nec cognitio, si non credat cognouit, est enim mutua vtriusque consequentia, & cognoscere quæ credit, & credere quæ

1. Cor. 13. Quamuis autem cum fide sit cognitio, ea tamen tantum est ex parte, vt qui hic tantum videmus per speculum: tum demum autem erit perfecta, quando post nostrum hinc decessum eum cui credimus facie ad faciem videbimus. [c] *Iam verò Epicurus quoque.* Hic adducit aliam fidei definitionem, trans quam tradit Epicurus ille voluptatis Patronus. Dicit ergo Epicurus fidem esse anticipationem cogitationis. Sic autem intelligendum quod dicit Epicurus. Ad hoc vt credamus prius est suscipienda res aliqua cogitatio, deinde est discenda. Cogitationis autem prima susceptio vocatur anticipatum autem susceptā discitur, Qui autem eam prius susceptam didicerit, credit. Creditum autem comprehensio. Comprehensam verò intelligit. Hinc est quod id quod dicit Epicurus minime discrepet ab ea quæ

Esa 7. Esaias. Nisi crediderit is non intelligetis. Is enim demum intelligit qui rem quā cogitatione susceperat veram esse cognoscens comprehendit. Hæc autē anticipatio cogitationis dicitur obedientia, & quatelligētia dicitur persuasio. Beatus est autem qui dicit in aures audientiū] Euangelizator scitet & predicator, qui iis prædicat, qui tenentur studio audiendæ veritatis, & beatus est is qui est obediens, ita est phrasis Hebraica, id est, is qui verbum Dei audit & custodit. Anticipationem autem cogitationis finit applicationem ad aliquid euidens, & ad euidentem rei intelligentiam. Nam si applicetur cogitatio ad aliquid incertum & obscurum, & sensum aliquem non manifestum, id minime credit, & idem quatio illa seu anticipatio cogitationis non est fides. Ea est autem adeò necessaria, vt sint plurima, quæ trita & vulgaria, quæ sine ea non possunt fieri. Si sit aliquid quærendum, prius credatur oportet id de quo quæritur. Dubitari non potest si nō credatur esse id de quo dubitatur. Non est opus si ad ea fide constet id esse, de quo concipitur opinio. Si sit probandum aliquid, cogitatio est applicanda quod est probandum, & ita est credendum. Si quæramus aliquid discere, prius cogitatione anticipemus oportet, id esse quod volumus discere. Cum autem id vere esse didicerimus cōprehendimus & intelligimus. Ex quo est perspicuum prius esse fidem quam intelligentiam, cùm non intelligatur, nisi creditur. [d] *Hæc eloquium Heraclitus quoque Ephesius.* Heraclitus Ephesius qui σκοτεινὸς est appellatus, nimirum veluti circumlocutione declarare quod dixit Esaias; Nisi crediderit is non intelliget, dicens. Nisi reret, id quod est insperatum non inueniet &c. Quasi diceret; Qui sperat credirid quod sperat. Qui non sperauerit, nec esse quidem crederet. Quod si non esse crederet, nec id scrutaretur, nec id inueniret. dum vllus pateret aditus. [e] *Sed Plato quoque Philosophus.* Plato in legibus dicit eum qui beatus est oportere ab initio esse participem veritatis, vt cum sit verus plurimo vinat tempore, id est vt vere dem habeat & veritatem, ex ea viuat. Videtur autem Plato id sumpsisse ex illo Abacuc quod citat uus Paulus ad Hebræos: Iustus ex fide viuit, Fides autem & veritas ita inter se congruunt, vt alterum natur pro altero. Apud Hebræos certè illud Amen, quod Christus toties vsurpat in Euangelio, significat verè & fideliter. Nec mirum si id sæpe vsurpet Christus, qui est ipsa veritas. Sed nec immerito dicitur iustus ex fide viuere, cum ipsa quoque iustitia sit veritas. Verum certe pro iusto accipiunt etiam Latini, vt cum scribit Horatius:

*Metiri se quemque suo modulo ac pede verum est.*

Verus autem est fidelis. Infidelis autem est & à veritate alienus, cui sua sponte placet falsum. Qui autem non sua quidem sponte, sed deceptus falsum appetit & eo delectatur, non est quidem infidelis, sed fatuus, & insipiens. Neutrum autem est expetendum, nempe nec voluntariè sectari falsum, nec pati rationem decipi & falli, quodquidem est falsum habere inuoluntarium, vt quod nolens suscipias. Vnde que autem est ingratum, nempe lubentem & volentem falsum sequi, & in eo falli quod inficiens incipit verum appetat quod est falsum. [f] *Nunquid autem in Euthydemo.* Hanc fidei doctrinam dicit Clemens se etiam notam Platoni, & eam tacitè significasse nomine Regalis sapientiæ, eamque ita esse appellatam à Rege, nempe à Christo. Quicunque autē eam possederit, siue is fuerit Rex, siue priuatus, appellabitur Regalem. Videtur autē Plato respexisse ad id quod est in sacris literis. Vos estis genus electū, regale sacerdotium,

1. Pet. 2.



gentis sancta, &c. Subiungit itaque Clemens. [g] *Talis autem est qui legem quidem implet.* Is quem dicit Plato est Christus, qui est & lex & implet legem. Venit enim non vt legē soluat, sed vt adimpleat, & facit voluntatem patris: id enim exequitur propter quod missus erat à patre, nēpe vt humano generi salutem daret. Porro autem in alto ligno crucis est positus, vt diuinæ virtutis exemplar ad imitandū sibi proposuim homines intelligerēt. Huius rei aliquam habebant similitudinē Ephori Lacedæmonij, qui tyralas lege habebant inscriptas. Hæc autē fortasse erat similitudo, quod sicut Ephori suas tyralas lege habebant inscriptas, ita etiam Christus in cruce inscriptum suum habebat titulū, qui eius debebat regnū. Dicit certe Psalmographus; Dicite in gētibus quia Dominus regnauit à ligno, quod Psal. 90. verbū deleuisse Iudeos, testis est Iustinus Martyr aduersus Triphonem. Qui essent autē Ephorum, & quemadmodum essent adiuncti Regibus ad cohibendam & moderandam eorum insolentem potentiam, videre licet & apud Xenophontem & Plutarchū, & alios qui scripserē de rebus Lacedæmoniorum. Descytala autē Laconica, & quomodo duobus furculis inuoluerētur & ἐγγραφὴ, scribit Aulus Gellius Lib. 17. cap. 9. Iam verò cùm quod dicit Clemens suam legem esse regalē, ac.....atam & rectam rationem, contra aliquot pindarū scribētem legem esse mortalium & immortalium Regem, malui vertere regulam quam Reginam, quanquā vetti potest etiam Reginam. In Christo enim Iesu neq; est masculus, neq; femina. [h] *Speusippus autem in primo aduersus Cleophontem.* Platoni & Speusippum eius discipulum & successorem, & Stoicos Philosophos dicit Clemens de sapiente similia dixisse. Speusippi nihil extat horum; sed eorum est omnibus nota de sapiente sententia, quam his versibus exponit Horatius in epistolis.

*Ad summum sapiens vno minor est Ioue, diues,*
*Liber, honoratus, pulcher, rex denique Regum.*

Stoici vendicēt hæc omnia tribuunt sapienti, sed fatentur non facile inueniri sapientem, nec mirū cùm Philosophi scriptura, Stultorum infinitum esse numerum. [i] *Videntur autē omnia quæ prius dicta sunt dogmata* Philosophorū dogmata in multis conueniunt cum Hebræorū dogmatibus, sed ex ipsa Græci accepisse à Mose qui omnia se dicit habuisse Deo eius miserāte. Hoc autem est, quod dicunt Græci omnes sapientis. Iidem Græci dicūt sapientem esse amicum Dei: sed id quoq; acceperūt à Moſe, qui di- Genes. 33. cit Deum esse Deum Abrahā, Deum Isaac, & Deum Iacob, quod scilicet & ipsi Deū, & Deus eos ama- Genes. 22. rit. Ipse quoq; Moyses disertis verbis dictus est Dei amicus. Sic enim scriptū est Exodi xxxiij. Loquebatur autem Dominus facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicū suum. Dei quoque amicus fuit Iacob, qui mutato nomine dictus est Israel, id est Deum videns. Vidi enim, inquit, Dominū facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Isaac quoq; fuit Dei amicus, quem Deus elegit tanquam typum, adeò vt is significaret sacra Christi hostiam à Patre datam, sicut Isaac ab Abrahamo, vt offerretur pro totius mundi redemptione. Hanc hostiam vocat Clemens salutarē Oeconomiam, quod diuino consilio ita sit prouisum, vt Christus suscepta carne quæ Deo immolaretur, peccata aboleret, & mortis ac Diaboli iusta tyrannide nos asseruerat in libertatē & vitam daret æternam. [k] *Erat autem Moses quidem sapiens.* A Moſe didicerūt Græci quod sapiens esset Rex, Sacerdos, pulcher, legislator, diues, & cæteta quę Philosophi tribuunt sapienti. Talis autē erat Moses, sed ita vt esset homo. Christus autem Seruator noster eadem hæc omnia, sed longè excellentius, humanā enim longe superat naturam, vt qui sit Deus Matth. 22. & homo. Pulcher est, sed humanam longè superat pulchritudinē. Lux enim est quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Vocatus est autē Rex & à pueris imperitis clamantibus; Osanna filio Dauid, & à Iudæis non credentibus & ignorantibus, sed petulanter & probrū & contumeliam, & insultanti- Marc. 15. bus dicendo, Christus Rex Israel descēdat nunc de cruce, vt videamus & credamus. Verè autē eum Re- Zachar. 9. gem dicebant, licet inuiti & ignorātes. Ipse quidem certe crucis titulus eum Regem esse iudicabat. Fuit Matth. 4. eum prædicatus à Prophetis. De eo certe sic prædicauit Zacharias; Exulta satis filia Sion, iubila filia Luc. 4. Hierusalem. Ecce Rex tuus veniet tibi iustus & Saluator, &c. Quam sit autē Christus diues, ex hoc patet, quod diuitias, regna, aurum & argentū, & quæcunq; ei dabat aduersarius eum tentans, despexerit. Quod sit autem sacerdos secundum ordinem Melchisedech pulchrè ostēdit Paulus in epistola ad Hebræos. Ipse quidē est qui instituit admirandū sui corporis & sanguinis sacrificium, sub symbolis panis & vini, & ritu incruēto Deum colere docuit. Est etiam legislator Christus, vnus enim est, vt dicit Iacobus, Iac. 4. legislator & Iudex: legem tulit quādo eam dedit Moſi, & legē tulit quādo inspirauit Prophetas, vt possent annūtiare ea quæ sunt agenda, & non agenda. Hoc enim est quod dixit Posuit in ore Prophetarū. Quod si sapiens est nobilis, est autem nobilis quem illustrē reddit generis claritas, quis est Christo nobilior qui solus Deum habet Patrem? Quantūuis iactent Græci suos Hæroas quos dicūt Deorum filios, nemo est Christus qui iure potest gloriari se Deum habere patrem, qui eum ab æterno genuit, est autem Esa. 53. huiusmodi generatio, vt eam nemo possit enarrare. Generationem eius, inquit Esaias, quis enarrabit?

[a] AGE verò ostendamus Platonem quoque eisdem suffragari dogmatibus. Sapientem *III.* in Phædro quidem dixit esse diuitem, dicens: *O dilecte Pan, & quicunque alij dij hic adsint, date mihi vt sim pulcher in iis quæ sunt intrinsecus, exterinsecus autem quæcunque habeam sint mihi amica iis quæ sunt intrinsecus, sapientem autem diuitem existimem.* Hospes autem Atheniensis, eos reprehendens qui existimabant illos esse diuites qui multas possident pecunias, sic dicit: *Vt autem valde sint diuites & boni, nequit fieri, ij quidem quos vulgus diuites numerat. Dicit autem eos qui in paucis hominum maximi pręcij possessiones possident, quas etiam malus aliquis possidet. Fidelis est totus mundus pecuniarum*, ait Solomon:

Matth. 19. Marc. 10. infidelis autem, ne obolus quidem. Multò ergo magis Scripturæ credendum est, quæ docet fore vt citius camelus per foramen acus transeat, quàm vt diues philosophetur. [b] Contrà autem pauperes Plato beatos censet, vt intellexit, dicens: Paupertas autem ex existimanda, non facultates diminuere, sed augere insatiabilitatem. Non est enim paupertas pecuniæ paucitas, sed insatiabilitas: quæ si recesserit, qui bonus est diues quoque fiet. [c] Et in Alcibiade, rem quidem seruilem dicit vitium, virtutem verò rem liberalem. Tollite, inquit, à vobis iugum graue, & sumite leue, ait Scriptura, quemadmodum vocat etiam Poëtæ iugum seruile, &c. Venundati estis peccatis vestris, iis quæ prius dicta sunt conuenit. Omnis ergo qui facit peccatum, seruus est: qui est autem seruus, non manet in domo in æternum. Si autem filius vos liberauerit, liberi eritis, & veritas liberabit vos. Pulchrum autem esse sapientem, sic dicit hospes Athenienſis. Quod si quis affirmet iustos, etsi sint deformes corpore, quatenus quidem sunt mores iusti, ea ratione esse pulchros: propemodum nullus sic dicens videri possit male dicere. Et speciem eius deficiebat prater omnes filios hominum, prædixit Prophetia. Plato autem sapientem dixit Regem in Politico. [d] Huc autem demonstratis reuertamur ad susceptam de fide orationem. Iam verò Plato euangelium omni ostendit demonstratione, quòd vbique fide opus sit, pacem simul efferens laudabilem. Fidelis enim & syncerus in seditionibus nunquam fuerit absque omni virtute. Pugnare autem vel in bello mori volunt permulti mercenarij, quorum plerique ferè omnes sunt audaces & iniusti, insolentes, & prudentiæ expertes, paucis admodum exceptis. Si hæc autem rectè dicuntur, quinis legislator, qui est alicuius momenti, ad maximam virtutem maximè respiciens, feret leges. Ea est autem fidelitas, qua in omni tempore opus habemus, & in pace, & in bello, & in alia vniuersa denique vita: videtur enim alias simul comprehensas continere. Quod optimum est autem, non est bellum, nec seditio: ijs enim opus habere deprecandum fuerit. Pax autem inter se inuicem & beneuolentia, res est longe prima. Ex his quidem constat, maximè esse optandum pacem habere, ex Platonis sententia: maximè autem mater virtutum est fides. [e] Merito ergo dictum est apud Solomonem: Sapientia est in ore fidelium. [f] Nam Xenocrates quoque in libro de Prudentia, sapientiam dicit esse scientiam primarum causarum, & essentiæ quæ percipitur intelligentia: existimans esse duplicem prudentiam, vnam quidem quæ versatur in agendo, alteram quæ in contemplando, quam quidem esse dicit humanam sapientiam. Quocirca sapientia quidem est prudentia, sed non quæuis prudentia est sapientia. Ostensum est autem, principij vniuersum esse eam quæ fide habetur scientiam, non autem demonstrationem. [g] Absurdum enim ferit Pythagoræ quidem Samij sectatores, recusatis eorum quæ quærebantur demonstrationibus, illud, Ipse dixit, fidem facere arbitrari, & ad ea quæ audierant confirmanda, hoc maximum satis esse ducere: eos autem qui contemplandæ veritatis tenentur desiderio, fide digno magistro soli Seruatori Deo fidem non habere, aggredientes eorum quæ dicuntur probationes ab eo exigere. [h] Qui autem habet aures audiendi, audiat. Et quis is? Dicat Epicharmus. Mens videt, mens audit: alia autem sunt surda & caca. Aliquos incredulos arguens Heraclitus, dicit: Audire nescientes, nec dicere. Audiuit vtique à Solomone dicente: Si dilexeris audire, suscipies, & si inclinaueris aurem tuam, eris sapiens. Domine quis credidit auditui nostro? inquit Esaias, Fides enim est ex auditu: auditus autem per Verbum Dei, inquit Apostolus. Quomodo ergo inuocabunt, in quem non crediderunt? Quomodo autem credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante? Quomodo autem prædicabunt, nisi missi fuerint? Quemadmodum scriptum est: Quam speciosi pedes euangelizantium bona. Vides quomodo per auditum, & prædicationem Apostolorum, fidem erigit ad Verbum Domini & filium Dei? Nondum intelligens demonstra-



tionem esse verbum Domini. Quemadmodum ergo sphæra ludere, non solum dependet ab eo qui mittit sphæram, sed ei etiam eo opus est qui illam numerosè excipiat, vt sphæræ legibus peragatur ludi exercitatio: ita etiam vt sit doctrina fide digna accidit, quando fides eorum qui audiunt, quæ est ars, vt semel dicam, naturalis, confert ad discipulum. [i] Adiuuat itaque terra quoque fertilis ad seminum delectionem. Neque enim vtcunque doctrinæ est aliqua vtilitas, nisi adsit eius qui discit susceptio: neque prophetiæ, nisi adsit obedientia eorum qui audiunt. Aridæ enim festucæ, quæ sunt paratæ ad suscipiendum vrendi facultatem, facilius accenduntur: & lapis qui vulgò iactatur, ferrum trahit propter cognationem, & lachryma succini attrahit festucam, & electrum mouet paleas. Ea autem parent quæ trahuntur, qui dici non potest tracta spiritu, non vt principales causæ, sed vt adiuuantes. Cùm sit ergo duplex vitij genus: vnum quidem, quod cum fraude & clanculum, alterum autem quod cum vi fert & trahit, diuinum Verbum clamauit omnes simul vocans, eos quidem vel maximè cognoscens qui non erant parituri: & tamen quoniam est in vestra potestate parêre & non parêre, vt nulli possint causari prætextum ignorantiæ, ipsum fecit vocationem. Quod autem præstare possunt vniuscuiusque vires, exigit. Non- τὸ κατ' δύναμιν. nullum simul adest & velle & posse, vt iis qui per exercitationem eò peruenerint & parati sint. Alij autem etsi nondum possint, iam tamen habent velle. Est autem velle quidem, motus animæ: agere autem, non sine corpore, neque verò solus finis res dimetitur, sed etiam vniuscuiusque electione diiudicantur: si facilè elegit, si peccatorum suorum ductus est pœnitentia, si propter ea in quibus lapsus est eum remordet conscientia, & errorem reprimunt, quod est, posteà cognouit. Est enim tarda cognitio pœnitentia. Cognitio autem, est prima à peccato cessatio. Fidei ergo officium quoque & opus est pœnitentia. Nisi enim crediderit esse peccatum quo prius tenebatur, non dimouebitur: & nisi crediderit, ei quidem qui delinquit, impendêre supplicium, paratam autem esse salutem ei qui ex præceptis vixit, ne sic quidem mutabitur. [k] Iam autem spes quoque consistit ex fide. Definiunt itaque fidem sectatores Basilidis, animæ assensionem alicui eorum quæ sensum non mouent, propterea quòd non adsunt. Spes autem est boni acquirendi expectatio. Fidelem autem necesse est esse expectationem. Fidelis autem est, qui citra transgressionem ea seruat quæ sunt ei tradita. Nobis autem traduntur quæ de Deo dicuntur, & verba diuina, nempe mandata, cum executione præceptorum. Hic est seruus fidelis qui laudatur à Domino. Cùm autem dixerit, fidelis Deus, cuinam pronuncianti par sit credere significat, & is fuit Deus fidelis. [l] Quomodo ergo, si credere est opinari seu existimare, quæ à se dicuntur Philosophi firma esse existimant? Præcedentis enim demonstrationis, voluntaria assensio, videlicet fides, non est opinio seu existimatio, sed alicui valido ac potenti assensio. Quis autem Deo fuerit potentior? Infidelitas autem, est eius quod est oppositum imbecilla negatiua opinio seu existimatio: quemadmodum credendi difficultas quæ dicitur ἀπιστία, est habitus qui fidem difficiliter admittit. Et fides quidem est voluntaria existimatio, & anticipatio prudentis præcomprehensionis. Expectatio autem est opinio futuri. Aliorum autem expectatio, est incerti opinio. Fiducia autem est firma aliqua & stabilis de aliquo apprehensio. Quare ei credimus in quo fiduciam habemus in gloriam diuinam & salutem. In solo autem Deo fiduciam habuimus, quem scimus non transgressurum ea quæ sunt pulchrè nobis promissa, & ideo creata, & ab ipso beneuolè nobis data. Est autem beneuolentia, bonorum voluntas, alteri illius ipsius gratia. Ille enim nullius indiget. In nos autem desinit beneficentia, & quæ est à Domino benignitas, cùm sit diuina beneuolentia, & beneuolentia ad hoc vt bene faciat. [m] Si autem Abrahæ qui credidit reputatum est ad iustitiam, semen autem Abrahæ sumus nos, per auditum quoque nobis est credendum. Israëlitæ enim sumus nos, qui non per fi-

Esa. 54. Chald. 4.

gna, sed per auditum credimus. [a] Propterea lætare sterilis quæ non paris, erumpe & clama, inquit, quæ non parturis, quoniam multi sunt filij desertæ magis quàm eius quæ habet virum. Vixisti in circuitu populi, benedicti sunt filij tui in tabernaculis patrum tuorum. Si autem eadem mansiones à Prophetia & nobis & rursus Patriarchis annunciantur: ostenditur unus esse Deum vtriusque testamenti. Subiungit itaque manifestius: Hæreditasti testamentum Israël, dicens ei quæ est ex gentibus vocationi, quæ erat aliquando sterilis huius vtri, qui est verbum, quæ prius deserta fuerat à sponso. Iustus autem ex fide viuet, qui est in testamento & præceptis, quoniam hæc duo, nomine & tempore, ætate & professione dissimilia nomine, cùm potestate quidem vnum sint, hoc quidem nouum, illud vero vetus, per vnum & vno Deo suppeditantur. [b] Qua ratione dicit etiam Apostolus in Epistola ad Romanos, iustitia enim Dei in ipso reuelatur ex fide in fidem vnam, quæ ex Prophetis perficitur in Euangelio per vnum & eundem dominum docens salutem. Hoc, inquit, præceptum commendo tibi fili Timothee, secundum præcedentes in te prophetias, vt milites in illis bonam militiam, habens fidem & bonam conscientiam, quam quidem repellentes, circa fidem naufragauerunt. [c] quoniam quæ à Deo venit conscientiam polluerunt infidelitate. Non est ergo amplius meritò reprehendenda, vt & facilis & vulgaris, & quæ sit quorumliber. Si humanum non esset studium, vt existimabant Græci, esset etiam extinctum. Sin autem augetur, vanum non sit. [d] Dico ergo fidem, siue fundata sit à charitate, siue etiam à timore, vt dicunt Stoici, esse diuinum aliquid, vt quæ neque ab alia mundana amicitia diuellatur, neque amore præsente dissoluatur. Charitas enim ea, quæ illi cum fide intercedit amicitia, facit fidem. Fides autem est basis ac stabilimentum charitatis, vicissim inducens beneficentiam, quam etiam legis pædagogus timor, ex eo credatur, timor quoque esse creditur. Si enim in operando quod is sit ostenditur. Qui autem facturus est & minatur, non autem operans & præstans creditur, non ipse fidem procreat, qui esse fide dignus est ab ipsa probatus. [e] Diuina ergo est transmutatio, vt qui ex infidelitate fidelis factus fuerit, spei quoque credat & timori.

## COMMENTARIVS.

Plat. lib. 5. de leg.

[a] AGE vero ostendamus Platonem. Quod Plato sit in hac sententia, vt existimet sapientem solum esse ciuem, probat ex ipso Platone in Phædro in fine. Idem Plato in legibus inducit hospitē Atheniensem ea quæ hic citat dicentem, Ego autem, ibi dicit, vix cōcesserim esse necessarium, cōsde simul esse & diuites & bonos. Vt autem idem sit & insigniter bonus & insigniter diues fieri non potest. Quod aut̄ sic se habet Solomone de fideli, vt cuius dogmati adstipuletur Plato, id nusquā inuenio nec in nostra vtique, nec apud Septuaginta. Fieri autem potest vt fuerit in Hexaplis Origenis quæ periērūt. Et mirū quidem est quod dicit Solomon, vt ait Clemens, ne obolum quidem esse infidelē, & tamen magis credendum est Euangelio quod dicit; Camelū sitius transiturū per foramen acus, quam diuitem intraturū regnū cœlorum. Intrare autem regnū cœlorum vocat Clemēs, Philosophari. Christiana.n. Philosophia, vtpote patet in cælum aditus, quam obstruunt & obsepiunt acerui diuitiarū. [b] Contra autem pauperes. Cum nobis quoque Euangelio bene cōuenit Plato dum beatos dicit pauperes. Pauperes autem dicit, non quorum minuuntur diuitiæ, sed quorum minuitur insatiabilitas. Quantūuis enim crescant diuitiæ, semper ergo qui nunquam satiatur, ij autem nunquam possunt esse beati. Qui autē non sunt insatiabiles, nihil vetat quominus & boni esse possint & beati. Ij certe sūt quos Christus vocat pauperes spiritu, qui vetant ve dem diuitiis, ad eas autem āgendas non conuertunt animum. [c] Est in Alcibiade rem quidē diuinā ostendens. Affert aliud in quo Platoni cōueniat cum scripturis, nempe in eo quod vitium & peccatū dicat seruitutem. Vt enim habemus vocabula quib⁹ exprimamus [illegible] & [illegible]. Ita etiā iubet Christus tolli iugū peccati quod est graue, suscipi autem suum, nempe virtutis iugū, quod est suaue, & onus quod est leue, non tam esse difficilia Dei præcepta ad quę exequēda Christus adiuuat. Quo fit vt facile suscipiantur, peccati autē iugum est seruile, & vel in mediis delitiis & voluptatibus multū habet molestiæ. Et ideo qui facit peccatum, seruus est peccati. Qui autē vitam agit ex virtute, liberè viuit: liber enim est, quem Christus liberauit à tyrannide peccati, proinde quā autē libertas est seruus peccati, & venundatus sub peccato, & quoniam quæ à Deo venit conscientiam polluerunt infidelitate. Dicit quoque Dei gratia non potest liberari. [d] Hoc autem demonstratis, Cum multa recitasset dogmata in quibus sentiunt Græci cum sacris litteris, vt qui ea ex illis acceperint, reuertitur ad sum de fide institutū. Dicit ergo Platonē cū sacris cōsentire litteris in laudibus fidei & pacis. Plato enim primo lib. de legibus

Matth. 14. Marc. 19.

Rom. 7.



rentes Cretenses & Lacedæmonios, qui in ferendis legibus non aliud sibi proponebant quam belli gloriam & victoriam, ostendit legislatori, non solam esse ipectandam bellicam fortitudinem, sed omnē virtutem, maxime autē fidem & iustitiā, quibus opus est in pace & in bello, & sine quibus nihil recte geritur. Fides autem de qua hic agit, est quam Cicero in officiis dicit fundamentum iustitiæ, definit autem eloquium & factorum constantiam & veritatem. Dicitur autem hæc fides etiā πίστις, id est fidelitas, quā maximam virtutum idem dicit Plato & matrem virtutum, & cæteras comprehendere: nec bellum autē vere festinationem vnquam esse bonam, nec vnquam optandam, potius vt iis nunquam opus sit quæ nec bona quidem sunt cum fuerint necessaria. Pax verò & beneuolentia inter se coniunctæ sunt semper bonæ. [e] Meritò ergo dictum est apud Solomonem. Citat Solomonem vt ostendat eum quæ dicta sunt ab ipso non esse: sed vbinam hoc dicat Solomon non potui inuenire, non dubito tamen quin ea vere citarit ex Solomone, sed est verisimile non extare eam vndè sumpsit versionem. [f] Nam Xenocrates quoque in libro de prudentia. Differunt sapientia & prudentia, quod sapientia quidem sit cognitio primarum causarum, rerumque æternarum & diuinarum. Prudentia autem, rerum agendarum, confunduntur tamen nonnunquam. Nam & sapientia dicitur rerum diuinarum & humanarū cognitio. Prudentia quoq; est duplex, contemplans & quæ in agendo versatur, & quæ in contemplando, eaque est humana sapientia. Nā diuinarum quidem rerum propriè est contemplatio, quæ prudentia dicitur, quę non consistit in agendo. Et sapientia quidem est prudentia, & prudentia sapientia, sed diuersè cōsiderata. Ostensum est autem principij vniuersorum esse eam quæ fide habetur scientiam, non autem demonstrationem. [g] Absurdum enim fuerit Pythagoræ fide, non demonstratione, Dei qui est principium vniuersorum seu vniuersitatis, habetur scientia, nec ulla fuit ostensum. Et certe si discipuli Pythagoræ præceptori suo tantam habebant fidem, vt ei dicenti ederent, satis habentes quod ipse dixisset, nec eorū quæ diceret vllam quærentes probationē, quanto magis Christi discipulos Magistro & Seruatori suo Deo fidem habere oportet, nec eorū quæ dicuntur exigere rationem aut probationem. [h] Qui autem habet aures audiendi audiat. Vt Christo credatur audiendum est. Is demum autem audit qui, vt loquitur Christus, habet aures audiendi, id est, cuius non sunt aures carnales audiunt sonum percussi aēris, sed ea etiam quæ dicuntur mente percipiunt & intelligunt. Audiuntur autem quæ dicit Christus per missos ab ipso prædicatores. Ita per auditum eorum quę audiunt & prædicationem Apostolorū qui missi sunt à Deo, erigitur fides ad Verbum Domini & filiū Dei, ad id creditur in Christū. Hæc ipsa dixerunt Epicharmus & Heraclitus cùm accepissent à Solomone. [i] Adsunt itaque terra quęque fertilis. Multis similitudinibus ostendit tum demum rectè suscipi doctrinam quando eius qui audit fides apta est ad eam suscipiendam, & prophetiam, quando qui audiūt, obediunt. [k] Ita autem flores quoque consurgit. Ostendit superius pœnitentiam esse opus fidei: nunc autem dicit spem fide existere, & adducit definitionem Ilasilidis, quod fides sit animi assensio alicui eorum quæ sensum non mouent, propterea quod non adsunt. Sensum autem non mouere dicuntur quę sub sensum non cadunt, sub sensum autem non cadunt, quæ non adsunt. Non adsunt autem quæ sola percipiuntur intelligentia. Adesse enim dicuntur quæ cernuntur oculis. Quod autem spes existat ex fide, apertè docet Dominus Paulus dicens fidem esse substantiam rerum quæ sperantur: quæ sperantur autē sub sensum non cadunt. Nam nec oculus vidit, nec auris audiuit quæ præparauit Deus diligentibus se. Hæc autem sunt bona quæ speramus & expectamus. Quæ autem speramus certò futura credimus, & ita fidelis est expectatio. Fideles quoque sunt qui verba diuina audiunt, & præcepta custodiunt, Deus quoque est fidelis, eo dicenti est credendum, vt quem certum sit statuta promissis, vt qui non solum sit verus, sed ipsa veritas. [l] Quando ergo fides est opinari. Philosophi Christi fidem vilipendentes & eleuantes, eam dicebāt esse quandam voluntariè susceptam opinionem. Ad hoc respondet Clemēs, si fides non est firma & stabilis quod ea sit opinio, cur firma & stabilia existimant, quæ non ab aliis acceperunt, sed ex se dicunt & opinantur. Sed fides quæ est præcedentis demonstrationis voluntaria assensio, non est opinio seu existimatio, sed alicui valido ac potenti assensio. Quod si ita est & Deo assentiri qui est validus & potēs, est fidere, non est quod Christi fidem, qui vtpote Deus est validus & potens, despiciant & eleuent. [m] Si autem Abrahæ qui credidit. Non esse despiciendam Christianorū fidem ex hoc ostendit, quod Abrahæ & Christianorum qui sunt Israelitæ, & semen Abrahæ, vna sit fides. Abrahæ reputatum est ad iustitiam quod credidit, Deo autem dicenti credidit, & ita ei fuit ex auditu fides. Nobis quoque fides est ex auditu qui Dei Verbi auditimus prædicationem, nec nobis tam persuaserunt signa quæ facta sunt ab Apostolis & prædicatoribus, quàm quæ de Verbo sunt annunciata. [n] Propterea lætare sterilis. Christi fidem ex hoc quoque dicit cōmendandam, quòd cùm veteris & noui testamenti esset vna & eadē fides, vocatis gentibus longè fuerit maior eorum numerus quàm Iudæorum, & fuerit fertilior ecclesia, quæ ante sponsi Christi aduentum erat sterilis & deserta, quam Hebræorum Synagoga. Si autem vtriusque populi vna est & eadem fides, quæ est in testamento, sed fœdere cum Deo inito & præceptis, ex hoc sequitur quod vtriusque testamenti vnus est & idem Deus, & falsum est quod dicunt Marcionistæ & alij hæretici, alium esse Deum veteris testamenti, alium noui. Vtrumque enim testamentum à Deo datum est per filium. [o] Quemadmodum dicit etiam Apostolus in epistola ad Romanos. Authoritate Pauli Apostoli in epistola ad Rom. & ad Timoth. 1. ostendit iustitiam Dei quæ est ex fide, doceri per Verbum, nempe Christum Dominum in veteri & nouo Testamento. Inchoata enim in Prophetis veteris testamenti perficitur in Euangelio. Nam Christus venit non vt legem solueret, sed vt adimpleret. [p] Dico ergo fidem, siue fundata sit à charitate. Quod à charitate fundetur fides, ex eo ostēdit quod Charitas faciat fideles amicitia quę illi intercedit cū fide. Si ergo qui fidē habet non est fidelis, nisi sit in eo charitas quæ est amicitia coniuncta cum fide, sequitur quod charitas sit fundamentum fidei. Id enim alicuius rei dicitur fundamentum, quod si tollatur id concidit, cuius est fundamentū: sed si tollatur charitas, concidit fides, vt quæ sit inutilis & inefficax ad salutem. Rursus fides est basis & fundamentum charitatis. Nam qui fidem non habet, nec Deum diligit quem non credit, nec proximum quem propter Deum debet diligere. Charitas autem ea est quę induci



Cic lib. 2. de Offic.

Matth. 5.

Heb. 10.

credentes, vt de se inuicem bene mereantur, & propter Deum se mutuis afficiant beneficiis. Quod si quis dicat non charitatem esse fundamentum fidei, sed timorem, cum & initium sapientiæ sit timor Domini, & timor sit Pædagogus legis in qua est etiam fides, meminerit Deum non timeri. Atqui timor idem timor Dei qui est præsens & operatur, in operando cognoscitur & creditur. Sed si timor futurus, & in futurum minatur, non ex eo existit fides, sed ipsa fides ostendit timorem esse futurum, id est, esse credendum, & ideo timendum. [g] *Diuina ergo est tanta mutatio.* Dicit quanta per fidem hominis mutatio. Quj prius erat infidelis, fit fidelis, id est credit quæ sunt credenda, & simul spem & timorem, & vtrique credit, spei scilicet & timori. Credit enim iis quæ spes proponit, nempe futura manere præmia, scilicet regnum cælorum & vitam æternam, & credit iis quæ sunt timenda, nempe supplicijs, quæ impendent iis, qui Dei præceptis non parentes impiè & scelerate vitam egerint.

IIII. [a] ATQVE *prima quidem ad salutem inclinatio nobis fides apparet, post quam timor & spes & pœnitentia, cum continentia & tolerantia proficientes, nos ducunt ad charitatem & ad cognitionem. Meritò ergo Barnabas Apostolus, Ex qua parte, inquit, studiti palatim ad vos mittere, vt cum fide vestra perfectam habeatis etiam cognitionem. Fides ergo nostræ adiutores sunt timor & tolerantia: quæ autem nobis opem ferunt, sunt longanimitas & continentia. His ergo, inquit, in iis quæ ad Dominum pertinent, castè viuentibus, vnà cum eis lætantur sapientia, intelligentia, scientia, cognitio. Cum itaque prius dictæ virtutes sint elementa cognitionis, euenit vt fides sit magis elementaris, quæ ei qui est cognoscendi potestate præditus, est æquè necessaria, atque ei qui in hoc mundo vitæ, ad viuendum respiratio. Vt autem absque quatuor elementis non licet viuere, ita nec absque fide licet assequi cognitionem. Hæc est ergo basis veritatis. Qui timorem autem accusant legem infectantur. Quòd si legem, clarum quoque est quod eum qui legem dedit. Hæc enim tria necesse est consistant in subiecto: is qui administrat, administratio, & id quod administratur. Si ergo legem per hypothesim abstulerint, necesse est vnaquemque vnusquisque qui ducitur à cupiditate, voluptati obsequens, id quidem quod rectè honestéque se habet negligat, Deum autem deficiat, absque metu simul sit impius & iniustus, vt qui à veritate exciderit. [b] At certè, inquiunt, timor est à ratione aliena declinatio, & animi perturbatio. Quid tu dicis? & quomodo tibi amplius seruari poterit hæc definitio, cùm præceptum mihi per rationem seu verbum datum sit? Præceptum autem timorem pronunciat per disciplinam, eum qui id suscipit, parans vt corrigatur. Non est ergo timor à ratione alienus: est itaque rationi consentaneus. Quidni enim, cum admoneatur, Non occides, non mœchaberis, non furaberis, non falsum dices testimonium? Sed si nomina astutè excogitant, εὐλάβειαν, id est, cautionem, timorem legis vocant philosophi, quæ est consentanea rationi declinatio. Hos Critolaus Phaselites non inepte vocat ὀνοματομάχους, id est, qui depugnant de nominibus. [c] Pulchrum ergo, atque altè pulcherrimum, iis qui nos accusant præceptum apparuit, excogitata mutatione nominis. Cautio ergo esse rationi consentanea ostenditur, cùm sit eius quod lædit declinatio, ex qua exoritur eorum quæ præcesserunt peccatorum pœnitentia. Principium enim sapientiæ est timor Domini. Intellectus autem bonus omnibus facientibus eum. Sapientiam verò affectionem, quæ est timor Domini, deducens ad sapientiam. Si autem lex affert timorem, principium sapientiæ est legis cognitio, & non est sapiens absque lege. Insipientes ergo sunt qui legem recusant, cui est consequens vt ipsi reputentur ἄνοι, seu impij. Disciplina autem est principium sapientiæ. Sapientiam autem & disciplinam impij odio habent, ait Scriptura. Videamus autem quænam esse timenda lex annunciet. Si ea quidem quæ sunt media inter virtutem & vitium, vt paupertas & morbus, & ignominia, & ignobilitates, & quæ sunt his similia: hæc quidem etiam quæ sunt in ciuitate leges propterea laudantur, & Peripatetici, qui tria bonorum genera introducunt, & eorum contraria mala esse reputant, ea conuenit opinio. Nobis autem data lex, ea quæ vera mala fugere iubet fugere, adulterium, petulantiam, puerorum amorem, ignorantiam, iniustitiam, mortem, animæ mortem, non eam quæ soluit animam à corpore, sed eam quæ animam dissoluit à veritate. Hæc enim sunt grauia & verè timenda vitia, & quæ ex eis proficiuntur operationes. [d] Verumenimuerò iniustè pennatis tendi retia dicunt diuina responsa. Ipsi autem dum sunt sanguinum participes, mala sibi instar thesauri recondunt. Quomodo ergo à nonnullis hæresibus hæc lex mala dicitur? vociferantibus dicere Apostolum: Per legem enim cognitio peccati. Quibus dicimus: Lex peccatum non fecit, sed ostendit. Cùm enim quæ sunt facienda iusserit, reprehendit ea quæ non sunt facienda. Boni autem est, id quod saluare quidem est docere, quod exitiale autem ostendere, & illo quidem vti consultum, hoc verò iubere fugere. Iam Apostolus, quem non intelligunt dixit peccati cognitionem per legem esse manifestatam, non autem accepisse substantiam. Quomodo autem non bona lex, quæ erudit ac castigat, & quæ data est pædagogus ad Christum, vt dum per timorem castigationis ratione dirigimur, ad eum quæ est per Christum perfectionem conuertatur? Nolo, inquit, mortem peccatoris, sed eius pœnitentiam. Pœnitentiam autem esse præceptum, quod ea quidem prohibet, quæ non sunt facienda, benefacta autem probat. Mortem autem, vt arbitror, dicit ignorantiam. [e] Et qui est prope Dominum, est etiam flagellis. Qui cognitioni scilicet appropinquat, periculis, timoribus, molestiis, afflictionibus vtitur, propter desiderium veritatis. Filius enim castigatus euasit sapiens, & seruatus est ab æstu filius intelligens. Filius autem intelligens suscipiet præcepta. [f] Et Barnabas Apostolus: Væ qui sunt intelligentes apud semetipsos, & coram se scientes. Et paulo post subiunxit: Efficiamur spirituales, templum Dei perfectum, quatenus est in nobis, timorem Dei meditemur, & eius præcepta seruare contendamus, vt lætemur in eius iustificationibus. Vnde sapientiæ principium timor Dei diuinæ dictus est. [g] Hic Basilidis sectatores hoc dictum exponentes, dicunt ipsum principium cùm exaudisset dictionem Spiritus qui ministrabatur, propter auditionem & spectaculum fuisse obstupefactum, cùm ei præter spem esset annunciatum Euangelium, & eius obstupefactionem appellatam esse timorem, qui fuit principium sapientiæ genera diiudicantis, & discernentis, & perficientis, & reficientis. Cùm autem non solum mundum, sed etiam electionem discreuisset, eam postremò amandat. [h] Videtur autem Valentinus quoque in quadam epistola talia quædam mente apprehendisse. His enim verbis sic scribit: Et sic ex illo figmento terrore fuit affectus author Angelorum, quando maiora elocutus est quàm quæ conuenirent efficienti, propter eum qui in ipsis inaspectabiliter dederat semen supernæ essentiæ, & liberè loquebatur. Ita etiam in mundanorum hominum generationibus, timores fuerunt opera hominum iis quæ ea faciebant: quemadmodum statuæ & imagines, & omnium manus efficiunt in nomine Dei. In nomine enim hominis formatus Adam, timorem præbuit eius qui prius erat hominis, vt qui ipse esset in ipso constitutus, & obstupuerunt, & opus citò aboleuerunt. Sed cùm sit verum principium, vt ostendetur paulo post, canoras quasdam nugas & figmenta viderunt isti homines effingere. Quoniam autem à lege & Prophetis prius erudiri ac castigari vtile esse Deo visum est, principium sapientiæ dictus est timor Domini, qui à Domino per Mosen datus est iis qui non obediunt, & sunt duri corde. Quos enim non expugnat ratio, eos mansuefacit metus. Quod quidem cùm ab alto præuidisset Verbum quod erudit ac castigat, vtroque modo aptè ac conuenienter expurgans, ad pietatem concinnauit instrumentum. Est igitur obstupefactio, timor ex insueta visione seu phantasia, vel propter inexpectatam visionem, tanquam nuncium. Timor autem est insignis admiratio, tanquam ob id quod vel factum est, vel est. Non animaduertunt itaque se affectionibus ac perturbationibus feciſſe obnoxium, maximum, & qui ab eis celebratur Deum, per obstupefa-

ἐκπλῆξις. ctionem, & ante obstupefactionem versatum esse in ignoratione, siquidem ignorata fuit ante obstupefactionem. Si autem obstupefactio, & timor fuit Dei sapientiæ principium, magnum est periculum, ne & ante Dei sapientiam & totius mundi creationem, quemadmodum restitutionem & ipsam electionem quæ erat causa, fuerit ignoratio. Verum ergo rerum bonarum aut malarum est ignoratio? Sed si rerum quidem bonarum aliquid cessat obstupefactione, eis & ministerio cessat, & prædicatio, & baptisma: sin autem malarum, quomodo est malum causa rerum optimarum? Si enim non prior fuisset ignoratio, non defecisset minister. Sed nec obstupefactio cœpisset principem, vt ipsi dicunt: neque sapientiæ principium cœpisset ex timore ad electionem & mundana diiudicanda. Si autem motus eius qui prius erat hominis, fecit sui figmenti insidiatores Angelos, vtpote quod insuperabile supernæ substantiæ semen collocaretur intus in opificio, aut ex inani opinione, quod quidem est incredibile, æmulatione perciti sunt in Angelos propter opificium, cuius tanquam filij alicuius crediti sunt esse authores, adeo vt nulla non in eos cadat ignorantia, aut non sunt cùm tenerentur præscientia. Sed non insidiati essent, per id quod aggressi sunt, ei nihil præciuerunt, neque ob suum opus obstupefacti essent, cùm ex præscientia semen superum intellexissent, aut postremò freti cognitione ausi essent, quod ipsum quoque non potest fieri, cùm didicissent id quod est in pleromate homini insidiari. Præterea & id quod est ad imaginem, in quo est etiam exemplar, & id quod cum reliqua cognitione est ab interitu datum, assumpserunt. [k] His ergo ipsis, & aliquibus aliis, maximè autem Marcionistis, non audientibus clamat Scriptura: Qui autem me audit, requiescet in pace confidens, & sine metu cessabit ab omni malo. [l] Quid ergo hi legem esse volunt? Malam quidem non inquient, sed iustam, bonum à iusto discernentes. Dominus autem iubens timere malum non malum malo liberat, sed dissoluit contrarium contrario. Bono autem malum est contrarium, vt iustum iniusto. Si ergo malorum dixit principium metus vacuitatem, quam fecit Domini timor: timor bonum est, & qui est ex lege metus, non solùm est iustus, sed etiam bonus, vt qui aufert vitium. Metu autem inducit metus vacuitatem, non animi perturbatione impatibilitatem: disciplinæ autem ingenerat affectionum moderationem. Cum autem audierimus, Honora Dominum, & eris fortis, præter ipsum autem ne time alium, timere peccare, sequi autem quæ à Deo data sunt præcepta, Dei honorem accipimus, Dei autem est Dei metus. Sed etsi timor est affectio, vt volunt aliqui timorem esse affectionem, non quiuis metus affectio. Superstitio quidem certè quæ vocatur δεισιδαιμονία, est affectus vt quæ sit dæmonum metus, qui affectionibus susque deque feruntur & agitantur. Porrò autem Dei impatibilis metus est impatibilis. Timet enim quis non Deum, sed à Deo excidere. Qui autem hoc veretur, nempe ne in mala incidat, mala timet & veretur. Qui autem timet ne cadat, se esse ab interitu alienum vult & impatibilem. Sapiens timens declinauit à malo. Insipiens autem confidens aggreditur, ait Scriptura. Et rursus: Initium sapientiæ Domini est, inquit, spes fortitudinis. [m] Deducit ergo talis metus & ad pœnitentiam & ad spem. Spes autem est benè sperans expectatio bonorum, vel absentis boni. Certè cupido quoque vel ad bonam spem assumitur, quem ad charitatem deducere didicimus. Charitas autem fuerit consensio eorum quæ sunt in ratione & vita & moribus: aut, vt paucis dicam, vitæ societas, vel amicitiæ & benevolentiæ extensio, cum recta ratione ad vsum amicorum ac familiarium qui ἔτυμοι, vocantur (dicitur autem ἔτυμος, quasi ὑπάρχων, id est, alter ego) quæ etiam ratione eos fratres appellamus, qui sunt regenerati. [n] Adhæret autem charitati & hospitalitas, quæ est artificium amicitiæ circa vsum hospitum. Hospites autem sunt hic quotquot sunt in mundana. Mundanos enim eos qui terram spectant & concupiscentias carnales exaudimus: Nolite conformari, inquit Apostolus, huic seculo, sed transformemini renouatione mentis, ad hoc vt vos probetis quæ sit voluntas Dei bona, bene placens, & perfecta. [o] Versatur autem hospitalitas in eo quod est vtile hospitibus. Hospites autem sunt qui etiam dicuntur ξένοι. ξένοι autem sunt amici, amici autem sunt fratres. Frater amice, inquit Homerus; [p] & humanitas, quæ est amicus vsus hominum, & bona affectio, quæ est quoddam amicitiæ artificium in amicorum vel necessariorum dilectione comitantur charitatem. Si autem reuera homo qui est in nobis, est spiritualis, humanitas est fraternitas iis, qui sunt eiusdem spiritus participes. [q] Affectio autem rursus est conservatrix benevolentiæ aut dilectionis. Dilectio autem est perfecta & absoluta demonstratio: & diligere, quod est ἀγαπᾶν, est placere moribus ducique & abduci. In idem autem ducuntur per consensionem, quæ est scientia communium bonorum. Consensio enim, quæ συμφωνία, est concentus in animis. Et non ficta, inquit, charitas sit in nobis, & odio habentes malum, adhæremus bono & fraternitati, & quæ sequuntur vsque ad illud: Si possibile est, quantum in nobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Deinde: Ne vincaris, inquit, à malo, sed vince in bono malum. [r] Et idem Apostolus fatetur se Iudæis ferre testimonium, quòd zelum Dei habeant, sed non secundum scientiam. Ignorantes enim Dei iustitiam, & propriam iustitiam statuere, Dei iustitiæ non fuere subiecti. Non enim Dei voluntatem cognouerunt & fecerunt, sed quod ipsi existimauerunt, hoc etiam legem velle putarunt. Neque legi tantum prophetanti crediderunt, sed sermoni solummodo & timori, non autem affectioni & fidei crediderunt. Finis enim legis est Christus ad iustitiam, qui est à lege prædictus, omni credenti. [s] Vnde eis dictum est à Mose: Ego æmulatione vos prouocabo in non gente, in populo vestro vos, ad iram irritabo, qui fuit scilicet paratus ad obediendum. Et per Esaiam: Inuentus sum, inquit, iis qui me non credunt, manifestus fuit iis qui me non interrogant: ante Domini scilicet aduentum, post quem Israëli quoque illa quæ prædicta sunt conuenienter dicuntur: Expandi manus meas toto die ad populum inobedientem & contradicentem. Vides causam vocationis gentium, apertè à Propheta dictam esse, populi inobedientiam & contradictionem. Deinde, in his quoque Dei ostenditur bonitas. Dicit enim Apostolus: Sed eorum delictum saluti gentibus, ad hoc vt eos æmulatione prouocarent, & vt vellent ipsi duci pœnitentia.

Διάκονος.

Προυερ. 7.

εὐσταθὲς καὶ ἀμετάπτωτον.

Prouer. 14.

Rom. 12.



## COMMENTARIVS.

[a] ATQVE *prima quidem ad salutem inclinatio.* Ne quis existimet solam fidem eamque otiosam sufficere ad salutem, disertis verbis pronũciat, fidem quidẽ apparere primã inclinationem ad salutem, sed requiri præterea alias quas refenset virtutes, quæ & ipsæ nostrã adiuuẽt & nobis opem ferant. Ex antẽ omnes simul cum fide cõiunctæ virtutes, efficiunt vt non solũ in Deum credatur, sed & castè in Domino viuatur. Sapientia & intelligẽtia & quæ verbi decet discipulũ cognitio acquiratur, lecteque & incunde his omnibus inter se conspirãtibus viuatur. Quæ autem est hic citata Barnabæ Apostoli epistola hodie non extat, & à Gelasio Pontif. Max. inter libros Apocryphos relata, non fuisse autem contemnendã testis est noster Clemens qui eam citat. [b] *At certe, inquiunt, timor est.* Respondet ad obiectionem quæ fiebat ab iis qui oppugnabant timorem, eum definientes à ratione aliena declinationem, & animi perturbationem. Hanc definitionem ostendit non esse veram. Non est enim à ratione alienus legis timor, cum ipsum legis præceptum datum sit per rationem seu per verbum, datum sit autem vt corrigatur qui id accipit. Quod non puter, quod in legis præceptis fere omnibus sit quædam exhortatio, ne fiat quod prohibetur. Non esset autem, si esset timor à ratione aliena declinatio & animi perturbatio. [c] *Sed si nomina assute excogitant.* Postquam ostendit legis timorem esse rationi cõsentaneum, & ideo non esse veram eorũ definitionem, eorum vt Philosophi qui apte mutẽt nomina, legis timorem non vocent timorẽ, sed εὐλάβειαν. Hi nominum mutatores vocãtur à Critolao Phaselitẽ ἀνεμοτρεμέται. Pugnãt autẽ de nominibus, qui videtes ea nõ esse apte imposita, ea mutãt. Quis sit autẽ Critolaus quem citat nescio, sed neq; eius aliquid extare existimo. Fuit quidẽ Critolaus vir doctissimus, & qui audebat etiam ex tẽpore dicere. Quodquidem fecit Romæ vt suam ostentaret eloquẽtiam, cùm eo missus esset legatus ab Athenien sibus. Sed is erat Athenis hic autem quem citat Clemens erat Phaselites. [d] *Pulcherrimũ ergo, atque adeo pulcherrimũ.* Qui legem vituperant propter timorem, ex eo falli ostenditur quod mutato tantũ nomine, timoris scilicet in cautionem laudetur quod prius vituperabatur, ex ea .n. quæ est idem quod timor, & mala declinãtur, & de præcedentibus peccatis dolor concipitur, & ex eodẽ existit & lex & sapientia. qui legẽ autem non habet

est insipiēs. Lex enim est Dei: Quo sit vt qui lege caret & Deo careat qui est author legis, & pluris fe-
cerit pius: Videamus autem quænam esse timenda lex annuncier. [a] *Verumenimuero eius est penam.* Bonis le-
geratis tenduntur insidiæ, sed non possunt comprehendi, facile enim euolant, à Deo liberati. Iam
mali male agentes, & mala sibi congerunt, & in posterū recundunt. Et frustra ergo insidiantur iustis
habet versio, & iniuste, vt qui se obstringāt scelere. Et hoc est quod septuaginta habēt, *Δόλον, id est*, de-
iustè. [1] *Et qui est prope Dominum est plenus flagellis.* Per multas afflictiones oportet intrare regnū cœlo-
Intrat autem regnum cælorū qui est prope Dominū. Is demum autē est prope Dominum qui stu-
dio veritatis. Ad eam autem non peruenitur nisi legis præcepta obseruētur, & suscipiatur castigo
& disciplina per multos labores, afflictiones, timores, pericula, & molestias. Hæc disciplina & castigo
castigatum filium reddit sapientē, & eum liberat ab æstu nempe ab ardore libidinis & à flamma ignis co-
ni. [2] *Et Barnabas Apostolus.* Barnabas Apostolus quē hic citat Clemēs, eos execratur qui non ex lege
& ex eius præceptis doctrinam hauriūt, sed ex iis quæ ipsi apud se cogitant & cōminiscuntur. Hortatur
præterea vt simus spirituales. Tum demū autē erimus spirituales, si Deus in nobis habitauerit: Deus
est spiritus. Non solū autem erimus spirituales, sed etiam templū Dei si Deus in nobis habitauerit. Ho-
autem tunc dicitur in nobis habitare, quādo terrestribus & humanis expulsis cogitationibus diuina be-
lum & æterna meditamur. Hoc non fit nisi Deum timeamus & præcepta eius seruemus. Is timor dein
præceptorum custodia efficiunt, vt magna afficiamur lætitia cum iusti euaserimus: Deus enim eos ob
ficat qui ipsum timent & præceptis eius parent eum diligentes. Merito ergo dictus est Dei timor ini
sapientiæ. [3] *Hic Basilidis sectatores.* Citat Clemens, vt se dixit facturum, omne genus scriptorum. Cita
philosophos & authores apocryphos, nunc citat etiam hæreticos, quantum ei visum est facere ad re
institutum. Dicit autem quomodo exposuerit Basilides illud dictum; Principium sapientiæ timor
mini, etiamsi non ignoraret quam ineptæ fuerint eius fabulæ & nugæ, quas qui volet scire, legat apud
Irenæum, Epiphanium, & Theodoretum. In iis recensendis me piget tempus perdere, & lectorem
afferre. Meræ certè sunt nugæ de illo principe, qui cùm audiisset dictionem spiritus fuit obstupefa-
Obstupefactio autem fuit timor qui fuit initiū sapientiæ, &c. Cum autē dicit ipsum postremo
Iean. 4. timorem, videtur alludere ad illud Ioannis; Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit
timorem, quoniam timor pœnam habet. [4] *Videtur autem Valentinus.* Valentini impia & inania dogma-
& cōmenta qui volet videre, legat Theodoretū de hæreticis fabulis. Eius recenset Clemēs & refellit
nullā, etsi sint potius ridenda quam refellenda. Quod tamē ipse quoque satis vidit, cùm dicit eos
noras nugas & figmenta. Primū autem eum reprehendit, quòd cùm sit vnum principiū, ipse tamen
tos statuat authores, & principes. Et non reprehendit quidē quod dicit, quod cum vellet Deus eum
castigari populum vt deduceretur ad pietatē, per Moysem datus sit timor Domini qui est initium
tiæ, vt quos expugnare non poterat Verbū seu ratio, mitigaret & mansuefaceret metus. Reprehendit
tem quod Deū statuat obnoxiū & animi affectionibus & perturbationibus, & quod ante obitum
nem, ignorantem Deum fecerit & dubitantem. Quæ confutans, ostendit quā multa ex iis secuta
surda. [5] *His ergo ipsis & aliquibus alios.* Basilidianis, Valentinianis, & Marcionistis hæc dicit Scriptura,
pe vt ipsum Deum audiāt, & nō impia & inania dogmata cōminiscātur. [6] *Quid ergo his legē esse?* Duos
deos constituebat Marcion Ponticus, Deum iniustum & Deum bonum: & iustum quidem esse eum
rem qui legem dedit: Legem autem, non esse quidem ex se malam, sed ex eo quod terrore afficit, qui
malus. Dicit autem Clemēs nec legem esse malam, nec timorem. Lex non est mala quæ prohibet
nec timor est malus per quē prohibet, non esse iustum à bono discernendum: idem enim est & nihil
bonū. Timorem non esse malū qui pellit vitium. Nam cum vitium sit malum, bonū sit oportet quod
ipsum dissoluit & pellit. Quod si malum dicunt esse timorē, quod sit affectio seu perturbatio, repetet
aliquem quidem timorem esse affectionem, sed non omnem *ἀνεπιστασίαν*, id est superstitionem animi
affectionem, nō autem Dei timorem. Nam vt Deus est impatibilis, ita etiam est impatibilis ut timor.
Nam proprie non dicitur Deus timeri: sed timeri dicitur quod timeatur ne ab eo excidamus, id quod
excidit qui eo non fruitur. Non fruitur autē qui non est ei gratus. Qui autē timet ne à Deo excidat ne
eo fruatur, vt qui eius priuetur gratia, non Deū timet, Deus enim tanquā malū non timetur, sed quod
malum est timetur, timetur enim ne eius gratia, quæ est prætiosa possessio, amittatur, & ita in malum
datur. Deo enim priuari, qui est summū bonum, non potest non esse malum. Qui autē hoc timet, timet
ne ei extremus afferatur exitus, & non sit impatibilis. Plane enim interit, & miserabilibus retenta af-
ctionibus, qui Deū amisit, quem qui habet, is nullis afficitur animi motibus & perturbationibus. Ita
vt sapiens timens declinet à malo. Cauet enim nisi Deum amittat priuetur omni bono, quod quidē
summū malū. Insipiens autem qui nihil timet & securus Deū offendit, à Deo, & ita ab omni bono ex-
dit. In eo vero qui Deum timet est spes fortitudinis. Spetat enim fore, vt quæ fortiter aggrediatur ea
cte succedant. Timens enim Deum offendere & ab eo excidere, credit sibi paratum fore eius auxilium
[7] *Deducit ergo talis metus & ad pœnitentiā.* Hoc vt melius percipiamus, definit quid sit spes, nempe bonū ex-
rans expectatio bonorū, vel boni absentis. Expectantur autem bona, sed timentur mala, non quæ
autē expectantur, sed futura. Sed si tantū expectantur, & non etiam certo creduntur & magno exper
tur desiderio, non sperātur, nec eorum spes esse est dicenda. Non solū autem Dei timor deducit ad
nā spem, sed casus quoq; seu prolapsio assumitur ad spē. Nam si labi & cadere contigerit ipsa prolapsio
non ita iacet & deprimitur vt penitus desperet, sed ad spē erigitur fore vt quod perdidit recuperet. Sed
ad id non peruenitur nisi ipsa prolapsio nos deducat ad charitatē, qua Deū nos offendisse agnoscimus
rationi assentiamur, vitā rectè instituamus, & mores cōponamus: & proximum diligentes, in animos
familiares nos ita geramus, vt amicitiæ & beneuolentiæ, quæ ratio præscribit, officia exerceamus. Ita-
tē amici & familiares dicūtur etiā fratres, vt qui sint eodem verbo quo nos regenerati. Fratres autem
rito dicuntur qui eundem habent Deum patrem, & matrē Ecclesiam. Etymologium autē huius



ἄλλος ἐγώ, dicit esse Clemens, quasi ἕτερος ἐγώ, nempe alter ego, sicut & Latinè frater dicitur, quasi fere
alterius ἐγώ, quoque frater Græcè dicitur quasi ὁμόθρονος, quod eodē sint in vtero. Vnde etiam Christia-
ni proprie dicuntur fratres qui in eadem sunt Ecclesia, nempe Catholica tanquam in eodem vtero: [a] *Ad-
sunt autem charitati & hospitalitas.* Arrepta occasione, adiungit charitati virtutes eius comites, prima est
hospitalitas, ex qua discimus quomodo sit vtendū hospitibus, seu quomodo nos oporteat gerere in ho-
spitio. Hospites autē sunt, qui in hoc mūdo ita versantur, vt mūdana sint eis externa & aliena. Mundani
homines sunt qui rebus terrenis sunt addicti, & dediti libidinibus & carnalibus concupiscentiis. Eos dicit
peculiter conformari huic sæculo, quod prohibet ne faciamus, sed mente potius renouemur, vt probatani
quid sit bona cogitam Dei voluntatem impleamus. [b] *Verū ratione autem hospitalitas.* Hospitalitatis inunus est &
officium, cuiam gerere hospitum, & eis prouidere quæ sunt vsui. Hospites olim dicebantur externi, qui
nunc Græcè ξένοι, vsus autem postea inoleuit vt dicerētur externi quidem hospites, sed non omnes, ve-
rum quibus cum propter amicitiam vltro citroq; intercedebat ius hospitij, qui scilicet foris aduenien-
tes domi excipiebāt. Hospes. n. dicitur & qui excipit & qui excipitur. Ij dicebantur & ξένοι, quod
essent peregrini, & amici, non quod indiscriminatim omnes exciperētur hospitio, sed ij cum quibus in-
tercedebat mutua amicitiæ. Quāta autē esset virtus hospitalitatis ex hoc est perspicuum, quod inter cęteras
virtutes quas Episcopo tribuit Paulus, eum quoq; velit esse hospitalē. [c] *Et humanitas, quæ est amicus vsus*
Charitatis comes est humanitas, & bona affectio quæ est Græcè φιλανθρωπία. Nec satis est hominē
diligere sed cùm dilectione oportet etiam esse benignitatem, mansuetudinē & clementiam, nec sufficit
hominem genere diligere, sed etiam cōsanguineos & necessarios, tanquā ex quodā diligendi artificio
& ratione præcipuum. Is amoris gradus Græcè dicitur φιλανθρωπία, quo lubēter & tanquā ex instituto
quis afficitur, non ex sola naturæ propensione & inclinatione. [d] *Affectus autem rursus est conseruatio beneuo-* 1. Tim. 3.
lentiæ: huic subiungit charitati, definitione quidem ab ea differūt, sunt tamē ei coniūcta. στοργή, quam
dilectionē est idem quod dilectio, sed in hoc differt quod significet vehementē amoris affectionem
quæ conseruat beneuolentiam & dilectionē. Nam si amor sit tepidus, non diu durat beneuolentia
quæ delet. Est etiam dilectio species charitatis, quæ non solū est in animo, sed etiam reipsa & facto se
ostendit, & ita est perfecta, & omni ex parte absoluta demōstratio. ἀγαπητός, id est, diligi dicitur, quando
conueniunt mores qui se mutuo attrahunt, & in eo est scientia communium bonorū, non est enim ma-
gna vnius quàm alterius, & ita inter se conueniunt amici & moribus, & bonis, & animis. Vnde
etiam dicitur ἑρμηνεὺς ἀπὸ τῆς ἀγωγῆς, id est, duci & abduci: consensio enim animorum, & morum
conuenientia, & sua non reputare bona magis quā alterius, nempe amici, ea se inuicem cōciliant & at-
trahunt ad amicitiam. [e] *Et idem Apostolus facetur se Iudæis ferre testimonium.* Ex iis quæ adduxit Paulū di-
centem de sola dilectione, arripuit occasionem loquendi de Iudæorū legis dilectione, non illa quidē fi-
dei quæ nō est secundū scientiā. Duplicē autem dicit esse Clemens iustitiā; Iustitiā Dei quæ est ex fi-
de, & iustitiam legis, quæ est ex operibus adimpletis mandatis legis. Et in hoc quidem fallebātur Iudæi,
quod Dei iustitiam quæ est ex fide Christi ignorātes, & suam volentes statuere iustitiā, quæ est in adim-
pletione mandatorum, quod sine fide Christi non potest fieri, fidei non paruerunt, & in Christū qui est
finis legis non crediderunt: & dum facerent quæ ipsi vellent, non quæ lex vellet, quæ sine Christo nihil
facit, nō est eius scopus & finis omni credenti, suam opinionem pro lege sunt secuti, & ita non fuere iu-
stificati, est enim fides Christi quæ iustificat. Ex hoc autem falsi sunt, quod legi crediderūt, sed tanquam
alteram minantique & terrorem incutienti, non autem tāquam Christum venturū & gratiam daturum
credenti, & mysticum & allegoricum sensum in se continenti, & in Iesum Christum futuram fidem
ante esse eadem significanti. [f] *Vnde est dictum est à Mose.* Ægte tulerunt Iudæi, quod qui erat populus
Deo electus, adiciris gentibus fuerit posthabitus & reiectus. Vocationis autem gentium non fuit alia
causa quam inobedientia & contradictio. Deinde in his quoque Dei ostenditur bonitas.

[a] PASTOR *autem cùm solummodo de iis qui dormiissent posuisset dictionem, nouit* v.
*quosdam iustos & in gentibus & in Iudæis, non solùm ante aduentum Domini, sed etiam*
*ante legem, ex eo quod Deo grati acceptique fuerint, vt Abel, & Noe, & si quis alius iu-*
*stus. Dicit ergo Apostolos & doctores filij Dei, etiam cùm dormiissent, potestate & fide*
*prædicasse iis qui prius dormierant. Deinde subiungit: Et ipsi dederunt ipsis signaculum*
*prædicationis. Descenderunt ergo cum ipsis in aquam, & rursus ascenderunt. Sed hi viuen-*
*tes descenderunt, & rursus viuentes ascenderunt: illi autem qui prius dormierant, mortui*
*descenderunt, viui autem ascenderunt. Per hos ergo viuificati sunt, & agnouerunt nomen*
*filij Dei, & ideo vnà quoque cum illis ascenderunt, & eos compegerunt in turris ædifica-*
*tionem, & qui in lapides cæli non poterant, coædificati sunt. In iustitia dormierunt, & in* 1 Petri 4.
*magna puritate. Solum autem hoc signaculum non habebant. Quando enim gentes legem*
*non habentes, natura quæ sunt legis faciunt, ij legem non habentes sibiipsi sunt lex, vt ait* Rom. 2.
*Apostolus. Quod itaque virtutes se inuicem consequuntur, quid opus est dicere, cùm iam*
*ipse ordinem descenderimus quod fides quidem sperat propter pœnitentiam, pietas autem propter fidem,* Lucæ 18.
*& quæ in iis est perseuerantia & exercitatio, vnà cum disciplina terminatur in charitate,*

illa verò perficitur cognitione. Illud autem necessariò adnotandum est, quod solus Deus intelligendus est natura esse sapiens. Quare sapientia quoque Dei virtus, quæ docuit veritatem, hîc quoque assumpta est perfectio cognitionis. [b] Amat autem & diligit veritatem philosophus, eo quòd sit verus ac germanus famulus, iam propter charitatem existimans & amicus. Eius autem principium est, res admirari, vt dicit Plato in Theæteto. Et Matthæus adhortans in traditionibus, Admirare præsentia, eum esse primum gradum scientiæ superioris cognitionis. Quæ ratione etiam scriptum est in Euangelio secundum Hebræos: Qui admiratus fuerit, regnabit, & qui regnauit, requiescet. Fieri ergo non potest vt philosophetur qui est rudis & ignarus: porrò autem non potest fieri vt philosophetur is qui sapientiæ notionem non ceperit, cùm philosophia sit eius quod verè est appetitio, & tantum ad id tendunt disciplinarum. Et quamuis in rectè agendo se aliqui exercuerint, vt iustitiæ tamen quomodo sit vtendum, & faciendum est & adlaborandum, quatenus Deo quoque assimiletur aliquis, Deo inquam seruatori, colens Deum Seruatorem per Verbum Dei ipsum, per quem videntur quæ in veritate sunt honesta & iusta. Religio est actio erga Deum, quæ sequitur. [c] Hæc ergo tria noster sibi vendicat Philosophus: primum quidem contemplationem: secundò autem, præceptorum executionem: tertiò verò, honorum virorum consuetudinem. Qui quidem cùm conuenerint, efficiunt virum cognoscendi potestate præditum. Vnde diuina dixit Scriptura: & dixit Dominus ad Mosen dicens: Loquere filiis Israël, & dices illis, Ego Dominus Deus vester. Secundum studia terræ Ægypti in qua habitastis in ea, non facietis, & secundum studia terræ Chanaan, in quam vos ego illic introduco, non facietis, & in eorum legitimis non incedetis. Iudicia mea facietis, & præcepta mea seruabitis. Ambulate in eis. Ego Dominus Deus vester, & seruabitis omnia præcepta mea, & facietis ea. Qui fecerit ea, viuet in eis. Ego Dominus Deus vester. [d] An autem mundi & deceptionis, an animi perturbationum & vitiorum sit signum & symbolum Ægyptus & terra Chanaan, nunc quidem est prætermittendum. Quanam autem ratione exercenda vt diuina & non mundana, nobis ostendit eloquium. [e] Cùm autem dicit: Qui fecerit homo, viuet in eis: & ipsorum Hebræorum correctionem, & proximorum nostrum & nostram exercitationem & profectum, ipsorum vitam dicit & nostram. Qui enim sunt mortui delictis, conuiuificantur Christo per nostrum testamentum. Sæpe autem nos tens Scriptura illud, Ego Dominus Deus vester, pudore afficiendo pulcherrime hortatur, docens, sequi Deum, qui dedit præcepta. Admonet autem sensim quærere, & quod non fieri potest, conari cognoscere: quæ quidem fuerit maxima contemplatio, quæ & vera scientia supernæ speculationis, à qua nunquam separatur iusta operatio. [f] Sed eorum quidem qui se sapientes existimant, siue sint barbaræ hæreses, siue Græcorum philosophia, falsa scientia, ex sententia Apostoli. Fidelis autem cognitio est, quæ fuerit ex scientia demonstratio eorum quæ traduntur in vera philosophia. Dixerimus autem ea esse orationem quæ de quibus dubitatur, ex iis quæ sunt certa & extra controuersiam, fidem facit. Cum autem duplex fides, vna quidem ex scientia, altera verò ex opinione: nihil obstat quominus duplex quoque nominetur demonstratio: vna ex scientia, ex opinione altera: quamdoquidem cognitio quoque, & præcognitio duplex dicitur: vna quidem quæ accuratam & exactam habet naturam: altera verò quæ defectam & mancam. Numquid autem ea sola quæ est apud nos vera fuerit demonstratio, vt quæ ex diuinis suppeditetur Scripturis, quæ sunt sacræ literæ, & quæ ex ea quæ à Deo docetur sapientia, vt ait Apostolus? Disciplina ergo, & parère præceptis, quod est Deo credere, & fides Dei potentia, quæ est vis veritatis, statim dicit: Si habeatis fidem vt granum sinapis, montem transferetis. Et rursus: Secundum fidem tuam fiat tibi; & vnus quidem curatur, susceptâ per fidem curatione mortuus

[b] ἐυεἰδεια. γνωστικὸς. Leuit. 18.

[c] τελείωσιν. 1. Cor. 8.

Matth. 4.

Luce 17. Matth. 9.



mortuus autem resurgit per fidem eius qui crediderat quòd esset resurrecturus. Quæ est autem ex opinione demonstratio, est & humana, & fit ex argumentis rhetoricis, vel etiam dialecticis syllogismis. Suprema enim demonstratio, quam ex scientia esse demonstrauimus, fidem inferit per allationem & apertionem scripturarum, animis eorum qui discere cupiunt, quæ quidem fuerit cognitio. Si enim quæ assumuntur ad id quod quæritur, vera sumuntur, vt quæ sunt diuina & prophetica: clarum est vtique quod quæ etiam eis infertur conclusio, vera inferetur, & rectè nobis demonstratio fuerit cognitio. [g] Cùm itaque diuini & cælestis nutrimenti monimentum in vrna aurea consecrare iubebatur, Gomor, inquit, erat decima trium mensura. In nobis enim tres mensuræ tria significant iudicia: sensus quidem sensilium: Exod. 17.
eorum autem quæ dicuntur nominum & verborum, ratio seu sermo: eorum autem quæ percipiuntur intelligentia, mens. Qui est ergo cognoscendi potestate præditus, abstinebit à peccatis quæ fiunt & sermone, & cogitatione, & sensu, & opere, cùm audierit, quemadmodum qui vidit ad concupiscendum, mœchatus est: & animo perceperit, quòd beati sunt qui suo mundo corde, ipsi Deum videbunt: illud quoque sciens, quòd non quæ intrant per os, inquinant hominem, sed illa quæ per os exeunt hominem coinquinant. Ex corde enim exeunt cogitationes. Hæc est, vt existimo, quæ ex Deo est vera & iusta mensura, qua metitur ea quæ veniunt in dimensionem, ea quæ hominem continet decas, quam in nominatres prius dictæ significarunt mensuræ. Fuerit autem corpus & anima, & quinque sensus, & vocis edendæ potestas, & vis seminaria, & cogitandi seu spiritalis facultas, aut quocunque alio nomine vis vocare. [h] Oportet autem, vt vno verbo dicam, alia omnia transcendentes, in mente sistere: sicut certè in mundo quoque, cùm nouem partes transilierimus, primam quidem quæ est per quatuor elementa quæ in vno loco ponuntur propter mutationem, deinde septem errantes, & nonam inerrantem, venire ad perfectum numerum qui est supercælos, nempe decimam partem, & vt semel dicam, ad Dei cognitionem, post creatorem desiderando effectorem. Properea offerebantur Deo decimæ Oephi, & hostiarum, & paschæ dies festus incipiebat à decima, quæ est cuiusuis perturbationis & cuiusuis sensus transitus. Fide ergo consistit is qui est cognoscendi potestate præditus. Qui se autem exi- γνωστικὸς.
stimat sapientem, ea quæ sunt veritatis non attingit, infirmis & instabilibus vtens impul- ὁρμαῖς.
sionibus. Iure ergo scriptum est: Egressus est autem Cain à facie Dei, & habitauit in terra Naid, contra Edem. Interpretatio autem Naid est fluctus: Edem autem, delitiæ. Fides autem & cognitio & pax sunt delitiæ, quam qui non audiit, eiicitur. Qui se autem existimat sapientem, ne omnino quidem diuina vult audire præcepta, sed tanquam qui per se didicerit, effrenatus fertur in salum fluctuans, descendens ad mortalia, & quæ sunt gene- ἀλόγοις.
rabilia, à cognitione ingeniti, aliàs alia opinans. Quibus autem non inest gubernatio, ij cadunt sicut folia. Ratio & quæ est pars principis animæ, quæque eam ducit ac regit, dicta est eius gubernator. Est enim reuerà immutabiliter deductio ad id quod est immutabile. Sic Abraham stabat rectus ex aduerso Domini, & appropinquans dixit. Et dicitur Moysi, Genes. 18.
tu autem sta hîc mecum. [i] Simonis autem sectatores, stanti quem colunt, volunt assimilari Exod. 34.
moribus. Fides ergo & cognitio veritatis efficiunt, vt quæ eas acceperit anima, eodem modo & semper similiter se habeat. Cum falso autem cognatione sunt coniuncta transitio, declinatio vel defectio, sicut vi gnoscendi tranquillitas, quies & pax. [k] Quemadmodum ergo vt malè audiat philosophia efficit arrogantia & gloriosa de se persuasio: ita etiam vt malè audiat falsa cognitio, & quæ appellatur ψευδώνυμος, id est equiuocè, seu eodem nomine, de qua scribens Apostolus, O Timothee, inquit, depositum custodi, deuitans prophanas vocum 2. Tim. 1.
nouitates & oppositiones falsi nominis scientiæ, quam quidam promittentes circa fidem exciderunt. Cùm ab hac voce conuincantur hæretici, epistolas ad Timotheum abrogant.

[a] PASTOR *autem cùm solummodo de iis qui dormissent posuisset dictionem.* Per fidem Christi data est iustificatio. Sed & ante aduentum Christi atque adeo ante legem, & in gentibus & in Iudæis fuerunt [illegible] iusti qui Deo fuerunt grati & accepti. Ipsi legem quidem non habebant, sed legem non habentes ipsi
Rom. 2. erant sibi lex. Cùm autem & sine lege essent mortui, & iis deesset signaculum prædicationis Christi, Christ[9] ipse iis qui in carcere erāt spiritualiter veniens prædicauit, & Doctores & Apostoli [illegible] quoq; mortuis prædicauerunt, & qui mortui descenderant nomine Christi agniti & viuificati [illegible] viui ascenderūt, & ad turris, id est ecclesiæ ædificationē, sunt compacti, qui prius erant lapides [illegible]
Herm. in Past. lib. 3. apti ad cædendum. De his lectorem remitto ad Hermen, qui in pastore Ecclesiæ [illegible]. [b] *Amat autem & diligit veritatem.* Dixit superius esse inter se cōiunctas virtutes & vnum pendere ab [illegible] hinc esse quod sapiētia doceat veritatē: nunc autem dicit Philosophū qui est amator sapientiæ, [illegible] re veritatē. Veritatis autē amator est verbi seruus, qui cum sit verus & germanus seruus [illegible] ei addictus & mancipatus tamen propter charitatē qua Dominum diligit, non amplius dicitur [illegible] sed amicus. Hinc est quod dicit Christus se iam nō dicturum eos seruos, sed amicos. Quod autem [illegible]
Ioan. 15. Platone ex Theæteto, & ex Matthiæ traditionibus, & ex Euangelio secundū Hæbreos, qui sunt [illegible] libri apocriphi, sæpe tamē citati ab antiquis, philosophiç dicit esse initiū res admirari, videtur [illegible] re ex mundi operis admiratione exortā esse cælestiū cōtemplationē & studium sapientiæ, [illegible] peruenitur ad regnum, cùm nihil sit amplius quod mireris. Nihil enim est quod miretur qui ad [illegible] perfectam peruenit visionem. Præclare certe quamuis Ethnicus dixit Horatius:

*Nil admirari prope res est vna Numici*
*Solaque quæ possit facere & seruare beatum.*

Is demum autem philosophatur qui sapientiæ habet notionem: sapiētiæ autem notio, est eius qui verè est, id est Dei qui & solus est & semper est, mētis conceptio, & earū disciplinarū quæ pertinent [illegible] cognitionem. Vt autē sciamus quomodo nos gerere oporteat, elaborandum est vt Deo simus [illegible] colentes per verbū nostrum Pontificem, nempe per Iesum Christum Dominum nostrum, [illegible] quam per speculum videntur quæ sunt iusta & honesta. Ipse ergo nobis est proponendus [illegible] emplar, ea enim demum vera est religio actio quæ Deū sequitur. Deum autē sequi fuit olim [illegible] veteres prouerbium. De quo vide Erasmum in Chiliadibus. [c] *Hæc ergo tria noster sibi vendicat* [illegible] Eundē vocat Philosophum & gnosticum, id est cognoscēdi potestate præditum. Ad hoc vt [illegible] Philosophus tria requiruntur, nempe vt res contempletur, quod originem sumit ab admiratione, [illegible] dum, vt Dei mādata mandet executioni, tertiū, vt bonos viros constituat, nempe vt doceat [illegible] bonos mores. [d] *An autem mundi & deceptionis.* Quoniā dixerat fugienda esse studia Ægypti, [illegible] offerre locus dicendi, quid ea symbolicè & allegorice significarēt, se tamē dicit ea prætermittere. Quæ hic autē prætermittit magister videat qui volet ea copiose tractata ab Origene eius discipulo [illegible] locis. Cōstat autē iis significari mūdana, nempe fraudes & vitia, & animi perturbationes, quibus [illegible] sunt contraria. Quænā autē sunt ea diuina & quomodo exercēda, docent eloquia, id est sacræ scripturæ. [e] *Cum autem dicit, Qui fecerit homo viuet in eis.* Proprie quidem vita est vita æterna, ad quā ingrediuntur qui seruant mandata. Cæterum etiam ante eius adoptionem, ij quoque in mandatis dicuntur viuere, qui vitia sua corrigūt, siue sint Hebræi, siue nostri proximi, siue nos ipsi. Nā cùm peccata nos à Deo separent, Christo rursus conuiuificantur, qui expulsis peccatis quæ mortem afferunt, rectè viuunt. [f] *Inflat quidem qui se sapientes existimāt.* Quod dicit Paulus scientiam inflare, id vere dicitur & de barbaris & de Græcis, id tamen non est omni ex parte verū: verum est enim tantū in iis qui se putant sapientes, cùm [illegible] absint à sapientia: inanis illa de se opinio, non est sapientia. Non inflat autem fidelis cognitio, [illegible] scientia demōstratio eorum quæ tradūtur ex vera philosophia. Vera autē philosophia est [illegible] quæ sola sunt vera, nempe quç sunt diuina, cognitio. Ea autem cùm sint certa & extra omnē [illegible] siam, efficiunt vt ea credātur de quibus dubitatur. De iis autē dubitatur quæ non verè sunt. [illegible] non sunt quæ perpetuo fluunt & labuntur, cuiusmodi sunt res naturales. [g] *Cùm itaque duas & [illegible] trimenti.* Diuus Paulus in epistola ad Hebræos scribit tabernaculum quod dicitur sancta sanctorum habuisse arcam testamenti quæ habebat vrnam auream habētem manna, ea mensura qua olim [illegible] tur in deserto, cum Deus ipsum demitteret Hebræis, nēpe mensura gomer. Gomer autē est decima pars Ephi, constituitur autem Ephi à tribus Satis. Has autē tres mēsuras dicit Clemens allegoricè significare tria quæ sunt in nobis iudicia, sensus scilicet, sermonis, & cogitationis, quibus vitēs qui Christi habet cognitionē, abstinet à peccatis quæ admittuntur sensu, verbo & opere. Sensu peccat qui videt mulierem ad concupiscendū eam. Cogitatione peccat, qui turpia & obscœna cogitat. Sermone peccat [illegible] exeunt verba impudica & scelerata. Opere peccat, qui sensu & sermone & cogitatione nō [illegible] sensit, dixit & cogitauit, effecta reddit. [h] *Oportet autem vt vno verbo dicam.* Denarius est perfectus [illegible] rus, is est & in homine, qui est μικρόκοσμος, id est, paruus mundus, & in mūdo. In homine cùm [illegible] ac dimetiendo ad mentē perueneris, ibi est sistendū, in mundo verò cùm & elemēta, quæ licet sint [illegible] tuor, pro vno ponuntur, & septē planetas, & cælū fixum transieris, in Deo qui est decimus, & [illegible] gnitione est sistendum. Ad hunc transitum significandum, & quod in Deo qui est decimus, sit [illegible] Deo & Oephi & hostiatū offerebātur decimæ, & à decimo die Lunæ incipiebat Pascha quo [illegible] tur agnus immolādus. Quod significabat esse transeundū à perturbationibus omnibus & [illegible]
Theod. de hæret. fabulis. bus, & sistendum in Deo ad quem peruenerit. [i] *Simonis autem sectatores.* Etiam hæreticos citat Clemens suo instituto seruiens, sed quisnam esset hic stans quē colebāt Simoniani, & cui voluit [illegible] legi. Tantum legi eos posuisse statuas, quarū erat altera similis Simoni, altera autem Helenæ. [illegible] hoc citat, vt doceat etiam hæreticos sensisse esse firmam Dei fidem ac cognitionem. Subiungit [illegible]

*Quemadmodum*



[k] *Quemadmodum ergo vt male audiat philosophia.* Laudanda quidem est quæ est vera philosophia, sed vt male [illegible] philosophia, efficit inanis & gloriosa de sua sapientia opinio & persuasio. Laudanda quoq; est [illegible] cognitio & scientia quç est vera, sed efficit vt vituperatur ea quæ falso nomine sic appellatur, quæ tantū [illegible] quod vt prosit, vt etiam à fide faciat excidere. De Pauli autem epistola ad Timotheum, quod fuerit ab [illegible] hæreticis abrogata quod eos conuinceret, fides sit penes Clementem, qui tamen solus, quod sciam, hoc [illegible] scripsit. Solam enim ad Hebræos epistolam legi olim fuisse vocatam in dubium num esset Pauli.

[a] AGE *ergo, si Dominus est veritas, & sapientia, & Dei virtus, sicut est: ostendatur quid reuera is est cognoscendi potestate præditus, qui eum cognouit, & per ipsum, eius* r I.
*patrem. Sentit enim vnà eum qui dicit: Labia iustorum sciunt excelsa. Cum autem fides* Prouerb. 10.
*sit etiam tempus sit duplex, inuenerimus duas virtutes quæ simul habitant. Tempori enim quod est præteritum, est memoria: ei autem quod futurum est, spes. Credimus enim fuisse præterita, & fore ea quæ futura sunt. Et rursus diligimus, sic se præterita habere fide per[illegible], futura spe expectantes. Ei enim qui est cognoscendi potestate præditus, omnia persuasio, vt qui vnum Deum sciuerit. Et ecce omnia quæcunque est architectatus erant* [illegible]
*valdebona, & nouit, & admiratur.* [b] *Pietas autem adiicit vitæ longitudinem, & timor Domini adiicit dies. Quemadmodum ergo dies sunt pars vitæ quæ pergit ascendere: ita etiam [illegible] est principium dilectionis, qui fit per incrementum fides, deinde dilectio. Sed non sicut [illegible] & timeo & odi, ita etiam patrem vereor quem timeo & amo. Rursus timens ne castiger, meipsum diligo, timorem eligens. Qui vero timet offendere patrem, seipsum diligit. [illegible] ergo qui inuenitur fidelis, dilectione & timore contemperatus. Fides autem est virtus ad salutem, & potentia ad vitam æternam.* [c] *Rursus, Prophetia est præcognitio cognitio [illegible] est prophetiæ intelligentia. Veluti cognitio illorū quæ eis prius fuere cognita, à Domino, [illegible] omnia prius manifestat.* [d] *Cognitio ergo eorum quæ prædicta sunt, triplicem ostendit [illegible]: aut eum qui fuit olim, aut eum qui iam est præsens, aut eum qui est futurus. Deinde extrema quidem sub fidem cadunt, vel eorum quæ sunt perfecta, vel eorum quæ sperantur. Ad confirmanda autem ambo extrema, affert persuasionem præsens operatio. Si enim cùm vna sit prophetia, eius quidem vna pars perficitur, altera verò pars est impleta, hinc fit credibile, & id quod speratur, & verum quod præteriit. Prius enim erat præsens, deinde [illegible] præteriit, & spes quidem futura, comprehensio rei futuræ.* [e] *Assensiones autem, non [illegible] Platonici, sed etiam Stoici, dicunt esse in nostra potestate. Omnis ergo opinio, & iudicium, & existimatio, & disciplina, quibus viuimus, & semper sumus cum humano genere, est assensio. Ea autem nihil aliud fuerit quàm fides. Et incredulitas seu infidelitas, quæ est fidei [illegible] aut destructio, ostendit posse esse assensionem aut fidem. Eius enim quæ esse non po[illegible], non fuerit priuatio. Et si quis verum consideret, inueniet quidem hominem malè audire [illegible] quòd falso assentiatur: multa autem habere quæ eum moueant & incitent ad veri fidem.* [f] *Quæ ergo Ecclesiam continet, vt Pastor inquit, virtus, est fides, per quam seruantur electi Dei: quæ autem se viriliter ac fortiter geret, est continentia. Eam autem consequitur simplicitas, scientia, innocentia, honestas, dilectio. Hæ sunt filiæ fidei. Et rursus:* [g] *Præcedit quidem fides, timor autem ædificat, perficit autem dilectio. Dicit itaque timendum esse Dominum ad ædificationem, sed non diabolum ad euersionem. Contrà autem opera quidem Domini, hoc est, præcepta esse diligenda & facienda, opera autem diaboli esse timenda, & non facienda. Timor enim Dei erudit ac castigat, & ad dilectionem restituit: timor autem operum diaboli, habet etiam odium cohabitans.* [h] *Idem autem dicit etiam pœnitentiam esse magnam sapientiam. Nam eorum quæ fecit pœnitens, ea non amplius facit vel dicit. Propterea autem qui peccauit torquens animam, bona facit.* [i] *Remißio ergo peccatorum differt à pœnitentia: ambo autem ea ostendit in nostra potestate. Eum ergo qui accepit remißionem peccatorum, non oportet amplius peccare, nempe in prima & sola peccatorum pœnitentia: ea*

autem fuerit eorum quæ prius fuerunt in gentili & prima vita: ea inquam, quæ fuit in ignorantia. Iam iis qui vocati sunt, proponitur pœnitentia, expurgans locum animæ a peccatis, vt fides fundetur. Cùm autem sit Dominus cognitor cordium, & futura præsciat, facilem hominis mutationem, & ad reuertendum propensionem, & diaboli callidissimam ab alto vidit à principio, qui homini inuidens propter remissionem peccatorum, omnes peccatorum causas seruis Dei suggeret, astutè hoc moliens, vt ipsi quoque eum eo calcarent. Dedit ergo cùm sit multæ misericordiæ, iis etiam qui in fide in aliquod peccatum incidunt, secundam pœnitentiam, quam, si quis tentatus fuerit post vocationem, coactus & caliditate circumuentus, vnam adhuc impœnitendam acceperit pœnitentiam. Voluntarie enim peccantibus nobis postquam acceperimus cognitionem veritatis, non amplius relinquitur pro peccatis hostia, terribilis autem quædam expectatio iudicij, & zelus ignis qui est deuoraturus aduersarios, continuæ autem & se vicissim excipientes propter peccata pœnitentiæ. nihil differunt ab iis qui omnino non crediderunt, præterquam in eo solo quod se peccasse senserunt: neque scio vtrum sit deterius, prudentémne ac scientem peccare, an cum prius quæ peccauit pœnitentia ductus fuerit, rursus peccare. Eo enim quòd vtrinque arguatur peccatum apparet: illud quidem condemnatum, propterea quòd factum sit ab operum iniquitatis, hoc verò, ab eo qui præscit id quod est faciendum, aggrediente vt malum. Et quidem iræ fortasse & voluptati obsequitur, non ignorans quibus obsequatur: is autem qui cùm ductus sit pœnitentia propterea quòd sit obsecutus, deinde rursus recurrens ad voluptatem, ei coniungitur qui ab initio peccat voluntariè. Cuius enim ductus est aliquis pœnitentia, hoc rursus faciens, quod à se condemnatum facit, hoc sua sponte peragit. Ille ergo ex gentibus & priore illa vita ad fidem incitatus, remissionem peccatorum semel est adeptus: hic autem qui etiam postea peccauit, deinde pœnitentia ducitur, etiamsi veniam adquatur, debet erubescere, vt qui non amplius lauetur in remissionem peccatorum. Oportet enim non solùm idola relinquere quę prius pro diis habebat, sed etiam facta priora vetę, eum qui non est ex sanguinibus neque ex voluntate carnis, sed in spiritu regeneratur, quod quidem fuerit, non in idem reuolutum peccatum, duci pœnitentia. Est enim rursus meditatio peccatorum, sæpe pœnitere, & ad facilem mutationem aptitudo ex defectu excitationis. Apparet ergo, sed non est pœnitentia, sæpe petere veniam de iis quæ sæpe peccamus. [k] Iustitia autem munit vias à reprehensione alienas. Et rursus: Viri innocentes iustitia diriget viam suam. Quinetiam sicut pater miseretur filiorum suorum, misertus est Dominus timentium eum, scribit Dauid. Qui seminant ergo in lachrymis, in exultatione metent, de iis loquens qui confitentur in pœnitentia. Beati enim omnes qui timent Dominum. Vides eam quæ est in Euangelio similem beatitudinem. Ne timeas, inquit, quando diues fuerit homo, & quando multiplicata fuerit gloria domus eius. Quoniam dum moritur, non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius. Ego autem in misericordia tua introibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. Domine deduc me in iustitia. [l] Atque est terribilis quidem animi impetus, & incitatio ad aliquid vel ab aliquo. Affectio autem seu perturbatio est nimis abundans animi impetus & incitatio, vel quæ plus quàm par sit excedit mensuras rationis: vel impetus & incitatio quæ effertur, & non paret rationi. Præter naturam ergo animæ motus, ex ea quæ est ratione inobedientia, sunt perturbationes seu animi affectiones. Defectio autem & recessus & inobedientia sunt in nostra potestate, sicut etiam est in nostra potestate obedientia. Quocirca iudicantur etiam quæ sunt voluntaria. Iam si quis persequatur vnamquamque animi perturbationem, eas à ratione alienas inuenerit. [m] Non iudicatur ergo, id quod est inuoluntarium. Id autem est duplex, vnum quidem quod fit ex ignoratione, alterum vero, necessitate. Nam quomodo iudicaueris de iis qui dicuntur peccare modis inuoluntariis? Aut enim qui seipsum ignorauit, vt Cleomenes & Athamas qui erant correpti furore, aut rem quam facit, vt Æschylus qui in scena effatus mysteria in Areopago dicta causa fuit absolutus, cùm ostendisset se non esse mysterijs initiatum: aut ignorans id quod agitur, vt qui emisit aduersarium, & domesticum occidit pro inimico: aut in quo aliquid agitur, vt qui obtusis & orbicularis exercetur lanceis, & aliquem interfecit, cùm orbem transisset lancea: aut ignorans quemadmodum esset faciendum, vt qui in stadio occidit aduersarium, non enim vt occideret, sed vt vinceret certabatur: aut id cuius gratia agitur, quemadmodum dedit Medicus salubre antidotum, & occidit. Is autem non ea de causa occidit, sed vt eum seruaret. Atque coercebat quidem lex tunc quoque eum qui non sponte interfecit, vt eum qui non sponte laborabat profluuio seminis: sed non æquè atque eum qui sponte occidit. Quanquam ille quoque punietur tanquam propter voluntarium, si quis animi perturbationem traduxerit ad veritatem. Reuera enim est puniendus is qui est verbi temerarij incontinens, quod ipsum quoque est animi affectio aliena à ratione, quæ propè accedit ad futilem loquacitatem. Fidelis autem eligit res celare spiritu. [n] Quæ sponte ergo & necessitate suscipiuntur, puniuntur. Dominus enim scrutatur corda & renes, & iudicat, qui respexit ad concupiscentiam. Quare etiam dicit, Ne concupiscas. Et hic populus, inquit, labiis me honorat: cor autem ipsorum procul est à me. Deus enim respicit ad animam. Nam vxorem quoque Loth quæ voluntariè solum erat conuersa ad mundanum vitam, reliquit insensilem, efficiens eam tanquam petram salis, & sistens, ne vlterius proderetur, non stultam & quæ nihil aget imaginem, sed quæ condire & confirmare posset eum qui posset perspicere spiritualiter. Voluntarium autem est, vel quod est ex appetitione, vel quod ex instituto ac electione, vel quod ex cogitatione. Iam verò hæc quodammodo inter se sunt prope, peccatum, infortunium, scelus seu iniustè factum. Et est peccatum quidem, veris causa, luxuriosè & intemperanter viuere. Infortunium autem, amicum tanquam inimicum ob ignorationem occidere. Scelus autem est, sepulchrorum, effossio, aut sacrilegium. Peccare autem constat ex eo quòd nesciat iudicare, quidnam facere oporteat: aut quod non possit facere, sicut certè in fossam incidit aliquis, vel quod ignorauerit, vel quòd transilire non potuerit propter imbecillitatem corporis. Sed in nostra quidem certè est potestate, & ad nostram deducit disciplinam, & parere præceptis, quorum nisi voluerimus esse participes, iræ & voluptati nos ipsos dedentes, peccabimus, vel potius iniuria nostram affligemus animam. [o] Laius enim ille dicit in tragœdia:

Quorum mones latuit nihil me penitus:
Mihi tamen scienti affert natura vim.

Id est, vt dedar animi perturbationi. [q] Medea quoque ipsa similiter clamat in scena:

Factura quænam sim satis scio mala:
Consilio meo est ira ast potentior.

[r] Sed nec tacet Aiax, sed sibi manus illaturus vociferatur:

Res ergo mentem est nulla quæ sic liberi
Mordet viri, atque iniqua iniusta infamia,
Affectus ipse sic sum ego, me inuoluens
Profunda labes, ex profundo commouet
Stimulis furoris concitum peracribus.

[s] Atque hos quidem ira, alios verò innumerabiles cupiditas deducit in tragœdiam, Phædram, Antiopam, Eriphilem,

Quæ sibi dilecti preciosum acceperat aurum.

Exod. 20. Marci 10. Genes. 19. Ἄλοτ ὀμπτ-γος.

ἁμάρτημα. ἀτύχημα. ἀδίκημα.

Comicum autem Thrasonidem alia scena: Puella, inquit, vilis, me sibi seruum fecit. [a] Iniustitia autem, est mentis peccatum præter rationem & opinionem. Peccatum autem est voluntaria iniustitia. Iniustitia autem est vitium voluntarium. Est ergo peccatum quidem non voluntarium. Et ideo dicit: Peccatum vobis non dominabitur. Non enim estis sub lege, sed sub gratia, dicens iis qui iam crediderant. Quoniam eius nos liuore sanati sumus. Inuoluntarium autem est alterius actio in me inuoluntaria. Iniustitia autem inuenitur solum voluntaria, siue sit mea, siue alterius. Has autem peccatorum differentias significat Psalmographus, beatos dicens quorum Deus deleuit iniquitates, texit autem peccata, & alia non imputauit, & dimisit reliqua. Scriptum est enim: Beatus cui non imputauerit Dominus peccatum, nec est in spiritu eius dolus. Hæc beatitudo facta est super electos à Deo per Iesum Christum dominum nostrum. Operit enim charitas multitudinem peccatorum. Delet autem ut, qui magis uult penitentiam quàm mortem peccatoris. Non imputentur autem quæ non constant ex inscitia & libera electione. Qui enim concupiuit, iam inquit, mœchatus est. Et remittit peccatum Verbum illuminans. Et in tempore illo, inquit Dominus, querent iniustitiam Israël, & non inuenient, & peccata Iudæ, & non inuenientur. Quoniam quis sicut ego, & quis stabit contra faciem meam? Vides vnum Deum annunciari bonum, qui retribuit pro meritis, & peccata remittit.

[b] Videtur autem Ioannes quoque in maiore epistola, in his peccatorum docere differentias. Si quis viderit fratrē suum peccantem, peccatum non ad mortem petet, & dabit ei vitam. Peccantibus non ad mortem, inquit. Est enim peccatum ad mortem: non de illo dico vt roget quis. Omnis iniustitia est peccatum. Et est peccatum ad mortem. [c] Sed & Dauid, & ante Dauid Moses, per hæc, trium dogmatum ostendunt cognitionem. Beatus vir qui non ambulauit in via impiorum, sicut & pisces ambulant in tenebris in profundo. Qui enim squamas non habent, quos prohibet Moses tangere, pascuntur in profundo maris. Neque in via peccatorum stetit, sicut ij qui cùm Dominum videantur timere, peccant, vt porcus. Esurient enim clamat, repletus autem non agnoscit Dominum. Neque sedit supra cathedram pestilentiæ, sicut vultures paratæ ad prædam. Suasit autem Moses non vesci porco, nec aquila, nec accipitre, neque coruo, neque quouis pisce qui non habet squamas. Hæc quidem Barnabas. Audiui autem quendam virum in his rebus doctum, dicentem esse quidem gentes consilium impiorum. Viam autem peccatorum, Iudaicam opinionem: & pestilentiæ cathedram accipientem hæreses. [d] Hanc autem dicebat magis propriè, positam quidem esse primam beatitudinem, in iis qui scripturas non sunt secuti sententias, quæ à Deo defecerunt. Secundum autem, eorum qui in lege manent, vel eorum qui nutriti sunt in legè, vel etiam eorum qui ex gentibus non dolo sunt pœnitentia. Cathedra autem pestilentiæ & theatra fuerint & iudicia, vbi magis sequuntur improbas & exitiales potestates, & operum eorum societatem. [e] Sed in lege Domini voluntas eius. Petrus in prædicatione legem & verbum appellauit Dominum. Videtur autem & ipse quoque legislator docere tres modos quibus accipitur peccatum. Eorum quidem qui inter quoque legislator docere tres modos quibus accipitur peccatum. Eorum quidem qui in sermone fiunt, per pisces mutos: est enim vbi reuera silentium est sermone præstantius: est enim silentij munus expers periculi. Eorum autem quæ sunt in facto, per aues rapaces & carnivoras. Porcus carno & stercore delectatur, & oportet ne conscientiam quidem habere pollutam. Meritò ergo dicit Propheta: [f] Non sic, inquit, impij, sed tanquam pulvis quem proicit ventus à facie terræ. Propterea non resurgent impij in iudicio, qui iam sunt condemnati: quoniam qui non credit, iam iudicatus est. Neque peccatores in consilio iustorum, qui iam sunt damnati ad hoc, vt non vniantur iis qui citra vllum lapsum vixerunt. Quoniam nouit Dominus viam iustorum, & via peccatorum peribit.

COMMEN-

Rom. 6. Esaiæ 53. 1. Petr. 2.

Psal. 31.

1. Petri 4.

Hier 50. Naum 1.

1. Ioan. 5.

Psalm. 1.



## COMMENTARIVS.

[a] *Ita ergo Dominus est veritas.* Vera Philosophia & vera cognitio est nosse Christum Dominum. Nā si Christus Dominus est veritas, sapientia & Dei virtus, vt est reuera, is verā habet cognitionem & scientiā ipsum nouit, & per eū, patrem. Qui enim sentit filium, simul etiam sentit patrem, nō potest enim esse filius sine patre, nec pater sine filio, & quæ dicit filius dicit etiam pater, & quæ pater, dicit etiā filius. Sapientia quoque & excelsa quæ ab aliquo dicuntur de patre, eadem etiam dicuntur de filio, est enim patris gloria filij, & filius gloria patris. [b] *Pietas autem adiicit vitæ longitudinem.* Fidei & charitati de qua dixit, adiicit pietatem quæ est θεοσέβεια, id est religio ac Dei cultus, & timorem Domini: per vtrunque autem est vitæ incrementum & dierum accessio. Pergunt autem illi dies ad vitam æternam ascendere. Timor autem est initium dilectionis. Is timor crescendo fit fides, deinde dilectio. Primum enim Deū timemus eumque timemus offendere, deinde ei credimus, & præceptis eius, & deinde propter bona iam collata eum diligimus, & propter promissa quæ expectamus. Porrò autem est varius & multiplex timor. Patrē quem timemus etiā diligimus, feram autem timemus & odimus, & patrē timentes offendere nos ipsos diligimus, & timentes ne castigemur, nos amamus. Beatus autē est ille fidelis qui Deum simul timet & diligit. Timor demū fidelis salutem assequitur, & ad vitam peruenit æternam, qui & Deum timet offendere, & eum offendere eius paret præceptis. [c] *Rursus prophetia est præcognitio.* Fidei de qua sæpe locutus est, & per totum hunc librum loquitur, adiungit Prophetiam. Prophetiam autem definit præcognitionem. A veris enim Prophetis non prædicitur, nisi quæ prius fuere cognita Deo reuelāte & manifestante. Scientes enim & quæ non noscentes prædicunt, nō vt gentium vates, qui furore incitati loquuntur, nescientes quid dicunt. Cognitio autem & intelligentia eorum quæ prædicuntur dicitur Prophetia. [d] *Cognita ergo eorum quæ sunt.* Eorum quæ cognoscit Prophetia triplex est euentus. Cognoscit enim aut quæ olim fuerunt & transierunt, aut quæ sunt in præsenti tempore & eueniunt, aut quæ futura sunt, & sperantur euentura. Eorum autem creduntur extrema, nempe & præterita & futura. Præsentia enim non creduntur, sed scīū cognoscuntur, est enim fides, vt dicit Paulus, argumentum non apparentium. [e] *Assensiones autem* Heb. 10. *non sine Platone.* Quoniam erant nonnulli qui iudicabantur fidem tanquam rem inanem, vt quæ nec esset quid, ex eo probat esse fidem, quod & Platonici & Stoici, dicunt assensiones esse in nostra potestate. Assensio autem non est aliud quàm fides, iis enim quæ audimus & docemur possumus credere. In humano autē genere eodem recidunt opinio, iudicium, existimatio, & assensio, quæ est etiam fides. In humano autem genere, ideo dicit, quod diuina fides, sit humana fide præclarior & excellentior. [f] *Quæ ergo Verbum continet.* Apud Hermā Pauli discipulum nuper in sacra bibliotheca in lucem editum sic legitur. Video septem mulieres circa turrim? Video, inquit, Domina. Turris hæc ab iis supportatur secundū præceptū Domini. Audi nunc effectus earum. Prima quidem earum quæ continet manu, fides vocatur: per hanc salui sunt electi Dei. Alia verò quę succincta est & viriliter agit, Abstinētia vocatur: hæc filia est fidei. Quisquis ergo secutus fuerit illā, felix fuerit in vita sua, quoniā ab omnibus operibus malis abstinebit, credens, quod si se cōtinuerit ab omni concupiscentia, hæres erit vitæ æternæ. Cęteræ autē, Domina, quinque quæ sunt? Filiæ, inquit, inuicē sunt. Vocatur autem quędam simplicitas, alia innocentia, alia modestia, alia disciplina, alia autem charitas, &c. Et rursus. [g] *Præcedit quidem fides.* Fidei coniungit timorē & Hebr. 11. timorē. Diuinæ ædificationis primum fundamentum est fides. Accedentem enim ad Deum oportet credere quod sit, vt inquirenti se remunerator sit. Sed qui deū quidem esse credit, Dei autem opera non facit, vt qui eius præcepta non cūstodiat, minime ædificat. Ædificat autē, & ædificio summum, vt ita dicam, imponit colophonem, qui & Deum esse credit, & eius opera facit, id est præcepta custodit, & eum nō tantum propter remunerationem, quā propter summā bonitatem, & propter ipsum suum etiam proximum diligit. Timendus est ergo Deus ad ædificationem, vt bona scilicet facias opera. Sed Diabolus non est timendus ad euersionē, vt male scilicet viuens, & mala eius facta obseruans, Dei euertas ædificium. Diabolus non est timendus, quia, vt ait Hermes, nulla est in eo virtus. Timor Dei deducit ad charitatē, Timor Hermes li. 9 cap. 7. Diaboli habet in se odiū cohabitans. Nam qui timet Dominum, non timet diabolum. Qui autem timet Diabolū, habet odium in se cohabitans, odit enim bona opera & Dei præcepta, quæ non custodit, quoniam Diabolū timet, qui impedit. Quod si Deum tantum timeret, nihil impedimenti ei affertet Diabolus, in quo nulla est virtus, si eum non timeas. [h] *Idem autem dicit etiam pœnitentiam esse magnam sapientiam.* Hæc quoq; ex Herme accepit Clemens, apud quē dicit Angelus qui præest pœnitentiæ. An non tibi videtur pœnitentiā agere magnam sapientiam esse, quoniam qui pœnitentiam agit, magnum sensum adipiscitur. Sentit enim se peccasse, & fecisse nequiter in conspectu Domini, & recordatur intellectu quod fecit, & patientiā agit, & amplius nō operatur nequiter, sed operatur bene, & humiliat animā suam, & cruciat eam quia peccauit. Vides ergo quod pœnitentiæ sensus est magnus. [i] *Remissio ergo peccatorum datur à pœnitentia.* Duplex est pœnitentia, nēpe & quæ præcedit baptismum in quo est ignorantiæ depulsio & illuminatio, & appellatur tam pœnitentia quam remissio peccatorum. Ea & gentili & priore vita conuersis, & à Deo vocatis semel tantū datur, nec amplius reuocatur. Est & secunda pœnitentia quæ datur fidelibus salutari lauacro tinctis, & qui sunt in fide. Sed nec ea debet esse frequēs, alioqui sæpius repetita pœnitentia apparet, & nō est pœnitentia, sed potius peccatorū meditatio. Quod quidem est de publica intelligendum pœnitentia, quæ olim post baptismum semel tantum concedebatur. Hæc autem quoniam ex Herme accepit Clemens ad faciliorē rei intelligentiam, operæpretium fuerit, ea quæ ab ipso dicūtur hic subiungere. Dicit Hermes Angelo pœnitentiæ. Etiā nunc Domine audiui à quibusdā Doctoribus, quod alia pœnitentia non est nisi illa, cū in aquā descendimus, & accipimus remissionem peccatorum nostrorum, vt ultrius non peccare, sed in castitate permanere. Et ait mihi: Recte audisti. Nunc autem quia diligenter omnia quæris, & hoc tibi demōstro, nō dans occasionem illis qui crediturī sunt, aut qui crediderunt Domino. Qui enim iam crediderunt aut qui crediturī sunt pœnitentiā peccatorum non habent, sed re-

missionē, illis autem qui vocati sunt, ante hos dies posuit Dominus pœnitentiam. Quoniam autem cogitationes præcordiorum nouit Deus, & scit infirmitatem hominum, & multiplicē nequitiam Diaboli qua molitur aliquid finistri seruis Dei & malignè insidiatur illis. Misericors ergo Dominus ostendit figmenti sui, & posuit pœnitentiam istam, & potestatem pœnitentiæ huius mihi dedit. Et iden dixit quod post vocationē illam magnam & sanctam, si quis tentatus fuerit à Diabolo & peccauerit pœnitentiā habet. Si autem subindē peccet, & subindē pœnitentiā agat, non proderit homini, dit, vt viuet Deo. Hæc Hermæ dicit Angelus. In hoc autē est error, quòd dicit post baptismū pœnitentiam illam secundā pœnitentiam, quæ vna & sola datur post baptismum, non prodesse aliam pœnitentiam. Prodest enim, & per eam datur remissio peccatorū, sed quod attinet ad satisfactionē pro peccatis, ea priori pœnitentia longe laborioſior, multis enim opus est lachrymis quæ possint exequari lotii baptismatis, vt dicit Nazianzenus. [a] *Iustitia autem munit vitas à reprehensione alienas.* Affert & ex prouerbiis & psalmis aliquot autoritates, quibus ostēdit & iustitiā custodire aliquos in innocentia, nec eos abesse via, alios autem qui aberrauerunt, per Dei timorem & pœnitentiam assequi misericordiā. [b] *Aqua redimit quidem animā.* Locutus est de peccatis, quæ vel per pœnitentiam remittuntur, vel si ea absoluti damnantur: non damnantur autem nisi quæ sunt voluntaria. Nascuntur autē peccata ex nimio amore tui & incitatione, quæ vel ad aliquid impellit, vel ab aliquo dimouet, ea autē vocatur affectus, seu perturbatio. Ea autē vel excedit mensuras rationis, vt quæ plus quā rationi cōuenit, quæ sunt scrutetur, & noxia & nimis curiosa, vel imperanti nō paret rationi, sed ab ea deficit & recedit. Est autē nostra potestate rationi parere & nō parere. Quod si ei nō pareamus, sed ab ea deficiamus & recedamus, peccatū admittitur quod potest iudicari & damnari, est enim voluntariū, vt sic quod voluimus possimus admittere, vel non admittere. [c] *Non iudicatur ergo id quod est inuoluntarium.* Cùm dixisset non iudicari damnari inuoluntariū, ostendit quotuplex sit inuoluntarium. Duplex autem esse dicit, nempe per ignorationē, & quod fit ex necessitate. Eius quoq; multos affert modos & aliquot exempla. Sunt nō dicuntur voluntariè aliquid facere, cùm seipsos ignorent, nesciūt enim quid faciunt, nec possunt impetū continere ac cohibere. Cleomedes autē de quo hic loquitur Clemens, fuit pugil Olympicus, qui cum Icco Epidaurio cestibus dimicans, eum in pugna occidit. Condemnatus à iudicibus, & vltra spoliatus, furore est correptus, & Astypaleā reuersus, quæ erat ei patria, cum ingressus esset ludum puerorū, vbi pueri circiter sexaginta detinebantur, columnā cui tectum incumbebat euertit. Cetera vide apud Pausaniā lib. 6. Eliacorum. De Athamante verò qui furore correptus vxorē & filium Learchum occidit & iam antea diximus, & legere potest qui volet fabulā apud Ouidium lib. 4. Metamorph. Nec vllum aliquid faciunt, qui rem quā faciunt nesciunt, vt Æschylus Tragœdus, qui accusatus quòd in quadā Tragœdia mysteria reuelasset, in Areopago fuit absolutus, cū ostendisset se non esse mysteriis initiatū. Lysimachus autem lib. 5. variæ historiæ, dicit Æschylū fuisse absolutum, cum Amyntas eius frater detestaretur iudicibus ostendisset sibi solū remansisse cubitū, cum in pugna Salaminia manum amisisset. Hoc memorabile factū in memoriam reuocantes Iudices, Æschylum absoluerunt. Inuoluntarium quoque est factū, qui ignorans id quod agitur, emisit quidem aduersarium, occidit autem domesticum puerum: nec volūtariè fecit, qui cum obtusa se exerceret lancea, circulo ferreo qui lancea exiit, impedimento fuit, nē occidit: nec voluntariè fecit qui aduersarium cum quo certabat, eum solum volens vincere, interfecit. Inuoluntariū quoque est factum Medici, qui volens curare ægrotum, salutari dato medicamento, occidit. [d] *Atque coercebat quidem lex.* Iudicari & damnari dixit voluntarium, non autem inuoluntarium: tamen nō est perpetuum. Nam à lege punitur homicidium, tam voluntarium quàm inuoluntarium, sed longè granius quidē, quòd à volente admittitur, leuius autem quòd per imprudentiam. Deuteronomiū & Leuiticum, vbi agitur de ciuitatibus refugij. Erat quoque aliqua pœna eius cui semen sponte profluebat, erat enim & ipse immundus, & quæ ab eo tangebantur, vsque ad vesperā. Qui autē sibi velit illud, quod illic punietur tanquā propter voluntarium, si quis animi perturbationē tantùm ad veritatē, ingenue fateor me non intelligere, conijcio tamen eum significare, puniri tanquam voluntariè peccarit, eū qui motus aliqua animi perturbatione, veritatis mysteria euulgarit, vt qui sensu genitale, Verbū, inquam, quod & vita est, & vitale non possit continere, quod quidem est affectus eius à ratione, & nō multū differens à futili loquacitate. Quod autem id intelligat de reuelatione mysterij, sacramenti scilicet Eucharistiæ, videtur indicare quod sequitur. Fidelis eligit res celare ipsique sanctū censeat non esse dandum canibus, nec margaritas esse porcis iaciendas, & ideo mysteria esse tu celanda iis qui non sunt initiati. [e] *Quæ sponte ergo & ex electione suscipiuntur.* Ex præcedentibus dit, demum puniri quæ voluntariè suscipiuntur & admittuntur. Adeo autem verum est facta puniri luntaria, vt sola etiā puniatur volūtas & cupiditas: cor enim & animum respicit Deus. Qui certe malē rē respiciens concupiscit eam, etiamsi ad rem non procedat, apud Deum habetur pro adultero, & idcirco Deo prohibetur cōcupiscentia. Rursus quantumuis in speciem pulchræ sint cerimoniæ & profanæ ces quibus Deus honoratur, nō vt par est honoratur Deus, si eas nō comitetur ordinis animi. Quare tem à Deo sola puniatur voluntas, pulchrè ostenditur exemplo vxoris Loth, quæ cū solum ad mandatū vitium respexisset, nec ad vllum actū externum processisset, docetur qui spiritualiter potest gere, intra voluntatem esse sistendum, & ad actum vsque minimè esse procedendum. Ita accepta lis statua condit, id est sapientes firmosq; reddit & stabiles, eōs qui vitium fugiendum, & animum nimè adhibendum esse sentiunt. [f] *Laius enim ille dicit in Tragœdia.* Laius responsum accepérat ab Apolline fore vt occideretur à filio nasciturō: quod & accidit. Nā & à filio Oedippo fuit interfectus, qui uxorē suā Iocasten Laij viduam postea duxit vxorem. Est autem hoc argumentum frequens in Tragœdia. Sed me fugiēn quanā hoc scribatur Tragœdia. Est autē verisimile in ea admonitum Laium vt ab vxore abstineret, hoc quod his duobus versibus scriptum est respondisse, [g] *Medea quoq; ipsa fundens clamat in flammis* Hęc dicit Medea suos ex Iasone susceptos filios interfectura, cū ipse ea relicta Creusam duxisset vxorem

*Deut. 19. Leuit. 15. Leuit. 15.*

*Matth. 7. Psal. 7.*



Creontis Corinthiorum Regis filiam. [a] *Sed nec tacet Aiax.* Hæc dicit Aiax sibi manus allaturus, postquā armis Achillis non sibi sed Vlyssis adiudicatis furore esset correptus. [b] *Atque hos quidem ira.* Ira quidem eorum quos superius recensuit dedit argumentū Tragœdiis, mulierum autem quas hic nominat libido, vt Phædra scilicet, quæ de stupro sollicitatum priuignum Hippolytum Thesei filiū cùm id recusasset, accusauit apud maritū per calumniam accusatum occidi curauit, cum Neptunus à Theseo rogatus monstra marina emisisset, quo factū est vt Hippolyti equi territi per deuia tractū eum discerpserint. Anthea verò alio nomine dicebatur Stesibea Proeti Argiuorū Regis vxor, ægreferēs quod Bellerophon eius cōsilio recusasset, eius vitæ per maritū Proetum est insidiata, literis scriptis ad Iobaten socerum, sed frustra. Nā cùm vt de medio tolleretur, primum ad Solymos cum paruis copiis, deinde ad Chimerā expulsus missus esset, res ei adeo feliciter cessit, vt victoriam sit consecutus: quod ægreferens Anthea sibi mortē conscīuit. Eriphile autē, vt antea diximus, à Polynico precioso accepto monili, Amphiaraum maritum latentem, quod mortē quam in bello Thebano sibi imminere præsciuerat timeret, prodidit. Ea vero postmodum mortem à filio iussu patris est interfecta. Hæc quidem de libidinosis istis mulieribus. De Colchorum autē Thrasonide qui seruiebat vili, vt ipse dicit, puellulæ, non memini me aliquid legere. [c] *Infortunium est inscitia peccatum.* Rursus agit de infortunio, peccato, & iniustitia, & eorum differentia. Dicit infortunium esse peccatū mentis præter rationem & opinionem. Nam cùm mens aliquid quidem facere, aliud autē facit quam statuerat, id est infortuniū: aliud enim fecit quam dictabat ratio, & quam futurum putabat, vt puta, iubebat quidē ratio hostem occidere, sed præter rationem & opinionē occidit amicum, estque alterius in alterum actio inuoluntaria. Nam quod fortuito accidit, inuoluntarium. Quod si id voluntariè fecisset, non esset infortunium, sed peccatum. Tum demū peccatum si sit voluntarium. Duo autem requirūtur ad hoc vt sit peccatum, nempe vt & quod fit malum & fiat voluntarie. [d] *Videtur autem Ioannes quoque in maiori epistola.* Ex Ioanne quoque in primo capite colligitur alia peccatorum differentia. Peccatorum alia sunt ad mortem, id est mortalia, alia non ad mortem quæ dicuntur venialia. Mortalia autem peccata sunt quæ dirè cōtra committuntur aduersus Deum & proximum, quod fit per iniustitiā, per quam & Deo & proximo fit iniuria, Deus, inquam, & proximus offenditur. Omnis ergo iniustitia est peccatum mortale. Venialia autē peccata sunt quibus non Deus nec proximus directo offenditur, in iis tamen est aliquid, quod vel in agendo, vel dicendo moderatum temperat, & decorum non seruat. [e] *Sed & Dauid, & ante Dauid.* Librum in quo hæc dicit Barnabas, non habemus. Dicebat autem Barnabas & Dauidem in primo Psalmo, & Mosem vbi docet à quibus sit abstinendū animalibus, tria constituere peccatorum veluti quædam dogmata. Vnum impietatis, quod versetur in profundis ignorantiæ tenebris. Quod quidē Moses assimilat piscibus non squamatis qui degunt imo in imi. Nulla certè est profundior ignorantia quam eorum qui à Deo creati & nutriti eum ex operibus nō cognoscunt. Alterū est gulæ & libidinis, quod porco assimilatur, qui clamat quidem vt alatur, Iuuenis autem Domini non recordatur. Quomodo ij qui gulæ & libidini sunt dediti, Deum quidem creatorem præ se ferūt, sed cibis ingurgitati & in cœno voluptatū volutati, Dei obliuiscuntur, & pro beneficijs accepti quidē gratias. Tertium est auarorum qui assimilātur volucribus rapacibus, à quibus iubet Moses nimirē: Iis summum est oblectamentum, suis non esse contentos, sed aliena rapere ac vorare. [f] *Alia ad docendum magis propria.* Tertia est expositio beatitudinis quæ dicitur in hoc primo psalmo, ea autem est triplex. Nā & beati sunt qui non sunt scelerati secuti sententias quæ à Deo defecerunt: A Deo autem defecerunt qui vero Dei cultu relicto, idola adorāt, Dæmonesq; ac falsos Deos. Et beati sunt qui non manent in via lata. Nam lata quidē & spatiosa est peccatorum via quæ ducit ad exitium, arcta verò Dei & virtute viuentium, quæ ducit ad vitam. Beati quoque sunt qui sunt nutriti in lege. In ea autem nutrimento qui Dei præceptis, quę in ea traduntur obediunt. Et beati sunt qui ex gētibus salutari accepto doctrinæ, pœnitentiæ vitæ ducti pœnitentia, vitā agunt quam decet Christi discipulum. Beati quoque sunt qui non sedent in cathedra pestilentiæ. [g] *Sed in lege Domini voluntas eius.* Beatus non est qui sedet in cathedra pestilentiæ, sed beatus est cuius est voluntas in lege Domini. Volūtas autem in lege Domini eius esse dicitur, qui eam die noctęq; meditatur. Idem autē & lex & verbum Domini quod ipse Dominus, vt dicit Clemens ex prædicatione Petri: sed quænā ea sit prædicatio nusquā legi. [h] *Non sic, inquit, impij.* Deest quod legitur in Psalmo; Et erit tanquā lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tēpore suo. Et folium eius non defluet, & omnia quæcunque faciet prosperabuntur. Per quod significat Propheta pios semper fructus edituros, & nunquā interituros, & qui ad æternam vitam non interitura. Is subiungit quod sequitur, nempe; Non sic impij, sed tanquā pulvis quē proiicit ventus à facie terræ. Significat autē eos nullum fructum edituros, sed esse dissipandos & planè interituros, & non iudicio quidē resurrecturos. Nam ea demum vera est resurrectio, qua ad vitā resurgitur æternam, & cum animis suis corporibus homines viuunt in æternum. Impij autē resurgunt quidem, sed ad condemnationem & ad mortē æternam, qua animæ simul cum corporibus affectæ supplicijs, ea vita viuent quæ est quasi morte deterior, & ideo nec vita quidē est dicenda, sed mors æterna. Sunt autem impij iam condemnati, nam cùm non crediderint, non est à Iudice in eos ferenda sententia.

[a] RVRSVS *Dominus aperte ostendit in nostra esse potestate delicta & peccata, postea vero modos curationis animi morbis conuenientes, volens nos à Pastoribus corrigi per Ezechielem: accusans, opinor, eorum aliquos, quòd præcepta non seruauerint. Quod imbecillum fuit non confirmastis, & quæ deinceps sequuntur, vsque ad illud, Et non erat qui reuocaret, nec auerteret. Magnum enim est gaudium apud patrem, vno peccatore seruato,*

*Ezech. 34. Luc. 15.*

inquit Dominus. Hac ratione magis laudandus est Abraham, qui ambulauit sicut hortatus est ei Dominus. Cùm hinc hausissent quidam ex Græcorum sapientibus, illud dictum protulit, Deum sequere. [b] Pij autem, inquit Esaias, ea quæ sunt, sapientia confabitantur. Consilium autem est quæstio, quomodo in rebus præsentibus rectè transegerimus. Prudentia autem, id est, bona consultatio, est prudentia in consilijs. Quid verò, an non Deus quoque post Cain datam veniam, consequenter non multò post introducit Enoch, qui dicitur fuerat pœnitentia, significans solere pœnitentiam generare veniam? Consistit autem venia non ex remissione, sed ex medicatione. Hoc ipsum fit etiam apud Aaron in fabricatione vituli. Hinc quidam ex Græcorum sapientibus dixit: Venia est melior supplicio. Sicut illud quoque: Sponde, noxa præsto est, ex voce Solomonis dicentis: Fili si pro amico fideiusseris, trades manum inimico. Laqueus enim viro validus labia propria, & capitur verbis oris proprij. [c] Paulò autem iam magis mysticè illinc sumptum est illud, Noscite ipsum. Vidisti fratrem tuum, vidisti Deum tuum. Hac vtique ratione diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum sicut teipsum. In his dicit præcepta tam legem & Prophetas pendère. His illa quoque concinunt: Hæc locutus sum vobis, gaudium meum impleatis. Hoc est præceptum meum, vt vos inuicem diligatis, sicut dilexi vos: est enim misericors & miserator Dominus Christus vniuersis. Apertius autem Noscite teipsum, præcipiens Moses, sæpe dicit: Attende tibi ipsi. [d] Eleemosynis ergo & fide expurgantur peccata: timore autem Domini quilibet à malo declinat. Timor autem Domini est disciplina & sapientia. [e] Hìc rursus exoriuntur accusatores, gaudium & tristitiam dicentes animi perturbationes. Gaudium enim definiunt elationem rationi consentaneam: & exultare, propter ea quæ sunt bona lætari: misericordiam autem, tristitiam propter eum qui indignè mala perpetitur; animæ autem esse mutationes & motus ea quæ sunt eiusmodi. Nos autem, vt videtur, hæc non cessamus carnaliter intelligere, & ex nostra animi affectionibus deducere scripturas, & Dei impatibilis voluntatem nostræ naturæ similem accipere. Vt nos autem audire possumus, ita in omnipotente habere existimemus: impiè aberramus: sed vt nos audire poteramus qui cærne eramus illigati, ita nobis locuti sunt Prophetæ, Domino se salubriter accommodante & demittente ad hominum imbecillitatem. [f] Quoniam igitur est Dei voluntas vt seruetur is, qui paret præcepti, & eorum peccatorum ducitur pœnitentia, gaudemus autem nostram salutem: id quod nobis affert lætitiam, sibi tanquam proprium attribuit Dominus qui locutus est per Prophetas, quemadmodum humanè dicens in Euangelio: Esuriui, & dedistis mihi manducare: & sitiui, & dedistis mihi bibere: quod enim vni horum minimorum fecistis, mihi fecistis. Quemadmodum ergo nutritur, qui non nutritur, propterea quòd sit nutritus is qui pœnitentia ductus est, ita non mutatus gaudijs est propterea quòd gaudio affectus sit is qui pœnitentia ductus est vt volebat. [g] Qui autem affatim miseretur Deus cum sit bonus, & præcepta dans per Legem & Prophetas, & iam propinquius per filij aduentum seruans & misereans tui qui est miseratus: & propriè miseretur maior minoris. Et homo quidem non fuerit homine maior, quatenus homo natus est: est autem Deus homine maior in omnibus. Si ergo qui maior, miseretur minoris, solus Deus nostri miserebitur. Homo enim fit à iustitia bonorum communicans, & ea impertit quæ à Deo accepit, & propter naturalem habitudinem & beneuolentiam, & propter præcepta quibus paret. Deus autem nullam naturalem habet in nos habitudinem, vt volunt hæresum conditores, nec si faciat ex iis quæ non sunt: nec fabricetur ex materia, quandoquidem illud ne omnino quidem est, hac verò est à Deo aduersa in omnibus, nisi quis ipsam eius esse partem, & esse nos eiusdem cum Deo substantiæ dicere ausit. Nescio autem quomodo quis ita accipiens, Deum posse possit sustinere, re-

Antiquum dictū, Deum sequere, vnde sumptum. ἕπεσθαι θεῷ.

Prou. 6.

Matth. 22. & Gal. 5. Ioan. 15.

Eleemosynis & fide expurgantur peccata.

Matth. 25.

τράπεζαν.



cere ad nostram vitam & in quot versemur malis. Sic enim fuerit, quod nefas est dicere, Deum peccans in singulis partibus, siquidem partes sunt totius partes, & totum comprehendunt. Sin autem non complent, ne partes quidem fuerint. Verumenimuero cùm natura Dei sit dives misericordia, nostri propter suam bonitatem curam gerit, qui nec sumus eius partes, nec filij natura. Et est hoc quidem certè Dei maximum in nos bonitatis indicium, quòd cùm sic in ipsum nos geramus, & natura simus omnino alieni, nostri tamen curam gerat. Atque naturalis quidem est animantibus in suos fœtus affectio, & quæ ex consanguinitate oritur amicitia, iis qui sunt eiusdem sententiæ. Est autem in nos copiosa Dei misericordia, qui nihil ad eum attinemus, vel essentia inquam nostra, vel natura, vel proprietas nostræ essentiæ facultate, sed eo tantum quod simus opus eius voluntatis. Atque adeò non qui suâ sponte cum exercitatione & doctrina cognitionem accepit veritatis, vocat ad adoptionem, quæ est maximus omnium profectus, virum autem venantur iniquitates: qui autem peccatorum catenis vnusquisque astringitur, nec eorum causa Deo est adscribenda. Is renera beatus est vir, qui omnia veretur propter pietatem. [h] Quemadmodum enim scientia est habitus qui facit sistere, à quo scire euenit: sit autem per eam comprehensio quæ dimoueri non potest à ratione: ita etiam ignoratio est phantasia cedens, quæ dimoueri potest à ratione. Quod autem dimouetur, vt id quod construitur & confirmatur à ratione, est in nostra potestate. [i] Scientiæ autem est adiuncta, & experientia, & quæ Græci dicunt ὕλωσις, & quæ σύνεσις, & intelligentia, & cognitio. Et fuerit quidem ὕλωσις, συνετέων rerum scientia per speciem. Experientia autem, scientia comprehendens, adeò vt ὕλωσιν. eam diligenter perscrutetur quale sit vnumquodque. Intelligentia autem est scientia eius quod mente intelligitur. Et σύνεσις est scientia eius quod est comparabile, aut comparatio quæ dimoueri non potest, aut comparatiua facultas eorum quorum est prudentia & scientia, & vniuscuiusque, & omnium quæ in vnam conferuntur rationem. Cognitio autem est rei ipsius quod est scientia, aut scientia quæ iis quæ fiunt congruit. Veritas autem est veri forma. Habitus autem veritatis, est scientia verorum. Scientia autem consistit per rationem, & alia ratione dimoueri non potest, & hic de cognitione diligenter inquirit. [k] Quæ autem non facimus, ea aut non facimus propterea quòd non possumus, aut propterea quid nolumus, aut propter vtrunque. Non volumus itaque, quoniam nec volumus, vt possimus. Non natamus autem modò, verbi gratia, quoniam possumus quidem, sed non volumus. Non sumus autem sicut Dominus, quoniam volumus quidem, sed non possumus. Nullus autem est discipulus supra magistrum. Satis est autem si facti fuerimus sicut Dominus, non essentia: fieri enim non potest vt id quod est adoptione, sit essentia æquale ei quod est natura, sed quod facti simus sempiterni, & contemplationem eorum quæ sunt consecuti fuerimus, & filij appellati simus, & patrem ex iis quæ sunt ei coniuncta solùm videamus. Velle ergo omnia antecedit: rationales enim facultates sunt eius quod est velle, minister. Velis, inquit, & poteris. Eius autem qui est cognoscendi potestate præditus, & voluntas, & iudicium, & exercitatio est eadem. Si sunt enim eædem propositiones, eadem leges & dogmata & iudicia, vt ei sint & verba, & vita, & mores instituto argumento consentientes. [l] Cor autem rectum exquirit cognitiones, & illas exaudit. Deus docuit me cognitionem, & noui sanctorum cognitionem. Clarum est ergo omnes quoque alias virtutes quæ scriptæ sunt apud Mosem, præbuisse Græcis principium totius loci moralis, magni, nempe animi virtutem, & temperantiam, & prudentiam, & iustitiam, fortitudinem & alacritatem, & honestatem, & continentiam, & quæ eas superat religionem. Sed religio quidem est cultibet manifesta, quæ supremam & antiquissimam causam docet colere & honorare. Eadem quoque lex exhibet iustitiam, docens etiam prudentiam per absti-

ἀπολυπραγμοσύνης.

ἀπὸ τῶν ὑπηκόων.

τοῦ ἑνὸς τοῦτο.

nentiam à simulachris sensilibus, & ad vniuersorum effectorem & patrem euocationem, ex qua quidem sententia, tanquam ex fonte aliquo, augetur omnis intelligentia. Sacrificia enim iniquorum, sunt Domino abominatio: vota autem eorum qui rectè incedunt, sunt ei accepta. Deo enim magis est accepta iustitia quàm sacrificium. Talia sunt etiam ea quæ sunt

Esa. 1. apud Esaiam: Quid mihi multitudo sacrificiorum vestrorum, & vniuersa victimarum mactatio? & cætera quæ sequuntur. Solue omne vinculum iniquitatis: hoc enim sacrificium est Deo acceptum. Cor contritum & quærens eum qui formauit. Trutinæ dolosæ abominatio coram Domino: statera autem iusta est Domino accepta. Hinc suadet Pythagoras stateram non

Prouer. 10. φαῦλος. transilire. [m] Dolosa autem iustitia dicta est, professio hæresum. Et lingua quidem iniustorum peribit, os autem iustorum distillat sapientiã: sed enim sapientes & prudentes, stultos appellant. [n] Longum autem fuerit de his omnibus virtutibus adducere testimonia, cùm vniuersas eas celebret scriptura. Quoniam autem magni quidem animi virtutem definiunt scientiam eorum quæ sunt grauia & non grauia: & eorum quæ sunt intermedia: temperantiam autem, habitum, qui eligendo & vitando seruat iudicia prudentiæ: adiungitur magni quidem & excelsi animi, virtuti, tolerantia, quam appellant fortitudinem, scientia eorum in quibus persistendum, & in quibus non: & celsitudo animi, scientia transcendens ea quæ accidunt.

μεγαλοψυχία. ὑπεραίρουσα. Quinetiam temperantiæ, cautio, quæ est declinatio cum ratione. Custodia autem mandatorum, cum sit innoxia eorum obseruatio, est securitatis vitæ acquisitio. Nec potest qui sit tolerans absque magni animi virtute, neque continens absque temperantia. Se autem inuicem consequuntur virtutes, & apud quem sunt virtutum consequentiæ apud eum est etiam salus, quæ est eius quod rectè habet conseruatio. Iure ergo si, de his virtutibus adhuc tractauerimus,

γνωστικῶς. de omnibus considerauerimus: quoniam qui habet vnam cognoscendo virtutem, omnes per mutuam habet consequentiam. Iam continentia est affectio, quæ non transilit ea quæ visa fuerint ex recta ratione. Continens autem est is qui continet eas appetitiones quæ sunt præter rectam rationem: vel qui seipsum continet, ne appetitione afferatur præter rectam rationem. Temperantia autem non est sine magni animi virtute, quandoquidem oritur ex præceptis, Deum sequens qui constituit, & prudentia, & quæ diuinam dispositionem imitatur iustitia, per quam cùm simus continentes, mundi ad pietatem ac religionem, & quæ Deum consequenter sequitur, actionem tendimus, assimilati Deo, quoad eius fieri potest

ἀπολέγει. à nobis caducis & morti obnoxiis. Id autem est, sanctum & iustum fieri cum prudentia. Deus enim nullius rei indiget, & est impatibilis: vnde nec est propriè continens. In eum enim nulla vnquam cadit affectio aut perturbatio, vt eam superet. Nostra autem natura, quæ est obnoxia affectionibus & animi perturbationibus, opus habet continentia, per quam dum exercetur vt paucis indigeat, conatur habitu ad diuinam naturam accedere. Vir enim bonus paucis indiget, vt qui sit in confinio naturæ mortalis & immortalis: egens quidem & propter corpus, & propter ipsam generationem: paucis autem egere doctus, propter susceptam ratione continentiam.

## COMMENTARIVS.

[a] RVRSVS *Dominus apertè ostendit*. Postquã ex scriptura ostendit esse multas peccatorum differentias, ex eadem ostendit esse in nostra potestate peccare vel non peccare. Nam si in nostra non esset potestate peccare, non reprehenderentur qui peccant, id est in morbos sua culpa incidunt dũ præcepta non seruant: nec apud Ezechielẽ accusarentur pastores, quod gregem ægrotantem non curant: nec apud Lucam de peccatore pœnitẽte gauderet pater, si nõ in eius potestate esset, & peccare, & quod peccasset duci pœnitentia, & ita salutẽ assequi. Nõ esset enim cur de eius salute gauderet Deus, si ei vel inuito daret salutem. [b] *Pij autem, inquit Esaias*. Quod pij sapientia consulant, vbinã sit apud Esaiam, ingenue fateor me nescire.

Prou. 6. Inter cetera autẽ sapientum dicta est illud; Sponde, noxa præsto est, quod refertur in numerum prouerbiorũ. Sumptum est autem ex prouerbiis Solomonis. De eo vide Erasmum in Chiliade 1. cent. 8. ...



... omisit quod nõ erat omittendũ, id sumptum esse ex Solomone in prouerbiis, quod rectè animaduertit Clemens. [c] *Paulo autem iam magis mysticè*. Hoc quidem dictum; Nosce teipsum doctè explicat Erasmus, sed non attingit mysteriũ de quo loquitur Clemens, nempe quod in eo contineatur charitas Dei & proximi. Nã qui videt fratrem suum, & Deum videt & proximum. Nam in anima hominis relucet imago & similitudo Dei, propter quã & Deũ diligimus qui nos fecit sibi similes, & proximũ sicut nos ipsos propter eã quæ nobiscũ intercedit similitudinẽ. Sumptum est autẽ illud, Nosce teipsum, à Mose qui sæpe dicens: Attende tibi ipsi, nõ aliud dicit quã Nosce teipsum. Se enim nõ nouit qui se nescit Deo esse similẽ, & ideo eum ex toto corde diligendum, & quoad eius fieri poterit à nobis imitandũ. Deum autẽ ... diligit qui nõ etiã propter eum diligit proximum. Nec eum imitatur nisi is qui non solum amicis, sed etiam inimicis benefacit. Magnum est ergo mysterium quod in sui notitia est Dei & proximi charitas. A Deo autẽ charitate & dilectione pendet, & lex & Prophetæ. [d] *Eleemosynis ergo & fide expurgantur peccata*. ... per sui notitiam & Deus diligatur & proximus, fit vt per fidem in Deum expurgẽtur peccata, & per eleemosynas. Nam qui in Deũ credit, in altũ mentem extollens, terrenas eluit maculas quæ mentẽ polluunt & qui miseretur pauperis, tantũ abest vt proximũ circumscribat & circũueniat, vt ei benefaciens, ... bene mereatur. Bene autẽ de eo merendo, si qua prius admissa fuerant peccata expurgantur. Quod ... Deũ timeat, timebit autem si seipsum norit, eum timens offendere, à malo declinabit. Expurgatus ... peccatis, & amplius nõ peccans, erit purus à scelere, & ita erit saluus. Nihil est autẽ aliud timor ... quàm disciplina & sapientia, quæ nos docet quid sit agendũ, quid vitandũ. [e] *Hic rursus exoriuntur* ... In scripturis sæpe inuenitur Deo tribui gaudiũ & tristitiã, & huiusmodi affectiones. Hæc non ... intelligentes dicebãt ea Deo non conuenire, cũ sint animi motus & perturbationes. Ad quos respondet Clemens, hæc non esse carnaliter intelligenda: neq; enim Dei omnipotentis voluntatẽ esse non ... Et ideo Prophetas in scripturis ità esse locutos per figurã quã vocant κατάχρησιν, Domino ita ... ad captum nostræ imbecillitatis. [f] *Quoniam igitur est Dei voluntas*. Docet quomodo affectiones Deus sibi tribuat, cũ nec afficiatur nec mutetur, sed homo ita affectus, vt vult Deus. Deus vult hominem esse saluũ: fit autem saluus & parendo præceptis, & pœnitendo de peccatis, gaudet autem homo se ... Quando ergo homo de suis peccatis pœnitens gaudet, Deus sibi gaudium tribuit, cùm tamen ... gaudeat vt qui non mutetur, sed homo qui mutatur: Ita etiã dicit Deus se nutriri, cùm tamen nõ ... qui non eget alimentis, sed nutriãtur pauperes quos vult nutriri. [g] *Quia autem affatim*. Cùm ceteras ... affectiones Deo tribuãtur quæ sunt hominis propriæ qui mutatur, ideo autẽ tribuãtur quod ... fiat id quod vult Deus, sola misericordia Deo tribuitur quæ est solius Dei propria, qui est diues in misericordia, hominis antẽ est misertus, & dãs præcepta per legẽ & Prophetas, & vt nobis daret ... suũ mittẽs filiũ. Reddit autẽ Clemens rationẽ cur sit Dei propriũ misereri. Nam maior miseretur ... De' autẽ est in omnibus maior homine. Et Deus quidẽ nullã naturalẽ habet in nos habitudinẽ, ... ex nihilo crearit hominẽ, siue ex præexistẽte materia. Nã & nihil nõ est, & materia est à Deo plane ... fit, vt quomodocũq; fit homo à Deo creatus, inter Deũ & hominẽ nulla sit habitudo: materia ... nõ potest esse pars Dei. Quod si esset, quod certe nõ potest fieri, De' peccaret in multis suis partibus. Nõ est ergo naturalis Dei in nos habitudo, qui nõ sum' naturales eius filij, sed tantũ opus eius voluntatis. Et tamẽ propter suã bonitatẽ nostri curã gerit, & eos qui notitiã acceperũt veritatis per fidei doctrinam, & in bonis operib' exercitationẽ, adoptat in filios, quiquidẽ est maxim' profect'. Homo autẽ homini beneficiẽs nõ dicitur propriè misereri. benefacit enim propter naturalẽ habitudinẽ & beneuolẽtiã ... præcepta quib' paret, ea impertiẽs quæ à Deo accepit. Habitudo autẽ quã habẽt inter se homines, est quod sint eiusdẽ essẽtiæ & naturæ & figuræ, & sunt à Deo creati. Deus autẽ nullã cũ homine habet habitudinẽ, cũ sit plane diuersæ essentiæ, & creator hominis. Ei' autẽ curã gerit, nõ vt homo filij naturalis quẽ genuit, sed vel vt operis quod fecit, eũ enim creauit, vel vt filij nõ naturalis, sed ad optiui quẽ nõ genuit, sed in filiũ naturalẽ adoptauit, adeo vt sit fili' nõ natura, sed gratia. Nõ potest autẽ homo vlterius progredi, & magis proficere, quã vt qui nõ potest natura esse Dei filius, sit saltẽ adoptione & gratia. [h] *Quemadmodũ* ... Disserens de moris virtutib' quas Græci acceperũt à Mose, quoniã virtutes omnes sunt, vt ait Plato, ... prudẽtiæ, & earũ omniũ principiũ est sciẽtia, de ea primũ loquitur, eamq; definit, & aliquot alias quæ sunt ei adiunctæ. Eã autem dicit esse habitũ qui facit sistere, nempe qui nos eo deducit, vt illic sit sistendũ, nec vlteri' possimus progredi. Hãc enim ἐπιστήμης, id est sciẽtiæ etymologiã Plato tradit in Cratylo. Per scientiã autem res ita cõprehenditur, vt ratio eam non possit dimouere, vt quæ sit firma & stabilis cõprehensio. Ignoratio autem, cùm sit phantasia, quæ non est firma & stabilis, facilè cedit, & ab eo quod se falso putat scire eã ratio dimouet. Vtrumque autem est in nostra potestate. Nam & scire possumus ducẽ sequentes demõstrationem, & ignorare, si non sequamur. [i] *Scientiæ est adiuncta*. Cùm hæc omnia quæ adiungit scientiæ, videantur habere eandẽ quam scientia significationem, ea tamen distinguit à scientia per quandã definitionem, vel potius descriptionem. εἴδησιν appellat vniuersorum scientiã per ... Quod Græcè est ἰδέα, possumus etiã dicere speciem. Experientia diligenter singula scrutatur, sed ... sine scientia quæ habetur per demonstrationem, ex quo intelligitur non esse veram Empiricorum experientiam, qui absque vlla ratione & scientia nudũ sequuntur experimentũ. Intelligentia est scientia earũ quæ mente intelliguntur. Ea autem sunt diuina & substantiæ separatæ, earũ autem est propria contemplatio. σύνεσιν autem vocat, quã multa quæ inter se possunt comparari, conferuntur ad vnã & eandem rationem, quæ efficit, vt cùm illic sistatur, & nõ vlterius sit procedendũ, ea sit ἐπιστήμη, id est scientia. Cùm autẽ dicat cognitionem eius quod est esse scientiam, & scientiam quæ iis quæ fiunt congruit, ... aliud videtur significare quã sapientiam, quæ est rerum diuinarum & humanarum scientia. De veritate autẽ & habitu veritatis, non est quod hic loquamur, cùm ea sit tractatio primæ Philosophiæ. Pulchrè autẽ dicit scientiam cõsistere per rationem, nec aliam rationem eam euertere. Nã cũ sciẽtia sit per demõstrationẽ quæ fit per rationẽ, si eam euertat ratio, ea non erit demõstratio, & ideo nec erit sciẽtia.

[a] *Quæ autem non facimus.* Quoniã dixit scientiam esse in nostra potestate, in nostra autem potestate sit ea nisi quod volumus: quæcunque enim facimus, facimus propterea quod volumus, nisi velimus non facturi facereмus: non facimus autem aut propterea quod non possumus, nec volumus: quidquid autem non facimus, volentes facimus, non potest enim cogi aliquid facere, qui potest mori ne cogatur facere quod ea vult, ideo ei visum est loqui de voluntate. In hoc autẽ differt Dominus ab homine, quod Dominus quid vult potest, sed multa sunt quæ vult homo quæ non potest, sed quod facit id potest, vult enim facere nisi vellet, & ideo volens facit. Non potest autẽ homo eo peruenire, vt qui velit, possit tam esset æqualis magistro. Sed nunquã est æqualis, qui non est eiusdẽ essentiæ. Dei quidẽ filij iumus, id adoptione: per eam adoptionem ea quæ sunt diuina scilicet, cõtemplamur: & ita habemus nonnullam cognitionem, & aliqua ex parte ea videmus, & hac ratione facti sumus sempiterni, & appellamur filij natura, sed gratia. Est autem magnificienda voluntas quæ est, veluti princeps, & omnes rationales cedit facultates quæ sunt eius ministræ. Nihil certe possumus quantumcunque valeamus ingenio, ligentia, & memoria, nisi velimus; contra autẽ possumus si velimus. Eius certè qui habet potestatem gnoscendi, voluntas, est veluti quædã maior propositio, cui antecedunt tanquã minores propositiones & iudiciũ & exercitatio, quæquidem à voluntate non differunt. Quod si à bona voluntate non deficiant propositiones, eadẽ etiam sunt dogmata. Ex iis itaque fiet veluti quoddam argumẽtum, in ipso fi virtus & vita, & mores erunt inter se cõuenientes. [b] *Cor autem rectum exquirit.* Per cor rectum, vt opinor, intelligit voluntatẽ, quæ cognitionẽ exquirit & audit inuentẽ, id est eam exequitur. Eam autem docet & sanctã. Idem autem appellat & cognitionem & scientiam. [c] *Dolosa autem lingua.* Dolosam tiã dicit esse professionẽ hæresum. Nam cum Christũ profiteantur qui est nostra iustitia, dolosè autem & nõ verè ac fincerè profiteãtur, quæ apud Catholicos vera est iustitia, apud hæreticos est dolosa. re enim Christũ profitentur qui quæ sunt falsa ei tribuunt. Non vera de Christo dicunt qui eum negant esse hominẽ, nec qui dicunt filiũ esse patre minorem, & quę sunt huiusmodi. Peribit lingua iniusti iusti sunt hæretici qui falsa dicunt. Peribit autẽ eorum lingua, id est ea quæ dicũt, cùm sint falsa, redigentur. Vincet enim veritas. Os autẽ iustorum distillat sapientiam, id est Catholici & Orthodoxi stillant sapientiã, id est de Christo vera dicunt, qui est ipsa sapientia, qui cùm sit etiã ipsa veritas quã peribit, nam manet in æternum. Hæretici autem vt de Christo falsa dicunt, ita etiam eos qui sapientes & prudentes, eos, inquã, qui de Christo rectè sentiunt & dicunt, maledictis insectantur. Nam tholicos stultos vocant. [d] *Longum autem fuerit.* Multas hic enumerat virtutes quę sunt in scriptura, ex ea sumpserunt Græci, earũque breuem tradit definitionẽ. Magni animi virtus, quæ Græcè dicitur μεγαλοψυχία, est scientia eorũ quæ sunt grauia & non grauia, & quæ sunt intermedia. Per eã discimus quomodo sint ferenda ea quæ sunt grauia, id est ea quæ difficiliter ferri possunt, & quæ nõ difficiliter, & quæ inter vtrunq; sunt media, idq; nonnihil habent difficultatis, & quæ non sunt penitus leuia. Eam cumpla facilè inuenerit qui volet. Temperantiæ autẽ definitionem sumit ex Græca Temperantiæ encomiogia. Dicitur enim σωφροσύνη, quasi σῳζουσα φρονησιν, id est, seruãs prudẽtia, vt vult Plato in Cratylo, re magis seruatur prudentiæ iudiciũ quam moderatione & temperantia. Est autem temperantia habitus qui acquiritur eligendo honesta, & vitando turpia. Tolerantia quæ Græcè καρτερία, dicitur potest patientia, per quam constanter feruntur ea in quibus est persistendũ, & receditur ab iis in quibus non est persistendũ. μεγαλοψυχία, id est celsitudo animi, quæcunque accidunt, id est omnes casus humanos dit & exuperat, nec vllis cedit fortunæ agitationibus. Per cautionem autem quæ est εὐλαβεία, adhibita cõsideratione vitantur & declinantur quæ occurrunt turpia & indecora.

VIII. [a] QVAMNAM *enim habet rationem, quòd lex viro prohibet, ne vestem induat muliebrem? An non nos vult esse viros, & nec corpore, nec factis, nec mente, nec verbis effeminari? Vult enim eum esse masculum qui veritati dat operam in ferendis laboribus & perpetuis, in vita & moribus, & in sermone & exercitatione, noctu & interdiu, & in martyrio opus est quod procedat per sanguinem.* [b] *Rursus, si quis, inquit, domum à nouo ædificatam nondum habitauit, aut vitem nuper plantatam operatus, fructu nondum fecit particeps: aut sibi desponsa virgini nondum nupsit, eos vult benigna lex immunes esse à militia, idque prudenter vt decuit Imperatorem, ne dum auellimur à cupiditatibus, & abiecto animo operam demus militiæ: sunt enim liberi ab appetitionibus, qui citra vllum excusationem quæuis grauia pericula adeunt: humanè autem quoniam incertos bellorum casus reputans, iniquum esse duxit, vt hic quidem suis non frueretur laboribus, alter autem citra vllum laborem ea perciperet quæ sunt eorum qui laborarunt. Videtur autem lex quæque indicare animi magnitudinem, statuens oportere eum qui plantauit fructum percipere, & eum qui ædificauit habitare, & eum qui puellam ambijt, vxorem ducere. Is enim qui se exercuerunt, spes non reddit irritas ex ratione cognitionis: nam & mortua & vanitatis boni viri spes non perit. Ego eos qui me diligunt, diligo, inquit sapientia: qui autem me quærunt, inueniunt pacem, & ea quæ sequuntur.* [c] *Quid verò, an non mulieres Madianitarum cum sua pulchritudine bellantes Hebræos à temperantia per incontinentiam dedecerunt ad impietatem?*

Deut. 22.

Deut. 24.

Immunes à militia.

Num. 31.



*impietatem? Meretricius enim illecebris à graui & honesta exercitatione ad meretricias deducebat forma inescantes, ad sacrificia idolorum, & ad externas mulieres veluti quodam furore percitos deduxerunt. A mulieribus autem simul victi & voluptate, à Deo quidem defecerunt & à lege: & propemodum vniuersus populus in hostium venit manus ac pugnauit muliebri stratagemate, donec ipsos in periculum adductos retraxit timor admonitos. Iam verò ij qui reliqui erant, magno & pericula lubenter adeunte animo pro patria ac religione certamen suscipientes, euaserunt hostibus superiores.* [d] *Sapientiæ ergo initium est religio. Intelligentia autem est rerum sanctarum cura & prouidentia. Nosse autem legem est bonæ mentis. Qui ergo existimant legem efficere timorem in quem cadit animi perturbatio, nec sunt intelligentes, nec legem reuera perceperunt. Timor enim Domini vitam non viuificat. Qui autem errat, affligetur in laboribus quos non considerat nec reputat ingenio. Mystice profectò Barnabas: Deus qui est vniuersi mundi Dominus, inquit, det vobis sapientiam & intelligentiam, scientiam, cognitionem iustificationum eius, tolerantiam. Efficiamini ergo à Deo docti, requirentes quid à vobis quærat Dominus, vt saluati in die iudicij eos qui hæc assequuntur. Dilectionis & pacis filios appellauit ex gratiæ.* [e] *De elargitione autem & communicatione cùm multa dici possint, sufficit, hoc dicere, quòd lex prohibet fratri fœnerari, fratrem nominans non eum solum qui est ex iisdem natus parentibus, sed etiam qui fuerit eiusdem tribus, & eiusdem verbi particeps: non autem censens ex pecuniis colligere vsuras, sed laxis manibus gratificari egentibus. Deus enim est talis doni conditor. Iam verò qui lubenter largitur, satis magnas accipit vsuras, quæ sunt apud homines pretiosissima, nempe mansuetudinem, benignitatem, magnificentiam, bonam famam, laudemque & gloriam.* [f] *An non hoc tibi videtur esse præceptum humanitatis, sicut illud, Mercedem pauperis ipso die reddere, docet oportere sine mora exhibere mercedem ministris. Remittitur enim, vt opinor, ad id quod sequitur facultatem pauperis alacritas, si desit alimentum. Propterea fœnerator, inquit, ne ingrediatur domum debitoris, vi pignus accepturus, sed ille quidem iubeat extra proferre: qui verò habet, ne recuset: & in messi ea quæ ex manipulis excidunt tollere prohibet possessores, sicuti eam in metendo iubet aliquid infectum relinquere, per hoc possessores valde exercens ad communicationem & magnificentiam, ex eo quòd ex propriis aliquid dimittant egentibus, pauperibus autem præbens materiam sibi quærendi victus. Vides quomodo lex Dei simul annunciat iustitiam & bonitatem, qui omnibus alimenta abundè suppeditat: & in ipsis vindemiis regredi vt carpant ea quæ sunt relicta, & vuas quæ excidunt colligere prohibet. Eadem etiam præcipit iis qui colligunt oleas. Iam verò decimæ quoque fructuum & pecorum, docebant & pios esse in Deum, & non esse lucro omnino deditos, & prouimus humanitatis efficere participes. Ex his enim, vt puto, & primitiis alebantur sacerdotes. Iam ergo intelligimus nos per legem eruditi ad pietatem & communicationem, & ad iustitiam & humanitatem.* * *An non enim septimo quoque anno iubet agrum relinqui ociosum? pauperes autem iis qui diuinitus producti fuerint fructibus securè frui præcepit, agrum colente natura volentibus. Quomodo ergo non est bona lex, & magistra iustitiæ?* [g] *Et rursus quinquagesimo anno iubet eadem facere quæ septimo: præterea reddens vnicuique proprium, sicui casu aliquo ablatus esset fundus: & eorum cupiditatem qui possidere desiderant, dimenso vtendi fruendi tempore circumscribens: & eos qui propter longam paupertatem pœnas dederunt, nolens perpetuò puniri.* [h] *Eleemosynæ autem & fides custodia regia. Benedictio autem in caput eius qui elargitur, & qui miseretur mendicorum beabitur, quoniam charitatem ostendit in sibi similem, propter eam quam habet charitatem in opificem humani generis. Habent autem ea quoque quæ prius dicta sunt,*

Timor Domini vitam viuificat.

Deut. 24.

Exod. 22.

Leuit. 19.

Leuit. 25.

alias quoque magis naturales expositiones, de quiete & receptione hæreditatis, sed non delectæ sunt in præsentia. Multis autem modis intelligitur charitas, per mansuetudinem, per benignitatem, per tolerantiam, per inuidiæ & æmulationis vacuitatem, per odij remissionem, per iniuriæ obliuionem. Est eiusmodi in omnibus vt diuidi & discerni non possit, sed lubenter communicans. [i] Rursus si videris, inquit, iumentum necessariorum aut amicorum, aut eorum quos cognoscis hominum, errans in solitudine, adhuc ipsum & reduc ei: si procul abfuerit Dominus, postquam seruaueris cum tuis donec redierit, reddet. Naturalem docet societatem, nempe vt inuentum existimemus depositum, & nec simul nocentes iniuriæ ab inimico acceptæ. Præceptum Domini, quod est reuera fons vitæ, facit abstinere à laqueo mortis. [k] Quid verò, an non iubet diligere aduenas, non solùm vt amicos & cognatos, sed etiam vt nosipsos & animo & corpore? Iam verò gentes quoque hostes nec in eos qui malè fecerunt infenso esse animo. Apertè itaque dicit, non abominaberis Ægyptium, quoniam fuisti aduena in terra Ægypti: vel gentilem, vel quemuis mundanum vocans Ægyptium: & hostes, etiamsi muris immineant, conantes vrbem capere, nondum hostes vult existimare, priusquam missis ad eos legatis ad pacem prouocauerint. Quinetiam ne cum captiua quidem vult insolentem ac contumeliosam esse amplexu. Sed cùm ei, inquit, permiseris triginta dies vt vult lugere, & eius postea mutaris, tanquam cùm vxore lege cum ea congredere. Non erit enim amplius consuetudo. Sed nec mercede, tanquam meretricis, sed propter solam liberorum procreationem vult esse consuetudinem. Vides vnà cum continentia humanitatem. Domino emanti captiuam, non permittit explere voluptatem, sed præstituto spacio resecas cupiditatem: & præterea tondet etiam captiuæ pilos, vt probrosum auertetur amorem. Similem suadet ratio vt vxorem ducat, eam retinebit etiam si turpis euaserit. Deindè si quis explota cupiditate, noluerit amplius cum captiua habere consuetudinem: neque ei eam licet vendere constituit, sed neque amplius habere ancillam, sed vult esse liberam, & liberari à seruitute, ne si alia fuerit ingressa mulier, ei graue aliquid & intolerabile accidat ex zelotypia. [l] Quid verò, inimicorum quoque iumenta onere pressa alleuare & erigere præcipit, eminus nos docens Dominus, non amplecti exultationem in malis, neque inimicorum exultare miseriis eisque lætari, vt in his exercitatos pro inimicis quoque doceat orare. Neque enim inuidere, & propter proximi bona dolore affici conuenit, neque propter mala proximi, gaudij vsuram percipere. Quòd si alicuius inimici, inquit, errans iumentum aueneris, contentionis interno relicto incendio, ipsum abduc & redde. Iniuria enim abluitionem consequitur vera vitæ probitas: & eam, inimicitiarum dissolutio. Hæc possumus & integrè deducimur ad concordiam, ea verò nos veluti manu deducit ab hostilitatem. Et si aliquem ex moribus inimicum existimaueris: eum autem vel à cupiditate, vel ab ira citra rationem decipi deprehenderis, conuerte ad vitæ probitatem. [m] Iamne videtur lex humana & benigna, quæ est pædagogus ad Christum? & Deus idem honoratur lex humana & benigna, quæ est pædagogus ad Christum? & Deus idem honoratur iustitia, ab initio vsque ad finem vnoquoque genere aptè vsus ad salutem? Misericordes, inquit Dominus, vt misericordiam consequamini: remittite vt remittatur vobis: vt iudicetis, ita fiet vobis: vt datis, ita dabitur vobis: vt iudicatis, ita iudicabimini: vt benigni estis, ita vobiscum agetur benignè. Qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. [n] Præterea iis qui victui seruiunt, infamiam omnino irrogari prohibet: & iis qui propter debitum dacti sunt in seruitutem, septimo anno dat omnino inducias. Quinetiam prohibet supplicium dare ad supplicium. [o] Est ergo verissimum illud eloquium: Sicut probatur aurum & argentum in fornace, ita Dominus eligit corda hominum. Et vir quidem misericors est magnanimis; & in quolibet qui est solicitus, inest sapientia. In virum enim intelligentem sollicitudo

Deut. 14. 28. Leuit. 19 & 25. Deut. 10. Deut. 23. Deut. 20. Deut. 21. Exod. 23. Matt. 4.



solicitudo: & qui est solicitus ac curam gerit, vitam quæret: & qui Deum quærit, inuenire cognitionem cum iustitia. Qui eum autem rectè quæsierunt, pacem inuenerunt. [p] Mihi autem videtur etiam Pythagoras suam in animantes rationis expertes mansuetudinem à lege accepisse. Iam iis quæ in ouium & caprarum gregibus boumque armentis nascuntur, protinus vti interdixit, ne prætextu quidem sacrificiorum patrum & matrum creatis, hominem ad mansuetudinem vel ex infimis brutis animantibus educens. Concede, inquit, matri fœtum vel septem primis diebus. Si enim nihil fit sine causa: & enixis animantibus lac redundat ad fœtus nutriendos: qui à dispensatione lactis fœtum auellit, naturam afficit contumelia. Erubescant ergo & Græci, & si quis est alius, legem inferri, si ea quidem vel in bestias benigna sit: illi autem vel hominum fœtus exponunt, quanquam longè antè & prophetice eorum feritatem lex per hoc præceptum excinderet. Si enim fœtus bestiarum à matre separari prohibet ante lactis effusionem, multò magis in hominibus crudeli & immani menti præparat remedium, vt etsi naturam, disciplinam certè non negligant. Hædis enim & agnis eis impleri permissum est. Et aliqua quidem forsitan fuerit excusatio ei qui fœtum à matre separat: infantis expositionis quænam causa erit? Ab initio enim oportebat ne vxorem quidem ducere, eum qui non cupiebat procreare liberos, potius quàm per voluptatis intemperantiam, filij fieri homicidam. Rursus autem benigna lex prohibet eodem die fœtum & matrem sacrificare. Hinc etiam Romani, si qua mulier prægnans damnata fuerit capitis, non prius permittunt vt supplicium subeat quàm pepererit. Apertè itaque quæcunque vterum gerunt animantia, ea lex non prius mactari permittit, quàm pepererint, eminus retardans hominum ad iniuriam secundum propensionem. Ita vel vsque ad bruta animantia extendit benignitatem, vt cùm eam in iis quæ sunt diuersi generis exercuerimus, longè maiori humanitate vtamur in iis quæ sunt eiusdem generis. Qui autem in aliquorum animantium ventres ante partum calces impingunt, vt contemperata lactè carne vescantur, matricem quæ est creata ad procreationem, faciunt sepulchrum fœtus qui gestatur in vtero, cùm lex apertè iubeat. Sed neque coques agnum in lacte matris suæ. Non fiat enim, inquit, id quod est viuentis nutrimentum, interempti animalis condimentum: neque quod est vitæ causa, opem ferat ad consumptionem corporis. [q] Eadem autem lex edicit, ne alligetur os boui trituranti. Oportet enim operarium dignum censere nutrimento. Et prohibet simul in aratro coniungere iuuenem & asinum: fortasse quidem etiam coniectans, quàm nulla sit inter eas animantes conuenientia: simul autem significans, nullum oportere ex diuersis gentibus iniuria afficere, neque iugo subiungere, si nullius alterius rei eos possimus insimulare quàm quòd sint diuersi generis: quod quidem culpa caret, nec fit vitio, nec ex vitio proficiscitur. [r] Mihi autem videtur significare quoque allegoria, verbi culturam non esse ex æquo communicandam mundo & immundo, fideli & infideli: quoniam bos quidem est mundus, immundus autem reputatus est asinus. [s] Redundanti autem quadam humanitate bona lex vetuit, nec quæ sunt domesticæ nitisque materiæ arbores docet esse excindendas, neque fœtum ante messem tondendam ad perniciem: sed neque fructum mitem omnino interimendum, neque terræ neque animæ. Neque enim agros hostium permittit excindere. Iam verò qui sunt etiam studiosi agriculturæ, in his quoque possunt vtilitatem à lege accipere. Iubet enim arbores nuper plantatas, tribus annis ordine sequentibus fouere & alere, superfluas quæ adnascuntur excindendo propagines, ne nimis grauatæ opprimantur, & ne alimento minutatim diuiso imbecillæ fiant propter inopiam, aratroque & circumfodere, vt nihil propè germinans ac pullulans prohibeat incrementum: & fructum non sinit imperfectum colligi ex imperfectis, sed post triennium cùm quarto anno Deo consecrarit primi-

Deut. 14. Leuit. 22. Leuit. 19. Deut. 22. l. prægnantis ff. de pœnis.

tias, postquam arbor perfecta fuerit. Fuerit autem hæc agriculturæ figura, modus doctrinæ, docens oportere excindere peccatorum propagines, & quæ vnà cum genere fructu pullulant inanes herbas cogitationis, donec perficiatur & firmum fiat germen fidei. Quarto enim anno, quoniam tempore quoque opus est ei qui stabiliter per catechesin instituitur quaternio virtutum Deo consecratur, cum tertia iam sola coniungatur cum quatuor Hinc error Nestorij. ta Domini hypostasi. [t] Sacrificium autem laudis super holocausta. Hic enim, inquit, tibi vires faciendi virtutem. Sin autem res tibi illuminatæ fuerint: cùm vires acceperis, & acquisieris, fac tibi in cognitione virtutem. Per hæc enim ostendit & bona & dona à Deo suppeditari, & oportere nos cùm ministri facti simus diuinæ gratiæ, fructuare Dei beneficia, & eos qui appropinquant, bonos & honestos reddere, vt quam maximè quidem temperans, continentes: qui est autem magni & excelsi animi, fortes: & sapiens, intelligentes: & iustus, iustos efficiunt. Hic est qui ad imaginem & similitudinem cognoscendi potestate præditus, qui Deum imitatur quoad eius fieri potest, nihil prætermittens eorum quæ faciunt ad eam quæ contingere potest similitudinem, continens, sibi Matth. 5. nens, iustè viuens, imperans animi perturbationibus, ea quæ habet impertiens, proximis benefaciens & verbo & opere. Hic est, inquit, maximus in regno, qui fecerit & docuerit, Deum imitans, eo quòd gratificetur consimiliter. Sunt enim communia Dei bona. [u] Quicunque autem cum superbia aliquid agere aggressus fuerit, Deum, inquit, irritat. Est enim arrogantia animi vitium, cuius & aliorum iubet duci pœnitentia, iis qui ex inconcinnitate & mala conuenientia concinnantur ad meliorem mutationem, per hæc tria, os, cor, manus. Symbolum autem signumque hæc fuerint, actionum quidem, manus: cor autem, consilij: & os, sermonis. [x] Rectè ergo dictum est de pœnitentibus illud eloquium: Deum elegisti hodie vt esset Deus tuus, & Dominus elegit te, vt Leuit. 16. esses eius populus. Eum enim qui dat operam, vt supplex ipsum colat, sibi facit Deo peculiarem; & si vnus fuerit numero, æquè ac populus est honoratus. Cùm enim sit pars populi, eum adimplet, in eum ex quo erat restitutus. Vocatur autem ex parte quoque totum. [y] Ipsa autem nobilitas ostenditur in eo, quòd quæ sunt pulcherrima honestissimaque eligat & exerceat. Quid enim Adæ profuit talis eius nobilitas, & quòd eius nullus esset pulcher mortalis? Ipse enim pater hominum qui sunt in generatione, turpia quidem prætermisit & alacri animo delegit, vxorem sequens: vera autem & honesta neglexit, quo factum est vt vitam immortalem mortali commutaret, sed non vsque ad finem. Noè autem qui iustus factus est vt Adam, cura ac prouidentia diuina conseruatur: se enim Deo obtulit ac dedicauit. Et Abrahæ qui ex tribus vxoribus liberos suscepterat, non vt frueretur voluptate, sed quia sperabat, vt puto, in principio genus multiplicare, vnus solus hæres succedit bonis patris, alij autem diuisi sunt à cognatione. Et cùm ex eo nati essent gemini, est hęres minor qui patrissauit, & vota suscipit: ei autē seruit is qui erat maior ætate. Malò enim bonum est maximum cuit, & vota suscipit: ei autē seruit is qui erat maior ætate. Malò enim bonum est maximum id quod non est in sua potestate. Hæc autē œconomia est & Prophetica & typica. [z] Quid Gen. 25. tem sunt omnia sapientis, aperte indicat dicens: Quoniā Deus mei misertus est, mihi sunt omnia. Vnum enim oportere docet expetere, per quem facta sunt omnia, & in qui digni sunt promissa tribuit. Eum ergo qui bonus fuerit, regni hæredem & ciuem, per diuinam adoptionem sapientiam, & eorum qui olim fuere iusti, qui & in lege, & ante legem iustè vixere quorum actiones sunt nobis pro legibus. Et sapientem rursus docens esse Regem, eos qui sunt ab eo uersi generis facit ei dicentes: Rex à Deo tu es in nobis iis qui ab eo reguntur, propter virtutis viro bono sua sponte parentibus.

COMMEN-



## COMMENTARIVS.

[t] Quamnam enim habet rationem. Quod lex prohibet, ne vir vestem induat muliebrem, id pertinet ad dementiam & animi magnitudinē. Vult enim lex vt qui veritati studeat cuiusmodi sunt fideles, in omnibus fortiter gerant, & viros ostendāt, maxime cùm sit subeundū martyrium, id est, pro Christo vsque ad sanguinem ferendum testimonium. [u] Rursus, si quis, inquit, domum à se nuper ædificatam nondum habitauit. Lex militia vult esse immunes, & eos qui recens ædificatā domum nondum habitarūt, & qui despondere puellæ nondum nupserūt, & qui plantatæ, & excultæ vineæ fructus nondū collegerunt: idque duabus de causis, nempe & ne sint ignaui, & abiecti animi milites qui non vacāt appetitione, quodquidē prouidet ut sit munus Imperatoris, & propter humanitatem, quod esset inhumanū alios alienis frui laboribus, quod propter varios belli casus facile posset accidere. Prouidet ergo legis sciētia, vt quoad eius fieri potest non sit irrita nec viuētis nec mortui. Per legis autem scientiam seu cognitionē intelligitur sapientia, quæ dicit se diligere diligentes, & eos qui ipsam quærūt inuenire pacē vt est apud Septuaginta, Prouerb. 8. apud Hieronymū, & qui mane vigilauerint ad me, inuenient me. Qui ergo & legis scientiam habet & sapientiam, cum ab ea diligātur, & eam quærāt, & ipsam & pacem inuenient, & nec viuētium nec mortuorū eorum spes erit irrita. [x] Quid verò an non mulieres Madianitides. Exemplo mulierū Madianitidum offendit viros à fœminis, & maximè à scortis, non solum effeminari, ignauosq; ac imbelles reddi, Numer. 25. id enim ad cultum idolorū deduci, & à Deo & lege deficere. Israēlitæ certe cum mulierum forma sua pulchritudinem stratagemate venissent in potestatem hostium, non prius sunt liberati quā eos in pericula adhortatos admouit & retraxit timor. Cæteri autem qui à fœminis non fuerūt effeminati, pro relinquitur dimicātes hostem fuderūt. Quod autem verti, Retraxit timor, Græcè est ἀνεχώρησεν, id est, comprehensis retraxit. [y] Sapientiæ ergo initium est religio. Religio quod est Græcè θεοσέβεια, id est Dei cultus, merito dicitur initium sapientiæ. Nam si sapientia à Deo est postulāda, postulāda autē non hæsitante in fide fine quæ nō est religio nec verus Dei cultus, merito dicitur religio initiū sapientiæ. Timor Domini dicitur initium sapientiæ. Deus enim non rectè colitur qui est author sapientiæ, nisi qui eum colet timeat eum offendere, quiquidē timor, non est serui timor, sed filij. Sapit ergo qui Deum rite colit, nempe cum fide. In eo quoq; est sapientia & intelligentia qui sanctorū curam gerit, eorū scilicet qui sunt terræ affixi, sed ad sancta aspirēt, nempe ad cælū in quo est sanctus sanctorum. Porro autem Deum rectè colit & aspirat ad cælestia, qui bonā habet mentem: bonam autem habet mētem qui nouit irpl. Non nouit autē legem nisi qui Dei paret præceptis qui legē tulit. Paret autem legi, nō qui timore mouetur, qui quidē timor est ānimi perturbatio, sed qui Deum timet offendere sicut patrē filium timor non perturbat sed viuificat. Porro autē qui nō paret præceptis legis quæ Deus dedit, is à religione aberrans, aberrans autem, cum desit ei cognitio quæ eum præmuniat ad patiendos qui occurrent labores, multum affligetur, grauiter enim lædūt quæ non fuerūt præuisa. [z] De largitione autem & communicatione multa. Inter cæteras virtutes enumerat Clemens liberalitatē & beneficentiam, quæ etiā à lege commendatur, prohibente fratri dare fœnori, sed gratis dare mutuo, nihil ex eo expectantes: satis accipiens meriti cuius laudatur virtus, quæ est apud homines præstātissima. Frater autem erat apud Hebræos, non solū qui ex iisdem ortus erat parentibus, sed etiam qui erat ex eadem tribu, apud Christianos autem fere omnes, quorū est vna & eadem fides ac religio & idem verbū quo instituuntur. [a] An non hoc tibi videtur esse præceptis humanitatem. Hæ omnes leges docent tationem habendā esse pauperum, exercendamq; illam humanitatem, benignitatem & misericordiam, decimasq; & primitias ideo esse constituas, vt cum sacerdotum & Leuitarum victui esset consultum, nihil esset quod à cultu diuino eos remoraretur. [b] An non hoc ipsum quoque anno septimo quoque anno. Septimo quoque anno relinquenda est terra otiosa, id est, non colenda nec seminanda, vt fructibus sponte enatis vescatur pauperes. [c] Et rursus quinquagesimo anno. Anno quinquagesimo qui dicitur Iubilæus, erit, inquit lex, remissio habitatoribus terræ. Reuerteretur homo ad possessionem suam, & vnusquisq; redibit ad familiam pristinā. Non seretis atq; metetis spōte in agro nascentia, & primitias vindemiæ nō colligetis, sed statim ablata comedetis, &c. [d] Eleemosinæ autē & fides custodia repellit. Cū dixisset ex lege ea quæ significātmiserendū esse pauperis, statim subiungit ea quæ indicāt beatum esse misericordem. Sed nō satis intelligitur vnde ea sint sumpta, etsi magna ex parte sūpta sint ex proverbiis Solomonis. Apud Septuaginta quidem non legitur, Eleemosinæ & fides custodiæ regiæ, sed eleemosinæ & fides apud bonos fabros. Quo fortasse significatur à diuitibus qui dispergūt, & dant pauperibus, non quoddāmodo fabricati & ære sustentari eleemosinis. Benedici autem & beati eum qui elargitur pauperibidem legitur in aliquot locis: Cuius Clemens hāc affert rationē, quod pauperi similem ostendat charitatē ei quam in Deum ostendi. Cùm ergo in eo sit & Dei & proximi charitas à Deo benedicetur, & beabitur qui Deum diligit & proximū, nulla est autem maior in homines charitas quā in pauperes, quos tanti facit Christus, vt quæ illis fiant sibi ipsi fieri pronuntiet. Porro autem quoniam superius Matth. 24. multa diserat in iis quæ citauit ex lege, quibus cauetur vt habeatur ratio pauperū, admonet eorum multas esse aliàs expositiones, quas prætermittit. Quoniam verò iam locutus est de charitate, venire autem possit alicui in mentē vt existimaret charitatem solū cōsistere in dando, hoc ne faceret, admouit multis modis dici charitatem. [e] Rursus si videris, inquit, iumentum. Animal vicini, atque adeo etiam inimici si iumentum fuerit errans reddendum est, si adsit: sin minus custodiendum est tamquam depositum donec reuertatur. Præceptum Domini est fons vitæ, vt quod nos doceat quid agendū, quid vitandum, ne in capitalia crimina incidamus quæ nobis laqueum mortis iniiciant. [f] Quid verò an non iubet diligere adhuc hostes. Et hostes & ij apud quos iustus peregrinati, etiam si nobis male fecerint sunt diligendi. Nec ij quidē qui nos bello inuadunt, sunt à nobis prius hostes iudicādi, quam missis legatis experti fuerimus num nobiscum velint vllam inire societatē. Mulier e captiua non est abutendū ad libidinem, sed cum triginta dierum luctu, ipsāque toasa fuerit, dominus qui eam cœpit cum ea cōgredietur propter solam liberorum

procreationem. Quod si eam duxerit vxorem, non licebit eam dimittere; quod si eam nō duxerit, & cupidinem suam impleuerit libidinem, neque ipsi eam licebit vendere, neque habere ancillam. Sed erit liberorum. [1] *Quid vero inimicorum quoq; iumenta onere pressa alleuare.* Etiam inimicorum iumenta onere pressa sublevanda. Ea ratione fit exercitatio ad orandum pro inimicis. Non est proximi boni inuidendum neq; malum gaudendum, neque malis gaudendū. Qui est probus iniuriæ obliuiscitur: & qui iniuriæ obliuiscitur, magno momento euadit probus. Simul ergo acquiritur vitæ probitas & dissoluuntur inimicitiæ; quandoquidem ad concordiam & beatitudinem. [m] *Iam ne videtur lex humana & benigna.* Lex est pedagogus ad Christum, vt dicit Apostolus ad Galatas, vt & quæ deducat ad doctrinam fidei & ad morum perfectionē. Lex quæ inchoauit, Christus autem perfecit, qui nō venerat vt legem solueret sed adimpleret. Est autē Deus benignus & iustus, & qui ab initio vsque ad finem peruasit omne genus bonitatis & iustitiæ. [n] *Prorsus pro vestri seruitute.* Cum iure naturali sint omnes homines liberi, seruitus autem sit introducta iure gentium, lex diuina fauens libertati, non vult seruitutē extendi vltra annū septimū, septimo enim anno dimittebatur. Quod autē de supplicibus non liceret sumere supplicium, nusquam in lege legi. [o] *Et ego non video illud eloquium.* Est verisimile Clementem hæc omnia accepisse ex Solomone, sed quantūuis diligenter hæc quæsierim, nusquam potui inuenire. Relinquo itaque hæc indagāda his qui in sacris scripturis diligentius versati, lubens explicaturus si cubi mihi ostendātur, magnas acturus gratias ei qui ostenderit. [p] *Mihi autem videtur Pythagoras suam in animales.* Quam benigna & humana sit lex, hoc indicat, quæ sua humanitas se extendat vsque ad bruta animātia, vt quæ ne sacrificij quidē prætextu velit fortum fieri, ne diebus posquam natus sit separari ab vbere matris, & nec matrem nec fœtū eodem die sacrificari. Quantum autem aberant olim Græci ab hac humanitate, qui non solū hoc non obseruabāt in brutis, sed nec recēs natos filios suos exponebāt, ne recordantes quidem à se ductas vxores vt liberos procreandi. Quod vero erat hoc indignū, quod quidam in vtero matrum fœtus impacto calcaneo occidebāt, vt cruenta matris contēperatus, esset cibus iucūdior. Ab hac inhumanitate adeo lex aberat, vt nec copulam agnum vellet in lacte matris. [q] *Eadem autem lex edicit.* Non enim satis est cauſe, cur eos quinon humanos dem generis nobis subiungamus, & in nostrā redigamus potestatē, quod ij à nobis genere sint alieni, nullam nobis fecerint iniuriam. [r] *Mihi autem videtur significare quoque.* Ex hoc probat Apostolus Deo ministro non esse negandum alimentum. Non esse autem arandū in boue & asino, quod lege prohibetur, significat nō esse cōiungendos qui sūt diuersi generis, ne alteri fiat iniuria, nec in verbi diuinī dicatione coniungēdas esse diuersas sectas: ad eam enim prædicandam nihil requiritur præter ecclesiæ catholicæ. [s] *Redundanti autem quadam humanitate.* Docet Clemens quanta fuerit legis benignitas in agris colendis, in quibus nec arbores vult excindi quæ fructū ferunt ne in regione quidem hostili, neque segetes tōderi ante messem ad eius perniciem. Ita autē habet litteræ cōtextus in Deutr. [t] *Diui Hieronymi.* Quando obsederis ciuitatē multo tēpore, & munitionibus circūdederis vt expugnes eam, nō succides arbores de quibus vesci potest, nec securibus per circuitū debes vastare regiones: quoniam lignū est, & non homo, nec potest bellantium contra te augere numerum. Si qua autem ligna non sunt pomifera, sed agrestia, & in cæteros apta vsus, succide, & extrue machinas, donec capias ciuitatem quæ cōtra te dimicat. Ex quo allegoricè potest intelligi, ex hostibus eos solū esse interimendos, qui eis possunt nocere, nō eos qui sunt innoxij. In Leuitico quoq; ita scribitur, vt Hiero. habet versio. Quando ingressi fueritis terrā, & plātaueritis in ea ligna pomifera, auferetis præputia eorum. Pomus germinant immunda erunt vobis, nec edetis ex eis. Quarto autē anno omnis fructus eorum sanctificabitur laudabilis Domino. Quinto autem comedetis fructus, cōgregantes poma quæ proferūt. Id autem significat, fructum arborū recens plantatarum non esse colligendum, nec eo vescendū, sed tantum pomatium & rem immundam & inutilem abiiciendū, vel vt alia interpretatio, sinendū crescere & minquendum, nec in nostros vsus conuertendū. Quidquid enim dignū est vt abiiciatur & auferatur, hoc immundum vocatur præputium. Ideo autem iubentur abiici, quod non minus immūdi sint ij fructus, quam animalia à quibus abstinere iubebātur Hebræi animalia, nec prius ex earū fructibus esse edēdum, quam quinto demum anno postquā anno quarto Domino fuerint sanctificati & consecrati. Videtur autē Clemens hanc afferre causam cur collātur enātæ propagines, ne, si sinātur crescere suffocētur arbores, & eis nutrimentum auferatur nutrimentum, & ideo non prius esse dicit decerpendum fructum quam arbor fuerit perfecta. Hanc agri colendi rationem trahit Clemens ad allegoriam, quam dicit pertinere ad doctrinā hanc, quæ docet excindenda, & quæ enascūtur peccata, & inanes herbas scientiæ quæ cum bono fructu germinant, donec per catechesim sit perfecta fides. Hoc vt fiat, tēpore opus est, neque enim statim docētur ea quæ sunt fidei. Quid autem sibi velit quod dicit; Quarto anno Deo cōsecrari quaternionē virtutum, ab genue fateor me non satis intelligere, cōiicio tamen ex hoc intelligi perfectam illam esse fidē, quæ complectitur hypostases seu personas, quarū tertia nempe filij hypostasis, sola coniungitur cum quarta hypostasi Domini, nempe cum humana natura. Nam duæ quidem aliæ hypostases seu personæ, nempe hypostasis filij & hypostasis Spiritus sancti, sunt solū Deus, sola autem persona filij coniuncta cum humana natura est Deus & homo, idq; in vna hypostasi. Christus enim cum Deus sit & homo, est vnus homo subiectū, aut vt significantius dicam, suppositum in duabus naturis, quarum humana, vt quæ non sit caro nec à filio suscepta, à filij persona esset separata, videtur aliqua ratione dici posse quarta hypostasis. licet reuera sit vna, cum Christus Deus & homo & vnus & vnū sit. In hoc ergo est maxime cauendum ne imprudentes labamur in errorem Nestorij, qui duos cōstituebat Christos, cum sanctā virginem Matrem nollet dici θεοτόκον, id est Deiparā, sed χριστοτόκον, id est Christiparā. Hæc quidem ego meo more. Scriptura, quæ vera ne sit alij iudicent, nihil certe aliud possum cōiicere. Interim autē non inutile fuerit videre, cur hypostases vocet virtutes: tantū dicam cum dicit virtutū quaternionem esse ad Pytagoreum quaternionem. [t] *Sacrificium autem laudis super holocausta.* Suspicor hic vel deesse aliquid vel aliquid esse mutatum. Non video enim quomodo hæc cohæreant cum præcedentibus. Non est dubium quin sacrificium laudis, quod accipio pro sacrificio Eucharistiæ, superet omnia holocausta atq; alia sacrificia veteris legis quæ erant solum figuræ. Sed quid hoc ad superiora? deinde quod sequitur; Ille enim inquit, dat tibi vires faciendi virtutē. non video vndenam pendeat hæc quæ redditur ratio, nisi forte scio quis nam hoc dicat. Suspicor tamē, vbicumq; id sit scriptū, hoc dici de Christo qui dat nobis potestatem faciendi præclara & fortia, quomodo in Psalmo 79. dictum est: In Deo faciemus virtutem, id est per Deum magna geremus & præclara, & victoria m assequemur. Quāuis autem cum præcedentibus non appareat cohærentia, comprehendi tamen poterit huiusmodi sententia; Cùm Christus det nobis magna & fortia gerēndi potestatem, & scientię illuminationē, fac vt & te præclare & fortiter geras, & cum ille minister Dei gratiæ, Deum, quoad eius fieri potest imitans, in ea quā tibi Deus dedit virtute principium instituas & tibi similem reddas, ita apud te statuens eum esse maximum in regno cælorū qui omnium sibi habuerit facere, sed dixerit & docuerit. [u] *Quicunque autē cum superbia aliquid agere aggressus fuerit.* Est enim velle regere & alios docere, pulchrū est. Sed in omni re cauenda est superbia, quæ Deum ad iram prouocat, est enim Dei abominatio omnis arrogans. Oportet autē eos quos peccasse pœnitet, & qui volūt transire in melius, sicut aliorum peccatorū, ita etiam pœnitere superbię. Sicut autem cogitando, loquendo & agendo peccatur: ita etiam cogitatione, sermone & operatione oportet suam ostēdere pœnitentiam. Cogitationis autem symbolum est cor, vt ex quo procedunt quæ concipit animus, ita enim sentit scripturæ: Os autem, sermonis, manus autem, actionis, vt quod sit instrumētum, quo & quæ cogitamus & loquimur & opus exeunt. [v] *Rectè ergo dictum est de pœnitentibus illud eloquium.* Magna est laus pœnitentiæ, quod is quem suorum peccatorum pœnitet, Deum quem colat eligens, ipse quoque vicissim à Deo magnam ei proprius & peculiaris eligitur, & æquè atque peculiaris populus honoratur, adeo vt ab eo toto reputetur, restituitur enim per pœnitentiam in eum populū qui per peccatum erat diminutus, & licet sit vnus, habetur pro multis, cùm per eum restitutum adimpleatur diminutus populus. [w] *Quorum nobilitas ostenditur.* Non in generis antiquitate in virtute sita est nobilitas: fuit quidē omnium antiquissimus Adamus primus à Deo creatus, sed quia ab vxore illectus & eius consilium secutus, turpia quidem est amplexus, vera autem & honesta contempsit, quamuis esset antiquus, vtpote non ab homine genitus, sed à Deo formatus, qui erat immortalis factus est mortalis, immortalitati non prius restituendus, quam peccati ductus pœnitentia, à Christo, qui est vera vita, mortem passo vitæ fuit restitutus. Nec enim ex homine quidem fuit genitus, non autem à Deo fuit creatus, sed quia se totum Deo consecrauit & dedicauit, à diuina prouidentia fuit conseruatus, & cùm totum genus humanum periret diluuio, ipse solus fuit cum suis superstes, ad reparandum quod perierat. Eius ergo licet posterioris maior fuit quam Adami nobilitas. Porro autem Abraham etsi ex vxoribus quas duxerat, non voluptati indulgens, sed genus humanum multiplicans, quod in mundi nascentis initio erat necessarium, multos suscepit liberos, vnū tamē solum habuit hæredem, nempe Isaacū, qui fuerat ei à Deo promissus. Enumeratis autem filiis Cethuræ posterioris Abrahæ vxoris scriptum est in Genesi: Omnes hi filij Cethuræ. Dedit autem Abraham cuncta quæ possederat Isaac: Filiis autem concubinarum largitus est munera, & separauit eos ab Isaac filio suo, dum adhuc ipse viueret ad plagam Orientalem. Concubinas autem ibi accipere ait eum. Iam verò Isaac ex Rebecca duos suscepit filios eosque geminos, Esau natu maiorem, nomen vero Iacob. Sed Iacob fuit hæres patris, & paternā accepit benedictionem, id enim est quod Clemens appellat vota: maior autem seruiit minori. Quodquidem ne quispiam existimet indignū, subiungit Clemens, viro malo maximum esse bonum si non sit sui iuris. Nam qui seruili est ingenio nec se potest regere, est longe ei melius vt recte præcipienti pareat, quam vt se non regens sibi exitium asserat. Hanc autem Oeconomiam dicit esse & propheticam & typicam. Propheticam quidem, quod prædicetur quid esset euēturum vtriusque fratris successoribus: Typicam vero, quod ij duo fratres essent typus populi Hebræi & populi Christiani. [x] *Quod autem sunt omnia sapientis aperte indicat.* Quæ citat quidem sequuntur testimonia, nec apud Septuaginta, nec in nostra inuenio versione. Quod autē omnia sunt sapientis, sic ostendit. Eius sunt omnia cuius Deus miseretur. Miseretur autem eius qui eum expetit, per quem facta sunt omnia, id est ipsum mūdi creatore, qui iis quibus promisit tribuit pro meritis. Ij autem sunt viri boni, qui & regni cælestis fiunt hæredes, & ciues iusti orum qui vixerūt ante legem & in lege, & quos testatur vt facta eorum habeamus pro legibus. Sapientem quoque dicit esse Regem, cùm in eos quos regit non exerceat tyrannidem, sed ipsi propter studium virtutis ei sua sponte pareant.



[1] PLATO *autem Philosophus finem ponens beatitudinis, dicit eam esse Deo assimilationem, quoad eius fieri potest, siue cum legis decreto quodammodo concurrens: magnæ enim naturæ & liberæ ab animi perturbationibus, nescio quomodo feruntur ad scopum tendunt, vt dicit Philo Pythagoreus, Mosis res gestas describens, siue etiam doctus ab aliquibus quæ tunc erant diuinis eloquiis, vt qui doctrinæ siti semper teneretur. Dicit enim sic: Post Dominum vestrum ambulate, & mandata mea seruate. Assimilationem enim nominat consectationem. Talis autem consectatio, quoad eius fieri potest, assimilat. Estote, inquit Dominus, misericordes sicut pater vester cælestis est misericors. Hinc Stoici* Luca 6.

*quoque naturæ consequenter viuere, finem esse statuerunt, eleganter Dei nomine communi vsi naturam: quoniam natura & ad plantas, & ad ea quæ seminantur, & ad ar-*

bores & lapides extenditur. Apertè ergo dictum est: Viri mali legem non intelligunt: qui autem legem diligunt, sibi muri propugnaculum muniunt. Astutorum enim sapientia agnoscet vias suas. Ignorantia autem insipientium erit in errore. Super quem enim respiciam, nisi super mitem & mansuetum & trementem verba mea? ait Prophetia. [b] Docent autem esse triplex genus amicitiæ: & eorum primum quidem genus est, idque optimum & præstantissimum, id quod est ex virtute: valida enim est, quæ est ex ratione dilectio. Secundum autem ac medium, ex remuneratione: est autem hoc genus aptum ad societatem ac communicationem, lubenter impertiens, & vitæ conducibile. Communis enim est quæ est ex gratia amicitia. Vltimum autem ac tertium, nos quidem dicimus id quod est ex consuetudine. Illi verò, id quod ex voluptate verti potest & mutari. Ac mihi quidem Hippodamus Pythagoreus pulcherrimè videtur describere amicitiam. Vna quidem est ex scientia deorum: altera verò, ex hominum suppeditatione: tertia verò, ex voluptate animantium. Est ergo vna quidem Philosophi amicitia, altera verò hominis, tertia autem animalis. Reuera enim Dei est imago homo benefaciens: qua in re ipse etiam beneficio afficitur, sicut gubernator simul seruat, & seruatur. Et ideo cùm quis petens fuerit consecutus, non dicit danti, Rectè dedisti, sed, Rectè accepisti. Ita accipit quidem qui dat, dat autem qui accipit. Iusti autem miserentur. Benigni autem erunt habitatores terræ: innocentes autem relinquentur in ea: qui autem iniquè se gerunt, exterminabuntur ab ea. [c] Atque mihi videtur Homerus fidelem prædiuinans, dixisse: Da amico: inimico autem ferendum est auxilium, ne maneat inimicus. Auxilium enim colligitur quidem beneuolentia, dissoluitur vero inimicitiis. Sed si proponatur quidem promptitudo & animi alacritas, quatenus habet est accepta, non quatenus non habet. Non enim vt aliis remissio, vobis autem afflictio, sed ex æqualitate in præsenti tempore, & quæ sequuntur. Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi, ait Scriptura. Quod autem est ad imaginem & similitudinem, sicut etiam prius diximus, non ex corpore significatur (nefas enim est, mortale assimilari immortali) sed ex mente ac ratione: qua & eam quæ est in benefaciendo, & eam quæ in imperando, obsignat Dominus similitudinem. Non enim principatus corporum qualitatibus, sed iudicio mentis rectè geruntur. Sanctorum enim virorum consiliis ciuitates rectè administrantur, & rectè domus. [d] Porrò autem animi fortitudo ipsa quoque reducitur ad diuinam similitudinem, vt quæ impatibilitate fruatur per tolerantiam, si cui audita adhuc resonant ea quæ narrantur de Anania & sociis, quorum vnus quoque fuit Daniel Propheta, diuino spiritu plenus. Babylonem habitabat Daniel, sicut Loth quidem Sodoma, Chaldæorum autem terram Abraham, qui paulò pòst fuit Dei amicus. In antrum feris plenum addixit Danielem rex Babyloniorum: ipsum autem eduxit illæsum Rex vniuersorum, qui est fidelis Dominus. Hanc possidebit tolerantiam is qui est cognoscendi potestate præditus, quatenus est eiusmodi. Si tentatur, benedicet vt generosi animi Iob: si deuoretur à ceto, vt Ionas, præcabitur, & fides eum restituet prædicentem Niniuitis: & si inclusus fuerit cum leonibus, feras mansuefaciet: & si in ignem fuerit iniectus, rore recreabitur, non igne consumetur. Noctu erit martyr & testis, interdiu martyr & testis, in sermone, & vita, moribus erit martyr & testis. Cum Domino cohabitans, eòque familiariter vtens, in spiritu permanet, mundus quidem carne, mundus autem corde, sanctificatus sermone. Mundus, inquit, ei crucifixus est, & ipse mundo. Is crucem Domini circumferens, sequitur Domini vestigia, tanquam Deus, effectus sanctus sanctorum. [e] Omnis ergo virtutis recordatio diuina, hominem maximè exercet ad continentiam, eum statuens fundamentum virtutum: atque adeo nos præerudit ad continentiam acquirendam, ex vsu animantium, in vescendo prohibens quæ sunt natura pinguia, quemadmodum genus suum, quod carnis habet plurimum.

[Left margin notes, beside the lines they annotate: [illegible Greek]. — Esa. 66. — [illegible Greek]. — 1. Cor 8. — Psal. 111. — [illegible Greek]. — [illegible Greek], erit martyr seu testis.]



Delicatis enim ac luxuriosis suppeditatur talis vsus. Dicitur itaque quidam Philosophus suis afferens etymologiam, qui ὗς dicitur, ὗν dixisse quasi θῦον, vt qui ad θύειν, hoc est ad sacrificandum & mactandum aptus esset solummodo. Datam enim esse huic animali ad nihil aliud animam, quàm vt carnes luxuriarent. Et similiter nostras cupiditates reprimens, prohibuit illis vesci piscibus, qui nec pinnas habent nec squamas. Carnium enim bonitate & pinguedine hi aliis piscibus antecellunt. Hinc existimo mysteria quoque non solùm prohibere aliqua tangere animalia; sed etiam eorum quæ sacrificantur eximere nonnullas vsus partes, propter eas quas Mystæ sciunt causas. Si est itaque venter continendus, & ea quæ sunt subter ventrem, clarum est quòd iam olim à Domino acceperimus per legem excindere cupiditatem. Id autem perfectè fiet, si cupiditatis fomitem, voluptatem inquam, non fictè damnauerimus. Dicunt eius hanc esse notionem, lenem & blandum motum cum aliquo sensu. [f] Ei seruientem Menelaum post Troiam captam dicunt, cùm impetu ferretur ad occidendam Helenam, vt quæ tot & tantorum fuisset causa malorum, id tamen non potuisse efficere, victum pulchritudine, per quam in mentem venit recordatio pristinæ voluptatis. Vnde ludificantes Tragici, cum probro ac dedecore in eum clamant;

Mamilla vbi visa est, reiecto gladio,
Adblandiens cani perditæ, osculum accipis. *Et rursus:*
Ergo hebetantur enses pulchritudine.

[g] Ego verò Antistheni assentior qui dicit: Ego Venerem si acciperem, iaculis confoderem, quòd nostras multas pulchras & bonas vxores corruperit: & naturæ vitium dicit Cupidinem, à quo cùm vincuntur miseri, morbum Deum appellant. Per hæc enim ostenditur esse imperitiores, propter ignorationem voluptatis, quæ non est admittenda, etsi dea dicatur, hoc est, etsi diuinitus data sit ad vsum liberorum procreationis. [h] Et Xenophon voluptatem apertè vitium dicens, inquit: O misera, quid verò tu bonum nosti, aut quod sit honestum consideras, quæ ne eorum quidem quæ sunt iucunda expectas cupiditatem? priusquam esurias quidem comedens: priusquam autem sitias, bibens: & iucundè quidem vescaris, obsoniorum conditores excogitans: vt autem suauiter bibas, sumptuosa vina comparas, & æstate circumcursans niuem quæris. Vt autem iucundè dormias, non solùm molles lectos, sed etiam quæ lectis supponantur fulcra paras. Vnde, vt dicebat Aristo, ad totum tetrachordon, voluptatem, inquam, & dolorem, metum & cupiditatem, exercitatione magna & pugna opus est:

Hi namque vel per interiora viscera
Vsque meant, hominúmque corda exagitant.

Eos enim qui magni & excelsi animi existimantur, voluptas facit cereos, ex sententia Platonis: quoniam vnaquæque voluptas, & vnusquisque dolor corpori affigit animam, eius qui non se separat ab animi perturbationibus, easque cruci affigit. [i] Qui perdiderit animam suam, inquit Dominus, seruabit eam: aut eam tradens, lubenter adeundo pro Domino pericula, aut eam perdens, ex ea quæ est ei cum hac vita consuetudine. Si enim soluere, abducere, & segregare (hoc enim crux significat) animam volueris ab ea quæ est in hac vita voluptate & delectatione, habebis eam, in ea quæ expectatur spe inuentam & acquiescentem. Hoc enim fuerit meditatio mortis, si solis iis quæ sunt secundum naturam contenta appetitionibus, quæ ea quæ sunt secundum naturam nihil excedunt, declinando ad id quod exsuperat, vel quod est præter naturam, in quo peccandi enascitur potestas, contenti esse velimus. [k] Oportet ergo nos Dei induere armaturam, ad hoc vt possimus resistere insidiis diaboli: quoniam arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed Dei potentia, ad de-

[Right margin notes, beside the lines they annotate: [illegible Greek]. — [illegible Greek]. — Matth. 10. — Ephes. 6. 2. Cor. 10.]

ſtructionem munitionum, cogitationes deſtruentes, & omnem altitudinem ſe exaltantem aduerſus Dei cognitionem, & captiuantes omnem intellectum ad obediendum fidei, vt diuinus Apoſtolus. Viro vtique opus eſt qui admirabiliter & inconfuſe iis rebus ſe vſurus, à quibus proficiſcuntur animi perturbationes, vtpote diuitiis & paupertate, gloria & ignominia, ſanitate & morbo, vita & morte, labore & voluptate. Vt ergo indifferenter vtamur differentibus, magna nobis opus eſt differentia, vt qui multa imbecillitate prauè affecti ſimus, & in mala educatione, & inſtitutione prius verſati cum ignorantia. [1] Simplex ergo ratio noſtræ philoſophiæ, dicit omnes animi perturbationes & vitia, & impreſſiones mollis & cedentis animæ, & veluti obſignationes poteſtatum ſpiritalium, aduerſus quas nobis eſt colluctatio. Maleficarum enim, vt puto, poteſtatum eſt opus, propriæ habitus aliquid conari, ſigillatim operari, vt nos qui eis abrenunciauimus, in certamine ſuperent, & ſuos afficiant. Eſt ergo iurè conſequens, vt aliqui quidem in lucta proſternantur. Quicunque autem certamen magis athleticè aggrediuntur, omni contentione decertant ad coronam vſque perueniunt: prædictæ autem poteſtates in multo ſudore & cruore victos deficiunt victores admirantes. Eorum enim quæ mouentur alia quidem ex appetitu mouentur & viſione ſicut animalia: alia autem per tranſlationem, ſicut inanimata: et inanimis autem plantas quoque dicunt moueri tranſeundo ad augmentum, ſi quis ei plantas inanimas conceſſerit. Et habitum quidem lapides, naturam verò plantæ & appetitionem & viſionem, & ea rurſus quæ prius dicta ſunt, bruta quoque participant. Discernendi autem poteſtas, quæ eſt propria humanæ animæ, non debet ſimiliter impedita esse animantia ratione carentia, ſed viſa quæ impellunt diſcernere, & non ab eis abduci. [2] Ita ergo de quibus diximus poteſtates, & pulchritudines & glorias, & adulteria & voluptates, & eiuſmodi ineſcantes viſiones, iis quæ facilè ſeduci poſſunt, animabus præbentes, quemadmodum qui pecora abigunt, eis frondes porrigunt. Deinde cùm eos aſſa circumuenerint, qui non poſſunt veram voluptatem à falſa diſcernere, fluxámque ac tabidam iniuriáque obnoxiam à ſancta pulchritudine, ducant redactos in ſeruitutem. Vnaquæque autem deceptio aſſiduè premens animam, in ea imprimit viſionem: & imprudens inſcribit quæque anima perturbationis ac vitij circumfert imaginem, cùm cauſa oriatur ex impreſſione & noſtra aſſenſione. [3] Baſilidis autem ſectatores vitia & animi perturbationes conſueuerunt vocare προσαρτήματα, id eſt, appendices: & ea eſſe quoſdam in eſſentia ſpiritus appenſos animæ ratione præditæ per quandam conturbationem & confuſionem principalem: & alias rurſus adulterinas ſpirituum & diuerſis generis naturas iis adnatas, vtpote lupi, ſimiæ, leonis, vrſi: quorum proprietates quæ viſione in anima apprehenduntur, animæ cupiditates animantibus dicunt aſſimilare. Quarum enim ferunt proprietatum, earum opera factáque imitantur. Et non ſolùm cum rationis expertium animantium appetitionibus & viſionibus coniunctionem & familiaritatem, ſed etiam plantarum amabiles motus & pulchritudines, propterea quòd plantarum quoque ferunt appenſas proprietates habent autem etiam habitus proprietates, vtpote duritiem Adamantis. Sed adnotandum eſt dogma quidem poſtea diſſeremus, quando de anima tractabimus: nunc autem hoc ſolum adnotandum eſt, quòd Durij equi, vt eſt in poëticis fabulis, imaginem ſeruat homicidij. Sententia Baſilidis, vt qui in vno corpore tot diuerſorum ſpirituum exercitum habeat inhabitantium. [4] Ipſe itaque filius Baſilidis Iſidorus, in libro de Adnata anima, cùm dogma attigiſſet, animaduertiſſet, ſcribit his verbis, veluti ſeipſum accuſans: Si enim alicui perſuaſerit vitia ac perturbationes animam vnius partis, vi autem appendicum fieri ea quæ ſunt deteriorum vitia ac perturbationes, non leuem prætextum habebunt homines ſcelerati, dicendi, Coactus ſum, abductus ſum, coactus feci, non volens operatus ſum: cùm ipſe dux fuerit malorum cupiditatis cùm



& cùm appendicum violentia non depugnarit. Oportet autem cùm parte ratiocinatiua ſuperiores, minorem quæ eſt in nobis creaturam videri ſuperare. Is enim duas quoque in nobis ponit animas, ſicut Pythagorei, de quibus poſtea conſiderabimus. Quinetiam Valentinus ſcribens ad aliquos, his verbis ſcribit de appendicibus: Eſt autem vnus bonum, cuius fiducia eſt ea quæ ſit per filium manifeſtatio, & per eum ſolum poteſt cor fieri mundum, ex corde extruſo omni maligno ſpiritu. Multi enim in eo habitantes, id mundum eſſe non ſinunt. Vnuſquiſque autem eorum propria efficit opera, ſæpe non conuenientibus inſultibus cupiditatibus. Atque mihi quidem videtur cor non eſſe abſimile diuerſorio: diuerſorium tuum perforatur & effoditur, & ſtercore ſæpe repletur, cùm homines ſe petulanter gerant, & locum nihil omnino curent, vt qui ſit alienus. Eodem modo cor quoque, cùm, quandiu eius nulla cura geritur, ſit immundum & multorum dæmonum habitaculum: ſi autem id inuiſerit qui ſolus eſt bonus pater, ſanctificatum eſt, & luce reſplendet: & ſit qui tali corde eſt præditus, beatus, quoniam Deum videbit. [5] Quænam eſt ergo causa, quòd non ab initio talis animæ cura geratur & prouidentia, dicant nobis. Aut enim indigna, & quodammodo tanquam ex pœnitentia accedit ad eam prouidentia, vel natura eſt, vt ipſe vult, ſeruans? & neceſſe eſt eam cùm ab initio eius cura geratur propter ſanationem, immundis ſpiritibus nullum dare aditum, niſi ei vis afferatur, & imbecilla reddatur. Si enim dederit, cùm ea pœnitentia ducta ſit, eligere quæ ſunt meliora: ille inuitus dicit, id quod decernit quæ eſt apud nos veritas, ex obediente mutatione, non autem ex natura, eſſe ſalutem. Quemadmodum enim exhalationes, quæ & è terra & ex lacunis ac paludibus oriuntur conſtantur in caliginem; & nymboſam vertiginem: ita etiam carnalium cupiditatum vapores malam animæ inurunt habitudinem, voluptatis ſpectra animæ repræſentantes, & ante eam effundentes. Intelligenti itaque luci tenebras offundunt, attrahente anima vapores qui oriuntur ex cupiditate & perpetuitate voluptatum condenſatæ vitiorum vertigines. Aurum è terra non tollitur gleba, ſed cocta percolatur: deinde cùm munda fuerit, aurum vocatur, vt quæ ſit terra mundata. Petite enim, & dabitur vobis, iis qui ex ſeipſis poſſunt ea quæ ſunt optima eligere, dicitur. [6] Quomodo autem non diaboli operationes, & ſpiritus immundos in peccatoris animam ſeminare dicamus, non mihi pluribus verbis opus eſt, ſi adduxero teſtem Barnabam Apoſtolicum (erat autem ex ſeptuaginta, & Pauli adiutor) his verbis ſic dicentem: Antequam nos Deo credereмus, erat noſtrum cordis habitaculum interitui obnoxium & imbecillum, verè templum manufactum: quia erat quidem plenum cultu idolorum, & erat domus dæmonum, quod faceret quæcunque Deo ſunt contraria. Operationes ergo dæmonibus conuenientes dicit peccatores efficere: non autem ait ipſos ſpiritus habitare in anima infideli. Et ideo ſubiungit: Attendite vt templum Domini glorioſe ædificetur. Diſcite vos accepiſſe remiſſionem peccatorum, & ſperaſſe in nomen. Efficiamur rurſus noui, creati ab initio. Non enim dæmones à nobis expelluntur, ſed peccata, inquit, remittuntur, quæ ſimiliter atque illi faciebamus priuſquam crederemus. Meritò ergo contrà oppoſuit ea quæ ſubiunguntur: Quare in noſtro habitaculo verè Deus inhabitat: in nobis eſt quodammodo Verbum eius fidei, vocatio eius promiſſionis, ſapientia iuſtificationum, mandata doctrinæ. [7] Scio me in quandam incidiſſe hæreſim: qui autem ei præerat, dicebat ſe per vſum voluptatis pugnare cum voluptate, per ſimulatam pugnam ad voluptatem profugiens præclarus hic gnoſticus. Se enim docebat etiam eſſe gnoſticum, id eſt, cognoſcendi poteſtate præditum: dicebat enim, non eſſe magnum abſtinere à voluptate qui eam non eſſet expertus, ſed eum qui in ea verſatus eſſet eam vincere. Vnde per eam dicebat ſe in ea exerceri. Seipſum autem miſer imprudens decipiebat arte voluptaria. In eandem ergo, vt patet, venit ſententiam Ariſtippus quoque

*Cyrenæus, in quam sophista qui se iactat tenere veritatem. Cùm itaque probro ei daretur, quòd cum meretrice Corinthia assiduè versaretur: Habeo, inquiebat, Laidem, sed ab ipsa non habeor. Tales autem sunt etiam qui dicunt se sequi Nicolaum, adducentes eius verba aliquid literarum monimentis mandatum, sed ab eis detortum, nempe oportere carne vti. Sed ille quidem vir præclarus significabat oportere voluptates arcere & cupiditates, & hac exercitatione marcidas flaccidasque reddere carnis appetitiones & insultus. Qui autem ab istar hircorum sunt profusi ad voluptatem, veluti corpus contumelia afficientes, suauiter fruuntur delectatione, nescientes quòd id quidem, cùm sit natura fluxum, sentum, squalidum, innosumque redditur: ipsorum autem infossa est anima in cœno vitij, vt qui decretum ipsum voluptatis, non autem Apostolici viri sequantur. Quid enim hi differunt à Sardanapalo cinæo vitam significat epigramma:*

ἀστεϊσμοῦ τινὸς ἕνεκεν βούτης.

πυῤῥιζόντες.

Hæc habeo quæ edi, quæque exsaturata libido
Hausit, at illa iacent multa & præclara relicta.

*Non est omnino necessaria affectio voluptatis, sed accessio quædam & assectatio vsus quibusdam naturalibus, fami, siti, frigori, matrimonio. Si itaque fieri posset vt absque esu biberetur, vel alimentum susciperetur, vel liberi procrearentur, non posset ostendi alius eius vsus. Neque enim operatio, neque affectio, sed neque aliqua pars nostri est voluptas. Sed vt ministerij & subsidij gratia in vitam accesit, quemadmodum dicunt accessisse fabrumenti concoquendi causa. Quæ est autem effrænata, & domus administrationem vi sibi sumpsit, primam generat cupiditatem, quæ est desiderium, & appetitus à ratione alienus, cum qui ipsi indulget. Ea Epicuro persuasit vt philosophi finem poneret voluptatem. Diuinam itaque rem is esse statuit, firmam ac stabilem bonam carnis constitutionem, & quòd ea ita se fortuna, spem fide dignam. Quid est enim aliud delitia, quàm libidinosa liguritio, & superuacanea redundantia eorum qui sunt dissoluti ad suauem sensum delectationis? significanter & emphatice scribit Diogenes in quadam tragœdia:*

ἀκρασία.

Effœminatis quis merè ac cinædicis,
Cor alligatum est & suauibus delitiis,
Qui laborare tantillum haud volunt.

*& quæ deinceps sequuntur, quæ turpiter quidem dicta sunt, sed pro meritis eorum qui sunt addicti voluptati.*

## COMMENTARIVS.

* PLATO *autem Philosophus finē ponēs beatitudinis.* Cum dixisset omnia esse sapientis, & sapientem esse regem, nunc dicit sapientem esse beatū, in hoc autē esse stum finem beatitudinis, quod Deo assimilatur, id quod est Deum sequi seu consectari. Nouum autem, esse Deo similem vt pote esse misericordem, sicut pater cælestis est misericors, & quæ sunt huiusmodi. Plato itaq; vel idem dicēs quod les Matthæi (magna enim & præclara ingenia sua sponte ferūtur ad veritatē) vel admonitus ab iis quæ legerat in scriptura (fuit enim semper discendi cupidus) dicebat beatitudinem esse Deo assimilationem. Sensu autem dicunt finem hominis, quod idem est quod beatitudo, esse viuere cōsequenter naturæ non dicentes naturam quæ pertinet ad plantas & ad semina, & ad arbores, & lapides, sed naturam vsurpātes pro Deo. Quæ autem subiungit, Viri mali legem nō intelligunt, &c. ea cùm nō inueniam, nec satis intelligo, non possum interpretari. Vbinam autem dicat Plato beatum Deo assimilari, non satis recordor. Ad hoc tem nō parum accedit quod scribit nono de repub. Aristonis filius iudicabat beatissimum eum qui est optimus & iustissimus, cum autem esse aptissimum ad regnandū & in se regnū obtinere. Nihil certe est in quo homo Deo magis assimiletur, quā in eo quod sit bonus & iustus, & cùm alios tum seipsum maxime regat. Deus enim est bonus & iustus & totius mundi rector & Dominus. * *Doctrinæ autē est propriæ genus amicitiæ.* Cùm hic agat Clemēs de virtute qua maxime conciliatur amicitia, de ea visum est & quid dicere. Triplicem ergo dicit esse amicitiam: Vnam, quæ est ex virtute, quæquidē consistit ex ratione, & ideo est potēs & valida. Nā quæ temere & sine iusta causa suscipitur amicitia, facile dissolvitur. Cœlius autem Rhodiginus dicit se accepisse ex Platonicorum Scholiis esse veram & solidā eorum amicitiam qui pari studio contendunt ad cultū animi capiendum, qui est virtus, qua Deus maxime colitur. Quod si duorum amicorum beneuolentiæ tertius accedat amator, nempe Deus, ea amicitia plane est indissolubilis: eam Pythagoreus Hipasius dicit esse, ex scietia Deorū. Nam quæ est ex virtute amici-

Rhodigin. lib. 20. lect. antiq.



tia, non cōciliatur absq; diuina inspiratione, & ea Philosophi dicitur amicitia. Altera vero est amicitia, quæ existit ex remunerātione, constat autem ex vtro citroque datis & acceptis beneficiis, & eam vocat Hipasius ex hominū suppeditatione, & proprie dicitur hominis, vt quæ apta sit ad vitæ humanæ societatē & cōmunionem. Tertia verò est ex consuetudine, quando conciliatur amicitia, ex eo quod homines simul versentur & vitam agant, cui si accedat concubitus, ea dicitur ex voluptate, & ea non est nec philosophi nec hominis amicitia, sed animalis. Porrò autem est obseruandū quod dicit Clemens, hominem benefacientem esse Dei imaginem, nihil est n. diuinius quam bene mereri de hominibus, nec mirum est considerandū, quod dicit non minus accipere eum qui dat quam qui accipit. Nam si nihil aliud, cum certe accipit perpetuo obligatū quem suo deuinxit beneficio. Quomodo autē inter se aduersantur dare & accipere, ea tamen simul sunt: ita etiam iustum esse, quod aliquam in se includit pœnam, & mitius quod pœnā remittit, cum inter se aduersentur, simul sunt. Qui enim castigatur, ideo castigatur vt melior fiat, castigatus melius se habeat, quod est misericordiæ. Porro autem qui sunt misericordes, ij quoq; sunt benefici. Benigni autem terrā habitāt, diligūtur enim ab iis qui simul habitāt, de quibus benemerētur, & cum quibus non nocent, à terra nō expellūtur, sed in ea remanent. Cōtra qui aliis malefaciūt vt qui sint inutiles, expellūtur è terra, neque sinūtur viuere. * *Atq; mihi videtur.* Quoniam locutus est de amicitia, ex autem est fidelium propria amicitia, qua ex facultatibus eleemosinę erogātur pauperibus, suo more miscens prophana cum sacris, citat Homerū qui duobus verbis videtur præuiuniare fidelem, nempe Christianū, debere eum dare amico. Christiani autem pauperes non solum reputāt pro amicis, sed etiam pro fratribus. Non solum autem elargiendū est amicis, sed etiam adiuuandi sunt inimici. Potens autem & firmū omnium beneuolentia: dissoluitur autem & imbecillum redditur inimicitijs. Quo fit vt etiam inimicitiæ veritē oporteat, qui eos volet iuuare. Vult autem Christus nos etiam inimicos diligere. Atque eundum quidē pauperibus prōptos & alacres oportere esse fideles, sed ita tamen vt inter eos seruetur æqualis, nec plus cogetur quam ferant facultates, nec ita vt alius quidam onere opprimatur, alius vero ea quæ nimio quidem sentiat. Porrò autem quoniam paulo ante dixit, hominem homini bene facientem esse Dei imaginem, nos admonet eam imaginem & similitudinē non esse de qualitatibus corporis intelligendā, sed eam significari ex mente & ratione, siue loquamur de beneficentiā, siue de principatu. Vtrunq; enim recte geritur & mente & ratione, sanctorūq; & sapientū consilijs rectè administrantur ciuitates & domus. * *Porro autem.* Non solū beneficentia & imperiū ac principatus reddit hominē Deo similē, sed etiā animi magnitudo & fortitudo. Nā vt deus est impatibilis, ita per patientiā ac tolerātiam fit in homine quodāmodo impatibilē. Quod verū esse ostendit exemplo puerorum, qui in lacum ignis mittēti eterunt illæsi, & Danielis qui in fornace ardēte ignis ab igne nullū accepit detrimentū, & Ionæ prophetæ qui à Ceto deuoratus & illæsus ab ea emissus Niniuitis prædicauit pœnitētiā. Qui est cognitionē potestate præditus, id est, qui firmā habet & stabilem Dei cognitionem, eum nulla deterrent tormentorum gratia tormenta, quominus de Deo vbiq; & semper certū & fidele ferat testimonium, & sit plane martyr, quod est testis. Qui est huiusmodi, is Dei perpetua fruens cōsuetudine & contemplatione semper permanet in spiritu, vt qui sit plane spiritualis. Nā cùm sit mūdus carne & cortice, vitetque omne obscœnū & immundum sermonē, quod vocat esse sermone sanctificatū, vix est ei vllū cum carne commercium. est. n. mundo crucifixus, & ipsi mūdus, id est & ipse nihili facit mundū, & mundus ipsum. Galat. 6
Quomodo enim magnificaret mundū qui carnē suam crucifixit cum vitiis & cōcupiscentiis: aut quomodo eā magnificaret mūdus qui mundū habet despicatui? * *Omnis ergo virtutis.* Nullius virtutis oblita est lex diuina, sed omnium virtutū fundamentū statuit continentiam, ad quā erudit, mystice iubens nō vesci carne suilla, quę est maxime pinguis: nec piscibus qui squamas & pinnas non habent, quorum carnes sunt omnium pinguissimæ. Carnes autem pingues maxime incitāt ad libidinem. Nam etiam homines calidi & humidi sunt maxime libidinosi, ad eam enim est sua sponte apta calida & humida tēperies quæ est pinguis. Est autem elegans Græca suis etymologia, quam ab hoc dicit, quasi ὑοῦ, quod sui ad non aptus quam ad sacrificandū & mactandū, non ad aliud. n. data est sui anima quā vt carnes luxuriosę quod non est dissimile ei quod dicitur, animā sui pro sale esse datā. Sed nec omnium animalium carnes edenda erant olim omnia. Nam & à sanguine, & ab adipe erat abstinendū, enims mystice causam vitandi licet apud Origenē. Cùm ergo & venter sit continēdus & quæ sunt sub ventre, id est nec vēri nec Veneri sit indulgendū, iam olim à Domino per legem didicimus reprimere cupiditates. Fasū autem fore nil voluptas. Si ergo eas velimus perfectè reprimere, damnāda est voluptas quæ nos ad eas incitat, sed verano hoc est damnā da, id est nō verbis solis, sed toto animo. Est autē voluptas, vt ipse definit, lenis & blandus motus cum aliquo sensu, quod idē est ac si dicas, blāda quædā & iucunda sensus titillatio, qua dulcedine cōprehenditur non animi, sed corporis voluptas. * *Et seruientem Menelaum.* Quod non sit Venerem amplectendū, ex hoc ostendit quod ea animū frangat & effeminet. Hoc probat exemplo Menelai, qui vbi post Troiam captam, Helenā quæ tot malorū fuerat causa statuisset occidere, & in eā magno ferre impetu, id non potuit efficere victus à Venere & Helenæ pulchritudine: pulchritudinis. n. tanta vis est, vt quantumuis acutæ obtudantur gladiorū acies. Sunt autē hi versus ex aliqua Tragœdia, quę nescio. Sodale extet. * *Ego vero. Antisthenes,* Et Veneris & Cupido Dea & Deus dicitur, quod à Deo dētur ad procreationem liberorū, propter quam Venus est admittenda tanquam necessaria, non propter iucundum illum voluptatis. Si certe tollatur procreatio liberorū tantū abest vt in Venere sit aliquid diuinitatis, vt ea sit potius naturæ morbus & vitium. * *Et Xenophon.* Hæc sunt verba virtutis apud Xenophontē vocantis ad cōtemptum inferiorum cibi, & Herculem quē alliciebat voluptas ab ipsa auocat. Insectatur autē quod etiam ante quam appeteret, vt quæ soleret appeti impleretur, vt quæ comederet antequam esuriret, biberet antequam sitiret, & cætera. Porrò autem Aristo Philosophus dicebat in homine esse Tetrachordum, quem sint quatuor chordæ, voluptas, inquam, & dolor, metus & cupiditas, quæ cum interiorem hominem valde exagitent, & ad cor vsque bellando penetrent, ad eas refutēdum magna exercitatione &

certamine opus est. Nihil est autē quod homines eneruet & effœminet quā voluptas, quæ sicut Plato in Phædone. animū affligit corpori. Nam vt dicit Plato in Phœdone, vnaquæque voluptas & dolor veluti clauum bens animā affigit corpori, & facit eam accedere ad formā corporis existimantē esse vera quæ corpus dixerit. Eos ergo qui sūt magni & excelsi animi voluptas reddit cereos, id est molles & effœminatos, qui non se abduxerint ab animi perturbationibus & non se cruci affixerint, id est desideria & cōcupiscentias

Matth. 16. Luce 9. Marci 8. Ioan. 12. morte non affecerint. ' *Qui perdiderit animam suam, inquit Dominus.* Iis quæ Plato dixit de voluptate iungit, ea quæ dicit Dominus in Euangelio. Qui voluerit animā suam saluam facere, perdet eam. Qui autē perdiderit animā suam propter me inueniet eam. Anima autem duobus modis dicitur tam bono duobus modis perdi. Vno quidē ingenio indulgetur, & corporis cura geritur vt vita præsens obtineatur, dicitur vita seruari. Altero autem, quando vitæ præsentis non alia cura geritur quam vt continuetur anima ad vitā æternā. Perdi quoque vno modo dicitur, quādo vita præsens per animæ excessum auertitur. Altero autē quando hanc vitā amissam sequitur mors secunda, quæ æterna & vere est & dicitur. Velle autem animā perdere is dicitur, qui pro Domino lubēter adit pericula, & pro ipso est paratus corporalem hanc vitam perdere, & qui se dedens contemplationi, se separat ab huius mundi cupiditatibus, spernitque huius vitæ voluptates & delitias. Is quidē videtur non viuere & ita cauere animā, sed eam habet in spe futuræ immortalitatis, & ipsam in ea inuenit. Hæc est autē plane Christiana philosophia, quæ est meditatio mortis. Mortem enim verē meditatur, qui, quoad eius fieri potest animā a corpore separans, iis solis contentus est appetitionibus quæ ad hanc transmittendā vitam sunt necessariæ, appetens solum quæ sunt secundum naturam & quæ modum non excedunt, fugiens autem quæ sunt præter naturam, & quæ modum exuperant. Peccatum autem est, si vel fiat quod est præter naturam, vel non seruetur modus. ' *Oportet ergo nos Dei iuuenes armaturam.* In meditatione mortis, quæ est Christiana philosophia multa nobis afferūt impedimēta, vtpote & animi perturbationes & diaboli insidiæ. Sed resistamus non carnalibus sed spiritualibus, id est Dei armis opus est, quæ possint destruere quicquid se extollit aduersus Dei cognitionem, omnem intellectum subigunt vt obediat fidei, adeo vt nobis tumuis acuta & subtilia Philosophorū argumenta fideles à Christo auocent, & qui ex professo Christiani erant inimici, eius amplectantur fidem, & ipsi sua sponte ei seruiant. ' *Simplex ergo ratio nostra est.* Dixit antea vexari homines ab animi motibus & perturbationibus: nunc autem dicit quomodo hæc. Nam cum anima sit mollis & facile cedat, ea facile suscipit malignorū spirituum impressiones & cogitationes, cum quibus colluctamur & depugnamus. Eorum enim est proprium munus & officium, quoniam eis in baptismo renunciamus, omni ope conetur vt in pugna nos superent & in suum potestatem redigāt. Suscepto autem certamine superantur aliqui ex nobis, alij vero qui strenue decernūt, & victoria potiuntur, & coronam accipiunt non sine aduersariorum maximo dolore & indignatione. Horum qui vicerunt admiratione. Hanc autē affert rationem, quod anima rationis particeps non tam facile cedit visis quæ immittuntur à malignis spiritibus, sed ea diiudicat, & discernit, nec eis abducitur, sed ea reiicit & repellit. Cætera enim præter eū cedunt iis à quibus mouentur & impelluntur. Animalia cedunt appetitioni & visioni seu phantasiæ. Inanima trāslationi, dum à loco transferuntur in locum, vt etiam plantæ, seu sint inanimatæ, seu animam habeant vegetatiuam, cedunt transitui ad augmentum. Habitui quoque cedunt lapides, id est firmæ & stabili eis innatæ proprietati. Bruta his quoq; omnibus cedunt motibus. Solus homo non omni cedit mortui, sed in consilium adhibens rationem, cum libet cedit & acquiescit, cum id ad quod impellitur, ei videtur bonum vtile & honestum. " *Hæc ergo homines diuersum potest facere, & pulchritudines & gloriæ.* Quomodo Abigei pecora abacturi, vt ea alliciant & abstrahant, frondes illis porrigūt: ita maligni spiritus videntes animas facile posse seduci, eas ad fallendum porrigētes inescantes visiones, & in eis imprimūt. Eæ vero cùm non possint vera à falsis discernere, à Dæmonibus abductæ rediguntur in seruitutē. Eius causa est duplex, nempe inescatio voluptatis & pulchritudinis & aliarum eiusmodi visionū, & nostra assentio. Quantumuis enim vilis tuis non assentiatur Dæmō, frustra laborat nisi nos assentiamur, non est enim peccatum absque nostro libero arbitrio. ' *Basilidis autem sectatores, vitia & animi perturbationes, consuecuerunt.* Aliam hic affert opinionem Basilidis de vitiis & animi perturbationibus, quod ea scilicet sint ἐπιφυόμενα, id est appendices, nempe quidam essentia spiritus appensi animæ rationis participi, & diuersi generis animalium naturæ, quorum proprietates assimilantur cupiditatibus animantium. Nec solum imitantur motus animalium, sed etiam motus & proprietates plantarum & habitus inanimatorum, vt exempli causa diuitiem adamantis. Homo ergo vt est sententia Basilidis, quicunque is sit, est similis equo Durio. Nam vt is intra se habebat multorum Græcorum exercitum, ita homo intra se habet multa vitia, & multos eosque diuersos animi motus & perturbationes, qui sunt maligni spiritus appensi animæ. De hoc autem dictum est, non est quod plura dicamus, cùm ipse Clemens sit de eo fusius tractaturus, dū ipse aget de anima. " *Ipse itaque filius Basilidis Isidorus, in libro de adnata anima.* Isidorus Basilidis filius cùm diligenter diligentius considerasset, animaduertit id nō cōsistere. Nā si anima non sit simplex, sed habeat quædam quarū vi fiūt vitia & perturbationes, ex hoc sequetur quod homo non sit liberi arbitrij, sed impulsus & coactus agat quæ agit, & homo sceleratus hūc sēper habebit prætextū quo se excuset de peccatis, quod ex fecerit adactus necessitate, cùm tamē ipse sit causa mali qui aduersus appēdices non strenue pugnauerit. Cū certe sit in nobis ratio pars potētissima, oportet nos ea superare minorem quæ est in nobis creatorem, animæ inquam partem rationis expertem iram scilicet & cupiditatem. Ita ergo patrem Basilidem reprehendit filius Isidorus. ' *Quinetiam Valentinus scribens ad aliquos.* Hic est Valentinus, de quo multa Irenæus & Epiphanius. Solet autem Clemens etiam ex hæreticis, quales fuerunt & Basilides & Valētinus, nonnulla citare quæ videntur non omnino reprobanda. Minus autem intelligimus quæ citat ex Valentino, quoniā non extat illius epistola. Nec possum diuinare, cur cum loquatur de animæ appendicibus de iis enim agebatur, dicat vnū esse bonum: puto autem eum intelligere Deum, per cuius



Libertum manifestatur quod à Christo manifestatur. Si enim de Deo certa non concipiatur fiducia, non erunt certa quæ reuelauit Christus. Per eum autem in nobis inhabitantem efficitur cor mundū, expulsis malignis spiritibus. Non potest autēm cor esse mundū in quo habitāt spiritalia nequitiæ, maligni, immundi spiritus. Hoc autem ideo dicit fieri, quod vnusquisque eorum malignorū spirituum suis propriis congruat muneribus. ' *Quænam est ergo causa, quod non ab initio talis animæ cura geratur.* Animæ tum demum cura geritur quando cor fuerit mūdum. Tum demum autem est cor mundū, quando extrusis malignis spiritibus ille vnus bonus Deus fuerit ingressus. Nunc autem quærit cur nō ab initio ea animæ cura geratur. Inducit autem respondentem vel Valentinum, vel basilidem, vel Isidorum eius filium, vel ex pœnitentia accedere illam animæ curam qua appellātur Dæmones, vel naturā esse quæ dat salutem. ' *Quoniam autem nos Diaboli operationes, & spiritus immundos.* Et Clemens & eius discipulus Origenes Barnabæ epistolā habent pro Catholica, ex qua citantur quæ hic leguntur, licet alij eam numerēt inter apocryphas. Significat autem Barnabas, nos priusquam crederemus fuisse habitaculum Dæmonum, postquam autem credidimus esse templum Dei, in quo expulsis Dæmonibus habitat Spiritus sanctus: non expellitur autem Dæmones, sed peccata quæ sunt Dæmonis operationes, & ita efficimur noui, & veluti renati ab initio, quod idem est quod spirituali lauacro regenerati. ' *Scio me ex quādam incidisse hæresim qui eum non ferrat.* De Nicolao à quo sed immerito denominata fuit secta Nicolaitarum sic scribit Theodoretus agens de Nicolaitis. Clemens dicit Nicolaū fuisse ex eorū numero, qui propter temperantiam fuerint insignes fuere, & liberos suos supernaturalem docuisse castitatem, & filium suum quidem cœlibem remansisse, filias verò virgines. Ex quibus pulchrè connincuntur eos falso ex illius appellatione hæreticos impiuisse, qui ante dictam intemperantiam exercent. Aduersus eos scripsit & Clemens, & Irenæus, Origenes, & Hippolytus Episcopus & martyr. De Sardanapali vita & morte vide apud Iustinū Historiæ lib. 36. Huic in busto hæc verba incidi iussisse, scribit Cicero; Hæc habeo quæ edi, &c. Quid aliud, inquit Aristoteles, in bouis, non in regis sepulchro inscriberes? Hæc habere se mortuum dicit, quæ ne viuens quidem diutius habebat quam cum fruebatur: tritum est illud Aristippi, qui cùm Laidis meretricis Corinthiæ vteretur consuetudine, idque ei daretur probro, respondērit habere se Laidem, non ab ea haberi. ' *Non est omnino necessaria affectus voluptatis, sed acceptio quædam.* Voluptas ex se non est necessaria, sed accidit tantum veluti quoddam ministerium seruiens vsibus naturalibus. Accedit fami, dum corpus tenuatum reficitur. Accedit siti, dum frigidi & humidi defectus reparatur. Accedit frigori, dum calor repellitur. Accedit matrimonio, dum in liberorum procreatione semen excernitur. Quæ tamen sub tecto ministerio alienam tanquam suam vsurpant domus administrationem, ea generat cupiditatem quæ rationi minime est consentanea. Eam statuit Epicurus esse summum bonum, & in ea dicit esse positum hominis fœlicitatem, maxime autem firmam & stabilem, & quæ talis semper esse speratur animi cōstitutionem. Quam autem dicit Diogenes Tragœdiam, ea nescio an vsquā exter. Quòd autem vera Cinædicis, Græcè est Διακονοφόρος, quodquidem vocabulum non memini me alibi legere. Quod autem significet, vel Cinædicum, vel aliquid eiusmodi, conijcio ex eo quod sequitur: Quæ turpiter quidem acta sunt, sed pro meritis eorum qui sunt dediti voluptati.

Origen. de princip. li. 4. Niceph. Call. lib. 3. cap. 3.

Theod. hæret. fab. lib. 1. de Nicolaitis.

Tusculan. quæst. lib. 5.

' DIVINE *itaque mihi videtur lex voluisse vt metus impenderet necessariò, vt cautione & attentione hoc sibi pararet & conseruaret philosophus, vt esset minimè sollicitus, à lapsu alienus, & peccato non affinis, in omnibus permanens. Pax enim & libertas non aliter accidit, quam per perpetuam & indefatigabilem aduersus animi nostri motus repugnantiam. Sunt enim hi aduersarij crassi & Olympici, & vespis, vt vno verbo dicam, crassiores: & maxime voluptas, quæ non solum interdiu, sed etiam noctu in ipsis insomniis, nos cum præstigijs inescando, insidiatur & mordet.* ' *Quomodo ergo possunt adhuc Græci iure legem incutere, cum ipsi quoque voluptatem doceant seruire metui? Socrates itaque iubet ea cauere quæ persuadent vt non esurientes comedant, & bibant non sitientes: & pulchros aspectus & fucata, vt quæ scorpius & araneus grauius venenum naturaliter emittunt. Antisthenes autem inquit potius insanire, quàm voluptate affici. Et Crates Thebanus:*

X.

Hæc vincas rectis exultans motibus, atque
Te haud auri addicens, cupidis nec amoribus vnquam
Seruam: nec mercatores sint amplius vlli.

Ita totum colligit veluti in epilogum:

Mancipat at quem non turpis tangítque voluptas,
Regnum immortale, & libertas huic quoque amatur.

*Hic autem alibi rectè admodum scribit, rerum venerearum effrænati desiderij cataplasma esse famem: sin minus, laqueum. Zenonis autem Stoici quænam esset doctrina, testantur Comici, licet ei detrahentes, hoc modo:*

Vir philosophatur Zeno iste philosophiam

Vanam: docet nam esuriem discipulos.
Panis sit vnus, caricáque, & potus aquæ.

*Hi omnes vtique non erubescunt apertè confiteri eam quæ ex cautione accipitur voluptatem. Quæ est autem vera, & non expers rationis sapientia, non solis verbis confidens & dicens, sed tegumentis inuulnerabilibus & mysteriis efficacibus, & in diuinis præceptis meditans & se exercens, vim diuinam per diuinam quæ ex ea inspiratur partem, à verbo seu ratione accipit.* [c] *Iam verò Poëtici quoque Iouis describunt Ægidem:*

Terribilem, vndique quæ circum redimita timore est.
Lis quoque inest, & vis vrgens, & frigidus horror,
Gorgonéumque caput, monstrum olim quod fuit ingens,
Terribile, horrendum, ostentum Iouis ægiferentis.

[d] *Iis autem, qui quod est salutare rectè possunt perspicere, nescio an quid videbitur amabilius honestate ac grauitate legis, & eius filia cautione ac religione. Verumenimuero quando aliquid nimis intensum, & quod iustum tonum excedat, dicetur canere, sicut etiam Dominus aliquos, ne aliqui ex iis qui eum æmulantur ac sequuntur, aliquid canant quod à tono sit remotum, quæ cantu discrepet: sic audio, non vt quod sit nimis intensum, & quod iustum tonum excedat, sed quod sit eiusmodi iis qui diuinum iugum nolunt tollere. Iis enim qui sunt remissi & imbecilli, id quod est moderatum, videtur nimis intensum, & tonum excedere: & id quod est æquum, videtur esse summum ius: quoscunque enim propterea quod peccati amore teneor, subit indulgentia, vt veritatem existimant esse molestiam, & seueritatem æquitatem: & eum qui non simul peccat & vnà deorsum trahitur, immisericordem. Rectè ergo sic scribit in Plutone tragœdia:*

Venturus ad quem Dæmonem tu sis rogas?
Qui haud nouit æquum, sed neque vllam gratiam:
Solummodo ast ei placet iustitia.

*Etsi enim nondum potestis facere quæ à lege imperantur, attamen considerantes esse nobis pulcherrima exempla proposita libertatis, amorem in ipsa nutrire & augere possumus, & ea cautione promptiori & alacriori animo uiuabimur, alia quidem prouocates, alia vero imitantes, & alia reuerentes. Neque enim veteres illos qui ex lege vixerunt,*

Annosa aut quercus genuit præruptáve petra,

*Sed eo quòd scincerè ac germanè vellent philosophari, totos seipsos Deo obtulerunt, & ipsi dei rationem relati sunt.* [e] *Pulchrè de Indis dicebat Zeno, se vnum malle videre Indum quam torreatur, quàm omnes de laboris perpessione discere probationes. Nobis autem sunt quotidie redundantes Martyrum fontes, qui nostris spectantibus oculis, torrentur, torquentur & capite truncantur. Eos omnes legis metus, qui veluti pædagogus ad Christum deduxit, exercuit, vt pietatem vel per sanguinem ostenderent. Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos diiudicat. Quosnam? Eos qui sunt voluptate superiores, eos qui vincunt animi motus & perturbationes, qui sciunt vnumquodque eorum quæ faciunt, eos qui sunt Gnostici, id est ad cognoscendi potestate præditi, qui mundo sunt maiores. Et rursus: Ego dixi, Dij estis, & filij Excelsi omnes. Quibusnam dicit Dominus? Iis qui, quoad eius fieri potest, mortalia omnia repudiant. Et dicit Apostolus: Vos autem non estis amplius in carne, sed in spiritu. Et rursus dicit: In carne cùm simus, non secundum carnem militamus. Caro enim & sanguis regnum Dei non possunt possidere, neque corruptio possidet incorruptionem. Ecce tanquam homines moriemini, nos arguens, dicit spiritus.*

Rom. 8.

COMMEN-



COMMENTARIVS.

[a] DIVINA itaque mihi videtur. Nihil frequentius docetur in lege, id est, in veteri testamento, quam & eruditum esse initiũ sapientiæ, & sine timore neminem posse iustificari. Nam cui impendet timor Domini, is perpetuo cauens nec peccet, nõ labitur nec peccat, & ita nõ angitur nec nimia conficitur cura & solicitudine. Nõ est autem cura & solicitudo vbi est pax & libertas. Perpetuo autem superabit pax & libertas, si assidue & fortiter depugnemus aduersus animi nostri motus & perturbationes: sunt autẽ hi aduersarij crassi. Alludit autẽ ad Athleticam, quam dicit Hypocrates, valetudinem, quæ cùm non possit simpliciter præstari, necesse est vt decrescat. Tales Athletæ Olympici, qui, vt aduersarios vincerẽt, se opiparis ciborum apparatibus præparabant, & ad summũ vsq; virium habitũ exercebant, quarum maiorem habebant curam quàm sanitatis. Freti autẽ viribus accerrimi erant in aduersarios. Tales autẽ sunt in nos nostri animi motus, maxime autẽ voluptas, quæ non solum interdiu, sed etiam noctu nobis parat insidias, & nos perpetua afficit illecebra, blando quodã sensu nos titillans & inescans, & rationis & intelligẽtiæ oculos nobis præstringens. [b] *Quomodo ergo possunt adhuc Græci.* Non solũ à lege, id est à sacris literis, sed etiam ab ipsis Græcis laudatur metus, cui etiam dicunt ipsam seruire voluptatem, non esse ergo cur ipsi legem vituperent, & ei obtrectent. Quod autẽ ita sit, probat adductis multorum Græcorum testimoniis. Quod autem dicit de Socrate, id accepit ex Xenophõte, De monimentis dictorũ & factorum Socratis, quod ipsum alibi quoque de eo citatum, Cratetis verò Thebani à Laertio citantur aliquot versus, sed horum non meminit. Quos autẽ eos aliqua ex parte esse Græcè corruptos, sed cùm & vnum solum sit exemplar Clementis, non potest alibi, quod sciam inueniantur, non video quomodo possint emendari ac restitui. Horũ autem versuum sensum ita in summam contrahit, vt significent eos qui voluptati non seruiunt, regnum immortale, quod regnum cælorum interpretor, & libertatem diligere. Porrò autem inter Antisthenis apophthegmata hoc recensẽt Laertius, Potius insanam quàm fruar voluptate. Quod autem dicit de Cratete alia versibus comprehenditur à Laertio.

Ἐγὼν πάσῃ ἡδονῇ εἰ μὴ χαίρω.

Laert. in vita Antisthenis.

Laert. in vita Cratetis.

Sed mortem sedat fames, sitis minus, tempus: sed si his vti non possis, laqueus. Porrò autem Zenonis in cultu frugalitatẽ irridentes Comici, eo ipso eum magna laude afficiebant. Ita frugalitatem & à cibis abstinentiã verbis laudabant Græci Philosophi: Verbi autem Philosophia (eam enim veluti quadam periphrasi describit Clemens) non solis laudat verbis, sed etiã quibusdam allegoricis & mysticis symbolis. [c] *Non verbo Poetici.* Dixerat verbi Philosophiam, non solis vti verbis in laudanda abstinentia & timore, sed etiam mythicis symbolis, nunc autẽ dicit etiam hoc ipsum fieri apud Græcos, qui poetici Iouis describẽtes scutũ quod vocant Ægidem, sub eo aliquid mysticum & symbolicum significant. Dictum est autem Iouis scutũ Ægis ἀπὸ τῆς αἰγὸς, id est à capra quæ ipsum aluit, eius autem mortuæ pelle scutũ suum operuit, atque ob easdem memoriam Ægiocum appellauit. Quæ sit autem huius Ægidis mythologia, vide apud Eustathium in 2. Iliadis. [d] *Iis autem qui quod est salutare rectè possunt perspicere.* Legis quidem honestate & grauitate, & quæ ex ea oritur cautione & religione, nihil est amabilius, sicut etiã iugo Domini nihil est suauius, & leuius, sed sæpe contingit, vt quæ sunt hominum vitia ea & legi tribuantur & iugo Domini, ab iis qui nec legẽ volunt obseruare, nec ferre iugũ Domini. Hinc est quod legis arguunt æuitiam, & summũ ius summam dicunt iniuriam, & eam reprehendunt quod non ostendat eam quam par sit consonantiam, cũ tamen in ea sit nihil nimis intensum, nec nimis remissum. Ita enim loquitur Clemens per allegoriam. [e] *Pulchrè de Indis dicebat Zeno.* Lex plurimis videtur dura & aspera, quod qui ei parent ea faciunt quæ ærumnosa existimant ne fieri quidem posse. Legis enim metus reddit paupertatem, exilium, tormenta, & mortem; sunt perpessu difficilia, leuia & facilia, adeò vt ne mortem quidem pertimescant. Tales fuerũt in veteri lege Machabæi, qui nullis tormentis, atq; adeò ne propositã quidem morte à Tyrãno deterreri potuerunt, quominus seruarent quæ Deus eis lege præceperat. Tales etiam fuerũt innumerabiles Christi Martyres, qui & pro Christo sanguinẽ fudérunt, & nullã nõ vel sæuissimã lubenter subierunt supplicij & voluptatib⁹ & omnibus animi motibus sunt superiores, & ipsi mũdo maiores, vt qui omnia mundana repudient. Eos Deus in medio Angelorum & sanctorum suorum Dei filios pronunciat.

[a] OPORTET *ergo nos exercere ad ea cauenda quæ sunt obnoxia vitiis, fugiendo, vt qui verè sunt Philosophi, eos cibos qui incitant ad libidinem, & eam quæ est in cubili & lectum remissionem & delectationem: & agendo, vt ea quidem quæ in voluptate extrema fruendique delitijs accidunt sint aliis magnum præmium, nobis autem non itidem. Est enim donum Dei maximum temperantia. Ipse enim dixit, Non te dimitto nec te deseram, quo, vt qui te dignum iudicauerim propter veram ac germanam electionem. Sic ergo tu pie ac cautè accedere conantes, excipiet benignum ac suaue iugum Domini, à fide in fidem, vno auriga, per profectum, vnumquemque nostrum agente ad salutem, vt accedat ad quem par est, fructus beatitudinis. Est autem exercitatio, ex sententia Coi Hippocratis, non solum corporis, sed etiam animæ sanitas, impigra laborum susceptio, & non nimia nutrimenti exsatu atio. Epicurus autem, in non esuriendo, nec sitiendo, nec frigendo, posuit beatitudinem, vocem illam Deo parem exclamauit, impiè dicens, se probis vel cum Ioue*

X 1.

patre esse pugnaturum, tanquam porcorum stercoribus vescentium, & non ratione præditorum & Philosophorum, beatam decernens victoriam. Ex iis enim qui voluptatem persequerentur, constat esse Cyrenaicos & Epicurum. Eos enim apertè dicere, finem esse iucunde viuere. Perfectum autem bonum, solam esse voluptatem. Epicurus autem doloris quoque amotionem dicit esse voluptatem: eligendum autem & expetendum esse dicit, id quod primùm à seipso trahit ad seipsum, quod videlicet est omnino in motu. Dinomachus autem & Callipho dixerunt esse finem, quicquid in se est facere gratia consequendæ & fruendæ voluptatis. Et Hieronymus Peripateticus, finem quidem esse viuere sine molestia & perturbatione: extremum autem, seu ad extremum spectans bonum, esse fœlicitatem. Et Diodorus, qui similiter fuit ex eadem hæresi, finem esse pronunciat, citra vllam molestiam & honestè viuere. Atque Epicurus quidem & Cyrenaici, id quod est primum naturæ proprium & conueniens, dicunt esse voluptatem. Voluptatis enim causa accedens, inquiunt, virtus, peperit voluptatem. Ex Calliphontis autem sententia, voluptatis quidem causa adsit virtus, procedente autem tempore cùm suam vidisset pulchritudinem, effecit ut principio, hoc est, voluptati, esset honore æqualis. Aristotelei autem finem esse tradunt, ex virtute viuere. Sed nec fœlicitatem nec finem adesse cuilibet qui habeat virtutem. Saturnum enim qui vexatur, & in varios casus præter voluntatem incidit, & ideo vult liberè è vita effugere, nec esse beatum nec fœlicem. Virtuti autem tempore quoque aliquo opus est: non enim accedit vno die, quæ in perfecto consistit: quandoquidem non est vnquam, vt aiunt, puer beatus, perfectum autem tempus fuerit vita hominis: compleri itaque beatitudinem ex triplici genere bonorum. Neque ergo pauper, nec inglorius, sed nec valetudinarius, nec si quis fuerit seruus, est beatus ex eorum sententia. Rursus autem Zeno quidem Stoicus finem esse putat ex virtute viuere. Cleanthes autem naturæ conuenienter vitam, in bene ratiocinando: quod in iis quæ sunt secundum naturam eligendi situm esse sunt. Et Antipater eius familiaris, in iis quidem quæ sunt secundù naturam assidue & absque vlla prolapsione deligendis, iis autem quæ sunt præter naturam reijciendis, positum esse existimat. Et rursus Archidemus sic finem esse exponebat, in iis quæ sunt secundum naturam maxima & præcipua deligendis, non posse transilire. Præter hos autem Panætius, viuere conuenienter appetitionibus quæ datæ sunt nobis à natura. Postremò autem Posidonius, viuere contemplando vniuersorum veritatem & ordinem, & se, quoad eius fieri potest, ita instituere, vt nulla in re ducatur à parte animæ quæ caret ratione. Quidam autem ex recentioribus Stoicis, finem esse tradiderunt, viuere consequenter constitutioni hominis. Quid tibi Aristonem recenseam? is finem dicebat esse ἀδιαφορίαν, id est, indifferentiam: indifferens autem planè relinquit indifferens: aut ea quæ ab Herillo dicuntur in medium adducam? Ex scientia viuere ponit Herillus finem. Ex academia autem recentiores volunt nonnulli finem tradere, firmam ac stabilem à visis abstinentiam. Quinetiam Lycon Peripateticus veram animæ lætitiam dicebat esse finem, quemadmodum Leucippus ea quæ ex honestis proficiscitur. Critolaus autem qui ipse quoque fuit Peripateticus, dicebat esse perfectionem vitæ rectæ fluentis secundum naturam, quæ completur ex tribus generibus, à maioribus per manus traditam significans perfectionem. Neque verò nobis hiscentis quiescendum est, sed quàm maximè contendendum, ea quoque quæ à Physicis de rebus propositis decernuntur adducere. Anaxagoram enim Clazomenium aiunt dixisse contemplationem esse vitæ finem, & quæ ex ea procedit libertatem. Heraclitum autem Epicureum ἀταραξίαν. Pythagoram autem refert Heraclides Ponticus, scientiam perfectionem animæ virtutum tradidisse esse beatitudinem. Quinetiam Abderitani docent esse finem. Democritus quidem in libro de Fine, animi tranquillitatem, quam etiam appellat εὐεστῶ & sæpe

ἀφ' ἑαυτοῦ ὁρμᾶσθαι.



exclamat, Delectatio & eius priuatio sunt eorum terminus qui ad ipsum florem peruenerunt. Hecatæus autem sufficientiam. Quinetiam Apollodorus Cyzicenus animi delectationem, quemadmodum Nansiphanes admirationem vel obstupefactionem. Eum enim dicit à Democrito vocari ἀθαμβίαν. Præter hos autem Diotimus absolutam omnium bonorum perfectionem, quam dicit appellari εὐεστῶ, finem pronunciant. Rursus Antisthenes quidem fastus vacuitatem. Qui autem vocantur Annicerei ex successione Cyrenaica, nullum totius vitæ finem terminatum statuerunt: vnuscuiusque autem actionis proprium esse finem, nempe eam quæ ex actione efficitur voluptatem. Hi Cyrenaici, Epicuri voluptatis terminum, hoc est, doloris ablationem, infirmant & abrogant, non constitutionem mortui appellantes: non solùm enim nos gaudio affici propter voluptatem, sed etiam propter consuetudines & honores. Epicurus autem existimat omnem effectionem ex carne primò affecta. Metrodorus autem in opere quod inscribitur, Maiorem esse causam ad felicitatem eam quæ est ex nobis, quam eam quæ ex rebus oritur, Animal ait, bonum quid est aliud, quam firma, stabilis ac bona carnis constitutio, & spes huius quòd ea sic futura sit? At verò Plato Philosophus finem dicit esse duplicem. Vnum quidem, id quod est participabile & primum in ipsis formis, quod quidem nominat bonum. Alterum autem id quod est illius particeps, & quæ ab eo proficiscitur accipit similitudinem, quod quidem est in hominibus qui virtutem & veram philosophiam sibi vendicant. Quare Cleanthes quoque in secundo de voluptate, dicit Socratem vbique docere, eundem esse virum iustum & beatum: & eum execrari qui primus diuisit iustum ab vtili, vt qui rem fecerit impiam. Reuera enim sunt impij, qui vtile à iusto quod est inde separant. Ipse autem Plato dicit beatitudinem, quæ est εὐδαιμονία, esse, bene habere Dæmonem. Dici autem Dæmonem, principalem animæ nostræ partem. Beatitudinem autem, esse perfectissimum bonum & plenissimum. Aliquando autem vocat vitam sibi consentaneam & conuenientem, & nonnunquam id quod est ex virtute perfectissimum. Id eadem ponit in scientia boni, & in ea quæ est cum Deo similitudine: similitudinem pronuncians esse iustum & sanctum cum prudentia. An non sic quidam ex nostris, ad imaginem statim quidem in ortu accepisse hominem, ad similitudinem autem per perfectionem postea esse accepturum, intelligunt? Iam verò docens Plato hanc similitudinem non bono esse futuram cum humilitate, illud vtique interpretatur. Omnis qui seipsum humiliat, exaltabitur. Dicit itaque in Legibus: Deus quidem certè, vt vetus est oratio, tenens principium & finem & medium vniuersorum, rectà pergit secundum naturam circumeundo. Eum autem semper consequitur iustitia, vltrix eorum qui à lege diuina deficiunt. Videas quo modo ipse quoque legi diuinæ inducit religionem. Subiungit itaque: Cui qui beatus quidem est futurus, adhærens, sequitur humilis & moderatus. Deinde cùm his ea quæ non consequentia coniunxisset, & timore adhibito admonuisset, subiungit: Quoniam est vno actio Deo amica & consentiens? Vna, & quæ vnum quidem verbum habet vetus, nempe quod simili quidem quod est moderatum, simile fuerit amicum: quæ sunt autem immoderata, neque sibi inuicem, neque moderatis nostrer temperans, neque Deo amicus, est enim similis: qui non est autem temperans, dissimilis & diuersus. Hoc autem vetus decretum esse dicens, eam quæ à lege ad ipsum peruenit, doctrinam tacitè significat. Et in Theæteto, cùm mala circa mortalem naturam & hunc locum necessariò circumcursare dedisset, subiungit: Quare oportet tentare hinc illuc fugere quam celerrimè. Fuga autem est, Deo quoad eius fieri potest, assimilatio: assimilatio autem, iustum & sanctum fieri cum prudentia. Et Speusippus Platonis ex sorore filius, dicit beatitudinem esse perfectum habitum in iis quæ sunt secundum naturam: aut habitum bonorum, quam con-

Lut. 14. & 18.

*stitutionem omnes quidem homines appetere: coniectare autem bonos molestia & turbationis vacuitatem, fuerint autem virtutes effectrices felicitatis. Xenocrates veró Chalcedonensis definit beatitudinem, propriæ virtutis possessionem, & eius quæ ex insitæ facultatis: deinde vt in quo quidem sit, videtur dicere animam: vt autem à quibus, tantes: vt autem ex quibus tanquam partibus, bonas actiones & honestos habitus, & actiones & motus, & habitudines: vtpote quòd non sine his sint ea quæ sunt corporis & externa. Xenocratis autem familiaris Polemon, videtur velle beatitudinem esse sufficientiam omnium bonorum, vel plurimorum & maximorum. Decernit itaque sine virtute quidem non futuram vnquam beatitudinem, absque bonis autem corporis & externis, veritatem esse sufficientem ad beatitudinem. Et hæc quidem sic habeant. Quæ autem dicuntur aduersus ea quæ dicta sunt, dicentur suo tempore.* [b] *Nobis est propositum peruenire ad finem maximè finiendum, mandata, hoc est Deum, sequentibus, & ex eis, sine reprehensione & scientia, per diuinæ voluntatis cognitionem viuentibus. Rectè autem rationi seu verbo, quo similis fieri potest, assimilatio, est finis, & in perfectam adoptionem per filium est restitutio, Patrem semper glorificans per magnum Pontificem, qui nos fratres & cohæredes dignatur est appellare. Et Apostolus quidem breuiter finem describens in epistola ad Romanos, dicit*

Rom. 6. *Nunc autem liberati à peccatis, Deo autem seruientes, habetis fructum vestrum in sanctificationem: finem autem, vitam æternam.* [c] *Cùm autem spem nouisset duplicem, vnam quidem quæ expectatur, alteram verò quæ est accepta, iam finem docet fidei restitutionem.*

Rom. 5. *Patientia enim, inquit, probationem: probatio verò spem: spes autem non confundit: quoniam charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Propter quam charitatem est etiam in spem restitutio, quam requiem dicit adeo multis*

Ezech. 18. *esse repositam.* [d] *Similia etiam inuenietis apud Ezechielem, quæ sic habent: Animaquæ ipsa morietur. &: Vir qui fuerit iustus, & fecerit iudicium & iustitiam, supra montes non comederit, & suos oculos non sustulerit ad idola domus Israel, & vxorem proximi sui non polluerit, & ad vxorem in tempore immunditiei suæ non accesserit (non vult enim semen hominis probro ac viuuperio affici) & virum, inquit, non malè affecerit, pignus*

πλεονεκτῶν *debitoris reddiderit, raptum non rapuerit: panem suum dederit esurienti, & plura huiusmodi cupiditatem non sumpserit, ab iniquitate auerterit manum suam, verum fecerit iudicium inter virum & proximum, in iustificationibus meis ambulauerit, & iustificationes meas custodierit, & ad faciendam veritatem fuerit iustus, vita viuet, dicit Adonai Dominus.*

Esa. 55. *Et Esaias, eum quidem qui credidit, ad vitæ honestatem: eum autem qui est conuersus potestate præditus, ad scientiam adhortans, ostendens non esse eandem hominis & Dei virtutem, sic inquit: Et in inueniendo ipsum inuocate. Quando autem vobis appropinquauerit, relinquat impius vias suas, & conuertatur ad Dominum, & misericordiam eius consequetur, vsque ad, Cogitata vestra à cogitatione mea. Nos ergo ex præclari Apostoli sententia, ex fide spem iustitiæ expectamus. In Christo enim neque circumcisio aliquid valet,*

Hebr. 6. *neque præputium, sed fides quæ per dilectionem operatur. Cupimus autem vnumquemque vestrum eandem ostendere solicitudinem ad expletionem spei, vsque ad illud, secundum ordinem Melchisedec factus Pontifex in æternum. Paulo quoque similia dicit Sapientia, quæ est omni virtute plena. Qui me audiet, habitabit in spe confidens. Spes enim restitutio, spes dicta est æquiuocè: propterea huic dictioni, Habitabit, pulcherrimè adiecit Confidens: ostendens eum qui est huiusmodi, requieuisse, recepta ea spe quam spes habet.*

Cap. 11. *Quare etiam subiungit: Et quiescet secure ab omni malo. Apertè autem dicit Apostolus in priori ad Corinthios: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi: vt illud efficiatur*

1 Cor. 11. *Si vos mei, ego autem Christi, vos ergo estis Christi imitatores, Christus verò Dei. Do ergo assi-*



*milari, vt quoad eius fieri potest, fiat quis iustus & sanctus cum prudentia, statuit finem fidei: finem autem eam quæ fit propter fidem promissi restitutionem. Ex his ergo sententiis eorum qui de fine decreuerunt, quos prius diximus, scaturiunt. Sed de his quidem satis est.* Finis Christiano hominis quis.

## COMMENTARIVS.

[a] OPORTET *etiam nos exercere.* Sunt quidem leuia & facilia quæ lex præcipit, etsi aspera videantur & difficilia, si modo ad vitanda vitia, & fugiendas voluptates nos exerceamus. Cauendi sunt ergo cibi qui incitant ad libidinem, cauenda est etiam nimia in cubili quies, remissio, & delectatio. Magnũ præmium se consequi existimant, qui fruuntur voluptatibus: viri autem boni & pij se exercent vt ab illis abstineant, & sint temperantes: est autem temperantia maximũ Dei donum. Duplex autem est exercitatio, nempe corporis & animi. Et corporis quidẽ exercitatio cõfert ad sanitatem corporis, animi verò exercitatio ad sanctitatẽ, id est ad pietatem & virtutem. Se autem exercent qui & labores suscipiunt, & cibis non delectantes viuunt frugaliter. Ita se exercentibus imponetur ac suaue Christi iugum, & vnus Auriga, Christus, à fide in fidem proficiscentes, à veteri, inquam, lege quæ venturũ credebat Christum, ad Christũ qui credit iam venisse, deducit ad salutem, vt inde percipiatur fructus beatitudinis. Qui se exercent, vocantur ἀσκηταί, id est exercitatores, cuiusmodi erant veteres Monachi qui se exercebãt in rigiliis, & in vita duriter & aspere agenda. Nõ ita autem Epicurus qui summã ducebat beatitudinẽ esurire, nec sitire, nec frigere, sed lætũ viuere & voluptate frui. In qua sententia erat etiam Aristippus Cyrenaicus, & eius assecłæ qui dicti sunt ab eius patria Cyrenaici. Hac accepta occasione reprehendit philosophorũ de Fine, id est de summo bono & fœlicitate opiniones, quas omnes velle explicare, & ne contra eas dicuntur adducere, esset immensi operis, maximè cùm ipse dicat se dicturũ esse suo tempore. Tamen dicemus Diuum Augustinum ita statuere. Finem dictum esse, quia propter hunc cætera volumus, ipsum autẽ non nisi per ipsum. Hoc ergo, inquit, beneficium bonum, alij à corpore, alij ab animo, alij à vtroque, in homine esse dixerũt. Quàm multæ autem fuerint de summo bono sententiæ apud eundem videre licet ex Varrone, lõge certe plures quàm quas hic recenset Clemẽs. Quidquid autẽ de summo bono sentiant Philosophi, sentiunt Christiani æternam vitam esse summum bonum, æternam verò summum malum, propter illam proinde adipiscendam, istamque vitandam recte nobis esse viuendum. Hoc ipsum dicit Clemens in iis quæ statim sequuntur, [b] *Nobis est propositum peruenire ad finem.* Finiendus ad quem peruenire proponunt Christiani, est vita æterna. Peruenire autem proponũt, si per fidem in Christũ & seruando mãdata. Ea ratione & Verbo assimilamur, & à Deo in filios adoptamur, Christique facti fratres & cohæredes, patremque laudantes & glorificantes per nostrum Pontificem secundum ordinem Melchisedech, finem adipiscimur, nempe regnum Dei, & vitam æternã. Ex quo elicimus, ad hoc vt summũ bonum consequamur, nempe regnum Dei & vitam æternam, non satis esse fidẽ habere, nisi peccatis liberati Deo seruiamus, pieque & rectè viuamus, quo fit vt sanctificemur, qui est vberrimus fidei fructus, cuius finis est vita æterna. [c] *Cùm autem spem nouisset duplicem.* Non sufficit autem finem consequendam beatitudinem, sed spe quoque opus est, qua finem concupiscimus & apprehendimus. Est autẽ spes duplex, nempe & qua speramus quæ sunt promissa, quã iam accepimus, & spes quæ speramus, quæ est, ipsa quæ sunt promissa Deum diligentibus. Neutram autem habemus, nisi sit Dei charitas diffusa in cordibus nostris per Spiritũ sanctum qui datus est nobis, per quam Deum diligimus & proximũ. Propter autem eam charitatem, nempe propterea quod & Deum diligimus & proximum, requiescimus ad spem, id est ad ea quæ speramus, & nobis sunt promissa, hæc est ipes quam Apostolus vocat spem beatã: Expectantes, inquit, beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei. Idem autem vocat requiem repositam. Propter spem, inquit, quæ vobis reposita est in cælis. Ex his autem omnibus est perspicuum, ad finem, id est ad vitam æternam consequendam, & fide, & spe, & charitate opus esse. [d] *Similia etiam inuenietis apud Ezechielem.* Quæ citat ex Ezechiele, Esaia, Apostolo, & Sapientia, eo tẽdunt, vt ostendat Christiani scopũ esse bene & ex virtute viuere, Christum imitando, quod fit per fidem & spem, quæ per charitatẽ, finem autem, per spẽ promissi cõsecutionem, consequimur autem propter fidem.

[a] QVONIAM *autem voluptas & cupiditas videtur cadere in matrimonium, de hoc* XII. *neque tractandum est. Est ergo matrimonium, prima legitima viri & mulieris coniunctio, ad liberorum procreationem. Menander itaque Comicus: Ad seminandos liberos* De Matrimonio. *lis, inquit, meam trado filiam.* [b] *Quærimus autem an vxor sit ducenda, quod quidem est ex his quæ dicta sunt aliquo modo referri ad aliquid. Est enim alicui ducenda, quod quidem est ac si dicas, aliquo modo se habenti, & aliqua ducenda vxor, & quæ aliquo modo se habeat. Neque enim est vxor ducenda cuilibet, neque semper: sed tempus quoque est in quo conuenit: & persona cui conuenit, & ætas ad certum vsque terminum. Neque ergo cuilibet vxor ducenda, neque semper: sed neque omnino & impudenter & temerè, sed ei qui aliquo modo se habet & qual, is & quando oportet, & liberorũ gratia, & ea quæ sunt in omnibus similia, & non vi aut necessitate virum amantem diligit. Vnde dicit Abra-*

Genes. 10.

ham, de vxore, vt quæ soror esset, considerans: Mihi soror est ex patre, sed non ex matre, fuit autem mihi quoque in vxorem: docens eas quæ ex eadem matre natæ sunt, non esse ducendas vxores. [c] Paucis autem hanc persequemur historiam. Plato ergo matrimonium collocat in bonis externis, adstruens nostri generis immortalitatem, & quandam filiorum perpetuitatem, quæ filiis veluti lampas traditur. Democritus autem repudiat matrimonium & procreationem liberorum, propter multas quæ ex ipsis oriuntur molestias, & quæ abstrahant ab iis quæ sunt magis necessaria. Ei autem Epicurus quoque assentitur, & quicunque in voluptate molestiæque & doloris vacuitate bonum collocant. Præterea Simonium quoque sententia est indifferens, & matrimonium & liberorum susceptio, tale aliquid neque bonum neque malum. Vt semel autem dicam, dogmata lingua tenus deducentes, voluptatibus seruiunt, alij quidem pellicibus, alij verò meretricibus, plurimi autem vetustate delescentulis. Sapiens autem ille quaternio, in horto cum meretrice factus voluptatem sibi efficiebat. Non ergo eam quæ est de boue iungendo effugerint execrationem, qui cum his aliquid non conferre iudicent, alios ea hortentur facere vel contrà. Hoc breuiter sonora significant, dicens: Quod odio habes, alij ne feceris. Cæterùm qui matrimonium reprobant, nos, inquiunt, fecit natura aptos ad matrimonium, vt liquet ex compositione corporum masculorum & fœminarum: & frequenter illud acclamant, Crescite & multiplicamini. Si autem hæc ita se habent, ipsis tamen turpe videtur, quòd homo quem Deus est architectatus, sit animantibus brutis intemperantior, quæ cum multis & impudenter non congrediuntur, sed cum vno, & quod est eiusdem generis: cuiusmodi sunt columbæ & palumbes, & genus turturum, & quæ sunt his similia. Præterea, inquiunt, qui caret liberis, est ea perfectione defectus quæ est secundum naturam, vt qui suum successorem in locum suum non substituerit. Perfectus enim est qui ex seipso fecit similem: vel potius quando illum idem feciſſe videtur, hoc est, quando in eandem peruenerit naturam filius, cuius est qui eum genuit. Est ergo omnino vxor ducenda, & patriæ causa & liberorum successionis, & mundi, quantum est in nobis, perfectionis. Nam alicuius etiam matrimonij miserentur pœnæ, quod est semiperfectum & caret liberis: beatum autem id ducentes quod floret & germinat vndique. Morbi autem corporis maximè indicant necessarium esse matrimonium. Vxoris enim cura, & assidua eius perseuerantia, videtur, aliorum necessariorum & amicorum tantum superare tolerantiam, quanto ex mutua doloris consolatione & misericordia antecellit, & vult omnium maximè lubenter assidere. Et reuera ex scripturæ sententia est necessaria adiutrix. Menander itaque Comicus cùm matrimonium esset infestus, alia etiam vtilia opponens, respondit ei qui dixerat:

Affectus in rem sum ego
Non bene, siniſtrè eam nam tu quidem capis. *Deinde subiungit*
Grauia fuerunt & molesta quæ tibi
Vides in ipso, sed bona non aspicis.

& quæ deinceps sequuntur. Fert autem opem quoque matrimonium iis qui ætate processerunt: vt quòd exhibeat vxorem curam gerentem, & alat qui ex ea susceptí sunt liberi, vtin senectute parentes suos nutriant.

Viro autem qui sit in terra fuerint gloriæ filij
Vt subera atque imo ex profundo agunt rete,
Et sagenas lino seruantia

ex Tragici Sophoclis sententia: Non permittunt autem Legislatores maximos magistratus gerere iis qui vxorem non duxerint. Iam verò Laconum Legislator, non solum pœnas imposuit ei qui vxorem non duxisset, sed etiam ei qui vnam tantum, & eam, & ei qui solus viueret. [d] Præclarus autem Plato iubet vxoris quoque alimentum publicè pendere ærario, eum qui vxorem non duxisset, & sumptus quos oportet dare magistratui. Si enim ductis vxoribus liberos non susceperint, quod in eis quidem situm est, hominum raritatem inuehent, & ciuitates dissoluent, & qui ex eis constat ornatum: est autem eiusmodi eorum impietas, qui diuinam dissoluunt generationem. Iam verò est ignauiæ & imbecilli animi, fugere coniectum & vitæ consuetudinem cum vxore & liberis. Cuius enim est amissio malum, eius omnino possessio bonum est: ita autem se habet etiam in reliquis. Atqui liberorum amissio, inquiunt, est ex supremis malis: filiorum ergo possessio, bonum est: quod si ita est, etiam matrimonium.

Absque genitore (inquit) nunquam fuerit filius,
Nec absque matre filij conceptio.
Patrem, vir vt matrem, efficit coniugium.

[e] Maximum itaque votum statuit Homerus, virum & familiam, sed non absolutè, verùm cum mutua consensione & concordia. Nam aliorum quidem matrimonium in voluptate consistit & delectatione: eorum autem qui philosophantur matrimonium, deducit ad eum qui est secundum verbo consensum, quod non formam, sed mores permittit ornare mulieribus, & præcipit maritis ne vtantur vxoribus tanquam iis quæ amantur mulieribus, vnum scopum sibi proponendo vt corpori probrum afferant, sed ad totius vitæ auxilium, & optimam temperantiam, matrimonium vsurpent. Frumenti enim & ordei, vt arbitror, seminibus, quæ conuenientibus deiiciuntur temporibus, præstantior est ac precioſior homo qui seminatur, qui omnia à natura producuntur. Atque illa quidem semina agricolæ sobrij deiiciunt. Si quid ergo sit sordidum & spurcum studium, id est à matrimonio expurgandum, ne nobis prodere dari possit, quòd brutorum animantium congressus magis naturæ conueniat, quàm humana coniunctio in ipso calore veneris. Nonnulla certè eorum quo tempore iubentur statim reuelare relinquentia administrationi opificium. [f] A tragicis autem scriptum est, Polyxenam, ejus interficeretur, moriendo tamen magnam adhibuisse diligentiam vt honestè caderet:

Illa tegens mares quæ haud licuit cernere.

Fuit autem illi quoque calamitas matrimonium. [g] Succumbere itaque & cedere vitiis & eorum perturbationibus, est extrema seruitus: sicut certè ea vincere, sola est libertas. [h] Diuinaque scriptura, eos qui præcepta transilierunt, dicit esse vendundatos alienigenis, hoc est, pœnis quæ naturæ non conueniunt, donec conuersi agant pœnitentiam. [i] Conseruandum est ergo matrimonium, tanquam sacra aliqua statua, mundum ab iis quæ polluunt, vtpote qui à somno quidem expergiscamur cum Domino, eamus autem dormitum cum gratiarum actione, & oremus.

Cúmque cubile tenet, lux & cùm fulserit alma,

tota nostra vita Dominum testantes: pietatem quidem ac religionem anima possidentes, temperantiam autem etiam vsque ad corpus deducentes. Deo enim reuera gratum est, à turpibus ad opera traducere moderationem. Ad impudentiam autem via est turpis sermo: & vtriusque finis est turpium rerum operatio. Quòd autem consulat scriptura vxorem ducere, & nec à coniugio vnquam permittat discedere, legem apertè constituit: Non dimittes vxorem, præterquam propter fornicationem. Adulterium autem existimat coniungi matrimonio, viuo altero ex separatis. A suspicione autem & criminatione alienam ostendit vxorem, eo quòd non ornetur ac cometur plus quam sit decorum, assiduè attendendo precibus & orationibus: sæpe autem è domo egredi caueat: à cuius verò aspectu, quoad eius fieri potest, excludat eos qui ad eam non attinent, ducendo domum custodiam intempestiuis nugis conducibiliorem: Qui autem dimissam accipit Deut. 10.

Luc. 6. *vxorem, mœchatur, inquit: si quis enim dimiserit vxorem, mœchatur ipsam, hoc est, eam mœchari. Non solùm autem qui dimittit, est eius causa, sed etiam qui eam suscepta grauidam mulieri peccandi occasionem: si enim non susciperet, reuerteretur ad virum.* [a] *Quid vero lex? Ad reprimendam ad vitia propensionem, iubet de medio tolli eam quæ adulteræ, & adulterij fuerit conuicta: sin autem fuerit filia Sacerdotis, iubet eam igni tradi. Oriatur autem adulter lapidibus, sed non in eodem loco, ne mors quidem sit eis communis.* [b] *Neque vero lex cum Euangelio pugnat, sed ei consentit: quidni enim? cum sit vtriusque vnus suppeditator Dominus. Quæ est enim fornicata, viuit quidem peccato, sed mortua est mandato: quæ est autem ducta pœnitentia, vt quæ sit regenerata per vitæ conuersionem, habet vocem renerationem, mortua quidem vetere fornicatrice, in vitam autem rursus ingressa quæ renita est per pœnitentiam. His quæ dicta sunt fert Spiritus testimonium dicens per Ezechielem: Nolo mortem peccatoris: sed vt conuertatur. Iam verò obruuntur lapidibus, vt qui propter duritiem cordis sint legi mortui, cui non paruerunt. Sacerdotis autem filiæ exemplum supplicium, quia cui plus datum est, plus ab eo exigetur. Terminetur hic quoque sermo quæ τραγικὸς dicitur Oratio, propter prolixitatem capitum & multitudinem.*

Exech. 33.

## COMMENTARIVS.

[a] QVONIAM *autem voluptas & cupiditas videtur.* Quoniam inter cæteras Philosophorum sectas tractant de summo bono, est ea etiam quæ id collocat in voluptate: voluptas autem, & cupiditas imbibido cadunt in matrimonium, primam legitimam viri & mulieris coniunctionem ad liberorū procreationem. Nō omnis ergo viri & mulieris coniunctio est matrimoniū. Oportet enim matrimonij cōiunctionem esse legitimā, quæ scilicet fiat pactis & consentis adhitis quas leges statuunt, & apud Christianos, non sine nuptiali benedictione. Matrimonij autem scopus non debet esse voluptas, sed liberorum procreatio, cui accedit voluptas: nec in colloganda in matrimonium filia debet parentum alius esse scopus. Pulchrè certe Demosthenes apud Stobæum. Nam amicas quidem habemus causa voluptatis, concillas autem ad corpus quotidie curandum, vxores autem ad procreandos liberos, & ad fidelem tenendas quæ sunt intus custodiam. Pulchrè quoque Catullus in nuptiis Iuliæ & Manlij alloquens Hymenæum:

*Nil potest sine te Venus*
*Fama quod bona comprobet*
*Commodi capere, at potest te volente.* Et paulo post:
*Nulla quit sine te domus*
*Liberos dare, nec parens*
*Stirpe dicier, at potest te volente, &c.*

[b] *Quærimus autem an vxor sit ducenda.* Ducere vxorē non est ex iis quæ dicuntur absolutè, sed ex iis quæ referuntur ad aliquid. Sūt enim obseruandæ circumstantiæ & personæ, & tēporis, & ætatis, & cuiusque. Nec cuilibet etiam fœminæ conuenit coniungi matrimonio: sed ei quoq; sicut viro sunt fuæ obseruandæ circumstantiæ, & neq; à viro inuitæ sunt ducendæ, quæ vi aut necessitate eum diligant. Porro non omnino quisslimū matrimonij impedimentū fuit cognatio. Nam etiam ante legem Mosi datam nuptiæ fiebant vxorē ex eadem matre natam sororem. Nam Sara quidem quæ nupserat Abrahæ, erat ex eadem patre, sed non ex eadem matre nata. [c] *Pauca autem hanc persequemur historiam.* Recenset diuersas Philosophorum de matrimonio sententias. Sunt enim qui matrimonium laudant, sunt qui reiiciunt & vituperant. Primum autem id laudentem, adducit Platonem, quod id nobis tribuat immortalitatem, & filiorū perpetuitatem, quæ traditur veluti per lampadem. Est autem Græcum prouerbiū; Cursu lampadem tradere, quod eleganter exponens Erasmus citat hunc locū Platonis. Erant autē apud veteres tres certamina in quibus solebāt gestare faces, nēpe in Promethæis, Vulcaniis & in Panathenaicis, de quibus Erasmus in eodem prouerbio. Idem quoq; Plato dicit alibi; Genus hominum est quidpiam omni tempore cum genitū, quod perpetuo ipsum cōsequitur & cōsequetur, vt quod sit hoc modo immortale, quod relictis filiis filiorū, cum generatione fit semper vnum & idem, sit particeps immortalitatis. Laudat ergo Plato matrimoniū, reiicit autem Democritus & Epicurus & omnes voluptatis assertores, propterea quod in eo sint multæ molestiæ. Indifferens autem, id est nec bonum nec malum matrimonium statuunt Stoici. Peripatetici verò, id est Aristotelei, bonum. Sed in hoc eos vituperat Clemēs, quod vetbis quidem laudent matrimoniū, reipsa autē seruiant voluptatibus, vtentes meretricibus & pathicis adolescentibus. Pythagoras quoq; laudabat matrimonium, sed nihilo secius reipsa glorificabat voluptatem, ei in horto nubilis gens cū meretrice. Existimo autem Clementem id dicere de Pythagora, cuius iusiurandum accipiens pro ipsis. Ea autem nio. Ita enim ipse scribit; ὤμοσε ἓξ ἀκοὴν παραδοὺς τοῖς αὑτοῦ, eius iusiurandum accipiens pro ipsis. Ea autem & illos qui sunt huiusmodi infectatur, quod alia laudantes, & alios ad ea adhortātes, ipsi alia exercent, per quæ sibi conferre iudicent. Eos certe non minus dicit abominandos quam qui arant in buccē & arenā. [d] *Prælatum autem Plato.* Hęc sunt verba Platonis latine à nobis versa. Vxorem autem ducat quilibet tum xxx. annos natus, vsq; ad annos xxxv. Sin minus multetur & pectinia & ignominia, pecunia quidem tum

Erasm. chil. 1. cent. 1. plat. 6. de leg. Plat. 4. de leg.



ignominia autem hæc & illæc. Et rursus; Si quis autem habens non pareat, sed autem sit ciuitate alienū exhibeat, & insociabilem, & matrimonio nō coniunctus xxxv. annos natus, multetur singulis annis; qui mnamum quidem habet censum, centum drachmis, qui secundum autē, septuaginta: qui tertiū autem, sexaginta: qui verò quartum triginta. Sit autem hoc Iunoni sacrum. Qui autē annuatim n ōpendit, debitæ decuplū. Exigat autē multā Dex quæstor. Sit autē nō exegerit, ipse debeat, & de eo rationi reddenti. Sit quilibet obnoxius. Et sic pecunia quidem multetur, qui non vult vxorem ducere. Sit autē expers omnis honoris à iuuenibus, & nemo ex iuuenibus ei lubens obediat &c. Neque mirum est quod sic puniatur, qui, quantum in eis situm est, efficiūt vt deficiat genus humanum. [e] *Maximin itaque votum.* Vbitam sit quod ex Homero citat nescio: nam nec in Iliade, nec in Odyssea id puto inueniri. Sed vbicunq; id, est, minimo eum sentire, maxime esse optandum matrimonium, non quoduis quidē, sed in quo est matris & vxoris mutua beneuolentia & cōsensus. Videtur autem Homerus Christianum significare matrimoniū, in quo est in verbo cōsensus, nec in eo mariti vtuntur vxoribus tanquam meretricibus, nec in eo vxores formant, sed mores, & in eo vtrique mutuum sibi ferūt auxilium, & dum in procreatione liberorum mutuis vtuntur complexibus, à stupro & fornicatione se abstinēt. Quod si à sobriis hominibus desiderent frumēti & hordei semina, multo magis sobrios esse oportet homines in deiiciendo hominis semine, qui est præstantior & præstantior cæteris, & cui omnia producit natura. Quidquid autē est sordidū & ignobile, id est à matrimonio repurgandum, alioqui, brutorum magis coitus videbitur naturę cōuenire quam hominum. Nam homines, quidem postquam generauerint à coitu non abstinent: nonnulla autē bestiæ postquam generarint & conceperint, à coitu abstinent, permittentia vt fœtus in vtero coalescat, perficiatur & formetur. [f] *A Tragicis autem scriptum est.* Polyxenæ historiam aut fabulam, vide apud Ouid. 13. Metamorph. Quod autem Euripides dicit Polyxenam curam gessisse, vt moriens honeste caderet, hoc nitēr sic expressit Ouidius.

*Tum quoque cura fuit partes velare tegendas*
*Cum caderet, castique decens seruare pudorem.*

Quod autem Polixenæ calamitas fuerit matrimonium, ex hoc est perspicuū, quod cū Achilles in Tēplo Apollinis templum cōueniisset, ducturus vxorem Polixenā Priami filiam quam amabat, ipse à Paride qui id resciuerat, ex insidiis iaculis fuerit confixus. Polixenam autem cùm post captā Troiam in hostium venisset manus, sibi dari inferias petierūt manes Achillis. Eam autē mactandi munere functus est Pyrrhus Achillis filius, vt ibidem scribit Ouidius. Hæc autem eo tendūt, vt intelligamus nō solū in matrimonio, sed etiam in ipsa morte seruandum esse decorem. [g] *Succumbereitaque & cedere.* Cùm dixisset à matrimonio esse expellendum quidquid est turpe, sordidum & obscœnum, arripuit occasionē loquēdi de vitiis. Dicit itaq; eum maxime esse seruum qui vincitur à vitiis & animi perturbationibus, liberū autem qui vincit. Nam à quo quis est superatus est eius seruus, vt dicit Petrus. Qui autē facit peccatū, est seruus peccati, teste Ioanne. [h] *Diuina itaque scriptura.* Qui peccant, serui sunt peccati. Peccant autem qui præcepta transiliunt. Præcepta autem sunt veluti quædam linea quam non licet transilire. Quoniā autē qui peccant sunt serui peccati, venundantur autē serui, scriptura dicit eos qui peccant venundari alienigenis, hoc est peccatis. Alienigenæ autē merito dicuntur peccata, quoniā eis cum natura humana nulla est conuentientia, nisi quatenus est deprauata: alienigenis autē hoc est peccatis, tandiu seruiunt peccatores, donec cōuersi egerint pœnitentiam. [i] *Conseruandum est ergo matrimonium.* Docet quomodo matrimonium tanquam sacra aliqua statua mundum conseruetur, nempe si & à somno experecti Deū oremus, & ei gratias agentes cubile ineamus, mensque nostra sit pia ac religiosa, & nō solum lingua, sed etiā vita & factis simus temperantes. [k] *Quid verò lex? Ad reprimendam ad vitia propensionem.* Dixit quid de adulterio statuat Euangelium, nunc verò quid lex antiqua, quæ adulterij quidem conuictā volebat occidi: quod si esset filia Sacerdotis, eam igne exuri. Adulteram quoque obrui lapidibus, sed nō in eodem loco in quo adultera, tantum est enim delictum adulterorū, vt ne mors quidem debeat esse inter eos cōmunis. Nihil enim debet inter eos esse commune, qui violauerūt indiuiduam matrimonij coniunctionē. Hæc autem pœna eis imponitur, vt reprimatur nimia ad hoc crimen propensio. [l] *Neque verò lex Euangelio pugnat.* Videtur quidem Euangelium pugnare cum lege, quòd mitius agat cum adultera quā non punit morte, sed marito permittit eam dimittere, sed minime pugnat cū vnus & idem spiritus, & legē suppeditauit & Euangelium. Nam etiam in Euangelio adultera suam habet mortem. Nā licet viuat peccato quod admisit, mortitur tamen legi à qua recedit, & cui non paret. Legis enim præcepto est mortuus qui nō agit quod Deo præcipitur. Quæ autem egit pœnitentiā, regenerata per conuersionē rursus peccato mortua, & viuit mandato cui paret, & agit ex eius præscripto. In Euāgelio quoq; obruuntur lapidibus adulteri, nō crassis quidem & terrenis, sed lapides quibus obruuntur, sunt cordis duities, qua legi sunt mortui, & qui ei non pareant, nec ex ea viuant, donec pœnitentia remolliti & regenerati reuixerint. Quod autem in veteri lege exureretur filia Sacerdotis, quæ fuerat fornicata, significat grauius esse puniendum cum cuius est maior authoritas, ii peccet. Ab eo enim cui plus est datum, plus exigitur.

# CLEMENTIS ALEXANDRINI STROMATVM LIBER TERTIVS.

I. ATQVE [a] Valentiniani quidem, qui ab alto ex diuinis productionibus deduxere coniugationes, acceptum habent matrimonium. Basilidis autem sectatores, cùm interrogassent, inquiunt, Apostoli, num sit melius vxorem non ducere, dicunt respondisse Dominum: Non omnes capiunt verbum hoc. Sunt enim Eunuchi alij quidem ab ortu, alij verò à necessitate. Hoc dictum autem sic interpretantur: Quidam ex quo nati sunt, naturaliter fœminam auersantur, qui quidem hac naturali vtentes contemperatura, rectè faciunt si vxorem non ducunt. Hi, inquiunt, eunuchi sunt ex quo nati sunt. Qui autem sunt abscessitate, ij sunt theatrici exercitatores, qui vt sibi bonam famam & gloriam attribuant continent. Qui autem excisi sunt impellente aliqua necessitate, eunuchi facti sunt per necessitatem. Qui itaque eunuchi fiunt per necessitatem, non sunt eunuchi verbo conuicti. Qui autem regni cœlestis gratia seipsos castrarunt, propter ea, inquiunt, quæ ex matrimonio eueniunt, cogitationem hanc suscipiunt, in necessariis rebus comparandis veritis negotia. Et illud: Melius est nubere quam vri, aiunt dicere Apostolum: Ne animam tuam in ignem iniicias, noctu & interdiu resistens, & timens ne à continentia excidas. Nam cùm in resistendo occupata fuerit anima, à spe est diuisa. Apprehende ergo, inquit his verbis Isidorus in Moralibus, robustam mulierem, ne à Dei gratia excidas, & cum ignem insonne excreueris, cum bona ores conscientia. Quando autem, inquit, tua Eucharistia vacuata in petitionem, & de cætero petas non rectè & perfectè agere, sed non labi, duc vxorem. Sed est aliquis iuuenis, vel pauper, vel ad venerem procliuis, & non vult verbo seu ratione conuenienter vxorem ducere, à fratre ne separetur: dicat, ingressus in sancta, nihil possum pati. Sed si habeat suspicionem, dicat, Frater impone mihi manum, vt non peccem: & accipiet auxilium tam quod mente potest percipi, quam sensile. Velit tantum quod bonum est petere, & assequetur. Nonnunquam autem ore quidem dicimus, nolumus peccare: cogitatio autem nostra defixa est in peccato. Qui est eiusmodi, propter metum quod vult non facere, ne ei imponatur supplicium. Humanitas autem habet quædam necessaria & sola naturalia. Quod vestimentis induatur, habet & necessarium & naturale: est autem ei venerea naturalis, sed non necessaria. Has voces adduxi ad reprehendendum Basilidem qui non rectè viuunt, vel vt qui peccandi potestatem habeant propter perfectionem, vel omnino quidem natura salui futuri sunt, etsi peccent, propter innatam electionem, quoniam ne hæc quidem eis facere concedunt eorum dogmatis primi parentes. Ne ergo Christi nomen suscipientes, & iis qui sunt in gentibus intemperantissimi incontinentiæ voluentes, nomini maledictum inurant. Qui enim sunt eiusmodi, pseudoapostoli, operarij dolosi, vsque ad illud, Quorum finis erit secundum opera eorum. [b] Est ergo continentia, corporis despicientia conuenienter pactis conuentis cum Deo initis: non solum enim in rebus venereis, sed etiam in aliis quæ anima perperam concupiscit, non contenta necessariis, versatur continentia. Est autem & in lingua, & in acquirendo, & in vxendo, & in concupiscendo continentia. Non docet autem ea solummodo esse temperantes, sed eadem præbet nobis temperantiam, vt quæ sit diuina potestas & gratia. Dicendum est ergo quidnam nostris videatur, de eo quod est propositum. Nos quidem castitatem, & eos quibus hoc à Deo datum est, beatos dicimus: monogamiam autem, & quæ consistit in

Matth. 19.

1. Cor. 7.

τοὺς ἀπιστεπεμμένους.

κατηβαμὲς κ' ἀδύν.

2. Cor. 11.

Votum Castitatis.

Castitas. Monogamia.



vno solum matrimonio, honestatem admiramur, dicentes tamen oportere aliorum miseriis, & alterum alterius onera portare, ne quis cùm rectè stare videatur, ipse quoque cadat. De secundis autem nuptiis: Si vraris, inquit Apostolus, iungere matrimonio. [c] Qui autem à Carpocrate descendunt & Epiphane, censent vxores oportere esse communes, à quibus in nomen maximum emanauit probrum. Hic autem Epiphanes, cuius etiam scripta ferantur, filius erat Carpocratis, & matris Alexandriæ nomine, ex patre quidem Alexandrino, ex matre verò Cephaleneus: Vixit autem omnibus septemdecim annis, & Samæ, quæ est vrbis Cephaleniæ, vt Deus est honore affectus, quo in loco templum ex ingentibus lapidibus, altaria, delubra, musæum, ædificatum est & consecratum, & cùm est noua Luna, conuenientes Cephalenei, natalem in Deos relationem Epiphani sacrificant, libántque & concantant, & hymnos canunt. A patre autem didicit & orbem disciplinarum, & Platonis philosophiam. Fuit autem author & princeps monadicæ cognitionis. A quo etiam profluit hæresis eorum qui nunc sunt Carpocratiani. [d] Is ergo dicit in libro de iustitia, iustum Dei esse quandam cum æqualitate communionem. Æquale quidem cælum vndique extensum, totam terram continet in orbem, & nox ex æquo stellas omnes ostendit, & diei authorem & lucis patrem, solem, Deus ex alto æqualem effudit omnibus quæ possunt aspicere. Illi autem omnes communiter respiciunt, quoniam non discernit diuinus vel pauperem vel populi principem, insipientes & sapientes, fœminas, masculos, liberos, seruos. Sed neque secus facit in brutis. Cùm autem omnibus animantibus æquè sedem communem effuderit, bonis & malis solidam ac firmam efficit iustitiam, cùm neminem possit plus habere, neque auferre à proximo, vt ipse illius lucem habeat duplicatam. Sed facit omnibus animantibus communia exoriri nutrimenta, communi iustitia ex æquo data omnibus: & ad ea quæ sunt eiusmodi similiter fit genus boum, vt boues, & suum, vt sues, & ouium, vt oues, & reliqua omnia. Iustitia enim in iis apparet communitas. Deinde per communitatem omnia similiter seminantur in genere, & commune nutrimentum eorum est humi pascentibus iumentis omnibus, & omnibus ex æquo, vt quod nullo lœdi videatur: eius autem qui donat inbentis suppeditatione, conuenienter iusteque esse omnibus. Sed neque habent scriptam legem generationis, esset enim abolita: ex aqualibus autem seminant & generant, habentia innatam à iustitia communionem: ex æquo enim communiter omnibus oculum ad videndum, creator & pater omnium, sua iustitia legem ferens præbuit, non discernens fœminam à masculo, non id quod est rationis particeps ab eo quod est expers rationis: & vt semel dicam, nullis à nullo, æqualitate autem & communitate rebus similiter diuidens, vno iussu omnibus est largitus. Leges autem, inquit, hominum, cùm transgressionem castigare non possent, contra leges facere docuerunt: legum enim proprietas est, secut diuinæ legis communionem, & arrosit, non intelligens dictum Apostoli dicentis: Per legem peccatum cognoui. Et meum & tuum dicit subiisse per leges, vt quæ non amplius communiter fruentur (sunt enim communia) neque terra, neque possessionibus, sed neque matrimonio. Fecit enim vites communiter omnibus, quæ neque passerem, neque furem abnegant, & frumentum similiter, & alios fructus. Violata autem communio & æqualitas, genuit furem pecorum & fructuum. Cùm ergo Deus communiter omnia fecisset hominibus, & fœminam cum masculo communiter iunxisset, & omnia similiter animantia coniunxisset, pronunciauit iustitiam, communionem cum æqualitate. Qui autem sic nati sunt, communionem, quæ eorum conciliat generationem, abnegauerunt. Et dicit, an vxorem ducens habeat, cùm omnium possint esse participes, sicut reliqua fecit animantia. Hæc cùm his verbis dixisset, subiunxit rursus his verbis: Intensam enim & vehementiorem ingenerauit masculis cupiditatem ad generis perpetuitatem, quam nec lex, nec mos,

μετεχόντα τὸ ἀν.

Rom. 3.

nec aliquid aliud poteſt abolere: eſt enim Dei decretum. [c] *Et quomodo amplius hoc in noſtra examinetur oratione, cum legem & Euangelium per hæc apertè deſtruat.* Ille enim
Exod. 20. Matth. 5. dicit: *Non mœchaberis. hoc autem dicit; Quicunque reſpicit ad concupiſcentiam, iam mœchatus eſt. Illud enim, Non concupiſces, quod à Lege dicitur, oſtendit vnum eſſe Deum,*
Deut. 5. *qui prædicatur per Legem & Prophetas & Euangelium. Dicit enim, Non concupiſces vxorem proximi tui. Proximus autem non eſt Iudæus Iudæo: frater enim eſt, & eandem habet ſpiritum: reſtat ergo vt propinquum dicat eum qui eſt alterius gentis. Quomodo autem non propinquus, qui poteſt ſpiritus eſſe particeps? Non ſolum enim Hebræorum ſed etiam gentium pater eſt Abraham. Si autem quæ eſt adulterata, & qui in eam formatus eſt, capite punitur: clarum eſt vtique præceptum quod dicit, Non concupiſces vxorem proximi tui: vt cum quis ex Lege & ab vxore proximi & à ſorore abſtinuerit, aperte audiat à Domino, Ego autem dico non concupiſces. Additio autem huius particulæ, Non, oſtendit præcepti eſſe propinquorum operationem.* [f] *Quòd autem cum Deo bellum gerat Carpocrates & Epiphanes in eo qui vulgo iactatur libro de Iuſtitia, patet ex eo quod ſubiungit his verbis: Hinc vt qui ridiculum dixerit, legiſlatoris hoc verbum audiendum eſt, Non concupiſces, & vt magis ridiculè diceret: Res, inquit, proximi tui. Ipſe enim dedit cupiditatem, vt quæ contineat generationem, iubet eam auferre, eam à multis amouendo auferens. Illud autem, Vxorem proximi tui, communionem cogens ad proprietatem, traxit adhuc magis ridiculè.* [g] *Et hæc quidem dogmata conſtituunt egregij Carpocratiani. Hos dicunt & aliquos alios ſimilium malorum æmulatores, ad cœnas conuenientes (neque enim dixerim agapen eorum congreſſionem) viros ſimul & mulieres, poſtquam ſatietate venerem excitante exatiati fuerint lumine amoto, quod fornicatoriam horum iuſtitiam pudore afficiebat, auerſa lucerna coire quomodo velint, & cum quibus velint: meditatos autem in eiuſmodi agape communionem, interdiu iam, à quibus velint mulieribus exigere Carpocrateæ (diuinæ enim nefas eſt dicere) legis obedientiam. Has leges, vt ſentio, ferre oportuit Carpocratem, canum & ſuum & hircorum libidinibus.* [h] *Mihi autem videtur, Platonem quoque malè audiiſſe in Republica, dicentem oportere eſſe communes omnium vxores, vt qui diceret eas quidem quæ nondum nupſerant, eſſe communes eorum qui eſſent pepituri, quemadmodum theatrum quoque eſt commune ſpectatorum: eſſe autem vnamquamque vniuſcuiuſque qui præoccupaſſet, & non amplius communem eſſe eam quæ nupſiſſet.* [i] *Xanthus autem in iis quæ inſcribuntur Magica:*
Xanthus *Chaldæa autem, inquit, Magi cum matribus & filiabus, & fas eſſe coire cum ſororibus, & communes eſſe vxores non vi aut clam, ſed vtriſque conſentientibus, cum velit alter habere vxorem alterius.* [k] *De his & ſimilibus hæreſibus, exiſtimo Iudam Prophetice dixiſſe in epiſtola: Similiter quidem hi quoque ſomniantes, non enim reuera ad veritatem ſe applicant, vſque ad illud, Et os eorum loquitur ſuperba.*

## COMMENTARIVS.

[a] ATQVE *Valentiniani quidem.* De Valentino & Baſilide qui inſignes fuerunt hæretici, antea dictum. De eorum hereſi ſcripſerunt Ireneus Apoſtolorũ temporibus vicinus, Epiphanius & Theodoretus, qui tamen quid de matrimonio ſentirent nihil dixerunt. Clemens autem dicit Valentinũ approbaſſe matrimonium, ſed nullo citato eius ſcripto. Ex Baſilidis autẽ ſcriptis citat nonnulla, vt oſtendat Baſilidianos & eius diſcipulos qui matrimoniũ non probant, ſed impudicè & impudenter vitam agunt, diſſentire à magiſtris. Exponens autem illud Baſilides Chriſti de Eunuchis apud Matthæũ dicit Eunuchos eſſe ex matris ſic natos, eos eſſe qui cùm primũ nati ſunt fœminam abhorrent & auerſantur, qui recte facti vxorẽ non ducant. Eunuchos autem ex neceſſitate, eos eſſe qui vel propter ingratam gloriam ſe continent, nam ij ſibi vel inuitis indicunt caſtitatem, vel qui propter morbũ aliquem ſunt exciſi. Verbo autem obuenienter ſunt Eunuchi, qui timentes negotia, & varias diſtractiones quæ ſunt in matrimonio, propter regnũ cœleſte ſe caſtrant, ſeu votũ caſtitatis profitentur. Illud autẽ Pauli, Melius eſſe nubere quam vri, ſic exponit; Melius eſſe coniungi matrimonio, quàm dum igni libidinis à qua tentaris perpetuo cruciari, non poſſe



re, poſſe orare nec ſperare, & timere ne tandem à continentia excidas. Quod ſi ducta vxore ignẽ libidinis cum ſemine excreueris, iam ſecurus & orare & ſperare poteris. Eſt autem opus lõge perfectius caſte viuere & mulierem nõ tangere, quã iungi matrimonio. Tum demum ergo ducenda eſt vxor, quando in Euchariſtia in qua noſtræ ad Deum fiunt petitiones, non petis vt perfectæ ſint tuæ operationes, ſed ne peccaris. In Græco quidem Clementis ſcribitur ἀ νῦν, ſed puto legendum ἀ νῶν, vt aliquis eliciatur ſenſus, Quod autem ſequitur, Sed eſt aliquis iuuenis &c. vſq; ad, Humanitas autem, nec ſatis intelligo, nec video quomodo cohæreant. Illud autem, Humanitas autẽ &c. videtur ſignificare, In humanitate eſſe quædam & neceſſaria & naturalia. Quædã autem naturalia quidem, ſed nõ neceſſaria. Veſtire eſt & neceſſarium & naturale. Venere autem vti eſt naturale quidem, ſed non neceſſariũ. Hæc quidem ex Clemente ſumpſit Epiphanius, ſed apud neutrũ eorũ ſatis intelliguntur, & fortaſſe magis expedit ea non intelligi. Quod autem dicit, Has voces autẽ adduxi ad reprehendendos Baſilidianos &c. in eo reprehendit diſcipulos Baſilidis, quod magiſtrũ ſuum quamuis hæreticũ non ſequentes, dicant ſe adeo eſſe perfectos, vt illicitæ peccare, vel etiã ſi peccant, propter innatam tamen eis electionẽ natura fore ſaluos nec poſſe condemnari. Quo fit vt impune ſibi peccare licere perſuadeant, & flagitioſius viuant quã vlli ex gentibus, qui quidem vocẽt Chriſtianos, ſed ſanctiſſimo Chriſti nomini probrũ afferant & ignominiã. Chriſti enim nomini ſummũ affert probrum, qui ſe dicit Chriſtianum non autem viuit vt decet Chriſtianum.

*Vbi de continentia corporis.* Quoniã conuenienter iis quæ dicit Chriſtus, dixit eſſe aliquos qui ſe caſtrant propter regnũ Dei, nunc autem agit de continentia, quam definit deſpicientiam corporis conuenienter Deo initis. Corpus enim deſpicit, qui ab iis abſtinet quæ corpus appetit, quæ cunq; ea ſint, ſed præcipuè eſt continẽs, qui de continentia cum Deo pactum iniit, ſeu continentiæ votũ firmum & ſtabile Cap. 8.
ſuorũ profitetur. Non ſolum autem temperantiã docet continentia, ſed etiam facit temperantes. Non poteſt enim aliquis eſſe continens, niſi det Deus. Et ideo dicit Clemens, eam eſſe diuinã poteſtatẽ ſpiritum.

[c] *Qui autem à Carpocrate deſcendunt.* Hæc ex Clemente ſumpſit Epiphanius lib. 1. tomo ſecundo contra Secundianos hæreſi xxxij. vbi deſcribit quinã fuerint Epiphanes & Iſidorus. Ab eis dicit Clemens matrimoniũ probrum profluxiſſe in nomen Chriſti, cùm ſuis decretis ſtatuerint vxores eſſe communes. Hæc enim male nomine audiebãt Chriſtiani, cùm non ab Orthodoxis ſed ab hæreticis per ſummã calumniam eſſent excogitati. [d] *In ergo dicit in libro de iuſtitia.* Librum ſcripſit Epiphanes quem inſcripſit de iuſtitia. Iuſtitiã autem definiit quandam cum æqualitate communionem. Eam autem dicit à Deo diffuſam & diſtributã in cœlo, quod totam terram cõtinet in orbem, in quo eſt Sol lucis author qui eam ex cœlo omnibus diuidit tam ratione præditis quã rationis expertibus animantibus, & qui ex æquo omnibus alimenta ſuppeditat. Dedit antẽ animantibus viſum cuius ſunt ex æquo omnes & communiter participes. Hanc quidem cõmunitatem & æqualitatem dat diuina, inquit, iuſtitia, eam autẽ violarũt leges humanæ, meum q; & tuum cũ proprietate introduxerunt, & vxorum communionem quæ iuris eſt naturalis ſuſtulerunt: propria eſt enim vxor quæ omnium prius erat communis furtumq; vt cognoſcerentur effecerunt, furtũ enim abnegabant omnium cõmunes poſſeſſiones. Ita enim per legem fuit cognitio peccati. Hanc autem cõmunitatem dicit nec legem, nec aliquid aliud poſſe tollere eũ eam Deus decreuerit. Hæc eſt impia & flagitioſa Epiphanis iuſtitia, quam videamus quemadmodum refellat Clemens.

*Et quomodo amplius hoc in noſtra examinetur oratione.* Nõ poſſunt melius refutari quæ dicuntur ab Epiphane, quã oſtendendo quod quæ dicit deſtruunt legem & Euangelium. Nam cum lex prohibeat committere adulterium, adulteriũ autem committatur cum ea quæ nupſit, nubere autem non poteſt ea quæ eſt communis, qui ſtatuit mulieres eſſe communes, deſtruit legem quæ prohibet adulterium. Euangelium quoq; deſtruit, quod dicit vxorem proximi non cõcupiſcendam, alioqui vel ſola concupiſcentia committeret adulterium, vtrumq; autem prohibet concupiſcere, nempe & lex & Euangelium, vtriuſque enim auctor & idẽ eſt Deus & legiſlator. Quod autẽ prohibet non concupiſcere vxorem proximi, id intelligẽdum eſt de Hebræis, ſed de gentibus. Hebræi ſe vocant fratres vt qui eundem habeant ſpiritum, & ideo Deut. 23.
non licebat fœnerare. Proximi autẽ ſunt qui ſunt ex gentibus, id eſt qui ſunt alterius gentis quã Hebræi, qui nondum quidem eundem habent ſpiritum, ſed breui ſunt habituri. Quod autem præcepto proximi, Non concupiſces, additur, Ego autẽ dico, ſignificat propinquiorem eſſe præcepti operationẽ, vt quod ab eo detur qui ad nos propius accedit nempe à Domino qui nobiſcum habitat & verſatur.

[f] *Quod autem cum Deo bellum gerat.* Ex eo libro de iuſtitia citat Clemens aliquot loca, ex quibus eſt perſpicuum Epiphanem & eum Deo bellum genere, & ipſum legiſlatorem irridere, vt qui iubeat non concupiſcere, concupiſcentiã tamen nulli animali auferat, vtpote quod ſine ea nõ fiat generatio, & vxorem dicat proximi tui, cum mulieres ſint omnibus cõmunes, & cõmunionem deducat ad proprietatẽ. Cogens autem ad proprietatem dixit, quoniam mulierũ, ita enim ſentiebat, communitas eſſet naturalis, contra naturam verò proprietas. [g] *Et hæc quidem dogmata conſtituunt.* De Carpocratianis ſic ſcribit Theodoretus, Ab iſtis, inquit, arrogantiæ inſaniã impegerũt hi homines præſtigiis vtentes, & Dæmones innocantes, libidinem autem & impudicitiam tegere non ferentes, ſed incontinentiam & intemperantiam pro lege habentes. Hæc quidẽ Theodoretus: Sed nec ipſe, nec Epiphanius, nec Irenæus quidquã dixerunt, quod non ex auditu poſt cœnam lumine & auerſa lucerna, congredientes viri & mulieres coirent quomodo vellent. Hanc cœnam vocabant illi agapen. Quod de illis autẽ ſcribit Clemens, non defuerũt qui de aliis dixerunt hæreticis. Quinetiam ipſe quoq; dicit fuiſſe alios. Hanc agapen, inquit, noctu meditati, poſtea exigunt à quibuſcunq; velint mulieribus, vt Carpocrateæ legi obedientes, eorum libidinem expleant. Hãc autem Carpocrateã legem dicit fuiſſe ferendã capris hircis & porcis, nõ ratione præditis animantibus.

[h] *Mihi autem videtur Platonem quoq; in republica.* Suam de vxorum communitate ſententiã dicebat Carpocrates ſe accepiſſe à Platone in libris de republica. Hoc falſum eſſe dicit Clemẽs. Sentiebat enim Plato omnes eſſe vxores, vt quæ cuilibet poſſent obtingere: ſed cũ aliqua alicui obtigiſſet, & ita ei nupſiſſet, tum non eſſe alterius quã cui obtigiſſet. Sorte autẽ Plato rem volebat dirimi, adhibito quodam aſtu vt

viris præclaris præclaræ obtingerent vxores. Theatrum esse commune, proprium tamen esse libidinosum qui occupasset. *Xanthus autem in iis quæ scribuntur Magica.* Xeantus historicus cuius meminit Plinius lib. xxv. de historia naturali cap. ij. hęc dicit scribens de Magis Persiæ populis, quod scilicet cum matribus, filiabus & sororibus, & communes sint vxores, cum eis enim licere coire vtriusq; cognationibus. Cui conuenienter scribit Alexander ab Alexandro. Persis legitimum fuit, neq; pudendi vsum esse, non modo sororibus sed & filiabus cõmiscerí. Nam Artaxerxes Athosim atq; Mestrim filias habuit loco habuit, & alij impune id factitarunt, quod Græci & pleraque gens improbum nefandumq; existimarunt. Hinc est illud Catulli carmen, in Gellium

*Nascatur Magus ex Gello matrisque nefando*
*Coniugio, & discat Persicum harusticium:*
*Nam Magus ex matre & gnato nascatur oportet,*
*Si vera est Persarum impia religio.*

[b] *Debis & similibus hæresibus.* Ex iis quæ citat in epistola Iudæ nihil inuenitur in ipsa epistola præter vltimam sententiam; Et os eorum loquitur superba: nec Græcè, inquam, inuenitur nec Latinè. Quomodo hoc acciderit nescio. Sed nec in Latina versione legitur superba sed superbiam.

II. [a] IAM verò si & ipse Plato & Pythagorei, sicut etiam postea Marcionista, malum existimarunt esse generationem, longè abfuit vt cõmunes ipse poneret vxores. [b] Sed Marcionistæ quidem dicunt malam esse naturam, ex mala materia, & à iusto factore opifice ac creatore. Quæ quidem ratione nolentes implere mundum qui factus est à creatore, volunt abstinere à nuptijs, resistentes suo creatori, & contendentes ad bonum qui vocauit, sed non ad eum qui, vt dicunt, Deus est alio modo. Vnde cùm nihil hîc velint reuocare proprium, non sunt ex electione & ex instituto continentes, sed propter odium conceptum aduersum eum qui creauit, nolentes iis vti quæ ab ipso sunt creata. Sed hi quidem qui propter impium quod aduersus Deum gerunt bellum, emoti sunt ab iis cogitationibus quæ sunt secundum naturam, Dei longanimitatem contemnentes & benignitatem, esse malum vxorem ducere, cibis tamen vtuntur creatis, & aërem respirant creatoris, vt qui & eius sint opera, & in iis quæ sunt eius permaneant, & nouam quandam & alienam, vt aiunt, annunciant cognitionem, etiam si hoc nomine mundi Domino deberent agere gratias, quod hic acceperint Euangelium. [c] Sed aduersus eos quidem cùm de principijs tractabimus, accuratissimè disseremus. Philosophi autem quorum mentionem fecimus, à quibus cum malam esse generationem impiè didicissent Marcionistæ, tanquam suo dogmate gloriantur, non eam volunt esse naturæ malam, sed anima quæ id quod verum est alligat. Animam enim quæ est diuina, in hunc mundum deducunt tanquam in locum supplicij: Oportere autem animas in corpus immissas expiari ex eorum sententia. Non conuenit autem amplius hoc dogma Marcionistis, sed iis qui censent in corpora immitti, & eis alligari, & tanquam in vasa transfundi animas. Aduersus quos fuerit aliud dicendi tempus, quando de anima tractabimus. [d] Videtur itaque Heraclitus, maledictis insequi generationem. Quoniam autem, inquit, geniti volunt viuere, & mortes habere, vel potius quiescere, & filios relinquunt vt mortes fiant. Clarum est autem cum eo conuenire Empedoclem quoque dicentem:

Defleui & luxi, insolitas deductus in oras. *Et præterea:*
Mortua nam ex viuis fecit, mutánsque vicissim. *Et rursus:*
Hei mihi quàm infelix hominum genus atque misellum,
Litibus ex quantis prognati & planctibus estis.

*Sibylla quoque dicit:*

Mortales homines, caro qui tantùm, & nihil estis.

*Similiter atque Poeta qui scribit:*

Non homine infelix tellus mage quicquam alit alma.

[e] *Quinetiam Theognis malam ostendit esse generationem, dicens hoc modo:*

Optima non nasci res in terrestribus esset,
Nec nitidi



Nec nitidi Solis luce micante frui,
Extemplo aut natum transferre se ad ostia Ditis.

*His autem consequentia scribit quoque Euripides poëta tragicus:*

Nam nos oporteret conuentu in celebri
Deflere natum, vt veniat qui ad tot mala.
Ast mortuum, cuíque à malis data est quies,
Lætos domo lætis efferre canticis.

*Et rursus his dicit similia:*

Quis nouit an viuere quidem sit mori,
Sit mori autem viuere?

*Non quod hi, videtur quoque Herodotus inducere dicentem Solonem: O Cræse, quiuis homini aliud est aliud quàm calamitas. Iam verò de Cleobide & Bitone fabula aperte nihil vult aliud quàm vituperare quidem generationem, laudare autem mortem.*

Est qualis folium, est hominum generatio talis, *ait Homerus.*

*Plato autem in Cratylo, Orpheo tribuit id quod dicitur, quòd anima puniatur in corpore. Ait enim dicit: Etenim nonnulli ipsum dicunt esse monimentum animæ, vt quæ in præsenti sepulta: & quoniam id significat quæ significat anima, ideo rectè appellari σῶμα. Videtur quidem certe Orpheus hoc nomen maximè imposuisse, vt quæ eorum propter quæ luat, luat pœnas. Operæpretium est autem meminisse etiam eorum quæ dicit Philolaus. Etenim dicit hic Pythagoreus: Testantur autem veteres quoque Theologi & vates, quòd propter aliqua luenda supplicia anima sit coniuncta corpori, & in eo tanquam in aliquo monimento sit sepulta. Quinetiam de iis quæ sunt in Eleusine mysteriis loquens Pindarus inquit: Beatus, qui cùm illa sub terra viderit communia, nouit quidem vitæ finem, nouit autem datum Iouis imperium. Et Plato consequenter in Phædone non veretur hoc modo scribere: Porrò autem hi nobis his constituis mysteriis, non aliquid aliud, &c. vsque ad, Et cum illis habitatione. Quid verò cùm dicit: Donec corpus habuerimus, & confusa nostra fuerit anima cum eiusmodi malo, illud quod desideramus, nunquam satis possederimus: an non significat generationem esse causam maximorum malorum? Iam verò in Phædone quoque attestatur: Euenit enim vt qui rectè philosophantur, non animaduertantur ab aliis in nullam rem aliam studium suum conferre, quàm vt emoriantur & sint mortui. Et rursus: Ergo hic quoque philosophi anima corpus maximè vilipendit, & ab ea fugit, ipsa autem apud se esse quærit. An non consentit cum diuino Apostolo, qui dicit: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? nisi fortè eorum consensionem* Rom. 7. *qui attracti sunt in vitium, corpus mortis dicit tropicè.* [f] *Atque coitum quidem, qui est principium generationis, vel ante Marcionem videtur Plato auersari in primo de Republica: inferi enim laudans senectutem: Velim scias quòd quo magis flaccescunt aliæ voluptates, eo magis studiorum ac doctrinæ cupiditates crescunt & voluptates. Et cùm rei veneræ iniecta esset mentio: Bona verba quæso, inquit: ego verò lubenter isthinc tanquam à domino aliquo & agresti domino profugi. Rursus dicit in Phædone, generationem malitiæ infectans: Quæ ergo de his in arcanis dicitur, hæc est oratio, quòd nos homines sumus in custodia aliqua. Qui autem visi fuerint in vita sanctè agenda excelluisse, ij sunt qui ab iis quidem quæ sunt in terra locis, tanquam à carceribus, liberantur & soluuntur: ad puram autem sursum veniunt habitationem.* [g] *Sed tamen quamuis ita se habeat, rectè gerentem sentit administrationem & prouidentiam, & dicit; Non oportet autem seipsum soluere & effugere. Et vt paucis dicam, non dedit Marcioni occasionem vt malam confingeret materiam, cùm ipse piè de mundo hæc dixerit: Ab eo enim qui constituit, ha-*

bet omnia bona: ab eo autem qui prius fuit, habita, quæcunque in cœlo sunt grauia & iusta, ea & ipsum ab illo habet, & efficit in animantibus. Adhucautem subsurgit manifestius: Eorum autem ei causa est corporea contemperatio ea quæ coalita est cum ea quæ olim fuit natura, quoniam magnæ confusionis & perturbationis erat particeps, priusquam veniret in eum qui nunc est mundum. Nihilominus autem in legibus quoque deflet humanum genus, sic dicens: Dij miserti humani generis quod natum fuerat laboriosum, vt laboriosum conquiesceret, dierum festorum constituerunt eis vicissitudines. Et in Epinomide se quoque persequitur causas cur sint miseri, & sic dicit: Ab initio ipsum esse genitum, est grauis cubet animanti: primùm quidem esse participem eorum quæ gestantur in vtero, deinde ipsum nasci, & præterea nutriri & erudiri, per innumerabiles labores vniuersa fiunt, vt omnes dicimus. Quid verò, non Heraclitus quoque generationem dicit esse mortem? Pythagoras autem similiter atque Socrates in Gorgia, cum dicit: Mors est quæcunque experrecti vocamus: quæcunque autem dormientes, somnus. Sed de his quidem satis. Quando autem ad principia deuenerimus, tunc & has repugnantias quas & tacitè significant philosophi in suis dogmatibus decernunt Marcionistæ, considerabimus. [h] Cæterum satis dilucidè ostendisse esse existimo, externorum alienorumque dogmatum occasiones, Marcionem ingeniosè docteque accepisse à Platone. Nobis autem procedat sermo de continentia. Dicebamus autem Græcos, cum haberent suspectam in vtendo difficultatem, multa dixisse in filiorum procreationem: cùm ea autem impiè excepissent Marcionistæ, eos fuisse ingratos in creatorem. Dea enim tragœdia:

Non nascier præstat homines quàm nascier.
Dein filios acerbis cum doloribus
Enitor, enixa at stultos si pepererim,
Afflictor improbos videns, cùm nil iuuet.
Rursusque, si perdam bonos: salui at sient,
Mihi miserum cor timore liquitur.
Quid hoc verò boni? non sufficit vnam
Perdere animam, nisi te afflictes amplius?

*Et adhuc similiter:*

Mihi fiet verúsque persuasio,
Plantare filios nunquam hominem oportuit,
Dum cernit ad quot illos gignimus mala.

*In his autem quæ deinceps sequuntur, malorum quoque causam euidenter reducit ad principia, sic dicens:*

O qui miser natus malísque obnoxius
Editus homo es, vitæ tuæque miseriam
Inde habuisti, cœpit æther omnibus
Spiramen vnde alens tradere mortalibus.
Mortalis ergo cùm sis, ne sis immemor.

*Rursus autem his similia sic tradit:*

Mortalium omnium beatus non fuit
Quisquam, molestia & nemo carens fuit.

*Et deinde rursus:*

Heu generi humano quot & quanta accidunt,
Quot species malorum, nec finis datur.

*Et adhuc similiter:*

Inter



Inter homines semper beatus nullus est.

*Hac itaque ratione dicunt etiam Pythagoreos abstinere à rebus Venereis. Mihi autem* [illegible] *videntur vxores quidem ducere vt liberos suscipiant, velle autem à venerea voluptate se continere post susceptos liberos. Hac ratione mysticè vti fabis prohibent, non quòd flatum excitans & concoctu difficile, & somnos efficiat turbulentos, neque quòd hominis capitis sit assimilata, vt vult ille versiculus:*

Idem est nam fabam atque caput corrodere patris.

*Neque quòd fabæ, si comedantur, steriles efficiant mulieres. Theophrastus quidem certe in libro de Causis naturalibus, fabarum siliquas, si ponantur ad radices arborum quæ iuxta sunt plantatæ, refert plantas exiccare; quinetiam gallinæ domesticæ quæ eas assiduè comedunt, efficiuntur steriles.* [k] *Ex iis autem qui ab hæresi aguntur, Marcionis quidem continentionem fecimus, propter ab eo susceptam aduersus Creatorem concertationem, vt humanarum rerum vsum recusset. Et autem continentiæ causa est, si modò est ea dicenda quæ impium, ipse creator, cui se aduersari existimans, iste Gigas cum Deo pugnans, est insectatus, in creaturam & Dei opus inuehens. Qui si vsurpent vocem Domini,* Matth. 8. *sinite Philippo: Sine mortuos sepelire mortuos suos, tu autem sequere me: At illud conuenit, quod simile carnis figmentum fert quoque Philippus, non habens cadauer pollutum. Quomodo ergo cum carnem haberet, non habuit mortuum? Quoniam surrexit ex mortuis Domini, qui vitia morte affecit, vixit autem Christo.*

## COMMENTARIVS.

[1] *Cum verò & ipse Plato & Pythagorei.* Nec Platonem nec Pythagoram communes ponere vxores existendit, quod vterq; malam statuat generationem. Communes enim ponere vxores nō est eorum qui malā statuūt generationem. [2] *Sed Marcionistæ quidem dicunt malam esse naturam.* De Marcione sic scribit Theodoretus; Marcion non fuit à Cerdone sibi tradita cōtentus, sed etiam auxit impietatem. Quamnam ingenitas substantias otatione sua confinxit, & hūc quidē vocauit bonum & ignotum, quem etiam appellauit patrem Domini: illum verò opificem seu creatorem & iustum, quem etiam malū nominauit. Præter hæc materiā, quæ mala est, & alij malo subest. Opificem autē malo demicto, accepisse animum, & ex ea vniuersā fabricatū esse, &c. Aduersus eum scripsit Origenes, & aliquot alij, omniū autē cōcinnissime Tertullianus: Ii quidem à nuptiis abstinebant, non quod ex instituto profiterentur continentiā, sed quod creatorem tanquam malū abhorrerent, licet cibis vel inuiti vescerentur quos creauit Deus. [3] *Sed aduersus eos quidem cùm de principijs.* Marcionistæ erat in hac hæresi quod mala esset generatio. Hoc autē dogma acceperant à Pythagora & Platone, & de eo tanquam suo gloriabantur: sed non eadem imbuti ratio. Nam Marcionistæ quidem malam censebāt generationem, quod malus esset auctor à quo procedebat generatio, & ea de causa sua natura mala erat. Pythagoras autem & Platonici non ita natura esse malam censebant generationē, sed quod per eam corpori alligaretur anima in eo exanimanda, & suorū peccatorum pœnas daturā. Asserebant enim animarum in corpora transmigrationem quā vocant μετεμψύχωσιν, ea autem est veluti μετασώματωσις, id est à vase in vas transfusio. Male itaque prius fuerant appropinquare animas, cùm esset vertendum, Tanquam in vasa transfundi animas. Ideo autē dixit, quod cum legendum sit μετεμψύχωσις, legebam vt erat ex cusum μετασώματωσις. [4] *Videtur itaque Heraclitus.* Multos scriptores citat Clemens qui vituperant generationē. Hanc autē ob causam vituperabant, quod & qui sunt geniti misere viuunt, & vita functi ad nihilum redeunt. [5] *Quinetiam Theognis mala esse generationem.* Multorum aliorum authorū citat testimonia, qui nec sentiunt bonam esse generationem, & melius esse mori quam nasci, maxime cū Orpheus, & ipsum secutus Plato dicat animā puniri in corpore, quod Græci dicitur σῶμα, quasi σῆμα, quod anima in corpore sic sepulta, & significet quę sit natura animæ. Sed & qui dant operā philosophiæ, in nullā rem aliam magis studiū conferunt quam vt moriantur: non est enim aliud Philosophia, vt dicit Socrates apud Platonem, quā mortis meditatio. Is quoque demū rectè philosophatur, qui animam abducens à corpore relictis sensibilibus, se totū dedit iis rebus quæ percipiuntur intelligētia. Quod optime facit is cuius est anima à corpore separata. Id autē quidē quoque congruit cū iis quæ dicit Paulus, mortē appellās liberationē à corpore mortis, nempe à corpore mortali, aut forte dicatur corpus mortis consensio cū vitio, quod in corpore sepultam aggrauat animā. Hæc autē qui citantur authoribus multa intercidērūt testimonia, nempe Euripide, Pindaro, & Philolao. Quæ autem Solon dixit de Crœso iuxta sunt omnibus nota. De Cleobide quoq; & Bitone fabula vix vlli non cognita, & ea quoque est apud Herodotum, ad quem satis erit remittere lectorem. [6] *Atqui eorum quidem qui est primus in genere.* Totum hūc locū sumpsit Clemens ex Platonis primo de Rep. sed scriptura mendosa factū est, vt Sophoclis nomen de quo hæc dicūtur prætermitteretur. Sed quoniā hæc ecclesiastica Platone sumpsit, atq; adeo vertit de verbo ad verbū, melius erit vt ab ipso Ciceronē ipsa repetamus quæ ea habent; Bene Sophocles, inquit, cū ab eo quidam iam cōfecta ætate quærerer, vteretūne rebus

*Hæret. fab. lib. 1.*

venereis, Dij meliora, inquit, libenter verò isthinc tanquã à Domino agresti ac furioso profugi. Iubet ergo generationem videtur Plato vituperare, quod coitum probet qui est principij generationis, & hoc etiam, quòd qui sancte vixerunt, lubenter exeant è corpore tanquã ex carcere & ædificatione in cælis habitationẽ. [5] *Sed tamen quamuis ita se habeat.* Quamuis Plato multis in locis videatur improbare generationẽ quod tamen eã nõ penitus improbet & damnet ex hoc est perspicuũ, quod Deum fabricat administrationẽ & prouidentiam, vt eius iniussu nõ liceat se soluere, & à dato nobis præsidio discedere. Quod Cicero quidẽ de Senectute tribuit Pythagoræ, id autem ex ipso sumpsit Plato, qui etiam in Phædone. Sed neq; ex Platone sumpsit Marcion, id quod dicit malam esse materiam, quã ille quidẽ dicat Plato omnia bona accepisse à creatore, malã autem ab eo habitu qui fuit antequam ordinaretur, nempe ab illa rudi & informi materia quæ chaos dicta est priusquã ornatũ acciperet, & mundus fieret. Sed quoniam in iis quæ dicit Plato & Pythagoras & Heraclitus videtur esse quæ dã contradictionem & pugnantia, eam se dicit consideraturũ quando aget de principiis: est enim ostensurus ea quæ videntur esse contraria, inter se consentire. [6] *Cæterum satis dilucide ostensum esse existimo.* Et ex Platone quem maxime tellexerunt, & ex prophanis Græcorũ authorum qui multa dixerũt aduersus filiorum generationem, qui sentirent non facile ferri posse onera matrimonij, occasionẽ accepit Marcion impiorũ sermonum. Indocte ergo eum dicit accepisse à Platone, cum eius sententiam nõ satis perciperet, & negligeret ipsum creatorem, cum eum vituperaret qui ipsum creauerat. [7] *Hæc itaque ratione dicuntur etiam Pythagoræ.* Inter cætera Pythagoræ symbola est & illud; A Fabis abstine te: cuius interpretationem vide apud Plutarchum in prouerbiis. Est autẽ interpretatio adeo varia, vt alia aliis videatur repugnare. An non repugnat quod faba excitet flatus qui excitant ad Venerem, & quod comesa steriles reddat mulieres? Bolinas, & posita ad radicem arboris nuper plantatæ eã exiccet. Reliqua vide apud ipsum Eratosthenem. Æstimabant autem nonnulli iubere Pythagoram à fabris abstinere, quod nollet vxores ducere. Cæterũm à fabis ideo vult abstineri, vt post susceptos liberos abstineatur à Venere. [8] *Exijt autem qui dicitur.* Marcion & à rebus creatis & à Venere abstinebat, quod creatoris esset aduersarius, non suas cõtinens. Is enim est cõtinẽs, qui à Venere abstinet vt corpus mortificet, & vitia cõprimat. Abstinens non autem qui Dei creaturas fugit & abhorret odio creatoris. Quoniam autem Marcionistæ mortuos creatoris eleuantes creaturas & opera ea vocantes mortua, vsurpabant illud Christi ad Philippum, Sine mortuos sepelire mortuos suos, respondet Clemens Philippum nõ esse mortuum, quamuis habitu nẽ, cùm è Christi monimẽto surrexerit, & vitia mortificarit, & Christo vixerit. Non sunt ergo dicenda mortua creatoris opera, maxime autem ratione præditæ creaturæ, quæ per baptismum cum Christo sepultæ, vitia mortificarunt, & Christo viuunt. Christo enim viuunt qui per salutare baptismi lauacrum sunt regenerati & à vitiis mortalibus expiati.

*Platoin Phædone.*

*Chil. 1. cent. 1.*

III. [a] MEMINIMVS *autem nefariæ quoque ex Carpocratis sententia mulierum communionis. Cùm autem de dicto Nicolai loqueremur, illud prætermisimus. Cùm formosam, inquiunt, haberet vxorem, & post Seruatoris assumptionem ei fuisset ab Apostolis exprobata zelotypia, in medium adducta vxore, permisit ei cui vellet nubere. Atque non hanc actionem illi voci consentaneam, quæ dicit, quod carne vti oporteat: eiusque factum & dictum absolutè & inconsideratè sequentes, qui eius hæresim persequuntur, impudenter effusèque fornicantur. Ego autem audio Nicolaum quidem nulla vnquam alia, quam ea quæ ei nupserat, vxore vsum esse, & ex illius liberis filias quidem consenuisse virgines, filium autem permansisse incorruptum. Quæ cum ita se habeant, vitij erat depulsio atque expurgatio, in medium Apostolorum circumactio vxoris, cuius dicebatur laborare Zelotypia: & continentia à voluptatibus quæ magno studio parantur, docebat illud, Vxorem, hoc est, exercere carnem. Neque enim volebant, vt existimo conuenienter Domini præcepto, duobus dominis seruire, voluptati & Deo. Dicunt itaque Matthiam quoque ista docuisse. Cum carne quidem pugnare, & ea vti, nihil ei impudicum largiendo ad voluptatem, augere autem animam per fidem & cognitionem.* [b] *Sunt autem qui etiam publicam venerem pronunciant mysticam communionem. Dicitur enim facere aliquid mali, operari: sicut etiam aliquid boni facere; similiter æquiuocè operari. Similiter autem connubio quoque, bonum quidem est in communicatione pecuniæ, nutrimenti, & vestitus. Diuersum autem quamlibet rei venereæ coniunctionem, impiè vocauerunt communionem.* [c] *Diuersitaque ex ijs quendam, cùm ad nostram virginem vultu formosam accessisset, dixisse: Soror, ita que ex ijs quendam, cùm ad nostram virginem vultu formosam accessisset, dixisse: Soror, ita tibi optatum est, Da omni à te petenti: illam autem admodum honestè respondisse, vt quæ non intelligeret hominis petulantiam: At tu matrem conueni de matrimonio. O impudentiam, etiam voces Domini ementiuntur isti intemperantiæ communicatores, fratrisque labidinem non solum*

Matth. 6.



*non solum probrum philosophiæ, sed etiam totius vitæ, qui veritatem, quantum in eis est, adulterant ac corrumpunt, vel potius defodiunt, qui omnium hominum infelicissimi, carnis & coitus coniunctionem esse pronunciant sacram communionem, & eam exitiosam deducere ad regnum Dei: in fornices quidem & prostibula deducit hæc communio, & eius cum eis fuerint participes sues & hirci. In maiori autem spe apud eos fuerint, quã in lupanari prostant meretrices, impudenter quoslibet qui volunt admittentes.* [d] *Vos autem non sic Christum didicistis, siquidem ipsum audiistis, & in eo docti estis, quemadmodum est veritas in Christo Iesu, vt deponatis quæ sunt secundum veterem conuersationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria deceptionis. Renouamini autem spiritu mentis vestræ, & induatis nouum hominem qui creatus est secundum Deum in iustitia & sanctitate veritatis, ad Dei similitudinem. Efficiamini ergo Dei imitatores, & ambulate in dilectione, sicut quoque Christus dilexit nos: & tradidit semetipsum pro nobis hostiam & oblationem Deo in odorem suauitatis. Fornicatio autem, & omnis immunditia, vel auaritia, ne nominetur quidem in vobis, sicut decet sanctos, & turpitudo & stultiloquium. Etenim ex voce docens Apostolus meditari esse castos, scribit: Hoc autem scitote quod omnis fornicator, & cætera, vsque ad illud: Magis autem arguite.* [e] *Efficit ergo hoc dogma ex quodam arcano, atque adeo asperam dictionem, matrem totius intemperantiæ: & siue huius ipsi libri scriptionis fuere authores, vide arrogantiam, quòd de Deo mentiuntur propter intemperantiam: siue cùm in alios incidissent: mortem præclari huius dogmatis laborarunt, ij peruersè audiuêre. Ita autem se habet dictio. Vnum erant omnia: postquam autem eius vnitati visum est non esse solam, exiit ex eo inspiratio, & cum ea coniunctionem iniit & communionem, & fecit dilectum. Exhinc aucta expressa est ab ipso inspiratio, cum qua cùm consuetudinem habuisset & coniunctionem, fecit potestates, quæ nec possunt videri nec audiri, vsque ad illud, Vnamquanque in nomine proprio. Si enim hi quoque, sicut Valentiniani, spirituales posuissent communiones, suspicasset fortè aliquis eorum opinionem. Carnalis autem probri communionem ad sanctam extollere prophetiam, est eius qui desperat salutem:* [f] *Talia autem statuunt Prodici quoque asseclæ, qui seipsos falso nomine vocant Gnosticos, seipsos quidem dicentes esse natura filios primi Dei. Nobilitate autem & libertate abutentes, viuunt vt volunt. Volunt autem libidinosè, se nulla re teneri arbitrati, vt domini sabbati, & qui sint omnis genere superiores, filij regales. Regi autem, inquiunt, lex scripta non est. Primum quidem, quod non faciant omnia quæ volunt: multa enim eos prohibebunt etsi cupiant, & conentur. Quinetiam quæ faciunt, non faciunt vt reges, sed vt mastigiæ: clanculum enim committunt adulteria, timentes ne deprehendantur, & vitantes ne condemnentur, & metuentes ne supplicio afficiantur. Quomodo autem res est libera, intemperantia & turpis sermo? Omnis enim qui peccat, est seruus, inquit Apostolus. Sed quomodo vitam ex Deo instituit, qui seipsum deditium præbuit cuiuis concupiscentiæ? cùm dixerit Dominus: Ego autem dico, Ne concupiscas. Vult autem quis sua sponte peccare, & fert decretum vt adulteria committat, voluptatibusque & deliciis se expleat, & alterum violet matrimonia? Cùm etiam aliorum qui inuiti peccant misereamur si in externum mundum venerint, qui in alieno non fuerint fideles, eis fides non habebitur. Afficit autem hospes aliquis ciues contumelia, & eis iniuriam facit: non autem vt peregrinus, verus necessarius, vnit, ciues non offendens. Quomodo autem cùm eadem faciant, quæ qui nobis habentur gentibus, propterea quod non faciant ea quæ dicta sunt legibus, nempe iniqui, & incontinentes, & auari, & adulteri, dicunt se solos Deum nosse? Oporteret eos enim etiam cùm in alienis adsunt rectè viuere, vt reuera regiam virtutem ostendant. Iam*



*ἐκστασιάσει τῶν κεκτημένων.*

verò & humanis legislatoribus, & diuinæ legi odio habentur, cùm iniquè & præter legem viuere instituerint. Is certè qui scortatorem confodit, à Deo pius esse ostenditur in Num. 25. 1. Ioan. 1. Nomine Deo, & in tenebris ambulamus, mentimur, & veritatem non facimus. Si autem in luce ambulamus, sicut & ipse est in luce, societatem habemus cum ipso, & sanguis Iesu Filij eius emundat nos à peccato. Quomodo ergo sunt hi huius mundi seu seculi hominibus mediocres, qui vel pessimis huius mundi sunt similes? sunt enim, vt arbitror, similes natura, qui sunt factis similes. Quibus autem se esse censent nobilitate superiores, eos debent etiam superare moribus, vt vitent ne includantur in carcere. Reuera enim, vt dixit Dominus, Nisi abundauerit vestra iustitia plusquam Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum Dei. De abstinentia autem à cibis ostenditur à Daniele. Vt semel autem dicam, de vtendi- Matth. 5. Daniel. 1. Psal. 118. entia dicit psallens Dauid: In quo dirigit iunior viam suam? Et statim audit: In custodiendo sermones tuos in toto corde. Et dicit Hieremias: Hæc autem dicit Dominus: Per viam Hier. 10. gentium ne abieritis. Hinc moti aliqui alij, pusilli & nullius precij, dicunt formatum esse hominem à diuersis potestatibus: & quæ sunt quidem vsque ad vmbilicum, esse arabica: nioris: quæ autem subter, minoris, qua de causa coitum quoque appetere. Non animaduertunt autem, quod superiores quoque partes nutrimentum appetunt, & quibusdam inquinantur. Aduersantur Christo quoque, qui dixit Pharisæis, eundem Deum & interiorem nostrum & externum fecisse hominem. Quinetiam appetitio non est corporis, cùm sit ipsius corpus. [g] Quidam alij etiam quos vocamus Antitactas, hoc est, aduersarios & repugnantes, dicunt quod Deus quidem, pater vniuersorum, noster est natura, & omnia quæcunque fecit bona sunt: vnus autem quispiam ex iis qui ab ipso facti sunt, seminauit zizania, malorum naturam generans: quibus etiam nos natura implicauit, nos efficiens patri aduersarios. Quare nos etiam ipsi huic aduersamur ad patrem vlciscendum, contra secundam voluntatem facientes. Quoniam ergo hic dixit: Non mœchaberis: nos, inquiunt, mœchamur, vt eius mandatum dissoluamus. Dixerimus autem ad eos quoque, quòd & pseudoprophetas, & eos qui veritatem simulant, ex operibus cognosci accepimus: male audiunt autem & vituperantur vestra opera, quomodo adhuc dicetis vos veritatem tenere? Ait enim nullum est malum, & non est vtique dignus reprehensione is quem vos insimulatis, vt qui Deo sit aduersatus, neque fuit alicuius mali effector: vnà enim cum malo arbore quæque interimitur: aut si est malum atq; consistit, dicant nobis quid dicant esse ea quæ data sunt præcepta, de iustitia, de continentia, de tolerantia, de patientia, & iis quæ sunt huiusmodi, bona an mala: & si fuerit quidem malum præceptum, quod plurima prohibet sunt impia, aduersus seipsum legem feret vitium, vt seipsum dissoluat, quod quidem non potest fieri. Sin autem bonum, cum bonis aduersantur præceptis, bono aduersari, & mala facere contentur. [g] Iam verò ipse quoque Seruator, cui soli censent esse parendum, odio habet, & maledictis insequi prohibuit: Et cum aduersario, inquit, vadens, eius amicus conare discedere. Matth. 5. Luce 12. Aut ergo Christi quoque negabunt suasionem, aduersantes aduersario: aut si sint amici, non eum contrà afficient iniuria. [i] Quid verò, an nescitis viri egregij (loquor enim tanquam sentibus) quòd cùm præceptis quæ rectè se habent pugnantes, propriæ saluti resistitis? Non enim ea quæ sunt vtiliter edicta, sed vos ipsos euertitis. Et Dominus, luceant quidem, inquit, bona vestra opera: vos autem libidines & intemperantias vestras manifestas reddite. Et alioqui si vultis legislatoris præcepta dissoluere, quanam de causa, illud quidem, Non mœchaberis: & hoc, Stuprum puero non inferes, & quæcunque ad continentiam conscripta sunt, dissoluere conamini, propter vestram intemperantiam: non dissolutis autem quæ ab ipso sit hyemem, vt media adhuc hyeme æstatem faciatis: neque terram nancti



lem, mare autem quòd pedibus obiri possit, facitis, vt qui historias composuerunt, barbarum Xerxem dicunt voluisse facere? Cur verò non omnibus præceptis repugnatis? Nam cùm ille dicat, Crescite & multiplicamini, oporteret vos qui aduersamini, nullo modo vti coitu, & cùm dicat, Deus vobis omnia ad vescendum & fruendum, vos nullo frui oportuit. Quinetiam eo dicente, oculum pro oculo, non oportuit vos decertationem contraria reprehendere decertatione. Etenim furem iusserit reddere quadruplum, oportuit vos furi etiam aliquid addere. Rursus verò similiter, cùm præcepto, Diliges Deum tuum ex toto corde tuo, repugnetis, oportuit nec vniuersorum quidem Deum diligere. Et rursus cum dixerit, Non facies sculptile neque fusile, consequens erat vt etiam sculptilia adoraretis. Quomodo ergo non impiè facitis, qui creatori quidem, vt dicitis, resistitis, quæ sunt autem meretricibus & adulteris similia sectamini? Quomodo autem non sentitis vos eum maiorem facere, quem vt imbecillum existimatis, siquidem id quod vult, non autem illud quod voluit bonus? contrà enim ostenditur quodam modo à vobis, imbecillem esse vestrum patrem, vt dicitis. [k] Recensent etiam ex quibusdam locis prophetarum decerptas dictiones, & malè consarcinatas, quæ allegoricè dicta sunt tanquam rectè dicta & citra figuram dicta sumentes. Dicunt enim scriptum esse, Deo restiterunt, & salui facti sunt. Illi autem & Deo impudenti hoc tribuunt, & hoc eloquium tanquam consilium Malach. 3. eorum accipiunt: & hoc suæ saluti adscribunt, quòd creatori resistant. Caterum impudenti quidem Deo non scriptum est. Si autem sic quoque habeat, eum qui vocatus est diabolus impudentem: vel vt qui accuset peccatores, vt qui defecerit, & sit apostata. Populus ergo de quo hoc dictum est, cùm castigantur, propter sua peccata, ægrè ferentes & gementes, hæc verba quæ dicta sunt murmurabant, quod aliæ quidem gentes cùm iniquè se gerant non puniantur, ipsi autem in singulis vexentur, adeò vt Hieremias quoque dixerit: Cur via impiorum prosperatur? quod simile est ei quod dictum est apud Malachiam, Deo restiterunt, & salui facti sunt. Nam qui dicuntur propheta, non dicunt solùm se aliqua à Deo audire, sed & ipsi etiam ostenduntur annunciare per ἀναθυποφορὰς ea quæ vulgò iactantur à populo, tanquam quæstiones quasdam quæ fiunt ab hominibus afferentes, ex quibus est etiam dictum propositum. Nunquid autem ad hos sua verba dirigens, scribit Apostolus in Epistola ad Romanos: Et non sicut blasphemamur, & sicut aliqui dicunt nos dicere, Faciamus mala, vt veniant bona, quorum iusta est damnatio? Ij sunt qui in legendo tono vocis peruertunt scripturas ad proprias voluptates, & in aliquorum accentuum & punctorum transpositione, quæ moderate & vtiliter præcepta sunt, ad suas trahunt delitias. Qui irritatis Deum sermonibus vestris, inquit Malachias, & dicitis, in quonam eum irritauimus? Dum vos dicitis, Quicunque Malach. 2. facit malum, bonus est coram Domino, & ipse in eis complacuit, & vbi est Deus iustitiæ?

## COMMENTARIVS.

[a] Memtimvs autem nefaria quoque ex Carpocratis. Ad suum de matrimonio & cõtinentia institutum pertinere visum est dicere de Carpocratianis de quibus prius erat locutus, & de communione vxorũ, & de Nicolao aliquid quod ante prætermiserat subiungere. Sunt enim qui existimẽt Nicolaũ primũ vxorum induxisse cõmunionem, & illud etiã significasse id quod vsurpabat, Carne vtere. Quod falsum esse dicit. Nam illa suæ vxoris ad Apostolos productio, non alio spectabat, quã vt intelligerent eum non laborare zelotypia, vt existimabatur, & dictũ illud Carne vtere, non significabat vti carne ad libidinẽ, sed carnem exercere, & cum ea pugnare ad eam subigendã & domandam. In quo significatõ eo etiam vsus est Matthias, qui fertur Euangeliũ scripsisse. Hunc ipsum autẽ locum Clementis citat Nicephorus Ecclesiast. hist. lib. 3. cap. 15. [b] Sunt autem qui etiam publicis Veneriis. Quæ fuerit Gnosticorum hæreticorum nequitia, & quomodo in promiscuo concubitu mysticam statuerant communionem, vide apud Epiphanium aduersus hæreses lib. 1. to. 2. hæresi 25. eius verba recitare nisi vetaret pudor. Accipitur autẽ facere in bonam & in malam partẽ. Nam & bonum & malum dicitur fieri, itidem & communio. Bona quidẽ est pecuniæ cõmunicatio, nutrimenti, & vestimẽti, quid autẽ est peius, atq; adeo magis impiũ quã miscere cum mulieribus coniunctionem appellare mysticam communionem? Quam verò est nefarium & detestandum in re fœdissima vsurpare has voces, facere & offerre corpus Christi? [c] Dicunt itaque ex ista mendacia. Veritatem corrũpunt & adulterant, qui verba scripturæ in alium sensum accipiunt quam ipsa intelligat. Da omni petenti, intelligebat scriptura, Da eleemosynam cuilibet petenti, impudens, & im-

pudicus hæreticus volebat virginem quam alloquebatur omni petenti sui corporis copiam facere. [illegible] cuntur enim mulieres dare, quando viros petentes admittũt ad coitum. Omni ergo petenti dare [illegible] ligebat, nullam cum ea coire volentem repellere. Hæc, inquit, cõmunio non ad regnum Dei, sed ad [illegible] nices deducit & lupanaria: ad regnum Dei deducit Christi cõmunio, non meretricia coniunctio. [illegible] autem meretriciæ coniunctionis & cõmunionis fuerint participes sues & hirci. Atque regni [illegible] lestis spem habent qui Christi cõmunionis sunt participes: in meretricia autem communione [illegible] bent maximam meretrices, ad coitum quosuis admittentes. *Vas autẽ non sic.* Ostendit quam sit [illegible] Christo doctrina, omnis impudicitia, immunditia, & iniustitia. Quamobrem vel sancte & caste [illegible] oportet Christum imitantes & eius præcepta sequentes, vt fateamur se Christum non didicisse [illegible] quitur per Apostolum. *Effluxit autẽ.* Recitat verba ex quibus isti hæretici suam sumpserunt [illegible] nem. Ea cum sint stulta & impia, nulla egent interpretatione. Dubitat autem Clemens num ipsi [illegible] fuerint auctores, an ea ab aliis acceperint, sed siue ipsi ea excogitarint, siue ab aliis acceperint, [illegible] tuperantur. Nam de Deo mentiri propter suam intemperantiam est superbiæ nimiæ & arrogantiæ [illegible] aliis autem accepisse & peruersè audiuisse vt impium dogma inde constituerent, est impietatis & [illegible] tiæ. Quod si ab eis introducta cõmunio esset huiusmodi vt aliquid contineret spirituale, cuiusmodi [illegible] Valentini coniugationes, posset fortasse à nonnullis hæc suscipi opinio. Sed cum eorum communio [illegible] mere carnalis, & ideo plena probri & dedecoris, & ad eam confirmandam vtantur prophetia [illegible] pturæ authoritate, non est quod vllam de sua salute spem possint concipere. *Talia statuũt Prodici.* Quod Prodicus dixerit nuptias & vxores esse oportere omnibus cõmunes, & nullum priuatim vnam [illegible]
Lib.3.tom.2. de cõp. doct. Theodor lib. 1.hæret.fab. habere, sed volentes cum volentibus cõmisceri, scribit Epiphanius. De eo quoque dicit Theodoretus. Is apertè & palam scortari adiecit decretis Carpocratis. Mulieres esse cõmunes constituit. [illegible] non solum in conuiuiis publicis, candelæ lumine paulo longius remoto, in quamcunque incideret, ea vnusquisque coibat, sed etiam mystica initia eiusmodi incontinentiam existimabãt, [illegible] hunc nostrum Clementem, cuius ipsa verba paulò ante vidimus. Quod autem eis liceret [illegible] lent viuere, & nullum nõ flagitij genus admittere, vt qui Reges essent & liberi & nobiles, [illegible] Clemens. Quos confutat, dicens eorum decretum pugnare cum diuinis & humanis legibus, [illegible] ueniẽter eorum decretis viueret, eum & odio esse hominibus & reputari pessimum, falsum [illegible] dicit quod nonnulli ex iis dicebant à diuersis potestatibus creatum esse hominem, & quæ [illegible] bilico partes solas concupiscere. Nam & externum & internum hominem creauit Deus, vt [illegible] inferiores, sed etiã superiores partes concupiscant, atque adeo libidinãtur, & appetitio ipsa [illegible] poris sed animæ, licet fiat per corpus. Porro autem est animaduertendũ illic vbi scriptũ est, [illegible] dem quod non faciant omnia, &c. aliquid deesse, vtpote, Quam falsa sunt quæ dicũt ex his [illegible] enim eos confutans ostendit eos nec esse Reges, nec liberos, neque tanquam Reges & liberos [illegible] ciunt facere: vel eum id consulto prætermisisse vsum breuitate more Thucydidis. In eo autem [illegible] quitur paulo post, Cum etiam aliorum qui inuiti peccant misereamur, & in duabus aut tribus [illegible] quentibus, necesse est vt addatur aliquid vt sit sensus perfectus, sed quidnam desit, ingenue [illegible] posse diuinare. *Quidã etiam quos vocamus Antitactas.* De Antitactis sic scribit Theodoretus. Erant
Hæret.fab. lib.1. quidã alij quos impij Antitactas vocabãt, qui magnũ ignotum Deũ, vt ipsi dicũt, patrem [illegible] bãt: eum autẽ esse bonũ Deum creatorẽ. Vnum autẽ quempiã eorum qui ex ipsis erãt genitũ, [illegible] zizania, qui in nos omnes, vt ipsi dicũt, mala iniecit, vt qui optimo nostro patri restiterit. Quamobrem nos quoque illi resistimus, eius legibus, vt de patre vltionem sumamus, aduersantes. Et quoniam [illegible] Non adulteraberis, Nos, inquit, adulteremus, vt eius præceptũ infirmemus. Eos malorũ [illegible] quispiã nominauerit, qui suis libidinibus, & impudicitiis blasphemias adiungũt. Aduersus eos [illegible] dilẽmate vtitur Clemẽs, Aut nullũ est malum, aut consistit malũ. Si nullũ est malũ, nullius mali [illegible] ctor creator, & nõ meretur reprehẽdi qui nullũ malũ fecit. Sin autẽ consistit malũ, quę data [illegible] pta, aut bona sunt aut mala. Si mala sunt quæ multa prohibẽt facere turpia, aduersus se legẽ [illegible] seipsum dissoluat, quod nõ potest fieri. Sin autẽ bona, cum bonis aduersentur, cõsitentur se [illegible] uersatios, & mala facere. Vtrũuis ergo dicãt seipsos refellũt & cõuincunt. *Iam verò ipsi quoque* [illegible] Rursus ostẽdit quantũ sibi cõtradicunt. Volũt enim Seruatori soli esse parendũ: sed ipse Seruator [illegible] nos recõciliari aduersario. Inter se autẽ pugnãt soli parere Seruatori quod ipsi iubent, & recõciliari aduersario quod iubet Seruator. *Quid verò an nescitis viri egregij.* Ostendit quã multa fiant absurda [illegible] Antitactis. Primũ quidem quod dum bona præcepta conãtur euertere, nõ ipsa sed suã salutem [illegible] Deinde quod Deo aduersantur qui vult lucere bona eorum opera, ipsi ita se gerũt vt non luceat [illegible] bona opera, sed manifesta sint omnibus eorũ flagitia & libidines. Deinde quod eius quidẽ præcepta [illegible] nantur dissoluere, quæ autẽ ab ipso sunt creata nõ conantur dissoluere, vt qui neque velint hyeme [illegible] æstate, neque terrã nauigari, neque mare pedibus obiri, vt olim Xerxes mõtem Athon abscidit & [illegible] fecit peruiũ, vt scribit Herodotus, cùm tamen idẽ sit & legislator & creator. Deinde quod nõ [illegible] pręceptis æquè repugnãt. Vnũ enim ex præceptis est, Crescite & multiplicamini: quod si ab illis [illegible] batur, à coitu deberẽt omnino abhorrere, cùm sint tamẽ libidinosissimi & impudicissimi, sed & [illegible] abstinere oportuit, cũ omnia dederit ad vescẽdum. Nec oporteret apud eos furẽ reddere quadruplum quod iubet legislator, sed furi præter id quod furatus est aliquid dare: sed nec Deũ diligere, cũ id iubeat legislator, & Idola quoque adorare, cũ id vetet legislator. Sed & suã ostendunt insipientiã, cum non animaduertãt potentẽ esse legislatorẽ qui quod vult facit, imbecillũ autẽ esse quem suũ dicunt patrẽ. *[illegible] essent etiã.* Antitactæ isti quædã ex prophetis accipiebãt, quę allegoricè quidẽ erant intelligẽda, [illegible] tanquã propriè dicta, & citra vllã figurã intelligebãt. Scriptũ est apud Malachiã, Deo restiterunt & salui facti sunt, addebant autẽ Deo, impudenti, & ex eo hunc sensum eliciebant quod salutẽ assequerentur re- sistentes creatori. Diuus autẽ Hieronymus sic exponit in exposit. Septuaginta quam sequitur Clemens [illegible]



[illegible] dicimus arrogantes qui superbiunt cõtra Deum, & impia blasphemiarum verba iaculan[illegible] siquidem ædificati, post scelera atque blasphemias prosperis omnibus perfruuntur. Tentauerunt Deum [illegible] restiterunt Deo, & salui facti sunt. Salutem, felicitatem præsentis huius seculi putant, & id[illegible] decipiuntur erroribus. Hæc & de hæreticis Marcione & Valentino, & cæteris qui vetus non reci[illegible] testamentum, & contra mundi creatorem loquuntur intelligere possumus: quòd proficiant in [illegible] sua, & multos sceleris socios habeant, ad quos scandalizati qui in ecclesia perseuerãt, & igno[illegible] causas iusti iudicij Dei, Prophetæ verba contexunt. Quod autẽ Antitactæ adiunxerunt Deo hanc [illegible] impudenti, ea vero in contextu non inuenitur, & vt maxime inueniretur, de Deo non posset [illegible] sed de diabolo, quidquid significet satis exponit Clemens. Non omnia autem prophetæ à Deo [illegible] sed etiam à vulgo quædam accipiunt veluti per quandam [illegible], seu obiectionem. Ad hoc [illegible] alludere Diuus Paulus dum dicit: Et non sicut blasphemamur & cætera. Isti autem Antitactæ [illegible] sunt his similes, bona & pia scripturæ decreta corrumpunt, vel aliter proferendo vel accentus & [illegible] transmutando. Quod si sibi hoc vsurpant hæretici vt possint vel contextui aliquid addere, vel [illegible] tonos & accentus vt volunt mutare, eadem licebit opera noua & impia afferre dogmata, [illegible] modi Antitactæ, & cæteri qui falso nomine dicti sunt Gnostici.

NE ERGO *hunc locum vngue amplius fodicantes, plurium absurdarum hæresium* IIII.
*[illegible]erimus: nec rursus dum in singulis aduersus vnamquamque dicere necesse habentes,* [illegible]
*[illegible] pudore afficiamur, & nimis prolixos hos faciamus commentarios, agè in duo [illegible] omnes hæreses, eis respondeamus. Aut enim docent indifferenter viuere: aut [illegible] tonúmque excedentes, per impietatem & odium profitentur continentiam. Prius* [illegible]
*[illegible] tractandum est de prima parte. Si omnem vitam licet eligere, eam scilicet etiam li[illegible], quæ est cum continentia: & si quæuis vita nulli est periculo obnoxia, electa scilicet cum [illegible] & temperantia, multò minus. Ei enim qui est Dominus Sabbati data potestate, si [illegible] intemperanter actæ nulla est reddenda ratio, multò magis qui vitam moderatè & tem[illegible] instituit, nulli erit rationi reddendæ obnoxius. Omnia enim licent, sed non omnia* 1.Cor.10.
*[illegible], ait Apostolus. Quòd si omnia licent, videlicet moderatum quoque esse tempe[illegible]. Quemadmodum ergo is est laudandus, qui libertate vsus est ad videndum ex vir[illegible], multò magis qui nobis dedit liberam & nostri iuris potestatem, & concessit nobis vi[illegible] vellemus, est venerandus & adorandus, vt qui non permiserit vt nostra electio & [illegible] fruiret necessariò. Si est autem vterque æquè securus, & qui incontinentiam, & [illegible] continentiam elegerit, non est tamen ex æquo honestum & decorum. Qui enim impin[illegible] voluptates, gratificatur corpori: temperans autem, animam corporis dominam liberat [illegible]. Et si dicant nos vocatos fuisse in libertatem solummodo ne præbeamus libertatem, [illegible] occasionem carni, ex sententia Apostoli. Si autem cupiditati est obsequendum, & quæ pro-* Galat.5.
*[illegible] est & turpis vita vt indifferens est eligenda, vt ipsi dicunt, aut cupiditatibus est omnino [illegible]endum: & si hoc ita est, facienda sunt quæuis impudicissima & maximè nefaria, eos se[illegible] qui nobis persuadent: aut sunt aliqua declinandæ cupiditates, & non est amplius vi[illegible] indifferenter: neque est impudenter seruiendum vilissimis & abiectissimis nostris partibus, ventri & pudendis, propter cupiditatem nostro blandiendo cadaueri. Nutritur [illegible] & viuificatur cupiditas, dum ei vt optatis fruatur cupiditatibus seruitur: quemadmo[illegible] rursus si arceatur & interturbetur, flaccescit. Quomodo autem fieri potest, vt qui vi[illegible] est à voluptatibus Domino assimilitur, aut Dei habeat cognitionem? Omnis enim vo[illegible] principium est cupiditas: cupiditas autem est molestia, & solicitudo, quæ propter [illegible] aliquid appetit: quare nihil aliud mihi videntur, qui hanc vitæ rationem susci[illegible], quàm quod dicitur,*

Vltra ignominiam sæuos sentire dolores.

*Vt qui attrahendum ad se malum nunc & in posterum eligant. Si ergo omnia licerent, nec timendum esset, ne à spe excideremus propter malas actiones, esset fortasse eis aliquis prætex[illegible] cur male viuerent & miserabiliter. Quoniam autem vita quædam beata nobis ostensa est per præcepta, quam oportet omnino sequentes, nec aliquid eorum quæ perperam dicta sunt au-*

dientes nec eorum quæ conuenit aliquid, etsi sit vel minimum, contemnentes, sequi quod verbum ducit: cùm si ab eo exciderimus, in malum immortale incidamus necesse est: si diuinam autem scripturam secuti fuerimus, per quam ingrediuntur qui crediderunt, vt Domino, quoad eius fieri potest, aßimilentur, non est viuendum indifferenter, sed pro viribus mundos esse oportet à voluptatibus & cupiditatibus, & cura gerenda est animæ. [b] Mens enim quæ est munda & ab omni vitio libera, est quodammodo apta ad Dei potestatem suscipiendam, cùm diuina in ea assurgat imago: & quicunque habet hanc spem in Domino

1.Ioan.3. seipsum, inquit, * mundum castùmque facit, quatenus ille est castus. Vt ij autem accipiant Dei cognitionem qui adhuc ducuntur à vitiis, minimè potest fieri: ergo nec vt finem assequantur, qui nullam habent Dei cognitionem. Et eum quidem qui hunc finem non assequitur, accusare videtur Dei ignoratio: vt Deus autem ignoretur, efficit vitæ institutio. Planè enim fieri non potest, vt quis simul sit & scientia præditus, & blandiri corpori non erubescat. Neque enim potest vnquam conuenire, quòd voluptas sit bonum, cum eo, quod bonum sit solum pulchrum & honestum: vel etiam cum eo, quòd solus sit pulcher Dominus,

(* Clemens legit ἁγνίζει noster autem interpres ἁγιάζει: vertit enim sanctificat.)

Colos.2. & solus bonus Deus & solus amabilis. In Christo autem circumcisi estis, circumcisione non manufacta, in expoliatione corporis carnis, sed in circumcisione Christi. Si ergo cum Christo consurrexistis, quæ sursum sunt quærite, quæ sursum sunt sapite, non quæ sunt super terram. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo Deo: non autem ita quam exercet fornicatio. Mortificate ergo membra vestra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, paßionem, desiderium, propter quæ venit ira. Deponant ergo ipsi quoque iram, indignationem, malitiam, maledictum, turpem sermonem ex ore suo, exuentes veterem hominem cum concupiscentiis, & induentes nouum qui renouatur in agnitionem, ad imaginem eius qui creauit ipsum. Vitæ enim institutio apertè eos arguit qui mandata nouerunt: qualis enim sermo, talis est vita. Arbor autem cognoscitur ex fructibus, non ex floribus & foliis ac ramis. Cognitio ergo est ex fructu & vitæ institutione non ex verbo & flore. Non solum enim verbum dicimus esse cognitionem, sed aliquam diuinam scientiam, & lucem illam quæ innata fuerit in anima ex præceptorum obedientia, quæ facit omnia manifesta quæ sunt in generatione, & hominem instruit vt seipsum cognoscat, & docet hominem, vt ad Deum suas dirigat cogitationes. Quod enim oculus est in corpore, hoc est in mente cognitio. Neque dicant libertatem eam quæ est sub voluptate seruitutem. Nos enim didicimus libertatem, qua Dominus noster nos liberat, soluens à voluptatibus & à cupiditatibus, &

1.Ioan.1. ab aliis vitiis animique perturbationibus. Qui dicit, Noui Dominum, & mandata eius non seruat, mendax est, & in eo veritas non est, ait Ioannes. [c] Ii autem qui speciosi quidam verbis, per continentiam, sunt impij & in creaturam & sanctum opificem, qui est solus Deus omnipotens: & qui dicunt non esse admittendum matrimonium & liberorum procreationem, nec in mundum esse inducendos alios infelices futuros, nec suppeditandum

1.Ioan.2. esse morti nutrimentum, illa sunt dicenda. Primùm quidem illud Ioannis: nunc Antichristi multi facti sunt, vnde scimus quod nouißima hora est. Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis, permansissent vtique nobiscum? [d] Deinde sunt etiam euertenda & dissoluenda quæ ab eis afferuntur, hoc modo. Salomæ interroganti, quousque vigebit mors, non quasi vita esset mala, & mala creatura, Dominus, quandiu, inquit, vos mulieres paritis, sed quasi naturalem docens consequentiam. Ortum enim omnino sequitur interitus. [e] Vult ergo lex quidem vos à delitiis omnique probro & dedecore educere. Et hic est eius finis, ab iniustitia ad iustitiam deducere, honesta ac moderata eligendo matrimonia, & liberorum procreationem, bonámque vitæ institutionem. Dominus autem non venit ad soluendam legem, sed ad implendam: ad implendam autem non vt



ei aliquid deesset, sed quòd perfectæ legis fuerint prophetiæ in eius aduentu. Nam recta vitæ institutio, iis etiam qui iustè vixerunt, ante legem per verbum prædicabatur. Vulgus ergo hominum quod non nouit continentiam, corpore vitam degit, sed non spiritu: sine spiritu autem corpus est terra & cinis. [f] Iam adulterium iudicat Dominus ex cogitatione. Quid enim, an non licet etiam continenter vti matrimonio, & non conari dissoluere quod coniunxit Dominus? Talia enim docent coniugij diuisores, propter quod nomen probris ac maledictis appetitur inter gentes. Sceleratum autem dicentes isti esse coitum, qui ipsi quoque vt consisterent, à coitu acceperunt, quomodo non fuerint scelerati?

## COMMENTARIVS.

[a] *Vt ergo hunc locum vsque amplius.* Cùm pigeret & puderet Clementem in tam impiis & tam impudicis [illegible] hæresibus, omnes hæreses in duo diuidit, vt eis facilius respõdeat. Omnes, inquit, hæreses docẽt aut viuere indifferenter, id est citra vllã electionem agaturne vita ex virtute an ex vitio, aut docent omnino [illegible] cõtinentiam modum excedentes, non vt qui se castrent, & casti esse velint propter regnum [illegible] qui per impietatem & propter odiũ Creatoris quidquid est genitum & creatum abhorreant. Et aduersus eos quidẽ qui docent viuere indifferenter sic disputat. Si vtramuis vitã licet eligere, quæ est cũ cõtinentia, & quæ non est, vtraq; quidem est secura, sed multo magis ea quæ est cum continentia, licet autẽ sit vtraque secura, multo certe est honestior & decentior quæ est cum continentia. [illegible] omnia quidẽ licent, sed non omnia expediunt. Qui enim se dedit voluptati, inseruit corpori: [illegible] autem temperans, animũ liberat à vitiis. Sin autem voluptati seruiatur & cupiditati, aut sunt turpissima quæq; & flagitiosissima admittenda, quod est indignissimũ, aut si sunt aliquæ declinẽdæ & vitandæ voluptates & cupiditates, & falsa erit eorum doctrina, docent enim indifferenter viuendum, cum tamen ipsi admittunt, nõ semper sequendã esse indifferentiam. Ad hæc accedit quod qui est voluptatibus & cupiditatibus deditus semper eget, & ignominiã perpetuam sentit & dolorem. Sed nec Deo potest assimilari, quod fit per beatã vitam quæ acquiritur per præcepta. Non est ergo voluptas sequenda, nec vitæ indifferentia, sed ipsum Dei Verbũ, & diuina quæ ipsum nobis annunciat & prædicat scriptura, vt sit mens nostra munda ab omnibus voluptatibus & cupiditatibus dum geritur cura animæ. [b] *Mens enim quæ munda.* Ostendit quomodo per mentẽ homo Deo assimiletur, nempe cùm ea munda seruatur à vitiis, libidinibus & cõcupiscentiis. Dei enim nõ potest habere cognitionem qui adhuc ducitur à vitiis, quibus ille carere, qui in baptismo cũ Christo est sepultus, & cum eo surrexit. Is demum Deum verè nouit qui vitam rectè instituit. [c] *Ii autem qui speciosi.* Hactenus respõdit iis qui docebãt indifferẽter viuere: nunc autem incipit respõdere iis qui in odiũ Creatoris, nõ autẽ propter regnũ Dei inducunt continentiã, [illegible] nolunt matrimoniũ, nec procreari liberos, ne generẽtur futuri infelices, & quià morte sint deuorandi. Primũ autẽ respondet eos esse Antichristos, nec ex nobis fuisse qui à nobis exierint. [d] *Deinde sunt etiam euertenda.* Affert aliud Clemens quod obiiciebant matrimonij euersores ad sua confirmanda. Quod autem citat, nusquã extat in nostris libris Canonicis. Quo fit suspicer eũ ex aliquo Apocripho citare Euangelio. Solet enim nõnulla ex iis citare. Salome enim interroganti, Quousq; vigebit mors, respõdet Dominus quousq; vos mulieres paritis, nõ per id intelligens malũ esse vitam aut creaturam, sed ostendens [illegible] consequi, vt ortũ sequatur interitus. Nam quidquid gignitur secundum naturam intereat necesse est. Ex hoc autem non sequitur non contrahenda esse matrimonia. [e] *Vult ergo lex quidem.* Hoc etiam [illegible] afferebant cõdemnatores matrimonij, quod ipsi legem sequerentur Euangelicam quæ longè est perfectior, vt quæ statueret cõtinentiam, quam lex vetus quæ tuebatur matrimonium. Ad quod respondet Clemẽs, legis hunc fuisse scopũ, vt eligendo matrimonia iustè viuerent, liberos procrearent, vitam [illegible] instituerent: dicere Christum se venisse ad legem adimplendam, non quod legi deesset aliquid, sed quod significaret fuisse adimpletas & perfectas legis veteris vmbras & figuras. Idẽ esse Verbum, quod & [illegible] lege, & in Euangelio prædicauit bonam vitæ agendæ rationẽ & doctrinam. Etiam veteri lege matrimonium [illegible] suam habuisse continentiam, quam qui non habet, solo viuit corpore, non spiritu, qui si desit, in corpore nihil est aliud quam terra & cinis. [f] *Iam adulterium iudicat Dominus.* Si adulterium potest admitti ex cogitatione (qui enim vidit mulierẽ & eam concupiit, mœchatus est in corde suo, etsi eam non tetigerit) ita etiam constat matrimonium etiam inter eos qui continent, nec dissoluitur, vt ij dissoluunt qui damnant matrimoniũ, quod non potest nec debet fieri. Non sunt enim separandi quos Deus coniunxit. Quòd quidẽ causa est vt sanctissimum Christi nomen blasphemetur inter gentes: vocatur autem Christi nomen [illegible], quod sit omniũ excellentissimum. Quod autem fiebat ab Hereticis, id tribuebant gentes omnibus Christianis. Damnantes verò tanquam nefarium & sceleratum coitum, cui acceptum ferre debent quod consistant in rerum natura, sceleratos & ingratos se ostendunt.

[g] EORVM autem qui sunt sanctificati, sanctum quoque, vt puto, semen est. Atque v[illegible] quidem debet esse sanctificatus, non solum spiritus, sed & mores, & vita, & corpus. Nam quanam ratione dicit Paulus Apostolus esse sanctificatam mulierem à viro, aut virum à muliere? [h] Quid est autem quod Dominus quoque dixit iis qui interrogabant de di- 1.Cor.7.

tuortio, an liceat vxorem dimittere, cùm Moses id permiserit? Ad duritiam cordis vestri Matth.19. Marc.10. Luc.10. 1.Cor.5. inquit, Moses hæc scripsit. Vos autem non legistis quod protoplasto Deus dixit, Erunt duo in carne vna. Quare qui dimittit vxorem, præterquam fornicationis causa, facit eam moe-chari. [c] Sed post resurrectionem, inquit, nec vxores ducunt, nec nubunt. Eteneum dicunt & escis dictum est. Esca ventri, & venter escis. Deus autem & illum & hanc abolebit. ἐγείρων-ται, actiua reddet, & essare faciet. hos impetens, qui instar caprorum & hircorum sibi viuendum esse censent, ne sanctis quidem sine terrore comessent & coirent. Si resurrectionem itaque acceperunt, vt ipse dicunt, & ideo matrimonium infirmant & abrogant: nec comedant, nec bibant. Otiosum enim est & cessareque ventrem & cibos dicit Apostolus in resurrectione. Quomodo ergo eiuntur, & sitiunt, & carnis patiuntur affectiones, & alia quæ non patietur, qui per Christum accepit perfectam quæ speratur resurrectionem? [d] Quinetiam qui colunt idola, a cibis & vino nere abstinent. Non est autem, inquit, regnum Dei cibus & potus. Certè Magus quidam Rom.14. qui Angelos colunt & dæmones curæ est, simul à vino & animatis & à rebus abstinet venereis. Quemadmodum autem humilitas est mansuetudo, non autem afflictio corporis, ita etiam continentia est animæ virtus, quæ non est in manifesto, sed in occulto. [e] Sunt autem etiam qui matrimonium aperte dicunt fornicationem, & decernunt id traditum esse à diabolo. Dicunt autem glorioſi isti iactatores se imitari Dominum, qui neque vxorem duxit, neque in mundo aliquid possedit, se magis quàm alios Euangelium intellexisse gloriantes. Eis autem dicit Scriptura: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Deinde nesciunt causam cur Dominus vxorem non duxerit. Primùm quidem propriam sponsam habuit Ecclesiam: deinde verò nec homo erat communis, vt opus haberet quod adiutore aliquo secundum carnem: neque erat ei necesse procreare filios qui manet in æternum, & natus est solus Dei filius. Hic ipse autem Dominus dicit: Quod Deus coniunxit, Matth.19. Marc.10. Matth.24. homo non separet. Et rursus: Sicut autem erat in diebus Noë, erant nubentes, & nuptum dantes, ædificantes & plantantes, & sicut erat in diebus Loth, ita erit aduentus filii hominis. Et quod non dicit ad gentes, subiungit: Num cùm venerit filius hominis, inueniet Luc.18. Luc.21. fidem in terra. Et rursus: Væ prægnantibus & lactantibus in illis diebus. Quemadmodum hæc quoque dicuntur allegoricè. Propterea nec tempora præsiuit, quæ pater posuit in sua Matth.19. potestate: vt permaneret mundus per generationem. Illud autem, Non omnes capiunt verbum hoc: sunt enim eunuchi qui sic nati sunt, & sunt eunuchi qui castrati sunt ab hominibus, & sunt eunuchi qui seipsos castrauerunt propter regnum cælorum. Qui potest capere, capiat: nesciunt quòd postquam de diuortio esset locutus, cùm quidam rogassent, ille ob causa vxoris, non expedit homini vxorem ducere: tunc dixit Dominus: Non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est. Hoc autem qui rogabant, volebant ex ista vxore damnata & electa propter fornicationem, concedat aliam ducere. [f] Nam & Athletas quoque non paucos abstinere à Venere, propter exercitationem corporis continentes: quemadmodum Crotoniatem Ascylum, & Crisonem Imeræum. Quinetiam Amœbeus citharœdus, cùm recens duxisset vxorem, a sponsa abstinuit: & Cyrenen Aristoteles amantem Laidem solus destexit. Cùm meretrici itaque iurasset se eam esse in patriam abducturum, si ei aduersus decertantes aduersarios in aliquibus opem tulisset, postquam id perfecit, lepidè à se scriptum iusiurandum exequens, eius quamsimillimam Cyrenæ statuit imaginem, vt scribit Ister in libro de Proprietate certaminum. Quare nec caelibatus est bonum nec ex virtute, nisi fiat propter dilectionem in Deum. [g] Iam de iis qui matri- ἐνεργέω. 2.Tim.4. monium abhorrent dicit beatus Paulus: In nouissimis diebus deficient quidam a fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, prohibentium nubere, abstinere a cibis. Et rursus dicit: Nemo vos seducat volens in humilitate & religione & parsimonia corporis



tui. Idem autem illa quoque scribit: Alligatus es vxori, ne quæras solutionem. Solutus es Colos.3. abscesserit, ne quæras vxorem. Et rursus: Vnusquisque autem suam vxorem habeat, ne tentet 1.Cor.7. vos Satanas. [h] Quid verò, non etiam iusti veteres creaturam cum gratiarum actione percipiebant? Aliqui autem etiam liberos susceperunt, cum continenter versati essent in matrimonio. Et filiis quidem cerui alimentum afferebant, & panes & carnes. Quinetiam Samuel Prophetes, cornuum, quem ex iis quæ comedebat reliquerat, allatum, dedit edendum Sauli. Hi autem non ea dicunt vitæ institutis excellere, cum illorum actionibus ne potuerunt quidem conferri. Qui itaque non comedit, comedentem ne spernat. Qui autem comedit, eum qui non comedit ne Rom.14. iudicet: Deus enim ipsum accepit. Quinetiam Dominus de seipso dicens: Venit, inquit, Ioan- Matth.11. nes, nec comedens nec bibens, & dicunt, dæmonium habet: venit filius hominis comedens & bibens, & dicunt, ecce homo vorax & vini potor, amicus publicanorum & peccatorum. Philipp.4. Antiani reprobant Apostolos? Petrus enim & Philippus filios procreauerunt: Philippus Clem. autem suas quoque suas viris tradidit. Et Paulus quidem certè non veretur in quadam epistola suam appellare coniugem, quam non circumferebat, quòd non magno ei esset opus ministerio. Dicit itaque in quadam epistola: Non habemus potestatem sororem mulierem Rom.14. vxorem circumducendi sicut & cæteri Apostoli? Sed hi quidem vt erat consentaneum, minime quid diuelli non poterat, prædicationi scilicet attendentes, non vt vxores, sed vt sorores circumducebant mulieres, quæ vnà ministraturæ essent apud mulieres, quæ domos cubilibusque essent: per quas etiam in gynæceum, absque vlla reprehensione malaue suspitione, ingredi posset doctrina Domini. [i] Atqui hic ipse exclamauit: Non est regnum Dei esca nec potus: neque verò abstinentia à vino & carnibus, sed iustitia & pax, & gaudium in spiritu sancto. [k] Quis eorum ouilla pelle indutus, & zona pelliceâ accinctus, circuit vt Helias? Luc.6. qui subigit aculum tantum habens lineum, vt Hieremias? Ioannis autem vitæ institutum quemquam præditum quis imitabitur? Sed sic quoque viuentes gratias creatori agebant veræ Prophetæ. [m] Carpocratis autem iustitia, & eorum qui æquè atque ipse impudicam & incontinentem persequuntur communionem, hoc modo dissoluitur. Simul enim ac dixerit, A te petenti des: subiungit, & eum qui velit accipere non auerseris, hanc docens communicationem, non autem illam incestam & impudicam coniunctionem. Quomodo autem faciet is qui petit & accipit, is qui mutuatur, si nullus sit qui habeat & det mutuo? Matth.15. Deut.15. Quid verò quando dicit Dominus: Esurij, & me pauistis: sitij, & potum mihi dedistis: hospes eram, & me collegistis: nudus eram, & me vestiistis. Deinde subiungit: quatenus fecistis vni horum minimorum, mihi feciſtis: nunquid eadem quoque tulit leges in vetere Testamento? Qui dat mendico, fœneratur Deo. & †: Ne abstinueris à benefaciendo Psal.14. Psal.48. quoquo, inquit. Et rursus: Eleemosynæ & fides ne te deficiant, inquit. Paupertas autem virum humiliat, ditant autem manus virorum. Subiungit autem: Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, sit acceptus. & †: Pretium redemptionis animæ propriæ inducantur diuitiæ. An non apertè indicat, quod sicut mundus componitur ex contrarijs, nempe ex calido & frigido, humido & sicco, ita etiam ex iis qui dant, & ex iis qui accipiunt? Et rursus cum dixit: Si vis perfectus esse, vende quæ habes, & da pauperibus, refellit eum qui gloriatur quod omnia à iuuentute sua præcepta seruauerit. Non enim impleuerat illud, Di- Matth.19. ges proximum tuum sicut teipsum. Tunc autem vt qui à Domino perficeretur, docebatur communicare & impertiri per charitatem. Pulchrè ergo non prohibuit esse diuitem, sed esse diuitem iniustè & inexplebiliter, Possessio enim quæ cum iniquitate acceleratur, minor redditur. Sunt enim qui seminantes multiplicant, & qui colligentes minus habent. De quibus scriptum est: Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi. Qui Psal.111. enim seminat & plura colligit, is est qui per terrenam & temporalem communicationem

ac distributionem, cœlestia acquirit & æterna. Est alius autem qui incassum nemini impertit, & thesauros in terra colligit, vbi ærugo & tinea destruunt. De quo scriptum est: Qui colligit mercedes, colligit in saccum perforatum. Huius agrum Dominus in Euangelio dicit fuisse fertilem: Deinde cùm vellet fructus reponere, & esset maiora horrea & apothecas sibi ædificaturus, sibi dixisse per prosopopœiam. Habes multa bona tibi reposita in multos annos, ede, bibe, lætare: Stulte ergo, inquit, hac nocte animam tuam à te repetent: quæ ergo parasti, cuius erunt? [o] Humana ergo continentia, ea inquam quæ est ex sententia Philosophorum Græcorum, profitetur pugnare cum cupiditate, & in factis eius insurgere. Quæ est autem ex nostra sententia continentia, non concupiscere: non vt qui concupiscens se fortiter gerat, sed etiam vt à concupiscendo se contineat. Non potest autem ea aliter accipi continentia, nisi gratia Dei. Et ideo dixit: Petite, & dabitur vobis. Hanc gratiam Moyses quoque accepit, qui indigo corpore erat indutus, vt quadraginta dies neque esuriret neque sitiret. Quemadmodum autem melius est sanum esse, quam ægrotum: ita lucem esse, quam loqui de luce: & quæ est ex veritate continentia, ea quæ docetur à Philosophis. Non enim vbi lux est, illic tenebræ. Vbi autem sola insidet cupiditas, etiamsi quiescat ab ea quæ per corpus fit operatione, at memoria quidem certè cum eo quod non est præsens congreditur. [p] In summa autem & in genere non prædat oratio de matrimonio, nutrimento, & aliis, vt nihil faciamus ex cupiditate, verùm autem ea sola quæ sunt necessaria. Non sumus enim filij cupiditatis, sed voluntatis: & non qui vxorem duxit pro liberorum procreatione, exercere oportet continentiam, vt hanc quidem concupiscat vxorem, quam debet diligere, honesta & moderata voluntate operam dans liberis. Non enim carnis curam gerere ad concupiscentiam didicimus: honestè autem tanquam in die Christo, & dominica lucida vitæ institutione ac conuersatione ambulantes, non in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis, non in litibus & contentionibus. Verum enimuerò non oportet considerare continentiam in vno solùm genere, nempe in rebus venereis, sed etiam in quibuscunque aliis quæ luxuriosa cupiscit anima, non contenta necessariis, sed solicita de delitiis. Continentia est pecuniam despicere, voluptatem, possessionem, spectaculum magno & excelso animo contemnere, & omnia hæc, quæ mala sunt ratione vincere. [q] Iam verò angeli quoque quidem cùm fuissent immanentes, victi cupiditate, è cælo descenderunt.

Act. 1. Luc. 12.

Matth. 7. Luc. 11.

## COMMENTARIVS.

[o] EORVM autem qui sunt sanctificati. Ex hoc etiam probat quod nõ sit nefarius & sceleratus commercium sanctificatorum semen est sanctum, in sanctificatis enim sunt omnia sancta, & ipsi sanctificati & immunes sanctificãt. Sed cuiusmodi sit ista matrimonialis sanctificatio pulchrè Augustinus in lib. de Baptismo parvulorũ. Non vniusmodi est sanctificatio. Nam & Cathecumenos non secundum quendam modum sanctificari per signum Christi, & orationẽ manus impositionis puto sanctificari. Et quod accipiunt quamuis non sit corpus Christi, sanctũ est tamen, & sanctius quam cibi quibus alimur, quoniam sacramentum est. Verum & ipsos cibos, quibus aduersus necessitatẽ sustentandæ vitæ huius alimur, sanctificatissimè Apostolus dixit per Verbũ Dei & orationem, qua oramus vtique nostra corpuscula refecturi. Sicut ergo illorũ sanctificatio non efficit, vt quod in os intrauerit non in ventrem vadat, & in secessum mittatur per corruptionẽ, qua omnia terrena soluuntur, vnde & ad aliam escam quæ non corrumpitur non Dominus exhortatur: ita sanctificatio Cathecumeni, si non fuerit baptizatus, non ei valet ad intrandũ regnum cælorũ, aut ad peccatorum remissionem. At per hoc & illa sanctificatio cuiusmodicunque, quam in filiis delitũ esse dicit Apostolus, ad istam de Baptismo & de peccati origine, vel remissione quæstionem omnino non pertinet. Nam & coniuges infideles in coniugibus fidelibus sanctificari dicit eo ipso loco ubi quiescit Sanctificatur enim vir infidelis in vxore, & sanctificatur mulier infidelis per virum fidelem. Alioquin filij vestri immundi essent, nunc autem mundi sunt. Non opinor autem quod quispiam tam infidelis sit, vt non aliter intelligit quomodolibet in his verbis intelligat, vt ob hoc intelligat etiam mariti[um], non Christianũ, Christianum, quia eius vxor fuerit Christiana, neque iam baptizati oportere, & ad remissionem peccatorũ peruenisse, & in regnum cælorum esse intracturum, quia sanctificatus dictus est in vxore. Hæc diuus ille Augustinus de matrimoniali sanctificatione. Ex quibus verbis est cuilibet perspicuũ in quanta

Ex lib. 3. ad Marcellinũ.



amentia versetur impius Hæresiarcha Caluinus, quẽ non pudet dicere etiam in vtero matrum sanctificari infantes, & nec opus quidem esse vt baptizentur. [o] *Quid est autem quod Dominus quoque dixit?* Non licere dimittere matrimonium, ex eo probat quod prohibeat Christus dimittere vxorẽ, nisi causa fornicationis. Quod Moses Hebræis Moyses permisit diuortiũ, nisi propter cordis eorum duritiam, nempe propter grauiora quædam inde erant euentura. [o] *Sed post resurrectionem.* Suam matrimonij abrogationem ex eo confirmauit, quod Christus dixisset, post resurrectionẽ neq; viros ducturos esse vxores neque nupturas mulieres. Hoc non negat Clemens, sed addit etiam ex Diuo Paulo, & ventrem otiosum futurum, & escas cessaturas: quo fiet vt neque comedatur nec bibatur, sicut nec etiam contrahetur matrimonium. [o] *Quinetiã cum idolis.* Magnopere se iactabant isti abrogatores matrimoniorum, quod & à cibis, & à Venere abhorrerent. Hanc eorum gloriam eleuat Clemens, dicens non in ea abstinentia sitam esse veram religionem, nam eam quoque illis esse communem cum Magis qui idola colunt & Dæmones. Prius est constituenda vera religio, quam gloriæ esse possit continentia & afflictio corporis, quam oportet esse non in ostentatione, sed in occulto. Imitabantur quidẽ veram Dei religionem gentes in cibo & potu, & in quibusdam cæremoniis, sed nõ est regnum Dei cibus & potus, neque ceræmoniæ nisi adsit veræ religionis fundamentum, nempe fides. [o] *Sunt qui matrimonium.* De Eustathianis vide Cõcilium Gangrense, aduersus quos extat hic canon: Si quis vituperat nuptias & dormientẽ cùm vito suo fidelem ac religiosum detestabilẽ æstimat, veluti quæ in regnũ Dei intrare non possit, anathema sit. Detestabantur enim nuptias & matrimoniũ habebant pro fornicatione. [o] *Aiunt autem Athletas quoque.* Ad matrimonij laudem euincendã, adducebant isti nuptarum vituperatores aliquot exempla eorum qui à Venere perpetuo abstinebant. Ad quod respõdet Clemens cõsiderandam esse causam cur caste viuatur: castitas enim nec per se laudanda est nec virtus, si caste viuatur propter aliud quam propter Dei charitatem. Qui ergo à Venere abstinuerunt Athletæ, nõ propter Dei amorẽ, sed ne eneruentur eorũ vires, non ideo sunt laudandi tanquam viri boni & virtute præditi. Christiana enim virtus solum Deum sibi proponit scopum. Non omnium autem quorum hic meminit, sit mentio apud alios authores, & quem citat liber iniuria temporis periit. Plato de Republica meminit Asbyli Crotoniatæ cursoris: is autem est, vt arbitror, corruptio vocabuli Aicylus. Amœbei citharœdi castissimi, qui vxorẽ nunquam attigit meminit Athenæus lib. 14. ca. 3. Hic quoties cantaturus prodibat in publicum singulis diebus capiebat talentum Atticum. De Crisolai Phocæo nusquã memini me aliquid legere. De Aristotele autem Cyrenæo, quòd Laidem quã dimittat se Cyrenẽ adducturũ, eluserit nihil legi, legi tantũ apud Ælianũ de varia historia, quod diceret nullum beneficium nunquam accipiendum: nam si referte non possis egreferes, & si non referas, exitiabilem ingratitudinis. [o] *Laudat iis qui matrimonia abhorrent.* Postquã confutauit ea quæ afferebãtur ab iis qui vituperabant matrimonium, nunc adducit ea quæ faciunt pro matrimonio, & pro cibis cum gratiarum actione sumendis. [o] *Quid verò non etiam iuffi veteres.* Et in nouo & in veteri testamento fuerunt qui à cibis abstinebant, & qui cibos percipiebant cum gratiarum actione. Fuerunt & qui matrimonium contrahebant, quique dabant operam, & fuerunt qui caste viuebant, & se continebant à mulieribus. [o] *An etiã apostoli.* Ad probandum non esse reiiciendum matrimonium, multum facit quod ipsi quoque Apostolorum duxerint, & liberos procrarint. Sed ad cœlibatum quoque commendandum facit plurimum, quod qui vxorem duxerant Apostoli, vxores non tanquam vxores circunducerent, sed tanquam sorores. Circunducebant autem vt ipsis ingressis in gyneceum liberè mulieribus prædicaretur Verbum Domini. De Apostolis autẽ Petro & Philippo quod vxores duxerint & liberos procrarint nemini est dubium: & quod Philippus filias habuerit virgines, quæ etiam prophetarint, cõstat ex Actis Apostolorum. Quod autẽ ex iis aliquas collocarit in matrimonio, non memini me alibi legere. Paulus autem duxerit vxorẽ non leuis est dubitatio: videtur quidem Clemens sentire eum duxisse, sed aliter sentit Theodoretus, qui ita scribit in Cõmentario in epist. Pauli ad Philippenses. Comparem siue coniugem nonnulli putant existimant esse vxorẽ Apostoli, non attendẽtes ea quæ scripta erãt in epistola ad Corinthios, quod 1. Cor. 7. videlicet se tenuerit in numerũ cœlibũ. Dico enim iis qui matrimonio iuncti nõ (sunt & viduis) Bonum est si maneant sicut ego. Et clarũ est quod siue esset cœlebs, hoc est qui nunquam duxisset vxorem, siue vxoratus, vxorem non habebat, vxorem autem eum nunquam duxisse est veritus: adolescens enim vocatus est. Cæterum ergo seu coniugem ipsum vocat, vt qui iugum pietatis secum trahat, & hortatur vt optimum sit mulierum aditor, & vt concordiam inter se ineant, procuret. [o] *Atqui ipse exclamauit.* In nomine Domini, & cum gratiarum actione est comedendũ. Quod si à cibo & potu abstineatur, id propter Dei honorẽ est faciendum. Alioqui nec cibus nec potus est regnum Dei, sed neque ab iis abstinentia. Regnum Dei est pax, & iustitia, & gaudiũ in Spiritu sancto. Pax est, quando quiescentibus affectibus, nos non angit remordet cõscientia: iustitia est, qua suũ vnicuique, nempe & Deo, & sibi, & proximo tribuitur: gaudium in Spiritu sancto, quo nos non terrena delectant, sed cælestia. [o] *Quis eorum ouilla pelle indutur.* Quantumcunque castitatem & cõtinentiam iactarent ipsi matrimoniorum vituperatores, vitæ tamen auctoritate multum cedebant Eliæ, Hieremiæ, & Ioanni. Quidquid autem illi faciebant, non propter Dei amorẽ, sine quo nec castitas nec abstinentia potest esse bonũ nec virtus, sed in Creatoris odium id faciebant. Elias autẽ & Hieremias & Ioannes, quantũcunque austera esset eorum vita, Creatori semper agebant gratias. [o] *Corpocratis autem iustitia.* Retellit impiam & obscœnam Carpocratis communicationem, qui volebat omnẽ mulierẽ omni petẽti sui corporis facere copiã & coniunctionẽ, eam autem accipiebat illo Lucæ, Omni petenti à te tribue, vbi aduertendũ est, id quod statim sequitur in Græco Clemẽtis habere, quod nec in exculo nouo testamento Græco, nec in nostra versione. Nã & in Græco exemplo & in nostra versione, ita habet: Et qui aufert quæ tua sunt ne repetas. In Græco autem Clemẽtis ita habet: ὁ δὲ ἀπὸ σοῦ τὰ σὰ μὴ ἀπαίτει, id est, & eũ qui vult mutuo accipere ne auerseris. Ex vtroque ergo colligitur impia illa communio Carpocratiana. In ea enim non potest is qui mutuatur esse qui petit & accipit, si nullus sit qui habeat & det mutuo. Nõ intelligenda est autem hæc cõmunio de synaxi, sed

Caluini impietas.

Dist. 31. Si quis vituperat. & dist. 30. si quis nuptias.

de erogatione in pauperes. Quod ostendunt ea quæ sequuntur. [a] *Quid verò quando dicit Dominus.* Quæ-
que hic citantur eo tendunt, vt ostendatur magnam esse mercedem communicationis, erogationis, &
spersionis & eleemosynæ in pauperes: per eam enim acquiritur cælestia & æterna. Nō vsurpatur
uitiæ, sed ex solum quæ nimis augentur, & quæ absconduntur, & non erogantur & distribuuntur:
autem dicit sibi dicere per prosopopœiam, significat ad se verba facere tanquā ad aliam personam: *Ma-
mona ergo continentia.* Hæc est differentia inter continentiā Philosophicam & Christianā, quod
phica pugnat cū cupiditate: Christiana autem ne concupiscit quidem. Non potest autem acce-
Dei gratia, & ideo ea est à Deo petenda. Eam habuit Moses, qui quadraginta dies nec esuriit nec
num esse & de sanitate disputare inter se differunt, melius est autē sanum esse, quam de sanitate
Lux non est qui loquitur de luce: melius est autem esse lucem, quam loqui de luce. Vera est
continentia, quæ eo deuenit vt nihil concupiscat: non est autem vera Philosophica quæ pugna
cum cupiditate, sed eam non tollit. Nam etsi in actum non exeat cupiditas, nec exerceatur
tamen licet non sit præsens retinetur memoria: in continentia autem Christiana nulla est
piscentia. [b] *In summa autem & in genere.* Et in matrimonio & in esu ita se gerere oportet, vt in
luntas non cupiditas, & ea solum velimus quæ sunt necessaria, adeò vt etiam in matrimonio
tia, vt non tam nos moueat ardor libidinis, quam voluntas procreandæ sobolis, & ea sit in
congressu honestas, quæ diem, nempe Christum redoleat, dies enim & lux est Christus. Ab ea
comessationes & ebrietates, lites & contentiones. Ita nos oportet gerere, qui sumus filij non
sed voluntatis. Filius voluptatis est, qui in matrimonio non tam spectat filiorum procreationem
Genes. 6. insanum implendæ voluptatis desiderium. [c] *Iam verò Angeli quoque quidam.* Non soli homines
tinentes, sed quidam etiam Angeli, cùm suam non possent continere cupiditatem, ea vidi & cete
tam descenderunt. Ij autem Angeli sunt fortasse qui in Genesi vocantur filij Dei. Videntes
Dei filias hominum quod essent pulchræ, acceperunt sibi vxores ex omnibus quas elegerant. Sed
fugit alios aliter sentire, sed ita videtur sensisse Clemens.

VI. [a] VALENTINVS autem in epistola ad *Agathopodem*: Cùm omnia, inquit, ab
stinuisset, erat continens, diuinitatem operabatur Iesus: edebat & bibebat prop
reddens cibos: tanta inerat ei vis continentiæ, vt etiam nutrimentum in eo non
quoniam ipse non habuit interitum. Nos ergo propter dilectionem in Dominum, &
pter ipsum honestum, amplectimur continentiam, templum spiritus sanctificantes. Ho
stum enim est, propter regnum cælorum seipsum castrare ab omni cupiditate, & cum
re conscientiam à mortuis operibus, ad seruiendum Deo viuenti. Qui autem propter
aduersus carnem susceptum, à coniugali coniunctione, & ciborum quos sumere
participatione, liberari desiderant, indocti sunt & impij, & absque ratione contra
sicut aliæ gentes plurimæ. [b] *Brachmanes quidem certè neque animatum comedunt, non*
vinum bibunt: sed aliqui quidem ex iis, quotidie sicut nos cibum capiunt: nonnulli autem
ex iis tertio quoque die, vt ait Alexander Polyhistor in lib. de rebus Indicis: nonnulli
autem contemnunt, & viuere nihili faciunt: credunt enim esse regenerationem: alij au
tem colunt Herculem & Panem. Qui autem ex Indis vocantur σεμνοι, hoc est, honesti
venerandi, nudi totam vitam transigunt: ij veritatem exercent, & futura prædicunt,
colunt quandam pyramidem, sub qua existimant alicuius Dei ossa reposita. Neque
Gymnosophistæ, nec qui dicuntur σεμνοι, id est, venerandi, vtuntur mulieribus, hoc
præter naturam & iniquum esse existimant: qua de causa seipsos castos conseruant.
gines autem sunt etiam mulieres quæ dicuntur σεμναι, hoc est, veneranda. Videtur
tem obseruare cælestia, & per eorum significationem quædam futura prædicere. Ve
niam autem qui introducunt indifferentiam, paucas quasdam scripturas detorquent
tillanti suæ voluptati ea suffragari existimant: quinetiam illam quoque, Peccatum
Rom. 6. vestri non dominabitur: non estis enim sub lege, sed sub gratia: & aliquas alias
modi, quarum propter hæc non est rationi consentaneum vt faciam mentionem: non
nauem instruo piraticam: agè paucis eorum argumentum perfringamus. Ipse enim
gius Apostolus, prædictæ dictioni subiungens, intentati criminis afferet solutionem.
ergo peccabimus, quia non sumus sub lege, sed sub gratia? Absit. adeò diuinè &
ticè euestigio dissoluit artem voluptatis sophisticam. Non intelligunt ergo, vt videtur,
2. Cor. 5. omnes nos oportet manifestari ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque per



ea quæ fecit, siue bonum, siue malum: vt quæ per corpus fecit aliquis recipiat. *Quare si qua* 2. Cor. 5.
*in Christo noua creatura, ea non est amplius peccatis dedita. Vetera præterierunt. Vi-*
*tam antiquam exuimus: ecce enim noua facta sunt, castitas ex fornicatione, & continen-*
*tia ex incontinentia, iustitia ex iniustitia. Quæ est enim participatio iustitiæ & iniustitiæ?* 2. Cor. 6.
*aut quæ luci cum tenebris societas? quæ est autem conuentio Christo cum Belial? quæ* 1. Cor. 7.
*pars est fideli cum infideli? quæ est autem consentio templo Dei cum idolis? Has ergo ha-*
*bentes promissiones, mundemus nos ipsos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perfi-*
*cientes sanctitatem in timore Dei.* [c] *Qui autem Dei creaturæ resistunt per speciosam il-*
*lam continentiam, illa quoque dicunt, quæ ad Salomoem dicta sunt, quorum prius me-*
*minimus: habentur autem, vt existimo, in Euangelio secundum Ægyptios. Aiunt* Euangelium secundum Ægyptios.
*enim ipsum dixisse Seruatorem: Veni ad dissoluendum opera fœminæ: fœminæ quidem,*
*cupiditatis: opera autem generationem & interitum. Quid ergo dixerint, Soluta est hæc*
*dispensatio? Non dixerint: manet enim mundus in eadem œconomia. Sed non falsum*
*dixit Dominus. Reuera enim dissoluit opera cupiditatis, auaritiam, contentionem, glo-*
*riam, cupiditatem, mulierum insanum amorem, pædicatum, ingluuiem, luxum & pro-*
*fusionem, & quæ sunt his similia. Horum autem ortus, est animæ interitus: siquidem*
*dicitur mortui efficimur. Ea verò fœmina est intemperantia. Ortum autem & interi-*
*tum, qui est in creatura, præcipuè fieri necesse est, vsque ad perfectam & omni ex parte*
*absolutam distinctionem, & electionis restitutionem, per quam, quæ etiam sunt modo*
*permixtæ & confusæ substantiæ, proprietati suæ restituuntur. Vnde meritò cùm de*
*consummatione verbum significasset, ait Salome: Quousque morientur homines? Ho-*
*minem autem vocat scriptura dupliciter: & eum qui apparet, & animam: & eum*
*vocat qui seruatur, & eum qui non. Mors autem animæ dicitur peccatum. Quare cautè*
*& considerate respondet Dominus: Quousque pepererint mulieres, hoc est, quandiu ope-*
*rabuntur cupiditates. Et ideo quemadmodum per vnum hominem peccatum ingressum* Rom. 5.
*est in mundum, per peccatum quoque mors ad omnes homines peruasit, quatenus om-*
*nes peccauerunt. Et regnauit mors ab Adam vsque ad Mosen, inquit Apostolus: na-*
*turalis autem diuinæ œconomiæ necessitate, mors sequitur generationem: & corporis &*
*animæ coniunctionem consequitur eorum dissolutio. Si est autem propter doctrinam &*
*generationem generatio, restitutionis autem est dissolutio. Quomodo autem existimatur*
*mulier causa mortis, propterea quod pariat: ita etiam dicetur dux vitæ propter eandem*
*causam. Iam quæ prior inchoauit transgressionem vita est appellata, propter causam suc-*
*cessionis: & eorum qui generantur, tam iustorum, quam iniustorum, mater est, vnoquo-*
*que nostrum seipsum iustificante, vel contrà inobedientem seipsum constituente. Vnde*
*nunc ego quidem arbitror Apostolum abhorrere vitam quæ est in carne, cùm dicit: Sed in* Philip. 1.
*omni fiducia, vt semper, nunc quoque Christus magnificabitur in corpore meo siue per*
*vitam, siue per mortem. Mihi enim viuere Christus est, & mori lucrum. Si autem vi-*
*uere in carne est hoc quoque mihi fructus operis, quid eligam nescio, & coarctor ex duo-*
*bus, cupiens resolui, & esse cum Christo: multò enim melius: manere autem in carne,*
*est magis necessarium propter vos. Per hæc enim, vt puto, apertè ostendit, exitus quidem cor-*
*porum perfectionem, esse in Deum dilectionem: eius autem præsentia incarne, ex grato ani-*
*mo profectum tolerantiam, propter eos qui opus habent vt salui fiant.* [d] *Quid verò, an non*
*etiam quæ deinceps sequuntur, ex iis quæ dicta sunt ad Salomem subiungunt ij, qui quid-*
*quid potest quam quæ est ex veritate Euangelica regulam sunt secuti? Cùm ea enim dixis-*
*set, Rectè ergo feci quæ non peperi: vtpote quod non vt oportet assumeretur generatio,*
*eaque Dominus: dicens: Omni herba vescere, ea autem quæ habet amaritudinem ne*

vescaris. Per hæc enim significat, in nostra esse potestate, & non esse necessariam ex prohibitione præcepti, vel continentiam, vel etiam matrimonium: eo quòd matrimonium creationi aliquid auxilij afferat, præterea explicans. Nemo ergo peccatum existimet esse matrimonium quod est ex ratione seu per verbum, nisi existimat esse amaram filiorum educationem: multis enim contrà, carere liberis videtur esse molestissimum. Neque amara videatur alicui liberorum procreatio, à diuinis abstrahens propter ea quæ ad vsum necessaria geruntur negocia. Hic autem non facilè ferens vitam solitariam, desiderat matrimonium: quandoquidem id quod cordi est, cum temperantia est innoxium: & habet vnusquisque nostrûm potestatem eligendi an velit gignere liberos. Considero autem quemadmodum aliqui quidem qui matrimonij prætextu difficultatum ab eo abstinuerunt, non conuenienter sanctæ cognitioni, ad inhumanitatem & odium hominum defluxerunt, & periit apud ipsos charitas. Aliqui autem qui legis concessioni acquiescentes sunt alligati, & intellectu sensuum voluptate perfusi, fuerunt, vt ait Propheta, assimilati iumentis. [f] Quinam autem sunt illi duo aut tres, qui congregantur in nomine Domini, in quorum medio est Dominus? an non virum & mulierem & filium tres dicit, quoniam mulier cum viro per Deum coniungitur? Sed si accinctus quis velit esse & expeditus, non volens procreare liberos, propter eam quæ est in liberis procreandis molestiam & occupationem, maneat, inquit Apostolus, cælebs vt ego. Velle enim dicere Dominum exponunt, cum plurimis quidem esse creatorem, effectorem Deum generationis: cum vno autem, nempe electo, Seruatorem, qui est alterius scilicet Dei, qui bonus est, filius. Hoc autem non ita habet: sed est quidem etiam cum iis qui honestè ac moderatè in matrimonio versati sunt & liberos susceperunt, Deus per filium: est autem etiam cum eo qui rationi seu verbo conuenienter fuit continens idem Deus similiter. [g] Fuerint autem aliter quoque tres quidem, ira, cupiditas, & ratio: caro autem & anima & spiritus alia ratione. Fortè autem & vocationem & electionem secundam, & tertium genus quod in primo honore collocatur, tacitè significat trias quæ prius dicta est: cum quibus est quæ omnia considerat Dei potentia, absque diuisione cadens sub diuisionem. Qui ergo animæ quæ sunt secundum naturam ita vt oportet vtitur operationibus, desiderat quidem ea quæ sunt conuenientia, odio autem habet ea quæ lædunt, sicut iubent mandata. Benedices enim, inquit, benedicenti, & maledices maledicenti. Quando autem hæc transiliens, iram scilicet & cupiditatem, creaturam reuera amauerit, propter eum qui est Deus & effector omnium, is ex recta viuet cognitione, non laboriosæ continentiæ habitu acquisito per eam quæ est Seruatori assimilationem, vnita cognitione, fide, dilectione: vt qui finis iudicio vnus sit, & verè spiritualis, quæ ex ira & cupiditate proueniunt cogitationes omnino non admittens, qui ad Domini imaginem ab ipso artifice efficitur homo perfectus, dignus qui iam frater à Domino nominetur, is simul est amicus, & filius. Sic ergo duo & tres in eodem congregantur, nempe in homine cognitione prædito. Fuerit autem multorum quoque concordia ex tribus numerata, cum quibus est Dominus, vna Ecclesia, vnus homo, genus vnum. An non cum vno quidem Iudæo erat Dominus legem ferens. Iam autem prophetans, & Hieremiam mittens Babylonem, quinetiam eos qui erant ex gentibus vocans per prophetiam, congregauit duos populos. Tertius autem est vnus, qui ex duobus creatur in nouum hominem, quo inambulat & inhabitat in ipsa ecclesia. Et lex simul & prophetæ, vnà cum Euangelio, in nomine Christi congregantur in vnam cognitionem. Qui ergo propter odium vxorem non ducunt, vel propter concupiscentiam carne indifferenter abutuntur, non sunt in numero illorum qui seruantur, cum quibus est Dominus. His sic ostensis, agè quæcunque scripturæ aduersantur iis Sophistis qui sunt ex hæresibus, iam adducamus, declarantes regulam continentiæ quæ rationi seu Verbo conuenienter adhibetur.

Margin notes: εὐάρεστον. | μισανθρω-πίας. | Matth. 18. | ἄγαμος. | 1. Cor 7. | λογικῶς. | [illegible] [illegible].



aetur. Vnaquæque autem hæresis scripturam habet quæ sibi conuenienter affertur. Qui autem intelligit, opportunè eligens, vtetur ad eos confutandos qui præter præcepta decreta constituunt. Atque vt ab alto rem repetamus, lex quidem sicut prius diximus, illud, non concupisces vxorem proximi tui, prius exclamauit ante propinquam & cohærentem Domini vocem, quæ dicit ex sua ipsius persona: Audiuistis legem præcipientem, Non mœchaberis. Ego autem dico, non concupisces. Quod enim vellet lex viros vti moderatè vxoribus, & propter solam liberorum susceptionem, ex eo est perspicuum, quod prohibet quidem eum qui non habet vxorem, statim cum captiua habere consuetudinem. Quòd si semel desiderauerit, ei cùm tonsa fuerit capillos, permittere vt lugeat triginta diebus. Si autem ne sic quidem emarcescat cupiditas, tunc liberis operam dare, cùm quæ dominatur impulsio, probata sit præfinito tempore rationi consentanea appetitio. Vnde nullum ex veteribus ex scriptura ostenderis, qui cum prægnante rem habuerit, sed postquam gestauit vterum, & postquam editum fœtum à lacte depulit, rursus à viris cognitas fuisse vxores. Iam hunc scopum & institutum inuenies seruantem Mosis patrem, cùm triennium post Aaronem natum intermisisset, genuisse Mosem. Et rursus Leuitica tribus seruans hanc naturæ legem à Deo traditam, aliis numero minor ingressa est in terram promissionis. Non enim facilè multiplicatur genus, cùm viri quidem seminant qui legitimum ineunt matrimonium, exspectant autem non solùm vteri gestationem, sed etiam à lacte depulsionem. [h] Vnde meritò Moses quoque Iudæos paulatim prouehens ad continentiam, cùm tribus diebus deinceps consequentibus à venerea voluptate abstinuissent iussit audire verba Dei. Nos ergo Dei templa sumus, sicut dixit Propheta: Inhabitabo in eis, & inambulabo, & ero eorum Deus, & ipsi erunt populus meus: si ex præceptis vitam instituamus, siue vnusquisque nostrum, siue tota simul ecclesia. Quare egredimini è medio ipsorum, & separamini dicit Dominus, & immundum ne tangatis, & ego vos suscipiam, & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias, dicit Dominus omnipotens. Non ab iis qui vxores duxerunt, vt aiunt, sed à gentibus quæ adhuc viuebant in fornicatione, præterea autem à prius quoque dictis hæresibus, vt immundis, & impiis, propheticè nos iubet separari. [i] Vnde etiam Paulus quoque Verba dirigens ad eos, qui erant his qui dicti sunt similes: Has ergo promissiones habete, inquit, dilecti: mundemus corda nostra ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctitatem in timore Dei. Zelo enim vos Zelo Dei: despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Ecclesia autem non alij iungitur matrimonio, sponsum possidens. Sed vnusquisque nostrum habet, si velit, potestatem ducendi legitimam vxorem, in primis, inquam, nuptiis. Vereor autem ne sicut serpens seduxit Euam in astutia, corrumpantur sensus vestri à simplicitate quæ est in Christo, piè admodum & doctoris instar dixit Apostolus. Quocirca admirabilis quoque Petrus, Charissimi, inquit, obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos, abstinete vos à carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animam, conuersationem vestram inter gentes habentes bonam: quoniam sic est voluntas Dei, vt benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum * ignorantiam, quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitiæ libertatem, sed vt serui Dei. Similiter etiam scribit Paulus in epistola ad Romanos: Qui mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuimus in ipso? Quoniam vetus noster homo simul est crucifixus, vt destruatur corpus peccati, vsque ad illud: Neque exhibite membra vestra arma iustitiæ peccato. Atque adeò cùm in hunc locum deuenerim, videor mihi non esse prætermissurus innotatum, quòd eundem Deum per legem & Prophetas & Euangelium prædicet Apostolus. Illud enim, Non concupisces, quod scriptum est in Euangelio, legi attribuit in Epistola ad Romanos, sciens esse vnum eum qui prædicauit per legem & Prophetas, & patrem qui per eum est

Margin notes: Matth. 5. | Leuit. 16. | 2. Cor. 6. | Esa. 52. | 2. Cor. 6. | 2. Cor. 7. | 2. Cor. 11. | 1. Petri 2. | * ἀγνωσίαν. habet Græcus Clemens. | Rom. 6. | Rom. 7.

*annunciatus. Dicit enim, Quid dicemus? Lex est ne peccatum? Absit. Sed peccatum non cognoui nisi per legem. Concupiscentiam enim non cognouissem, nisi lex diceret, Non concupisces, etiamsi ij qui sunt diuersæ sententiæ, repugnantes, existimant Paulum sua verba dirigentem aduersus Creatorem, dixisse ea quæ deinceps sequuntur: Noui enim quod non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum. Sed legant ea quæ prius dicta sunt, & ea quæ consequuntur. Prius enim dixit, sed inhabitans in me peccatum: propter quod consentaneum erat dicere illud: Non habitat in carne mea bonum. Consequenter subiunxit: Si autem quod nolo, hoc ego facio, non vtique ego id operor, sed quod inhabitat in me peccatum. Repugnans, inquit, legi Dei & legi mentis meæ, captiuat me in lege peccati quæ est in membris meis. Miser ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Et rursus (nunquam enim quouis modo iuuando defatigatur) non veretur veluti concludere. Lex enim spiritus liberauit me à lege peccati & mortis: quoniam per filium Deus condemnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleatur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Præter hæc adhuc declarans quæ prius dicta sunt, exclamat: Corpus quidem mortuum propter peccatum: significans id non esse templum, sed animæ sepulcrum. Quando enim sanctificatum fuerit Deo, spiritus eius qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in nobis. Qui viuificabit etiam mortalia vestra corpora, per eius spiritum qui habitat in nobis. Rursus itaque voluptarios increpans, illa adiicit: Prudentia enim carnis mors: quoniam qui ex carne viuunt, ea quæ sunt carnis cogitant: & prudentia carnis inimicitias cum Deo gerere inimicitias: legi enim Dei non subiicitur. Qui autem sunt in carne, non vt quidam decernunt, Deo placere non possunt, sed vt prius diximus. Deinde vt ne distinguat, dicit ecclesia: Vos autem non estis in carne, sed in spiritu, siquidem spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem spiritum Christi non habet, is non est eius. Si autem Christus in vobis, corpus quidem est mortuum per peccatum, spiritus autem vitus per iustitiam. Debitores itaque sumus fratres, non carni, vt secundum carnem viuamus. Si enim secundum carnem viuitis, estis morituri: si verò spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Quicunque enim spiritu Dei aguntur, ij sunt filij Dei. Et aduersus nobilitatem & aduersus libertatem, quæ execrabiliter ab iis qui sunt diuersæ sententiæ introducitur, qui propter libidinem & intemperantiam gloriantur, subiungit dicens: Non enim accepistis spiritum seruitutis rursus in timorem, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus abba pater: hoc est, ad hoc accepimus, vt cognoscamus eum quem oramus, qui est vere pater, qui eorum quæ sunt solus est pater, qui ad salutem erudit & castigat vt pater, & timorem minatur.*

emphysem.

Rom. 8.

Dosith. aliquid. 1. Cor. 7.

## COMMENTARIVS.

[a] VALENTINVS *autem in epistola ad Agathopoden.* Cum dixisset aliquot ex Angelis fuisse cõtinentes, refert quid de Christo dixerit Valentinus. Dicit enim Christũ adeo fuisse cõtinentem, vt quod nec comederat & biberat cõtinens, ex eo nihil egereret, vt quod nõ esset interiturum, ficut ipse non haberet interitum. [b] *Brachmanes quidem certe.* De Brachmanibus sic scribit Eusebius, Apud Indos autem & Bactros, multa millia hominũ sunt qui Brachmanes appellantur. Ij tam traditione patrũ quam legibus, nec simulachra colunt, nec animatũ aliquid comedunt, vinum & cerusiam nunquam bibunt, ab omni autem malignitate absunt, soli Deo attendentes. Gymnosophistarũ autem & Ægyptiorum Sacerdotum quanta esset & à cibis abstinentia & à Venere cõtinentia, fuse scribit Cælius Rhodiginus lib. 14. cap. 11. lect. antiq. [c] *Quoniam autẽ qui introducũt.* De indifferentibus antea diximus. Ij autem erant qui quidquid agerent, peccare se nõ posse dicebant. Peccatũ enim eis non dominari, quod non essent sub lege, sed sub gratia. In hoc autem fallebantur, quod cum per gratiã data eis esset remissio peccatorũ, ea gratia ne quæ extendi videretur, vt quidquid agerent, posset ea id non esset peccatum, eis omnia condonante gratia. Hunc eorum sensum refellit Paulus, qui aperte dicit nõ esse peccandũ, quod sumus sub gratia. Neque eo quod peccatum gratiæ vt peccemus, sed vt remissis peccatis noua simus creatura, & quæ olim admissa erant nequaquam amplius admittamus, & meminerimus nos esse sistẽdos ante tribunal Christi, recepturos quæ cuique per corpus, sine bona sive mala. Multas alias afferebant sententias, sed huius solum meminit, quæ erat præcipua. Nam si cæterarum faceret mentionem, videretur quodammodo nauem instruere Argo, in qua multa sunt congesta latrociniis. [a] *Qui autem Dei creaturæ resistunt.* Dixit quid pro se afferrent Adiaphoristæ, & quid eis responderet, nunc dicit quid afferant ij qui resistunt Dei creaturæ per Encratiten continentiam. Ij autem dicuntur Eucratitæ seu Tatiani, de quibus scribit Irenæus lib. 1. Adversus Tatianum & Marcionem qui vocantur continentes abstinentiam à nuptiis annunciauerunt, frustrantes seipsum plasmationem Dei, & oblique accusantes eum, qui & masculum & fœminam ad generationem humanam fecit, & eorum qui dicuntur apud eos animalia abstinentiam induxerunt, ingrati existentes ei qui omnia fecit Deo, contradicunt quoque eius saluti qui primus plasmatus erat. Et hoc nunc accidentium est apud eos, Tatiano quodam primo hanc introducente blasphemiam, qui cum esset Iustini auditor, inquantum quidem apud eum erat, nihil enarrauit tale, post verò illius martyrium absistens ab ecclesia, & præsumptione magisterij elatus, quasi præ cæteris esset secũdum proprium characterem doctrina constituta, non qualiũ inuisibiles, similiter atque ij qui à Valentino sunt, veluti fabulas enarrans, eorum autem corruptelas & fornicationes, similiter vt Marcion & Saturninus dicens, Adæ autem solum esse contradictionem faciens. Qui ergo Dei creaturæ resistebant, ij erant Eucratitæ seu Continentes. Qui erant Marcionistæ & Tatiani, pro defendenda sua hæresi afferebant quæ in Euangelio secundum Ægyptios dicitur Seruator dixisse Salomæ. Non est autem hoc Euangelium à Catholica Ecclesia approbatum, licet apud Clementem videatur non leuis autoritatis, non enim id reiicit nec reprobat, sed quod male exponebant hæretici, interpretatur. Sic ergo in eo dicebat Seruator: Veni ad dissoluere opera fœminæ. Hoc sic exponebant Eucratitæ. Fœminam vocabant cupiditatem seu cõcupiscentiam, huius opera dicebant generationem & interitum, quæ quidẽ opera vt dissolueret venisse Christum. Non ita autem esse intelligendum pulchrè sic ostendit Clemens; Quod Christus dixit verum est, sed non est quod dixit, si intelligatur vt intelligunt Eucratitæ. Non est ergo sic intelligendum. Si enim Christus vt dissolueret generationem & interitum vt intelligunt Eucratitæ, iam olim defecisset generatio & interitus. Sed non defecit. Non est ergo sic intelligendum. Venit ergo Christus ad dissoluendum opera fœminæ, nempe cupiditatis & intemperantiæ. Ea sunt auaritia, contentio, gloriæ cupiditas, insanus mulierum amor, & cætera quæ enumerantur. Horum operum generatio est animæ inscitia. Per peccatum enim inscitiæ & moritur anima. Ita est ergo intelligendum. [b] *Quidam verò ait non etiam profectionis opus esse.* Aliud etiam afferebant Eucratitæ ex eodem Euangelio secũdum Ægyptios, quod præsumebant pro se facere. Id autem in eos retorquet Clemens dicens illud: Omni herba velcere, ea autem quæ habet amaritudinem ne vescaris, significare in potestate nostra esse vel continentiam eligere, vel matrimonium. Id tantum esse speciandum vt non sit molestum & ingratum vitæ genus quod suscipitur. Esse verò ubique difficultates & molestias quæ magis procedunt ab iis qui suscipiunt, quàm ab ipso statu vitæ genere, licere vel matrimonium contrahere, vel probiberi continentiam, dum intelligas à continentia quam sis professus non esse refiliendum. Vtrobique esse adhibẽdam temperantiam, & modestiam, & neque cœlibes debere abhorrere eos qui dant operã liberis, neque eos qui vxores duxerunt libidini adeo esse deditos, vt merito possint assimulari iumentis. [c] *Quoniam autem sunt illi duo aut tres.* Matth. cap. 18. dicit Christus, Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorũ. Variantur dicti expositiones affert Clemens. Prima est quod id dicatur de viro muliere & filio, quorum mulier cum viro per Deum coniungitur, & ex ea cõiunctione procreatur filius. In medio itaque horum est Deus. In medio quidem duorum, si sit tãtum maritus & vxor: in medio autem trium est filius. Quod autem dicunt Eucratitæ in medio duorum vel trium in matrimonio esse Deum Creatorem, effectorem generationis, non autem bonum Deum Christi Seruatoris filium, sed eum esse quem electo, nempe cum cœlibe seu continente, est falsum. Est enim idem Deus qui certe vnus est, per filium, & cum duobus vel tribus in honesto & modesto matrimonio, & cum vno cœlibe seu continente, qui se cõtinet, non in odium Creatoris, vt Eucratitæ & Tatiani, sed propter regnum Dei, vt Verbum iubet. [d] *Fuerunt autem aliter quoque tres.* Postquam cõstituit quæ pro se facere putabant Eucratitæ, nunc eas adducit scripturas quæ eis aperte aduersantur, tam ex veteri quam ex nouo testamento. Ex veteri quidem, Non concupisces vxorem proximi tui: ex nouo autẽ, Audiuistis legem præcipientem, Non mœchaberis. Ego autem dico, Non concupisces. Quod ita interpretatur Clemens vt sentiat Deum iubere, ne cum propria quidem vxore cum concupiscentia habendam consuetudinem. Quod autem cum sua vxore velit haberi consuetudinem, adiuit propter solam liberorum susceptionem, probatur ex eo quòd ne cum captiua quidem statim velit rem habere, sed tum demum cum triginta diebus postquam raserit capillos, sedatus sit Veneris impetus, fuerit lacrimasque moderata & honesta appetitio. Veteres autem cum prægnante nullam habebant consuetudinem, nec ante pueri à lacte depulsionem seunblationem. Hinc est quod Moses erat Aarone minor natu tribus annis, quod pater nõ cognouit vxorem, antequam ablactatus esset Aaron. Hanc etiam ob causam ex tribu Leuitica pauciores ingressi sunt terram promissam quam ex cæteris tribubus, quod cum vxoribus rem non haberent ante filiorum à lacte depulsionem. [e] *Vnde meritò Moses quoque ludæos.* Quod dicit Deus apud Prophetam, Egredimini è medio eorum, & separamini; non est intelligendum ab iis qui duxerunt vxores, vt intelligebant Eucratitæ, sed à gentibus quæ adhuc fornicabãtur, sed & ab iis de quibus prius dictum est hæreticis, & ab obscœnis & impiis hominibus. [f] *Vnde etiam Paulus quoque.* Volunt quidem Apostoli Petrus & Paulus, vt hic referuntur quæ citantur eorum testimonia, Christianos omnes & singulos caste & cõtinenter viuere & abstinere à carnalibus desideriis: & ecclesiam quæ sponsum habet Christum, non alij coniungi sponso, præterquam vnusquisque si velit, modo se castitatis voto non obstrinxerit legitimam ducere vxorem. Quod autem dicit eum id posse in primis nuptiis, non est intelligendum, quod non liceat secundũ consuetudinem matrimonii, cùm id permittat Paulus, modo fiat in Domino, sed significat id minus esse honestum



Dosith. De præparat. Euang. 9. cap. 8.



Iren. lib. 1. cap. 30.

Exod. 19.

stum. Apud veteres quidem certe minus laudabilis & honesta habita est polygamia, qua solitum prius vxore defuncta, alia ducitur. Multas autem simul ducere tantum abest vt liceat, vt orbi esse maximum quidem matrimonium. Quam male autem olim audierit Polygamia, vide apud Nomocanonem Photij in Canonibus sancti Basilij.

VII. [a] QVOD autem ex consensu ad tempus orationi vacat coniugium, doctrina est continentiæ. Adiecit enim illud quidem, ex consensu, ne quis dissolueret matrimonium. Ad tempus autem, ne ex necessitate exercens continentiam is qui vxorem duxerit, aliquando labatur in peccatum, vt qui in id incidat vt suo quidem coniugio parcat, alienum autem concupiscat. Quamobrem eum etiam qui turpiter se & indecore gerere existimat, quòd virginem alat, vxorem eam dicit esse nuptum daturum. Propositum autem vniuscuiusque, tam eius qui sexum castrauit, hoc est, qui castitatem delegit, & qui rursus propter liberorum procreationem sexum coniunxit matrimonio, debet perseuerare, non cedens & acquiescens ei quod est minus & inferius. Si enim vitæ suæ aliquid incrementi poterit adiicere, ipse sibi in Deo maiorem acquiret dignitatem, vt qui purè simul & considerate fuerit continens. Si autem tam quam elegit regulam superauerit, in maiorem deinde spe gloriam recidet. Habet enim sua castitas, ita etiam matrimonium propria munera & ministeria, quæ ad Dominum pertinent, filiorum, inquam, curam gerere & vxoris. Quod enim honeste causatur aliquis in matrimonio perfectus, est coniugij necessitudo, vt qui omnium curam ac prouidentiam in domo communi ostenderit. [b] Iam episcopos, inquit, oportet constitui, qui ex domo propria 1.Tim 3. quoque ecclesiæ præesse sint meditati. [c] Vniusquisque ergo in quo vocatus est opere manerium peragat, vt liber in Christo fiat. Et rursus de lege differens, vtens allegoria: Non enim sub viro est mulier, viuente viro alligata est legi, & quæ sequuntur. Et rursus: Mulier est alligata, quandiu viuit vir eius: sin autem mortuus fuerit, liberata est vt nubat, modo in Domino. Beata autem est si sic permanserit, in ea quidem sententia. Sed in priori quidem particula: Mortificati estis, inquit, legi, non matrimonio, vt efficiamini vos alteri, qui excitatus est ex mortuis, sponsa & ecclesia, quam castam esse oportet, & ab iis quæ sunt intus corruptionibus, quæ sunt contrariæ veritati, & ab iis qui tentant extrinsecus, hoc est, ab iis quæ spectantur hæreses, & persuadent vobis fornicari ab vno viro, nempe omnipotenti Deo: ne forte serpens decepit Euam, quæ vita dicitur, nos quoque inducti à callidis hæresum illecebris, transgrediamur mandata. Secunda autem particula statuit monogamiam. Non enim, vt quidam existimarunt, mulieris cum viro alligationem, carnis cum interitu connexionem, significari putandum est. Impiorum enim hominum, qui matrimonij inuentionem diabolo agere imputant, reprehendit commentum, & in periculum venit Legislator ne incessatur maledicis. Tatianum arbitror Syrum talia audere dogmata decernere. His verbis quidem certe scribit in libro de Perfectione secundum Seruatorem: Consensum quidem coniungit orationi: communio autem seu coniunctio, interitus soluit interpellationem. Admodum certe circumscribit arcet per concessionem. Nam cùm rursus permittit simul conuenire propter Satanam & intemperantiam, pronunciauit eum qui est pariturus, seruiturum duobus Dominis: per consensum quidem, Deo: per dissentionem autem, intemperantiæ & fornicationi & diabolo. Hæc autem dicit, Apostolum exponens. Sophisticè autem eludit veritatem, per verum falsum confirmans: intemperantiam enim & fornicationem, diabolica vitia & affectiones nos quoque confitemur. Moderati autem matrimonij intercedit consensio, & ad procreationem continenter deducens, & ad procreandos liberos cum honestate concilians. Cognitionem certè dictum est à scriptura tempus liberorum procreationis, cùm dixit: Cognouit autem Adam Euam vxorem suam, & concepit, & peperit filium, & nominauit nomen eius Seth: suscitauit enim mihi Deus aliud semen pro Abel. [d] Videt quemnam maledicis



insessant, qui honestam & moderatam incessunt seminationem, & diabolo attribuunt generationem. Non enim Deum absolutè dixit, qui articuli adiectione, nempe dicens, significauit eum qui est omnipotens. Quod ab Apostolo autem subiungitur: Et rursus, simul conuenire propter Satanam, illud prius rescindit, ne vnquam ad alias declinent cupiditates. Non enim perfectè repellit naturæ appetitiones, qui à verecundia motus sit ad tempus consensus, per quem rursus inducit coniugationem matrimonij, non ad intemperantiam & fornicationem & opus diaboli, sed ne subiungetur intemperantiæ, fornicationi & diabolo. [c] Separat autem veterem quoque hominem & nouum Tatianus, sed non vt nos dicimus. Veterem quidem virum, legem: nouum autem, Euangelium, ei assentiuntur, nos quoque dicentes, sed non eo modo quo vult ille, dissoluens legem vt alterius Dei. Sed idem vir & Dominus vetera renouans, non amplius concedit polygamiam. Tunc enim id exigebat Deus, quando oportebat augeri & multiplicari. Monogamiam autem introducis propter liberorum procreationem, & domus curam gerendam, ad quam data est mulier illustrix; & si cui Apostolus propter intemperantiam & vstionem, ex venia secundam concedit matrimonium: nam hic quoque non peccat quidem ex testamento: non est enim lege prohibitus: non implet autem summam illam vitæ perfectionem quæ agitur ex Euangelio. Gloriam autem sibi acquirit cælestem, qui apud se manserit, eam quæ est morte illibata impollutam seruans coniunctionem, & grato ac lubente animo paret œconomiæ, per quam effectum est vt diuelli non possit à Domini ministerio. [f] Sed nec eum qui ex conthoro surgit cubili, similiter vt olim, tingi nunc quoque iubet diuina per Dominum promissa: non enim necessariò à liberorum abducit procreatione, qui credentes per vnum baptismum, ad consuetudinem omni ex parte perfectam abluit Dominus, qui etiam multa Mosis baptismata per vnum comprehendit baptismum. Olim itaque lex, per carnalem generationem, nostram prædicens regenerationem, propter generantem seminis facultatem habebat baptismum, non abhorrens hominis generationem. Quod enim apparet homo generatus, hoc potest seminis delectio. Non sunt ergo multi coitus genitales, sed matricis susceptio professitur generationem, in naturæ officina semine formato in fœtum. [g] Quomodo autem vetus quidem est solum matrimonium & legis inuentum, alienum autem est quod est ex Domino matrimonium, cùm idem Deus seruetur à nobis? Non enim quod Deus coniunxit, homo iurè dissoluerit. Multò autem magis quæ iussit Pater, seruabit quoque filius. Si autem idem simul est & legislator & Euangelista, nunquam ipse secum Rom.7. pugnat. Viuit enim lex cùm sit spiritualis, & intelligitur ex cognitione. Nos autem mortui sumus legi per corpus Christi, vt gigneremur alteri qui resurrexit ex mortuis, qui prædictus fuit à lege, vt Deo fructificaremus. Quare lex quidem est sancta, & mandatum sanctum & iustum & bonum. Mortui ergo sumus legi, hoc est, peccato quod à lege significatur: quod lex ostendit, non autem generat, per iussionem eorum quæ sunt facienda, & prohibitionem eorum quæ non sunt facienda: reprehendens subiectum peccatum vt appareat peccatum. Si autem peccatum est matrimonium quod est ex lege, nescio quomodo quis dicet se Deum nosse, dicens Dei iussum esse peccatum. Quod si lex sancta est, sanctum est matrimonium. Sacramentum ergo hoc ad Christum & Ecclesiam ducit Apostolus. Quemadmodum quod ex carne generatur, caro est: ita quod ex spiritu, spiritus, non solum in pariendo, sed etiam in discendo. Iam sancti sunt filij, Deo gratæ oblectationes verborum Dominicorum, quæ despondent animam. Sunt ergo separata fornicatio & matrimonium, quoniam à Deo longè abest diabolus. Et vos ergo mortui estis legi per corpus Christi, vt vos gigneremini alteri, qui surrexit à mortuis. Simul enim proximos exaudit qui fuerunt obedientes: quandoquidem etiam ex veritate legis, eidem Domino obedimus qui præ-

1.Tim.4. πλάνοις, deceptoribus.

cipit eminus. [h] *Nunquid autem de ijsdem hominibus meritò aperè dicit spiritus* la*sterioribus temporibus deficient quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi falsiloquorum, cauteriatam habentium conscientiam, & prohibentium nubere, abstinere à cibis quos Deus creauit ad participationem cum gratiarum actione, fidelibus, & qui agnouerunt veritatem, quòd omnis creatura Dei bona est, & nihil est reijciendum quod sumitur cum gratiarum actione. Sanctificatur enim per verbum Dei & orationem. Necessariò ergo non est prohibendum iungi matrimonio, neque carnibus vesci, aut vinum bibere. Scriptum est enim: Bonum est carnem non comedere, nec vinum bibere, si comedat per offendiculum. Et: Bonum est manere sicut ego: sed & qui vtitur cum gratiarum actione, & qui rursus non vtitur, ipse quoque cum gratiarum actione, & cum moderata ac temperanti viuat perceptione, rationi conuenienter. Et vt in summa dicam, omnes Pauli epistolæ, quæ moderationem docent & continentiam, cum & de matrimonio, & de liberorum procreatione, & de domus administratione innumerabilia præcepta contineant, nusquam honestum moderatúmque matrimonium prohibuerunt aut denegarunt, sed legis cum Euangelio seruantes conuenientiam, vtrumque admittunt: & qui Deo agendo gratias, moderatè vtitur matrimonio: & eum qui vt vult Dominum viuit in castitate, quemadmodum vocatus est vnusquisque inoffense & perfectus.* [i] *Et erat terra Iacob laudata super omnem terram, inquit Propheta, ipse vas spiritus gloria afficiens. Infectatur autem quispiam generationem, in eam dicens interitum tuere eámque perire: & vim affert ac detorquet aliquis, dicens de filiorum procreatione dicit Seruatorem: Non oportere in terra thesauros recondere, vbi tinea & ærugo demolitur: nec erubescit his addere ea quæ dicit Propheta: Omnes vos sicut vestimentum veterascetis, & tinea vos exedet. Sed neque nos contradicimus scripturæ, in nostra corpora cadere uectium, eáque esse fluxa. Fortasse autem ijs cum quibus disseruit, vtpote peccatoribus, præcipit interitum. Seruator autem non dixit de liberorum procreatione, sed ad impertiendam communicandum eos adhortans, qui solùm opibus volunt abundare, egentibus autem nullam opem ferre. Quamobrem dicit: Operemini non cibum qui perit, sed eum qui manet in vitam æternam.* [k] *Similiter autem afferunt etiam illud dictum de resurrectione mortuorum. Filij huius seculi nec nubunt nec nubuntur. Sed hanc interrogationem & eos qui interrogant, qui non ruminauerit, inueniet Dominum non reprobare matrimonium, sed afferre remedium expectationi carnalis cupiditatis in resurrectione. Illud autem, filij huius seculi, non dixit ad differentionem alicuius altius seculi, sed perinde ac si diceret: Qui in hoc nati sunt seculo, cum propter generationem sint filij, & gignunt & gignuntur: quoniam non absque generatione hanc egressi vitam prætergredietur. Sed hæc generatio similem suscipiens interitum, non amplius expectat eum qui ab hac vita est separatus. Vnus est ergo pater noster qui est in cælis. Sed ipse quoque pater est omnium per creationem. Ne vocaueritis ergo, inquit, patrem vobis super terram. Quoniam diceret: Ne existimetis eum qui vos carnali fecit satu, authorem & causam vestræ essentiæ, sed adiuuantem causam generationis, vel ministram potius. Sic ergo nos rursus conuertit ad se, effici vt pueros, eum qui verè pater est agnoscentes, vt qui simus regenerati per aquam, cum hæc sit alia satio in creatione.*

Rom.14. 1.Cor.7.

Marci 6. Luca 12.

Ioan.6.

Matth.22. Luca 20.

Matth.23.

## COMMENTARIVS.

[h] Quod autem ex consensu ad tempus orationi vacat coniugium. Etiam in matrimonio locum habet continentia, sed in ea duo sunt consideranda, nempe vt & contineant ex consensu, & ad tempus. Ex consensu quidē, quoniam nec maritus nec vxor debent alter alterum fraudare cōiunctione quæ est debitum coniugale, & timendū est, ne si paulo diuturnior sit continentia, dum à sua se coniuge abstinet, apprehendatur. [i] Et erat terra Iacob laudata super omnem terram, inquit Propheta, ipse vas spiritus gloria afficiens. Infectatur autem quispiam generationem, in eam dicens interitum tuere eámque perire: & vim affert ac detorquet aliquis, dicens de filiorum procreatione dicit Seruatorem: Non oportere in terra thesauros recondere, vbi tinea & ærugo demolitur: nec erubescit his addere ea quæ dicit Propheta: Omnes vos sicut vestimentum veterascetis, & tinea vos exedet. Sed neque nos contradicimus scripturæ, in nostra corpora cadere uectium, eáque esse fluxa. Fortasse autem ijs cum quibus disseruit, vtpote peccatoribus, præcipit interitum. Seruator autem non dixit de liberorum procreatione, sed ad impertiendam communicandum eos adhortans, qui solùm opibus volunt abundare, egentibus autem nullam opem ferre. Quamobrem dicit: Operemini non cibum qui perit, sed eum qui manet in vitam æternam. [k] Similiter autem afferunt etiam illud dictum de resurrectione mortuorum. Filij huius seculi nec nubunt nec nubuntur. Sed hanc interrogationem & eos qui interrogant, qui non ruminauerit, inueniet Dominum non reprobare matrimonium, sed afferre remedium expectationi carnalis cupiditatis in resurrectione. Illud autem, filij huius seculi, non dixit ad differentionem alicuius altius seculi, sed perinde ac si diceret: Qui in hoc nati sunt seculo, cum propter generationem sint filij, & gignunt & gignuntur: quoniam non absque generatione hanc egressi vitam prætergredietur. Sed hæc generatio similem suscipiens interitum, non amplius expectat eum qui ab hac vita est separatus. Vnus est ergo pater noster qui est in cælis. Sed ipse quoque pater est omnium per creationem. Ne vocaueritis ergo, inquit, patrem vobis super terram. Quoniam diceret: Ne existimetis eum qui vos carnali fecit satu, authorem & causam vestræ essentiæ, sed adiuuantem causam generationis, vel ministram potius. Sic ergo nos rursus conuertit ad se, effici vt pueros, eum qui verè pater est agnoscentes, vt qui simus regenerati per aquam, cum hæc sit alia satio in creatione.

[h] Quod autem ex consensu ad tempus orationi vacat coniugium. Etiam in matrimonio locum habet continentia, sed in ea duo sunt consideranda, nempe vt & contineant ex consensu, & ad tempus. Ex consensu quidē, quoniam nec maritus nec vxor debent alter alterum fraudare cōiunctione quæ est debitum coniugale, & timendū est, ne si paulo diuturnior sit continentia, dum à sua se coniuge abstinet, apprehendatur. [i] Iam Episcopos, inquit, oportet constitui. Si sunt eligendi Episcopi quos constat fuæ bene præesse familiæ. Nam in domus suæ ratione iam sunt meditati quomodo sit regenda Dei Ecclesia. In eligendo ergo Episcopo



Epiph. lib.1. tom.1.

Syn.in Trull. 1.Can.12.

Exod.19.

Leuit.15.

Ioan.3.

Psal.50.

Episcopo spectatur an nunc habeat aut olim habuerit vxorē, sed an bene præsit familiæ. Vnde sumenda coniectura & argumentū, fore vt recte administret ecclesiam. Nam siue habuerit siue non habuerit vxorē, si modo bene præsit familiæ, sufficit ad hoc vt eligatur Episcopus. Apud eos quidem rectæ qui ecclesiastici exactè obseruarunt regulam, in Clero perpetuus fuit cœlibatus. Apud eos verò qui ab ea defecerunt, nec Episcopis licet habere vxorem, sed si habeant cūm ordinantur, ab ea separari oportet. [a] *Vnusquisque in qua vocatus est.* Christo mortuo qui erat veluti vir legis, licet nobis Christi qui excitatus est a mortuis esse sponsa & ecclesia, quā oportet esse castā, & à malis cogitationibus quæ sunt contrariæ veritati, & ab hæresibus, quæ nos tentant & conātur inducere, vt ab Omnipotente, à creatore, inquam, deficiamus, & eius mandata non seruemus. Mulier quoq;, quæ est in potestate viri, tum demum est libera à lege viri, quando vir eius fuerit mortuus. Repulsa enim Polygamia, à verbo constituta est monogamia. Si enim vnā solam ducit vxorem, & mulier nubit vni viro. Porro autem Clemens ostendit esse falsam sententiā Pauli à Tatiano adductam interpretationem, qui sophisticè eludens veritatem, per verum conficit falsum. Nec est ei assentiendū qui in eodē numero habebat matrimonium & fornicationem. Quia enim à concubitu coniugali licebat ad tempus abstinere ex consensu vt vacetur orationi, non idcirco non licet cognoscere vxorem & operam dare liberis. Quodquidem tantum abest vt sit probrosum, vt ipse Deus omnipotens dicatur semen suscitare quando generatur filius. [b] *Videte quemnam maledictis incessant.* Quod Deū omnipotentem blasphemant, & maledictis incessant qui seminationem virilem & generationē diabolo attribuunt, ex hoc probat. Nam si est Deus omnipotens, qui suscitat semen cum natus fit generatio, est perspicuū quod eum blasphemat qui diaboli dicit esse generationē. Quod autem omnipotens semen qui suscitat, ex hoc probat quod nō dicatur Deus absolute, sed Deus cū articulo. Volentes enim Græci significare Deū, à quo est principiū diuinitatis, is autē est Deus pater omnium creator cæli & terræ, non eum dicunt absolute θεὸς, sed ὁ θεός, cū articulo, vt videre licet & apud Chrysostomū in Euangelium Ioannis, & apud Gregor. Nazianzenum in Orat. de Deo. [c] *Separat autem veteri novum testamentum.* In hoc quidem conueniunt & Clemens & Tatianus, quod homo vetus dicatur lex, & homo novus Euangeliū. Sed in hoc non cōueniunt, quod non vnius & eiusdem Dei censet Tatianus legem & Euangelium: Clemens autem censet vtrumque esse vnius Dei qui veteram renouat. In veteri quidem testamento negabat Deus polygamiā, id est multas ducere vxores, vt multiplicaretur genus humanum quod nondum erat creuerat: in nouo autē testamento, id est in Euangelio, exigit monogamiā, id est vt vna tantum ducatur vxor ad procreandos liberos & ad domū administrandam, ad quam adiumentum præbet mulier. Mortuo autē vxore aliam quidem ducere permittitur ab Apostolo ei qui non potest continere, & libidinis sedetem non potest sustinere. Et non peccat quidem, sed minus est perfectus, & minorem in cœlo gloriam assequitur, quam is qui manet solitarius, & non polluit dissolutam morte coniunctionem, siue solitudinem matrimonialem abstrahitur à Domini ministerio. [d] *Sed nec eum qui ex coniugali surgit cubili.* Scriptum est in Leuitico: Vir de qua egredietur semen coitus, lauabit aqua omne corpus suū, & immundus erit vsq; ad vesperā. Mulier cum qua coierit, lauabit aqua & immunda erit vsque ad vesperam. Hunc locum detorquet Helychius. Necessariā habere regenerationem baptismatis humanū genus, ipse Dominus edocet dicens: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non intrabit in regnū cælorum. Cum quod sordis in nobis inobedientia ex Adam est transfusa. Vnde & Dauid in iniquitatibus se natū, & in peccatis asserit esse conceptum, non matrem suam accusans, sed peccatum innuens, quod deducitur de genere. Et nunc legislator eum de quo egreditur semen coitus, id est eum qui pro filiis procreandis iterum effudit, sed & mulierē quæ suscepit, lauare corpus præcepit, ob hoc quia semen suscepit, per quod hic templū nostrum totum, id est integer homo describitur ex anima & corpore. Et paulo post: Quod autē sordidius effectus. Adam per inobedientiam, sordidum esse etiam semen effecit, necessariéque corpus sordidum est, eo quod ex semine processit, in quo immundum est vsque ad vesperam, id est seculi finem, quia in fine seculorum Christus veniens ostendit aquam, qua genus nostrum mundaretur: & quod permanserit vsq; tūc in mundi, probatur ex eo quod & ij qui nec dum peccauerunt, id est in ætate infirma existentes, signaculū baptismi necessarium habent, ne forte morte superueniente sordidi transeant, sortemque ex Adam transiit in semetipsis habentes, & propterea nō volentes intrare in regnum cælorum. Hesychius, & multa alia. Significat ergo Clemens multa olim fuisse Mosis baptismata quæ erant figura veritatis per baptismū regenerationis, quo eluitur peccatum originis. Quiquidem baptismus solus est necessarius, sit enim per eū vt non sit amplius semen immundum, quod sit amplius mundandum, vt quodcunque scilicet is qui effuderit, licet sit mundus, dum qui ex eo est coagulatus vt purgetur peccatū originis. Licet ergo sæpius cōgenās maritus & vxor, nō sunt cēsendi multi coitus, sed vnus. Si enim ad quemcunque coitū necessarium est baptismā, seu mauis tinctio ac lotio: quotiescunque autem in matricem deijcitur semen, quæ deiectio est coitus, nec ideo coeuntibus repetendus sit baptismus, nō plures sunt censendi coitus, sed vnus. Adeo enim per baptismū purgatur qui baptismo tingitur, vt quod ad ipsum quidē attinet semen sit mundū, quotiescunq; sit deiectum, nec ipsum polluat, licet qui ex ipso generetur, propter peccatū originis tanditu sit immundus, donec baptismo regeneratus, omnē ex primi parentis inobedientia generatā exuat maculam. Hinc elici potest quod ideni sentiendum, quod quidē videtur admirabile paradoxū, contenta quidem est mundum propter baptismū, edito autem fœtui immundum, quia ipsum mundauerit baptismus, cui si accesserit matrimoniū, & plene est sanctificatus qui est baptizatus tinctus vt qui sit iustificatus, & qui ex eo nati sunt, ipsi quoq; ideo sunt sancti, quod baptismo paulo ante regenerati, si vxores ducāt cōiugali cōcubitu minime polluantur, nec vlla amplius lotione egeant. *Separat autem vetus quidem est solum matrimonium.* Nō minus esse in nouo quam in veteri testamento matrimonium ex hoc probat, quod & legis & Euangelij idem sit Deus, & nec lex à Christo sit abrogata, sed consummata, & quod pater iussit, seruet quoque filius, nec inter se pugnent lex & Euangelium. Sed lex tenuis est, sed bona potius & sancta, quæ peccatū non generat, sed ostendit. Mortui quidem sumus

legi, id est peccato, per corpus Christi mortuũ, vt in resuscitato Christo viueremus & fructificaremus Deo: quod Deus iussit non est peccatũ, nec matrimonium quod Deus iussit est peccatum. Sanctum quoque esse matrimoniũ ex eo probat, quod hoc sacramentum ducat Paulus ad Christum & Ecclesiam. Sacramentũ, inquit, hoc magnum est in Christo & Ecclesia. Græce est autem mysterium, quod est propositum quod continetur sub signo & symbolo quod proprie est sacramentũ. Coniunctio enim viri & mulieris quod est symbolũ, significat Christi sponsi & ecclesiæ spõsæ coniunctionem, quæ sub eo signo commendatur. Est autẽ istud mysterium ideo sanctum, quod non sit carnale sed spirituale, ex spiritu autẽ generatur spiritus, non solum pariendo, sed etiam discendo. [b] *Nunquid autem de eisdem hominibus.* Et eiusmodi hæreticos dicit Apostol[s], qui & matrimonia prohiberẽt, & à cibis abstinere iubent, vt temperantem nusquã honestum & modestum prohibuit matrimoniũ, nec abstineri iussit à cibis qui percipiuntur cum gratiarũ actione: & in hominis potestate situm esse voluit, malitne vxorem ducere, an alio vti uere. Quodquidẽ est intelligendum de iis qui necdum vxorem duxerant, nec castitatis instituto abduxerunt, aut eam viuendi rationem non sunt secuti, quæ perpetuam exigit continentiam. [c] *Et ros super herbam laudata & super omnẽ terram.* Illud: Et erit terra Iacob laudata, &c. nusquam memini me legere in Scripturis, nec video quid faciat ad id de quo agitur: inueniet fortasse aliquis diligentior & perspicacior. Quæ deinceps sequuntur, citantur ab iis qui matrimoniũ reiiciunt & reprobant generationem. Postea autem ostendit eorũ sensum esse violentum & detortum, ipse hanc dicit esse sententiam, quod deinde hortetur vt egentibus impertiant & eis operam ferant. [d] *Similiter autem afferunt etiam illud.* Dicit insuper hæreticæ reprobari matrimoniũ, per hoc quod scriptũ est de resurrectione: Filij illius seculi nõ nubent neque nubentur. Sed non est verũ. Nihil aliud enim significat quam hic esse generationem, cui cum succedit interitus, non est amplius expectanda generatio ab eo qui ab hac vita est separatus. Idem autem pater omniũ, siue per creationem, siue per generationẽ, siue per regenerationem. Is est quem dicimus patrem nostrũ qui est in cælis, neq; enim vult Christus nos vocare patrẽ nobis super terram. Non etiam ipse noster is qui nos dicitur gignere, est enim tantũ causa adiuuãs generationis, vt sine quonõ fuerimus, vel potius est minister generationis. Deus autem est proprie pater nostræ generationis, vt cui auctor & causa efficiens nostræ cuiusmodicunq; sit, essentiæ. Non proprie enim dicitur essentia, nisi eorum quæ sunt æterna, & tamen à Deo etiam esse dicuntur quæ hic fiunt & oriuntur, vt qui sit pater omnium.

VIII. 1. Cor. 7.

[a] A T *qui est, inquit, cœlebs cura quæ sunt Domini: qui autem duxit vxorem, quomodo placebit vxori? Quid verò, an non licet etiam eis qui secundum Deum placere volunt, Deo gratias agere? An non permittitur etiam ei qui vxorem duxit, vnà cum cura, esse etiam solicitum de ijs quæ sunt Domini? Sed quemadmodum quæ non nouit soluta est de ijs quæ sunt Domini, vt sit sancta corpore & spiritu: ita etiam quæ nupsit, & ea quæ sunt mariti, & de ijs quæ sunt Domini, est in Domino solicita, vt sit sancta corpore & spiritu. Ambæ enim sunt sanctæ in Domino: hæc quidem vt vxor, illa verò vt virgo.* [b] *Ad eos autem pudore afficiendos & reprimendos qui sunt procliues ad secundas nuptias.* Ibid. 6. Heb. 13. *aptè Apostolus alto quodam tono eloquitur: Iam, inquit, omne peccatum est extra corpus, qui autem fornicatur, in proprium corpus peccat.* [c] *Si quis autem matrimonium audet accere fornicationem, rursus legem & Dominum insectans, maledictis impetit. Quemadmodum enim auaritia & plura habendi cupiditas dicitur fornicatio, vt quæ adhuc sufficientiæ: & vt idololatria est ex vno in multos Dei attributio: ita fornicatio est ab vno matrimonio ad plura prolapsio. Tribus enim modis, vt diximus, Fornicatio & adulterium sumitur apud Apostolum.* [d] *De his dicit Propheta: Peccatis vestris venandi ejus.* Esa. 59. 1. Tim. 5. *Et rursus: Polluta es in terra aliena: coniunctionem sceleratam existimans, quæ cum alieno corpore facta est, & non cum eo quod datur in coniugio ad liberorum procreationem.* Ibid. 3. Ibid. 2. Matth. 15. *Vnde etiam Apostolus: Volo, inquit, iuniores nubere, filios procreare, domus prouidere, nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia. Iam enim quadam diuertentes post Satanam.* [e] *Iam verò vnius quoque vxoris virum vtique admittit, seu sit præsbyter, seu diaconus, seu laicus, sine reprehensione vtens matrimonio.* [f] *Seruabitur autem per filiorum generationem.* [g] *Et rursus Seruator dicens Iudæos generationem prauam & adulteram accusat eos legem non cognouisse, vt lex vult: sed seniorum traditionem, & præcepta hominum sequentes, adulterare legem non vt quæ data sit vir & dominus eorum virginitatis. Ostendit autem eos quoque nouit alienis mancipatos cupiditatibus, propter quas assidue quæ displicent seruientes peccatis, vendebantur alienigenis. Nam apud Iudæos non erant admissæ cum* Luca 14. *meretrices mulieres: quinetiam prohibitum erat adulterium.* [h] *Qui autem dicit, Vxorem ducere non possum*



*non possum venire ad diuinam cœnam, est quidem exemplum ad eos arguendos, qui propter voluptates abstinent à diuino mandato: nam hac ratione nec qui iusti fuere ante aduentum, neque qui post aduentum vxores duxerunt, seruabuntur, etiam si sint Apostoli.* [i] *Quòd si illud audierint, quod Propheta quoque dicit: Inueteraui inter omnes inimicos meos, inimicos meos auliam. Est autem vnum quoddam peccatum, non matrimonium, sed fornicatio.* [k] *Nam alioqui dicant & generationem peccatum, & creatorem generationis.* [k] *Taliter argumentis vitiur quoque Iulius Cassianus, qui fuit princeps visionis seu phantasiæ. In quo certè de Continentia, vel de Castitate, his verbis dicit: Nec dicat aliquis quoniam habemus partes, vt sic quidem sit figurata fœmina, sic verò masculus: illa quidem ad seminandum, hic verò ad seminandum, concessam esse à Deo consuetudinem. Si enim à Deo, ad quem tendimus, esset hæc constitutio, non beatos dixisset esse eunuchos, neque Propheta dixisset eos non esse arborem infrugiferam: transferens ab arbore ad hominem qui sua sponte & ex instituto se castrat tali cogitatione. Et pro impia opinione adhuc decertans subiungit: Quomodo autem non quis iurè Seruatorem reprehenderit, si nos transformauit & ab errore liberauit, & à coniunctione partium & additamentorum & pudendorum? in hoc eadem decernens quæ Tatianus, hic autem prodijt ex schola Valentini. Prosequens dicit Cassianus: Cùm interrogaret Salome, quando cognoscentur ea de quibus interrogabat, ait Dominus: Quando pudoris indumentum conculcaueritis, & quando duo facta fuerint vnum, & masculum cum fœmina, nec masculum nec fœmininum.* [l] *Primùm eadem in nobis traditis quatuor Euangeliis, non habemus hoc dictum, sed in eo quod est secundum Ægyptios. Deinde mihi videtur ignorare quod masculus quidem iram & vehementem impetum, fœmina verò significet cupiditatem: quæ cum operata fuerint, pœnitentia & pudor consequitur. Cùm quis ergo neque iræ neque cupiditati obsequens, quæ quidem & ex consuetudine & ex mala aucta educatione, obumbrant & contegunt rationem, sed quæ ijs proficiscitur exuens caliginem, & pudore affectus ex pœnitentia spiritum & animam venerit in obedientia rationis: tunc, vt ait Paulus, non est in nobis nec masculus nec fœmina. Recedens enim anima ab ea figura qua discernitur masculus à fœmina, traducitur ad vnionem, cùm sit neutrum.* [m] *Existimat autem hic vir præclarus plus quàm par sit Platonicè, animam quæ est ab initio diuina, cupiditatẽ effœminatam, huc venire ad generationem & interitum. Iam verò vel inuitum cogit Paulum dicere, generationem ex errore constare, cum dicit: Vereor autem ne sicut serpens Euã decepit, corrupti sint sensus vestri à simplicitate quæ est in Christo. Sed certum est Dominum quoque venisse ad ea quæ aberrauerant:* 2. Cor. 11. *aberrauerunt autem non à superis repetita origine, in ea quæ hic est generatione: est enim generatio creatio omnipotentis, qui nunquam ex melioribus ad deteriora deduxerit animam: sed ad eos qui sensibus seu cogitationibus aberrauerant, ad nos inquam venit Seruator: quæ quidem ex nostra in præceptis inobedientia corruptæ sunt, dum nimis audè voluptatem persequeremur, cùm vtique protoplastus noster tempus præuenisset, & non in tempore matrimonij gratiam appetisset, & aberrasset: quoniam quicunque aspicit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est in corde suo, vt qui voluntatis tempus non expectauerit. Is ipse ergo erat Dominus, qui tunc quoque damnabat cupiditatem quæ præuenit matrimonium. Cùm ergo dixit Apostolus, Induite nouum hominem qui secundum Deum* Ephes. 4. *creatur, nobis dicit, qui ab omnipotentis voluntate effecti sumus, sicut sumus effecti. Veterem autem dixit, non respiciens ad generationem & regenerationem, sed ad vitam quæ est inobedientia, & obedientia.* [n] *Pelliceas autem tunicas existimat Cassianus esse corpora: de quibus posteà & eum, & qui idem cum eo sentiunt aberrasse ostendemus, cùm de vetere hominis, ijs consequenter quæ prius dicenda sunt, aggrediemur expositionem. Quoniam,*

*inquit, qui à terrenis reguntur & generant & generantur: nostra autem habitatio est in cœlis, ex quo etiam Saluatorem expectamus. Rectè ergo nos hæc quoque dicta esse scimus, quæ ut hospites & aduenæ peregrinantes debemus vitam instituere: qui vxorem habent tanquam non habentes: qui possident, tanquam non possidentes. Qui liberos procreant, tanquam mortales gignentes, tanquam relicturi possessiones, tanquam etiam sine vxore viuere, si opus sit: non cum affectione possessione vtentes, sed cum gratiarum actione, & magnæ quædam ac præclara animo agitantes. Et rursus cùm dicit: Bonum est homini mulierem*
1.Cor.7. *non tangere, sed propter fornicationem vnusquisque suam vxorem habeat: id velut exponens rursus dicit, Ne vos tentet Satanas. Non enim ijs qui continenter vtuntur matrimonio propter solam liberorum procreationem, dicit, Propter incontinentiam: sed vt qui etiam finem liberorum procreationis cupiunt transilire: ne cum nimium annuerit aduersarius, excitet appetitionem ad alienas voluptates. Fortasse autem quoniam ij qui iustè viuunt resistit propter æmulationem, & aduersus eos contendit, volens eos ad suum ordinem traducere, per laboriosam continentiam, eis vult præbere occasionem. Admonet ergo dicit, Melius est matrimonio iungi quàm vri, vt vir reddat debitum vxori, & vxor*
Luce 14. *viro, & ne frustrentur inuicem hoc diuino ad generationem dato auxilio.* [o] *Qui autem inquiunt, non oderit patrem, vel matrem, vel filios, non poterit meus esse discipulus. Non*
Exod. 20. *debet odisse genus: Honora, inquit, patrem & matrem, vt tibi bene sit: sed ne adulteris, inquit, à verbo alienis appetitionibus: sed neque cum ciuilibus coniungaris moribus. Dominum enim constat ex genere, ciuitates autem ex domibus, quemadmodum Paulus quoque ne quis re-*
1.Cor.7. *cupantur in matrimonio, mundo dixit placere.* [p] *Rursus per Paulum dicit Dominus: Qui vxorem duxit, ne expellat: & qui non duxit, ne ducat. Qui ex proposito castitatis gratia sus est vxorem non ducere, maneat cœlebs. Vtrisque ergo idem Dominus per Prophetam*
Esaiæ 56. *Esaiam conuenientes dat promissiones, sic dicens: Ne dicat Eunuchus, sum lignum aridum. Hæc autem dicit Dominus eunuchis: Si custodieritis sabbata mea, & fecerint quæcunque præcipio, dabo vobis locum meliorem quàm filiis & filiabus. Non sola enim sufficit castitas, sed nec sabbatum eunuchi, nisi fecerit mandata. Infert autem iis qui ducerint vxores, & dicit: Electi mei non laborabunt in vanum, neque procreabunt filios in exterminationem, quia semen est benedictum à Domino. Ei autem qui conuenienter verbo seu naturali filios procreauit & educauit & erudijt in Domino, sicut etiam ei qui genuit per iteratum catechesim & institutionem, merces quædam est proposita, sicut etiam electo semini. Qui autem execrationem accipiunt liberorum procreationem, & non intelligunt aduersus illos ipsos dicere scripturam. Qui enim sunt reuera electi Domini, non dogmata decernunt, nec filios progignunt qui sunt ad execrationem, vt hæreses. Eunuchus ergo non qui per vim excisas habet partes, sed nec qui est cœlebs, dictus est, sed qui non gignit. Veritati igitur hic prius erat aridum: si autem verbo obedierit, & sabbata custodierit per abstinentiam à*
Ioan. 15. *peccatis, & fecerit mandata, erit honorabilior ijs qui absque recta vita institutione solo verbo eruduntur. Filioli, adhuc modicum sum vobiscum, inquit magister. Quare & eadem*
Galat. 4. *quoque scribens ad Galatas, dicit: Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur in vobis Christus. Si enim decies mille, inquit, pædagogos habeatis in Christo, sed non multos patres. In Christo enim per Euangelium ego genui vos. Propterea non ingredietur eunuchus in ecclesiam Dei, qui est sterilis, & non fert fructum, nec vitæ institutione, nec sermone. Sed qui se quidem castrarunt ab omni peccato propter regnum cœlorum, ij sunt beati qui à mundo ieiunant.* [q] *Execranda autem sit dies in qua natus sum, & non sit optanda, vt*
Hierem. 20. *quit Hieremias: non absolute execrans generationem, sed populi peccata aggreferens & inobedientiam. Subiungit itaque: Cur enim natus sum vt viderem labores & dolores, & impletos*



*perpetuo probro fuerunt dies mei? Iam verò omnes qui prædicabant veritatem, propter eorum qui audiebant inobedientiam, quærebantur ad pœnam, & veniebant in periculum. Cur enim non fuit uterus matris meæ sepulchrum, ne viderem afflictionem Iacob, & laborem*
Iob 25. *populi Israel? ait Hieremias Propheta. Nullus est à sorde mundus, ait Iob, nec si sit quidem vna dies vitæ eius. Dicant ergo nobis, vbi fornicatus est infans natus? vel quomodo sub*
*Ade cecidit execrationem, qui nihil est operatus? Restat ergo eis, vt videtur, consequenter, vt dicat malam esse generationem, non solum eam quæ est corporis, sed etiam quæ est animæ,*
Psal. 50. *propter quam etiam corpus. Ea quando dixit Dauid, in peccatis conceptus sum, & in iniquitatibus concepit me mater mea: dicit Prophetice quidem matrem Euam, sed Eua fuit mater viuentium: & in peccatis fuit conceptus, sed non ipse in peccato, neque verò ipse peccatum. Quod autem etiam quicunque à peccato ad fidem conuertitur, à consuetudine peccatrix tanquam matre conuertitur ad vitam, ferat mihi testimonium vnus ex duodecim prophetis, qui dixit: Si dedero primogenita pro impietate fructum ventris mei, pro peccato animæ*
Mich. 6. *meæ. Non accusat eum qui dixit, Crescite & multiplicamini: sed primas impulsiones & motus generatione, per quos Deum non cognoscimus, dicit impietates. Si quis autem ea ratione damnabit generationem, illa etiam ratione dicat bonam, quatenus in ipsa veritatem cognoscimus. Abluatis iustè, & ne peccetis. Ignorationem enim Dei quidam habent, videlicet qui peccant. Quoniam nobis est colluctatio non aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principalia. Possunt autem tentare principes tenebrarum huius mundi, & ideo datur venia. Et*
1.Cor.9. *idem Paulus quoque: Corpus meum, inquit, castigo, & in seruitutem redigo. Quoniam qui certat, ab omnibus abstinet, hoc est, ad omnia continens, non ab omnibus abstinens, sed continenter vtens ijs quæ vtenda iudicauit: illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant: nos autem vt incorruptibilem, in lucta vincentes, non autem sine puluere coronam accipientes.*

## COMMENTARIVS.

[o] *At qui est, inquit, cœlebs, curat quæ sunt Domini.* Hic est alia obiectio quæ fit à Tatianis, quæ quidem sumpta est ex epistola Pauli ad Corinthios. Dicit enim Paulus eum qui est sine vxore curare quæ sunt Domini, cum autem qui duxerit vxorem, curare quomodo placeat vxori. Ex quo colligebant reijciendum esse matrimonium, cùm qui duxit vxorem, de vxore non de Domino sit sollicitus. Ad quod respondet Clemens, non sequi quin si maritus sit de vxore sollicitus, non sit etiam sollicitus de Domino. *Ad eos autem pudor attinendus.* Honorabile est matrimonium, iuquit Paulus, & torus immaculatus. Sed hoc intelligit Clemens de primis nuptiis. Secundæ autē nuptiæ licet sint permissæ, apud veteres tamen adeo male audiebāt, vt multi eas habuerint pro fornicatione, vt videre licet in canonib⁹ Basilij in Nomocanone Photij. *Si quis autē matrimonium iterat, anathema sit.* Encratitæ & Tatiani & aliquot alij hæretici eodem loco habebāt matrimonium quo fornicationem. Ij & vetus & nouum testamentum maledictis incessunt, cum in vtroque probetur & laudetur matrimonium. Fornicatio autem tribus modis accipitur ab Apostolo, & pro auaritia, & pro idololatria, & ab vno matrimonio ad multa prolapsione. Auaritia, eo quod sufficit non cōtentus, plura quā par sit appetit. Idololatria non satis habens Deū qui est vnus colere, Dei nomē multis attribuit & multos colit. Fornicatio quæ est proprie libidinis, non vna vxore contenta cū multis rem habet quasi cū vxore, & ita ab vno matrimonio prolabitur ad multa, quæ non sunt quidem vera matrimonia, sed fiunt instar matrimonij. [a] *De hoc dicit Propheta: Peccatis vestris venundati estis.* De hac triplici fornicatione, auaritia scilicet, idololatria, & libidinosa cū mulieribus quæ nō sunt vxores cōiunctione, dicit Esaias, Peccatis vestris venundati estis. Quod sic exponit Hieronymus. Scelera atq; peccata vestra vos Dæmonibus vendiderūt, vt præsentis seculi voluptatibus irretiti, & vos parentem, & illa cōiugem derelinquentes, vitæ adulteram matrē vestram vltra tenere non potui, sed volentem abire permisi. Quod autem peccatis suis vnusquisq; venundatur, dum proprio arbitrio derelicti, nostra voluntate vel ad bonum vel ad malum ducimur, & Paulus Apostolus docet: Ego autem carnalis sum venundatus sub peccato. Qui facit peccatū, seruus est peccati. Et quomodo auari atque raptores serui sunt mammonæ: sic omnes peccatores dominatur peccatoribus. Quibus dicitur: Non regnet peccatum in mortali vestro corpore, &c. In aliena autem terra polluitur qui sua relicta vxore, cum qua rem habens dat operam liberis, cum meretrice fornicatur solius causa libidinis. Vnde est illud apud Plautum:

*Fundum alienum colet, suum vicinum deserit.*

Vt ergo vitetur omnis libidinis suspicio, nec cētanti & ad se abducēti Sathanæ detur occasio, vult Paulus uxores nubere & domus curam gerere. [b] *Iam vero vitios quosque vxoris virum admittit.* Nunquam repræ-

hendit Paulus matrimoniũ. Nam & presbyterum & diaconum vult esse vnius vxoris virum, quasi & scilicet bigamus. Sed nec laicũ vult esse polygamum. De sacerdotio certe sic scribit Epiphanius: Sacerdotiũ quidem ex virginibus vt plurimum procedit: si verò non ex virginibus at ex solitariis, vbi desunt gentibus. Si verò non sufficerint ad ministeriũ solitariam vitam agentes, sumantur de his qui semel à propriis vxoribus, aut de his qui ab vnius nuptiis seruant viduitatẽ. Nam eũ qui secundas nuptias contraxit, non licet ex ipso ad sacerdotiũ suscipere, etiamsi is qui ab initio continens viduus fuerit, posthabere locũ Episcopi, & presbyteri, & diaconi, & subdiaconi. [a] *Seruabitur autem per filiorũ* lieri nõ sufficit ad salutem si nupserit & filios generauerit, sed addendum est etiam quod statim Si permanserit in fide & dilectione & sanctificatione cum sobrietate. Cæterum ad laudem plurimum facit, quod dicat Paulus; Saluam fieri mulierem per filiorũ generationem, etiamsi rantur. [b] *Et rursus Seruator dicens: Induos generationem.* Ex eo quod Christus vocet ludæos pauam & adulteram, colligebant Eucratitæ à Christo reprobari generationem. Sed id esse gendũ docet Clemens, nempe quod ij legem adulterarent, vt qui Dei præcepta non sequerentur cepta hominum & traditiones, quas vocant Deuteroses. Eas sequentes legem adulterabant, tanquã Dominus, & dux eorum virginitatis, Venustius autem id Græcè dicitur quam Latinè, sit masculini generis. Fortasse autẽ eos dicit aliam ob causam adulterare legem, quod scilicet querentur cupiditates, alienas, inquam, à quibus naturaliter humana abhorret natura, cuiusmodi ecrandi puerorum amores & concubitus. De fornicatione non intelligit quod apud Hæbreos non cõmunes mulieres, quòd apud eos vetitũ esset cõmunes habere mulieres, nempe meretrices, & vt prohibita essent adulteria. [c] *Qui autem dicit.* Ex iis qui ad cœnã inuitati venire recusarunt, fuit et dixit, vxorẽ duxi. Hoc pro se facere dicebant Eucratitæ, causantes impedire nuptias quominus Dei præceptis. Sed cùm & ante Christi aduentũ, & post Christi aduentũ esset matrimonium, arguit eos, qui propter voluptates abstinent ab exequendis diuinis mandatis, alioqui si salui esse sunt qui matrimoniũ contrahunt, nec salui esse possent qui iusti fuerunt ante Christi aduentum, vxores duxerint, nec qui iusti fuerunt post Christi aduentũ, cùm ex iis vxores habuerint etiam [d] *Quod si illud etiam attulerint quod Propheta dicit: Inueteraui inter.* Eucratitæ omnia adducentes quæ pro se facere, hoc quoq; prophetæ, Dauidis scilicet, afferebant: Inueterauiinter omnes inimicos meos intelligentes generationem: sed Clemens per inimicos intelligit peccata. Sed vnũ ex non matrimoniũ sed fornicatio. Alioqui si matrimonium dicant esse peccatũ, & generatio ipsa peccatum quæ est ex matrimonio, & creator ipse qui est causa efficiens generationis. [e] *Taldeo arguitur quoque Iulius Cassianus.* Quisnam fuerit hic Iulius Cassianus nusquam memini me legere, nec cur eum vocet principem sectæ δοκητῶν, seu visionis, qui etiam dicuntur δοκῆται. Authores enim Simõ Magus & Basilides. Recensẽt autem eius argumẽta quibus conatur probare, nõ nobis permissum coitũ, quod vterq; sexus habeat sua membra, masculinus quidem ad generandũ, verò ad suscipiendum. Nam si hoc Deus voluisset, non dixisset beatos esse Eunuchos, nec Propheta nuchos nõ esse arborem infertilem, translatione sumpta ab arbore, & translata ad hominẽ qui ita iuste se castrat propter regnum Dei. Quinetiam dicit Christum merito fore reprehendendum, si non mas transformasset & à membrorum coniunctione non liberasset. Subiungit etiam quæ Christus respondit Salomæ, scisciranti quando cognoscerentur ea quæ petebat, nempe quando conculcatũ fuerit inuerecundum pudoris, hoc est quando pudendorum nullus fuerit vsus, & duo fuerint vnum, masculus scilicet & fœmina. Hæc quidẽ sunt Cassiani & Tatiani argumenta, ad quæ statim respondet Clemens. Et primum ad id quod adducit de Salome. [f] *Primum quidem in nobis traditis quatuor Euangeliis.* Primum ergo dicit, quod ab eis citatur de Salome, esse sumptũ ex Euangelio secundum Ægyptios, quod non est thoritatis quantæ sunt quatuor Euangelia quæ nobis tradidit ecclesia Catholica, in quibus nihil uenitur de Salome. Deinde licèt eis tanquam veris credatur & authenticis, ea tamẽ non ita accipienda vt volunt Eucratitæ, nempe vt id pertineat ad generationem & matrimonium. Sed masculus significat iram & vehementem impetum: Fœmina autem cupiditatem. Ea quidem pudorem affecti & ducti parentia hos animi motus ita vincrint vt pareant rationi, non erit amplius masculus nec fœmina, nam dominabitur nec cupiditas, sed regnum obtinebit ratio, efficietq; vt ira & cupiditas neutrum horum nec masculus nec fœmina, vt quæ sint traductæ ad vnionem. Rationi autem vnita ira & cupiditas omnem figuram masculi & fœminæ. Ex quo potest perspici, allegoricos sensus non parum valere ad bilienda dogmata. Masculus enim & fœmina hic capiuntur allegoricè pro ira & cupiditate. [g] *Ex hoc autem hic vir præclarus plus quam par sit Platonicè.* Hic Cassianus Platonem secutus, existimabat animas esse ab initio diuinæ, tractu temporis effœminatas, & cupiditate motas, à superis in terras deciderint ad generationem & interitum. *Iam vero vel inuitum cogit Paulum dicere.* Dicebat Cassianus animas à peris descendere in generationem quam vocabat errorem. Hoc vt ostenderet citabat illud Pauli ad Corinthios: Vereor ne sicut Serpens Euam decepit, &c. Ad quod respondet Clemens, generationem non esse errorem, cùm ipsa generatio sit Dei omnipotentis creatio, qui à meliori ad deteriri animã nunquã deduxerit. Constare quidem Christũ venisse ad ea quæ abertrauerunt, id est ad nos, sed nos non ideo casse quod venerimus ad generationẽ, sed in eo quod sensus & cogitationes nostræ aberrauerunt, eos Dei præceptis non obediuimus, nimis auide voluptatem persequentes. [h] *Pellicco autem tunicas.* Quod citat ex Paulo Cassianus, Nostra habitatio est in cælo, ex quo Saluatorẽ expectamus, vt reformet à Christianis nõ admittendũ esse matrimoniũ, recte dictum esse dicit Clemens, & nos eandem sequentes Paulũ, vitã instituere tanquã peregrinantes, & licet vxores habeamus, eas habere perinde, atq; si non habeamus, & licet possessiones possideamus, possidere tanquã nõ possidentes, vt qui in possessionibus cogitationes nostras & affectiones nõ defigamus, & nec matrimonium, nec quæ possideamus, impedire quominus



quemus cælestia cogitemus, & in cælis nostra sit habitatio. [a] *Qui autem, inquiunt, non odit patrem.* Ad odium erga generationem esse reiiciendã, adducebant etiam Eucratitæ, id quod dixit Christus: Qui non odit patrẽ, vel matrẽ, vel filios, nõ potest meus esse discipulus. Sed non animaduertebãt non intellexisse Christũ, patrem & matrem ablolute odio habendum, alioqui sibi cõtradiceret, qui alibi iussit honorare patrem & matrem: sed tum demum cum patris & matris & filiorum & totius generis appetitiones sunt ab eo id est à verbo seu ratione alienæ, vt quæ pugnent cũ verbo seu ratione, & cum pietate ac religione. Sed nec mores ciuiles seu ciuitatis sunt sequendi, si ij à verbo, nempe à pietate ac religione discrepent. [b] *Quapropter Paulum dicit Dominus.* Quod matrimonium non sit reiiciendum, ex hoc patet quod Christus reprehendit qui dixit vxorem eam expellere. Et quod cœlibatus itidem non sit improbandus, ex hoc intelligitur, quod velit eũ manere cœlibẽ qui professus est castitatem. Sed neutrum esse reiiciendum ex hoc quod vtrique à scriptura sua sit merces constituta. Sed vtrisque tum demum est sua merces, quãdo mandata custodierint & bona fecerint opera. Eunuchis enim nõ sufficit castitas. Sed nec dicit sunt Eunuchi, licet eis ex recta sint virilia, & vxorẽ nõ duxerint, ij qui bonas edũt actiones, & bona doctrina instituũt, Eunuch[c] enim est qui nõ gignit. Gignit autẽ & qui se castrat à peccatis, & bonis actionibus & sancta doctrina affert fructũ. Alioqui non ingredietur Eunuchus in Dei ecclesiã vt qui plane sit Ex hoc autẽ reprobari generationẽ quod dicat Deus per Prophetam, Electi non procreabunt filios in execrationem, vt volebat Cassianus, est plane ridiculum. Nam hoc ipsum dicebat Deus de iis qui procreauerant, quod Deus minime reprobabat. Qui autẽ non reprobat matrimoniũ, nec reprobat generationẽ. Electi autẽ nihil vnquã gignunt ad execrationem, quod faciunt hæretici, qui execranda procreãt mala. [d] *Execranda autem sit dies in qua natus sum.* Ad probandum malam esse generationem, adducebant Eucratitæ eos qui execrabantur diẽ in quo nati sunt. Ad quod respõdet Clemens, eos non ideo execrari diem quod in eo essent geniti, sed propter labores ærumnas & afflictiones quæ postea sunt sequutus. Iustus citabant quod Iob dixerat: Nullũ esse mundum à sorde, ne infantem quidem vnius diei, & quod in Psalmis dixit Dauid se in peccatis esse conceptũ. Ad quod respõdet Clemens, Dauidem per malitiam intellexisse Euã quæ fuit mater viuentium. Quod si mater deducit ad vitam, non eo nomine esse mala generationẽ, quæ deducit ad id quod est bonum. Res enim bona est vita, sicut etiam non est mala reprobatio, quæ à peccandi cõsuetudine, quæ est veluti mater, conuertitur ad vitam, vitam, inquam, æternam. Sed nec sequi, quod si Dauid vel quiuis alius in peccatis sit cõceptus, ipse peccauerit, vel fuerit peccator peccando Deũ non cognoscamus. Rursus autem est bona, quatenus ex ipsa veritatem, Deum scilicet natus genuit, cognoscimus. Ex quo sequitur quod nec sit accusandæ Creator qui iussit crescere & multiplicari, nec vituperanda sit generatio, cum si ex ea sint motus ad malũ, sint etiam ad bonum. Ad quod malum, nempe ad peccatũ, cum nos impellant motus generationis, & nos etiam tentent principes tenebrarum, & corpus nostrum est castigandum, & cum principibus tenebratum est strenue decertandum, vt victoriam cõsecuti coronam accipiamus. Ita sentit quidem Clemens, sed est perspicuum eum non satis intellexisse peccatũ originis. Constat enim ex Diuo Paulo, omnes ex primo parente trahere peccatum, & in malis concipi & nasci ex peccato, sed ipsos etiam peccare, non actu quidem, sed per sordem & malum ab ipso parente deriuatam, quæ non nisi à Christo potest elui & deleri per salutare lauacrum regenerationis. Sed quamuis concipiamur, & nascamur in peccato, non ideo non est bona generatio, qua visum est homini qui dixit, Crescite & multiplicamini.

[a] IAM *nonnulli quoque præferunt viduam virgini, quod attinet ad continentiam, vt* IX. *quæ, quam experta est voluptatem, magno & excelso animo contempserit.* [b] *Si autem est malum generatio, in malo dicant blasphemi fuisse Dominum qui fuit particeps generationis, in malo virginem quæ genuit. Hei mihi quot & quanta mala: Dei voluntatem malefactis incessunt, & mysterium creationis, dum inuehuntur in generationem.* [c] *Et ideo visio seu phantasia Cassiano, ideo enim Marcioni & Valentino quoque corpus animale: quoniam homo, inquiunt, assimilatus est iumentis, veniens ad coitum. Sed quando aliena inire cupidita, vera insania perciuus, voluerit, tunc reuera qui talis est efferatur. Et qui in fœminas ferinæ facti sunt, vnusquisque hinniebat ad vxorem proximi sui.* [d] *Quod si cùm ex bruto insidiosi consilij rationem cepisset serpens, & persuasisset, dicat Adam assensum esse cum Eua coniunctioni, nempe quòd hac natura alias vsi non essent Protoplasti, vt nonnulli existimant: rursus malefactis incessitur creatio, vt quæ rationis expertium animantium natura homines fecerit imbecilliores, quas consecuti sunt qui à Deo primi fuere formati. Sin autem natura quidem eos sicut bruta deduxit ad filiorum procreationẽ: moti autem sunt citius quàm oportuit, fraude inducti cum adhuc essent iuuenes, iustum quidem est Dei iudicium in eos qui non expectarunt voluntatem:* [e] *sancta autem est generatio, propter quam mundus consistit, propter quam essentia, propter quam naturæ, propter quam Angeli, propter quam*

potestates, propter quam animæ, propter quam præcepta, propter quam lex, propter quam
Esaiæ 40. Euangelium, propter quam Dei cognitio. Et omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni: & fœnum quidem exiccatur, flos autem decidit, sed verbum Domini manet,
quod vnxit animam & vnijt spiritu. [f] Quomodo autem quæ est in Ecclesia apud nos re-
nomia accepisset finem absque corpore, cum etiam ipse qui est caput ecclesiæ, in carne
dem informis & specie carens transierit, docens nos respicere ad id quod est diuina cau-
forme & incorporeum? Arbor enim vitæ, inquit Propheta, est in bono desiderio, docens bo-
na & munda desideria quæ sunt in Deo viuenti. [g] Iam verò volunt viri cum vxoni in ma-
trimonio consuetudinem, quæ dicta est cognitio, esse peccatum: eam enim significari ex ar-
ligni boni & mali, per significationem huius vocabuli Cognouit, significantem mandati
transgressionem. Si autem hoc ita est, veritatis quoque cognitio, est esus boni & mali. Pec-
ergo honestum ac moderatum matrimonium illius quoque ligni esse particeps. Nobis autem
prius dictum est, quòd licet bene & malè vti matrimonio. Et hoc est lignum cognitionis, si
non transgrediamur leges matrimonij. [h] Quid verò, num Seruator noster, sicut animam
Græcum habet omnia, sed post legendum, omnia nil aut instruens. cam aduersus ipsam munisset, per sanitatem* instruens. [i] Hoc autem dico, frater, quod
caro & sanguis regnum Dei non possunt possidere, neque corruptio possidet incorrup-
nem. Peccatum enim cùm sit corruptio, non potest habere societatem cum incorrupti-
quæ est iustitia. Adeo stulti, inquit, estis, cùm spiritu cœperitis, nunc carne consumma-
ni. [k] Iustitiam ergo & salutaris harmoniam, quæ est veneranda firmáque & stabilis, ali-
quidem, vt ostendimus, nimium intenderunt, blasphemè ac maledicè cum quauis inopta-
te suscipientes continentiam, cùm liceret ex sana regula castitatem eligere cum pietate,
gratias quidem agendo propter datam gratiam, nõ habendo autem odio creaturam, neque
eos aspernando qui iuncti sunt matrimonio. Est enim creatus mundus, creata est etiam ca-
stitas. [l] Ambo autem agant gratias in ijs, in quibus sunt collocati, si modò ea quæ præ-
rint in quibus sunt collocati. Alij autem effrænati se petulanter & impudenter gerentes,
reuera effecti equi in fœminas insanientes, & ad proximorum suorum vxores hinnientes,
vt qui & ipsi contineri non possunt, & proximis suis persuadeant vt dent operam volu-
ptati, infeliciter illas audientes scripturas: Quæ tibi obtigit partem pone nobiscum, crumenam autem vnam possideamus communem, & vnum fiat nobis marsupium. Propter ta-
Proverb. 1. idem Propheta dicit nobis consulens: Ne ambulaueris in via cum ipsis, declina pedem
tuum à semitis eorum. Non enim iniustè tenduntur retia pennatis. Ipsi enim cùm sint san-
guinum participes, thesauros malorum sibi recondunt, hoc est, sibi vendicantes immunita-
tiam, & proximos similia docentes, bellatores, percussores caudis suis, vt ait Propheta,
quas quidem Graci κέρκους appellant. Fuerint autem ij quos significat prophetia ad malum
procliues, intemperantes, qui sunt caudis suis pugnaces, tenebrarum iræque filij, mentes sibi
afferentes, & homicidæ propinquorum: [m] Expurgate ergo vetus fermentum, vt sitis nou
1. Cor 5. conspersio, nobis exclamat Apostolus. [n] Et rursus propter quosdam eiusmodi homines in-
dignans, præcipit ne conuersari quidem, si quis frater nominetur vel fornicator, vel aua-
rus, vel idololatra, vel maledicus, vel ebriosus, vel raptor, cum eo qui est talis ne vi-
Galat. 2. quidem comedere. Ego verò per legem legi mortuus sum, inquit, vt Deo viuam, cum
Christo sum crucifixus: viuo autem non amplius ego, per cupiditates, viuit autem in
me Christus castè & beatè per obedientiam præceptorum. Quare tunc quidem vinibus
Malach. 10. carnaliter: quod autem nunc viuo in carne, in fide viuo filij Dei. [o] In viam gentium
ne abieritis, & ne ingrediamini in vrbem Samaritanorum, & contraria vitæ institutio-
nos dehortans dicit Dominus: quoniam iniquorum virorum mala est conuersatio. Et ite
vos sunt



hæc sunt omnium qui ea quæ sunt iniqua efficiunt. Væ autem homini illi, inquit Dominus, Matth. 18.
homini ei esset si non natus esset, quàm vt vnum ex electis meis scandalizaret. Melius esset Marci 9.
vt mola imponeretur, & in mari demergeretur, quàm vt vnum ex meis electis peruerteret:
Nomen enim Dei blasphematur propter ipsos. Vnde præclarè Apostolus: Scripsi, inquit, 1. Cor. 6.
vobis in Epistola, non fornicari cum fornicatoribus, vsque ad illud, corpus autem non for-
nicationi, sed Domino, & Dominus corpori. [p] Et quod matrimonium non dicat fornicatio-
nem, subiungit: An nescitis quòd qui adhæret meretrici, vnum est corpus? an virginem di-
cit meretricem quispiam priusquam nupserit? Et ne fraudetis, inquit, vos inuicem, nisi ex
consensu ad tempus. Per dictionem, Fraudetis, ostendens matrimonij debitum esse liberorum
procreationem: quod quidem in ijs quæ procedunt ostendit, dicens: Mulieri vir debitum
reddat: similiter autem mulier quoque viro: post quam exolutionem, est in domo custodien-
da, & in ea est in Christi fide, adiutrix. Iam verò quid potest hoc esse manifestius, cum di-
cunt ei qui sunt iuncti matrimonio, præcipio, inquit, non ego, sed Dominus, vxorem à
viro non separari. Sin autem separata fuerit, maneat innupta, vel viro reconcilietur. Et vi-
rum uxorem non dimittere. Reliquis autem dico ego, non Dominus. Si quis autem frater,
habet illud, nunc autem sancta est. Quid autem ad hæc dicunt qui in legem inuehuntur,
& in matrimonium, vt quod sit solum in lege concessum, non autem etiam in nouo Testa-
mento? Quid ad has leges latas possunt dicere, qui sationem abhorrent & generationẽ, cùm
Episcopum quoque qui domui rectè præsit, Ecclesiæ ducem constituat? Domum autem domi-
nicam vnius mulieris constituit coniugium. Omnia ergo dicit esse munda mundis. Pollutis Tit. 1.
autem & infidelibus nihil est mundum, sed pollutæ est eorum & mens & conscientia. [q] De
ea autem voluptate quæ est præter regulam: Ne erretis, inquit, nec fornicatores, nec ido- 1. Cor. 6.
latræ, nec adulteri, nec molles, nec masculorum concubitores, neque fures, neque ebriosi, ne-
que maledici, neque raptores, regnum Dei possidebunt. Et nos quidem abluti sumus qui in
hoc erramus. Qui autem in hanc tinguntur intemperantiam, ex temperantia in fornicationem ba-
ptizati, voluptatibus & vitijs esse indulgendum decernentes, incontinentes ex moderatis esse
docent, & spem suam suorum membrorum impudentiæ attribuentes, vt à regno Dei abdi-
cetur, non autem vt inscribantur qui ad eos ventitant efficientes, falsò nominatæ cognitionis
appellatione, eam quæ ad exteriores ducit tenebras viam ingredientes. [r] Quod reliquum est, fra- Philipp. 4.
tres, quæcunque vera, quæcunque honesta, quæcunque iusta, quæcunque casta, quæcunque bo-
næ famæ: si qua virtus, & si qua laus, ea considerate quæ & didicistis, quæ etiam accepistis
& audistis & vidistis in me, ea facite, & Deus pacis erit vobiscum. Et Petrus similia dicit
in Epistola: Vt fides vestra & spes sit in Deum, cùm animas vestras castas effeceritis in obe- 1. Petri 1.
dientia veritatis: quasi filij obedientiæ, non configurati prioribus desideriis quæ fuerunt in
ignorantia, sed secundum eum qui vocauit vos sanctum, & ipsi sancti sitis in omni conuer-
satione. Quoniam scriptum est, sancti eritis quoniam ego sanctus sum. Sed enim quæ aduer-
sus eos qui cognitionem falso nomine simulant, necessariò suscepta est à nobis disputatio, nos
longiùs quàm par sit abduxit, & orationem effecit prolixiorem. Vnde tertius quoque liber
Stromateus, eorum quæ sunt in vera Philosophia cognitionis monimentorum, hunc finem
habeat.

## COMMENTARIVS.

[a] IAM nonnulli quoque præferunt viduam virgini. Non video quomodo hoc cohæreat cum precedentibus, nisi dicamus quod cùm dictum sit antea de matrimonio & generatione, matrimonij autem & generatio-
nis sint expertes virgo & vidua & vtraque sit continens, præferri dicant nonnulli viduam virgini, quod
attineat ad continentiã, est enim difficilius viduæ cõtinere quæ voluptatem est experta, quam virgini quæ
minime est experta. [b] Si autem est malum generatio. Si res mala dicatur generatio, vt dicunt blasphemantes
hæretici, hæc sequitur absurda, quod & in malo fuerit Dominus qui est genitus, & virgo Maria quæ ge-

nuit. Nō possunt autē vituperare generationem, quin eadem opera vituperent Dei voluntatem, ipsi
generationē vult homines crescere & multiplicari, est autē generatio mysteriū creationis. Ne
noua nō amplius creet opera, perinde tamen est atq; si crearet, cum arcana & ineffabili potestate ge-
nerationem efficiat vt quæ sunt creata consistant, alioqui dilapsura & peritura. [a] *Et ideo*
Quoniā res esse mala ab hæreticis existimabatur generatio, & indignū videbatur vt in malo
retur Dominus, hinc factū est vt Cassianus existimaret eum habuisse corpus phantasticū, vt
Marcion vero & Valentinus corpus animale in quo scilicet nō esset caro, hac motiuatione
veniens ad coitū assimiletur iumentis. Quod Clemens nō negat quidem esse verum, sed non semper. Si
enim tum demum euenire quando furentes cum alienis vxoribus committunt adulteria. Quicunque
sua vxore rē habet, dans operam liberis, voluntate motus nō cupiditate nec libidine, is non
re, nec efferari, nec similis esse iumentis. [a] *Quod si cum ex brutis.* Quæritur an peccarit Adam cum
coieris. Et si persuasus quidē à serpente qui de eo consiliū acceperat, à brutis quæ peiora naturali
coniunctione, coiuit cū Eua vxore, vt quidam existimant peccauit Adam, & reprehenditur
imbecilliorē dederit naturam homini quā brutis, à quibus acceperunt coniunctionem ad
liberos. Sin autem vtrisque data est natura ad coniunctionem, & homo fraude serpentis
coniunctionē priusquam oportuit, vt qui libidine vsus non expectauit voluntatem, peccauit
ideo Deus in eū iustam tulit sententiam. Nō autem ideo mala est generatio. Nō enim in
qui non vt oportuit coniunctione vsi sunt, culpa est conferenda. [a] *Sanctificatum autem est generatio.* Postquam
ostendit quænam sequantur absurda si mala esse dicatur generatio: nunc excurrit in eius laudem
quænam propter eam fiant, nempe quæcunque sunt in mundo. Nam cum propter hominem
mundus, quæcunq; etiam in eo sunt propter hominem fiunt. [b] *Quomodo autem qui est in Ecclesia.* Ad
dendū nō esse malam generationem hoc quoque plurimum facit, quod Christi suscepta
Esaia 55. sancto ex puro sanguine virginis, in vtero eius sit conceptum. Ipse autem Christus qui est
transiit in carne informis & carens specie, per hoc docens nobis esse cōsiderandā quæ in
sub visum nō cadit diuinitatem. Ea autem diuinitas latens in Christi corpore est arbor vitæ,
Esaia 6. bona & munda desideria, ad quæ aspirant fideles, nēpe vt ea assequantur quæ oculus non vidit,
1. Cor. 2. audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. [a] *Iam verò volunt viri cum vxore in matrimonio consistentes.* Dicebant
Tatiani, viri cum muliere coniunctionem quæ dicitur cognitio, esse peccatum, cognitionem
significare transgressionē mandati, quæ significatur ex esu ligni boni & mali. Ad quod respondet,
ligni boni & mali vtrūque significare, & transgressionem mandati, & cognitionem veritatis. Nam
bene & male liceat vti matrimonio, lignū erit cognitionis ac scientiæ boni & mali, nō solum si
tur matrimonio, sed etiā atque adeo multomagis si obseruet leges matrimonij, nempe si
rem non propter libidinem, sed vt procreet liberos. [b] *Quid verò tum Seruator noster sit ait.* Ut Chri-
stus vtrumque curauerit, corpus scilicet & animam, nec anima corpori, nec corpus animæ
Certe si caro esset inimica animæ, Christus carni non dedisset sanitatem qua insultaret
[a] *Dico autem dico fratres.* Ex hoc quod Christus & animam & carnem à morbis curauerit, potest
odisse generationem, nec matrimonium. Quamuis autem carnem & sanguinem non oderit,
men nec sanguis regnū Dei possunt possidere, si non adsit spiritus qui datur per regenerationē.
ritus efficit vt caro & sanguis qui antea erat corruptio & peccatum, mūdetur & regnum
sidere, in quod nihil intrat immundum & pollutum. Ex se ergo caro & sanguis regnum
possidere, sed potest per spiritū. Cùm autem à spiritu per baptismum inceperimus, cauendum
ritu excluso carnem solā relinquentes, simus tantum carnales, & ne in nobis rursus inhabitans
non possideat incorruptionē, id est iustificationem illam quæ nobis data erat in baptismo.
non habent nec qui creatorē blasphemant & maledictis insectantur, nec rursus qui totos se
cœnum libidinis & voluptatis. [c] *Iustitiam ergo & salutaris harmoniam.* Iustitiæ nomen significat
uis virtutē. Est ergo & castitas iustitia, & matrimonialis continentia, ambæ enim sunt virtutes,
demū est castitas iustitia, si nō excedat modum. Modum autem excedit si sit coniuncta
sphemiæ. Est autem impietas inuehi in creatorem, & damnare matrimonium. Quod si
cum pietate, & propter regnum cælorum eam eligat, non quod oderit creatorem & creaturā,
net matrimonium, & Deo agat gratias quod ei largitus sit donum castitatis, eos qui iuncti sunt
monio minime despiciens, is est laudandus, vt qui castitatis vt par est obseruet regulā. Neutrum
est vituperandum, nec castitas nec matrimonium, cum sit vtrumque à Deo creatum. [d] *Ambo autem eque*
*gratias.* Sunt quidem laudandi qui casti sunt cū pietate: nec sunt vituperandi qui dant operam liberis,
gitimo iuncti matrimonio nō autem libidini seruientes & voluptati. Illi autē sunt maxime
qui nec casti sunt propter regnū cælorum, nec in matrimonio cōtinenter viuunt vt dent operam
sed tanquā equi effrænati præcipites feruntur ad libidinem, & alios secum attrahunt ad
censet Propheta à nobis esse vitandos, ne altius quam par sit volantes extensis retibus
aues volantes dum se altius extollunt merito paratis retibus irretiuntur. Merito autem in
incidunt, qui cum sint sanguinis solum participes, spiritum repellunt, & mala sibi accersunt
dunt, nō satis habentes quod sint immundi, nisi etiam proximos immunditiam doceant
re caudæ eos oppugnent (nam κέρκος Græcè, sicut etiam Latinè cauda *aculeum* significat) & tam
eis mortē afferant. Hunc ergo opinor esse sensum Clementis, sed quisnam sit is Propheta de quo
tur ingenue fateor me nescire. [e] *Expurgate ergo vetus fermentum vt sitis nona.* Iubet Paulus, nos expurgari
bidine, quam per fermentum intelligit, fieri puros & mundos. Non solum autem à libidine
puros, sed etiam ab omni scelere. [a] *Et rursus propter quosdam eiusmodi homines indignans.* Vt puri
mur sunt vitanda cōsortia malorum, & ne cum fratribus quidem est comedendū si sint impij & scelerati. Vt sit



[a] Vt sit autem purus & mundus lex non efficit, quæ pœnam quidem minitans deterret à vitiis, sed vt
mūdi & ex virtute viuatur, sola præstat Dei gratia, quæ tn amnis nostris creat cor mundum, & spiritu
principalibus confirmat: Per Christum autem id assequimur, qui crucifixus, vt mala desideria
cupiditates & affectiones crucifigeremus: quod dum facimus, legi sumus mortui. Actiones enim nostræ bo-
næ non ex lege procedunt, sed ex Christo qui est nostra vita. Vt autem legi moreremur, & ab ea recede-
remus, ipsa lex nos induxit, quæ tanquam Pædagogus nos ad Christum deduxit. In Christo autem viuē-
tes non amplius viuimus. Tunc enim vt homines viuimus, quando in nobis nostræ viuunt cupiditates,
sed viuit in nobis Christus, quando Christo induti non amplius carnaliter, sed spiritualiter viuimus, ca-
stigantes exercentes, & Dei præcepta obseruantes. Sic autem viuimus, si in carne in filij Dei fide viui-
mus. [a] *In veram gentium ne aberretur.* Pergit ostendere ex Euangelio & ex Paulo quam malum sit cum ma-
lis versari, & quantum immineat periculum, iis qui sua consuetudine alios corrumpunt & offendunt.
[a] *Quod Matrimonium non dicat.* Ex Diuo Paulo citat aliquot testimonia, ex quibus est perspicuum, ma-
trimonium non esse fornicationem: ex eis autem coniungitur error Encratitarum & Tatianorum, qui
matrimonium dicebant fornicationem, & id solum fuisse permissum in lege veteri, non autem in nouo
testamento. [b] *De ea autem voluptate.* Postquam ostendit non solum in lege veteri concessum esse matri-
monium, sed etiam in nouo testamento, nunc inter cæteros capitalibus vitiis affectos qui regnum Dei
non possident, enumerat etiam fornicatores, & masculorum concubitores, & reliquos qui venere vtū-
tur non legitima nec regulæ consentanea. Sola autem Venus legitima & regulæ consentanea est matri-
monium. Non solum autem ipsi damnantur, sed ij etiam qui ab ipsis baptizati eorum imitantur libidi-
nem. [c] Venerem nefariam. Qui autem hanc nefariam exercent libidinem, sunt hæretici qui dicuntur
Gnostici, de quibus antea sæpe diximus. [d] *Quod reliquum est fratres.* Quoniam nihil est quod hominis fa-
ciem probrum afferat & dedecus quam impudicitia, ideo finem imponens huic libro qui est de
re matrimonio, citatis vtriusque Apostoli verbis, hortatur vt obedientes Dei præceptis, ample-
ctantur pudicitiam & honestatem.

FINIS LIBRI TERTII STROMATVM.

# CLEMENTIS ALEXANDRINI STROMATVM LIBER QVARTVS.

1. CONSEQVENS [a] autem deinceps esse existimo, vt de martyrio tractemus, & quisnam sit perfectus. Quibus comprehenduntur ea quæ consequuntur, ex eo quod exigunt illa quæ sunt dicenda: & quod æque sit philosophandum & seruo & libero, siue sit vir sexu, siue femina. Et cum quæ deinceps sequuntur, & de fide & de inquirendo absoluerimus, genus symbolicum adducemus, vt cum concluserimus, orationem quæ ad mores pertinet, summatim ostendamus vtilitatem quæ allata est Græcis à barbara philosophia. Quam quidem posuimus oculis subiecero, & aduersus Græcos & aduersus Iudæos tradetur compendiosa scripturarum explicatio, & quæcunque in libris præcedentibus, cùm in proœmij ingressu, tum Commentario statuissemus perficere, rerum autem multitudini necessario seruierimus, non licuit comprehendere. [b] Post hęc à nobis, quoad eius fieri potest, rerum propositarum prima declaratione, quę de naturalibus principiis & à Græcis & ab aliis barbaris, prout à nobis peruenerunt opiniones, tradita sunt, oportet recensere, & aduersus præcipua eorum quę sunt excogitata à philosophis argumentari. Quibus fuerit consequens, vt postquam Theologiam cursim percurrerimus, ea quę in prophetiis tradita sunt tractemus: vt cum etiam Scripturas quibus credidimus, validas ac ratas esse omnipotenti authoritate ostenderimus, fore possimus per ipsas progredi, & hinc omnibus hęresibus vnum Deum ostendere, & Dominum omnipotentem, qui per legem & prophetas & beatum etiam Euangelium suum sycrè & germanè prędicatus. Multa autem sequuntur dicenda aduersus eos qui sunt diuersa opinionis, cum conamur ea dissoluere, quæ in scriptis ab ipsis afferuntur, & vel inuitis persuadere, per ipsas conuincendo scripturas. [c] Perfecto itaque nobis vniuerso proposito, a quibus voluerit spiritus commentariis ad vsum instantem adiuti (quædam enim ante veritatem omnino præfari necesse est) tunc reuera gnosticam, id est, homini cognoscendi perfectæ prædito conuenientem, naturæ aggredimur contemplationem, paruis ante magna initiati mysteria, vt verè diuinæ sacrorum interpretationi nihil sit impedimento, prius exercitatos quæ informatis iis quæ antè oportet sciri & tradi. [d] Quæ est ergo ex veritatis regula præcipuæ traditionis naturæ contemplatio, vel potius superna quędá speculatio, dependens ex traditione quæ traditur de ortu mundi, hinc ad formam ascendens theologicam, seu quæ in beatitatis consistit contemplatione. Vnde ab eo ortu qui propheticè est lucris mandato, nempe ab Genesi, in parte principium ducemus narrationis, & quæ ab iis, qui diuersa sentiunt, dicuntur adducentes, & quoad eius à nobis fieri poterit dissoluentes. [e] Sed hoc quidem maximè petitur, si Deus velit, & nos inspirauerit. Nunc autem aggrediendum est id quod est propositum, & absoluenda est ea quæ ad mores pertinet oratio. [f] Sint autem nostra, vt sæpe dicimus, Commentaria, propter eos qui impudenter ac imperitè ad ea legenda sunt accessuri, vana esse vt ipsum nomen indicat, contexta, ab vno ad aliud continens transeuntia, & per verborum quidem seriem ac contextum aliud significantia, aliud verò indicantia. Qui enim aurum, inquit Heraclitus, quærunt, multum terræ fodiunt, & parum inueniunt: qui autem id quod verum aurei generis cognatum est scrutantur, multum in pauco inueniunt: inueniet enim Scripturæ vnum qui eam sit intellecturus. Iuuant ergo & ad reuocandum in memoriam, & ad veritatem apertè declarandam, ei qui potest quærere cum ratione, Stromata commentariorum.

[a] Oportet autem nos quoque adlaborare, & his alia adinuenire, quoniam iis qui ea via abierunt quam nescimus, sufficit eam quæ ducit solummodo indicare, postea autem tam est ingrediendum, & reliquum viæ inueniendum. Quemadmodum dicunt, seruo quoque aliquando fugitanti, quidnam agens Domino sit placiturus, respondisse Pythiam, inuenies si quæsieris. [b] Est quidem reuera, vt videtur, difficile, pulchrum & honestum quod latet inuenire, quo autem sudor ante virtutem est positus:

Via longa est & accliuis ad ipsam. Ἡσίοδος.
Ardua nanque prius, sed cum ad fastigia ventum est,
Fit facilis, quæ difficilis valdè antè eluceret.

Est enim reuera arcta & angusta via Domini, & regnum Dei est violentorum. Vnde quære, inquit, & inuenies, tenens viam verè regiam, & non prætercurrens. Est ergo in exiguo quidem spacio multa genitalis copia seminum dogmatum quæ comprehenduntur in hoc opere, tanquam ager omnibus herbis plenus, ait Scriptura. [c] Aut etiam propriam habent rationem Stromata Commentariorum, reuera multùm similem illi veteri floridæ oblationi quæ scribit Sophocles: συμβόλαιον τῆς ἀγρᾶς.

Quis enim erat vellus, erátque vitium
Libamen, vuáque & probè recondita.
Erátque fructus mixtus omnis generis,
Pinguéque oliuum variúmque maximè
Flanæque quod apis munere fit cereum.

[d] Iam Stromata nostra, vt inquit agricola Timoclis Comici, ficus, oleum, caricas, mel reddunt tanquam ex agro feracissimo, propter quam feracitatem subiungit:

Iresionem, non agrum cultum refers.

Consuerant enim acclamare Athenienses:

Fert ficus pingues, & panes Iresione,
Mella quoque in catino, atque oleum quo te vngere possis. ὑφειμένον, κοινὸν παροιμιῶδες.

[e] Sępe ergo oportet tanquam ex contextis calatis, multa eáque confusa semina excutiendo & iaciendo, frumentum legere. [f] Multi autem habent affectionem non absimilem constitutioni hyemis, instabilem & inconsiderabilem. Multa incredulitas facit bona, fides mala. Et Epicharmus: Ne credas, sunt articuli hi præcordium. Jam non credere quidem veritati μὴ πιστεύειν ἀξιοῖ τοῦ ἀληθοῦς. effert mortem, sicut credere vitam. Contrà autem, falso credere, non credere autem veritati, trahit in exitium. Eadem est ratio de continentia & incontinentia. Si continere quidem In non credendo summa sit ea est prudentia. est bonum opus, malum est non continere: ab iniustitia autem abstinere est principium salutis. Atque mihi quidem videtur Sabbatum per abstinentiam à malis significare continentiam. [g] Et quidnam est in quo homo differt à bestia, & eo rursus Dei angeli sapientiores? Minuisti eum, inquit, paulò minus ab Angelis. De Domino enim non accipiunt Scripturam, Psalm. 8. quamquam ille quoque carnem ferebat, sed de eo qui est perfectus & gnosticus, seu cognoscentis potestate præditus, qui & tempore & indumento diminutus est ab Angelis. Sapientiam autem nihil aliud dico quam scientiam, quoniam vita non differt à vita. Naturæ enim humanæ, hoc est, homini, cum eo quod dignum est habitum immortalitate, commune est viuere, & habitus contemplationis & continentiæ, cùm sit alterum præstantius. [h] Atque mihi quidem certè videtur Pythagoras solum Deum sapientem esse dicere. Nam Apostolus quoque scribit in epistola ad Romanos: (Ad obedientiam fidei) in cunctis gentibus, cogniti soli sapienti Deo per Iesum Christum. Propter eam autem quæ illi cum Deo intercedebat amicitiam, vocabat se philosophum. Loquebatur itaque cum Mose, inquit Deus, vt amicus cum amico. [i] Itaque verum, quod Deo est manifestum, generat veritatem: Gnosticus autem,

Prouerb.6. *seu qui est cognitionis potestate præditus, amat veritatem.* [a] *Vade, inquit, ad formicam piger, & apis efficere discipulus, ait Solomon. Si enim vnuscuiusque propria natura vnum est munus, & bouis similiter & equi & canis, quodnam dicemus esse proprium munus hominis? Videtur autem, vt opinor, similis esse centauro, figmento Thessalico, vt qui ex compositus ex rationis participe, & experte rationis, anima & corpore. Sed corpus quidem ad terram operatur, & tendit ad terram: anima autem ad Deum extollitur: quæ quidem per*

[b] *veram erudita philosophiam, contendit ad suos qui suprà sunt cognatos, auersa a corpore cupiditatibus, & præterea à labore & meru: quanquam bonum esse & tolerantiam & virtutum ostendimus.* [c] *Si enim per legem est agnitio peccati, vt dicunt qui legem insectantur &*

Rom.3. Rom.5. *vsque ad legem peccatum fuit in mundo, sed sine lege peccatum est mortuum: nos ea coniectura occinamus, Si enim timoris causam peccatum abstulerit, auferet etiam timorem: multo autem magis supplicium, cùm id abfuerit cui innatum est vt concupiscat. Iusto enim, Scriptura ait, quit, lex non est posita.* [d] *Pulchrè ergo Heraclitus: Iustitiæ, inquit, nomen nescirent si*

1.Tim.1. *hæc non essent. Socrates autem dicit: Legem non fuisse factam propter bonos.* [e] *Sed nemo hoc cognouerunt accusatores quomodo dicit Apostolus, quòd qui propinquum suum diligit,*

Rom.13. *malum non operatur. Illud enim, Non occides, non mœchaberis, non furtum facies, & si quod sit aliud præceptum, in hoc solo sermone in vnam veluti summam redigitur. Diliges*

Matth.22. *proximum tuum sicut teipsum. Hac vtique ratione, diliges, inquit, Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo: & diliges proximum tuum sicut teipsum: siquidem qui proximum diligit, malum non agit: & omne præceptum in hoc veluti in summam redigitur, in diligendo proximum. Quæ autem præcepta efficiunt vt metus impendeat, ea dilectionem parunt, non odium. Vitium ergo non est lex, quæ timorem procreat: quare lex ex sancta, & mera*

Rom.7. *spiritualis ex sententia Apostoli.*

## COMMENTARIVS.

[a] CONSEQVENS *autem drinceps esse existimo.* Proponit ea de quibus est tractaturus, nempe de martirio, & quis sit perfectus, & de iis quæ eorum tractatio exigit vt dicantur: quod scilicet & viri, & fœminis, & liberis, & seruis sit philosophandum. Deinde de fide tractandum, & de inquisitione, & de iis quæ ad mores pertinent symbolicè explicandis. Quibus est subiiciendū, quæ ex barbara philosophia Græcis capitur vtilitas, quo in loco breuiter explicabuntur scripturæ aduersus Iudæos & Græcos, & adiicitur ea quæ propter rerum multitudinem omissa fuerant in primo Stromate. [b] *Post hæc autem.* Postea ostendere ea de quibus est tractaturus. His, inquit, quæ iam diximus declaratis, recensebimus quæ à Græcis & ab aliis tam barbaris quam Hebræis de naturalibus dicuntur principiis, & argumentabimur aduersus præcipua philosophorum argumēta. Postquā ea absoluerit dicit se totam percurrisse Theologiam, & postquam tractauerit quæ dicuntur in Prophetiis, ostensurum esse firmam & validam interpretationem eorum quibus credidimus autoritatem, & ex iis probaturum esse omnibus hæresibus, vnum esse Deum & Dominum omnipotentem: ibique prolixè disputaturum aduersus eos qui suis scriptis contrariam tuentur sententiam. [c] *Perfecta itaque nobis vniuersa propositio.* In omnibus quæ docentur certus ordine est procedendum, neque enim maiora disci possunt nisi prius doceantur minora. Ea ergo de quibus dixit, quæ parua vocat mysteria, prius se dicit tractaturum, vt cum ea absoluerit, aggrediatur nostram contemplationem, quæ conuenit homini qui est præditus potestate cognoscendi, ita enim vocat homines in sacris & arcanis literis bene versatum. Et hæc sunt quæ maiora dicit mysteria. Erant autem

Cal.Rhodig. lib.16. ca.1. Eleusinæ magna & parua mysteria: Magna quæ Cereri, parua quæ Proserpinæ erant sacra. Adit ibidem dicit Clemens magna & parua mysteria. Discuntur autem parua, vt nihil sit impedimento maioribus ad magna. [d] *Quæ est ergo ex veritatis regula.* De Theologia seu de diuinitatis contemplatione tractaturus Clemens, incipit ab ortu mundi, nempe à Genesi, in qua ostenditur mundum à Deo esse creatum, ea etiam adducens & refellens quæ dicuntur ab iis qui diuersa sentiunt. [e] *Sed hoc quidem nos postea.* De iis quidem quæ dixit est paulo post tractaturus, sed prius sunt absoluenda quæ ad mores pertinent. [f] *Sunt autem nostra, vt sæpe diximus.* Quoniam proposuit Clemens de quibus sit tractaturus, expedit autem posset lector perpetuam de singulis tractationem, ne id frustra expecter, admonet, suos Commentarios, nempe Stromata, esse varios, & ab vno ad alterum transire, & aliud quidem significare, aliud dicere, si autem vti hoc scribendi genere ad eos arcendos qui impudenter & imperite ad legendum accedunt. Qui aurum quidem quærit, multum terræ effodit, sed parum auri inuenit: qui autem fossionem quæ sunt aurei generis, aurei autē generis vocat breues & egregias sentētias, quales sunt quas adiicit in pauco multum inuenit. Sed non omnes ea percipiūt. Scriptura enim vix vnum inuenit qui eam intelligat.



tellectus. Prosunt autem Stromata & ad reuocādum in memoriā, & ad declarandam veritatē si quæratur cum ratione, id est si ea non legat pigre & negligenter. [g] *Oportet autē nos quoque adlaborare.* Sunt quidem diligenter legenda quæ nobis legenda offerūtur, sed nō sufficit: oportet enim præter ea nos laborare, & alia inuenire. Quod ita esse faciendū ostendit similitudine & exēplo. Hæc est autem similitudo. Si quis cat via quam nō nouit, satis est si ostendatur via quæ ducit ad illā, tunc est illi ingrediendum, & vir quod restat est inueniendū & cōficiendum: ita cùm nobis fuerit ostensus doctrinæ quam nescimus scopus & institutū, ad eum nobis est contendendum, & quod restat inueniendum. Exemplum verò est huiusmodi. Sciscitabatur quidam seruus ab Apolline, quidnam agens Domino sit placiturus, respondet Apollo per vatem Pythiam, Inuenies si quæsieris. Scopus quidē & institutum serui erat placere Domino, restabat vt scopum attingeret. Id autem tum demū erat assecuturus & inuenturus quomodo ei placeret, si quomodo id fieri posset diligēter quæreret. Ita cùm doctrinæ scopū & institutū intellexeris, vt ne peruenias est elaborandum, & omni studio contendendum. [h] *Et est quidem re vera, vt videtur.* Refertur prouerbia Ἀγαθὰ τὰ καλά, Difficilia quæ pulchra. Hinc factū est vt Hesiodus viam ad virtutem dicat esse arduā, & Seruator noster Christus viā ad vitam pronunciaret esse arctam & angustam, vtpote quod via regia sit incedendū, & neq; ad dexteram neque ad sinistram sit declinandum: & affirmaret regnum cœlorum vim pati, quoniam ij demum ad id peruenirent, qui omni animi studio & impetu ad id contenderent. [i] *Aut etiā propriā habent inscriptionē.* Assimilat sua Stromata, propter varietatem, oblationi quam scribit Sophocles cōpositam ex lana, vino, vua, fructibus omnis generis, ex oleo & cera. [k] *Iam vero nostra.* Tanta est varietas Commentarij Stromatum, vt de eo dici posset quod de agro suo apud Virgilium Comicum dicit Agricola, quod ficum ferat, oleum, caricas, mel. Quod autem dicit Iresionem, id est agrum cultum refers, alludit ad Iresionem Athenienſiū. Erat autē Iresione ramus oleaginus, vel simulatus, arborum fructibus circūpendentibus, quem ex responso Apollinis in eius honorem ad templum accendam offerebant Athenienses. De quo vide Cōmentarium Aristoph. in Pluto, & in Equitibus, & Cælium Rhodig. antiq. lect. lib. xij. cap. xx. [l] *Sæpe ergo oportet.* Cum sit in Stromatis tanta varietas, ideo sint tanquam in contextis calathis permulta & cōfusa semina, iis excussis & iactis eligendum est frumentum. Vbi enim bona & mala sunt simul confusa, quod bonum est ex iis est colligendum. Quod autem est πλέγμα, verto cōtextum calathum, in hoc sequens Galenum *mei ingenioli*, lib. 3. [m] *Multis adhibet affectionē.* Mihi videtur afferre veluti quædam exempla eorum quæ sunt in Stromatis, ex quibus quædam sunt eligenda, quædam reiicienda. Multi, inquit, habent affectionē non absimilem hyemi. Nam vt hyems est instabilis, & cōsiderari non potest certus eius status & cōstitutio, vt quæ sit varia & mutabilis, ita sunt multi de quorū affectione nihil certi possis statuere, nunc enim sunt ad bonum propensi, nunc ad malū. De fide quoq; dicit varia, ex quibus potest credere aliquādo esse bonū, aliquando malū. Incredulitas, inquit, multa facit bona, fides mala. Nā si improbis temerè credamus, ab eis persuasi in mala incidimus, & ita mala facit fides. Si nō credamus & ideo in mala nō incidamus, bona facit incredulitas. Præcipiebat autem Epicharmus non credere. Sunt enim hi articuli præcordiorum. Articuli nostram cōfirmant & corroborant. Præcordia autem quæ dicūtur φρένες dicuntur esse sedes mentis, & frequenter sumuntur pro prudentia. Non temerè ergo credere mentem confirmat & corroborat, & in hoc summa est prudentia si non leuiter credas. [n] *Et quidnā est in quo bona differt.* In multis quæ continentur in Stromatibus est hoc quoque, quod in iis scriptū sit in quonā homo differt à bestia, & in quo rursus Angelo Dei sint eo sapientiores. Dicit Dauid Psalmographus in psalmo octauo Deum alloquens: Minuisti eum paulominus ab Angelis. Hominem autem intelligit, quem dicit à Deo ita esse creatum, vt nō multum cedat Angelis Dei. Accipitur autē hæc scriptura de homine nō de Domino, etsi Dominus carnem sumpserit. Quo factum est vt Paulus quoque ad Hebræos id de Domino acceperit quatenus est homo. Quamuis autē de quouis homine possit accipi, propriè tamē accipitur de homine perfecto & cognitionē habente. Licet autē in homine sit sapientia, quæ idem est quod scientia, sunt tamen Angeli sapiētiores hominibus. Sapiētia autem seu scientia, pro eodem enim accipit Clemēs, ideo est homo inferior Angelo, quod Angeli sint tēpore antiquiores, vt qui simul cum ipso cælo sint creati, & in eis nihil sit concretum, nec coagmentatū: sunt enim simplices, vtpote increpori. Homines autē sunt posteriùs à Deo creati, & non sine tamen eius adminiculo, quotidie gignuntur, sintq; corporati, est autem corpus indumentum hominis. Est ergo homo inferior Angelo quod attinet ad sapientiam & scientiā. Quamuis autem Angelus sit homine præstantior vt qui sit immortalis, est tamen vtriq; vita cōmunis, vita enim nō differt à vita, habitusque contemplationis & continentiæ. Viuit enim homo vt Angelus, & Deum contemplatur, ab iisq; quæ concupiscuntur vterq; se continet. Nec ideo non est eadem vita, nec eadem contemplatio, nec eadem cōtinentia quod alter altero plus viuat, aut magis contempletur, aut se magis continet. De re enim ipsa agitur, non de rei actione quæ est maior & minor. [o] *Atque mihi quidē certe videtur.* Videtur Angelos esse homine sapientiores, nunc autem dicit ne Angelos quidem esse sapientes, sed solum Deū. Hoc probat & autoritate Pythagoræ, qui ideo se vocauit Philotophū, quod Dei esset amicus quod dicebat sapientiam, solus enim Deus est sapiēs: & Apostoli Pauli, qui disertis verbis dicit solum Deum esse sapientem. Dicit quoq; scriptura Mosem loqui cum Deo, tanquā amicum cum amico, quo fiebat vt diuinam ex eo hauriret sapientiam. [p] *Itaque verū quod Deo est manifestū.* Cum sit sapientia cognitionis rerum, Deus autem solus sit sapiens, verum autem quod Deo est manifestum, generat veritatem quæ à Deo habetur per participationē. Qui est autem cognoscendi potestate præditus, amat veritatem. Hinc fit quod nō nisi à Deo possit haberi veritas, qui solus est sapiens & verus, vel ipsa potius veritas, vt ipse se vocat Christus. [q] *Vade, inquit, ad formicā, o piger.* Nō sufficit homini teneri studio sapientiæ & cognitione veritatis, sed cum ea animo consset & ex corpore, oportet eū etiā esse prudentem, & ea prouidere quæ ad corporis alimentū pertinēt. Hoc autem cum ex ipsa sua possit discere natura, facilius tamen discet, si exemplū acceperit ex formica & apibus, ad quas pigros & vacātes missit Solomon in Pro-

uerb. cap. sexto, in quo tamen nulla fit apis mētio in Hebræo. Atq; habet quidem vnūquodq; animal munus suæ naturæ cōueniens. Sed cum cætera animātia sint rationis expertia, hinc fit quòd homo nus in iis tantum versetur quæ sunt corporis, homo autem ex anima constat & ex corpore. Et quidem corpus est terrenū, homo in terra colenda versatur, & ad eam tēdit. Quatenus autem ad cœstis, ad cælos dirigitur, & ad eos cōtendit, à quibus cū descēderit, dici possunt cognati, reiectis tibus & omnibus affectionibus, & perturbationibus, & labore, & metu. Qui enim tendit ad cœlum aliud quam diuina contemplatur: neq; tamen ideo malus est metus & tolerantia. Verumq; enim ostendit esse bonū. Homo ergo est similis Centauro, id est animali quod constat ex homine & ex id est quòd est & rationis particeps, & expers rationis. Centauros autē vocat figmentū Thessali. cum primi ex Thessalis cētauri equos domuissent & eis insedissent, eis insidētes à tergo vili homines. 'Si enim per legē est agnitio peccati. Dixerat quod homo cælestis ad cælos tendit reiectis tibus & labore & metu, id est spōte & libere, & absq; vllo labore & metu, venit illi in mentē lis disputantem qui legem vituperabant, dixisse legē non esse malam quod laborem afferat, incuteret. Hac ergo se offerēte occasione, visum est illi aliquid dicere aduersus eos qui legē Vituperabāt autem quod à Paulo diceretur per legem esse cognitionem peccati: non est enim cognoscere peccatū. Nam etsi non cognoscatur, est tamen peccatū, sed per legem cognoscitur ueatur. Sed nō potest vt oportet caueri & vitari, nisi Christi gratia nos adiuuet. Dicebant etiā Paulo vsque ad legem peccatū fuisse mortuum in mūdo, sed sine lege mortuum esse peccatū: quo significa tur, non fuisse cognitum peccatum nec reputatū, non reputabatur enim esse peccatum, vbi nec lex tur aliquid, nec prohibebatur, & ideo malā dicebant esse legem, quod per eam & peccatum esset cognoscēretur & reputaretur, cum in primis esset quasi mortuum. Respōdet autē Clemens quod & ratur peccatū, auferendus est etiā metus & supplicium, metu enim & supplicio mali deterretur is cato. Cum sit autem peccatū malum, nō est malus metus nec malum supplicium quod ab eo Quare nec lex est mala quæ pœnas irrogat, vt id abfit quod improbe cōcupiscitur, quod eo Peccator ergo per legē intētatis scilicet minis & pœnis auocatur. Iusto autē, vt ait scriptura, posita: lex enim ei imponitur qui à sceleribus legis terroribus arcetur: qui autē virtutem & bene di rationem non coactus, sed liberè & sua spōte amplectitur, sed certū sequitur ac deliberatum bene uendi cōsilium, ei lex non est imposita. 'Pulchrè ergo Heraclitus. Conuenienter ei quod scribit Paulus Timotheum, Iusto lex non est posita, scripsit Heraclitus, Iustitiæ nomē nescissent si hæc non esset, id est, si non esset timor pœnæ & suppliciū quod deterret à delictis, nescissent nomē iustitiæ, ignorarent enim quomodo appellaretur iustitia, tantum abest vt scirent quidnā ea esset. Socrates autē dicit legem non fuisse factā propter bonos. Nam qui ex libero instituto & proposito bene viuunt, non ad bonam vitam reuoces metu pœnæ.' *Sed neque hoc cognouerit.* Qui legem vituperant, non intelligerant quid dicat Apostolus, quod qui diligit proximum malum non operatur. Quod si proximū agere est præceptum legis, malum autem non operatur qui diligit proximum, nō est ergo lex mala quæ proximum iubet diligere. Quod autem lex iubeat diligere proximū, ex hoc cognoscitur, quòd omnia præcepta quibus lex vetat proximo iniuriā facere, ea omnia versentur in dilectione proximi, & in tan tanquam in fuminam redigantur. Quod si etiam sint aliqua præcepta à quibus impendet nocua in quibus sint, vt exempli gratia quæ minantur pœnam talionis, & si quæ sint eiusmodi alia, ea dilectionem pariunt, non odium, legem enim diligimus, quæ metu pœnæ efficit ne aliis inuicem iniurias inferamus. Non est ergo lex mala, quæ metum procreat, cum ipse metus nihil mali afferat. Concludit itaque Clemens ex sententia Apostoli legem non esse malam, sed bonam, sanctam, & spiritualem.

II. [a] OPORTET autem, vt est consentaneum, cùm & corporis naturam, & animæ essentiam diligenter consideremus, vtriusque finem comprehendere, & non mortem malum esse putare. *Quando enim serui eratis peccati, inquit Apostolus, liberi fuistis iustitiæ, quem ergo fructum tunc habuistis ex iis propter quæ non erubescitis? Finis enim illorum est mors. Nunc autem liberati à peccato, Deo autem serui effecti, habetis fructum vestrum in sanctificationem: finem autem, vitam æternam. Stipendium enim peccati mors est. Gratia autem Dei, vita æterna in Christo Iesu Domino nostro. Res itaque eò videtur esse deducta, vt ostensum sit, mortem quidem esse eam in corpore animæ coniunctionem, quæ sit dedita peccato: vitam autem à peccato separationem. Multi autem nos impediunt lutum & fossæ cupiditatis, iræque & excandescentiæ voragines, quas transilire necesse est, & omnem insidiarum effugere molitionem, eum qui non est amplius per speculum visurus Deum cognitionem.*

Rom. 7. Rom. 6.

[b] Altitonánsque viro virtutis Iuppiter aufert
Dimidium, quem alij miserè seruire necesse est.

*Seruos autem eos qui sunt sub peccato, & qui peccatis sunt venundati, qui voluptatibus & libidini sunt dediti, & tenentur amore corporis, nouit scriptura:* [c] *& bestiales putat*



*quam homines eos qui assimilati sunt iumentis, equos in fœminas insanientes, ad proximorum vxores hinnientes. Est asinus insolens is qui est intemperans: efferatus lupus, auarus: & serpens, is qui est impostor & fraudulentus.* [d] *Corporis ergo ab anima separatio, quam tota vitæ tempore meditatur philosophus, quandam cognitione præditam parit animi alacritatem, vt possit facilè ferre mortem naturæ, quæ est solutio vinculorum animæ à corpore. Mihi enim crucifixus est mundus, & ego mundo, inquit. Viuo autem iam cùm sim in carne, vt si in cælo versarer.* [e] *Vnde meritò qui Gnosticus vocatur facile exaudit, & ei quo corporum quid petit donat offerens, & huius caruncule affectionines prius exuens, tentatorem non iniuria afficiens, sed simul docens & arguens,*

Iliad. 5. Galat. 6.

Et quantis opibus quàm ex magno & lapsus honore,

vt ait Empedocles, hic deinceps versetur cum mortalibus. [f] *Is verò ferat testimonium, sibi ipsi, quòd sit in Deum syncerus & germanus, fidelis: tentatori autem, quòd sit fruſtrà credulitate percitus in eum, qui est fidelis per dilectionem. Domino autem, quòd à Deo sit confirmata doctrinæ persuasio, à qua non deficiet metu mortis: quinetiam facto confirmat veritatem prædicationis, potentem eum esse ostendens ad quem contendit. Mireris eius dilectionem, quam ostendit euidenter, ei quod est cognatum & vnius generis grato animo vnà cum quinetiam precioso sanguine infideles pudore afficiens. Is ergo metu propter præceptum abnegat Christum negare, vt metu fiat testis. Sed neque propter spem donorum paratorum falsum vendens: sed propter suam in Dominum dilectionem, lubentissimè ab hac vita liberabitur, habens fortasse gratiam, & ei qui causam præbuit vt hinc exiret, & ei qui molitus est insidias, honesta accepta occasione, quam ipse non præbuit, seipsum ostendendi quisnam sit, illi quidem per tolerantiam, Domino verò per charitatem, per quam ostendebatur Domino, qui etiam antequam nascatur, nouit institutum & liberam animi voluntatem eius qui tulit testimonium. Bono itaque animo venit ad amicum Dominum, pro quo corpus atque etiam animam, vt iudices expectabant, tradidit, & à Seruatore nostro, ô fratres dilecti, vt poëtice dicam, compellatur.* [g] *Iam consummationem vocamus martyrium, non quod vita finem homo acceperit, vt relinqui, sed quod perfectu opus ostenderit charitatis.* [h] *Porro autem veteres quoque Græci laudant finem eorum qui mortui sunt in bello, non mortem violentam consulentes, sed quod qui in bello vitam finit, mortem non timens resolui, amputatus à corpore, cum nec prius animo laborasset, nec emollitus esset, cuiusmodi solent in morbis accidere hominibus: recedunt enim effœminati & viuere cupientes, & ideo neque puram emittunt animam, sed quæ, veluti notas plumbeas, secum effert cupiditatis, nisi fuerint aliqui eorum docti & ex virtute considerati. Sunt etiam qui moriuntur in bello cum cupiditatibus, quod perinde est atque si morbo contabuerint. Si itaque quæ est quod Deum confessio, est testimonium, quæcunque anima se purè & syncere gessit cum Deo agnitione, & quæ præceptis paruit, & vita & sermone est testis, quomodocunque liberetur à corpore, fidem, tanquam sanguinem, per totam vitam, etiam in exitu profundens.* [i] *Iam verò dicit Dominus in Euangelio: Qui reliquerit patrem vel matrem vel fratres, & quæ deinceps sequuntur, propter Euangelium & nomen meum, is est beatus: non quouis martyrij casu testimonium, sed quod est ex cognitione, vt qui ex regula Euangelij vitam egerit propter dilectionem in Dominum. Cognitionem enim significat scientia nominis & intelligentia Euangelij, sed non nudam ac simplicem appellationem, relinquere autem facultates & omnem possessionem, propterea quod vitare vilitatem ad ea affectionem. Dicitur quidem certè patria mater & nutrix allegoricè, patres autem leges ciuiles: quæ quidem grato animo sunt contemnenda viro iusto, qui est magnus & excelsi animi, vt Deo fiat amicus, & consequatur dexteras partes sanctificatio-*

Matth. 10.

πλείονων.

vitare, lex, Græcè est masculini generis, sapientissimus.

nis, sicut etiam fecerunt Apostoli. Deinde dicit quidem Heraclitus: Mortè cæsos honorant & homines. Et dicit Plato in quinto de Republica: Eorum autem qui in bello mortui fuerint, qui præclarè se gerens obierit an non primùm quidem dicemus eum esse aureæ generis? Omnium maximè. Aureum autem genus per deos est ex iis qui sunt in cœlo & in sphæra inerrante, qui maximè principatum obtinent in homines prouidentia. [k] Quidam autem ex hæreticis, cùm malè Dominum audiissent, impiè simul & timidè vitæ tenerentur cupiditate, dicentes verum esse testimonium, seu martyrium eius qui verè est Deus cognitionem, quod quidem nos quoque fatemur: eum autem esse sui occisorem & sibi mortem conscisse, qui per mortem fuerit confessus: & alia eiusmodi sophismata callidáque commenta tenuitatis in medium afferunt. Aduersus quos dicetur cum tempus postulauerit: dissidens enim à nobis in principiis. Dicimus autem nos quoque eos qui ad mortem prosiliunt (sunt enim quidam non nostri, sed tantum nominis participes, qui quidem seipsos magno studio contendunt tradere, propter odium in Creatorem miseri mortem cupientes) eos, inquam, dicimus seipsos producere absque vllo martyrio ac testificatione, etsi publicè puniantur. Filiis enim testimonij non seruant haræticorem, qui eum qui verè est Deus, non cognoscunt. Vanæ autem morti seipsos tradunt, sicut se temerè in ignem coniiciunt Indorum Gymnosophistæ. Quoniam autem isti qui falsum sibi nomen sumpserunt in corpus vituperant, discant quòd bona corporis compages, & recta compositio animo confert ad ingens sortiam. Quare in tertio de Republica Plato, quem maximè citant testem ad vituperationem generationem, dixit oportere curam gerere corporis propter harmoniam animæ, per quam licet & viuere & rectè viuere ei qui annunciat prædicationem veritatis. Per veritatem enim & sanitatem ingredientes, ediscimus cognitionem. Cui enim nihil penitus hæret in eam progredi absque eo quod sit in necessariis, & per ea facere omnia quæ tendunt ad cognitionem, ei rectè viuere quomodo non est eligendum? In viuendo ergo, bene viuere se rectè putat, & ad æternitatis habitum transmittitur, qui per corpus ad bene viuendum se exercuit. [l] Æquum est autem Stoicos quoque admirari, qui dicunt animam nihil affici a corpore, neque ad vitium à morbo, neque ad virtutem à sanitate, sed hæc vtraque dicunt indifferentia. [m] Quanquam Iob quoque propter insignem continentiam & fidem examinatus, vt qui pauper quidem ex diuite, ex illustri abiectus, ex pulchro deformis, ex sano morbidus factus sit, est nobis præclarum exemplar propositus, pudore afficiens eum qui tentarat, benedicens ei qui formauerat, secunda ferens ita vt prima, rectè docens Perpaucos eum qui est cognitione præditus rectè posse vti omnibus. Et quod quæ à veteribus recte & ex virtute gesta sunt, ad nostras bonas actiones, propositæ sint imagines, Apostolus: Vt mea, inquit, vincula fuerint in Christo manifesta in omni prætorio & reliquis, & plures fratres in Domino, confisi meis vinculis, auderent abundantius absque timore loqui verbum Dei: quandoquidem martyria quoque sunt exemplaria coronationis gloriosè sanctificata. Quæcunque enim, inquit, scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam & consolationem scripturarum, spem habeamus consolationis. Vt per patientiam & consolationem scripturarum, spem habeamus consolationis. Vt videtur autem si adsit dolor, anima quodammodo ab ipso declinare, & magnificere à passione liberari molestia. Illo certè tempore quieuerit etiam à disciplinis, quando alia quoque virtutes temptæ sunt virtutes. Non autem vtique dicimus ipsam pati virtutem, nam nec aegritudo virtus. Qui est autem vtriusque particeps & virtutis & morbi, ab eo quod vrget proficiscitur: & si non fuerit magni & excelsi animi qui nondum continentiæ habitum acquisierit, loco pellitur, & instar fugæ inuenitur non tolerare. [n] Eadem est autem etiam ratio de paupertate. Nam ipsa quoq; à necessariis, contemplatione inquam, & pura peccati amentia dedicauerit. Sicut rursus sanitas & rerum necessariarum copia, liberam custodit animam, & quæ nullum habeat impedimentum, & sciat rectè vti rebus præsentibus. Tribulationem enim carnis habebunt, inquit Apostolus, qui sunt huiusmodi. Ego autem vobis parco: volo enim vos non esse solicitos ad hoc vt decorè & honestè domino indiuulsè assistatis. Hæc ergo sunt retinenda non propter se, sed propter corpus: habetur autem cura corporis propter animam, ad quam fit relatio. Necesse est enim eum, qui vitam instituit ex cognitione, in ea discere ea quæ conuenit: nam bonum quidem non esse voluptatem, patet ex eo quòd malæ sint quædam voluptates. Hac ratione apparet bonum esse malum, & malum bonum. Præterea autem si aliquas quidem expetimus voluptates, aliquas verò fugimus, non est quæuis voluptas malum. Similiter autem eadem quoque est ratio in doloribus, quorum alios quidem toleramus, alios verò fugimus. Fuit autem electio & fuga ex prudentia, adeò vt bonum sit scientia, non voluptas, propter quam, voluptatem quoque aliquam nonnunquam eligimus. Iam Martyr, eam quæ propter spem capitur voluptatem, atque expetit per præsentem dolorem. Si autem in siti quidem dolor intelligitur, in potu autem voluptas: dolor qui præcessit fuerit efficiens voluptatis: boni autem malum non efficiens: neutrum ergo est malum.

Iob. 1.

Philip. 1.

Rom. 15.



## COMMENTARIVS.

[k] Oportet autem vt est consentaneum. A suo institutio digressus Clemens, cum ex metu arrepta occasione effidisset malâ non esse legem, reuertitur ad id quod reliquerat. Dixerat autem hominẽ Centauro similem constare ex anima & corpore, & hominẽ quidem terrestrẽ sibi terrena proponere, cœlestem autem ad cœlos contendere. Nunc autẽ dicit oportere vtriusq; naturæ diligenter consideratæ, vtriusq; finem cõprehendere, & cùm intellexerimus terram esse finem corporis, ad eam enim tendit tanquã ad terminũ, cœlum autem animæ, vt enim eo perueniat eius est scopus, non putare malũ esse mortem, in quæ est separatio animæ à corpore. Quanquam in ipsa quoque animæ cum corpore coniunctione mors est, quando peccato seruitur, vita verò quãdo libere seruitur iustitiæ, & peccati quidem stipendiũ est mors, iustitiæ autẽ finis est gratia Dei & vita æterna. In hac autem animæ cum corpore coniunctione, vir cœlestis Deum videt tanquam per speculum, sed occurrunt & iræ, & cupiditatis, & cæterarũ animi perturbationum multa impedimenta, quæ sunt transilienda, & effugiendæ omnes quæ parantur insidiæ, vt eũ tandẽ videat aperte & euidenter omnibus amotis impedimentis. [o] *Alitonæ sq: viro virtutis Iuppiter auferet.* Hunc cetera quæ impediunt ne ad Dei visionem perueniatur est seruitus, ei enim, quem dies seruilis tulerit Iuppiter auferet dimidiũ virtutis, vt ait Homerus. Cùm ergo in cœlũ euehat virtus, virtutis autem dimidiũ seruo auferatur, non facile accidit, vt is ad cœlum perueniat. Nõ de quibuslibet autem seruitute est intelligendũ, sed de seruis peccati: omnis enim qui facit peccatũ, seruus est peccati, sed ij maxime qui libidini seruiunt & voluptati. Quos etiã dicit Esaias: Venundatos in suis iniquitatibus. Paulus autem dicit carnalem hominem venundatũ sub peccato. Eos ergo seruos vocat scriptura. Eadem etiam causa vitiis deditos bestiarum appellat nominibus, quarum natura ab eis non magnam habet dissimilitudinem. Dicit itaque Clemens eos vocari seruos. [p] *Et bestias potius quam homines.* Qui sunt eiusmodi, nempe serui, & moribus bestiis similes anima à corpore separata, ad cœlos non perueniunt: sed ij perueniunt, qui toto vitæ tempore meditantur separationẽ animæ à corpore, vt Philosophi. Subiungit ergo Clemens. [q] *Corporis ergo ab anima separatio.* Qui mortem assiduè meditatur, & intelligit eam esse separationem à corpore, per quam enim soluuntur animæ vincula à corpore, tantũ abest vt timeat naturæ mortem, vt eam subeat alacriter, & eam ferat facile. Cupit enim dissolui & esse cũ Christo, vt à corpore tanquã à sepulchro liberatus, expeditius eũ possit contemplari. Dum ego autem, inquit, meditor mortem, id est animæ separationẽ, & eã cupio, & mundus tanquam crucifixus à me irridetur, & ego vicissim mundo irrideor, & quamuis sim adhuc in carne, viuo tamen perinde atque si sim in cœlo. [r] *Vnde mortis qui Cognitores vocantur.* Hic incipit exponere in quam multis se præclare gerat, qui perpetuo mortẽ meditatur. Gnosticus & Philosophus dicitur & Gnosticus, id est cognitione præditus. Is ergo Philosophus seu gnosticus, autem nõ laudit petenti eleemosynam, & si quid corporeũ vel temporale ab eo petatur, id donat ei libenter, si quæ forte sint carnis affectiones quæ eius retardant beneficentiã, eas à se amouens, & non solum nullum hominem injuria afficiens, sed etiã aduersarium suum Diabolum qui tentator dicitur & calumniator, docens & arguens, quod è cœlo lapsus & Dei visione, quæ summæ sunt diuitiæ, & summus honor, priuatus, hic deinceps versetur cũ mortalibus, ad scelera & maleficia eos incitãs. Quamobrem à scriptura appellatur tentator, vt qui non solum homines, sed etiam Christum ipsum tentarit. Vt ostendat autem quantis opibus, & quanto honore sit priuatus, citat versum Empedoclis, sed opera eius hodie non extant. Sed idipsum longe melius scribit Esaias cap. xiij. dicens: Quomodo cecidisti à cœlo Lucifer qui mane oriebatis &c. [s] *Is verò ferret testimonium.* Qui perpetuo mortem meditatur, is & Philo-

1. Cor. 7.

Rom. 8.

Esa. 50.

Rom. 6.

Phil. 1.

Matth. 4.

sophus & Gnosticus, vt dixi, vocatur. Sed alio quoque nomine appellatur, nempe Martyr, id est testis. Exponit autem Clemens quomodo sit testis, & quibusnam ferat testimonium. Atq; primum quidem fert testimonium quod in Deum pure & syncere credat: tentatori autem, nempe aduersario Diabolo, testimonium, quod frustra ei inuideat qui credit in Deum, maxime cũ ea fides & sit & operetur per dilectionem. Quo fit vt inuidia nihil sit ei profutura. Et arripit quidem Martyr sibi oblatã mortis occasionem, sed ipse eam non præbet. Non vult enim Dominus qui prohibet occidere, aliquẽ sibi afferre mortẽ, nec causam mortis sibi præbere. Accedens autem Martyr ad Dominum, tradito corporis & animæ volebant Iudices qui mortis tulere sententiam, cum salutat, & fratrem vocat dilectũ. Cum enim per Christum à Deo adoptatus in filium, vterq; sunt fratres, sed Christus quidẽ naturalis filius, adoptatus autẽ qui est adoptatus. Quod si sunt fratres, sunt etiam cohæredes. Quod autẽ Poëtice compellatione dicit fratres, hoc ideo fit quod ὁμογενὲς, quod fratrẽ significat, sit Poeticum vocabulũ. Dicit autem Paulus ad Hebræos eum non erubescere eos vocare fratres. [a] *Iam consummationem vocamus.* Consummati sunt omni ex parte perfectiomni autem ex parte perfecti sunt, quorum tanta est charitas, vt nihil addi possit. Tales sunt qui ad ferendũ suæ fidei testimonium ne suæ quidem vitæ parcunt. Minor ignis certe non est charitas, quã vt quis animam suam pro suis ponat. Talis fuit Christus, imo verò longe perfectior qui non pro amicis posuit animã, sed pro iis quos morte ex inimicis erat amicos facturus & conciliaturus. Is autẽ est de quo dicit Paulus: Decebat enim eum propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriã adduxerat, authorẽ salutis eorum, per passionem consummari. Quamobrem ergo Christus per passionẽ est consummatus, in qua summã ostendit charitatem: ita etiam consummati & perfecti dicuntur Martyres qui de fide in Christũ morte sua ferunt testimonium, & hoc martyrium seu testimonium vocatur consummatio seu perfectio. *Porro autem veteres quoque Græc.* Hæ sunt de martyrio seu testimonio Christiano, quo per summam charitatem testantur suam de Deo fidem. Nunc autem dicit non dissimile ei fuisse veterum Græcorum finem qui mortui sunt in bello, cum q; laudabant, vt videre licet apud Demosthenem in oratione quæ inscribitur *Funebris*, & alios item laudabant quod consulerẽt afferre sibi manus violentas, sed quod qui in bello vitam suam mortem non timens separatus à corpore. Contra autem accidit ægrotis qui mortem timẽt, immo perturbati & effœminati & viuere cupiunt. Ex eo autẽ vitæ desiderio contrahunt quasdam labes & maculas. Quo fit vt nec puram emittant animam, in ea enim sunt quædã veluti plumbea noxamentis, nisi sint forte viri docti, & virtute præditi qui animi motus & perturbationes expellerint. Nõ sunt autẽ qui in bello moriuntur, puras amittunt animas. Sunt enim eorũ aliqui vitæ cupidi, & quodammodo tur cũ cupiditatibus & animi motibus. Qui autem sunt eiusmodi, quamuis in bello mortiantur, ad melioris sunt conditionis quam si morbo tabefacti morerentur. Neq; verò ad hoc vt quis sit vere Martyr, seu testis, semper requiritur vt mortevi olenta moriatur, potest enim etiã in lecto decumbens martyr esse. Nam si Dei fidem profiteri est eius esse testem, & apud Deum professio seu confessio (nam enim pro eodem accipitur) est martyriũ seu testimonium, quæcunq; anima cum Dei agnitione animi gerit, & Dei paret præceptis, ea & verbis & factis atque adeo tota vita est martyr & testis, quemadmodũ que separetur à corpore. Per totam enim vitam, & in ipsa etiam morte fidem profundit tanquã sanguinem. Perinde est enim atque si sanguinem profunderet qui ipsum semper est paratus profundere. *Ita verò dicit Dominus in Euangelio.* Iubet Christus in Euãgelio relinquere patrem & matrem & fratres, & uxorem & liberos propter ipsum: sed hoc non nude, & vt verborum appellatio significat est intelligendum, neque enim pater deserendus, nec mater nec cæteri, neque sunt odio habendi, sed ita sunt amãdi, vt Christus illis præferatur omnibus. Relinquere autem ea dicitur, quod sit citra vllam in ea affectionem. Nõ significat autem mater eam solũ quæ nos peperit, nec nutrix quæ nos aluit, sed significat etiam allegoriæ patronum. Neque solũ dicuntur partes qui nos genuerũt. sed etiam leges ciuiles quæ bonis studiis & institutis fouent & alunt. Leges autem patres vocat quod lex Græcè, nempe νόμος, sit masculini generis. Quamquam autẽ patria sit valde diligenda, sintque leges tuendæ & obseruandæ, est tamen iis omnibus potior religio, & verus Dei cultus ei qui vult esse Dei amicus, & cõsequi dexteram partem sanctissimorum Apostoli. Videtur autem Clemens alludere ad id quod à Christo petebat mater filiorũ Zebedæi, vt ad id quod dicit Matthæus in Euangelio, Christum in iudicio oues quidem statuturum à dextra, hœdos verò à sinistris. [b] *Quidam ex hæreticis cum male Dominum audissent.* Dixit quale fuerit martyriũ Christianorum quo lubenter mortem perpetientes testãtur suam de Deo fidem: deinde ostendit veteres quoque Græcos magni fecisse mortem quam in bello sustinebant. Sed quoniã erant hæretici falso nomine appellati Christiani, qui de martyrio male sentiebant (dicebant enim martyriũ seu testimonium esse veri Dei agnitionem, non esse autem martyres, sed sui occisores qui pro Christi fide lubenter mortem subirent. Fatetur autem esse martyriũ seu testimoniũ veri Dei cognitionem: Sed falsum esse, quod sui sint occisores, & sibi mortem conscisceant, qui pro Christo lubenter moriantur, ij enim vere sunt Martyres, in quos tamen hæc adhibenda est distinctio, vt neque temerè ad mortem prosiliatur, neque ea tanquam extrema affectata quæratur: lubenter autem suscipiatur cũ offertur pro confessione sanctissimi Christi nominis. Marcionistæ autem qui odio habent Creatorem, & eius opera, nõ sunt martyres etiã si sibi mortem conscisceant: verum enim Deum non cognoscunt, cuius eos oporteret esse Martyres. Nõ est autem Creator, nec eius opera vituperãda: vnus enim est Deus, qui idem est & bonus & iustus. Ad beatè autem vivendũ, & viuere est necessarium, nec ad maiora potest peruenire absque necessariis, & vt ad extremum peruenias, oportet se in bonis operibus exercere in corpore. Nõ est ergo corpus interimendum, in quo qui se exercuit ad bona opera, peruenit ad æternitatem: nec ad martyrij palmam peruenit qui interimit. Est autem vt scribit Plato in tertio de repub. cura gerenda corporis propter animam. *quum est autem Stoicos quoque admirari.* Stoici præter virtutem quam dicunt esse bonum, & vitium quod dicunt esse malum, cætera omnia dicunt esse indifferentia, neque animam dicunt aliquid affici, neque ad vitium



ad virtutem à morbo, neque à sanitate ad virtutem. Nam & sanitas & morbus sunt indifferentia, nec efficit morbus vt male viuas, nec sanitas vt bene. Nam siue egrotes, siue bene valeas, bene potes viuere & te iuuare. [a] *Quamquam Iob quoque propter insignem.* Iob suo exemplo ostendit virum bonum res secundas & aduersas æquo animo ferre, nec vllam corporis mutationem acquisitam mutare virtutem, & vicissim cognitione prædituin, id est sapientem ita posse vti omnibus, vt in eis nullum admittat peccatum. Peripateticos autem cum ideo docere dicit, quod illi diuersa bona constituant, cum Stoici solum bonum consentant esse virtutem, solum verò malum vitium. [b] *Eadem est autem etiam ratio de paupie.* Dum pauperias versatur in acquisitione, anima cessat contemplari, nec pure & sincerè monet peccatum. Quidtamen non est semper verum in eo qui se totum Deo dedicarit.

ATQVE *Simonides quidem, sicut etiam Aristoteles, scribit homini quidem esse* III.
*optimum, sanum esse: secundum autem, ad bonum & honestum natura & ingenio*
*esse aptum: tertium autem, absque dolo & fraude esse diuitem.* [b] *Et Theognis Mega-*
*rensis:*

Pauperiem vt fugias piscosi & in æquora ponti,
Te & Cyrne aëriis deiicito ex scopulis.

*Cæterùm autem Antiphanes Comicus: Plutus, inquit, id est, diuitiæ, cùm plus aliis*
*bonis acceperit aliquos, cæcos facit. Iam à Poëtis prædicatur ab ortu esse cæcus. Et ei*
*qui natum, qui Solem non vidit, ait Euphorion Chalcidensis.*

Virtutis artem pessime docent opes
Homine & ipsæ delitiæ ingentes nimis.

*Dicit de Alexandro Euripides. Dictum certè est, paupertati obtigit sapientia propter co-*
*pias: amor autem pecuniæ non solùm Spartam, sed etiam quamuis vrbem ceperit. Non*
*ergo hic solum nummus, album argentum vel aurum, sed etiam virtus, vt ait Sophocles*
*mortalibus.* [c] *Seruator autem noster ille sanctus, & in spiritalibus & in sensilibus collo-*
*cauit paupertatem & diuitias, & quæ sunt his similia. Cùm enim dixit: Beati qui perse-* Matth. 5.
*cutionem patiuntur propter iustitiam, nos apertè docet in omni casu quærere martyrem*
*qui si fuerit pauper propter iustitiam, testatur esse bonum quam dilexit iustitiam. Et si esu-*
*riat & sitiat propter iustitiam, iustitiam assequi testatur esse optimum. Similiter autem*
*qui fet quoque & luget propter iustitiam, testatur optimam legem esse pulchram & hone-*
*stam. Quemadmodum ergo eos qui persecutionem patiuntur, ita etiam eos qui esuriunt &*
*sitiunt propter iustitiam, beatos dicit, qui germanum ac syncerum suscipit desiderium, quod*
*vt fames quidem potuit perfringere, & si ipsam suscipiant iustitiam, beati. Beati sunt au-*
*tem pauperes quoque, siue spiritu, siue facultatibus, propter iustitiam videlicet. Num ergo*
*non absolutè pauperes, sed eos qui propter iustitiam voluerint fieri pauperes, eos beatos esse*
*dixit, qui eos qui hic sunt honores contempserunt vt bonum acquirerent? Similiter autem*
*& eos quoque qui pulchris moribus & corpore fuere propter castitatem, claróque & illustres*
*qui propter iustitiam proiecti sunt ad filiorum adoptionem, & ideo acceperunt potestatem*
*vt filii Dei fierent, & super scorpios & serpentes ambularent, & in dæmones & in ad-* Ioan. 1.
*uersarij copias dominatum obtinerent.* [d] *Et vt in summa dicam, Dominica exercitatio* Matth. 10.
*grate & lubenter animam abducit à corpore, si quidem ipsa quoque seipsam transferen-* Marc. 8.
*do auellit. Qui enim amat animam suam, perdet illam: & qui perdidit, inueniet ip-* Luc. 9.
*sam, si modo nostram fragilitatem applicemus ad Dei incorruptionem. Dei autem volun-* Ioan. 12.
*tas, est Dei agnitio, quæ est communicatio incorruptionis. Qui ergo per pœnitentiæ ratio-*
*nem peccatricem agnoscit animam, perdet ipsam à peccato à quo est auulsa: perditam au-*
*tem inueniet per obedientiam, vt quæ fidei quidem vixerit, mortua autem sit peccato. Hoc*
*est ergo inuenire animam, nosse seipsum.* [e] *Eam autem quæ fit ad diuina conuersionem,*
*Stoici quidem dicunt factam esse ex mutatione, mutata anima in sapientiam. Plato autem,*

animæ ad meliora circum actionem, quæ etiam accepit conuersionem ex nocturno quodam die. [f] Iam verò etiam viro bono permittunt philosophi, vt liceat animam insita de causa abducere, si quis ab agendo adeò fuerit remotus, vt nulla ei spes amplius reliqua sit alicuius
2 Iudex autem qui vim intulit vt negaretur dilectus, videtur probare quisnam sit Dei amicus, & quis non. Hic autem ne comparatio quidem relinquitur, quid quisque eligerit, minásne hominum, an Dei dilectionem. Et abstinentia a malis actionibus, vanitur quodammodo diminutio & extinctio malorum, dum eorum tollitur operatio per
Matth. 19. Marc. 10. cessationem ab agendo. Et hoc est, Vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni & sequere me, hoc est, sequere eá quæ dicuntur à Domino. Et cùm Græcè sit ἀποτάξασθαι quod & ea quæ sunt, & facultates quas habemus significat, nonnulli dicunt eum iussisse ea quæ sunt aliena, in anima, & quomodo ea distribuat pauperibus minimè possimus dicere. Sed enim Deus omnia omnibus distribuit pro meritis, cùm iusta sit dispensatio & accommodata. Facultatibus ergo, inquit, contemptis, quas Deus distribuit propter tuam magnificentiam, sequere ea quæ ame dicuntur, contende ad ascensum spiritus, non solùm iustificatus per abstinentiam à malis, sed etiam Dominica consummatus beneficentia. [h] Iam verò cum se gloriabatur se legis præcepta perfectè adimplesse, refellit, vt qui non dilexisset proximum. Beneficentiam autem profitetur charitas, quæ dominatur Sabbato per ascensum cognitionis. Existimo autem oportere, neque propter metum supplicij, neque propter aliquam boni promissionem, sed propter ipsum bonum accedere ad verbum salutare. Qui autem vident, stant à dextris sanctuarij. Qui autem pro donatione eorum in quæ cadit corruptio & interitus, existimant se vicissim accepturos incorruptionem, in duorum fratrum parabola vocati sunt mercenarij. [i] Et nunquid hîc quoque illud, ad imaginem & similitudinem reflectitur? vt illi quidem ex ea quæ est cum Seruatore similitudine, simul cum eo versetur. Qui autem stant à sinistris, ad imaginem. Tria ergo sunt, cùm à veritate ambobus in via subiecta radix, non sit autem æqualis electio, vel potius non sit æqualis quæ est ex distinctione differentia. Differt autem, vt existimo, elegisse ex imitatione, ab eo quod elegere ex
Luc. 16. cognitione, vt id quod est ignitum, & id quod est illuminatum. Lumen ergo eius quæ est secundùm scripturæ similitudinis, est Israëli alius autem imago. [k] Quid autem sibi vult Lazari parabola, ostendens Domino similitudinem diuitis & pauperis? Quid verò, Non potest
Luc. 14. duobus dominis seruire, Deo & Mammonæ, cùm pecuniæ amorem sic vocasset Deum?
Matth. 3. Iam qui suarum possessionum amore tenebantur, ad cœnam vocati non venerunt, non quod possiderent, sed quod possiderent cum affectione. Vulpes itaque foueas habent, eo quòd in
Luc. 9. effodiendis & infodiendis versantur diuitiis, homines prauos & planè terræ filios, vulpes
Matth. 13. appellauit. Similiter etiam de Herode. Abite, dicite huic vulpi, ecce dæmonia eiicio, & curationes officio hodie & cras, & tertio consummor. Volucres autem cæli, eos qui ab aliis auibus sunt distincti, qui natura sunt mundi, qui ad cœlestis verbi cognitionem euolare possunt, vocauit. [l] Non solùm autem diuitiarum, gloriæ, & matrimonij sed etiam
Luc. 13. paupertatis, ei qui non fert, innumerabiles sunt solicitudines. Atque has quidem curas significauit in parabola seminis quadripartiti, dicens semen verbi quod cecidit in spinas & sepes, fuisse ab eis suffocatum, & fructum nequiuisse producere. [m] Discere ergo necesse est quomodo vnoquoque eorum quæ accidunt vtendum sit vt per bonam vitam ex cognitione
Psal. 38. agendam, ad habitum vitæ æternæ exerceamur. Vidi enim, inquit, impium qui superexaltabatur & efferebatur supra cedros Libani, & transij, inquit scriptura, & ecce non erat, & quæsiui ipsum, & non est inuentus locus eius. Custodi innocentiam, & vide rectitudinem, quoniam sunt reliquiæ homini pacifico. Is autem fuerit qui non simulatè credit ex
Esai. 29. Marc. 7. toto corde, & toto est animo tranquillus. [n] Alius autem populus me labijs honorat, cor verò eius longè



eius longè abest à Domino: ore suo benedicunt, corde verò suo execrantur. Dilexerunt Psal. 77. eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei. Cor autem eorum non erat rectum cum ipso, Psal. 30. neque fideles fuerunt in testamento suo. Et ideo disperdat Dominus vniuersa labia dolosa, & linguam magniloquam, qui dixerunt, linguam nostram magnificabimus, Labia nostra à no- Psal. 11. bis sunt, quis noster est Dominus. Propter miseriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus, ponam in salutari, liberè agam in ipso. Est enim Christus eorum qui humiliter se gerunt, non eorum qui eriguntur in gregem suum. [o] Ne thesaurizetis ergo vobis Matth. 6. thesauros in terra vbi tinea & ærugo demolitur, & fures effodiunt & furantur: fortasse quidem eos infectans, qui tenentur amore possessionum, id dicit Dominus: fortassè autem etiam qui sunt absolutè soliciti & curis affecti. Iam verò eos quoque qui tenentur auro corporis. Amores enim & morbi, & malæ cogitationes, rationem & totum hominem perfodiunt. Est autem reuera noster thesaurus, vbi est mentis cognatio: quandoquidem communicantem ac distribuentem vim tradit iustitiæ, indicans oportere reddere consuetudinis beneficium. Quoniam miserens miserebor cuius miserebor, ait Dominus. [p] Dicunt autem Exod. 33. & isti quoque qui volunt esse pauperes propter iustitiam. Audierunt enim per mandatum, la- Rom. 9. tam & spatiosam esse viam quæ ducit ad interitum, & multi qui per eam transeunt, de quibus dicit loquuntur, quàm de luxu, & amore mulierum, gloriæ cupiditate & ambitione, & similibus animi vitijs & perturbationibus. Stulte enim, sic inquit, hac nocte animam Luc. 12. tuam repetunt: quæ autem ei parasti, cuius erunt? Et mandatum quidem his verbis & hic modo se habet. [q] Cauete ergo ab omni auaritia & plura habendi cupiditate, quoniam non in eo quòd alicui abundent facultates, vita eius. Quid enim prodest homini si totum mundum lucretur, animæ autem suæ detrimentum patiatur? aut quod dabit homo pre- Matth. 6. cium pro anima sua? Et ideo dicit: Ne soliciti sitis animæ vestræ quid comedatis, neque corpori quid induamini. Anima enim est plus quàm cibus, & corpus plus quàm vestimentum. Et rursus: Scribit enim pater vester quòd his omnibus opus habetis. Quærite autem primùm regnum cælorum & iustitiam, ea enim magna sunt: prauа autem & quæ ad vitam pertinent, ea adijcientur vobis. [r] An non apertè nos iubet persequi vitam quæ ex cognitione instituitur, & verbo & facto hortatur quærere veritatem? Non diuitem ergo damnationem, sed institutum ac voluntatem docet Christus animam instituens. Zachæum itaque, alij autem dicunt Matthiam publicanorum principem, cùm audiisset Dominus qui dignatus fuerat esse apud ipsum, dixisse, Domine dimidium bonorum meorum do elee- Luc. 19. mosynam, & si alicuius aliquid habui per calumniam, reddoquadruplum. De eo dixit Seruator: Filius hominis cùm venisset hodie, inuenit quod perierat. Et rursus cùm vidis- Ibid. 22. set in gazophylacium iecisse quidem diuitem conuenienter suis facultatibus, viduam autem duos nummos, dixit viduam iecisse plus quàm omnes. Ille enim ex abundantia, hæc verò ex egestate contulit. [s] Quoniam autem omnia reduxit ad animæ institutionem, Beati inquit, mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Mites autem sunt, qui infidam quæ est in anima pugnam sedauerunt, iræ & cupiditatis, & eorum quæ sub eas cadunt. Mites autem laudat eos qui tales sunt sponte & ex animi instituto, non eos qui necessitate. [t] Sunt autem apud Dominum complures mercedes & mansiones, ex vitæ eorum proportione. Qui Matth. 10. recipit Prophetam, inquit, in nomine prophetæ susceperit, mercedem prophetæ accipiet: & qui iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet: & qui susceperit vnum ex paruis his discipulis, non amittet mercedem. Et rursus, virtutis pro meritis differentias, & præclaras remunerationes, per horas numero non æquales. Præterea autem vnicuique & opera- Ibid. 10.

riorum æqualis reddite mercedis, hoc est, salutis, quam significat denarius, æquam sui significat, per eos qui operati sunt horis inter se minimè conuenientibus. Operabuntur ergo conuenienter mansionibus, quæ proportione respondent ijs quibus dignati sunt præmij, ineffabilis œconomiæ & muneris adiutores. [u] Qui autem, inquit Plato, visi fuerint propter euocati ad hoc vt sanctè viuant, ij sunt qui ab ijs quæ sunt in terra, tanquam à carnibus, liberantur & soluuntur, sursum autem ad supernam veniunt habitationem. Et rursus apertius idem dicit: Ex ijs autem ipsis, qui in philosophia satis sunt exparga-, & sine corporibus omnino viuunt in vniuersum tempus. Quanquam figuras quasdam illis adiecit, alijs quidem ex ipsis, aëreas, alijs verò etiam igneas. Subiunxit præterea. Et veniunt in habitationes adhuc his pulchriores, quæ nec sunt explicatu faciles, nec tempus adest sufficit in præsentia. [x] Vnde meritò dicit: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolationem accipient. Qui enim malè actæ vitæ ducti sunt pœnitentia, aderunt ad vocationem. Hoc enim sibi vult ἀνακλιθήσει, quod & consolationem accipere significat, & adiucatum esse. [y] Duo autem sunt modi eius qui ducitur pœnitentia: vnus quidem communis timore ductus, propter ea quæ facta sunt: alter autem magis proprius, animæ apud seipsam verecundia et conscientia. Siue ergo hìc, siue alibi: quoniam nullus locus vacat Dei misericordia. Rursus dicit: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. [z] Misericordia autem non est, vt quidem existimarunt Philosophi, molestia propter alienas calamitates affici, sed est potius quid * diuinum, vt dicunt Propheræ: Misericordiam, inquit, volo, & non sacrificium. Misericordes autem esse vult, non solùm qui faciunt misericordiam, sed etiam qui misereri volunt, etsi non possint, quibus adest vt sponte & libera voluntate opterentur. Nonnunquam enim volumus, vel dando pecuniam, vel corpoream dando operam, facere misericordiam, vtpote egenti opem ferre, vel ægrotanti inseruire, vel ei adesse qui est in aliqua calamitate, nec possumus vel propter paupertatem, vel morbum vel infirmitatem (nam ea quoque morbus est naturalis) exequi institutum, ea quæ cupimus, & ad quæ interno animi motu ferimur, non potentes efficere. Eundem autem honorem consequentur ij qui voluerunt, cum ijs qui potuerunt, quorum est voluntas æqualis, etsi alij superent facultatibus. [a] Quoniam autem eorum quæ ad salutis ducunt perfectionem duæ vtæ inueniuntur, opera & cognitio, beatos dixit eos qui sunt mundi corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Et sit reuera verum consideremus, cognitio est principis animi partis purgatæ, & bona operatio. Atque bona quidem sunt, alia quidem ipsa per se: alia autem, vt quæ bona participent, vt bonas dicimus actiones. Absque ijs autem quæ intercedunt, quæ quidem obtinent locum materiæ, neque bonæ quoque malæ constant actiones, vtpote, exempli gratia, vita & sanitate, & alijs quæ vel sunt necessaria, vel circumsistentia. Corpus ergo cupiditatibus & sanctis cogitationibus vult esse mundos eos qui veniunt ad Dei cognitionem, quando animæ princeps facultas, nihil habet adulterinum quod se ei obijcias, & eam impediat. Quando ergo versatus & immoratus fuerit in contemplatione, cum Deo puram habens consuetudinem, qui est ex cognitione sanctæ qualitatis particeps, propriquus accedit ad habitum impatibilis identitatis: vt non amplius habeat scientum, & possideat cognitionem, sed sit scientia & cognitio. [b] Beati verò pacifici, qui legem mentis nostræ sententiæ repugnantem, iræ minas, & cupiditatis escas, & alias affectiones quæ rationem oppugnant, mansuefecerunt, quietásque reddiderint, qui cùm scientia bonorum spirituum & veræ rationis vixerint, restituentur in amiciorem, & gratiorem filiorum adoptionem. Fuerit autem perfecta pacificatio, quæ in quocunque casu pacificum seruat immobilem, sanctámque & honestam dicit administrationem, posita in rerum diuinarum & humanarum scientia, per quam eas quæ sunt in mundo repugnantias, creatas pulcherrimam

ἀνάπαυσιν, Græcè, id est, Vrbanum. sed lege διάπαυσιν, diuinum. Osee 6. Matth. 9.

μεσότητας.



pulcherrimam existimat harmoniam & concordiam. Pacificant autem eos quoque qui hìc congregantur à belli duce peccato, eos docentes vt ad fidem pacemque transeant. [c] Totius autem virtutis summa est, vt existimo, Dominus docens oportere ex cognitione, propter charitatem in Deum, nos mortem contemnere. Beati, inquit, quos persequitur iustitia, quoniam ipsi erunt perfecti: & beati qui persecutionem patiuntur propter me, quoniam horum habebunt ad quem non perueniet persecutio, &: Beati eritis, quando vos odio habuerint homines, quando exterminarint, quando nomen vestrum vt sceleratum expunxerint, propter filium hominis: si eos videlicet qui nos persequuntur non abominemur, & sustinemus quæ ab eis infliguntur supplicia, nequaquam eos odio habentes, cogitantes nos esse ornatos tardius quam expectauimus. [d] Sed illud quoque scientes, martyrij occasionem esse quamuis tentationem. Deinde, qui mentitus quidem est, & seipsum ostendit infidelem, & à diaboli transfugit exercitum in quanto eum malo versari credimus? Mentitur itaque Domino, vel potius sibi suæ mentitur, eámque frustratur, qui Deo non credit. Non credit autem, qui non facit ea quæ mandauerat. Quid verò, an non seipsum negat, qui negat Dominum? Domino enim non aufert dominium, qui se ea quæ cum illo intercedit priuat necessitudine. Qui negat ergo Seruatorem, negat vitam, quoniam lux erat vita. Eos quidem non dicit esse modicæ fidei, sed infideles, & hypocritas, qui nominis quidem suscipiunt confessionem, fideles autem esse abnegant. Fidelis autem dictus est & seruus & amicus. Quare si quis seipsum diligit, diligit Dominum, & confitetur Dominum, vt suam seruet animam. Atqui si vel pro proximo moriaris propter charitatem, existimes Seruatorem nostrum esse propinquum. Deus enim appropinquans dictus est is qui seruat, & qui seruatur, mortem eligens propter vitam, & propter seipsum potius, quàm propter illum patiens. Et quid propterea dictus est frater, qui passus propter suam in Deum dilectionem, passus propter suam propriam salutem, & qui rursus moritur propter suam salutem, sustinet propter dilectionem Domini? Et enim ipse cùm esset vita, propter nos pati voluit, vt eius passione viueremus. Quid mihi dicitis, inquit, Domine Domine, & non facitis quæ dico? Matth. 7. Qui enim labris diligit propriis, cor autem longe habet à Domino, est alius alio persuasus, & is se sua sponte vendidit.

## COMMENTARIVS.

[u] Atqui *Simonides quidem sicut etiam Aristoteles*. Simonidis nihil extat. Vbinam autem scripserit Aristoteles, inter hominis bona primum locum tenere sanitatem, secundum locum, ad bonum & honestum animi & naturæ docilitatem, tertium autem sine dolo & fraude esse diuitem, fateor me nescire. Constat quidem certe Aristotelem in multis locis primas partes tribuere virtuti, secundas bonis corporis, tertias vero diuitiis & bonis fortunæ. [x] *Et Theognis Megarensis*. De paupertate & diuitiis Clemens nonnullas adducit sententias. Et primum quidem Theognidis citat versus qui fugiendâ dicunt esse paupertatem. Cui consentientes scribit Horatius:

*Impiger extremos curris mercator ad Indos*
*Per mare pauperiem fugiens,*

De Plauo veto, qui & Deum diuitiarum significat & ipsas diuitias, primũ dicit ex Antiphane Comico. De Plato ergo dicit, cum etiam perspicacissimos, cũ eos accepit, cæcos reddere. Sæpe enim vsuenit, vt qui sunt diuites, cæteris minus videant, sentiant & sapiant. Nec mirũ est si cęcos faciat qui ipse natus est cæcus. & Solem nunquã vidit, vt scribit Euphorion Chalcidensis. Cũ sit autem cæcus, & tamen abundet omnis generis delitijs, quæ viros maxime eneruant & effœminant, non est mirũ, si, quod de Alexandro dixit Sophocles, ab eo male docẽtur virtutes. Huius autẽ rei hæc affertur ratio, quod paupertati obsequi sapientia propter cognationem: hinc est quod apud Platonem dicitur πένεσθαι, id est, abundãtia esse quam paupertatis. Quod autem dicit Clemens amorẽ pecuniæ non solum Spartam, sed quamuis etiam vrbem eius capturam, videtur alludere ad illud Philippi Macedonũ Regis, quamuis vrbẽ posse capi in quam intrare mulus auro onustus. Nõ videtur autẽ huic posse adaptari quod scribit Plutarchus, in vna quaque sub Sole sunt vrbiũ Sparta seruari diuitiarum Deum, & iacentem, vt picturam inanimatam immobilem quod propter facilem eorũ viuendi rationem, nullus apud eos esset furto locus. Dicebat autem Sophocles non solum esse nummum argenteum & aureum, sed virtutem quoq; hominibus esse nummum, quæ nõ locus atque nummus lege conseruatur. [z] *Seruator autem noster ille sanctus*. Non omnes

*Plat. de repub. Laced. Cæl. Rhod. lib. 20. antiq. lect.*

cap. 22.

pauperes sunt beati, nec omnes qui patiũtur persecutionẽ: nec qui esurũt, & sitiũt, nec omnes qui sunt bonis moribus, & pulchro corpore: nec omnes qui studẽt filij Dei fieri. Nam nec in paupertate, nec in persecutione, nec in fame, nec siti, nec in ipso desiderio, sed in eo propter quod ipsa fiunt, siue in ipsa iustitia, & in regno Dei. Nam cũ ea ad quæ contendunt, optima esse sciant, testatur illustre monium quod sunt Martyres. [a] *Et vt in summa dicam.* Extremum martyrij est, vt anima à corpore abducatur & Deo vniatur, & in eo exercetur tota vita Dei athletæ vt animã abducat à corpore. Hoc cuius omnes cognitationes in Deũ & cælestia sũt defixæ. Ipsacérte anima cupit dissolui & esse berata, alio, nempe ad Christũ transire. Hoc est id quod dicit Paulus: Cupio dissolui, & esse Se enim suam dicit animam: Qui est huiusmodi, qui meditatur, inquam, animæ à corpore is non amat animam, id est, non est φιλόψυχος, nempe vitæ cupidus, quę tota est addicta Eam ergo lubenter perdit, perditam autẽ rursus inuenit, sed non amplius sensibus addicit tam & in iis versantem quæ cadunt sub intelligentiam. Viuit autem & Deum contemplans so Christi corpore, qui vere est cibus, vescens. Est enim Dei volũtas vt ipsum agnoscentes bis suam communicet incorruptionem. [b] *Eam autem quæ fit ad diuina conuersionem.* Quemadmodum fio & inuẽtio est eius veluti quædã mutatio, affert quædam dicta ex Stoicorũ & Platonis placitis. Vt ci dicunt ad diuina fieri conuersionem animæ, quando ea mutata fit sapiens quæ prius erat insipiens. Vt to autem qui animæ motũ tribuebat circularem, dicebat ad diuina cõuersionẽ esse ad meliora actionem, quæ accepit conuersionẽ ex quodam die nocturno. Nam priusquam ad rerum niat considerationẽ, est in ea quiddã instar dieti, sed non puri, verum qui adhuc habet aliquid rum tenebrarum. Tum demum enim ad veram venit lucem, quando ad Dei conuertitur cop apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. [c] *Iam verò etiam vera bona sophi.* Adeo verum est Martyrij iustam esse causam vt suam offerat animã à corpore abducendam, viro bono veteres permiserint philosophi animã à corpore abducere, si ab agendo adeo impeditur nullus ei relinquatur locus exercendæ actionis. Sentiebant enim à commisso sibi à Deo prædiscedere, quando eis nihil penitus relictum esset quod ageret. [d] *Index autem qui vim tradit.* Et quoddam genus martyrij, quo quispiã ab agẽdo omnino remotus animam abducit à corpore lum maius est martyrium, quam quo iudex cogẽs negare Christum, quẽ vocat dilectum vt Dauid in Psalmis, probat suis tormẽtis quis sit, & quis nõ sit Deo amicus. Sed in illo martyrio, in quo cessationem ab operatione licet animã abducere à corpore, adhiberi non potest cõparatio, gat quis minas hominũ an amotem Dei: quod fit in illo martyrio quod suscipitur coram ad Christi abnegationẽ. Hæc est ergo bonorũ suorum renunciatio, qua iubet Christus, vt suis facultatibus & distributis pauperibus, & à malis cesset ab actionibus & bona fiant. Quod cè est ἀποφατικὸν, significat quidẽ, & ea quæ sunt, & facultates, sed necesse est vt accipiatur pro bus, alioqui nulla poterit inferi ratio, vt, quod iubet Christus, distribuantur pauperibus. Matth. 10. *gloriabatur.* Nactus occasionem loquendi de præceptis ex eo quod iussit Dominus vendere & dare pauperibus & se sequi, hoc est sua præcepta, docet ex verbis Christi præcepta nõ perfecte sine charitate, quã sequitur beneficentia & eleemosyna. Qui ergo eã non habet, frustra gloriatur se uasse præcepta: nam absq; ea non est in proximum beneficus. Charitatis autem tanta est authoritas Ibid. 11. quod bonũ opus fiat etiam die sabbati, id in ipsum sabbathum dominatũ obtineat, neq; propter ipsum censeatur violari sabbathũ, ipsa enim cognitio eo ascẽdit, vt intelligat, nullo non die licere benefacere. In verbi quoq; salutaris, in Domini, inquam, præceptis, id est spectandũ, vt neq; propter inuitationes, neq; propter dona promissa ea seruentur, sed propter bonum & honestum. Et dant quidem præmia quas Deus minatur ij, qui non seruant: dona verò promissa cõsequuntur qui seruãt. Sed nec mala deterrere, nec promissa incitare. Bonũ & honestum est nobis proponendũ, quod ipse Deus propter est bonus. [e] *Et nunquid hic quoque illud.* Quid hæc sibi velint ingenue fateor me nescire. Sũt verba satis clara, sed non video quisnã sensus ex iis possit elici. Quod ergo ipse non possum innocentia examinandum perspicacioribus. [f] *Quid autẽ sibi vult Lazari parabola.* Quoniam hic agitur, mus de præceptis, ad præcepta autẽ magna ex parte pertinent pecuniæ, paucis perstringit ea gelij parabolas quæ loquuntur de pecuniis. In parabola Lazari ostenditur scelerstum diuitis deditũ libidini & luxuriæ, & dum se lautis cibis ingurgitaret, pauperem Lazarum omnino nihil deinde vero quid post mortẽ vtriq; acciderit. In eo autem quod dicit, neminem posse duobus seruire, nempe Deo & mammonæ, id est pecuniæ: Mammonã enim vocat amorẽ pecuniæ, intelligimus malũ habere pecuniã, si modo ei non ita seruiatur vt negligatur Dei seruitiũ: Deo enim & pecuniæ non potest simul seruiri. Iam vero parabola de inuitatis ad cœnã, id est ad regnũ cœlorũ qui non venerũt, ostendens omnes dicuntur non venire qui habent pecuniã & possessiones, sed ij demum quorum est in illis tota affectio, vt de Deo & sua salutẽ nihil omnino cogitent. Vulpes autẽ foueas habere dicuntur malignos mines & toti terrenis rebus dediti, & quorũ omnis versatur opera & industria in congerendis Volucres autẽ cœli dicuntur qui cũ terra nihil habent commercij, & ideo sunt puri & mundi & alati lestis verbi cognitionem facile euolant. [g] *Non solum autem diuitiarum.* Quoniam locutus est de pecunia diuitijs, in quibus sunt multæ curæ & solicitudines, existimare autem posset aliquis quilibet esse & solicitudinẽ, eam dicit Clemens esse etiã in gloria, & matrimonio, imò etiam in paupertate, si quis qui eam ferre nequeat. De iis autẽ curis & solicitudinibus dicit locutũ esse Dominũ in parabola nis quadripartiti: quadripartitũ autem semen dicit, quod terra sit quadruplex in quã cadit semen cadẽs in terram spinosam suffocari à spiritu quas vocat curas & solicitudines, nec posse fructũ ducere. De curis autem matrimonij videre licet apud Paulum in epist. ad Corinthios. Sunt quoq; habet gloria, quæ facile labitur nisi industria & diligentia cõseruetur. Pauperias autẽ si fiat sine est in ea magna solicitudo: sin autẽ & de parandis opibus, & de victo quærendo est solicita, habet quo- 1. Cor. 7.



tum gat & cruciet. [h] *Discere ergo necesse est quomodo vnoquoque.* Neque vero cura & solicitudine oportet nemino esse vacuum. Discere enim oportet, quodquidem nõ fit citra curam & solicitudinẽ, quomodo vnicuique vnoquoq; quod accidit, vt bene viuendo, ex præceptis diuinæ scientiæ & cognitionis, ita proficiamus in exercitatione, vt paratus sit nobis habitus ad adipiscendã vitam æternã. Ad bene autem viuendũ nihil magis est fugiendũ quam superbia: Quod eo facilius faciemus, si cogitemus quibus, quo altius efferatur, eo facilius cadere, & ad nihilum redigi. Quod si custodiatur innocentia & æquitas, vir bonus & pacificus eo nunquã recidit, vt non bonum, nempe vita æterna ei remaneat. Pacifici autem est qui & firmiter credit, & nullis agitatur animi perturbationibus. [i] *Alius autem populus me laborauit.* Impij quidem sunt superbi & elati, sed mox corruunt, & ad nihilũ redeunt, vt qui vitam non habeant æternã. Contra autem pij & infideles, & qui non laborant vitiis & animi motibus, vitam æternam consequuntur. Porro autem impij non solum sunt superbi & elati, sed etiam hypocritæ, vt qui ore & labijs tantũ Deum colunt non corde. Nec est mirum quod in Dei cultu ita se gerant, qui ne Deum quidem pro Domino agnoscũt, sed in Deum & homines verbis vtuntur dolosis & arrogantibus. Sed vana autem & irrita est eorum simulato cultu despici videns Dominus, & superbi qui opprimũtur miseritus, à miseriis eos eripit & dat eis salutẽ: Christus enim resistit superbis, humilibus autem est defensor & patronus, nec sinit vt impune ferant, qui elati superbia populũ suum vexant & opprimunt. [k] *Ne thesaurizetis ergo vobis thesauros in terra.* Nec terrenarum diuitiarum, nec amoris eorum studio nos teneri oportet, ea enim sunt fluxa & caduca, sed thesaurũ nostrum oportet in cælis reponere. Ibi autem est nolter thesaurus vbi fixa est mẽtis cognatio. Qui est autẽ in cælis thesaurus, in quo nullus cadit interitus. Docet autem is thesaurus per vim iustitiæ cõmunicantis & distribuentis, diuitias & distribuenda esse pauperibus quę à veteri conuersatione sunt acquisita, deinde recurrendũ ad Dominũ petendo misericordiã. Eius enim qui in dandis eleemosynis misereatur pauperum, misereatur Dominus. Is thesaurus in cælo recõditus est veluti crumena semper noua, quæ nunquã exhauritur diuinæ deficit, & tanquam viaticum quod nos deducit ad vitam æternam. Sic reprehendit Clemens eorum de bonis fortunæ & corporis nimis solicitos, eos autẽ laudat qui miserentes pauperũ, Dei misericordium consequuntur, & non in terris thesauros infodiunt, sed in cælis recondunt. [l] *Dicunt autem hoc esse, qui volunt esse pauperes.* Sunt diuites quorum iam meminit, qui thesaurũ suum recondunt non in cælis, sed in cælis: sunt alij non diuites sed pauperes, qui voluntariã profitentur paupertatem propter Christum, distinguntur autem ab iis qui nequitia & nimis profusis sumptibus redacti sunt ad inopiam, ea enim paupertas nõ datur laudi, sed vitio. Iis ergo qui voluntariam sectantur paupertatem propter iustitiam, nempe propter Christum, dicuntur quæ sunt hic verba, per mandatũ dicta, nempe per Euangeliũ, quod esse vsum quæ ducit ad interitum. Multi autem per eam transeunt, nempe ij qui sunt dediti libidini, voluptati, amori, luxui & cæteris huiusmodi vitiis & animi perturbationibus. Lata autem est via vt quę multos capiat, & in ea nihil sit difficile & asperũ quod eos remoretur, quominus in ea ingredientes tendant ad exitiũ. Sed in hoc fallantur, quod cùm vitam in voluptatibus & delitiis diuturnã sibi spondeant, quæ tamen præter spem & expectationem, morientes simul cum morte omnia amittant, ex iis quæ sibi parauerant nihil penitus habituri, & ne iis quidem quos sperabant hæredes relicturi. [m] *Cauete ergo ab omni auaritia.* Fugiendam dicit auaritiam: non enim in eo consistit vita hominis quod abundet diuitijs, contra quod sentit Lucas, vt in magna abundantia diuitiarũ pereat anima. Est autem longe melius non habere diuitias quam amittere animam: amittit autem animã qui cùm ex hac vita excesserit vitam non habet æternam. Neq; verò est nimium studium in diuitias ideo conferendum, quod necessarius sit victus & vestitus. Nam cum pater noster cælestis non ignoret quid nobis sit necessarium, maximè autem à nobis conquiri vt regnũ cælorum quæramus & iustitiam, non denegabit quę parua sunt, nempe victum & vestitum, si quæ magna sunt, nempe regnum cælorum, bonamq; & iustam vitam persequamur. [n] *An non aperte hoc ipsum persequi.* Ex his infert Clemens Christum iubere vt vitam instituamus ex scientia & cognitione præceptorũ Euangelij, & verbo & facto quæramus veritatem. Non satis est enim fidei nosse veritatem, nisi factis eã ostendamus. Sed nec fides & facta sufficiunt, nisi ea procedãt ex animi instituto & voluntate. Hoc cum verũ sit in omnibus actionibus, in nulla tamen est euidentius quam in donatione, in qua non tam spectantur facultates quam voluntas & institutum donantis. Dimidium bonorum suorum pauperibus dabat Zacchæus princeps publicanorũ, de quo dubitabat Clemẽs fuerítne Matthiæ. Sed non tam spectabat Christus quid donaret, quam promptã donandi voluntatem & institutum, & ideo ei tribuebatur qui alioqui perierat. Longe maiora in Gazophylacio conferebant diuites, sed nemo plura dedit quã vidua quæ solos duos dedit nummos, erat enim maior & propensior eius dandi voluntas. Plus enim dat qui ex paucis multa donat, quam qui pauca ex multis. [o] *Quoniam autem omnia reducitur ad animæ institutionem.* Iis quæ prius dicta sunt subiungit præceptũ de componẽdis animi motibus: dicit enim beatos mites, quoniã ipsi terram possidebunt, terram, inquam, viuentium. Si autem demum viuũt, quorum est vita æterna. Mites autem sunt quorũ sunt tranquilli & compositi motus iræ & cupiditatis, nec sibella gerũtur. Hi demum autem sunt mites & ideo beati, si non coacti sed ex libero animi sui instituto tales sunt, neq; enim dicẽdus est imitis, qui inuitus à vita æterna comprimitur & coercetur. [p] *Sunt mansiones apud Dominum.* Pro operationũ meritis variæ sunt mercedes, id enim significant multæ mansiones quem dicit Christus esse in domo patris, æquum enim est vt præmia proportione operibus respondeant. Quamuis autẽ omnes qui in vinea Domini laborauerũt, pro laboris & temporis diuerlitate varia consequentur præmia, in hoc tamen sunt æquales quod omnibus detur salus, quæ est denarius de quo conuenit patrifamilias. Sed corũ quibus datur salus varij sunt ordines & gradus. Vide quid de eo dicat Hieronymus aduersus Iouinianũ. [q] *Qui autem, inquit Plato, vetè fuerint inhonesti.* Ab iis quæ Christus dicit in Euangelio, ostendit Clemens non esse aliena quæ dicit Plato, cùm dicit eos qui ad tãcte viuendũ sunt vocati, rebus terrenis tanquam à carceribus liberatos, ad superã venire vocationem: & rursus eos qui

sunt expurgati à Philosophia viuere sine corporibus, vt qui per assiduam philosophiæ meditationem didicerint animam à corpore separatã, viuere in perpetuũ. Quomodo autem dicit Christus, in quo sint domus multas esse mansiones, ita Plato iis qui sanctè viuunt, varias tribuit figuras, iis aëreas, alias igneas & alias his quoq; tradit pulchriores habitationes: quæquidẽ videtur respondere mansionibus, quas dicit Christus esse in domo patris. [3] *Vnde merito dicit: Beati qui lugent.* Dixit in domo patris multas esse mansiones, in quibus qui habitant sunt felices. Primo autem euum erat eos qui lugent, nempe eos qui de admissis peccatis dicuntur pœnitentia. Statim autem reddit causam cur sint beati. Est miles qui à Deo propter μεγαλοψυχίαν certe, & vocati significat, & accipere consolationẽ. Nihil certe eũ qui repulsus fuerat magis consolatur, quàm ab eo reuocari à quo fuerat expulsus. [3] *Deo autem sunt modi eius qui dat per patientiam.* Duobus autẽ modis mouentur pœnitentia qui ea mouentur. Mouentur enim & quod eos peccata admisisse pœniteat, & quod eos non facta admisisse, sed cogitasse conscientia remordeat: sed nonnunquam magis certe occurrit & frequentius, dolere quod fecerit quam quod cogitarit, & tamen vtrinq; dolori oportet pœnitentiã: etsi videatur leuius tantum cogitasse, quam cogitatũ effecisse, non minus tamen est turpe, delictũ concipere, quã id velle si possis exequi. Quæ autẽ ex luctu accipitur consolatio, ex eo procedit, quod Deus vbiq; sit misericors. Quo fit vt qui dolent de peccatis eos Deus vel in hac vita vel in futura consoletur. Quod si Deus est misericors, & beati sunt misericordes, beati sunt quos Deus consoletur. [3] *Misericordia autem non est vt quidam existimarunt Philosophi.* Si Deus est misericors, Deus autẽ dolet ex mala aliena calamitate afficitur, non est misericordia aliena affici calamitate. Porro autem si Deus misericordiam cõueniat sacrificiũ, Deo enim maxime conuenit adoratio & sacrificium, & tamen Deus magis vult misericordiam quã sacrificium, ad Deũ propius accedunt, qui proximi miserentur quam qui Deo sacrificant. Nullum autem obstat impedimentũ, quominus misereamur quacunq; ratione, vel egenti id egenti, vel alicui senio cõfecto in iniuriamus, si prompta nõ desit voluntas, licet aliis pares desint facultates. Pœnitentia enim honorem consequuntur quorum par est voluntas, licet dispares sint facultates. [3] *Quorum autem virtutum quæ ad salutis ducunt perfectionem.* Christus in Euangelio pronunciat beatos esse mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Ratio cur mundi corde sint beati, hæc est, quoniam ipsi Deum videbunt. Sed quinã dicuntur mundo corde? Cor in Scripturis dicitur princeps pars animæ, quæ Græcè dicitur ἡγεμονικὸν, quæ scilicet animæ obtinet principatum. Nulla autẽ est pars vel facultas animæ, quæ ad Deũ propius accedat, vel eũ, quoad eius fieri potest magis intelligat, quã principis illius partis intelligentia. Est enim sola Deũ videt, id est intelligit. Nam quod visus est in sensilibus, id est, νοῦς, id est mens, seu intelligentia in iis quæ cadunt sub intelligentiam. Sed quomodo non nisi simili simile cernitur, ita similitudo & cognatio quædam sit oportet inter id quod intelligit, & id quod intelligitur. Quomodo autẽ Deus est omnino incretus à materia tanquã actus purus & simplex, & plane remotus ab omni concretione & admistione, ita qui Deũ vult videre, mundo corde sit oportet, id est pura & munda sit intelligentia, & in qua nulle residean labes cogitationum, nec ab ea vllæ malæ prodeant operationes. Atq; tendimus quidẽ omnes ad salutem: ad eam autem duæ sunt viæ, opera & cognitio. Cognitio autem est qua purgatur, principalis pars animæ: ab illa vero procedit bona operatio: non possunt enim bonæ esse actiones, nisi à bona præcedant intelligentia. Quoniã autem locutus est Clemens de bonis operationibus, visum est admonere, bona dici & per se & per participationem, sola diuina absolute & per se dici bona, cætera dici per bonæ participationẽ, & non sine admistione materiæ. Quo fit vt nec bonæ nec malæ actiones, cõtingere possint sine intercessione & admistione materiæ, sola enim diuina sũt à materia remota. Nec vita ergo, nec diuitiæ, neq; quæ vel ex necessitate habemus vel à casu & fortuna, per se sunt & absolute bona, sed ex ista materiæ, si quid boni habent, id habent per participationẽ. Qui vult ergo venire ad Dei cognitionẽ & Dei visionẽ eũ mundũ esse oportet à materialibus, vt nihil sit quod impediat principẽ animæ actionẽ. Principem autem animæ facultatem impediunt, vt quæ cum ea nullam habeant conuenientiam quæ sunt crassa & materialia. Qui ergo in Dei contemplatione versatur, & cũ eo puram habet cõsuetudinem, vt qui se totũ separet à materia, nihil enim habet materiæ Deus qui est semper idem, & non tantum, quæ quidem Dei qualitas accipitur ex Prophetis, is prope accedit ad cognoscendũ veri Dei habitũ, qui est idem semper esse & nunquã mutari, & eo procedit vt nõ tam dicatur Deũ scire, quam ipse esse Dei cognitio & scientia. Tunc q; vere dicitur Deũ videre facie ad faciem, imò vero ipse quodammodo Deus fieri. [3] *Beati verò pacifici qui legem mentis nostræ sententiæ repugnantem.* Inter cætera beatos pacifices quoque recenset Christus, Cur sint autẽ beati, hanc affert rationem, quoniã filij Dei vocabuntur. Nec id tam merito. Nã cũ Deus sit omni ex parte tranquillus, & omni motu ac perturbatione vacuus, qui est ei similis, is dici potest eius filius, nõ quidẽ naturalis, est enim vnicus Dei patris filius Iesus Christus, sed per fidem & Dei gratiam est in filiũ adoptatus. Cum sit autem à Deo adoptatus, est & Christi frater, cohæres q; cælestis & vitæ æternæ cũ eo cohæres. Iustificati autem per fidem & in Christi sanguine Deo conciliati, cũ Deo pacem habemus. Qui cum Deo autem pacem agunt, mentẽ repugnãt legi quæ est in membris, ferosq; animi motus irã, inquam, & libidinem, & cætera vitia quæ rationi aduersantur, sedant & reprimũt. Ita simul & in filios adoptamur, & cũ Deo & hominibus pax initur. Sed ille demũ pacificus perfecta, quæ efficit, vt quicquid accidat, immotus maneat pacificus. Hoc ita demũ fiet, si vitã sanctè & honestè administret, vt qui diuinarũ & humanarum rerum habeat scientiam. Qui est hac summa præditus, videt quidẽ in hoc mundo plurimas esse repugnãtias, sed eas omnes, sicut videmus fieri in concentu, reduci ad harmoniã & concordiã. Hinc sunt nonnulli tique celebres Philosophi, qui eam vniuersitatẽ constare ex lite & amicitia. Porro autem cũ nihil sit hic grauius qui à peccatis oppugnandus est opera vt ad fidem transeatur & pacẽ, quæ pacatis animi motibus efficient vt sit pax cũ Deo & hominibus. [3] *Totius autem virtutis summa est vt dixi, amor.* Totius virtutis summa est charitas. Cum ea autẽ



modis se ostendat, est enim charitatis propter Deum probra ferre, maledicta, cruciatus, tormenta & persecutiones: charitas omnium maxima est propter Deum lubenter mortem subire, modo id fiat ex cognitione, id est non leuiter & temere, sed cum, quam pulchrum sit propter Deum mori diligenter cogitaris & intellexeris. Multa autem citantur ex Euangelio aliter quam habeat contextus nostri Euangelij, sunt enim multa transposita. Verisimile est tempore Clementis nonnullos sic legisse, sed quãuis sic legatur, non sunt tamen aliena, neque admodum diuersa. Sunt autem omnia æquo animo ferenda quæ propter Deum patimur, ea ita meditantes vt tentemur priusquam expectemus. Ita fiet vt tentationi occasio martyrij. *Sed illud quoque scientes martyrij occasionem.* Si est præclarum esse martyrem & de Christo ferre testimonium, optandum est nobis, quamuis dari occasionem qua ad id perueniamus.

IIII.

[1] QVICVNQVE *autem Seruatoris mandata exequuntur, in vnaquaque actione* Matth. 15.
*sunt martyres, id est, testes facientes quidem quod vult, consequenter autem nominantes Dominum, & reipsa testantes ei cui credunt esse carnem, cùm eam cruci affixerint cum vitiis & concupiscentiis. Si spiritu viuimus, inquit, spiritu ambulemus. Qui seminat in suam* Galat. 6.
*carnem, ex carne metet corruptionem. Qui autem seminat in spiritum, ex spiritu metet vitam aternam.* [b] *Miseris autem hominibus, quod præbetur per sanguinem de Domino*
*sepultum, videtur esse mors violentissima, nescientibus hanc mortis ianuam, esse ve-*
*ræ vitæ principium. Et nec honores post mortem eorum qui sanctè vixerunt, nec supplicium eorum qui iniustè & libidinosè se gesserunt, volunt intelligere, non ex nostris solùm diuinis scripturis, hæc enim omnia ferè mandata significant, sed nec suorum scriptis volunt aures præbere. Scribit enim Theano Pythagorica: Esset enim reuera pulchris vitæ commodum, iis qui se improbè gesserunt, deinde moriuntur, si non esset anima immortalis nec esset lucrum. Ex Platone in Phædone: Si enim esset mors ab vniuersitate liberatio,*
*& quæ sequuntur.* [c] *Non est ergo cogitandum ex sententia Telephi apud Æschilum, simplicem ac vnicam viam ferre ad inferos: sunt enim viæ multæ, & multa quæ abducunt peccata.* [d] *Errabundos hos, vt est, verisimile, infideles comice ludificans Aristophanes: Aegri, inquit, obscuræ vitæ homines, generationi foliorum similes, imbecilli, ceræ figmenta, folia instar vmbræ reddentia, euanidi, inuolucres, vnius tantum diei vitam habentes. Et Epicharmus: Ipsa, inquit, hominum vita sunt veres inflati.* [e] *Nobis autem*
*dicit Seruator: Spiritus promptus, caro autem infirma, quoniam prudentia carnis est Deo* Matth. 2.
*inimica, vt exponit Apostolus: Legi enim Dei non subijcitur, neque enim potest. Qui* Rom. 8.
*autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Et id amplius explicans subiungit, ne quis ingrato animo, vt Marcion, esse malam accipiat creaturam. Si autem Christus est in nobis, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem viuit propter iustitiam. Et rursus: Si secundum carnem viuitis, estis morituri. Considero enim quòd non sunt condigna passiones huius mundi ad futuram gloriam quæ reuelanda est in nobis, si quidem compatimur, vt & conglorificemur, vt cohæredes Christi. Scimus autem quod diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis qui vocati sunt secundum propositum. Quoniam quos præscuit, eos & prædestinauit conformes imaginis filij Dei, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædestinauit, eos & vocauit. Quos autem vocauit, eos & iustificauit. Quos autem iustificauit, eos & glorificauit. Vides per ablationem doceri martyrium.* [f] *Quòd si velis martyr esse, & testimonium ferre propter*
*bonorum remunerationem, rursus audies: Spe enim salui facti sumus. Spes autem quæ*
*videtur, non est spes. Quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus*
*speramus, per patientiam expectamus. Sed etsi patimur propter iustitiam, inquit Petrus,* 1. Petr. 3.
*beati. Timorem autem eorum ne timueritis, neque conturbemini. Dominum autem Christum sanctificate in cordibus vestris. Parati autem semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea quæ in vobis est spe, sed cum modestia & timore, conscientiam habentes bonam, vt in quo detrahunt vobis, confundantur, qui calumniantur vestram bo-*

nam in Christo conuersationem. Melius est enim benefacientes, si voluntas Dei velit, pati, quàm malefacientes. 6 Et si quis altercans dicat: Et quomodo fieri potest vt caro infirma resistat potestatibus & spiritibus dominationum? Illud sciat, quod omnipotenti & Domino freti in eóque habentes fiduciam, aduersamur potestatibus tenebrarum & mundi, & Angelis & hominibus. Vsque in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & instabiles sumus, & laboramus operantes manibus nostris, maledicimur & benedicimus, persecutionem patimur, & sustinemus. Tanquam purgamenta huius mundi facti sumus. Talia sunt etiam quæ dicit Plato in Republica, etiamsi torqueatur iustus, etiamsi ei effodiantur oculi, eum futurum esse beatum. Is ergo qui est cognitione præditus, nunquam finem habebit positum in anima, sed in eo quod sit semper felix & beatus, & regius Dei amicus: & licet quis ei inurat ignominiam, cumque & exilio & publicatione facultatum, & postremò morte afficiat, nunquam auelletur à libertate, & præcipua in Deum charitate. Omnia sustinet, omnia sufferet charitas, quòd ei sit persuasum diuinam prouidentiam omnia rectè administrare.

Esaiæ 58. 1. Petr. 1. huc te loquente, inquit, dicet, Ecce adsum. Vides adiutorem inuictum, qui nos defendit. Ne vobis noua & aliena, inquit Petrus, videatur quæ ad tentationem vobis sit per ignem probatio, sed quatenus communicatis Christi passionibus, gaudete, vt etiam in reuelatione eius gloriæ gaudeatis, exultantes si in nomine Christi probris afficiamini: beati, quòd gloriæ & Dei spiritus super vos requiescit, sicut scriptum est, propter te mortificamur tota Psal. 43. Rom. 8. die: reputati sumus sicut oues occisionis. Sed in his omnibus superamus propter eum qui nos dilexit:

h Ex mente sed mea quæ vis resciscere,
Non audies, nec si eremes: serras graues
Nec capite summo si ad pedes imos liges,
Duris nec omnibus si vinclis vincias:

*Vt dicit in Tragœdia fœmina se gerens viriliter. Et Antigone Creontis dictum despicit & dicit audacter:*

Non Iuppiter mihi nanque hæc edixerat.

Ibid. 10. *Sed Deus nobis edicit & prædicat, ei esque parendum. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem.* i *Dicit itaque scriptura: Omnis qui credit in eum, pudore non afficietur. Meritò ergo scribit Simonides: Fertur virtus habitare in rupibus aditu difficilibus, nunc autem celerem, castum tenere locum, & quæ nec aspici possit omnium mortalium ciliis, sed ab eo demùm ad quem sudor venerit, qui medetur iracundiæ, & processerit ad summam animi magnitudinem. Et Pindarus: Iuuenum autem curæ quæ versantur cum laboribus, gloriam inueniunt. Tempore autem resplendent factæ in æthere illustratæ. Hanc ego apprehendisset sententiam Æschylus, dicit:*

Laborem qui tulit,
Debetur huic laboris natus gloria.

*Maiores enim mortes maiora fortiuntur fata, ex sententia Heracliti:*

Qui mortis est seruus timore is haud vacat.

*Non enim dedit nobis Deus spiritum seruitutis rursus in timorem, sed virtutis & dilectionis & sobrietatis. Ne ergo te pudeat mei qui sum eius vinctus, scribit ad Timotheum, sacerdotem huiusmodi qui bono adhæret, ex sententia Apostoli, odio habens malum, habens charitatem non fictam. Qui enim alterum diligit, legem implenit. Si est autem Deus spes, et eius testes sumus, sicut est, spem nostram confitemur, ad spem contendentes, & quod est bonum* 2. Tim. 1. *maximum, impleti, inquit, omni cognitione.* k *Indorum Philosophi dicunt Alexandro Macedonum: Traduces quidem corpora de loco ad locum, animas autem nostras non posse facere quæ nolumus. Ignis est hominibus maximus cruciatus, eum nos contemnimus. Hinc Heraclitus vnam gloriam omnibus præposuit, profitetur autem se vulgo cedere, vt se exhibeat tanquam pecora:*

Multi labores gratia sunt corporis,
Propter id & fortes domos inuenimus,
Effodere argentum, & agros colere,
Aliáque quæ nos nouimus nominibus.

6. *Vulgo ergo inanis hic labor videtur expetendus. Nobis autem minimè, inquit Apostolus.*



*Hoc autem scimus, quòd vetus noster homo simul est crucifixus, vt aboleatur corpus peccati, vt non amplius seruiamus peccato. An non illa quoque apertè subiungit Apostolus, ostendens quàm sit fides apud multos pudenda? Puto enim quòd Deus nos Apostolos nouissimos ostendit, tanquam morti destinatos. Quia spectaculum facti sumus mundo, & Angelis & hominibus. Vsque in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi* 1. Cor. 4. *sumus, & colaphis cædimur, & instabiles sumus, & laboramus operantes manibus nostris, maledicimur & benedicimus, persecutionem patimur, & sustinemus. Tanquam purgamenta huius mundi facti sumus. Talia sunt etiam quæ dicit Plato in Republica, etiamsi torqueatur iustus, etiamsi ei effodiantur oculi, eum futurum esse beatum. Is ergo qui est cognitione præditus, nunquam finem habebit positum in anima, sed in eo quod sit semper felix & beatus, & regius Dei amicus: & licet quis ei inurat ignominiam, cumque & exilio & publicatione facultatum, & postremò morte afficiat, nunquam auelletur à libertate, & præcipua in Deum charitate. Omnia sustinet, omnia suf-* 2. Cor. 13. *fert charitas, quòd ei sit persuasum diuinam prouidentiam omnia rectè administrare.*

*Ego ergo vos, inquit, imitatores mei estote. Primus ergo gradus corporis, est doctrinam timore, propter quam abstinemus ab iniuria: secundus autem est spes, propter* 1. Cor. 4. *quam desideramus, quæ sunt optima: perficit autem, vt est consentaneum, charitas, quæ tum docet per viam cognitionis. Græci autem, nescio quomodo, cùm necessitati quæ cum ratione, ea quæ eueniant tribuerint, inuiti se parère confitentur. Dicit certè Euripides:*

Quæ tibi suadeo mulier ea accipe.
Qui non laboret nullus est mortalium.
Humet natos, & nouos dein ferat,
Atque obeat mortem. Hæc ægrè homines ferunt.

*Deinde subiungit:*

Oportet hæc natura quæ vult perpeti.

*Aristides*

Migrare, nil vbi necessarium graue est.

l *Ii autem qui tendunt ad perfectionem est proposita cognitio rationalis, cuius fundamentum est sancta Trinitas, fides, spes, charitas, maior autem horum est charitas.* m *Omnia quidem certè licent, sed non omnia expediunt. Omnia licent, sed non omnia ædificant, in-* 1. Cor. 10. *quit Apostolus: & i: Nemo quærat quod suum est solummodo, sed etiam quòd alterius, vt ipsis simul & facere & docere, ædificans & superædificans. Quod enim Domini sit terra, & plenitudo eius, certum est & extra controuersiam. Sed infirmi sustinetur conscientia. Conscientiam autem dico, non suam, sed alterius. Cur enim libertas mea iudicatur ab alia conscientia? Si ergo cum gratia participo, cur vituperor propter id propter quod gratias ago? Siue ergo comeditis, siue bibitis, siue aliquid facitis omnia ad gloriam Dei facite. In carne enim ambulantes, non secundum carnem militamus. Arma enim militiæ nostræ non sunt carnalia, sed potentia Deo ad destructionem munimentorum, cogitationes destruentes, & omnem altitudinem se extollentem aduersus cognitionem Domini. His armis munitus is qui est cognitione præditus, ô Domine, inquit, da causam & afflictionem, & accipe afflictionem, accedat quod est graue & formidabile. Pericula ego despicio propter meam in te dilectionem:*

Nam sola virtus, in rebus mortalium,
Non præmia ex clypeis capit militiæ,
Sed ipsa seipsam habet laborum præmium.

*Induite ergo, sicut electi Dei, sancti & dilecti, viscera misericordiarum, benignitatem, humilitatem, mansuetudinem, lenitatem. Super omnia autem hæc, charitatem, quæ est vinculum perfectionis, & pax Christi regnet in cordibus vestris, in qua etiam vocati estis in vno corpore: & grati estote, qui estis adhuc in corpore, sicut veteres iusti, perficiuntur animæ impatibilitatem & vacuitatem perturbationis.* [n] *Nam non solùm Aſopij & Macedones & Lacones dum torquentur fortiter tolerant, vt ait Eratosthenes in ijs quæ scribit de bonis & malis, sed Zeno quoque Eleates dum cogeretur arcanum aliquod enunciare, restitit tormentis nihil confitens, qui etiam postremò linguam erodens, eam exspuit in tyrannum, quem alij quidem Nearchum, alij verò Demylum appellant. Similiter etiam fecit Theodotus Pythagoreus, & Paulus Lacidis familiaris, vt dicit Timotheus Peripatetinus in libro de Magnitudine animi Philosophorum, & Achaicus in Moralibus. Quin etiam Posthumus Romanus captus à Peucestione, non modo nihil ex ijs quæ erant occulta aperuit, sed cùm etiam manum in ignem tanquam in æs, immisisset, constitit vultu firmo & planè immutabili. Taceo Anaxarchum exclamantem, Tunde Anaxarchi cutem, Anaxarchum non tundis, cùm pistillis ferreis tunderetur à tyranno. Neque ergo sine exercitatis, neque in Deum charitas, ægrè fert ea quæ accidunt, manet autem liberè, etiamsi in bestias incidat immanissimas, & in ignem voracissimum, & licet tyrannicis cruciatur tormentis, à diuinis pendens amicitijs, minimè redacta in seruitutem, superas vim omnes corpore ijs tradito qui id solum possunt tenere.* [o] *Dicitur autem gens barbara nonnulla à gustu philosophiæ, quot annis eligere legatum ad Zamolxim Heroëm: erat autem Zamolxis vnus ex familiaribus Pythagoræ. Mactatur ergo is qui fuerit iudicatus prædictus, ijs qui sunt philosophati quidem, sed non electi, mœrentibus, vt qui sunt reprobi huius ministerio.* [p] *Plena est ergo tota ecclesia ijs qui per omnem vitam meditati sunt martyrium, quæ excitat ad Christum, sicut virorum, ita etiam mulierum temperantium. Lux enim ei qui ex more nostro vitam instituit, etiam absque literis philosophari, seu sit barbarus, seu Græcus, seu liber, seu seruus, seu senex, seu puellus, seu vir, seu mulier. Est enim temperantia communis omnium hominum, qui eam suo arbitrio delegerint. Est autem apud nos extra controuersiam, eandem naturam in vnoquoque genere, eandem etiam habere virtutem. Non aliam ergo habet naturam mulier, quod attinet ad humanitatem, aliam verò videtur vir habere, sed eandem: quare etiam virtutem. Si autem viri vtique virtus est temperantia & iustitia, & quæcunque eas consequi existimantur: soli viro conuenire virtute præditum, intemperantem autem & iniustam mulierem, sed turpe hoc est & dicere. Temperantiæ ergo & iustitiæ, & cuiusuis alterius virtutis, similiter quidem virum & mulierem, liberum & seruum, curam gerere oportet, quoniam accidit vt sit vna & eadem virtus eiusdem naturæ. Atque quòd sit quidem eadem natura fœminæ quæ viri, quatenus est fœmina, non dicimus. Omnino enim conuenit vtrique eorum aliquam esse differentiam, per quam vnum quidem eorum fœmineum, alterum verò factum est masculinum. Virorum gestare ergo & parere, fœminæ adesse dicimus, quatenus est fœmina, non quatenus homo. Si autem viri & fœminæ nulla esset differentia, vtrumque eorum eadem agere & pateretur. Quatenus ergo est idem, eò quòd eadem sit anima, veniet ad eandem virtutem: quatenus autem diuersum per proprietatem corporis, ad vtero gestandos fœtus, & educandam domum.* [q] *Volo autem, inquit Apostolus, vos scire, quòd cuiusuis viri caput est Christus, caput autem mulieris vir. Non est enim vir ex muliere, sed mulier ex viro. Sed neque mulier est separata à viro, neque vir separatus à muliere in Domino. Sicut enim virum esse temperantem, & vincere voluptates oportere dicimus: ita etiam mulierem temperantem esse oportere dicimus, & in pugna aduersus voluptates exercitatam. Dum autem ſuimus oportere esse temperantem, & in pugna aduersus voluptates exercitatam. Dum autem*

Stuid. Diogen. Laert. Cicero Tuscul. 1.

Lib. 24.

Diogenes Laert. Cic. Tuscul. 2.

1. Cor. 11.



*tem, spiritu ambulate, & desideria carnis non feceritis, præceptum confulit Apostolicum. Caro enim concupiscit aduersus spiritum, Spiritus autem aduersus carnem. Hæc ergo opponuntur, non vt malum bono sed vt quæ pugnant vtiliter. Subiungit itaque: Vt non quæ volueritis ea faciatis. Manifesta enim sunt opera carnis, quæ sunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, idolorum cultus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, ebrietates, comessationes, & his similia, quæ prædico vobis, quòd qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, constantia, bonitas, fides, mansuetudo. Carnem, vt existimo, peccatores, vt spiritum iustos dixit. Iam verò assumenda est fortitudo & magni animi virtus, pro animi fiducia & pro tolerantia, vt ei qui pulsat maxillam porrigatur alia, & ei qui aufert pallium, cedatur etiam tunica, iram coërcendo fortiter. Non enim Amazones aliquas ad bellicam virtutem exercemus fœminas, cùm etiam velimus homines esse pacificos. Audio autem mulieres quoque Sarmaticas, non minus bellicosari quàm viros: & alias Sacides, quæ à tergo sagittant, simulantes fugere, æquè ac aggredi. Scio etiam fœminas Iberiæ propinquas, & factis & laboribus virilibus vtentes, etiamsi vterum gestent & iam parturiant, nihil de ijs quæ sunt agenda remittere, sed ipsa in ipsa laborum contentione, mulier quæ peperit, infantem sublatum domum portat. Non ergo mulieres, non minus quàm masculi, & domum custodiunt, & venantur, & pecus pascunt.*

Acriter & cerui vestigia Cressa secuta est.

*Est ergo philosophandum mulieribus similiter atque viris, etiamsi præstantiores masculi feminis in omnibus partes ferant, nisi euaserint molles & effœminati. Vniuerso ergo hominum generi necessaria est disciplina & virtus, si quidem tendant ad felicitatem.* [r] *Quomodo autem non temerè variè scribit Euripides, aliquando quidem, Est quæ viro comitur deterior, etiamsi optimus ducat probatissimam; aliquando autem: Quæuis mulier pudica est viri serua. Quæ non est autem pudica, eum qui vna versatur superat amentia.*

Nam non est melius nec præstantius vllum,
Concordes quàm cùm in tecto versantur eodem
Vir simul & mulier.

*Caput ergo est id quod principatum obtinet. Si est autem Dominus viri caput, mulieris autem vir, vir est Dominus vxoris, vt qui sit imago & gloria Dei. Quocirca dicit etiam in epistola ad Ephesios, subiecti inuicem in timore Dei. Mulieres suis viris subiectæ sint, sicut Domino, quoniam vir est caput mulieris, vt etiam Christus caput ecclesiæ, ipse Saluator corporis: sed sicut ecclesia subiecta est Christo, ita etiam mulieres propriis viris in omnibus. Viri diligite vxores vestras, sicut Christus dilexit ecclesiam. Ita etiam viri debent diligere suas vxores, vt sua corpora. Qui suam vxorem diligit, seipsum diligit. Nemo enim carnem suam vnquam odio habuit. Iam verò in epistola quoque ad Colossenses inquit: Mulieres subditæ estote viris sicut oportet in Domino. Viri diligite vxores, & nolite esse amari in illas. Filij obedite parentibus per omnia, hoc enim beneplacitum est in Domino. Patres nolite ad indignationem prouocare filios vestros, vt non pusillo animo fiant. Serui obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum seruientes, tanquam hominibus placentes, sed in simplicitate cordis, timentes Dominum. Et quodcunque facitis, ex animo operamini, sicut Domino seruientes, & non hominibus, scientes quòd à Domino accipietis retributionem hæreditatis. Domino enim Christo seruitis. Qui enim iniuriam facit, recipiet id quod iniquè gessit: & non est personarum*

Ephes. 5.

Coloss. 3.

Ibid. 4.

acceptio apud Deum: Domini, quod iustum est & æquum, seruis præstare, scientes quid & vos Dominum habetis in cælo, vbi non est Græcus nec Iudæus, circumcisio & præputium, nec Barbarus nec Scytha, nec seruus nec liber, sed omnia & in omnibus Christus. Cœlestis autem ecclesiæ imago est terrestris. Quocirca præcamur etiam in terra fieri voluntatem Dei sicut in cælo, induentes viscera miserationis, benignitatem, humilitatem, mansuetudinem, lenitatem, sustinentes nos inuicem, & condonantes nobis inuicem, si quis aduersus aliquem habeat querelam, sicut Christus condonauit nobis, ita & nos. Super hæc omnia autem charitas, quod est vinculum perfectionis, & pax Christi præmium ferat in cordibus nostris, ad quam etiam vocati estis in vno corpore, & grati estote. Nihil enim vetat quemquam sæpe eadem adducatur scriptura, vt pudeat Marcionem, si qua forte ratione persuasus mutetur, sciens oportere fidelem esse gratum in opificem qui nos vocauit, & nobis Euangelium annunciauit in corpore. [t] Ex his ergo nobis est aperta quæ est ex fide veritas, & perfectum est quis sit perfectus, Quare vel inuitis aliquibus & valde resistentibus, etiamsi a morte vel a Domino impendeant supplicia, philosophabitur seruus & mulier. Quemadmodum ber quoque, etiamsi tyrannus ei mortem minitetur, etiamsi ducatur ad iudicia, & tradatur ad vltima supplicia, & de facultatibus ac fortunis suis omnibus veniat in periculum, nullo modo abstinebit a pietate & vero Dei cultu, neque ab eo vnquam discedet: mulier quæ cum malo marito habitat, filius autem si malum habeat patrem, vel improbus dominum seruus, forti ac generoso animo virtutem persequentes. Sed vt viro pulchrum & honestum, & pro virtute, & pro libertate, & pro seipso mori, ita etiam fœmine. Non est enim hoc proprium masculorum naturæ, sed bonorum. Et senex ergo & iuuenis, & mulier & seruus mandatis obediens fideliter viuet, & si opus fuerit, morietur, quod quidem fecerit per mortem viuificari. Scimus quidem certè & filios & mulieres & seruos sæpe multa parentibus & maritis & dominis euasisse optimos. [t] Non minus ergo prompto & alacri animo eos esse oportet qui piè vitam sunt acturi, cùm visi fuerint aliqui eos arcere: sed multò magis conuenit contendere & egregiè decertare, ne victi excidant ab eximia & maximè necessariis consiliis. Neque enim existimo vllam admittere comparationem, vtrum sit melius adscribi in consortium omnipotentis, an dæmonum tenebras eligere. Quæ enim a nobis aguntur propter alios, ea semper egerimus, ad illos conantes resistere propter eum tendentur fieri, mensuram esse dicentes id quod est illis gratum. Quæ autem propter nosipsos potius quàm propter alios aguntur pari studio a nobis fiant, siue videantur aliquibus fieri, siue non videantur. Quòd si nonnulla ex ijs quæ sunt indifferentia, tantum honorem consecuta, vt etiam aliquibus inutilis videantur esse expetenda ac eligenda, multò magis commandum est esse pro virtute decertandum, non aliquid aliud respiciendo, quàm id quod re ipsa honestèque geri potest, siue id aliquibus alijs videatur, siue non. [u] Pulchre ergo Epicurus quoque dicit, scribens ad Menœceum: Nec si sit aliquis iuuenis, differat philosophari: neque si sit senex, defatigetur philosophando: nam neque aliquis est immaturus, neque tempus si sis senex, defatigetur philosophando: nam neque aliquis est immaturus, neque tempus uecta & exhaustæ ætatis, ad adipiscendam animi sanitatem. Qui autem dicit non dum vel præterijsse tempus philosophandi, similis est ei qui dicit ad beatitudinem, vel nondum adesse vel præterijsse vel tempus præterijsse. Quare vt iuniori philosophandum est & seni: huic quoniam se tempus vel tempus præterijsse. Quare vt iuniori philosophandum est & seni: huic quoniam vt senescens iuuenescat bonis, per gratiam eorum quæ facta fuerint: illi autem, vt se iuuenis & senex, per futurorum metus vacuitatem.

COMMEN-



## COMMENTARIVS.

[t] QVICVNQVE autem Seruatoris mãdata exequuntur. Dixit summam esse beatitudinem propter Christum mortem contemnere, & morte illius esse Martyrem seu testem: nunc autem dicit eum demum esse Martyrem qui Deo credit, & eius mandata exequitur. Ipsa enim Dei mãdatorum executio, de eo cuius mandata exequitur fert testimoniũ. Deinde exponit quænam mala sequantur & incõmoda, si non seruentur præcepta. Qui quæ se seruaturum promiserat mãdata non seruat, Domino mẽtitur, Dominum abnegat, se sua spe frustratur, quod enim sperat nõ assequitur qui nõ implet quod promiserat. Dominũ autem negans, seipsum quoque negat, neque enim fieri potest, vt ipse cõsistat qui rerum omniũ Dominum sum tollit dominium, à quo ipse quoq; pendet & cui nititur, & sine quo nec potest viuere, nec frui luce: ipse enim Domin⁹ est lux & vita. Qui est eiusmodi, is plane est hypocrita & infidelis, vt qui se Christianum quidẽ inscribat, nihil autem minus sit quam Christianus, vt qui Christo non credat, nec fidem habeat. Quam male autem sibi consulat ex hoc potest intelligi, quod cum Dominũ non diligat, nec seipsum quidem diligit, & ipse suæ proptiæ saluti aduersatur. Qui autem seipsum diligit, Dominũ quoq; diligit, & confitetur Dominum qui est salus, vt saluam suam faciat animã. Præclara quidem res est pro optimo mori propter charitatem: sed & Seruator noster propinquus, est enim Deus appropinquans, & is etiam cui datur salus, est propinquus, ea enim ad se inuicem referũtur. Seruat ergo Seruator hominem qui est suus proximus. Homo autẽ qui est etiam Dei propinquus, mortem eligit propter vitam, id est propter Deum, & propter seipsum potius patitur, quam propter illũ, moritur enim vt viuat, & quæ contraria contrarios operantur effectus. [u] *Miserti autẽ hominibus.* Non solum ex sacris scripturis, sed etiam prophanis scriptoribus intelligitur, quod sanguine fuso susciptur martyrium nõ esse fugiendũ, quod quidem est tanquam mortis: dum enim de Domino fertur testimoniũ, mors aditur, sed ea ipsa mors est ingressus vitæ, nempe æternæ & immortalis, initiũ vita enim præsens est potius mors censenda, quam vita. Manent autẽ & beatorum præmia, & malorum supplicia, de quibus multa scribuntur in sacris literis, & quæ meminerunt etiã Græci scriptores, quæ miseri homines non considerant. Ex his Græcis scriptoribus primam recensẽt Theano Pythagoricã virginẽ, quæ lyrico carmine scripsit elegantissimè, eorum autem quæ dicit hic videtur esse sensus: Si anima nõ esset immortalis, qui malè se gesserũt, essent hic tãquam in conuiuio, magnũ autem lucrũ facerent, cum superueniente morte animæ ab omni pœna essent liberæ: sed cum sit anima immortalis ea suorum peccatorũ pœnas non effugiet. Deinde citat Platonem in Phædone, in quo agit de immortalitate, sed paucis, quoniã liber est prolixus. In eo autem probat Socratem mortem nõ esse animæ à tota vniuersitate liberationem, sed à corpore separationem, eamque vel pœnam consequi pro meritis, vel pœnas luere pro peccatis. [x] *Non est ergo tergiuandũ.* Ex his infert Clemens nõ esse assentiendũ Æschylo Tragico apud quẽ dicit Telephus esse vnicam & simplicem viam quæ duceret ad inferos, esse enim multas vias quæ ad eos ducũt, sicut etiã sunt multa peccata quæ ibi puniuntur. [y] *Audiendus hoc, vt est verisimile.* Ex Aristophane Comico & Epicharmo ostẽdit qualis sit vita hominum impia & infidelis, vt inde intelligatur quanti sit faciendum martyrium, quod à vita tam breui & misera ad vitam nos ducit æternam & beatã. [z] *Nobis autẽ dicit Seruator.* Infirmos & imbecillos esse homines videant quidem etiam Poëtæ Græci Aristophanes & Epicharmus, quod ad mortem fortiter obeundam & suscipiendum martyriũ magnum affert impedimentum. Vidit id quoque, sed longè melius Christus, qui carnem quidẽ dicit infirmã, sed prõptum spiritum. Quo fit vt carnis non obstet imbecillitas, quominus fortiter mors subeatur & fortiter feratur martyriũ. Est quidem prudentia carnis Deo inimica, vt quæ sit mollis eneruata & effœminata, nec pro Dei nomine, gloria & honore præclara agere di audeat, neq; eius legi pareat, atq; adeo ne parere quidẽ possit quatenus est caro, quæ à Deo, qui est spiritus, est plane aliena. Quo fit vt qui sunt in carne, nisi habeant spiritũ quia Dei spiritu agatur, Deo placere non possint. Neq; tamen caro censenda est mala, quæ à Deo creatore est condita qui est bonus, neque assentiendum est hæretico Marcioni Ponticо, qui malũ Creatorem & creaturam dicebat esse malã. Nec caro ea mala, nec corpus malũ, nisi quatenus sunt mortua propter peccatũ. Quod si Christus est in nobis, viuit spiritus propter iustitiam. Quo fit vt carne à spiritu absorpta per Dei spiritum fiat homo spiritus, & non amplius per carnem viuit, sed per spiritum. Qui autem per spiritum viuit, non est moriturus. [a] *Quòd & vitæ Martyrs esse.* Martyrium non suscipitur, nec de Deo fertur testimonium nisi Deo creatur, sit & amatus, & in eum speretur. Oportet enim vt & eum esse credas, de quo fertur testimoniũ, & eum esse bonum credas, necesse est vt diligas. Quem bonũ autem esse credis & diligis, de eius promissis minime dubitabis. Quo certius autẽ ea expectabis, eo facilius ferès quæ sunt patienda propter iustitiã, quia non possit deesse quæ proponitur remuneratio. [b] *Et si quis alter eam dicat.* Respõdet tacitæ quæ fieri posset obiectioni. Nam cum multa sint patienda, caro autẽ sit infirma, & nos inuadant maligni spiritus, quos vocat Paul⁹ spiritualia nequitiæ, dubitari posset quomodo eis possem⁹ resistere, respõdet Clemẽs non resistere quod Deũ habeamur adiutorẽ. Quæ patiẽda infirmitur esse veluti quasdam per ignem probationes, quæ tantum absit, vt nobis debeant esse molestiæ & graues, vt etiã iucundæ esse debeant, quod per eas communicamus Christi passionibus. Communicamus autem, quod pro eo qui pro nobis mortuus est, pet pessus peobra patiamur & cõtumelias, atque adeo morte afficiamur tanquam oues quæ occidũtur. Ex cum pro Christi nomine patiamur, exultare debemus, quod quãdo reuelanda est eius gloria, nempe in eius aduẽtu, super nos requiescet eius spiritus, qui pro vita mortali vitam reddet immortalem & æternã. Sunt hæc quidẽ difficilia, sed victores euadimus propter eum qui nos dilexit: dilexit autem cum nisi sua morte nos peccato liberarit, morte, & Cacodæmone. [c] *Ex mœre sed mea.* Ex exemplo mulierum quæ citantur in Tragœdiis, docet fortiter esse ferendos labores & tormenta in fœcundo pro Christo martyrio. Nam si hoc fecerũt mulieres pro hominibus, quãto magis viri pro Christo? Stant autem posteriores quidem versus in Antigone Sophoclis, in qua Antigone dicit audaciter se non paritura esse

Creõti qui edicto cauerat ne sepeliretur frater eius mortuus in bello. Cuiusnam autẽ Tragici sint pri-res versus fateor me ignorare. Sunt certè cuiusdã fortis mulieris, quę nullis tormẽtis se adigi passa est, vt arcana aperiret quæ Tyrãnus volebat extorquere. Et meritò quidem dicit Antigone [illegible] Creonti, qui impia iubet: sed nos oportet parere iis quæ Deus iubet, Deus enim est corde credendus & ore confitendus, vt salutẽ consequamur. [i] *Dicit itaque scriptura.* Si salutem autem consequitur is qui Deo paret præceptis, & qui Deo corde credit & ore cõfitetur, nõ est quod quẽquam pudeat quod crediderit & Deum fuerit confessus. Est ergo ad salutẽ fides necessaria, & Dei cõfessio. Sed non sufficit fides & [illegible] confessio, nisi accedat virtus, quæ magno labore parta magnam parit gloriam. Dicit itaque Simonides Poëta, virtutem habitare in rupibus aditu difficilibus, non facile enim attingitur, celeremque [illegible] volantem tenere castum locũ, nullus enim est locus virtutis cum voluptate & libidine: virtutem [illegible] demum vident, qui sudant & laborant, iraque refrænant, suntque magno & excelso animo. Itaque Pindarus dicit, iuuenum curas complicatas cum laboribus inuenire gloriam. Ad inueniendam ergo gloriam opus est cura & labore. Piger autẽ & ignauus semper est inglorius. Hinc est quod cũ cura, & labore, & industria inuenta gloria, in lucẽ exeunt præclara & illustria facinora. Rectè ergo dicit Æschylus, ei qui laborat deberi gloriã quæ est filia laboris. Nulla autẽ sunt præclariora & insigniora facinora, quam quæ mortem obeundo eduntur: suntque ea facta veluti quædam facta à diuina constituta prouidentia. Cum ergo sint præclara quæ morte eduntur facinora, mors minimè est timenda, quam qui timet, is est [illegible] mortis, neque magno & excelso animo esse potest. Non vult autẽ Deus nos esse timidos tanquã seruos, sed magno & forti animo esse præditos, vt qui habeamus spiritũ virtutis & dilectionis & modestiæ, quo vitiis omnibus & sceleribus resistamus, & omnes Dæmonis insultus & tentationes propulsemus. Fortis

Cant. 8. quidẽ certe est, inquit Solomõ, vt mors dilectio: Quod si mors nõ est timẽda per quam eduntur præclara virtutis facinora, & de Christo insignia ferũtur testimonia, multominus est erubescendũ, si, vt [illegible] Paulus, pro eius nomine cõiiciamur in vincula. [k] *Indorum Philosophi dicunt Alexandro.* Labore [illegible] tiam superius dixit Clemens. Nunc autẽ dicit nullis cruciatibus & tormẽtis cogi posse sapientem & iu-stum, vt faciat quod nolit, eum enim semper esse liberũ & nunquã desinere esse beatum. Hoc [illegible] affert quæ Alexandro magno minanti respõderunt Gymnosophystæ, qui etiam ignem qui est [illegible] maximus, dixerũt se cõtemnere: Heraclitus verò se cæteris omnibus dicebat vnã præferre gloriã, [illegible] magnifaciũt quidem sapientes, vulgus autẽ nihil facit, quod hoc vnum sibi proponit, vt se expleat & satiet voluptatibus corporis, nõ secus atque bestiæ. Multi pro corpore inanes suscipiũtur & [illegible] labores, quos tantũ abest, vt expetat Christianus, qui veterem hominẽ crucifixit vt moriatur peccato, & fiat homo nouus, vt probra etiã, ignominias, affectiones & tormenta despiciat. Quod ipsum quoque viro iusto tribuit Plato, quẽ dicit esse beatũ etiamsi torqueatur, & oculi ei effodiantur. Qui est Christianæ scientiæ cognitione præditus, non sibi constituit finem in vita tẽporali (ita enim vocat [illegible]) in eo quod sit semper fœlix & beatus, & Regis, summi inquã Dei, amicus. Erit autem [illegible] & ex virtute viuens. Qui ita se gerit, is beatus semper est futurus quidquid ei acciderit, [illegible]

1. Cor. 13. liber, & à charitate in Deũ nunquã separabitur quæ omnia sustinet, & omnia suffert, credit [illegible] rectè cessura quæ diuina administrat prouidentia. [l] *Rogo ergo vos, inquit, imitatores.* Non video quomodo hæc satis cohæreãt præcedentibus, nec satis intelligo quid sibi velit, primus gradus corporis, nec secundus gradus, nec tertius. Fortasse autẽ non reliquit græcè scriptũ σώματος, id est corporis, sed γνώσεως, id est cognitionis, quod si ita scribatur, hic forte erit sensus. Primus cognitionis gradus, est doctrina [illegible] cum timore. Propter eam doctrinã abstinemus ab iniuria: cum enim quid sit bonum & honestũ didicimus, timemus autem ne si iniuriã faciamus pœnas demus, ea doctrina nos prohibet ab iniuria. Secundus gradus cognitionis est spes, propter quã desideramus. Quando enim didicimus quæ sint præmia virtutis, & speramus fore vt ea assequamur, optima desideramus, per spẽ enim expectamus ea quæ desideramus. Tertius gradus cognitionis est, quę cùm Deũ & proximũ diligendum esse docuit, ex [illegible] omni virtutis genere hominẽ reddit perfectũ & absolutũ. Hi quidem sunt tres gradus cognitionis quæ est apud Christianos, Græci autem non doctrina quæ verbo seu ratione nititur, cum necessitati [illegible] omnia tribuunt, cõfitentur se vel inuitos parere fatis, nec aliquid habere in sui arbitrij potestate. [m] *Omnia quidẽ certe licẽt.* Diuinæ quidem verbi cognitionis fundamentum est fides, spes & charitas, quod qui habet, ei videtur nihil deesse. Nam qui in Deũ credit, & vitam sperat æternam, Deũque diligit, & propter eum proximũ, nihil videtur in eo desiderari. Videtur itaq; esse liber & omnia sibi posse permittere, sed non solũ sui, sed etiã alterius est habenda ratio. Sunt quædã quæ videntur ἀδιάφορα, nempe indifferentia, & quibus vti possimus indiscriminatim, & tamẽ eis vti nõ licet, si id non fiat citra offensionem alterius. Immolatis vti licet, iis enim vesci licet vt quæ sint à Deo creata, sed si offẽdatur infidelis, quod immolatis vescatur fidelis, vt qui à Dæmonibus nõ abhorreat, abstinendum ei est ab immolatis. Omnis quidẽ cibus est mũdus, nec est vllus immũdus qui cum gratiarũ actione comeditur, non licebit tamen carnẽ comedere, cui certis diebus ieiuniũ ecclesia indixerit, vel qui ex iusta causa ab aliquo cibo abstinentiæ voto se obstrinxerit. Quinetiã ab aliquo cibo quo vesci licet est abstinendũ, si is offendatur qui ipsum comedentem viderit. Et ita abstinetur non propter suam, sed propter alterius cõscientiam. [illegible] enim omnia referenda ad Dei gloriã. In carne ita viuamus oportet, vt carni non obtẽperemus, Christo nomen dedimus, & sub eo militamus. Arma itaq; nostra eiusmodi sint oportet, vt omnia cõtendant destruere quæ Deo aduersantur. [n] *Nam non solũ Asopij & Macedones.* Cum hic agatur de martyrio, Christi autem Martyres fortiter ferrent tormenta, Clemẽs suo more Christianis subiungit externa, & adducit tum nationũ, tum etiam singulorum aliquot exempla patientiæ. Dicit ergo Asopios & Macedones &

Valer. Max. De patient. in externis. Lacones fortiter tolerare tormẽta. Sed quisnã hoc dicat de Asopiis qui sunt populi Bœotiæ, nõ memini me legere, sed neque de Macedonibus legi quod publica esset eorum patientia. Sed nobilis pueri Macedonis miram legi fuisse patientiam, qui cum sacrificanti Alexãdro præsto esset, & in eius brachio carbo ardens



[illegible] delapsus esset, & adusti corporis odor ad adstantium nares perueniret, tamen & dolorem silen-[illegible] pressit, & brachium immobile tenuit, ex eo tamen colligi potest patientes fuisse Macedones. Quod [illegible] patientes fuerint Lacedæmonij satis arguit patientis epitheton quod eis tribuit Horatius: Horat. lib. 1. Carm.

*Me, inquit, nec tam patiens Lacedæmon,*
*Nec tam Larissæ percussit campus opimæ.*

De mira autem eorũ patientia, & quam fortiter ferrent tormenta in furto deprehẽsi, vide apud Cælium Cal lect. Antiq. lib. 18. cap. 1.
Rhodig. Quos autẽ citat autores Clemẽs referentes exempla patientiæ, ij hodie non extant, sed eorum [illegible] etiã nostri scriptores. Sed Pauli Lacydis familiaris nescio an sit vllus qui meminerit, de eo [illegible] fit fides penes Clementẽ: sed neq; Posthumi Romani capti à Peucetione. Suspicor autem locum [illegible] corruptum, & pro, Quinetiã Posthumus Romanus captus à Peucetione, esse legẽdum; Quinetiam Q. Mutius Romanus à Porsena, &c. [o] *Dicitur autem gens barbara.* Xamolxis Geta seruiit Pythagoræ Sa-[illegible] ab eo doctus, & in Ægyptum deductus summus euasit Philosophus. Domum reuersus in tanta fuit [illegible] vt Regi esset à cõsiliis, & à Getis, quos barbarã gentem vocat Clemens, pro Deo sit habitus. Hæc quidẽ à multis scripta sunt, sed quod eligeretur legatus qui ad eum mitteretur, mittẽdus autẽ ma-[illegible] egrè ferentibus Philosophis quod eis mandatũ non fuisset beatum hoc ministerium, nõ facile [illegible] inuenietur. [p] *Plena est ergo tota Ecclesia.* Socrates apud Platonem appellat Philosophiam me-[illegible] mortis: sed apud Græcos non omnes philosophãtur. In Christiana autem ecclesia omnes me-[illegible] mortem quæ ducit ad Christũ per Martyriũ, & ita omnes philosophãtur, etiam qui sunt absq; [illegible] neq; quod ad virtutem attinet vlla est differentia inter Græcum & barbarum, seruum & liberũ, [illegible] puerum, virum & fœminã. Fœminam quidem à viro distinguit sexus, non natura, vterq; enim [illegible], nec virtus vt tẽperantia & iustitia quæ est in vtroque. Fœminæ est vterum gerere, & parere, [illegible] Si idem esset vir & fœmina, vterq; idem ageret & pateretur, quod non fit propter sexus diuer-[illegible] sed quatenus est homo in natura & virtute, nulla est diuersitas. [q] *Volo autẽ, inquit Apostolus.* Viri [illegible] mulieris eadem est natura & virtus, & tamen sicut Christus est caput viri, ita etiã vir est caput mulie-[illegible] Caput autem est quod tenet principatum. Merito autem vir tenet principatũ, quoniam non est vir [illegible] muliere, sed mulier ex viro. Quamuis autẽ vir teneat principatũ, & viro subiecta sit mulier, in Domi-[illegible] neq; vir separatus est à muliere, neque mulier à viro. In Domino, inquã, id est in Christo: in Christo enim baptizati & Christo induti, eandem habent naturam & eandem virtutem. Nam & vir est [illegible] & itidẽ mulier, & in vtroq; est fortitudo, nõ virtus quidem bellica, qualis erat in Amazoni-[illegible] & Sarmaticis & Sacidibus, sed patientia & tolerantia qua æquo animo ferũtur iniuriæ. In vtroque [illegible], nempe & in viro & in muliere, & spiritus est & caro, quæ viro respõdent & mulieri. Idem autem [illegible] quod ratio, caro autem idem est quod appetitio: vt autem vir dominatur, ita etiam ratio im-[illegible] Non sunt autem inter se cõtraria ratio & appetitio, licet inter se bellum gerant. Cõcupiscit spiri-[illegible] ratio aduersus carnem, id est appetitionem seu cõcupiscentiam, & caro id est appetitio aduersus [illegible] Est autem hæc pugna vtilis. Nihil est enim quod homini maiorem afferat noxiam, quã si spi-[illegible] ratio superetur à carne, id est à cõcupiscentia. Ita autẽ se gerere vt spiritus seu ratio imperet [illegible] cupiditas, vocat Paulus ambulare spiritu. Vt autẽ sciamus quidnã sit ambulare spiritu, id est, [illegible] rationis, enumerat Paulus opera carnis, quæ qui agunt regnũ Dei non possunt possidere, [illegible] spiritus qui colliguntur, dum reprimũtur opera carnis. Per carnem ergo & eius opera intelli-[illegible] peccatores, per spiritũ autem & eius fructus intelliguntur viri iusti: iusti autem sunt qui non fa-[illegible] quod iubet libido, sed quod iubet spiritus. Peccatores autẽ sunt qui faciunt quod volunt. Facere [illegible] quod volũt, quorum libidinem nulla refrænat ratio. Quoniam autem dixerat, in vtroque, [illegible] in viro & muliere esse fortitudinem, & eam non esse bellicam, sed eam esse patientiã & toleran-[illegible] existimaret quispiã, non esse etiam mulieres in bello fortes, adducit etiam mulieres, quarũ fuit [illegible] in bellis fortitudo, & quæ non minus bellũ gerunt quam viri. Eæ sunt Amazones, Sarmaticæ, & [illegible] quæ erant ex gente Scytica. Sunt etiã mulieres vicinæ populis Hiberiæ, quæ nec dum vterũ ge-[illegible] nec postquã pepererũt à bellicis laboribus abstinẽt, imò verò recens natũ infantem secum aspor-[illegible] Non solum autẽ tanquam viri belligerantur mulieres, sed agunt quæcũq; viri, vt quæ domum cu-[illegible], & venentur, & gregis pascendi fungantur officio. Quamuis autem sint viri excellentiores fœ-[illegible] & primas partes ferãt nisi sint nimis effœminati, philosophãtur tamen etiam mulieres, & quicũ-[illegible] vult peruenire ad æternam fœlicitatẽ, ei est necessaria virtus & disciplina. [r] *Quomodo autẽ non temere.* [illegible] varijs versibus docet Euripides mulierem esse viro deteriorẽ, licet ipse optimus mulierem [illegible] probissimam. Est etiam eiusdem alius versus qui docet mulierem pudicam ita se debere gerere, [illegible] marito, vt quæ nũquam supra eum se efferat, impudicã autẽ eo ipso quod sit impudica, suam [illegible] amentiam, & se esse amentiorẽ eo qui cum ipsa versatur, nihil enim est quod mulierem magis [illegible] ostendat quam impudicitia. Impudicitia quidem certè est vituperanda & in viro & in muliere, [illegible] in muliere. Ideo autẽ vituperatur impudicitia, quod cũ nihil sit melius mariti & vxoris cõcor-[illegible] sub eodem tecto, concordia esse non potest vbi est impudicitia. [s] *Ex his ergo nobis est aperta.* Ex iis quæ [illegible] cõcludit, & veluti quendam breuem facit epilogum, quod cum fide vnum sint qui credũt, & inter [illegible] masculum & fœminam, Græcum & Barbarũ, & liberum & seruum nulla sit distinctio, sunt enim vnum in Christo, aperta sit vnitas quæ est ex fide, cui addita spe & charitate, ex iis existit perfectio. Quod si al-[illegible] sit malus, & vt qui sit hostis fidei, minis, iudiciis & extremis suppliciis à fide conetur auel-[illegible] à vera abducet religione: qui enim mãdatis obedit, fideliter viuit, & tantũ abest vt intẽtata [illegible] terreatur, vt mortẽ existimet viuificationem, nec immeritò, cũ mors nõ sit dicenda quæ sit tran-[illegible] ad vitam æternã quæ est vera vita, est autem mors illa, qua transitur ad vitam æternam, martyrium [illegible] testimoniũ fidei. Nec malus autem pater, nec malus coniux, nec malus Dominus possunt impedire [illegible] & filius, & vxor, & seruus, optimi euadant. [t] *Non minus ergo prõpto & alacri animo.* Quo plura

impedimenta afferuntur, & quo magis prohibentur qui pie volunt viuere, eo magis est contendendum ne à suis bonis institutis excidant. Bonum autem pij viri institutum est ad vitam æternam contendere: vitam autem æternam assequi, est admitti in consortium Dei omnipotentis. Qui hoc agit, non propter se agit, sed propter Deum. Est autem citra comparationem melius, Dei consortium eligere, quàm hominis tenebras. Qui autem Dei consortium expetit propter alium agit: qui autem Dominum, propter se agit. Qui propter alium agit, eo suam metitur actionem, quod velit esse gratior ei qui illi propter quem agit. Qui propter se agit, nihili facit placeat ne an non placeant quæ agit, sunt autem ea indifferentia, quæ nonnulli tanti faciunt, vt velint nolint alij, eis videantur expetenda & eligenda. Quod si ea quæ sunt indifferentia sunt expetenda & eligenda, quanto magis decertandum est propter te, non alio respicientes, quam ad bona & honesta opera, quidquid de iis sentiant alij. Propter alium agi dicuntur, quæ fiunt vt voluptati & libidini seruiatur. Propter alium autem vt pura propter Deum aguntur, quæ fiunt vt bona opera Deo propter quem fiunt, grata sint. Indifferentia autem inter quæ sunt bona nec mala, sed pro rerum & circunstantiarum varietate aliquando sunt bona, aliquando mala.

[b] *Pulchrè ergo Epicurus dicit scribens.* Dixerat antea Clemēs quamlibet ætatem esse aptam ad Christianam discendam Philosophiam. Nunc autem dicit idem quoque dicere Epicurum de Græca Philosophia, cuius discendæ, nunquam dicendum, nec tempus nondum venisse, nec præteriisse. Ad assentationem amicitiæ quam docet Philosophia, nemo est nec immaturus, nec nimis proiectus. Quisquis igitur dicit, similis est illi qui dicit beatitudinis nondum esse tempus vel præteriisse. Senex autem dum discit, senex quæ facta fuerint iuuenescit: iunior autem discens, simul est & iuuenis & senex. Nam cum adhuc omnis habeat quæ didicit, non est quod futura timeat.

*V.*

[a] DE *Martyrio autem seu testimonio apertè dixit Dominus (ea autem simul quæ*
Matth. 10. Marc. 8. *coniungemus quæ diuersis in locis scripta sunt) Dico autem vobis, quicunque confessus fuerit coram hominibus, filius etiam hominis confitebitur in eo coram Angelis Dei. Qui autem me negauerit coram hominibus, negabo ipsum coram Angelis. Quem enim me & meorum verborum puduerit in hac generatione adultera & peccatrice, filium quoque hominis eius pudebit, quando venerit in gloriam patris sui cum Angelis suis. Quicunque ergo*
Matth. 10. Luc. 12. *in me confessus fuerit coram hominibus, ego quoque in eo confitebor coram patre meo qui est in cælis. Cùm autem induxero vos in synagogas & ad magistratus & potestates, ne prius soliciti sitis quomodo respondeatis, aut quid loquamini. Spiritus enim sanctus docebit vos in ipsa hora quid loquamini.* [b] *Hunc locum exponens Heracleon, cuius in schola Valentini fuit maxima existimatio, his verbis dicit confessionem quidem vnam esse fidei & vitæ institutione, alteram verò voce. Atque quæ sit quidem voce confessio, si etiam apud potestates, quam solam, inquit, multi non rectè confessionem esse existimant. Posse autem hac confessione vti etiam hypocritæ: sed nec hac oratio inuenietur dicta esse vniuersè & generaliter. Non enim omnes qui salui fiunt, ea confessione quæ voce fit sunt, & excessere, ex quibus est Matthæus, Philippus, Thomas, Leuis & alij multi, & ea quæ voce fit confessio, non vniuersa & generalis sed singularis. Vniuersam autem & generalem nunc dicit eam quæ sit factis & operibus, & quæ est in ipsum fides conspicua. Hanc autem confessionem sequitur etiam singularis quæ fit apud potestates, si opus fuerit, & ratio impulerit. Nam in voce quoque rectè confitebitur, cùm affectione prius recte fuerit confessus. Pulchrè autem in iis qui confitentur quidem, In me, dixit: in iis autem qui negant, adiecit illud, me. Nam etsi ij ipsum voce confessi fuerint, ipsum negant, actione nimirum confitentes. Ij autem soli in ipso confitentur, qui in ea quæ est in ipsum confessione & actione viuunt, vtpote quod & ipse iis complicetur quæ confitetur, & ab ipsis teneatur. Quocirca nunquam potest seipsum negare. Eum autem negant qui non sunt in ipso. Non enim dixit, Qui negauerit in me, sed me. Nullus enim vnquam qui est in ipso, eum negauit. Illud autem coram hominibus, & iis qui salui fiunt, & etiam gentilibus similiter, apud alios quidem vitæ institutione, apud alios verò etiam voce. Quamobrem nunquam potest ipsi eum negare: eum autem negant qui non sunt in ipso.* [c] *Hæc quidem Heracleon. & in aliis quidem videtur nobiscum sentire in hac parte. Illud autem non aduertit, quod etsi non actione aliqua & vita confessi sunt Christum coram hominibus, eo tamen quod non confiteantur in iudiciis, & vsque ad mortem cruciati non negent, ex affectione credulitatis*





*mentur. Confitens autem affectio, & maxime quæ ne morte quidem mutatur, omnia vitia quæ gignuntur per cupiditatem corporis, omnino rescindit. Est enim, vt semel dicam, virtutes accumulata per actionem pœnitentia, & vera in Christum confessio, voce testificante. Si autem spiritus patris in nobis testificatur, quomodo sumus adhuc hypocritæ, quos dicta sola voce testari? Dabitur autem aliquibus si expediat respondere ac defendere, vt & per testimonium & confessionem omnes iuuentur, dum confirmantur quidem qui sunt in fide, admirantur autem & ad fidem deducuntur, qui ex gentibus salutem curiosè quærunt, reliqui autem stupore afficiuntur. Quamobrem oportet omnino confiteri, id enim positum est in nostra potestate: respondere autem & defendere, non omnino. Non est enim in quoquam situm in nostra potestate. Qui autem sustinuerit in finem, is saluus erit. Nam* Matth. 14. *multi exqui sapiunt, non elegerit potius in Deo regnare, quam seruire? Deum ergo confiteri quidem nosse, vt ait Apostolus, factis autem negant, cùm sint abominandi, & in-* Tit. 1. *credibiles, & ad omne opus bonum reprobi. Illi autem etsi hoc solum confessi fuerint, aliquod opus bonum effecerint in fine. Videtur ergo Martyrium esse expurgatio peccatorum cum* [a] *Iam verò dicit pastor: Effugietis operationem feræ agrestis, si cor vestrum fuerit* Luc. 12. *simplex & ab omni reprehensione alienum. Quinetiam ipse Dominus, Expetiuit, inquit, vos Satanas vt cribraret, ego autem rogaui. Solus ergo Dominus propter eorum qui insidiabantur hominum, & infidelium expurgationem, bibit calicem. Quem imitantes Apostoli, viqui reuera essent cognitione præditi & perfecti, pro ecclesiis quas fundarunt passi sunt. Sic ergo ij qui sunt cognitione præditi & vestigiis insistentes Apostolicis, debent ita se gerere vt in eos non cadat peccatum, & propter dilectionem in Dominum, diligant etiam proximum, vt si casus aliquis pro ecclesiæ euocet, citra offensionem patiantur afflictiones bibant calicem. Quicunque autem factis quidem in vita, verbis autem inducti ferunt testimonium, & spem expectantes, & timorem reformidantes, ij sunt meliores iis qui solùm ore confitentur salutem. Quòd si quis etiam transierit ad charitatem, is reuera est beatus & germanus testis, vt qui sit perfectè confessus, & præceptis & Deo, per Dominum, quem diligens significauit esse fratrem, totum seipsum tradiderit, propter Deum, tanquam depositum, grate & amanter reddens hominem qui exigitur.* [c] *Cùm rursus autem dixerit, Quando persecuti vos fuerint in hac ciuitate, fugite in aliam: non suadet fugere, tanquam malum sit pati persecutionem: nec vt mortem extimescentes, iubet* Matth. 10. *eam fugæ declinare. Vult autem nos nullis esse autores, nec alicuius mali causæ adiutores, nec nobismetipsis, nec ei qui persequitur, nec ei qui interimit. Denunciat enim quodammodo vt caueat. Qui autem non obedit, est audax & temerarius, & inconsulte in manifesta se pericula conijciens. Si autem qui hominem Dei interimit in Deum peccat, is quoque eius cædi reus tenetur qui se offert iudicio. Is autem fuerit qui non vitat persecutionem, occasionem præbens per audaciam. Is est, qui quantum in se est, iuuat improbitatem eius qui persequitur. Quod si etiam ipse causam præbens, feram plane irritet, similiter etiam si præbeat aliquam causam pugnæ, vel damni, vel iudicij, vel inimicitiarum, is occasionem præbuit persecutionis. Et ideo iussi sumus nihil retinere ex iis quæ ad hanc vitam pertinent: sed ei qui tollit pallium, præterea etiam dare tunicam: non solùm vt permaneamus nullis animi perturbationibus, sed ne ea vendicantes, eos qui in iudicio contendunt, in nos reddamus efferatos, & per nos eos commoueamus vt nomen maledictis appetant. Aiunt: Si Deus vestri curam gerit, cur patimini persecutionem, & morte afficimini? an ipse vos eis tradit? Nos autem non sic existimamus, velle Dominum vt in casus incidamus, sed propheticè prædixisse ea quæ essent euentura: fore scilicet vt propter nomen eius pateremur persecutionem, vt occideremur, & vt suspenderemur. Quamobrem voluit nos*

pati persecutionem, sed ea quæ passuri sumus prius significauit, per eam quod sint eueniura prædictionem, exercens ad tolerantiam, cui promisit hæreditatem. Quamquam non solum sed cum multis supplicio afficimur. [i] At illi, inquiunt, cùm sint malefici, iure patiuntur: ergo vel inuiti nobis iustitiam suo testimonio tribuunt, qui iniustè propter iustitiam supplicium patimur. Sed neque iniuria iudicis attingit Dei prouidentiam. Oportet enim iudicem in sua potestate habere sui animi sententiam, non qui instar in animatorum instrumentorum quodammodo trahatur funibus, vt qui ab externa fortasse solum causa capiat occasionem. Examinatur ergo ipse, & probatur sicut nos, in eo quod iudicat, & per eorum quæ sunt singula, electionem, & per patientiam. Quamuis autem non faciamus iniuriam, tamen tanquam iniuriam facientes, nos intuetur Iudex. Non enim nostra nouit, neque vult scire, quoniam autem inani præoccupato abripitur præiudicio, quocirca etiam iudicatur. Nos ergo persequuntur, non vt qui nos iniustos esse deprehenderint, sed quod nos vitæ iniuriam facere existiment, eò quod simus Christiani, & ipsos inquam qui sic vitam instituimus, & ad quos adhortamur vt vitam degant similem. [k] Cur autem, inquiunt, cùm vos persequatur, nihil vobis affertur auxilij? Quid enim, quod ad nos quidem attinet, nobis sit mortem? cùm morte dissoluamur iturí ad Dominum, & veluti ætatis, vitæ sustinentes nocumentum? Si autem sapuerimus, iis gratias habebimus qui nobis præbuerint occasionem celeris migrationis, si testimonium feramus propter dilectionem. Si autem mali quidem homines nos multis esse visi sumus, si ipsi quoque nouissent veritatem, omnes quidem in nos insiliissent, non fuisset autem electio. Sed enim nostra fides, cùm sit lux mundi, arguit nihilitatem. Nam me Anytus quidem & Melitus interfecerint, nullo autem modo nocuerint, qui spiam. Neque enim fas esse existimo, vt id quod est melius, lædatur ab eo quod est deterius, adeò vt vnusquisque ex nobis secure dicat & confidenter: Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. Iustorum enim animæ in manu Dei sunt, & non tanget eas tormentum. [h] Basilides autem in vicesimo tertio Exegeticôn, de iis qui in martyrio puniuntur, his verbis hæc dicit: Dico enim, quicunque incidunt in eas quæ dicuntur afflictiones, siue cùm imprudentes peccauerint in alijs lapsibus, ad hoc bonum deducuntur, bonignitate eius qui adducit, cùm reuera alia ex alijs crimina intententur, ne patiantur ob ea quæ mala esse certum est, & extra omnem controuersiam, neque maledicus appareat vt adulter, vel occisor, sed accusati quod sint Christiani: quod quidem eos consolatur, vt si videantur quidem pati. Si quis, qui omnino non peccauerit, accesserit ad patiendum, rursum id quidem, ne is quidem aliquid patietur à paratis à potestate insidis, sed patietur vt passus est infans qui videbatur nihil peccasse. Deinde paulò inferius subiungit: Sicut ergo infans qui prius non peccauit, aut actu quidem in se nihil peccauit, sed quia habuit id quod peccauit, postquam coniectus fuerit ad patiendum, afficitur beneficio, vt qui secretur multa difficilia: ita etiam si perfectus quoque qui actu nihil peccauerit, patiatur, & passus fuerit, passus est similiter atque infans, in se quidem habens peccandi potestatem, non accepta autem occasione ad peccandum non peccauit: quare non est soli in patiendum, quòd non peccauerit. Quomodo enim qui vult adulterium admittere, est adulter, etiamsi non consequatur effectus? & qui vult eædem facere, est homicida, etiamsi non possit occidere? Ita etiam eum quem dico non peccasse si videro patientem, etiamsi nihil male fecerit, malum dicam, eo quod velit peccare. Quidnis enim potius malum dicam, quàm quod putauit videri. Deinde inferius, aperte quoque de Domino dicit tanquam de homine: Sin autem his omnibus prætermissis orationibus, accesseris ad hoc vt mihi addicta aliquarum personarum reuerentia dicas, verbi causa, hic ergo peccauit, hic enim est passus: si permittam quidem dicam, Non peccauit quidem, sed erat infanti similis qui patiebatur. Sed si vehementius vrgeat,



dicam, quemcunque hominem nominauerit, eum esse hominem, iustum autem Deum. Nullus enim est mundus, vt dixit qui spiam, à sorde. Sed Basilidis fundamentum dicit animam quæ prius peccauerat in alia vita, hic pati supplicium, electam quidem, vt purgatur, aliam autem, vt quæ suo purgetur supplicio. Quomodo autem hoc verum est, cùm in nostra potestate situm sit confiteri & puniri, aut non? In eo enim qui est negatur, soluitur ea quæ est ex Basilidis sententia prouidentia. Rogabo ergo eum in eo qui tetur confessore, vtrum ferat testimonium, & punietur ex prouidentia, annon. Nam si ne, non punietur: sin autem & exitus, & quod non oporteat eum puniri, dicet esse interum eorum qui sunt negaturi, ex prouidentia, inuitus ferat testimonium. Quomodo autem alibi in cælis reponetur gloriosissima merces ei qui testimonium tulerit, propterea quod fuerit? Sin autem eum qui erat peccandi potestate præditus, non fuit prouidentia venire ad martyrium, in vtroque est iniusta, & quòd eum non liberet qui propter iustitiam traditur ad supplicium, & quod eum qui volebat iniuriã facere liberauerit, cùm ille quidem fecerit proprio voluit, hæc verò opus prohibuerit, & non iure ei faueat qui est peccandi potestatem. Quomodo autem non est verè impius & à Deo alienus, qui diabolum quidem alieno referat, hominem autem peccandi potestate præditum, ausus est dicere Dominum? Etenim tentator diabolus, sciens quidem quod sumus, nescius autem an tolerabimus: sed nos volens à fide excutere, ad se etiam conatur adducere, quod quidem est ei solum permissum, & propterea quod nos, quòd ex nobis ipsis saluos esse oporteat, occasiones ex præceptis auferimus: & propter eius probrum & ignominiam qui tentauit, & non est assecutus: & propter eorum confirmationem qui sunt in ecclesia, & propter eorum conscientiam qui sunt admirati tolerantiam. [i] Si autem martyrium est retributio per supplicium: & fides quoque ex doctrinâ, per quas est martyrium. Sunt ergo hæ quoque adiutrices supplicij, quo quidnam aliud possit esse absurdius? [k] Sed ad illa quidem dogmata, an à corporibus in corpora migret anima, & de diabolo, dicetur suo tempore. Nunc autem iis quæ dicta sunt, hoc quoque adiiciamus. Vbi est adhuc fides, si pro luendis panis eorum quæ prius peccata sunt subeatur martyrium? Vbi est autem charitas in Deum, eius qui propter veritatem persecutionem patitur & sustinet? Vbi est autem laus eius qui confessus est, & vituperatio eius qui abnegauit? Ad quid autem est adhuc vtilis recta vitæ institutio, morte afficere cupiditates, & nullam odisse creaturam? [l] Si autem vt ipse dicit Basilides, vnam partem ex Dei quæ dicitur voluntate, existimamus omnia diligere, quod omnia rationem ac proportionem conseruent ad vniuersum: alteram autem, nihil concupiscere, & tertiam nihil odisse, voluntate Dei erunt etiam supplicia, quod quidem impium est cogitare. Neque enim Dominus passus est voluntate Patris, nec qui patiuntur persecutionem, eam Dei voluntate patiuntur. Nam ex diabolo alterum, aut bonum quid & honestum erit persecutio propter Dei voluntatem, aut erunt insontes qui eos afficiunt & affligunt. Sed nihil fit sine voluntate Domini vniuersorum. Restat itaque, vt breuiter dicamus, ea quæ sunt huiusmodi, euenire Deo non prohibente. Hoc enim solum seritas & prouidentiam, & Dei bonitatem. Non est ergo existimandum eum operando exercere afflictiones, neque enim hoc cogitare licuerit: sed non prohibere eos qui illas exercent, persuasum habere conuenit, & ad bonum vti audacibus capris aduersorum. Destruam, inquit, murum, & erit in conculcationem, cùm eiusmodi ars erudiens se ipsa prouidentia: vt alijs quidem propter sua vnuscuiusque peccata: in Domino autem & apostolis, propter nostra. Iam verò diuinus Apostolus: Hæc enim, inquit, est Dei voluntas sanctificatio vestra, vt vos abstineatis à fornicatione, & sciat vnusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione & honore, non in affectione cupiditatis sicut gentes quæ non norunt Dominum: & non exuperet, & per auaritiam circumscribat in

negocio fratrem suum, quoniam vindex est Dominus de his omnibus, sicut vobis etiam prædiximus, & testificati sumus. Non enim vocauit nos Deus propter immundiciam, sed in sanctificatione. Itaque qui spernit, non hominem spernit, sed Deum, qui dedit nobis Spiritum suum sanctum. Propter hanc ergo sanctificationem nostram, non prohibuit fuit pati Dominus. [m] Si quis autem ex eis respondens, dicat puniri quidem Martyres propter peccata quæ sunt admissa ante hanc in corpus migrationem: fructum autem suis percepturum esse vitæ quæ hic acta fuerit: sic enim constitutam esse administrationem, eum rogabimus an remuneratio fiat ex prouidentia. Nam si quidem non fuerit diuina administrationis, perit consilium & dispensatio expiationis, & eis suum excidit argumentum, & fundamentum eorum opinionis. Si autem à prouidentia sunt expiationes, sunt punitiones quoque ex prouidentia: prouidentia autem etsi à Principe, vt ita dicam, moueri incipit, immixta tamen est & insita in substantiis, cum eo etiam quòd facta ex substantiarum à Deo vniuersorum. Quæ cùm ita habeant, necesse est vt ipsi fateantur, vel non esse iniustam punitionem, & rectè iustèque se gerunt qui condemnant & persequuntur Martyres: aut ex Dei voluntate exerceri persequutiones. Non vtique ergo labor & dolor rebus accidit, vt ipsi dicunt, tanquam rubigo ferro, sed ex propria voluntate accidit ad animam. Sed de his quidem multa reseruantur dicenda, quod ad eorum quæ ipsi deinceps fiet, attinet considerationem, eam in tempore tractantibus. [n] Valentinus autem in quadam homilia scribit his verbis: Ab initio estis immortales, & filij estis vitæ æternæ, & mortem voluistis inter vos ipsos dispertiri, vt eam consumeretis, & mori in vobis moreretur, & per vos. Quando enim mundum quidem soluitis, vos autem non dissoluimini, estis Domini creaturæ, & cuiusuis interitus. Natura enim fieri solum genus ponit ipse quoque similiter atque Basilides: ad nos autem huc desuper venit hoc diuersum genus, ad mortem de medio tollendam: mortis autem ortum, esse opus eius qui Genes. 3. creauit mundum. Quamobrem sic etiam accipit illam scripturam, Nemo videbit faciem Dei, & viuet, vt qui sit author & causa mortis. De hoc Deo illa tacite innuit, subiungens his verbis: Quo est minor imago viua facie, eo est minor mundus, viua ante. Quæ- ἀιὼν, ænij, seculum. nam est ergo causa imaginis? Factiei maiestas, quæ pictori exhibuit figuram, vt per eam nomen honoraretur. Non enim ex se & sua authoritate fuit forma inuenta, sed imposuit nomen quod erat defectum ex latitudine. Adiuuat autem quod Dei quoque species aspectabile, ad fidem eius quod efficium est. Creatorem enim, vt qui Deus & pater vocatus, veri Dei imaginem & Prophetam appellauit: pictorem autem, superiorem, cuius figmentum est imago, ad gloriam eius qui est inaspectabilis. Nam quæcunque procedunt ex coniugatione, ea sunt pleromata, id est, implementa: quæcunque autem ab vno, imagines. Quoniam autem non est id quod eius apparet: quæ est ex dimidio animæ venit, nempe id quod est differens, & hoc est, insufflatio differentis spiritus, & in summa id quod inspiratur in animam imaginem spiritus. Et vt in summa dicam, quæcunque dicuntur de creatore qui factus est ad imaginem, ea in imagine sensili in generatione dicunt fuisse prædicta de generatione hominis, quinetiam ad seipsos quoque transferant similitudinem, eius qui differt spiritus interiectionem Creatori ignotam fuisse tradentes. Atque quando quod sit quidem vnus Deus qui prædicatur per legem & Prophetas & Euangelium, tractabimus, aduersus hoc quoque disseremus: est enim princeps eius. Ei autem quod vrget est occurrendum. Si ad dissoluendam mortem venit genus differens, Christus mortem non aboleuit, nisi ipse quoque dicatur eiusdem cum eis essentiæ rens, Christus mortem non aboleuit, nisi ipse quoque dicatur eiusdem cum eis essentiæ si autem vnus eam aboleuit, ita vt genus non attingeret differens, non isti mortem abolerunt qui sunt æmuli Creatoris, qui eius quæ est ex dimidio animæ suæ inspirant imaginis vitam superan-



sperunt, conuenienter ei quod à se susceptum est dogmati, etiamsi hoc dicant euenire per matrem. Sed etsi dicant vnà cum Christo aduersus mortem belligerari: occultum continetur decretum, quòd audeant Creatoris diuinam insectari potentiam, corrigentes eius creaturam, tanquam potentioris, quam ipse non potuit liberare ab interitu. Fuerit autem Dominus quoque Deo creatore melior ac præstantior. Nunquam enim filius cum patre contenderit, idque inter Deos. Quòd autem hic sit pater filij, Creator vniuersorum Dominus omnipotens, ad illam differemus contemplationem, in qua aduersus hæreticos disserere promisimus, ostendentes eum esse solum qui est ab ipso prædicatus. [o] Sed noster quidem scribens Apostolus ad tolerantiam afflictionum: Et hoc, inquit, ex Deo Philipp. 1. quod vobis donatum est pro Christo, vt non solùm in ipsum credatis, sed etiam pro eo pa- Philipp. 2. timini, idem habentes certamen, quod vidistis in me, & nunc auditis in me. Si qua est ergo consolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua societas spiritus, si qua viscera, & miserationes, implete meum gaudium, vt idem sentiatis, eandem habentes charitatem, vnanimes, idem sentientes. Si autem immolatur super sacrificio & ministratione fidei gaudens & congratulans, eos ad quos loquitur Apostolus, Philippenses vocat gratiæ consortes & socios, quomodo ipsos dicit vnanimes & animales? Similiter etiam de Timotheo quoque scribens & seipso: Neminem enim, inquit, habeo tam vnanimem, qui germanè de vobis futurus sit solicitus. Omnes enim quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi. Neque ij ergo qui prius dicti sunt, probri instar nos animales dicent. Quinetiam Phryges: tam enim ij quoque illos qui nouam non attendunt Prophetiam, animales appellant, aduersus quos disseremus, cùm agemus de Prophetia. [p] Eum ergo qui est perfectus, oportet exercere charitatem, & hinc ad diuinam tendere amicitiam, per charitatem exequendo mandata. Diligere autem inimicos, non dicit malum amare, neque impietatem, vel adulterium, vel furtum, sed furem, & impium, & adulterum: non quatenus peccat, & aliqua ratione inquinat hominis appellationem, sed quatenus est homo, & opus Dei. Peccare certè inter actiones ponitur, non inter substantias, quamobrem nec Dei est opus. Dei autem inimici dicti sunt peccatores, qui sunt inimici mandatorum quibus non obediunt, sicut amici qui audiunt: hi quidem propter conuictionem, illi verò propter alienationem ex libero animi arbitrio profectam, appellati. Nihil enim sunt inimicitiæ neque peccatum, absque inimico & peccatore: & non concipiscere, non tanquam sint aliena quæ sunt desiderabilia, docet non affici desiderio, vt existimarunt qui Creatorem alium esse à primo Deo discernunt: neque tanquam sit execranda & mala generatio: ea enim sunt impiæ opiniones. Quæ autem sunt mundi, aliena dicimus, non vt quæ sint absurda, nec vt quæ non sint Dei Domini vniuersorum, sed quoniam per totum seculum non in eis permanemus, vt quæ possessione sint aliena, & successorum: vsu verò sunt vniuscuiusque nostrum propria, propter quos etiam facta sunt: sed tamen eatenus, quatenus vnà cum eis nobis esse necesse est. Igitur conuenienter naturali appetitioni, rectè vtendum est iis quæ sunt prohibita, cauendo ne quouis modo nimium dilabamur, & supra modum in ea afficiamur. Porrò autem quanta est etiam benignitas? Diligite, inquit, inimicos vestros. Benedicite iis qui vos execrantur, & ora- Luc. 6. te pro eis, qui vos efficiunt contumeliis, & similia. Quibus adiicit: Vt sitis similes patris Matth. 5. vestri qui est in cælis, significans eam quæ Deo fit assimilationem. Rursus autem inquit: Sis cito benevolus aduersario tuo, dum es in via cum ipso. Aduersarius autem non est corpus, vt quidam volunt, sed diabolus, & qui ei assimilantur, qui vnà nobiscum in via ingreditur, per homines qui eius facta imitantur in hac vita terrena. Fieri ergo non potest, vt non patiantur inimicissima, qui se Christi quidem esse confitentur, in diaboli autem

*uersantur operibus. Scriptum est enim: Ne forte te tradat Iudici, Iudex autem mi-*
*stro imperij diaboli. Persuasum enim habeo, quòd neque mors, quam afferunt ij qui per-*
Matth. 5. *sequuntur, neque uita quæ hîc agitur, neque Angeli qui defecerunt, neque prin-*
Rom. 8. *cipatus (Satanæ autem principatus est uita quam elegit: tales enim sunt, qui sunt ex re-*
*probatione) & principatus, & potestates tenebrarum (neque præsentia, in quibus sumus tempore hu-*
*uitæ, ut spes quidem militis, lucrum verò mercatoris: neque altitudo, neque profundi-*
*tas, neque aliqua alia creatura, quæ per propriam homini operationem resistit fidei eius*
*qui suo eligit arbitrio. Creatura autem dicitur vniuocè operatio, vt quæ sit nostrum quæ,*
*non poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro.*

## COMMENTARIVS.

[a] De *Martyrio autem seu testimonio apertè dixit Dominus.* Adducit hic aliquot scripturæ testimonia quæ docent, eos qui de Christo ferùt testimonium, quod idem est quod esse Martyres, & qui inhibet ne trepidè se eius esse asseclas & discipulos confitentur coram hominibus, à Christo quoque coram patre & Angelis eius esse agnoscêdos, & nec ab eo esse abnegandos, sed propter eorum fidem suo testimonio esse approbandos. [b] *Hunc locum exponens Heracleon.* Postquam adduxit Clemens aliquot loca scripturæ in quibus agitur de Martyrio & confessione, non satis habens ea adduxisse nisi aliquam afferret expositionem, non contentus Catholicis, affert etiam ex hæreticis si quid sit in quo non male sentiant. Affert ergo ipsa verba Heracleonis Valentini discipuli de Christi confessione. Tradit autem duplicem Christi confessionem nempe generalem & singularem, seu particularem. Generalem quæ sit vitæ institutio & actione fidei congruente. Singularẽ verò, quæ sit voce, cui locus est etiã apud Præsides & potestates, & ea vti possunt etiã hypocritæ. Ea sola, etiamsi nõ adsit generalis, est cõfessio, quod tamen fecerint nonnullis. Singularis autẽ seu particularis dicitur, quod non omnes qui salui fiunt ea vtuntur. Quibus autem sit is Leui quem enumerat inter eos qui vti sunt cõfessione vocis, nõ satis scio, nisi forte is qui adscribitur in catalogum Episcoporũ Hierosolymitanorum, qui alitet etiam dictus est Lebes. Prouide autem confessio generalis singularem: salui autem sunt qui generali vtuntur confessione. Non verum autem qui singulari seu vocis cõfessione vtuntur sunt salui, nisi præcedat generalis. Obseruat enim Heracleon, quod confitenti sequatur, In me, Neganti autem, non in me, sed me, quod idem est ac si dicat, Confiteatur Christum qui est in ipso: Christum autem negat qui ipsum voce confitetur si non sit in eo. Sed hanc obseruationem non admittit nostra versio, in qua non est, in me quod Græcè est in ipsum, hoc autem demum est Christus, qui actione vtuntur & operibus fidei conuenientibus. [c] *Hæc quidem [ quidem.* In hoc laudat Heracleonem, quod in hac parte nobiscũ sentiat, sed in hoc non laudat quòd non admittat confessionem quæ fit voce in iudiciis & ante præsides, & in qua vsque ad mortem seruat tolerantiam, & sustinetur cruciatus, quodquidẽ satis arguit bonam eorum affectionem, & veram esse fidem, nec esse hypocritas in quibus testificatur spiritus patris. Est autẽ hæc cõfessio eiusmodi actio quæ omnia remittit delicta peccata quæ oriũtur ex cupiditate, & est veluti accumulata pœnitẽtia qua omnia simul deleantur delicta, & cætera quę dicũtur à Clemente, qui concludit Martyrium esse gloriosam peccatorum expiationem. Nam & gloriosum est mori pro Christo, & ea morte omnia expurgantur peccata. *Ion tres de-*
*cie pastor.* Hermes in pastore, quem sæpius citat Clemens, dicit feram agrestem, nempe Cacodæmonem, nihil posse in eum agere, cuius cor fuerit mundum, & ab omni reprehensione alienũ per Christi martyrium & confessionẽ. Voluit quidem Satanas, nẽpe Diabolus, vt qui hoc à Deo petiisset, nihilominus potest, nisi ei à Deo permittatur, Apostolos variis agitare tentationibus vt laberetur eorũ fides. Sed Christus tanquam homo mox passurus, rogauit ne fides eorum deficeret, ipseq; mox bibit calicem, & effusus est tanquam homo mox passurus, rogauit ne fides eorum deficeret, ipseq; mox bibit calicem, & effusus est sanguine, vt expurgaretur infidelitũ & inimicorum peccata, prætioso sanguine eius applicato per fidem & sacramenta. Apostoli quoq; Dominũ imitantes, qui pro purgandis peccatis est mortuus, pro fide sunt pro ecclesiis quas fundarũt prætioso suo sanguine, quem fuderunt pro Christi cõfessione, & quidem etiam dictæ sunt Ecclesiæ Apostolicæ. Apostolos quoq; sequantur oportet, qui Christi fidei habent cognitionem, nẽpe vt non peccent, & Deũ diligant, & propter Deum proximum, & si contingat vt ab ecclesia euocentur ad subeunda tormenta, patienter & non grauatè oblatam perpetiantur passionẽ. Talis autem est confessio, & quæ sit rectè viuendo, & quæ sit ab eo qui vocatus respondet coram iudice, beatam regni spem expectans, & timens intentatam æternæ metum damnationis, & ea quæ tantum est confessio salutis. [d] *Cum rursus autem dixerit.* Respondet obiectioni quæ fieri posset. Nam cum dixit Christus: Cum vos persecuti fuerint in hac ciuitate, fugite in aliam, videtur iubere fugere persecutionem tanquam malam, & timere mortem, sed non ita est. Tantũ nos vult cauere, ne alicui mali aut damni simus causam demus aut occasionem, nẽpe nec nobis ipsis, nec persecutoribus, nec occisoribus. Quod si iam eius iussui non pareamus, audaces sumus & temerarij, & authores, vt & persecutores & occisores eniti admittãt, & qui se cõsulto offert iudici, is sibi affert cædẽ. Hac ipsa de causa iubet Christus auferri gladium dare etiam tunicã, ne si eos qui aduersus nos contendunt irritemus, ij efferati sanctum Christi nomen blasphement. [e] *At illi, inquiunt.* Aduersus id quod dicebant Christiani, non esse sibi dandum vt quod patiantur, patiantur enim cum multis, respõdent Græci Philosophi, verum esse quod multi apud eos patiãtur, sed malefici, respõdet Christianus eos vel inuitos cogi fateri, quod cũ non puniatur ut malefici, eos esse iustos, vt qui patiãtur propter iustitiã. Ipsos quidẽ esse iudices, sed nõ quales esse oportet.



Oportet iudicem in sua potestate firmam & stabilem habere sui iudicij sententiam, non autem ab extrema quauis occasione pendere, agique & ferri tanquam instrumenta quæ trahuntur funibus. Sunt igitur quidem Iudices, sed est etiam Iudex qui de eis laturus est sententiam, & vt alios examinant, ipsi quoque examinabuntur, perpenduntur que quid elegerint, & quid secuti & passi sint. Nos quidem nullam facimus iniuriam, ab eis tamen iudicamur tanquam iniuriam facientes. Iniuriam enim putant esse, Christianos, & alios adhortari vt sint Christiani. Hoc leue solum sequuntur præiudicium, cum tamen ipsi nec quid sit Christianum esse norint, nec nolle velint. [f] *Cur autem inquiunt, cum vos persequuntur.* Respondet Clemens ad rogatum Græci Philosophi rogantis, cur nihil afferatur auxilij iis qui patiuntur persecutionem. Respondet quod cum eis nulla afferatur iniuria, ne ferendum quidem est auxilium. Tantum enim abest, vt si mors eis afferatur doleant, vt egrè ferant si retardetur eorum ad Dominum migratio. Anytus & Melytus sua accusatione effecerunt, vt veneni pótione occideretur Socrates, cum tamẽ non laesissent. Quantæ cumque sint persecutiones, Dominus est semper adiutor, & in manu Dei sunt iustorum animæ, nec eas vllum tanget tormentum. Nam quæ bonæ sunt animæ, in eas nulla cadit mali persuasio. [g] *Basilides autem in octauo tertio Exegeticorum.* Quoniam de confessione & martyrio scripserũt etiam hæretici, ex quibus fuit Basilides, eius nonnulla adducit Clemens ex libro quem inscripsit Exegetica. De eius impia doctrina scripserunt Irenæus, Epiphanius, & Theodoretus, qui tamen ne verbum quidem dicunt quod statuat *μετεμψυχωσιν*, id est animarum transmigrationem, nec quod animæ quæ in alia vita peccauerant, in hanc mitterentur, vt vel punirentur, vel expurgarentur, quod dicit Clemens esse fundamentum eius opinionis de Martyrio. Est autem eorũ quæ dicit sensus, si qui in martyrij afflictionem incidunt prius peccauerunt, & plane constat ea esse mala, ne de iis puniantur tanquam adulteri vel homicidæ, ad hoc bonum martyrij Dei prouidenti benignitate deducuntur, vt tanquam Christiani puniantur, quod eis magnam affert consolationem, adeo vt ne videantur quidem pati, cùm non puniantur scelera quæ prius admiserunt. Quod si non peccauerint, quod raro contingit, eis nihil nocebũt, Cacodæmonis insidiæ, sed patientur tanquam infantes qui non videntur peccasse. Potest autem infans, etiã actu non peccauerit, quo tempore patitur habere peccandi potestatem & voluntatem, & tunc martyrium patiens ex eo magnum accipit beneficium, & multum lucratur, efficit enim martyrium, vt ei nihil imputetur quod non peccet. Ei enim imputatur peccatum qui vult peccare, si peccandi se offert occasio. Hoc ipsum dicendum est de perfecto qui actu non peccauerit. Peccat enim qui vult peccare, etsi actu non peccet. Adulter certe est qui vult admittere adulteriũ, & est occisor qui vult cædẽ admittere. Multum ergo lucratur propter Martyrium, cui cum posset imputari peccatũ, nõ imputatur, propterea quod sit passus. Plane enim malum esse non potest id quod Dei adducit prouidentia. Quidquid autem agatur in infantem actu non peccare, solus Deus est iustus, & ne infans quidem vnius diei est mundus à sorde. Basilidem autem reprehendit Clemens, quod martyrium ita tribuat Dei prouidentiæ, vt confessionem non confiteri nolit esse in nostra potestate. Deinde ostendit quam multa sequãtur absurda ex iis quæ dicit. Primum quidem falsum est fundamentum Basilidis, quod anima quæ in alia vita peccauit, mittatur à prouidentia vt puniatur vel vt purgetur. Nam si ita esset, non esset in nostro libero arbitrio punire & confiteri: & tamen certum est in nostra esse potestate vel negare vel cõfiteri. Quod si quis negauerit qui missus est vt puniatur & confiteatur, non est verum quod dicit Basilides, puniretur enim & confiteretur, si ad id missus esset à prouidentia. Quod si non neget, sed puniatur & confiteatur, inuitus punitur & confitetur. Quod si inuitus punitur & confitetur, non est situm in nostra potestate confiteri. Quod si est inuitus martyr, & confitetur, non assequetur gloriosam illam mercedem Martyrij in cælis à Christo promissam. Prima est, quod ex præceptis accipimus occasiones vt ex nobis ipsis possimus esse liberi. Datus enim libero arbitrio, & Dei adiuuante gratia, frustra nos tentat Diabolus, cum eius tentationes possimus resistere. Secunda est vt probro & ignominia afficiatur Diabolus, qui frustra tentauit quod non potuit assequi, cum fidelis omnes eius insidias effugerit & insultus superauerit. Tertia, vt magis confirmentur in Ecclesia fideles, cum viderint eos qui strenue decertant aduersus Cacodæmonem, non posse superari. Quarta, vt qui eos viderint perpessos esse gratis & difficilia, admirati eorum constantiam, sibi dictantem habeant conscientiam, se quoque ea sibi obiecta posse ferre. [h] *Sit autem martyrium est retributio per supplicium, & fides quoque.* In iis quæ dicebat Basilides, est etiam hoc absurdum, quod ipsam pœnam ac supplicium statuebat esse retributionem ac remunerationem cõfessionis, ac martyrium, & ipsam quoque fidem ac doctrinam ferre opem ad supplicium, quod est, vt statuebat, merces & remuneratio testimonij ac martyrij. Est autem hoc absurdissimum quod ipsum supplicium sit merces, cùm ipsius supplicij quod toleratur in confessione & martyrio expectetur merces in cælis. Et ultimat quidem fides & doctrina ad Christi confessionem & ferendum testimonium, & hoc verè dici potest, sed absurdum est dicere, quod sit adiuttrix ad supplicium. [i] *Sed ad illa quidem dogmata.* De migratione animarum è corporibus in corpora disputationem, & de Diabolo, in aliud tempus reiiciens, reiicit alia absurda quæ sequũtur ex iis quæ dicit Basilides. Nam si verum esset pro luendis peccatorum pœnis subiiri martyrium, nec esset fides, nec charitas, nec recta vitæ institutio, nec laus confessionis, nec vituperatio negationis. Cum autem sit reuera & fides & charitas, & laus eius qui est confessus, & vituperatio eius qui abnegauit, & recta vitæ institutio, non essent autem, si verum diceret Basilides, & falsa sunt & absurda quæ dicit. Quod non esset autem fides sic probatur. In martyrio est fides, quando in eo est fidei testimonium & confessio, sed vult Basilides in martyrio priorum peccatorum lui pœnas. Sed in eo non consistit fides, est autem absurdum non esse fidem in martyrio, cum in eo sit fidei confessio. In martyrio quoque est charitas, quando propter veritatem patitur qui persecutionem sustinet. Sed si pro luendis peccatis suscipiatur supplicium, non est in eo charitas, sed in martyrio Basilidis non est charitas, quod est absurdum. In martyrio laudatur qui est confessus, & vituperatur qui abnegauit. Sed si in martyrio puniantur peccata, neutrum ut

quod est absurdum. Est autem hoc quoque absurdum in Basilidis martyrio, quod si in eo prius peccata puniantur, frustra docetur recta vitæ institutio, vt quæ plane sit inutilis. Quid enim proderit esse mortificandas animi affectiones & peccatum solum esse odio habendum, non autem exercendum cum satis sit in martyrio prioris vitæ puniri peccata. Sed est absurdum dicere esse inutilem rectæ vitæ institutionem. Falsum est ergo & absurdum quod dicit Basilides. [1] *Si autem vt ipse dum Basilides.* Quod dicuntur à Basilide, non satis intelliguntur, quod non adducta eius integra à Clemente sit intentio. Possumus autem hinc colligere, nihil quidem fieri sine Dei voluntate. Sed eam voluntatem non esse accipiendam, vt ipse persecutiones exerceat & afflictiones, sed Dei voluntate dicuntur sæpe fieri hæc Deo vel permittente, vel non prohibente. Passus est Christus propter nostram sanctificationem. Pater quidem volente, non quod ea delectaretur perpessione, sed quod eam fieri permitteret, nec prohiberet propter nostram salutē. Patiuntur etiā Martyres Deo volente, non quod eas velit exerceri sed quod permittat & non prohibeat aduersarios eas exercere, vt Martyrum confessio & coronam perpessio eis bono cedat. [2] *Si quis autem ex eis respondens dicat.* Ad ea quæ dixit Clemens respondam ex Basilidianis, puniti quidem Martyrem propter peccata in priori vita cōmissa, sed hæc non iusus percepturum ex iis quæ gessit in hac vita. Eum autem rogat Clemens, an remunerationes dicat ha prouidentia, vt si dicat non esse penitus, corruat fundamentum quo nititur Basilides: si non sit, pe niuntur martyres, & recte se gerunt qui eos & condemnant, & ea Dei voluntate eos perficere quod est absurdum. Ex hoc dilemmate falsum esse infert quod dicit Basilides, laborem & dol rebus ipsis accedere tanquam ex ferro rubiginem. Labor enim & dolor nō accedit ex ipsa rebus, hominis voluntate qui lubenter confitetur Christum, & de eius fide non grauatur ferri testimonii quidem opinor esse sensum, sed quo minus intelligatur, causa est illa clausula, Cum eo etiam quod est substantiarum à Deo vniuersorum, &c. Hic certe locus est truncus & mutilus, nec potest reliqui inueniatur alterum exemplar quod non habemus. Sed de his postea se dicturum dicit Clemens. *Valentino autem in quadam homilia.* Quoniam loquutus de martyrio, de morte quoque est locutus, ad Basilide, venit ad Valentinum, qui præter multa stulta & impia quæ scripsit, de quibus scripsimus confutauit Irenæus & Epiphanius, scripsit etiam quod diuersum seu differens genus defectibilium nis, vt dispertitam inter homines mortem aboleret, Cæteris ergo relictis, vel potius in aliud tempus seruatis, Valentini dogmatibus, huic vni occurrit quod dicit diuersum genus à cæli defectibili mortem aboleuit. Ostendit autē quænam sequantur absurda si hoc verū statuatur, nēpe quod Christus mortem non abolenerit, nisi fuerit eiusdem essentiæ cuius diuersum genus. Quod si vnus Christus aboleuit, ita vt ea abolitio mortis ad diuersum genus nō pertineat, mortē non abolent qui sunt adscriti Creatoris. Ij autem sunt qui duos Deos constituunt, vnum malum qui est Creator, alterum bonum qui est Deus in nouo testamento. [3] *Sed vobis quidem scribens. Apostolus.* Quod inter Deum vetus testamenti & Dominum nullæ sunt inimicitiæ, probat ex Paulo in epistola ad Philippēses, qui ex exhortans ad laborum tolerātiam, dicit eis à Deo esse donatum, vt non solum in Christum credant, sed etiam pro eo patiantur. Si ergo Deus donat & fidem in Christum, & testimonium & martyrium, non ob Deus Domino inimicus. Eos ergo exhortatur vt idem sentientes pro Christi fide strenue decertent, firmumque ac stabile ferant testimonium, ipsum imitantes qui pro eorum fidei sacrificio & ministerio delibatur, iam enim appetebat tempus eius passionis. Hoc eo alacrius & lubentius est ab eis faciendum, quod & Valentianus & Phryges, Montanus scilicet & Prisc illa & Maximilla, qui recētem sancti Spiritus defectum, & nouam commenti erant Prophetiam, licet non Catholici & Orthodoxi ma Christi patiebatur, & inter se erāt vnanimes, & animales vocabant qui non hanc nouam sequebantur prophetiam. Quod si illi nos irridentes vnanimes vocāt & animales, nō est quod hæreticorum conuitia & maledicta nobis quis probro ducat. Huius loci concio hunc quidem esse sensum. Sunt tamen quædam quæ videntur non satis cohærere, in primis autem illa, Vnanimes & animales. [4] *Eum ergo qui perfectus.* Is demum vere est martyr qui est omnibus virtutis numeris absolutus. Omnes autem virtutes absoluit qui est perfectus. Perfectus autem est qui exercet charitatem. Charitas autem exercetur diligendo, & diuina exequendo mandata. Summa autem inter homines dilectio est diligere inimicos. Quodquidem ita est intelligendum, vt non inimici malum, nempe vitium & peccatum amet, sed homo, id est ipsum Dei opus & creatura. Peccare autem est agere, non est autem substantia: quæ est vt opus Dei sit opus. Homo autem est Dei opus, vt qui ab ipso sit creatus. Idem autē homo est ex non libertate Dei amicus, quod ei sit coniunctus si eius pareat præceptis, & inimicus si non pareat. Non tamen inimicitiæ neq; peccatum, si non sit homo qui peccet. Quatenus autem homo peccat, peccat autem qui eius præceptis nō paret, est Dei inimicus. Diligendus autem est inimicus, non quatenus inimicus peccans & malum faciēs, sed quatenus est Dei opus, Dei, inquam, creatura. Omnis autem creatura quatenus est Dei creatura, bona est, & ideo diligenda: quatenus autem peccat & male agit, est odio habenda, vel potius ipsum peccatum & malum est odio habendum. Porro autem inter criteria Dei amanda quæ nos Dei constituant inimicos, si eis non pareatur est & hoc, Non concupisces, quod dicitur non desiderare. Quamuis autem prohibeamur desiderare, à vero tamen Deo non sunt aliena quæ sunt desiderabilia. Vnus autem & idem est verus Deus & Creator: nec est Creator alius à vero Deo qui creauit primus, nec mala & execranda existimanda est generatio, vt censerunt Manichæi & Marcionitæ. Hæc enim impiæ horum Hæreticorum opiniones. Quod si vnus est idem Deus & Creator, est etiam omnium vnus eius qui creauit, & eius propter quem est creatus, nempe hominis. Sicubi autem dicuntur quæ sunt mundi esse aliena, non dicuntur aliena quod ad alium Deum pertinent, quam ad Deum Dominum vniuersorum. Postquam autem docuit diligendos esse inimicos, tanquam hominē & Dei creaturas, odio autem habendum peccatum & malum, subiungit ex iis quæ dicit Christus in Euangelio, non solum diligendos esse inimicos, sed etiam pacem esse habendam cum aduersario, dum



sumus in via, ne si veniatur ad iudicem priusquam liberemur ab aduersario, aduersarius autem nos debitorum reos pēragat, à Iudice condemnati mittamur in carcerem, inde nunquam soluendi, & æternas pœnas illic daturi. Aduersarius noster est diabolus qui nullum non mouet lapidem, vt nos deiiciat, id est peccatis obruat. Ad iudicem autem, id est ad Christum qui est omnium index tendit nobis, debita debitis, id est peccatis peccata semper adiungēs, vt ei semper simus obnoxij. Erimus semper obnoxij, donec pœnitentia remissis peccatis pro eis fuerit satisfactum, & ab aduersario qui nos & ad ultra incitat, & de eis accusat vt à iusto iudice iuste damnemur. Danda est ergo opera, vt priusquam ad iudicem veniatur, ab aduersario qui nos accusat liberemur. Liberabimur autem si iudice nostra pœnitentia placato, nihil inueniat aduersarius quod in nobis iure reprehendat. Hic locus varie & à variis exponitur, sed existimo hunc esse sensum Clementis. Quoniam autem videri poterat alienum vt diabolus cum homine in via ingrederetur, dicit diabolum in via ingredi cū homine per homines sibi similes, qui dolose eius facta in vita terrena imitantur. Fieri autem non potest vt homines qui Christum quidē veri professi fuerint, versantur autem in operibus diaboli, vt quorum facta sint similia diaboli operibus non dissimilima, id est grauissima patiantur. Nihil autem potest esse grauius quam iussu Iudicis, Christi scilicet coelestium, per diaboli ministrum, qui est etiam diuinæ ministeri iustitiæ, in tenebras mitti exteriores. Hæc autem accepta ab hominum tribunalibus transferuntur ad diuinum iudicium, quo damnantur qui grauia admisere delicta. Huiusmodi homines qui sunt diaboli similes & eius opera imitantur, non possunt fuerint veri Christi martyres, vt qui sint separati à charitate Dei quæ est in Christo Iesu. Christianum veros martyres nihil est, imo vero nec dici nec cogitari quidem quidquam potest, quod eos possit separare à charitate Dei. Quæquidem charitas incitat fideles, vt citra vllam dubitationem ferant omnia & firmum de Christo testimonium. Ex iis cum inter primos esset Paulus Apostolus, enumerat quæ frustra essent laboratura vt eum à Dei charitate auellerent.

[1] HABES *summam Martyrij cognitione prædita. Scimus autem quòd omnes habemus cognitionem quæ est in communibus, & quòd vnus sit Deus. Scribebat enim ad fideles, vnde inferr: Sed non est in omnibus cognitio, quæ traditur in paucis. Sunt autem qui adhuc tam, quæ est de ijs quæ simulachris sunt immolata, cognitionem non ferre in omnibus, ne forte potestas nostra fiat offendiculo infirmis: perit enim infirmus tua cognitione. Quod si dicant, oportere emere quicquid venditur in macello, per interrogationem subiungentes aliud, nihil interrogantes, æquè ac interrogantes, ridiculam afferunt interpretationem: dicit enim Apostolus: Omnia alia ex macello emite, nihil interrogantes, conuenienter exceptionem eorum quæ ostenduntur in generali omnium Apostolorum epistola, quæ, quòd ita visum sit Spiritui sancto, scripta quidem inest Actis Apostolorum: lata autem fuit ad fideles per ipsum Paulum qui ministrabat: significarunt enim necessariò oportere abstinere ab immolatis, & sanguine, & suffocato, & fornicatione, à quibus se conseruantes, rectè esse facturos. Aliud autem est quod dictum est ab Apostolo: Nunquid non habemus potestatem comedendi & bibendi? Nunquid non habemus potestatem sororem mulierem circumducendi, vt etiam reliqui Apostoli, & fratres Domini, & Cephas? sed non vsi sumus, inquit, hac potestate, sed omnia sustinemus, ne demus offensionem Euangelio Christi, aut onera circumferentes, cùm oporteat esse expeditos ad omnia, aut effecti exemplum ijs qui volunt continere, vt qui non ita instructi simus, vt quæ nobis apponuntur non libenter comedamus, & temerè cum muliere habeamus consuetudinem.* [2] *Maximè autem eos quibus est credita tanta dispensatio, conuenit esse purum, & nulla labe pollutum exemplar discentibus. Nam cùm liber, inquit, essem ex omnibus, omnium me seruum feci, vt omnes lucrifacerem. Omnis autem qui in certamine contendit, est continens in omnibus. Sed Domini est terra & plenitudo eius. Propter conscientiam ergo abstinendum est ab ijs, à quibus abstinendum est: conscientiam autem dico, non suam, est enim cognitione prædita, sed alterius, ne malè ædificetur per ignorationem, imitando id quod non cognoscit, & pro magni & excelsi animi viro fiat contemptor. Cur enim mea libertas iudicatur ab alia conscientia? Si ergo cum gratia participo, cur maledictis appetor pro eo quòd gratias ago? Omnia ergo quæ facitis, in gloriam Dei facite, quæ scilicet à regula fidei permissum est facere. Corde quidem creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem. Dicit autem Scriptura: Quisquis credit in ipsum, pudore non afficietur. Hoc est verbum, fidei quod*

prædicamus: quòd si confessus fueris verbum in ore tuo, quod Dominus Iesus: & credideris in corde tuo, quòd Deus eum suscitauit à mortuis, saluus eris: euidenter ipsam describit iustitiam, & opere impletam & contemplatione. [c] Benedicere ergo oportet iis qui persequuntur. Benedicite, & nolite execrari. Gloriatio enim nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, quod in sanctitate & syncerítate Deum cognouimus: propter hanc paruam occasionem, opus ostendentes charitatis, quòd non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conuersati sumus in mundo. [d] Hactenus quidem de Deo cognitione. Communem autem fidei doctrinam, dixit odorem cognitionis, in secunda epistola ad Corinthios: Nam in hodiernum vsque diem, idem velum multis manet in lectione veteris Testamenti, vt quod non sit apertum per conuersionem ad Dominum. Propterea ostendit etiam resurrectionem, iis qui possunt perspicere eam quæ est adhuc in carne, vitæ serpentis super ventrem. Vnde etiam eos qui sunt eiusmodi, vocauit fœtus viperarum, libidinosos, ac voluptarios, ventrique ac peni seruientes, & propter mundanas cupiditates sua inuicem capita abscindentes. [e] Filioli, non diligamus sermone, nec lingua, sed Ioannes, perfectos esse docens, sed opere & veritate. In hoc cognoscemus, quod ex veritate sumus. Si autem Dei est charitas, charitas quoque est Dei pietas ac Dei cultus. Timor non est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorem. Hæc est charitas Dei, eius præcepta seruemus. Et rursus, ei qui cupit fieri cognitione præditus, scripturæ subiicit formam fidelium, in sermone, in conuersatione, in charitate, in fide & castitate. Fidem enim, vt arbitror, perfectio, arguitur à communi fide. Porrò autem diuinus quoque Apostolus per hæc tradit regulam eius qui est præditus cognitione, sic scribens: Ego enim didici in ijs in quibus sum, esse contentus. Scio & esse humilis, scio & abundare. Vbique & in omnibus sum institutus, & satiari, & esurire & abundare, & penuriam pati. Omnia possum in eo qui mihi dat vires. Iam verò cum alijs quoque differens, vt eos arguat & admoneat, non veretur dicere: Recordemini autem priorum dierum, in quibus illuminati magnum certamen sustinuistis passionum, partim quidem opprobrijs & afflictionibus spectaculum, partim autem socij taliter conuersantium effecti. Nam & vinculis nostris commiserati estis, & rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliores & manentes facultates. Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem: opus enim habetis patientia, vt cùm Dei voluntatem feceritis, reportetis promissionem. Adhuc enim modicum aliquantulumque: qui venit veniet, & non tardabit. Iustus autem meus ex fide viuit. Quod si subtraxerit se, non placebit animæ meæ. Nos autem non sumus subtractionis in perditionem, sed fidei in acquisitionem animæ. [f] Deinde adducit tibi examen exemplorum diuinorum. An non, inquit, fide se rectè gesserunt qui ludibria & flagella, & vincula præterea & carcerem experti sunt? Lapidati fuerunt, tentati sunt, in cæde gladij mortui sunt, circuierunt in melotis & caprinis pellibus, egentes, afflicti, vexati, quibus dignus non erat mundus: in solitudinibus errantes, & montibus, & speluncis, & foraminibus terræ. Et hi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionem. Restat intelligendum quid per τὸ ἐπιεικὲς, id est, reticentiam dictum est, soli. Subiungit itaque: Cum de nobis melius aliquid Deus præuidisset, bonus enim erat, vt non sine nobis consummarentur. Itaque cum & nos circa nos habeamus tantam nubem sanctam & pellucidam testium, deponentes omne pondus, & nos facilè circumstans peccatum, per patientiam curramus ad nobis propositum certamen, respicientes ad fidei authorem & consummatorem Iesum. Et quod vnum quidem dicit salutem in Christo, & iustorum, & nostram, prius quidem dixit aperte: nihilo tamen secius de Mose quoque dicens, subiungit: Maiores existimans diuitias thesauros Ægypti, Christi improperium: respiciebat enim remunerationem. Fide reliquit Ægyptum, non veritus iram Regis. Inuisibilem enim tanquam qui videret, sustinuit.

1. Cor. 1.

2. Cor. 2. Ibid. 3. Exod. 34.

1. Ioan. 1.

1. Tim. 4.

Philip. 4.

Hebr. 10.

Ibid. 11.



Diuina sapientia dicit de Martyribus: Visi sunt in oculis insipientium mori, & reputata est vexatio eorum exitus, & à nobis discessus, contritio: illi verò sunt in pace. Etenim si in oculis hominum supplicijs affecti fuerint, spes eorum plena est immortalitatis. Deinde subiungit, gloriosam expurgationem docens esse martyrium: & in paucis castigati, magnis afficientur beneficijs, quoniam Deus tentauit eos, hoc est, ad eorum probationem: & tanquam aurum in fornace probauit eos, & tanquam solidam sacrificij oblationem excepit eos, & in tempore inspectionis eorum fulgebunt, & tanquam scintillæ in stipula percurrent. Iudicabunt gentes, & dominabuntur populis, & Rex eorum erit Dominus in seculum. [g] Porrò autem Clemens quoque Apostolus in epistola ad Corinthios, ipse quoque nobis eandem formam eius qui est præditus cognitione describens, dicit: Quis enim apud vos nobilis, omni virtute perfectam, firmamque ac stabilem fidem vestram non probauit? temperantemque ac moderatam vestram in Christo pietatem non est admiratus? & vestri generosos amoris magnificos vestros mores non prædicauit? & perfectam firmamque ac stabilem cognitionem non beatam esse censuit? nam citra personarum acceptionem omnia fecistis, & in Dei legitimis ambulastis. Deinde apertius: Fixis ergo oculis eos intueamur, qui magnifice eius gloriæ perfectè seruierunt. Accipiamus Enoch, qui in obedientia iustus inuentus fuit translatus: & Noë, qui cùm credidisset, fuit seruatus. Et Abraham, qui propter fidem & hospitalitatem Dei amicus, pater autem Isaac est appellatus. Propter hospitalitatem autem veramque religionem, Loth fuit seruatus ex Sodomis. Propter fidem & hospitalitatem seruata est Raab meretrix. Propter patientiam & fidem, in pellibus caprinis & ouinis, & ex camelorum pilis contextis vestibus ambulauerunt, prædicantes regnum Christi: dicimus autem Eliam & Elisæum, Ezechielem & Ioannem, Prophetas. Qui enim Dei amicus, propter fidem liberam, vocatus est Abraham, non fuit gloria elatus, sed magna vtens modestia, dixit: Ego autem sum terra & cinis. Et de Iob sic scriptum est: Iob autem erat iustus, & reprehensioni non obnoxius, Deum ritè colens, abstinens ab omni malo. Et qui sua patientia superauit tentatorem, & simul fuit testis, & à Deo accepit testimonium, humilitatem amplectitur, & dicit: Nullus est mundus à sorde, ne si sit quidem vnius diei vita eius. Moses fidelis seruus in tota domo eius, dixit ei qui ex rubo dabat responsa: Quis ego sum, quòd me mittis? Ego autem sum & voce tenui, & lingua tardiori, vt Domini vocem ministrem per linguam humanam. Et rursus: Ego autem sum vapor ex olla. Deus enim superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Iam verò Dauid quoque, de quo testimonium ferens dicit Dominus: Inueni hominem secundum cor meum, Dauid Iesse filium, oleo sancto vnxi eum: sed ipse quoque dicit Deo, Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam. Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum in conspectu meo est semper. Deinde tacitè significans peccatum quod legi non subijcitur, scitè ostendens suam modestiam, subiungit: Tibi soli peccaui, & malum coram te feci. Dicit enim alibi scriptura: Spiritus Domini lucerna, scrutans ventris penetralia. Et quò quis se iustè gerens, euadit maiori cognitione præditus, eò est ei propinquior lucidus spiritus. Sic iustis appropinquat Dominus, & nihil eum latet ex nostris cogitationibus, & quas facimus disputationibus. Dominum Iesum dico, qui omnipotenti sua voluntate corda nostra intuetur, cuius sanguis fuit pro nobis sanctificatus. Obseruemus ergo eos qui nobis præsunt, & ob-

Sap. 3.

Ibidem.

Genes. 18.

Iob. 1.

Iob. 25.

Exod. 3.

Iacob. 4.

Psal. 50.

venerentur seniores, honoremus iuuenes, Dei doceamus disciplinam. Beatus enim qui docuerit & fecerit quæ sunt Domini, pro dignitate: est autem præclara magnificaque mandatis, & contemplantis veritatis. Vxores nostras ad id quod bonum est corrigamus: amabiles, inquam, mores castitatis ostendant: puram & lynceram suæ mansuetudinis lampadem voluntatem: linguæ suæ moderationem, silentio efficiant manifestam: charitatem suam non per prouocationes, sed omnibus qui timent Dominum, sanctè præbeant æqualem. Filij nostri sint disciplinæ Domini participes, discant quid valeat apud Deum humilitas, quid possit casta apud Deum dilectio, quomodo timor Domini bonus & magnus, seruans omnes qui in ipso sanctè versantur in puro corde. Est enim scrutator cogitationum, & mentis consiliorum, cuius spiritus est in nobis, & cùm voluerit, eum auferet. Hæc autem omnia confirmat fides quæ est in Christo. Adeste filij, audite me, ait Dominus, timorem Domini docebo vos. Quis est homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos? [k] Desinde hebdomadis & ogdoadis, septenarij, inquam, & octonarij numeri subiungit mysterium quod inducit cognitionem. [l] Cohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Declina à malo, & fac bonum: quære pacem, & persequere eam. Per hæc enim significat cognitionem, cum abstinentia à malis, & cum operatione bonorum, dicens perfici eam opere & sermone. Oculi Domini super iustos, & aures eius ad preces eorum. Vultus autem Domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. Clamauit autem Dominus, & exaudijt, & ex omnibus afflictionibus liberauit eum. Non multa quidem flagella peccatorum: sperantes autem in Domino misericordia circumdabit. A multitudine misericordiæ contineri dicit eum qui germanè & syncerè sperat: quemadmodum scriptum est in epistola ad Corinthios: Per Iesum Christum insipiens & obscurata mens nostra in lucem pullulat. Per eum voluit Dominus nos immortalem gustare cognitionem. Vnde etiam euidentius ostendens proprietatem cognitionis, subiunxit: Cùm hæc ergo sint manifesta, vel procumbentes in profundum diuinæ cognitionis, debemus omnia ritu & ordine facere, quæ nos iussit Dominus peragere, ordinatis temporibus. Sapiens ergo suam ostendat sapientiam, non in verbis solùm, sed in bonis operibus. Humilis frater testimonium, non sibi, sed in eo quod ipse testimonium accipiat ab alio. Qui est carne castus, non insolescat sciens esse alium qui ei suppeditat continentiam. Videte fratres, quò maiore cognitione digni sumus habiti, eò maius subimus periculum. [m] Venerabilis ergo & casta constitutio nostræ benignitatis, ex sententia Clementis, quærit id quod est communiter vtile, siue testimonium præbeat, siue doceat opere & sermone: eòque duplici, & non secundùm scripto. [n] Hæc est charitas, diligere Deum & proximum: ea extollit in altitudinem quæ non potest explicari. Charitas operit multitudinem peccatorum: charitas omnia sustinet, in omnibus est patiens: charitas nos Deo congluinat, omnia facit in concordia. In charitate consummati sunt omnes electi Dei: absque charitate nihil est gratum Deo: cuius perfectionis non est, inquit, explicatio. Quis est idoneus vt in ipsa inueniatur, nisi cui Deus dignos esse censuerit? Iam verò Apostolus Paulus, Si corpus, inquit, meum tradidero, charitatem autem non habeam, sum æs sonans, & cymbalum tinniens. Si non ex affectione electa, inquit, per charitatem cognitione præditam, tulero testimonium, propter metum autem fortè, & eam quæ expectatur mercedem, labra mouens ad testimonium, fuero confessus Dominum, sum homo communis, Dominum resonans, non agnoscens. Est enim & populus qui diligit labijs: est etiam alius qui tradit corpus vt comburatur. Et si distribuero omnes facultates meas ad alendos pauperes, inquit, non ex ratione conueniente operationis quæ proficiscitur à charitate, sed ratione remunerationis, quæ vel ab ipso quæ beneficio afficitur, vel à Domino qui promisit, expectatur: & si habeam omnem fidem, vt montes

Psal. 33.

Ibid. 31.

2. Cor. 13.



transferam, & vitia quæ tenebras offundunt abijciam, non fuero autem fidelis Domino propter charitatem, nihil sum, vt qui si conferar cum eo qui ex cognitione in vulgus fert testimonium, nihil reputer egregium. Omnes autem generationes ab Adam in hodiernum vsque diem præterierunt: sed qui per Dei gratiam consummati sunt in charitate, habent locum piorum, qui manifestabuntur in visitatione regni Christi. Charitas non sinit peccare. Quòd si etiam inuitus in aliquem talem casum inciderit per suggestiones aduersarij, Dauid imitans psallet: Confitebor Domino, & placebit ipsi super vitulum nouellum cornua producentem & vngulas. Videant pauperes, & lætentur. Ditit enim: Sacrifica Deo sacrificium laudis, & redde Domino vota tua, & inuoca me in die afflictionis tuæ, & liberabo te, & glorificabis me. Sacrificium enim Deo spiritus contribulatus. Charitas ergo etiam Deus dicitur cùm sit bonus: cuius charitas proximo malum non operatur, neque iniuriam faciens, nec referens: omnibus autem, vt semel dicam, bene faciens, ad Dei imaginem. Plenitudo ergo legis est charitas: sicut Christus, hoc est, præsentia Domini nostri qua nos diligit, & quæ est nostra ex Christo doctrina charitatis, & vitæ institutio. Charitas ergo perficit non mœchandi præceptum, & præcepium vxorem proximi non concupiscendi, quod prius metu non fuerat prohibitum. Idem ergo factum refert, sit ne factum per metum, an perfectum per charitatem, & per fidem, ne an etiam ex cognitione exercearetur. Merito ergo conuenienter eorum differentia, ei quidem qui est præditus cognitione, para sunt quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. Ei autem qui nude & solummodo credidit, concedit suo testimonio centum partibus plura, quàm ea quæ reliquit: quam promissionem contingit cadere in hominum intelligentiam. [o] Hoc in loco mihi venit in mentem cuiusdam, qui se dicebat esse gnosticum, hoc est, cognitione præditum: exponens enim illud, Ego autem dico, qui aspexit mulierem ad concupiscentiam, iam mœchatus est, non censebat nudam iudicare cupiditatem, sed si per cupiditatem, quod ex ea fit opus procedens vltra cupiditatem, in ipsa peragatur. Aut enim in somnis simul visione ducitur aut etiam corpore. Atque qui historias quidem conscripsere, iusti Bocchoridis tale referunt iudicium. Adolescens captus amore meretricis, persuadet certa quadam mercede constituta, vt postridie puella ad eum veniat: cùm autem eum in somnis præuenisset cupiditas, præter spem expleta libidine, puellam quam amabat ad se venientem, vt constitutum fuerat, arcet aditu. Illa autem cùm id quod euenerat didicisset, exigebat mercedem, dicens se ea ratione amatoris expleße cupiditatem. Venerunt ergo ad iudicem. Is iusso adolescentæ crumenam in qua erat merces, in sole extendere, iussit meretricem vmbram apprehendere: lepidè imperans, vt simulachrum mercedis redderet pro simulachro complexus. Atque somniat quidem aliquis visioni assentiente anima. Verè autem somniat, qui assistit ad concupiscentiam, non solùm vt ille dicebat gnosticus, si simulatque viderit, cum muliere consuetudinem animo comprehendat, hoc enim iam est cupiditatis opus vt cupiditatem: sed si corporis respexerit pulchritudinem, ait verbum, & ei ex libidine ac cupiditate caro pulchra visa fuerit, cum carnaliter & propenso animo ad peccandum viderit, propterea quòd eam sit admiratus, condemnatur. [p] Contrà autem, qui per castam aspicit dilectionem, non carnem, sed animam pulchram esse existimat, corpus, mea quidem sententia, admirans tanquam statuam, per quam pulchritudinem ipse quoque seipsum transmittit ad artificem, & id quod est verè pulchrum, sanctum signum, lucidum iustitiæ characterem ostendens Angelis qui præsunt assensioni, vnctionem, inquam, bene compositæ & quæ Deo placet mentis, qualitatem affectionis inditam animæ quæ gestit & exultat propter inhabitationem sancti Spiritus. [q] Hanc gloriam quæ in Mosis facie refulserat, non poterat populus intueri, & ideo gloriæ velamen assumebat apud eos qui inuebantur carnaliter,

Psal. 68.

Psal. 20.

Psal. 49.

Psal. 50.

Ioan. 4. Rom. 13.

*Eos enim qui aliqua inducunt ex rebus mundanis, ij detinent qui vectigal exigunt ab ijs qui suis grauantur vitijs & animi perturbationibus: cum autem qui nudus quidem est ab ijs in quæ cadit vectigal, est autem plenus cognitione & ea quæ est ex operibus iustis, simul precantes virum transmittunt, eum cum opere beatum pronunciantes. Et cum* Psal. 1. *non defluet, ligni, inquam, vitalis quod est nutritum secus decursus aquarum. Comparatur autem iustus arboribus frugiferis, non ijs solùm quæ sublimè feruntur sacrificijs. Erat autem in sacrificiorum quoque oblationibus, penes legem qui hostiarum vitia conderabat. Appetitionem itaque discernunt à cupiditate, qui sunt in his rebus cognoscendis pulchre exercitati: & hanc quidem voluptati tribuunt & intemperantiæ, appetitionem autem esse statuunt in ijs quæ sunt secundum naturam, vt qui sit motus qui est ex ratione. Huius perfectionis potest & vir & mulier æquè esse particeps. Iam verò non solus Moses qui audiuit a* Exod. 31. *Deo, Locutus sum ad te semel & bis, dicens: Vidi populum hunc, & ecce est dura cervix: sine me eos perdere, & deleba nomen eorũ sub cælo, & faciam te in gentem magnã & admirabilem, & longè magis quàm hanc: respondet rogans, non id quod suum erat spectans, sed communem salutem: Nequaquam Domine, dimitte peccatum huic populo, aut dele me etiam de libro viuentium: tanta fuit eius perfectio, vt maluerit vna mori cum populo, quàm solus esse saluus. Sed etiam Iudith quæ consummata fuit in mulieribus, cùm esset vrbis custos, precata seniores, ingreditur quidem in castra alienigenarum, omne periculum contemnens pro patria, seipsam tradens hostibus in fide Dei: præmia autem fidei mox accipit, cum redit in hostem fidei se præclarè gesserit, & potita sit capite Holophernis. Et rursus perfidiam fide Esther, Israelem à tyrannica potestate liberans, & à crudelitate Satrapæ, sola multer afflicta ieiunijs, restituit armatis copijs innumerabilibus, tyrannicum per fidem solum deorum, & tyrannum quidem mitigauit: Amam verò repressit, & Israelem perfecta ad Deum oratione illæsum conseruauit. Taceo etiam Susannam & Mosis sororem, quod hæc quidem ducerit exercitum vna cum Propheta, princeps omnium mulierum quæ apud Hebræos erant insignes sapientia: illa verò per summam honestatem, vel ad mortem vsque procedens, cum ab intemperantibus condemnaretur amatoribus, perstitit firma & constans testis pudicæ*

## COMMENTARIVS.

[a] HABES *summam Martyris cognitione præditi*. Est Martyr qui patiẽdo de Christo fert testimonium. Et & Martyr qui non solum patitur, sed etiã scientiam habet & cognitionem. De eo in summa dixi. Scimus quod omnes habemus scientiã seu cognitionẽ. Illa autẽ scientia seu cognitio est de omnibus, 1. Cor. 8. nempe fide & spe & charitate & cæteris huiusmodi, & quod sit vnus Deus. Hæc quidẽ scientia est omnibus, & quod sit vnus Deus, est omniũ fidelium. Scribebat enim Paulus ad fideles, sed non omnes fideles, imo potius pauci intelligunt citra conscientiã licere vesci immolatis, quoniam nihil sit idolũ, Sed quoniam sæpe contingit vt offendantur qui vescuntur idolothythis, est ab eis abstinendũ non propter suã conscientiam, sed propter conscientiã infirmi qui offenditur, quod non habeat quæ habere oporteret idolothythi cognitionẽ. E macello quidem emenda sunt omnia quæ venundantur, nec deeis interrogetur, siue nõ. Quod si sciatur ea esse idolothythia, cõsultius est ab eis abstinere, propter epistolã Hierosolymis scriptam ab Apostolis & à Paulo latã ad fideles, qua Spiritui sancto visum esse constebatur abstinendũ esse ab immolatis, & suffocato, à fornicatione. Est ergo scientia & veteredi idolothytis citra conscientiã quod in mundo nihil sit idolum, & ab eis abstinendi, propter conscientiam, non suã, sed alterius, nempe infirmi qui sibi videbatur idololatra, quod comedisset ex immolatis, cum tamen in eo vera fuisset scientia, intellexisset non esse ab eis abstinendũ, cùm nihil sit idolum cui fuit immolatũ. Fuit etiam alia Pauli scientia. Nam cùm omnes cibos esse mundos, & à nullo, tanquam communes & immundo esse abstinendũ pronunciasset Dominus, essent tamen aliqui qui aliqua mori religione ducti nullis cibis abstinerent, etsi sciret esse sibi datam comedendi potestatẽ, abstinebat, ne fratrem infirmum offenderet. Et cum Apostolis & discipulis à Domino data esset potestas circumducendi mulierem, non vxorẽ, sed sororem, id est, cum qua re Venerea non magis vteretur quam si esset soror, sed tamen secum duceret, vt eius victus curã gereret. Paulus, licet hoc sibi liceret sicut cæteris, nullam tamẽ circumduxit, ne & nimio sumptu grauaret & onerareret ecclesiã, & vt esset alienus ab omni suspicione incontinentiæ. Erat autẽ ita institutus Paulus, vt & libenter vesceretur iis quæ apponebãtur, nec temere à mensa vllam habebat consuetudinem, vt qui non ignoraret mulierem magnas ad libidinem habere illecebras. [b] *Mane-*



*net autem eos quibus est credita tanta dispensatio*. Affert causam cur Paul[b], licet nõ ignoraret idolothytis citra conscientiã in mundo nihil sit idolum, ab eis abstineret, & cum sciret datam esse potestatem circumducendi mulierẽ, nullã tamen circumduceret. Causa autẽ erat quod eũ & doctrinæ fidei & mysteriorũ esset dispensator, quæ maxima est dispẽsatio, oporteret ita se gerere, vt iis quos docebat & instituebat esset exemplo. Quod si infirmorũ nulla habita ratione & immolatis vesceretur indiscriminatim, & mulierẽ circumduceret, timendũ erat ne infirmis afferret offensionẽ, vtpote quod eis venire posset in mentem, eum idolothytis fauere cultui, & nõ omnex parte esse castum qui secum haberet mulierem, licet cum ea Veneris nulli haberet consuetudinem. Ab vtroque ergo abstinebat propter conscientiam, non suam, qui sibi licere intelligebat, sed propter conscientiam alterius, qui cum nõ haberet quam par est scientiam, sua laborabat suspicione propter infirmitatẽ. Sciebat quidem se ex omnibus esse liberum, Iudæis & Græcis, atq; adeo omnibus seruiebat, & se eorũ captui accommodabat, vt omnes lucrifaceret, ad certã cognitionem, & ad certam fidei normam perduceret. Hæc causa erat cur abstineret ab idolothytis, ne si videretur eũ non abstinentem & Iudæi & Græci, male ædificarentur, quod nescirent licere, & oporteret eos magno & excelso animo vesci idolothytis, cum nihil referret, Domini enim esse terram & eius plenitudinẽ, & cum gratiarum actione esse omnium participationẽ, illi non habentes scientiam, decernitur veræ religionis cõtemptores, nõ minoris æstimantes cultũ idolorum quam pietatem Christi. Licet ergo vesci idolothytis & omnibus quæ apponuntur, modo omnia fiant in gloriam Dei, & nihil fiat contra regulã fidei, quæ in hoc cõsistit, quod corde creditur ad iustitiam. Corde enim creditur quoniam, Iustus autem est qui Deum esse credens vt præscribit scriptura, eumque diligens & in cum confidens, mandata custodit præcepta. Ore autẽ confessio fit ad salutem. Non sufficit enim corde habere iustitiam, nisi fiat hoc vt salui simus, sed etiam martyres esse oportet, ore, inquam, confiteri, quod Dominus est Christus, & Deus suscitauit à mortuis. Hæc est perfecta fidei iustitia, quæ ex operibus, nempe præceptorum obseruatione est absoluta, & rerũ diuinarum scientia & contemplatione. [a] *Benedicere ergo oportet eos qui benedicuntur*. Cũ ore, inquit, fiat confessio ad salutem, confitendi autem occasionem præbent qui persequuntur, detestantur, ij non sunt execrandi sed benedicendi. Benedicendo autem iis qui nos persequuntur, testatur bona conscientia, quod sancte & syncere Deũ cognouimus. Sancte autem & syncere Deum cognouit non est carnalis sapientia. Carnalis autẽ est sapientia quæ est mundana, non spiritualis, ex qua cartalis existit amor terrestris qui versatur in rebus crassis & terrenis, nempe in diuitiis, honoribus, gloria, voluptatibusq; & libidinibus, & qui non est propter Deum sed propter hominem. Spiritualem sapientia, quæ est etiam cælestis, contemptis rebus terrenis versatur tantum in diuinis. Ex ea nascitur amor diuinus, qui dicitur etiam charitas, quæ & Deus propter ipsum diligitur, & homo propter Deũ. Hæc parta occasio persequendi fideles efficit, vt ostendant non lene opus charitatis, cum inimicos amant propter Deũ diligant. Quodquidem ostendit eos in hoc mundo, non versari in sapientia carnali, sed in gratia Dei. Qui enim spretis rebus crassis & carnalibus Deum propter ipsum diligunt, & hominem propter Deum, ij Deo grati sunt, & sunt in Dei gratia. [b] *Hactenus quidem de Dei cognitione*. Absoluta tractatione de Dei cognitione, & ad aliud trãsiturus, dicit communem fidei doctrinam esse odorem cognitionis. Per hanc enim qua Deum esse creditur, veluti per quendam odorem manifestatur & dispergitur Deus quo. Nisi enim credatur, Deus non cognoscitur, sed si credatur & cognoscatur, simul etiã diligitur, vt qui sit bonus & suauis vniuersis. Per fidẽ ergo seu per doctrinam fidei cognitio manifestatur. Sed *Psal. 144.* non ita per legẽ. Hoc autem significabat & gloriosa Mosis facies quæ velabatur & eo tempore quo est lecta, & multis Iudæis adhuc manebat velum dum legeretur vetus testamentum, licet iam conuersi essent ad Dominum, nondum enim erat in eis doctrina fidei quæ manifestat Dei cognitionem. [c] *Filioli nõ diligamus sermone nec lingua, sed 1oannes*. Christianæ doctrinæ initium est fides quæ manifestat Dei cognitionem. Dei autem cognitio est charitas, quæ homines reddit perfectos, si non diligant lingua & sermone, sed opere & veritate. Res est enim planè inanis, si non fit quod dicitur. Quod si dicamus nos diligere, & non diligamus, vera est charitas: vera autem Dei charitas, est pietas qua Deus vere diligitur & colitur. Vera autẽ non est Dei charitas, nec vera pietas, & verus Dei cultus, quando populus Deum labijs honorat, cor autem eorum longe est à Deo. Qui autem est in perfecta charitate, id est fortis & excelsi animi, neque vila quantumuis grauia formidat pericula, nec ei pro Christi confessione quidquã videtur formidabile. Omnia enim tormenta despicit atque adeo ipsam mortẽ. Perfecta enim charitas expellit timorẽ. Non est autem existimandum fideli solam sufficere fidem: nam & Dei charitate opus est. Dei autẽ charitas in hoc consistit, vt Deus diligatur, & eius præcepta seruentur. Ad hoc autem vt Dei præcepta seruentur, doctrina & cognitione est opus. Sed doctori non sufficit docere, nisi fiat is quos docet bonæ vitæ forma & exemplum, loquendo, conuersando, charitatem exercendo & caste viuendo, fidem quoque qua oportet esse perfectam, vt communem fidem exuperet, & eam in credente possit augere. [d] *Deinde adiecit his exemplum dominorum. An non, inquit, fide*. Non solum in nouo sed etiam in veteri testamento fuerunt Christi martyres, qui authorem & consummatorem fidei Iesum, perinde ac si eum viderent licet esset inuisibilis, respicientes & in eum credentes, plurima passi sunt promissam expectantes retributionem, nempe vnam salutem & Iudæis & gentibus per Christũ datam. Ij autem dum & multis afficerentur tormentis, atque adeo ipsam subirent mortem, expurgati à peccatis vitam adepti sunt æternam, & Deo digni inuenti, non amplius serui, sed filij Dei sunt vocati. [e] *Porrò autem Clemens quoque Alexandrinus in epistola ad Corinthios*. Postquam ostendit Clemens virtum cognitione præditum institu & formari à diuinis scripturis, id ipsum dicit facere quoque Clementẽ quem vocat Apostolum in epistola ad Corinthios. De ea epistola sic scribit Eusebi[s] lib. iij. histor. Ecclesiasticæ, Russino interprete, vbi agit de Clemẽte Romano põtifice. Huius Clementis epistola habetur ad Corinthios scripta præcipua plane & *Cap. 16.* valde mirabilis, quã velut ex persona Romanæ ecclesiæ dictauit, cùm dissensio apud Corinthios fuisset exorta, tantaq; epistolam in plurimis ecclesiis publicè legi, & veterum & nostris etiam temporibus cõstat,

sed illius, vt arbitror, nihil aliud extat quam quod nobis hic reliquit noster Clemens Alexandrinus. Ipse autem primũ laudantur Corinthij, deinde citantur veteres Patriarchæ & Prophetæ, & eorum exempla imitanda proponuntur exempla. Vt cæteros autẽ omittam quos hic licet videre, dicit Iob fuisse testem tyrem, nempe testem, & ipsum Deum de eo tulisse testimonium. Dauidis quoque laudat modestiam, quod dicat se soli Deo peccasse, significans se non admisisse peccatum quod lege esset punitum. Non est enim puniendũ quod non excedit terminos cogitationis quæ pœnam non meretur. Dominum nostri nempe Iesu Christi spiritus, etiam intetnas penetrat & scrutatur cogitationes, quas sanctis & maiori cognitione præditi quos intuetur. Eũ nulla nostra latet cogitatio. Intuetur enim omnipotenti sua voluntate, cuius sanguis est pro nobis sanctificatus, dum vel in ara crucis, vel in sacra mensa est fusus & à nobis haustus. Postea autem excurrit in locos morales de reuerendis parentibus, de honorandis & docendis iuuenibus. [a] *Deinde hebdomadis & ogdoadis, septenarij, inquam, septenarium & octonarium numeros constat in scripturis esse valde mysticos, sed quomodo hi ducere cognitionem, & quomodo cum præcedentibus & sequentibus cohæreant, non possim facile intelligere.* [b] *Cohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum.* Multa sunt hic præcisa dicta ex Psalmis sumpta quæ pertinent ad cognitionem, nempe abstinendum à malis, & bona esse agenda. Dominum Deum iustos respicere, & preces eorum exaudire: irasci autem iis qui male agunt, & eos afflige re exitium, Peccatores quidem, multis & variis affici vexationum flagellis, affici etiam bonos, sed à Deum sperent, illis non defuturam eius misericordiam, sit modo spes ea germana & sincera. Quodem vt boni sperent eo facilius sunt inducendi, quod mens nostra, licet insipiens & obscura, per lo Christum illuminetur: vult enim Deus nos per Christum immortalem gustare scientiam. Quod cum sit, diuinæ scientiæ profundũ intuentes, debemus rite facere quæ iussit Dominus, ab eo constitutis dinatis temporibus. Non sunt enim semper facienda quæ iussit Dominus, sed est etiam habenda præstituti temporis. Non frustra autẽ dicit debere nos intuentes profundum diuinæ cognitionis, quæ Dominus iussit: nam & patris & filij vna est & eadem doctrina, licet non videatur esse vna sunt diuersæ personæ. Ex his infert sapientẽ oportere & verbis suam ostendere sapientiam, tem non oportere de sua humilitate ferre testimonium, sed alium eam illi suo ferre testimoniũ. Cauet non debere de sua superbire continentia, cum eam non sibi, sed Deo acceptam ferre oporteat. Quotem maiorẽ adepti sumus cognitionem & scientiam, eo maius est periculum ne labamur. Magnam cognitionẽ habuere Dæmones, qui ideo etiam dicti sunt *δαίμονες*, id est scientes, & tamen superbierat eos dedit præcipites. [c] *Venes abilis ergo & casta institutio nostræ benignitatis ex sententia Clementis.* Per cognitionem seu scientiam instituitur benignitas seu humanitas. Ea verò benignitas seu humanitas quæ docet à cognitione seu scientia, quærit, vt vult Clemens in hac epistola, id quod est communiter vele. Humanitas autem & benignitas ita sunt coniuncta charitati, vt vnum ab altero non seiungatur. Hæc est quod id quod Clemens ttibuit benignitati, tribuit Paulus charitati, dicens eam non quæ sua sunt quærere. Charitas verò & de fide fert testimoniũ, Christum ostendens esse passum & surrexisse à mortuis, & docet ea quæ pertinent ad vitæ & morum institutionem. Docẽt autem duobus modis, nempe opere, id est exemplo, & sermone. Duplex autẽ est sermo, nempe & scriptus & nõ scriptus. Scriptus est qui est mandatus literis: non scriptus autem, qui non est mandatus literis, sed per manus traditus. [d] *Hæc ego charos, diligere Deũ & proximum.* Quæ hic scripta sunt à Clemente, sumpta sunt fere omnia ex epistola Pauli ad Corinthios: sed ea ipsa paulo clarius explicat. Primũ autem dicit charitatem esse, diligere Deum & proximum. Deum autem & proximum merito simul coniungit. Neque enim diligitur Deus nisi propter Deũ diligatur proximus: nec diligitur proximus vt diligi oportet, si propter aliud diligatur quam propter Deum. Tanta autem est charitas vt quanta sit verbis nequeat explicari. Quid est enim magis quod ad ipsum Deum pertingit, atque adeo est ipse Deus? Deus enim est charitas. Magna res est remissionem peccatorum, sed longè est maius nõ solum peccata remitti, si etiam operiri, atque etiam obrui vt nõ amplius appareant. Hoc ita demum euenit si Deus diligatur & proximus. Quid vt cet ea quæ pertinent ad vitæ & morum institutionem. Docẽt autem duobus modis, nempe opere, id est exemplo, & sermone. Duplex autẽ est sermo, nempe & scriptus & nõ scriptus. Scriptus est qui est mandatus literis: non scriptus autem, qui non est mandatus literis, sed per manus traditus. [d] *Hæc ego charos, diligere Deũ & proximum.* Quæ hic scripta sunt à Clemente, sumpta sunt fere omnia ex epistola Pauli ad Corinthios: sed ea ipsa paulo clarius explicat. Primũ autem dicit charitatem esse, diligere Deum & proximum. Deum autem & proximum merito simul coniungit. Neque enim diligitur Deus nisi propter Deũ diligatur proximus: nec diligitur proximus vt diligi oportet, si propter aliud diligatur quam propter Deum. Tanta autem est charitas vt quanta sit verbis nequeat explicari. Quid est enim magis quod ad ipsum Deum pertingit, atque adeo est ipse Deus? Deus enim est charitas. Magna res est remissionem peccatorum, sed longè est maius nõ solum peccata remitti, si etiam operiri, atque etiam obrui vt nõ amplius appareant. Hoc ita demum euenit si Deus diligatur & proximus. Quid vero omnia quæcunque acciderint, & quantumuis grauia tormenta ita perpeti, vt ea despicias propter Deum amorẽ, an non est præclarum & eximium? Quid vero Deum non solum sequi, sed ei etiam ita conglutinari, vt sis diuinus, & prope dixerim Deus, quid est magis optandum? Quid est pulchrius quam vno tempore perpetuo esse concordes: hoc verò præstat charitas. Multos esse vocatos, paucos verò electos dicit Christus. Sed ij demum sunt electi qui sunt in charitate consummati: perfectos enim & omnes ex parte absolutos reddit charitas. Ea certe tanta est, vt ab sque ea Deo placere non possis. Cum ergo tanta sit charitas vt ab illa omnis sit perfectio, quis eam explicare poterit pro dignitate? Quanta sit autem charitas nulla ex re magis potest intelligi, quam quod ij demum inueniuntur in charitate, quos Deus dignos censuerit. Nam qui vel propter metum, vel propter meredem tantum confitetur, non amat propter Dei charitatem & amorem, is nihil differt ab homine communi. Quantumuis enim verbis Deum scientiam habeat, eum tamen non cognoscit quem non diligit. Qui labijs tantum diligit non est martyr. Is autẽ est verè martyr qui non solum verbis Dominum confitetur, sed etiam suum corpus tradit vrendum. Res est quidem valde cõmendanda suas distribuere facultates ad alendos pauperes, si id modo fiat propter charitatẽ & Dei amorem. Sed si id fiat quod expectetur remuneratio, vel ab ipsis qui iunt adacti beneficio, vel ab ipso Domino qui promisit, non est iam reputanda charitas. Porrò autem affert causam cur charitas dicatur Deus: ea verò est, quod ad Dei imaginem proxime accedit. Nam Deus est bonus, bona quoque est charitas nemini iniuriam faciens, nec vlli referens, & omnibus beneficentiam. Præterea charitas plenitudo legis, sicut Christus, hoc est, præsentia Domini qui nos diligit, & quæ nostra ex Christo doctrina & vitæ institutio. Christus venit, non vt legem solueret, quod per summam calumniam ei obijciebant Iudæi, sed vt adimpleret. Cum autem præsens sit & nos diligat, & præceptum nos doceat charitatis, eius præsentia & doctrina & vitæ institutio est plenitudo legis quæ adim-



plenit per charitatẽ. Pulchrè autem dicit Augustinus: Plenitudo legis charitas est qua Deus proximusq; diligitur, in quibus præceptis charitatis tota lex pendet & Prophetæ. Meritò est omniũ reus qui contra illam facit in qua pendent omnia. Nemo autem peccat nisi aduersus illam faciendo, quia nõ adulterabis, non homicidium facies, non concupisces, & si quod est aliud mandatum, in hoc sermone recapitulatur, in eo quod est, diliges proximum sicut teipsum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo autem legis charitas. Nemo autem diligit proximum nisi diligens Deum, vt hoc quantum potest proximo impendat quem diligit tanquam seipsum, vt ille diligat Deũ, quem ipse non diligit, nec se nec proximum diligit. Hæc Augustinus: Si autem plenitudo legis est charitas, sequitur vt absque charitate nullum plene perficiatur legis præceptum. Sine charitate ergo non perficitur præceptum non committendo, neque præceptum de proximi vxore non concupiscenda. Quo fit vt si propter metum non admittatur adulterium, vel non concupiscatur vxor proximi, non autem propter dilectionem, factum quidem sit præceptum per metum, non autem perfectum per charitatem. [a] *Quem locum mihi venit in mentem cuiusdam qui se dicebat esse gnosticum.* Quis sit is gnosticus quem dicit noster Clemens, ipse non dicit: Fuerunt autem Gnostici heretici de quibus Irenæus & Tertullianus, qui sibi de se placebant scientia. Is dicebat eum qui cõcupiscit non mœchari, nisi cõcupiscentia processerit ad aliquem actum, nempe quod vel animus visione aliquid apprehendat in somnis, aut etiam propter libidinem corpus se contaminet. Huius autem iusti iudicis, nempe Bocchoridis qui de adolescente & meretrice iusta tulit sententiam, meminit Plutarchus in libello de malo pudore, & in vita Demetrij. De hoc Bocchoride vide Erasmum in Adagiis. Condemnatur autem de concupiscentia non solum si mulierem aliquam cum ea consuetudinem animo comprehendat, sed etiam si carnaliter & propenso animo ad eam videtur. [b] *Contra autem qui per castam aspicit dilectionẽ, non carnem sed animã pulchram esse existimat.* Pulcram dixit quid eis accidat qui aspiciunt mulierem ad concupiscentiam, exponit quid contra accidat qui nulla in eitati libididine nec cupiditate, sed per castam aspiciunt dilectionem: ij non carnem sed animam existimant esse pulchram, corpus autem admirantur tanquam statuam, in qua apparet ars artificis. Per pulchritudinem autem quæ est in rebus singulis, ipsi seipsos transmittunt ad artificem ad rationem, inquam, creatorem & opificem, qui est ipse per se bonum & pulchrum. Ostendunt qui angelis qui præsunt assensioni, id est, quorum operæ animæ euehuntur ad superos, sanctum signũ, hoc symbolum, iustitiæ, inquam, characterem, qui animæ imprimitur per Spiritum sanctum. Spiritus sanctus quo vngimur, vnde & vnctio dicitur, reddit mentem bene compositam &. Deo gratam, & talem indit qualitatem vt perpetua fruatur lætitia, cùm in se inhabitantem habeat Spiritum sanctum, qui est lucidus, & abstergit ac expellit omnes vitiorum sordes & maculas. [c] *Hanc gloriam quæ in Mose facie refulserat, non poterat populus intueri, & ideo gloriæ velamen.* Eum qui per castam aspiciens dilectionem pulcram existimat, non carnem, sed animam, assimilat Clemens noster Mosi, cuius propter familiarium cum Deo consortium, & longam eius contemplationem tantus erat fulgor, vt populus eius faciem non posset intueri, & ideo Moses eam velabat. Causa autem erat quod carnalis esset populus, & carnalia aspiceret. Spiritualem autem eum esse oportet qui Deum velit cõtemplari. Vt contempletur autem eum nudum esse oportet à rebus mundanis, ne si grauentur vitiis & animi perturbationibus, qui vndique stringunt, eum retineant & impediant, & à cœpto cursu, nempe Dei contemplatione auocent. Qui autem nudus est à vitiis & animi perturbationibus, quæ sunt obnoxia vectigalibus quæ penduntur, plenum rit autem scientia & bonis ac iustis operationibus, eum non retinent publicani, sed simul cum eo precantes, & opera eius laudantes, & beatum predicantes ad superos transmittunt. Publicanos autem hinc vocat angelos, quibus Deus mandat negotium examinandi ea quæ in hac vita geruntur ab hominibus. Qui autẽ Deum contemplatur, bonaque & iusta producit operationes, is assimilatur arbori, quæ cum sit iuxta aquas semper vireſcit, & nunquam intermoritur, & suo tempore semper fructus producit. Quod autem verti: Non iis solis quæ sublime feruntur sacrificiis, Græcè quidem est, *ὁ μὴ τοῖς κατ' αἶρα τοῖς ἀνωφερομένοις*, locus videtur esse mutilus, nec ex eo vllus elici potest sensus: nõ memini quidem certe me legere quidquam assimilari sacrificiis quæ sublime feruntur. [d] *Erant autem in sacrificiorum quoque oblationibus penes Deum.* Non solum hominibus suæ sunt virtutes & vitia, sed etiã brutis animantibus. Hinc est quod cum in veteri testamento Deo offerentur in sacrificiũ animalia, Deo autem vitiosa non essent offerenda, essent inter Hebræos qui vitiosas bestias à sanis discernerent. Sepe autem contingit, vt inter vitia & virtutes non sit magnum discrimen, quo fit vt in iis discernendis magna cautione & diligentia opus sit. Non videntur inter se differre appetitio & cupiditas, & tamen appetitio est naturæ, cupiditas autem est voluptatis. [e] *Huius perfectionis potest & vir & mulier æque esse particeps.* Cum in epistola ad Hebræos perfecti & consummati dicantur esse Martyres, sit autẽ sexus virilis sexu muliebri perfectior, occurrebat dici posse solos viros esse martyres, non etiam mulieres. Huic obiectioni respondet Clemens, ha nc martyrij perfectionem ex æquo cõpetere & viris & mulieribus. Mosis tanta fuit perfectio vt mori maluerit cum populo, quam solus esse saluus. Iudith manifestum adiit mortis periculum, vt obsessam Hierosolymam liberaret ab Holoferne. Hester regina fidei suæ constantia liberauit Hebræos edicto Regio mox occidendos. Maria Mosis soror zelo fidei mota, simul cum fratre subiit labores & pericula militiæ. Susanna tanta fuit fidei constantia, vt impudicis senibus qui eam falso accusabant ad mortem vsque resisteret, à qua Deo volente liberauit eam adhuc infans Daniel. In his exponendis non est quod immoremur, cùm historiam habeamus in Bibliis.

[a] DION certè Philosophus refert quandam mulierem Lysidisam, propter ingrem pudorem, se lauasse cum ipsa tunica: Philoteram autem, cùm esset ingressura soliu[m], [illegible]tim contraxisse tunicam, quantum quæ nuda erant tegebantur ab aqua: deinde rursus [illegible] latim ascendentem induisse. An non enim tormenta quoque tulit fortiter Leæna Attica, quæ cùm esset conscia insidiarum quæ ab Armodio & Aristogitone parabantur in Hipparchum, nihil omnino est elocuta, etsi valde cruciaretur? Aiunt autē Argolicas quoque Theoclia Potnia duce, Spartanos qui magna erant virtute in rebus bellicis, cumprimum se eis [illegible] fugasse, & effecisse vt illæ mortem nihil extimescerent. De filiabus quoque Danai [illegible] is qui fecit Danaidem:

Túneque citò Danai sumpserunt arma puellæ,
In ripis pulchro labentis flumine Nili: *& quæ sequuntur.*

Canunt autem reliqui Poëtæ velocitatem Atalantæ in venatione, & egregiam Antiopes amicitiam, & Alcestidis in maritum amorem, & Macariæ & Hyacinthidum magnum & excelsum animum. Quid verò non Theano quidem Pythagorica ei præcepit Philosophiæ, vt ei qui ipsam curiosè aspexerat, & dixerat, Pulcher cubitus reprehendere? At non publicus? Eiusdem grauitatis fertur illud quoque dictum. Rogata enim, Post[illegible] mulier à quo viro descenderit in Thesmophorium, A proprio quidem, inquit, & [illegible] subiunxit, Nunquam verò ab alieno. Quinetiam Themisto quoque Zoili filia Lampsacena, vxor Leontei Lampsaceni, dabat operam philosophiæ Epicureæ: sicut Myia Lysanius filia, Pythagoreæ, & Arginete quæ scripsit res gestas Dionysij. Filiæ autem Diodori, cui fuit cognomen Saturnus, fuerunt omnes dialecticæ, vt ait Philo dialecticus Menexeno, quarum feruntur hæc esse nomina Menexene, Argia, Theognis, Artemisia, Pantaclea. Memini autem etiam Cynicæ cuiusdam. Hipparchia autem vocabatur Maronitis, vxor Cratetis, propter quam in Pœcile quoque celebrata fuere Cynegetica. Arete autem Aristippi Cyrenaica, erudijt Aristippum qui μητροδίδακτος, id est, a matre doctus, fuit cognominatus. Apud Platonem etiam philosophabantur Lasthenia Arcadia, & Axiothea Phliasia. Aspasia autem Milesia, de qua multa quoque conscribunt Comici, vsus quidem est Socrates, ad Philosophiam: Pericles autem, ad rhetoricam. Pretermitto alias, ne sit prolixior oratio, neque recensens Poetrias, Corynnā & Thelesillam, Myiam & Sappho, aut pictrices, vt Irenem Cratini filiam, & Anaxandram Naucratim, vt dicit Dydimus in Symposiacis. Cleoboli autem sapientis & Lyndiorum monarchæ filiam, non pudebat lauare pedes paternorum hospitum. [b] Nam Abrahæ quoque vxor beata Sarra, parauit ipsa Angelis panes subcineritios: [c] & puellæ regiæ pascebant oues apud Hebræos. [d] Vnde etiam quæ est apud Homerum Nausicaa, iuerat ad parandos. [e] Velit ergo pudica mulier, primùm quidem si fieri possit marito persuadere, vt sit ei socius eorum quæ ferunt ad beatitudinē: si id autem fieri non possit, sola contendat ad virtutem, marito quidem parens in omnibus, vt inuito illo nihil vnquam faciat, præter ea quæ censentur pertinere ad virtutem & salutem. Sed & si quis citra vllam pergentem formulationem, aut vxorem, aut etiam ancillam, arceat à tali affectione, nihil aliud videbitur tunc facere, quàm à iustitia quidem & temperantia statuisse abducere: iniustum autem simul & intemperantem voluisse domum suam efficere. Fieri ergo non potest vt vxor, nec mulier, sit in vlla re doctus, qui non fuerit vsus disciplina, meditatione & exercitatione. Virtutem autem non in aliquibus alijs, sed vel in nobis maximè sitam esse decimus. Itaque alia quidem potest quis arcere bellum gerens, quod autem in nostra [illegible] potestate, nequaquam, nec si maximè quidem insisterit. Est enim donum datum diuinitus, & quod non alicui alij subijcitur. Vnde intemperantia quidem non videri potuerit [illegible] alicuius



malum, quàm eius qui se gerit intemperanter. Temperantia autem rursus eius bonum quæ potest se temperare. [f] Mulierem autem quæ cum honestate amat maritum, describit Euripides, sic monens:

Bonísque verbis prosequi
Videri oportet si quid coniux dixerit:
Si haud dixerit, laborare vt ad gratiam
Dicati mariti. *Et his rursus vtique similia:*
Dulce estque coniugem,
Si euenerit quid, cum viro tristarier,
Doloríque & gaudij esse participem.

*Suorum mansuetudinem ostendens & benewolentiam esse vel in calamitatibus. Deinde subiungit:*

Ægrotus & si sis, ægra simul feram
Tuáque patiar mala: & certè mihi,
Non quicquam acerbi: vnà cum amicis nam decet
Fieri beatos: quid nisi hoc amicitia est?

*Sanctificatur itaque etiam quod per Verbum perficitur matrimonium, si coniugium se Deo submittat, & cum vero corde administretur in fidei certitudine: sanctificatorum corda à mala conscientia, & ablutorum corpus aqua munda, & habentium confessionem fidei. Fidelis enim est qui promisit. Oportet autem felix matrimonium, neque vnquam diuitijs, nec pulchritudine censeri, sed virtute.*

Nulli quidem (*ait tragœdia*)
Coniugi in maritum pulchra forma profuit,
Multis autem profuit virtus.

*Quæuis enim bona mulier, quæ viro adhæret, scit esse temperans. Deinde veluti dans admonitionem, ait:*

Hoc primum, deformis maritus si siet,
Formosum ei quæ sapit decet viderier
Non oculus, sed mens ea est quæ iudicat:

*& quæ consequuntur. Valde autem propriè dixit scripturæ mulierem datam esse à Deo administrem. Clarum est ergo, quòd vnicuique ex ijs quæ à marito eueniunt molestijs, ratione cum persuasione mederi apud se constituet. Sin autem non obediat, conabitur, quoad eius fieri potest, ab humana natura, vitam nulli peccato affinem transigere, & seu cum Verbo mori oporteat, seu viuere, talis actionis adiutorem & socium Deum esse existimans, qui reuera & adest, & est Seruator, & in præsentia & in futuro, illúmque ducem & principem omnis actionis constituens, temperantiam quidem & iustitiam suum esse munus existimans, religionem autem & in Deum pietatem & amorem finem suum esse statuens.*

[g] *Eleganter itaque Apostolus in epistola ad Titum dicit, anus debere esse in habitu sanctō* Tit. 2.
*tum calumniatrices, non vino multo seruientes, vt eruditant adolescentes, vt sint virorum suorum amantes, & filios suos diligant, prudentes, castæ & sobriæ, domus curam habentes, benignæ, subditæ viris suis, ne verbum Dei blasphemetur. Potius autem, pacem, in-* Hebr. 12.
*quit, sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Dominum: attendentes ne quis sit fornicator aut profanus, vt Esau, qui pro cibo vno vendidit sua primogenita: ne qua radix amaritudinis sursum nascens molestiam afferat, & per eam inquinentur multi. Deinde veluti colophonem imponens quæstioni de matrimonio, subiungit:* Hebr. 13.
*Honorabile connubium in omnibus, & torus immaculatus. Fornicatores autem & adul-*

teros iudicabit Deus. [h] Cùm vnus vtique scopus & vnus finis, & vita & mundi is
1.Pet.1. ostensus, de eo qui est perfectus dicit Petrus in Epistola: Modicum nunc si oportet tri-
stitia affecti in variis tentationibus, vt probatio vestræ fidei multò præciosior auro quod per
& per ignem est probatum, inueniatur, in laudem & gloriam in reuelatione Iesu Chri-
quem cùm non videritis, diligitis: in quem nunc cùm non videatis, credatis autem, exulta-
letitia inenarrabili & glorificata, reportantes finem fidei, salutem animarum vestrarum.
1.Cor.11. Quamobrem Paulus quoque gloriatur se propter Christum fuisse in laboribus abundan-
tius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter. Hic inuenio perfectum multis modis
accipi, prout is est qui in vnaquaque virtute se rectè gerit. Perficitur itaque & consum-
matur aliquis, & vt pius ac religiosus, & vt tolerans, & vt continens, & vt operatus, &
vt martyr, & vt cognitione præditus. In omnibus autem simul perfectus, nescio an vllus
sit qui est adhuc homo, nisi solùm is qui propter nos induit hominem. Quamquam ex nulla
lege fuerit quis vtique perfectus, qui profitetur abstinentiam à malis. Ea autem est vis
Euangelium, & ad bene faciendum. Sed legis quidem ex cognitione perfectio, est ad-
ptio Euangelij, vt fiat is qui est ex lege perfectus. Ita enim prædixit is qui est ex lege Mo-
ses, esse audiendum vt accipiamus ex Apostoli sententia, Christum legis plenitudinem. In
Euangelio autem iam proficit is qui est cognitione præditus, non solùm vtens lege tantum
gradu, sed eam percipiens & mente intelligens, vt tradidit Apostolis qui dedit talentum
Dominus. Quòd si etiam vitam rectè instituerit, sicut certè fieri non potest vt in hoc ge-
rando difficultatem consequatur cognitio, & præterea rectissimè confessus, Martyr ita,
maximam inter homines dignitatem meritúmque accipiens, ne sic quidem eò peruenit, vt
vocetur in carne perfectus, quoniam hanc appellationem præoccupauit vitæ finis, cùm qui
est martyr ex cognitione, eò peruenerit vt perfectum opus ostenderet & propriè probaret, per charitatem ex cognitione profectam benignè donato sanguine emittent spiritum.
beatus autem hinc fuerit & iurè vocetur perfectus, vt sublimitas potestatis sit Dei, qui
ex nobis, vt dicit Apostolus: Solùm conseruemus liberum eligendi arbitrium & charita-
2.Cor.4. tem: in quolibet afflicti, sed non redacti in angustias: egentes, sed non oppressi egestate:
persecutionem patientes, sed non derelicti: deiecti, sed non perditi. Oportet autem eos
ex sententia Apostoli contendunt ad consummationem, nullam in nulla re dare offen-
2.Cor.10. nem, sed in re qualibet commendare seipsos non hominibus, sed Deo. Sit autem accipi-
additamentum parêre etiam hominibus: etenim etiam iis parêre est consentaneum, quæ
insultantia maledicta. Commendatio autem in tolerantia multa, in afflictionibus, in ne-
2.Cor.6. cessitatibus, in angustiis, in plagis, & carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vi-
lijs, & ieiunijs, in castitate, & cognitione, in patientia, & benignitate, in sancto Spiri-
in charitate non ficta, in verbo veritatis, & virtute Dei, vt simus templa Dei omnipo-
ab omni inquinamento carnis & spiritus. Et ego, inquit, vos accipiam, & ero vobis in pa-
trem, & vos eritis mihi in filios & filias, ait Dominus omnipotens. Perficiamus ergo
2.Cor.7. quit, sanctitatem in timore Dei. Nam etsi tristitiam timor generat, gaudeo, inquam, non
quòd tristitia affecti estis, sed quòd tristitia affecti estis ad pœnitentiam. Tristitia enim
fecti estis secundum Deum, vt in nullo detrimentum à nobis accipiatis. Nam quæ ab
cundum Deum tristitia, pœnitentiam ad salutem operatur impœnitendam. Tristitia
tem mundi, mortem operatur. Etenim hoc ipsum quòd tristitia affecti estis secundum Deum,
quantum in vobis operatur studium, sed defensionem, sed indignationem, sed timorem,
desiderium, sed æmulationem, sed vindictam? In omni exhibuistis vos esse casto negotio.
Hæc sunt exercitationis quæ ex Dei cognitione proficiscitur præexercitamenta. [i] Quoniam
Ephes.4. autem Deus ipse omnipotens dedit alios quidem Apostolos, alios verò Prophetas, alios



autem Euangelistas, alios autem pastores & doctores ad perfectionem sanctorum, ad opus
ministerij, ad ædificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in vnitatem fidei &
agnitionis Dei filij Dei in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi: stu-
dendum est viri euadere ex cognitione, & quam maximè persici adhuc in carne manentes,
ex perfecta hîc concordia & consensione, meditantes cum Dei voluntate concurrere, ad re-
stitutionem eius quæ verè perfecta est nobilitatis & cognationis, ad plenitudinem Christi
quæ ex perfectione perfecta est absolutè. Iam cernimus quânam ratione & quomodo &
quando perfectum dicit diuinus Apostolus, & vt perfectorum ostendit differentias. Et rur- 1.Cor.12.
sus: Vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem, alij quidem datur per spiritum
sermo sapientiæ, alij autem sermo scientiæ secundum eundem spiritum, alteri fides in eodem
spiritu, alij autem gratiæ sanitatum in eodem spiritu, alij verò operationes virtutum, alij
prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarum, alij autem interpretatio linguarum. Omnia autem hæc operatur vnus & idem spiritus, diuidens seorsum vnicuique prout
vult. Quæ cùm ita se habeant, Propheta quidem perfecti sunt in prophetia, iusti autem
iustitia, & martyres in confessione. Alij autem in prædicatione, non expertes quidem
istorum communium, sed rectè se gerentes in iis in quibus sunt ordinati. Quis enim sanæ
mentis dixerit Prophetam non esse iustum? Quid enim, non iusti quoque sicut Abraham
prophetarunt?

Bellica nanque Deus dedit huic vt munera obiret,
Illi vt saltaret, cithara cantúue sonaret,

ait Homerus. Sed vnusquisque habet propriam donum à Deo hic quidem sic, ille verò sic:
Apostoli autem fuere pleni in omnibus. Inuenies itaque, si volueris, ex eorum rebus ge-
stis & scriptis, eorum cognitionem, vitam, prædicationem, iustitiam, castitatem, prophe-
tiam. Sciendum est autem quòd etsi Paulus sit tempore recentior, vt qui statim floruerit post
Domini assumptionem: eius tamen scriptura dependet ex veteri testamento, illinc &
spirans & loquens. Quæ est enim in Christum fides, & Euangelij cognitio, est expositio Esai.7.
& legis adimpletio, & ideo dictum est Hebræis: nisi credideritis, non intelligetis: hoc est,
nisi credideritis qui per legem est prædictus, & à legis oraculo est significatus, non intel-
ligetis vetus testamentum, quod ipse per propriam expositi personam: Qui autem intelli-
git & perspicit, hic est, qui est cognitione præditus. Est autem eius opus non à malis absti-
nentia, ea est enim basis maxim profectus, sed nec aliquid boni facere, vel propter metum.
Scriptum est enim: Quò fugiam, & vbi abscondar à facie tua? Si ascendero in cælum, tu Psal.138.
illic es: si abiero ad extrema maris, illic est dextera tua: si descendero in abyssos, illic spiritus
tuus. Sed neque propter spem promissi honoris: dictum est enim, Ecce Dominus, & mer- Apoc.22.
ces eius à facie eius, vt reddat vnicuique secundum opera sua, quæ oculus non vidit, & au- 1.Cor.3.
ris non audiuit, & in cor hominis non ascenderunt, quæ præparauit Deus iis qui ipsum di-
lexerunt. Sola autem quæ propter charitatem fit beneficentia, propter ipsum honestum est
expetenda ei qui est cognitione præditus. [k] Iam verò ex persona Dei, Domino dictum est:
Pete à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Petitio maximè regia, quæ docet homi- Psal.2.
num salutem peti sine mercede, vt nos simus hæredes & possideamus Dominum. Contrà
autem alicuius vsus gratia, nempe vt hoc fiat, vel illud non fiat, eam quæ circa Deum
versatur desiderare scientiam, non est proprium eius qui est cognitione præditus: causa
autem contemplationis ei sufficit, ipsa cognitio. Ausim enim dicere, non eò quòd velit
saltus esse, eliget cognitionem, qui persequitur cognitionem propter iustam diuinam scien-
tiam. Intelligere enim ex continentia & exercitatione, extenditur ad id quod est sem-
per intelligere: Est autem semper intelligere, cùm per temperationem nullis distinctam in-

ternallis, facta fuerit eius qui cognoscit essentia, & perpetua contemplatio vitæ manet substantia. Si quis ergo per hypothesim ei qui est cognitione præditus proposuerit, vtrum malit, Dei cognitionem, an salutem æternam, sint autem ea separata, cum sint omnia eadem, nihil penitus dubitans elegerit Dei cognitionem, propter se iudicans esse expetendam eam quæ fidem transcendit per charitatem ad cognitionem, proprietatem. Hæc igitur prima eius qui est perfectus beneficentia, quando non sit propter aliquem vsum eorum quæ ad se pertinent. Cùm autem iudicauerit pulchrum esse & honestum id quod est bonum facere, vehementer incitata operatio bene se geritin omni actione, non in aliqua eadem rectè, in aliqua verò non, sed in benefaciendi habitu constituta, neque præterea propter gloriam, aut vt philosophi dicunt εὐκλειας, id est, famam illustrem, neque propter mercedem aut ab hominibus, aut à Deo, ad imaginem & similitudinem Dei vitam peregerit. Et si aliqua ratione ei bonum operanti aliquid contrarium occurrerit, talionem persequi relationem vt bonam, citra vllam acceptæ iniuriæ recordationem, proinde, vt qui ea iustos & iniustos, existat iustus & bonus. Eis qui sunt huiusmodi dicit Dominus Matth. 5. Estote sicut pater vester perfectus. Ei caro est mortua, viuit autem ipse solus, vt qui spirituale in sanctum templum Domino conseceauerit, veterem peccatis obnoxiam carnem ad Deum conuertens. Is non est amplius continens, sed præuenit ad habitum impassibilitatis, vt diuinam figuram induat expectans. Si eleemosynam, inquit, feceris, nemo Matth 6. te videat: si ieiunaueris, vngere, vt Deus solus cognoscat, nullus autem homo. Sed neque ipsum oportet ferretur, debet scire se misereri: sic enim erit aliquando quidem misericors, aliquando verò non. Cùm autem ex habitu fecerit id quod est beneficium, naturam boni imitabitur. Affectio autem & natura erit & exercitatio. [1] Non oportet autem elatos transmouere, sed ingredientes peruenire quò oportet. Hoc est enim trahi à patre, dignum effici vt præter virtutem à Deo accipiat, & currat citra impedimentum: & si electum odio habeant aliqui, is nouit eorum inscitiam, animi eorum miserens ignorationis. Meritò ergo ipsa diligit cognitio, & eos qui ignorant docet & erudit omnem Dei omnipotentis honorare creaturam, siquidem Deum didicit diligere. Is non ità habebit virtutem vt ea vel violenta possit amitti, vel in somniis, vel vlla visione, quoniam nec à seipso vnquam excidit habitus, ab eo quod est esse habitum, excidens. Siue ergo cognitio dicatur esse habitus vel affectio, eò quod nunquam subeant diuersæ notiones, principalis pars animæ manens non abrabilis, non assumit aliquam visorum diuersitatem, quæ ex diurnis motibus fiunt pulchra somnians. Propterea certè Dominus quoque præcipit vigilare, vt nec nostros quidem in somnis vnquam moueatur anima animi perturbationibus, sed noctis quoque institutionem, tanquam quæ interdiu operetur, duram & immaculatam imperat custodire. Hæc est enim, quæ sit, quoad eius fieri potest, Deo assimilatio, mentem conseruare ea habitudine ad ea quæ sunt eadem. Varia autem affectio, est per eam quæ est ad res materiales assensionem. Qua quidem ratione mihi videntur noctem vocasse σώφρονα, quoniam anima tunc cessans à sensibus conuertitur ad seipsam, & est magis prudentiæ particeps. Propterea ergo sacra quoque mysteria maxime noctu fiunt, significantia eam quæ 1. Thess. 5. noctu fit, animæ à corpore contractionem. Ne dormiamus igitur vt reliqui, sed vigilemus & sobrij simus. Qui enim dormiunt, noctu dormiunt: & qui inebriantur, noctu inebriantur: nos autem cùm simus diei, sobrij simus, induentes loricam fidei & charitatis, & galeam spem salutis. Quæcunque autem dicuntur de somno, eadem etiam oportet audire de morte: vtrunque enim significat abscessum animæ, mors quidem magis, somnus verò minus: quòd quidem potest etiam accipi ab Heraclito. Homo in lætitia tangit sibi mortuus, extinctus: viuus autem tangit mortuum, dormiens extinctum. Vigilans



Vigilans tangit dormientem: Beati enim qui viderunt Dominum, ex sententia Apostoli. Quoniam tempus est iam nos ex somno surgere: nunc enim est propius nostra salus, quàm cùm credidimus. Nox processit, dies appropinquauit. Deponamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Diem autem allegoricè dicit filium & lucem, & rursus præcepta arma lucis metaphoricè. [m] Hac ratione dicunt oportere nos ablutos, ad sacrificia & preces ire mundos & splendidos, & hoc quidem fieri symboli signiue gratia, esse scilicet extrinsecus ornatum & emundatum. Emundatio autem est, ea quæ sunt sancta animo agitare & sentire. Quinetiam imago quoque fuerit baptismatis, quæ etiam à Mose Poëtis tradita fuit hoc modo:

Cùm hausit aquam, mundas gestans in corpore vestes,
Penelope venit ad preces, Telemachus autem
Ablutúsque manus pelago, edit vota Mineruæ.

Hic erat mos Iudæorum, vt etiam sæpe in lecto tingerentur. Bene ergo illud quoque dictum est: Non lauacro mundus esto, sed animo. Est enim perfecta, vt sentio, mundities, quæ est mentis & operum & cogitationum, & præterea sermonis quoque synceritas, & vltima peccatis somniis vacuitas. Est autem sufficiens, vt ego quoque quidem opinor, homini purgatio, perfecta firmáque ac stabilis pœnitentia, sicùm de præcedentibus nos damnauerimus actionibus, anterius procedamus, postea intelligentes, & mentem immersam sustollentes, tam ab iis quæ per sensum delectant, quam à prioribus delictis. [n] Si itaque scientiæ quæ dicitur γνῶσις, data est etymologia ex stratione & quiete, quæ dicitur στάσις, eius sumenda est explicatio, quoniam nostram in rebus sistit mentem, quæ prius aliàs aliter ferebatur. Similiter fidei quoque πίστεως inquam, danda est etymologia, animæ nostræ κατάθεσις, id est, circa id quod est statio & quies. Nos autem eum qui semper est & in omnibus iustus scire cupimus, qui nec timens supplicia quæ à lege statuuntur, nec eorum cum quibus versatur, & qui peccata persequuntur, odium vitans in improbos, nec quod ex ipsis sceleribus & flagitijs impendet periculum reformidet, iustus permanet. Qui enim propter hæc abstinet à faciendo aliquid ex ijs quæ sunt iniusti, non est sua sponte, sed metu bonus. [o] Atque Epicurus quidem ait eum qui est ex eius sententia sapiens, velle propter aliquod lucrum facere iniuriam. Non enim suadere sibi posse fore vt lateat. Quare si sciuerit fore vt lateat, faciet iniuriam, vt est eius sententia. Et hæc quidem sunt tenebricosa dogmata. Si autem ab iniuria facienda abstinuerit propter spem remunerationis à Deo consequendæ ob ea quæ iustè fecerit, ne sic quidem sua sponte est bonus. Sicut enim illum metus, sic hunc quoque merces iustum facit, vel potius efficit vt videatur iustus.

## COMMENTARIVS.

[m] Dion vere philosophum. Postquam egit de perfectione mulierum Hebræarum, nunc accedit ad mulieres Græcas, quarum ostendit perfectionem in virtute & doctrina. De Lisydisse & Philotheræ pudore fides sit penes authorem: nam Dionis quæ citat nō opinor quidquā hodie extare. A Leæna Attica Aristogitonis amica, cùm Aristogiton & Armodius Hipparchū tyrannū occidissent, quæstione habita exanguem se morsu momordit, ne vllum indicium proderet. Argolicæ mulieres Thelesilla Poëtria duce, Argos defenderunt aduersus Cleomenem Spartanorū regem. Vulgo nota est fabula de filiabus Danai quinquaginta quæ maritos suos Ægypti filios omnes vna nocte interfecerūt, præter Hypermnestrā quæ Lynceo marito pepercit, sed Danaidem quā hic citat nō opinor hodie extare. Atalanta autem quod fuerit virgo velocissima, & quod cum Achæorum iuuentute Calydonium aprum interfecerit; est notius quā vt hic commemorandum. Anticlea mater fuit Vlyssis, an autem ex Laërte, an ex Sisypho latrone, incertū: Vlysses quidem certè obiicit Aiax apud Ouidiū, quod esset cretus ex genere Sisyphio. Sed cum egregiam eius Ouid. 13. Metam. amicitiam prædicet Clemens, non est verisimile Laërte marito suspectam fuisse eius fidē. Alcestidis autem fra Acestæ tantus fuit amor in maritū suum Admetum regem Thessaliæ, vt cum eum breui moriturum nisi quis pro eo moreretur, respōdisset oraculū, ipsa vt eum à morte liberaret sibi mortem consciuit. Spectant subeuntem fata mariti, Alcestē, inquit Iuuenalis, & Seneca, Coniugis fatū redimēs Pheretiades, Vxor impendit animā marito. Porrò autem nō solum viri, sed etiam fœminæ, fuerunt magni & ex-

celsi animi. Ex iis adducit primã Macuriam Herculis ex Deianira filiam. Nam cum Hercules filij Iouis

*Pauſ. in Atticis.* ſteum fugientes Athenas venissent supplices ad Theseũ, bellã autem se ei illaturũ minaretur Eurystheus, oraculum monuit Athenienses victoriæ spem eis esse futuram, si vnus ex liberis se vitro deuouisset. Mo-
curia sibi mortem conscisuit. Quo factum est vt aduersus Peloponesios victoria potiti sint Athenienses,
& fons in Marathone ex ea nomen acceperit. Eius autem tumulum floribus & cotonis ornabant Athe-
nienses, dicentes *βάσκε τὸν μακρὸν ἀγερωχῆ*. Iace in Macariam. Quod prouerbium postea fuit vsurpatũ de his qui

*Eraſ. in Proverb. Cel. lib. 7. ca. 15. Phauorinus & Plinius.* sua virtute se in periculũ coniiciebãt. Ex sex quoq; filiabus Erichthei Athenarum Regis, quarum nomina erant, Protogenia, Pandora, Proetis, Creusa, Orchya, Chtonia, quæ *αἱ Ἐρεχθεῖδαι*, dicte sunt vrgente duce Protogenia & Pãdota pro patriæ salute se iugulãdas obtulere in grauissimo bello aduersus Eleu-
sinios, atque adeò multis mortibus maiora esse perpessum. Horum omnium scopus & finis salus est
animæ, quæ est Christiani perfectio. [1] *Quoniam autem Deus ipse omnipotens.* Volens Deus & suam eccle-
siam, & eius singulos esse perfectos, dedit Apostolos, Prophetas, Euangelistas, Pastores & Doctores,
qui & ipsi in suo genere essent perfecti, & alios perficerent. Quo magis admittendũ est iis propter quos
sunt à Deo dati, vt viri euadant & sint perfecti in plenitudine fidei, dum manent in hac vita. Porro au-
tem si qui ad alios perficiendos sunt à Deo dati, licet sint perfecti in iis ad quæ sunt ordinati, habent ta-
men etiam suam in communibus virtutibus perfectionem, sicut etiam qui communes habent virtutes,
possunt habere Dei dona & charismata. Et sunt quidem varia & diuersa dona quæ dantur ab eodem
spiritu, & non iisdem sed diuersis dantur, & raro contingit vt omnia iisdem dentur, Apostolorum ta-
men tasuit prærogatiua, vt in omnibus excellerent. Inter cæteros autem Apostolos fuit etiam Paulus,
qui tempore quidem fuit recentior, vt qui statim fuerit post Christi assumptionem, sed quæ scripsit de-
prompsit ex veteri testamento: Christum enim prædicans qui in lege fuit prædictus & significatus, quæ
non intelligitur nisi in Christum credatur, qui venit non vt legem solueret, sed vt adimpleret, atq; hoc
quidem intellexit, & perspexit Paulus, docens non posse intelligi, nec perfici legem sine Christo. Quod
quidem qui intelligit, & perspicit, is est cognitione præditus. [2] *Iam verò ex persona Dei Domine dictum est.*
Sum qui Dei habet scientiam, & qui ex charitate bene facit, nihil aliud dicit sibi proponere quã ipsum
bonum & honestum. Qui aliter facit, nempe qui bene facit, vel propter remunerationem, vel propter
gloriam & honorẽ, is nõ est Dei cognitione prædítus. Hoc vt melius intelligamus citat ex psalmis ver-
sum, quo Deus iubet Domino, vt ab eo petat gentes. Quod si fecerit eas illi gratis daturum hæredi-
tatem, significans Christũ & citra remunerationem gentes à Deo accepisse, & gentes ipsas bene facien-
tes nulla sibi proposita remuneratione, sed sola boni & honesti, atque adeò ipsius Christi confideratio-
ne, salutem consecuturos, & ipsum Christum possessuros. Hoc Dei præstat cognitio quæ non est des-
perandã, vt aliquid quod nobis sit vtile assequamur, vel quod sit noxium repellamus, sed propter solam
Dei contemplationem, in qua consistit salus hominis, dum Deum contemplando eo fruitur. Contem-
plationis autem causa est Dei cognitio. Et sunt quidem hæc duo, nempe salus hominis & Dei contem-
platio, ita coniuncta, vt non possit vnum ab altero separari. Quod si fieri posset vt separarentur, mallet
vir bonus Dei cognitione prædítus æterna carere salute, quam Deũ non cognoscere, & non contẽpla-
ri. Et quidem contemplatio, rerum diuinarum in mente agitatio, quod Græci dicũt *νοῆσιν*, nos autem
id verumq; significantes dicimus intelligere. Et incipit quidem hæc cotemplatio in iis qui se à voluptã-
tibus continentes exercent in Dei meditatione, sed ea non est sempiterna contemplatio, etsi ad sempi-
ternam tendat contemplationem, quæ tum demum existit, quando nullis interrupta interuallis, ei qui
Deũ cognoscit, ita inhæret, vt dici possit in eo consistens esse vita. Propter se autem expetenda à cogno-
scente indicatur hæc Dei cognitio, vt cuius hæc sit proprietas, vt propter charitatẽ fidem superet. Cre-
di quidem potest esse Deum, etsi non diligatur, cognosci autem non potest nisi diligatur, & charitas ef-
ficit et cognoscatur. Hinc ergo fit vt Dei cognitio sit maior fide, cum fides esse possit sine charitate, co-
gnitio autem minime. Nam nec Deus cognoscit hominem, nisi diligat: peccatores enim nõ nouit quos
non diligit, eos certe dicit se nescire: nec homo Deum diligit, quem non nouit: non nouit autem qui
præcepta eius non seruat: non seruat autem qui non propter Deum seruat, & propter ipsum bonum &
honestum, penitus neglecta sua vtilitate. Is autem qui ita Deum nouit, vt qui sit perfectus, & propter
Deum & ipsum honestum bene facit, & semper & ex habitu bene facit, bonaque est omnis eius actio, vt
qui non gloriam, non honorem, non mercedem, non remunerationem, sed solum bonum sibi propo-
nat, in vita agenda Deum imitans, qui non propter aliud benefacit quam quod sit bonus. [3] *Non oportet*
*autem elatos transmouere.* Qui Dei habet cognitionem, ex habitu bene facit: sed qui bene facit, eum non
oportet in altum superbia efferri, sed Deum sequendo qui sua gratia eum volentem trahit, ingrediendo
& operare, quæ sunt alioqui ardua & difficilia, & peruenire quo oportet, nempe ad regnum Dei. Perue-
nient autem si Dei virtutis habens gratiam per actam viam currat citra impedimentum. Qui per actam
viam ita currit citra impedimentum, is à Deo est electus. Qui licet à nonnullis odio habeatur, eum ta-
men retardare non poterunt, Deus enim nouit eorum insciticiam, & miseretur eorum ignorantiæ: quo
fit vt in eo impedimento frustra laborent. Porro autem Dei cognitio nos & Deum docet diligere, & eius
opera. Nam cùm Deus sit bonus, & omnia bene fecerit, fit vt bona sint quæ fecit. Quæ autẽ bona sunt
& pulchra diliguntur: hinc fit vt & Deus diligatur & eius creaturæ: qui ergo Dei habet cognitionẽ, ha-
bet charitatem quæ est Dei & proximi dilectio. Cùm autem quæcunque Deus fecit, & sint & bona sint,
nulla creatura est odio habenda, sed peccatum quod non est Dei opus, sed vitium & defectus creaturæ
qui nihil est. Solum ergo vitium & peccatum est odio habendum, vitium autem & peccatum non est in
eo qui Dei habet cognitionem, sed virtus, quæ cùm sit habitus, qui nunquam à se excedit, ea nec inter-
die, nec noctu, nec vllis sommiis, nec visione amittitur: maxime cum quæ principatum obtinet facultas
animæ sit inalterabilis, & nullas diuersas suscipiat notiones, & ne in somnis quidem ex diurnis motibus
accipiat visorũ simulachra. Ideo Christus suos discipulos iubet vigilare, significans nullis animi pertur-



tabat quæ vt pauca afferret quæ illic sunt de matrimonio, quæ per se sunt satis clara. Quæstionis autem
de matrimonio dicit Clemens hunc esse veluti colophonem & summam, honorabile connubiũ, & to-
rum immaculatus: quid enim honestius quam per Deũ coniungi, per Verbum sanctificari, pura & mun-
da esse conscientia, nulla admittere probra stupri & adulterij, & ita se gerere, vt in lecto matrimoniali
nulla penitus insideat macula nec labes? [4] *Cùm vnus itaque scopus & vnus finis.* Dixit superius esse perfe-
ctionem in viris & mulieribus, nũc autem dicit quis nam sit perfectus. Dicit autem ex verbis Petri eum
esse perfectum qui per Christũ quem non vidit, & tamen in eum credit & eum diligit, reportat suæ fidei
finem, salutem animæ. Idem sentit Paulus qui gloriatur se propter Christum plurimũ laborasse, & gra-
uissima, atque adeò multis mortibus maiora esse perpessum. Horum omnium scopus & finis salus est
animæ, quæ est Christiani perfectio. [1] *Quoniam autem Deus ipse omnipotens.* Volens Deus & suam eccle-
siam, & eius singulos esse perfectos, dedit Apostolos, Prophetas, Euangelistas, Pastores & Doctores,
qui & ipsi in suo genere essent perfecti, & alios perficerent. Quo magis admittendũ est iis propter quos
sunt à Deo dati, vt viri euadant & sint perfecti in plenitudine fidei, dum manent in hac vita. Porro au-
tem si qui ad alios perficiendos sunt à Deo dati, licet sint perfecti in iis ad quæ sunt ordinati, habent ta-
men etiam suam in communibus virtutibus perfectionem, sicut etiam qui communes habent virtutes,
possunt habere Dei dona & charismata. Et sunt quidem varia & diuersa dona quæ dantur ab eodem
spiritu, & non iisdem sed diuersis dantur, & raro contingit vt omnia iisdem dentur, Apostolorum ta-
men tasuit prærogatiua, vt in omnibus excellerent. Inter cæteros autem Apostolos fuit etiam Paulus,
qui tempore quidem fuit recentior, vt qui statim fuerit post Christi assumptionem, sed quæ scripsit de-
prompsit ex veteri testamento: Christum enim prædicans qui in lege fuit prædictus & significatus, quæ
non intelligitur nisi in Christum credatur, qui venit non vt legem solueret, sed vt adimpleret, atq; hoc
quidem intellexit, & perspexit Paulus, docens non posse intelligi, nec perfici legem sine Christo. Quod
quidem qui intelligit, & perspicit, is est cognitione prædítus. [2] *Iam verò ex persona Dei Domine dictum est.*
Sum qui Dei habet scientiam, & qui ex charitate bene facit, nihil aliud dicit sibi proponere quã ipsum
bonum & honestum. Qui aliter facit, nempe qui bene facit, vel propter remunerationem, vel propter
gloriam & honorẽ, is nõ est Dei cognitione prædítus. Hoc vt melius intelligamus citat ex psalmis ver-
sum, quo Deus iubet Domino, vt ab eo petat gentes. Quod si fecerit eas illi gratis daturum hæredi-
tatem, significans Christũ & citra remunerationem gentes à Deo accepisse, & gentes ipsas bene facien-
tes nulla sibi proposita remuneratione, sed sola boni & honesti, atque adeò ipsius Christi confideratio-
ne, salutem consecuturos, & ipsum Christum possessuros. Hoc Dei præstat cognitio quæ non est des-
perandã, vt aliquid quod nobis sit vtile assequamur, vel quod sit noxium repellamus, sed propter solam
Dei contemplationem, in qua consistit salus hominis, dum Deum contemplando eo fruitur. Contem-
plationis autem causa est Dei cognitio. Et sunt quidem hæc duo, nempe salus hominis & Dei contem-
platio, ita coniuncta, vt non possit vnum ab altero separari. Quod si fieri posset vt separarentur, mallet
vir bonus Dei cognitione prædítus æterna carere salute, quam Deũ non cognoscere, & non contẽpla-
ri. Et quidem contemplatio, rerum diuinarum in mente agitatio, quod Græci dicũt *νοῆσιν*, nos autem
id verumq; significantes dicimus intelligere. Et incipit quidem hæc cotemplatio in iis qui se à voluptã-
tibus continentes exercent in Dei meditatione, sed ea non est sempiterna contemplatio, etsi ad sempi-
ternam tendat contemplationem, quæ tum demum existit, quando nullis interrupta interuallis, ei qui
Deũ cognoscit, ita inhæret, vt dici possit in eo consistens esse vita. Propter se autem expetenda à cogno-
scente indicatur hæc Dei cognitio, vt cuius hæc sit proprietas, vt propter charitatẽ fidem superet. Cre-
di quidem potest esse Deum, etsi non diligatur, cognosci autem non potest nisi diligatur, & charitas ef-
ficit et cognoscatur. Hinc ergo fit vt Dei cognitio sit maior fide, cum fides esse possit sine charitate, co-
gnitio autem minime. Nam nec Deus cognoscit hominem, nisi diligat: peccatores enim nõ nouit quos
non diligit, eos certe dicit se nescire: nec homo Deum diligit, quem non nouit: non nouit autem qui
præcepta eius non seruat: non seruat autem qui non propter Deum seruat, & propter ipsum bonum &
honestum, penitus neglecta sua vtilitate. Is autem qui ita Deum nouit, vt qui sit perfectus, & propter
Deum & ipsum honestum bene facit, & semper & ex habitu bene facit, bonaque est omnis eius actio, vt
qui non gloriam, non honorem, non mercedem, non remunerationem, sed solum bonum sibi propo-
nat, in vita agenda Deum imitans, qui non propter aliud benefacit quam quod sit bonus. [3] *Non oportet*
*autem elatos transmouere.* Qui Dei habet cognitionem, ex habitu bene facit: sed qui bene facit, eum non
oportet in altum superbia efferri, sed Deum sequendo qui sua gratia eum volentem trahit, ingrediendo
& operare, quæ sunt alioqui ardua & difficilia, & peruenire quo oportet, nempe ad regnum Dei. Perue-
nient autem si Dei virtutis habens gratiam per actam viam currat citra impedimentum. Qui per actam
viam ita currit citra impedimentum, is à Deo est electus. Qui licet à nonnullis odio habeatur, eum ta-
men retardare non poterunt, Deus enim nouit eorum insciticiam, & miseretur eorum ignorantiæ: quo
fit vt in eo impedimento frustra laborent. Porro autem Dei cognitio nos & Deum docet diligere, & eius
opera. Nam cùm Deus sit bonus, & omnia bene fecerit, fit vt bona sint quæ fecit. Quæ autẽ bona sunt
& pulchra diliguntur: hinc fit vt & Deus diligatur & eius creaturæ: qui ergo Dei habet cognitionẽ, ha-
bet charitatem quæ est Dei & proximi dilectio. Cùm autem quæcunque Deus fecit, & sint & bona sint,
nulla creatura est odio habenda, sed peccatum quod non est Dei opus, sed vitium & defectus creaturæ
qui nihil est. Solum ergo vitium & peccatum est odio habendum, vitium autem & peccatum non est in
eo qui Dei habet cognitionem, sed virtus, quæ cùm sit habitus, qui nunquam à se excedit, ea nec inter-
die, nec noctu, nec vllis sommiis, nec visione amittitur: maxime cum quæ principatum obtinet facultas
animæ sit inalterabilis, & nullas diuersas suscipiat notiones, & ne in somnis quidem ex diurnis motibus
accipiat visorũ simulachra. Ideo Christus suos discipulos iubet vigilare, significans nullis animi pertur-

*Odyſſ.*

*Celſlib. 14. c. 1. & Laert. lib. 6. Plutarch. in Pericle.*

*Plin. lib. 35. cap. 11.*

bationibus agitandam esse animam, & perinde atque si interdiu operaretur, à visis & insomniis puram & immaculatam esse conseruandam. A visis autem & insomniis pura & immaculata conseruabitur, & Deo, quoad eius fieri potest, assimilabitur, si mens versetur in habitudine ad ea quæ sunt eadē, seu quæ similiter & eodem modo se habent, nempe quæ sunt diuina & æterna, & cadunt sub intelligentiam. Varia autem incertaque & instabilis erit animæ affectio, si versetur in iis quæ cadunt sub sensum, & sunt materialia. Atque ea quidem perturbant animam, vt quæ eam in varia distrahant, & efficiant vt non sit hoc sit turbulenta, sed non ea nox quæ ἐνυχέρα dicitur ἀπὸ τῆ ἐνύειν, id est ab eo quod est esse prudentem, quod anima cessans à sensibus ad se conuersa, & à corpore contracta, fiat prudens. In hac etiam nocte olim fiebant mysteria, in qua à corpore contracta & separata anima euadebat prudens. Separata autem anima à corpore, & somno & morte, sed morte maxime. Hanc autem animæ quæ noctu sit separata, & non, pulchrè quidē sed obscurè significauit Heraclitus dicēs Græcè, ἀθάνατοι θνητοὶ θνητοὶ ἀθάνατοι ζῶντες τὸν ἐκείνων θάνατον τὸν δὲ ἐκείνων βίον τεθνᾶσι. Vbi non existimo esse legendum ἐνυχερεύειν, id est lætitia, sed ἐνύειν, id est, nubes, vt hic sit sensus, homo noctu tangit lucem sibi mortuus, extinctus, id est, homo mortuus & extinctus, vt qui à somno sit priuatus sensibus, tangit lucem, id est, apprehendit diuina, & quæ cadunt sub intelligentiam. Viuus autem tangit mortuum, id est viuens anima tangit corpus mortuum, licet enim sit somno separata, adhæret tamen corpori quod est mortuum, vt quod non sentiat, & cuius extincti sunt oculi, vt quod non videat. Vigilans tangit dormientem: vigilat enim anima, corpus autem dormit. Qui verò autem diuinarum & æternarum se dedunt contemplationi, ij dicuntur vigilare. Qui verò sensuum sensilium & materialium immergunt studio, ij & dormire dicuntur & inebriari. Etideo inbet Chriſtus Discipulis vt vigilent, id est diuina & æterna cogitent, & præcipit Paulus ne dormiamus vt cæteri, id est vt vigilemus & sobrij simus. Cæteri quidem noctu dormiunt & inebriantur, sed qui sunt Dei cognitione præditi, ij Deum meditantur & contemplantur, & cùm sint filij lucis, tantum abest vt operibus tenebrarum, vt etiam noctu opera lucis cogitent, & de vita rectè agenda soliciti, ea potissimum quæ pertinent ad salutē. Diem autem & lucem allegoricè appellat Paulus Dominū, Dei scilicet filium, cuius appropinquare dicit aduentū: arma autem lucis quibus nos vult indui, ea sunt Dei præcepta quæ sunt ad salutem necessaria. Seruanda enim ea dicit Deus si velimus esse salui. [m] *Hæ ratione dicunt pedes non ablutos.* Ex eo quod citauit Paulum dicentem deponenda opera tenebrarum, & induenda arma lucis, ex eo arripuit occasionem dicendi non oportere nos nisi præparatos accedere ad preces & sacrificia. Præparatio autem erat aquis ablui & mūdari, extrinsecus autem ablui est signum seu symbolum emundationis: interna autem emundatio est cogitare quæ sunt sancta. Externa quoque emundatio quam à Mose acceperunt Iudæi, vt in multis locis videre licet in Leuitico, & qua etiam à Mose ante preces & sacrificia vtebantur Græci, vt testis est Homerus in Odyssea, dicens Penelopen & Telemachum se lauasse priusquam venirent ad vota & preces, significabat Baptismum Christianum. Vtebantur autem lotione Iudæi, non solum in sacrificiis, sed etiam in comiuiis, & hoc est quod dicit Clemens hunc fuisse morem Iudæorum, vt etiam sæpe in lecto tingerētur nempe in triclinio vel mensa. De iis dicit Marcus; Phariſæi & omnes Iudæi non comedebant nisi crebro lauerint manus, tenentes traditionem seniorum. De iis etiam scribit Tertullianus lib. de Baptismo. Iudæus Israël quotidie lauit, qui quotidie inquinatur. Ablutio autem significat internam emundationem quæ est externa longe præstantior, quo anima est melior quam corpus. Dicit itaque; Animo esto mundus non lauacro: balneo enim emundantur externæ sordes, internæ verò animo. Perfecta autem est emundatio, quandonec in mente, nec in verbis, nec in operibus, & nec in somnis quidem est aliquid pollutum. Nihil est autem quod magis purget hominem, quam de malis actionibus ita dolere, vt ad eas nunquā redeas, mentem autem insum tollas, & ad bonas actiones anterius semper progrediaris. Hæc autem est firma & stabilis prouidentia. [n] *Si itaque scientia quæ dicitur.* Antea sæpe locutus est de Gnostico, id est de eo qui per fidem habet cognitionem, quæ etiam dicitur scientia, vt autem quisnam is sit melius intelligamus, veritatēque magis scientiæ & fidei dat etymologiam, sed sua lingua nempe Græca, quem sermo latinus non admittit. Scientia ergo quæ est latine scientiæ etymologia, quam accepit ex Cratylo Platonis, est ex eo quod sistat tem. Tum demum enim mens sistitur & quiescit, quæ prius per res singulares seu particulares errabat innumerabiles, quando vniuersæ consistit in vno genere, id contemplans, à singulorum quæ mentem confundunt & distrahunt desistens consideratione: σκέψις autem, id est latine fides hæc est etymologia ἀπὸ τῆ στάσεως, id est stātio & quies circa id quod est. Esse autem dicitur, id quod est diuinum & æternum. Neque enim propriè esse dicuntur quę perpetuo otiuntur & occidunt. Qui ex hac iustitiæ scientia & fide in Deum est iustus, is semper est iustus, & sua sponte iustus non metu. Non enim est iustus quod timeat supplicia quæ à lege irrogantur, nec minas formidet quæ vel à iudicibus intentantur, vel ab improbis hominibus. Sola eos propter se in officio continet iustitia, non metu. [o] *Atque Epicurus quidam.* Est verisimile his verbis fuisse conceptā Epicuri sententiā, sapientē propter lucrū non facturū iniuriam. Neque enim speraret futurum vt lateat. Ex quo infert Clemens, Epicurum in hac fuisse sententia, sapientem propter lucrum facturum esse iniuriam, si speraret fore vt lateret. Sed qui iniuriam non facit eo quod metuat ne non lateat, is non sua sponte est iustus, sed metu: imò nē iustus quidem est, id videtur. Sic & qui ab iniuria facienda abstinet, vel facit quod iustum est propter spem assequendæ mercedis, is non sua sponte est iustus: sed iustus est qui propter ipsam iustitiam iustè facit: Mercenarius enim non tam iustum facit, quam efficit vt videatur. Quod si etiam renera est iustus, non est tamen tam perfectè iustus, quam qui iustè facit propter iustitiam.

*Matt. 7. & Matth. 15. Tertul. de Baptis.*

[l] Eam autem



[l] EAM *autem spem quæ est post mortem, non solum sciunt qui barbaram persequuntur philosophiam, bonis quidem bonam, malis autem contrariam, sed etiam Pythagoræi: nam illi quidem spem in fine denunciabant iis qui philosophabantur, cùm etiam Socrates dicat in Phædone, bonas animas hinc cum spe bona excedere: & rursus malos vituperans, ei opponit dicens: viuunt enim cum mala spe. Et videtur etiam consentire Heraclitus, per ea quæ dicit differens de hominibus: Homines mortuos manent quæ non sperant, nec expectant.*

[a] *Diuinè ergo Paulus apertè scribit ad Romanos: Afflictio patientiam operatur, patientia* Rom. 5. *verò probationem, probatio autem spem, spes verò pudore non afficit. Propter spem enim suam est patientia, spes autem est etiam æquinoctē spei redditio & restitutio, quæ etiam pudore non afficit, vt quæ probris & contumeliis non amplius afficiatur.* [b] *Qui autem nudæ vocationi, quatenus vocatus est, obedit, is neque propter timorem, neque propter voluptates, vllis ad cognitionem. Non enim considerat an aliquod vtile lucrum aut delectatio aliqua extrinsecus consequatur, sed tractus à dilectione eius qui verè est amator, & ad id quod fieri oportet adductus, pius est Dei cultor. Vnde nec si per hypothesim à Deo acceperit potestatem faciendi ea quæ sunt prohibita, citra vllam pœnam: neque si propterea beatorum bonorum acceperit eum esse ei promissum fuerit: sed nec si persuasum habuerit fore, vt Deum lateant ea quæ gerit (quod quidem fieri non potest) in animum vnquam esse inducturum, vt aliquid agat præter rectam rationem, cùm id quod verè est honestum, & ex seipso eligendum, & ea ratione expetendum amandúmque, semel elegerit. Non enim in esca ventris es-* 1. Cor. 8. *se quod bonum est acceperimus. Audiuit autem ille quòd cibus Deo nos non commendabit, neque matrimonium, sed neque abstinentia à matrimonio in ignoratione: sed opus ex virtute quod fit per cognitionem. Nam canis quoque qui est animal expers rationis, sic dicatur esse continens, dum eum timet qui tollit baculum, & ideo à cibo abstinet. Horum ergo scias quod ablata quæ facta est promissio, & circumscriptus is cuius minæ intentatæ sunt metus, & separatum quod impendet periculum arguit propositum. Non enim ipsi rei naturæ se proprè coniungunt, & accommodant, vt reuera comprehendant per cognitionem, esse quidem bona omnia quæ creata sunt ad vsum nostrum: vt matrimonium, exempli gratia, & liberorum procreatio si assumpta sint cum temperantia: bona autem esse melius per eam quæ est* [c] *Deo assimilationem, euadere impatibilem & virtute præditum: sed ex iis quæ extrinsecus adducuntur bonis vel malis, ab aliis quidem abstinent: ab aliis verò minimè. Quinetiam ea à quibus abstinent abhorrentes, creaturam & opificem cernuntur accusare: & licet ipsa specie versentur fideliter, habent tamen impium iudicium.* [c] *Illud autem, Non concupisces, neque necessitate eget quæ est ex timore, quæ cogit abstinere à suauibus: neque mercede, quæ per promissionem persuadet reprimere appetitiones. Neque obedientiam propter mandatum, sed propter promissionem eligunt, qui Deo propter promissa obediunt, à voluptate inescati. Sed neque auersatio à rebus sensilibus, effecerit consequenter coniunctionem cum iis quæ cadunt sub intelligentiam. Contrà autem, cum iis quæ cadunt sub intelligentiam coniunctio, ei qui est cognitione præditus, secundum naturam deducitur à rebus sensilibus, vt qui per eorum quæ sunt pulchra electionem, bonum scienter elegerit, & admiretur quidem generationem & sanctificet Creatorem: sanctificet autem eam quæ sit Deo assimilationem. Sed ego me à cupiditate liberabo, dixerit ô Domine, vt mihi tecum intercedat coniunctio: pulchra enim est quæ vtique creata est dispensatio, & omnia rectè administrantur, & nihil fit sine causa. In tuis me esse oportet, ô Omnipotens, & licet hic fuerim, sum apud te. Volo autem expers esse metus, vt ad te possim appropinquare, meditans vt tua paucis contenta sit electio, quæ iusta est, eorum quæ sunt bona ex similibus. Mystice admodum & sanctissimè nos docens Apostolus, eam quæ vere grata est electionem, non quod*

alia tanquam mala reprobet, sed quòd bonis censeat esse meliora, significauit dicens: Qui
1. Cor. 7. re & qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit: & qui non iungit, melius facit: id quod honestum est, & facultatem præbet indiuulse Domino assidendi. Sciuit autem quæ difficiliter quidem parari possunt, non esse necessaria: quæ autem sunt necessaria, peratu facilia benigne facta esse à Deo. [d] *Quamobrem bene dicit Democritus, naturam & doctrinam rem esse persimilem. Causam autem breuiter reddimus. Doctrina enim hominem concinnat & componit: concinnans autem ac componens, naturam ei tribuit: neque interest an fuerit natura effectus talis, an tempore & disciplina transformatus: utramque autem tribuit Dominus, illud quidem per creationem, hoc verò per recreationem & renouationem, quæ fit ex testamento. Quod autem conducit ei quod est magis principi, id est magis eligendum: est autem omnium maximè princeps, mens: sic ergo videntur res à bonesta esse iucundissima, & ex se præbere eum quem desiderant fructum, nempe animæ tran-*
Prou. 1. Psal. 8. Ioan. 10. *quillitatem. Qui autem me audit, inquit, requiescet in pace confidens, & sine metu conquiescet ab omni malo. Confide in toto corde tuo & mente tua in Deo. Hoc modo fieri potest vt qui est cognitione præditus, iam Deus euaserit, Ego dixi Dij estis, & filij Altissimi. Dicit autem Empedocles quoque sapientum animas Deos fieri, hoc modo scribens:*

Postremò vates, & qui hymnos carmine dicunt,
Et medici in seclis qui hominum terrestribus insunt:
Hinc existunt Dij, sunt quorum maximi honores.

*Atque homo quidem qui est in genere, fingitur ex idea spiritus qui est congenitus. Neque enim informis & figuræ expers creatur in officina naturæ, vbi hominis generatio vsquequaque perficitur, cùm sit communis & ars & essentia. Homo autem hic quispiam, seu bonus seu malus, singularis, characterem suscipit ex forma animæ insita eorum quæ elegerit. Quæ ratione Adam quoque dicimus fuisse perfectum, quod attinet ad formationem: nihil enim ei defuit ex iis quæ homini formæ & speciei characterem tribuunt. Ille autem dum fieret, accepit perfectionem, & iustificatus est per obedientiam. Hoc erat quod in virum crescebat, nempe quod in eius potestate erat situm, seu liberum arbitrium. Quod autem elegerit, atque adeo id quod erat vetitum elegerit, non est culpa in Deum conferenda. [e] Duplex enim est generatio, vna quidem eorum quæ gignuntur, altera verò eorum quæ fiunt: & hominem quidem magni & fortis animi virtus cùm sit, vt aiunt, sua essentia perturbationibus & animi motibus obnoxius, reddit metus expertem & insuperabilem eum qui est eius præceptis, & est ira mentis satelles in patientia, & tolerantia, & iis quæ sunt similia. Sed cupiditate autem collocatur & temperantia, & salutaris prudentia. Deus autem impatibilis, iræque expers & cupiditatis, & non per eam est metus expers, aut ea quæ sunt molesta & grauia. Sed neque est temperans aut imperat cupiditatibus: neque enim in graue aliquod aut molestum Dei natura inciderit. Neque fugit Deus timorem, sed nec concupiscet, vt etiam imperet cupiditati. Mysticè ergo apud nos quoque dictum est*
θεὸς, ἀπὸ τοῦ θεῖν. *illud Pythagoræum. Oportere hominem quoque fieri vnum. Nam ipse quoque Pythagoras est vnus, cùm sit vnus Deus per immutabilem huius habitum, quòd bona sectari semper currant. Iam verò Seruator per cupiditatem vnà etiam sustulit iram, quæ est vehemens cupiditas. In summa enim, patibilitas est per quoduis genus cupiditatis. Qui autem ad impatibilitatem deductus homo, Deus efficitur citra vllum inquinamentum, sit vnus. Quomodo ergo qui in mari anchora stabiliuntur, trahunt quidem anchoram, non illam autem attrahunt, sed seipsos ad anchoram: ita qui per vitam quæ proficiscitur accommodationem, Deum trahunt imprudentes, & non aduertentes, seipsos ad Deum adducunt. Qui enim Deum colit, seipsum colit. In vita ergo quæ versatur in contemplatione, sic quis*



*curam gerit, dum Deum veneratur, & per suam synceram purgationem Deum sanctum sanctè contemplatur. Quæ enim assistit temperantia, seipsum assiduè considerans & contemplans, Deo quoad eius fieri potest, assimilatur.*

## COMMENTARIVS.

[a] *Et ad autem spem quæ est post mortem.* Cùm sint tres Theologicæ virtutes, fides, spes, & charitas, dixisset eorum de iustitia quæ est propter spem remunerationis, attripuit occasionem loquendi de spe quę est post mortem. Eam spem dicit non solum scire Hebræos quos vocat barbaros, sub eis comprehendens etiam Christianos, verùm etiam Græcos, ad id ostendendũ citans Pythagoreos Platonem, & Heraclitum. [b] *Qui autem nude vocationi.* Quinã bene faciant & quomodò perfectè bene faciant superius expositum fuit. Nunc autem dicit quinã perfectè bene faciant. Perfectè autem bene faciunt qui à Deo vocati nudæ parẽt vocationi. Dicitur autem nudæ parere vocationi, qui nihil aliud sibi proponit, quã vt Deo vocanti obediat propter Dei amorẽ, non aliquam vtilitatem se spetans inde consecuturũ. Is pie Deum colit qui nõ propter aliud quam propter Deũ bene facit, & ne si Deus quidẽ ei permittat quod fieri non potest, & id dicimus per hypothesim, vt faciat quæ sunt prohibita, nunquã id faciet quod est præter rectam rationem. Bona quidẽ sunt omnia quæ à Deo ad vsum nostrum sunt creata, sed tum demum nobis sunt bona, si iis vtimur ex recta ratione & cognitione, vt cibus, matrimonium, à matrimonio abstinentia. Bonum enim dicimus quod fit ex virtute & recta ratione. [c] *Illud autem, Non concupiscetes.* Pergit adhuc ostendere quid sit perfectè bene facere, nempe quando bene fit propter Deum & propter ipsum bonum & honestum. Quando autem propter aliud, id non est perfectè bene facere. Vnũ ex Dei præceptis est, Non concupiscẽs. Ex eo præcepto perfectè bene fit, quando propter ipsum Deũ, & eius præceptum non concupiscitur. Sin autem à suauibus & iucundis abstineatur, quod timeatur ne ex eo nobis aliquid mali accidat, aut nostrã reprimamus apetitionem quod se continenti sit aliquid promissum, non rectè non concupiscitur. Neque enim propter Deum, & eius præceptum non concupiscitur. Non est enim præcepto obediendũ propter promissum, sed propter præceptum, & quod Deus id præceperit. Nam qui propter promissum bonũ præceptũ exequitur, is non à præcepto inducitur, sed à voluptate inescatur. Quoniam autem hic agitur de non concupiscendo, videri autẽ posset nõ concupiscere qui auocatur à rebus sensibus, vt qui coniunctionem habeat cum iis quæ cadunt sub intelligentiam, tacite obiectioni respondet Clemens, non omnẽ qui auocatur à sensilibus, coniunctionem habere cũ iis quæ cadunt sub intelligentiam. A sensilibus quidem auertuntur, atqi adeo eas auersantur hæretici, qui Creatorem oderunt & rem creatã, sed non ideo coniunctionem habent cum iis quæ cadũt sub intelligentiam. Aliter autẽ se habet is qui cognitione præditus contemplatur & coniungitur cũ iis quæ cadũt sub intelligentiã. Is enim secundã naturam auocatur à rebus sensilibus, vt qui ea quæ cadunt sub intelligentiã sensilibus præstantiora recte intelligat & ea eligat, non audit autẽ generationẽ, sed eam laudat & admiratur, nec vituperat Creatorem, sed cum sanctũ pronunciat, eam quoqi vitam censet esse sanctam, quæ quoad eius fieri potest, accedit ad Dei similitudinẽ qui nullis affectibus & animi perturbationibus est obnoxius. Bona quidem esse omnia quæ sunt à Deo creata, & sine causa nihil ab eo esse factũ, se autẽ non cõcupiscere quod Deo velit coniungi, se etsi hic sit, cũ eo esse, paucis esse contentos à Deo electos. Non actiuam quidem vitã esse reprobandam, sed eligi vt meliorem eam quæ versatur in Dei cõtemplatione. Ita censet Paulus benefacere patrem qui virginẽ iungit matrimonio, melius autem qui non iungit, vt ipsa à matrimonij oneribus & molestiis libera Deum colat liberius. Esse quidẽ matrimonium necessarium, nõ itidem vitam cõtemplatiuam, sed facilius & expeditius est matrimoniũ, difficilior autem vita contemplatiua. Parari enim facile voluit Deus quæ sunt necessaria, nõ itidem quæ sunt non necessaria. [d] *Quamobrem bene dicit Democritus.* Locutus de coniunctione cum iis quæ cadũt sub intelligentiam, quæ est contemplatio, nunc loquitur de doctrina, quæ est coniuncta contemplationi. Citans autem Democritũ dicit naturam & doctrinam rem esse persimilem: cur autem sint persimiles, hãc affert rationẽ. Natura quidem facit & format, doctrina autẽ non facit & format, sed quod factum fuerat & formatum, mutatum autem erat & deprauatũ, concinnat & componit, & quodammodo reformat, & quam amiserat naturam ei tribuit. Id enim dici potest de doctrina quod dici solet de consuetudine, Doctrinã esse alteram naturã: interest id autem quod sit natura & quod sit doctrina hoc interest, quod repente quidẽ faciat natura, longo autem tempore & disciplina, doctrina: & quem facit quidẽ natura is factus dicitur, quem autem mutatum in pristinam formam restituit doctrina, is non dicitur factus, sed transformatus. Vtrumque autem datur à Domino Deo, & quod facit natura, & quod reformat doctrina, & dat quidẽ id quod facit naturam per creationem. Deus enim assidue operatur & semper creat per naturã, quo fit vt etiam dicatur Deus natura naturans. Dat etiã quod reformat doctrina per recreationem & renouationem quæ fit ex testamento: vtrumqi enim datum est testamentum vt lapsa repararetur natura. Quod autẽ in homine principatũ obtinet, id reparatur. Quod principatum autem obtinet, id est mens: quod autem cõfert ei quod principatum obtinet, id est eligendum: menti autem quæ principatum obtinet nihil magis confert, nec maiorem fructũ affert, quam id quod est bonum & honestum. Fructus autem quem affert bonũ & honestũ, & quem mens maxime desiderat, est animæ constantia & tranquillitas. Hoc autem assequitur qui intrinsecus loquentem audit sapientiam, & toto corde & mente confidit in Deo. Cuius autem mens per doctrinam ita est reparata, vt tota in Deo confidat, & ita nullis affectionibus & animi perturbationibus sit obnoxius, is Deus euaserit: non quod ad Dei naturam peruenerit & essentiam, sed quod prope accedat ad Dei similitudinem, per quandam participationem. Neque verò mirum, si quos Deus hoc spiritu inspirauit ab ipso Dij vocentur, & filij excelsi, cùm non vereatur Empedocles Vates hym-

nographas, & medicos Deos vocare. Porro autem duplicem esse hominem dicit Clemens, & qui in genere & absolute est homo, & eum qui est hic, vel ille, nempe singularis seu particularis. Fit autem homo qui est absolute & in genere, ex idea spiritus congeniti, in effigiem eiusdem, nempe in vtero mulieris. Et sunt quidem in mente diuina rerum omnium ideæ, ex quibus formantur quæcunque hic oriuntur: & variarum quidem rerum sunt variæ ideæ, hominis autem idea est congenitus spiritus. Ex hac autē spiritus idea quæ formam & figuram habet intelligentia prædicta, quodammodo, quē vocat mysticum, efficitur hominis generatio, hominis, inquam, qui in genere & absolute est homo. Quod quidem fieri non est mirū, cùm artificis, nempe Creatoris, ars sit cognitio & sententia: ita ergo à Creatore ex idea congeniti spiritus formatur homo perfectus, & perfectionem habet. Adæ quod attinet ad formationem, nihil enim ei defuit quod pertineret ad exprimendam hominis figuram & characterē. Qui est ergo homo in genere & absolute, ita formatur, vt forma & figura hominum omnium sit in vno quam in altero. Non ita autem se habet homo singularis seu particularis, qui & ipse quidem eius formatio, ab alio homine nihil differt, differt autem si consideretur liberum arbitrium: quod ex anima sulcipiens characterem, non eodem modo se habet in omnibus. Nam etsi omnes habeant libertatem eligendi potestatem, non omnes tamen idem eligunt, sed & in vno quoq; & eodem confert liberum arbitrium, quod à Deo quidem datum hominem reddit perfectum, si eo recte vtatur. Sin autem ea eligēdo peccarit, vt quod vel malè vel malum elegerit, Deo non est imputandum qui liberum dedit arbitrium, sed homini qui eo malè est vsus quo bene vti poterat. Nō est culpa in Deum conferenda, qui Adamo eligendi liberum dedit arbitrium, sed in Adamum, qui male elegit malum quod erat vitium. *Duplex enim est generatio.* Qui est homo in genere & absolute, nullam ab alio homine habet differentiā, non est enim homo aliud quam homo. Homo autem singularis qui non consideratur vt homo propter formationem, sed vt qui characterem acceperit ex iis quæ elegit anima, cùm non sit omnium eadem, sed diuersa electio, à singulis aliis differt hominibus. Eorum autem hanc affert causam, quod simplex sit generatio. Vna quidem eorum quæ generantur, altera verò eorum quæ fiunt. Quæ generantur quidem sunt eadem, cùm sit vna & eadem omnibus forma: quæ fiunt autem non sunt eadem, cum incrementum accipiant & diminutionem. Fiunt autem virtutes, vt quæ spatio temporis doceantur, vt fit vt sint alij magis, alij minus virtute prediti. Atq; consistunt quidem virtutes in regendis & moderandis animæ facultatibus, mente scilicet, ira & cupiditate, quę si limites ex cedant & modum non teneant, vitia vocantur: sin autem in medio consistant & ratio quidem regat mentem, fortitudo autem regat iram, & temperantia libidinem & cupiditatem, exclusis vitiis in anima regnat virtus. Atque hæc quidem sunt animi motus & perturbationes quos regit & moderatur virtus. Non est autem mirū quod sint in homine motus & animi perturbationes: non enim est proprie homo vnus, in quo est mens, ira, & cupiditas. Quo fit vt cum non sit vnus, necesse sit vt sit patibilis, Deus autem cum sit vnus, non est affectibus obnoxius, & est impatibilis, & neque in eo est vitium, cum omnibus careat affectibus, qui modum non tenentibus, existit vitium, & nec est in eo qualis in homine virtus. Non est autem vbi non sunt qui regantur affectibus & motus: in Deo autem non sunt affectus & animi motus, cum in Dei naturam nihil graue cadat & molestum, graues autē & molesti sunt affectus, Deus ergo nec tristatur, nec metuit, nec concupiscit, sed nec iram refrænat, nec metum fugit, nec imperat cupiditati, cum in eo nec sit ira, nec metus, nec cupiditas, etiamsi ei tribuantur in scriptura per figuram quæ dicitur ἀνθρωποπάθεια. Cum autem quod Deus sit impatibilis, causa sit quod sit vnus, homo autem, quoad eum fieri potest vult Deum imitari, & esse impatibilis, oportet eum non esse quidem vnum, quod Deo est solum, sed fieri vnum, mystice, id est arcano & ineffabili modo, quod à Pythagora quidem dictum, à nostris quoque est vsurpatum. Oportere autem hominem fieri vnum, sicut vnus est Deus, per hoc quod significatur quod vnius Dei sit vnius Pontifex. Vnus autem est Deus quod sit immutabilis essentiæ, à quo bona currūt omnia: ducta est enim Dei etymologia ἀπὸ τοῦ θεῖν, quod currere significet. Impassibilia autem sunt, qui à nullis agitantur animi motibus & perturbationibus. De quo etiā dictum est à Domino seruatore nostro in lege datum præceptum, eo tamen quod statuit non esse concupiscendum, simul etiam omnes alios sustulit affectus. Nam & in ira est vindictæ cupiditas, nec vllus est animi motus & perturbatio, quæ dicitur Græcè πάθος, latine autem, si liceat dicere, passio, quæ non iam habeat cupiditatem. Vt ergo ostenderet omnes tollendos esse affectus, legislatori satis esse visum est id præceptum ceret, Non concupisces: Qui est autem impatibilis, & nullis inquinatus animi perturbationibus, Deus, quoad eius fieri potest, efficitur seu deificatur, non est quidem vnus, quod Dei est solius, sed quodammodo, id est vnicus, seu singularis. Qui autem ita sustulit omnes animi motus, & perturbationes, is est spectatus Dei contemplatione. Qui autem Deum cōtemplatur similis est ei qui in mari stabiliter ab ancora pendet, ad se quidem vult Deum attrahere, sed ipse ad Deum attrahitur imprudens & non aduertens. Nam qui Deum colit, seipsum colit, & Deum venerans suæ salutis curam gerit, & cum se pure & sancte expiarit ac purgauerit, Deum sanctum sancte intuetur & contemplatur. Cum autem expiatio & expurgatio non fiat sine temperantia, ea seipsam considerans & contemplans, Deo, quantum fieri potest, similis redditur.

*Non concupiscet.*

VIII. [a] IAM verò id est in nostra potestate, cuius ex æquo sumus Domini, & cuius quod est aduersatur, vt philosophari, vel non: & credere, aut non credere. Per hoc ergo quod sumus æquè participes vtriusque eorum quæ inter se aduersantur, inuenitur fieri posse id quod est in nostra potestate. Quinetiam præcepta sunt eiusmodi vt à nobis possint fieri vel non fieri, quæ



consentaneum est vt consequatur laus & vituperatio: & qui rursus puniuntur propter ea quæ ab ipsis admissa sunt peccata, propter ipsa sola puniuntur. Præterierunt enim ea quæ facta sunt, neque fieri potest vt sit vnquam infectum quod factum est. Dimittuntur ergo quæ facta sunt ante fidem, non vt non facta sint, sed tanquam non facta sint. Sed ne omnia quidem, dicit Basilides, sed sola dimitti inuoluntaria, & quæ fiunt per ignorationem, perinde ac si homo aliquis, non Deus, tam magnum præberet donum. Hæc dicit Scriptura: Existimasti inique, quòd ero tui similis? Sed etsi punimur propter voluntaria, non vt non facta fuerint, sed quòd facta sint punimur. Punitio autem non tollat eum qui peccauit ad hoc vt non fecerit, sed ad hoc vt non peccet amplius, neque vllus alius incidat in similia. Hic ergo bonus Deus castigat propter has tres causas: primum quidem, vt is qui castigatur, seipso melior euadat: deinde, vt ij qui possunt salui fieri per exempla, præparentur admoniti: & tertiò, ne is qui iniuria afficitur, contemptui habeatur, & aptus sit ad iniuriam accipiendam. Sunt autem duo quoque modi correctionis: vnus quidem, docendo: alter verò, corrigendo, quem etiam castigantem diximus. Sciendum est autem eos qui post lauacrum in peccata incidunt eos esse qui castigantur. Quæ non prius facta sunt, dimissa sunt: quæ autem postea fiunt, expurgantur. [b] De incredulis dictum est, eos esse reputatos tanquam puluerem quem proiicit ventus à facie terræ, & stillam quæ à situla excidit. Beatus est qui habet scientiæ disciplinam, & neque ad damna ciuium, neque ad iniustas impellitur actiones, sed immortalis naturæ senij expertem intuetur ornatum, quanam ratione, & quo pacto, quóue modo constiterit. Ius autem qui sunt eiusmodi, nunquam turpium factorum insidet meditatio. Meritò ergo Plato quoque eum qui ideas contemplatur, dicit esse victurum Deum inter homines: mens autem est locus idearum, mens verò est Deus. Eum qui Deum in quem non cadit aspectus contemplatur, dixit Deum viuentem inter homines. Porrò autem in Sophista quoque Eleatem hospitem qui erat dialecticus, Socrates Deum nominauit, quales sunt externis diis hospitibus similes, qui in vrbes ventitant. Quando enim anima quæ transcendit generationem per se fuerit, & cum ideis versatur, qualis est qui est Coriphæus in Theæteto, is factus tanquam angelus, erit cum Christo, vt qui versetur in contemplatione, semper Dei voluntatem considerans: reuera hic solus prudens, isti volitant velut vmbræ. Mortui enim sepeliunt mortuos suos. Vnde dicit Hieremias: Implebo ipsam mortuis terra genitis, quos percussit ira mea. [c] Atque Deus quidem cùm non possit demonstrari, non datur sui scientia: filius autem est & sapientia, & scientia, & veritas, & quæcunque sunt cum eo genere coniuncta. Quinetiam habet & demonstrationem, & ratiocinationem. Omnes autem spiritus potestates, cùm simul vna res factæ fuerint, itidem perficiant, nempe filium. Est autem indefinitus vnaquaque suarum potestatum notione. Quanquam non sit verè vnum vt vnum, neque multa vt partes filius, sed vt omnia vnum, vnde etiam omnia. Est enim idem circulus omnium potestatum, quæ in vnum circumuoluuntur & vniuntur. Eo ideo Verbum dictum est Alpha & ω, cuius solius finis sit principium, & rursus desinit in id quod est desuper principium, nusquam distantiam accipiens & dimensionem. Quamobrem in ipsum & per ipsum credere, est vnicum fieri scilicet in ipso indiuulse vnitum: non credere autem est dubitare, spacióque ac interuallo disiungi ac diuidi. [d] Propterea hæc dicit Dominus: Omnis filius alienigena, incircumcisus corde, & incircumcisus carne, hoc est, immundus & corpore & spiritu. Non ingredietur in sancta ex alienigenis in medio domus Israël, præterquam Leuitæ. Alienigenas autem dixit eos qui noluerunt credere, sed volunt esse increduli: soli ergo ij qui puram agunt vitam, verè sunt Dei sacerdotes. Ea de causa cùm omnes tribus circun-

*Psal. 49.*

*Psal. 1.*

*Esai. 40.*

*Hesiodus.*

*Matth. 8.*

*Ezech. 44.*

ciderentur, reputatæ sunt sanctiores quæ vngebantur in Pontifices, & Reges, & Prophetas. Vnde eis præcipit ne tangere quidem mortuos, nec ingredi ad obeuntes, non quia sceleratum sit corpus, sed quòd peccatum & inobedientia sit carnalis, & in corpore versetur, sitque mortua, & ideo abominanda. Ad solum ergo patrem & matrem, filiumque & filiam mortuam permissum est ingredi sacerdoti, quoniam hi soli sunt cognati carnis & seminis, à quibus proximam & continentem causam ingressus in vitam accepit quoque sacerdos. Mundantur autem hi quoque septem diebus, per quot dies fit generatio: septenus enim numerus celebratur, octauo autem offert propitiationem, vt scriptum est in Ezechiele, per quam propitiationem potest accipi promissio. Perfecta est autem, vt existimo, purgatio ac emundatio, quæ per legem & prophetas est propitia fides in Euangelium, & quæ est per omnem obedientiam puritas, cum rerum quoque mundanarum depositione, vsque ad pretiam tabernaculi depositionem à iucundo vsu animæ. Siue ergo fuerit tempus quod per septem quæ enumerantur periodos, in summam redit quietem: siue septem cœli, quos quidem per ascensum numerant: siue etiam inerrans regio, quæ appropinquat mundo ac percipitur intelligentia, dicatur Octaua: dicit tamen oportere eum qui est præditus cognitione, emergere ex generatione & ex peccato: septem itaque diebus sacrificium iustiæ pro peccato. Cautio enim mutationis adhuc tangit septimum ambitum. [c] Iob. 1. Iustus: Ipse, inquit, nudus sum egressus ex vtero matris meæ, & nudus illuc vertar. non nudus à possessionibus, hoc enim est & paruum & commune, sed vt iustus redeo nudus à vitio & peccato, & ab informi simulachro, quod eos consequitur qui male Matth. 18. vixerunt. Hoc enim fuit quod dictum est: Nisi conuersi effecti fueritis vt parui, non intrabitis in regnum cœlorum. Quidam quidem carne, sancti verò anima, per abstinentiam à malis operibus: ostendens quod nos tales esse vult, quales etiam genuit ex matrice aquæ. Generatio enim excipiens purificationem, vult immortales reddere per profectum: impiorum autem lucerna extinguetur. [d] Porrò autem castitatem in corpore & anima, quam it persequitur qui est corporis & animæ incorruptionem describens in Rebecca hoc modo: Virgo autem erat Genes. 24. pulchra, vir non cognouit ipsam. Rebecca autem exponitur Dei gloria: Dei autem gloria est incorruptio. Hæc est quæ verè est iustitia, plura habendo per auaritiam alium non superare, sed totum esse templum Domini sanctificatum. Iustitia ergo est pax vitæ & stabilitas ac tranquillitas, ad quam Dominus amandauit dicens: Abi in pacem. Salem enim pax exponitur, cuius Seruator noster Rex describitur, quem dicit Moses, Melchizedech, Rex Salem, Sacerdos Dei altissimi, qui panem & vinum sanctificatum hoc nutrimentum, in typum Eucharistiæ. Quinetiam Melchizedech exponitur Rex iustus. Vniuoca autem sunt iustitia & pax. Basilides autem qui defecit, iustitiam, & eam solam pacem, existimat manere collocatas in octaua. [e] Transeundum est autem à naturalibus ad moralia, quæ sunt apertiora. Quæ enim de illis habetur oratio, sequitur post eam quæ est in manibus tractationem. Verè ergo Seruator noster nos mysterii initiat, conuenienter iis quæ dicit tragœdia,

Videns videntes, donat & ipsa Orgia.

Quòd si roges, hæc Orgia quámnam tibi habeant speciem, rursus audias:

Arcana non bacchantibus scire haud licet.

Quòd si quis rursus curiosè scrutetur cuiusmodi ea sint, rursus audiat:

Te scire nefas, sed scire est operæprecium.

Qui est impius, sunt huic Dei infesta Orgia.

Deus autem est expers principij, perfectum & omni ex parte absolutum vniuersorum principium,



principium, principij efficiens: & quatenus quidem est essentia, est principium loci efficientis: quatenus autem est bonum, moralis: quatenus autem rursus est mens, ratiocinantis loci & iudicantis. Vnde etiam solus est magister, qui est solus altissimi casti patris, qui eradit hominem. [h] Non ergo rectè faciunt, qui figmentum insectantur, & corpus vituperant, non considerantes corporis constitutionem rectam factam esse ad cœlum contemplandum & instrumentorum sensuum effectionem tendere ad cognitionem, & membra & partes apte esse compositas ad honestum, non ad voluptatem. Vnde suscipit hoc habitaculum animam Deo preciosissimam, & Spiritu sancto dignum censetur per animæ & corporis sanctificationem, vt quod perfectione Seruatoris perficiatur. Quinetiam mutua trium virtutum consequentia inuenitur in homine cognitione prædito, qui moraliter, naturaliter & logicè circa Deum versatur. Sapientia enim est scientia rerum diuinarum & humanarum. Iustitia autem est concentus partium animæ. Sanctitas autem est Dei cultus. [i] Si quis autem dicat se accusare carnem, & propter ipsam generationem, adducens Esaiam qui dicit: Omnis caro fœnum, & omnes gloria hominis tanquam flos fœni. Exiccatum est fœnum, & flos cecidit, verbum autem Domini manet in æternum: audiat spiritum per Hieremiam interpretantem id quod quæritur: Et dispersi ipsos tanquam paleas quæ à vento agitatæ volant in solitudinem. Hæc est sors & pars vestræ incredulitatis, dicit Dominus: Esai. 40. Quia oblitus es mei, & speraſti in falsis, ego quoque reuelabo posteriora tua super faciem tuam, & videbitur ignominia tua, adulterium tuum, & hinnitus tuus, & quæ deinceps consequuntur. Hic est enim flos fœni, & secundum carnem ambulare, & carnales esse ex Apostoli sententia, eos qui sunt in peccatis. [k] Præstantiorem quidem hominis partem esse animam, est extra controuersiam, corpus autem deteriorem. Sed neque anima bonum est natura, neque rursus malum natura corpus. Neque verò quod non est bonum, hoc est protinus malum: sunt enim quædam quæ medium locum obtinent, & in mediis sunt prætermissa & reiecta. Oportebat ergo hominis compositionem, quæ est in sensilibus, consistere ex diuersis, sed non ex contrarijs, corpore & anima. Semper ergo bonæ actiones, vt meliores, attribuuntur ei quod est præstantius, nempe spiritui principali: voluptuariæ autem & peccantes, ei quod est deterius, nempe peccanti spiritui. [l] Iam verò sapientis anima, & eius qui est cognitione præditus, vt quæ hospitio à corpore excipiatur, in id se rectè gerit & honorificè, non in id ipsum nimiam affectionem ostendens aut indulgentiam, vt quæ sit euestigio relictura tabernaculum, si excedendi & migrandi tempus eam vocauerit. Aduena, inquit, sum in terra, & peregrinus sum ego vobiscum. Et hinc externam mundi electionem Basilides eam dixit accepisse, vt quæ sit natura supramundana. Hoc autem non ita se habet: vnius enim Dei sunt omnia, & non fuerit aliquis natura mundi hospes, cùm sit vna quidem essentia, vnus autem Deus. Sed electus vitam agit tanquam hospes, sciens omnia quæ sunt acquirenda, & quæ reijcienda: quæcunque autem bona triplicia esse volunt. Peripatetici, eiu vtitur: quinetiam corpore, sicut aliquis qui procul peregrè profectus, diuersorijs & habitaculis quæ ei in via occurrunt, curam quidem gerens etiam rerum mundanarum loci in quo diuersatur, habitationem autem & possessionem, sicut etiam vsum, relinquens, nulla motus affectione: prompto & alacri animo eum sequens qui è vita abducit: nulla occasione se vnquam retrò conuertens, de incolatu quidem agens gratias, benedicens autem propter exitum, cœlestem amplectens mansionem. Scimus enim quòd si 2. Cor. 5. terrestris habitatio tabernaculi dissoluta fuerit, ædificium à Deo habemus, domum non manu factam æternam in cœlis. Etenim in hoc ingemiscimus, habitaculum nostrum quod est ex cœlo superindui cupientes, siquidem etiam induti non nudi inueniemur. Per fidem enim ambulamus, non per speciem, vt ait Apostolus: magis autem volumus peregrè

nari à corpore, & apud Deum versari. Magis autem est in comparatione: comparatio autem est in ijs quæ cadunt in similitudinem, vt fortior fortibus fortior, fortium autem fortissimus. Vnde subiunxit: Quamobrem contendimus, siue peregrinantes, siue equum versantes ei placere, vni scilicet Deo, cuius omnia sunt opus & creatura, & mundus, & supermundana. [m] Admiror Epicharmum qui apertè dicit: Si fueris mente pura, nulli patieris mortuus. Superius manet in cælo spiritus. Et poëtam lyricum canentem: Imperium autem animæ sub cælo volant in cruentis doloribus, sub malorum iugis ineuitabilibus: [n] rum autem, in cælis habitant, cantibus beatum, magnum canentes in hymnis. Non ergo huc de cælis anima ad ea quæ sunt deteriora demittitur: Deus autem facit omnia ad ea quæ sunt meliora, sed ea quæ vitam elegit optimam ex Deo & iustitia, cælum terra commutat. Meritò ergo Iob qui peruenit ad cognitionem: Nunc, inquit, scio quòd omnia possis, nihil est autem quod tu non possis. Quis enim annunciat mihi quæ non noueram magna & admirabilia quæ nesciebam? Ego autem meipsum vilipendi, existimans meipsum esse terram & cinerem. Nam qui est in ignoratione, est peccato obnoxius, & terra & cinis: [o] consistit autem in cognitione, Deo quantum potest assimilatus, iam est spiritalis, & ab electus. [p] Quòd autem amentes & inobedientes terram vocet scriptura, planum facit Hieremias propheta de Ioachim & eius fratribus, dicens: Terra, terra, audi verbum Domini, scribe virum hunc hominem abdicatum. Alius autem rursus propheta dixit: Audi cælum, & ausculta terra: auditum appellans intelligentiam, & cælum eum qui est præditus cognitione, qui cæli & rerum diuinarum suscepit cognitionem, & ratione factus est Israëlita. Contra enim eum qui elegerat insciti am & cordis hebetem, terram dixit. Et illud, Auscultа, appellauit ab auribus quæ sunt instrumenta auditus, carnalia attribuens ijs qui rebus attendunt sensilibus. Hi sunt de quibus dicit Michæas propheta: Audite populi verbum Domini, qui cohabitatis simul cum doloribus. Et Abraham: Nequaquam, dixit Dominus qui iudicat terram. Nam qui non credidit, omnienter salutari voci iam iudicatus est. Scriptum est autem in libris quoque Regum iudicium & sententia Domini, quæ sic habet: Iustos exaudit Deus, impios autem non seruat, eò quòd ipsi nolint nosse Deum. Absurda enim non faciet omnipotens. [q] Quid ad hanc vocem adhuc dicunt hæreses, cùm omnipotentem bonum Deum prædicet scriptura, & vtiq; & iniustitiæ minimè esse authorem? siquidem ignorantia quidem propterea oritur quòd non cognoscat. Deus autem nihil facit absurdum. Hic est enim, inquit, Deus noster, & non est præter eum qui seruet. Non est enim apud Deum iniustitia, ex sententia Apostoli. Apertè autem adhuc propheta Dei consilium, & cognitionis profectum per hæc dicit: Et nunc Israël, quid Dominus Deus tuus à te petit, nisi vt timeas Dominum Deum tuum, & ambules in omnibus vijs eius? Vt & eum diligas, & illi soli seruias, petitur ait quæ habes potestatem eligendæ salutis. Quid ergo sibi volentes Pythagoræi, iubent cum verecundia præcari? non quòd, vt mihi quidem videtur, existimarent Deum non posse exaudire eos qui tacitè loquuntur, sed quòd iustas vellent esse preces, quas non vereretur quis fandere multis eas scientibus. Nos autem de precatione quidem, procedente oratione, in tempore tractabimus. Debemus autem habere opera clamantia, tanquam in die ambulantes. Luceant enim opera tua. Et ecce homo, & opera eius ante faciem eius. Ecce enim Deus, & opera eius. Deum oportet imitari, quoad eius fieri potest ab eo qui est cognitione particeps. [r] Mihi autem videntur poëtæ quoque electos appellare θεοδίδακτοι, id est, Deo docti, & θεοὺς, id est, diuos, & ἰσοθέους, hoc est, Deo æquales, & διὸς υἱεῖς ἐλαστῆρας, id est, compelle Ioui pares, & θεοειδέα λαὸν ἔχοντες, id est, est quorum similis prudentia diuis, & θεοπρόπους, id est, Deo similes, circumrodentes illud, ad imaginem & similitudinem, quæ Eu-



ripides quidem, In meo, inquit, tergo sunt pennæ aureæ, & aptantur amabili a Sterium talaria, Ibóque in immensum sublatus æthera, Iouem conuenturus. Ego autem Christi spiritum orauerim, vt me in meam sustollat Hierusalem. Dicunt enim Stoici quoque, cælum quidem propriè esse ciuitatem, quæ autem sunt hic in terra, non vtique ciuitates: dici enim, sed non esse. Res enim bona est ciuitas, & populus, honestius aliquis cœtus & multitudo hominum quæ regitur lege, sicut verbo ecclesia, ciuitas quæ non potest circumsideri, nec opprimi tyrannide. In terra diuina voluntas, in terra sicut in cælo. [s] Huius autem ciuitatis imagines poëtæ quoque condunt, scribentes: Hyperboreæ enim & Arimaspiæ ciuitates, & campi Elysij, sunt Reipublicæ & ciuitatis iustorum instituta. Scimus autem Platonis quoque Rempublicam esse positam in cælo vt exemplar.

## COMMENTARIVS.

[m] ADMIROR EPICHARMVM. *id est in nostra potestate.* Quoniam superius dixerat hominem singularem qui differt ab homine qui est in genere seu absolute, accipere characterem ex forma animæ insita eorũ quæ elegerit, differt autem & virtus & vitium ex libero arbitrio, quod est in nostra potestate, visum est ei aliquid dicendi de eo quod est in nostra potestate, id est de libero arbitrio, quod Græcè dicitur, τὸ ἐφ' ἡμῖν, & τὸ ἐξουσιαστικὸν, id est, quod est in nobis, seu in nostra potestate. Ita autem definit liberum arbitrium, id per quod omnes faciendi vel contrarij sumus domini. Ex quo infertur quod cũ vtriusq; contrarij simus participes, id potest à nobis fieri quod facere fieri est in nostra potestate, & in nostro libero arbitrio. Cum ergo sit in nostra potestate vel bonum vel malum eligere, & virtus est habitus electiuus & itidem vitium, nec liberum tollit arbitriũ Dei gratia nos ad virtutem adiuuans, nec maligni tentatio nos ad vitium inducens. Bene enim vel male nostra sponte facimus, nec voluntas nostra vnquã cogitur. Quod autem faciendi vel non faciendi liberum habeamus arbitriũ, ex hoc licet intelligere quod nobis à Deo data sint præcepta, quæ si fecerimus, laudamur, si nõ fecerimus, vituperamur. Sed nec punirentur qui peccata admiserunt, si non esset in eorũ potestate ea vel admittere vel non admittere. Propter peccata autem non solũ vituperamur, sed etiã punimur nisi ea dimittantur. Dimittũtur autem quæ facta sunt, non vt nõ facta sint nunam quod factum est infectum esse non potest, sed quasi non facta sint. Quæ ante fidẽ facta sunt peccata, in baptismo dimittuntur. Quodquidem ita est intelligendũ, quod efficiat baptismus, non vt ita dicamur vt facta non sint, sed vt non magis imputentur quam si facta nõ essent. Dimittuntur autem in baptismo omnia peccata, neque est adhibenda Basilidis distinctio, sintne voluntaria ab inuoluntaria, & admissa sint à sciente an ab ignorante. Hæc distinctio adhibita est à Basilide, non considerante omnium peccatorum in Baptismo remissionem esse donum nõ hominis sed Dei. Donum autem hominis longe superatur à dono Dei, quod non existimauit Basilides. Siue ergo remittantur peccata, siue puniuntur, remittuntur quidẽ, non vt nõ facta, sed quasi reputentur esse nõ facta, puniuntur autẽ non vt nõ facta sint, sed quod facta sint. [n] *De intercedente dictum est.* Fideliũ peccata ante fidem admissa baptismo remittuntur: quæ autem post fidem, pœnitentia. Quo fit vt fiant puri & mundi & apti ad vitam rectè & ex virtute agendam. Qui autem sunt increduli, & vt qui fide careant, impij, reputãtur vt puluis quẽ proiicit ventus à facie terræ, &, vt stilla quæ cadit ex situla. Nam vt puluere nihil est leuius & instabilius qui in omnem partem à vento facile impellitur: ita impius qui non in fide firmas & stabiles egit radices, in omnes malas actiones & quæuis scelera à maligno spiritu impellitur. Ita etiã reputãtur similes stillæ cadenti ex situla, quæ nihil habet momenti vt ad hor irrigata fructum ferat. Atq; pulchrũ quidem est esse mundũ à peccatis, sed beatus ille est qui expurgatus à peccatis, & nulli faciẽs iniuriam totũ se dedit scientiæ & contẽplationi, & cõsiderat quomodo diuina natura sit immortalis, & in eã non cadat sẽnũ neq; vllus interitus. Qui ita diuinam cõtemplatur naturã, nihil vnquã turpe cogitat, sed in summi boni veritatis meditatione: quo fit vt beatus iure dicatur. Eũ certe Plato non solũ dicit beatum, sed etiam dum Ideas contemplatur, viuere Deum inter homines. Quod autem Deus sit hanc affert causam, quod sicut Deus est mens in qua rerum omniũ consistunt ideæ, dicitur enim mens locus idearum, ita mens quoq; hominis quæ Ideas contemplatur, Deus à Platone dicitur. Socrates autẽ in Theæteto, paulo modestius Philosophũ non esse Deum dicit, sed diuinũ, ὅτι μοι δοκεῖ, inquit, αἰνιγματώδη εἶναι, ὅτου ἀνὴρ ἐστὶν ὁ ἄνθρωπος οὐκ εἰδέναι. Mihi quidem vir, inquit, nullo modo videtur Deus. Nam omnes, inquit, ego Philosophos tales appello. Nõ omnes Philosophi Dij aut diuini dicuntur, sed qui sunt Coryphæi, nempe qui peruenerũt ad summũ gradum philosophiæ, & quorũ quidem corpus iacet in ciuitate, & ibi terrantur, mens autem hæc inferiora parua ducẽs & nihilifaciens, quoquo versus fertur, vt ait Pindarus, ea quæ sunt sub terram & quæ super terram dimetiens, & vniuersam vniuscuiusq; eorũ quæ sunt scrutans naturam, ad nihil eorũ quæ prope sunt se demittens. Ita anima transcendens generationem, nempe ea quæ cadunt sub ortum & interitũ, & per se est & versatur cum ideis, est tanquam. Angelus cum Christo semper contẽplans & Dei considerans voluntatẽ. Hic solus est prudens, cuius ità contemplatur anima, reliqui omnes qui terrena tantũ considerant, tanquã umbræ volitant, & nec sapiunt & planè sunt mortui. De iis intelligit Christus cũ dicit mortuos sepelire suos mortuos. Nam cùm ea demum viuant quæ vere sunt, non viuit qui quæ verè sunt non considerat, sicut nec vivit corpus quod caret anima. [o] *Atque Deus quidem cum non possit demonstrari non cadit sub sensum.* Cùm contemplationẽ magis ornasset laudibus

occurrit dubitatio, quidnam Deum iuuet contemplari, cùm Deus sciri non possit. Quod autē sciri non possit ex hoc probatur, quod cum scire sit per causam cognoscere, quod fit per demonstrationem. Deum autem non possit demonstrari, ergo nec sciri. Respondet autem Clemens, Deum quidem per filium posse. Quomodo enim comprehendi posset prima rerum omnium causa? Potest tamen sciri per filium, qui est sapientia, scientia & veritas. Solus certe patrem nouit filius qui est in sinu patris, & cui ipse pater ius ipse essentię. Is autem filius cum sit λόγος, id est & ratio, & verbum, vtrumque enim significatur in creatione & mūdi administratione Patris demonstrat essentiam. Demōstrat enim patrem & pro terū omnium causam quam à patre accipit, & docet homines per rerum creatarū effectus, quę sit effector. Est enim filius & demonstrator & rātiocinator, quod non cadit in patrem, qui neq; sciri admittit essentiā nec effectus nisi per filium explicat hominibus. Et ita filius demonstrationem habet & ratiocinationē seu discursum, vt qui non solū efficiat vt sciatur Deus, sed ipse quoq; sciat. Quamuis autem Dei nō possit haberi scientia quatenus est demonstrabilis, nisi ipsū demonstret filius qui est sapientia scientia & veritas, potest tamen ab expurgato homine cognosci per visionem cuiusdam quæ ἐπιστήμη Græcè dicitur. Ab ea tam necessaria quam probabilia absunt argumēta, sola autem mens à corpore abstracta & veluti excedens in Dei qui comprehendi nō potest definitur gloriam & maiestatē. Sed licet Deus non comprehendatur, vt qui nec definiri, nec diuidi nec componi possit, per filiū tamen nempe per Verbum sciri potest & cognosci, vt qui & eandem ab eo acceptam demōstret essentiā, & in operibus explicet quis sit rerum opifex. Postquam autem ostendit Clemens filium esse sapientiā scientiam, & veritatem, aliquid addendū esse censuit ad intelligendū ipsum filium qui nos docet sentire. Dicit ergo eū non solū esse sapientiā, scientiā, veritatem, demonstrationē & discursum seu ratiocinationē, sed etiā cum omnes spiritus potestates in filio simul fuerint, eas simul perficere & confirmare in eo significans omnem esse perfectionem: Quod autē verti potestatem id Græcè est δύναμις quod est intelligendum de ea potestate seu potentia quæ exit in actum. Nam in rebus quidem naturalibus prodit actus desinit potentia. In rebus autē diuinis adeo simul stāt potestas & actus, vt nullus actus si non sit actus: esse enim & posse idem est in rebus perpetuis. Ipse certe Deus qui est potens, ea ipsa potentia est merus actus. Quod autem verti potestates, verti poterat virtutes, sed tollenda erat virtutis & potentiæ. Quomodocunq; autem verterim, per potestates existimo intelligendum, non vis facultates & potentias seu magis virtutes. Eiusmodi sunt quas vocat Esaias spiritum intellectus, spiritū consilij & fortitudinis, & eiusmodi alia quæ filio sunt attributa. Neq; vero mirum est si quod ex potentia est attributum, alteri quoque attribuitur, quando est ex iis quæ vni Deo conueniunt. Verum tamen Dei cum sit Deus, nullis contineatur terminis ac limitibus, vt qui sit infinitus, ita vnaquæq; eius potestatum seu attributorū notio infinita sit oportet. Cùm autem Verbū, Deus, inquā, filius sit infans, vnum quoq; sit necesse est. Nam quod in multas partes est dissectum, id non potest esse vnum. Deus autem eius attributa, quæ ipsa quoq; sunt Deus, cùm Dei nihil sit quod non sit Deus, in partes non potest iudi, quo sit vt & Deus, & eius attributa sint vnum. Sed quid sibi vult Clemens cum dicit filium esse vnū, sed non vt vere vnū. Nam si non sit vere vnum, non est vnum. Ad quod respondendum est, confidere filiū, & vt qui carnem susceperit, & vt qui nondum susceperit. Si confideretur vt qui carnem non habuit, filius est vere vnus, opifex scilicet seipso contentus & clausus, qui supernaturaliter ita est vnus, vt omnia contineat, nullam tamen admittat diuisionem. Neq; enim diuisio dicenda est ab vno progredi & ad eundem per ternatiū regressus, tantū enim abest vt sit diuisio, vt ea potius sit perfectissima vnitas. Sin autem consideretur filius vt qui carnē susceperit, efficit carnis susceptio vt vere non sit vnū. Nam si vnum sit subiectū, aut, vt cum Theologis dicam, suppositū, cum tamen reuera Deus sit & homo, & in eo sit diuina & humana natura, vnum quidē subiectum est Christus, non vnum tamen est diuina & humana natura ex qua constat Christus Dei filius carne tectus. Dicendum itaq; erit, filium vt Dei vere vnum: vt Deum autem & hominem non vere esse vnum. Nam licet vtrumq; coniunctum vnum subiectū seu suppositum, distincta tamen est & discreta diuinitas ab humanitate. Vere autem non est quod est simplex & nullam admittit discretionem & separationē. Porrò autem quamuis in Christo dicantur esse multa, vt cùm in eo dicitur esse diuina & humana natura, nullę tamen in eo sunt partes, cum neutra natura suscipiat diuisionē. Quod si etiā Christo attribuantur sapientia, scientia & veritas, & eę sunt huiusmodi, ea minime sunt partes. Nā cùm quidquid est Dei, Dei ipsi sit essentia, Deus autem non possit diuidi, Dei nullæ possunt esse partes, nō est ergo filius multa vt partes, sed est vnū vt omnia, id est vt essentia quæ est in tribus hypostasibus, seu tribus personis. Triū enim personarū vna est essentia, quæ ab vno prodiens ad ternarium, & ad eum regrediens, plane est totum & perfectum atq; adeo omnia. Ita est filius vnū vt omnia à quo vno sunt omnia, & ad vnum redeunt omnia. In ternario certe qui inest ab vno, rerum est omnium summa perfectio. Assimilatur autem hæc beata trinitas circulo qui est figurarum capacissima, & neq; habet principium nec finem, & in eo dari non potest principium quod non sit idem finis, nec finis qui non sit principium, & in eo vnita omnia circumuoluuntur. Quæcunq; enim Deo attribuuntur, ea simul vnita circumuoluuntur, & vbicunq; est vnum ibi est & alterum, & vbi est vnum. Nam quantumcunq; ea seiungantur & separentur vocabulis & hominum appellationibus, tamen sunt eadem, nec aliud dici potest Dei sapientia quā iustitia, nec iustitia quā scientia. Hinc est quod Verbum apud Ioannem in admirabili illa reuelatione dicit se esse principiū & finem, & quod vbique incipiat, illic & terminetur. Nec principiū autem nec finis eius dici potest, qui nullam suscipiat distantiam & dimensionem. Ex eo autem quod verbū sit eiusmodi vt nullam suscipiat distantiam & dimensionem docet Clemens qualē nostrā oporteat esse fidem. Oportet enim eos qui in ipsum credunt & per ipsum nō credunt enim nisi qui fidem quæ est Dei donū ab ipso acceperint, ita se gerere vt sint cum eo vnum, & ab eo minime separentur, vnū autem sunt nō essentia sed adhæsione qui tota mente & cogitatione adhærent. Non credunt autem qui dubitant, vt qui magno ab eo absint interuallo. Nulli autem mundi

Arist. cap. 4. lib. 3. Physi. Aristot. 12. Metaph. in 5. & 7. & vlt. 8. Physi. Esaiæ 11.

Arist. 1. de cœlo cap. 1.

Apocal. 21. & 22.



credunt, nec magis ei vniuntur, quā martyres, de quibus hic agitur, qui nec morte quidē ab eo separantur. Quos secū sic loquentes inducit Paulus: Quis nos separabit à charitate Christi, tribulatio, an angustia &c. Eum autem locum sic diuinæ concludit; Certus sum quod neque mors, neque vita, neq; angeli neque principatus, neque virtutes, neque longitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei quæ est in Christo Iesu Domino nostro. Fides certē eorum hic dicit, summā complectitur charitatem. [4] *Propterea hæc dicit Dominus: Omnis filius alienigena. Qui erant in circumcisi erant à Deo alieni, vt qui non haberent circumcisionem quæ erat signaculum fidei. Circumcidebantur antē non solū Hebræi, qui erant Dei populus peculiaris, sed etiam alienigenæ qui prius Cātechumeni in lege fuerāt instituti. Sed ad hoc vt atria Domini & sancta possent ingredi, non satis erat præputij cutē circumcidi, sed oportebat eos esse circumcisos & corde & carne, hoc est esse mundos & corde & spiritu. Cor cultello Dei circumcidituꝛ, & aufertur de corde præputium, quando turpes cogitationes nequaquā exeunt è corde vt dici possit: Impingnatum est cor populi huius, & auribus eius grauiter audierunt. Et caro similiter circumciditur, vt nequaquam fiāt opera terrena, quæ pro excellente corporis facere compellimur, cibum capere & potum & somnum, & vti vestibus, quæ tunc circumcidimus, si non ad delitias & luxuriam, & ad inertiam, sed ad necessitatem naturæ, & corporis infirmitatem fulcientaculum cuncta faciamus. Ij qui fic sunt incircumciſi non intrant in sancta, sed soli Leuitæ, quæ Deus vult esse sanctos & puram vitam agere. Ij enim sunt vere Dei Sacerdotes. Circumcidebātur quidē etiam alię tribus, sed sola Leuitica tribus propter sanctitatem vngebat Pontifices, Reges & Prophetas, vt videre licet in Leuitico. Adeo autem mūdos oportebat esse sacerdotes, vt ne ad mortuū quidem hominem liceret ingredi, præterquam ad patrem, matrem, filium & filiam, fratrem & sororem quam nupsisset, alioqui fuissent contaminati. Huius rei causam hanc affert Hieronymus, quod is qui pro alterū peccatis deprecatur, mundus ad altare debeat accedere. Nam quamuis corpus mortuum nō deprecatū, fuit tamen peccatum causa mortis, & in ipsa carne iam mortua fuit peccatum, & inobediēs. Quamuis autē propter cæteros mortuos polluantur Sacerdotes, hoc tamen nō habet locum in patre & matre & cæteris quos diximus, propter propinquitatē generis & seminis, ex quo Sacerdos habet originationem, & ideo propter ingressum ad illos mortuos non contaminatur. Quamuis autem ad illos mortuos sacerdotes nō omnino reddit impuros & immundos propter cognationem, generatio tamen est immundi, vt restet semper aliqua eluēda macula. Et ideo quantumuis dicantur à Moise incontaminabiles septē tamen diebus qui est generationis terminus, (sex enim diebus absoluto opere generationis, Deus requieuit sabbato) mundantur: Octauo autem offertur hostia placationis, seu pro peccato. Septem autem illi dies quibus mundantur perfectam significant pœnitentiam: octauus autem quo offertur hostia pro peccato, significat Dei placationem, qui significat nobis dandā promissam à Deo hæreditatem. Perfecta autem purgatio & emundatio, est fides in Christum deducta à Lege & Prophetis. Sed nō sufficit credere in Christum, nisi Dei obedientia præceptis vita sit pura, & res mundanæ, seculariaque inquam defectui adponantur, vsque ad tabernaculi depositionem à iucundo vsu animæ, id est, vsq; ad mortem. Quoniam autē variis modis accipitur quod dicitur de diebus septē, siue significet certas periodos quietemmitis ac terminatas, siue septē cælos quos sequitur octaua regio inerrans mundo appropinquās, qui cæli sub intelligentiam, his relictis statuit eum qui est cognitione prædītus, id est qui per fidem habet Dei cognitionem, debere emergere ex generatione & ex peccato, nempe ter tenarum rerum relictā contemplatione ad cæleſtia assurgere, & à peccatis discedere. Sed cur septē diebus sacrificantur hostiæ pro peccatis? Quoniam pœnitentia & purgatio est vitæ à peccato mutatio: peccatum autem est generationis. Quæ est autem à peccato mutatio, etsi recedat à peccato, adhuc tamen tangit generationem quæ significatur ambitu septem dierū. Nā licet recedat à peccato, adhuc tamen remanet nobis à generatione contracta quædam ad peccatum propensio. Quo fit vt septem diebus merito sacrificetur pro peccato, vt id vitetur, & ne amplius reuertatur. [5] *Iob autem iustus, Ipse, inquit, nudus sum egressus ex vtero matris meæ.* Docet paulo ante in viro cognitione prædito esse emergendum ex generatione, & ita peccatis esse relinquendum. Ex generatione autem, egreditur qui est Iob iusto similis, qui dicit se nudum ex vtero matris egressum, & nudum illuc reuersurum. Nudus autem regreditur qui recedit nudus à vitiis & peccatis, & nec animo impressam sceleris habet imaginē. Tales sunt qui baptismi lauacro regenerati, dimissis peccatis à malis operibus abstinentes, & in virtutibus proficientes, tendūt ad immortalitatē. Nā in peccato quidem est prior generatio, à peccato antē liberat, & vitam dat æternā regeneratio qua renascimur. Et esse dicit ex aquæ matrice genitos, alludens ad matricē mulieris ex qua concipitur & editur infans. Quemil autē dixerat eos qui sunt regenerati, vt qui sint pij immortales futuros, ex aduerso dicit impios non lucernam, id est, prosperitatem esse extinguendam. [6] *Porro autem castitatem in corpore & anima quam requirimus.* Qui est regeneratus & verbi diuini cognitionem est assecutus, inter cæteras virtutes perseguitur castitatē animi & corporis. Eam Moses significat in describenda Rebecca, pulchra vtens repetitione, & dicit: Virgo erat pulchra, vir autem eam non cognouit. Idem enim est esse virginem, & à viro non fuisse cognitam. A viro autem non esse cognitam, idem est quod esse incorruptam. Porro antē incorruptio est Dei gloria, quæ significatur vocabulo Rebeccæ. Rebecca quidem est patientia, est autē animi ita se gerere, vt nec corpus polluatur nec anima. Ita autē se gerere maxime pertinet ad Dei timorem, in quo nihil est gloriosius, quam quod in eum nulla cadit corruptio & interitus. Eius autē incorruptionem, quoad eius fieri potest, imitatur castitas. Hæc autē castitas est etiam iustitia quæ suum cuique tribuit, & cauens ne per auaritiam vlli faciat iniuriam, efficitur templū Deo consecratū. Ita autem iunctā pax & iustitia, vt vnū sine altero vix possit cōsistere: iustitia enim est pax & tranquillitas ordinis & stabilitas vitæ. Nam si iustitia suū cuique tribuat, tolletur omnis belli causa & seditionis, & erunt pacata omnia. Pax autem quanti sit facienda ex hoc est perspicuū, quod in salute danda, nullū aliud quam pacis vocabulum in veteri & in nouo testamento à Domino sæpius sit vsurpatum. Quid quod Christus

Rom 5.

Hieron. in 24. Ezech.

Psal. 13.

esse voluit Sacerdos secundum ordinẽ Melchisedech? Significat autem Melchisedech regis iustitiæ, & re vera erat rex Salẽ, id est Rex pacis, & certè iustitia & pax sunt vniuoca. Rex autem Melchisedech non fuit figura Christi, nõ quemuis panem dedit in alimentum Abrahæ reuertenti à cæde Regũ, sed quem sanctificatum, id est consecratũ, vt qui esset sacerdos Dei excelsi, in typum Eucharistiæ, in quo sub specie bolis panis & vini Deo cõsecratur, sactificatur & offertur prætiosum corpus & sanguis Christi. Quare autem de iustitia & pace fuerat locutus, visum est ei subiungere quid de eis diceret Basilides. Sic enim ἀνοσιώτατον, sed ego legendum censeo ἀνοσιώτατον, id est qui à fide defecit. Is dicit iustitiam & filii esse posse manere in octonario, alludens ad id quod dicebat Pythagoras, octonario numero significari iustitiam, qui est æqualis pro cuiusq; meritis distributio, ciuitatis solidũ fundamentũ, vt octonarius primus cubus solvitur in numeros pariter pares. [a] *Transcendum est autem à naturalibus.* Ab obscurioribus quæ vocat naturalia trãsit ad ea quæ sunt clariora, nempe ad moralia. Ea nos docet Christus qui est præceptor noster, & qui nos mysteriis initiat. Habebant autem etiã Græci sua mysteria, quæ qui Bacchi celebrabant vocabant orgia. Ea docebat quidem Bacchus, sed non nisi eos qui erant initiati mysteriis, ab eis autem prophanos, id est qui ad sacra nõ erant admissi, arcebat. Ita etiam Christus præceptor noster facit, qui esse dandũ canibus, nec margaritas ante porcos iaciendas esse statuẽs, ad doctrinæ suæ mysteria non omnũ admittit, quibus mysteriorũ patet aditus, per baptismi sacramentũ aperta ianua. Sed ne cum Christum Seruatorem nostrũ dixisset esse magistrũ & initiatorem, patrem videretur à nobis excludere, ea inquam, nos subiret cogitatio, subiungit quidem Deũ esse expertem principij, sed vnius solius principium. Quo fit vt cùm gignat filium, ipse quoq; filius ab eo genitus sit principium. Et vt pater est essentia, bonum & mens ea quoq; sit filius. Quatenus autem filius est essentia, est ipse quoq; principium & efficiẽtis, effector scilicet & creator. Quatenus autẽ est bonũ, bonos docet mores. Quatenus autem mens, docet in differendo ratiocinationẽ & artem iudicandi. Est ergo filius, nempe Verbi, & sermonis vnus magister, vt qui sit vnicus Dei filius. Sed quæ sunt filij, eadem quoq; sunt patris, & quæ sunt filio, eadem quoq; sunt à patre, vt quæ sint vna & eadem essentia. Efficit ergo & creat Pater per filiũ, & docet itidem pater per filium, est enim vna & eadem doctrina patris & filij, & est vnus doctor & magister. [b] *Non ergo factum qui figmentum insectantur.* Erant hæretici, nempe Marcionistæ, qui Deum veteris testamenti, quẽ creatorem dicebant inuehebantur, & creaturam insectabãtur vnius. Et iam quidem diximus esse vtriq; eandẽ creandi potestatem, nec alterũ creare sine altero, cùm vterq; Deus & eadem vtriusque essentia: nunc autem dicit non esse causam cur acculetur creatura, & nominat corpus hominis: non esse enim malũ quod factum est rectum ad Deum contemplandũ. Primum igitur ex ipsa figura corporis ostendit non esse corpus malũ, quod ita factũ est, vt cælum contemplere. Deinde quod in eo sint collocata sensuum instrumenta, quæ tendũt ad cognitionem: omnis enim cognitio procedens à sensibus, peruenit ad intelligentiã, propterea quod omnia membra & omnes partes corporis ita sunt compositæ, vt aptæ sint ad honestum, non ad voluptates. Nam etsi fitin corpore voluptas, ea tamen sibi proponit quod est honestum, nempe liberorum susceptionem. Est itaq; corpus humanæ habitaculum quæ à Deo in maximo prætio habetur, vt quę facta sit ad eius imaginem & similitudinem, & dignum est habitum, postquam est à Domino sanctificatum, vt in eo sanctus habitet Spiritus Sancto enim regenerationis lauacro à Domino sanctificatur & anima & corpus, & hoc est quod ait Clemens Domini perfectionẽ. Deus enim est qui in batipsmo perficit, non signa quę cadũt sub sensum. Ad hæc accedit quod quæ sunt in homine virtutes, ea quoq; sunt in corpore. Nam anima quidẽ est subiectum virtutũ: corpus autem est animæ habitaculum. Pulchrè autẽ dixit esse mutuam inter virtutes consequentiã, sapientiæ & iustitiæ & sanctitatis, quæ ita sunt cõiunctæ, vt non possit vna separari à altera. Nam & qui rerum diuinarum & humanarũ habet scientiam, is Deum rectè colit, & qui Deum rectè colit, in eius anima ira & cupiditas parent rationi. Qui has autẽ habet virtutes, est cognitor præcepta circa Deũ autẽ versatur moraliter: in pietate enim ac religione cernuntur boni mores. Nemo autem versatur is, cui tanquẽ à natura est ingenerata Dei cognitio: logice autẽ versatur, qui à disputatura & de moribus ita differit, vt à pietate non recedat. [c] *Si quis autem dicat se accusare carnem.* Quidam accusabant, citabãt illud tritũ ex Esaia, Omnis caro fœnũ, & omnis gloria hominis quasi flos eius. Sed Clemens adducit Hieremiam hunc locũ interpretantem, & dicentẽ carnis gloriam significare prauitatẽ & prauiationẽ in peccato. Ex quo colligitur non esse vituperandam carnem, sed peccatum. Dicentur igitur incundũ carnem ambulare & esse carnales qui sunt in peccatis, iiq; sunt vituperandi, non autem qui corpus castigant, & in seruitutem redigunt. [d] *Præstantiorem quidem hominis partem esse animam.* Cùm homo ex anima & corpore, & anima quidẽ est pars præstantior, corpus vero deterior: neutrum tamen nec bonum nec malũ sed medium & indifferens. Non sequitur autem quod si quid sit nõ bonum, id sit malum. Hæc autẽ dicit Clemens conuenienter sententiæ Stoicorũ, qui solam virtutem dicunt esse bonam, cætera autem malũ, cætera autem nec bona nec mala, sed media & indifferentia. Et media quidem illis & indifferentibus alia sunt quæ vocãt κατὰ φύσιν, id est præposita, cuiusmodi sunt opes & sanitas, alia vero ἀποπροηγμένα, cuiusmodi sunt morbus & paupertas. Constat vero homo ex anima & corpore, ea vero sunt quidem diuersa, sed non contraria. Nec enim ea inter se pugnant vt bonũ & malũ, est enim vterque medium & indifferens, & tamen præstat anima, corpus vero est deterius. Porro autem vtrumq; habet suas actiones: & quæ sunt quidem bonæ actiones, procedũt à bono spiritu, nempe principali quidẽ Spiritus sanctus, malæ vero, à Dæmone qui est malignus, ita tamen vt neuter liberũ tollat arbitrium, siue Spiritus sanctus bonũ inspirauerit, vel malus malũ suggesserit, est in hominis potestate eorum electio eligere. [e] *Iam vero sapientis anima.* Constat, vt iam diximus, homo ex anima & corpore, sed anima est corpore melior & præstantior, à corpore autem hospitio accipitur. Cũ sit autem anima & corpore præstantior, & hospes corporis, vt quæ in eo peregrinetur, sapientis anima seuere & censorie in illo debet gerere, ita scilicet vt ipsum castiget, nõ autẽ nimia affectione & indulgẽtia corrũpat, vt quæ cum primum Deus



Deus eam vocarit, à tabernaculo, id est è corpore mox sit excessura. Quamuis autem anima sit hospes corporis, non tamen dicendum est eam esse hospitem mundi, vt quæ sit supramundana, vt dicebat Basilidesam & mundi & supermundanorum vna est essentia, sicut vnus est Deus qui creauit omnia. Nullus est ergo mundi hospes, sed tamen qui est electus, etsi mundi non sit hospes, vivit tamen tanquam hospes. Electus est autem qui à Deo vocatus paret vocanti, & ab eo seruatis mãdatis ad vitam æternam eligitur. Quomodo autem viuat hospes docet Clemens: Scit, inquit, quæ sunt acquirenda, & quæ sunt reiicienda. Acquirenda vocat, ea quibus est opus & quæ sunt ad vitam necessaria: reiicienda autem, ea quæ sunt supervacanea, & quibus vtendum est hospiti, bona animæ, bona fortunæ, & bona corporis, & ipsum corpus. Ea vitur hospes sicut qui peregre proficiscitur, occurrentibus in via diuersoriis, & curam quidem gerit rerum mundi quæ sunt in loco in quo diuersatur: sed ita vt nec ibi velit habitare, nec eas res possidere, nec eis perpetuo vti tanquam proprijs, & nullam ad eam habet affectionem vt cuius sit scopus ceteris iter persequi, promptoque & alacri animo Deum sequens, qui ab hac vita caduca deducit ad vitam æternam, quidquid acciderit ad anteriora pergens, nunquam retro aspicit, sed quod hic quidem tanquam incola & peregrinus vitam egerit, agit gratias, Deum autem laudat & benedicit quod hinc sit migraturus, vt qui cæleſtem expetat mansionem. [f] *Admiror Epicharmum qui aperte dicat.* Non solum ex sacris scripturis, sed etiam ex libris Poëtarum ostendit cognosci, & bonorum post mortem esse prẽmia, & malorũ pœnas. Duos autem citat Poëtas Epicharmum & Pindarum. Veereque certe eorum bonos post mortem Deum in cælis laudare, malos autem sub terra tormentis affici dicit. Ex his autem cõcluditur falsum esse quod dicunt nonnulli, à Deo in terram animas dimitti vt puniantur, cùm quæ Deum sequitur recte & iuste vixerit, tantum abest vt tormenta patiatur, vt relicta terra in cælos ascendat. Non ascendit autem in cælos ascendit, sed is demum qui est spiritualis, & ideo cognitione præditus & à Deo approbatus. A Deo autem non cognoscitur, id est non approbatur nec eligitur, qui est terrestris, & qui Verbum non habet cognitionem. In peccato autem est qui versatur in ignoratione: cælum autem non ascendit qui est in peccato. Nihil enim intrat in cælum quod sit pollutum & inquinatum. [g] *Quod autem amentes & inobedientes terram vocet scriptura.* Dixit antea eos cælum ingredi qui sunt spirituales, spiritualibus autem aduersantur peccatores qui Dei non habent cognitionẽ, Deum autem non cognoscunt qui eius præceptis non obediunt, & ideo nec ipsi à Deo cognoscuntur, eos enim demum novit qui sunt sui & quos vt suos approbat. Qui sunt ergo spirituales, ij & Deum cognoscunt, & à Deo sunt cogniti & electi; ij autem sunt qui Dei præceptis parentes ex virtute vitam agunt. Qui Dei autem præceptis nõ obediunt, & vitiis & peccatis se dedunt, ij non sunt spirituales, sed amentes, terrestres & carnales, à Deo autem non cognoscuntur nec eliguntur, sed reprobantur. Quo fit vt cælum minime ingrediantur: cælum autem non ingreditur qui Deo non credit, incredulus autem est qui Dei præceptis nõ obedit. Quod autem tales sint peccatores, probat Clemens testimonio Hieremiæ, Esaiæ, & Michææ, qui peccatores, qui plane sunt amentes, non solum vocat terrestres, sed etiam terram. Qui autem Dei præceptis non parẽt, ij vtiq; & increduli, ipsi iure sunt iudicati: nam cum in eorum sit potestate Deum nosse, eum nolunt cognoscere. Quo fit vtipse Deus eos nec cognoscat, nec tanquam suos approbet & eligat. Eos itaque nec eruditi nec seruat. Iusta est enim eius sententia qui iustos quidem approbat & eis dat salutem: iniustos autem & impios reprobat & condemnat. Quod nisi faceret, esset iniustus, in Deum autem non cadit iniustitia. [h] *Quid ad hanc vocem adhuc dicunt hæreses.* Ex eo quod dicit scriptura Deum omnipotentem esse iustum, & nihil in se habere absurdi, arripit occasionem insectandi Marcionistas & alios hæreticos, qui dicebant Deum veteris testamenti esse malum, noui autem bonum, cùm vtriusque sit vnus Deus, & nec vitij nec iniustitiæ sit author. Ex eo enim oritur vitium quod Deus non cognoscatur: consistit autem vitium ex Dei ignorantia. Non aliud autem à nobis petit Deus, qui eligẽdæ salutis habemus potestatem, quam vt eum diligamus, & eius præcepta custodiamus, non alio autem tendunt eius præcepta quam vt eis parentes iuste viuamus, & ita vitam æternam assequamur. Est ergo Deus bonus & iustus, & eos vult bene & iuste viuere. [i] *Mihi autem videntur.* Dixit paulo ante electos, Deum, quoad eius fieri potest, imitari. Hos autem electos nunc dicit à Poëtis Græcis, Diis similes esse appellatos, vsurpantibus id quod à Mose scriptum est, Deum creasse hominem ad imaginem & similitudinem suam. [k] *Atque Euripides quidem.* Quod hic adducit Clemens ex Euripide, videtur Euripides scripsisse, cùm præter fabulosas litteras legisset quod scriptum est in Esaia propheta de Seraphim. Orat autem Clemẽs Christi spiritum, vt eum tollat in suam ciuitatem, id est in cælum. Cælum autem dicit suam esse ciuitatẽ, vt quod eius sit tanquam Christi cohæredis, cuius est frater per gratiam, cum sit Christus Dei filius per naturã. Cælum autem proprie esse ciuitatem dicunt etiam Stoici, eum id accepissent ex sactis scripturis, ea enim quæ sunt in terra dici quidem, sed non esse ciuitates. Atque lege quidem terrena regitur ciuitas, verbo autem ecclesia, quæ est Dei ciuitas, quæ nunquam est peritura, & in qua fit Dei voluntas & in cælo & in terra. Ciuitas autem proprie est ecclesia, id est, bonus & honestus conuentus fidelium, qui à verbo regitur qui est Deus, nõ proprie autẽ dicitur ciuitas, quæ est in terris, cùm ea regatur non tam à Deo, quam à lege terrena. Ecclesia autem est in cælo & in terra, siquidem vtrobique fit Dei voluntas. [l] *Horum autem ciuitatis imagines Poëtæ quoque condunt scribentes.* Ciuitas quidem proprie est in cælis, & est veluti exemplar earum ciuitatum quas poëtæ dicunt esse in terris, vt Arimasporum, Hyperboreorum, & Elysiorum, apud quos dicuntur esse respublicæ & bona iustorum vitorum instituta. Sunt autem eæ ciuitates, non ciuitates, sed cælestis ciuitatis imagines. Plato quoque scripsit librum de republica, sed quę ab eo est institutа nusquam est in terris, sed eius exemplar situm est in cælis.

# CLEMENTIS ALEXANDRINI STROMATVM LIBER QVINTVS.

DE EO [a] quidem qui est cognitione præditus, hæc quodammodo tenus fermus persecuti: iam autem pergamus ad ea quæ deinceps consequuntur. Atque fides quidem rursus est considerandæ: sunt enim qui fidem quidem vestram esse de filio, cognitionem autem de spiritu, distinguant. Neutrum autem uerterunt autem quod verè quidem oportet credere filio, & quòd filium, & quòd venerit, & quo modo, & propter quid, & de passione. Nosse autem necesse est qui sit filius Dei. Iam verò neque est cognitio sine fide, neque fides sine cognitione. Sed neque pater est sine filio: simul enim cum eo quod est pater, est filij pater. Filius autem verum de patre magister. Et vt credat quis filio, oportet nosse patrem, ad quem referre eum filius. Et rursus, vt patrem prius cognoscamus, oportet credere filio, quoniam docet Dei filius. Ex fide enim ad cognitionem per filium pater. [b] Cognitio autem filij & pater, quæ est ex cognoscendi regula, quæ est verè regula cognitionis, est aggressio & tractatus veritatis per veritatem. Nos ergo sumus, qui sumus fideles in eo quod non creditur, & qui sumus cognitione præditi in eo quod non cognoscitur: hoc est, in eo quod ignoratur & non creditur ab omnibus: cognitione autem præditi, in eo quod à paucis creditur, & cognoscitur. Cognitione autem præditi, non sermone operam describentes, sed contemplatione. Beatus qui dicit in aures audientium. Fides autem, sunt aures animæ. Hanc autem fidem tacitè innuit Dominus, dicens: Qui habet aures audiendi, audiat, vt cùm crediderit, intelligat ea quæ dicit, vt dicit. [c] Cæterum Homerus quoque poëtarum antiquissimus, pro eo quod est sentire, verò audire, specie pro genere vsus scribit: Cùm audiebant maximè & ipsi. In summa enim, concentus & consensio fidei amborum, in vno fine versatur, nempe salute. Verùm autem ne his testis est Apostolus, dicens: Desidero enim videre vos, vt aliquod vobis donum impertiar spirituale, vt vos confirmemini. Hoc autem est, vt simul consolationem in vobis accipiam per eam quæ est inter nos inuicem fidem, vestram, inquam, & meam. Et rursus paulò infrà subiungit: Iustitia autem Dei in ipso reuelatur ex fide in fidem. Videtur ergo Apostolus duplicem fidem annunciare, vel potius vnum, quæ augmentum suscipit & perfectionem. Nam communis quidem fides subiicitur tanquam fundamentum. Iis quidem certè qui sapiebant curari, vt qui fideliter mouerentur, dicebat: Fides tua te saluum fecit. Quæ autem eximiè superædificatur, fideli consummatur, & rursus perficitur per eam quæ accedit ex doctrina, & ratione peragendi mandata, quales erant Apostoli, de quibus dictum est, fidem montes transmouere, & arbores transplantare. Vnde cùm sensissent magnitudinem potestatis quæ habant vt adderetur eis fides, quæ vt granum sinapis morderet vtiliter animam, & in ipsa adolesceret, vt in ipsa requiescerent de rebus sublimibus rationes. [d] Si quis autem Deum seruatorem, vt existimat Basilides, intelligentiam eximiam fidem simul & regnum vocans, & creaturam essentia dignam, prope eum qui fecit ipsam esse interpretans essentiam, sed non potestatem: & naturam, & substantiam, & creaturæ quæ superari non potest indefinitam pulchritudinem, non autem libero arbitrio vtentis animæ rationalem assensionem dicit fidem: sunt ergo superuacanea præcepta tam in veteri quàm in nouo Testamento, cùm natura saluus sit aliquis, vt vult Valentinus, & sit natura fidelis & electus, vt putat Basilides: fieri autem poterat vt absque aduentu Seruatoris aliquo tandem tempore posset natura resplendescere.

Luc. 8.

Rom. 1.



Sin autem necessarium dixerint aduentum Domini, eis euanescunt naturæ proprietates, cùm doctrina & purgatione & bonorum operum effectione, non autem natura seruetur electio. [a] Abraham itaque qui per auditum credidit voci quæ sub quercu, quæ erat in Mambre, est pollicita: Do tibi terram hanc & semini tuo, electus ne erat, an non? Sed si non erat qui- Genes. 15.
dem, quomodo statim credidit tanquam naturaliter? sin autem erat electus, solutum est eorum fundamentum, cùm inueniatur atque etiam salua fiat electio ante aduentum Domini: Reputatum est enim ei ad iustitiam. Si quis autem ausit dicere, sequens Marcionem, Creatorem seruare eum qui in ipsum credidit etiam ante aduentum Domini, cum propria eius salute seruetur etiam electio: plus quàm par sit ab eo commendabitur boni potestas, vt quæ serò, & post eum, qui ab eis tractatur, Creatorem, ipsa quoque salutem dare aggrediatur, vel doctrina, vel etiam eius imitatione. Sed etiam si ita se habens, det salutem bonus ex eorum sententia: neque suos seruat, neque eum eius voluntate qui fecit creaturam aggreditur dare salutem, sed vi, vel dolo. Et quomodo erit vtique bonus qui sic facit, & est posterior? Si autem differt locus, & mansio omnipotentis remota est à mansione boni: at eius qui dat salutem voluntas non est remota à bono? vt quæ prior cœperit. Ex iis ergo quæ prius confecimus, infideles esse amentes ostenditur. Semitæ enim eorum sunt peruersæ, & nesciunt pacem, in- Esaiæ 59.
quit Propheta. Stultas autem & inerudítas quæstiones vitare diuinus suasit Paulus, quoniam 1. Tim. 1.
generant pugnas: & clamat Æschylus,

Ne in iis labores temerè quæ nihil iuuant.

Nam eam quidem quæ vnà cum fide conuenit quæstionem, quæ supra fundamentum fidei superædificat, splendidam ac magnificam veritatis cognitionem, optimam esse scimus. [b] Scientia autem quòd neque ea vtique quæruntur quæ sunt manifesta, vt, exempli causa, an sit dies, cùm sit dies. Neque ea quæ sunt incerta, & nunquam futura sunt manifesta, vt illud, sintne stellæ pares an impares. Sed neque ea quæ conuertuntur: quæ etiam ab iis qui aduersantur in disserendo, ex æquo dici possunt, vt illud, an sit animal quod est in vtero, an non animal. Quartus modus est, quando ex alterutra horum parte conceptum producitur argumentum, contra quod dici, & quod solui non potest. Si ergo quærendi causa omnibus modis de medio tollitur, fides firmatur ac stabilitur. Eis ergo illud proponimus, contra quod dici non potest, quòd Deus est qui dicit, & de vnoquoque eorum de quibus quæro, traditum adducit in scriptis. Quis est ergo adeo impius & à Deo alienus, vt Deo non credat, & probationes à Deo postulet tanquam ab hominibus? Rursus ex quæstionibus, aliæ quidem sensu indigent, vt si quis quærat an ignis sit calidus, aut nix alba. Aliquæ verò admonitione & increpatione, vt ait Aristoteles: vt illa interrogatio, an oporteat honorare parentes. Sunt etiam quædam dignæ quæ puniantur, cuiusmodi est, quærere probationes, an sit prouidentia. Cum sit ergo prouidentia, non ex prouidentia factum fuisse & prophetiam, & eam quæ in Seruatorem facta est œconomiam ac dispensationem, putare, est nefarium. Et fortasse ne conari quidem oportet hæc probare, cùm sit manifesta diuina prouidentia, ex effectu omnium quæ videntur effectorum, quæ arte consistunt & sapientia, & quorum alia quidem sunt ordine, alia verò ordine manifestantur. [c] Qui nos autem essentia & vita imperuit, dedit etiam verbum seu rationem, nos simul conuenienter rationi volens & bene viuere. Verbum enim patris vniuersorum, non est hoc quod profertur, sed est sapientia, & Dei bonitas manifestissima: & rursus omnipotens potestas & verè diuina, quæ non est eiusmodi vt intelligentia comprehendi non possit vel ab iis qui non confitentur, voluntas quæ omnia potest. Quoniam autem alij quidem sunt infideles, alij verò contentiosi, non omnes assequuntur boni perfectionem. Nam neque fieri potest, vt sine libero animi nostri arbitrio & instituto id consequamur: neque vniuersum est positum in nostra voluntate, quale

sit quod est euenturum: gratia enim seruamur, sed non absque bonis operibus: ipsa oportet quidem cùm natura apti simus ad bonum, ad id aliquod adhibere studium. Oportet autem nostrum quoque habere sanam, & quæ nulla retardetur pœnitentia à boni venatione, ad quod quidem maximè diuina opus habemus gratia, rectisque doctrinæ, castisque & iustis animi affectione, & patris ad ipsum attractione. Terreno enim corpori alligati, sensibus quibus per corpus apprehendimus: quæ intelligentia autem percipiuntur, per ipsam veritatem. Si quis autem expectauerit fore vt omnia sensiliter comprehendat, longè à veritate errabit. Spiritualiter quidem certè scribit Apostolus de Dei cognitione: 1.Cor.13. Videmus enim nunc tanquam per speculum, tunc autem facie ad faciem. Paucis enim datum est spectaculum veritatis. Decuit itaque Platonem quoque in Epinomide: Non dico fieri posse vt omnes homines sint beati et felices, præterquam pauci: donec vixero, hoc definio. Bona autem spes est fore, vt postquam hinc excessero, omnia consequar. Eadem sibi volunt quæ dicuntur apud Mosen: Nemo videbit faciem meam, & viuet. Clarum est enim neminem vnquam vitæ tempore posse Deum euidenter comprehendere. Qui sunt autem mundi corde, Deum videbunt, postquam ad extremam peruenerint perfectionem. Cum enim ad ea quæ sunt comprehendenda animaduerterit anima, & diuino magistro egeremus, deorsum mittitur Seruator, boni possessionis & doctor & suppeditator, arcanum magnæ prouidentiæ, sanctumque signum & indicium. Vbi est ergo scriba? vbi inquisitor huius seculi? 1.Cor.1. non infatuauit, inquit, Deus sapientiam huius mundi? Et rursus: Perdam sapientiam sapientum, & intelligentiam intelligentium reprobabo, eorum scilicet qui sibi videntur sapientes, & sunt contentiosi. [b] Pulcherrimè namque Hieremias: Hæc dicit Dominus, State in vijs, & interrogate semitas æternas quænam sit via bona, & in ea ambulate, & inuenietis expiationem animabus vestris. Interrogate, inquit, & audite ab iis qui norunt, citra contentionem & detractionem. Cùm didicerimus autem viam veritatis, rectè ingrediamur, minimè nos retrò conuertentes, donec consecuti simus id quod desideratur. [i] Meritò ergo rex quidem Romanorum, Numa erat ei nomen, cùm esset Pythagoræus, primus ex omnibus hominibus posuit templum fidei & pacis. [k] Abrahæ autem qui credidit reputata fuit iustitia. Is cùm sublimem eorum quæ in aëre eueniunt, & excelsam eorum quæ in cælo mouentur perspicuitatem philosophiam, Abram vocabatur, quod exponitur Pater sublimis. Postea autem cùm in cælum respexisset, siue viso in spiritu filio, vt quidam exponunt, siue glorioso angelo, siue etiam alias cognitionem Deo creatura præstantiore, & quolibet qui est in ipsa ordine, assumit alpha, nempe cognitionem vnius & solius Dei, & dicitur Abraam, vt qui pro naturæ indagatore, sapiens possit in Deum, & eius amicus factus est. Exponitur enim pater electus, sonitus. Verbum enim audibili voce editum. Huius autem pater, est mens: eius autem qui est virtute præditus, sermo electa. [l] Mihi autem venit in mentem Agrigentinum poëtam laudare, qui fidem laudibus sic celebrat: Dilecti, scio quòd verum sermonibus insit

Quos dico, res difficilis sed & ardua valde,
Ægrè hominum subiens, fidei est impulsio, mentes.

1.Cor.2. Propterea hortatur quoque Apostolus: vt fides nostra non sit in sapientia hominum, quæ profitentur persuadere, sed in Dei virtute, quæ sola & absque demonstrationibus, per se ipsam fidem potest dare salutem. [m] Eorum enim qui sunt probi, probissimus nouit seruare. Quinetiam falsorum quoque architectos & testes comprehendet iustitia, inquit Ephorus. Nam hic quoque nouit, vt qui ex barbara didicerit philosophia, eam quæ fit per ignem expurgationem eorum qui malè vixerunt, quam ἐκπύρωσιν, hoc est, exustionem seu exflammationem postea vocarunt Stoici: qua ratione etiam eum, qui est propriè certa præfinitæ qualitate, statuunt futurum vt resurgat, eo ipso tuentes resurrectionem. Plato autem terram quibusdam temporibus dicit per ignem & aquam expurgari, hoc modo: Multi sæpe fuerunt hominum interitus, & erunt igne quidem & aqua maximi: quinetiam aliis quoque innumerabilibus alij breuiores. Et paulò post subiungit: Reuera autem est eorum quæ terram & cælum obeunt immutatio, & qui post longa temporum interualla, eorum quæ sunt in terra multo igne fit interitus. Deinde subiungit de diluuio: Quando autem rursus dij terram aquis expurgantes inundant, qui sunt quidem in montibus bubulci & pastores, conseruantur: qui autem sunt in iis quæ sunt apud nos vrbibus, in mare feruntur à fluuijs. [n] Ostendimus autem in primo Stromate, Græcorum philosophos dici fures, qui à Mose & Prophetis præcepta dogmata non gratè acceperunt. Quibus illud quoque aduciemus, quòd angeli illi quibus superna sors obtigerat, delapsi ad voluptates, enunciarunt arcana mulieribus, & quæcunque ad eorum venerunt cognitionem, cùm alij celarent angeli, vel potius reseruarent in aduentum Domini. Illinc profluxit doctrina prouidentiæ, & sublimium rerum reuelatio. Cùm autem prophetia iam Græcis esset tradita, tractatio de dogmatibus suscepta est à philosophis, alicubi quidem vera rectè, alicubi verò falsa & quæ aberrabant coniectantibus, cùm quod allegoria scriberetur prophetica minimè intelligerent, quod etiam paucis propositum est adnotare, ea quæ vrgent persequentibus. [o] Fidem ergo non otiosam & solam, sed cum inquisitione ostendere oportere dicimus. Non hoc enim dico, non oportere omnino quærere. Quære enim, inquit, & inuenies: Luc.11.

Quod enim quæritur,
Capi potest, quod negligitur verò effugit, vt ait Sophocles.

Similia autem dicit etiam Menander Comicus. Quæcunque autem quæruntur studio & solicitudine opus habere dicunt qui sunt sapientissimi: sed perspicientem quidem animæ facultatem ad inuentionem oportet dirigere, & quæ impedimenta afferunt expurgare: & rursus contentionem, inuidiam, & ipsam litem pessimè perdendam abiicere. Pulcherrimè enim scribit Timon Phliasius:

Pernities hominum resonans lis venit inane,
Cui soror & socia est faciens contentio cædes,
Cunctas res alias quæ circumuoluitur: at dein
Cernicem obfirmans, hominem ad spes trudit inanes.

Deinde paulò inferius subiungit:

Quis pugnaturos lite hos commisit acerba?
Concurrens cum Echo turba indignata, silentes
Vlta viros morbum immisit, multique cadebant.

[p] De oratione falsa negante,* & ceratine & latente, & crocodiline, & sorite præterea, & de ea quæ est deceptiua, & de ambiguitatibus & sophismatibus. [q] De Deo ergo quærere, si non ad litem, sed ad inuentionem tendas, est salutare. Scriptum est enim in Dauid: Comedent pauperes, & implebuntur, & laudabunt Dominum qui quærunt ipsum, viuet cor eorum in seculum seculi. [r] Qui enim vera quærunt inquisitione, laudantes Dominum, implebuntur dono quod à Deo proficiscitur, hoc est, cognitione, & viuet anima eorum. Anima enim per allegoriam dicitur cor, quæ vitam suppeditauit, quoniam pater per filium cognoscitur. Sed nec omnibus qui imprudenter & temerè dicunt & scribunt, oportet aures præbere. Nam calices quoque qui à multis sumuntur auribus, hoc est, ansis, aures quidem amittunt, præterea autem ipsi etiam excidentes confringuntur. Eodem modo qui multis nugis fidei castam incestarint auditionem, ad veritatem iam tandem obsurdescentes, & inutiles fiunt, & in terram decidunt. Non ergo temerè pueris præcipimus, auribus eos apprehendentes, vt osculentur eos qui ad ipsos attinent, hoc vtique tacitè significantes, ingenerari per auditum sensum dilectionis. Deus autem est dilectio, qui cognosci potest ab iis qui diligunt, sicut Deus

* negatiue. duo. ad. bonor. expressa. ambiguitas. ἀσυνεσία. ἀσυνεσιαρχία. Psal. 33.

*est fidelis qui fidelibus traditur per disciplinam, & oportet nos ei effici coniunctos ac familiares per diuinam dilectionem, vt simile simili contemplemur, pure & citra fraudem verbum audientes veritatis, instar puerorum qui nobis obediunt.* ¶ *Hoc autem erat quod tacite significabat, quicunque is fuerit qui inscripsit in aditu templi in Epidauro:*

Esse decet castum, sancti qui limina templi
Ingreditur.

Matth. 18. *Castitas autem est, sancta cogitare. Quòd si non facti fueritis, inquit, vt hi pueli, non intrabitis in regnum cælorum. Hic enim Dei templum tribus cernitur fundatum fundamentis, fide, spe, & charitate.*

## COMMENTARIVS.

[a] DE *eo quidem qui est cognitione præditus.* Superius tractauit de Gnostico, hoc est de eo qui est cognitione præditus. Sed quoniã nec cognitio est sine fide, nec fides sine cognitione, posteaquã tractauit de Gnostico, nempe de eo qui est cognitione prædicus, accedit ad fidei speculationem. Atque primum quidem ostendit eos non esse satis cõsideratos, qui ita distinguũt fidem à cognitione, vt fides sit de filio, cognitio autem de spiritu, cùm vtrumq; dicatur & de fide & de spiritu: nam & filio credere oportet, nempe in quo dicit filius, & illum oportet credere, nẽpe eum esse Deum, & in illum credere, vt scilicet non solũ credas iis quæ ab ipso dicũtur, sed etiã eum diligas & in eum speres: sed vt filio Dei credas, vel ipsum esse Deũ credas, vel ita in eum credas, vt etiam diligas, & in eum speres: necesse est vt Dei filium esse cognoscas neq; enim fieri potest vt credatur, qui sit ne an non, non cognoscitur. Quod si filius Dei cognoscatur à Esaiæ 56. Deo quoque generatus esse creditur, licet eius generatio à nemine possit enarrari. Cum autẽ filius Dei humanam susceperit naturam, quod in mundũ quoq; venerit credendum est, venerit, inquam, unctus ex Spiritu sancto, natus ex Maria virgine, venerit autem propter nostram salutem, passus sit ut peccata nostra expiaret, & nos à mortis & Diaboli tyrãnide liberaret. Pater autẽ & filius ita inter se mutuo referuntur, vt nec credi, nec cognosci potest alter sine altero. Cum autem olim quidẽ Deus cognosceretur & crederetur, nõ cognosceretur autẽ nec crederetur pater, vt pater, cũ nesciretur filius, vtpote patre missus filius, vt ipse doceret patrẽ, est enim filius vere magister seu præceptor de patre. Ipsius doctrina filij, est doctrina patris, ita fit vt dũ credimus in filiũ qui est missus à patre, per eum fide veniamus ad cognitionem patris. [b] *Cognitio autem filij & patris.* Cum Pater cognoscatur per filium, & filius per patrem, vterque autem est veritas, est veritatis notio & perceptio per veritatẽ. Per veritatem autem imus & fideles & cognoscẽtes. Sed cum veritas lateat in abdito, per eam autẽ & creditur & cognoscitur, hinc fit vt simus fideles in eo quod non creditur. Nam quæ credunt fideles, non creduntur absentibus, quorum est maximus numerus, & cognoscentes in eo quod ignoratur ab iis qui fidem non habent, non cognoscuntur enim quæ sunt fidei nisi ab iis qui credũt. Qui sunt autem cognitione prædiți, fidei opera non desciibunt sermone, sed contemplatione: nam etsi verbis explicetur fides, non est tamen in eis tota, sed in intelligẽtia. Quãuis autem fides sit per auditum, non est tamen auris carnalis quæ fidem præbet, sed anima intelligens: non satis est enim credere quæ dicuntur, nisi intelligantur vt dicuntur. Etsi fortasse dicit Christus habere aures audiendi: qui scilicet credũt quæ audiũt, & quæ credunt intelligunt. Idem item vterq; beatus & qui verbum Dei audiens id credit, intelligit & custodit, & qui docens, iis loquitur qui audiunt & intelligunt, & quæ credunt verbis exequuntur. [c] *Ceterum Homerus quoque Poëtarum.* Quod mirum nõ sit si audire significet in scripturis ea quæ dicũtur credere & intelligere, ex hoc ostẽdit quod etiam apud Homerũ Poëtarum antiquissimum legatur audire pro sentire, ita scilicet vt species ponatur pro genere. Quod autem sint beati & discipuli qui credũt quæ docẽtur, & Doctores qui docent, ampliorem fidei finis & scopus, nẽpe salus, qui scopus & finis est eis vnus & idem. Quodquidem magnã affert consolationẽ iis qui credunt: non datur autem salus nisi iis qui conuenienter Dei præceptis vixerũt, quæ Dei dicitur iustitia. Et latebat quidẽ olim Dei iustitia in lege veteris testamẽti in qua erat fides: neq; enim Dei præceptis parere poterat, qui Deo nõ credebat. Aperta autem fuit & reuelata cum quisnã esset Deus qui dedit præcepta per Christi fidem est reuelatũ. Aliter etiam dici potest Iustitiam Dei iustitiam in lege naturæ, quæ dictabat in corde & conscientia hominũ quid esset agendum, quæ postea fuit reuelata per fidem Christi. Quamuis autẽ videatur Apostolus dicere duplicem esse fidem, tamen potius dicenda est vna, quæ primo quidem est imperfecta, cum solũmodo creditur, postea autem consummatur & perficitur ex doctrina & cognitione, quę efficit vt seruẽtur mandata, & ex fide virtutes quæ superant omnem potestatem naturæ: & imperfecta quidem illa fides dicitur cõmunis, quę est vtilis ti fundamentum eorum quæ superædificantur, quæ eam tandem reddunt perfectã. Num & qui Christo curabantur, fidem quidem habebãt qua impetrabant vt curarentur, & corporis acciperent salutem, sed nondũ eam habebant fidem, qua mandata exequentes animæ adipiscerentur salutem, & supernaturales operarentur virtutes. [d] *Si quis autem Deum scit natura.* Si extarent quæ literis mandantur Basilidis Valentinus, facilius intelligerẽtur quæ hic dicũtur, sed cum ea perierint, ex iis quæ citat Clemens conijcimus quod possumus. Erat quidem Clemẽs in hac sentẽtia, vt existimaret fidẽ quæ in initio tam communis, ita augeri, vt doctrina & cognitione accedẽte & Dei præcepta seruãtur, & supernaturales fiant virtutes, & ideo dicebat fidem esse animæ libero arbitrio vtentis rationalem assensionẽ. Basilides autem Deum dicebat sciri natura, & eam fidei dabat definitionẽ, quæ nõ statueret esse rationalem assensionẽ, sed ex-



sed eximiam intelligentiã, creaturam essentia dignam, naturam & substantiam, & cætera quæ hic dicuntur. Dicebat etiam Valentinus fieri quempiã saluum natura, vt Basilides fidelem & electum esse natura. Ex his sequebatur quod præcepta essent superuacanea & in nouo & in veteri Testamẽto. Quorsum enim præcepta, si salui simus natura? Neq; necessarius esset Christi aduentus, & ita esset inutilis Christi Oeconomia. Sin autẽ dicerent necessarium esse Christi aduentum, sequebatur non esse naturæ proprium vt nos seruaret: seruari enim electos eos scilicet qui crediderunt, doctrina, purgatione, id est pœnitentia, & bonis operibus. [e] *Abraham itaque qui per auditum credidit.* Necessarium fuisse aduentum Domini ex hoc probatur, quod Abrahã crediderit voci quæ erat sub quercu quæ erat in Mãbre, ea vox autem erat Verbi. Erat autem electus Abraham, nam nisi credidisset non fuisset electus, vel potius fuit electus vt credens. Ij enim demũ sunt electi qui credũt, aut credũt qui sunt electi. Quod si saluus fuit b Abrahã, qui verbo credidit ante verbi aduentũ, vt qui esset electus, quanto magis salui erunt electi qui verbo credent post nostrum aduentum? Ita corruit eorum fundamentum qui dicunt Christi aduentum nõ esse necessarium. Saluus enim fuit Abraham propter fidem verbi quod erat venturum, nõ saluus futurus nisi veniisset. A Domino enim data est salus post eius aduentũ. Marcion autem Põticus qui duos statuebat esse Deos, vnum veteris testamenti, nempe creatorẽ, quem dicebat esse iustum, alterum noui, quem asserebat bonũ, dicebat creatorẽ etiam ante aduentum Christi seruare eum qui in ipsum credidit, & tamẽ propria boni salutem: est enim proprie Seruator Christus seruans etiã electos, nempe eos qui crediderunt. Valde ergo laudatur à Marcione noui testamenti bonus Deus, quod post creatorem vel doctrina vel sui imitatione det salutẽ. Sed non sibi consentit, & secum videtur pugnare Marciõ. Bonus enim ille noui testamenti Deus nemini dat salutẽ, sed iis qui sunt creatoris, & eos seruat quos seruari nollet creator, qui cum sit iustus noluit mallet perire quã esse saluas. Nolente ergo creatore seruat bonus, idque faciens non eius voluntate, vi vel dolo id facit. Qui autẽ sic facit, & nõ prior sed posterior incipit bene facere, nempe seruando immerito dicitur bonus. Bonus enim potius dicendus esset creator, quod nõ vult Marcion. Quod si inter creatoris & boni Dei distinctæ essent mãsiones, vt censuisse Marcionẽ est verisimile ex iis qui bona dicuntur, nõ tamen fuit distincta creatoris voluntas in salute danda à voluntate boni, quæ etiam prior erat, cùm etiam antequã aduenisset Dominus creator, seruauerit eos qui in ipsum credebãt. Male ergo duos Deos statuit Marcion, iustũ qui est creator, & bonum qui est Seruator, cum sit vnus & idem Deus omnia curauit & dedit salutẽ, licet eorum sint distinctæ hypostases quæ dicuntur personæ. Qui autem duos Deos esse statuunt, cum sit vnus, vt statuebat Marcion, sunt infideles. [f] *Scimus autem quod neque ea utique quæ dicuntur quæ sunt manifesta.* Cùm dixisset eam solũ esse admittendam quæstionem quæ cum fide conuenit, aget de quæstionibus. Primũ autem ostendit quænam sunt ea de quibus nulla existat quæstio. De rebus ergo manifestis nulla est quæstio: proponitur enim quæstio de iis de quibus dubitatur. Cũ ergo si sit dies, dicit esse nõ dubitatur, non quæritur an sit dies. Quæstio quoque non proponitur de iis quæ sunt incerta, & nunquã futura sunt manifesta. Nunquam ergo quæritur sintne stellę numero pares an impares: nam hoc est incertum, & nunquam erit certum: frustra ergo quæritur de eo quod qui quærit nunquam potest fieri certior. De iis quoq; nõ proponitur quæstio quæ sunt ἀντικείμενα, id est, quæ inter se inuicem contrario opponũtur & reciprocantur, vt est esse animal, & nõ esse animal. Si ergo quæratur, sit ne animal, an nõ, id quod est in vtero, vana erit quæstio. Vterq; enim eorũ qui aduersas partes tuentur in disputando, ex quo dicere poterunt, id quod est in vtero esse vel animal vel nõ animal, nam semen quidẽ in vtero dentũ etsi potentia sit animal, reipsa tamen nondum est: animal autem erit cum sensum acceperit & motũ. Quod si etiam id mori in vtero contigerit, non erit amplius animal. Quod si quis dicat proposse de eo posse quæstionẽ, cùm sit dubium sitne animal an non, dicendum est non esse ac ratione dubium quod siue dicatur esse vel non esse animal, vtrumuis dicatur erit verum. Ex æquo ergo verum vel falsum erit vterq; disputator, siue dicat quod est in vtero esse animal vel nõ animal. Noninunquam etiam vsuuenit vt frustra proponatur quæstio, quando alteruter ex disputãtibus producit argumentũ, quod solui non potest neque contra id aliquid dici. Cùm enim huiusmodi adducitur argumentũ, cessat dubitatio, cessante autẽ dubitatione tollitur etiã quæstio. Quomodo autem in his quæ dicta sunt, cessante dubitatione nulla existit quæstio, ita etiam si à hde omnibus modis tollatur causa quærendi, quærendi autem causa est dubitatio, efficitur fides firma & stabilis. Quod autem omnẽ tollit dubitationẽ & quæstionem, est argumentũ quod proponitur gentibus incredulis, aduersus quod nihil dici potest. Hoc autẽ est eiusmodi. Quod à Deo dictũ & traditum est in scripturis, id est credendum. Quod credimus, à Deo dictum est & traditũ in scripturis. Id ergo est credendum. Quod autem Deo sit credendum, ex hoc demonstratur, quod nullus sit adeo impius, qui à Deo probationes postulet tanquã ab hominibus: est enim per se fide dignus qui est ipsa veritas. [g] *Qui nos autem essentia & vita impertit.* Dixit paulo ante eã solã admittendam quæstionem, quæ supra fundamentum fidei ædificat cognitionem veritatis. Ea autem quæstio non est an sit Deus. Ad Deum enim accedentẽ credere oportet quod sit, sed quærendo de summis eius in nos *Hebr. 11.* beneficiis, nostrã in eum excitare & augere fidem æternas agentes gratias. Summa sunt autem Dei in nos beneficia, quod cùm nihil essemus esse fecerit, neq; solũ esse sed etiam viuere. Vbi aduertendũ est quam apte & proprie locutus sit Clemens. Nõ enim dixit nobis dedit essentiã & vitam, sed essentiam & vitam impertit. Solus enim Deus est & viuit, essentiã tamen & vitam ab eo habemus per participationẽ. Non solum autẽ voluit nos esse & viuere, sed etiam sentire & esse animalia, non rationis expertia, sed ratione prædita, & ideo nobis dedit rationẽ, vt bene & rationi cõuenienter vitam ageremus. Ea ratio Græcè dicitur λόγος, Latinè autẽ verbum, sermo & ratio. Illud autem Dei, nempe patris vniuersorũ, verbũ, quod nobis dedit, non est ἀσύγκριτον, id est, quale est quod ex hominis ore profertur & pronunciatur, sed est ἔνδιαθετον, id est, essentiale, & quod est eiusdẽ cuius pater essentiæ. Dedit autem nobis, non vt essemus eiusdem cuius ipse essentiæ, vt dici possimus vnum & idem esse quod Deus, sed vt filij Dei participes effecti, qui etiã eius ratio, sapiẽtia, bonitas, virtus, & quæ omnia potest voluntas, bene & ex ratione viuẽdo eum

imitaremur. Hoc verbum seu rationem non solum intelligunt fideles qui id credunt & cum ratione, sed etiam infideles qui nō agnoscunt & confitentur, possunt intelligere. [a] *Pulcherrime vt super dixi Hieremiā his verbis:*

Matth. 13. Quod ex Hieremia citat Clemens pulcherrimè exponitur à Diuo Hieronymo in cōmentariis in Euangelium Matthæi his verbis: Euangelica parabola si fuerit intellecta, huius loci præbebit intelligentiam, in quo negotiator bonus omnes vendere dicitur margaritas, vt de prætio earū vnam emat pretiosissimam margaritā, quod scilicet per Patriarchas & Prophetas, veniamus ad eum qui dicit: Ego sum via. Standum est igitur in prophetis, & diligentissime cōtemplandum, & interrogandum de semitis antiquis iter quod est optimum, quæ multorū sanctorum sunt tritæ vestigiis, quæ significantius Græcè appellantur ὁδοί, quæ sit via bona in Euangelio, & ambulandū in ea, quæ via cum inuenta fuerit, præbet refrigerium singulis secundum animabus credentiū, &c. Cui congruenter statim dicit Clemēs; Interrogate, inquit, & discite ea qui norunt citra contentionē & decertationem. Nā de iis quidem quæ pertinent ad pietatē & veri Dei religionē, interrogandū quidem & petendū ab iis qui eius habent cognitionē, sed contentionē fugere oportet & decertationē ex quibus oriūtur lites. Cū autē ad viam veritatis venerimus, id est ad Christum qui vera est via, recta est ingrediendū, nec retro aspiciendū, sed pergendū & perseuerandū, donec perueniatur ad id quod desideratur, nempe regnū cælorū & æterna felicitas. *Meritò ergo.* Etsi alii etiam ante Numam primus omniū templū posuit Numa Pompilius, de quo fuerit ne Pythagoreus an non, antea fuisse dicimus, alia autem quæ à Christianis fides dicitur, Clemens tamen qui solet quæ sunt Græcorū sua quodammodo instituto, non alienū duxit si diceret à Numa Pompilio primum fuisse positum templum fidei & pacis. Quomodocunq; autem accipiatur fides, hoc est dignissimū, quod obseruatur non absque re Numa posuisse templū fidei & pacis, cùm nihil sit quod feros hominum mores magis molliat & ab odio & bello auertat, & inter se paeatos reddat, quam fides. Quod quidē sapientissime à Numa excogitatū esse, me successit, qui Romanos tot bellis à Romulo efferatos ad Dei cultum traduxit & ad religionem, & metum incutiens. [b] *Abrahæ autem qui credidit reputata fuit iustitia.* Cùm de fide hic agatur, meritò mores recenset Abrahā qui fuit pater credentium. Abrahæ, inquit, qui credidit, reputata fuit iustitia ad id fides, qua Dei credidit promissis, nō minoris à Deo est existimata, quàm si bona & iusta tuisset opera. Perinde est enim atque si ea fecisset, qui Dei promissis credens, eius quoq; præceptis parere inquirat. Abrahā certe, qui Deo crediderat promittenti fore vt creseeret & multiplicaret in infinitum eius genus, Deo quoq; paruit iubenti vt suum immolaret filium. Ea demum ergo fides reputatur iustitia, quæ non credere contenta, eam quoque est parata ostendere factis & bonis operationibus. [c] *Mihi autem nostrum autem.* Empedocles Agrigentinus fuit Poëta qui Philosophiam scripsit versibus. Is dicebat quidē vera esse quæ scribebat, sed ea hominibus non facile persuaderi. Quod autem is de suis dicebat versibus, id dicit nostra sensit Clemens. [d] *Eorum enim qui sunt probi.* Conuenienter sacræ scripturæ quæ Christum nobis dicit esse Seruatorem, Heraclitus Ephesius dicit proborum probissimum nosse seruare, id est iustificare tem. Omnium autem proborum probissimus est Christus, de quo dicit Petrus; Qui peccatum non fecit, nec est inuentus dolus in ore eius. Neque verò solum bonis dat salutem, sed etiam sceleratis archimalos, inquā, qui male faciunt & male dicunt, de aliis detrahentes iustè punit, & castigat eos qui malè versantur igne expurgans. Quam quidē igne expurgationem à barbara Philosophia didicit Heraclitus, & vocauit ἐκπύρωσιν, id est exustionē seu inflammationem, & qui eum secuti sunt Stoici, qui etiam fuerunt hac sententia, vt certa qualitate præditos, nempe bonos & pios crederent resurrecturos. Quod tetigit Psalte, nempe Dauide acceperunt qui disertis dicit verbis; Non resurgunt impij in iudicio, neque peccatores in consilio. Ex quo est perspicuum Stoicos non male sensisse de resurrectione. Abiissem enim Hebræis didicerunt totam mundi machinam tandem conflagraturam, & rursus esse reficiendam. Quibus congruenter cecinit Ouidius:

*Esse quoque in fatis reminiscitur affore tempus,*
*Quo mare, quo tellus, correptaque regia cœli*
*Ardeat, & mundi moles operosa laboret.*

Hæc autem eorū sententia pulchrè consentit cum iis quæ sæpe repetit Diuus Petrus in secunda epistola Cælū & elementa igne absumenda, in die iudicij, reseruata igni. Plato autem non mundum quidem dicit esse conflagraturum & reficiendum, sed terram quibusdam temporibus per ignem & aquam expurgari. [e] *Ostendimus autem in primo Stromate.* Ingrati fuerunt Græci Philosophi, qui cum à Mose & Prophetis multa sufurati essent dogmata, ne eorum quidem meminerunt: non solum autem à Mose & Prophetis sua dogmata acceperūt Græci Philosophi, sed etiam à mulieribus quibus arcana reuelarunt Angeli lapsi, qui cum essent propensi ad voluptates, & cum mulieribus concubuissent, dicti sunt eas docuisse. Ibi, reuelarunt, inquam, mulieribus arcana, & quamcunque rerum habuerunt cognitionem, quæ latebant Angelis qui lapsi non fuerant, non erat reuelanda ante aduentū Domini. Cùm autem in linguam Græcam versus scripturis ex eis dogmata Græci Philosophi accepissent, aliquando quidem veram, aliquando verò falsam coniecturā de eis habuerunt. Cuius rei hæc potissima fuit causa, quod quæ in scripturis sunt allegorias minime intelligerent. [f] *Fidem ergo non otiosam & solam.* Fides non est sola, est enim simul cum fide spes & charitas. Neque fidem oportet esse otiosam. Otiosa autem est quæ non habet opera. Quæ autem sine operibus est mortua. Ab ea quoque sunt quærenda quæ ad doctrinam & bonos mores pertinent, quæ non inueniuntur sine cura & solicitudine. Ad inueniendum autem dirigere oportet perspicacem vim animæ, & ab ea sunt auferenda quæ ei impedimentū afferunt. Nihil autem maius affert impedimentū, quàm ira, odium, inuidia, lis & contentio. Nam vt ait Sapiens; In maleuolam animam non introibit sapientia. Quod si non intrabit sapientia, nec fides, est enim verbum Dei sapientia, sine qua non est fides. Quænam autē hominibus incommoda afferat lis & contentio docet Timon. Facit, inquit, circa res omnes voluitur, indurato; & obfirmato capite ad spes vanas trudit & impellit homines. Facete dicit Timon de syllogismis & argumētis cōtentiosis, quæ disputantes miseri perdūt & consumunt

Matth. 7.

Ioan. 14.

Psal. 1.

Ouid. Metamorph.

Sap. 1.



nullos enim nō aggrediuntur, & cū omnibus prælia committunt, & ad vanam spem inducentes, efficiunt vt de futura victoria nihil non sibi promittant. Ad hæc autē incitat frequens & strepens turba populi: ij enim in disputatione volent euadere superiores qui voce vincunt & clamore, in eo autem tumultu miserè affligantur qui tacent, & indigne pereunt. Quæ autē sint hæc argumenta, paucis hic recensebit Clemēs, volens ostendere, quod si de his expediat quærere argumentis, quæ non alio tendunt quā ad litem & cōtentionem, quanto magis de Deo est quærendum, si non de eo quæratur, vt de eo sophistica agitentur tentamina, sed vt ab eo æternā nobis paretur salus. [a] *De Deo ergo quærentes non ad litem.* Deus quidē est quærendus, sed non ideo vt de eo litigetur, & de eo Sophistica exerceatur disputatio, sed vt & inueniatur quomodo fit colendus, rectéq; & ex virtute componendi sint mores, & vt corpotis Christi & sanguinis sanctō repleti Deum laudemus, & æternā & immortalē vitā nostra fruatur anima. Non est autem quod à Diuide cor pro anima vsurpetur: nam anima quidem & totū, corpus informat, & singulas partes corporis, nulla autem est pars quæ citius viuat & informetur quam cor, licet anima sit prima vita quæ aliis vitam tribuit, secundā autem cor. Quod hinc licet perspicere, quod in eo sint arteriæ, in quibus est pulsus sanguis & plane spiritualis, vel potius ipsius sanguinis spiritus. Neque verò solum replemur præsente Christi viatico quod nobis conciliat immortalitatem, sed etiam Dei cognitione. Deus enim patet, per Verbum quod est Dei filius, & eius sapientia cognoscitur. [b] *Hoc autem erat quod tacitè significabat.* Oportere esse castos qui templum ingrediuntur, viderūt etiam Græci veteres. Decere enim esse castum quicquid templum ingreditur, scriptum erat in aditu templi Æsculapij quod erat Epidauri, quicunque ingrediatur. Quanto magis autem castos esse oportet Christi Sacerdotes, qui sacrosanctū corpus Christi tractant, idque Deo offerunt, & populo distribuunt.

ATQVE *de fide quidem satis testimonium adduximus earum quæ sunt apud Græcos scripturarum. Ne autem sit nostra prolixior progressio, si de Spe & charitate plurima eorumdem colligere, sufficiet hæc sola dicere, quod Socrates in Critone, bene viuere & mori vitæ præponens, aliquam spem alterius vitæ se post mortem habere existimat. Etenim in Phædro quoque dicens ipsam animam cùm per se fuerit, solam posse veræ sapientiæ, & quæ vires humanas superat, esse participem, quando ipsam qui est hinc amor in altum subleuerit, per philosophicam charitatem ad spei finem peruenientem, dicit accipere præcium alterius vitæ æternæ. In conuiuio autem dicit, omnibus quidem esse immixtum naturalem amorem generandi simile, & hominibus quidem solum homines, viro autem bono, similem: hoc autem non potest vir bonus efficere, qui non perfectas habeat virtutes, per quas sit eruditus omnes qui ad eum veniunt: & vt dicit in Theæteto, generabit, & homines efficiet. Alius nim procreare quidem corpore, alios verò anima. Nam apud barbaros quoque philosophos, per auditum instituere & illuminare, dicitur regenerare. Et ego genui vos in Christo Iesu, dicit alicubi præclarus Apostolus. Empedocles autem in principiis connumerat etiam amicitiam, intelligens quandam charitatem quæ cogit ac conciliat:* 11. Galat. 4.

Quam mente aspicias, oculis nec cernere cures.

*Quemadmodum Parmenides in suo poemate de Spe tacitè significans, hæc dicit:*

Attamen & quæ absunt, cum iis quæ sunt mente videto
Firma, nanque quod est ab eo nunquam resecabis,
Vndique nec toto quod dispergatur in orbe,
Nec quod consistat.

*Nam ù qui sperat, sicut etiam qui credit, mente videt ea quæ cadunt sub intelligentiam, & ea quæ sunt futura. Si ergo dicimus aliquid esse iustum, dicimus autem etiam esse pulchrum & honestum: quinetiam veritatem aliquid esse dicimus: ex his autem oculis nihil vnquam vidimus, præterquam sola mente, Verbum autem Dei, Ego sum, inquit, veritas: est ergo verbum mente considerandum. Veros autem, inquit, philosophos quosnam dicis? Eos, dixi ego, qui sunt studiosi contemplandæ veritatis. In Phædro autem Plato veritatem declarauit esse ideam. Idea autem est Dei intelligentia, seu quod à mente diuina intelligitur, quod quidem Barbari dixerunt λόγον θεοῦ, id est, verbum Dei seu rationem. Eius autem sic habet doctio: Audendum enim est verum dicere, maximè cùm dicatur de veritate. Quæ est enim coloris & figuræ expers, & re vera non tactilis, & quæ verè est animæ essentia, à solo gubernatore Deo potest aspici. Progressum autem verbum opificij causa*

Ioan. 1. ἀγαπητός. Luc. 11. Matt. 11.

est & creationis. Deinde etiam seipsum generat quando verbum caro factum fuerit, vt etiam cadat sub aspectum. [b] Iustus ergo quæret inuentionem quæ exsistit ex charitate, ad quam contendens, efficitur fortunatus. Pulsanti enim, inquit, aperietur. Petite, & dabitur vobis. Qui enim regnum rapiunt, sunt violenti, non contentiosis sermonibus, sed rectæ vitæ assidentes, & orationibus quæ fiunt sine intermissione, dicti sunt vim afferre, vt qui ex prioribus peccatis contractas abstulerint maculas.

Turmatim certè vitium vel prendere possis,
Deus laboranti sed fert auxilium.

*Non enim expugnatu difficilia Musarum dona sunt in medio sita, à quolibet asserenda.* [c] *Ignorationis itaque animaduersio est prima disciplina ei qui verbo seu ratum conuenienter ambulat. Cùm ignorasset quisppiam, quæsiuit: & cùm quæsiuisset, inuenit magistrum: & cùm inuenisset, credidit: & cùm credidisset, sperauit: & cum ex eo dilexisset, dilecto similis efficitur, hoc esse studens quod prius dilexit. Hanc viam & rationem Seruator indicat Alcibiadi, sic roganti; Non aliter existimas me de iis quæ sunt iusta cognoscere? Certè, si quidem inueneris. Sed non putas me posse inuenire? & maximè quidem, si quæsieris. Deinde existimas me non posse quærere? Ego quidem existimo, si putem me non nosse.* [d] *Hac ratione sunt etiam prudentum virginum lampades, quæ noctu sunt accensæ in densis tenebris castitatis, quas esse noctem tacitè significauit scriptura. Prudentes enim mundæ vt virgines, cùm intelligant se esse sitas in mundana inscitia, lumen accendunt, & mentem excitant, & tenebras illuminant, & ignorationem expellunt, & quærunt veritatem, & expectant aduentum præceptoris. Fieri ergo non potest, inquam ego, vt sit vllus philosophum.*

Thyrsigeri multi, pauci sunt re quoque Bacchi,

Matth. 20. 2. Thess. 3.

*Ex sententia Platonis. Multi enim sunt vocati, pauci verò electi. Et non est, inquit Apostolus, in omnibus cognitio. Orate autem vt liberemur à prauis & peruersis hominibus. Non enim est omnium fides.* [e] *Quinetiam Cleanthis quoque Stoici Philosophi Poetica, hoc modo scribit similia:*

Ne spectes famam dum vis sophos esse repentè,
Terreat amentis nec te sententia vulgi.
Iudicium sapiens & iustum non habet vllum
Vulgus, & in paucis vix hoc reperite licebit.

*Magis autem sententiosè & breuiter Comicus:*

Pulchra in tumultu iudicare non decet.

*Audierunt enim, vt existimo, pulchram illam quæ nobis dicit sapientiam: In medio insentum, obserua occasionem. In medio autem cogitantium versare perpetuò. Et rursus: Sapientes abscondent sapientiam. Pignus enim veritatis exigit vulgus demonstrationem, non contenti nuda salute quæ est ex fide.*

In prauis sed qui vincunt non credere valde est,
Præcipit at nostræ tibi sic persuasio musæ.
Dissecto noscas intra tua viscera verbo.

*Prauis enim, inquit Empedocles, hoc est familiare, velle quæ sunt vera vincere ex eo quod non credant. Quòd autem nostra sint probabilia, & digna quæ credantur, cognoscere Græci si verbum magis examinetur, per ea quæ consequuntur. Simili enim simile educ-*

Prouerb. 26. *mur. Dicit enim Solomon: Respondе stulto secundum stultitiam suam. Quocirca iis quæ qui petunt eam quæ est apud ipsos sapientiam, ea sunt exhibenda quæ eis conueniunt & sunt familiaria, vt facillimè per propria veniant, vt est consentaneum, ad fidem veri-*





*tatis. Omnibus enim omnia factus sum, inquit, vt omnes lucrifaciam. Nam imber quo-* 1. Cor. 9. Matth. 5. Rom. 3.
*que diuinæ gratiæ, super iustos & iniustos demittitur. Num Iudæorum solùm est Deus, non etiam gentium? Certè etiam gentium, siquidem vnus est Deus, egregiùs clamauit Apostolus. Sed quoniam nec bono iuste, nec cognitioni ad salutem volunt credere, nos ipsi ea erat sunt illorum propria existimantes, quoniam Dei sunt omnia, & maximè quandoquidem quæ sunt pulchra & honesta à nobis ad Græcos peruenerunt, ea aggrediamur prout ipsi sunt apti ad audiendum. Sapientiam enim vel iustitiam, non ex veritate, sed ex iis quibus delectatur, maxima pars vulgi metitur. Delectatur autem non magis alijs, quam iis quæ sunt ei similia.* [f] *Quicquid enim est adhuc surdum & cæcum, & nec habet intelligentiam neque animæ contemplandi cupidæ interitum & perspicacem aspectum, quem solus præbet Seruator, sicut in mysterijs prophanum, vel in choreis non musicum, nondum mundum, nec casta veritate dignum, inconcinnúmque & inordinatum & adhuc materiale, stare* 1. Cor. 2. *oportet extra chorum diuinum. Spiritalia enim spiritalibus comparamus. Propterea cer-*
*ti per modum occultationis qui est verè diuinus, & maximè nobis necessarius, in adyto veritatis repositum verbum reuera sacrum, Ægyptij quidem per ea quæ apud ipsos vocatur adyta, Hebræi autem per velum significarunt licere solis iis adire, qui erant ex ipsis consecrati, hoc est, Deo dedicati, quibus erant circumcisæ vitiorum cupiditates, per suam in solum Deum charitatem. Non mundo enim mundum tangere, Platoni quoque videbatur esse nefarium. Hinc prophetiæ & responsa dantur per ænigmata. Nec ostenduntur mysteria iis qui temerè & impudenter accedunt, sed cum quibusdam expiationibus & præliminibus. Musa enim non erat tunc lucri cupida, neque operaria, neque dulcia vendantur melliſona, à Terpsichore vultu deargentata, molli voce prolata cantica.* [g] *Iam verò qui docentur ab Ægyptiis, primùm quidem discunt Ægyptiarum literarum viam ac rationem quæ vocatur ἐπιστολογραφικὴ, hoc est, apta ad scribendas epistolas: secundam autem Sacerdotalem, qua vtuntur ἱερογραμματεῖς, id est, qui de rebus sacris scribunt: vltimam autem ἱερογλυφικὴ, id est, sacram quæ insculpitur scripturam, cuius vna quidem est per prima elementa κυριολογικὴ, id est, propriè loquens, altera verò symbolica, id est, per signa significans. Symbolicæ autem vna quidem propriè loquitur per imitationem, alia vertitur veluti tropicè, alia verò apertè sumitur allegoricè per quædam ænigmata. Qui solem itaque volunt scribere, faciunt circulum: lunam autem, figuram lunæ cornuum formam præ se ferentem, conuenienter ei formæ quæ propriè dicitur. Tropicè autem, per conuenientiam traducentes & transferentes, & alia quidem immutantes, alia verò multis modis transfigurantes, imprimunt. Regum itaque laudes fabulis per quas in deos referuntur mandantes, insculptis inscribunt notis. Tertij autem generis quod sit per ænigmata, hoc sit iudicium. Alia quidem astra propter obliquam conuersionem, assimilabant corporibus serpentum: Solem verò, Scarabæi, quoniam cùm rotundam ex bubulo stercore effinxit figuram, eam vultu aduerso conuoluit. Aiunt autem hoc quoque animal sex quidem mensibus sub terra, alteram verò partem anni viuere super terram, & semen in globum emittere, & gignere, & non nasci fœminam scarabæum.* [h] *Omnes ergo, vt semel dicam, qui de rebus diuinis tractarunt, tam barbari quàm Græci, rerum quidem principia occultauerunt: veritatem autem ænigmatibus, significque & symbolis, & allegorijs rursus & metaphoris, & quibusdam talibus tropis modisque tradiderunt, cuiusmodi sunt etiam apud Græcos oracula: & Apollo quidem Pythius dicitur λοξίας, id est, obliquus. Quinetiam dicta eorum qui apud Græcos dicuntur sapientes, paucis dictionibus rem maiorem significant: cuiusmodi certè est illud, Parce tempori: aut quoniam vita est breuis, & non est huic tempus temerè consumendum, aut contrà parcendum est priuatis sumptibus, vt, etsi,*

inquit, multos annos vixeris, non desint tibi necessaria. Similiter etiam illud, Nosce teipsum, multa indicat: & quod sis mortalis, & quòd homo natus es, & quòd si fiat collatio aliorum quæ sunt in vita præstantissima & excellentissima, nullam esse tui putes habendam rationem, si dicas te gloria insignem vel diuitem: vel contrà, quòd cùm sis diues & gloria insignis, non de solis commodis quibus alios superas, te iactare oporteat, & ad quod natus sis, atque agnosce, & cuius sis imago, & quænam tua sit essentia, & quod opificium, & quænam cum
Esa. 43. Deo coniunctio & affinitas, & quæ sunt his similia. Dicit autem per Esaiam quoque Prophetam spiritus: Dabo tibi thesauros tenebrosos, occultos. Dei autem thesauri, & quæ non deficient diuitiæ, est quæ est venatu difficilis sapientia. [i] Quinetiam Poetæ qui à Prophetis didicere Theologiam, per arcana sensa multa philosophantur, Orpheus, inquam, Linus, Musæus, Homerus & Hesiodus, & qui ea sunt ratione sapientes. Velum autem est apud vulgus est Poetica delectatio, somniaque & symbola, quæ sunt omnia hominibus obscuriora, non propter inuidiam, nephas enim est Deum intelligere patibilem, sed vt enigmatum notionem subiens inquisitio, ad inueniendam recurrat veritatem. Ea ratione dicit vtique Sophocles Poeta tragicus:

Eiusmodique ego cognoui esse Deum,
Diuina semper exhibet sapientibus:
Prauis malus sed est, magistérque breuis:

Psal. 77. malum ponens pro simplici. [k] Apertè itaque de tota nostra Scriptura in Psalmis sequens est, vt quæ dicta sit in parabola: Audite populus meus legem meam, inclinate aurem vestram in verba oris mei. Aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio. Pre-
1. Cor. 2. clarus quoque Apostolus sic dicit quodammodo similia: Loquimur autem sapientiam inter perfectos. Sapientiam autem non huius seculi, neque principum huius mundi qui destruuntur: sed loquimur Dei sapientiam in mysterio absconsam, quam præfinit Deus ante secula in gloriam nostram, quam nullus ex principibus huius seculi cognouit. Si enim cognouissent, Dominum gloriæ non crucifixissent. Philosophi autem non laborarunt vt adeptum Domini afficerent ignominia. Restat ergo vt impugnet & inuehatur Apostolus in vanam persuasionem, eorum qui erant sapientes apud Iudæos. Et ideo subiungit: Sed prædicamus, inquit, vt scriptum est, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, & in cor hominis non ascenderunt, quæ præparauit Deus iis qui ipsum diligunt. Nobis enim reuelauit Deus per spiritum. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei. Spiritualem enim & cognitione præditum nouit sancti Spiritus discipulum qui à Deo suppeditatur, qui est mens Christi: animalis autem homo non suscipit ea quæ sunt spiritus: est enim ei stultitia.
1. Cor. 3. [l] Iam verò Apostolus ad distinctionem perfectionis quæ existit ex cognitione, ommodum fidem, alicubi quidem dicit fundamentum, alicubi verò lac, scribens hoc modo: Fratres, non potui loqui vobis tanquam spiritalibus, sed tanquam carnalibus: tanquam infantibus in Christo lac vobis potum dedi, non cibum, nondum enim poteratis, sed neque nunc adhuc potestis, adhuc enim carnales estis. Vbi enim inter vos est æmulatio & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? quæ quidem eligentur & spontè suscipiuntur ab hominibus peccatoribus. Qui autem ab eis abstinuerunt, quæ sunt diuina cogitant, & cognitionis cibi sunt participes. Secundum gratiam, inquit, meum dedi eum, vt sapiens architectus posui fundamentum. Alius autem superædificat aurum, argentum, & lapides pretiosos. Hæc sunt ædificia cognitionis, quæ ponuntur super fundamentum fidei quæ est in Christo Iesu. Stipula autem sunt quæ imponuntur ab hæreticis, & ligna & fœnum. Quale sit autem vniuscuiusque opus, ignis probabit. [m] Cognitionis
Rom. 1. ædificium in epistola quoque ad Romanos tacitè significans, inquit: Desidero enim videre vos, vt



aliquod vobis donum impertiar spirituale, vt vos confirmemini. Non poterant apertè literis scribi eiusmodi dona.

## COMMENTARIVS.

[i] Atque de fide quidem satis testimonium adduximus. Postquà ostendit etiam veteres Græcos meminisse fidei, restaret autē ostendere, eos etiā meminisse spei & charitatis, prolixior autem esset futurus, si omnia afferret quę de ea re dici possēt, cęteris omissis loca aliquot adducit ex Platone, Empedocle, & Parmenide. Socrates enim in Critone bene viuere & mori vitæ præferēs, in hac est opinione, vt existimet se habere spem alterius vitæ post mortem. Ex quo colligitur eum credere vitam æternam. Hoc ipsum statuit in Phædro, cum dicit ipsam per se animam posse veræ, diuinæ, inquam, sapientiæ esse participem, & cùm per charitatem ad spei finem peruenerit, accipere premium, nempe vitam æternā. Quo in loco & charitatis & spei, & vitæ æternæ meminit. In cōiuncto autem meminit duplicis amoris, & terrestris quo generantur corpora, & diuini, quo virtutes in anima. Diuino autem illo amore qui est idem quod charitas, à viris bonis spiritualibus eruditur iuuenes, qui dicuntur generari & homines effici, vt loquitur Plato in Theæteto. Ij apud Hebræos Philosophos dicūtur illuminari, quod etiam idem est quod regenerari. Paulus quoq; dicit se eos in Christo Iesu gignere quos Christi fidem docet & disciplinam. Quoniam autem per doctrina audiēdo discitur, qui sic instituūtur dicuntur Cathecumeni, id est audiendo instituti. Porrò Empedocles quoque in principiis annumerat φιλότητα, id est amicitiam, ea autē significat charitatem quæ congregat, cogit & conciliat. Cùm autē principia constent ex contrariis, sint autem contraria amicitia & lis, cogit quidē & cōgregat amicitia, lis autem discernit ac disgregat. Parmenides quoq; de his enigmaticè intelligit, quādo dicit quæ absunt non separari ab iis quæ sunt. Perinde enim sunt atq; si adsint quæ cernūtur intelligentia, & quæ sunt futura spe repræsentantur perinde atque si aduenissent. Sperando enim & credendo mente videntur ea quæ sperantur & creduntur. [k] *Iustus ergò quæret inuentionē.* Dicit antea fidem non oportere esse solam & otiosam, sed diligenter & sollicitè quærere. Per hoc autē quod dixit fidem quærere, iustum quęrere intellexit. Iustus enim est qui ex fide viuit. Sed quidnam quęrendum? Inuentionem ex charitate. Ea est bona actio seu operatio quæ procedit ex charitate iuncta fidei. Fides enim cum demum est salutaris quando operatur per dilectionem. Ea ratione ad salutem conducens iustus euadit beatus. [l] *Ignorantens itaque animaduertito.* Socrates apud Platonem in Alcibiade dicit tum demū institiæ habiturum cognitionem, qui existimat se non nosse iustitiam. Nulli certe minus sapiunt qui qui sunt, vt Græci dicunt οἰόνοοι, hoc est, qui se putant esse sapientes. Cognoscuntur autem quæ liber inuenta, inueniuntur verò quæ quæruntur: quæruntur autē quæ vel ignorantur vel putantur ignorari. His gradibus peruenitur ad disciplinam. [m] *Hac ratione sunt etiam prudentium virginum lampades.* Parabolem de virginibus quæ noctu accenderunt lampades, accommodat ei quod dixit de ignoratione. Virgines illæ sunt mundæ animæ, quæ cùm intelligunt se esse in insciitia huius mundi, accēdunt lumen & quęrunt veritatē, expectantes mox venturum præceptorem. Veritatis ergo ignoratio, est primus gradus ad disciplinam, cùm excitatur anima & accenditur lumen ad quærendam veritatem, quam qui inuenit, is demum est Philosophus. Vulgus autem eam non quærit, & ideo non inuenit: quo fit vt nec vulgus sit Philosophus. Sed nec omnes qui profitentur philosophiam sunt Philosophi: multi enim sunt tantum titulo tenus & nomine Philosophi, de quibus hoc tritū dicitur prouerbium, Thyrsigeri multi, pauci sunt Bacchi; cuius expositionem vide apud Cælium Rhodiginum lect. antiq. lib. 8. cap. 13. Quod quidem optime congruit ei quod est in Euangelio: Multi sunt vocati, pauci verò electi. Non sunt enim à Christo electi omnes quos vocauit ad fidem, sed ij demum qui fidei adiunctam habent spem & charitatem, & qui vel bonis actionibus certā suam reddant vocationem, vel quos prædestinauit Deus, vt quos præciuerit si viuant bene esse operaturos. Sed nec est omniū fides quam profitentur; nec quicunque dicit Domine Domine intrabit in regnū cælorū, sed qui facit voluntatem patris qui est in cælis. [n] *Quorundam Cleanthe quoque Stoici Philosophi.* Cleanthes Stoicus non solū soluta oratione, sed etiam versibus scripsit. Philosophiā in ijs docet non esse spectandum quid sentiat vulgus, sapiens enim & iustum iudicium, nō in vulgo, sed vix in paucis qui sunt sapientes inuenitur: cui subscribit Comicus, is est, vt opinor, Menander, qui sententiosè dicit quæ sunt bona & pulchra nō posse iudicari tumultu, qualis solet esse in magna multitudine, oportet enim vt sedata & trāquilla sit mēs Iudicis. Hæc dicit Clemēs eos accepisse ex sapientia Solomonis, sed vbinā, mihi non occurrit. In medio, inquit, insipientū observa occasionem, vt eas quando sit vel audiendū vel loquendum, quod nō faciunt insipientes. Atque in medio quidem insipientū observanda est occasio si se offerat quod sit rarius. Aliud autem est si verseris perpetuò cum viris ignorantibus & cordatis: cū iis enim versanti nunquā deerit occasio. Sæpe tamen contingit, vt sit absconsa sapientia, vt suo tempore prolata maiorem afferat fructum. Nam si non suo tempore vulgo profetur fidei mysteria, erit labor sæpe irritus. Vulgus enim exigit demonstrationem tāquam pignus veritatis, sed accipienda est nuda fides absque demōstratione. [o] *Quidquid enim est adhuc surdum & cæcum.* Quāquam apud Græcos multa inueniantur vera, vt & quæ Dei sint, & à nobis accepta, non ea tamen sunt censenda fore in choro diuino. Nam sicut in mysteriis non est id quod est prophanum, neque in chorāis id quod musicam non habet & consonantiam: ita in choro diuino non est id quod est surdum & cæcum, nec habet intelligentiam, nec audacem & intrepidum contemplantis animæ aspectum, nec quod non dum est mundum, nec veritate dignum, & quod est inconcinnum & inordinatum, & adhuc materiale. In choro autem diuino sunt Sacerdotes qui sacra Deo offerunt. Eos nullam oportet habere maculam & omni carne vitio, nec esse immundos & indignos qui ad puram accedant veritatem, nec immodestos, nec addictos rebus sensilibus & materialibus. Alioqui eos oportet esse extra chorum diuinum, vt qui sint indigni qui Deo sacros panes offerant & hostias. Spirituales enim oportet esse eos qui tractant

Plato in Phædone de anima.

quæ sunt spiritualia, & cum spiritualibus comparare spiritualia. Mystica autem & arcana ratione, quam modum occultationis diuinũ, & maxime nobis necessarium dicit Clemens ad Verbi veritatis quod latet in adito, significarũt Ægyptij & Hebræi solis licere Deo cõsecratis Sacerdotibus aditu. Ægyptij quidẽ per templi adita in quæ soli intrabant Deo dedicati Sacerdotes, & Hebræi per velũ, quod vulgo arcebat à sancto sanctorũ in quod solus intrabat pontifex. His Sacerdotibus non satis erat fuisse circumcisam carnẽ præputij, quæ circuncisio populo dabatur in signũ, sed omnes oportebat esse amputatas libidines & cupiditates. Hoc autẽ fiebat cùm relictis rebus sensilibus & materialibus, rebus, inquam, huius seculi, omnẽ suum amorem in Deum conuerterent. Ita enim erant mundi, & ad Deum quasi puras & mundus eis licebat accedere. Nã Plato quoq; sentiebat non licere immundo mundum tangere. Immundus autẽ is est, vt ipse dicebat in Sophista, qui est dilceretus à sordibus materiæ. Postquam autẽ deus per mundũ occultationis, id est arcana & mystica, & Ægyptios & Hebræos significasse solis cõsecratis Sacerdotibus licere ad sacratũ veritatis aditum accedere, subiungit & Prophetias & responsa dari per enigmata, id est per verba obscura & quorũ sensus nõ facile intelligitur, nec ad mysteria, id est arcana sacra, quis temere & impudenter accedunt, id est eos qui sunt imparati, nõ sunt autem parati qui nõ sunt expiati & expurgati. Quinetiã oportet eos qui sactis præsunt, quædã prædicere quæ pertinent ad mysteriorum ritus & ceremonias. Quid autẽ sibi velit, id quod sequitur, nempe Musa enim non erat, &c. & quomodo præcedentibus cohæreat, & ex quo authore sumptũ sit dicet fortasse alius, ego certe me fateor ignorare.

[a] *Iam verò qui docentur.* Cùm dixisset Ægyptios mystica quadã & arcana ratione per templi aditus significasse, ad sacrũ Dei verbũ non licuisse accedere nisi Deo consecratis Sacerdotibus, essent autẽ apud Ægyptios præter communes & cuiusque proprias, mysticæ & arcanæ literæ quæ dicebantur hieroglyphicæ de eis visum est ei aliquid dicere. De eis olim scripsit Cheræmon & Orus Apollo. Hanc inquiunt & Pierium Valerius quę ad hoc argumentum pertinent doctè & copiosè omnia est persecutus. Ad eum ergo erit remittendus lector qui plura volet discere. Quod earum autem literarum esset institutum paucis verbis expressit Lucanus dicens:

*Nondum fluminea Memphis contexere biblos*
*Nouerat, in saxis tantum volucresque feraque,*
*Sculptaque seruabant magicæ animalia formæ.*

Quamuis autẽ sculperentur, tamen etiã proprijs scribebantur literis, & pingebantur ad imitationem, & exprimebantur quibusdã signis & ænigmatibus. Sol scribitur facto circulo, Luna verò per cornua Lunæ figurã, quæ dicitur *μηνοειδὴς*. Cùm autẽ multa sint quæ variis describuntur notis & ænigmatibus, horũ duo sola affert exempla, nempe & astrorũ, quæ assimilantur corporibus Serpentum, & Scarabęo. De serpẽte inter cętera quæ de eo scribit Pierius, hoc quoq; addit: Squamę verò, stellarum modum ambientium varietatem quique ignes in supremo micant orbe hieroglyphicè significant. Nam & hinnuleæ pellis varietatẽ quam Pan gestare fertur, stellas ex maculis imitari ait Probus, &c. De Scarabęo quoq; idem scribit Pierius. Quod pertinet ad Scarabęum, Appion ille Grammaticus quem cymbalum mũdi Tyberius appellare est solitus, rideri à pleriſq; visus, quòd curiosa nimium interpretatione, sub operũ similitudinẽ vermiculo tam exiguo, tã bruto inesse collegerit ad excusandos gentis suæ errores, quæ pillularũ Scarabæum magna ex Ægypti parte inter numina coluerit, quem reliqui in fabula tanta veneratione prosecuti sunt, vt scribere nõ dubitarint, quemadmodũ Scarabæus inexorabilem & vel ad lunæ preces opposuerit, qui multis ab eo verbis contendebat, vt cũ Aquila rediret in gratiam, coactumq; hoc ipsum tantæ iræ obuiã inimicitiæ. Cæterũ si quæ de Scarabæo traduntur vera sunt, vera autẽ et ea damnus esse, nõ ipsius Appionis tantũ authoritas, verùm & Aristotelis, & Plutarchi, & aliorum scriptorũ excellentiũ consensus efficit. Imo vt nihil hi scripserint, quæ passim nos metipsi fieri possimus autore fide perspicere, non verũ assequetare, peruicacis esset ingenij. Hæc & plura alia Pierius, sed plurima in qua elegantissima Erasmus in prouerbio, Scarabæus Aquilam quærit. [b] *Omnes ergo, vt semel dicam, Ægyptiorum sapientes* tunt & mystica quæ de principiis & rebus diuinis tractarunt Græci & Barbari, nempe Hebræi. Nam enim & ænigmatica fuerunt Græcorũ oracula. Vnde etiam Apollo Pythius dictus est *ἀπὸ τοῦ πύθεσθαι τὰ ἐν τῷ μυχῷ χρυπτόμενα*, ab eo quod vocem emittat obliquam & tortuosam, vt volunt Pythagorici. Ipsum quoq; dicta fuerunt obscura, vt quæ essent breuia & paucis verbis res magnas comprehenderent. Ex iis duo adducit, & ea docte & eleganter explicat, nempe, Parce tempori, & Nosce teipsum. Antea de dicto quidẽ, Nosce teipsum, antea satis diximus, nec opus est vt eadem repetamus. De hoc autem dicto, Parce tempori, hoc tantũ dicam ex explicatione nostri Clementis, facile intelligi id quod est apud Cicenem lib. 3. de finib. Quæ sunt, inquit, præcepta sapientum, quæ iubent tempori parere & sequi Deum, & scire, & nihil nimis: legendũ esse, non Tempori parere, vt legit Erasmus, sed Tempori parcere. Græcè enim legitur *χρόνῳ φείδου*, non autem *πείθου*. Nec dubito quin ita legerit, si Clemẽs exierit in lucem, quo tempore editæ sunt Chiliades. [c] *Quinetiam Poetæ qui à Prophetis didicere Theologiam.* Apud Gentes non est alia Theologia quam Poetarum: ab Hebræorum autem Prophetis, ij suam accepere Theologiam. Philosophantur autem per arcana sensu quæ latent sub delectatione poetica, & sub fortunatis symbolis: quæquidem sunt obscura, nec facile intelliguntur ab hominibus. Ea autem hominibus obvelut Deus nõ quod scientiam inuideat hominibus, in Deum enim non intelligitur vlla cadere inuidia, turbatio nec motus, sed vt dum obscura inquiruntur ænigmata, ex eorum inquisitione per exercitium cognitionem veritatis. Nam vt est Sophoclis sententia, Deus bonis & sapientibus semper exhibet se, sed pranos pauca docet, & quæ nõ sunt magnificenda. [d] *Aperte itaque de tota multa scripturæ.* Obiicient esse nostram scripturam apertè ostendunt Psalmi qui eam dicunt esse in parabolis & in ænigmatibus. Sed autem parabolæ rerum similitudines, cum per rerum adductam similitudinem, quod de alijs dicitur, ad aliis intelligitur. Ænigmata autẽ sunt propositiones seu quæstiones aliquid disputatione solutũ habentes. Loquitur etiam Apostolus de sapientia in mysterio absconsa, etiã principibus Iudæorum ignota, nobis autem reuelata per spiritum, id est per mentem, seu intelligentiam Christi. Quòd autem non de philosophis, sed de Iudæis loquatur Paulus, ex hoc patet, quod Philosophorum non fuit institutum, vt Christum probro afficerent, Iudæorũ autem Principes eum non solum ignominia affecerunt, sed etiam crucifixerunt. Et ideo nõ in Philosophos, sed in Iudæos inuehitur. Quod autẽ sit in mysterio absconsa quæ reuelata est sapientia, hoc arguit quod prædicẽtur, quæ nec oculis vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. Quibus autem reuelata fuit hæc sapientia, ij sunt spirituales: quibus autem nõ est reuelata, animales, qui minime percipiunt quæ sunt spiritus Dei. Nã etiam ipsa Dei sapientia stultitia est ab eis reputata. [e] *Iam verò Apostolus.* Distinguitur fides à cognitione, est enim fides fundamentum, cognitio autẽ perfectio, fidei autem fundamento imponuntur, ab aliis quidem, aurum, argentum & lapides pretiosi, quæ sunt fidei orthodoxæ dogmata, ab aliis verò stipula, fœnum & lignũ, ea sunt falsa & peruersa dogmata, quæ fidei fundamento imposita eã corrumpunt & euertunt. Quale autem sit opus quod supra fidei fundamentũ est positum probat ignis, manent enim integra & incorrupta orthodoxa fidei dogmata, sintq; eo puriora quo magis fuerint ab igne probata. Quæ autem fidei fundamento imponuntur ab hæreticis, ea vim ignis non possunt sustinere, sed corrumpunt & interimunt. [f] *Cognitionem adscitium in epistola.* Cùm ad Romanos scriberet Paulus se desiderare eos videre vt impertiretur donum spirituale, significans non omnem cognitionem tradi posse literis: esse enim quædam quæ solo percipiuntur spiritu, ad quæ docenda præsentes esse oportet.

[a] IAM verò *barbara philosophia admodum reconditè dependent symbola Pythagorici.* III.
[b] *suadet itaque Samius domi non habere hirundinem, hoc est, loquacem, & susurronem, & dicacem linguæ hominem, qui non potest continere, nec capere ea quæ illi fuerint communicata.* Hirundo enim & turtur, & passeres, agnouerunt tempora suorum ingressuum, inquit Scriptura: nec oportet vnquam simul habitare cum nugis. Iam verò turtur murmurans, quæ ingratam ostendens maledicentiam, ædibus merito expellitur,

Edatis varios mihi ne hinc illinc que susurros.

*Hirundo autem tacitè innuit fabulam Pandionis, abominanda sunt autem quæ propter illum vulgò iactantur accidisse: ex quibus Tereum alia quidem esse passum, alia verò etiam fecisse accepimus. Persequitur autem cicadas quoque musicas, vnde meritò expellitur qui verbum persequitur, per eam quæ Olympum aspicit sceptriferam Iunonem.*

Est mihi in lingua fidele penarium, *ait Poetica, & Æschylus:*
Sed est mihi in lingua clauis custodiens.

*Rursus Pythagoras: olla ab igne sublata, præcipit non relinquere figuram in cinere, sed eam confundere: & qui surgunt è cubili, conturbare stragula. Tacite enim significabat non solum esse delendum fastum & superbiam, sed ne iræ quidem relinquendum esse vestigium. Cùm autem ebullire cessauerit, eam esse componendam & omnem esse delendam memoriam. Sol autem vobis ne occidat super iracundiam vestram, inquit Scriptura. Et qui dixit, Non concupisces, sustulit omnem acceptæ iniuriæ recordationem. Ira enim inuenitur mansuetæ animæ cupiditatis impulsio, vltionem citra rationem supra modum desiderans. Similiter etiam suadetur vt cubile quoque conturbetur, vt nec alicuius somni & insomnij interdiu, sed nec alicuius quæ fuit in nocte voluptatis meminerimus. Facit autem caliginosam quoque phantasiam, significabat oportere luce veritatis confundere tenebras, & nolite peccare, inquit Dauid: non assenturi viso, neque factum inducere, iram confirmando, oportere docens.* [b] *Rursus super terram non esse nauigandum, est symbolum Pythagoræ. Significat autem, vectigalia, & similes conductiones, quæ sunt turbulentę & instabiles, esse recusandas: propterea dicit verbum Publicanos difficiliter salutem esse assecuturos.* [c] *Rursus autem non esse gestandos annulos, neque Deorum imagines esse eis insculpendas, præcipit Pythagoras: sicut Moses multis ante seculis aperte legem posuit, nullam oportere sculptilem vel fusilem vel fictam vel pictam imaginem simulachrum vel facere, vt sensilia minimè attenderemus, sed ad ea transiremus quæ percipiuntur intelligentia. Vt Dei enim maiestas vilis & contempta reddatur, efficit quæ est in promptu videndi consuetudo: & quæ intelligentia percipitur essentiam colere per materiam, est eam per sensum vilipendere. Quocirca Aegyptiorum quoque Sacerdotum sapientissimi.*





Pierius lib. 14. cap. De his qui per serpen ingenere significantur.

Pierius lib. 8. cap. 1. de Scarabæo.

Chil. 2 cent. 2. adag. 38.

Augus.

Ephes. 5.

Psal. 4.

Exod. 20.

Minervæ ædem sub dio esse constituerunt, vt Hebræi qui templum posuerunt absque imagine. Sunt etiam qui Deum colentes, facta* hominis effigie quæ astra continet, cum adorant, cùm nostra quidem certè dicat scriptura: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. [d] Operæprecium autem existimo Euryси quoque Pythagorei vocem adducere, qui cùm in opere de fortuna dixisset, opificem seipso exemplari vtentem fecisse hominem, subiunxit: Tabernaculum est reliquis simile, vt quod factum fuerit ex eadem materia. à præstantissimo autem effectum artifice, qui ipsum est fabricatus seipso vsus Archetypo. [e] Et in summa, Pythagoras, & qui ex eo sunt cognominati, vna etiam cum Platone maximè aliorum philosophorum, vsi sunt legislatore, vt conijci potest ex ipsis dogmatibus: & cùm per rectè coniectantem famam diuinationis, non absque instinctu diuino concurrissent, in quibusdam vocibus propheticis, veritatem per partes & species tractatam, non obscuris appellationibus, nec extra rerum declarationem ingredientibus, bonorarunt, cùm accepissent manifestationem coniunctionis quæ intercedit cum veritate. [f] Vnde Græca quidem philosophia est similis illuminationi, quæ fit ex scirpo, quem homines accendunt, lucem artificiosè à sole suffurantes. Verbo autem prædicato, vniuersa illa sancta lux elucet. Deinde furtum quidem noctu est vtile in ædibus, interdiu autem illustratur igni, & vniuersa nox illuminatur sole. lucis quæ percipitur intelligentia. [g] Iam verò eorum qua à Musæo dicta sunt de iustitia, compendium fecit Pythagoras, dicens stateram non esse transilendam hoc est, non prætergrediendam esse æqualitatem quæ versatur in distributionibus, bonum esse iustitiam.

Amicis semper colligat,
Simúlque amicos, atque etiam oppida oppidis,
Ac socios sociis: ius est æqualitas.
Hominibus infestum est ei quod amplius,
Minus, inimicitiasque mites gerit,

vt venustas habet Poetica. [h] Propterea Dominus, Tollite, inquit, iugum meum, quoniam benignum est & leue: & iis qui de primatu contendunt familiaribus, cum simplicitate præcipit æqualitatem, dicens oportere eos fieri vt puellos. Similiter etiam scribit Apostolus, nullum esse in Christo seruum, vel liberum, vel Græcum, vel Iudæum. Noua est enim creatura quæ est in Christo, contentione & auaritia vacua, & inuida æqualitas. Stat enim inuidia extra chorum diuinum, & æmulatio, & tristitia. Quæ ratione mystæ quoque prohibent vesci corde, docentes non oportere animum mordere & exedere socordia & dolore, propter ea quæ præter consilium & opinionem eueniunt. Miser ergo ille est, quem Homerus quoque dicit solum errantem, suum animum exedere. [i] Rursus verò cùm duas vias ponat Euangelium, & Apostoli, similiter atque omnes Prophetæ: & vnam quidem vocent arctam & angustam, alteram verò contrariam, latam & spaciosam, & cui nihil obsistit: & dicant, Beatus vir qui non ambulauit in consilio impiorum, & in via peccatorum non sedit: hinc & proficiscitur Prodici Cei fabula de virtute & vitio: & Pythagoras iubens ingredi via regia, non vertere pedem, habere sequi vulgi sententiam quæ caret iudicio, & non est sine controuersia. Aristoteles autem in primo libro eorum quæ sentit contra Heracleodorum, meminit cuiusdam epistolæ quæ sic habet: Rex Scytharum Ateas populo Byzantino: Nolite afferre detrimentum meis vectigalibus, ne mei equi aquam vestram bibant. Symbolicè enim bellum quod erat illaturus significauit barbarus. Similiter Euphorion quoque Poeta inducit dicentem Nestorem:

Mouimus à fluuio nondum Simoente caballos.

Gracum exemplar habet ἀγρίῳ, id est, cali: sed credo legendum esse ἀόρατῳ, id est, hominaliaque aut nullius, aut frigidæ est sensus.

Matth. 11.

Galat. 6.

Matth. 7.

Psal. 1.

Exodus



Et ideo Ægyptij quoque in sacris ponunt Sphingas, vtpote quòd de Deo oratio sit ænigmatica & obscura. Forte autem quòd Deum oporteat amare & timere: amare quidem, vt sanctis benignum & propitium: timere autem, vt qui sit impius iustus inexorabiliter. Feræ enim simul & hominis imaginem Sphinx significat. [k] Longum autem fuerit omnia persequi Prophetica & legalia, ea afferendo quæ dicta sunt per ænigmata: ferè enim vniuersa hoc modo loquitur scriptura. Ei autem qui est sanæ mentis, ad ostendendum id quod est propositum, sufficiunt, vt existimo, quædam pauca exempla exposita. Iam enim confitetur occultationem, quæ in veteri templo narratur septem ambituum ad aliquid spectans apud Hebræos relatio; & quæ erat in talari per varia symbola compositio, quæ referuntur ad ea quæ apparent, significans compositionem quæ à cælo ad terram vsque pertingit. Et operimentum & velum hyacintho & purpura & cocco & byssо erat variatum. Significat autem, quòd natura elementorum continet Dei reuelationem. Purpura enim est ex aqua, & byssus ex terra: & hyacinthus assimilatus est aëri, cum sit ater & obscurus, sicut coccus igni. In medio autem operimenti & veli, quo licebat ingredi Sacerdotibus, erat situm thuribulum, symbolum terræ quæ est sita in hoc mundo medio, ex quæ oriuntur exhalationes. Ille quoque locus medius qui est intra velum, in quem soli permissum erat Pontifici ingredi statis diebus, & exterius atrium quod patebat omnibus Hebræis, dicunt esse medium cæli & terræ. Alij autem dicunt esse symbolum mundi qui intelligentia percipitur, & sensilis. Operimentum ergo quo arcebatur populi infidelitas, expansum erat ante quinque columnas, arcens eos qui erant in ambitu. Ea ratione valde mystica franguntur quinque panes à Seruatore, & multiplicantur eorum qui audiunt multitudine. Multi enim solis attendunt sensilibus, vt quæ sola sint. Vide autem circumspiciens, inquit Plato, ne quis exaudiat ex iis qui non sunt mysteriis initiati. Sunt autem ij qui nihil aliud esse putant, nisi quod possint manibus tenaciter apprehendere: actiones autem, & generationes, & quicquid non est aspectabile, non admittentes in ordinem essentiæ. Tales autem sunt qui attendunt solum sensuum quinarium: Auditus autem, & quæ sunt eius generis, adire non possunt Dei intelligentiam. Hinc facies patris dictus est filius, sensuum quinario effectus, carnem gestans verbum, index paternæ proprietatis. Si autem spiritu viuimus, spiritu & ambulemus. Per fidem autem, non per speciem ambulemus, egregius dicit Apostolus. Igitur intra operimentum abditum fuit Sacerdotale ministerium, & eos qui in ipso laborant, longè arcet ab ijs qui sunt extrinsecus. Rursus & velum adytis ad sancta sanctorum, illic quatuor columnæ declarant sanctum quaternionem quatuor testamentorum. Quinetiam mysticum illud nomen tetragrammatum, quod iis solis imponebatur qui poterant ingredi adytum, dicitur autem Iehoua, quod exponitur, qui est, & qui est futurus. Iam verò nomen quoque apud Græcos, id est, Deus, literarum continet quaternionem. Cùm autem in mundo qui percipitur intelligentia solus fuisset Dominus, ingreditur perpessiones, subiens cognitionem eius quod est ineffabile, exuperans omne nomen quod voce cognoscitur. Iam verò candelabrum quoque erat situm in australibus partibus thuribuli, per quod declarat: sunt motus septem luminarium quæ australes faciunt conuersiones. Ex vtraque enim parte candelabri tres inserti sunt rami, & in ipsis lucernæ, quoniam Sol quoque tanquam candelabrum collocatus in medio aliarum errantium, & iis qui sunt sub ipso, & iis qui sunt super ipsum, diuina quadam musica indit lucem. Habet autem aliud quoque ænigma, aureum candelabrum, signi Christi, non figura sola, sed eò etiam quod lucem immittat multifariam multisque modis in eos qui in ipsum credunt, sperant, & respiciunt, per ministerium eorum quæ sunt primò creata. Dicunt autem esse septem oculos Domini, septem spiritus, requiescentes in virga

Exod. 25. 26.

Ioan. 6.

Galat. 5. 1. Cor. 3.

Exod. 25. 26.

Esa. 11.

ga quæ floret ex radice Ieſſe. Ad Boreales autem partes thuribuli, ſita erant menſa ſuper quam panum erat propoſitio, quoniam ex ſpiritibus maxime nutriunt Boreales. Furens autem quædam manſiones eccleſiarum quæ conſpirant in vnum corpus & vnum ouile. Quæ autem de ſancta arca narrantur, ſignificant mundum qui percipitur intelligentia, qui eſt occultus & vulgo occluſus. Porrò autem aureæ illæ imagines, vtraque ſex habentes alas, aut duas vtrás, vt quidam volunt, ſignificat, aut, quod magis quadrat, duas hemiſphæria. Vult autem nomen Cherubim ſignificare multam cognitionem. Sed habent ambo quidem decim alas, & per circulum Zodiacum, & tempus quod in ipſo fertur, ſignificant mundum ſenſilem. De his, vt exiſtimo, dicit etiam tragœdia loquens naturaliter: Et indefinitum tempus perenni fluento plenum circuit, ipſum ſeipſum pariens. Et geminæ vrſæ perpetuis errantibus alarum motionibus Atlanticum ſeruant polum. Atlas autem qui non patitur, poteſt quidem eſſe polus, & inerrans ſphæra: melius eſt autem fortaſſe intelligi cœlum immobile. Melius autem exiſtimo arcam quæ ex Hebraico nomine appellatur Thebota de quid aliud ſignificare. Exponitur autem vnum pro vno ex omnibus locis. An ergo duas, id eſt, octonarius, & mundus qui percipitur intelligentia, an etiam qui omnia comprehendit, eſtque figuræ expers, & non cadit ſub aſpectum, Deus ſignificetur, in præſentia dicere differatur. Cæterùm ſignificat quietam quæ eſt cum ſpiritibus glorificatibus, quos ſignificat Cherubim. Nunquam enim qui ne ſculptile quidem fabricari ſuaſit ſimulachrum, ipſe ſanctorum effinxiſſet imaginem. Neque eſt omnino compoſitum & ſenſile aliquod in cœlo animal, quod ita ſe habeat. Eſt autem facies quidem ſymbolum animæ præditæ ratione. Alæ autem ſunt miniſteria & operationes ſublimes, dexterarum ſimul & ſiniſtrarum poteſtatum. Vox autem eſt gratæ mentis gloria, in contemplatione quæ non poteſt ceſſare. [l] Sufficit myſticam interpretationem hùc vſque procedere. Pontificum autem veſtis talaris eſt ſignum mundi ſenſilis. Septem quidem errantium, quinque gemmæ, & duo carbunculi, propter Saturnum & Lunam. Ille enim eſt meridionalis quidem, & humidus & terreſtris, & grauis: hæc verò aeria: vnde à nonnullis dicta eſt aurea quaſi ἀεροτόμος, hoc eſt, ſecans aerem: eſt autem aer obſcurus. Eos autem qui conferunt de eorum quæ hìc ſunt generationem, eos, inquam, qui præſunt ſtellis errantibus, diuina prouidentia & in pectore & in humeris merito deſcribit fuiſſe poſitos, per quos actio effectrix generationis eſt primus ſeptenarius. Pectus autem eſt habitaculum cordis & animæ. Fuerint autem aliàs quoque gemmæ varij modi ſaluti: aliæ quidem in ſuperemmentibus, aliæ verò in inferioribus partibus poſitæ cuiuſuis corporis quod ſalutem aſſequitur. Trecenta autem & ſexaginta ſex tintinabula quæ pendent à veſte talari, eſt tempus anni. annus, inquam, Domini acceptus, prædicans & reſonans maximum aduentum Seruatoris. Quinetiam pileus aureus qui eſt extenſus, ſignificat regalem Domini poteſtatem. 1 Cor. 11. ſiquidem caput eccleſiæ eſt Seruator. Signum certè principalis imperij, eſt pileus capiti impoſitus: & alioqui audiuimus, Et Chriſti caput eſt Deus, & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti. Iam verò Pectorale quidem conſtat, & ex ſuperhumerali, quod eſt ſymbolum operis, & ex rationali: hoc autem ſignificat rationem, & eſt imago cœli, quod verbum operis, & ratione factum eſt, & ſubijcitur omnium capiti Chriſto, vt quod ſimiliter & eodem modo mouetur. Lucidæ verò ſmaragdi gemmæ quæ ſunt ſuper ſuperhumerali, ſignificant Solem & Lunam, qui ſunt adiutores naturæ. Manus autem, vt opinor, principium, eſt humerus. Duodecim autem illæ quæ ſunt in quatuor ordinibus locatæ ſuper pectus, deſcribunt nobis circulum Zodiacum, conuenienter quatuor anni conuerſionibus. Et qui oportebat capiti Dominico, legem quidem ſubijci & Prophetas, propterea quod iſti ſignificantur in vtriſque teſtamentis. Prophetas enim ſimul & iuſtos dicentes ipſe Apoſtolos, rectè dixerimus, cùm vnus & idem ſanctus Spiritus operetur per omnes. Quoniam autem Dominus eſt ſupra mundum vniuerſum atque adeo vltra mundum qui percipitur intelligentia: ita etiam nomen quod inſcriptum eſt in lamina, dignum fuit habitum quod eſſet ſuper omnem principatum & poteſtatem. Inſcriptum eſt autem & propter præcepta mandata literis, & propter ſenſilem præſentiam. Dictum eſt autem nomen Dei, quoniam ſicut filius aſpicit bonitatem Patris, operatur Deus Seruator vocatus, qui eſt vniuerſorum principium, quod ex Deo quidem qui non cadit ſub aſpectum, imago effectum eſt primùm, & ante ſecula. Figurauit autem omnia quæ poſt ſe facta ſunt. Iam verò rationale, Prophetiam quæ per verbum clamat & prædicat, & futurum iudicium ſignificat. Nam idem eſt verbum quod ſimul prædicit, & iudicat, & ſingula diſcernit. Aiunt autem inducratum, veſtem inquam talarem, prædicere carnis ſuſceptæ diſpenſationem, per quam in mundo viſus eſt propinquus. Ea certè ratione ſanctificatam exuens Pontifex tunicam mundam autem, & quæ in mundo eſt creatura, ſanctificata eſt ab eo, qui quæ facta ſunt omnia ſimul compoſuit) lauatur, & induitur aliam ſanctam ſancti, vt ita dicam, tunicam, qua vnà cum eo ingreditur in adyta oſtendens, vt mihi videtur, Leuitam, & cognitione præditum, vt qui ſit princeps aliorum Sacerdotum, cùm illi quidem aqua ſint abluti, & ſola fide induti, & propriam expectant manſionem, ipſum cum ea quæ percipiuntur intelligentiæ diſcreuerit à ſenſilibus, ſuperatis aliis Sacerdotibus, contendentem ad perſuadendum id quod percipitur intelligentia, ab iis quæ hìc ſunt elui, non amplius aqua emundatum, vt prius, cùm in tribus Leuiticæ referretur ordinem. Sed cùm iam verbo cognitionis toto quidem corde ſit mundus, valde autem ſe rectè geſſerit, & vitæ inſtitutionem in extremis à Sacerdote datam in manus acceperit, reuera & verbo & vita ſanctificatus, induitur exultatione gloriæ ſpiritalis illius & perfecti viri arcana accepta hæreditate, quam oculus non vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non aſcendit, effectus filius & amicus, facie iam ad faciem impletur contemplatione quæ non poteſt ſatiari. [m] Sed nihil melius fuerit quàm ipſum audire Verbum, quod per ſcripturam, maiorem affert intelligentiam. Sic enim dicit: Et exuet veſtem lineam, quam induerat cùm ingrederetur in ſancta, & eam illic deponet, & lauabit corpus ſuum aqua in loco ſancto, & induet veſtem ſuam. Aliter autem, vt opinor, Dominus exuit & induit, deſcendens ad ſenſum: aliter autem qui per ipſum credidit, exuit & induit, vt etiam ſignificauit Apoſtolus, veſtem ſanctificatam. [n] Hinc ad imaginem Dominis delectabantur Pontifices qui erant probatiſſimi ex tribu ſanctificata: & qui ad regnum, & qui ad prophetiam erant electi, vngebantur. Vnde etiam Ægyptij non quibuſlibet ea quæ erant apud ipſos committebant myſteria: neque rerum diuinarum cognitionem deferebant ad prophanos: ſed ad eos ſolos qui erant ad regnum peruenturi, & ex Sacerdotibus iis qui iudicati fuerant probatiſſimi, & educatione, & doctrina, & genere. [o] Ergo quod attinet ad occultationem, ſunt Hebraicis ſimilia Ægyptiorum ænigmata. Ex Ægyptiis alij quidem in natugio, alij verò in Crocodilo Solem oſtendunt. Significant autem quod Sol per aërem dulcem & humidum ingrediens, gignit tempus quod ænigmaticè ſignificat Crocodilus per quandam aliam Sacerdotalem hiſtoriam. Porrò autem Dioſpoli quoque, quæ eſt vrbs Ægypti, in æde ſacra quæ vocatur Pylon, figuratus quidem eſt puellus, ſignum generationis: ſenex verò, interitus: & rurſus Dei ſymbolum, accipiter, vt piſcis ſymbolum odij. Et in alio rurſus ſignificato, Crocodilus eſt ſignum impudentiæ. Videtur ergo vniuerſum hoc ſymbolum ſimul poſitum hoc ſignificare: O qui naſcimini & interitis, Deus odio habet impudentiam. Et aures & oculos fabricantes ex materia preciosa, conſecrant Diis dedicantes, hoc vtique tacitè ſignificantes, quod Deus omnia videt & audit. [p] His accedit, quod roboris quidem & fortitudinis ſignum eſt eis Leo: ſicut certè & ipſius terræ, & agricul-

*ræ, & alimenti, est bos: magnique animi virtutis & libertatis, equus: roboris autem rursus cum ingenij solertia, sphinx, quæ totum quidem habet corpus Leonis, faciem autem humanam. His quoque similiter, ingenij solertiam & mentem & vires potentiamque & artem bene significans, ab eis in sacris insculpitur. Iam verò in ijs quoque quæ ab ipsis vocantur deorum κομιδαὶ, aureas imagines, duos quidem canes, vnum autem accipitrem, & Ibin vnà cum ferunt: & quatuor imaginem simulachra, vocant quatuor literas. Atque duo quidem canes, sunt symbola duorum hemisphæriorum, vt quæ circumeant & custodiant: accipitrem verò, Solis: est enim igneus, & qui vim habet interimendi. Pestilentes itaque morbos Soli attribuunt. Ibis autem, Lunæ: vmbrosa quidem, nigra: lucida autem, alba, pluma referentibus. Sunt autem qui volunt quidem tropicos significari à canibus, quæ custodiunt, & ianitorum obseruant, accessum Solis ad Austrum & Septentrionem: æquinoctialem autem, qui est altus & perustus, significat accipiter, sicut Ibis obliquum seu sigmoeidem. Numeri enim inuentionis & mensuræ, maximè ex animalibus, Ibis videtur principium præbere Ægyptijs, sicut ex circulis obliquus.*

κομιδαὶ θεῶν.

## COMMENTARIVS.

[a] IAM verò à barbara philosophia adnodum recondite. Postquam ostendit nostram scripturam in scribendo parabolas & ænigmata, nunc ostendit à barbara philosophia, nempe Hebraica Pythagoram hausisse sua accepisse symbola. Vnum autem est ex Pythagoræ symbolis, Hirundinem sub eodem tecto habeas, quo significari dicit Clemens, non esse domi habendum fusurronem, & effræ natæ lupæ comitem, qui non possit continere ea quæ ipsi fuerint communicata, quod quidem non probat Plutarchus in posiacon decade octaua, nec referendum esse symbolum ad Terei & Prognes tragœdiam, qui ait in bulis, sed vitandam esse hirundinem vt animal ingratum, vt quæ diuturno commercio non memor, nec hominem agnoscat benefactorem. Est ergo eius sententia hoc symbolum intelligendum de ingratis. Idem tamen quod noster Clemēs sentit Diuus Hieronymus Aristotelem secutus, vide Erasmum in Adagijs. Quod autem hirundo agnoscat tempus sui aduentus, est illi cōmune cum aliis auibus, nec hoc vllam habet affinitatem cum symbolo Pythagorico. Sed vt persuadeatur non esse sub eodem tecto habendas hirundines, plutimum facit, quod ex persequūtur cicadas Musicas, ex quo discimus parcendum arcendos qui verbum Dei persequuntur, & sunt inimici fidei Christi. Idem autē quod Pythagoræ quod diximus symbolum, videtur significare prouerbiū; Turture loquacior, cuius est eiusmodi natura, vt non ore tantum sed etiam postica parte corporis feratur clamare, ob id quod vocem edens illam etiam ore deatur mouere. De eo vide Erasmum in adagiis. Qui autem à Clemente citantur versus Poetæ, quos ego arbitror esse Sappho, & Æschyli, significant linguam esse continendam, & tanquam in penaria, & perinde atque si eam custodiret clauis. [b] *Rursus super terram non esse nauigandum.* Esse Pythagoræ symbolum, Non esse nauigandum super terram, credendum est Clementi, quod tamen nescio an alibi legerit. Admittenda est etiam eius expositio, quæ dicit rejicienda esse vectigalia, & incertas & instabiles conductiones. Licet autem nusquam dicat Verbum, nempe Christus, publicanos difficiliter esse salutem assecuturos, difertis tamen dicit verbis, facilius esse camelum transire per foramen acus, quam diuitem intrare in regnum cælorum. [c] *Rursus autem non esse gestandos annulos.* De annulo duo sunt symbola Pythagoræ: vnum est, Arctum annulum ne gestato, quo significatur non oportere seipsum conijcere in tutem, in vincula enim quodammodo se conijcit, qui nimis arctum induit annulum. Alterum, annulo, Dei figuram ne gestato, quo significatur Dei figuram non esse ita contrectandā, vt ipse Deus tur cōtemptui. Hoc à Mose sumpsit Pythagoras. Lege enim cauit Moses, ne Dei qui sub sensum cadit, sed sub intelligentiā, vlla fieret imago quæ adoraretur: Dei enim qui sola percipitur intelligentia, tio sentiā colere per materiā, est per sensum eum despicere. Ab Ægyptiorū sacerdotibus Minervæ ædes tem ponebatur: Hebræi autem in templo nullā posuerunt imaginem quæ coleretur vt Deus. Sub dio ponebatur: Hebræi autem in templo nullā posuerunt imaginem quæ coleretur vt Deus. Sub dio tem apud Hebræos nulla erat imago, nulla enim res sensilis repræsentat id quod sola percipitur intelgētia, nempe Deum. Si autē Deus nulla re sensili potest repræsentari & effingi, cōstat eos Deum non recte colere, qui facta hominis effigie quæ astra cōtinet, eum adorāt. Fallūtur autem ex eo quod Deus dixit Genesi: Faciamus hominē ad imaginem & similitudinem nostrā. Factus quidem est homo ad Dei imaginem & similitudinem, sed sicut Deus est expers materiæ & sub sensum nō cadit, ita non est Deus quam homo adorandus. Quæ est autē in homine Dei imago & similitudo, est intelligētia, mentisque voluntas, quæ sunt remota à sensu & materia. [d] *Operepretium autem existimo Eurysi.* Hoc est quod significat Eurysus Pythagoreus, Deū seipso vsum exemplari ac chetypo, fabricatum quidem esse hominem, vt hominis in se haberet quæ sub intelligentiam cadit ideam: eius autem tabernaculum, nempe corpus, esse simile cæteris, cæteris inquam rebus à Deo creatis. [e] *Et in summa Pythagoras & quæ ex eo sunt recensita.* Ex Pythagoræ & Platonis dogmatibus est perspicuum, eos in Mosis legislatoris scriptis esse versatos, hinc per partes & species veritatem accepisse, cùm vidissent quæ ab eo scripta fuerat manifeste esse diuinā cuncta cum veritate. [f] *Vade Græca quidem philosophia.* Comparat lucem philosophiæ cum luce Euangelij



lux philosophiæ est similis luci scirpi, qui furtim ex Sole accendītur, & est noctu vtilis in ædibus. Præclarior autem Euangelio tota nox illuminatur Sole lucis quæ cadit sub intelligentiam. Is autem sol est Christus qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. [g] *Iam verò eorum quæ à Mose dicta sunt de iustitia.* Breui symbolo, nempe stateram ne transgrediaris, comprehendit Pythagoras quidquid dicit Moses de iustitia. Significat autem æqualitatem esse seruandam, & in distributiua iustitia ita se gerendum, vt neq; minus detur nec plus quam oportet. Quid autem per venustatem poëticam intelligat non satis scio, nisi forte significet Sappho. [h] *Propterea Dominus: Tollite, inquit, iugum meum.* A symbolo Pythagoræ non discrepant Christi præcepta, nempe & quo iubet suum iugum tolli, vt quod sit benignum & leue. Leue autem est quod facile fertur, facile autem fertur, quod non immodico onere grauat & opprimit. Vult etiam suos discipulos esse ab ambitione alienos. Ambitiosi enim non sunt qui sunt pueris similes, nēpe in quibus est simplicitas vt magna non affectent, & æqualitas, vt nō plura appetant, quam quæ sibi conueniant. Qui eius sunt, eos nouam vult esse creaturam, vt se Christianos tantū esse sentiant, neque ibi placeant quod sint vel Iudæi vel Græci, & ab eis abesse contentionem, inuidiam, æmulationem & tristitiam: mysticè autem cor edere dicitur affici tristitia, quod est etiam vnū ex symbolis Pythagoræ. Quod exponitur ab Erasmo in Agad. Vbi est etiā versus ille Homericus cuius meminit Clemēs:

*Solus at ille quidem vacuus errabat in agru.*
*Cor adedens curis, hominum vestigia vitans.*

Merito autem referuntur hæc præcepta ad iustitiā, non facile enim erit ambitiosus, nec cōtentiosus, nec inuidus, nec tristis & iracundus qui plura quam par est non appetit, & est sua sorte contentus. [i] *Rursus non duas vias ponat Euangelium.* Quod apud Xenophontē narrat Prodicus Chius de duabus mulieribus diuersis scilicet & vitio, quæ Herculi occurrerunt in solitudine, quarum alterum nempe virtutem, secutum esse Hercules, id sumptū est ex scriptura quæ duas dicit esse vias, nēpe vnam arctam & angustam, alteram verò latam & spatiosam. Ita etiam quod dicit Pythagoras eundum esse via regia, Regia autem via non incedit qui corruptā vulgi sequitur sententiā. Non solum autem in scripturis tam sacris quam prophanis, sed etiam in epistolis scribūtur ænigmata, vt in epistola Atticæ regis Scytharū ad Byzantinos, & in caminibus elegiacis, cuiusmodi erāt quæ scripsit Euphorion Chalcidicus, quē Cornelius Gallus secutus comitatus. Sphinx autem erat monstrū facie muliebri, habens pedes & caudā leonis, pennas volucris. Hoc monstrū transeuntibus proponebat ænigmata è monte præcipitādos nisi soluissent. Quoniam hoc monstrum proponebat ænigmata, id ab Ægyptijs adhibebatur in sacris: significabant autem obscurum esse & ænigmaticū quod de Deo dicitur, aut quoniam hominis & feræ habet imaginem, Deum quidem bonis esse propitium, malis autem & impijs iustum & inexorabilem. [k] *Longum autem fuerit omnia persequi.* Cū dixisset in prophanis scriptoribus multa esse ænigmatica & obscura, & veniendū esset ad scripturas sacras, quæ sunt huiusmodi vt in eis ferè sit perpetua allegoria & ænigma maxime in legalib⁹ & prophetia, futurisq; esset prolixior si ea omnia vellet adducere, suffecturū dicit si pauca asseratur exempla ex quibus cætera poterunt intelligi. Dicit ergo ex expositione eorū quæ narrantur de tabernaculo, operimentis, ephod, thuribulo & candelabro, & de indumētis sacerdotalibus, facile videri posse quam multa sint in ea mystica obscura & arcana, à quibus operimentū expānsum ante quinq; columnas, arcebat populum infidelem, eos scilicet qui erant in ambitu. Quinq; autem illæ columnæ supra quas expansum erat operimentū arcens populū, significabant quinq; panes à Domino mystice fractos & distributos multicadini. Mystice autē dicit fractos & distributos, vt nō intelligamus de corporalibus & sensilib⁹ panibus, sed de iis qui sunt insensiles & cadunt sub intelligentiam. Falluntur enim qui ea tantū esse putant, quæ sub sensum cadūt & sunt corporalia. Verē enim & propriè sunt incorporeæ rerū ideæ, à quibus corpora suum habent essentiā. Sunt autem qui putant nihil esse præter quinq; sensus, & quæ sub eos cadunt, sed nec animus, nec vllus sensus peruenire potest ad Dei intelligentiam, sed sola mens, quæ cùm sit incorporea Deum adit incorporeū. Hinc est quod filius Dei qui est verbum patris dicitur vultus patris, quod habeat eūdem essentiæ characterem, & est iudiciū paternę proprietatis, in qua nihil est sensile & corporeum. Idem tamen Verbū carne susceptā per quinarium sensuum, seu per quinq; sensus efficitur sensilis, & non sola mente sed etiā sensu potest percipi. Non quatenus quidem est verbū, sed quatenus in vno & eodē subiecto, seu mauis supposito, est Deus & homo. Atq; eū quidē qui viuit spiritu, spiritu deōre ambulare: viuit autem spiritu qui relictis carnalibus se dedit contemplationi spiritualium. Sed non satis est spiritualia cōtemplari, nisi etiā vita agatur spiritualis, quæ tunc viget quādo spretis libidinibus & voluptatibus ad æternam vitam aspiratur. Ad eam autem cōtendimus per fidem non per speciem: nam credimus quidem & speramus, sed id nondū videmus nec eo fruimur. Porro autem intra operimentum abditum erat ministeriū sacerdotale, & ita erant à vulgo separati sacerdotes. Quid autē sibi velit quod in velo aditus ad sancta sint quatuor colūnæ, quæ declarāt sanctū quaternionem veterum testamentorum, non satis intelligo quæ sint hæc quatuor vetera testamenta. Solis autem sacerdotibus templi aditum ingredi fas imponebatur lamina aurea, in qua insculptū erat mysticum nomen tetragrammatum, id est quatuor literarū, quod Hebraicè dicitur יהוה. Affigebatur autem hæc lamina galero, pertingēte q; ab aure ad aurem, & id quidem in parte capitis anteriore. Quaternarij autē numeri hæc potestas est admiranda, quod apud omnes fere gentes Dei nomen scribatur quatuor literis, Græci enim θεὸς, Latini Deū vocāt, Ægyptij Theut, Atabes Alla appellāt. Atq; in mundo quidem intelligibili Dominus erat solus; sed cum in mundū descendisset sensilem, perpessurus, & carnem susceperat, quatenus est homo venit ad cognitionem nominis ineffabilis, & quod superat omne nomen quod voce profertur: & ita visuenit vt cum vnum esset subsistum ex duabus constans essentiis, diuina & humana, humana quę minor est, diuinam quæ verbis exprimi non potest cognoscceret. Candelabri quoq; forma suam mysticā habet significationem, significantur enim motus septem luminarij quæ vergunt ad Austrū. Et cum ex vtraque parte candelabri sint tres radij seu calami, Sol tanquam candelabrum in medio colloeatus aliarum stellarum

Chiliad. 1. cent. 1. adag. Hirundinem sub eodē tecto non habeas.

Chiliad. 1. cent. 5.

Matth. 19.

Genes. 2.

Exod. 28.

Cal. Rhodig. antiq. l. 2. lib. cap. 9.

errantium, illuminat & superiores & inferiores stellas errãtes. Significat etiam candelabrũ aureum mysticè signũ Christi, non solũ figura, sed etiã quod multifariam multisque modis lucem immittat in omnes qui in ipsum credunt, sperant & ad eum respiciunt. Habent etiam sua ænigmata & mensa positionis, & Cherubin, & arca testamenti, quæ cum satis exponat Clemens, nõ est opus in ista diutius morari. Quod si quis de his plura volet videre, legat Origenem, Cyrillũ, Hieronymum, & alios huius doctores. [1] *Sufficiat mystica interpretatione.* De vestibus Sacerdotalibus & pontificalibus, & quid sit canonale, quid pectorale, quid superhumerale, & quid lamina cui est nomẽ Domini inscriptũ, videre Exod. cap. 28. & apud Iosephum antiq. lib. 3. c. 8. Quænam sit autem mystica & ænigmatica eorũ significatio diuersi diuersa scribunt, sed reliquis omissis videamus quid significare dicat noster Clemens. Vbi dicit vestis talaris quæ est demissa vsque ad talos, Ea vestis significat mundum sensilem, mundũ, inquam, qui cadit sub sensum. Dicitur autẽ sensilis, vt distinguatur à mundo, si Latinè dici poteit, intelligibili qui est in mente diuina, & cõsistit in ideis quæ sola percipiũtur intelligentia. Quinque gẽmæ, & eo ordine quo Exod. 28. illi significant septem stellas errãtes quas vocant planetas propter Saturnũ & Lunã. Est autem Saturnus humidus terrestris & grauis. Luna verò est aëria, & ideo à nõnullis dicitur ἀήρ quasi secũ aërem ferens. Sol aër est obscurus, est enim tenebricosus nisi illuminetur. Moses quoque per diuinam prouidentiam describit septẽ lapides qui adsunt septem stellis errãtibus, politos & in pectore & in humeris, qui pertinent ad eorũ quæ hic sunt generationem, per quos primus septenarius est actio effectrix generationis. Non est autem mirũ, quod septenarius numerus sit actio effectrix generationis: nam qui septimo mense nascũtur fœtus sunt vitales, moriuntur autem qui octauo. Meritò autem sunt gẽmæ illæ politæ in pectore & in humeris, nam pectus est habitaculũ animæ & cordis. Sunt aliæ quoque gemmæ quæ & in superioribus & inferioribus partibus positæ significãt variis modis dare salutem. Trecenta autem & sex tintinnabula quæ pendent à veste talari, significant futurũ aduentũ Seruatoris. Pileus seu Galerus significat regem Domini potestatẽ, est enim Christus caput ecclesiæ: Deus autẽ est Christi caput. De pectorali superhumerali & rationali nõ opus est plura dicere: se enim satis explicat Clemens, nec tentandũ est illis aliquid addere. Nec de duodecim gemmis quæ Zodiacum significãt plura sunt dicenda. Quòd verò caput Dominico subiiciatur Lex & Prophetæ, eo quod sint iusti in vtroq; testamẽto, & idẽ spiritus per vtrumq; operetur, & iusti sint & Prophetæ & Apostoli, non est quod plura dicamus. In ornamentis autem Pontificalibus erat & lamina aurea, in qua inscriptũ erat nomẽ Domini quod ab Hebræis vocatur Iehoua. Quomodo autem ipse Dominus est supra mundũ non solũ sensilem, sed etiam intelligibilem, & eum Latinè si liceat dicamus *rectorẽ*, ita etiam nomen Domini quod est inscriptũ in lamina exuperat omnem principatũ & potestatem. Insc[illegible]tiptum autem erat in lamina, quod & Dei præcepta essent mãdata literis, & ita Deus ipse esset præsens, nomen certe Dei, vt volũt Hebræi, est ipse Deus. Ideo autem dictũ est nomen Dei, quoniã sicut filius aspicit in bonitatẽ Patris, ita Deus qui dictus est Seruator, qui est principii vniuersorũ, & qui ex Deo inuisibili primũ & ante secula effectus est imago, operatur ad Deum aspiciens, ad æternas, inquã, Ideas quæ sunt in mente Patris aspiciens, effinxit & figurauit omnia quæ post ea facta sunt, tam quæ cadunt sub sensum, quã quæ sub intelligentiam, cum ipse ante secula nõ factus esset, sed genitus, & fuisset imago Patris, nõ accidẽtalis, sed plane essentialis. Rationale verò quod ei vsũ est in dumẽtis Sacerdotalibus, significat prophetiã quæ per Verbũ clamat & prædicat, & significat futurum iudicium: idem enim Dei Verbum, quod etiam Deus est, & prædicit futura, & indicat quæ facta sunt, & singulis rebus suam tribuit differentiam eas ab aliis discernens. Porro autem omnium indumentorum Sacerdotalium præcipuũ indumentum est vestis talaris, nempe quæ est demissa vsq; ad talos. Ea autem prædicit & significat carnis à Christo susceptæ œconomiã ac dispensationẽ, hoc est Christi incarnationem, per quam proprius visus est in mũdo. Nam etsi in mundo esset, vt qui & mundũ creasset, & ipsum administraret, à mũdo non agnoscebatur, sed postquã carnem susceptam, nobiscũ habitans in terris, visus est & versatus est cum hominibus. Hoc significat Põtifex qui [illegible] ingrediatur in sancta, exuias sanctificatam tunicam. Sanctificata autem tunica est ipse mũdus, [illegible] creatura, quam is sanctificans, omnia cõposuit & fabricatus est. Exuit autem tunicam mundanas omnes deponens cogitationes. Iam postquã exuit, lauatur, mundus enim sit oportet qui sancta est ingressurus. sed non prius ingreditur quã lotus & iam sancti induatur tunicam, nempe pias & sanctas cogitationes quas secum defert in animo, hoc est in sancta sanctorum. [m] *Sed nihil melius quam ipsum audire verbum.* Vt res melius explicetur, adducit ipsa verba textus. Vestem autem sanctificatam aliter induit Christus qui carnem suscepit, aliter autem Iudæi credidit. [n] *Hinc ad imaginem Domini eligebantur Pontifices.* Apud Hebræos eligebantur qui erant electi Pontifices, & Reges, & Prophetæ. Non omnes autẽ eligebantur Pontifices, sed ij demum qui erant ex tribu Leuitica, quæ erat tribus sanctificata, nẽpe Deo consecrata. Sed nec omnes ex ea tribu eligebãtur, sed ij demũ qui ex illa tribu erant probatissimi, ita etiã Reges & Prophetæ. Non Ægyptij sua mysteria omnibus cõmittebant, sed iis demũ qui erant futuri Reges, & iis ex Sacerdotibus qui digni fuerant iudicati propter educationem, doctrinam, & genus. [o] *Ergo quod attinet ad sacrificantes.* Sicut Hebræi ita & Ægyptij doctrinã suam occultant arcanis ac mysticis quibusdam symbolis & ænigmatibus. De Ægyptiacis autẽ illis symbolis scripsit Orus Apollo, & eius interpres Pierius. Quod qui & multa prætermiserit, videre licet apud quem multa inuenias quæ non sunt alibi. Quod certe nauiter & Crocodilus significent Solem per dulcem & humidũ aërem ingredientem, tẽpus gignere, non alibi uenies. Sed quænam sit Sacerdotalis illa historia cuius meminit, ne verbũ quidem facit ipse Clemens. Quod puer senex, accipiter Pisces Crocodilus symbolicè significent; O qui nascimini & interitis, Deus odio habet impudentiã, penes eũ sit fides, vt etiã quod aures & oculi ex præstantissima materia Deo cõsecrati significent Deũ omnia videre & audire. [p] *His accedit quod robusti quidẽ & fortes dentur signa est ex Ier.* Pacis multa perstringit symbola, leonis, bouis, equi, Sphingis, hominis, ostẽdens quid singula significent. Quænam autem sint Deorum κυνοκέφαλοι, in quibus circumferuntur duo canes, vnus accipiter, & vna ibis, quæ



quæ erant quatuor aureæ imagines, non memini me legere, suspicor autem fuisse quandam publicam consecrationem. Quænam autem ea significarent satis explicat Clemens, nempe duo canes duo hemisphæria, accipiter, Solem, Ibis lunam: aut, vt nonnulli dicunt, canes significant Tropicos qui obseruant Solis accessum ad meridiem & Septentrionem, Accipiter Æquinoctialem, Ibis verò signiferum. Quod autem numeri & mensuræ principium ab Ibi acceperint Ægyptij, dicit quidem Clemens, sed vnde id didiceris, sicut nec de circulo Zodiaco, nihil dicit.

[1] SED *enim non solùm qui ex Ægyptijs vi ratiocinandi plurimùm valuere, sed ex* IIII. *aliis quoque barbaris qui erant dediti studio philosophiæ, symbolicum genus sunt consectati. Aiunt quidem certè Idanthyram quoque Scytharum regem, vt refert Pherecydes Syrus, Dario qui Istrum traiecerat bellum minantem, symbolum misisse pro literis, murem, ranam, auem, iaculum, aratrum. Cùm autem de his, vt erat consentaneum, exorta esset dubitatio, Orontopagas quidem Tribunus militum, dicebat eos tradituros imperium, coniectans ex mure quidem, habitationes: ex rana autem, aquas: ex aue verò aërem: ex iaculo autem, arma: ex aratro verò, regionem. Xiphodres autem contrà est interpretatus. Dicebat enim. Nisi tanquam aues euolauerimus, aut tanquam mures terram, aut tanquam ranæ aquam subierimus, illorum tela non effugerimus: non sumus enim domini regionis. Anacharsim quoque Scytham dicit dormientem, sinistra quidem continuisse pudenda, os autem dextera, significantem oportere quidem vtrunque, sed maius esse, linguam cohibere, quàm voluptatem.* [b] *Et quid opus est vt in barbaris referendis immorer, cùm liceat ostendere ipsos Græcos valde esse vsos occultatione? Androcides certè Pythagoricus literas quæ vocantur Ephesiæ, in vulgus autem valde fuere iactatæ, dicit locum tenere symbolorum. Significare autem δαιμόνων quidem tenebras, eas enim non habere ὑμβρας: ἐκφαίνειν autem lucem, quoniam illustrat ὑμβραν. Nũc autem prisca appellatione est terra, & ἐνιαυτὸν hoc est, quaternio, annus, propter horas. Διὰ τοῦτο autem Sol qui domat, & ἐνιαυτὸς vocatur. Significat autem Symbolum, rerum diuinarum eum esse ornatum, qui est tenebrarum, si conferatur cum luce, & Sol cum anno, & terra cum omnis generis naturæ generatione.* [c] *Quinetiam Dionysius Thrax Grammaticus, in libro de declaratione symbolorum de rotulis, dicit his verbis: Significabant autem non per verba solum, sed etiam per symbola, nonnulli actiones, quæ verbà quidem, vt se habent, quæ dicuntur præcepta Delphica, Nihil nimis, &, Nasce teipsum, per symbola autem, vt & rota quæ vertitur in deorum templis, quæ tracta est ad Ægyptijs, & rami qui dantur ijs qui adorant. Dicit enim Orpheus Thracius,*

Ramorum, at quis sunt hominum terrestria curæ,
Non vno stant fata loco in mente, omnia circum
Voluuntur, nec fas vna est consistere parte,
Vt cœpit cursus, verum est pars cuilibet æqua.

[d] *Rami autem, quæ sunt symbolum primi nutrimenti, aut vt sciat vulgus fructus quidem omnino germinare & augeri longissimo tempore permanentes: se autem accepisse exiguum vitæ tempus, ea de causa volunt dari ramos. Fortasse autem etiam vt sciant, sicut ij rursus verùntur, ita illos quoque hanc vitam citò esse relicturos, & ignis opus futuros.* [e] *Genus ergo symbolicæ interpretationis est ad multa vtilissimum, vt quod & ad rectam conferat Theologiam, & pietatem, & ad iudicandam ingenij solertiam, & breuitatis exercitationem, & ad ostendendam sapientiam. Sapientis enim esse vti dictione symbolica, appositè dicit Didymus Grammaticus, & declarare id quod per eam significatur. Iam puerorum quoque doctrina quæ versatur in elementis, complectitur interpretationem quatuor elementorum. Dicit enim Phryges aquam vocare Bedy, sicut etiam Orpheus:*

Nymphasque Bedy promanat limpida lympha.

*Quinetiam Dion Thytes, id est, sacrificator, videtur scribere similiter: Et acceptum Bedy, effunde manibus, & conuertere ad aruspicinam. Contrà autem Comicus Philydeus, Bedy, aërem, qui vitam suppeditat, per hæc intelligit:*

Traham vt Bedy salutare deprecor.
Quod sanitatis est pars vel potissima.

*vt traham, inquit, aërem purum, non perturbatum. Huic opinioni consentit etiam Neanthes Cyzicenus, scribens, sacerdotes Macedonum in precibus inuocare Bedy, vt sit eis propitius & filiis, quod quidem interpretantur, aërem. Zaps autem indoctè alij quidem acceperunt ignem, à verbo ζέειν, quod significat ebulitionem. Sic autem vocatur mare, vt Euphorion in ijs quæ scripsit aduersus Theoridam:*

Nauibus exitio fuerat quem cantibus vrget
Zaps.
Et Zaps insano nunc plangit in æquore falsus.

*Similiter autem Cratinus iunior Comicus:*

Producit & squillas Zaps & pisciculos.

*Et Simmias Rhodius:*

Ex Amasignetis Cabrísque enatus amarus
Est Zaps.

*Χθὼν autem est terra quæ est effusa in magnitudinem. Et πλῆκτρον, id est, plectrum, alij quidem polum, alij verò aërem, qui omnia pulsat & mouet ad naturam & augmentum, aut qui omnia implet. Non legerunt autem isti Cleanthem philosophum, qui Solem aperte vocat πλῆκτρον. In oriente enim iubar fulciens mundum veluti pulsans, in concinnum aptumque cursum lucem deducit. Ex Sole autem reliqua quoque astra significat.* ^e *Sphinx autem non est intelligentia vniuersorum, & ex poëtæ Arati sententia, mundi conuersio: sed fortasse fuerit quidam spiritalis tenor qui peruadit, & mundum continet: melius autem fuerit accipere æthera, qui omnia continet & constringit, sicut etiam dicit Empedocles:* σφὶγξ ἀπὸ τοῦ σφίγγειν.

Principium Solis tibi nunc agè carmine dicam,
Atque orta vnde sient quæ à nobis cuncta videntur,
Tellus, atque mare exundans, atque humidus aër.
Titan, atque æther qui cuncta astringit in orbem.

^f *Apollodorus autem Corcyræus dicit hos versus fuisse prolatos à Brancho vate, Milesios expiante à fame. Ille enim multitudinem ramis lauri aspergens hymnum dicendo præiuit hoc modo:*

Cantetis pueri heus Hecaërgon atque Hecaërgam.

*Ita autem acclamauit populus vt diceret, Bedy, Zaps, Chthon, Plectrum, Sphinx, Cnachzbi, Chtyptes, Phlegmo, Drops. Meminit autem historiæ Callimachus quoque in Iambis. Cnachzbi autem per deriuationem est morbus, ex eo quod est κναίειν, id est, angere & dolore afficere; & διαφθείρειν quod est differre ac dispergere, & φλέγεσθαι quod est fulmine comburere.* ^g *Thespis autem Tragicus per hæc dicit aliquid aliud significari, scribens hoc modo: Ecce tibi libo Cnachzbi candidum, quod ex Cnecis expressi lactentibus. Ecce cùm tibi chtyptem caseum, rubro melle miscuerim, Pandiorum tempore in tuis sanctis id pono altaribus. Ecce tibi Bromij candens fulgur libo. Significat autem, vt existimo, primum lacteum nutrimentum quod est ex xxiiij. elementis animæ, post quod cibus iam est lac concretum. Postremum autem sanguis vitis verbi, docet candens vinum, nempe perficientem lætitiam, educationis. Drops autem est verbum efficax, quod ex prima cathechesi, hoc est, quæ per auditum fit institutione, ad viri incrementum, in mensuram ætatis, hominem accendit*

ἑκάεργος καὶ ἑκάεργα, epitheta Apollinis & Dianæ, ita dicta, quod operentur eminus.



*& illuminat.* ^h *Fertur etiam tertia puerilis in hunc mundum descriptio, μάρπτε, σφίγξ, κλώψ, ζαχθώ. Significat autem, vt opinor, per elementorum & mundi administrationem, oportere nos progredi ad perfectiorum cognitionem, vi & labore æterna superata salute: μάρψαι enim significat comprehendere, Sphinx autem mundi compagem, ζαχθὼ autem difficultatem, & κλὼψ latentem Domini cognitionem simul & diem significat. Quid verò, an non Epigenes quoque in libro de Poësi Orphei, ea quæ apud Orpheum erant propria exponens, dicit κερκίσι καμπυλογλώσσοις, id est radijs incuruè corporis aratra significari? στήμοσι autem, hoc est staminibus, sulcos: μίτον autem, hoc est filium, dici allegoricè semen, & Iouis lachrymas significare pluuiam: μοίρας autem, hoc est Parcas, rursus partes Lunæ tricesimam quintamdecimam, & nouam Lunam. Quocirca dicit etiam Orpheum eas vocare λευκοστόλους, id est, candidatas, vt quæ sint partes lucis. Rursus ἄνθινον quidem, id est floridum ver significare propter naturam. Noctem autem ἀτρεμέα, propter quietem, & Lunam γοργόνιον, propter eam quæ est in ipsa faciem. Et ἀφροδίτην, id est Venerem, apud Theologum dici tempus quo seminare oporteat.* ^k *Huiusmodi etiam ænigmatibus vtebantur Pythagoræi, Proserpinæ quidem canes, stellas errantes: Saturni autem lachrymam, mare dicentes allegoricè. Et innumerabilia inuenerimus tam apud philosophos, quam apud Poetas dicta ænigmaticè, cùm etiam toti libri indicent abditam scriptoris voluntatem: eiusmodi est liber Heracliti de Natura, qui etiam propterea appellatus est σκοτεινός, id est, obscurus ac tenebricosus. Huic libro est similis Pherecidis quoque Syri Theologia. Euphorion enim poeta, & Callimachi Causæ, & Lycophronis Alexandra, & quæ sunt his similia, sunt instar gymnasij proposita ad explicandum, omnibus Grammaticis.* ^l *Talia ergo Moses quoque præcipit, vt hæc communia: Non vesci porco, neque aquila, neque accipitre, neque coruo. Nam porcus quidem, qui est animal voluptati deditum & immundum, ciborum cupiditatem, & salacem in re venerea libidinem, & inquinatam significat intemperantiam, materialémque & in luto iacentem, & quæ ad cædem pinguescit & interitum. Rursus autem permittit vesci ijs, quæ fissam habent vngulam & quæ ruminant, significans, inquit Barnabas, oportere adhærere ijs qui timent Dominum, & in corde meditantur eam quam acceperunt verbi distinctionem: ijs qui loquuntur, & seruant Domini iustificationes: ijs qui sciunt quòd meditatio est opus lætitiæ, & ijs qui verbum Domini ruminant. Quid verò est quod fissas & duplices habet vngulas? Quòd iustus & in hoc mundo ambulat, & sanctum expectat seculum. Deinde subiungit: Videte quàm pulchrè Moses legem tulerit. Sed vndenam illis in mentem venerit vt hæc cogitarent? Nos iure præcepta intelligentes, loquimur vt Deus voluit, propterea aures nostras & corda circumcidit, vt hæc intelligamus. Quando certè dixit, Non vescêris aquila, accipitre, & miluo, & coruo. Non adhærebis, inquit, neque assimilaberis his omnibus, qui labore & sudore nesciunt sibi parare victum, sed in rapina viuunt & iniquitate. Aquila enim rapinam, accipiter autem iniustitiam, & coruus auaritiam, & plura habendi cupiditatem significat. Scriptum est autem: Cum viro innocente eris innocens, & cum electo electus eris, & cum peruerso peruertêris.* Psal. 17. *Sanctis ergo conuenit adhærere, quoniam ij qui eis adhærent sanctificabuntur. Hinc scribit Theognis:*

ἀτρεμής, id est, otiosus. ἀφροδίτη ἀπὸ τοῦ ἀφροῦ, id est, à spuma.

Te bona namque boni, si vnà versere, docebunt:
Praui sed periment quod fuit ingenium.

^m *Et rursus quando dicit in Cantico: Gloriose enim magnificatus est, equum & ascensorem deiecit in mare multiplex, & beluinum, & quod appetitionis impetu fertur vitium, vnà cum auriga qui ascenderat, & habenas laxarat voluptatibus, in mare proiecit, in mundi deijciens tumultus & perturbationes. Ita etiam Plato in libro de Anima, & aurigam, &* Exod. 15.

equum qui defecerat, partem expertem rationis, quæ bipertito diuiditur, nempe in iram & cupiditatem, dicit cadere. Qua ratione Phaëtontem quoque propter incontinentiam
Genes. 37. pullorum fabula è curru excidisse significat. [n] Ita etiam se habet de Ioseph. Cùm enim adolescenti fratres inuidissent, vt qui amplius aliquid præuideret in cognitione, eum vexarunt tunica, & acceptum in lacum proiecerunt (lacus autem inanis non habuit aquam) vt qui variam viri boni cognitionem, ex diligenti studio comparatam amandasset & vellere iussissent: aut nuda quæ est ex lege fide vtentes, proiecerunt in lacum aqua vacuum, vt qui vendidissent in Ægyptum diuino verbo defectum. Vacuus autem scientia lacus, in quem proiectus, cùm exuisset cognitionem, videbatur similis fratribus, est nudus cognitione qui deliuerat sapiens. Alio autem significato fuerit cupiditas varium indumentum,
Exod. 22. quæ in vastum barathrum est proiecta. Si quis autem, inquit, lacum aperuerit, vel ædificauerit, & ipsum non texerit, vitulus autem vel asinus in eum inciderit, dominus lacus soluet pretium, & dabit proximo, quod autem fuerit mortuum, eius erit. Hic mihi illum
Esaiæ 1. subiunge prophetiam: Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui, [o] Israël autem me non intellexit. Ne quis ergo ex ijs, cùm inciderit in eam quæ à te docetur cognitionem, nec possit continere veritatem, non obediat & excidat, sis cautus in vsu veritatis & apud eos quidem qui accedunt citra verbum ceu rationem, occlude fontem qui tuus in profundo, potum autem præbe ijs qui sitierint veritatem. Apud eos ergo qui non possunt accipere profunditatem cognitionis, tege lacum, Dominus ergo lacus, ipse inquam qui est cognitione præditus, mulctabitur, inquit, vt in quem culpa conferatur, quod is fuerit offensus & deuoratus verbi magnitudine, cùm tantas opes verbi minimè caperet, aut quod [p] eum qui operabatur traduxerit ad contemplationem, & à rudi & illaborata fide abduxerit per occasionem. Pecuniam autem dabit voluntati omnipotenti, sui facti reddens rationem. [q] Hic est ergo typus & figura legis & prophetarum, quæ fuit vsque ad Ioannem. Ille
Ioan. 1. autem etiamsi sit locutus apertius, vt qui non amplius vt Propheta prædiceret, sed iam præsentem ostenderet, qui ab initio symbolicè annunciabatur, Non sum tamen, inquit, dignus qui soluem corrigiam eius calciamenti. Fatetur enim se non esse dignum qui tantam baptizet potestatem. Oportet enim eos qui mundos faciunt, animam exoluere a corpore & ejus peccatis, tanquam pedem à vinculo. Fortasse autem postremam quoque in nos Seruatoris operationem, proximam, inquam, & continentem, quæ prophetiæ enigmate occultabatur per præsentiam, is qui per ipsum ostendit aspectum, eum qui prædicebatur, eam quæ procul in apertum veniebat significando præsentiam, reuera soluit finem eloquiorum veteris
Leuit. 26. dispensationis, detecta notione symbolorum. Et quæ à Romanis fiunt in testamentis, locum obtinuerunt: nempe libræ illæ, & asses, propter iustitiam, fructuumque perceptionem, & alterium contrectationes: illæ quidem, vt iuste quidem fiant: hæc autem, ad honoris dispensationem: tertium verò vt qui incidisset, cùm ei onus imponeretur, stans audiret, & teneret locum intercessoris. Sed, vt videtur, quodam nimio demonstrandi studio, plus quàm par sit, sum progressus. Me enim vita deficiet adducentem eorum multitudinem qui symbolicè philosophantur. Memoriæ ergo causa, & breuitatis, & quòd se exendant ad veritatem, tales sunt scripturæ barbaricæ philosophiæ. Eorum enim qui sæpe ad eos accedunt, & dederunt sui experientiam, & in fide, & in vita vniuersa, solum esse volunt eum qui verè est Philosophiam, & veram Theologiam. Iam verò nos quoque volunt opus habere aliquo interprete & duce: sic enim fore vt maius in eam studium conferatur, & minime decipiantur cùm accipiant ab ijs qui norunt & prosint ijs qui se sunt digni existimare. Et alioqui omnia quæ ostenduntur per aliquod velamentum, maiorem & præclariorem
Deut. ostendunt veritatem, sicut res quæ in aqua pellucent, & formæ quæ per tegumenta tenuia



cedunt aliquam sui euidentiam. Arguunt enim splendores, præter id quòd quæ sunt manifesta, vno modo intelligantur. Cùm ergo liceat pluribus modis accipere, sicut certè accipiunt in ijs quæ dicta sunt cùm occultatione, ea cùm sic habeant, fallitur quidem indoctus & imperitus, comprehendit autem qui est cognitione præditus, iam ergo nec quibuslibet volumus exponi temerè, nec communicari bona sapientiæ, ijs qui ne in somnijs quidem sunt omnia expurgati (neque enim fas est quibuslibet obuijs ea expetere quæ parata fuere cum tot certaminibus) neque prophanis verbis narrare mysteria. Aiunt certè Hipparchum Pythagoreum accusatum quod aperte scripsisset decreta Pythagoræ, expulsum fuisse è schola, & propter ipsum, tanquam propter mortuum, factam esse columnam. Quocirca etiam in barbara philosophia vocant mortuos, eos qui excciderunt à dogmatibus, & mentem subiecerunt animæ perturbationibus. Quæ est enim participatio iustitiæ & iniustitiæ? vt ait diuinus Apostolus: aut quæ societas luci cum tenebris? [r] Quæ est autem conuentio Christo 1. Cor. 6.
cum Belial? aut quæ pars est fideli cum infideli? Olympiorum enim & mortuorum sunt separati honores. Quoci ca egredimini è medio ipsorum, & separamini, dicit Dominus, & immundum ne tangatis, & ego suscipiam vos, & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias. [s] Non soli autem Pythagorei & Plato multa occultabant, sed etiam Epicurei dicunt apud se quædam esse arcana, & non permitere omnibus vt ea scripta legant. Quinetiam Stoici dicunt à Zenone primo quædam fuisse conscripta, quæ non facile permittunt legere discipulis, quorum non fuerit prius factum ab ipsis periculum, an germanè & syncerè philosophentur. Aristotelei quoque dicunt, ex suis scriptis alia quidem esse ἐσωτερικὰ, id est, interna: alia verò communia & ἐξωτερικὰ, hoc est, externa. Quinetiam ij qui fecere mysteria, cùm essent Philosophi, sua dogmata obscurauerunt fabulis, vt non essent manifesta omnibus: deinde illi quidem humanas celantes opiniones, arcebant indoctos ne ad eas adirent: eorum autem quæ vere sunt sanctam & beatam contemplationem, non multò magis celari conferebat. Sed neque ea quæ sunt barbaræ philosophiæ, neque fabulæ Pythagoricæ, neque quæ apud Platonem in Republica ab Armenio, & in Gorgia ab Æaco & Rhadamantho, & in Phædone fabula Tartari, & in Protagora Promethei & Epimethei, & præterea fabula belli gesti inter Atlantinos & Athenienses in Atlantico, non sunt in omnibus nominibus exponenda allegoricè, sed quæcunque vniuersam ac generalem significant sententiam. Atque hæc certè inuenerimus significari per symbola sub velo allegoriæ. Quinetiam cum Pythagoræ consuetudo, & quæ cum familiaribus erat duplex coniunctio, vocans quosdam ἀκουσματικοὺς, id est, Auscultatores, quosdam verò Mathematicos, qui syncerè ac germanè attingebant philosophiam, significabat aliud quidem dictum fuisse, aliud verò fuisse à multis occultatum. Fortassis autem illud quoque duplex orationis genus Peripateticorum, nempe & quod opinabile, & quod θεωρητικὸν, id est, scientiam constituens vocatur, non multum abest quin diuidat opinionem ac famam à vera gloria quæ dicitur ἀληθὴς, & à veritate.

Mortale à seclo flores decerpere honorum, Esa.
Te minimè subiget, pia postis quo mage fari.

[t] Musæ certè Ionicæ dicunt dilucidè vulgus quidem hominum, & eos ex populis qui sibi videntur sapientes, sequi Poëtas, & vti legibus, vt qui sciant multos esse malos: eos autem qui sunt optimi, gloriam persequi: eligunt enim, inquit, optimi omnium contraria, perennem gloriam mortalium. Multi autem se explent & excaturant, tanquam pecora, ventre & pudendis, & rebus ex ijs quæ sunt in nobis turpissimæ, metientes beatitudinem. Magnus quoque ille Parmenides Eleates, introducit duarum viarum doctrinam, sic scribens:

Vna quidem veri est, bene quam cor credere constans
Posset, opinio sed nimium lenis altera vulgi,
Cui non certa fides, nec inest persuasio vera.

Ephes. 3. *Meritò ergo dicit diuinus Apostolus: Per reuelationem notum mihi factum est sacramentum, sicut prius scripsit paucis, prout potestis legentes intelligere prudentiam meam in mysterio Christi, quod in aliis generationibus non est agnitum filiis hominum, sicut nunc reuelatum est sanctis eius Apostolis & Prophetis. Est enim aliqua quoque profectorum*
Coloss. 1. *doctrina, de qua dicit scribens ad Colossenses: Non cessamus pro vobis orare & petere, vt impleamini agnitione voluntatis eius, in omni sapientia & intelligentia spirituali, vt ambuleris dignè Deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, & crescentes in cognitione Dei, omni virtute confirmati, secundum potentiam gloriæ eius. Et rursus. Secundum dispensationem Dei quæ data est mihi, inquit, in vobis, vt impleam verbum Dei, mysterium quod fuit absconditum à seculis & à generationibus, quod nunc manifestatum est sanctis eius, quibus voluit Deus notum facere, quæ sint diuitiæ gloriæ mysterij huius in gentibus. Quocirca alia quidem sunt mysteria quæ fuerunt absconsa vsque ad Apostolos, & tradita sunt ab ipsis, vt à Domino acceperunt: absconsa autem in veteri testamento, quæ nunc manifestata sunt sanctis. Aliud verò est quod est diuitiæ gloriæ mysterij, quod est in gentibus, quod est fides & spes in Christum, quem alibi dixit fundamentum. Et rursus veluti cupiens manifestare cognitionem, sic scribit: Admonentes omnem hominem in omni sapientia, vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo. Non omnem hominem absolutè, quoniam nullus esset infidelis: sed nec omnem qui credit, perfectum in Christo: sed omnem dicit hominem, perinde ac si diceret: totum hominem, vtpote sanctificatum corpore & anima. Quòd enim non sit omnium cogni-*
Coloss. 4. *tio subiungit apertè: Constructi in charitate, & in omnes diuitias certitudinis intelligentiæ, in agnitionem mysterij Dei in Christo, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Orationi instate, vigilantes in ea cum gratiarum actione: gratiarum autem actio, non sit solùm in animo & bonis spiritualibus, sed etiam in corpore & bonis corporis. Adhuc quoque apertius ostendit, cognitionem non esse omnium subiungens: Orantes simul & pro nobis, vt Deus nobis ostium aperiat ad loquendum mysterium Christi, propter quod etiam vinctus sum, vt manifestem ipsum ita vt oportet me loqui. Iam enim erant quæ-*
Hebr. 5. *dam quæ Hebræis tradebantur sine scriptis. Etenim cum deberetis, inquit, esse doctores propter tempus, vt qui in testamento veteri consenueritis, rursus opus habetis, vt vos docam quænam sint elementa initij eloquiorum Dei, & factis estis quibus lacte sit opus, non solido cibo. Omnis enim qui lacti est particeps, est imperitus sermonis iustitiæ, est enim paruulus, vt cui sint primæ creditæ disciplinæ. Perfectorum autem est solidus cibus, qui propter*
Hebr. 6. *habitum habent sensus exercitatos ad discretionem boni & mali. Quocirca dimittentes initij Christi sermonem, feramur ad perfectionem. Quinetiam Barnabas qui ipse quoque prædicauit verbum vna cum Apostolo, Simplicius, inquit, vobis scribo, vt intelligatis. Deinde paulò inferius, iam adducens manifestius vestigium traditionis quæ est ex cognitione, dicit: Quid eis dicit alius Propheta Moses: Ecce hæc dicit Dominus Deus: Introite in terram bonam, quam iurauit Dominus Deus, Deus Abraham, & Isaac, & Iacob, & possidete eam terram fluentem lacte & melle. Quid dicat cognitio, discite: Spiritus, inquit, in eum qui in carne est vobis manifestandus Iesus Christus. Homo enim est terra patiens: ex facie enim terræ fuit Adæ formatio. Quid ergo dicit in terram bonam fluentem lacte & melle? bene dictus Dominus Deus noster, ô fratres, qui sapientiam & intelligentiam posuit in nobis occultorum suorum. Dicit enim Propheta, Parabolam Domini quis intelligit, nisi sapiens*



*nisi sapiens & sciens, & diligens Dominum suum? Paucorum est hæc capere. Non enim inuidens, inquit, præcepit Dominus in aliquo Euangelio: Mysterium meum mihi, & filijs domus meæ, in tuto & extra solicitudinem statuens electionem, vt cùm ea acceperit quæ sunt coniuncta & conuenientia ijs quæ elegerit, sit zelo superior. Qui enim non habet boni cognitionem, est malus, quoniam vnus est bonus, pater: patrem autem ignorare, est mors: vt nosse, vita æterna, per participationem potestatis, in quam non cadit interitus, & non interire quidem, est esse participem diuinitatis: interitum autem affert recessus à Dei cogni-*
Esaiæ 45. *tione. Rursus Propheta: Et dabo tibi thesauros absconditos, obscuros, inuisibiles, vt cognoscant quòd ego Dominus Deus. His conuenienter Dauid quoque psallit: Ecce enim veri-*
Psal. 50. *tatem dilexisti, incerta & occulta sapientiæ tuæ manifesta mihi. Diem diei eructat ver-*
Psal. 18. *bum, vt apertè scriptum est, & nox nocti indicat scientiam, quæ est abdita mysticè. Et non sunt loquelæ neque sermones, quorum non audiantur voces eorum, Deo qui dixit, Faciet*
Num. 14. *quis clanculum, & non videbò ipsum? Propterea disciplina dicta est illuminatio, vt quæ manifestauerit ea quæ erant occulta, cùm magister solùm aperuerit arcæ operculum, contra*
Rom. 13. *quem Poëtæ dicunt Iouem bonorum quidem dolium obturasse, malorum autem aperuisse. Scio quòd veniens ad vos, inquit Apostolus, veniam in plenitudine benedictionis Christi. Spiritale donum, & traditionem quæ est ex cognitione, eis præsentibus præsens cupit impertire (neque enim ea poterant significari per epistolam) plenitudinem Christi, vocans per reuelationem mysterij, quod æternis temporibus fuerat tacitum, nunc autem fuit manifestatum per scripturas Propheticas, secundum mandatum æterni Dei, ad obedientiam fidei in omnes gentes cogniti: hoc est in eos qui ex gentibus eum esse credebant, Paucis autem ex his ostenditur quænam sunt ea quæ sunt in mysterio.*

## COMMENTARIVS.

[a] *Sub nimis non solum qui ex Ægyptijs vi ratiocinandi plurimum valere.* Non soli Ægyptij sed etiam alij Barbari tanquis & occultis symbolis quæ volebant significabant, vt Idanthuras Dario Scytharũ Regi bellũ minam, non literas sed symbolũ misit pro literis. Eius Idanthiri meminit Herodotus sub nomine Idanthyrsi, sed aliter ab eo narratur hæc historia. Anacharsis quoq; philosophus Scytha lepido symbolo significat & voluptatẽ & linguam esse cõtinendam, sed magis linguam. Dormiens enim sinistra cohibebat pudenda, os autem dextera. [b] *Et quid opus est vt in Barbaris.* Non solũ Hebræi & Ægyptij, & Scythæ, & alij Barbari vtuntur symbolis & mysticis ænigmatibus, sed etiã Græci, qui literis vtũtur Ephesiis, loco symbolorũ. De iis antea diximus in libro aduersus gentes, nec opus est vt repetamus. Quj de iis plura cupit videre, legat Cœlij 16. lect. antiq. ca. 14. Quod autẽ dicit τετρας id est quaternio annus propter horas, per horas intelligit quatuor anni tempora. *Quinetiam Dionysius Thrax Grammaticus.* Et verbis & ramis significantur actiones, paucis quidẽ verbis cõstant præcepta Delphica, quæ admonent quid sit agendũ, vt Nosce teipsum, & Ne quid nimis, quæ pulchre exponit Erasm[us] in Chiliadibus: symbolis autẽ, qualia sunt quæ sculpuntur literis Hieroglyphicis, vt rotis quæ perpetuã significẽt reuolutionẽ. Ramis autem, qui docent quidẽ ramos fructum producẽtes diu durare, homines autem breui tempore interire: aut vt rami vruntur, ita homines quoque breui morituros. [c] *Genus ergo symbolicæ interpretationis.* Concludit ad multa conferre symbolicã interpretationẽ, deinde subiungit puerorum doctrinam, quæ eos docet elementa ostendere esse multa vocabula, quæ præter propriã & naturalem significationem, mysticè etiam & allegoricè significant, vt Bedy, quod etiam mysticè multa significat, Zaps. plectrũ, quod etiã mystice & allegoricè diuersa significat. Citat quidẽ Clemens auctores qui de iis scribũt, sed cũm ij nobis perierint, imperfecta quoq; necesse est sit eorũ quæ dicunt cognitio, quæ multum iuuatur ex præcedentibus & consequentibus. [d] *Sphinx autem nõ est.* Subiungit alterũ vocabulum, nempe Sphinx, quod præter proprium & naturalem, mysticam & allegoricam habet significationẽ. Eum alij dicunt esse vniuersorũ intelligentiam, alij mundi conuersionem, alij spiritualem quendam tenorem quæ peruadit, & mundum continet. Sed melius est dicere argumento sumpto ex etymologia, Sphingem accipere pro æthere qui omnia continet & constringit. Dicitur enim Sphinx, ἀπὸ τοῦ σφίγγω quod significat constringo. Hoc probat authoritate Empedoclis qui in suis dicit versibus:

*Titan, atque æther qui cuncta astringit in orbem.*

[e] *Apollod. vna autẽ Circe erat dicit hos versus.* Qui hic citãtur versus prolati sunt à Brancho vate expiãte Milesios qui laborabant fame, qui sequuntur autẽ à populo respondente. Iubebat autẽ vates cani Apollinem, & Dianam, qui dicti sunt ἀλεξίκακοι, quod procul operarentur. Sunt autẽ hæc carmina plane Magica, quæ ab iis demũ intelligũtur qui sũt Magicis initiati præstigiis. Chaachzbi certe quod conatur Clemẽs exponere, est barbarum, nec est ex Græcis quærenda eius etymologia quantumcunq; videatur probabi-

lis. [a] *Thespius autem Tragicus per hæc dicit.* Sunt hæc quoque Magica ænigmata, per quæ quid significari velit Thespis non intelligo. Sunt certe non minus obscura propria vocabula quã mystica & allegorica. In diuinanda itaque eorum significatione suum sit cuique iudicium: ingenuè enim fatcor me ignorare quid sit Cnachzbi, quid Chtyptes caseus, & quid candẽs fulgur Bromij, nec quærnã sint vigintiquatuor elementa animæ, nec quid sit Drops quod verbum dicit esse efficax, & videtur innuere, id ad Diabolũ pertinere disciplinam. [b] *Fertur autem tertia puerilis descriptio.* Sunt hæc quoq; ænigmatica vocabula, quæ simul coniuncta hanc mysticã habẽt significationem, oportere nos progredi aã perfectorum cognitionem vi & labore superata difficultate. [c] *Quid verò an non Epigenes.* Epigenes scripsit librum de Poesi Orphei. In eo autẽ dicit multa esse propria vocabula, quæ mysticè & ænigmaticè alia significẽt. Radix recurui significant aratra, stamina, sulcos, filũ, semen: Iouis lachrymæ, pluuiã: *μῆλον*, id est parcæ vel pastes, tricesimã & quintamdecimam partem Lunæ & nouam Lunã, quæ sunt partes loucis, & ideo dicitur ab Orpheo *λευκοφλοι*, quasi dicas candidis vestibus indutæ: Nox dicitur *ἀγρὲ*, id est otiosa, quod in ea quiescatur: Luna dicitur *χορέτωρ*, quod in ea sit facies quæ putatur esse Gorgonis: Venus apud Theologũ, nempe Poëtam Orpheũ dicitur tempus seminandi. [d] *Huiusmodi etiã ænigmatibus vtebantur Pythagorei.* Non solũ Pythagoras vsus est symbolis, sed etiã eius discipuli sua habuerũt ænigmata, quæ aliud significabant quã verba præ se ferrent. Canes enim Proserpinæ vocabant Planetas, & lachrymã Saturni, mare. Non solũ autẽ Pythagorei, sed etiã alij Philosophi vsi sunt allegoricis ænigmatibus. Nec dedecorat qui ænigmatica & obscura ex professo vsi sunt oratione, vt Heraclitus de natura, qui deo dictum est *σκοτεινὸν*, id est obscurus & tenebricosus. Pherecydes quoq; Syrus suã Theologiã itidem scripsit obscuris admodũ. Dicæarchus autem vt scribit Laertius, primus scripsit Græcis de natura & Diis. Fuerunt etiã quædam Poëtarũ species adeo obscuræ, vt in iis explicandis se exercerent Grãmatici, ea enim erant tanquã gymnasia. Fuerunt Euphorion, & Callimachus in libro quẽ inscripsit Causas, & Lycophron in libro cui titulus Alexandra. [e] *Talia ergo Moses quoq; præcepit.* Quæ præcepta dedit Deus per Mosem de mũdanimalibus quibus licet vesci, & immundis quibus nõ licet, sunt ænigmatica & allegorica, quæ docent cũ quibusnam sit versandũ, & quorum sit fugiendũ consortium, vt docet Barnabas hæc exponens forsan eo quod scripsit in Euangelio, quod licet sit apocryphũ, id tamen citat Clemens. Vt hæc autẽ intelligamus, circuncidendæ sunt aures & corda, vt scilicet nihil audiamus nec cogitemus quod à pietate & virtute sit alienũ. [f] *Et rursus quando dicit in Cantico.* Est etiam ænigmaticũ & allegoricũ quod in Cantico dicit Moses, Equum & ascensorem deiecit in mare. Significat enim equum, id est animi motũ qui ob duplex ira scilicet & cupiditas, & ascensorẽ, id est rationẽ cuius est imperare, cũm habenas laxasse voluptatibus, proiecisse in mare, id est, in mundi tumultus & perturbationes. Idẽ significat Plato cum dicit, Aurigam & equũ, id est partem expertẽ rationis quę est duplex, ira & cupiditas cecidisse. Idem etiam significat Phaëton, qui cum equos quos regendos acceperat nõ potuisset retinere, è curru cecidit. Fabula est apud Ouidium in Metamorphosi. [g] *Ita etiam se habet de Ioseph.* Iosephi historiam exponit allegoria. Ioseph erat varia cognitione prædituς, & ideo scribitur variam habuisse tunicam. Eius autẽ fratres cum essent ignorantes, ipli inuidebant, scientiæ enim inuidet inscitia. Eum itaque exuerũt varia tunica, id est varia & multiplici rerum cognitione magnis parta laboribus, & eum proiecerũt in lacum seu cisternã aqua vacuam, similẽ fratribus qui carebant scientia, & vtentes fide quæ est ex lege, vendiderunt eum in Ægyptũ, quæ verbo caret diuino, est autem fides inutilis sine verbo & ratione. Significat etiã vana tunica cupiditatem, quæ proiicitur in vastũ barathrum. Non omnis autem est admittendus ad cisternã qui tenetur desiderio cognitionis, sed is demũ qui sitit cognitionem, & potest continere veritatem quæ est in profundo. Quod si nõ possit, est ei occludenda cisterna, sicut & ei qui accedit sine Verbo. Quòd si quis accesserit, multabitur Dominus cisternæ, quod eũ admiserit qui à verbi magnitudine opprimatur, aut traduxerit ad contemplationẽ cui sufficiebat si credens operaretur. Multabitur autẽ sui factoris ratione, quod verbo non sit vsus vt oportuit. Hæc est autem allegoria cisternæ de qua scribitur Exod. xxj. [h] *Hæc est ergo typus & figura legis & Prophetarum.* In lege quidem & Prophetis multi fuerunt typi & figuræ, duraruntque autem vsq; ad Ioannem, qui quidẽ locutus est apertius, nõ enim amplius venturus erat: sed vt Propheta, sed Christũ ostendit præsentẽ qui prius per figuras annunciabatur venturus. Etsi autem ipso Christo dictus est Propheta & plus quã Propheta. Quamuis autẽ aperte est locutus vt qui Christus qui venerat ostenderit, typice tamen nonnunquã est locutus, vt cum dixit se nõ esse dignum qui illius ret corrigiam eius calcei, significans se esse indignũ qui eum baptizaret, qui cũ sit mundus non est opus vt baptizetur. Mundantur autem ij quorum anima exoluitur à corpore & à peccatis vt pes à vinculis. Christo autem non erant peccatũ: baptizatus est autem vt eius contactu aqua mundata baptismum sanctificaret. Quamuis autem Ioannes Christi animam non soluit à peccatis, vt in quo non esset peccatum, nec vllus dolus, Christũ tamen præsentẽ ostendens, soluit finem eorum quæ prædicta sunt de carnis humanę susceptione, & reuelauit quæ mysticè & symbolicè de Christo prędicta erãt in figuris. Quod autem dicit. Et quæ à Romanis fiunt in testamẽtis &c. videtur alludere ad testamẽta quæ fiebãt per æs & libram, & ad alios ritus Romanorũ, sed quoniã nõ mihi videtur coherere cũ iis quę dicit de Ioanne, nec possum diuinare cur hæc afferat, id relinquo coniiciendum perspicacioribus. [i] *Quæ est autem conuersio.* Magnã erat differentia inter columnas quæ ponebãtur Olympiis, id est Diis cælestibus, & quæ mortuis. Hebrei dabant autẽ suos honores & Olympij, id est Dij cælestes, & mortui quibus fiebãt quæ vocantur iusta. Mortuos autẽ vocabant Hebræi quorũ barbaram dicit esse Philosophiã, eos qui deficiũt à fuis dogmatibus & rationem subiiciunt vitiis & animi perturbationibus. Deiis intelligebat Christus quãdo dicebat, Sine mortuos sepelire mortuos suos. Iubet itaq; Dominus ab eis exire & separari, & immundum nõ tangere. Immundum autem tangere dicuntur qui polluuntur in mortuis ad quos accedũt, qui scilicet à fuis dogmatibus discedunt & agitantur à vitiis & animi perturbationibus. Qui autẽ à fuis, nempe Patre & dogmatibus non recedunt, nec agitantur animi motibus & perturbationibus, dicit Deus se illis fummum in patrem, & ipsos ei futuros pro filiis. [k] *Non soli autem Pythagorei.* Enumerat Philosophos apud quos fuerunt scripta arcana & symbolica, Pythagoreos, Platonẽ, Epicureos, Stoicos, Atistoteleos, quorũ erant quædam popularia quæ vulgo scribebantur quæ quidẽ vocabant externa, quædã quæ à solis audiebantur discipulis, quæ dicebantur *ἔσωτερικὰ*. Qui mysteria scripserũt cũ essent Philosophi, à suis dogmatibus fabulis arcebant indoctos, quæquidem dogmata erant humanæ opiniones, sed multo magis arcebant à beata diuinarũ quæ veræ sunt rerum contemplatione. Non omnia autem quæ tanquam fabulæ narrantur apud Pythagorã, & apud Platonẽ intelliguntur allegoricè, maxime si ea de quibus in illis agitur sint primaria & singularia, sed allegoricè intelliguntur quæ vniuersam & generalem in se continẽt sententiã sub symboli velamento. Porro autẽ Pythagoræ quoq; discipuli erant in duplici genere. Alij enim erant *ἀκουσματικοὶ*, id est auscultatores, ij erant qui ea audiebant, quæ pertinebãt ad mores. Alij erãt Mathematici qui audiebant disciplinas. Qui audiebant quę ad mores pertinebãt, iis omnia dicebantur apertè, qui autẽ audiebant disciplinas, iis multa occultabantur, multa enim erant quæ non poterant statim assequi. Apud Peripateticos quoq; erat duplex genus orationis, nempe & oratio quæ cõstat ex opinabilibus, & quæ constat ex iis quæ scientiam constituunt, nempe ex demonstrabilibus. Apud Platonem autẽ multæ narrantur fabulæ quæ non sunt symbolicæ. In decimo de republ. narratur, quomodo Armenius genere Pamphylus, cũ duodecimo die post mortẽ in rogo iaceret cõburendus, reuixerit, & narrarit quę viderat illis duodecim diebus apud inferos. In Gorgia autem narratur quomodo Æacus & Rhadamantus post mortem à Ioue cõstituti sunt Iudices. In Phædone autem describitur tartarus in quo pœnas luunt, qui impie & scelerate vixerunt. In Protagora dicit se pluris facere Prometheũ qui quæ sunt facienda præuidet, quã Epimetheum qui post factum errorem agnouit, quo quidem sumpsit ex Hesiodo. In Critia seu Atlantico narrat bellum, quod olim fuit gestũ inter Athlanticos & Athenienses. Sunt autẽ omnes hæ fabulæ narrationes, quæ nullis sunt velatæ symbolis aut ænigmatibus. Sunt enim omnia aperta, neq; est vlla aliquid occultum & arcanum. [l] *Musæ certe Ionicæ dicunt dilucide vulgus hominum.* Quainã dicat Musas Ionicas non satis possum coniicere. Quæ cunq; autem eæ sint dicunt, vulgus & eos qui sibi videntur sapientes, sequi Poëtas, & vti legibus quas sciunt esse malas: qui autem sunt optimi, eos persequi gloriã, & ea quę sunt vulgo contraria, ea autem sunt æterna gloria. Vulgus autem hominum in voluptate suam constituit felicitatem, voluptate, inquam, ventris, & pudendorum. Parmenides autem Eleates statuit duplicem esse viam doctrinæ, vnam veritatis, alteram autem opinionis.

Diog. Laertius in eius vita.

Plato in Phædro.

Metamo. 2.

Matth. 8.



[a] MERITO *ergo Plato quoque de Deo tractans in epistolis: Dicendum est, inquit, vt cuius per ænigmata, vt si tabulæ vel in mari vel in terra aliquid acciderit, qui legit non intelligat. Deus enim vniuersorum, qui omnem vocem, omnem cognitionem, & omnem superat notionem ac intelligentiam, nunquam mandari possit literis, cùm sit potestate sua eiusmodi, vt verbis non possit exprimi: quod ipsum quoque Plato significauit, dicens: Hæc ergo considerans, caue ne te aliquando pœniteat eorum quæ nunc indignè exciderunt. Maxima autem cautio est, non scribere, sed discere. Non potest enim, non potest fieri, vt quæ scripta sunt non excidant.* [b] *His germana dicit sanctus quoque Apostolus, Propheticam & vere antiquam conseruans occultationem, à qua quæ Græcis fuerunt pulchra profluxere dogmata. Sapientiam autem loquimur inter perfectos: sapientiam autem non huius seculi, neque principum huius seculi qui destruuntur: sed loquimur Dei sapientiam in mysterio absconditam. Deinde paulò inferius cautionem ne sermones in vulgus exeant, docet hoc modo: Et ego fratres, non potui loqui vobis tanquam spiritalibus, sed tanquam carnalibus: tanquam infantibus in Christo lac potum vobis dedi, non cibum: nondum enim poteratis, sed neque adhuc potestis, adhuc enim carnales estis. Si ergo lac quidem est infantium, cibus autem, perfectorum nutrimentum, dictus est ab Apostolis: lac quidem intelligetur catechesis, veluti primum nutrimentum animæ: cibus autem, susciens contemplatio, quæ sunt ipse carnes & sanguis verbi, hoc est, comprehensio diuinæ potentiæ & essentiæ. Gustate & videte, inquit, quòd Christus est Dominus. Sic enim seipsum imperitis qui sunt talis cibi spiritualis participes, quando anima ipsa seipsam nutrit ex sententia Platonis. Cibus enim & potus verbi diuini, est cognitio diuinæ essentiæ.* [c] *Quamobrem Plato quoque dicit in secundo de Republica: Cùm sacrificauerimus, non porcum, sed magnum aliquod & dubium sacrificium, ita demum oportere de Deo quærere. Apostolus autem: Et pascha, inquit, nostrum immolatus est Christus, reuera rarum & inexplicabile sacrificium, filius Dei qui pro nobis sanctificatur. Sacrificium autem Deo acceptum, est corporis & eius affectionum ac vitiorum separatio: is est verus reuera Dei cul-*

1.Cor. 8.

1.Cor. 3.

1.Cor. 3.

tus. [d] Num autem propterea meritò dicta est à Socrate Philosophia mortis meditatio? qui
enim neque visum trahit in cogitando, neque aliquem trahit ex aliis sensibus, sed ipsa pura
mente se rebus applicat, is veram persequitur philosophiam. Hoc sibi vult etiam Pythago-
ræ quinque annorum silentium, quod præcepit discipulis, vt scilicet auersi à rebus sensi-
bus, nuda mente Deum contemplarentur. Hæc ergo à Mose acceperunt philosophi
Græcorum præstantissimi. Præcepit enim vt holocausta, cùm ea excoriauerint, membra-
tim diuidant, quoniam cognoscentem animam cùm nuda fuerit à pelle materiali, absque
nugis corporis & omnibus vitiis, quæ sibi vendicant inanes & falsæ opiniones, cunctisque
exutam cupiditatibus, luci consecrari necesse est. [e] Plurimi autem homines, id quod est
mortale tanquam cochleæ induentes, & circa suas ipsorum libidines & intemperantiam,
non secus atque histrices, instar globi circumacti, de beato Deo, & in quem non cadit in-
teritus, talia qualia de se opinantur. Non animaduertunt autem etsi nobis sunt propinqui,
Deum dedisse nobis innumerabilia quorum ipse non est particeps: generationem quidem,
cùm ipse sit ingenitus: nutrimentum autem, cùm ipse eo non egeat: & augmentum, cum
sit in æqualitate: senectutis & mortis potestatem, cum ipse sit senij & mortis expers: quo-
circa & manus, & pedes, & os, & oculos, & ingressus, & egressus, & iras, & minas,
nemo aliquo modo existimet dici Dei affectiones apud Hebræos. Sanctius est autem
& magis pium, quædam ex his nominibus dici allegoricè, quæ quidem procedente tempo-
re suo loco aperiemus. [f] Ex omnibus medicamentis est maximè salutaris sapientia. Callima-
chus scribit in Epigrammatibus. Alius autem ex alio sapiens. Olim & nunc, inquit Bac-
chylides in Pæanibus: neque enim arcanorum versuum fores facilè est inuenire. Pulchrè
itaque Isocrates in Panathenaico, cum prius posuisset, Quosnam ergo voco sapientes? sub-
iungit: Primum quidem eos qui rectè vtuntur iis rebus quæ quotidie accidunt, & quo-
rum est eiusmodi opinio, vt temporum opportunitates facilè assequatur, & magna ex
parte coniectet id quod est vtile: deinde eos qui honestè & iustè semper versantur cum iis
quorum vtuntur consuetudine: & quæ ab aliis quidem afferuntur molestias & indigni-
tates toleranter & facilè ferunt, seipsos autem quam fieri potest minimè graues, & quam
moderatissimos exhibent iis qui eis vtuntur: præterea autem eos, qui voluptatibus quidem
imperant, & sunt eis superiores: non vincuntur autem à rebus aduersis, sed in eis se stre-
nuè gerunt, & pro dignitate naturæ cuius sunt participes. Quartum, quod quidem est ma-
ximum, eos quos non corrumpunt res secundæ, nec ab eis ad immoderationem traducuntur
& insolentiam, sed permanent in ordine eorum qui sunt modesti & rectè sapiunt. Dein-
de colophonem addit orationi: Eos autem qui non solum ad vnum ex his, sed ad ea omnia
habent animi habitum bene compositum, eos dico esse & prudentes & perfectos viros, &
omnes habere virtutes. Vides quomodo vitam quæ ex cognitione agitur, Græci quoque
(etsi nesciunt quomodo scire oporteat) diuinis laudibus celebrent: quænam autem sit co-
gnitio, ne in somnis quidem norunt. Si ergo inter nos conuenit, cognitionem esse cibum ra-
tionalem, reuera sunt beati, qui conuenienter diuinæ scripturæ esuriunt & sitiunt veri-
tatem, quoniam implebuntur alimento æterno. [g] Valde autem admirabiliter qui est in scena
Philosophus Euripides, inuenitur iis quæ hic dicta sunt consentire per hæc, patrem &
filium simul nescio quomodo tacitè significans: Tibi omnium regi libamen & molam
ferens, Iuppiter, siue mauis Dis vocari: Tu autem mihi sacrificium rarum & pretiosum
omnis fructuum oblationis accipe, plenum, profusum. Perfecta enim & omni ex parte
absoluta oblatio, rarùmque & pretiosum, pro nobis Christus est sacrificium. Et quod Ser-
uatorem ipsum nescius dicat, planum faciet, subiungens: Tu enim & in cœlestibus sce-
ptrum Iouis tractans, terrestrium autem ô Dis es imperij particeps. Deinde dicit aperte:
Mitte qui-



Mitte quidem lucem, animæ virorum scire volentium certamina vndenam germinaue-
rint: Et quænam radix malorum, & quemnam ex beatis, cùm exposuerint, inuenire
possit quies laborum. [h] Non abs re ergo in mysteriis quoque quæ sunt apud Græcos, pri-
mum locum tenent expiationes & expurgationes, sicut etiam apud Barbaros lauacrum.
Post hæc autem sunt parua mysteria, quæ habent aliquod fundamentum doctrinæ & præ-
parationis futurorum. In magnis autem de vniuersis non restat amplius discere, sed con-
templari & mente comprehendere & naturam & res ipsas. Acceperimus autem expian-
di quidem & expurgandi modum, confessione, contemplandi autem resolutione, proce-
dentes ad primam intelligentiam per resolutionem, ex iis quæ sunt ei subiuncta ducentes ini-
tium, auferentes quidem à corpore qualitates naturales, circuncidentes autem eam quæ
est in profundum dimensionem: deinde eam quæ est in latitudinem, & post ea eam quæ est
in longitudinem. Quod enim restat signum, est vnitas, quæ, vt ita dicam, habet positurami
à qua si positurum abstuleris, vnitas intelligitur. Si ergo ablatis omnibus quæ adsunt cor-
poribus, & iis quæ dicuntur incorporea, nos ipsos proiecerimus ad Christi magnitudinem,
& deinde in vastitatem immensitatémque sanctitate processerimus, ad intelligentiam
omnipotentis vtcunque processerimus, non quod est, sed quod non est cognoscentes. Figura
autem & motus, vel status, vel sedes, vel locus, vel dextera, vel sinistra, de patre vniuerso-
rum ne sunt quidem cogitanda. Atqui hæc quoque scripta sunt, sed quid velit significare
vnumquodque eorum, ostenditur suo loco. Non est ergo prima causa in loco, sed supra lo-
cum & tempus & nomen & intelligentiam. Propterea Moses quoque dicit: Ostende no- Exod. 33.
bis teipsum euidentissimè: tacitè innuens Deum non posse doceri, nec verbis exprimi ab ho-
minibus sed sola ea quæ ab ipso proficiscitur posse potestate cognosci. Inquisitio enim est in-
formis, & quæ non cadit sub aspectum: gratia autem cognitionis, est ab ipso per filium.
Aptissimè autem Solomon nobis feret testimonium, dicens hoc modo: Prouidentia ho- Prouer. 30.
minum non est in me, Deus autem dat mihi sapientiam, scio autem sancta. [i] Iam verò diui-
nam prouidentiam allegoricè Moses nominauit lignum vitæ quod plantatum fuit in pa-
radiso: qui quidem paradisus potest etiam esse mundus, in quo orta sunt omnia quæ proces-
sere ex creatione. In eo & verbum floruit & fructum tulit caro factum, & eos qui eius be-
nignitatem gustarunt viuificauit, quoniam nec absque ligno nobis venit in cognitionem.
Suspensa enim est vita nostra ad fidem nostram.* Porrò autem Solomon rursus dicit: Ar- Sap. 15. Eccl. 15.
bor est immortalitatis iis qui ipsam apprehendunt. Et deo dicit: Ecce do ante faciem tuam Deut. 30.
vitam & mortem, diligere Dominum Deum, & ambulare in viis eius, & audire vocem
eius, & credere vitæ. Sin autem transgressi fueritis iustificationes & iudicia quæ dedi vo-
bis, perditione perdemini. Hoc enim est vita & longitudo dierum suorum, diligere Domi-
num Deum tuum. [k] Rursus Abraham cùm venisset in locum quem dixit ei Deus, tertio Gen. 22.
die suspiciens videt locum eminus. Nam primus quidem dies est qui fit per aspectum re-
rum pulchrarum & honestarum: secundus est optimæ animæ desiderium: tertio verò mens
perspicit spiritalia, apertis oculis à Magistro qui tertio die resurrexit. Fuerint autem quo-
que tres dies mysterium signaculi, per quod, is qui verè est Deus, creditur. Eminus ergo con-
sequenter videt locum, est enim Dei regio caput difficilis, quem appellauit Plato χώραν
ἰδεῶν, hoc est, idearum regionem, seu campum ac receptaculum, cùm à Mose eum accepis-
set esse locum, vt qui omnia & vniuersa contineat. Meritò autem eminus videtur ab
Abraham, propterea quod sit in generatione, & per Angelum continenter ac proximè
mysteriis initiatur. Hinc Apostolus: Videmus nunc, inquit, tanquam per speculum, tunc 1. Cor. 13.
autem facie ad faciem, per solas illas puras & incorporeas mentis applicationes. Fieri au-
tem potest vt quis in differendo de Deo, diuinet, si aggrediatur absque omnibus sensibus,

contendere ad id quod est vnumquodque, & ab iis quæ sunt non prius discedere, quàm transcendens ea quæ id supereminent, id quod est bonum, ipsa apprehenderit intelligentia, versans in ipsò sine eius quod potest apprehendi intelligentia, ex Platonis sententia. Quapropter Moses non permittens aras & delubra multis in locis construi, vno Dei templo extructò, & vnigenitum esse mundum, vt ait Basilides, & vnum, vt non amplius videtur Basilidi, Deum annunciauit: & quoniam eum qui comprehendi non potest loco, non comprehendit Moses qui est præditus cognitione, in templo nullum posuit colendum simulachrum, Deum sub aspectum non cadere, & circumscribi non posse significans, ad Dei autem notitiam Hebræos vtcunque adducens, per honorem eius quod est in templo nominis. Quinetiam verbum prohibens & fanorum constructiones, & omnia sacrificia, omnipotentem non esse in aliquo tacitè significat, per ea quæ dicit: Quam domum ædificabitis mihi, inquit Dominus? Cœlum mihi est sedes, & quæ deinceps consequuntur. Et de sacrificiis similiter: Sanguinem taurorum, & adipem agnorum nolo, & quæ post hæc per Prophetam prohibet spiritus Domini. Pulcherrimè igitur his quoque Euripides adsipulatur, scribens:

Esa. 66. Psal. 49.

Constructa ab architectis quæ queat domus,
Corpus Dei plexu cohibere mœnium?

Et de sacrificiis similiter:

Nanque indiget Deus, Deus si rectè siet.

Poëtarum sunt hæc verba infelicia. Deus enim non fecit mundum, quòd ei opus esset, & honores scilicet ab hominibus, & ab aliis diis & dæmonibus, inquit Plato, perciperet, veluti quoddam vectigal accipiens à generatione: à nobis quidem fumos, à diis autem & Dæmonibus propria eorum munera ac ministeria. Appositissimè ergo & efficacissimè ad docendum Paulus in Actis Apostolorum, Deus, inquit, qui fecit mundum, & omnia quæ in eo sunt, is cùm sit Dominus cœli & terræ, non in manu factis templis habitat, neque ab humanis manibus colitur aliquo indigens, cùm ipse det omnibus spiritum & vitam & omnia. Dicit autem Zeno quoque author sectæ Stoicæ, in libro de Republica, neque oportere templa facere, neque imagines: nihil enim quod sit compositum esse diis dignum. Neque veritus est hæc his verbis scribere: Neque opus erit fana ædificare, fanum enim quod non sit magni precij & sanctum, nihil est existimandum. Nullum autem magni precij & sanctum, est ædificatorum opus & illiberalium opificum. Meritò ergo Plato quoque scribens mundum esse Dei templum, ciuibus ostendit vnum locum ciuitatis, vbi eis essent reponenda simulachra. Priuatim autem prohibuit vt nemo haberet Deorum imagines. Nemo vero alius, inquit, diis sacra consecret. Nam aurum quidem & argentum & in aliis ciuitatibus priuatim, & in sacris, res est inuidiosa: ebur autem corporis quod amisit animam, est nefarium donarium: ferrum autem & æs, sunt instrumenta bellorum. Ex ligno autem id quod est ex vno ligno compactum, quodcunque voluerit offerat: similiter etiam ex lapide quoque ad sacra communia. Meritò ergo in magna epistola: Verbis enim, inquit, vtquaquam potest explicari vt aliæ disciplinæ. Sed cùm in re ipsa diuturnus fuerit vsus & longa vitæ consuetudo, repentè tanquam ex igne qui exiliit lux accensa in anima, ipsa sese ipsam iam alit. [m] An non hæc sunt similia iis quæ dicta sunt à propheta Sophonia? Et sumpsit me spiritus, & sustulit in quintum cœlum, & contemplabar Angelos qui Domini vocabantur, & diadema eorum impositum in sancto spiritu, & erat sedes vnusquisque eorum septuplo maior luce Solis orientis, habitantes in templis salutis, & laudantes Deum ineffabilem, altissimum. Patrem enim effectorem huius vniuersitatis, & inuenire est difficile, & cùm inueneris, vt apud omnes eloquaris, nequit fieri. Verbis enim nempe explicari

Lib. 10. de legibus.

Plato epist. 7.



potest, vt aliæ disciplinæ, veri amicus dicit Plato. Pulchrè enim audierat quòd sapientissimus Moses montem ascendens propter sanctam contemplationem, ad fastigium eorum quæ percipiuntur intelligentia, necessariò distinguens, prohibet ne totus populus secum ascendat. Et quando dicit Scriptura: Ingressus est autem Moses in caliginem vbi erat Deus, hoc significat iis qui possunt intelligere, Deum nec esse aspectabilem, nec verbis posse enunciari. Caligo autem reuera, nempe multorum incredulitas & ignoratio, obiicitur splendori veritatis. Et rursus Orpheus Theologus cùm ex eo adiutus dixisset,

Exod. 19. Deut. 4.

Vnus perfectus per se, ex vno omnia facta,

alibi, Nata, nam sic quoque scribitur, subiungit:

Nullus & ipsum
Mortalis cernit, verùm omnes aspicit ipse.

Apertius autem subiungit:

Non video hunc, solidus positus nam nymbus in orbem est:
Namque pupillæ oculis hominum mortalibus insunt
Paruæ & mortales: iis insunt nam caro & ossa.

Iis quæ dicta sunt feret testimonium Apostolus dicens: Noui hominem in Christò raptum vsque ad tertium cœlum, & illinc in paradisum, qui audiuit verba arcana quæ non licet homini loqui: sic tacitè significans, Deum verbis non posse explicari: non lege & metu alicuius præcepti, illud, non licet, adiiciens, sed sancta potestate Deum verbis enunciari non posse significans. Siquidem super tertium cœlum dici incipit, vt fas est iis qui illic sunt electas animas initiare sacris. [n] Scio autem apud Platonem (multa enim exempla quæ sunt ex barbara philosophia, nunc mihi suggerit scriptura, conuenienter primis promissis, tempus expectans) multos cœlos intelligi. Cùm certè dubitasset in Timæo, an oporteat plures mundos, an hunc vnum existimare, indifferenter vtitur nominibus, citra vllum discrimen nominis, mundum & cœlum appellans. Dictio autem sic habet: Vtrum ergo rectè diximus vnum cœlum, an multos & infinitos? Rectius fuerit vnum dicere siquidem effectus est ad exemplar. Quinetiam in epistola Romanorum ad Corinthios scriptum est: Oceanus infinitus, & qui sunt post ipsum mundi. [o] His ergo consequenter exclamat diuinus Apostolus: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei. Nunquid ergo hoc erat quod tacitè significabat Propheta, iubens subcinericios, qui ἐγκρυφίους id est, occulti dicuntur, facere azymos: significans verè sacrum de ingenito & potestatibus eius verbum mysticum oportere celari. Hæc confirmans in epistola ad Corinthios apertè dixit Apostolus: Sapientiam autem loquimur inter perfectos. Sapientiam autem non huius seculi, neque principum huius mundi qui destruuntur, sed loquimur Dei sapientiam in mysterio absconditam. Et rursus alibi dicit: Ad agnitionem mysterij Dei in Christo, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi. Hæc obsignat ipse Seruator noster sic dicens: Vobis datum est nosse mysterium regni cælorum. Et rursus Euangelium dicit Seruatorem nostrum dixisse Apostolis sermonem in mysterio. Dicit enim de eo Prophetia: Aperiet in parabolis os suum, & eructabit quæ sunt absconsa à constitutione mundi. Iam verò per parabolam quoque de fermento significat Dominus occultationem. dicit enim: Simile est regnum cœlorum fermento, quod cùm accepisset mulier, abscondit in farinæ satis tribus, donec totum fuit fermentatum. Aut enim triplex ex obedientia salua sit anima: per spiritalem potestatem in ea absconsam, per fidem, aut quòd vis verbi quæ data est nobis, cùm sit valida & compendiosa, quemlibet qui eam exceperit & intra se possederit, occultè & latenter ad se trahit, & omnem eius coactam multitudinem colligit ad vnitatem. Hæc ergo à Salone sapientissimè scripta sunt de Deo:

1. Cor. 12.

Rom. 11.

1. Cor. 2.

Col. 2.

Matth. 13. 11.

Psal. 77.

Matth. 13.

Synopsis ratiocinationis, mensuram & regulam.

Mensuram haud facilè est obscuram mente videre,
Extrema ex rebus quæ omnia sola tenet.

De Deo enim dicit poeta Agrigentinus:

Illum non oculis nostris apprendere fas est,
Aut manibus via quæ reuera est maxima, mentes
Vt credant hominum quæ mox deducere possit.

Ioan. 1. Et Ioannes Apostolus: Deum nemo vidit vnquam, vnigenitus Deus qui est in sinu patris, ille exposuit. Cum autem inaspectabilem & ineffabilem Dei sinum nominasset, hoc quidam eum profundum vocauerunt, vt qui omnia comprehenderit, & veluti sinu complexus sit, nec possit quis eum assequi, & sit infinitus. ² Est quidem certè hæc de Deo oratio tractatu difficillima. Quoniam enim cuiusuis rei principium est inuentu longè difficillimum: est certè omnino primum & antiquissimum principium difficillimum ad demonstrandum, quod quidem est etiam aliis omnibus causa vt siant & facta sint. Quemadmodum enim dici potuerit, quod neque est genus, neque differentia, neque species, neque individuum, neque numerus, sed nec accidens aliquod, neque cui aliquid accidit. Neque vero eum totum rectè dixerit quispiam: in magnitudine enim totum ponitur, & est pater vniuersorum. Sed neque dicendum est esse aliquas eius partes: in vnum enim non cadit diuisio, & ideo est etiam infinitum, non quòd eiusmodi mente cogitetur vt peruadi non possit, sed quatenus nullam distantiam suscipit ac dimensionem, & finem non habet: & idcirco figuræ expers, & quod nominari non potest. Et si aliquando eum nominemus, non proprie vocantes, aut vnum, aut bonum, aut mentem, aut ipsum id quod est, aut patrem, aut Deum, vt & creatorem, aut Dominum: non id dicimus tanquam nomen eius proferentes, sed propter eius potestatem pulchris vtimur nominibus, vt in aliis non aberrans, his innixi possit cogitatio. Non enim vnumquodque ex his Deum significat, sed omnia simul omnipotentiæ indicant potentiam. Quæ enim dicuntur ex iis quæ ipsis adsunt, aut ex ea quæ est inter se mutuam habitudine ac relatione: eorum autem nihil potest de Deo accipi. Sed neque scientia accipitur demonstratiua, ea enim ex prioribus constat & ex notioribus: nihil est autem ante ingenitum, restat vtique vt diuina gratia, & solo quod ab eo proficiscitur verbo, id quod est ignotum intelligamus, quomodo Lucas quoque in Actibus Apostolorum Paulum Act. 17. dicere commemorat: Viri Athenienses, per omnia tanquam superstitiosiores vos video: præteriens enim & contemplans quæ colitis simulachra vestra, inueni etiam aram in qua scriptum erat, Ignoto Deo. Quem ergo ignorantes colitis, eum ego vobis annuncio. Quicquid ergo cadit sub nomen, est genitum, velint annon. Siue ergo pater ipse se traxit quemlibet qui purè vixerit & processerit ad notionem beatæ naturæ, & in quem non cadit interitus: siue liberum quod est in nobis arbitrium, veniens ad boni cognitionem, septa transilit, vt dicitur in gymnasiis: non tamen absque diuina gratia trigintæ & exurgit anima & extollitur supra ea quæ supereminent, quicquid grauc est deponens, & reddens ei quod est cognatum. ³ Dicit autem Plato quoque in Menone, veritatem esse datam diuinitùs, vt hæc eius verba ostendunt: Ex hac ergo consideratione, ô Menon, videtur nobis virtus diuina sorte accedere quibus accedit. An non tibi videtur eum qui ad omnes venit cognoscendi habitum, diuinam sortem tacitè significasse? Apertius autem subiungit: Sin autem nos nunc in hac tota rectè quæsiuimus oratione, virtus nec secundum naturam, nec eiusmodi vt doceri possit, sed diuina sorte accedere, non absque mente, ad quos accesserit. Ergo diuinitùs data sapientia quæ est virtus Patris, adhortatur quandem nostrum liberum arbitrium, admittit autem fidem, curámque & attentionem remunerat electionis suprema communicatione. ⁴ Porrò autem ipsum quoque tibi adducam Platonem,



Platonem, apertè volentem vt credatur Dei filiis. Nam cùm de diis qui sub aspectum non cadunt & sunt geniti, verba fecisset in Timæo, de aliis dicere dæmonibus, & eorum ortum fatis, dicis nostras vires superare: credendum autem esse iis qui prius dixerunt, qui à diis quidem, vt dixerunt, genus duxere, aperte autem suos parentes cognouere. Fieri ergo non potest vt Deorum filius fides non habeatur, etiamsi absque probabilibus & necessariis dicant demonstrationibus. Non arbitror à Græcis posse manifestius ferri testimonium, Seruatorem nostrum, & eos qui vncti sunt in Prophetiâ, hos quidè Dei filios esse appellatos: Dominũ autem cùm sit verus & germanus filius, veros esse testes rerũ diuinarũ. Et ideo adiecit, oportere vt credere, cùm sint inspirati diuinitùs, etiamsi quis paulò magis tragicè dixerit non credere:

Nam non erat Iupiter hæc qui prædicauerat. Soph. in Antig.

sed sciat ipsum Deum per filium prædicasse scripturas. Fide autem dignus est is qui suæ annũciat: quoniam, Nemo, inquit Dominus, nouit patrem, nisi filius, & cui filius reuelauerit. Est Matth. 11. ergo ex Platonis quoque sententia hoc credendum, etiam si absque probabilibus & necessariis demonstrationibus, per vetus & nouum Testamentum prædicetur & dicatur. Si enim non crediderit is, inquit Dominus, in peccatis vestris moriemini. Contrà autem: Qui credit habet Ioan. 8. vitam æternam. Beati ergo sunt omnes qui confidunt in ipso: fiduciam autem habere, est quid Ioan. 1. fidè ampliùs. Quando enim sciuerit quispiam magistrum nostrum esse Dei filium, concipit fi- Psal. 2. duciam quod eius doctrina sit vera. Quomodo autem doctrina, ex sententia Empedoclis, au- Empedocl. get præcordia, ita in Dominum fiducia auget fidem. ⁵ Atque eorundem quidem esse dicimus, philosophiam vituperare, fidem autem insectari, & laudare iniustitiam, & beatã vitam esse facere quæ agitur ex cupiditate & libidine. Iam verò fides, etsi est voluntaria animæ assensio, est tamen bonorum operatrix, & iustæ fundamentum actionis, etiamsi artificiose disputet Aristoteles, facere quidem docens poni & in bestiis & in inanimis, agere autem esse hominũ tantum. Eos corrigat qui dicunt Deum esse factorem vniuersorum. Quod autem agitur, est vel vt bonum, inquit, vel vt necessarium: iniuriam autem facere non est bonum: nemo enim sponte iniuriam nisi propter aliquid aliud. Ex iis autem quæ sunt necessaria, nihil est voluntarium: iniuriam verò facere est voluntarium, quare nec est necessarium. Boni autem à malis maximè differunt: institutis, & electionibus & bonis desideriis. Quicuis enim animæ nequitia est cum intemperantia, & qui agit propter affectionem, propter intemperantiam agit & nequiam. Mihi itaque succurrit in singulis admirari diuinam illam vocem: Amen amen dico Ioan. 10. vobis, qui non ingreditur per ostium in ouile, sed aliunde ascendens, ille est fur & latro: qui autem ingreditur per ostium, est pastor ouium, ei ianitor aperit. Deinde rem prosequens dicit Dominus: Ego sum ostium ouium. Oportet ergo eos qui per Christum didicerunt veritatem fieri saluos, etiam si fuerint Græcam philosophati philosophiam. Nunc enim apertè est ostensum, quod alijs generationibus notum non euaserat, nunc hominum filijs est reuelatum. Nam Dei quidem manifestatio vnius omnipotentis erat, apud omnes qui rectè sapiunt omnino naturalis, & æternum ex diuina prouidentia beneficium apprehenderunt plurimi, qui non planè omnem exuerunt pudorem aduersus veritatem.

## COMMENTARIVS.

¹ MERITO ergo Plato quoque de Deo tractans. Postquam dixit in sacris scripturis tam veteris quam noui testamenti multa dici mystice & allegorice, adducit etiam Platonẽ dicentẽ in epistolis de Deo loquendum esse ænigmatice. Quæ scribuntur facile excidere, Dei autem vniuersorũ, nec verbis nec literis exprimi posse, longe esse melius eum discere quam scribere. Quod discitur remanet & non excidit: quod autem scribitur necesse est vt excidat. Sed quod ex ænigmatibus discitur, non scribitur, & ideo non excidit. ² Deo germanus dicit sanctus quoque Apostolus. Conuenienter iis quæ dicit Plato quod de Deo dicendum sit per ænigma, Paulus quoque symbolicè arcanè & occultè loquitur, dicẽs se inter perfectos loqui sapientiã in mysterio absconditã. Dicit etiam se lac potũ dedisse tanquã infantibus quando per catechesim eos ad fidẽ format & instituit & solidũ cibum, quando euehit ad superiorem cõtemplationem diuinæ essentiæ & potẽtiæ, quæ sunt ipsæ carnes & sanguis: nõ solæ enim corporis est caro & sanguis, sed diuinæ

quoque essentia suam habet carnem & sanguinem. Is cibus & potus est cognitio diuinæ essentiæ. Dicit autem hæc omnia symbolice & allegorice, sicut dicit etiam Christus; Cibus meus est vt faciam voluntatem patris mei, & paulo post; Operamini non cibum qui perit. [1] *Quamobrem Plato.* Ex Platone adducit aliud symbolicum, opottere nos de Deo quærere, cùm sacrificauerimus non porcum, sed magnorum sacrificium, ad Deum placandum opus esse sacrificiis, sed non quibuslibet, maximè cum ad contemplandum ad Dei cõtemplationem. Ex omnibus autem animalibus nullum est porco vilius & corpore magnum & rarum sacrificium, pura scilicet mens & conscientia. Paulus quoq; dicit Christum nostrum Pascha esse immolatum, quod scilicet sicut agnus Paschalis immolatus sit & comestus, & ideo tanquam Pascha. Est autem re vera rarum & prætiosum sacrificium, quo sub symbolis panis & vini Christus Dei filius pro nobis consecratur & sanctificatur. Est etiam Deo gratum sacrificium, quo ab anima separatur corpus eiusque affectus & vitia, quod spiritus dicitur contribulatus, idque est vere Deum colere. Neque enim is Deum colit, qui corpori & eius affectibus ita est affixus, vt mens eius eumpareatur à corpore. [2] *Num autẽ.* Socrates apud Platonem in Phædone dicit Philosophiã esse mortis meditationem. Nam sicut is est plane mortuus cui desunt omnes sensus, ita qui cogitando & contemplando se ab omnibus auocat sensibus, adeò vt neque videat, neque audiat, neque quidquam sentat, is proprie mente se rebus applicans veram persequitur philosophiam. Is enim verè est philosophus, qui se abdens à sensilibus, pura & sola mente contemplatur quæ cadunt sub intelligentiam. Hæc sunt causa ut Pythagoras indiceret suis discipulis silentium, vt scilicet eo tẽporis spatio relictis sensibus sola mente se dederent Dei contemplationi. *Plurimi autẽ.* Qui vere philosophantur se sensibus exuunt vt Deo contemplentur. Sed magna pars hominum tantum abest vt se exuat sensibus, vt se eis inuoluerint & vt histriones se tanquam pilam in orbem circũagunt, ita suis se circũuoluit libidinibus & inuolutantis: Hinc fit vt Deum pura mẽte non possit contemplari, falsasque & absurdas de eo concipiat opiniones. De Deo enim idem sentiunt quod de hominibus, & quod habent homines id Deum quoq; putant habere, cum tamen Deus innumerabilia det hominibus, quæ ipse non habet. Neque de Deo sic de hominibus vere dicitur, Nemo dat quod non habet. Dat Deus generationẽ cum ipse sit ingenitus & naturali dictũ est generatione, quã nõ habet licet eam det aliis. Nam generatio qua Deus pater genuit filiũ, & de qua dicit Pater apud Psalmographũ, Ego hodie genui te, est supernaturalis, & de natura Esaias; Generationẽ eius quis enarrabit. Dat nutrimentũ quo alij nutriuntur, ipse autem non nutritur, nec eo eget. Dat augmentũ, ipse autẽ non augetur nec diminuitur, vt qui sit semper æqualis. Deus denique ad senectutem peruenĩat & tandem moriãtur, ipse autẽ licet sit dierum antiquissimus nunquã senescit, & nunquã moritur, cùm ipse solus sit immortalis. Quæ autem per figurã quæ dicitur ἀνθρωποπάθεια Deo tribuũtur in scripturis, vt man⁹, pedes, os, oculi, ingressus & egressus, ira & minæ, & quæ sunt huiusmodi, nõ sunt Deo cõuenientes affectiones, sed de iis quæ dã de eo dicuntur allegorice. De iis autem dictũ est postea locuturum apertius. [3] *Ex omnibus.* Nullum est medicamentũ quod sapientia sit præstantius. Et nullus fit sapiens, sed aliũs ex alio: opus est enim aliquo qui arcanorũ & abditorum fores aperiat. Quæ autem aperit est sapiẽs. Quæ autẽ citat Clemẽs ex Pallimacho & Bacchilide non extãt hodie: quæ autem citantur ex Panæthenaico Isocratis, eum graphice deiscribũt, qui suã vitã rectè & ex virtutibus ordinat ad quas qui animũ suũ bene ex habitu cõponit, is est perfectus, & omni ex parte absolutus. Eam autẽ etiam quę ex cognitione agitur, laudãt quidẽ Græci, sed nescĩũt quomodo ea sit cõparanda. Is enim tantũm verã habet cognitionẽ, qui Deũ tanquã scopũ sibi proponit, & ex Dei verbo cui credit, omnia suorum actionum dirigit. Hæc autẽ cognitio est cibus rationalis, quo qui vescũtur sitiunt veritati, quam dum assequuntur, alimẽto æterno satiãtur, quod hic sumũt in mysterio, nẽpe sub symbolis panis & vini. [4] *Valde autẽ adoniz elolitter.* Euripides quidẽ fuit Poëta Tragicus, sed adeò doctus, vt in scenã in quibusdam Tragœdiæ philosophiã introduxerit. In iis quæ citat Clemẽs mysticè & ænigmaticè significat per illud patrẽ intelligẽs: per Ditem autẽ, filium. Et Patri quidẽ offert quicũq; sit qui loquitur, ipsum Christum qui est plenũ, & omni ex parte perfectũ (vt quod omnia alia iã abrogata in se cõtineat) sacrificium expiationis oblatũ. Quod autẽ imprudẽs loquatur de Christo, hoc indicat, quod dicit alloquens Ditẽ, eum esse terreni imperij participẽ, vt qui in terras descẽderit. Deinde rogat vt mittat lucẽ qua scirĩ possit, vnicum ad homines processerint labores & certamina, & vndenã sit radix malorũ, nẽpe ex peccato originis, quibus ex beatis cùm labores suos expofuerit, sit quietem æternã assecuturus. [5] *Nõ adstrepo mysteriis.* Ostendit Clemẽs mysteria veterum Græcorũ aliquam habuisse similitudinem cũ nostro lauacro ideo baptismo: in vtrisq; enim fiunt expiationes & expurgationes. Mysteria autem apud Eleusinẽ terræ Atticæ duorũ generum celebrabantur magna & parua, Cereri sacra erant magna, Proserpinæ parua. Parua autem erant veluti προπαρασκευὴ καὶ προκάθαρσις, id est præcedens purgatio & præparatio magnorũ mysteriorũ. Est autem hæc parua mysteria veluti quoddam fundamentũ doctrinæ & præparationis futurorum. In magnis antẽ nulla erat quæ discereturdoctrina, id enim fiebat in paruis, restabat autem vt naturę & rerũ diuinarũ esset contemplatio, & per mentẽ cõprehensio. Fiebat autem expurgatio & præparatio contemplationis, contẽplatio autẽ resolutione. Nã nec purgãtur & expiãtur peccata, nisi ea sis cõfessus, nec aliqua doctrina, nisi qui discit ea quę docetur vera esse, fuit cõfessus. Ita in nostro baptismo, & quæ abluuntur scelera sua confessi emundantur, & quã ex catechesi didicerũt fidei doctrinã veram esse agnoscũt & profitentur. Naturę autem & rerũ contemplatio fit per resolutionẽ, quando à corpore per mentis aciem nem corporeis ablatis qualitatibus & triplici corporis dimensione, restat vnũ signũ seu punctum, quod habet situm. Vt autem rem perfectè cõtempleris, tollendus est etiam ipse situs: quod si fiat, restabit sola vnitas, quam mens cõtemplans intelligit per resolutionem, amotis omnibus quæ ei alioqui fuissent impedimento. Et cadunt quidẽ res omnes etiam naturales sub cõtemplationem per resolutionem, sed Deo omnipotẽtis cõtemplatione nihil est excellẽtius. Est ergo Deus cõtemplandus omnibus ablatis corporeis & incorporeis, neq; tamen rectè processerit cõtemplatio nisi nos in Christũ cõiecerimus, qui nos fulcit & sustentet sua magnitudine, eunq; sancte colentes, vastaq; & immensa totius orbis spatia superãtes, eum quæramus & cogitemus qui fecit, regit, & implet omnia. Hoc cũ fecerimus eo vsq; proficiet cõtemplatio, vt nõ quid Deus sit intelligamus, neq; enim ab vllo mortali cõprehendi potest Dei essentia, sed quid nõ sit. Deus enim ab hominib⁹ nõ melius cognoscitur quã per negationes, vt optime docet Naziãzenus in oratione de Deo. Multa autẽ de Deo dicũtur in scripturis quæ de eo nõ sunt quidem cogitanda, sed quomodo ea sunt intelligenda se alibi dicturũ dicit Clemens, ea sunt autem figura, motus, status, sedes, locus, dextera & sinistra. Deus autẽ qui est prima omniũ causa loco non cõtinetur, sed est supra locũ, nec tempore cõprehenditur qui est æternus & cuius propriũ est æuum, qui οὐκ ἐν αἰῶνι ἐστὶν Græce dicitur quod semper sit, nec vllũ potest dari nomen quod eius cõueniat essentię, sed nec mẽs humana eam potest assequi. Deũ rogat Moses vt seipsum ostẽdat manifeste, ita scilicet vt eum cognoscat. *Exod. 33.* Deus enim nõ potest doceri, nec verbis exprimi, nec cognosci, nisi cognoscendi ipse dederit potestatẽ. Cognosci certe nõ potest quod caret forma quæ cadit sub aspectũ, sed licet Deus nec videri possit nec cognosci, sui tamen cognoscendi ad gratiam per filiũ. Dicit quidẽ certe Solomon se humanam nõ habere sapientiã, sed Deũ eam illi dedisse, peq; eam autem Deũ cognoscebat. [1] *Iam verò diuinã.* Quod Moses scribit in Genesi lignũ vitæ plantatũ esse in paradiso, Clemẽs dicit allegoricè intelligi, diuinam prouidentiam plantatam esse in mũdo. Paradisus enim potest accipi pro mũdo. In eo nata sunt omnia quæ processerũt ex creatione, in eo verbũ floruit, & cum carnem suscepisset eos vitificauit qui ex eo gustarunt. Ex eo autem lubenter gustarunt quoniã suauis est Dominus: vitificauit autem, quoniã ipse est vita. A nobis autem non fuit cognitus nisi per lignũ crucis, in quo in altum sublatus omnia ad se traxit, vt ipse prædixit. Suspẽsa enim fuit vita nostra nẽpe Christus, ad fidem nostrã, id est vt in eum crederemus. [2] *Num autẽ.* Datum est homini liberũ arbitrium vt Deo mandata vel custodiat vel transgrediatur, & arbitrium eius positum est bonũ & malum, & vita & mors, vt vtrũ malit eligat. [3] *Rursus Abrahã.* Expositum Clemens allegorice quod de Abrahã scripsit Moses, qui filiũ suum Isaac duxit in mõtem eum oblaturus in holocaustũ. Significat autem esse mysterium in eo quod dicit Abrahã, cum veniisset in locum quem dixit ei Deus, tertio die suscipiens videt locũ eminus. Et tres quidem dicit fuisse dies, in primo est aspectus rerum pulcherarum & honestarũ, secundus est bonæ animæ desiderium, in tertio est mens quæ perspicit spiritualia, Christo aperiẽte oculos qui tertio die resurrexit. In illis quoq; tribus diebꝰ est mysticus fũgnaculi, quo verus Deus creditur, nẽpe vnus Deus in tribus personis, patris scilicet & filij & spiritus sancti, locus autẽ quem dicit Abrahã vidisse eminus, est regio Dei ad quam facile nõ potest perueniri. Ea autẽ regio Dei est ipse Deus, in quo sunt rerum omniũ ideæ & exẽplaria. Eam autẽ vocat Plato τὸν ὑπερουράνιον τόπον, id est, regionẽ idearũ, cùm eam Moses appellasset locum, vt qui omnia & vniuersa cõtineat, eapropter quæ proprie esse dicũtur, vt quæ sint æternæ; & quæ generãtur ab eis suum ortum habeant. Eminus autem videre dicũtur ij qui sunt in generatione: facie autem ad faciem vident, qui cùm ex hoc mundo excesserint, vident per nudam & purã mentis applicationem. Potest autem qui piã de Deo diffentio effici Propheta, id enim est diuinare, si se abstrahens à sensibus cõtendat ad vnũquodq; quod est, & abilis quæ sunt nõ prius recedat, quã transcendens omnia quæ supereminent ipsum bonũ apprehendat, quod quidẽ bonum est finis eius quod cadit sub intelligentiã. Omnia enim bonũ appetunt, & cum Deus sit bonus, propter bonũ omnia est architectatus, & ideo boni tanquã quod sit eorũ finis tenentur desiderio, & cũ ad id peruenerint, in eo cõquiescunt. [4] *Rursus Moses.* Nõ permisit Moses multis in locis esse aras, & delubra, sed vno in loco tantũ voluit tẽplum construi. Quamobrem voluit significare vnum esse mundũ à Deo creatũ, quem vnigenitum appellat Basilides, & vnum esse Deum, quod errans Basilidẽs nõ admittit. In Dei autem tẽplo nullũ voluit esse simulachrum quod coleretur, nam licet quædam in eo essent imagines vt Cherubin & Seraphin, nulla erat tamen quæ coleretur. Cur ita statuit Moyses? Sciebat vir sapientissimus Deũ sub aspectũ nõ cadere, nec circũscribi posse. Cur ergo sit Deus adorãdus, videri autẽ nõ possit nec circũscribi, nec potest nec debet eius fieri simulachrũ quod adoretur, cognosci tamen debet & coli per honorẽ Dei nominis quod est in tẽplo. Idem est certe Deus quod eius nomen, nempe mirificè apud Hebræos exprimit & explicat Dei essentiã. Quamuis autem nusquã legatur Moſem in vno loco Dei tẽplum extruxisse, est tamen verisimile Clementem id dixisse, quod etsi à Salomone nõdum fuerat tẽplum ædificatum, in vnum tamen locum semper antea conueniret populus & Deum adoraret. Quod autem in scriptura, nẽpe in Esaia, prohibet verbum, tẽplorum cõstructiones, *Esa. 66.* & in psalmis omnia sacrificia, nõ ideo scriptũ est, quod nolit Deus vlla esse templa, aut vllas ædes sacras *Psal. 49.* in quas conueniat populus ad Dei cultum & accipiendam doctrinã: sed vt intelligamus quod quamuis *Vide D. Hieron. in expos. Esa.* Deus dicatur esse in tẽplo, is tamẽ nullo loco circũscribitur nec cõcluditur: nec prohibet sacrificia, quæ ab ipso Deo erãt præcepta, vt à sacrificiis Dæmonũ auocaretur populus, & interea essent figuræ Christi mortis & passionis, quibus adimpletis & abrogatis omnibus Leuiticis sacrificiis, remaneret solũ Melchisedechicũ sacrificiũ à Christo institutũ in æternum duraturũ, sed vt intelligeret populus Deum non egere sacrificiis, quæ erant desitura post quã esset institutũ sacrificium laudis & gratiarũ actionis. Huic rei versus qui ita habet, nãq; indiget Deus, Deus si rectè sit, videtur aliquid deesse vt perfecta sit sententia, sed quid desit non possum diuinare. Hoc autẽ est quod dicit; fingunt, inquit, Poëtæ, Deum egere si vere Deus sit, sed id falsum esse arguit, quod mundũ condiderit, quem non cõdidit vllius rei indigens, cum ipse det omnibus & spiritũ, vitã, & omnia vt ait Apostolus. Qui autem mundũ condidit, non opus *Act. 17.* habet vt aliquid accipiat ab iis quos cõdidit. Deus meus es tu, inquit Psalmographus, quoniã bonorum *Psal. 15.* meorũ non eges. Zenon autẽ auctor Stoicæ sectæ nulla tẽpla nec simulacra Diis cẽsebat esse ædificãda: Dijs enim nihil ædificandũ quod nõ sit Deo dignũ. Sed nihil dignũ Deo potest ædificari à sordidis & illiberalibus artificibus, maxime cùm quæ ab eis fiũt sint cõposita. Cõpositæ autẽ sunt Deo indignæ qui est simplex. Sed quicquid dicat Zeno, non ideo nõ sunt tẽpla Deo ædificanda. Est Deus quidẽ simplex,





*Iam. 4.*

*Psal. 50.*

*Psal. 18. Esa. 53. Dan. 7.*

*Col. Rhodig. antiq. lect. lib. 16. ca. 9.*

sed non exigit ab hominibus sibi ex omni parte respondentē proportionem. Meline autē Plato nec vel templa quidem fieri prohibet, sed in ciuitate vult vnū esse templum in quo sacra fiat, primitis autē vnius vult esse sacrū. Quod autē est in Clemente *eiduum* quod nos vertimus simulacra, est apud ipsum Platonē Græce *ἀγαλμα* ex quo intelligitur variū fuisse exemplar. Quæ Diis autem consecrātur, cōtectus vitulus ebur est in sacris offerendum, ferro autē & ære in bello est vtendum. Ad sacra autem communia omnia potest quod quis voluerit ex vno ligno cōpactū & lapides. Vult ergo significare ad sacra non esse intendenda quæ sunt nimis sumptuosa. Cùm autē hic de Deo agatur, visū est Clementi adducere ex 7. Epistola Platonis, de Deo scientiā quæ est prima Philosophia, nō disci ex scriptis, sed post longā cui etiam vitæ quā exigne exilire lucem qua anima seipsam alit. Quæ quidē lux ex igne exiliens, videtur significare illuminationē sancti spiritus, qua anima seipsam alit, vt quæ absq; vlla alia doctrina in diuinis magistra acquirit Dei cognitionem: *a. An non hæc sunt similia.* Quæ citat ex Sophonia nō inueniuntur hodie apud Prophetā. Ineffabilis autē & altissimus merito dicitur Deus Creator vniuersitatis, cōgruenter quoque dicit Plato, & eam inuenire esse difficile, & cum inueneris, fieri nō posse vti eum apud omnes enarremus. Hoc significauit Moses, nolens totum populum secum ducere in montem ad Dei contemplationē: est in caligine, hoc est qui nec cadit sub aspectū, nec verbis potest exprimi. Caligo autē dicitur esse splendorē, multorū scilicet incredulitas & ignoratio, quæ obstant quominus apprehendatur veritas, nempe Deus. *b Scio autem apud Platonem.* Quoniam ad tertium vsq; cœlum se raptū fuisse superius demonstrat Paulus, visum est Clementi admonere, non mirū esse si tertiū cœlum dixerit Paulus, cum Plato quoque multos dicat esse cœlos, & licet vnū dicat esse mundum, vt qui ad vnius nempe Dei exemplar hi effectus, indifferenter tamen vtitur nomine cœli & mundi. Epistolæ autem Romanorū, nempe Romanæ scripsit, ad pacē & concordiam dissidentes reducens, hinc inde eorū, & quam ab initio ab Apostolis accepisset traditionē renouās. *c Hæc ergo consequenter.* Multis Pauli testimoniis & aliquot Christi Euangelio parabolis, ostendit in scripturis esse, mysticam, arcanā, ænigmaticā & occultā in scripturis traditā. Quod etiā dicit significare subcinericios panes qui *ἐγκρυφίας* dicūtur, quòd intelligitur de Dominico verbum esse celandū, vt quod sit arcanum & mysticū. Parabola autem regni cœlorū assimilatur fermento absconso in tribus satis farinæ, allegorice significat animā quę est triples, vt cuius sint tres virtutes, ratio, ira, & cupiditas, ex obedientia saluā fieri per spiritualem potestatē in ea absconditam per fidē. Nam si anima, ea enim intelligitur per mulierē, in hac sua triplici facultate absconderit Verbū Dei, per fidē faciet hoc totū spirituale, adeò vt nec ratio erret in decretis religionis, nec ira nec cupiditas in vlla ferātur præcipites, vt quæ à verbo Dei regātur & ei conformētur, quo fit vt tota salua sit anima, cum mavis verbi tres illas facultates, ex quibus tota consistit anima colligit ad vnitatē, & ita facit vnā virtutem non aberret amplius, quæ quodammodo est ita deificata, vt à Deo non separetur amplius. Hæc itaque salua fit anima. Deū autem non cadere sub aspectū, nec posse contrectari non solū viderunt Prophetæ, sed etiā Solon Athenienſis & Empedocles Agrigentinus aperte dixerūt. *d Est quidem certe.* Affert aliquot causas cur de Deo tractare sit difficilissimum. Prima est quod Deus sit primū & antiquissimū omnium principium, & quod est omnibus aliis causa vt fiant & facta sint. Nam si cuiuslibet rei principii difficile est inuenire, quanto magis est difficile Deum inuenire qui est primū omnium principium, quod nō potest demonstrari? Quod autē non possit demonstrari sic probat. Quod demonstratur necesse est vt dicatur. Sed Deus non dicitur, ergo nec demonstratur. Quod autē non dicatur sic colligitur. Quod neq; genus, nec differentia, neq; species, neq; individuum, nec numerus, nec accidēs, nec cui aliquid accidit, dici non potest: Deus autē nihil est horū. Dici ergo non potest. Præterea quidquid dicitur vt demonstretur, oportet vt id sit, aut totū aut partes. Sed Deus nec est totum, nec partes. Ergo nec dicitur vt demōstretur. Totum non est, neq; enim est in magnitudine seu quantitate, nec dicendum est ex omnibus eius partes cùm sit vnum. Vnum autem nō diuiditur in partes, & ideo est infinitum, quod nullā habet dimensionē, nec distantiam, nec finem. Quod autem nulla distantia nec dimensione ac fine circūdatur, id nullam habet figurā. Quod est omnis figuræ expers, id nec nominari quidē potest. Quodsi potest nominari, nec dici. Quoniā autem obiici posset nō esse verū quod Deus non nominetur, præcipua multa Dei nomina, nominari enim vnū, bonum, mentē, ens seu id quod est, Patrem, Deū, Creatorem, Dominum, respondet tacitæ obiectioni, dicens nos non proprie vocare, nec dicere tanquā eius nomina proferentes, sed ad ostendendā eius potentiā, his pulchris vti nominibus. Vt dum in iis cognitionis nominibus quæ Dei potestatē significāt, firmiter & stabiliter innititur cogitatio, non aberret in alia quorum est vel nulla vel inanis significatio. Quod autem vnūquodq; eorum non dicatur de eo tanquam de Deo, nēpe de eius essentia, sed omnia simul posita ostendāt eius potentiam, sic ostendit. Quæ dicuntur ex eo dicātur quod dicūtur, quod ipsa eis insunt, aut ex ea quæ est inter se inuicē habitudine ac relatione. Sed nullū ex iis de Deo potest accipi vt sit Dei essentia, nec ea habent inter se habitudinē aliquā nisi relationem quæ ad Deū referatur, tanquam ad essentiam. Possunt ergo omnia simul significare Dei potestatem, sed nullū ex iis separatū Dei essentiam. Est autem hoc perpicuū iis qui omnia & singula horum vocabula volent examinare. Inuenietur enim nullū ex eis eius conuenire essentiæ. Postquā autem ostendit de Deo tractare esse difficillimū, quod & sit primum & antiquissimum omnium principiū, & quod nec dici nec nominari possit, id ipsum probat, ex eo quod demōstratiua nō sit eius scientia. Demonstratiua, inquit, scientia est ex prioribus & notioribus. Sed nihil est ante ingenitū nempe Deū, in quā nulla cadit naturalis generatio, nihil est ergō eo prius nec notius quod eum demōstret. Quo fit vt demōstratiua eius nulla sit scientia. Quod si ita est, quomodo cognoscetur Deus qui est ignotus? Cognoscetur diuina gratia, & verbo Dei quod Deum reuelat. *e Dicit autē.* Dixit antea Deū non cognosci nisi ex diuina gratia & verbo diuino à Deo perfecto, nunc autem dicit virtutem nec esse à natura, nec à doctrina, sed

*Item lib. 1. aduersus hæreses.*



sed sapientiam quæ est virtus patris, nostrum liberum adhortari arbitrium, & quos viderit diligentes, allicitos & attētos, eos impertiri summa sua electione. Ex quo est perspicuū sentire Platonem à libero arbitrio nō separati gratiā, & à Deo admitti quidē fidē: sed vt sim[a] participes supremę à Deo electionis, requiri curā & diligentiā. Deo enim nō probatur ignaua & otiosa fides, & quæ est sine bonis operibus & pijs actionibus. *f Porrò autē ipsum quoque nobis adducā Platonē.* Ostēdit superius Deū non posse demōstrari, nec autem dicit quod etsi nec probabilibus nec necessariis rationibus Deus nō demōstretur, de Deo tamen Dei filio sit credendū. Ad hoc ostendendū adducit Platonē in Timæo, qui postquā dixit de Diis qui sub aspectū non cadunt, & qui sunt geniti, de cæteris dæmonibus dicit credendum esse Deorum filios. Quod si de Diis credendū est Deorū filiis, quanto magis de Deo credendum est Prophetis, qui vnā ad Prophetiam sunt Dei adoptiui filij, & ipsi Christo qui est verus, naturalis, & germanus Dei filius! Merito ergo est eis credendū cum sint veri testes rerum diuinarum. Nam & Prophetæ de Deo loquuntur à Deo inspirati, Deus autem ipse loquitur per filiū. Est autem fide dignus is qui sua annūciat, Deus autem ipse annunciat per filiū. Credendū est autem, vt & per fidem peccata nostra remittantur, in quibus alioqui sumus morituri, & vt vitam æternā consequamur. Hoc quidem præstat fides, sed non sola. Non solum enim est credendum, sed etiam in Deum est habenda fiducia, quę quidem est aliquid maius fide. Nam qui scit per fidem magistrum nostrum esse Dei filiū, non solum credit, sed etiam cōfidit eius doctrinam esse veram. Quo fit vt eius obediens præceptis viam sibi muniat ad vitam æternā. Et ita quæ in Dominū habetur fiducia, auget fidem, ficut doctrina, vt dicit Empedocles, auget præcordia id est sapientiam, quæ in præcordiis aut corde esse existimatur: Vnde etiā cordati dicuntur sapientes, Stulti autem vecordes & excordes. *g Atque eorūdem quidē esse dicimus.* Postquā ostēdit Platonem statuere de Deo esse credendum Deorū filiis, ex quo colligitur eum probare non reprobare fidem, ex eo infert Clemēs Philosophiā non aduersari fidei, & eorūdem esse vituperare Philosophiā & insectari fidem, cùm ipsam eidem suo dogmate approbet princeps philosophorū Plato. Cùm itaq; fidem vituperent gētes, eadem opera vituperant philosophiā maximè Platonicam, quæ de Deo Deorum filiis dicit esse credendum & eosdem esse laudare iniustitiā, & voluptatem existimare summā fœlicitatem, vt sentit Epicurus. Nam qui beatam vitā esse ducit viuere in voluptate & libidine, is iustitiæ præferet libidinem, laudabit autem iniustitiam, quod per eam paretur voluptas, quæ est, vt censent Epicurei, summum bonū. Porro autem fides est volūtaria animi assensio, nam quicūq; credit volens credit, nec quisquā credit inuitus. Quamvis autem qui credit est animatus, fides autem per quā credit est inanima, licet autem sit inanima, tamē & bona operatur vt quæ operetur per charitatem, & est fundamentum bonarum actionum, cùm quod non sit est fide sit peccatū. Nihil enim rectè fit nisi ab eo qui Deū quem credit sibi proponit. Cùm autem fides sit eiusmodi, vt quāuis sit inanima, & bona faciat opera, & ei bonæ nitātur actiones, aduersari autem ei quod ab eo dicitur videatur Aristoteles, Aristotelis sententia visa est refellēda. Aristoteles enim lib. 10. Ethicorū, ca. 8. subtiliter disputans conatur ostendere, Deo non conuenire, nec facere, nec agere fœlicitē plari. Inter facere autē & agere hæc interesse, quod facere conueniat bestiis & inanimis, agere autem solis hominibus. Quod agitur autem, agi vel vt bonum, vel vt necessariū. Quod agitur autem, vt necessarium dicit agi, vt si quis cogatur reddere depositum, vt bonū autem agi, vt si præcellēte electione agatur, vt scribit lib. 5. c. 8. Ethicorū. Eum refellit Clemēs, primum dicens nō esse verum quod facere sit bellarum tantum & inanimorū, nec Deum solum contemplari, sed etiam facere. Deus enim fecit hanc rerū vniuersitatem, vnde & mundi & vniuersorum dicitur Creator & effector. In principio certe creauit Deus cœlū & terram, Græce est ἐποίησεν, id est fecit, in quo à præceptore Platone dissensit discipulus: æternum enim mundum sensit Aristoteles, à Deo autem creatum Plato. Deinde falsum esse, quod quicquid agitur, agitur vel vt bonū, vel vt necessarium. Iniuriam enim facere esse agere fatetur ipse Aristoteles, cùm fiat iniuria ex proposito & animi electione. Non fit enim iniuria vt bonum, cùm non fiat tanquam ipsa sit bonum, sed quod ex ea speretur quiddam apparens bonum. Nec vt necessarium, nam quod est voluntarium, non est necessarium. Quomodo autem quæ sit iniuria non fit sine proposito & animi electione, ita nec quoduis vitium, nec quæuis animi prauitas. Nam cum contrariorum eadem sit disciplina, eadem quoque erit virtutum & vitiorum, quod scilicet & virtutes & vitia sint ex proposito & electione. Quamuis autem & virtutes & vitia sint ex proposito & animi electione, in hoc tamen differunt quod virtutes quidem sint propter se, nempe propter bonum, vitia autem propter aliud, nempe propter bonum apparens. Nam vitia quidem agunt propter affectionem & animi perturbationem: Ea autem ipsa affectio & animi perturbatio non est propter se, sed quod bonum videatur sibi non temperare, sed se explere libidinibus & impudicis desideriis. Boni ergo à malis non differunt, quod non sit eorumque & propositum & electio, sed quod eorum sint diuersa instituta, electiones, & desideria.

*Gal. 5.*

*Rom. 14.*

*Cic. 1. Tusc.*

*Genes. 1.*

[a] ATQVE vt summatim quidem dicam, *Xenocrates Carthaginensis non spem omnem abiecit, quin etiam in rationis expertibus animantibus sit Dei notitia. Democritus autem, etsi nolit, id confitebitur per dogmatum consequentiam: fecit enim easdem imagines in homines incurrentes, & in animantes rationis expertes, ex diuina essentia. Longè certè abest vt sit homo expers diuinæ notionis, quem etiam scriptum est participem fuisse inspirationis in generatione, vt qui fuerit purioris essentiæ particeps quam alia animantia. Hinc dicit Pythagoras mentem diuina sorte venire ad homines, sicut fatentur Plato & Aristoteles: sed nos quidem dicimus spiritum sanctum inspirari ei qui credidit. Platonici autem, mentem* V 1.

quidem, quæ est à diuina sorte effluxio, in animæ inhabitantem, animam autem in corpore
Io.2. constituunt. Apertè enim dictum est per Ioël, qui fuit vnus ex duodecim prophetis: Et erit
post hæc, effundam de spiritu meo super omnem carnem, & filij vestri & filiæ vestræ prophe-
tabunt. Sed non vt pars Dei, est spiritus in vnoquoque nostrum. Sed quomodo fiat hæc diui-
sio, & quidnam sit Spiritus sanctus, ostendetur à nobis in libris de Prophetia, & in libro de
Anima. Cæterum ad occultandas cognitionis profunditates, bona est incredulitas ex senten-
tia Heracliti: nam vt cognoscantur, effugit incredulitas. Quod autem deinceps consequitur
est tradendum: & Græcorum furtum ex barbara sumptum philosophia tam est clarum
ostendendum. Aiunt Stoici Deum esse corpus & Spiritum essentia, sicut certè etiam ani-
mam. Hæc omnia apertè inuenies in scripturis. Ne mihi enim in præsentia earum allegy-
rias animo cogitaueris, vt quæ ex cognitione habetur tradit veritas, num aliquid aliud indi-
cent, sicut sapientes luctatores aliud eas ostendere significant. Sed illi quidem dicunt Deum
vniuersam peruadere essentiam: nos autem eum solum dicimus effectorem, & verbo effi-
Sap.7. ctorem. Induxit autem eos quod dictum est in sapientia: Transit autem & peruadit omnia
propter puritatem: quoniam non intellexerunt hæc dicè de sapientia qua fuit primò à Deo
creata. [c] Ne, inquiunt, sed materiam ponunt philosophi, & Stoici, & Pythagorei, quam-
etiam Aristoteles peripateticus, non autem vnum principium. Sciant ergo eam quæ vocatur
materiam, quæ ab ipsis dicitur expers qualitatis & figuræ, audacius quoque à Platone de-
fectam esse, non ens, seu id quod non est. Num autem vel in primis mysticè, cùm sanctum sit
vnum quòd verè est principium, in Timæo dicit his verbis? Nunc autem sic nostra se ha-
beat oratio. De vniuersorum quidem siue principio, siue principijs, siue quomodocunque
de his videatur, nunc non est dicendum, non propter aliquid aliud, quàm quòd sit difficile
præsenti modo pertractationis ea quæ videantur declarare. Et alioqui dictio illa prophetica
Gen.1. Terra autem erat inaspectabilis & incomposita, præbuit eis occasionem materiale tradendi
essentiæ. Iam verò hinc Epicuri quidem mentem subijt casus, cum hoc dictum non intellexis-
Eccl.1. set. Vanitas vanitatum & omnia vanitas. Aristoteli autem venit in mentem vsque ad lunam
Psal.35. deducere prouidentiam, ex hoc Psalmo: Domine in cælo misericordia tua, & veritas tua vs-
que ad nubes: nondum enim reuelata fuerat propheticorum mysteriorum declaratio vsque
ad aduentum Domini: [d] Et rursus, supplicia post mortem, & pœnas quæ igne luuntur, a
barbara philosophia, & vniuersa musa Poëtica, & Græca etiam, surripuit philosophia. Pla-
to certè in vltimo de Republica, dicit his verbis: Hìc viri agrestes aspectu ignito cum adsi-
sent, sermonem intelligentes, alios quidem seorsum assumptos ducebant. Aridum autem &
alios cùm colligassent, manúsque & pedes & caput deiecissent, atque eis pellem detraxissent,
extra viam non longè trahentes, aspalathis lacerabant. Viri enim illi igniti ei volunt signifi-
Psal.103. care angelos, qui assumptos iniustos puniunt. Qui facit, inquit, angelos suos Spiritus, &
ministros suos ignem ardentem. His autem est consequens, animam esse immortalem. Quæ
enim punitur vel castigatur, cùm sit sensu præditum, viuit, etiamsi dicatur pati. Quod ver
non nouit Plato & fluuios ignis, & terræ altitudinem eam quæ gehenna vocatur à barba-
ris, tartarum nominans propheticè, Cocytúmque & Acherontem, & Pyriphlegetontem,
& quædam huiusmodi, quæ ad castigationem disciplinámque inducunt, loca supplicio-
rum? Paruorum autem, conuenienter scripturæ, & minimorum angelos Deum vide-
tes, quinetiam nostri curationem & visitationem quæ ad nos venit per angelos qui no-
bis præsunt, indicant, non veretur scribere, postquam omnes animæ vitam elegissent, eas
vt sortitæ erant, ordine accedere ad Lachesim: illam autem eum quem vnusquisque ele-
gisset dæmonem, cum eo mittere vitæ custodem, & vt adimpleat ea quæ elegerit. Fer-
tasse autem Socrati quoque dæmonium tale quid significabat. [e] Iam verò genitum



esse mundum, cùm id à Mose accepissent, decreuerunt philosophi. Quinetiam Plato quo-
que dixit apertè: Vtrum fuit nullum habens ortus principium, an ortus est? Ortus est, vt
qui caperit ab aliquo principio. Nam & cùm sit aspectabilis, est tractabilis: & cum sit
tractabilis, est corporeus. Et rursus quando dixit: Atque effectorem quidem & patrem hu-
ius vniuersitatis inuenire est difficile, non solùm mundum ostendit esse genitum, sed etiam ex
ipso significat esse genitum, tanquam filium: patrem autem eius esse vocatum, vt qui ex
solo sit genitus, & ex eo quod non erat constiterit. Genitum autem mundum ponunt etiam
Stoici, [f] & qui in barbara philosophia est frequens, diabolum principem inquam dæ-
monum, maleficam animam esse dicit Plato in libro de Legibus decimo, his verbis: Animam
quæ ea administrat quæ vndique mouentur, cælum etiam necesse est administrare. Quidni:
Quid verò, vnam an plures? Plures ego pro vobis respondebo. Non minus vtique quàm
bonas effecisse posuerimus, nempe eam quæ est benefica, & eam quæ potest efficere contraria.
Similiter autem hæc quoque scribit in Phædro: Atque sunt quidem quoque alia mala.
Sed dæmon quidem aliquis plurimis in presentia admiscuit voluptatem. [g] Quinetiam in de-
cimo de Legibus, apertè ostendit illud Apostolicum, Non est nobis colluctatio aduersus car-
Ephes. 6. nem & sanguinem, sed aduersus principatus, aduersus potestates, aduersus spiritualia eo-
rum quæ sunt in cælis, scribens hoc modo: Quoniam enim eis concessimus, nobis qui-
dem esse cælum multis bonis plenum, esse autem etiam contrariis, pluribus autem qui non sunt
eiusmodi, est, inquimus, pugna eiusmodi immortalis, & quæ magna cautione indiget. [h] Et
rursus vnum quidem mundum barbara nouit philosophia qui percipitur intelligentia, al-
terum verò sensilem: illum quidem archetypum, hunc verò imaginem eius qui exemplar
dicitur: & illum quidem attribuit vnitati, vt qui percipiatur intelligentia: hunc verò,
nempe sensilem, senario. Coniugium enim apud Pythagoræos vocatur senarius, vt qui sit
genitalis numerus. Et in vnitate quidem constituit cælum non aspectabile, & terram san-
ctam, & lucem quæ percipitur intelligentia. In principio enim, inquit, fecit Deus cælum
& terram: terra autem erat inuisibilis. Deinde subiungit: Et dixit Deus, Fiat lux,
& facta est lux. In ortu autem mundi sensilis cælum fabricatur solidum (quod autem est
solidum, est sensile) & terram aspectabilem, & lucem quæ videtur. An non tibi hinc vi-
detur Plato, animantium ideas relinquere in mundo qui percipitur intelligentia, & formas
sensiles, & quæ percipiuntur intelligentia fabricari genera? [i] Meritò ergo ex terra qui-
dem corpus dicit formari Moses, quod terrenum dicit Plato tabernaculum: animam au-
tem ratione præditam desuper à Deo inspiratam fuisse in faciem. Hìc enim dicunt esse col-
locatam principem animæ facultatem, ingressum animæ interpretantes, qui sit propter ad-
ventum sensuum in Protoplasto, & ideo factum esse hominem ad Dei imaginem & simili-
tudinem. Dei enim imago, est verbum diuinum & regium, homo impatibilis: imago autem
imaginis, mens humana. [k] Si alio autem nomine velis assumere assimilationem, inueneris apud
Mosem diuinam quæ nominatur consequentiam. Dicit enim, post Dominum Deum ve-
strum ambulate, & eius præcepta custodite. Sunt autem, vt opinor, Dei assectatores &
cultores, omnes qui sunt virtute præditi. Hinc Stoici quidem dixerunt esse finem philoso-
phiæ, secundum naturam viuere: Plato autem Deo assimilationem, vt ostendimus in
secundo Stromate, & Zeno Stoicus qui id accepit à Platone. Is autem Plato ex barbara
id sumens philosophia, dicit omnes bonos esse inter se amicos. Dicit enim Socrates in Phæ-
dro, non esse fato decretum, vt malum sit malo amicum, neque vt bonum bono non amicum.
Quod quidem satis quoque probauit in Lysia, quòd in iniustitia & improbitate nunquam
seruari potuerit amicitia. Et hospes Atheniensis similiter dicit actionem esse charam &
Deo consequentem, & quæ habet vnam antiquam rationem, quando simile quidem simili,

quod est moderatum, sit simile: immoderata autem, nec immoderatis nec moderatis sunt amica. Deus autem fuerit nobis rerum omnium mensura. Deinde rursus subiungit inferius: Quibus enim bonus, est bono similis. Ea autem ratione & qui est Deo similis, cuius bono est amicus, & Deo. Cùm in hoc sum loco, illius quoque sum recordatus. Dicit enim in fine Timæi oportere id quod intelligit assimilare ei quod intelligentia apprehenditur conuenienter ad suam naturæ. Cùm autem assimilauerit, habere finem vitæ optimæ, quæ à diis proposita est homini, & in tempus præsens & in futurum. Illa enim eandem vim habent quam hæc. Non recessabit qui quærit donec inuenerit: cùm autem inuenerit admirabitur, admirans autem regnabit, regnans autem requiescet. Quid verò, non illa quoque Thaletis quæ ex his sumpta sunt, in secula seculorum Deum gloria affici, & cordis cognitorem à nobis dici aperte interpretantur? Rogatus enim Thales quid sit Deus: Id, inquit, quod neque habet principium nec finem. Cùm autem rogasset alius, an Deum lateat homo aliquid agens: Et quomodo, inquit, qui ne cogitans quidem? [l] Porrò autem solum esse bonum id quod est honestum, nouit barbara philosophia, & virtutem sufficere ad felicitatem, cum dicit: Ecce dedi ante oculos tuos bonum & malum, vitam & mortem, elige vitam. Deut. 30. Nam quid bonum est vitam appellat, & honestum eius electionem: malum autem, electionem contrariam. Boni autem & vitæ vnus est finis, esse pium ac religiosum. Hæc est enim vita tua & dierum longitudo, id diligere quod pertinet ad veritatem. Matth. 22. Illa autem se habent manifestius. Saluator enim cùm Deum diligere iussisset & proximum, dicit in his duobus mandatis totam legem pendêre & prophetas. Hæc dogmata vulgò iactant Stoici, & ante eos in Phædro precans Socrates: O Pan & dij, alij date mihi vt intus sim pulcher & honestus. Intus autem apertè dicit: Qui enim pulchrè dicit & honestè, is est pulcher, bonusque & honestus. Et in Protagora fatetur Protagoræ familiaribus se cum conuenisse qui esset pulchrior Alcibiade: siquidem est pulcherrimum id quod est sapientissimum. Dicebat enim virtutem esse animæ pulchritudinem, contrà autem, vitium animæ turpitudinem. Atqui Antipater quidem Stoicus tribus quos scripsit libris, quòd ex sententia Platonis, quod solum honestum est bonum, probat etiam quòd ex eius sententia sit sufficiens virtus ad beatitudinem: & complura alia adducit dogmata quæ conueniunt cum Stoicis. Ab Aristobulo autem qui fuit tempore Ptolomæi Philadelphi, cuius meminit is qui composuit Epitomen rerum gestarum à Machabæis, scriptum est multos fuisse libros per quos primùm philosophiam peripateticam ex lege Mosaica, & aliis dependisse prophetis. [m] Et hæc quidem ita se habeant. Fratres autem esse nos tanquam vnius Dei, & vnius magistri, videtur vtique Plato quoque nos vocare hoc modo: Nam estis quidem omnes, qui estis in ciuitate, fratres, vt eis dicemus narrantes fabulas. Sed Deus dum fingeret, quicunque quidem ex vobis erant apti ad imperandum, aurum eis commiscuit in generatione & idcirco horum præstantissimi & maximi pretij: quicunque autem erant auxiliatores, argentum: ferrum autem & æs, & agricolis & aliis opificibus. Vnde dicit necesse fuisse vt amplectentur & amarent: ij quidem ea propter quæ est agnitio: illi autem ea propter quæ est gloria. Fortasse autem diuinat electam hanc naturam quæ desiderat cognitionem: nisi forte & aliquas ponens naturas, describit tres formas reipublicæ, vt quidam existimarunt: & horum quidem, argenteam: Græcorum autem, æneam: Christianorum autem, quæ aurum regale est admixtum, nempe sanctus Spiritus, & vitam Christianam ostendens, in verbis scribit in Theæteto: Dicamus verò de ijs qui sunt summi & præcipui. Quid non dixerit quispiam eos qui malè versantur in philosophia? ij autem nec viam norunt ad forum, nec vbi sit prætorium aut curia, aut aliquis alius communis conuentus ciuitatis. Leges autem & scripta decreta, neque vident neque audiunt. Sodalium autem studia & congressiones, & quæ cum tibicinis fiunt comessationes, ne in somnis quidem eis venit in mentem exercere. Bene autem an malè factum quid sit in ciuitate, aut quodnam est malum quod factum est à maioribus, magis eos latuit quàm qui maris dicuntur choës: & hæc nesciunt quidem se nescire, sed reuera humi quidem iacet eius corpus, & cum populo versatur. Ipse autem, vt ait Pindarus, & terram & cælum superuolat, astrorum motus quærens, & vniuersam naturam omni ex parte indagans. [n] Rursus ipsi dicto Domini, Sermo vester sit, ita ita, & non non, illud est assimilandum: Sed mihi & falsum concedere, & verum de medio tollere, non est fas. Et iurandi prohibitioni congruit hæc dictio quæ est in decimo de Legibus: Laus autem & iusiurandum absit de re qualibet. Et in summa, Pythagoras & Socrates & Plato, dicentes se audire vocem Dei, contemplantes vniuersorum constructionem quæ à Deo accuratè & perfectè facta est, & ab eo perpetuò continetur, audiuerunt Mosem dicentem, Dixit, & facta sunt, describentem verbum Dei esse opus. [o] Et stantes in formatione hominis quæ facta est ex puluere, terrenum quidem esse corpus philosophi sigillatim pronunciant. Homerus autem non veretur ponere loco execrationis:

Omnes in terram sed vos redeatis & vndam.

sicut Esaias dicens: Et conculcate ipsos tanquam lutum. Callimachus autem scribit dilucidè: Erat ille annus, quo aliquando volucris, & quod est in mari, & quadrupes ei loquebatur, vt lutum Promethei. Et rursus idem: Si te, inquit, finxit Prometheus, & non ex alio luto factus es. Et Hesiodus dicit de Pandora:

Vulcanum insignem iussit mox puluere limpham
Miscere, vnà hominisque illi præbere loquelam
Et mentem.

Porrò autem ignem artificiosum via euntem in generationem, naturam definiunt Stoici. Ignis autem & lux allegoricè dicitur Deus, & verbum eius, à scriptura. Quid verò, non Homerus quoque describens per paraphrasim aquæ à terra separationem & manifestam aridæ denotationem, dicit de Tethide & Oceano?

Tempore nam longo cessauit inire cubile
Alter in alterius.

[n] Rursus Deo potentiam in omnibus tribuunt, etiam qui apud Græcos sunt eruditissimi. Epicharmus quidem, erat autem Pythagoreus, dicens: Deum nihil effugit, hoc te oportet scire. Ipse nostri est inspector: nihil est autem, quod non possit Deus. Vates autem Lyricus: Potest autem Deus ex nigra nocte lucem emittere intemeratam: atris autem tenebris tegere purum diei iubar. Qui solus, inquit, potest, cùm est dies, noctem facere, is est Deus. Et Aratus in his quæ inscribuntur Phænomena:

A Ioue principium, assiduis quem laudibus omnes
Concelebrant homines, fora sunt Iouis omnia plena,
Compita cum pagis, omnes & cum æquore portus,
Vtimur & Ioue nos ex partibus omnibus omnes.

Deinde infert:

Nam genus illius sumus (scilicet creatione) isque & numine dexter.
Dextera significat, pigrásque ad munia gentes
Excitat, in cælis nanque ipse hæc signa locauit,
Astra & distinguens, claris annúmque coronans
Stellis, queis homini certissima signa darentur
Horarum, vt stabili procedant omnia cursu

Atque illum semper primum extremúmque precamur,
Salue mire Pater qui ingentia commoda præbes.

*Quinetiam ante eum Homerus in clypeo quem fabricatus est Vulcanus, mundi scribens creationem ex sententia Mosis:*

Terras atque mare, & cælum fabricatus in illo est,
Omnia resplendens & cælum quæ astra coronant.

*Qui enim & Poëtarum versibus, & ijs quæ soluta scripta sunt oratione, canitur Iupiter in Deum refert cogitationem.* [q] *Iam verò, vt semel dicam, Democritus scribit paucis de sub luce homines, qui hìc manus extendunt, quem nunc aerem Græci vocamus. Dicit in fabulis omnia Iupiter, ipsque omnia nouit, & donat, & aufert, & is est Rex omnium. Magis autem mysticè Pindarus quidem Bœotus, vt qui esset Pythagoreus: Vnum verum, dicens, diuinitus afflatorum est genus, ex vna autem matre spiramus ambo, vna autem materiam, & vnum eius opificem quem ἀρχιτεκτονικὸν vocat, id est, præstantissimum & optimum artificem, qui etiam pro meritis progressionem præbet ad diuinitatem.* [r] *Tu Platonem, is apertè in epistola ad Erastum & Coriscum, videtur nescio quomodo edere patrem & filium ex scripturis Hebraicis, cùm ita eos hortatur: Iurantes, studia abhibito à Musis non alieno, & studij sorore disciplina, Deum ipsum rerum omnium causam & principis & causæ patrem Dominum iuretis, quem si rectè philosophati fueritis, intelligetis. Et quæ est in Timæo concio, patrem vocat opificem, sic dicens: Dei Deorum operum ego sum pater & opifex operum. Quare quando etiam dicit: Circa omnium Regem ista omnia, & illius causa omnia: illum quoque omnium causam appellans, secundum autem circa secunda, & tertium circa tertia, non aliter ego exaudio, quàm sanctam significat Trinitatem. Nam tertium quidem esse Spiritum sanctum, filium autem secundù, per quem facta sunt omnia ex voluntate patris.* [s] *Idem autem in decimo de Republica meminit Hi Armenij, genere Pamphyli, qui est Zoroaster. Ipse quidem certè Zoroaster hæc scripsit Conscripsit Zoroaster Heri Armenij filius, genere Pamphylus: In bello mortuus, cùm esem apud inferos, à Dijs didici. Hinc Zoroastrem, cùm duodecimo die post mortem in rogo fuisset positus, Plato dixit reuixisse.* [t] *Atque fortasse quidem resurrectionem, fortasse autem illa tacite significat, nempe quòd per duodecim signa animæ viam capessunt ad assumptionem. Ipse autem ad generationem quoque dicit eundem esse descensum. Ea ratione existimandum Herculis quoque fuisse duodecim certamina, per quæ à toto mundo liberationem consequitur anima.* [u] *Admitto etiam Empedoclem, qui admodum naturaliter vniuersorum instaurationis, quòd scilicet aliquando futura sit mutatio in ignis essentiam. Heraclitus Ephesius est manifestissimè in hac sententia, cùm vnum quidem mundum censuisset æternum, alterum verò nouisset interire, eum scilicet qui consistit per variam & multiformem exornationem, vt qui non sit alius ab illo qui aliquo modo se habet. Cæterùm quod æternum quidem nouerit mundum, qui ex vniuersa essentia est æterne qualis, planissimè dicit, sic dicens: Mundum eundem vniuersorum, neque Deorum vllus fecit, nec hominum, sed fuit semper, & est, & erit ignis semper viuens, mensuras accendens, & exstinguens mensuras. Quòd autem eum & ortum esse, & in eum cadere interitum putaret, significant ea quæ subiunguntur: ignis conuersiones, primùm mare: maris autem dimidium fieri eadem terra, dimidium verò fulmen. Virtute enim ac potestate dicit, quòd ab administrante verbo & Deo, ignis, nempe omnia per aerem conuertuntur in humidum, quod est velut semen mundi dispositionis, quod vocat mare. Ex eo autem rursus gignitur terra & cælum, & quæ in eis continentur. Quomodo autem rursus in pristinum statum redeat ignescat, per hęc apertè ostendit: Mare diffunditur, & mensionem accipit eadem ratione*



*quæ prius erat antequam mare fieret. Similiter eadem quoque de alijs elementis. Et consimilia decreta fuerunt etiam Stoicorum doctissimi, tractantes & de conflagratione, & mundi administratione, & de mundo qui est æternè qualis, & de homine, & de animarum nostrarum permansione.* [x] *Rursus autem Plato quoque in septimo de Republica, eum qui est hic diem, nocturnum appellauit, propter mundi principes, vt sentio, harum tenebrarum.* [y] *Somnum autem & mortem, animæ descensum in corpus, eo modo quo Heraclitus. Nunquid autem de Seruatore hoc prædixit Spiritus, dicens per Dauid? Ego dormiui & soporatus sum, excitatus sum, quoniam Dominus me suscipiet. Non solam enim Christi resurrectionem, ex somno excitationem, sed etiam Domini in carnem descensum, somnum vocat allegorice.* [z] *Iam verò idem Seruator præcipit, vigilate: perinde ac si diceret, Meditemini viuere, & tentetis animam separare à corpore.* [a] *Diem quoque Dominicum, in decimo de Republica Plato per hæc diuinat. Postquam autem ijs qui fuerint in prato septem dies transierint, surgentes hinc oportet octauo proficisci, & quarto die venire. Atque pratum quidem oportet audire sphæram inerrantem, vtpote locum mitem, placidum & benignum, piorumque & sanctorum locum. Septem autem dies, vnumquemque motum septem errantium, & omnem operandi artem quæ tendit ad finem quietis. Iter autem quod fit post errantes, deducit ad cælum, hoc est, octauum motum & diem. Quarto autem hæc dicit abire animas, significans iter quod fit per quatuor elementa. Quinetiam septimum diem sacrum, non solùm sciunt Hebræi, verùm etiam Græci per quem vniuersus mundus circumagitur eorum quæ viua gignuntur, & eorum quæ producuntur à natura. Hesiodus quidem sic de eo dicit:*

Prima dies sacra est, tum quarta septima sacræ. *Et rursus:*
Septimo erat rursus lux vel clarissima Solis.

*Homerus autem:*

Sacta dies verò post hæc tum septima venit. *Et:*
Septima sacra fuit. *Et rursus:*
Septenusque dies fuit, in quo cuncta paracta. *Et rursus:*
Lucéque septena ex ripis Acherontis abimus.

*Quinetiam Callimachus quoque Poëta scribit:*

Omnia septemque die perfecta fuere. *Et rursus:*
Septimus inque bonis, natalis septimus illi est. *Et:*
Septimus in primis, perfectus septimus extat. *Et:*
Sidereo in cælo septem perfecta fuere
Orbibus, omnia quæ apparent voluentibus annis.

*Quinetiam Solonis elegiæ septenarium numerum valde celebrant. Quid verò, an non similiter scripturæ quæ dicit, Tollamus iustum à nobis, quoniam nobis est inutilis, Plato propemodum prophetice prædicens salutarem dispensationem, sic dicit in secundo de Republica? Iustus autem qui sic est affectus flagris cædetur, torquebitur, vincietur, ei oculi effodientur, & postremo omnia mala perpessus, suspendetur. Et Antisthenes Socraticus vocem illam propheticam circumlocutione exprimens quæ dicit, Cui me assimilastis, dicit Dominus: ait eum nulli esse similem, quoniam nemo potest eum discere ex imagine & similitudine. Xenophon quoque Atheniensis similia dicit his verbis: Qui ergo omnia concitat & facit quiescere, manifestus quidem est, vt sit magnus & potens: quali autem sit forma præditus non apparet. Neque verò Sol qui videtur luce illustrare omnia, ipse quoque videtur permittere vt videatur: sed si quis eum impudenter fuerit conspicatus, is priuatur oculis:*

Quæ caro namque oculis cælestem cernere possit
Verum immortalémque Deum, cui in vertice cæli est
Sedes? Sed Solis radios nec cernere fixis
Luminibus poterit quisquam mortalis ab ortu, *vt prædixit Sibylla.*

*Rectè ergo Xenophanes quoque Colophonius dicens vnum esse Deum, & incorporeum, subiungit:* Maximus in genere est diuum atque hominum Deus vnus,
Qui nec corpore nec mente est mortalibus vllis
Assimilis. *Et rursus:* 10
Verùm videntur progignere homines Deos,
Horúmque veste vocéque & corpore vtier. *Et rursus:*
Si instrumenta manus bubus atque leonibus essent,
Pingere quis possent, hominúmque operarier artes,
Depingenda ab eis esset si forma Deorum,
Tales hi formas facerent & corpora eorum
Talia, quale sibi corpus natura dedisset,

## COMMENTARIVS.

[a] ATQVE *vt summatim quidem dicam Xenocrates.* Oblatam à Christo de Deo veritatem non tantùm qui non fuerunt adeo impudentes, vt nullâ de Deo habuerint notitiam. Primum recenset Xenocratem Carthaginensem ne dicâ an Calcedonensem dubito. Nam apud Laertium legitur Ξενοκράτους, qui Clementi autem Ξεναρχίδης, in vtroq; enim est lapsus facilis. Vbinâ autem scripserit etiã in brumales Deûm notitiã, fateor me ignorare, nam nec aliquã extãt eius scripta quod sciãm, & de eius dogmatibus ne verbum quidẽ Laertius. Nec tamen mirandum est si id scripserit, cùm scriptũ sit, etiam in nonnullis bestijs vtpote in elephantis, esse religionem. Democritus quem deinceps refert, principia quidem rerum constituit atomos & inane, sed cũ eas atomos, quas etiã vocat imagines seu simulacra, statuat incurrere in homines & in bruta ex diuina essentia, necesse est vt si sibi velit consentire & suo dogmati non repugnare, Deũ esse confiteatur. Quod si ne bruta quidẽ sunt omnino expertia diuinæ notionis, quanto magis homines, cũ scriptum sit Deũ in hominẽ quem de limo terræ formauerat inspirasse spiraculũ vitæ, vt esset purioris essentiæ particeps quã cætera animantia. Sed & Pythagoras à Deo ad homines dicit venire mentẽ, vt quæ sit quid diuinum. Hoc ipsum dicit Plato in multis locis, nec negat Aristoteles facultatem illam animæ qua intelligimus, nempe mentẽ, venire extrinsecus, nempe à Deo. Platonici autem, id est Platonis discipuli, nõ extrinsecus dicunt venire mentẽ, sed eam habitare in anima, animã autem in corpore. Nos autẽ dicimus Spiritum sanctũ inspirari ei qui credidit: Ioël autem Propheta prædixit hoc, vt infuso Spiritu sancto à Deo, prophetarent qui Christo crederent. Etsi autem in credentes à Deo effunditur spiritus, non est tamen existimandum illum spiritum esse partem diuinæ essentiæ. [b] *Quod autem deinceps consequitur est tradendũ.* Quæ à barbaris, nempe ab Hebræis acceperũt Græci, ea tum demum pura ad salutẽ si ea à Christo acceperint. Ea enim tum demum sunt purgata, cum ad Christũ reuertãt, purgatis furti vitio ab ipso traduntur Domino. Hoc quidem prius dixit: Nunc autem ostendit quæ tum Græci ab Hebræis sunt suffurati. Atq; primũ quidem dicit Stoicos suũ de Deo Dogma à scripturis suffuratos. Quidnam autẽ de Deo statuant Stoici, vide apud Plutarchũ de placitis Philosophorum. *lib. 1. cap. 7. de plac. philosoph.* sic scribit, Deũ definiens vt Stoici, Deus est ignis artificialis, ordine procedens ad mundi generationem, qui in se cõtinet omnes rationes seminales, à quib⁹ res omnes fataliter producũtur, & ad hoc vt ita producuntur, & spiritus qui totũ mundum peruadit, nomen mutans & appellationem per totam materiam quã penetrat per transitum vnius in alterum, est Deus, mundus, stellæ, terra, & mens superna quæ sit cælo. Hinc colligit Clemens Stoicos dicere, Deum esse corpus & spiritum essentiæ, & etiam animam. Certe si Deus omnia peruadens, mutat nomen pro varietate materiæ quã peruadit, eunt omnia quæ peruadit Deus, alioqui erit falsum, quod mutetur nomen, nõ appellabitur enim Deus quod nõ est Deus. Ita erit Deus mundus, cælũ, terra, spiritus & anima. Hæc dicit Clemẽs Stoicos accepisse à scripturis, cum multa quæ de Deo dicuntur (accipiẽda autẽ sunt allegoricè) accepissent in nuda & simplici significatione, in sensu, inquã, vt vocant literali. Qui ex sensu autem literali sensum trahunt allegoricum, eos vocat γυμναστάς, id est luctatores, quod non cuiuis detur scripturam interpretari allegoricè, sed iis qui in scripturis diu sunt versati & exercitati, quos etiam vocant γυμνικούς. Quod autem dicunt Stoici Deum vniuersum peruadere essentiam, quod à Stoicis accepit Vergilius scribens in Æneide:

*—tot ampliùs infusa per artus,*
*Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.*

id dicit Clemẽs eos accepisse ex libro sapientiæ, vbi dicitur Sapientia, omnia transire & peruadere propter puritatẽ. Sed in hoc fuit decepti, quod existimarint Solomonem id intelligere de sapientia, qui est Deus cum non de genita sapientia qui est Deus Dei filius, sed de creata intelligeret. Nos autem non dicimus Deũ vniuersam peruadere essentiam, sed vniuersæ esse essentiæ effectorem, eam autẽ effecisse, nõ creando de quæ loquitur Solomõ, sapientia, sed verbo, id est genita sapientia, qui est Deus Dei filius. Aliud enim est sapientia primo à Deo creata, aliud ab æterno genita sapientia, id est verbũ, æternus Dei filius, per quem creauit omnia, inter quæ primam ab eo creatam sapientiam. [c] *Hæ, inquiunt, sed materiam ponunt philosophi.* Cùm dicant Stoici Deũ vniuersam peruadere essentiã, videntur vnum constituere principium, sed cùm præter Deũ ponant etiam materiam, si est Deus & materia, vt vult etiam Pythagoras & Aristoteles, duo sunt principia, non vnũ. Sed melius Plato qui vult vnum esse principium, nempe Deum, non esse autem materiam, non esse, inquam, ens seu id quod est, cùm nunquam sit actu sed semper potentia. Nam licet materiæ variæ succedant formæ quæ sunt actu, semper tamen manet quæ solũ est potentia materia, id est non est. Quod autem semper est potentia, nunquam est actu. Quod autem non est actu, non est, Quo fit vt nunquã sit materia, Solus autem est Deus qui est primum principium, vt qui sit semper actu, nunquã non potentia. Falsa est ergo eorum sententia qui materiam rem quæ vere sit esse existimãt, sed qualitcũque sit, eã esse vere statuunt ex eo quod legerunt in scriptura, Terra autem erat inanis & incomposita, sed fallebantur. Ex eo enim loco minime colligitur esse materiam, sed tantùm significatur terram adhuc fuisse aquis opertã, inultam & inhabitatam, si spectetur solus sensus literæ. Epicurus quoq; suam de cæli sententiã videtur accepisse ex Ecclesiaste, qui dixit: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas, quod ab eo male fuit intellectũ. Non enim aliud intelligit Solomon quam humana omnia caduca esse, & plane nihil, si cũ Deo conferantur. Sed Epicuri Dei ocricũ sequentis in Physicis tam stolida fuit sententia vt existimaret omnia fieri ex atomis casu & temere per inane cõcurrentibus. Porro autẽ Aristoteles qui Deo prouidentiam non longius extendens quam vsque ad lunam, existimabat inferiora regi à minoribus potestatibus, id accepisse videtur à Dauide psallente, Domine in cælo misericordia tua, & veritas tua vsq; ad nubes. Significabat autẽ Christum qui est ipsa veritas, nondum descendisse in terras, & sua reuelasse mysteria. Atq; hæc quidem sentiebat Aristoteles de prouidẽcia, sed quãto melius diuinus ille Plato qui Deum sentiebat curam gerere omnium rerum humanarum etiam minimarum. [d] *Et rursus supplicia post mortẽ.* Et Poëtæ & Philosophi scripserũt sceleratos igne pœnas luere. Poëtæ, inquã, vt Homerus in Odyss. & Vergil⁹ sexto Æneidos: Philosophi vero, vt Plato in Gorgia, & in vltimo de republica, per viros ignitos significãs Angelos qui puniunt. Quibus est cõsequens animã esse immortalem, nõ puniretur enim nec cutigaretur nisi viueret. Hæc acceperunt ab Hebræis, qui tormentorũ locum habent gehennam, vt à Poëtæ & Plato Tartarũ, & fluuios ignis, Acherontemq;, Cocytum, & Pyriphlegetontem, quibus castigantur qui peccarunt. Ab Hebræis quoque accepit Plato Angelos paruulorum videre Deum, nempe faciẽ Patris vt dicit Christus, & quod datus sit vnicuique vt minimum Angelus qui eum custodiat & ei opem ferat. De angelis autẽ nostris custodibus præter scripturas scribunt etiam nostri Doctores. Scribit enim, vt alios omittã, Basilius contra Eunomium lib. 4. Quod singulis fidelium adsit angelus vt pedagogus quidã & pastor ad vitam dirigendã, nemo contradicet qui verborum Domini recordatur dicentis: Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis: Dico enim vobis, quod angeli eorum in cælis semper vident faciem patris qui in cælis est. Et fortasse Dæmoniũ quod dictum est Socratis, eius custodem significabat angelum. [e] *Ieo vero genitum esse mundum.* Moses statim in principio Geneseos dixit Deum creasse cælum & terram, nõ nouerũt acceperunt Philosophi, & maxime Plato quod mundus sit genitus. Cuius etiam multas affert rationes, pro eodẽ autem vsurpãtur, quod ad mũdi attinet originẽ, genitus, ortus, factus, creatus. Ideo enim ita dicitur vt intelligatur eũ à Deo habuisse initiũ, non autem esse ab æterno. Nam quod est actum seu genitũ opponitur æterno. Neque enim dicendus est genitus quod sit naturali productus generatione: cum autem eum creauerit Deus à nullo adiutus, & cùm antea non esset ex nihilo fecerit vt esset, meritò eius dicitur pater & effector. Sed vt in mundi ortu nulla naturalis eogitanda est generatio, ita censendus est longe alius mundi ortus quã vt ei cõueniat æterna illa generatio qua pater genuit filium, quam neminem enarrare posse dicit Esaias: Genitum autem seu ortum esse mundum non solùs statuit Plato, sed etiã Stoici, qui, vt iam diximus, dicebant Deum esse ignem artificialem ordine procedentem ad mundi generationem. [f] *Et qui in barbara philosophia est frequens.* Plato libro decimo de legibus dicit duas esse animas, vnam quæ cælos regit & corpora cælestia, quæ est bona, Alteram verò malefícam quæ iniquo & inordinato fertur impetu, rebus quãcunque potest noxam & damnum afferens. Hanc malefícam animã dicit Clemens Platonem accepisse à barbaris, nempe ab Hebræis & Christianis apud quos est frequens mentio Diaboli, id est Dæmonum principis, qui ab eis etiam vocatur malus & malignus. Eum Dæmonem Plato dicit in Phædro, inter cætera mala admiscuisse etiam voluptatem. [g] *Quærendũ est, deinceps quæ sit ostendit.* A nobis etiã accepit Plato quod dixit, in cælis esse bona & mala, & ideo opus esse cautione. Per cælos autem intelligit aërem quem Paulus vocauit cælestia, in eo autem sunt boni & mali genij. [h] *Et rursus vnum quidem mundum barbara nouit.* Hæc sunt verba Platonis in Timæo. Considerandũ est verum mundi faber sit imitatus exemplar, idne quod idem semper est & simile, an id quod genitum fuerit. Atqui si pulcher est hic mundus, & opifex mundi bonus, sempiternum certè exemplum maluit fuerit, sin secus, quod ne dictu quidẽ fas est, generatum exemplar est pro æterno secutus. Cùm verò & mundus genitorũ omnium sit pulcherrimus, & eius author causarũ omnium optimus, dubium non est quin æternũ sit secutus exemplum. Sic igitur generatus, ad id est effectus quod ratione & sapientia solùm cognoscendi potest & immutabile permanet. Ex quo efficitur vt necesse sit hunc mundum alicuius esse similitudinem. Hæc sunt verba Platonis, quæ facile cum ostendunt esse in hac sententia, vt existimet esse & mundum ipsum, id est iudici possit, intelligibilem, seu qui percipitur intelligentia, & αἰσθητόν, id est sensilem, id est qui cadit sub sensum, Deũ autẽ huius vniuersitatis authorẽ in mũdi creatione qui cadit sub sensũ vt qui sit corporeus, tanquã exẽplar eũ sibi proposuisse, qui cadit sub intelligentiã, & ita alterũ esse exẽplar alterius imaginem. Clemens autem dicit, Platonem hęc sumpsisse ex barbara philosophia, nempe à Mose, qui mundũ quidem qui cadit sub intelligentiam, tribuit vnitati, sensilem verò senario. In ex vnitate collocauit cælũ quod non cadit sub aspectum, & terra sanctæ & lux quæ non cernitur oculis corporeis. In



*Hieron in 1. cap. Eccl.*

*Aristot. de mundo.*

*Genes. 2.*

*Matth. 18.*

*Plat. de placitis Philosophorum lib. 1. cap. 10.*

*lib. 10. de legibus.*

senario autem, sex enim diebus dicitur totus mundus fuisse perfectus, collocatur quæcunq; in hoc mundo sensili sunt aspectabilia: & cælũ cuius ideæ solum erant in mente diuina, est solidum, & terra omnibus cernitur oculis quæ antea non videbatur, luxq; quæ prius erat tantũ spiritualis, sit etiam corporea. Quamuis autẽ Deus sensilem mundum sit fabricatus, qui est solidus & corporeus, semper tamen manet is qui prius erat in mente diuina, sunt enim æternæ ideæ, ad quarũ exemplar Deus fecit omnia sensilia fabricatus, & genera quæ sunt *sparsa*, id est mente cõprehensibilia, diuino opificio etiam sub sensum cadunt. Senario autẽ numero merito attribuitur mundus sensilis, vt qui sit numerus genitalis & à Pythagoreis coniugiũ appellatus. De eo autẽ sic scribit Anatolius Pythagoricus in libello qui inscribitur Arithmeticæ Theologia. Senarius est primus perfect⁹: suis enim numeratur partib⁹, vt qui sex habeat, vnã tria & dimidiũ. Si quadretur, continet seipsum. Nam sexies sex sunt 36. Sed si cubice ducatur, tum fit multo plius conseruat quadratum. Nam sexies 36. sunt 216. Is autem sex quidem continet, 36. autem nõ habet. Fit ex pari & impari primis masculo & fœmina potestate & multiplicatione, & ideo vocatur *γάμος*, id est, mas fœmina. Præterea vocatur etiã *γάμος*, id est matrimoniũ, quod sit æqualis suis partibus. Matrimonij autẽ munus est facere liberos similes parentibus, &c. [1] *Merito ergo ex terra quidem corpus dixit formari Moses.* Cùm corpus sit forma sensilis, merito dixit Moses Deum formasse hominem, id est corpus hominis, (nã ex anima & corpore constat homo) ex limo terræ, cui cõuenienter Plato in Axioco, quem esse dubitat Clemens tanquam proprium & germanũ attribuere Platoni, licet multi existiment eũ esse Xenocratinum, cum tamen Rodolphus Agricola vir doctissimus, eũ tanquam Platonis in linguam Latinam transtulerit. Eius autem versionis, quod ad hunc locum attinet, hęc sunt verba: Soluta hac compage animorum rursus in proprium restituto locum, relictũ istud corpus terrenũ, atque rationis expers amplius non est quam est homo. Nos ecenim anima sumus animal immortale, mortali incluſum munimẽto. Hoc autem tabernaculum non sine malo nobis circumdedit natura, cuius læta quidẽ abstrusa sunt & voluptatibus doloribus admixta: tristia verò improuisa, diuturna, prorsusque vacua gaudiorũ. Propter quæ autem mentem & intelligentiã dicit Moses, factum hominem ad Dei imaginem & similitudinẽ. Deus enim habet imaginem & similitudinẽ, qui cùm sit ratione & intelligentia prædituς, quam Deus ipsum recto ei inspirauit spiritu, nõ solum bestijs imperat, sed suas etiã regit animi affectiones & perturbationes nec permittit vt repugnent rationi vitijs seruientes & libidini. Sed quænam est Dei imago? Deus bonus & regium ,de quo dicit regius psaltes: Eructauit cor meũ verbum bonũ. Is est Deus Dei filius, Dei virtus & sapientia, quem Paulus ad Colosſ. vocat imaginẽ Dei inuisibilis, primogenitũ omnis creaturæ, ad Hebræos autem, splendorem gloriæ, & figuram substantiæ eius. Is ergo est imago Dei. Mens autem humana est imago imaginis, nẽpe verbi quod est filius Dei & sapientia patris. Cùm autem filius Dei sit Deus, vnus enim est Deus in triade, facti certe sumus ad Dei imaginem & similitudinẽ. Admonendi autem censemus lectorẽ, in contextu esse duo vocabula Græcè *αὐτεξούσιον ἀπαθὲς*, Latinè autẽ, homo incorruptibilis, quæ videtur expungẽda, vt quæ temere ab aliquo sint adiecta, vel forte desint aliqua. Hæc est ergo imago & similitudo ad quam facti sumus, quæ statim ab ortu nobis est ingenerata. Sed præter hanc imaginem similitudinem, est etiam Dei assimilatio, ad quam parandã nostra etiã opus est industria & diligentia. De qua protinus sic dicit Clemens, vt intelligamus vtriusque differentiam. [2] *Si alio autem nomine libet assumere assimilationem.* Deum sequendo & eius præcepta custodiendo, virtutique dando operã, Deo similes efficimur. Hæc autẽ est non Dei similitudo quæ in ortu in nos à Deo immittitur, sed Deo assimilatio quæ Deo adiuuante studio & diligentia à nobis paratur. De ea cum in secundo Stromate satis actum sit, non est quod in ea immoremur. Dum tractaret autem Clemens de hac Deo assimilatione, venit illi in mentem eius assimilationis, de qua loquitur Plato in fine Timæi, qua id quod intelligit & contemplatur fit simile ei quod intelligentia apprehenditur & cadit sub contemplationem. Hæc sunt verba Platonis. Vniuersitatis autem omnino vna est cultura, vnicuique propria & cõuenientia reddere alimenta & motus. Ei autem quod est in nobis diuinum, cognati sunt motus vniuersitatis cogitationes & circuitus. Eis autem vnumquemque sequentẽ, oportet corrigentem corruptos nostros circa generationẽ in capite circuitus ex eo quod discat vniuersitatis concẽtus & circuitus assimilare, id quod intelligẽtia percipit, ei quod intelligentia percipitur congruenter antiquæ naturæ. Cùm autem assimilauerit, habete finem optimum vitæ à Dijs hominibus propositæ in tẽpore præterito & in futuro. In quibus videtur significare Plato, vnam esse perfectionem & Dei contemplatione Deo similes affectos optimam vitam assequi. [3] *Porro autem solam scientiam quæ est boni, & virtutem quæ est honestum id quod est honestum.* Non solum apud Stoicos, sed etiam antequam essent Stoici, fuerunt in hoc Stoicorum dogmata, quod scilicet solũ id quod est honestum est bonũ, & virtus sufficiat ad felicitatem. Non soli autem Stoici, sed etiam Plato, & in Phædro, & in Protagora, & in Theæteto, dicit id quod honestum, esse pulchrũ, vitium autem esse turpitudinem. Porro autem Aristobulus qui fuit, vt dicitur, mens tempore Ptolomæi Philadelphi, vt Eusebius autem, Philometoris, dicebat philosophiã Peripateticam dependisse à Mose, & ab aliis Prophetis: fuit autẽ, vt idem dicit Eusebius, & Iudæus & Peripateticus. [4] *Et hæc quidem ita se habent.* Sunt Christiani inter se fratres, vt qui vnum Deum habeant patrem, vnum solum creationẽ, sed etiam adoptionẽ, & magistrum, nempe Christum, cuius cum sint fratres adoptiui, sunt etiam gratia cohæredes. Vocat etiã Plato omnes qui sunt in ciuitate fratres, sed licet sint inter eos fratres, est tamen inter eos discrimẽ, propter variam in genetatione mixtionem. Quibus plurimum auctoritatis admixtum ij sunt omnium præstantissimi, qui cæteris præsunt & imperant, nempe magistratus. Quorum autẽ plus est admixtũ argenti, ij ciuitatem custodiunt, armisque defendunt & hostes repellunt. Quorum autem admixtum est plus æris & ferri, ij sunt opifices qui parant ciuibus quæ sunt ad vitam necessaria. Et amãt quidẽ magistratus ea quibus paratur cognitio, reliqui autem ea quibus paratur gloria. Sanctum qui dicunt Platonem describere tres formas reip. Iudæorum argenteam, Græcorum æneam & ferream, Christianorũ auream, vt quibus adsit gratia sancti Spiritus. Idem Plato in Theæteto describit Deum Philosophum & totum contemplationi deditum, ostendit qualis sit vita Christianorum. [5] *Sed dicit Dominus sermo vester sit.* Et negandum esse & affirmandum absque iuramento, & in sacris scripturis legitur, & apud Platonem. Iuramenti autem prohibitio est expressa in nostris Euangeliis: sed quod dicit Clemens eũ apud Platonẽ autem decimo de legibus, ego id nõdum inueni. Mundum esse à Deo conseruãdum, & ab eodem cõtineri & conseruari, dixerunt Pythagoras & Socrates & Plato, cùm id accepissent à Mose, qui Deũ scribit dixisse & facta esse, innuens iussu Dei seu verbo mundũ fuisse creatum. [6] *Et flauisse in formationẽ hominis.* Ex eo quod in Genesi scripsit Moses: Deum fecisse hominem ex limo terræ, acceperunt & Philosophi & Poëtæ, corpus hominis esse terrestre. Hinc factũ est vt Homerus male præcans optaret vt homines in terrã reuerterentur, & aquam, & Hesiodus descripserit, Pandoræ ex puluere aquam misto factæ, Vulcanum sermonem eiimmisisse & mentem. Callimachus quoque dixit Prometheum è luto finxisse homines, cùm id ante ipsum dixisset Hesiodus. A scripturis quoque acceperunt Stoici suam naturæ definitionẽ, nempe quod ea sit ignis certa via procedens ad generationẽ, vt antea diximus è Plutarcho, de placitis Philosophorũ. In scripturis autem ignis & lux allegoricè dicitur Deus: Deus, inquã, qui est ignis vrens & nõ comburens, & verbũ quod est lux, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Vnde etiam Christus se dicit esse lucem mundi. Scripsit etiam Moses in Genesi Deum dixisse: Congregentur aquæ quæ sub cælo sunt in locũ vnum, & appareat atida. Hinc dicit Clemẽs Homerũ accepisse per paraphrasim aquæ à terra separationem, & ariãe detectionem, dicens de Tethide & Oceano, intelligens autẽ de terra & aqua, Tẽporenam lõgo cessauit, &c. [7] *Rursus Dei potentiam in omnibus verbum.* Nihil frequẽtius occurrit in scripturis, quã vt scribatur de Dei omnipotentia, mundi creatione, eiusq; administratione: de iis loquuntur tam Poëtæ quam qui soluta scripserunt oratione. In eorum autẽ scriptis quoties fit mentio Iouis, Deus intelligitur, & ad eum refertur cogitatio. [8] *Iam vero Democritus scribit.* Paucos homines ad cælum manus tendere dicit Democritus. Iupiter, vt Poëtæ narrant, est omnia, scit omnia, donat & aufert omnia, & est Rex omniũ. Pindarus dicit vnã esse materiam, ex qua omnia, & vnum qui ex ea omnia artificiose fabricatur, & ideo dictus est *ἀπὸ τῆς τέχνης*. Is est Deus qui dat vt pro meritis procedatur ad diuinitatem. [9] *Facto Platonicum.* Ab Hebræis accepit Plato quod scripsit in epistola ad Hermã Erastum & Coriseũ, quod Deus sit pater & filius, iubens eos iurare Deum ipsum rerum omniũ causam. Is est autem Dei filius seu verbum & ipsa patris sapientia, & ipsius principis & causæ patrem. Est autẽ vnus & idem rerum author & opifex, Pater scilicet & filius, quorum licet sint diuersæ hypostases, vna tamen est essentia. Et cùm alibi dicatur filius princeps & author rerum, ipse tamen pater in Timæo dicit se opificem. Vnus enim est opifex cum pater dixerit & facta sunt, & sicut neutrius quæ vna est, non est ab altero separata essentia; ita nec creandi operatio. Atq; duæ quidem Trinitatis hypostases, pater scilicet & filius facile se ostẽdunt in hac citata epistola, vt pulchrè docet Augustinus Steuchus, de perenni philosophia in cit. de doctrina Platonica. Sed tertia hypostasis, nempe Spiritus sanctus, in ea non apparet. Sed alius est locus Platonis quẽ hic citat Clemens, & Eusebius inducens Numeniũ Platonicum eum exponentẽ. Nam circa, inquit Plato, omnium Regem sunt omnia, & illius causa omnia. Ille, inquit, Rex, inquã, qui est Deus & Pater est causa omniũ. Circa secundum autem sunt secunda, & tertium circa tertia. Primus ergo secundus & tertius, sunt tres trinitatis personæ & hypostases. Primus quidẽ est causa omniũ. Ex primo gignitur secundus qui est verbum seu filius, per quẽ ex voluntate patris facta sunt. Ab vtroq; autẽ procedit Spiritus sanctus. Quamuis autẽ primus sit prima omniũ causa, ad creationẽ tamen totius vniuersitatis cõcurrunt, primus, secũdus, & tertiꝰ, qui ex tribus hypostasibus sunt vnꝰ Deus. [10] *Idem ait in decimo de repub.* Hori quidẽ Armenij Pamphyli qui duodecimo post mortem die, cùm rogũ fuisset impositus reuixit, historiã narrat Plato, sed quod ñ fuerit Zoroaster qui hæc & scripserit & reuixerit, ne verbum quidẽ Plato, neque scio vbi Clemens hæc legerit. Nam nec Eusebius qui hæc accepit à Platone Zoroastri meminit. [11] *Atque fortasse.* Illa Heri historia adducitur vel ad ostendendã futurã resurrectionẽ, vel ad significandũ quod animæ per duodecim signa ascẽdunt, vel potius assumũtur ad superos, per quæ duodecim signa dicit idẽ Plato, fieri animarũ descẽsum ad generationẽ. Duodecim quoq; Herculis certamina, quæ fingũtur à Poëtis, significẽt animã post quã signa duodecim peruaserit, liberatã ab hoc mũdo peruenire ad requiẽ æternã. [12] *Admittes etiam.* Ex Hebræis acceperũt & Empedocles & Heraclitus Ephesius, & Stoici, quod mundus sit conflagraturus, & in nouã formã, sed longè præstantiorẽ, vt quæ nõ amplius sub sensum, sed sub intelligentiã sit cadutra, instauratãdus. Hinc est quod Ioannes dicit in Apocalypsi. Et vidi cælũ nouũ & terrã nouã. Primũ enim cælum & prima terra abiit, & mare iam non est. Et Petrus: Aduenient dies, dicit Domini vt fur, in quo cæli magno impetu trãsient, elemẽta vero calore soluentur. Et hæc quidẽ futura est vltima mundi conflagratio & instauratio. Antẽs autẽ varia erit futura elementorum in se mutuẽ transmutatio, qualẽ hic describit Heraclitus. Instauratus autem mundus futurus est æternus, quem æternẽ qualẽ dicit Heraclitus. [13] *Rursus autẽ Plato.* Diem nocturnũ appellat Plato vitam quam hic agimus, quoniã sint apud nos Rectores harũ tenebrarũ, qui suis tentationibus nos ad peccata allicuunt. [14] *Somnũ autem & mortem.* Descensus animæ in carnẽ à Platone vocatur somnus & mors somnus quod non fungatur libero contemplandi munere, Mors, quoniã non sit vita libera, quę retinetur veluti quibusdam terrenis sensuũ repagulis. Porro autem à somno expergefactio vocatur resurrectio, & Dominj in carnem descensus vocatur somnus, non proprie, sed per allegoriam. [15] *Iam verò idem.* Quid dormit, habet animam quãdamodo in corpore immersam: qui vigilat, habet animã quodãmodo à corpore separatã, & ea est vera vita separatio à corpore, quæ est verã philosophia, quãdo scilicet anima, tanquã à corpore separata vertitur in Dei contemplatione. [16] *Dei quoque Dominicum.* Quod Plato diem Dominicũ viderit & prædixerit, edidit Clemẽs ex iijs quæ adducit ex Heri historia, lib. decimo de rep. Est antẽ dies Dominicus proprius Christianorum, vt in quo Christus resurrexerit, & in quo Ioannes dicit se fuisse in spiritu, & vidisse quam literis mandauit reuelationem. In eo die qui fuit primus & octauus incepit manna dari Iudæis: vnde infert Origenes eum Iudæorum Sabbatho fuisse præferendum. Videtur autẽ Clemens ita intelligere Platonem, vt allegoricè significet, per motum septem planetarum quæ tendũtur ad quietem, tendi ad cælum,





Basil. Hexam. hom. 10. Psal. 113. Coloss. 1. Hebr. 1.

Genes. 2.

Ioan. 1. Ioan. 10. Genes. 1.

Plato in Cratyla.

Eusseb. lib. 12. de præp. cap. 2.

Apoc. 21.

2. Petri 3.

Origen. in cap. 15. Ioh. prin. 7.

hoc est ad octauũ motũ & diem, qui est finis actionis & initium Dei contemplationis: progrediuntur autẽ animæ per quatuor elementa, vt quæ sint alligatæ corporibus quæ cõstant ex elementis. Quod autem
*Genes. 1.* dies septimus sit sacer apud Hebræos, ex eo constat quod cũ Deus mundi creationis, seu diebus fuisset posuisset, septimo cessauerit, eumq; sanctificarit. Nõ solum autem sacer est apud Hebræos, sed etiam apud Græcos, qui sciunt per septimum numerum produci omnia tam quæ viuunt & sunt animalia, quam quæ sunt natura. Hoc probat & Hesiodi, & Homeri, & aliorũ quos citat testimonio, qui omnes eum diem septimũ vocant sacrum. Callimachus autem non solum sacrum, sed etiam perfectum vocat septimũ, quia ex sola oritur vnitate, neq; duplicatus potest intra decadẽ progignere numerum. Vocatur etiam, vt dicit Anatolius παντέλειος, id est afferens perfectionẽ: sunt enim vitales fœtus septem mensium. De hoc septenario numero multa alia dici possent, sed vitanda est nimia prolixitas. Hoc solũ addemus, eũdem fere tũ
*Hippocrates.* hominũ ætates, quam liberæ ætatẽ compleri septenario, vt dicit Hippocrates: Prima ætas est infantia vsque ad dentitiũ in septennio eiectionẽ. Secunda autem puericia, vsque ad eorum productionẽ: quæ ad bis septẽ. Adolescentia verò vsq; ad barbæ lanuginẽti vsque ad ter septem. Iuuentus autem vsque ad incrementum totius corporis ad quater septẽ. Vetulus vsque ad annos quinquaginta sex ad septies octo. Deinceps autẽ est senectus. Hæc quidem est ætatum Hippocratica distinctio quam descripsit Solon ciacis versibus, qui si recte memini leguntur apud Philonem. Nonnẽ fugit has ætates ab aliis aliter esse
*Philo de mundi opific.* descriptas. Earum autem tantum hic memini propter septenarium de quo mihi erat dicendum.

VII. ᵃRVRSVS igitur audiamus Lyricum Bacchilidem de diuina natura dicentem: Sunt hi quidem à morbis vel valde indomiti, & nulli criminiaffines, hominibus nulla in re similes. Et Cleanthem Stoicum, qui in quodam pœmate de Deo sic scribit:

Sit quale nam bonum rogas, à me audies:
Quod ordinatum est, religiosumque & pium,
Iustum, sui potens, decorum ac vtile:
Quod est seuerum, graue, semper conducibile.
Expers metus, doloris, & molestiæ,
Iuuans, placens, pulchrè sibi consentiens.
Clarum nec insolens, modestum atque vehemens,
Quod permanet, potest nec quis imitarier.

*Idem autem tacitè reprehendens vulgi idololatriam subiungit:*

Seruilis est qui opinionem respicit,
Vt consecuturus aliquid per hanc boni.

*Non est ergo de Deo sentiendum conuenienter vulgi opinioni.*

Nam clanculum haud existimo,
Viri scelesti amictum illum imitarier.
Atque vt hominem, tuum cubile ascendere

*ait Amphion Antiopæ. Sophocles autem directè dicit & dilucidè:*

Congressus est eius cum matre Iupiter.
Non aureus forma, aut amictus cygneis
Plumis, puellam olim velut Pleuroniam
Ingrauidauit, sed homo vel planissimè.

*Deinde verò persequens, hæc quoque subiunxit:*

Sponsæ velox adulter mox scandit gradus.

*Et deinde narrat apertius incontinentiam Iouis de quo narrantur hæ fabulæ:*

Is nec cibum tetigit, aqua nec se abluit,
Cubile init, sed corde qui esset saucius
Et nocte tota operam voluptati dedit.

*Atque hæc quidem dimittantur theatrorum ignorantiæ.* ᵇ *Apertè autem dicit quidem Heraclitus: Eius quod oportet orationem homines semper minimè intelligunt; & priusquam audierint, & cùm primùm audierint. Lyricus autem Melanippides canens dicit: Audi me, pater miraculum mortalium, qui regis animam semper viuentem. Magnus autem Parmenides, vt Plato dicit in Sophista, de Deo sic scribit:*

Est is &



Est is & ingenitus, nec in hunc vnquam cadit vllus
Interitus, totúsque vnigena, firmus, & ortus
Expers. *Et Hesiodus:*
Cunctorum quæ morte carent rex es dominúsque.
De imperio poterit nec quis contendere tecum.

*Iam verò tragœdia quoque abducens à simulachris, docet in cælum suspicere. Sophocles quidem, vt ait Hecataus qui composuit historias, vbi agit de Abrahamo & de Ægyptijs, in scena apertè exclamat:*

In veritate est vnus Deus.
Cælúmque terrámque spaciosam is condidit,
Ponti trucésque fluctus, vímque flaminum.
Sed corde multi aberrantes mortalium,
Nos posuimus malorum pro solatio,
Imagines Deum factas ex lapidibus,
Ex ære vel auro, vel ebore typos.
Iisque immolantes, & celebrantes dies
Festos, pios, piéque agere nos credimus.

*Euripides autem tragicè canens in eadem scena:*

Altum, inquit, vides & infinitum hunc æthera,
Suo humido terram qui complexu tenet,
Puta Iouem hunc, eumque credito Deum.

*In æstu autem qui inscribitur Pirithus, hæc quoque canit tragicè: Te qui per te ortus es; qui in imbre æthereo omnium naturam implicasti, circa quem lux quidem & furua nox, variorumque colorum, & quæ discerni non potest astrorum multitudo assiduè ducit choreas. Hic enim eum qui per se est ortus, mentem dixit opificem. Quæ autem deinceps consequuntur, pro mundo ponuntur, in quo est repugnantia lucis & tenebrarum. Et Euphorion & Æschylus de Deo dicit grauissimè:*

Iupiter est æther, est terra Iupiter,
Cælúmque & omnia Iupiter, & si quid supra.

*Scio ego Platonem quoque Heraclito adstipulari, qui scribit: Vnum quod est sapiens, solum dici non vult, & vult, nomen Iouis. Et rursus: Lex est & consilium vni parere. Quod si velis illud dictum ad sensum deducere anagogicum, Qui habet aures audiendi audiat: id inueneris sic declarari ab Epheſio: Qui non intelligentes audierunt, sunt surdis similes. Est fert testimonium quod dicitur, Abesse eos qui sunt præsentes.* ᶜ *At vnum quoque principium ex Græcis scire desiderat Timæus Locrus in opere de natura his verbis mihi feret testimonium: Vnum principium omnium est ingenitum, si enim esset genitum, non esset vtique amplius principium, sed illa ex quibus genitum esset principium. Ex illo enim vera profluxit opinio, nempe: Audi, inquit, Israel, Dominus Deus tuus vnus est, & ei soli seruies:*

Omnibus en patet is, clarúsque & apertus, inerrans,

*vt ait Sibylla.* ᵈ *Iam verò videtur Homerus quoque dicere patrem & filium, per aptam, vt contigit, horum diuinationem:*

Si cùm sis solus tibi vim non afferat vllus,
At ratione Iouis morbum haud vitaueris vlla,
Namque Iouem ægiferum haud quicquam curare Cyclopes
Suerunt.

ᵈ *Et ante eum Orpheus dixit de eo quod proponitur:*

Nate Iouis magni, pater & Iouis ægiferentis.

*Xenocrates autem Calcedonius, vnum quidem vocans supremum Iouem, alterum veri vltimum relinquit patris & filij manifestationem. Et quod est admirabile & præter opinionem, videtur Homerus nosse Deum, qui Deos inducit obnoxios humanis motibus & affectionibus, quem ne sic quidem reueretur Epicurus, sic certè dicit:*

Insequeris cur me pedibus pernicibus, ipse
Mortalis Pelide immortalem, an tibi notus
Non ego sum Deus?

*Deum enim à mortali non posse capi, nec pedibus, nec manibus, nec oculis, nec denique toto corpore comprehendi, significauit.* [1] *Cuinam assimilastis Dominum, aut cuinam similitudini ipsum assimilastis? inquit Scriptura. Num faber fecit imaginem, aut aurifex fuso auro eum inauravit? & quæ sequuntur. Et Comicus Epicharmus de verbo sic aperte dicit in Republica: Vita hominum ratiocinatione & numero valde indiget. Vitam autem numero & ratiocinatione: hæc enim conseruant homines. Deinde subiungit aperte: Ratio regit homines, & ritè seruat. Deinde si est homini ratiocinatio, diuina quoque & præterea ratio inest homini in iis quæ ad victum pertinent & alimentum. Artes autem omnes diuina consequitur ratio quæ ipsa semper eos edocet, quidnam vtile facere oporteat. Non enim homo inuenit artem, sed eam affert Deus. Hominis autem ratio ortasis talis tuina ratione. Iam verò cùm spiritus clamauerit per Esaiam: Quid mihi multitudinem sacrificiorum? inquit Dominus. Plenus sum ego holocaustis arietum: adipem agnorum, & sanguinem taurorum nolo. Et paulò post subiungit: Lauamini, mundi estote, auferte iniquitates ab animabus vestris, & quæ deinceps consequuntur. Menander Comicus scribit in iisdem verbis:*

Esaiæ 40.

λόγος, verbum ratio.

Esaiæ 1.

Sacrificium at si quis offerens, ô Pamphile,
Taurorum, aut hœdorum aliquam multitudinem,
Aut aliorum eiusmodi, vel quidpiam
Quod arte sit laboratum, vtpote aureas,
Purpureas, vel quas confecit chlamydas,
Eburnea aut smaragdina animalcula,
Propitium futurum sibi putat Deum,
Et fallitur, nimisque is est mente leui:
Namque probus frugique oportet virsiet,
Nec virgines vitiet, adulter nec siet,
Nec quid furetur is, cædem nec perpetret,
Neacum quidem implicatum cupias Pamphile,
Namque aspicit propinquus qui est tibi Deus.

*Deus appropinquans, inquit, ego sum, & non Deus procul. Aut quid faciet homo absconditus, & non videbo ipsum? inquit per Hieremiam. Et rursus Menander scripturam illam circumloquendo proferens: Sacrificate sacrificium iustitiæ & sperate in Domino, ait scribit:*

Neque acum charissime,
Desideres vnquam alienam: nam Deo
Facta haud iniqua, sed quæ iusta sunt placent.
Sinit laborantem sed augere rem suam:
Terram colentem noctuque & interdiu.
Iustus Deo autem assidue sacrifica,
Non vestibus nitidis, sed corde splendidus.

Si audieris



Si audieris tonitru, ne fugito, conscius
Si nil tibi sis penitus here: nam deus
Te respicit præsens propè.

*Adiucte loquente, inquit scriptura, dicam: Ecce adsum. Diphilus rursus Comicus quædam Esai. 58. huiusmodi disserit de iudicio:*

Tu ne mortuos putas heus Niceratе,
Qui se omnibus repleuere voluptatibus,
Ac si Deum latuissent, penitus esse liberos?
Iustitiæ est oculus, tuetur qui omnia.
Nanque in inferis duas putamus semitas:
Vnam bonorum, sed malorum esse alteram
Viam, licet duas tellus simul tegat.
Agedum furare alacriter omni tempore,
Prædare, diripe, spolia: at ne erraueris,
Iudicium est faciet quidem quod in inferis
Qui est omnium dominus Deus, cui nomen est
Terribile, ego quod neque nominauerim.
Mortalium putet, sed si quis indies,
Dum agit mali quicquam, latère illud deos,
Male is putat, falsique dein conuincitur,
In otio & quiete dum degit iustitia,
Videte quicunque haud Deum esse creditis,
Est, est enim Deus, si quis facit, sed improbe
Cùm sit malus, tempus ille contemperet:
Nam tempore ille postero pœnas dabit.

*Conuenit autem his quoque per hactragœdia:*

Erit næ erit nouum nam tempus seculi,
Quando ignis effundet refertas copias,
Auratus æther, flamma quæ pasta & fuit,
Terrena cuncta, cunctáque & sublimia vret furens.

*Et rursus subiungit paulò post:*

Sed vniuersum vbi defecerit
Totum profundum tunc peribit fluctuum.
Tellus manebit & deserta, non enim
Pennata producet folia igne torrida:
Seruabit at deinde cuncta quæ perdiderat:

*His similia inuenimus etiam in Orphicis scripta hoc modo:*

Nam quos abdiderat, iucunda ad lumina cunctos,
Rursus solicitus sacro de corde remisit.

*Quòd si sanctè & iustè vixerimus, beati hic quidem, sed post excessum è vita beatiores, aliquo tempore, vt qui non habeamus beatitudinem, sed vt qui posimus in æternum quiescere,*

Vnà cum superis habitantes: mensa in eadem
Qua sortes Danai, communi & sorte fruentes,

*ait philosophica Empedoclis poëtica. Non erit aliquis adeò magnus, vel ex Græcorum sententia, vt superet iustitiam: neque adeò parvus, vt lateat. Idem autem Orphæus hæc quoque dicit:*

At verbum aſpiciens diuinum, totus in illo
Perſiſte, atque tuæ præcordia corrige mentis,
Ingrediens rectà & ſolum cœli aſpice regem Immortalem.

*Et rurſus de Deo dicens, eum non cadere ſub aſpectum, ait eum fuiſſe cognitum vni ſolum Chaldæo, ſiue eum dicens Abraham, ſiue eius filium Iſaac, his verbis:*

Vnus præterquam, cui deriuatur origo
Chaldeûm ex genere, is noſcebat ſydera cæli
Illorúmque vias, & qui moueatur in orbem
Sphera, & tellurem circumuertatur in axe:
Spiritus & regat hanc & in ære & æquore fuſo.

h *Deinde illud ſubiungit: Cælum mihi eſt ſedes, terra autem ſcabellum pedum meorum:*

Ipſe autem in magno conſtans & firmus Olympo eſt:
Aureus huic thronus eſt, pedibus ſubiectáque terra,
Oceani ad fines illi portenditur ingens
Dextera, montanas atque intus concutit illi
Ira baſes, motus nec poſſunt ferre valentes.
Ipſe eſt in cælis, & terram amplectitur omnem,
Principium mediis extremíſque ipſe paratum eſt,
Non aliter fas eſt te dicere, membra tremiſcunt
Cogito dum ſummum:

*& quæ deinceps ſequuntur. Per hæc quidem ſignificauit omnia illa prophetica: Si aperuerit cælum, tremor ex te apprehendet montes, & liqueſcent ſicut à facie ignis liqueſcit terra. Et per*

Eſa. 40. *Eſaiam: Quis menſus eſt cælum palmo, & terram pugillo? Rurſus quando dixit:*

Ætheris atque erebi, ponti terræque tyrannus,
Terribili tonitru quaſſáſque palatia cæli,
Dæmones & quem horrens, timet & quem turba Deorum
Cui parent Parcæ, quamuis nil mitiget illas.
Exitij expers Matripater, voluuntur ab ira
Cui omnia, qui ventóſque moues atque omnia nymbis
Contigis, atque ſecas latum æthera fulmine. In aſtris
Perpetuus tuus eſt ordo, præcepta ſequendo.
Candentíque tuæ ſedi per multa laborans
Adſtant Angelicus populus, quîs maxima cura
Mandata eſt hominum. Producit vel tibi flores
Purpureos veniens. At te quoque tempus hybernum eſt,
Nubibus aduentans gelidis, quas diuidit vuis.

*Deinde ſubiungit, apertè Deum appellans omnipotentem:*

Exitij expertem, immortalem, dicere ſolum
Quem poſſunt, quibus eſt innatum morte carere.
Maximè diuorum fato comitatus adeſto,
Magnus, & expers interitus, qui es ab æthere cinctus.

Fato adeſtum id eſt, neceſſario. θεωτὸς, διὰ πάντων, μέγας ἀθάνατος.

*Per illud quidem Matripater, non ſolùm ſignificauit generationem, ſed etiam dedit occaſionem ijs qui introducunt productionem, vt Dei quoque coniugem excogitarent. Per-*

*phraſticè autem ſcripturas illas exponit propheticas, nempe & eam quæ dicitur per Eſaiam:*

*Ego ſolidans tonitru, & creans ſpiritum, cuius manus exercitum cæli fundauerunt: & eam*

Deut. 33. *quæ per Moſen, Videte, quòd ego ſum, & non eſt alius Deus præter me. Ego occidam, & ego*



*ego viuere faciam: percutiam, & medebor, non eſt qui de manibus meis eripiat.*

Ipſe malum exque malo plantat mortalibus, atque
Ærumnas triſtes, deinde & lachrymabile bellum,

*ex Orphei ſententia. i Talia etiam Archilochus Parius: O Iupiter, inquit, tuum eſt cœli imperium. Tu autem vides opera quæ populum ad cœlos dirigunt, & quæ fas eſt fieri. Canat nobis rurſus Orpheus:*

Oceani ad fines expanſa eſt & manus illi
Vndique dextera, ſub pedibus ſubiectáque terra eſt.

*Hæc illinc apertè ſumpta ſunt, nempe Dominus ſeruabit ciuitates quæ habitantur: & totum orbem terræ manu comprehendet tanquam nidum: Dominus qui fecit terram in fortitudine ſua, vt ait Hieremias, & erexit orbem terræ in ſua ſapientia. Præterea autem Phocylides angelos vocans dæmones, alios quidem ex his eſſe bonos, alios verò eſſe malos per hæc oſtendit. Nam nos quoque accepimus aliquos qui defecerunt.*

Dæmonibus non vna viris natura nocendi eſt,
Sunt etenim longè venientia qui mala pellunt.

*Reſtè verò Philemon quoque Comicus, ſimulachrorum cultum per hæc excindit:*

Fortunæ non eſt nobis vlla vſquam Dea,
Non eſt, ſed vnicuique quod euenerit,
Caſuque ſit, fortuna nobis dicitur.

*Sophocles autem Tragicus:*

Ipſis non veniunt certè Diis omnia ſpontè,
Excepto Ioue: principium nam & finis in illo eſt.

*Et Orpheus:*

Imperium vnum eſt, vnus dæmon, lumine replens
Cælum, facta in eo ſunt, in quo & cuncta mouentur,
Ignis aqua & tellus: *& quæ deinceps ſequuntur.*

k *Et Pyndarus Lyricus veluti quodam Bacchico furore corripitur, & apertè dixit quid ſit Deus, nempe vniuerſum,* l *Cùm autem dixerit: Exiguam ſapientiam ſperat homo habere ab homine: Deorum autem conſilia mortali mente ſcrutari eſt difficile, mortali autem natus eſt ex matre: ex illo deduxit ſententiam, nempe: Quis nouit mentem Domini? aut quis fuit eius conſiliarius? Quinetiam Heſiodus per ea quæ ſcribit his conſonat:*

Non vates inter terreſtres vllus habetur,
Qui Iouis ægiferi poſſit cognoſcere mentem.

*Meritò ergo Solon Athenienſis, qui ipſe quoque ſecutus eſt Heſiodum, ſcribit:*

Omnibus atque viris mens eſt obſcura Deorum.

m *Rurſus cùm Moſes prædixerit mulierem in labore & dolore eſſe parituram, propter* Geneſ. 3. *tranſgreſſionem, ſcribit quidam poëta non ignobilis:*

Nunquam noctúque diuque
A triſti ærumna ceſſabunt atque labore,
Horum diſque graues mittent in pectora curas.

n *Præterea Homerus quidem, cùm dixit:*

Ex auto verum trutinas pater ipſe librabat,

o *Deum iuſtum ſignificat. Menander autem Comicus Deum bonum interpretans, dicit:*

Adeſt viro cuilibet dæmon bonus,
Cùm natus eſt ſtatim, vt ad vitam inſtituat.
Nam dæmonem malum non par eſt credere

Esse, vt bonam lædat vitam. *Deinde subiungit*

*Sed bonum in omnibus Deum, aut omnem Deum dicens esse bonum, aut quod potius dicendum est, Deum esse bonum in omnibus.* [o] *Rursus Æschylus quidem Tragicus, Dei exponens potentiam, non veretur ipsum per hæc, appellare etiam altissimum:*

Mortalium à rebus Deum seiungito,
Neque similem vnquam eum esse tibi credito.
Nescis eum quandóque ignem viderier?
Potentia est magna, nunc aqua est, nunc tenebræ.
Et similis ipse fit quandoque bestiis,
Ventóque, nubíque, fulguri, atque pluuiæ.
Inseruiunt ei mare, altíque scopuli.
Fons omnis vndáque est collecta simul.
Montes tremiscunt, terráque, & vasti maris
Ingens profundum, & montium cacumina,
Cùm viderint Domini oculos terribiles
Cuncta: potens nam gloria est Atiissimi.

*An non tibi videtur explicare per paraphrasim illud, A facie Domini tremit terra?* [p] *Hic accedit quòd Apollo diuinandi peritissimus, Dei gloriæ ferens testimonium, cogitur dicere de Minerua, quando Medi bellum gerebant in Græciam, quòd rogabat & Ioui supplicabat pro Attica: Sic autem habet oraculum:*

Casta Iouem haud potis est summum placare Minerua,
Permultis verbis prudenti & pectore supplex,
Igni at multa dabit vehementi templa Deorum,
Quæ sudore hîc stant nunc promanantia multo,
Et concussa metu multo: *& quæ sequuntur.*

[q] *Theatrides autem scribit in libro de natura: Vnum est autem eorum quæ sunt recta quidem principium vnum. Illud enim est in principio vnum & solum.*

Nec veto quisquam est alius magno sine Rege,

[r] *ait Orpheus. Cui credens Comicus Diphilus dicit sententiosissimè, Eum, inquit, qui est omnium pater, solum honora perpetuò,*

Qui tot bonorum est inuentor & conditor.

[s] *Meritò ergo Plato quoque assuefacit optima ingenia, vt veniant ad disciplinam, quam proximè diximus esse maximam, & vt videant bonum, & vt illa ascendant ascensione. Hoc autem vt videtur, non fuerit festiæ circunductio, sed animæ circumactio à nocturno quodam sopore ad verum eius quod verè est reditum, quem quidem dicemus esse philosophiam: & eos qui sunt eius participes, aurei generis esse iudicent, dicendo, Estis quidem omnes fratres: quanam autem sint aurei generis, accuratissimè & omnino iudicent.* [t] *Patrem ergo & vniuersorum effectorem naturaliter & citra doctrinam omnia ante omnia apprehendunt, inanima quidem, quæ naturalem quandam habent consensionem & conuenientiam cum animali: ex animatis autem, alia quidem iam immortalia quæ per diem operantur. Ex iis autem quæ sunt adhuc mortalia, alia quidem in metu, & quæ per matrem adhuc saltant in vero: alia autem quæ libera & quæ est in eorum potestate vtuntur ratiocinatione, vt ex hominibus nonnulli Græci & barbari. Nullum autem vsquam genus, nempe nec agricolarum, neque pastorum, neque eorum qui versantur in ciuitatibus, potest viuere, nisi eius quod est ethicum & præstantius fide præoccupatum præuentúmque fuerit. Quamobrem vniuersa quidem gens Orientalium, & vniuersa quæ pertinet ad Occidentem, Septentrionem & Austrum, vnum*

[o] vbi vide, an accepta? enim significare omnem bonum, aut bonum in omnibus.



*bonum habet & eandem anticipatam notionem de eo qui constituit principatum: siquidem quæ sunt vniuersæ & maximè generales eius operationes, omnes ex æquo peruaserunt. Longè autem magis, qui apud Græcos fuere curiosi philosophi, à barbara moti philosophia, ei qui non cadit sub aspectum, & est solus, & potentissimus, & artifex maximus, & eorum quæ sunt pulcherrima author præcipuus, dedere prouidentiam: verùm quæ sunt his consequentia, nisi à nobis fuerint instituti, nescientes: sed neque quomodo natura sit insitum vt Deus mente cogitetur, sed solùm, vt iam sæpe diximus, per eius veram apprehensionem.* [u] *Meritò ergo Apostolus: An Iudæorum, inquit, solùm est Deus, non etiam Græcorum: non solùm dicens propheticè, eos qui ex Græcis credunt Græcos, Deum esse cognituros, sed illud quoque significans, quod potestate quidem fuerit Dominus & Deus omnium, & reuera omnipotens: cognitione autem non omnium. Neque enim id quod est, neque quomodo Dominus & pater & creator, neque aliam veritatis norunt œconomiam nec dispensationem, nisi ab ipsa didicerint.* [v] *Similiter etiam prophetica habent eandem vim cum dicto Apostolico. Nam Esaias quidem dicit: Si autem dicitis, In Domino Deo nostro confidimus, nunc misceamini cum domino meo rege Assyriorum. Et subiungit: Et nunc non sine Domino ascendimus in hanc regionem vt in eam bellaremus. Ionas autem ipse quoque propheta, idem tacitè significat, cùm dicit: Et accessit ad ipsum is qui proram gubernabat, & dixit ei: Cur tu stertis? Surge, & inuoca Dominum Deum tuum, vt seruet nos, & non pereamus. Nam illud quidem, Deus tuus, dicebat ei qui norat per agnitionem, hoc autem, vt seruet nos Deus significauit consensionem gentium quæ applicarat mentem ad omnipotentem, & nondum crediderant. Et rursus idem: Et dixit ad ipsos, Seruus Domini ego sum, & Dominum Deum cæli ego timeo. Et rursus idem: Et dixerunt, Nequaquam Domine, ne pereamus propter animam hominis huius. Malachias autem propheta apertè ostendit Deum dicentem: Sacrificium non accipiam ex manibus vestris, quoniam ab ortu solis vsque ad occasum, nomen meum glorificatum est in gentibus, & in omni loco mihi offertur sacrificium. Et rursus: Quoniam Rex magnus ego sum, ait Dominus omnipotens, & nomen meum clarum est in gentibus. Cuiusmodi nomen? In iis quidem qui crediderunt, filius patrem significans: in Græcis autem, Deus creator.* [x] *Liberum autem arbitrum Plato per hæc ostendit: Virtus autem non paret alterius dominio, quam prout vnusquisque vel honorarit vel despexerit, erit eius particeps. Eius qui non elegerit, culpæ non potest in Deum causa conferri: Deus enim nunquam est causa malorum. O Troiani bellicosi, inquit Lyricus, Iupiter regnator superùm qui omnia aspicit, non est mortalibus causa malorum, sed omnibus hominibus est in medio propositum, vt apprehendant iustitiam castam & sanctam Eunomiæ comitem & prudentis Themidis. Beatorum ô pueri qui nunc iustitiæ sociam vnà habitantem. Pindarus autem apertè inducit Iouem Seruatorem vnà habitantem cum Themide, Regem Seruatorem iustum hoc modo interpretans: Primùm quidem, bono consilio præditam Themin cælestem, aureis equis propter Oceani rupem Paræa ad venerabiles Olympi scalas, in viam duxere prapinguem, vt esset vetus Seruatoris comes. Ea verò, fœnis aureis, & præclarum fructum ferentes, peperit bona Seruatores. Qui ergo non credit veritati, humana autem est doctrina inflatus, miserque est & infelix, & qui, vt ait Euripides, hæc videns, Deum mente non cogitat, de sublimibus autem rebus disputationis procul tortuosas iacit fallacias, quas indomita temerè iaculatur lingua, de iis quæ non videntur, nullius certè particeps sententiæ accedens, inquam, ad veram qui vult disciplinam, audiat Parmenidem Eleatem promittentem,*

Æthereámque scies naturam & in æthere cuncta
Signa, & sacrati clarissima lumina Solis,

[o] Rom. 3.

Quæ res obscura est valde, vndéque nata fuere.
Facta scies Cyclicæ circa & plantaria Lunæ,
Naturam & cælum quod circumuoluitur orbem.
Fugit namque illinc, illum ducensque ligauit
Fatalis series, astra vt suprema teneret.

Necessum, ad alia, notissima.

[y] *Et Metrodorum, qui etsi fuerit Epicureus, diuinè hoc dixit: Memento Metrodore, quoniam es mortalis, & vitam accepisti terminatam, anima ascendere, donec seculum errorum videris infinitatem, tam quæ futuræ sunt quàm quæ fuerunt: quando cum beatissimis ex Platonis sententia, felicem visionem spectaculúmque contemplabimur: & nos quidem cum Ioue sequentes, alij autem cum diis aliis, & beatissima, si fas est dicere, mysteria peragimus ac celebrabimus, ipsi quidem integri & nulli malorum perpessioni obnoxij, quæ in posteriori tempore nos manserunt: integra autem & quieta visa aspicientes & contemplantes in luce pura, puri, & nequaquam hoc obsignati, quod nunc corpus circunferentes nominamus, eo instar ostrei alligati. Pythagorei autem cælum appellant ἀστρακοῦν, hoc est, terram ex adverso sitam. In qua terra, inquit per Hieremiam, collocabo te in filios, & dabo tibi terram electam hæreditatem Dei omnipotentis, cuius qui fuerunt hæredes, erunt reges terræ. Assunt mihi innumerabilia alia adiicienda, sed vt sit dicendi modus, finem imponam orationi, vt id nobis quoque eueniat quod dicit Agatho Tragicus:*

Id quod obiter dicitur, vt id de quo agitur,
Existimantes, & persequentes gnauiter.

[z] *Cùm ergo apertè, vt arbitror, ostensum sit, quomodo fures à Domino dicti esse Græci sit audiendum, lubens prætermitto dogmata philosophorum. Nam si eorum quoque dicta persequeremur, mox commentariorum innumerabilem collegerimus multitudinem, ostendentes omnem quæ est apud Græcos sapientiam, esse à barbara sumptam philosophia. Quam contemplationem nihilo secius necessariò attingemus, quando colligemus opiniones Græcorum quæ feruntur de principiis.* [a] *Sed hoc quoque nobis ex iis quæ dicta sunt licet facile considerare, quemadmodum sint legendi libri Græcorum, ei qui scit tranare eorum fluctus.*

[b] Diuinæ mentis qui possedit bona, felix,
Sed miser est, tenebrosa Deûm cui opinio curæ,

*vt ait Empedocles, is cognitionem & ignorationem, felicitatis & infelicitatis esse finem esse significauit. Oportet enim multarum rerum esse gnaros viros philosophos, ex Heraclitj sententia, & reuera necesse est,*

Hunc hominem esse bonum, qui quærens multa pererrat.

[c] *Ex iis ergò quæ prius dicta sunt iam est nobis perspicuum, esse æternam Dei beneficentiam, & verè æqualem naturalem iustitiam, à principij experte principio, pro vnius cuiusque genere dignitate, ad omnes processisse, cùm nunquam cæpisset. Neque enim huius quod est esse Dominum & bonum, principium accepit Deus, qui est semper id quod est. Sed neque cessabit vnquam benefacere, etiamsi singula ad finem perduxerit. Est autem vnusquisque e nostrum beneficentiæ particeps ad id quod vult. Differentiam enim fecit anima quæ eiusdit digna electione, voluntariúmque institutum & exercitatio. Sic ergo quintus quoque liber Commentariorum cognitionis qui sunt in vera philosophia, qui nominatur Stromateus, finiatur.*

## COMMENTARIVS.

[a] RVRSVS *igitur audiamus.* Bacchylides diuinam naturam dicit nec morbis nec criminibus obnoxiam, nec hominibus similem: Cleanthes verò Stoicus Deũ dicit esse ab omnibus affectionibus liberũ & permanere, id est esse æternũ, nec quenquam posse eum imitari, nec mirum, cum, vt ante diximus, sit omnis figuræ expers, cætera vide in eius versibus. Idẽ Cleantes dicit induci idololatriã à falsa vulgi opinione, & ideo ei nõ esse assentiendum, nec spẽrãdum boni aliquid ex ea posse cõsequi. Rectè quoq; Antipater admonet



admonet Amphion, ne credat Iouem scelerati viri, nempe adulteri, veste indutũ tanquã hominem eius cubile ingredi, est tamen in fabulis hũc Amphionẽ fuisse Iouis filiũ ex Antiopa vxore Lynceĩ, quẽ ipse cum Zetho & Calai fratribus postea occidit. Sophocles autẽ dicit apertè Iouem cum eius matre cõcubuisse, non versum in cignũ vt olim cum Leda Tindari vxore in cignũ versus concubuit, quãdo Helenam, Pollucem & Castorem ex ouo genuit, sed plane tanquam hominẽ eam ingraudidasse. Eius autẽ libidinis tantũ dicit fuisse ardorẽ, vt propere gradus ascenderit, & neq; cibum sumpserit, nec se abluerit, sed tota nocte voluptati operã dederit. Hæc quidem Sophocles, sed in ea Tragœdia quam puto hodie, non extare. Hęc cũ citasset ex Poëtis Tragicis reuertitur ad Philosophos alios & Poëtas qui de Diis loquuntur. [b] *Apertè autẽ dicit.* Pergit recensere ea quæ de Deo dicuntur à Philosophis & Poëtis, sed locus qui citatur ex Heraclito videtur esse corruptus. Ita enim in Græco legitur: Τὸ λόγου τοῦ δὲ ὄντος αἰὲν ἀξύνετοι ἄνθρωποι γίνονται καὶ πρόσθεν ἢ ἀκοῦσαι καὶ ἀκούσαντες τὸ πρῶτον. Eũ ita censeo restituendũ: Τὸ λόγου δ' τοῦ ὄντος αἰὲν ἀξύνετοι ἄνθρωποι γίνονται καὶ πρόσθεν ἢ ἀκοῦσαι καὶ ἀκούσαντες τὸ πρῶτον. Vt significet: Verbi quod semper est, inquit, nõ intelligẽtes sunt homines, & priusquã audierint, & cũ primũ audierint, vt id dicatur de Verbo æterno Dei filio, nõ de verbo quod proferitur. Melampides verò Deum vocat miraculũ mortalium, sicut & in multis locis scripturæ mirabilis dicitur & admirabilis, & admirabile nomen eius. Parmenides verò inter cætera quę Deo tribuit, eum vocat vnigenã, vt qui vnicũ filium nempe Verbũ genuerit. Hesiodus verò Regem & Dominũ omnium immortalium, & cuius imperiũ omnia imperia superat, & ei cedunt omnia. Sophocles autẽ, teste Hecates in historia quã scripsit de Abrahamo & Ægyptiis, ait in Tragœdia vere esse vnũ Deum, qui cælum, & terram, & mare, & ventos creauit, Deos autem non esse eos quorum factæ sunt imagines ad viuos consolandos, licet eis immoletur, & in eorum honorẽ Dies festi celebrentur, nec pij sunt censẽndi qui eos colunt. Euripides verò altum æthera qui omnia cõplectitur, dicit nomen dici & Deum esse credendũ. In actu seu Tragœdia quæ dicitur Pirithus, quæ nescio an hodie extet, Deũ alloquens dicit eum pet se ortũ, id est non aliũde quam à seipso ducere principium, qui in immenso ætherẽo implicatã habet naturã: ab eo enim descendũt omnia naturalium rerum semina, vt in quo sint ideæ verã & æterna rerũ exemplaria. Circa eum autẽ sunt lux & tenebræ, & stellarũ multitudo innumerabilis. Per ea autẽ significatur totus mundus & quæ in eo sunt omnia, quæ sunt circa fusũ creatorem, vt quæ ab eo pendeant, & absq; eo esse nequeant. Porro autem Iouem esse æthera cælũ & terram, & denique omnia, Theologicè dictum est ab Æschylo: Deus enim neque est pars, neq; totum, & tamen totũ & pars, omniũ partẽ & totũ in seipso accipiens, & prius habens, vt vult D. Dionysius. Porrò autem cùm in Deo sit mundus, vt dicunt, intelligibilis, qui est exemplar mũdi sensilis, in mũdo autem intelligibili sint ideæ ætheris, cæli, terræ & aquæ, quæ omnia sunt in Deo, nihil aget sit in Deo quod nõ sit Deus, hinc fit vt Deus sit æther, cælũ, terra & aqua, & deniq; omnia. Quod autem dicit Heraclitus, esse vnum sapiens, nempe Iouis nomen, quod vult esse & non esse vnũ. Est enim Deus vnum quod cadit sub intelligentiã, non vnũ autem quando ab eo tanquam ab exemplari producuntur sensilia, quæ non sunt amplius vnũ, sed multa: in hoc cum Heraclito consentit Plato, qui Deũ dicit esse κοσμὸν, & exemplar rerum sensiliũ. Nam quatenus quidem est κοσμὸς, exemplar rerũ sensiliũ, vnum est: quatenus autẽ sensilia suũ sunt ad eius exemplar, ea ratione Deus nõ est amplius vnum, sed multa ab vno exemplari deducta. Vultitaq; Deus esse vnũ & non vnũ. Vnum, vt exemplar omniũ: Non vnum, cum æternæ rerum ideæ deducũtur ad sensiles species. Est ergo vna Dei essentia, sed in ea multa sunt ab eo producta, quæ licet nõ sint Deus, Deus tamẽ est omnia. Quod autẽ dicit idem Heraclitus, legem & consiliũ esse vni parere, vitiose significare nullã esse meliorẽ legem quam quæ à Deo datur, nec ab eo melius capi consiliũ quàm à Deo. Sunt autẽ in lege diuina præcepta & consilia, quæ sunt amplectenda tã quam ab vno profecta. Et sunt præcepta quidẽ necessaria ad salutẽ. Per consilia autem licet ea non sint omnino necessaria, qui ea tamen sequuntur, maiora assequũtur præmia, cuiusmodi sunt, sibi perpetuam indicere continentiã, voluntariã amplecti paupertatẽ, & non suo viuere arbitrio, sed pendere à præceptis magistri recta iubẽtis. Quod autẽ dicit Dominus in Euãgelio Lucæ, id ad sensum anagogicũ sic deducit Heraclitus Ephesius, Qui indũt & non intelligunt, perinde sunt, atq; si essent surdi nec audirent, & licet sint præsentes, perinde est atque si abessent. [c] *At vnum quoque principiũ.* Quod non soli Hebræi, sed etiã Græci vnum nouerint principium, probat Clemens, ex iis quæ scripsit Timæus Locrus, sed id ipsum quoque sumpsit Timæus ex Mose in Deuteronomio. Quod autem vnum omnium principium sit ingenitũ, ex eo probat, quòd esset genitũ, id iam non esset principiũ, sed illa ex quibus esset genitum. Est ergo Deus omnium principiũ, cùm ex illo omnia sint genita, ipse autem ex nullo. Quod tamen minime est intelligẽdum de æterna illa generatione, qua filius à patre generatur, quæ quidẽ generatio est eiusmodi, vt nemo eã possit enarrare. [d] *Iam verò videtur Homerus.* Vlysses à Polyphemo in antro inclusus, cùm eum rogasset quod esset sibi nomen, respondit οὖτις, id est, nullus. Cùm autẽ tanta esset eius superbia, vt neq; dolo, neque vi se occidi posse putaret, non potuit tamen vitare mortẽ, vel excæcationem, quã morbum Iouis appellat Homerus, quæ illi ab Vlysse qui se Vtim vocauit, est illata. Et erãt quidẽ Cyclopes feri, & immanes, qui de Deũ nihili faciebãt, in morte tamen Polyphemi quẽ ferula excæcauit Vlysses, veluti quadam sorte eius agnouerũt potentiam. [e] *Et ante eum Orpheus dixit.* Orpheus non solum dicit Deum Omnipotentem, sed Deũ quoque dicit Patrem & Filiũ. Xenocrates quoque per hoc quod vocauit vnũ supremum Iouem, alterum vero vltimũ, patrẽ intelligit & filiũ, non quod Pater maior sit filio. Vnus enim, quod attinet ad essentiã, & idem est pater, sed quod pater est initiũ & origo diuinitatis à quo gignitur filius, & ea ratione pater est summus seu supremus, filius autem infimus. [f] *Cuinam assimilastis Dominum.* Non est mirum si Deus corpore nõ possit apprehẽdi, cũ res nulla ei possit assimilari, & nec faber possit eius effingere imaginem, nec aurifex eius fundere & inaurare statuã, est enim Deus incorporeus. Sed cùm & in Deo sit ratio, & sit ratio etiam in homine, homo Deũ ratione potest apprehendere. Ratione autẽ & numero maxime eget homo, ratione, inquã, humana quę eã regit & cõseruat. Sed ipsa humana ratio oritur à diuina,

quæ hominem docet quid sit ei vtile, & quod ad victū pertineat & alimēta. Ab ea homo discit autem ad eas enim inueniēdas minus est imbecilla ratio humana: homo certenō inuenit ærē, sed tamen a Deo. Dicitur ratio græcè λόγος, est autē λόγος, & verbū Dei essentiale, quod est Deus, & in Deo, vt filius, & in parte. Qui est autem in homine λόγος, id est ratio, non est homo, sed est facultas rationalis, quæ inest homini eius formam constituit, sed Verbum latinè dicitur de Deo, Ratio autem de homine. *Cæterum autē hāc quoque.* Post iudiciū futurū mundi cōsummationem narrant & Tragici & Orphei. Postquam autē cōflagrarit mūdus, is deinceps reparabitur & in integrū restituetur, sed hōgē erit perfectior, & qui non amplius futurus sit sensilis, sed cadens sub intelligentiā, vt antea diximus. Postquā autem cōflagrarit mūdus, nec maris eiunt vlli fluctus, nec terra producet folia quæ dicuntur pennata, quod prius habebant quandā similitudinem. Postquā autem reparatus fuerit mūdus, rursus salua erunt omnia, & homines qui perierāt & erant abditi, à Deo remittentur & redibūt in lucem, id est resurgent. *Ex de illud fatidici.* Ex his versibus quos citat Clemēs ex Orphei Theologia, satis apparet Orphēi quæ de Deo præclare scripsit, non aliunde accepisse quā ex sacris Hebræorū scripturis, nēpe quibus cælū & terram, & totā complectitur rerum vniuersitatem: quodq; & mediis & extremis sit principium terræq; & montiū ab eo fiat motus & concussio: quodque & Dæmones eum timeant, & tartarea potestas, quæ est alioqui inexorabilis & nemini parcit, ei pareat: quod Angeli qui sunt administratorij spiritus, & hominū in saltē curam gerūt, eum circūsistant: quod sit immortalis & alienus ab interitu: ab eo sit ordo motuū cælestiū, & ab eo regantur quatuor anni tempora, & ab eo procedant tribus omnibus insitæ naturæ rationes. Quā ob causam eum vocauit Orpheus ἀοῦτον νοῆτ, quod perinde ac si scripsisset officio patris & matris, eius iussu & nutu producātur omnia. Hinc autē nonnulli accepta occasione existimarūt, quod Deus haberet coniugē. Ij sunt Valentiniani hæretici de quibus scribit Irenæus lib. 1. cap. 1. *Talia etiam Archilochus Parius.* Per bonas actiones ad cælū viam muniri, non solum ex scriptura, sed vidit etiam Archilochus Parius. Orpheus quoq; cōuenienter facere scripturæ scribit, Dei dexterā extendi visq; ad fines Oceani, & terrā ei subiectā, significās eum orbem terræ quem creauit, sua etiam sapientia ac virtute regere ac moderari. *Et Pindarus lyricus.* Pindarus tanquam vates diuino instinctu afflatus Deum dicit esse ἀοῦτον, id est vniuersum, significās id quod dicit Trismegistus, Deus est omnia tam quæ sunt, quā quæ nō sunt. Et rursus Deus est qui omnes fabricatur mortales, Deus est omnium. *Cum autē dixerit.* Quæ est in homine modica sapientia, ea facile potest habere, qui ipse quoq; natus est ex mortali matre, sed est difficile homini cui est mens mortalis Dei scrutari consilia. Hoc eodem scripsit Pindarus, cum hanc sententiam accepisset ab Esaia. Cui conuenienter dicit Heraclitus, nullum ex terrenis vatibus posse Ionis, id est Dei mentem cognoscere, & Solon Atheniēsis qui fuit vnus ex septem Græcorum sapientibus, scribit nullū hominem posse Dei mentem aperte cognoscere. *Postea Moses prædixerit.* Quod mulier propter præcepti diuini trāsgressionem in labore & dolore esse nascitura, scripsit Moses in Geneſi. Hoc à Mose accepit Poëta quidā non ignobilis, sed cuius nomen non est Cleinens, nec id ad nos peruenit. *Præterea Homerus quidē.* In scripturis nihil occurrit frequentius quam vt Deus dicatur iustus & bonus. Illas secuti sunt Poëtæ. Et Homerus quidē iustū esse significans libr. dicit patrē aureas librare trutinas. Menander autem Comicus dicit, cuilibet cūm primū natus est datum bonū Dæmonem, vt eum regat, & ad vitā instituat. Ad vitā autem bene instituendam non timendi dari malum Dæmonem, sed potius ut omnibus bonū. Græcè est σωτηρ' ἑκάστῳ, quod significat omnibus, vel potius, est enim ambiguū, in omnibus bonū. Per Dæmonem autem intelligitur Angelus, ut autem, vt antea diximus, Angeli boni & mali, sicut etiam Dæmones. *Rursus Æschylus.* Pulchrē dixit Æschylus quantum sit dilcrimen inter Deum & mortales, cum ipse omnia sit & possit, & inuisibiles eius oculos videritit, omnia cōtremiscant. Totā autem hanc sententiā accepit Æschylus ex Mosis cosmographiā. *Huc accedit quod Apollo.* Cum Medi bellum gererent aduersus Græciam, Apollo omnia de bello rogitantibus, respondit Minerua suis precibus non potuisse placare Iouem, nec impetrare, vt Deorū templa non vrerentur. Quod quidem summam Dei ostendit potentiam, cui non potest resistere. *Pherecydes autē scribit.* Deus est vnū re vera eorum quæ sunt principium, & vnum solum, est enim vnus principium quod fuit à principio: vnum autem est re vera principiū. Nam si multa essent principia, non esset vnū. Sine magno Rege, id est, sine Deo, non est vllus alius. Nam sine Deo nihil est, & ab eo omnia habentur, vt sine per cōmunicatam participationem, quæ tamen non sunt propriè cūm oriantur & intereant. *Merito ergo Plato.* Plato in multis locis maximā dicit esse disciplinā boni videre ideam. Idem etiam in lib. 7. de Repub. vbi pulcherrima antri similitudine, in quo qui sunt vincti, vmbras tantum rerum vident, qui autem inde ascenderūt, & ad lucē peruenerunt, nō amplius vmbras, sed res ipsas vere & aperte contemplantur, vult optima ingenia assuescere vt bonū videant, & totam circumagendo animā, à nocturno die, id est ab ignoratiæ tenebris, in quibus videtur tantū vmbræ, ascendant ad eius quod vere est, nempe Dei contemplationem, quæ quidem est vera philosophia. *Patrē ergo.* Hic locus est corruptus & imperfectus, nec poterit restitui, nisi aliquod aliud inueniatur exemplar, ex eo tamen videtur eius hic sensus: Patrem & effectorem vniuersorū, ante omnia apprehendūt omnia, tam inanima quā animata, & tam quæ sunt nata, & operantur, quam quæ sunt adhuc in vtero matrum abortum timētia, & tam quæ sunt expertia rationis, quā quæ sunt ratione prædita. Eum autem apprehendunt, non quod id à cæterina didicerint, sed quod id sit eis insitū à natura. Vnde & præclare dixit Homerus, οὐ γὰρ θεὸν ὧδε κελεύει τὸν, id est, Non est bonus multorū principatus, vnus sit Dominus. Ideo autē anticipant Dei notionē, quod vniuersæ & maxime generales eius operationes ad omnes peruadunt: ab eo enim habent notionē, quod vniuersæ & maxime generales eius operationes ad omnes peruadunt: ab eo enim procedit vita, sensus, & intelligentia. Atq; omnes quidē gentes Dei habent notionem, sed nulle magis quā Græci, qui ab Hebræis moti, Deo inaspectabili, omnipotēti, & præcipuo rerū authori tribuūt prouidentiam. Quamuis autē Dei habeant insitam notionem, quæ tamen Deū consequuntur, non nouerunt nisi à nobis fuerint instituti, quādo fidem accipiūt. Sed neque norunt quomodo Deus mente cognoscatur,



nisi eius veram videant apparitionem. Apparuit autē quando carne suscepta natus est Christus, & Deus visus est in terris. *Merito ergo Apostolus.* Dixit antea omnes Dei habere notionem, est enim omnibus natura insitū nosse quid sit Deus: is autē potestate Deus est & Dominus omnium. Nosse autem Deum esse id quod est, id est ipsum ens à quo omnia habent quod sint, & esse patrē & creatorē vniuersorū, & trium Apostasēon seu personarū habere ordinē, in quo est Oeconomia & dispensatio veritatis. Deū ergo qui est omnium Deus & Dominus potestate, quod sit norunt omnes: quod sit autē Pater & creator, & quod quod est vnus, distinctas habeat personas Patris & Filij & Spiritus sancti, ij demum norūt qui fide sunt instructi, qui dicuntur cathecumeni. *Similiter etiam Prophetica.* Iis quæ dixit Apostolus, consentiunt etiam Prophetæ Esaias, Ionas, & Malachias, quod Deus scilicet sit omniū potestate, Iudeorū autē cognitione, vt superius diximus. Illa autē cognitio efficit, vt Dei nomen sit clarū in gentibus, & ei sacrificetur à Solis ortu vsq; ad occasum, quod intelligitur de puro & mundo Eucharistiæ sacrificio, quod successit omnibus veteris legis vmbris & figuris. *Liberum autem arbitrium.* Plato in Cratylo virtutis etymologiam dicit esse ἀπὸ τοῦ ῥεῖν, vel ἀπὸ τοῦ εἶναι, quod vel volenti facile affluat, vel nemine cogēte aut imperāte, sed libera electione suscipiatur. Vnde dicit Clemens Platonē liberum asserere arbitrium iis verbis quæ recitat; Virtus, inquit, non paret alterius dominio, illius est vnusquisque particeps, prout eā elegerit vel despexerit. Quod autem allequatur, non alij quā sibi est imputandum. In Deum certe non potest culpa conferri, qui bonarum causa est, non mali. Quod & in multis locis dicit Plato, & Pindarus in suis Odis, in quibus dicit Iouē non esse hominibus causam malorum, sed in vniuscuiusque potestate esse situ, vt apprehēdat iustitiam, comitē bonarum legum institutionis, & eius quod fas est & æquum, quod Themin vocat. Iouem autem vtorē duxisse Themin à parcis seu fatis ad Olympi scalas adductam, ex qua præclaros procreauit restauratores. Deum iustum esse innuens, & ex eo non solum vnum generari seruatorem, nempe vnicum Dei filium, sed etiam ab eo creari homines, qui sunt sub eo hominibus salutares. Cum de Deo multa dixisset, subiunxit, eum esse miserum & infœlicem qui veritati, id est Deo non credit. Veritati autem & Deo non credit, qui humana inflatus doctrina, se naturæ quidem dat contemplationi, & Dei videns operatus de Deo non cogitat, & de rebus quidem sublimibus, & quæ sunt in aëre, quæ quidem dicuntur αἰσθητὰ, aeriter & vehementer disputat, de iis autem quæ non videntur, de diuinis, inquam, & quæ sub solum cadunt intelligentiam, nihil sentit. Hæc est autem vera disciplina, in Dei & rerum diuinarum veritatis contemplatione. Hoc intellexit Parmenides, qui naturam Solisque & Lunæ cursum, & vniuersam omnium reuolutionem à fatali serie quæ est ei præscripta à Deo pendere, suis diuinis ostendit versibus. *Et Metrodorus.* Non solus Parmenides, sed etiam Metrodorus quamuis esset Epicurus, soleant autem Epicurei de Deo minus rectè sentire, de rebus diuinis, & quæ cadunt sub intelligentiam diuinè loquitur, admonens Menestratum, vt cū sit mortalis, & eius vita certo termino contineatur, anima ascendat & contemplerat donec videat seculum seu ævum, id est æternitatem, & infinitatem rerum quæ fuerunt, & futurum. Hoc autem futurum est, quando cum beatis Dei visionem simul cum Deo contemplabimur, puri & in pura luce collocati, & à rerum terrenarum concretione remoti, & à corpore cui instar ostrei sumus alligati, fuerimus liberati. De rebus quoque diuinis & quæ intelligentia percipiuntur sentit Pythagoras cum cælum vocat αἰσθητὸν, id est terram ex aduerso nostre sitam, in qua qui sunt moriuntur. Terra autem *Psal. 26.* illa de qua loquitur Pythagoras, est æterna illa terra, de qua dicit regius psaltes Dauid; Credo videre bona *Matth. 11.* Domini in terra viuentiū, & quā mites possessuros dicit Christus in beatitudinibus apud Hieremiam autem dicit Deus, se daturum terrā electam hæreditatem Dei omnipotentis, cuius qui fuerunt hæredes, erunt Reges terræ. Cū multa autē alia dicere posset, dicit se finē facere, ne, vt dicit Agatho Tragicus ποιητὴς, id est, id quod propter aliud dicitur, sit longius quā ipsum opus propter quod dicitur. *Cum ergo aperuerit.* Superius satis ostendit quomodo sit intelligendū quod dicit Dominus, Græcos esse fures, & cūm possit longe plura dicere, si Græcorū dogmata adduceret, vitans nimiā libri prolixitatem, de iis tamen dogmatibus est necessario aliquid dicturus, quando colliget opiniones Græcorum de principiis. *Sed hoc quoque videlicet.* Et iis, inquit, quæ dicta sunt, pollumus conuiderare, quomodo Græcorum libri in quibus sunt multa turbulenta & periculosa, sint legendi ab iis, qui vitantes noxia, vtilia & salutaria volent colligere. *Domo montis qui possidet bona, subiit:* Ex libris, inquit, Græcorū sunt colligenda quæ sunt diuina, ea enim sunt quæ hominē fœlicem reddunt, miseri autem sunt, qui curiosè inquirunt Deorum vanas opiniones. Et in rebus quidē diuinis est cognitio, in vanis autem Deorum erroribus est ignoratio. Oportet autem Philosophum multarum rerum habere notitiam: vt multarum autem rerum habeatur notitia, necesse est vt multis legantur & percurrantur quæ memoriæ mandentur. *Exitus ergo.* Hic est conclusio libri quinti, ex qua dicit esse perspicuum, esse æternā Dei beneficentiam, (Deus enim est semper bonus, & nunquā desinet esse bonus) & naturalē eius iustitiam pro dignitate vniuscuiusque generis, ex quo procedere à principio quod caret principio, id est à Deo. Principio enim caret Deus, vt qui nūquam cœperit, Deus enim qui semper est id quod est, revera enim solus est, & præter eū revera nihil est, nunquā cœpit esse Dominus & bonus, qui semper est id quod est. Cū ergo sit Dominus & bonus, & semper sit id quod est, nunquā cœpit esse Dominus & bonus. Quod si est semper bonus, semper benefacit, nec vnquā cessat benefacere, nec ideo cessat benefacere quod singulis finē imponat. Cum autem vnicuique rerum generi pro earum diuersitate benefaciat, hominibus tamen maxime benefacit. Benefacit autē ad id quod vult vnusquisque. Sed cūm in anima sit situ liberum arbitrium, varia animæ electio, & voluntarium institutum, & executatio efficit, vt sit varia in homines beneficentia. Et hic est finis quinti libri Stromatum.

# CLEMENTIS ALEXANDRINI STROMATVM LIBER SEXTVS.

Hic [a] autem sextus simul & septimus Liber, eorum qui ex vera sunt philosophia Commentariorum cognitionem informantium, qui dicitur Stromateus, cùm moralem rationem quæ in iis perficitur, quæ maximè fieri potuerit, descripserit, & ostenderit quonam sit vitæ instituto qui est cognitione præditus, procedit, Philosophis ostensurus eum virum quam esse ἄθεον, id est à pietate & religione alienum, vt existimarunt, sed solum reuera pium & religiosum, eius qui est cognitione præditus, Dei cultor ethicus summatim exponens, quod attinet ad eam quæ admonet & in memoriam reuocat, scripturam citra periculum imprimendam. Operari enim cibum qui in æuum permanet, præcepit Dominus. Et alicubi dicit Propheta: Beatus qui seminat super omnem aquam conculcat vitulus & asinus: nempe qui ex lege & gentibus in vnam fidem congregatur populus. Qui autem est imbecillus, olera comedit, vt ait præclarus Apostolus. Pædagogus autem pædagogus, qui à nobis diuiditur in tribus libris, ostendit educationem & institutionem quæ datur à pueritia, hoc est, quæ ex catechesi, seu ex auditione tradita doctrina, & de simul augetur, vitæ informationem, & iis qui in numerum virorum adscribuntur, præparat animam virtute præditam, ad scientiam quæ cognitionem præbet accuratam. Cùm ergo ex iis quæ per hæc à nobis dicenda sunt, Græci euidenter didicerint, quid sit eum qui est pius & verus Dei cultor nefariè persequantur, ipsi se impios gerant: tuncum procedentibus conuenienter Stromatum stylo & formæ Commentariis, soluenda sunt quæ & à Græcis & à barbaris in nos mouentur dubitationes de aduentu Domini. Atque in prato quidem qui variè florent flores, & in horto arborum plantatio, non est facilis vnaquamque speciem eorum quæ sunt alterius generis, etiamsi quidam, eruditi variè decerptis collectionibus, prata & Heliconas, & fauos, & peplos, conscripserint: sed sicut vt contigit mihi venerunt in mentem, & neque ordine neque dictione sunt exposita, sed autem de industria dispersa, permixtim nobis instar prati variata est Stromatum scriptio. Quæ cùm ita habeant, & mihi erunt ad me excitandum Commentarij: & si quis aptus ad cognitionem, si fortè in ea inciderit, eius quod est vtile ac conducibile cum labore fiet inquisitio. Non solùm enim cibum, sed multo magis etiam cognitionem labor præstare æquum est, iis qui per arctam & angustam verè viam Dominicam, ad æternam & beatam transmittuntur salutem. Nostra autem cognitio, & hortus spiritualis, est ipse noster Seruator, in quem implantamur, transpositi & transformati in terram bonam ex vita veteri. Mutatio autem plantationis confert ad fertilitatem & bonitatem fructuum. Lux autem est Dominus & vera cognitio, in quem sumus transpositi. Dicitur autem aliquis duplex etiam cognitio: vna quidem communiter, quæ est in omnibus hominibus: similiter intelligentia & apprehensio, quæ vulgò & publicè vbique ex eo apparet, quòd nouit vnusquisque eorum quæ sunt subiecta: quam non solùm habent potestates quæ sunt ratione præditæ, sed etiam quæ ea carent: quam ego nunquam nominauerim cognitionem, vt quæ sit à natura ingeneratum., vt cognoscat per sensus. Quæ autem excellenter & præcipuè nominatur cognitio, ex mente & ratione formam accipit & characterem, per quam sola pronuntiatur cognitio, ex mente & ratione formam accipit & characterem, per quam sola pronuntiatur cognitio, testates rationis participes fiunt cognitiones, quæ iis quæ apprehenduntur intelligentiæ, per nudam animæ operationem purè ac syncerè applicantur. Bonus est vir, inquit Dauid, qui misereturcorum qui errore pereunt, & commodat impertiendo verbum veritatis, non temerè & vt contigit, sed si pensabit sermones suos in iudicio, profunda supputatione ac ratiocinatione: is dispersit, dedit pauperibus. [b] Priusquàm autem aggrediamur id quod est propositum, fini quinti libri Stromatum sunt instar proœmij reddenda ea quæ desunt. Nam quoniam ostendimus symbolicum genus esse antiquum, eo autem esse vsos non solùm prophetas qui sunt apud nos, sed etiam ex priscis Græcis permultos, & non paucos ex aliis barbaris qui sunt in gentibus, oportet eorum quoque qui initiantur persequi mysteria. Hæc autem declarare distuli in eum locum, quo ea quæ à Græcis dicta sunt de principijs persequentes, confutabimus: nam huius quoque contemplationis ostendemus fore mysteria. Cùm autem ostenderimus Græcorum cogitatorum eum qui apparet sensum, ex veritate quæ nobis fuit tradita per scripturas, fuisse illustratum, in quo significatus fructum veritatis ad ipsos peruenisse postea, si non sit graue dicto, monstrauimus: agedum ipsos Græcos furti in seipsos admissi testes adducamus. Qui enim quæ sunt eorum propria tam euidenter à se inuicem suffurantur, se quidem fures esse confirmant: vel inuicem autem ostenduntur à nobis acceptam vsurpasse veritatem, & eis qui erant sui generis clanculum tradidisse. Qui enim ne à seipsis quidem abstinent, à nostris vix abstinebunt. Atque tacebo quidem eorum dogmata in philosophia, cùm scriptis fateantur ij qui in sectas distribuuntur, ne ingrati animi eximinis conuincerentur, se decreta præcipua accepisse à Socrate. Cùm autem vsus fuero paucis testimoniis eorum qui sermonibus celebrantur, & in magna existimatione habentur apud Græcos, & eorum furandi genus in diuersis temporibus conuicero, conuertar ad ea quæ deinceps sequuntur. [c] Nam cùm scisset Orpheus,

Ioan. 6.
Esai. 32.
Rom. 14.
Psalm. xiii.



Ὡς ἓ γυναικὸς ἰδὲ ἓ ἔγγυ ἄλλο γυναικὸς. *id est:*

Deterius peiusque aliud quam fœmina nil est. *aperte dicit Homerus:*

Οὐκ ἀνδρὸς χεῖρον κὐτερον ἄλλο γυναικὸς. *id est:*

Deterius grauiusque aliud quam fœmina nil est.

Et cum scripsisset Musæus:

Ὡς εἰδὼς τι χρεῖον ἀμείνονος ἔσται. *id est:*

Est certe ars semper permultum robore maior. *Dicit Homerus.*

Μᾶλλον τοι δρυτόμος ἀξίνεται ἢ βίηφι. *id est:*

Ligna secans magè consilio quam robore vincit.

Et rursus cum dixisset Musæus:

Ὡς δ' αὖτως ἡ φύλλα φύει ζείδωρος ἄρουρα.

Ἀλλὰ τὰ μὲν τε μήλιον ἀνθρώπων, ἄλλα δ' ἀφύει.

Ὡς δὲ ἡ ἀνδρώπων γενεὴ ἡ φύλλον ἰλιάσι. *id est:*

In lucem vtque vides almam folia edere terram,

Atque perire alia in ramis ac rursus oriri,

Altera sic hominum seclum generatio voluit. *transcribit Homerus:*

Φύλλα τὰ μὲν τ' ἄνεμος χαμάδις χέει, ἄλλα δὲ θ' ὕλη

Τηλεθόωσα φύει ἔαρος δ' ἐπιγίγνεται ὥρη

Ὡς ἀνδρῶν γενεὴ ἡ μὲν φύει ἡ δ' ἀπολήγει. *id est:*

Ventus fundit humi folia altera syluaque rursus

Altera producit viridentia tempore verno:

Nascitur humanum sic seclum sicque recedit.

Rursus autem cum dixisset Homerus:

Οὐχ ὅσσα τε καμβρίσιον ἐπ' ἀνδράσιν ὑγρατάωσι *id est:*

De occisis autem minime se extollere fas est.

*Scribunt Archilochus & Cratinus, ille quidem,* Οὐ γὰρ ἐσθλὰ κατθανοῦσι κερτομεῖν ἐπ' ἀνδράσι. *hoc est: Non mortuos bene est conuiciis persequi. Cratinus autem in Lacones,* φλοιῷ ἀνδρώτεις, τὸ δὲ αὖ κλεινοῖσι ἐπ' αἰζηοῖσι χαυνοῦσθαι μέγα, *id est, Terribile est de hominibus occisis iuuenibus se valdè iactare. Et rursus Archilocus illud transferens Homericum.* Ἀσσύμενος δ' αὐτὸς ἀνάρμενος, ἀστὸν πολλόν, *id est:*

Sum læsus, nec ego pro multis ferre recuso.

*Sic scribit.* Ἀμβλακον καὶ πού τινα ἄλλον δ' ἄτη κιχήσατο. *id est, Errauí & vtique alium deprehendit calamitas. Sicut certè illum quoque versum.*

Ξυνὸς ἐνάλιος, κείτε κἀπιόντα κατέκτα. *id est:*

Communis perimit Mars & qui occiderat ante.

*Ipse transmutans sic protulit.* Ἐρξε, ἔτυτμεν γὰρ ξυνὸς ἀνδράσιν ἀρής. *id est, Facium, reuera enim est Mars communis hominibus. Præterea illud quoque transferens.*

Νίκης ἀνδράσιν θεῶν ἐν πείρατα κεῖται. *id est:*

Omnis in arbitrio victoria posita Deorum est.

*Per hunc iambum iuuenibus etiam apertè addit animum.*

Νίκης δὲ ἐν θεοῖσι πείρατα. *id est:*

Est in Diis vero finis victoriæ.

*Rursus cùm dixisset Homerus:*

Ἀνεμώδεες χαμεύναι. *id est:*

Illotis plantis in humo duraque cubantes.

*Euripides scribit in Erectheo:*

Εὕδουσι δ' ἀκρότοις πέδῳ.

Πηγαῖς δ' οὐχ ὑγραίνουσι πόδας. *id est:*

In solo minimè strato dormiunt.

Fontibus autem minimè lauant pedes.

*Et cum similiter dixisset Archilochus:*

Ἀλλ' ἄλλος ἄλλα καρδίη ἰαίνεται. *id est:*

Cor alij de alio mouetur gaudio.

*Conuenienter ei Homerico.*

Ἄλλος γὰρ ἄλλοισιν ἀνὴρ ἥδεται ἔργοις. *id est:*

De factis aliis alius nam gaudia sumit.

*Dicit Euripides in Oeneo.*

Ἀλλ' ἄλλος ἄλλοις μᾶλλον ἥδεται τρόποις. *id est:*

Namque aliis alius magis lætatur moribus.

*Audiui autem Æschylum quidem dicentem:*

Οἶκοι μόνοι γὰρ τὸν καλὸν εὐδαίμονα.

Καὶ τὸν κακὸν σῴζουσι, κἀκ τούτου μόνοι. *id est:*

Est qui beatus is maneat domi decet.

Rem qui gerit malè, is bene est maneat domi.

*Euripide similiter in scena clamante:*

Μακάριος ὅστις εὐτυχῶν οἴκοι μένει. *id est:*

Fœlix beatus qui cum sit domi manet.

*Sed & Menandrum sic dicentem in comœdia:*

Οἴκοι μένειν χρὴ τὸν ἐλεύθερον φύσει.

Ἢ μηκέτ' εἶναι τὸν καλὸν εὐδαίμονα. *id est:*

Domi



Domi manere oportet, & esse liberum,

Aut non beatum illum esse verè dicier.

*Rursus cùm dicat Theognis:*

Οὐκ ἔστι φεύγοντι φίλος ἢ πρὸς ἑταῖρος, *hoc est:*

Quj exulat est illi non vllus fidus amicus.

*Dicit Euripides:*

Πάντ' φεύγει πᾶς τις ὃν πένης φίλος. *hoc est:*

Procul fugit quiuis amicus pauperem.

*Et cùm dixisset Epicharmus,* Ἀεὶ θύγατερ αἱ τύχαι συνοικίζουσι μὲ ὦ σοφὰ πολλάκις, * *& subiungat,* ὁ μὲν γὰρ ἄλλον ἐντεῦθεν ἀμβάλλεται ἑαυτῷ· ἄλλον δ' ἄλλη τις· *hoc est, O filia fœlix mihi, cum quanam fortuna me facis habitare: Nam is quidem aliam sumit adolescentulam, alia autem alium quæritat quempiam, scribit Euripides.*

Κακὸν γαμοῦσι παῖδα νέοι ζωῦν νέαν·

Ὁ μὲν γὰρ ἄλλης λέκτρον ἱμείρει λαβεῖν·

Ἡ δ' εὐδίους οὐδ' ὕστα, βουλεύει κακά· *id est:*

Dare iuueni iuuenem mala est res coniugem,

Namque is cupit cubile inire alterius:

Sed machinatur ipsa egens illi malum.

*Præterea cum Euripides dixisset in Medea:*

Κακῶν γὰρ ἀνδρὸς δῶρ' ὅπου οὐκ ἔχει· *id est:*

Etenim mali munus viri haud est vtile.

*Sophocles in Aiace flagelifero dicit hoc iambicum:*

Ἐχθρῶν δ' ἄδωρα δῶρα, κοὐκ ὀνήσιμα· *id est:*

Dona hostium non dona sunt, nec commoda.

*Cum autem versus dixisset Solon:*

Τίκτει γὰρ κόρος ὕβριν ὅτ' ἂν πολλῷ ὄλβῳ ἕπηται, *id est:*

Nascitur ex nimiis opibus petulantia multa.

*aperte scribit Theognis:*

Τίκτει τοι κόρος ὕβριν, ὅτ' ἂν κακῷ ὄλβος ἕπηται.

Nascitur ex nimiis opibus petulantia prauis.

*Vide etiam Thucydides in historiis.* Εἰώθασι δὲ οἱ πολλοὶ περὶ ἀνθρώπων φρονεῖν, ἂν μάλιστα ἢ διὰ λόγου ἀπροσδοκήτως εὐπραγία ἔλθῃ, εἰς ὕβριν ἵστασθαι. *hoc est, Solent autem, inquit, permulti homines quibus maximè res secundè aliquantisper euenerint, fieri insolentes. Philo quoque similiter eadem imitatur sic dicens,* Τὰ δὲ πολλὰ κατὰ λόγον τοῖς ἀνθρώποις εὐτυχοῦσι ἀσταλίστερα τὰς δόξας ἢ κακοπραγίαι· εἰώθασι γὰρ μᾶλλον οἱ παρὰ δόξαν ἀπροσδοκήτως εὐπραγοῦντες εἰς ὕβριν ἵπτασθαι. *hoc est: Multa autem quæ conuenienter rationi feliciter succedunt hominibus, sunt & ad famam & ad rerum aduersarum cautiones tutiora. Quibus enim præter spem & expectationem res secundæ accidunt, solent euadere insolentes. Rursus cum hunc versum fecisset Euripides.*

Ἐκ γὰρ πατρὸς καὶ μητρὸς σκληρὸν κλύειν

Σαλεύεις ἀλγίστας οἱ πόνοι βελτίονες. *id est:*

Ex patre & matre vitam egere qui asperam, &

Laboriosam validiores filij.

*Scribit Critias.* Κρῆσσι δὲ τοῦτο γενέτης ἀνθρώπων πῶς ἂν βέλτιστος τὸ σῶμα γένοιτο καὶ σκληρότατος; ὁ φυτεύων γυμνάζοιτο καὶ ἀθλοι ἐξαιμοῦσθαι ἢ ἀλαίπορόν τὸ σῶμα ἢ ἡ μήτηρ ἢ παῖδα ἢ μάλιστος ἰσχνὸν ἰσχνὸν τὸ σῶμα ἢ γυμνάζοιτο, *id est: Incipio autem ab ortu hominum,*

*quemadmodum fuerit corpore præstantissimus & fortissimus, si is qui scrit exercetur & strenue comedat, & corpus vexet laboribus: & mater futuri infantis & ipsa robusto corpore, & se exerceat. Rursus cum Homerus dixisset de clypeo quem fabricatus est Vulcanus:*

Ἐν δὲ γαῖαν ἔτευξ', ἐν δ' οὐρανὸν, ἐν δὲ θάλασσαν.

Et in illo terram fecit, & cœlum, & in illo mare. *id est:*

Tellurem mareque & cælum fabricatus in illo est.

Oceani magnam & vim fluminis indidit illi,

*Dicit Pherecydes Syrius.* Ζὰς ποιεῖ φάρος μέγαν τε καλὸν καὶ ποικίλην ἀγλαΐαν τε Ὠγενοῦ καὶ γῆν καὶ δώματα. *hoc est:* Zas facit magnum pulchrumque pallium, & varie in eo depingens Terram & Ogenum, & domos Ogeni. *Et cum dixisset Homerus:*

Αἰδὼς δ' αὖτ' ἀνδρας μέγα σίνεται, οὐδ' ὀνίνησι. *hoc est:*

Ipse pudor qui hominem multum lædit quæ iuuátque.

*Euripides scribit in Erechtheo,*

Αἰδὼς δὲ αὐτὸς δυσκρίτως ἔχω πέρι·

Καὶ δεῖ γὰρ αὐτὴν κἀστὶ κοὐκ ἀγαθὸν μόνον. *id est:*

Quid de pudore dicam haud facilè iudicem.

Eo est opus certè, nec est malum graue.

*Ex mutua autem comparatione furti loca sumpseris, ex ijs qui & simul floruerunt, & in iisdem inter se concertarunt. Ex Euripide quidem in Oreste:*

Ὦ φίλον ὕπνου θέλγητρον, εὐπάλευτον νόσου. *id est:*

Soporis ô illecebræ & morbum iuuans.

*Et ex Sophocle in Eriphyle:*

Ἀπελθ' ὅκεως ὕπνον ἰήσεαι νόσου. *id est:*

Abi ad soporem huius morbi qui est medicus.

*Et ex Euripide quidem in Antigone:*

Ὀνόματι μεμπτὸν τὸν θόρον ἡ φύσις θέτο. *hoc est:*

Nothum dedit probrosum natura nominis.

*Sophocles autem ex Aleuadibus:*

Ἅπαν τὸ χρηστὸν τἰδίου ζῇ φύσιν. *id est:*

Quidquid bonum est naturam habet consimilem.

*Rursus Euripides quidem in Ctimeno:*

Τῷ γὰρ πονοῦντι καὶ θεὸς συλλαμβάνει. *id est:*

Nam qui elaborat gaudet auxilio Dei.

*Sophocles autem in Minoe dicit:*

Οὐκ ἔστι τοῖς μὲν ἄγαν σὺν μοίρᾳ τύχη. *id est:*

Qui nil agunt iis fortuna non fert opem.

*Quinetiam Euripides quidem in Alexandro:*

Χρόνος δὲ δείξει, ᾧ τις μὴ ξύνοιδε μηδέν

Ἢ χρηστὸν ὄντα γνώσομαί σ' ἢ κακόν. *id est:*

Ostendet autem tempus ex quanam nota,

Aut te probum vel improbum cognouerim.

*Sophocles autem ex Hippono:*

Πρὸς ταῦτα κρύπτει μηδὲν, ὡς ὁ πάντ' ὁρῶν,

Καὶ πάντ' ἀκούων, πάντ' ἀναπτύσσει χρόνος. *id est:*

Ad hæc nihil celes, quod omnia etenim videt,

Et audit omnia, tempus illud explicat.

*Sed*



*Sed illa quoque similiter persequamur. Nam cum carmine scripsisset Eumulus:*

Μνημοσύνης δ' Ζηνὸς ὀλυμπίου ἐσσὶα καὶ δῶρα. *id est:*

Mnemosyne atque Ioui est soboles prognata nouena,

*Solon sic incipit elegiam:*

Μνημοσύνης δ' Ζηνὸς ὀλυμπίου ἀγλαὰ τέκνα. *id est:*

Nata est Mnemosyne atque Ioui clarissima proles.

*Rursus Euripides illud Homericum paraphrasticè circumloquens.*

Τίς ποθεν εἶ ἀνδρῶν· ποῦ τοι πόλις, ἠδὲ τοκῆες. *id est:*

Quis tu homo es, & tibi quænam patria, quíque parentes.

*Hiambis vitur in Ægeo:*

Ποίαν σε φῶμεν γαῖαν ἐκλελοιπότα,

Πολυξενώτατον δὴ πίτνας, πόλιν θ' ὅρος.

Τίς ἐκ δ' ὀφύσας τὸν κατηρύξαι πάρος. *id est:*

Dicemus ex qua te profectum patria

Loca peragrantem plurima, & quænam tua

Terra est, tuum quemnam asseris dici patrem?

*Quid verò, non cùm dixisset Theognis:*

Οἶνος πινόμενος πολλὸς κακός· ἢν δὲ πὶς αὐτῷ

Χρῆται ἐπισταμένως, οὐ κακὸν, ἀλλ' ἀγαθόν. *id est:*

Potetur nimium si vinum, est res mala: sed si

Scitè vtatur quis, non mala, sed bona res.

*Scribit Panyasis:*

Ὡς οἶνος θνητοῖσιν ἐὼν θεοῦ πάρεξ δῶρον ἄριστον,

Πινόμενος τοῖ μέζον, ὑπὲρ μέζος δὲ χερείων. *id est:*

A diis donatum res est longè optima vinum,

Si potes modicè, immodicum res est pessima vinum.

*Quinetiam cum dicat Hesiodus:*

Σοὶ δ' ἐγὼ ἀντὶ πυρὸς δώσω κακὸν ὄφρα γέθηαι πάντες τερπόμενοι. *hoc est:*

Nam tibi pro igne malum reddam quod recreet omnes.

*Dicit Euripides:* ἀντὶ πυρὸς δὲ σοὶ ἐγὼ ἄλλο πῦρ μεῖζον ἢ δυσμαχώτερον βλάστον γυναῖκας. *id est:*

*Nam pro igne maior ignis & difficilior victu creatur à fœminis.*

*Præterea cum dicat Homerus:*

Γαστέρα δ' οὔπως ἔστιν ἀποπλῆσαι μεμαυῖαν

Οὐλομένην· ἣ πολλὰ κακὰ ἀνθρώποισι δίδωσιν. *id est:*

Perdendus venter nulla ratione repleri

Quit, mala plurima qui miseris mortalibus affert.

*Scribit Euripides:*

Νικᾷ δὲ χρεία τὸν θρασὺν, κακῶς τε βλαστάνει

Γαστὴρ ἀφ' ἧς δὴ πᾶσα γίνεται κακή. *id est:*

Vincit ægestas, ventérque malè perditus,

A quo quidem certè fluunt cuncta mala.

*Præterea æque atque Callias Comicus qui scribit:*

Μετὰ μαινομένων φασὶ χρῆναι μαίνεσθαι πάντας. *id est:*

Cùm insanientibus oportet furere omnes aiunt.

*Dicit Menander in* πανυμένοις, *id est, qui venduntur:*

Οὐ πάνυ χρῆν τὸ φρόνιμον ἁρμόττειν παρόν.

Καὶ συμβεβῶσ᾽ ἔνια δεῖ· id est:

Adesse semper non conuenit prudentiam.
Etiam euenire opottet aliqua.

Et cum dixisset Antimachus Teius.

Ἐκ γὰρ δώρων πολλὰ κακ᾽ ἀνθρώποισι πέλονται. id est:

Ex donis hominum generi mala plurima fiunt.

Scripsit Augias:

Δόλος γὰρ ἀνθρώπων νοῦν ἔπαφε, λὐδὲ τὸ ἔργα. id est:

Namque hominum mentem cum factis munera fallunt.

Cum autem dixisset Hesiodus:

Οὐ μὲν γάρ τι γυναικὸς ἀνὴρ λήΐζετ᾽ ἄμεινον
Τῆς ἀγαθῆς· τῆς δ᾽ αὖ τε κακῆς πέρι κῆρι μάλ᾽ ἄλλο. id est:

Namque homini melior fuerit possessio nulla,
Coniux quam bona, nil scelerata at peius habetur.

Dixit Simonides: γυναικὸς δ᾽ ἐσθλῆς κτῆμα ἀνὴρ λήΐζεται ἐσθλὸν ἄμεινον· ἐσθλὴ γάρ, κακῶ id est, Vxore autem bona, vir rem nullam possidet meliorem, neque mala deteriorem. Rursus cum dixisset Epicharmus: ὡς πολλοῦ ζῆτον χρόνον γ᾽ ὡς ὀλίγον δεῖ πάντα διαπεῖ. id est: Tanquam longo tempore victurus, & tanquam breui, ita animo agites. scribit Euripides:

Τί δ᾽ ἂν ποτ᾽ ἄλλο μᾶλλον ἐν σπορᾷ βλάπτοι
Οὐ ζῶν μὲν ὠκεῖα μὴ λιπὼν ὁμῶς id est:

Cum cursus in rebus secundis haud fiet
Certus, molestias cur non repellimus?

Similiter cum Comicus dixisset Diphilus, ὠμετάβολος θεὸς ἀνθρώπου βίος, id est, mutabile numen est hominum, dicit Posidippus:

Οὐδεὶς ἀλύπως τὸν βίον διήγαγεν
Ἀνθρώπος ἀλλ᾽ ἄχρι τοῦ τέλους πάλιν
Εμεινεν εὐτυχῶν. — id est,

Expers molestiæ acta nemini fuit
Vita, aut beatus vsque finem ad vltimum
Permansit vllus.

Et alioqui id tibi dicit Plato, scribens de homine qui est animal facile mutabile. Rursum dixisset Euripides: ὦ πολύμοχθος βιοτὰ θνητοῖς, ὡς οὐδὲν πάντ᾽ ἀφαλὲς χώσιν· ἢ τὰ μὲν αἰῶν᾽ ἔλαθεν φθονήσας· τὰ δ᾽ οὐκ ἔδειν ὅρος κείμενος, κἀδ᾽ ἄϊσ᾽, ἐς ὃν ἅπαντα χρὴ πλέοντα διαπλεῖν. πλεῖστα δ᾽ ὠδῖνος ἀνύβριστα θανάτῳ πιμφθῆσα τελευτᾷ· id est: O laboriosa vita mortalium, quam est omnia lubrica, & haec quidem auges, illa verò minuis, nec est vllus terminus constitutus, ad quem oportet peruenire mortales, nisi quando venerit gelidus à Ioue missus mortis finis: scribit Diphilus,

Οὐκ ἔστι βίος, ὃς οὐ κέκτηται κακά·
Λύπας, μερίμνας, ἁρπαγάς, τροβολὰς, πόους·
Τὸν δ᾽ ὄλβιον καὶ μάκαρ᾽ ἁπλῶς φασὶν
Ἀνίπνους τὰς ἔγρυπνας, ἀπαπαύσας ὕπνῳ· id est:

Non vlla vita est quæ omnino caret malis,
Curis, doloribus, & ægritudinibus:
Cum apparuit sed mors, eorum vt medicus,
Dat requiem iis quibus malè est, hos sopiens.

Praterea cum dixisset Euripides: πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμόνων· πολλὰ δ᾽ ἐλπίδων κράνων· id est



id est: Multæ sunt formæ dæmoniorum: insperato autem dij multa efficiunt. Tragicus similiter Theodectes scribit: τὸ μὲν βεβαίους εἶναι βροτῶν οὐκ ἔστι τύχας· id est: non stabiles esse fortunas hominum. Et cum dixisset Bachilides: παρ᾽ οἷσι δὲ θνητῶν τὸν ἅπαντα χρόνον τῷ δαίμονι δόκει κατὰ νοῦν εἶναι· ὁ πολυκρότάφος γένεας ἐκτέλεσθαι· ὁρᾶν ἐγκύρσαι δικαί· id est: apud quos autem mortalium dæmoni visum est, vt toto tempore vitam agens mediocrem, in tempore ad canam perueniat senectutem, priusquam incidant infortunia? Scribit Moschion Comicus:

Κῶφος δ᾽ ἁπάντων ἐστὶ μακαριώτατος,
Οἷς ἀεὶ πάλαι ζῶν ὁμαλὸν ἦκεν βίον· id est:

Vere beatissimus ille est omnium,
Perpetuo vitam qui egit æquabilem.

Ieneris autem etiam, cum dixisset Theognis:

Οὔτοι χρήσιμόν ἐστιν ἐγὼν ἀνδρὶ γαμεθῆναι
Οὐ γὰρ πολυλίῳ πείθεται ὡς ἄκεπος. id est:

Non iuuenis vetulo coniux est apta marito,
Quæ cymba vt clauo, haud audiet imperium.

Aristophanem Comicum scribentem.

Αἰσχρὸν γέρα γυναικὶ, πρεσβύτῃ ἀνὴρ. id est:

Turpe est maritus fœminę iuueni senex.

Cum autem versibus dixisset Anacreon: Ἐρατὸν γὰρ τὸν ἁβρὸν μέλπομεν ἔρωτα μέλεσι πολυτρόποις ἀείδοντες, ὃς δὲ καὶ θεοῦς δαμάζει, ὃς δὲ καὶ βροτοὺς δαμάζει· id est: Amorem canoꝰ delicatum, florentibus scatentem matricibus, is & suam in Deos exercet potentiam, atque homines domat. Scribit Euripides:

Ἔρως γὰρ ἄνδρας οὐ μόνον ἐσφρήγισεν
Οὐδ᾽ ἀδωρήτους, ἀλλὰ καὶ θεοὺς ἔχει
Ψυχὰς ἔχοντας, κἀπιτυμπανεῖ τέχνας· id est:

Non adoritur viros amor tantummodo,
Et fœminas, sed ipsorum quoque Deûm
Turbat animos, & ipsum etiam aggreditur mare.

Sed ne nostra longius progrediatur oratio, dum contendimus ostendere quàm sint Græci proclues ad furtum, & in orationibus & in dogmatibus, age adducamus Hippiam Sophistam Eleum nobis aperte ferentem testimonium, qui id tractabat quod ad considerandum est nobis propositum. Qui sic dicit: Ex his fortasse dicta sunt alia quidem ab Orpheo, alia verò à Museo, alia vero ab Homero, alia vero ab aliis Poetis, alia vero in iis quæ scripta sunt soluta oratione: alia quidem à Græcis, alia verò à barbaris. Ego autem cum ex his omnibus ea quæ sint maxima & eiusdem generis conposuerim, hanc nouam & multiformem conficiam orationem. Vt autem & philosophiam & historiam, & dicendi etiam facultatem, seu rhetoricè ostendamus non esse immunem ab hac reprehensione, consentaneum est vt ex his quoque pauca adducamus. Nam cum diceret Alcmæon Crotoniata: ἀρχὴν οὖν ἐμοὶ δοκεῖ φυλάξασθαι ὁ ἐχθρὸν· id est, Inimicum facilius est cauere quàm amicum; Sophocles quidem scripsit in Antigone:

Τί δ᾽ ἔστιν ἔρκος μεῖζον, ἢ φίλος κακὸς; id est:

Quod maius vlcus quàm amicus fiet malus?

Dixit autem Xenophon: οὐκ οὖν ἐχθροὺς ἄλλους τινὰς βλάψειεν ἂν τις, ἢ φίλος δοκῶν εἶναι· id est: Non aliter inimicos læserit qui spiam, quàm si videatur esse amicus. Quinetiam cùm in Telepho dixisset Euripides:

Ἐλθοιεν ἔντος βαρβάρους δυσλείστους· id est:

Græci sumus, dein seruiemus barbaris?

*Thrasymachus in oratione pro Larissæis dicit:* Ἀρχελάῳ δουλεύσομεν, Ἕλληνες ὑπὸ βαρβάρῳ γεγενημένῳ est: *Archilao seruiemus, cùm simus Græci, barbaro? Cùm in suis versibus scripsisset Orpheus:*

Εσσι ὕδωρ ψυχὴ θανάτῳ δ' ὑδάτεσσι γενέσθαι,
Ἐκ δὲ ὕδατος γαῖα, τοῦ δ' ἐκ γαίης πάλιν ὕδωρ,
Ἐκ τοῦ δὲ ψυχὴ ὅλον αὖθις ἀλλάσσασα. *id est:*
*Lympha anima est, sed mors est commutatio lymphis:*
*Ex lympha tellus, lympha ex tellure reuertit.*
*Ex illa autem anima est integrum quæ aera mutat.*

*Heraclitus, ex his, ea quæ ab ipso dicta sunt componens, scribit:* Ψυχῇσι θάνατος ὕδωρ γενέσθαι, ὕδατι δὲ θάνατος γενέσθαι· ἐκ γῆς δὲ ὕδωρ γίνεται, ἐξ ὕδατος δὲ ψυχή· *id est, Animis mors est aquæ fieri: aquæ autem mors est, fieri terram: ex terra autem fit aqua, ex aqua verò anima. Iam verò cùm dixisset Athamas Pythagoricus:* ὕδωρ γενέσθαι πάντος ἀρχὴ, καὶ πρῶτα πάντων πυρὸς ὕδωρ, ἄπηρ, γῆ· *id est, Sic oriebatur vniuersi principium, & sunt radices quatuor, ignis, aqua, aer, terra: ex his enim gignuntur ea quæ gignuntur. Agrigentinus sic versibus scripsit Empedocles:*

Τέσσαρα γὰρ πάντων ῥιζώματα, πρῶτον ἄκουε·
Πῦρ τε ὕδωρ καὶ γαῖαν ἠ δ' ἀπλετον ὖψος ἀέρος.
Ἐκ τούτων γὰρ πάντ' ἐστὶ τά τ' ἦσται. *id est:*
Cunctarum rerum radices quatuor extant:
Ignem primum & aquam, & terram, deinde æthera summum
Ex his præterita, & præsentia, quæque futura.

*Et cum diceret quidem Plato:* Δι' ὃν τοίνυν καὶ θεοὶ πάντων ἀνθρώπων ἐπιτροπεύουσιν, ὃς ἂν δι' ὀλίγου τοῦτο παθεῖν ἀπαλλάττηται τοῦ ζῆν· *id est: Propterea dij prope qui norunt homines, quos putant, eos à vita celerius liberant. Menander dixit:*

Ὃν οἱ θεοὶ φιλοῦσιν ἀποθνήσκει νέος. *id est:*
Dei quem amant, excedit is vita iuuenis.

*Cùm autem in Oenomao scriberet Euripides:* τὰ μὲν παρόντα τοῖς παροῦσι σαφῆ· *id est:* Ea præsentibus futura conijcimus. *In Phœnice autem:* τὰ μὲν παρόντα τοῖσιν παροῦσιν σαφῆ· *id est; Obscura indiciis deprehenduntur verisimiliter. Dicit Hyperides:* ἀδήλων ἀνάγκη τοῖς διδάσκουσι τὰ τεκμήρια λαμβάνειν τοῖς ἐμβάσι ζητεῖν· *id est: Quæ sunt autem obscura, necesse est eos qui docent inquirere signis, & iis quæ sunt probabilia. Et cum rursus dixisset Socrates:* δεῖ δὲ τὰ μέλοντα τοῖς προγεγενημένοις τεκμηρεῖσθαι· *id est: Coniectanda autem sunt futura ex ijs quæ prius facta sunt. Andocides non dubitat dicere:* χρὴ γὰρ τὰ ἐσόμενα τοῖς γεγενημένοις τεκμαίρεσθαι τοὺς μέλοντας ἴσεσθαι· *id est, Oportet ea quæ futura sunt ex ijs quæ prius facta sunt, vti tanquam signis futurorum. Præterea cum dixisset Thognis:*

Χρυσὸν καὶ ἀργύριον ἔστιν ἀνὴρ ἀγαθὸς ἐλέγξαι·
Κύρνε, καὶ ἐξευρεῖν ῥηϊδίως ἀνδρὶ σοφῷ·
Εἰ δὴ φίλος τόσος ἀνδρὸς ἐὼν τύχοι ἀλλοτρίῳ νόῳ
Ψευδὴς ἐών, δόκιμος δ' ὢν φρεσὶν ἔνδον ἔχῃ·
Τοῦτο θεὸς καθόλου τοι πούτσε ζωροτῆσι
Καὶ γνῶναι πάντων τοῦτ' ἀνιαρώτερον. *id est:*
Argentum reprobum, atque aurum falsæve monetæ,
Non ægrè sapiens vir reperire queat.
Mentem



Mentem autem chari num pectore fallat amici
Callidus, atque intus corda dolosa tegat,
Qua non à superis res est magè reproba, nosse
Inter res omnes est magè difficile.

*Euripides quidem:*

Ὦ Ζεῦ, τί δῆτα χρυσὸς ἰδὼν δόκιμος ἰδεῖν,
Τεκμὴς' ἀνθρώποισιν ἅπασι σαφῆς·
Κιβδηλὸς δ' ὅταν ᾖ τ' ἀνὴρ δολίαν
Οὐδεὶς χαρακτὴρ ἐμπέφυκε σώματι. *id est:*
O Iupiter, quid adulterinum quod fiet
Aurum, dedisti aperta signa inter homines:
Sed quo queat signo malus cognoscier,
Est insitus nullus character corpori.

*Hyperides autem ipse quoque dicit:* χαρακτὴρ ψυχῆς ἔνδικος ἔστι τοῖς πρώτοις τῶν ἀγαθῶν· *Id est: nullus animi character est in vultu hominibus. Rursus cùm dixisset Stasimus:*

Νήπιος, ὃς πατέρα κτείνας παῖδας καταλείπει. *id est:*
Stultus qui patrem occîdit, gnatósque relinquit.

*Dicit Xenophon,* ὁμοίως γάρ μοι νῦν φαίνομαι πεποιηκέναι, ὡς εἴ τις πατέρα ἀποκτείνας, τοὺς παῖδας οὐκ ἐῴη τίνειν· *id est, Perinde mihi videor fecisse, vt si quis occiso patre eius filios pepercerit. Et cum dixisset Sophocles in Antigone:*

Μαῦδοι τι δ' ἐν ἅιδου καῖδες τετυγμένον
Οὐκ ἦ' ἀδελφὸς ὡς ἂν ἀλαθέσθαι ποτέ. *id est:*
Nam pater & mater cui sunt in inferis,
Fieri nequit frater vt illi germinet.

*Dicit Herodotus:* μαῦδος γὰρ παῖδος οὐκέτ' ἔστιν ἀδελφεὸν ἄλλον ἔχων· *id est, Nam cùm pater & mater non sint amplius, fratrem non habebo. Præter hæc cùm scripsisset Theopompus:* δὶς παῖδες γίνονται γέροντες τῷ λόγῳ, *id est: Bis pueri senes recta ratione. Et ante eum Sophocles in Peliæ:* Πηλέα τ' αἰδέσιμον ἐν δόμοις μέσοις
Γηροτροφῶ ἐγὼ μόνη παρθένος νεᾶς.
Πέλλην γὰρ αὐδᾷ τοῦτο κἀπιχωρίους ἀνήρ· *id est:*
Gnatum Aesei Pelea ego sola in ædibus
Similiter erudio, nutrio, atque instituo,
Rursus puer namque est quisquis consenuit.

*Dicit orator Antipho:* γηροβοσία γάρ ἐστι περὶ ὀψὲ παιδεία· *id est Senis, enim educatio est sera pueri educationi. Quinetiam Philosophus quoque Plato:* ἀρ' οὖν ὁ γέρων ἀνὴρ δὶς παῖς γίνεται· *id est, Senex ergo, vt dicitur, bis fuerit puer. Porrò autem cùm dicat Thucydides:* μαραθωνόμαχοι μόνοι πρῶτοι ἐκινδύνευσαν· *id est, Marathonitæ soli prius periculum adierunt. Dicit Demosthenes:* οὐ γὰρ ἐν μαραθῶνι πρότερον ἐκινδύνευσαν· *id est, Nequaquam per eos qui Marathone prius periculum adierunt. Sed nec illa dimittam, quod cum Cratinus dixisset in Pene:* τὸν μὲν ἔκπωμα τοῦτο γνώσεσθαι· *id est: Apparatum quidem ex aquo cognoscetis. Andocides orator dicit:* τὸν μὲν κατηγορικὸν ἀγῶνα καὶ τὴν σπουδὴν τῶν ἐχθρῶν ἅπαντες ἴστατε· *id est, Apparatum quidem, ô Iudices vehemensque animi studium & contentionem aduersariorum meorum omnes propemodum scitis. Similiter etiam Nicias in oratione de Deposito, aduersus Lysiam:* τὸν μὲν κατηγορικὸν ὦ τὸν σπουδὴν τῶν ἐχθρῶν ἅπαντες ἴστε· *id est, Apparatum quidem aduersariorum, & animi studium & contentionem videtis Iudices. Et post eum Æschines*

dicit: πλὴν ὅσῳ ἐγκεκυλιόμεθα τῇ ἀληθείᾳ καὶ τῇ ἐπιστήμῃ. id est, Apparatum quidem vtdetis, ô viri Athenienses, & veluti instructam aciem. Rursus cùm dixisset Demosthenes: ὅσον μὲν οὖν ἅπασι ἀνθρώποις ἐστὶ τέλος τοῦ βίου ὁ θάνατος καὶ ἂν ἐν οἰκίσκῳ τις αὐτὸν κατείργῃ, τοῦτο id est, Quantum quidem, ô viri Athenienses, fuerit in hac causa studium & quam solicita postulatio ac prehensatio, existimo vos omnes propemodum sensisse. Et Philemon similiter: ὅσον μὲν οὖν ἅπασι διήκει τοῦ πονεῖν καὶ τῆς ἐπιστήμης γνῶναι καὶ τῆς ἀληθείας πέρι, τοσοῦτον ἴσθι καὶ τοῦ νοεῖν ἠξιῶσθαι. id est: Quantum quidem fuerit, ô Iudices, studium, & qualis veluti aciei instructio, & adornatio in hac causa dicenda, neminem vestrûm ignorare existimo. Rursus cùm dixisset Isocrates: ὥσπερ τὴν χρημάτων, ἀλλ' οὐκ ἐκείνης συγγενῆς ὑπῆρχε. id est, Perinde atque si esset pecuniæ cognatus, non illius. Lysias dicit in Orphicis: καὶ φανερὸς γέγονεν οὐ τὸ σωμάτων ὑπάρχον ἀλλὰ τὸ δόξῃ χρημάτων. id est, Et planum factum est eum non esse cognatum corporum, sed pecuniæ: Nam cùm etiam carmine dixisset Homerus:

Ω πέπον, εἰ μὲν γὰρ πόλεμον περὶ τὸν δὲ φυλόντες
Αὖθι δὴ μέλλοιμεν ἀγήρω, ἀθανάτω τε
Ἔσσεσθ', οὔ τέ κεν αὐτὸς ἐνὶ πρώτοισι μαχοίμην,
Οὔτε κέ σ' ἐς πόλεμον μαχέσιμον εἰς κυδιάνειραν,
Νῦν δ', ἔμπης γὰρ κῆρες ἐφεστᾶσιν θανάτοιο
Μυρίαι, ἃς οὐκ ἔστι φυγεῖν βροτὸν, οὐδ' ὑπαλύξαι,
Ἰωμεν· ἠέ τῳ εὖχος ὀρέξομεν, ἠέ τις ἡμῖν. id est

Si cùm vitata à nobis esset hæc alea belli,
Essemus senij expertes mortísque futuri,
Non inter primos vellem hancce capescere pugnam,
Prælia sed nec ego te nunc præclara iuberem
Ingredier, verùm innumeras cùm sæua pararunt
Mortis fata vias quæ impendent, posse caueri
Nec datur, insignis nobis agè fama paretur
Pugna, aut ex nobis alij ingens gloria detur. *Scribit Theopompus:*

Εἰ μὲν γὰρ ἦν ἡμῖν καὶ χιλιοστὸν τοῦ παρόντος ἀγῶνος φυγοῦσιν ἀδεῶς ἀφῖχθαι τὸ ὕστερον χρόνον, οὐκ ἂν ἦν θαυμαστὸν φιλοψυχεῖν· νῦν δὲ πολλῶν μὲν ἤδη καὶ μεγάλων ἀγώνων ἐκπεφευγόσιν ἡμῖν ἐπὶ τοὺς μαχεῖσθαι παρεσκευασμένοις δοκεῖν. id est, Nam si cùm præsens quidem vitassemus periculum, liceret reliquum tempus securè transigere, non esset mirandum si vitæ essemus cupidi: nunc autem vitæ nostræ tot sunt ingenerata imminentque pericula fatalia, vt mortem in prælio oppetere, videatur esse magis optandũ. Quid verò, an non cùm Chilo quoque Sophista dictũ illud enunciasset: ἐγγύα, πάρα δ' ἄτα. id est, Sponde, noxa præsto est. Epicharmus eandem sententiam alio nomine protulit dicens: ἐγγύα ἀπὸ θυγατρὸς ἐγγύα δὲ ζημίας. id est, Sponsio est noxæ filia, sponsio autem damni. Quinetiam cùm medicus scripsisset Hippocrates: σκοπεῖν δὲ δεῖ καὶ ὥραν χρόνου καὶ ἡλικίην καὶ νόσους. id est, Respicere oportet, & tempus & regionẽ, & ætatẽ, & morbos. Dicit Euripides in hexametro: Τηρεῖ φρὴν ὅσοι δ' ἀγαθοὶ κρίνειν

Πρὸς τὰς διαίτας τοὺς νοσοῦντας πόλιν
Τὸν μὲν ἰδόντας, τοὺς νόσους σκοπεῖν χθονός. id est:

Quicunque rectè autem sciunt mederier,
Hos rationem victus cùm respexerint,
Et regionem ciuium, morbos discernere.

*Rursus cùm dixisset Homerus:*

Μοῖρα δ' ὅτῳ φθιμένοιο πεφυγμένος ἠμὲν ἀνδρῶν. id est:

Dico nulli hominum parcam vitare licere.





*Dicit Archinus:* πᾶσι μὲν ἀνθρώποις ὀφείλεται ὁ θάνατος, ἢ πρότερον, ἢ ὕστερον. id est: Debetur mors omnibus hominibus, aut prius, aut posterius. Et Demosthenes: πᾶσι μὲν γὰρ ἀνθρώποις τέλος τοῦ βίου θάνατος· κἂν ἐν οἰκίσκῳ τις αὐτὸν κατείργῃ, τοῦτο id est, Nam omnibus quidem hominibus vitæ finis est mors, etiamsi quis seipsum seruet inclusum in domuncula. Et cùm dixisset Herodotus, vbi aiebat de Glauco Spartano Pythiam dixisse τὸ τε θεῖον ἐὸν καὶ τὸ ποιῆσαι ἴσον γελοῖον. id est: In Deo perinde esse dicere ac facere. Dixit Aristophanes: θύεται γὰρ ἴσον τῷ ὄντι τὸν νοῦν. id est, Tantumdem valet, mente agitare atque agere. Et ante eum Eleates Parmenides: τὸ γὰρ αὐτὸ νοεῖν ἐστί τε καὶ εἶναι. id est: Idem est enim mente agitare & esse. An non etiam cùm Plato dixisset: ἡμεῖς δὲ τοῦτο δείξομεν ἴσως ἐκ ἀπόπτου, ἴσως δὲ καὶ ἐγγύθεν· τὸ μὲν γὰρ ἐρᾶσθαι ἀρχὴ μὲν ἔρωτος, ἔρωτος μὴν δὲ τὸ πάθος ἐλπὶς· δόξα δὲ μᾶλλον τῆς ἐλπίδος μνήμη δὲ τῆς δόξης. id est: Nos autem hoc fortè ostendemus non absurdè, quòd visus quidem est amoris principium: affectionem autem spes minuit, alit verò memoria, conseruat autem consuetudo. Scribit Philemon Comicus:

Ὁρῶσι πάντες πρῶτον· εἶτ' ἐθαύμασαν·
Εἶτ' ὑπενόησαν. εἶτ' ἐλπὶς' ἐπῆλθεν. id est:

Primum vident omnes, dein subit admiratio:
Deinde contemplantur, & dein spes venit.

Ita fit ex his amor. Quinetiam cùm dixisset Demosthenes: πᾶσι γὰρ ἡμῖν ὀφείλεται ὁ θάνατος ὀφείλεται. Omnibus enim nobis debetur mors, & quæ deinde consequuntur. Scribit Phanocles in libro qui inscribitur Amores aut Pulchra,

Ἀλλά τοι μειρόκιόν γ' ἐμὲ λύπη, οὐδέ πως ἔστι
Ἐκφυγεῖν· ὁπόσοι γὰρ ἔπι φερόμεσθα. id est:

Sed nec caueri vllo modo Parcæ queunt
Alma à quibuscunque terra depascitur.

Porrò autem inuenies quoque quod cùm dixisset Plato: Cuiusuis enim plantæ primum quod rectè ortum est germen, ad suæ naturæ virtutem est præcipuum: appositum finem imposuerit. Historicus scribens: Quinetiam nulli plantæ agresti est à natura insitum vt mansuescat, vbi veram ætatem præterierint. Et illud Empedoclis:

Ἦ μὴν γὰρ πάντ' ἐγὼ γενόμην κοῦρός τε κόρη τε
Θάμνος τ' οἰωνός τε καὶ ἐξ ἁλὸς ἔλλοπος ἰχθύς. id est:

Ipse ego namque fui per olim, deinde puella,
Arbustum, & volucris, mutus quoque in æquore piscis.

Euripides transcribit in Chrysippo: θνητὰ δ' οὐδὲν τῶνδ' γνωρίζω. id est: Quæ gignuntur nihil mirantur: sed dum aliud ab alio discernitur, aliam formam ostendit. Et cùm Plato in libris de rep. dixisset, mulieres esse communes, Euripides scribit in Protesilao.

Κοινὸς γὰρ ἔσται πᾶσι γυναικείων λέχος. id est,

Ergo esse communem & torum fœmineum.

Quinetiam cùm scriberet Euripides:

Ἐπὶ τοῖς γ' ἀρκοῦσιν ἱκανὰ τοῖς γε σώφροσιν. id est:

Quæ sunt enim satis, sufficiunt temperantibus.

Apertè dicit Epicurus: πλοῦτος οὐσίας αὐτάρκειαν πᾶσαν. id est, Esse contentum, res est omnium diuitiæ. Et rursus scribente Aristophane:

Βίοτον ἕξεις τὸν ἐμὸν δίκαιος ὤν
Χωρὶς τε θορύβου καὶ φόβου ζῶντος καλῶς. id est,

Si iustus es, vitam habebis stabilem,
Viues bene expers & tumultus & motus.

*Dicit Epicurus :* Δικαιοσύνης καρπὸς μέγιστος, ἀταραξία. *Iustitiæ fructus maximus, est vacuitas perturbationis.* [d] *Atque furti quidem Græcorum, quod attinet ad sententiam, species cùm sint huiusmodi sufficiant ad exemplum euidens ei qui potest perspicere. Iam verò non sententias solùm & dictiones suffurati esse & per paraphrasim enunciasse sunt deprehensi, vt ostendetur, sed etiam furta integra habere aperte arguentur. Nam cùm quæ erant aliorum, tota omnino surripuissent, enunciarunt tanquam propria, vt Eugammon Cyrenæus, ex Musæo librum integrum de Tesprotis, & Pisander Camirensis Pisini Lydij Heracleam, & Panyasis Halicarnassæus à Cleophilo Samio Oechaliæ captiuitatem. Inueneris Homerum quoque magnum illum Poëtam, illos versus:*

Οἷον δὲ ξίφος ἶρηξ ἀιὴν ἐξεβάλλετο λαιψηρὸν id est:

Atque vt vir nutrit ramum viriditantis oliuæ.

*& quæ deinceps consequuntur, ad verbum transtulisse ex Orpheo de deleto Dionysio. & quæ ab Orpheo in Theogonia facta sunt de Saturno:*

Κοῦρ' ὑπερμήστας παχυμήλου αἰγὸς, καὶ δίμυιος ὕπνος

Ἡρέψατο μάστωρ.— id est:

Atque is transuersa crassa ceruice iacebat,
Illum cuncta domans & somnus cœperat.

*Homerus transtulit ad Cyclopem. Hesiodus autem scribit de Melampode:*

Ἠδὲ δὲ καὶ τὸ πρίν, ἔτι ὄσσα θνητοῖσι πέλονται,

Ἀθάνατοι φυλάσσει τε καὶ ἐσθλὸν τίκτεμεν ἔσαγλε, id est:

Facta autem à superis quæ sunt parêre lubenter
Par homines, prauiatque mali, clarissimi sunt hæc Signa.

*& quæ deinceps consequuntur, quæ ad verbum accepit à Musæo Poëta. Aristophanes autem in primis Thesmophoriazusis, versus transtulit ex Comœdia Cratini, cui nomen Empripameni, id est, exusti. Plato autem Comicus & Aristophanes in Dædalo à seruicem surripiunt. Cocalum autem qui apud factus fuerat à Poëta Aristophane, Comicus Philemon, cùm eum paululum immutasset, exit in Comœdia quæ* Ὑποβολιμαῖος *inscribitur, id est, suppositicius. Hesiodi autem carmina cùm in solutam transmutassent orationem, ediderunt tanquam sua, Eumelus & Acusilaus historiographi. A Melesagora autem est suffuratus Gorgias Leontinus, & Eudemus Naxius historici, & præterea Bion Proconnesius, qui etiam veteris Cadmi res gestas transcripsit, eas in summam redigens: & Amphilocus & Aristocles, & Leandrius, & Anaximenes, & Hellanicus, & Hecatæus, & Androtion, & Philochorus. Dieuchidas autem Megaricus, orationis principium traduxit ex Hellanici Deucalionia. Taceo Heraclitum Ephesium, qui plurima accepit ab Orpheo. A Pythagora autem immortalem esse animam auulsit Plato: ille autem ab Ægyptijs. Multi quoque Platonici scripta literis mandauere, quibus ostendunt, vt in principio diximus, & Stoïcos, & Aristotelem plurima & præcipua dogmata accepisse à Platone. Quinetiam Epicurus à Democrito præcipua dogmata surripuit. Atque hæc quidem ita se habeant: vita enim me deficiet si velim sigillatim persequi Græcorum furta, quæ à nimio sui amore profecta, & quemadmodum pulcherrimorum quæ sunt apud ipsos decretorum sibi vendicant inuentionem, quam à nobis acceperunt.* [e] *Iam verò non solum conuincuntur à barbaris dogmata surripere, sed ea etiam imitari quæ apud nos diuina virtute ab ijs qui sanctè vixerunt dum nostri curam gerebant, fiebant admirabiliter & præter opinionem, ea tanquam Græcas fabulas prodigiosè narrantes. Atque eos quidem reprehendimus, verane ea quæ scribunt esse dicant, an falsa. Sed falsa quidem non dicent, non enim seipsos sua sponte maximè damnabunt stultitiæ, quòd falsa scribant, sed vera esse confirmant.*



*Et quomodo eis adhuc videntur incredibilia, quæ per Mosen & alios Prophetas facta sunt miracula? Omnium enim hominum curam gerens Deus omnipotens, alios quidem præceptis, alios verò minis, & nonnullos quidem signis prodigiosis, aliquos verò beneficijs promissis, conuertit ad salutem.* [f] *Verumenimuero cùm diuturna siccitas Græciam aliquando afflixerat, & fructuum esset maxima sterilitas, qui remanserant, inquiunt propter semen Delphos supplices venientes, rogarunt Pythiam quomodo liberarentur à tam grauis calamitate. Ea respondit, calamitatis vnum esse remedium si vterentur precibus Æaci. Ei ergo morem gerens Æacus, cùm in Græcum montem ascendisset, mundis in cœlum extensis manibus communem Deum inuocans precatus est vt afflictæ misereretur Græciæ. Simul atque cœpit precari, fulgur statim tonitru insonuit, & totus cœr circumcirca fuit abductus nubibus. Vehementes autem & continui imbres erumpentes totam impleuere regionem. Hinc efficitur abundans & copiosa fructuum feracitas, Æaci, quæ agricultura ipsar fuere, impetrata precibus. Et inuocauit, inquit Samuel Dominum, & dedit Dominus voces & pluuiam in die messis. Vides vnum esse Deum qui per subiectas potestates pluit super iustos & iniustos. Plena est autem nostra Scriptura Dei exaudientis, & vnamquamque efficientis petitionem, per iustorum orationes.* [g] *Rursus narrant Græci, quod cùm Etesiæ venti aliquando deficerent, Aristæus in Ceo sacrificarit Ioui Isthmio: maxima enim erat calamitas: qui cùm ardore omnia conflagrarent, & venti non spirarent qui solebant fructus refrigerare, eos facilè reuocauit,* [h] *Delphi autem, cùm Xerxes bello inuasisset Græciam, dixisset autem Pythia,*

Εὐ δελφοὶ λισσέσθ' ἀνέμους τοὺς λάτρους ὀπάσαι id est:

Orate ô Delphi ventos, meliúsque se habebit.

*altari posito, & ventis facto sacrificio, eos habuere adiutores. Nam cùm circa Sapiadem promontorium spirassent vehementer, vniuersæ classis Persicæ apparatum contriuere. Empedocles quoque Agrigentinus* κωλυσανεμίας id est, venti prohibitor, *fuit cognominatus. Dicitur quidem certè quod cùm ex monte Agrigento grauis quidam aliquando spiraret ventus, qui non solùm morbos importabat incolis, sed Leonem etiam vxoribus erat causa sterilitatis, fecit vt is cessaret. Quocirca ipse quoque scribit in versibus:*

Γαῖαν δ' ἀκάματον ἀνέμου κόλος, ὃν τ' ἐπέπαλτο

Ὀρσάμενοι ὑπάτοιο κελαρύζεσκον δὲ ῥοῆες. id est:

In efflorum ventorum flamina tolles,
Qui spirando hominum perdentes arua fatigant. *Et rursus:*

Εὖτ' ἰθύνῃσθα. πάλιν, ἢ ἐθέλῃσθα, τὰ θύελλα. id est:

Cùmque voles, eadem tu rursus flamina pones.

[i] *Dicebatque aliquos quidem eum sequi qui opus habebant diuinationibus, alios verò qui grauiùs morbis diuexati fuerant.* [k] *Atque iustos quidem & curationes & signa & miracula fecere, ex nostris credidere scripturis. Si enim aliquæ virtutes seu potestates mouent ventos, & imbres distribuunt, audiant Psalmographum: Quàm dilecta tabernacula tua* Psal. 8
*Domine virtutum. Is virtutum & principatuum & potestatum est Dominus, de quo dicit Moses: vt cum eo simus, & circumcidetis durum cor vestrum, ceruicem vestram non amplius indurabitis. Dominus enim Dominorum & Deus Deorum, Deus magnus &* Deut. 10.
*fortis, & quæ deinceps sequuntur. Et Esaias: Tollite, inquit, in altum oculos vestros, & videte quis hæc omnia fecerit.* [l] *Porrò autem dicunt aliqui pestilentias, & grandines, & procellas, & quæ sunt his similia, non fieri ex sola materiali egestate ordinis, sed solere etiam fieri per aliquam iram dæmonum vel angelorum non bonorum. Iam verò aiunt magos qui sunt Chaldæi, obseruantes sublimia nubium quæ erant grandines eiaculaturæ, canticis &*

*sacrificiis iram depellere. Quòd si fortè eis quandoque defuerit animal, suo cruentato digito sacrificant. Mantinica quoque Diotima, Athenienſibus qui ſacrificauerant ante peſtilentiam, effecit vt morbus differretur decem annis. Sicut etiam Epimenidu Cretenſis ſacrificia, ipſis Athenienſibus in tantum tempus bellum Perſicum diſtulerunt. Exiſtimant autem nihil referre an has animas Deos dicamus, an Angelos. Iam verò eos qui ſunt eorum doctrinæ periti in multis templis tanquam Deorum ſtatuas, omnes ferè mortuorum loculos poſuere. Dæmones quidem vocantes eorum animas, docentes eas coli ab hominibus, vt quæ diuina prouidentia propter vitæ puritatem poteſtatem acceperint, vt ad hominum miniſterium obſeruata locum qui eſt circa terram. Sciebant enim aliquas animas ex naturâ teneri corpore. Sed de his quidem cùm agetur de Angelis, procedente ſcripturâ ſuo tempore differemus. Democritus autem ex cæli & ſublimium rerum obſeruatione multa prædicens, cognominatus fuit Sapientia. Cùm itaque eum benignè excepiſſet frater Damaſus, ex quibuſdam ſtellæ cæptæ coniecturâ, prædixit futuram multam pluuiam: atque illi quidem ei credentes, fructus collegerunt: nam cùm eſſet adhuc æſtas, erant in areis: alij autem omnia amiſerunt, cùm maxima & inopinata ingruiſſet pluuia. Quomodo autem ſunt Græci adhuc non credunt apparuiſſe Deum in monte Sina, quo tempore ardebat quidem ignis nihil conſumens ex eis quæ naſcebantur in monte: & tubarum ferebatur ſonitus, qui abſque vllis inſpirabatur instrumentis? Ille enim Dei in montem deſcenſus, eſt aduentus diuinæ poteſtatis quæ peruadit omnem mundum, & prædicat lucem ad quam non patet aditus. Talis enim eſt allegoria quæ eſt ſcripturæ conueniens. Cæterùm viſus eſt ignis, vt ait Ariſtobulus, cùm totus populus, qui erat non minus quàm centum myriadum, præter pueros & ætate minores, circa montem eſſet congregatus: eſſet autem montis ambitus non minor quàm quinque dierum. Peruenientes locum viſionis, eis omnibus in orbem vtpote caſtrametantibus, viſus eſt circumcirca eorum ignis. Quo ſit vt deſcenſus minimè fuerit loco terminatus: Deus enim eſt vbique. Dicunt autem ij quoque qui conſcripſerunt hiſtorias, eſſe in Britannia inſula quandam ſpeluncam montis ſubiectam, in faſtigio autem hiatum: cùm autem ventus incidit in ſpeluncam, & in ſinu foſſæ alliditur, audiri ſonum cymbalorum quæ numeroſè pulſantur. Sæpe autem eorum in ſyluis quoque mouentur folia, per repentinum & denſum ſpiritus impetum, editur ſonus auium cantui ſimilis. Cæterùm ij qui compoſuere Perſica, in locis quæ in Magorum regione ſunt eminentiora, referunt tres montes in longo campo deinceps eſſe poſitos: eos autem qui locum tranſmittunt, cùm ad primum quidem montem peruenerint, audire vocem confuſam, veluti clamantium non paucorum millium hominum, perinde ac ſi eſſent in acie: ad medium autem cùm venerint, maiorem ſimul & euidentiorem ſtrepitum apprehendere: tandem autem audire in fine canentes pæana, perinde ac qui victiſſent. Cuiuſuis autem ſoni cauſa eſſe, vt exiſtimo, & locorum leuitas & concauitas. Reiectus itaque qui eſt ingreſſus ſpiritus, vt eundem locum procedens, ſonat vehementius. Et hæc quidem ita ſe habent. Deus autem omnipotens, eiſi nihil ſit ei ſubiectum, poteſt vocem & viſionem auditu ingenerare, ſuam indicans maieſtatem, præter ea quæ ſolita ſunt naturalem habere conſequentiam, ad conuertendam eam quæ nondum credit animam, & accipiendum id quod datur præceptum. Cùm audiam eam quæ nondum credit animam, & accipiendum id quod datur præceptum. Cùm autem eſſet nubes & mons altus, quomodo non poterat diuerſus exaudiri ſonitus, dum per opitulantem cauſam moueretur ſpiritus? Quamobrem dicit etiam Propheta: Vocem verborum vos auduiſtis, & ſimilitudinem non vidiſtis. Vides quemadmodum vox Dominica, Verbum expers figuræ, Verbi virtus, Verbum Domini lucidum, veritas quæ de cælo venit deſuper ad congregationem eccleſiæ, operabatur perlucidum continens miniſterium.*

Exod. 20.

Deut. 5.

COMMEN-



## COMMENTARIVS.

*Hæc autem ſextus ſimul & ſeptimus.* Primum proponit Clemens quæ in his duobus libris ſequentibus ſit tractaturus, deſcribit enim quæ ad mores pertinent, & quod ſit eius inſtitutũ, qui eſt cognitione præditus, qui ſcilicet ex fide procedente habet cognitionẽ, ex eo deinde arripit occaſionem reprehendendi, Græcos, nempe gentes incredulas, quod exiſtimarent eos qui ex fide habent cognitionẽ eſſe ἄθεους, id eſt, impios & à Deo alienos, quod falſos eorũ Deos non colerent: hoc vt intelligant, docet ſummatim quis ſit modus eorum religionis, & quæ pertinẽrad ſcripturam citra vllum periculum memoriæ mandandam, meditari autem ſcripturã, & in ea verſari vocat Clemens conuenienter verbis Domini, operari cibũ *Ioan. 6.* qui non perimanet in vitam æternã. Sola enim ſacra eſt eiuſmodi, vt qui eam rectè concoquit & digerit perueniat ad vitam æternam: cæteræ verò ſcripturæ ſunt ſimiles iis cibis qui momento temporis intereunt, ſine vllo ad vitam æternam profectu. Ea ſcriptura olim ſolũ diſcebatur à Iudæis, qui Dei erant populus peculiaris, ſed poſtea Chriſti aduentum fuit etiam communicata gentibus. Sed ea non intelligitur niſi docetur, docetur autem Eccleſia quæ in vnam fidem congregatur ex lege, id eſt ex Hebræis, & ex gentibus: Beati ſunt autem qui hanc docent Eccleſiã quæ conſtat ex Hebræis, & gentibus. Bobus autem qui ſunt mundi aſſimilantur Hebræi, propter patrũ traditionem: Aſinus autem immundis generis propter Idololatriam, vt diuus Hieronymus in illud Eſai; Beati qui ſeminant ſuper omnes aquas, immittentes pedẽ bouis & aſini. *Eſa. 32.* Seminant autẽ qui ſacram docent ſcripturam, non aliter enim docetur, quam ſi verbum Dei ſeminetur, ex cuius cum autem docet ſcripturam, is eſt firmus, vt qui ſolidum comedat cibum manentem in vitam æternam: qui non docetur, eſt infirmus, & ideo olus comedit, quod eſt cibus qui facilè cõſumitur. Quoniam *Rom. 14.* autem Prædagogo tractarat de moribus, ne de iis rurſus tractare videretur ſuperuacaneũ, eam tractationem dicit fuiſſe veluti quandam catecheticam inſtitutionem, & præparationem ad ſcientiam quæ præbet veram cognitionẽ. Cùm autem oſtendiſſet falli Græcos qui exiſtimabant eos qui fidei doctrinam accepere, à diuino cultu abhortere & eſſe ἄθεους, id eſt à Deo alienos, ſoluit dubitationes quæ in eos mouentur à Græcis & barbaris. Porro autem dicit in ſuis Stromatibus, non eſſe res diſtinctas, per diuerſas ſeparatas ab inuicem alterius generis, vt fecerunt nõnulli qui ſuos libros variis inſcripſere titulis, erudita quædã in eis congerentes, ſed ita variaſſe Stromata, iis quæ ſibi venerunt in mentẽ, quæ permiſtim diſperſa eſſecerunt quaſi quandã prati ſpeciem, vt in quo nullus ſeruetur ordo, nec vllus adhibeatur ornatus orationis. Sunt autẽ hæc omnia vocabula, prata, helicones, fani, & pepli, metaphoricè ſumpta, tituli librorũ à doctis viris inſcriptorũ, in quibus continebantur varia, ſed ſelecta, non autem nullo ordine, & ſine ornatu ſcripta, ſtromata. Dicit autẽ Stromatum cõmentarios, & ad ipſum authorem excitandum eſſe aptos, & eum qui admittit ad cognitionẽ, qui ſi in eos inciderit, non ſine labore inquiret id quod eſt vtile. Nam vt laborem precedere cibũ oportere dicit Hippocrates, ita qui per arctam viam ad æternam tendit ſalutem, non ſine labore peruenit ad cognitionem. Noſtra autẽ cognitio eſt ipſe Chriſtus in quem tranſplantamur ex veteri in nouũ, & ita ex veteribus hominibus, id eſt carnalibus, efficimur homines noui, id eſt ſpirituales. Illa autẽ in Chriſtũ trãſplãtatio efficit, vt ſimus fœtiles, & bonos fructus feramus, id eſt bona operemur. Duplex autẽ eſt cognitio, & communis id eſt ea qua per ſenſum ſenſile ſubiectum cognoſcit quiliber: & ea quæ eſt excellens, per quã facultates rationales cognoſcuntur, ſe iis quę cadunt ſub intellectũ per nudam animæ operationem abſque vllo ſenſuum adminiculo purè & ſincerè applicantes. Quæ eſt perſpicuũ non eſſe Clementem in ea ſententia, in qua eſt Ariſtoteles, qui dicit nihil eſſe in intellecta, quod non prius fuerit in ſenſu. Qui hanc habet cognitionẽ, miſetetur eorum qui ſunt in errore, colunt idololatræ, & qui falſos Deos colunt, & verbo veritatis eos impertit adducens ad fidẽ. Eos autem qui ſacra non temerè verba effutit, ſed ea ponderat cũ iudicio, prudentérque & conſideratè loquitur, prouidè cogitans & ratiocinans, cũ dicat Dauid, diſpergere & dare pauperibus, pauperes autẽ ſunt qui laborant inopia Dei cognitionis. *Vtriſquam autem aggrediamur.* Cùm quid in duobus libris ſequentibus tractaturus eſſet, propoſuiſſet, & rẽ ipſam iam eſſet aggreſſurus, prius ei viſum eſt quinto libro finẽ eſſe impoſitũ. Nam cum iam docuiſſet ſymbolicam doctrinam non ſolum eſſe apud Hebræos, ſed etiam apud Græcos eam ab ipſis ſuffuratos, reſtaréque vt hanc arcanam & myſticam doctrinam doceret etiam eſſe apud myſteriis initiatos, de ea quidẽ tractare differt, donec veniat ad eũ locum, vbi agitur de principiis ad oſtendendum Græcos eſſe fures plurimum faceret, ſi eos nõ ſolum ab aliis, ſed etiã à ſuis philoſophis furtiuæ eſſe planũ faceret, primum quidem dicit per quãdam veluti occupationem, philoſophos quoſdam furtiuæ ſectæ ne mẽrito cenſerentur ingrati, confeſſos eſſe præcipua ſua de moribus dogmata accepiſſe à Socrate, deinde aliquot adductis claris viris & magnis, eis opponit alios poſteriores qui ſingulatim ſingulis eorũ ſunt ſuffurati: his peractis dicit ſe rediturũ ad inſtitutũ, primum autem dicit Homerũ ab Orpheo eſſe ſuffuratum. *Nam cum feciſſet.* Hũc vſque oſtendit Græcos tam Poëtas quam Philoſophos & Oratores & hiſtoricos ſententias & dictiones à ſe inuicem eſſe ſuffuratos. Nunc autẽ eſt oſtenſurum eos & per circumlocutionẽ multa à ſe inuicẽ ſurripuiſſe, & aliorum libros ab illis oblatos tãquam ſua ſibi vendicaſſe. *Atque furti quidem Græcorum quod.* Poſtquam oſtendit Græcorum furta non ſolum in verbis & ſententiis, ſed etiam in verſibus & libris integris, quos à ſe inuicem ſunt ſuffurati, tranſit ad aliud furti genus, nẽpe quod præter ea quæ iam dixit ipſos ab Hebræis eſſe ſuffuratos, multa quoque tãquam vera ſunt commenti, imitati eos qui diuina virtute apud nos fecerunt miracula. Sic autem dicit. *Iam vero non ſolum conuincuntur à barbaris.* Seipſos ſtultitiæ arguunt Græci, qui vera eſſe dicunt quæ commenti ſunt apud ſe facta miracula Hebræos imitati, incredibilia autẽ eſſe dicunt, quæ à Moſe facta ſunt & Prophetis. Deus enim rerũ omnium curam gerens, nõ ſolum præceptis & minis, ſed etiam ſignis & prodigiis, & promiſſis ducit ad ſalutẽ. *Verumtamen numero cum diuturna fœcitas Græciam.* De Æaco legi apud Ouidium in Metamorphoſi, quod cum peſte immiſſa à Iunone cõſumpta eſſet Ægine plebs, quod Æacus precibus à Ioue impetrauerit, vt amiſſus repararetur populus. Quod factũ eſt formicis in homines conuer- *Met. 7.*

sis, sed quod Æaci precibus effectum sit, vt cælitus daretur pluuia, qua fames & totius regionis sterilitas propulsaretur, non alibi legi. Non est tamen dubium quin Clemēs suum habuerit authorem, quem tamen non citauit. Ex hoc autē miraculo ostendit Clemens Græcos accepisse ex sacris scripturis, quod iustorum precibus impetrentur petitiones, & propulsentur mala & calamitates. [a] *Ratio autem aeris Graec.* Diodorus Siculus scribit Aristeum Apollinis & Cyrenes filium, pestilentia per Græciam grassante in *plu autem cum Xerxes.* Sepiadis promontorij in Magnesia meminit & Plinius lib. 4. cap. 9. & Strabo lib. 9. iuxta id promōtorium factus est totus apparatus classis Persicæ, cum Delphi facto ventis sacrificio mitigati placassent. *Empedocles quoque Agrigentinus.* Scribit Diogenes Laërtius Empedoclem Agrigentinum etiam hisce aliquando vehementer flantibus, adeò vt fruges corrumperentur, iussisse asinos excoriari, easque corio ventribus, eos collibus & montium verticibus affixisse ad flatus cohibendos, ventis autem obsequentibus, à rei euentu dictum esse ἀσκωλιάζειν, id est venti prohibitorem. [b] *Atque iustitiam quidem & cæremonias.* Hæc ceperunt Græci à nostris scripturis quod iusti efficiant curationes, signa & miracula. Exuerunt non vi viribus faciunt, sed à Deo suis impetrātes precibus, qui est primus & summus author omnium, Dominusque virtutum & potestatum omnium, nempe Angelorum, quorum ministerio maximè pars operaruntur, quæ iusti & sancti à Deo suis impetrant orationibus. [c] *Porrò multi dicunt alios.* Iusti quidem de sanctis, & curationes, & signa, & miracula faciunt ministerio virtutum seu angelorum, cum ea Deum impetrarint precibus. Sed qui hæc iustis & sanctis præstāt, sunt bonæ virtutes seu boni Angeli. Sunt autem non solum bonæ virtutes seu boni Angeli, sed etiam malæ quæ dicuntur etiam mali Angeli & Dæmones. Tantum autem abest vt eorum ministerio curationes, signa, & miracula iusti faciant, vt ij sæpe causæ efficientes pestis, grandinis & tempestatis, quas irati hominibus inferunt, cum tamen eiusmodi materialis sint vnordinatiorēs vapores & exhalationes. Hæc cum fierīt Dæmonibus ministrantibus, Magi, qui habitabant Cleonis, quæ sunt oppidum non longe ab Argo & Mycenis situ, quos vocat Homerus ἐυκτιμένας, quod pulchrè & eleganter sint ædificatæ, cum æterem contemplantes, videntes autem minari grandinem, ad iram dæmonum depellendam & carmina cantabant, & sacrificia faciebant. Cum autem non fiant sacrificia sine sanguine, si fortè eis deesset animal quod mactarēt, suo digito incidebant guine sacrificabant. De Diotima autem Mantinica quę Athenienſibus tredecim annos pestem abstulit, *Plat. in Conv. Plut. dial. 1. de leg.* lie scribit Plato, Diotima, olim sacris decimo ante pestem peractis morbi dilationem dedit. Idem vero inducit Ciniam de Epimenide Cretensi sic dicentem: Epimenides decem annis ante bellum Persicum Dei oraculo monitus ad vos peruenit, & quædam sacrificia Dei oraculo edita fecit, Athenienſibus Persicam formidantibus classem, prædixit decennio Persas nequaquam venturos, sed & posthumos detinerent infectate discessuros, pluraque perpessuros mala quam fecerint. Ex autem male patrando mali Angeli, cum & viuant & sint, incorporeæ sunt animæ. Dicunt autem quidam ex Græcis ibi referre, dicantūrne dij an angeli, qui sunt autem inter Græcos, nempe gentes, Theologi, mentionem culos posuerunt in templis, tanquam deorum statuas, eorum autem animas vocantes Dæmones, eas colendas esse ab hominibus, vt quæ propterea quod vitam purè & sanctè egerint, sint dignæ præfecti ministerio hominum. Et hæc quidem dicunt quidam Græci de bonis & malis Angelis, Dæmonibus, De iis autem sic dicit Origenes, nostri Clementis discipulus in libris suis περὶ ἀρχῶν. Omne quod est rationabile & ratio, in terminos statutaque declinat, sine dubio per præuaricationem mutabile, citur in peccato. Est ergo omnis creatura rationabilis laudis & culpæ capax: laudis, si semetipsum nem quam in se habet ad meliora prospiciat: culpæ si rationem rectiq; tenorem declinet, propriæ recte se etiam præmiis & suppliciis subiacet: quod etiam de ipso Diabolo & his qui cum ipso sunt, & de cuntur eius Angeli, sciendum est &c. De iis autem plura dicere differemus in eum locum, quo Clemens dicit se tractaturum de Angelis. Quod autem dicit Clemens de Democrito, qui ex casu fortuito mium rerum speculatione futurum coniecit pluuiam, in eius vita nihil dicit Laërtius, tantum scribit Damasi liberalitate sustentatam fuisse eius inopiam. [d] *Quomodo autem sunt Graeci.* Exodi 8. & 19. narrat Moses quod ad legem ferendam descendecit Deus in montem Sina, qui tempore & igne quidem in monte, nihil omnino consumens ex iis quæ nata erant, & audiebatur clangor tubæ, cum nullo inspiraretur instrumento, hæc videbantur Græcis incredibilia: dicit autē Clemens, non esse quod ea non credant, cum non minus admirabilia ab eis narrentur miracula. Quod Deus autem dicatur descendere, non ideo est existimandum Deum locum occupare, qui nullo termino comprehenditur, tantum significari aduentum diuinæ potentiæ, quæ totum mundum peruadit, & in igne apparuit Moses prædicat inaccessibilem. Quod autem Deus sit interminatus, arguit & maxima hominum multitudo quæ ardentem vidit ignem, & esset, vt scribit Aristobulus, montis quinque dierum ambitus. Deus autem nullo circumscribitur interuallo qui est vbique. [e] *Dicunt autem quoque.* Ex iis quæ & ex Britannico & Persicis adducit historiis, in quibus narrantur fieri ingentes sonitus, & ex cantu auiū qui ferūt Aphrodite motu foliorum per repentinum & densum spiritum, ostendit non esse mirum quod Deus efficiens, vt tubæ sonus absque vllis instrumentis audiretur. Quæ in Britannico monte quidem cui subiecta est Iuna, & in Persicis illis magorum fiebant montibus, modo quidem insolito, sed naturaliter fiebant, & non sine subiecto. Deus autem ad vocem edendam nullo opus habet subiecto. Quanquam non desunt quidem subiectum, cum esset nubes & mons altus. Ea autem faciebat Deus, vt conuerteret animas eorum qui non credebant, vt quæ eis dabantur præcepta acciperent. Vocem autem illam operabatur Dei Verbum, qui est veritas è cælo descendens, & veniens ad Ecclesiæ congregationem, vt per latissimum propinquum ministerium, nempe per ignem lucentem qui prope est.

[a] INVENERIMVS *autem aliud quoque testimonium, ad confirmandum, quòd dum præstantissimi Philosophi pulcherrima ex iis quæ sunt apud nos dogmata sibi vendicarint,*



*ceperint, ijs se veluti iactent & glorientur: nempe quòd ex alijs quoque barbaris quædam decerpserint quæ conferunt ad vnamquamque sectam, maximè autem ex Ægyptijs, cùm alia, tum dogma de migratione animæ in corpora. Ægyptij enim propriam quandam suam persequuntur philosophiam. Hoc autem maximè ostendunt sacræ eorum cæremoniæ. Primum enim procedit cantor, vnum aliquod afferens ex symbolis musicæ. Eum dicunt oportere accipere duos libros ex libris Mercurij, ex quibus vnus quidem continet hymnos Deorum, alter verò rationes vitæ regiæ. Post cantorem verò procedit horoscopus, qui in manu habet horologium & palmam, symbola & signa Astrologiæ. Eum libros Mercurij qui tractant de Astrologia, qui quidem sunt quatuor numero, oportet semper habere in ore. Ex quibus vnus quidem est de ordine inerrantium quæ videntur astrorum, alter verò de coitu & illuminatione Solis & Lunæ, reliqui de eorum ortu. Deinceps autem progreditur ἱερογραμματεύς, id est, scriba sacrorum, pennas habens in capite, & librum in manibus & regulam, in qua est & atramentum ad scribendum, & iuncus quo scribunt. Hunc oportet scire & ea quæ vocantur hieroglyphica & mundi descriptionem, & geographiam & ordinem Solis & Lunæ, & quinque errantium, Ægyptique chorographiam & Nili descriptionem, & descriptionem instrumentorum ornamentorumque sacrorum, & locorum eis consecratorum, mensuræque, & ea quæ sunt eis vtilia. Deinde post eos qui prius dicti sunt, sequitur qui dicitur ὡρολόγος, id est, ornator, qui habet & iustitiæ cubitum, & calicem ad libandum. Is scit omnia quæ vocantur παιδευτικὰ, id est, ad disciplinam & institutionem pertinentia, & μεταδοτικὰ, hoc est, pertinentia ad ritum mactandorum vitulorum. Sunt autem decem quæ pertinent ad honorem eorum qui sunt apud eos Deorum, & Ægyptiam continent religionem: nempe sacrificia, primitiæ, hymni, preces, pompæ, dies festi, & quæ sunt his similia. Post omnes exit Propheta, qui in sinu apertè gestat hydriam: quem sequuntur qui emissos panes portant. Is, vt qui sit sacrorum præfectus, edidicit libros decem qui vocantur Sacerdotales: continent autem de legibus, & Dijs, & vniuersa Sacerdotum disciplina. Propheta enim apud Ægyptios præest etiam distributioni vectigalium. Sunt ergo quadraginta duo libri Mercurij valde necessarij, ex quibus triginta quidem & sex, qui continent omnem Ægyptiorum philosophiam, edidicunt ij qui ante dicti sunt: reliquos autem sex παστοφόροι, id est, qui gestant pallium, vt qui pertineant ad medicinam, nempe de constructione corporis, & de morbis, & de instrumentis, & medicamentis, & de oculis, & postremò de mulieribus. Et res quidem Ægyptiorum, vt paucis dicam, sunt ridiculi. [b] Indorum autem philosophia fuit ipsa quoque valde celebrata. Alexander quidem certè Macedo, cùm Indorum decem cepisset Gymnosophistas qui videbantur esse optimi & præstantissimi, sermonisque breuitate cæteris antecellere, quæstiones eis proposuit, eum qui non apte respondisset se esse de medio sublaturum minatus. Et cùm ex ijs quidem maximum natu respondere iussisset, is quidem primus examinatus, vtros existimet esse plures, viuosne an mortuos: viuos dixit, non esse enim mortuos. Secundus autem, terrāne an mare maiores aleret belluas: terra, inquit, nam eius quoque pars est mare. Tertius autem, quodnam est animantium callidissimum, quod hucusque non fuit cognitum: Homo, inquit. Quartus autem rogatus, quanam ratione moti, Sabba, qui erat eorum princeps, impulissent ad defectionem: respondit, volentes eum vel honestè viuere, vel male mori. Quintus autem rogatus, vtrum existimet fuisse priorem, diem an noctem: vno die, inquit. Dubiarum enim quæstionum necesse est etiam esse dubias dubitationes. Sextus autem rogatus, quanam ratione fieri posset vt quis maximè diligeretur: si cùm sit, inquit, potentissimus, non fuerit terribilis. Septimus autem, rogatus quomodo ex hominibus fieret Deus aliquis: si ea, inquit, fecerit quæ fieri non potest vt homo faciat. Octauus autem interrogatus, quid*

sit fortius, vita an mors: vita, inquit, quæ tam multa mala ferat. Nonus autem examinatus, quousque bene sit homini viuere: quousque, inquit, non existimet melius esse mori quàm viuere. Cùm autem iussisset Alexander vt decimus quoque diceres aliquid, erat enim Iudex, alius, inquit, alio dixit deterius. Cùm autem dixisset Alexander: ergo tu quoque murieris primus, qui hæc iudicas. Et quomodo, inquit, ô Rex, verus, fueris, qui dixeris te primùm eum esse interfecturum qui pessimè respondisset? Et quòd totius quidem scripturæ Græci dicti sint fures, satis, vt opinor, pluribus ostensum est indiciis. c Quod autem Deum, norunt, non per agnitionem, sed per qualemcunque eius manifestationem, Græcorum praweitegant. stantissimi, dicit Petrus in prædicatione: Cognoscite ergò vnum esse Deum qui fecit omnium principium, & finis habet potestatem, & qui non cadit sub aspectum, qui omnia videt: qui cùm capi non possit, omnia capit, nullius indigens, cuius indigent omnia, & per quem sunt omnia, qui comprehendi non potest, æternus, ab interitu alienus, non factus: qui omnia fecit verbo virtutis suæ, scripturæ, inquam, cognoscentis, hoc est, filij. Deinde subiungit: Hunc Deum colite, non vt Græci, vtpotè quòd eundem quem nos, colant Deum, qui sunt viri probi apud Græcos, sed non perfecta & absoluta cognitione, vt qui à filio data non didicerint traditionem. Non ergo dixit, Ne colatis Deum quem Græci, sed non colatis vt Græci: Dei cultus modum mutans, non autem alium annuncians. Quis autem sit, Non colatis vt Græci, ipse Petrus annunciabit, subiungens: Quoniam dum seruatur ignorantia, & Deum nesciunt vt nos perfecta cognitione, cùm potestate quam dedit vobis vsum, formassent ligna & lapides, æs & ferrum, & aurum & argentum, ex ipsorum materia & vsu, & quæ substantiæ seruia sunt excitassent, ea colunt: & quæ eis Deus dedit in cibum, volucres cæli, & maris natatilia, & terræ serpentes, & feræ, cum agri pecoribus quadrupedibus, mustelásque & mures, feles & canes & simias, & proprios hominibus cibos sacrificant, & mortua mortuis offerentes tanquam diis, in Deum sunt ingrati, per hæc ipsum esse negantes. Et quòd ita feratur, vtpotè quòd nos ipsi & Græci eundem Deum nouerimus, sed non similiter, sic rursus inferet hoc modo: Neque enim in Iudæi: etenim illi soli se Deum nosse putantes, nesciunt se adorare Angelos & Archangelos, mensem & Lunam: & nisi Luna apparuerit, non agunt sabbatum quod dicunt primum, neque agunt neomeniam, neque azyma, neque festum, neque magnum diem. Deinde eius quod quæritur infert colophonem: Quare vos quoque sanctè & iustè quæ vobis Deut. 5. tradimus discentes, seruate, nouè Deum per Christum colentes. Inuenimus enim in Scripturis, sicut dicit Dominus: Ecce facio vobis testamentum nouum, non vt secundum priores, sicut dicit Dominus: Ecce facio vobis testamentum nouum, non vt secundum priores vestros in monte Choreb. Nouum dedit nobis testamentum: quæ enim sunt Iudæorum & Græcorum, sunt vetera. Nos autem qui nouè ipsum tertio genere colimus, sumus Christiani. Apertè enim, vt arbitror, ostendit vnum & solum Deum, à Græcis quidem gentiliter, à Iudæis autem Iudaicè: nouè autem à nobis cognosci & spiritualiter. d Permanet autem ostendit quòd idem Deus suppeditauit vtrunque testamentum, qui etiam Græcis dedit Græcam philosophiam, per quam omnipotens à Græcis gloria afficitur. Est autem hoc quoque manifestum. Ex Græca quidem certè disciplina, & ex Regali in vnum genus populi cui salus datur, congregantur qui fidem admittunt, non tempore diuisi tribus populis, neque triplices existimet naturas, sed diuersis eruditis testamentis, cum sint vnius Domini, vnius Domini verbo. Nam quòd quomodo Deus Iudæos saluos esse voluit, dans eis Prophetas: ita etiam Græcorum spectatissimos propriæ suæ linguæ Prophetas excitatos gratia pere poterat Dei beneficentiam, à vulgo secreuit, præter Petri prædicationem, declarabit Paulus Apostolus dicens: Libros quoque Græcos sumite, agnoscite Sibyllam, quomodo vnum Deum significet, & ea quæ sunt futura: & Hystaspen sumite & legite, & inuenietis Dei filium



filium multò clarius & apertius esse scriptum, & quemadmodum aduersus Christum multi Reges instruent aciem, qui eum habent odio, & eos qui nomen eius gestant, & eius fideles, & eius tolerantiam & aduentum. Deinde vno verbo nos interrogat: Totus autem mundus, & quæ sunt in mundo, cuius sunt, nonne Dei? Præterea dicit Petrus Dominum dixisse Apostolis: Si quis ergo velit ex Israël duci pœnitentia, & propter nomen eorum credere in Deum, remittentur ei peccata post duodecim annos. Egredimini in mun- Hæc præter dum, ne quis dicat, Non audiuimus. Sed vt in tempore nunc venit prædicatio, ita in tempore data quidem est lex & Prophetæ barbaris: philosophia autem Græcis, aures assuefaciens scripturas, ad prædicationem. Dicit itaque Dominus qui saluum fecit Israel: Tempore accepto ex- Esai. 49. audiui te, & in die salutis tibi dedi auxilium: dedi te in testamentum gentium, vt inhabitares terram, & possideres hæreditatem, dicens iis qui sant in vinculis: Egredimini, & vt reuelareris iis qui sunt in tenebris. Si enim vincti quidem sunt Iudæi, quibus etiam dixit Dominus, Egredimini ex vinculis qui vultis, dicens eos qui sua sponte sunt vincti, & qui one- ea, inquit, toleratu difficilia in se per humanam susceperunt impositionem, clarum est quòd qui sunt in tenebris, ij sunt qui habent principem animæ partem defossam in cultu simulachrorum. Nam iis quidem qui erant iusti ex lege, fides deerat. Et ideo cùm eos curaret Dominus, dicebat, fides tua te saluum fecit. Iis autem qui erant iusti ex philosophia, non solum opus erat fide in Dominum, sed etiam vt discederent à cultu simulachrorum. Iam verò reuelata eis veritate, ipsi quoque pœnitentia ducti sunt propter ea quæ fecerant. e Quamobrem prædicauit Dominus iis quoque qui erant apud inferos. Dicit quidem cer- e ij Scriptura: Dicit infernus perditioni, eius quidem speciem non vidimus, eius autem Iob. 28. vocem audiuimus. Non locus vtique voce accepta, dicit ea quæ prius dicta sunt, sed ij qui sunt collocati apud inferos, & seipsos tradiderunt ad exitium, tanquam ex naue aliqua se sua sponte in mare proiicientes. Ipsi verò sunt qui diuinam audierunt virtutem & vocem. Nam qui sanæ mentis, & iustorum & peccatorum animas esse existimauerit in vna condemnatione iniustitiæ, maculam infundens prouidentiæ? Quid verò, an non significant Dominum annunciasse Euangelium, & iis qui perierant in diluuio, vel potius vinculi fuerant, & iis qui in præsidio continebantur & custodia? Ostensum est autem in secundo quoque Stromate, Apostolos consequenter Domino, iis quoque qui erant apud inferos annunciasse Euangelium. Oportebat enim, vt existimo, sicut hic, ita illic quoque, optimos ac præstantissimos discipulos esse magistri imitatores, vt vnus quidem, eos qui erant ex Hebræis, alij verò gentes deducerent ad conuersionem, hoc est, eos qui in iustitia quæ est ex lege & ex philosophia vixerant quidem, sed non perfectè, sed cum errore & prolapsione vitam transegerant. Hoc enim diuinum decebat consilium & prouidentiam, vt qui in iustitia maiorem habuere dignitatem & merita, & præ cæteris egregiè vixerunt, & eorum quæ peccarunt ducti sunt pœnitentia, etiamsi sint in alio loco, cùm extra controuersiam sint in eorum numero qui sunt Dei omnipotentis, salui fierent per propriam vniuscuiusque cognitionem. Operatur autem, vt existimo, Seruator, quandoquidem est eius opus seruare & saluum facere: quod quidem certè fecit, vt qui eos qui in ipsum voluerint credere, per prædicationem, vbicunque essent, traxerit ad salutem. Si ergo Dominus nulla alia de causa descendit ad inferos, quàm vt annunciaret Euangelium, sicut certè descendit: aut descendit vt annunciaret omnibus, aut solis Hebræis. Atque si omnibus quidem, salui erant omnes qui crediderint, etiamsi sint ex gentibus, cùm iam illic confessi fuerint. Sunt enim salutares, & quæ erudiunt, Dei castigationes, adducentes ad conuersionem, & poenas pœnitentiam eligentes quàm mortem: idque cùm possint animæ purius perspicere, quæ sunt liberæ à corporibus, etiamsi obscurentur vitiis & perturbationibus, eò quòd amplius se

non eis opponat & eas impediat caruncula. Sin autem Iudæis solùm annunciauit Euangelium, quibus defuit ea quæ est per Seruatorem agnitio & fides, clarum est vtique quòd cùm apud Deum nullus sit personarum respectus, Apostoli quoque sicut hic, ita etiam illic, annunciarunt Euangelium iis qui ex gentibus apti erant ad conuersionem. Et rectè dictum est à Pastore: Descenderunt ergo eorum in aquam, sed ij quidem descendentes reuertentes, & viuentes ascenderunt: illi autem qui prius dormierant, mortui descenderant, viuentes autem ascenderunt. Iam verò dicit etiam Euangelium, surrexisse multa corpora eorum qui dormierant, vt qui videlicet translati essent in meliorem locum. Fuit ergo generalis quidam motus & translatio per Seruatoris dispensationem. Iustus autem non differt à iusto, quatenus est iustus, siue is fuerit ex lege, siue Græcus: non enim Iudæorum solum, sed etiam omnium hominum est Deus dominus, propinquius autem eorum pater qui conuenerunt. Si enim honestè viuere, est etiam legitimè viuere: & vitam agere rationi consentaneam, est viuere ex lege: qui autem rectè vixerunt ante legem, in fidem sunt reputati, & iusti sunt iudicati: clarum est quòd iis etiam qui cùm extra legem essent, rectè vixerunt prouocis proprietatem, etiamsi in inferis essent & in custodia, exaudita voce Domini, vel ipsa per se, vel etiam quæ operabatur per Apostolos, mox conuersi fuerint & crediderint. Meminimus Dominum esse Dei virtutem, & fieri non posse vt virtus vnquam succumbat. Sic existimo ostendi bonum quidem esse Deum: potentem verò Dominum salutem dare cum iustitia & æqualitate in eos qui conuertuntur, siue hic, siue etiam alibi. Non hoc enim solùm peruenit virtus operatrix, sed est vbique, & semper operatur. [1] Iam verò in Petri prædicatione dicit Dominus ad discipulos post resurrectionem: Elegi vos duodecim discipulos, iudicans esse me dignos, quos voluit Dominus, & fideles ratus esse Apostolos, mittens in mundum ad annunciandum Euangelium hominibus qui sunt in orbe terrarum, vt cognoscant vnum esse Deum, per meam Christi fidem futura significantes, vt qui audierint & crediderint, salui fiant. Qui autem non crediderint, cùm audierint testimonium, vt qui non possint se excusare dicendo, non audiuimus. Quid ergo, non eadem apud inferos fuit eadem œconomia & dispensatio, vt illic quoque omnes animæ audita prædicatione, aut ostendant pœnitentiam, aut propterea quòd non crediderunt, iustum iudicium esse supplicium? Esset autem non leuis iniquitatis, eos qui ante aduentum Domini cessissent, cùm nec eis fuisset annunciatum Euangelium, nec in credendo vel non credendo vlla posset in eos culpa conferri, vel salutem assequi, vel puniri. Neque enim fas est eos quidem indicta causa fuisse condemnatos: solis autem eis qui fuerunt post eius aduentum frui diuina licuisse iustitia. Omnibus autem animis ratione prædictis desuper dictum est: Quæcunque vestrum fecit aliquis in ignoratione, Deum apertè non cognoscens, si ea agens ductus fuerit pœnitentia, ei omnia peccata remittentur. Ecce enim, inquit, posui ante faciem vestram mortem & vitam, vt eligatis vitam: ad comparationem electionis diuinæ. Deus posuisse, non ambo feciſſe. Et in alia dicit scriptura: Si me audieritis & volueritis bona terræ comedetis: sin autem me non audieritis, neque volueritis, gladius comedet vos. os enim Domini hæc locutum est. Rursus autem apertè Dauid, vel potius Dominus per personam sancti (est autem is vnus à mundo condito, quicunque diuersis temporibus per hominem fuit & erit saluus) Lætatum est cor meum & exultauit lingua mea. Præterea autem caro quoque mea in spe habitabit, inquit. Quoniam non derelinques animam meam in inferno, neque dabis sanctum tuum videre corruptionem. Notas fecisti mihi vias vitæ. Implebis me lætitia cum vultu tuo. Quomodo ergo est præciosus populus Domino, ita populus sanctus est omnis cum Iudæo, etiam is qui ex gentibus conuertitur, qui prædicabatur prius. Meritò ergo dicit scriptura bouem & vrsum simul futuros. Nam hos quoque dictus

Deut. 30.

Esai. 1.

Psal. 15.

Esai. 11.



dictus est Iudæus, ex animali quod à lege subiugo iudicatum est mundum, quandoquidem bos & fissam habet vngulam, & ruminat. Gentilis autem significatur per vrsam, quæ est animal immundum & agreste. Parit autem animal carnem informem, quam lingua sola effingit in similitudinem animalis. Verbo enim formatur ad hoc, vt ex vita ferina mansuescat, qui conuertitur ex gentibus. Iam autem mansuefactus, ipse quoque vt bos sanctificatur. Iam verò dicit Propheta: Sirenes me benedicent & filiæ struthionum, & omnes bestiæ agri. Ab immundis animantibus bestiæ agri cognoscuntur, hoc est, mundi: quoniam eos qui in fidem sunt agrestes, & vita sordidi, nec ea quæ est ex lege iustitia purgati, appellat feras. Mutati autem ex eo quod est esse feras, per fidem dominicam sunt homines Dei, ex eo quòd velint mutari, primùm ad hoc quòd fiant proficientes. Aliot enim adhortatur Dominus, aliis verò qui iam sunt aggressi, & manum præbet & trahit. Non enim personam respicit & reueretur qui est omnium dominus: neque curat magnitudinem, quoniam ipse fecit magnum & paruum, & similiter omnibus prouidet, & omnium curam gerit. Dauid quoque dicit: Sin autem infixæ sunt etiam gentes in interitu quem fecerunt. In hoc laqueo quem abscondunt comprehensus est pes eorum. Sed fuit Dominus refugium pauperi, adiutor in opportunitate & afflictione. Opportunè ergo nunciatum est Euangelium iis qui sunt in afflictione. Et ideo dicit: Annunciate in gentibus studia eius, ne iniustè iudicentur. Si ergo iis qui erant in carne, propterea annunciauit Euangelium, ne iniustè condemnentur: quomodo non etiam iis qui excesserunt ante eius aduentum, propter eandem causam annunciauit? Iustus enim Dominus, & iustitiam dilexit, rectitudinem vidit vultus eius. Qui autem diligit iniustitiam, odio habet animam suam. Si ergo in diluuio periit omnis caro peccatrix, eis castigatione redeunte in disciplinam, primùm quidem voluntatem Dei, quæ vim habet erudiendi & operandi, credendum est dare salutem iis qui conuertuntur. Deinde etiam anima quæ est res longè subtilior, minimè potuerit affici ab aqua quæ est crassior, vt quæ propter subtilitatem & simplicitatem minimè superetur, quæ etiam appellatur incorporea. Quod autem crassum fuerit à peccato incrassatum, hoc vnà cum spiritu carnali abiicitur, qui concupiscit aduersus animam. [2] Iam verò eorum quoque qui communitatem inducunt & commendat, princeps Valentinus, in ea quæ est de amicis homilia, scribit ad verbum: Multa ex iis quæ scripta sunt in libris publicis, inueniuntur scripta in Dei ecclesia. Hæc enim sunt inania verba quæ à corde proficiscuntur. Lex quæ scripta est in corde, ea est populus dilecti, qui diligitur, & ipsum diligit. Libros autem communes dicit, vel scripturas Iudaicas, vel scripturas philosophorum: communem autem facit veritatem. Isidorus quoque Basilidis simul filius & discipulus, in primo libro expositionum Prophetæ Parchor, ipse quoque scribit his verbis: Dicunt autem Attici quædam fuisse significata Socrati, dæmone eum consequente. Dicit etiam Aristoteles, omnes homines vti dæmonibus, qui eos sequuntur eo tempore quo migrant in corpus, propheticam hanc accipiens doctrinam, & eam ponens in suis libris, non confitens vnde hanc sumpsisset orationem. Et rursus in secundo eiusdem operis sic scribit: Nec existimet aliquis, quod dicimus esse proprium electorum, hoc fuisse prædictum ab aliquibus Philosophis. Non est enim hoc eorum inuentum, sed cùm sumpsissent à Prophetis, id tribuerunt ei qui est sapiens ex eorum sententia. Et rursus in eodem: Mihi enim videtur eos qui sibi vendicant philosophiam, vt discant quid sit quercus alata, & varium quod in ea est pallium, quæcunque allegoricè dixit Pherecydes in Theologia, sumens ex prophetia Cham. Fundamentum autem, vt olim adnotauimus, non dicimus eam quæ in vnaquaque hæresi suscipitur vitæ institutionem, sed id quod verè est philosophia, rectè artificiosam sapientiam, quæ præbet experientiam eorum quæ sunt in



Psal. 9.

Psal. 10.

*vita. Sapientiam autem, solidam diuinarum & humanarum rerum cognitionem, firmam quandam & stabilem, & quæ non potest excidere, comprehensionem, & quæ comprehendit ea quæ sunt, & præterita, & futura: quam nos docuit per suam præsentiam & per Prophetas Dominus, estque eiusmodi vt non possit excidere, vt quæ à Verbo sit tradita. Eaque omnino vera est voluntate, vt quæ sit cognita per filium: & partim quidem est æterna, partim autem tempori vtilis: & partim quidem vna est & eadem, partim autem multæ & indifferentes, & partim quidem est absque vllo motu patibili, partim autem cum patibili apprehensione: & partim quidem perfecta, partim verò indigens. Hanc ergo sapientiam concupiscit philosophia, animæ & verbi rectitudinis, & vitæ puritatis, quæ est beneuole affecta in sapientiam, & omnia facit vt eam consequatur.*

## COMMENTARIVS.

[a] INVENERIMVS *autem aliud quoq; testimonium ad confirmandum.* Vt facilius credatur ex sacris scripturis suffuratos esse Græcos, ostendit eos non solum ab Hebræis, sed etiã ab aliis Barbaris esse suffuratos. Ex iis primo refert Ægyptios, à quibus acceperũt animæ immortalitatem, & in varia corpora transmigrationem, quam vocant μετεμψύχωσιν, hoc dogma acceperunt Ægyptij ex Æthiopibus, vt testis est Herodotus libro secundo, ab Ægyptiis autem Pythagoras, à Pythagora autem Plato, sibi tamen non semper consentiens. Quæ autem dicit hic Clemens de Ægyptiorũ ritibus & cæremoniis, nonnulla accersit ex Herodoto & Diodoro Siculo, sed plurima ex Philisto Siracusano qui Ægyptiacam historiã duodecim libris est persecutus, qui extabant tempore Clementis, nostro non extãt, licut nec illi quadraginta duo libri Mercurij ter Maximi, qui quam præclara scripserit, ostendunt paucula quæ superiunt. [b] *Iudæorum autem Philosophia fuit ipsa.* Non solum ab Ægyptiis, sed etiam ab Indis suffurati sunt Græci. Erant autem apud Indos Philosophi celeberrimi, Gymnosophistæ, & Brachmanes, ad quos doctrinæ causã multi profecti sunt Græci. De iis multa inuenies apud Apollonium Tyanæũ, sed de iis quæstionibus, quas ipse proposuit Alexander Rex Macedonum, vix apud alium inuenies quàm nostrum Clementem, qui multos legit authores, qui nostris non extant temporibus. [c] *Quod autẽ Deum norunt.* Quod hic dicit Clemens præstantissimos Græcos Deum cognouisse non per cognitionem, sed per manifestationem ita conuerti, quod Græcè est πεῖσιν) existimo ita esse intelligendum, eos Deũ non nosse per agnitionem, id est per traditionem quæ Dei certã exhibet cognitionem quam habent Christiani, sed per manifestationem, per quam scilicet Deus cognoscitur, ex operibus congruenter ei. quod dicit Paulus ad Romanos, quod notum est Dei manifestãt illis, Deus enim illis reuelauit. Inuisibilia enim ipsius, à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta cõspiciuntur: sempiterna quoque eius virtus & diuinitas &c. Hæc autem præscriptio, quam citat Clemens, non habetur in numero scripturarum canonicarum, sic enim inquit Eusebius lib. 1. historiæ Ecclesiasticæ, Ille libellus qui dicitur Actus Petri, & quod nominis causa Euangelium nuncupatur: sed & quæ dicitur eius prædicatio vel reuelatio in scripturis rursus Canonicis non habetur, sed ne aliquis quidem scriptorum veterum vti eorum testimoniis inuenitur. Sic Eusebius loquitur. quod non sint hi quidem libri Canonici, vix est vllus hodie qui dubitet. Quod autem nullus horum scriptorum eorũ testimonio vsus sit, falsum esse arguit Clemẽs, qui Petri prædicationis testimonium non solum vtitur: quæ quam non sit reiicienda, ostendunt ea quæ citantur à nostro Clemente. Quod autem hoc loco Petrus videtur significare, Notum esse Deum & Græcis, & Iudæis, & Christianis, sed non eodem modo. [d] *Ostendit quod idem Deus suppeditauit.* Pergit Clemens ostendere quidnam docuit Petrus in sua prædicatione, & Paulus in aliquo apocrypho libro qui non extat, nempe quod idem Deus qui vult omnes homines saluos fieri, vetus testamentum dederit Iudæis, nouum autem Græcis & gentibus ad Christum conuertendis: philosophiam autem Græcis ab eo dicit & Iudæos suos accepisse Prophetas, & Græcos Sibillam, & alios Prophetas in sua lingua præstantissimos, quos à vulgo separauit. Quisquidem sit ille qui fuit Rex Medorum, & insignis vates, quem sumere & legere iubet Paulus: eius meminit Galenus in 3. Dialogo suæ poëticæ Philosophiæ. Dedit autẽ & legem Hebræis & Græcis philosophiam, eos adhortans ad audiendã Euangelij prædicationẽ, dicit autem fuisse quod ad mores attinet, iustos & ex Iudæis & ex Græcis, sed neutris perfectam fuisse iustitiam, Hebræis enim defuisse fidem, Græcis autem praeter fidem, id quoque defuisse, quod à cultu idolorum essent liberandi, quę tenebant vinctam principem partem animæ partem. Reuelatn autem eis veritate, & susceptã fide, opus etiã fuit, vt peccata quæ admiserant, se admisisse ægrè ferrent. Quod autem ex Græca & regali disciplina dicit populum congregandum fidem, quidnam per regalem intelligat, non mihi satis occurrit, nisi forte per excellentiam doctrinam designet Platonicã, quæ continetur ὡ λόγῳ βασιλικῷ, id est, in oratione quę inscribitur Regalis, seu Regnum

[a] *Quemadmodum prædicauit Dominus.* Quod Christus descenderit ad inferos, credat necesse est quisquis credit symbolo Apostolorum, in quo diserte verbis dicitur, descendit ad inferna. Quod autem iis qui erant apud inferos prædicauerit, testatur Petrus in prima sua Epistola, cùm dicit de iis qui fuerant dediti luxuriis, libidini & voluptati, qui reddent rationẽ ei qui paratus est iudicare viuos & mortuos. Propter hoc enim & mortuis Euangelizatum est, vt iudicentur quidem secundũ homines in carne, viuant autem secundum Deum in spiritu, quod futurum prædixit Iob dicens, Dixit infernus perditioni: Eius quidem (nempe verbi) speciem nõ vidimus, eius autẽ vocem audiuimus. Per metonimiã autem accipitur infernus, pro iis qui sunt apud inferos, sed quæritur quibusnam sit prædicatum. Et respondet Clemens consentiens ei quod dicit Petrus in sua prædicatione, quæ licet nõ canonica, ab eo citatur, quod cũ sit Deus omniũ, & velit omnes homines saluos, fuisse omnibus qui erant apud inferos annũciatum Euãgelium, tam iis qui cum in lege vixissent, quam iis qui cum sectati essent Philosophiam, apti erant ad fidem suscipiendam & conuersionem, Deique cognitionem, licet in suo instituto non perfectè vixissent: rursus quæritur quisnam eis prædicauerit. Respõdetur autem Christum per se prædicasse Iudæis, sicut & cum ageret in terris, Apostolos autem, sicut & hic, gentibus: Bonum quidem esse Deum qui vult omnes homines esse saluos: Christum autem esse Dei virtutem, quæ nunquam est imbecilla, & vbique & semper operatur, siue per se operetur, siue per alios. Cum sit autem Seruator, proprium est eius opus dare salutem. [b] *Iam verò in Petri prædicatione, dicit Dominus.* Petrus in sua prædicatione dicit Christum dicere Apostolis, se eos mittere per orbem terrarum ad annũciãdum Euangelium vt credant: si autem non crediderint, non possint se excusare, quod non audiuerint eandem etiã in inferis fuisse Christi œconomiam, vt qui audierint Euãgelij prædicationem agant pœnitentiam, & salui fiant, aut si non crediderint, se iustã puniri fateantur, quod non crediderint. Esset planè iniquum, si is qui ante Domini aduentum sunt mortui, cùm eis non esset annunciatum Euangelium, nec possent reprehẽdi, quod vel non credidissent, vel credidissent, tamen vel salui essent, vel supplicio afficerẽtur. Maximè cum è cælis sit eis significatũ, quod si aliquis cum Deũ non apertè sciret, per ignorãtiam peccasset, fore vt si eum peccasse pœniteret, ei omnia peccata remittentur. Eo autem fore iniquius quod cum ei sit oblatum liberum eligendi arbitrium, sit tamen ei etepta libera eligẽdi potestas. Non potest enim eligere cui nõ datur quod eligat. Fidem autem non potest eligere is cui non exhibetur quod credat, non exhibebitur autẽ quod credat nisi is prædicetur, quod sit credendũ: non exhibetur autem mortuis quod credãt, nisi eis prædicetur. Quod autem sanctis mortuis (Sancti autem sunt, qui quouis tempore fuerũt vel erunt salui per fidem) sit prædicatum Euangelium, arguit quod certam ipsem ex fide concipiant lætantes, quod sint resurrecturi, nec sit eorum anima in inferno relinquenda, nec ipsi visuri sunt corruptionem. Quod quidem etsi Dauid propriè dicat de Christo, non abs re tamen Clemens id accommodat fidelibus mortuis resurrecturis. Porro autem licet fuit olim Iudæorum populus Deo prætiosus, vt qui esset ei peculiaris, habebat tamen proselytos qui in lege instituti Deum colebant. Ita etiam qui ex gentibus conuertuntur, & sacramento fidei initiantur, quod sic vocat Clemens θεσπίσιος, sunt cum Iudæis, qui fidem acceperunt Sancti domino. [c] *Meritò ergo dicit scriptura bouem & vrsam simul futuras.* Ægrè ferebant Iudæi, quod cum essent à Deo electus populus & peculiaris, cum eis coniungerentur gentes, quibus etiam daretur salus. Eis iam respondit Clemens, non esse quod id ægrè ferrent. Nam vt olim suos habuisse proselytos, quos cum in sua eruditissent moribus & institutis in eandem ascisebant religionem. Nunc autem dicit etiam à Prophetis fuisse prædictum gentes coniungendas cum Iudæis: prædixisse etiam Esaiam bouem, & vrsam simul futuros. Quod significat si è litera mysticus eruatur sensus, fore vt simul sint Iudæi & gentes: per bouem enim qui est mundum animal, vt qui fissam habeat vngulam & ruminet, significari Iudæos: per vrsam vero, quæ est animal immundum & agreste, significari gentilem. Quodquidem est eo probabilius, quod vt vrsa parit informe animal, carnem, inquam informem, quæ lambendo efficitur animal, ita etiam qui ad fidem cõuertitur ex gentibus, verbo Dei formatus, ex fero & agresti redditur mitis & mansuetus, & vt bos Deo sacrificatur, ita mansuefactus Gentilis sanctificatur & Deo consecratur. Rursus quod apud eundem Esaiam dicit Dominus Deus; fore vt Syrenes & Struthiones cum benedicant cum bestijs agri, significat fore vt mundi & immundi eum benedicant, laudent & glorificent, id est, & Iudæi, & Gentiles, qui cum prius essent feri & agrestes, & vita plane sordidi, ea quę est ex lege, iustitia sunt purgati, & ex feris mutati facti sunt homines Dei. Mutati autem sunt & sua inducti voluntate, & paulatim, proficientes ad hoc vt fiant Dei homines. Sed mutari nõ possunt sine Dei auxilio, qui alios adhortatur, nempe eos qui mundum cœperunt mutari: aliis vero qui iam cœperunt, manum porrigit & eos trahit. Et quo est perspicuum sentire Clementem ad hominem iustificandum, & à vitio ad virtutem deducendum, conuenire Dei gratiam cum libero arbitrio. Cum autem Deus omnes fecerit, hinc fit vt nullius personam respiciat, & omnium curam gerat, & magnum nõ pluris faciat quam parvum, qui omnes velit esse saluos. Cum autem homines sua culpa in interitum, nempe peccatũ, incíderint, & in eo tanquam in laqueo sit comprehensus pes eorum, vt eis esset refugium, & eos liberaret ab afflictione, eis annunciatur Euangelium, vt culpam agnoscerent, & remedium quærerent. Annunciandi autem Euangelij hæc non minima fuit causa, vt si ei crederent, salui fierent: sin minus condemnarentur, alioqui iniustè iudicandi, si non essent admoniti vt respiscerent, & peccata sua cognoscentes, & peccasse se ægrè ferentes, venirent ad medicum, nempe ad Christum Seruatorem. Propter eandem causam, nempe ne iniustè cõdemnarentur, iis etiã qui excellerant ante eius aduentum, annunciatum fuit Euangelium. Non alia certè causa est, cur à Domino prædicetur Euangelium, quam quoniã est iustus, & iustitias diligit: iniustus autem esset si nõ prædicasset. Postquã autem multis ostendit prædicatũ fuisse Euangelium iis qui excellerãt ante Christi aduentũ, venit illi in mentẽ dubitatio cui visum est occurrendũ. Ea antè est huiusmodi: Si verũ est quod dicit Scriptura, omne genus humanũ periisse diluuio, quomodo fieri potuit, vt prædicaretur Euangelium iis qui perierant. Ad hoc affert Clemẽs duplicem responsionem. Prima est, quod sola petitio

caro peccatrix, ille autem carnis interitus fuit quædam castigatio instar disciplinæ, volente Domino, vt ea daret salutem iis qui ad ipsum conuerterentur. Secũda est, quod anima est subtilis & simplex: & idcirco dicitur incorporea: quo fit vt in eam agere non possit aqua quæ est crassa. Quod si in ea aliquid fuerit inerassatum propter peccatũ, id pereunte carne simul abiicitur cum spiritu carnali qui concupiscit aduersum animã, eam titillans & incitans ad voluptates & libidines. Cum ergo sola perierit caro & mortale corpus, superstes autem apud inferos sit anima, nihil obstat quominus ei possit prædicari Euangelium, vt non iustè damnetur. [b] *Iam verò eorum quoque qui cõmunem.* Quomodo hæc cohærere cum præcedentibus non est facile intelligere, maxime cum nihil extet ex iis quæ citantur ex Valentino & Isidoro, sed est verisimile, quod cum ostendisset Clemens Euangelium & Iudæis & gentibus fuisse prædicatum, significet cõmunem quoque eis esse sapientiam & veritatem, quam etsi dicat Socrates se accepisse ab eum sequente dæmone, & Aristoteles asserat omnes homines vti dæmonibus, qui eos sequantur eo tempore quo migrant in corpus, eam tamen doctrinam habuerunt à Prophetis acceptam. Pherecydem quoq; qui sibi tanquam à se inuentam tribuit philosophiam, multa dicẽs mysticè & allegoricè, vipote quercum alatam, & varium quod est in ea pallium, eam non à se habuit, sed à prophetis Cham. Sed neque Pherecydis, neq; prophetiæ quidquam extat hodie, qui fit vt non possimus diuinare, quod sibi vellet alata quercus, & quod est in ea pallium, quæ à Pherecyde dicũtur allegoricè in sua Theologia. Non est autem existimandũ, eius sapientiæ, quæ est cõmunis Hebræis & gentibus quæ venerunt ad fidei cognitionis fundamentum, esse subiectum vitæ institutionem quæ traditur in vnaquaq; hæresi ieu secta philosophorum, vt antea admonuit in primo & secundo Stromate, sed eius esse subiectum sapientiam, quæ est sciẽtia diuinarum rerum & humanarum, quam docuit Dominus qui est Verbũ, & Dei Filius, per ipsum & suos Prophetas, quæ artificiosè docet quomodo sit vita instituenda & agenda. Comprehendit autem non solum præsentia, sed & præsentia & futura. Cum hæc autem sapientia sit sapiẽtia rerum diuinarum & humanarum, ipsa quoque est varia variè considerata. Si consideretur quidem vt diuinarũ rerum scientia, est æterna vnáque & eadem, & semper eodem modo se habens, & nullum habens motum parabilem, perfectaque & omnibus numeris absoluta, & cui nihil abest, & quæ Deum habeat subiectum, qui ipsam reddit sibi similem. Sin autem cõsideretur vt scientia rerum humanarum, est temporalis, est non vna sed diuersa & differens, & in eam cadit motus, & appetitio patibilis, & est imperfecta & aliquo indigens. Talis autem est non ex se sed ex subiecto, nempe ex humana natura, quæ cum sit varia, varia quoque sit oportet, quæ eam regit & administrat Sapientia. Hanc sapientiam appetit, & eius studio tenetur philosophia, philosophia, inquam, animæ, & verbi rectitudinis, & vitæ puritatis, id est, quæ hanc habet scopum propositum, vt anima quæ sunt bona & ex virtute cogitet, lingua vero rectè loquatur, & vita sit pura & sancta.

II. [a] PHILOSOPHI *autem apud nos quidem dicuntur qui amant sapientiam, quæ est omnium opifex & magistra, hoc est, filij Dei cognitionem. Apud Græcos autem dicuntur Philosophi, qui disputationes de virtute suscipiunt. Fuerit autem Philosophia, quæ via quaque hæresi (de iis loquor quæ sunt in philosophia) ea quæ reprehendi non possunt, iuncta cum vita congruente in vnam coacta electionem, quæ ipsa quoque à barbaris data sunt, surrepta gratia, Græca ornata sunt eloquentia. Nam alia quidem sunt inuenta, alia vero male audierunt. In aliis autem, aliqua quidem dixerunt imitando, sed ea non reddidere perfecta: aliqua autem humana coniectura & ratiocinatione, in quibus etiam labuntur. Arbitrantur autem se isti quidem perfectè assequi veritatem, vt nos autem ipsos comprehendimus, aliqua ex parte: nihil certè amplius norunt quam hunc modum.* [b] *Quanquam versatur Geometria in mensuris, magnitudinibus, & figuris, per ea quæ sit in planis descriptionem, & pictura totum locum opticum, quem vocant perspectiuum, videtur assumere in iis quæ adumbrantur. Hæc autem falsò describit visum, artificiosè vtens signis quæ fiunt per applicationem linearum visus. Hinc conseruantur ἐπιφοραὶ, id est, eminentes visiones, & hypotheses, hoc est, visiones inferiores, & quæ, hoc est visa. Et videntur quidem alia eminere, alia verò subsidere: aliqua verò, alio aliquo modo visione apprehendi in loco læui & æquabili. Ita autem Philosophi quoque imitatur picturæ imitantur veritatem.* [c] φιλαυτία *autem, hoc est nimius amor sui, est semper quoslibet causa omnium malorum. Quocirca non oportet eligendo & expetendo gloriam ab hominibus, esse nimium sui amantem, sed Deum diligendo esse sanctum cum prudentia. Si quis ergo vtatur quidem singularibus, tanquam vniuersis ac generalibus, & id quod seruat habeat pro eo quod dominatur, à veritate excidit, non intelligens id quod à Dauid dictum est per confessionem: Terram seu cinerem tanquam panem manducabam. Nimirum autem*

Psal. 101.



*autem sui amor, & vana opinio ac persuasio, est ei terra, & error.* [d] *Quod si ita est, est ex disciplina cognitio & scientia: si est autem disciplina, necesse est quærere magistrum. Nam Cleanthes quidem sibi magistrum adscribit Zenonem, & Theophrastus Aristotelem, & Metrodorus Epicurum, & Plato Socratem. Sed etsi venero ad Pythagoram, & Pherecydem, & Thaletem, & primos sapientes, consisto quærens eorum magistrum. Et seu dixeris Ægyptios, seu Indos, seu Babylonios, seu magos ipsos, non cessabo eorum doctorem requirere. Porrò autem te quoque deduco ad primum ortum hominum, & illinc incipio quærere quis fuerit eorum magister: nullus quidem ex hominibus, nondum enim didicerant. Sed nec aliquis ex Angelis: neque enim quomodo significant Angeli quatenus Angeli, ita audiunt homines. Neque enim quomodo sunt notæ aures, ita est illis lingua: neque instrumenta vocis quis dederit Angelis, labra, inquam, & quæ propter ea sita sunt, & guttur, & arteriam, & viscera, & spiritum, & aërem qui pulsatur. Multum autem abest vt Deus insonet sanctitate quæ adiri non potest, qui ipse quoque separatus est ab Archangelis. Iam verò Angelos quoque accepimus didicisse veritatem, & qui eis subsunt principatus: ortum enim habuere. Restat ergo vt nos quoque ascendentes, eorum doctorem desideremus. Quoniam autem vnum est ingenitum, nempe Deus omnipotens, vnum est etiam prægenitum, per quod omnia facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Vnus enim est reuera Deus, qui fecit principium vniuersorum, significans primogenitum filium, vt scribit Petrus, præclarè intelligens illud: In principio fecit Deus cælum & terram. Is autem dictus est sapientia ab omnibus Prophetis. Is est magister omnium quæ orta sunt, Dei consiliarius qui præsciit omnia. Is autem ab alio, à prima mundi constitutione, multifariam multisque modis & docuit & perficit. Vnde merito dictum est: Ne dixeritis vobis magistrum super terram. Vides vndeunde ansas acceperit vera philosophia, etiam si lex sit imago & vmbra veritatis. Sed Græcorum nimius amor sui, quosdam homines prædicat doctores.* [e] *Quomodo ergo ad Deum creatorem omnis recurrit paternitas, ita etiam ad Dominum eorum quæ bona & honesta sunt doctrina, & quæ iustificat, & quæ ad hoc deducit & fert opem. Si qui autem ex aliqua affectione semina veritatis quomodocunque accepta non enutrierunt, sed terræ sterili & aridæ mandantes, ea herbis suffocarunt agrestibus, quomodo Pharisæi à lege declinarunt, doctrinas humanas inducentes, non est eorum causa magister, sed qui perperam audire voluerunt. Qui autem ex eis crediderunt & Domini aduentui & scripturarum declarationi, ij versantur in cognitione legis, sicut etiam philosophi, per doctrinam Domini perducuntur ad agnitionem veræ philosophiæ. Eloquia enim Domini eloquia casta, argentum ignitum, probatum terræ, purgatum septuplum: aut quòd vt argentum sæpe purgatum probatur iustus, Domini nummus effectus, & qui regalem accepit characterem: aut quoniam Solomon quoque dicit linguam iusti esse argentum ignitum, probatam autem & sapientem doctrinam, esse laudabilem & admittendam significans, quando sæpe terra fuerit expurgata, hoc est, quando anima cognitione prædita fuerit multis modis sanctificata, per abstinentiam à terrenis inflammationibus.* [f] *Sanctificatur autem corpus quoque in quo habitat, cùm vt proprium dedicatur in sancti templi puritatem & synceritatem. Quæ est autem in corpore primæ animæ primæ purgatio, ea est abstinentia à malis, quam quidem existimant perfectionem ac consummationem, eáque est, vt semel dicam, perfectio communis Iudæi fidelis & Graci. Eius autem qui est cognitione præditus, post eam quæ aliis lege decernitur perfectionem, iustitia procedit ad operationem beneficentiæ: & cui iustitiæ augmentum crevit ad beneficentiam, ei perfectio permanet in immutabili habitu beneficentiæ ad Dei similitudi-*

Zoroast.

Genes. 1.

Hebr. 1.

Matth. 23.

Psal. 11.

nem. Nam qui sunt quidem semen Abrahæ & serui Dei, ij sunt vocati. Filij autem Iacob, eius electi, qui supplantauerunt vitij operationem. Si ergo & ipsum Christum dicimus sapientiam, & eius operationem, eam quæ sit per Prophetas, per quam edisci potest traditio quæ est ex cognitione, vt ipse per presentiam sanctos docuit Apostolos: sapientia fuerit cognitio, vt quæ sit scientia & comprehensio eorum quæ sunt, & futura sunt, & præterita, stabilis & firma, vt quæ a filio Dei sit tradita & reuelata. Atque si est quidem sapientis finis, contemplatio, ea quidem contemplatio quæ est adhuc philosophorum, diuinam appetit scientiam: nondum autem assequitur, nisi per disciplinam vocem acceperit propheticam sibi declaratam, per quam accipit quomodo se habent, habuerunt, & habitura sunt, quæ sunt, quæ futura sunt, & quæ prius fuerunt. Cognitio autem ipsa est, quæ per successionem ad paucos ex Apostolis absque scripta tradita peruenit. Hinc ergo cognitio seu sapientia exerceatur oportet ad contemplationis habitum æternum, & in quem non cadit alteratio. Nam Paulus quoque in Epistolis non videtur reprehendere philosophiam: sed eum qui est particeps altitudinis cognitionis, non vult amplius recurrere ad Græcam philosophiam, eam allegoricè vocans mundi elementa, vt quæ elementa quodammodo doceat, & sit veluti disciplina præcedens veritatem.

Hebr. 5. Quocirca ad Hebræos quoque scribens qui à fide ad legem reflectebantur: An rursus, inquit, opus haberis vt vos doceam quænam sunt elementa initij eloquiorum Dei? & facti estis opus habentes lacte, & non solido cibo? Similiter etiam ad Colossenses quoque

Coloss. 2. qui conuertuntur ex Græcis: Videte ne quis vos deprædetur per philosophiam & inanem deceptionem, secundum traditionem hominum secundum elementa huius mundi,

* Significans Græci habet διὰ τοῦ inescans: sed lego διὰν, id est, significans. & non secundum Christum, * significans elementalem doctrinam reuerti ad philosophiam. 8 Quòd si quis dicat, per hominum intelligentiam fuisse inuentam à Græcis philosophiam: atqui inuenio scripturas dicentes intelligentiam esse à Deo missam. Psalmographus quidem certè maximum esse donum existimat intelligentiam, & petit dicens

Psal. 118. Seruus tuus ego sum, fac vt sim intelligens. An non autem multiplicem petens cognitionem, scribit Dauid, Bonitatem & disciplinam & cognitionem doce me, quoniam mandatis tuis credidi? Testamenta esse principalia & maximæ authoritatis, est extra controuersiam, & dari præstantioribus. Dicit quidem Psalmus certè de Deo: Nulli gentium fecit, & iudicia sua non manifestauit eis. Illud autem, Non sic fecit, fecisse quidem significat, sed non sic. Illud ergo, Sic, positum est, vt fiat comparatio cum nostra exercitatione. Poterat autem vtique Propheta dicere absolutè, Non fecit, absque additamento

Act. 10. huius, Sic. Quinetiam Petrus quoque in Actibus: In veritate comprehendo, inquit, quod Dominus non est acceptor personarum, sed in omni gente qui timet ipsum & operatur iustitiam, est ei acceptus. Non tempore ergo perfectum est vt Deus personarum respiceret, sed id fuit ab æterno. Neque enim cœpit vnquam eius beneficentia: sed neque circumscribitur locis vel vllis hominibus. Neque enim singularis seu particularis est

Psal. 117. eius beneficentia: Aperite mihi, inquit, portas iustitiæ, in ipsas ingressus, confitebor Domino. Propheta autem dictum exponens Barnabas, infert: Cùm multæ portæ sint apertæ, quæ est in iustitia, ea est in Christo, in quam beati sunt omnes qui sunt ingressi.

Psal. 28. Eidem sententiæ adhæret quoque illud Propheticum, Dominus super aquas multas, vtpote quod non solùm testamenta diuersa, sed etiam diuersi modi doctrinæ sint ij, qui inter Græcos adducunt ad iustitiam, & qui inter barbaros. Iam verò aperti quoque

Psal. 9. psallit Dauid, veritati ferens testimonium: Auertantur peccatores in infernum, omnes gentes quæ obliuiscuntur Dei: obliuiscuntur scilicet eius cuius prius meminerant, & quem cognoscebant priusquam obliuiscerentur, eum iubent valere & amandant.

Erat



Erat ergo quædam obscura Dei cognitio etiam apud gentes. Et hæc quidem ita se habeant. 9 Oportet autem eum qui est cognitione præditus multa didicisse. Et quoniam dicunt Græci cùm prior cœpisset Prothagoras, paratam esse orationem quæ quicquid dicatur ei aduersetur, dici conuenit etiam aduersus huiusmodi orationes. Dicit enim scriptura: Qui multa dicit, vicissim quoque audiet. Parabolam autem Domini quis intelliget, nisi sapiens & intelligens, & qui diligit Dominum suum? Sit ergo qui talis est, fidelis: sit eiusmodi vt possit explicare cognitionem, sit sapiens in verbis discerendis, sit in factis admirabilis, sit castus & mundus: eò enim debet esse magis humilis, quò videtur esse maior, dicit Clemens in epistola ad Corinthios. Talis vt qui possit parère præcepto: & aliquos quidem ex igne rapite, miseremini autem eorum qui discernuntur. Falx quidem certè facta est vt rami amputentur: sed implexos quoque palmites in ea distinguimus, & spinas quæ vitibus cohærescunt excindimus, ad quas non potest facile accedi. Hæc autem omnia referuntur ad putandas vites. Rursus homo factus est principaliter ad Dei cognitionem: sed est & Geometra, & agricola, & philosophatur, ex quibus vnum quidem factum est ad viuendum, alterum verò ad bene viuendum, tertium verò ad ea meditanda quæ demonstrant. 1 Porrò autem illi qui dicunt philosophiam esse profectam à diabolo, illud quoque sciant, quòd scriptura dicit, diabolum transfigurari in Angelum lucis. Quid agentem? Prophetantem scilicet. Si autem pro- 2. Cor. 11.
phetat vt Angelus lucis, vera dicit scilicet. Si angelica & lucida prophetat, tunc etiam prophetat vtilia, quando transfiguratur ad similitudinem operationis, etiamsi sit alius, quatenus est subiectum defectionis. Nam quomodo deceperit quempiam, si non studiosum per vera abducat ad coniunctionem & familiaritatem, & ita postea ad falsum arrabat? & alioqui inuenietur scire veritatem, etsi non ita vt comprehendat, ita tamen vt non sit eius ignarus. Non est ergo falsa philosophia, etiamsi qui est fur & mendax, per transfigurationem operationis vera dicat. Neque verò propter eum qui dicit, sunt imperitè ea prius damnanda quæ dicuntur (quod in ijs quoque qui nunc prophetare dicuntur est obseruandum) sed sunt consideranda quæ dicuntur, an veritati cohæreant. Iam verò si vniuersa quoque ac generali oratione, quæcunque sunt necessaria & vitæ vtilia, diuinitus ad nos venire dicamus, minimè errabimus: vel potius si dicamus ipsam quoque philosophiam Græci velut proprium datam esse testamentum, vt quæ sit fundamentum Christianæ philosophiæ, etiamsi qui ex Græcis philosophantur, ad veritatem sua sponte obsurdescant, barbarorum vocem vilipendentes, aut etiam reformidantes mortis periculum quod impendet fideli & legibus ciuilibus. k Quomodo autem in barbara philosophia, ita etiam in Græca seminata sunt Zizania, ab ipso vero & proprio agricola zizaniorum: vnde etiam & quæ apud nos exortæ sunt hæreses in bono & genitali tritico: & qui Epicuri impietatem, & voluptatem, & quæcunque alia fata sunt præter rectam rationem prædicant, diuinitus dicæ agriculturæ sunt Græcis fructus adulterini. Hanc dicit Apostolus sapientiam huius 1. Cor. 2.
seculi, quæ est scilicet voluptaria, & nimio tenetur sui amore, vt quæ doceat quæ sunt huius mundi, & quæ sunt circa ipsum solum, & consequenter, quod ad præfecturam attinet, est subiecta ijs qui hìc sunt principibus. Quamobrem singularis seu particularis hæc philosophia quodammodo tradit elementa eius quæ verè perfecta est scientiæ, quæ versatur circa ea quæ percipiuntur intelligentia, & his adhuc magis spiritualia, quæ oculus non 1. Cor. 2.
vidit, & auris non audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, prius quàm quod de ijs est verbum, magister noster nobis aperiat sancta sanctorum, & his præterea sanctiora per ascensum reuelet ijs qui germanè syncereque & non adulterinè sunt hæredes Dominicæ adoptionis. Iam enim audemus dicere (hic est enim fides cognitionis) eum omnia scire, &

firma comprehensione comprehendere ea etiam quæ sunt nobis dubia & inexplicabilia, qui verè est cognitione præditus, cuiusmodi fuit Iacobus, Petrus, Ioannes, Paulus, & reliqui Apostoli. Est enim prophetia cognitione plena, vt quæ data sit à Domino, & rursus per Dominum declarata Apostolis. [1] Nunquid autem cognitio est proprietas animæ ratione præditæ, quæ ad hoc exercetur, vt per cognitionem inscribatur ad immortalitatem? Sunt enim ambæ animæ potestates, cognitio inquam & appetitio seu impulsio. Inuenitur autem appetitio motus quidam qui est post aliquam ascensionem. Qui enim ad aliquam impellit actionem, ante actionem sumit cognitionem, secundò autem appetitionem seu impulsionem. Præterea in hoc quoque consideremus. Quoniam enim discere est antiquius quam agere, nam naturaliter qui agit, id quod vult agere, prius discit: & cognitio quidem est ex eo quod didicerit: egisse autem ex eo quòd appetierit, seu incitatus fuerit: & ex eo quod discatur, est cognitio: scientiam autem sequitur appetitio, post quam actio omnis actionis quæ ratione suscipitur principium & opifex fuerit cognitio. Quare rursus merito ex ea sola formam & characterem suscipit proprietas animæ ratione præditæ: veluti enim appetitio quidem, sicut etiam cognitio, mouetur in ijs quæ sunt. Cognitio autem ex eo ipso, [2] quædam animæ consummata contemplatio eorum quæ sunt, aut alicuius, aut aliquorum, aut omnium simul. Quanquam dicunt aliqui sapientem hominem persuasum habere, esse quædam quæ comprehendi nequeant, adeo vt de ijs aliquam comprehendat comprehensionem, nempe quod comprehendi nequeant quæ sunt incomprehensibilia, quod quidem est commune, etiam eorum qui parum possunt prospicere. Nam qui est eiusmodi, confitetur esse aliqua quæ comprehendi nequeant. Ille autem cognitione præditus, de quo loquor, ipse ea comprehendit quæ videntur ab alijs non posse comprehendi, vt qui credat Dei filium nihil esse incomprehensibile, vnde nec esse eiusmodi vt doceri non possit. Qui enim propter suam in nos charitatem passus est, nihil omiserit quod faciat ad doctrinam cognitionis. Ea ergo ipsa fides, firma & stabilis constansque demonstratio in ijs quæ tradita sunt à Deo, quam sequitur veritas. [3] Quòd si quis etiam desiderat multarum rerum experientiam, noua antiqua, & coniectat futura: scit strophas orationum, & solutiones ænigmatum. Prædixit signa & prodigia, & temporum euentus, id est, discipulus sapientiæ. Talis enim ijs qui est cognitione præditus, vt in eum hæ solæ cadant affectiones quæ oriuntur vt corpus maneant, nempe fames, sitis, & similia. Sed in Seruatore quidem corpus, vt corpus, necessaria postulare ministeria vt permaneat, fuerit ridiculum. Comedebat enim, non propter corpus quod sancta virtute continebatur: sed ne eis qui vnà cum eo versabantur, in mentem veniret de eo aliter sentire, sicut certè postea quidam existimauerunt eum apparuisse visum & phantasmate. Ipse autem, vt semel dicam, erat impatibilis, quem nullus subibat motus affectionis, nec voluptas, nec dolor. [4] Apostoli autem cùm iram & metum & cupiditatem, per Dominicam doctrinam, ex vberi quadam cognitione superassent, ne ea quidem quæ videntur bona ex patibilibus motionibus, vtpote confidentiam, æmulationem, gaudium, cupiditatem susceperunt, vt qui propter firmum quendam & stabilem statum mentis, nihil penitus mutarentur, sed in exercitationis habitu semper manerent alieni ab alteratione, post Domini quidem certè resurrectionem. Nam etsi ea quæ prius dicta sunt, si cum ratione fiant, aliquis bona esse accipiat: at imperfecto quidem certè minime sunt admittenda, qui neque habet confidentiam: neque enim versatur in rebus grauibus & molestis, cùm ex ijs quæ sunt in vita, nihil graue molestiúmve existimet, neque eum possit aliquid abducere à Dei charitate: neque tranquillitate animi opus habet (neque enim in dolorem incidit animíve angorem) cùm persuasum habeat omnia rectè fieri: neque irascitur, neque enim est quod eum ad iram moueat, cùm Deum semper diligat, & ad hoc solum totus se conuerterit,

ἐφεσις, impulsio ad aliquid agendum.

Sapient. 8.



conuersus, & ideo ex Dei creaturis nullam habet odio. Sed neque æmulatur, nihil enim, vt deest ad assimilationem, quo sit bonus & honestius. Sed neque amat aliquem communi hac amicitia, sed creatorem diligit per creaturas: neque ergo in cupiditatem aliquam incidit aut appetitionem, neque in anima indiget aliquo ex alijs, cùm iam per charitatem versetur cum dilecto, cui quidem iam est familiariter coniunctus per electionem, & per habitum qui procedit ex exercitatione, vi appropinquat continentius, & est beatus propter bonorum abundantiam. Quamobrem his de causis maxima vi contendit assimilari Domino in impassibilitate: est enim verbum Dei seu ratio intelligens, per quem mentis imago & assimilatio in solo homine cernitur: vel etiam Deiformis & Deo similis sit per animam vir bonus, & rursus Deus est hominis formæ similis: forma enim vniuscuiusque est mens, ex qua characterem suscipimus. Quo fit vt qui peccant in hominem, sint impij & execrandi.

## COMMENTARIVS.

[1] PHILOSOPHIA autem apud nos quidem dicitur, Philosophiam Christianam distinguit à Græca philosophia Christiani, inquit, Philosophi amant sapientiam, Sapientia autem est verbum & filius Dei qui est Creator & magister omnium: Qui autem eius amat cognitionem ij sunt Philosophi: Græcos autem dicunt Philosophos eos qui de virtute disputant. Græca autem philosophia sunt recta in vnum coacta dogmata, cum vita eis congruente, ornata Græca eloquentia. Ea autem dogmata cum recta sint, non ex se inuenerunt, sed ab Hebræis sunt furrupta. Aliqua autem ab iis acceperunt, sed non intellexerunt: alia vero sunt imitati, sed non perfectè expresserunt, sed in ijs lapsi sunt, vt qui ea nõ sint assecuti: fallunt autem arbitrantes se assequi veritatem. Nã quamuis eam aliqua ex parte attingant, tamen cum nihil nouerint præter hunc mundum in quo non est veritas, veritatem non nouerant quæ est Deus. [2] *Quanquam coniectat & comertia.* Falli philosophos qui arbitrantur se assequi veritatem, ex hoc ostẽdit, quòd ne mathematicæ quidem disciplinæ, quæ existimantur omnium certissimæ & verissimæ, sint omni ex parte veræ, vt Arithmetica & Geometria, quæ versatur in mensuris, magnitudinibus & figuris, sæpè fallitur per eam quæ fit in figura descriptionem, nec assequitur ipsam quam sibi proponit veritatem; & pictura quæ in adumbratione vtitur Optica seu Perspectiua, quæ vtitur signis quæ fiunt per applicationem lineæ visus, sæpè etiam decipit: non enim assequitur vt res quam describit talis sit qualis cernitur, cum visio vel plus quàm par est emineat, vel deprimatur, vel minùs adæquetur. Quomodo autem pictura imitatur quidem veritatem, sed eam non assequitur, ita etiam philosophi veritatem imitantur, sed eam nõ exprimunt nec assequuntur. *Veritatem autem, hoc est.* Ostendit iam philosophos veritatem non esse assecutos, veritatem autem non assecuti erraruntː sed quænam eorum fuit erroris causa? ea quæ est causa omnium malorum, nempe φιλαυτία id est nimius sui amor. Nam cum hominum gloriam expeterent & vellent videri docti & sapientes, nouas sibi confinxerunt opiniones, quæ eos in errorem induxerunt, & ijs quæ sunt vniuersa & generalia, relictis priuatis & singularibus, vtentes, simul & à pietate & à veritate exciderunt, dum nimium sui amorem variamque opinionem & persuasionem Dauid se errasse confitens, vocat terram ita cinerem: terram enim seu cinerem tanquam panem comedit, qui iis quæ verè sunt, diuinis inquam & cælestibus contemptis, se totum dedit rebus terrenis. [3] *Quod si ita est, est ex disciplinis cognitio.* Ex nimio sui amore qui hominum gloriam expetit, existit error: vbi autem est error, ibi non est scientia & cognitio: constat autem esse cognitionem & scientiam. Quod si sit scientia & cognitio, ea autem ex se non habeatur, necesse est vt ea habeatur ex disciplina per quam discitur, non discitur autem nisi sit doctor seu magister qui doceat: habuerunt autem Philosophi suos doctores, vel singuli singulos, vel integri populos, vt puta Ægyptios vel Indos, sed nondum est inuentus verus doctor. Nam cum omnes sua hominum nimium sui & gloriæ sint amantes, & ideo in errores facilè incidunt, idcirco non est illic sistendum, sed vlterius progrediendum: Quod si procedatur vsque ad primos homines, non inuenietur eorum doctor & magister, nondum enim didicerant, & ideo docere non poterant. Sed nec Angeli fuerunt magistri & doctores, cùm nec linguam haberent, nec cæteras instrumenta quibus vox edatur & auribus hominum mittant, licet tanquam Angeli possent significare quod linguis Angelorum loqui vocat Paulus: Sed illa significatio est sonus vocalis, sicut Deus sonum edit in Ipirans sanctitatem. Tantum autem abest vt Angeli primi & veri magistri esse potuerint, qui & ipsi sunt geniti, facti, inquam, & creati, vt ipsi etiam doctorem & magistrum habuerint à quo veritatem didicerunt, in qua plurimi eorum non steterunt, sed ab ea exciderunt. Cum ergo Angeli non fuerint magistri, sed magistrum habuerint, videndum est quisnam sit eorum magister: is autem est verbum, Dei filius. [4] *Quomodo ergo ad Deum Creatorem omnes recurrit paternitatem.* Paulus in epistola ad Ephesios dicit à patre Domini nostri Iesu Christi nominati, omnem paternitatem in cælis & in terra: Ita etiam dicit hic Clemens eorũ quæ bona & Deum esta sunt doctrinam referri & recurrere ad Dominum nostrum, qui est magister omnium, in terra & in cælis, nec solum ea docere quæ bona sunt & honesta, sed etiam ea quæ ad ea deducunt & dant auditum. Est autem bona quidem & sancta Domini doctrina, sed contingit nonnunquam, vt qui eam acceperunt, ea male vtantur: vt olim Pharisei qui acceptam à Deo doctrinam suis, nempe humanis inquisitionibus traditionibus. Quod autem ea male sint vsi, non est in magistrum, sed in ipsos culpa conferenda, qui noluerunt doctrinam vt oportebat audire & intelligere, sed qui crediderunt prophetarum de

Ephes. 3.

ventuto Christo prædictionibus & scripturæ sanctæ declarationi, ij legis habuerunt cognitionẽ. Philosophi autẽ qui scripturas non legerant: per doctrinam Domini qui est doctor & magister omnium perducunt ad cognitionẽ veræ Philosophiæ. Ij autem dicuntur habere legis cognitionem qui seruant legis præcepta, & ij dicuntur habere agnitionẽ veræ philosopiæ, qui pia sequentes philosophiæ dogmata ex virtute vitã agant, vtrunque autem, & lex, inquam, & piæ philosophiæ dogmata sunt doctina Domini, quæ vocantur etiam Domini eloquia. [a] *Sanctificatur autem corpus quoque.* Doctrina Domini nõ solum animum, sed etiam corpus sanctificat, in quo habitat anima. Sanctificatur autem corpus cum quod est eius
1.Cor.3. proprium, ita Deo dedicatur, vt sit sanctum eius templum. Nescitis, inquit Paulus, quod templũ Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis. Quod si corpus est sanctificatũ & Deo consecratum, etiam atque etiam videndũ est, ne id vitiorum & flagitiorum maculis inquinetur, & in eius templo Deus offendatur. Porro autẽ duplex est animæ purgatio, & ea quæ est communis fidelis Iudæi & Græci, abstinentia à malis, quæ à nõnullis existimatur perfectio & cõsummatio, sufficere enim putãt si declinetur à malis, licet non hæ bonũ: alia autem est animæ purgatio, quæ vera est perfectio, non solum abstinere à malo, sed etiam benefacere, & non solũ exequi Dei mandata & facere quæ à lege sunt constituta, sed ea etiam facere quæ non continentur in lege, sed sunt supra legẽ. Vir autem bonus & iustus qui in iustitia tantum accepit incrementũ, vt non solum à malis abstineat, sed etiam beneficentiam exerceat, is ad Dei accedit similitudinẽ qui in bonos & malos sua cõfert beneficia: pluit enim super iustos & iniustos, & sol eius oritur super bonos & malos. Porro autem vt Deus est semper beneficus, ita is cuius iustitia eo processit vt non solum à malis abstineat, sed etiã benefaciat, is sicut Deus permanet in perpetuo benefaciendi habitu. Cum autem in scripturis alij quidẽ dicantur vocati, alij vero electi, qui sunt quidẽ filij Abrahæ serui Dei, ij sunt vocati, vt fide iustificati à malis declinẽt. Qui vero sunt filij Iacob, ij sunt electi. Eos enim elegit Deus qui ab eo vocati & prædestinati nõ solũ vitia supplantant, Iacob enim dicitur supplantator, sed prosternatis etiam vitijs & peccatis ascendunt ad præclara virtutis opera. Cũ autem & ipse Christus dicatur sapientia, & ipsa sapientia etiã dicatur ipsa Christi operatio quæ fit per Prophetas, ex qua ediscitur traditio quæ ãt ex cognitione, quã ipse Christus præsens suos docuit Apostolos. Ipsa cognitio est sapientia, quæ est firma ac stabilis comprehensio eorum quæ sunt, fuerunt, & futura sunt: Firma enim & stabilia sint oportet quæ à Christo Dei filio sunt tradita & reuelata, cum ipse suos doceret Apostolos, vel ipsi Apostoli ea docerẽt quæ à Christo acceperãt. Quo fit vt ipsi traditioni merito sit credendum, quæ originẽ accipit ex ipsa sapientia. Cũ autem sibi propositum sinem habeat sapiens contemplationem, sciendum est duplicem esse contemplationẽ, & philosophorum & eorum qui ad Christi peruenerunt cognitionem. Et philosophorum quidẽ cõtemplatio diuinam appetit scientiam, sed eam non assequitur nisi ea fuerit declarata per vocem à Prophetarũ quos docuit Christus, à quo didicerunt quæ sunt & semper fuerunt & futura sunt, & itaque similiter & eodem modo se habent. Hæc autẽ est cognitio quam absque vllis scriptis à Christo acceperunt Apostoli: Eis autẽ tradita per successionem ad nos vsque descendit. In ea sapientia seu cognitione perpetuo exercere oportet per æternũ habitum diuinæ contemplationis, & relictis elementis Græcæ philosophiæ, meditanda sunt diuina & cœlestia, in quæ nulla cadit mutatio & alteratio. Est enim philosophia veluti quædã elementa veritatis quæ ab ea docentur, & quædam disciplina præcedens veritatem, cuius autem ad ipsam peruentũ est vtilitatem, in ea est pergendum, & non est redeundum ad exordia vt rudes, nec est ad philosophiam, sicut ei qui solido vtitur cibo, nõ est amplius lac bibendum quod bibere iam adultum non est ergo reprehendenda philosophia, sicut nec eam reprehendit Paulus, qui eam non malam nec [illegible] sam appellat doctrinam, sed doctrinam elementalem, vt quæ ad perfectæ doctrinæ Christi, inquam, cognitionis deducit arcem. [b] *Quod si quis dicat per hominum intelligentiam.* Cùm dixisset Clemens nos ideo reprehendendã philosophiam, cum ea sit elementalis doctrina & disciplina præcedens veritatem, etiam ei respondere Græcis, qui dicunt à se inuentã fuisse philosophiam per hominũ intelligentiam, ex qua disquebatur philosophiam non esse profectam à Deo doctrinam. Quod ex eo ostendit esse falsum, quòd in scripturis à Deo petatur intelligentia tanquã magnum Dei donum, & maxime in psalmis Dauidicis non peteretur autẽ, si per hominũ intelligentiam inuenta esset philosophia quæ est donum Dei. Rursus cum Clementi veniret in mentẽ, aduersus ea quæ dicit de philosophia, hanc fieri posse obiectionem, si donum Dei est philosophia, non autẽ inuenta ab humana intelligentia, cur de vetere & nouo testamento scriptum est in Psalmis, Deum non sic fecisse omni nationi, sed solis Iudæis & fidelibus. Ad id respondet Clemens, non sequi quin à Deo data sit philosophia, quod enim dicitur Deũ non sic fecisse non arguit Deum non dedisse philosophiã, sed non esse tantum donum philosophiæ, quod à Deo datum est, quantum est donum vtriusque testamenti, quod est philosophia longe excellentius. Illud enim hic additum, nõ ostendit non fuisse datam à Deo philosophiam, sed inducit & testamentorum & philosophiæ comparationem, significans testamenta esse philosophia longe præstantiora. Quod si significasset non esse datam à Deo philosophiam, non dixisset; non sic fecit, sed absolutè non fecit. Deus ab æterno fuit beneficus, neq; vnquam initium habuit eius beneficentia, neq; vnquam fuit acceptor personarum, sed quicunque eum timet, & rectè & iustè viuit, is est ei gratus & acceptus, neque intra certorũ locorum & hominum limites circumscribitur eius beneficẽtia, quæ non est singularis seu particularis, sed vniuersa & generalis. Rogat Dauid de vt sibi aperiantur portæ iustitiæ, fore enim vt si in eis fuerit ingressus, Dominũ laudet & glorificet. Easiustitiæ porta est Christus qui se dicit esse ostium: per eum enim qui intrauerit, qui est iustitia & sanctificatio nostra, is iustificatus Deũ cognoscet & in eum credet, semperque eum laudabit & glorificabit, quod Hebræi peculiari sua phrasi vocant Deũ confiteri. Hunc Dauidicum versiculum exponens Barnabas dicit omnes qui hanc iustitiæ portã nempe Christum fuerint ingressi esse beatos: vt qui deum semper laudent & glorificent quæ sola est fœlicitas. Hoc solus præstat Christus, qui est porta initiatis, & ideo ea solam iustitiæ portam aperiri sibi petit Psaltes & Propheta Dauid. [c] *Oportet autem eum qui est regenerandus prædiuini.* Postquã ostendit philosophiam esse Dei donum, & doctrinam quæ præcedit cognitionem veritatis, & ad



finem ad eam deducit: & pergit de ea dicere, & exponere ad quã multa sit vtilis, Atque primùm quidem dicit oportere eum qui est cognitione præditus, qui Deum, inquam, cognoscit per fidem, multa didicisse quæ docet philosophia, nec sufficit per fidẽ Deum nosse, nisi ea possis explicare: eorum autem explicatio permulta est è philosophia. Est etiã vtilis philosophia ad falsas confutandas orationes. Dicunt Græci Prometheã sapientiã secuti, qui prius vocatus est Sophista, & se exercuit in oratione quam vocant ἀντικὴν, id est litigiosam seu contentiosam, oportere semper paratam habere orationem, quæ quidquid dicatur possit impugnare, & contradicere. Porro autẽ quæ dicuntur falsa minimè sunt admittenda, sed cõfutanda & refellẽda, vt autem paratam habeas orationem qua falsa refellas, tibi auxilium dabit philosophia. Non est permittendũ Sophistis vt multa falsa dicant, quibus oppugnent veritatem, sed est eis respondendum, vt se fallunt intelligant, nec permittendum vt alios fallant. Nam vt dicit scriptura, qui multa dicit, vicissim quoque audiet, &, vt dicit Solomon, stulto respondendũ est secundum suam stultitiam. Ad hæc accidit quod cum tam in veteri quã nouo testamento multæ sint Domini parabolæ, eæ vt intelligantur, sapientem & fidelem esse oportet eum qui vult intelligere, & Dominum diligere. Nam quæ dicit Dominus non intelligit, nisi qui Dominũ diligit. Nam initiũ quidẽ sapientiæ est timor Domini, sed eius perfectio est amor. Cum autẽ sapientia sit rerum diuinarum & humanarum scientia, diuinarum quidem rerum cognitio à Theologis, humanarum autẽ rerum natura discitur à philosophia: Eorum autem quæ citat ex Clemẽtis epistola ad Corinthios, de qua antea satis diximus, sunt verba quidẽ satis clara, sed quomodo omnia inter se cohæreant, non satis apparet, & maximè illa, Et alios quidem ex igne rapite, miseremini autem eorum qui discernuntur, quæ quid sibi velint videri fortassè alius perspicacior, ego quidẽ certè ingenue fatear me non videre. Quod autem dicit falcem quidem esse factam ad ramos amputandos, sed ea quoque opus esse colros distingui palmites, & excindi spinas quæ vitibus cohærẽt, videtur allegoricè significari philosophia tanquam falce quæ falsa sunt resecari, quæ autem sunt nimis implicata, & ne ad veritatem facile accedantur impediunt, distingui & discerni, & tanquã spinas excindi: Hæc autem dicuntur per metaphoram sumptam ex putatione vitiũ. Quoniam autem dicebant nonnulli sola opus esse Theologia, quæ nos docet Dei cognitionem, & ideo reijciendam esse philosophiam, dicit Clemens, id non esse omni ex parte verum: nam homini qui viuit in terra, & Geometria esse opus ad agros dimetiendos, & agricultura ad agros colendos, & philosophia ad ratiocinandum. Agros coli, vt fructibus qui è terra nascuntur viuamus, melius autem viui, si fuorum agrorum vnusquisque norit limites qui eos separant ab alienis: philosophiæ autem dari operam, vt ea meditemur quæ possunt demonstrari ratione. [d] *Verùm autem illa qui dicunt philosophiam.* Erant qui dicebant fugiendam esse philosophiam, quòd ea à diabolo sit profecta, respõdet Clemens, non concedens quidẽ eam esse profectã à diabolo, sed dicens per hypothesim, quod etiam si ea esset eam profectã esse à diabolo, quod alibi ostendit esse falsum, non sit tamen fugienda. Hoc probat authoritate Pauli, qui dicit Satanam se transfigurare in Angelum lucis, Angelus autem lucis prophetas vera dicit, & quæ bona sunt & honesta, quæ dicuntur lucida. Qui autem vera dicit bonãque & honesta non esse fugiendum: Satanas ergo non est fugiendus quatenus se transfigurat in Angelum lucis, sed quatenus, cùm per vera & quæ sunt honesta studiosos illexerit, & cum eo ineant coniunctionem & amicitiam, eos ad falsa attrahit: non ergo propter vera & honesta quæ sunt ex philosophia, sed propter mendacia & falsa quæ ex eo sunt. Quatenus autem ex eo existunt falsa & mala, non habet figuram & similitudinem Angeli lucis, sed est subiectum defectionis, vt qui à Deo defecerit, quatenus autem à Deo defecit & homines inducit ad defectionem, est fugiendus. Sed nec dicendũ est diabolum esse omni ex parte ignarũ veritatis, sed licet aliqua ex parte sciat veritatem, non eam tamen omnino comprehendit. Quomodo autem propter eos qui prophetant cũ mali sint non est damnanda prophetia, sed tamen ita considerandũ vera ne sint quæ dicuntur, nam licet sit malus verus est propheta, & Caiphæ quantumuis mali vera fuit de Christo prophetia: ita nec propter virũ malũ & sceleratum qui vera dicit damnanda est philosophia. [e] *Quomodo autem in Barbara philosophia.* Quidam philosophiam ex eo ducebant vituperandam quod in ea multæ sint sectæ, sed eadem ratione esset vituperanda Christiana philosophia, quam in ea quoque sunt multæ sectæ quæ dicuntur hæreses. Quomodo autem in agro domini in quo est bonum & purum triticũ, inimicus homo, nempe Satanas seu Diabolus qui est planè agricola zizaniorum, seminat zizania vnde exortæ sunt hæreses: ita in Græca quoque philosophia idem Satanas qui seminat zizania sua, zizaniorũ satione efficit, vt in diuina philosophiæ Græcæ agricultura nasceretur Epicuri impietas & voluptas, qui & Dei negabat prouidentiam, & summum bonum constituebat voluptatem, & quæcunque aliæ sectæ recta ratione non conueniunt, vt quæ non sata sint à Domino, sed ab homine inimico, nempe Satana. Hanc Paulus vocat sapientiã huius seculi, vt quæ in ijs solum versetur quæ sunt huius mundi, & ea docetur. Est autẽ hæc sapientia subiecta dæmonibus, quos idem Paulus vocat κοσμοκράτορας, id est mundi principes, per mundũ intelligens eos qui Deo & virtute relictis se vitiis mancipãt & voluptatibus. Si ergo à Græca philosophia tollantur sectæ quæ docẽt quæ sunt huius mundi, ea non est mala, vt quæ doceat ea etiam ex parte perfectæ philosophiæ. In hoc autẽ differt Græca philosophia à Christiana quæ est vere perfecta, quòd Græca quidẽ sit singularis, & particularis, vt quæ versetur in ijs quæ sunt singularia & particularia: Christiana autẽ in ijs quæ percipiuntur intelligentia quæ dicuntur intelligibilia & vniuersalia, quæ quidem sunt spiritualia. Sed sunt longe magis spiritualia beatorum præmia, quæ Deus promisit ijs qui ipsum diligunt, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec vllus ea potest cogitãdo assequi, nisi dominus id est magister noster, aperiens sancta sanctorũ, id est, ipsum cælum, & quæ sunt ijs sanctiora & arcana, scilicet mysteria diuinitatis, ea reuelet ijs qui vere sunt filij adoptionis, ijs scilicet qui à Deo per filium adoptati, Christi sunt cohæredes, hæredes autẽ vitæ æternæ. Per ascensum autẽ reuelat: ijs enim demũ reuelat quorũ animus nõ est defixus in terris, sed mens assurgit & ascendit ad superos. Qui autẽ vere & germane à Deo per filiũ sunt adoptati, hi per fidem perfectam habent cognitionem, quo fit vt omnia firmitet comprehendant, nec sit eis aliquid dubiũ & inexplicabile. Tales erant Petrus & Ioannes & Iacobus & Paulus &

cæteri Apostoli quibus Deus dedit Prophetiam cognitione plenam & eam ipsis declarauit. Stauo ad-
*rem.* Dixit antea eos qui sunt germanè & sincerè à Deo per filium adoptati, habere perfectam rerum om-
nium cognitionem firmámque & stabilem comprehensionem; tales fuisse Petrum & Paulum & cæte-
ros Apostolos, nec mirum eũ ipsa prophetia fuerit à Domino data, & ab eo ipsis declarata: nunc autem
ostendit, quænam sit hæc, cognitio inquam hominis fidelis. Nam etsi interrogando proferat, tamen
verum & certum tamen id affirmat. Cognitio, inquit, est proprietas animæ ratione prædita, quæ ad hoc
exercetur, vt per cognitionẽ inscribatur ad immortalitatẽ. Quod autẽ cognitio sit animæ proprietas, ex
hoc intelligitur, quod animæ nihil magis cõueniat quã scire, omnes enim natura scire appetunt, maxime
autẽ Deum nosse, cuius non perfecta quidem, sed tamen aliqua est omnibus hominibus ingenerata co-
gnitio. Per hanc autem cognitionem sedulo conatur anima assequi immortalitatem, sed videndum est
quibusnam gradibus ad eam perueniat. Prima animæ virtus seu potestas est cognitio. Secunda virtus seu
potestas animæ est appetitio, seu impulsio ad agendũ; quæ est motus quidam post assensionem. Post-
autem in eo quod est credendũ & agendum quod suggerit cognitio, assensus fuerit animus, tertio lo-
succedit actio seu operatio. Bona autem actio quæ procedit ex cognitione quid sit credendum & ag-
dum per fidem & charitatem suggerente, deducit ad vitam æternã quæ est immortalitas. Primum ergo
scienduũ est, quid sit credendum & agendum. Qui postquam est assensus animos, in quo nostrum con-
stit liberum arbitrium, voluntario quodam impetu fertur ad agendum. Est ergo postrema actio, seu op-
ratio, cuius principiũ est cognitio. Est autem cognitio confirmata contemplatio, vel alicuius, vel alio-
rum, vel simul omnium quæ sunt. [m] *Quod si quis.* Superius nos docuit Clemens, quomodo à Deo habe-
mus fidei demonstrationẽ, & rerum diuinarum cognitionem: sed qui est cognitione præditus, vt qui
sapientiæ discipulus quem scripsit Solomon, præter rerũ diuinarum scientiam, habet etiam multarum
rum nempe humanarũ experientiam, quæ nõ tam inspiratur diuinitus, quam longo vsu acquiritur. Hinc
est quod nouit præterita, & inde conijcit futura, dicendi discit artẽ, & quæ sunt dubia & expetita dilu-
lia dissoluit, & ex naturalũ rerum causis intelligit quid futurum significetur, & præsentis temporis quo
futurus sit euentus. Quod autẽ hoc efficiat qui est cognitione præditus, eo minus est mirandum, quod
eum nullæ cadant affectiones quæ eum possint retardare & remorari. Nullæ enim in eo sunt affectiones,
præter eas quę datę sũt vt corpus cõseruetur, cuiusmodi sunt fames & sitis, & si quæ sunt eis similes. Idem
enim esurimus & sitimus, vt sumpto quod appetimus nutrimẽto reficiatur corpus quod deficit, ne
periturũ, nec mansurum nisi reficeretur. Quod autem de Christo dicit Clemens, eius corpus vtique
necessaria vt permaneret postulasse ministeria, futurũ fuisse ridiculum, cum id sancta virtute continen-
tur, id non est omni ex parte verũ, neque verum est Christum fuisse impatibilem & experten rerum af-
fectionũ quæ fiunt vt corpus permeat. Sed quod dicit Clemens est intelligendum conuenienter ei quod
*Theod. li. 4. Epit.* describit Theodoretus, cuius hæc sunt verba è Græco à nobis versa. Quod si quis etiam stolidè conclu-
rit, incorporeã illorum fuisse participem, id est Angelos potuisse comedere & bibere (dehis enim lo-
batur Angelis quos Abrahã hospitio exceperat) illic tamen nec famem, nec sitim inuenies. Hic autem
nempe in Christo indigentia tales excitauit affectiones, non quod non posset efficere vnica diuinitas vt
corpus ab indigentia alienũ esset: qui enim paulopost omnibus hominibus immortalitatem largiendi
facilius suum corpus ab egestate inuictũ reddidisset: sed ei concessit suam naturam ostendere, vt huma-
quæ illius assumptionẽ negarent, falsum dicere aperte cõuincerentur. [n] *Apostoli autem.* Christus quoniam qui
homo has habebat affectiones quibus cõseruaretur & maneret corpus, nolente diuina virtute
omnino impatibile, ne putaretur esse, non re, sed visione, carebat autẽ alijs omnibus affectionibus, quate-
nus autẽ erat Deus, erat plane impatibilis. Apostoli autem cum per Domini doctrinam tum spi-
sent cognitionẽ, vt vitiosas omnes superarent affectiones, post Christi resurrectionem nẽpe cum
descendisset Spiritus sanctus, adeo euaserunt impatibiles, vt nullæ in eis essent affectiones, nõ illæ,
quã vitiosæ, sed ne ex quidẽ quæ sunt bonæ si cum ratione fiant, cuiusmodi sunt confidentia, cum
gaudiũ, cupiditas, quæ in eo quidem qui est imperfectus, bonæ sunt si eis cũ ratione vtatur. In eo autem
qui est perfectus cuiusmodi erant Apostoli, summam adepti cognitionem & firmum mentis statum, is
semper in virtutibus, & exercitationis manentes habitu, ex nullum habent locum. Quod ita esse osten-
dit singula persequens. Is est confidens qui in rebus humanis quædam grauia ac molestia existimat ac
uersus ea fidenti & intrepido est animo: perfectus autem nihil graue & molestum existimat in rebus
manis, perfectus ergo non est confidens. In eo autem qui non est confidens non est confidentia. Quod
autem perfectus in rebus humanis nihil graue & molestum existimet, ex eo probat, quod nihil eum po-
*Rom. 8.* sit abducere à charitate Dei: Quis nos separabit, inquit Paulus, à charitate Christi, tribulatio, an an-
stia, an fames, an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius?

IIII. * Est autem nugatorium dicere, *eum qui est cognitione præditus & perfectus, non opo-*
*tere eximere iram, & confidentiam, vtpote quod absque his neque sit aduersus ea quæ*
*ingruerint excitandus, neque quæ sunt grauia toleraturus. Sed si etiam cupiditatem ab eo*
*abstulerimus, fore vt ab omnibus rebus molestis & asperis conturbetur & obruatur, &*
*ideo à vita pessimè excedat, si non sit eius particeps: aut, vt quibusdam videtur, non eum*
*capiat earum rerum desiderium, quarum capit viros bonos & honestos. Si ergo omnis con-*
*iunctio & conciliatio quæ cum iis quæ sunt bona & honesta initur, sit cum appetitione,*
*quomodo manet, inquit, impatibilis is qui ea quæ sunt honesta expetit? Sed hi, vt videtur,*



*nescium diuinitatem charitatis. Non est enim vtique charitas eius qui diligit appetitio, sed*
*est benenola & firma coniunctio, in vnitatem fidei restituens eum qui est cognitione præ-*
*ditus, loco & tempore minimè indigentem. Qui autem per charitatem iam fuerit in ijs in*
*quibus est futurus, vt qui ipsem præceperit per cognitionem, nihil expetit, vt qui quoad eius*
*fieri potest, habeat quod est expetendum. Merito ergo manet in vno immutabili habitu di-*
*gens ex cognitione. Neque ergo vehementi ardebit studio vt assimiletur bonis, cùm ha-*
[o] *beat per charitatem id quod est bonum & honestum. Confidentia autem & cupiditate quid*
*ei adhuc est opus, cum impatibili Deo coniunctionem & familiaritatem acceperit per cha-*
*ritatem, & per eam se in eius amicorum numerum adscripserit? Is ergo qui est cognitione*
*præditus & perfectus, eximendus est à quauis animæ affectione & perturbatione. Cogni-*
*tio enim efficit exercitationem: exercitatio autem habitum vel affectionem. Eiusmodi au-*
*tem constitutio efficit impatibilitatem, non autem animi motuum moderationem. Fruitur*
*autem impatibilitate perfecta & absoluta amputatio cupiditatis.* [b] *Sed nec eorum quæ*
*vulgò iactantur bonorum, hoc est, patibilium bonorum quæ adiunguntur animi per-*
*turbationibus, est particeps is qui est cognitione præditus: vt exempli causa, lætitiæ,*
*quæ adiuncta est voluptati: & mœstitiæ, ipsa enim adiuncta est dolori: & cautio-*
*nis, subijcitur enim timori. Sed nec excandescentiæ, collocata enim est propter iram,*
*etiamsi quidem dicant ea omnia non amplius esse mala, sed bona. Fieri enim non potest vt*
*qui iam semel est consummatus per charitatem, & inexplebilem contemplationis delecta-*
*tionem æternè & insatiabiliter percipit, eáque fruitur, paruis & humilibus quibusdam &*
[p] *ductis delectetur. Quæ enim iusta ei amplius restat causa cur ad bona mundana reuertatur, qui eam acceperit lucem ad quam non patet aditus? Etsi nondum tempore & loco, at*
*ita quidem certè cognitione prædita charitate, propter quam sequitur hæreditas, perfecta-*
*que & absoluta restitutio: per operæ confirmante eo qui reddit mercedem, quod quia ele-*
*git per cognitionem, præuenit per charitatem accipiens is qui est cognitione præditus. At*
*non enim peregrinans ad Dominum propter suam in eum charitatem, etiamsi in terra cer-*
*natur eius tabernaculum, seipsum quidem à vita non educit? non est enim ei permissum,*
[q] *sed animam abducit à motibus & affectionibus, est enim ei concessum, & rursus viuit*
*morte affectus cupiditatibus, & corpore non amplius vtitur, sed solum ei permittit vti ne-*
*cessarius, ne ei præbeat causam dissolutionis. Quemadmodum ergo est ei amplius opus ma-*
*gni animi virtute, qui in malis non versetur, vt qui ne sit quidem præsens, sed totus sit cum*
*eo quem diligit. Quis verò est etiam vsus temperantiæ, cùm ea non egeat? Tales enim ha-*
*bere cupiditates, vt temperantia opus sit ad eas continendas & coercendas, nondum est eius*
*qui est purus & mundus, sed eius qui adhuc monetur animi perturbationibus. Magni au-*
[r] *tem & excelsi animi virtus assumitur propter metum & timiditatem. Non est enim vti-*
*que decorum vt Dei amicus, quem Deus prædestinauit ante mundi constitutionem, vt re-*
*feratur in summam filiorum adoptionem, voluptatibus subijciatur vel timoribus, & occu-*
*petur in comprimendis animi perturbationibus. Audacter enim dixerim, quemadmodum*
*est prædestinatus per ea quæ aget, & in quod consequetur: ita ipse quoque cum prædestina-*
*uerit, propter eum quem cognouit, habet quem dilexit: nec habet futurum coniectu difficile,*
*sicut multi viuunt coniectantes, sed per fidem cognitione præditam, accepit id quod est in-*
*certum & obscurum alijs: & propter charitatem, iam est ei præsens id quod est futu-*
*rum. Credidit enim, & propter prophetiam, & propter præsentiam, Deo qui non mentitur,*
*& habet id quod credidit, & obtinet promissionem: veritas autem est qui promisit, & finem*
*promissionis, propterea quod fide dignus sit is qui promisit, firmiterque stabiliter accepit per*

scientiam. Is autem qui per eum in quibus est statum, nouit firmam ac stabilem futurorum comprehensionem, futuro occurrit per charitatem. Iam verò nec oprabit quidem ea consequi quæ hîc sunt, cui persuasum est fore vt consequatur ea quæ verè bona sunt, sed semper optabit rectam & rectè se gerentem tenere fidem: & præterea quamplurimos fieri sibi similes ad Dei gloriam, qua perficitur & consummatur per cognitionem. Est enim saluator, qui Seruatori assimilatur, quatenus fas est humanæ naturæ ad eius peruenire imaginem, in exequendis præceptis, ea minimè transgrediendo, rectè se gerens. Hoc autem est Deum colere, per eam quæ verè est iustitiam factorum & cognitionis. Huius vocem in præcatione non expectat Dominus, pete, inquit, & faciam: animo cogita, & dabo. In summa enim, in eo quod vertitur & mutatur, fieri non potest vt id quod est immutabile, concrescat & concilietur. Cùm autem in continua mutatione, & ideo instabili, versatur facultas animæ principalis, non conseruatur vis habitus: quomodo enim qui ab ijs quæ extrinsecus ingrediuntur & incurrunt semper mutatur, habitum & affectionem tenere, & vt semel dicam, scientiam possidere potuerit? Quanquam philosophi quoque virtutes, habitus & affectiones & scientias existimant. Quomodo autem non simul generatur cum hominibus, sed est mixta scientia: & vt discatur quidem, in principio opus est attentione educationeque & incremento, deinde ex assidua, & quæ non intermittitur, meditatione pertenit ad habitum: ita etiam perfecta & consummata in habitu mystico, propter charitatem manet talis vt non possit excidere. Non solùm enim primam causam, & eam quæ est ab ipsa genita causam cõprehendit, & in his est firmus ac stabilis, stabiliter stabilis: & quæ excidere & dimouere nequeunt, rationes possidens: quinetiam de bonis ac malis, & vniuerso rerum ortu ac generatione, & vt semel dicam, de ijs quæ locutus est Dominus, accuratissimam & exactissimam à mundi constitutione ad finem vsque veritatem, ab ipsa veritate didicit, non si quid visum fuerit probabile, aut ex Græca oratione necessarium, ipsi veritati præponens. Quæ autem à Domino dicta sunt, pro apertis & manifestis sumens, etiamsi aliis obscura fuerint, tam de omnibus accepit cognitionem. Quæ sunt autem apud nos eloquia, & de ijs quæ sunt, vt sunt, respondent, & de futuris, vt erunt, & de ijs quæ facta sunt, vt fuerunt. In ijs solis quæ scientiam constituunt, cùm scientia præditus, se præclarè geret, & de bono tractandam suscipiet orationem, ijs quæ intelligentia percipiuntur semper adhærens: ab illis supernis archetypis exemplaribus, suam rerum humanarum describens administrationem, quomodo qui naugant, nauem ad astrum dirigunt: ad omnem bonam actionem semper præsto & paratus, omnis grauis & molesta solitus despicere, quando aliquid sustinere oportuerit, nihil temerarium, neque quod sibi & Reipublicæ non conueniunt, vnquam peragens, prouidus & prospiciens, & qui minimè flectitur voluptatibus tam ijs quæ verè sunt, quam ijs quæ ficta accidunt. Tenui enim diæta, quæ vt paucis sit contentus efficit, assuefactus, est temperans, & moderatus cum grauitate & honestate, paucis ad vitam necessarijs indigens, nihil quærens quod sit superuacaneum: sed nec hæc vt principalia, sed ex vitæ consuetudine, vt peregrinationi carnis necessaria, quantum necesse est admittens: præcipua enim est ei cognitio. [c] Per consequentiam ergo ijs quoque attendit quæ exercent ad cognitionem, sumens ex vnaquaque disciplina id quod confert ad veritatem. Ex Musica ergo, persequens proportionem quæ est in ijs quæ sunt coniuncta & composita: in Arithmetica autem, adnotans augmenta & decrementa numerorum, & eas quæ sunt inter se inuicem relationes, & quod plurima cadant in proportionem numerorum: & Geometriam ipsam essentiam in seipsa contemplans & assuefaciens, aliquod continuum intelligentia percipiat spatium, & immutabilem essentiam, quæ est alia à corporibus. Et rursus ab Astronomia à terra eleuatus



terra eleuatus, vnà cum cælo mente in cælum extolletur, & simul cum eorum conuersione circumagetur, semper considerans diuina, & eam quæ est inter se inuicem consensionem & conuenientiam, à quibus adductus Abrahamus ascendit ad cognitionem eius qui creauerat. Quinetiam Dialectica vtetur is qui est cognitione præditus, eligens diuisionem generum in species: & adducet eorum quæ sunt distinctionem, donec attigerit prima & simplicia. Multi autem, non secus atque pueri laruas, timent Græcam philosophiam, dum verentur ne eos abducat. Sed si talis est apud eos fides, non enim dixerim cognitionem, vt probabilitate rationis per eos dissoluatur, fateantur se non esse habituros veritatem: veritas enim vt aiunt, est insuperabilis, dissoluitur autem falsa opinio. Iam enim eligimus purpuram per comparationem alterius purpuræ. Quare si quis fatetur se non habere cor rectè informatum & explicatum, is non habet mensam argentariorum, sed neque rationem quæ vim habet iudicandi. Et quemadmodum erit adhuc trapezita, qui non potest probare & discernere probum nummum à falso & adulterino: Clamauit autem Dauid: In æternum non commouebitur iustus. Neque ergo fallaci oratione, neque falsa voluptate: vnde neque mouebitur à sua hæreditate. Ab auditione ergo mala non timebit. Neque ergo ab inani calumnia, sed nec à falsa opinione quæ eum circunsistat: sed neque astutas & callidas pertimescet orationes, qui eas potest discernere ad interrogandum & rectè respondendum: est enim Dialectica, veluti vallus quidam, ne veritas conculcetur à Sophistis. Oportet enim eos qui laudantur in sancto nomine Domini, vt vult Propheta, lætari corde quærentes Dominum. Quærite ergo eum, & confirmemini: quærite ergo faciem eius perpetuò modis omnibus. Nam cùm multifariam & multis modis sit locutus, non absolutè cognoscitur. [d] Non his ergo tanquam virtutibus vtens, is qui est cognitione præditus, habebit disciplinarum multarum cognitionem, sed vtens tanquam adiutricibus in communibus & propriis discernendi admittet ad veritatem. Est enim omnis erroris & omnis falsæ opinionis causa, non posse discernere quánam ratione inter se conueniant ea quæ sunt, & quánam ratione differant. Sin autem quispiam non quatenus res sunt distinctæ persequitur orationem, non animaduerterit se confundere communia & propria. Hoc autem si fiat, necesse est vt via amittatur & incidat in errores. Nominum autem & rerum distinctio, in ipsis quoque scripturis magnam affert lucem animis. Necesse est enim exaudire & plures dictiones plura significant, & plures quam quæ quid vnum significant: vnde etiam fit, vt rectè respondeatur. Vitandus est autem eius multus & planè inutilis abusus, qui consumitur in iis in quibus non oportet, eo qui est cognitione præditus, vtente disciplinis tanquam præexercitationibus, quæ adiuuantium causarum instar habeant, & ad accuratam veritatis traditionem, quatenus id potest assequi, nec ab eo potest diuelli, & ad propulsandas artificiosas rationes quæ improbè moliuntur excindere veritatem. [e] Non relinquet ergo ea quæ promouent ad ea quæ sunt in orbe disciplinas, & Græcam philosophiam? sed non principali ratione, sed ea quæ est necessaria, & secunda, & quæ deriuatur ex circunstantiis. Quibus enim improbè & malitiosè vtuntur ij qui suam ponũt operam in hæresibus, ijs rectè vtetur qui est cognitione præditus. Cùm sit autem in parte veritas quæ in Græca apparet philosophia, quæ verè quidem est veritas, quomodo Sol illuminans colores, & album, & nigrum, ostendit qualis sit vnusquisque eorum, sic ipsa quoque refellit omnem sophisticam sermonis probabilitatem. Meritò ergo à Græcis quoque acclamatum est: Principium magnæ virtutis est regina veritas. [f] Quemadmodum autem in Astronomia habemus exemplum Abraham, ita etiam in Arithmetica eundem Abraham. Cùm enim audiisset abductum fuisse Loth captiuum, trecentis decem & octo vernaculis suis numeratis, hostes aggressus vincit maximum eorum numerum. Dicunt ergo Dominici quidem signi typum quod ad figuram attinet, esse elementum, quod significat

Psal. 114.

Psalm. 68.

* T. littera

trecentos: ιω autem & ιθ significare nomen salutare. Significari ergo eos esse Abrahæ domesticos & ei coniunctos, quod ad salutem attinet, qui ad signum & nomen Domini conferunt, & superasse eos qui ipsos abducebant in captiuitatem, & plurimas gentes infideles quæ eos sequebantur. Iam verò numerus quidem trecentenarius est ternarius in centenario. Decimus autem citra vllam controuersiam est vndiquaque perfectus. Octo autem qui est primus cubus, est æqualitas in omnibus dimensionibus, longitudinis, latitudinis, & altitudinis. Duo hominum, inquit, erunt centum & viginti anni. Est autem numerus ab vnitate per compositionem quintusdecimus. Luna autem quintadecima est plena. Est autem alius quoque centum viginti numerus Triangulus, & constat ex paritate quidem numeri bcuij. a Quorum quæ fit per partem compositio, gignit quadratos, j. iij. v. vij. ix. xi. xiij. xv. Ex imparitate autem numeri lvj. nempe septem paribus à binario, qui generant eos qui sunt altera parte longiores, ij. iiij. vj. viij. x. xij. xiiij. In alio rursus significato constat cxx. numerus ex quatuor, vno quidem triangulo, nempe xv. altero verò quadrato, nempe xxv. tertio autem pentagono, nempe xxxv. quarto autem hexagono, nempe xxxxv. Eadem enim proportione sumptum est v. in vnaquaque specie. Triangulorum enim ab vnitate v. quidem est xv. Quadratorum verò xxv. & eorum qui deinceps sequuntur, per proportionem. Iam verò numerus xxv. qui est v. ab vnitate dicitur esse symbolum tribus Leuiticæ. Numerus autem xxxv. ipse quoque habetur ex ea quæ fit ex duplis descriptione, Arithmetica, Geometrica, & Harmonica: nempe vj. viij. ix. xij. quorum compositio generat numerum xxxv. In his diebus dicunt Iudæi formari fœtus septem mensium. Numerus autem xlv. constat ex descriptione quæ fit ex triplis, nempe vj. ix. xij. xviij. quorum compositio procreat xlv. Et in his similiter dicunt formari fœtus nouem mensium. Est est hoc quidem forma exempli Arithmetici. Geometriæ autem testimonium sit tabernaculum quod constituitur, & arca quæ fabricatur, quibusdam proportionibus, quæ cum summa ratione procedunt, diuinis constituuntur inuentionibus per donum intelligentiæ, quæ à sensilibus ad ea quæ percipiuntur intelligentia, velutius ab vsu ad sancta, & sancta sanctorum nos traducit. Ligna enim quadrata, signant quadratam figuram quoquo versus peruasisse, securitatem & stabilitatem efficientem circa angulis. Et ædificij quidem longitudo erat trecentorum cubitorum, latitudo verò quinquaginta, altitudo autem triginta: & supernè in cubitum, qui ex lata base acuitur instar pyramidis, desinit arca, eorum qui igne purgantur & probantur symbolum. Hæc Geometrica proponit præbetur ad sanctas illas transmittendum mansiones, quarum differentias subiectorum numerorum ostendunt differentiæ. Qui autem inferuntur numeri, sunt secupli, vt trecenta ad quinquaginta: & decupla, vt trecenta sunt decupla ad xxx. & ὑπεροχικοὶ, hoc est, superbi partientes. Quinquaginta enim sunt ad xxx. superbi partientia. Sunt autem qui trecentos cubitos dicunt esse symbolum signi Domini. Quinquaginta autem, spei & remissionis quæ datur in Pentecoste. Et triginta, aut, vt est in nonnullis, duodecim, dicunt significare prædicationem, quoniam tricesimo quidem anno prædicauit Dominus: duodecim autem fuerunt Apostoli. Et in cubitum consummatum fuisse ædificium, iusti profectu desinente in monadem, & in vnitatem fidei. Mensa autem in templo erat sex cubitorum, & eius pedes quatuor erant circa vnius cubiti & dimidij. Colligunt ergo omnes cubitos duodecim, conuenienter duodecim annorum conuersioni quæ fit per circulum anni, quibus terra omnia producit & perficit, cum quatuor temporibus initæ anni consuetudine. Terræ autem, vt arbitror, imaginem mensa significat, quæ quatuor fulcitur pedibus, æstate, autumno, vere, hyeme, per quos annus impletur. Quocirca dicit etiam mensam habere vndulas inflexas ac tortiles, aut quod temporum conuersionibus omnia circumagantur, aut fortasse significauit terram quam circumfluat Oceanus.

Etrutis, qua littera significat etiam trecentos: Illud: Aut vt est in nonnullis, duodecim, videtur esse omnino tollendum vt superfluum.

a Post 64. videntur nonnulli hæc verba deesse. Nempe octo, impar huic ab vnitate. Vbi autem est, Gignit quadratos, videtur legendum, Gignit triangulos.

Etrutis



## COMMENTARIVS.

a Est autem hinc exorsum. Ei quod statuit Clemens perfectum esse impatibilē videbatur obstare, quod si à perfecto auferatur ira & confidentia, nō poterit esse fortis, neq; enim poterit excitari aduersus mala quæ irruunt, neq; eis resistere, quod præstat ira, nec quæ sunt molesta & grauia perpeti & tollerare, quod præstat confidentia. Quod si etiam ab eo auferatur cupiditas, cum desiderium eius quod cupimus nobis desit animū, vt rebus grauibus & molestis resistamus, si id desit perfectus ab eis conturbabitur, & obruetur, & eis cedēs à vita nō sine dedecore & ignominia excedet, aut vt dicūt aliqui, si tollatur cupiditas à viro perfecto, nō ea appetet, quæ à viro bono & honesto sunt expetenda: Aut ergo in virum perfectum cadit cupiditas & desiderū, & ita erit patibilis, aut si sit insatiabilis nō ea expetet quæ boni viri & honesti expetunt. Ad hanc obiectionem respondet Clemens in viro perfecto esse charitatem, non autem appetitionē. Vir autem perfecti charitas non est appetitio diligentis, sed est benēuola & firma coniunctio eius qui habet cognitionē, id est eius qui Deum nouit restitutus in vnam fidem. Coniungit enim charitas eos qui vnam & eandem habent fidem, nulla habita ratione nec loci nec temporis. b Sed nec eorum. Affectionibus adiunguntur etiā quædam bona patibilia, vt voluptati adiungitur lætitia, dolori mœstitia, metui cautio, iræ excandescentia, quæ à quibusdā dicuntur non esse amplius mala sed bona, quoniam magis iuuant qui nocent. Sed vt affectionibus caret is qui est cognitione præditus & perfectus, ita etiam caret iis bonis quæ eis sunt adiuncta. Hanc autem affert causam, quod qui est consummatus in charitate, & in Dei qui est summū bonum perpetua & inexpiabili contemplatione versatur, eaque fruitur, is paruis, humilibus, abiectisq; non delectatur. Sunt autem humana omnia plane nihil facienda si conferantur cum diuinis. Qui autem Deum perpetuo contemplatur etiam ad lucem peruenit inaccessibilem, non quidem loco, nondū enim est in cælis, nec tempore nōdum enim excessit ex huius vitæ tenebris, sed præuenit per charitatē, propter quam sequitur hæreditas regni cælorum, & perfecta restitutio, in eum statum ex quo ceciderat per peccatum, Deo per opera confirmante, qui operibus dat mercedem. Deus ergo dat mercedem operibus, sed ea opera procedunt ex cognitione, & fide operante per charitatē. Non sola ergo fides iustificat, sed & cognitione opus est, ex qua est fides, & operibus quæ fiunt per charitatem. Porro autem qui est perfectus eligit per cognitionē, peruenit autem, per charitatem iam accipiēs, vt qui dilecto quem contemplatur sit vnitus. Quamuis autē eius tabernaculum, nempe corpus, cernatur in terra, tamen propter suam in Deum dilectionem ad eum peregrinatur & cum eo esse cupit, nec sibi tamē mortem affert: Dei enim iniussu non licet ex hac vita excedere, sed animā à corpore abducit, mortificās animi motus & affectiones, quod ei est permissum. Ita autem mortificatis affectionibus & cupiditatibus, viuit quidem perfecti corpus, sed eo eatenus vtitur, vt vtens ad vitā necessarijs, prohibeat ne dissoluatur, quod non licet, nec sit sibi causa mortis, nec cædis non faciendæ præcepti transgressor. Postquā autem ostendit Clemens eum qui est perfectus esse impatibilē, nec habere affectiones, nec bona patibilia quæ eis sunt adiuncta, docet nec morales quidē in eo esse virtutes, magni & excelsi animi virtutē & temperantiam: Neque enim eis opus habet. Magni enim animi virtute is demū opus habet, qui in malis versatur quibus resistat, sed is qui est perfectus tantum abest vt versetur in malis, vt ne sit quidem præsens, sed totus sit cum Deo quem diligit, & quem assidue meditatur & cōtemplatur. Sed neque opus habet tēperantia, ea enim opus habet is cui sunt refrenandæ & reprimendæ cupiditates. Qui eas autem habet non est mundus: perfectus autem qui est mundus eas non habet, & ideo ad eas coercēdas nō opus habet tēperantia. Atque ad comprimendū quidem metum & pusillū animi vitium assumitur animi fortitudo, ad coercendas autem libidines & cupiditates temperantia. Sed nō decet, vt Dei amicus qui est prædestinatus vt sit adoptiuus Dei filius seruiat voluptati & timori, & occupetur in cōprimendis animi motibus & perturbationibus, quibus vt qui sit mundus oportet eum omnino carere: qui est autem mundus is à Deo est prædestinatus. Ij enim sunt prædestinati, qui secundum propositum vocati sunt sancti: sancti autē non sunt nisi sint mundi. Sancti sunt etiam qui cum prius essent immundi, fide obsignata sacramento sunt iustificati. Iustificati autem Deum colunt per eam quæ verè est iustitia factorum & cognitionis. Qui ergo à Deo prædestinātur, prædestinantur non solum propter fidem sed etiam bona opera. Prædestinat ergo eos quos præscit futuros, & ex charitate quæ est ex Dei cognitione bona facturos opera, & ex his operibus cæli cælestis & vitæ æternæ mercedē accepturos. Et hoc est quod dicit Clemens prædestinatum per ea quæ aget, nempe bona opera. & id quod consequetur, mercedē scilicet quæ sequitur bona opera, & sic quidem Deus prædestinat, prædestinat autē non solum Deus, sed etiam homo qui est in Dei cognitione perfectus. Is enim cum præsciuerit futurum vt qui est perfectus Deo fruatur, etsi id nondum sit assecutus, certa tamen cognitione se assecuturū prædestinans, eum habet quem diligit, non incerta aliqua & difficili motus cōiectura, sed per charitatē præsens ducens id quod est futurum. Non est autē mirum si futura habeat pro præsentibus, cū Deo crediderit, qui quæ futura sunt prædixit, & est præsens, & qui tantum abest vt mentiatur, vt sit ipsa veritas. Quoniā autem hīc agitur de vito in cognitione perfecto, Clementi visum est dicendum cuiusmodi sit eius scientia. Huius autē hoc primum ponit principium & veluti fundamentum, quod simul esse nō possint mutabilia eū immutabilibus, & scientia sit firmus certusq; & stabilis habitus qui esse nō potest in rebus mutabilibus, ex eo fit vt scientia sit in rebus immutabilibus. Immutabilia autem sunt quæ semper similiter & eodē modo se habent. Ea sunt diuina & æterna, & quæ non cadunt sub sensum sed sub intelligentiā, eorū est firmus & stabilis habitus, firmaque & stabilis scientia. Qui est autē in cognitione perfectus, is hanc firmam & stabilem habet scientiam, quæ est eorū diuinarum & æternarū cognitio. Earū propriè est firmus & stabilis habitus, non autem rerum humanarum & ne virtutum quidē, quamuis philosophi eas esse dicant habitus, affectiones, dispositiones & sententias. In hoc autem conuenīūt rerum humanarū scientia & mystica seu Theologica scientia, quæ est in habitu mystico, quòd simul quidē cum homine non nascitur humana scientia, sed aliquam habet admixtionem. Non opus est vt qui ad scientiā vult peruenire sit diligens & animū adhibeat, & in his educetur quæ ad eam deducunt,

& principiorũ iactis fundamentis paulatim procedat, & diuturna meditatione tandem ad habitum perueniat: Cũ autem ad habitum peruenerit humana in suo genere perfecta est scientia, vt quæ non facile excidat & amittatur: ita etiã mystica seu Theologica scientia diuinarũ & æternarũ rerum habitum consecuta, propter charitatẽ, quæ est virtutũ omniũ fastigium, firma manet & stabilis, nec potest excidere. Qui hãc habet scientiã cõprehendit & primã causam, qui est pater ingenitus, & causam genitam, id est filium à patre generatum, ea generatione quam nemo potest enarrare. Eorum autem licet diuersæ sint hypostases, vna tamen est & essentia, & rerũ causa, sicut Patris & Filij & Spiritus sancti tres hypostases sunt vnus Deus. Eos vero firmiter cõtemplans & stabiliter inhærens, firmas quoq; & stabiles eorum habet rationes quæ nõ possunt excidere: Dei enim nõ magis excidunt rationes quam ipse Deus. Quamuis autẽ viri in cognitione perfecti sit proprie illa rerũ diuinarũ & æterna scientia, quæ cadunt sub intelligentiã, & quarũ sunt firmæ & stabiles rationes, dicit tamen etiã ab ipsa veritate & quæ ad mores pertinent, qui sunt fines bonorũ & malorum, naturæque & naturaliũ rerum contemplationem, & mundi ortũ & generationẽ. Hæc inquam accurate & exactè discit ab ipso Deo, id est à veritate, à mundi incipiẽti creatione vsq; ad finem. Hæc autem quæ ab ipso Deo didicit, præfert iis quæ scripta sunt à Græcis Poëtis, vt puta ab Orpheo & Hesiodo, & cæteris, quantũnis eis vila sint probabilia & necessaria, vt qui apud Græcos habeantur pro Theologis. Poëtarũ enim fuit Græcorũ vetus Theologia. Et merito sane præferẽda sunt quæ Deus loquutus est iis quæ dixerunt homines. Ea autem aliis quidem sunt obscura, sed nõ nisi ab ipso didicerunt & ab ipso omnem accipiũt cognitionẽ. A Deo autẽ discit qui ab eius discit eloquio, id est à Sacris scripturis. * *Per consequentiã.* Quod sibi quidem præcipue & ante omnia proponit vir perfectus, est cognitio Dei & veritatis: sed quoniã ad eam conferunt etiã disciplinæ, ex singulis earum tantũdum est per consequentiã id quod potest prodesse ad veritatem. In musica ex sonis grauibus & acutis cõiunctis & cõpositis fiunt harmoniæ & cõsonantiæ, in iis est quædam proportio, ea iumetur ab eo qui est studiosus veritatis. In arithmetica sunt numeri crescentes & decrescentes, & in eis est quædam relatio & habitudo ex qua exiitit proportio. Arithmeticã illã proportionem sumet etiam qui tendit ad veritatem, vt quæ ad eã conferat. Geometriam à corporibus abstractam in se contemplatur essentiam, quæ est alia à corporibus & est immutabilis, & ex ea intelligentia percipit aliquod continuum spatium: ad quoque ad veritatem assumet studiosus veritatis. Per astronomiã mens à terris eleuata cælorum inuestuetur motus certamque & æquabilẽ conuersionem, & inde ascendit ad diuinam, atque adeo Dei ipsius contemplationẽ. Quæ quidem fuit causa, vt ipse quoque Abrahã cum astronomiæ dedisset operã mundi agnosceret Creatorẽ: nec ergo Astronomia est à veritatis studioso negligenda. Porro autẽ docendi & lectica genera diuidere in species, & res à rebus distinguere, vt tandẽ perueniatur à cõpositis ad primos & simplicium cognitionem, & ea de causa ea est ei qui est studiosus veritatis vtilis. Quamuis ergo studioso veritatis sit præcipua quã sibi proponit cognitio, sunt tamen ex quoque disciplinæ per consequentiã ei vtiles, vt quæ ad veritatẽ exerceant & conferant. Atque sunt hæ quidem disciplinæ quas Græci vocant *παιδιὰς* & *προγυμνάσματα*, vt quæ erudiant & exerceentes præcedant philosophiã. Cũ autem essent quidam fideles qui Græcã timerent philosophiam, vt qui sibi persuasissent, à Paulo ad Colossenses non sana intellecto inducti, eã decipere & à veritatis abducere cognitione. Respõdet Clemens quod si tales rum fides citra cognitionẽ, poteſt enim quis credere nec tamen cognoscere vt probabilitate Quamdissoluatur, vt scilicet nõ amplius credat quod credebat, non erat vera quã habebat fides. Non enim vera fides in qua non est veritas. Quod autẽ non sit in ea veritas ex eo probatur quod superant eã falsa: adimendam autẽ veram fidem à falsa opus est dialectica. Nam vt is demum est bonus argentarius & Trapezita qui probum discernit à reprobo & adulterino, ita est dialectici verũ à falso discernere. Facta autem à malo discretione, per cõparationem bonum eligitur. Ita enim bonam eligimus purpuram si cum male comparetur: verum quoque itidem eligitur si à falso discretum cum eo comparetur. Qui autem etiam falso discretũ eligit, is est iustus. Qui est autem iustus in æternũ non mouebitur, vt exclamauit Dauid, id est, sẽper erit firmus & stabilis, & nunquã à certo bono fidei proposito poterit dimoueri, nihil illi persuadebunt fallaces argumentorũ calumniæ, nõ à recta virtutis semita eum abducent falsæ voluptates: quid quantũuis callidũ & astutũ ei obijciatur, cum possit verũ à falso discernere, ad interrogata semper recte respondebit. * *Non hoc.* Cũ non vno & simplici modo sed multis inueniatur veritas, & ad eam inueniendã iuuẽt disciplinæ, nõ eis vtitur veri cognitionis studiosus, tanquã perfectis & absolutis virtutibus, sed tanquã iis quæ adiuuant ad veritatis inuentionẽ. Vt inueniatur autem veritas maxime expetit communia à propriis discernere. Hinc enim errores & falsæ maxime existũt opiniones si cõfundantur communia cum propriis. Est ergo adhibenda distinctio quid inter se commune habeant res & vocabula, & quid inter se differant. Hæc distinctio cũ aliis tum maxime in scripturis magnã affert lucẽ: in iis enim sunt pleræ dictiones quæ plura significant quã quæ vnũ. Vt ergo ad rogatũ rectè respondeatur, adhibenda est distinctio, qua homonymi præcipua significatio à minus propriis distinguatur. * *Non relinquent.* Ea in infert Clemens nõ esse relinquendũ orbẽ disciplinarũ, nec Græcã philosophiam, sed eis dandam esse operam, non quidẽ ratione principali, principẽ enim locũ tenet diuinæ cognitio veritatis, seu Theologia, sed ea ratione quæ est necessaria & secũda: necessaria quidẽ, vt qua ad differẽdũ & senium explicãdũ necessaria vtatur studiosus cognoscẽdæ veritatis. Secũda autẽ vt quæ authoritate & dignitate sit inferior, & extra quæ est ex circũstãtiis: Efficiũt enim circũstãtiæ vt orbe disciplinarũ male vtãtur hæretici, recte autẽ Orthodoxi & studiosi veritatis. Dãda est ergo opera disciplinis & Græcæ philosophiæ, quod est diuina cognitio sit prima & præcipua philosophia, tamen Græca ad eam assequendã sit necessaria, & prima quidem sit diuinæ veritatis cognitio tanquam finis ad quem extremum tenditur, Græca autẽ philosophia secunda per quam ad finem tenditur, qui est primus in mente. Est autem Græca philosophia propter personarum circunstantiam vtilis. Nam cum ea bene vtantur Orthodoxi cognitione præditi, male autem



autem hæretici, & ad confutandos hæreticos proderit Orthodoxis, & ad sua confirmanda dogmata. Nec ideo nõ prodest Græca Philosophia, quod sit in ea veritas singularis, seu particularis, non autẽ vniuersa qualis in Theologia. Nam eũ quæ in ea apparet veritas, est verè veritas, ea ad hoc proderit, vt quomodo sol colores illuminãs, ostẽdit qualis sit vnusquisque color, ita ipsa refellẽs quod falso quidem, sed probabiliter dicitur à Sophistis, efficit, vt falsũ reiecto quod verũ sit appareat. Hoc inquã efficit veritas quæ apud quoscũque sit, seu Græcos, seu Barbaros ex Deo est: imo vero ipse Deus sicut est summa virtus & summa bonitas, ita est summa veritas, quæ est magnæ virtutis principiũ. Vnde etiã apud Græcos merito acclamatũ à Poëta, quicũq; is sit, ut eque enim hoc dixit Clemens: O magnæ virtutis principiũ, Regina veritas. Reginã autẽ veritatẽ vocat Deũ, à quo tanquã à bonorũ fonte profluit omne bonũ, & omnis virtus. * *Quemadmodũ autẽ in Astronomia.* Ioseplus scribit Abrahã Astronomiæ, Arithmeticæ, & Geometriæ adeo fuisse peritũ, vt eas docuerit Ægyptios: & de Astronomia quidẽ eius antea dixit, nunc autẽ eundem adducit in exẽplum Arithmeticæ, qui cũ audisset Lot ab hostibus fuisse captũ, numeratis trecẽtis & octodecim vernaculis eos aggressus, maximũ vicit eorũ numerũ. Quid autẽ hoc sibi velit allegoriæ sic exponit. Tlitera Græca trecẽtos significat, cuius etiã figura crucem quæ est signum Domini, repræsentat. Iota autem & *ννη*, & 18. significant, & nomen salutare, nẽpe Iesum Seruatorem nostrũ. Ij ergo sunt Abrahæ domestici & ei coniuncti, qui ad salutem assequendã ad signũ Domini, nempe crucem cõfugiunt, & salutare eius nomẽ. Ij eos superant qui eos adducebant captiuos, nempe Dæmones, quos etiam sequebatur magna multitudo infidelium. Deinde exponit quales sint hi numeri trecẽtenarius decimus & octauus: Trecentenarius, inquit, est Tematur in cẽtenario. Ternarius autẽ primus impar, vt dicit Anatolius, à nõnullis appellatur perfectus, quoniã primus omnia significat, nempe principiũ, medium, & finem. Decimus autẽ est omni ex parte perfectus. Est enim denarius finis, & complementum omnis numeri orũ, vltra quem nec ingenium nec ratio aliqua excogitauit, non enim datur. Octauus autem numerus est primus actu cubus. Nam vnitas etsi nõ actu, est tamẽ potestate cubus. Dicũtur autem cubi qui fiũt ex tribus æqualibus lateribus, vt 8. 27. Ille qui fit ex bis duobus bis, hic vero ex ter tribus ter. Eorum autem æquales sunt omnes dimensiones, par est enim longitudo, latitudo, & profunditas, sicut sunt æqualia omnia corũ latera. Subiungit deinceps illud Genesis, in quo Deus constituit dies annorum vitæ hominis. Ij autem sunt centum viginti anni. Cõstituuntur autem centum viginti ex numeris ab vnitate vsque ad quindecim, simul cõprehenso etiam decimo quinto. Quod ne temere factũ esse putetur, subiungit in hoc numero decimo quinto hoc esse mysteriũ, quod decima quinta Luna sit plena. Est enim omni ex parte decimo quinto die plena, quæ quarto decimo die plena esse cœperat. Vnde dies Lunæ quintus decimus dictus est *πανσέληνος*, centũ & viginti autem, qui est spatiũ temporis vitæ humanæ, est numerus trigonus seu triangulus qui cõstat ex numero pari 64. & impari 56. hi numeri autem, 64. partes nempe, 1. 2. 3. 7. 9. 11. 13. 15. componantur, id est addantur, ex compositæ seu additæ efficiunt quadratos seu tetragonos. Ij autem sunt 1. 4. 9. 16. 25. 36. 49. 64. numeri autem 56. si à binatio sumantur septem pares, nempe 2. 4. 6. 8. 10. 12. 14. ab iis generantur qui sunt alteri parte longiores 2. 12. 20. 30. 42. 56. etsi cõgregatis paribus à binario fiunt altera parte longiores. His addit quæ dixit de numero 10. quod 15. cõstet ex quatuor, quorũ vnus est triangulus nempe, 15. alius vero, tetragonus, seu quadratus, scilicet 25. tertius autẽ pentagonus, nẽpe 35. quartus autem hexagonus, nempe 45. Est autem vnusquisque eorũ, quintus eadem proportione, nempe, 15. in triangulo, 25. in quadrato 35. in pentagono 45. in hexagono. Quod autem 25. sit symbolũ tribus Leuiticæ non memini me alibi legere. Quæ sit autem et duplici descriptio Arithmetica, Geometrica, & Musica, accipiendũ est ab Arithmetica. Eius descriptionis sunt quatuor numeri 6. 8. 9. 12. Ij simul additi & coacernati efficiunt numerũ 35. In his 35. diebus dicunt Iudæi formari fœtũ septem mensũ. Numerus autem 45. efficitur ex aggregatione numerorũ, 6. 9. 12. 18. his autem 45. diebus dicunt Iudæi formari fœtũ nouem mensũ. A quibus nam autem Iudæis hoc acceperit Clemẽs, ingenue fateor me nescire: hoc certo scio, id nõ inueniri in scripturis. Id ipsum autem certis quoque verbis dicit Hyppocrates in aliquot locis. Quod autem si à cõceptione fuerit formatus fœtus die 35. necesse sit vt in lucem edatur septimo mense, hæc aperta ostendit demonstratio, duplicato enim 35. numero mouebitur fœtus die 70. eo triplicato fiunt 210. qui sunt septẽ menses: quod si formatus fuerit 45. die, vt fit plurimũ, eo duplicato mouebitur 90. die, Triplicato autem, fit dies 270. dies autem 270. efficiunt nouem menses. Quo fiet vt necessario nascatur nono mense. Quod quidem his duobus tribus ostendit Ægidius:

*Sex in lacte dies, tres sunt in sanguine terni,*
*Bisseni carnem, ter seni membra figurant.*

Cum autem ostendisset exẽplis Arithmeticis, quid Arithmeticæ cognitio prosit veritatis studioso, vult nũc ostendere quid prosit Geometria, exemplis Geometricis in ædificio tabernaculi arcæ & mensæ. Ea enim per donũ intelligentiæ, nempe sancti Spiritus diuine sunt fabricatæ quibusdam proportionibus, quæ à sensilibus nos perducunt ad ea quæ percipiunt intelligentia, vel potius ad sancta sanctorũ, id est, ad ipsum Deũ. Quadrata figura est omnium figurarum firmissima & stabilissima. Ligna ergo quadrata quæ sunt in his ædificiis cũ sint quadratæ figuræ, quę rectos habet angulos, qui sũt maxime firmi & stabiles, significant in omnem partem peruadere firmitatem & stabilitatem. Logitudo autem, latitudo, & altitudo delineatis in Pyramidem, est symbolum eorum qui purgantur & probantur igne, siue is sit ignis sancti Spiritus, siue ignis afflictionum, quæ probãt & purgant animã, vel hic vel in purgatorio. Hæc autem Geometrica proportio datur ad transmittendũ ad sanctas à Deo patratas mãsiones, quas esse diuersas ostendit numeri: dantur autem singulis à Deo dinetiæ mansiones pro meritorũ diuersitate. Qui autẽ inferuntur numeri sunt sexcupli, sunt decupli, sunt superbi patientes, sexcupli sunt 300. ad 50. 300. enim cõtinent sexies 50. decupli autem 300. ad 30. 300. enim cõtinent decies 30. 30. autem sunt ad 60. *διπλασίονες*, id est, superbi patientes, vt qui cõtineant 30. 20. qui sunt duæ eius partes. Trecenti autem duo tantę diximus figurari per literam Græcam T, sunt symbolũ signi Domini nempe crucis. Quin-



Hyppocr. de nat. puer. Idem de alimento. & li. de morb. mulierum.

quaginta vero est signum spei & remissionis quæ datur in Pentecoste. In Pentecoste enim missus est spiritus sanctus, qui est veluti arra & pignus futuræ hæreditatis, quæ speratur, quoniam remissa sunt peccata. Triginta autem sunt signum prædicationis: Christus enim prædicauit anno suæ in terris vitæ xxx. Idem etiam significant 12. quoniam fuerunt 12. Apostoli qui prædicarunt. Per hoc autem quod ex decimum finem accipit in cubito, significatur quod Iustus peruenit tandem ad vnitatem, nempe ad Deum & vnicam fidem. Duodecim autem qui in mensa erant cubiti, significant duodecim menses, qui dum in anni circulo voluuntur, terra omnia producit & perfecti per distincta quatuor anni tempora, ea quæ unt anni tempora significantur per mensæ vndulas inflexas & tortiles. Nam instas vndæ inflectuntur & variantur anni tempora, quæ si semper essent eadem & manerēt immobilia, non esset illa rerum quæ producuntur varietas. Pollunt etiam vndulæ illæ significare Oceanum, qui terram circumfluit. Mensa ergo est terra quæ producit omnia, non produceret autem cum sit frigida & sicca, nisi à Sole concoquendo, & in formas à natura distinguendum humorem suppeditaret Oceanus.

v. [a] PRÆTEREA *exemplum Musicæ simul psallens & prophetans ponatur Dauid, Deum concinnè & numerosè laudans. Conuenit autem maxime genus* [b] *harmoniæ quæ est Doricæ, &* [c] *ei quæ est Phrygiæ, vt dicit Aristoxenus. Barbari itaque Psalterij harmonia, cum sit omnium præstantissima, modorum honestatem ostendens & grauitatem, cùm sit antiquissima, maximè fuit exemplum Terpandro ad Doricam harmoniam, Iouem laudanti hoc modo: Iupiter omnium principium, dux omnium, hoc hymnorum principium ad te mitto Iupiter. Potuerit autem à psalmographo allegoricè accipi cithara, in primo quidem significato, Dominus: in secundo autem ij qui proximè ac continenter pulsant animas, canticum præeunte Domino. Populus quoque qui sit saluus, dici potuerit cithara per Dei inspirationem. Et qui per Dei cognitionem musicè glorificat, exauditur, verbo pulsans ad fidem. Aliter quoque acceperis musicam consonantiam, nempe Ecclesiasticam, legis & Prophetarum simul & Apostolorum, vnà cum Euangelio, & concentum qui in vnoquoque Propheta est positus, dum ab vna persona ad aliam transfertur.* [d] *Sed plurimi, vt videtur, ex iis qui nomine sunt inscripti, non secus atque socij Vlyssis, rusticè aggrediuntur doctrinam: non Sirenes, sed numeros & modos præterentes, obstruentes aures propter inscitiam, quoniam sciunt, si Græcis disciplinis aures semel præbuerint, futurum vt nunquam possint reuerti postea. Ei autem qui decerpit id quod est inducibile ad vsum Catechumenorum, & maximè eorum qui sunt Græci, Domini autem est terra & plenitudo eius, non est abstinendum à studio doctrinæ, instar brutorum animantium. Sunt autem plurima iis qui audiunt, quoad eius fieri potest, suppeditanda auxilia. Sed nequaquam est in his immorandum, præterquam ad id quod ex iis accipere est commodi, vt cùm id acceptum possederimus, possimus domum reuerti ad veram philosophiam, quæ est firmum animæ refugium quod ab omnibus præbet securitatem. Eâ ergo attingenda Musica ad mores ornandos & componendos. Certè etiam in conuiuio nonnunquam inuicem psallendo propinamus, nostram incantantes cupiditatem, & Deum glorificantes propter copiosam donationem eorum quibus vtuntur & fruuntur homines, & quod perpetuò suppeditata fuerint nutrimenta ad augmentum corporis & animæ. Est autem & peruacanea respuenda Musica, quæ frangit animos & variè afficit, vt quæ sit aliquando quidem lugubris, aliquando verò impudica & incitans ad libidinem, aliquando autem limphata & insana.* [e] *Eadem ratio est etiam de Astronomia: ea enim cum rerum substantiæ cognitione, de figura vniuersitatis, & cœli conuersione, & astrorum motione, ad creantem virtutem propius adducens animam, docet nos facilè sentire tempora annuaria, mutationem aeris, ortúsque & occasus syderum. Nam ars quoque nauigandi & agricultura, referta est vsu qui ex ea redundat: sicut etiam Geometria, Architectura, & ars ædificandi. Efficit autem hæc quoque disciplina vt maximè assequatur, & verum perspiciat animæ & falsum arguat, certásque rationum inueniat conuenientias & proportiones, adeo vt venetur simile in dissimilibus: inducitque nos vt inueniamus longitudinem absque*



*absque latitudine, & superficiem quæ caret alitudine, & signum quod nullas habet partes, & à sensilibus nos traducit ad ea quæ percipiuntur intelligentia.* [a] *Philosophiam ergo adiuuant disciplinæ, & ipsa philosophia ad tractandum de veritate. Ecce enim chlamys primùm fuit vellus, deinde carptum fuit, & subtegmen stamenque factum est, deinde fuit contextum. Oportet ergo animam prius esse præparatam, & variè elaboratam, si sit constituenda optima & præstantissima. Nam veritatis alia quidem est pars quæ versatur in cognitione, alia verò in actione: profluxit autem à contemplatione. Magna autem exercitatione opus est & experientia. Quinetiam contemplationis, alia quidem pars est vt adsit proximos, alia verò vt aduersus seipsum. Quamobrem sic quoque eruditionem oportet esse comparatam, vt vtrisque conueniat. Ei ergo qui sufficienter didicit illa, quæ continent ea quæ deducunt ad cognitionem, licet deinceps manere quietum, actiones dirigendo ad contemplationem. Cùm autem propter proximorum vtilitatem, alij quidem se conferant ad scribendum, alij verò ad Verbum tradendum se comparent, cum alia doctrina sit vtilis, tum scripturarum Domini lectio est necessaria ad eorum quæ dicuntur demonstrationem, & maximè si ij qui audiunt accedunt ex Græcorum doctrina.* [b] *Quandam talem ecclesiam describit Dauid: Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate: Græcis, inquam, & superfluis aureis fimbriis circundata & variata. Veritas autem per Dominum, Consilium enim tuum, inquit, quis nouit, si tu non dederis sapientiam, & miseris sanctum tuum Spiritum ab altissimis, & ita correctæ fuerint viæ eorum qui sunt super terram, & didicerint homines ea quæ tibi placent, & salui fuerint sapientia. Nam qui est cognitione præditus, per scripturam nouit antiqua, & coniicit futura: scit strophas rationum, & ænigmatum solutiones, præscit signa & prodigia, & euentus temporum, vt prius diximus. Vides fontem disciplinarum manare à sapientia.* [c] *Iis autem qui obijciunt: Quid enim iuuat nosse causas (exempli causa) quomodo sol moueatur, & reliqua astra: aut Geometrica speculatum esse theoremata, aut Dialectica, & vnamquamque ex aliis disciplinis? ad ea enim quæ oportet tradenda eas nihil conferre, & humanam esse intelligentiam Græcam philosophiam, minimè enim doceri à veritate: illa sunt dicenda, primùm quidem, quòd ij falluntur in iis quæ sunt ex iis quæ sunt maxima, nempe in mentis & intelligentiæ voluntaria electione. Qui enim sancta, inquit, sanctè seruant, sanctificabuntur, & qui ea didicerunt, inuenient responsionem. Qui est enim cognitione præditus, merito omnia sanctè faciet quæ sunt facienda, vt didicit per doctrinam Domini, etiamsi acceperit per homines. Et rursus licet audire: In manu enim eius, hoc est, virtute & sapientia, & nos, & verba nostra, & omnis doctrina & operum scientia. Nihil enim dixit Deus nisi eum qui cohabitat cum sapientia. Præterea autem non legerunt quod dictum est à Solomone. Nam cùm tractasset de templi constructione, apertè dicit: Artifex autem construxit sapientia, tua autem pater gubernat prouidentia. Et quomodo non est à ratione alienum, arte fabrili & arte ædificandarum nauium deteriorem existimare philosophiam?* [d] *Fortasse autem Dominus quoque illam, eorum qui in herba decubuerunt, multitudinem ex aduerso Tiberiadis, piscibus duobus, & hordeacis quinque aluit panibus, tacitè significans priorem Iudæorum & Græcorum eruditionem, quæ præcedit diuinum frumentum nutrimenti quod per legem colitur. Est enim hordeum frumento citius in tempore ætatis. Quæ autem per vndas gentiles gignitur & fertur Græcam philosophiam, pisces significabant, ad profusam vitæ conuersationem dati iis qui humi iacebant, qui non ea quidem dabant augmentum vt fragmenta panum: sed cùm benedictionis Domini fa-*

*ctissent participes, habuerunt inspiratam diuinitatis resurrectionem per Verbi potentiam. Sed & si ei nimium curiosus, accipe vnum ex piscibus eam quæ est in orbe disciplinam, re-*

liquum verò significare ipsam quæ transcendit philosophiam, quæ scilicet cum ipsius verbo Domini proportionem habet & conuenientiam.* Mutorum autem piscium chorus assurrexerit, dixit alicubi Musa tragica. Me quoque oportet minui, augeri autem solum iam deinceps Verbum Domini, in quo lex finitur, dixit Propheta Ioannes. Iam mihi intelligo mysterium veritatis, veniam tribuens si ad id pertractandum vereor progredi vlterius, hoc solum prædicans: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Dictum certè lapis angularis, in quo omnis ædificatio coagmenta crescit in sanctum Dei templum, vt ait diuinus Apostolus. Taceo in præsentia parabolam quæ est in Euangelio, dicentem: Simile est regnum cœlorum homini qui sagenam mittit in mare, & ex multitudine capturum piscium meliores eligit. Iam verò quatuor quoque virtutes apertè, quæ est apud nos sapientia, sic prædicat, vt earum quoque fontes Græcis dati sunt ab Hebræis. Ex his autem scire licet, quod si quis diligit iustitiam, labores eius sunt virtutes. Sapientia enim & prudentia docet iustitiam, & magni excelsique animi virtutem, quibus nihil est hominibus in vita vtilius. [h] Postremò illud quoque illos scire oportet, quòd natura quidem apti nati sumus ad virtutem, sed non quòd eam habeamus ab ortu, sed simus apti ad eam acquirendam. Quæ ratione soluitur ea dubitatio, quæ ab Hæreticis aduersus nos mouetur: Vtrum perfectus formatus sit Adam, an imperfectus? sed si imperfectus, quomodo perfecti Dei imperfectum est opus, & maximè homo? sin autem perfectus, quomodo transgreditur præcepta? Audient enim etiam à nobis, quòd perfectus quidem non fuit factus in constitutione, sed aptus ad suscipiendam virtutem: multum enim refert, factum esse aptum ad eam acquirendam. Vult autem nos ex nobis ipsis saluos fieri. Hæc est ergo natura animæ, à seipsa impelli, & incitari: deinde cùm simus ratione præditi, ratione autem constet philosophia, habemus quandam cum ipsa cognationem. Aptitudo autem, est quidem nostus ad virtutem, non autem virtus. Atque omnes quidem, vt dixi, apti sunt natura ad acquirendam virtutem: sed alius quidem magis, alius verò minus accedit ad disciplinam & exercitationem. Quocirca alij quidem vsque ad perfectam peruenêre virtutem, alij verò vsque ad aliquam: neglecti autem rursus aliqui, etiamsi alioqui bonum haberent ingenium, auersi sunt in contrarium. Multò autem magis quæ magnitudine & virtute præstat omnibus disciplinis cognitio, est & ad acquirendum difficillima, & multo labore superatur. Sed, vt videtur, Dei non nouere mysteria, quòd scilicet Deus creauit hominem ob immortalitatem, & fecit eum imaginem suæ proprietatis, per quam proprietatem tu qui nouit omnia, is qui est cognitione præditus, & iustus, & sanctus, cùm prudentia contendit peruenire ad mensuram perfectæ ætatis. [i] Quòd autem non solùm actiones & cogitationes, sed etiam verba sint munda ei qui est cognitione præditus: Probasti cor meum, visitasti me, inquit, noctu, inflammasti me, & non est inuenta in me iniquitas. Ne loquatur os meum opera hominum. Et quid dico opera hominum? Ipsum cognoscit peccatum, non id quod adductum est ad pœnitentiam, est enim hoc commune aliorum quoque fidelium, sed vt semel dicam, omne peccatum: neque enim hoc quidpiam condemnat, sed vt semel dicam, omne peccatum: neque quod quis malè fecit, sed quod non sit faciendum, adducit. Vnde & etiam duplex pœnitentia: vna quidem est communis, propterea quòd peccauerit: altera verò, cùm peccati naturam didicerit, persuadet ab ipso desistere peccato per principalem rationem, cui est consequens vt non peccet. [k] Ne ergo dicant, quòd qui facit iniuriam, & peccat, delinquit per dæmonum operationem: sic enim nulli esset culpæ affinis. Cùm autem in peccando eadem eligat quæ dæmones, instabilis, & leuis, & mutabilis in cupiditatibus vt dæmon, sit homo dæmoniacus. Iam qui est natura quidem malus, cùm propter vitium factus sit peccator, redditus est improbus, id habens quod elegit: contra autem vir bonus se recte

*ωωλοσχι, sed puto legendum, ωωκελαχι. Ioan. 1. Ephes. 2. Matth. 13.

Sap. 2.



se recte gerit. Quocirca non solùm virtutes, sed etiam actiones honestas, bona vocamus. Ex bonis autem, scimus alia quidem per se esse eligenda & expetenda, vt cognitionem (nihil enim aliud venamur ex ipsa cùm affuerit, nisi solummodo vt ea adsit, & in perpetua simus contemplatione, & ad ipsam & propter ipsam decertemus) alia autem propter alia, vt fidem, & propter euitationem supplicij quæ ex ea proficiscitur, & vtilitatem quæ capitur ex remuneratione. Timor enim est multis causa ne peccent. Promissio autem est occasio persequendi obedientiam, per quam salus. Perfectissimum ergo bonum est cognitio, quæ per se est expetenda: per consequentiam autem, bona quoque quæ per eam consequuntur. Et supplicium, ei quidem qui punitur, est causa correctionis: iis autem qui possunt eminus aspicere, fit exemplum, per quod cauent ne amplius cadant in similia. Suscipiamus ergo cognitionem, non ea quæ eueniunt cupientes, sed propter hoc ipsum solum, nempe vt cognoscamus, eam amplectentes. Prima enim vtilitas est habitus cognitionis, innoxias præbens voluptates per exultationem, & nunc & in posterum. Exultationem autem dicunt esse lætitiam, quæ est reputatio virtutis ex veritate, per quandam exhilarationem & diffusionem animæ. Facta autem quæ participant cognitionem, sunt bonæ & honestæ actiones: nam veræ quidem diuitiæ, est abundantia in iis quæ sunt ex virtute actionibus. Paupertas autem est inopia in moderatis actionibus: possessiones enim, & vsus rerum necessarium, non habent qualitatem noxiam, sed eam quæ est præter modum quantitatem. Quocirca circumscribit cupiditates is qui est cognitione præditus, & in possessione, & in vsu, non transiliens terminum eorum quæ sunt necessaria. Hic ergo viuere necessarium existimans ad augendam scientiam, & parandam cognitionem, non viuere, sed bene viuere facit plurimi. Neque filios, nec rursus matrimonium, aut parentes præferens charitati in Deum, & ei quæ est in vita iustitiæ. Vxor autem ei soror post liberorum susceptionem, indicatur tanquam quæ sit eodem patre nata, tunc solùm viri recordans, quando filios asseuerit, vt quæ sit vera futura soror post carnis depositionem, quæ diuidit & distinguit cognitionem spiritualium, proprietate sexuum. Ipsæ enim per se ex æquo sunt animæ: animæ neutræ, nec masculæ, nec fœminæ, quandoquidem neque vxores ducunt, nec nubunt. [l] Nunquid autem sic in virum transmutatur fœmina non effœminata, quæ æquè sit virilis & perfecta? Hoc ergo fuit Sarræ risus, cui pueri ortus fuit annunciatus, non quæ, vt arbitror, Angelo fidem non habuisset, sed quam rursus puderet congressionis, per quam futura erat mater filij. Et nunquid ab eo tempore, quo apud regem Ægypti propter Sarræ pulchritudinem vocatus est in periculum, eam proprie Abraham appellauit sororem, sed nondum eadem matre & eodem patre natam? [m] Atque iis quidem qui peccatorum ducti sunt pœnitentia, & non solidè crediderunt, per preces præbet Deus petitiones. Iis autem qui nunc citra peccatum & ex cognitione, concedit si vel solummodo cogitarint. Ecce enim Annæ quæ solummodo cogitauerat de puero, data est, Samuelis conceptio: Pete enim, inquit scriptura, & faciam: animo cogita, & dabo. Deum enim accepimus cognitorem cordium, non qui coniicitur ex motu animæ, sicut nos homines: sed neque ex euentu, ridiculum enim esset sic cogitare: neque vt Architectus laudauit opus, factum est, sic quoque Deus, cùm fecisset lucem, deinde eam vidisset, dixit bonam. Ille autem etiam priusquam fecisset, sciens qualis esset futura, eam laudauit quę facta est, vt qui potestate bonum ab alio faceret per principio carens propositum, id quod actu futurum erat bonum: & quod futurum erat, iam prædixit esse bonum, dictione hyperbato celante veritatem. Orat ergo is qui est cognitione præditus, etiam cogitatione, omni hora per charitatem Deo coniunctus, & familiaris effectus. Et primùm quidem petet remissionem peccatorum, posteà non amplius peccare: deinde posse benefacere, & omnem quę facta est per dominum creationem,

Gen. 18.

Gen. 20.

*& dispensationem intelligere, vt mundo corde effectus per agnitionem, quæ est per filium Dei, facie ad faciem in beati spectaculi mysterio initietur, exaudiens scripturam quæ dicit:*
Tob. 12. *Bonum est iciunium cum oratione. Iciunia autem significant omnem generaliter abstinentiam ab omnibus malis, tam quæ actu fiunt, quam quæ verbis, & ipsa cogitatione.*
n *Est ergo, vt videtur, iustitia quadrata, omni ex parte æqualis & similis, in verbo, in facto, in abstinentia à malis, in beneficentia, & cogitationis perfectione, nusquam vllo modo claudicans, ne videatur iniustus & inæqualis. Quatenus ergo est aliquis iustus, est omnino is quoque fidelis: quatenus autem est fidelis, nondum est etiam iustus. Iustitiam dico quæ fit per profectum & consummationem, per quam is qui est cognitione præditus, iustus dicetur. Iam verò Abrahæ qui factus fuerat fidelis, reputatum est ad iustitiam, vt qui processisset ad id quod est fidei maximum & perfectissimum. Non enim qui solum abstinet a mala actione, est iustus, nisi præterea perfecerit vt & bene faciat, & cognoscat propter*
2.Cor.6. *quam causam ab his quidem sit abstinendum, illa verò sunt agenda. Per arma iustitiæ dextra & sinistra, dicit Apostolus iustum transmitti ad summam hæreditatem, ab his quidem munitum, illis vero etiam agentem. Non enim solùm armaturæ tegumentum, &*
o *abstinentia à peccatis, sufficit ad perfectionem, nisi adsumpserit etiam opus iustitiæ, eam quæ ad benefaciendum est operationem. Tunc autem ambabus vtens manibus is qui est cognitione præditus, in iustitia reuelatur, iam ex hoc quoque non secus ac Moses, facie animæ glorificatus, quam quidem prius diximus corpus quod formam & characterem tribuit iustæ animæ. Quomodo enim lanæ quæ indita manfit tinctura, in reliquas eiusque lanas proprietatem transmittit & mutationem: ita etiam anima transit quidem labor, manet autem quod bonum est & honestum: & quod incundum quidem est relinquatur, quod turpe autem est abstergitur. Hæ sunt enim qualitates, quæ vtrique animæ formam & characterem tribuunt, ex quibus vna quidem cognoscitur glorificata, altera veri condemnata. Certè sicut Mosi ex iusta operatione, & ex ea quæ continenter ei interfuit cum Deo loquente consuetudine, vultui insidebat glorificata quædam coloris species: ita etiam iustæ animæ diuina quædam vis bonitatis inhærens per inspectionem, propriam, & administrantem operationem, quasi intelligentis illuminationis perinde atque solaris imprimit quoddam apertum iustitiæ signaculum, lucem animæ vnitam veritatem quæ nullo spacio disiungitur, quæ Deo affiat, & Deo afflatur. Hinc qui seruari Deo fit assimilatio, exoritur ei qui est cognitione præditus, qui quidem enasa perfectus,*
Matth. 5. *quantum licet humanæ naturæ, sicut pater, inquit, qui est in cœlis. Ipse est qui dixit: Estote*
Ioan. 13. *adhuc parum sum vobiscum. Nam Deus quoque, non quatenus est natura bonus, ea ratione manet beatus, & ab interitu alienus: neque habens aliquid negocij, neque alij tribuens, sed propriè autem bona faciens. Cùm verò sit Deus & pater bonus, & versetur in continua beneficentia, in eadem bonitate ita manet vt nunquam ab ea digrediatur: quod est enim boni vsus, quod neque operatur, neque bono afficit? Qui ergo primum sui meditatus est animi motibus, & vt impatibilis euadat est meditatus, & creuit ad beneficentiam cognitione præditæ perfectionis, est hic quidem æqualis Angelis: iam autem lucidus, & tanquam Sol resplendens per beneficentiam, contendit insta cognitione per Dei dilectionem, ad sanctam mansionem, sicut Apostoli, non quod fuerint electi Apostoli ex quadam eximia naturæ proprietate: nam Iudas quoque fuerat cum eis electus, sed poterant fieri Apostoli, electi ab eo qui etiam fines præuidet. Qui itaque non vna cum eis fuit electus Matthias, cùm se præbuisset dignum vt fieret Apostolus, sufficitur in locum Iudæ. Iam ergo nunc eis quoque qui se in Dominicis exercuere mandatis, & perfectè vixere conuenienter Euangelio, ex cognitione quoque adscribi in numerum Apostolorum. Hic est vetus*

*Presbyter*



*Presbyter Ecclesiæ, & verus diaconus, id est minister Dei voluntatis, si faciat & doceat quæ sunt Domini, non vt qui ordinetur ab hominibus, neque quod iustus censeatur presbyter, sed quod iustus referatur in presbyteratum. Et licet hìc in terris non fuerit prima sede honoratus, sedebit in quatuor & viginti thronis populum iudicans, vt dicit Ioannes in Apocalypsi. Nam vnum quidem est reuera salutare testamentum, quod à constitutione mundi ad nos peruenit per generationes diuersas & tempora, etiamsi datione existimatum fuerit esse diuersum. Consequens enim est vnam esse immutabilem salutis dationem, ab vno Deo per vnum Dominum, quæ multis modis prodest.*
Apoc. 4.

## COMMENTARIVS.

a PRÆTEREA *exemplum musicæ simul psallens & prophetans.* Postquam adduxit exempla quibus ostenderetur in rebus sacris vtilitas Arithmeticæ & Geometriæ, deinceps loquitur de Musica, quâ ad Theologiam dicit itidem esse vtilem, cum Dauid non solum fuerit propheta, sed etiam concinnis & numerosis suis Psalmis Deum laudauerit. Dicunt Græci, vt scribit Plutarchus in musica, Terpandrum fuisse musicæ peritissimum, & nomos aliquot, qui latinè modi dicuntur, musicos inuenisse. Eos autem dicit Clemês Terpandrum à Dauide accepisse, & cum eius psalterij, quod barbarum vocat, harmonia sit antiquissima, eam fuisse exemplum Terpandro ad Doricam harmoniam, quæ omnium harmoniarum est maxime grauis & honesta, cum sint omnes ferè aliæ molles & effœminatæ. Non solum autem grauis & honesta musica à Dauide est accepta, sed etiam cum esset Citharœdus, ipsa quoq; eius cithara allegoriæ potest accipi, ita vt & cithara veceetur Dominus quasi plectro pulsans corda hominum, licet is pulset paulo longius. Sunt enim etiam homines qui proximè & cõtinenter pulsant, sed præit Dominus canticum. Vocatur ergo cithara primo ipse Deus qui pulsat, secundo autem homines qui itidem pulsant animas & corda hominũ, sed frustra pulsarent homines, nisi Deus præiret canticũ, à quo omnis vera procedit harmonia & consonantia. Populus quoq; qui à Deo accipit salutem, est veluti cithara quæ à Deo inspiratur, sine quo non est salus. Cithara quoq; dicitur is, qui cum sit Dei cognitione præditus, Deum musicè glorificat & laudat, Verbo Dei tanquã plectro pulsans, vt hominũ animis fidem imprimat. Est etiam musica Ecclesiastica, consonantia legis & Prophetarum, & Apostolorũ simul cum Euangelio, & concentus qui est in vnoquoq; Propheta, dum ab vna persona transilitur ad aliam, cum scilicet loquẽti paritmox succedit loquẽs filius. b *Sed plurimi, vt videtur, ex iis qui nomine sunt inscripti.* Vlyssis socij sibi cauentes à cantu Syrenũ, ne eo deliniti retinerẽtur, aures obstruxerunt, hoc etiam faciebãt plurimi Christi nomine inscripti, id est Christiani qui Christo nomen dederãt. Ij timentes ne si à Græca doctrina & disciplina retinerentur, non possent ad verã, nempe ad Christianã reuerti philosophiam, vt socij Vlyssis fecerunt, ita ipsi quoq; disciplinas, & Græcã præteribant doctrinam, stulte autem faciebant. Oportebat enim eos cũ ex disciplinis decerpsissent quod eis futurũ erat vtile, maximè catechumenis, quæ fere sunt ex Græcis. ad suũ philosophiæ Christianæ reuerti institutũ. Audiendæ quidem sunt disciplinæ & Græca
c philosophia, & ex eis sumendũ quod profuerit, sed nõ est in eis immorandũ, sed ad veram, nempe Christianam, tendendũ philosophiam. Est autem ad multa vtilis musica, nempe ad mores ornandos & componendos, & ad Deum psallendo laudandũ & glorificandum, eique in conuiuio maxime agendas gratias, & propter omnia quę in nos contulit beneficia, & propter nobis abunde suppeditata alimenta quibus sustentaretur augmentumq; acciperet corpus & anima. Est ergo hec amplectẽda musica, fugiẽda est autẽ mollis & effœminata, quæ mollit eneruatque & variis motibus afficit animos, & modo eos reddit mites & demissos, modo impudicos & libidinosos, modo efferatos & furiosos. d *Eadem ratio est etiam de Astronomia.* Postquã ostendit quid studioso veritatis prosit Musica, nũc dicit esse etiam eandẽ Astronomiæ rationẽ, vt scilicet ei prosit qui est studiosus cognitionis. Hæc enim docet Astronomia, nempe rerum sublimium cognitionẽ quæ vocat μετεωρα, ea sunt non solũ quæ in sublimi regione aëris fiunt impressiones, quæ dicũt μετεωρα, sed quæ sunt longe altiora, diuina scilicet & cœlestia: docet etiã quæ sit figura
e uniuersitatis cœli scilicet, & totius mundi, ea est autẽ figura rotũda, quæ est omnium pulcherrima & capacissima. Ab ea etiã discitur quænam sit cœli conuersio: ea est autem ab Oriente in Occidentẽ, ita enim mouetur primũ mobile, quod cœlos omnes & omnia astra quantumuis cõtraria motu repugnantia, secũ trahit: docet etiam quis sit proprius astrorum motus: hæc docens simul etiam adducit animam ad propius cognoscendũ virtutem creantem, id est, ipsum Creatorem. Per motum autẽ cœli & astrorũ cognoscimus, & tempora anniuersaria, id est quatuor illa anni tẽpora, quę singulis annis accedunt & reeuntur, rebus naturalibus ortũ afferentia & interitũ, ex quibus etiam discimus quis sit ortus & occasus fructuum. Magnum etiam præbet vsum astronomia & arti nauigandi, & agriculturæ: nam & nautæ inturnes Cynosuram sciunt quo sit nauis cursu dirigenda, & Agricolæ ex ea discunt quando sint terræ mandanda semina, & quando cum maturauerint sint colligenda. Quomodo etiam Geometria est valde
f utilis architectis & ædificatoribus: ab ea enim discunt proportionũ dimensiones, quæ res est architectis maxime vtilis & necessaria. Ad hoc quoq; prodest Astronomia, quod ex ea discit anima per certas rationum proportiones & conuenientias quod sit verũ, & arguit quod est falsum. Harum enim proportionũ tanta est vis, vt in iis etiã quæ sunt dissimilia diligenter quærendo inueniatur similitudo. Hoc autem est omnium quæ præstat astronomia præstantissimũ, vt nos inducat, vt inueniamus quæ nõ inueniuntur in terris. Quære in terra longitudinem absq; latitudine, quære superficiem absq; latitudine, signum absq; puncto, hocin terra non inuenies, cũ quidquid est in terris sit corporeũ, crassum & coagmentatum, nihil

sit longum cui non accedat aliqua latitudo quæ sit corporea, neq; superficies quæ non aliquam habeat latitudinem, altum enim est & profundum quicquid est corporeum, neq; est aliquod signi cuius nulla sit pars. Hæc quidem tanquam vera falsa visione apprehendunt Geometræ, sed reuera hæc solis in cœlis apprehendunt Astronomi, qui nos à sensilibus traducût ad ea quæ percipiuntur intelligentia, in quibus sita est veritas, vt quæ sint firma & stabilia, cum in rebus sensilibus nihil sit certũ nec diuturnum. *Philosophiam ergo ad istum usq; disciplinæ.* Ex superioribus concludit disciplinas quidem conferre ad Philosophiã, Philosophiã autem ad veritatem, nempe ad veram Dei cognitionẽ. Ea veri Dei cognitio percipitur ab anima, sed eam nõ percipit anima nisi prius rectè fuerit præparata, exculta scilicet & ornata disciplinis multipliciq; & varia eruditione, & ipsa tandẽ philosophia: hoc ita esse ostendit elegãti similitudine sumpta ex chlamyde, magnã enim opus est præparatione, priusquam sit perfecta chlamys. Primũ vellere id est, lana opus est, sed ex lana non fiet vestis nisi carpatur, deinde stamen fiat & subtegmen, & deinde contexatur. Postremò autem ex lana contexta fit chlamys, aut quæuis alia vestis. Ita etiã anima quæ ei cõtinenda optima, & præstantissima, vt quæ veritatẽ velit assequi, præparata sit oportet, & elaborata. Præparatur autẽ & elaboratur duabus partibus veritatis. Eæ sunt cognitio & actio, quæ quidẽ actio profluit ex cõtemplatione, nihil enim vt decet egeris, nisi quid sit agendũ prius exactè ueris cõtemplatus. Considerat autem cõtemplatio, & ea quæ pertinent ad proximos nostros, & ea quæ ad nos ipsos. Cum autẽ ad contemplationem doctrina conferat & eruditio, eam oportet vtrisq; conuenire, nempe & nobis, & proximis. *Quandam talem Ecclesiam describit Dauid.* Ecclesia Græcis disciplinis, quæ varie inter se varietate quæ est per domũ ornata, à Psalmographo dicitur regina quæ Christo assistit circundata varietate, sed & disciplinæ & ipsa veritas discuntur à sapientia, quæ nos docet per spiritũ, quæ mentem nostram in alto, vitæ rectæ gerẽdæ instituta, & quomodo Deo placeamus, & salutẽ assequamur, & in scripturis discimus præterita & futura, orationẽmq; rectè contexamus, & quæ in scripturis difficilia & ænigmatica occurrunt soluamus, signaq; & prodigia, & quis sit temporũ futurus cuentus præsciamus. *In aurem eruditionis.* Qui Græcas reiiciebant disciplinas, & Græcã philosophiã, eis qui illas admittebant, obiiciebant quod ex nihil conferrent ad ea tractanda quæ decet, nempe officia, & virtutes, & quod sint humanæ & diuinæ, nec doceantur à veritate. Ad id respondet Clemens eos falli in rebus maximis, non enim si quid docetur ab hominibus, id est malum, cum sit liberum hominis arbitrium, per quod mens & intelligentia eligit quæ sunt bona: Sunt autem bonæ disciplinæ & bona philosophia quæ sunt ad veritatem vides, falsum autem est quod sint humanæ, etsi doceantur ab hominibus. Nam vt dicit Solomon, *Timor Domini*, id est, in eius virtute & sapientia eius sumus nos, & verba nostra, & prudentia nostra, & eo rum scientia. Quamuis ergo disciplinæ doceantur ab hominibus, tamen cum à Deo procedant, vt quæ sint in eo, sunt potius diuinæ, quàm humanæ: quamuis autem non tradant disciplinæ ea quæ ad officia & virtutes pertinent, nihil tamen obstabit quo minus qui eas habent, sanctificentur. Nam licet ea non sanctificent, sanctificatur tamen homo qui seruat quæ sunt sancta, per liberum arbitrium Dei gratia & auxilio adiutum. Quod si verum est quod dicit Solomon, artem fabrilem & ædificatoriam regi & dirigi à diuina sapientia, quãto est certius & probabilius ab ea regi & dirigi philosophiam, quæ longè melior & præstantior? [8] *Fortasse illam eorum qui in herba decubuerunt.* Allegoricè exponit Clemens historiam Domini, qui ex aduerso Tiberiadis aluit populi multitudinem duobus piscibus & quinq; panibus hordeaceis. Quinque autem panes hordeacei significant, & Iudæorum eruditionem, & horum doctrinam, quæ præcessit frumentum verbi Domini, quod per legem colitur, quæ est ad Christum pædagogus. Quomodo autem prius nascitur hordeum quam frumentum, ita & lex ex Græcorum, præcedit doctrinam verbi, pisces autem significant Græcam philosophiam, quæ profunè deum contemplantibus, qui ad diuina & cœlestia non aspirant: sed nec hordeũ, nec pisces satis alunt, nisi benedixerit Dominus, per verbum autem allecuta benedictionem, simul habent in se spiritam resurrectionis & immortalitatis, quæ eos alit ad immortalitatem: non fit enim immortalis nisi per diuinitatẽ cum corpore transmittit ad vitam æternam. Duo autem illi pisces diuersa significant. Vnus enim piscis significat disciplinã orbem, quem vocant ἐγκύκλιον παιδείαν, alter autem significat transcendentem philosophiam, nempe quæ omnia humana transcendit Theologiam, quæ cum verbo quandam habet proportionem & cõtemplationem, neque mirum. Nam si horum quinque verborum Græcorum quæ sunt Ἰησοῦς Χριστὸς Θεοῦ υἱὸς σωτὴρ, quod est Latinè, Iesus Christus Dei filius Saluator, si primas literas iungas erit ἰχθύς id est, piscis, a quo nomine mystice intelligitur Christus, eo quod in huius mortalitatis abysso, velut in aquarum profunditate viuus, hoc est sine peccato esset. Hæc Augustinus in lib. de Ciuitate vbi loquitur de sybillinis versibus. Atque hæc satis conueniunt cum Clementis præsenti instituto. Quod autem statim sequitur. Mutorum autem chorus affluxerit, dixit alicuius mula tragica, nec mihi satis occurrit, quinam hos scripserit, nec video quidnam ad rem faciat, suspicor autem aliquid deesse, quod nisi inuenietur, vix poterit vllus elici sensus. Per hoc autem quod dicit Ioannes Propheta, atque adeo pluiquam Propheta, Christo credimus, se oportere minui, crescere autem verbum Domini, significatur, legem quidem ac Christo finire, vt quæ sit per ipsum perfecta, & adimpleri: crescere autem & amplificari doctrinam Euangelicam cessantibus vmbris & figuris, adueniente autẽ luce veritatis. Cùm autẽ dixisset, finita lege doctrinã crescere Euangelicã, cuius magister est Christus, visum est ei aliquid dicere de mysterio vermis, in quo est Christus, petita interim venia, si non plura dicat, quæ autẽ dicit eo tendunt vt intelligatur quomodo Christi crescat Ecclesia. Quid enim mirũ, si Christi crescat Ecclesia, cũ per ipsum omnia facta sint, & sine ipso nihil factũ sit. In ipso certè qui est lapis angularis in quo omnis ædificatio coagmentata crescit in sanctũ, ædificatur Ecclesia, quæ necesse est vt crescat, cũ in Christo coagmentati, qui est lapis angularis, & ei vniti lapides, nempe fideles, semper crescentes nunquam possint ruere: est enim Christus, non solum lapis angularis, sed etiam Ecclesiæ fundamentum. Non solum Christus est piscis, vt iam diximus, sed ipse quoque captos pisces in sagenam immittit, & ex eis meliores eligit, non omnes quos cœpit, nempe quos vocauit, eligit, sed eos elegit, quos intelligit esse aptos regno Dei. Regnum autem Dei, est Ecclesia quæ sancta est, & semper crescit. In hac nostra Ecclesia prædicantur à Sophonis sapientia moris virtutes quæ fuerunt etiam apud Græcos, sed eas Græci acceperunt ab Hebræis, vt videre licet apud sanctum Ambrosium, libro de Officiis: sunt autem inter se connexæ virtutes. Porro iustitia est omnium virtutum princeps, quam si quis diligit eius, labores sunt virtutes. Nam si laboratrix iustitia in refrænandis cupiditatibus, & vitiosis motibus, ea docet temperantia. Sin autem in rebus asperis & aduersis fortiter ferendis, docet magni & excelsi animi virtutem. Sed prudentia quoque & temperantia docet iustitiam: sciendum enim est à quibus sit abstinendum, ne iniuste ruas in libidinem. Et cauendum est ne si aduersa magno & forti animo non feras, præcipites ferantur malignæ ad iniurias nihi inferendas. Sunt ergo inter se connexæ virtutes, & se inuicem generant. [9] *Postremo illud quoque liber fieri oportet.* Homo quidem nascitur aptus ad virtutem, sed non nascitur cum virtute, aliud autem est aptitudo ad virtutem, aliud ipsa virtus. Qui perfectam habet virtutem, non potest vlterius progredi, nam ad ipsam peruenit perfectionem: aptitudo autem est animæ motus, quæ impellitur & incitatur ad virtutem, hinc est quod alij plus, alij minus habeant virtutem, alij vero summam acquirunt virtutem. Nec adeo nõ est perfecti Dei perfectum opus homo. Perfectum enim est opus, cum in eius potestate fuit ex se, vt ad ipsam peruenias virtutis perfectionem. Ideo autem solam illi dedit aptitudinem, vt cum liberum habeat arbitrium, non ex sola Dei gratia, sed ex ipsa quoq; libera electione sit saluus. Non solum disciplina & exercitatione acquiritur virtus, sed ipsa quoq; quæ est alioqui difficillima Dei cognitio, diligentia, & labore superatur. In hoc autem maximè consistit Dei cognitio, quod intelligatur hoc esse Dei mysterium, quod homo creatus ad propriam Dei imaginem, sciat se esse creatũ propter immortalitatem, & ita cum prudentia contendat peruenire ad mensuram perfectæ ætatis, vt scilicet impleat omnes numeros eius, qui in Christo est perfectam salutem assecuturus. [10] *Quod autem non solum actiones.* Finis qui est Dei cognitione præditus, nullæ sunt immundæ actiones, nullæ cogitationes, neq; vlla verba obscena & impudica, quod aliter esse non potest, cum Deus ipse eum probarit & examinauerit & nullam iniquitatem in eo inuenerit. Quod cum ita sit à Deo supplex petit, vt nihil dicat quod sit humanum, sed quod opera Dei redoleat. Non sufficit autem eiloqui bona, & sancta & diuina opera, sed oportet etiam eum nosse peccatum, non peccatum quidem, cuius ductus est pœnitentia, quod est commune omnium fidelium: nullus enim est fidelis qui non doleat & ægreferat se peccasse, baptismi lauacro assecuti remissionem peccatorum, neq; hoc vel illud peccatum, neq; quod alius fecerit: sed omne, vt semel dicam, peccatũ, nosse & damnare, & id non esse faciendum statuerit. Est ergo duplex pœnitẽtia & communis omniũ fidelium qui dolent se peccasse, & pœnitẽtia eius qui est cognitione præditus, quæ scilicet eum didicerit naturam peccati, nempe, quam sit tetrum & abominandũ Deo inuisum peccatum, quæ in homine tenet principatũ, persuadet desistere à peccato. Id autẽ cum ei fuerit persuasum, consequens est vt non peccet. Nam cui est à ratione persuasum nõ esse peccandũ, nec vllis seruit animi motibus & perturbationibus, in eum non cadit peccatum. [11] *Ne ergo dicamus quod quis faciat iniuriam.* Cum duplex sit pœnitentia, & dolor qui suscipitur de peccato admisso, & quę post peccatũ intellectum natura persuadet, vt abeo desistatur, per principalẽ rationem cui est consequens, vt non peccetur. Ex quo infertur nostra culpa admittu peccatũ, nec culpam esse conferendã in Dæmonis operationem, qui licet nos tentet, & ad peccatũ incitet, id tamen non admittitur nisi à volente, culpæ alioqui non futurus affinis. Quamuis homo ti peccando dæmonẽ imitetur, quod tamen ab homine admittitur peccatũ, id nõ est dæmonis, sed dæmonis operatio: licet autẽ sit peccatũ hominis, dici tamen potest homo dæmoniacus, quod sit dæmoni similis. Dæmoni autem est similis qui eadem eligit quæ dæmon, vitia scilicet & peccata. Cõtra autẽ qui ea bonus quę sunt bona & ex virtute eligit, habet enim homo liberã arbitrij electionem. Cũ autem quę bona sint eligantur, bonæ autẽ sint virtutes & honestæ actiones, ex à bonis eliguntur, & bona dicuntur. Ea bonarantẽ alia quidem propter se, alia vero propter aliud eliguntur & expetuntur. Exemplum boni quid propter se eligitur & expetitur, est cognitio, quæ sola cõtemplatione contenta, non ob aliud eligitur & expetitur. Bonũ quod propter aliud eligitur & expetitur, est fides, aliud enim sibi proponit fides, non tantũ vt à credente habeatur, sed vt & Deum credens pœnas vitet, nempe mortẽ æternam, & æternas pœnas cõsequatur, nempe regnũ cœlorum & vitam æternam. Timor enim mortis causa est vt nõ peccem, homicidio autẽ mercedis & præmij est causa vel occasio, vt Deo obediatur, & eius præcepta seruentur. Hinc nostra existit salus, quod & timore supplicij caueamus peccare, & præcepta seruemus, & Deo pareamus, & vitam æternam consequamur. Est ergo bonum omniũ perfectissimum cognitio & cõtemplatio, quæ licet propter se eligatur, ei tamen accedũt bona alia quæ propter se electa & expetita accedũt tanquã præmia & mercedes per quandam consequentiã, cuiusmodi sunt, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt: quæ quidẽ consequuntur qui propter se expetunt cognitionẽ. Sed ea sunt expetenda, non propter se, sed propter consequentiã. Supplicium autem non sicut cognitio est propter se expetendũ, sed per ipsum corrigitur is qui punitur. Cui hoc quoq; accedit, vt si fugius propter id, caueat ne in similia deinceps peccata incidat. Ex his omnibus concludit cognitione esse propter se eligendam & expetendam, id est, propter id tantũ vt cognoscamus. [12] *Nunquid autem sic in virum transmutatur fœmina effœminare.* Sarræ risum quæ riserat quod ei esset annunciatũ eam filium parituram, huic loco accommodans, adducit ad allegoriã, dicens eam fuisse fortem & virilem mulierem, vt quæ Venerẽ eiuceret, & eam puderet fœminei concubitus. Quod autem Abraham apud Phaaonem vocatus in periculum, Sarram appellauit Sororem, id verè quidem dixit: verè enim erat soror à cuius concubitu abstinebat. Ita enim Apostoli suas vxores sorores circumducebãt, à quarum coniugali congressu abstinebant. Ita erat Sarra Abrahæ soror non autem eo quod esset eodem patre & matre nata, ita ei qui est in cognitione præditus, eadem potest esse vxor dum parit liberos, post eorum autem susceptionem non est amplius vxor, sed soror. [13] *Atque iis quidem qui peccatorum doliti sunt.* Persequitur Clemens suum institutũ

de eo qui est cognitione præditus, ostendit autē in quo differat, quod à Deo impetrandas petitiones obtinet, inter eum qui est cognitione præditus, & eum qui peccatorum suorum pœnitentia duobus credidit quidē, sed non est plena & perfecta eius fides. Qui non plene credidit, vt qui non ad perfectam peruenerit cognitionē, precibus opus habet vt impetret. Qui perfectam habet cognitionem, ad impetrandū ei sola opus est cognitione. Ij autem sunt qui rectè viuunt, nec peccatū admittūt, vitam instituentes ex fun-
Reg. 1. Dei cognitione. Eū significat Anna mater Samuelis, quæ licet solum cogitaret, à Deo tamen impetrauit vt conciperet Samuelem Prophetam. Nec mirū si vir bonus à Deo impetret priusquam petat, cū Deus sit cognitor cordiū, & quæ futura sunt monet priusquā fiant: homines ex motu animi norunt cordis cogitationes, & ex euentu, esset enim ridiculum, Deum opus suum laudare, postquam factum esset. [a] *Ego ergo, vt videtur, iustitia quadrata* Quomodo apud Geometras quadratum est figura, quæ omnia habet latera æqualia & similia, & omnes angulos & similes & æquales, ita etiā apud eos qui diuina sūt cognitione præditi, iustitia, quæ est virtutis perfectio & consummatio, est quadra, id est in omnibus sibi similis & æqualis, nempe in verbis, factis, abstinētia à malis, in perfectione cognitionis, & in cęteris, & in omnibus adeo se rectè gerit, vt nunquā claudicet: nam si in aliquo claudicaret, nō esset iustitia, quæ est recta, & in omnibus se rectè gerit. Hinc est quod qui est alioqui iustus si in vno offendat, factus est omniū reus: sed nemo potest esse iustus, id est in virtute omni ex parte perfectus & cōsumatus nisi sit fidelis. Nam quicunq; est iustus, idem est etiam fidelis, est enim iustitiæ fundamentum fides, sed non quicunq; est fidelis, id est quicunq; credit, est etiam iustus. Sunt enim fundamenta fidei superstruendæ bonæ operationes. Idem autē est iustus qui est cognitione præditus, sed non peruenit ad cognitionem, nisi qui habet fidē. Abrahæ quidem reputatū fuit ad iustitiam quod Deo crediderit. Sed non solum in Abrahamo fidem iustitiam reputauit Deus, sed id quod est in fide maximum & præstantissimum, nempe vt non solum à mala actione abstineat, sed etiā vt bonas exerceat operationes & bene faciat, sed nec satis est bene facere, & à malis abstinere, nisi causam cognoscat propter quā benefaciat, & à malis abstineat. Hæc sunt arma iustitiæ dextra & sinistra, per quæ Paulus Apostolus in Epistola secunda ad Corinthios iustū transmittit ad supremā regni cœlestis hæreditatem. Arma autem vocat sinistra, per quæ peccata repelluntur, & quæ sunt grauia & aspera tolerantur, dextra autem per quæ bona fiunt opera. Qui his armis dextris & sinistris vtitur, ijs ambabus vtitur manibus, & in iustitia reuelatur, id est, iustus apparet, & Mosi euadit non dissimilis, cui post ei datas à Deo tabulas & multa præclare gesta, & post diuturnam cum Deo collocutionem fuit animæ glorificata facies, quam alibi dixit corpus iustæ animæ tribuens chartacterem.

VI. [a] PROPTER *quam causam tollitur materia, quæ diuidebat Græcum à Iudeo ad hoc vt esset populus peculiaris: & sic ambo perueniunt ad vnam fidei vnitatem, & ex ambobus vna est electio. Et electis, inquit, sunt magis electi, qui ex perfecta cognitione, & ab ipsa Ecclesia sunt decerpti, & magnificentissima gloria honorati, iudices & administratores, ex æquo & ex Iudæis & ex Græcis quatuor & viginti duplicata gratia. Nam hic quoque in Ecclesia progressiones Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum, sic, vt arbitror, imitationes gloriæ Angelicæ, & illius œconomiæ ac dispensationis, quam docunt scripturæ illos expectare, qui insistentes vestigiis Apostolorum, vixerunt in perfectione iustitiæ conuenienter Euangelio. Hos sublatos in nubibus scribit Apostolus, primùm quidem diaconos futuros, deinde coaptandos esse in presbyteratum perfectorum gloriæ: gloria enim differt à gloria, donec creuerint in virum perfectum. Qui sunt tales, vt*
Ephes. 2.
Psal. 14.
Ioan. 1. *ait beatus Dauid, requiescent in monte sancto Dei, suprema Ecclesia, in qua congregantur Dei philosophi, qui verè sunt Israëlitæ, mundi corde, in quibus nullus est dolus, qui non permanserunt in septenario quietis, sed bonorum operum affectione diuinæ assimilationi, ad octonarij beneficentiæ hæreditatem sublati sunt insatiabilis contemplationis, pura ac*
Ioan. 10. *syncera speculationi attendentes. Sunt autem aliæ quoque, inquit Dominus, oues, quæ non sunt ex hoc ouili, quæ alio ouili & mansione pro proportione fidei sunt dignatæ. Meæ autem oues meam vocem audiunt, ex cognitione mea mandata intelligentes. Hoc autem licet magnificè & pro dignitate meritisque recipere cum operum remuneratione, & mutua consequentia. Quare quando audierimus, Fides tua te saluum fecit, non accipimus eum dicere absolutè eos saluos futuros qui quomodocunque crediderint, nisi facta quoque fuerint consecuta. Iam verò solis Iudæis hanc dicebat vocem, qui legem tenebant & vixerant absque reprehensione, quibus sola fides restabat in Deum. Non ergo fuerit fidelis cum intemperantia, sed etsi à carne exierit, necesse est vt vitia quæque deponat, vt possit ad propriam peruenire mansionem. Plus est autem cognoscere quam credere, sicut etiam quàm sal-*



*quàm saluum esse, maius est postquam saluus factus est, supremo honore dignum esse habitum. Cùm ergo per multam disciplinam vitia exuerit qui nobis est fidelis, transit ad maximum supplicium quod est melius priori mansione, inferens proprietatem pœnitentia eorum peccatorum quæ admisit post baptismum. Cruciatur ergo adhuc amplius, cùm vel nondum, vel ne omnino quidem ea assequatur, quorum videt alios esse participes. Præterea autem pudore afficitur ob ea quæ deliquit, quæ quidem sunt fideli maxima supplicia. Bona est enim Dei iustitia, & iusta est eius bonitas. Quòd si fortè cessauerint cruciatus in implendis quas luunt pœnis, & expiandis quæ admissa sunt ab vnoquoque delictis, habent tamen maximum permanentem dolorem, quòd cùm sint inuenti digni alio ouili, non vnà sint cum iis qui sunt gloria affecti propter iustitiam.* [b] *Iam verò Solomon eum vocans sapientem qui est præditus cognitione, hæc dicit de iis qui mirantur dignitatem eius mansionis: Videbunt enim mortem sapientis, & non intelligent quid* Sapien. 5.
*de eo decreuerit, & ad quid eum stabilierit Dominus, & dicens de eius gloria: Is est quem aliquando habuimus in derisum, & in parabolam opprobrij, insipientes. Vitam enim existimabamus insaniam, & mortem eius ignominiosam. Quomodo est enumeratus inter filios Dei, & in sanctis est sors eius?* [c] *Non solùm ergo fidelis, sed etiam gentilis, iustissimè iudicatur. Quoniam enim sciebat Deus, vt qui habeat præscientiam, eum non esse casturum, nihilo secius vt suam acciperet perfectionem, ei quidem philosophiam dedit, sed ante fidem. Dedit autem solem & lunam & astra ad religionem, quæ Deus* Deut. 4.
*fecit gentibus, inquit lex, ne si omnino essent impij & planè à Deo alieni, omnino etiam interirent. Illi autem etsi in hoc nati essent mandato ingrati, sculptilibus attenderunt imaginibus: quòd si non fuerint ducti pœnitentia, iudicantur. Alij quidem quòd cùm possent, noluerunt Deo credere: alij verò, quòd etiam cùm vellent, non elaborauerunt vt fierent fideles: quinetiam illi quoque, qui à cultu astrorum non recurrerunt ad eorum creatorem. Hæc enim via data fuit gentibus, vt per astrorum cultum Deum susciperent: qui autem ne in eis quidem quæ eis data sunt, astris voluerunt permanere, sed etiam ab eis ad ligna & lapides procidere, reputati sunt, inquit, vt puluis terræ, & vt gutta excado, superuacanei ad salutem, qui eiiciuntur à corpore. Quomodo ergo absolutè quidem saluum facere, est ex iis quæ sunt media, & rectè autem & vt decet, perfectum est officium: ita etiam omnis actio, eius quidem qui est cognitione præditus, rectum est & perfectum officium: eius autem qui est tantummodo fidelis, media dici possit actio, vtque ex verbo seu ratione nondum efficiatur, neque rectè geratur ex scientia. Contrà autem cuiusuis gentilis peccat actio. Non enim absolutè bene agere, sed scopum quendam spectantes actiones facere, & ex verbo seu ratione operari oportere dicunt scripturæ. Quomodo ergo lyram pulsandi imperitis, non est lyra tangenda: ita nec sunt attingenda negotia iis qui non acceperunt cognitionem, & nesciunt quomodo iis oporteat vti ex verbo vitæ. Atque non solum quidem in bellis suscipitur à bellatoribus certamen pro libertate, sed etiam in conuiuiis, & in cubili, & in iudiciis, ab iis qui verbo sunt vncti, erubescentes serui fieri voluptatis. Iniusto lucro nunquam virtutem permutauero: Lucrum autem euidenter iniustum, est voluptas & dolor, labor & metus, & vt semel dicam, vitia & motus animi, quorum id quod est in præsentia iucundum, affert postea*
Matth. 16. *molestiam. Quid enim prodest si totum mundum lucreris, inquit, perdas autem animam? Est ergo perspicuum quod qui bonas non faciunt actiones, nec ea quidem norunt quæ sunt sibi vtilia. Quod si ita est, ne ij quidem Deum precari possunt vt ab eo bona accipiant, cum quæ sint verè bona ignorent, neque si acceperint, donum senserint neque pro dignitate eo vsi fuerint, quod non norunt, & propter imperitiam rectè vtendi iis quæ data sunt,*

& propter nimiam inscitiam, ne quomodo quidem diuinis donis vtendum sit scientes. Inscitia autem est causa ignorationis: atque iactabunda quidem, sed bene sibi conscia animæ est gloriatio, aduersus eos casus qui eueniunt eloqui. Aduersus hæc oportet se cauta & prudenter gerere: nam quod bene sit, & est iustum, mihi ferat auxilium, neque vnquam malè facere deprehendar. Hæc autem bona conscientia, & sanctitatem erga Deos, & iustitiam erga homines conseruat, mundam custodiens animam honestis cogitationibus & verbis castis, & iustis operibus. Sic vim Domini cùm acceperit anima, meditatur esse Deus, putans nullum aliud esse malum præterquàm ignorationis, & operationis quæ non fit ex recta ratione. Semper autem propter omnia Deo agens gratias, per iustam auditionem & diuinam lectionem, per veram inquisitionem, per sanctam oblationem, per beatam orationem, laudans, canens, benedicens, psallens, à Deo nullo vnquam tempore talis diuiditur anima. Meritò ergo dictum est: Et qui in ipso confidunt, intelligent veritatem, & fideles in dilectione in ipso permanebunt. Vides quænam differat sapientia de iis qui sunt præditi cognitione. [d] Proportione ergo habita & conuenientia, sunt variæ quidem mansiones, pro dignitate & meritis eorum qui crediderunt. Ecce enim Solomon: Dabitur enim ei, inquit, fidei gratia electa, & sors in templo Domini iucundior. Comparationem enim ea quidem ostendit quæ sunt inferiora in templo Dei, quod est vniuersa ecclesia: reliquit autem superlatiuum quoque cogitandum, in quo est Dominus. Has tres electas mansiones significant numeri qui sunt in Euangelio, triginta, & sexaginta, & centum. Et perfecta quidem est hæreditas eorum qui euadunt in virum perfectum ad imaginem Domini. Similitudo autem non est, vt quidam existimant, in figura humana, est enim impia hæc consideratio: sed nec quæ in virtute primæ causæ traditur assimilatio, est enim impia quoque hæc traditio eorum, qui expectarunt virtutem eandem esse hominis & Dei omnipotentis: Existimasti, inquit, inique, quòd ero tibi similis: sufficit enim discipulo si fiat vt magister, inquit magister. Ad Dei ergo fit similitudinem, qui est in filium adoptatus, & in numerum amicorum cooptatus, ex eo quòd est cohæres dominorum & deorum, si quemadmodum ipse docuit Dominus, per Euangelium fuerit consummatus. Qui ergo est secundum imaginem præditus, magis propinquam & magis cohærentem exprimit similitudinem, amore magistri mentem, quam cùm ille haberet, præcepit & consuluit sapientibus & temperantibus: exprimit hanc, inquam, intelligens vt voluit qui docuit, & magnifico sensu accepto, pro dignitate quidem docens super tecta, eos qui altè volunt ædificari, prius autem incipiens facto exequi ea quæ dicuntur, conuenienter exemplo vitæ institutionis, ea enim præcepit quæ fieri poterant. Et reuera oportet eum qui est regalis & Christianus, principatum posse obtinere & præesse. Neque enim solùm constitutum est vt dominaremur iis solis quæ sunt foris bestiis, sed etiam agrestibus quæ sunt in nobis ipsis animi perturbationibus. Per scientiam ergo, vt videtur, bonæ & malæ vitæ, saluus fit is qui est cognitione præditus plus intelligens & operans quàm scribæ & Pharisæi. Intende, bene prosperare, & regna, scribit Dauid, propter veritatem & mansuetudinem, & iustitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua, hoc est, Dominus. Quis ergo sapiens, & intelliget hæc? intelligens, & cognoscet hæc? quoniam rectæ viæ Domini, inquit Prophetа, significans eum solum qui est præditus cognitione, posse intelligere ea quæ abditè dicta sunt à spiritu. Et qui intelligit, in tempore illo silebit, inquit Scriptura, in enunciando scilicet ad indignos. Quoniam, inquit Dominus, qui habet aures audiendi audiat, dicens non esse quorumuis audire & intelligere. Iam verò Dauid dicit: Tenebrosa aqua in nubibus aëris. A fulgore coram ipso nubes transierunt, grando & carbones ignis: abditos esse docens sanctos sermones, & tu quidem qui sunt cognitione præditi, claras & perspicuas, tanquam grandinem inuexam, significat,

Sap. 3.

Psal. 49.

Ioan. 15.

Psalm. 44.

Psal. 206.

Psal. 18.



significat demitti diuinitus: vulgo autem obscuros, tanquam qui ex igne extincti sint carbones quos nisi quis accenderit & suscitarit, non ardebunt, neque illuminabuntur. Dominus ergo, inquit, dat mihi linguam disciplinæ, vt sciam quando oporteat loqui in tempore sermonem, non solum in ferendo testimonio, sed etiam in interrogando & respondendo. Et disciplina Domini aperit os meum. Est ergo eius qui est cognitione præditus, scire vti sermone, & quando, & quo modo, & apud quos oporteat. [e] Iam verò Apostolus quoque dicens: Secundum elementa mundi, & non secundum Christum: tradit doctrinam quidem Græcam esse instar elementorum, Christi autem doctrinam esse perfectam, sicut iam prius significauimus. Iam verò oleaster inseritur in pinguedine oleæ: quinetiam nascitur eadem specie qua oleæ satiuæ. Nam id quod est insitum, pro terra vtitur arbore in qua inseritur. Omnes autem plantæ simul iussu diuino germinarunt. Quocirca etiamsi sit oleaster agrestis, eos tamen coronat qui in Olympicis vincunt certaminibus. Et vlmus vitem in altum extollens, eam docet esse fertilem. Videmus autem plus nutrimenti attrahere agrestes arbores, propterea quod non possint concoquere. Quæ sunt ergo agrestia, minus concoquiunt quam satiua: & causa cur ea sint agrestia, est priuatio concoctricis facultatis. Plus ergo nutrimenti accipit insita olea, propterea quod sit plantata in agresti. Assuescit autem veluti concoquere nutrimentum, dum assimilatur pinguedini satiuæ. Sic etiam Philosophus, qui agresti oleæ assimilatur, cùm multa habeat non concocta, propterea quod & lubenter inquirat, & facilè assequatur, & pinguedinem appetat veritatis, si per fidem, diuinam acceperit virtutem, in bonam & mitem insertus cognitionem, tanquam oleaster insitus in sermonem verè pulchrum & misericordem, & quod traditur nutrimentum concoquit, & fit bona & satiua olea. Insitio enim eas quæ erant inutiles facit generosas, & quæ erant steriles, cogit esse fertiles, arte agriculturæ, & scientia quæ est ex cognitione. Aiunt autem insitionem fieri quatuor modis: vno quidem, quo inter lignum & corticem oportet eum adaptare qui inserit: quo quidem modo Catechismum suscipiunt; qui sunt ex gentibus idiotæ qui verbum accipiunt in superficie. Altero autem, quando ligno fisso, in ipsum plantam generosam immiserint: quod quidem accidit in iis qui sunt philosophati, eis enim dissectis, dogmatibus, ingeneratur agnitio veritatis: sic autem Iudæis quoque aperta veteri scriptura, noua & generosa planta oleæ inseritur. Tertia autem insitio agrestes tangit & hæreticos, qui vi trahuntur ad veritatem: nam cùm vtrumque surculum falce acuta deraserint, donec medullam quidem nudauerint, sed non vlcerauerint, eos inter se vinciunt. Quartus autem modus insitionis, est qui dicitur inoculatio: à generoso enim trunco circumciditur oculus, ei quoque cortice vnà in orbem circumscripto, vnius palmi magnitudine. Deinde traditur truncus oculo æquali circumscriptione, & sic immittitur circumligatus, & luto circumlitus, integro seruato & illæso oculo & minimè inquinato. Hoc est genus doctrinæ quæ vtitur ex cognitione, quæ res potest perspicere. Hoc quidem certè genus est maximè vtile in arboribus satiuis. Potest autem quæ ab Apostolo dicitur insitio, fieri in bonam oleam nempe in ipsum Christum, agrestis & infidelis naturæ quæ implantatur in Christum, hoc est, eorum qui credunt in Christum. Melius est autem vniuscuiusque fidem in ipsa inseri anima. Sanctus enim spiritus per eam quodammodo distributus transplantatur, prout est vniuscuiusque circumscriptio, incircumscriptè. [f] De cognitione autem disserens Solomon, hæc dicit: Clara est, & quæ non marcescit sapientia, & facile cernitur ab iis qui ipsam diligunt, eos qui cupiunt præuenit vt cognoscatur. Qui manè surrexerit ad ipsam, non laborabit: de ipsa enim cogitare, est perfectio prudentiæ. Et qui propter ipsam vigilauerit, citò erit curâ vacuus, quoniam eos qui ipsa digni sunt, ipsa quærens circuit. Non est enim omnium cognitio. Et in semitis ipsis benevole visione apprehenditur. Semitæ autem sunt vitæ

Esai. 50.

Rom. 11.

Sapien. 6.

traducendæ ratio, & quæ est ex testamentis multiformis varietas. Mox subiungit: Et in omni cognitione occurrit ipsis, vt quæ variè consideretur, per omnem scilicet doctrinam. Deinde infert, perficientem adducens charitatem, per rationem syllogisticam, & veras propositiones, maximè demonstratiuam, veram sic inducens illationem. Eius enim principium verissimum, est desiderium disciplinæ, hoc est, cognitionis: cura autem disciplinæ, est dilectio: dilectio autem est obseruatio legum eius: attentio autem est legum confirmatio: confirmatio verò legum vacuitas interitus: vacuitas autem interitus efficit vt ad Deum propè accedatur. Sapientiæ ergo desiderium attollit ad regnum: docet enim, vt arbitror, quòd vera disciplina, est quoddam desiderium cognitionis: & dilectio quidem est obseruatio mandatorum quæ deducunt ad cognitionem. Obseruatio autem ipsorum, est confirmatio præceptorum propter quam contingit vacuitas interitus: vacuitas autem interitus efficit vt prope Deum simus. Si ergo dilectio cognitionis facit alienum ab interitu, & eum qui est regalis prope Deum extollit: oportet ergo cognitionem quærere ad inuentionem. Est autem inquisitio quidem, incitatio & impulsio ad comprehendendum, quæ per quædam signa inuenit id quod est subiectum. Inuentio autem est finis & requies inquisitionis quæ peruenit ad comprehensionem, quod quidem est cognitio: & ipsa propriè inuentio est cognitio, vt quæ sit comprehensio inquisitionis. Signum autem dicunt esse id quod præcedit, aut quod est vnà, aut quod sequitur, quod quidem est comprehensio. Eius ergo quæ est de Deo inquisitionis, inuentio quidem est doctrina quæ est per filium. Signum autem quod sit Seruator noster ille ipse filius Dei, sunt & quæ eius aduentum præcedunt prophetiæ, quæ ipsum prædicant: & quæ cum eius ortu sensili fuerunt de ipso testimonia: & quæ præterea post eius assumptionem prædicantur & apertè ostenduntur, virtutes. ¶ Quòd ergo sit apud nos veritas, est indicium, quòd ipse docuerit Dei filius. Si enim in omni quæstione hæc generalia inueniuntur, res & persona, quæ verè est veritas, apud nos esse ostenditur. Nam veritatis quidem quæ ostenditur persona, est filius Dei: res verò, virtus fidei, quæ quodcunque ei aduersatur, & vel ipsum totum mundum repugnantem superat. Sed quoniam hoc in est certum & extra controuersiam, confirmatum esse in æternis factis & sermonibus. Et quòd dignus qui supplicio afficiatur, non contra quem dicatur, quicunque existimat esse prouidentiam, & reuera impius: nobis autem est propositum, quid agentes & quando viuentes, peruenerimus ad Dei omnipotentis cognitionem, & quemadmodum Deum honorantes, efficiamur nobis causa salutis, cùm non à Sophistis, sed ab ipso Deo cognouerimus & didicerimus, quod est ei gratum, iustum & sanctum facere aggredimur. Non autem esse saluos, quod quidem est ei gratum, & salus, accedit per bonam operationem & cognitionem, quorum amborum est magister Dominus. Si ergo vel ex Platonis sententia, aut à Deo, aut ab ijs qui à dijs duxere originem, verum solum disci potest: meritò à diuersis eloquijs eligentes testimonia, iactamus nos veritatem discere per filium Dei, quæ fuerunt quidem primum prædicta, deinde declarata. Quæ autem ad veritatem inueniendam adiuuant, ne sunt ipsa quidem reproba. Ipsa certè philosophia, quæ annunciat prouidentiam, & beatæ quidem vitæ remunerationem, miseræ autem punitionem, comprehensim tractat Theologicè. Quæ autem accuratè & exactè traduntur, & quæ sigillatim habentur, ea vsque non seruat. Neque enim de filio Dei, neque de ea quæ est per prouidentiam œconomiam tractat, vt nos: non enim diuinam nouerat religionem. [h] Quamobrem hæreses quoque quæ sunt in barbara philosophia, etiamsi vnum Deum dicant, etiamsi Christum celebrent, id ex comprehensione dicunt, non ex veritate: nam & alium Deum adinuenunt, & Christum non excipiunt, sicut tradunt Prophetæ. Verumenimuero quæ sunt apud eos falsa dogmata, quandiu aduersantur vitæ quæ agitur ex veritate, sunt contra nos. Iam enim Paulus Timotheum circumcidit propter eos qui credebant ex Iudæis, ne eo dissoluentes ea quæ à lege carnalius prius sumpta fuerant, à fide deficerent qui erant ex lege Catechumeni, etsi rectè sciret quòd non iustificat circumcisio. Omnibus enim omnia fieri profitebatur, dum se demitteret & variè eis accommodaret, ea conseruans quæ erant principalia dogmata, vt omnes lucrifaceret. Daniel autem torquem gestauit, cùm non neglexisset quod esset afflictus populus à Rege Persarum. Mendaces ergo sunt reuera, non ij qui se demittunt, & se accommodant propter œconomiam salutis: neque qui labuntur in aliquibus ex ijs quæ sunt singularia, sed qui concidunt in ijs quæ sunt vel maximè principalia, & Dominum quidem, quoad eius ab eis fieri potest, infirmant & abrogant: auferunt autem veram Domini doctrinam, qui non pro dignitate Dei & Domini scripturas disserunt & tradunt. Depositum enim quod Deo redditur, est conuenienter Domini doctrinæ, per eius Apostolorum piam traditionem intelligentia & exercitatio. Quod autem auditis in aure, abditè scilicet & in mysterio (nam quæ sunt eiusmodi, in aurem dici dicuntur allegoricè) super domos, inquit, prædicate cùm ea præclarè ac magnificè accepissent, sublimique & excelso dicendi genere traderent, & ex regula veritatis scripturas explanarent. Neque enim prophetia, neque ipse seruator adeò crassè & generaliter elocutus est diuina mysteria, vt ea facilè possent capi a quibuslibet, sed disserit in parabolis. De Domino quidem certè dicunt Apostoli, quòd omnia locutus est in parabolis, & nihil loquebatur eis sine parabola. Si autem omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: ergo Prophetia quoque & lex per ipsum factæ sunt, & per ipsum dictæ sunt in parabolis. Cæterum recta sunt omnia, inquit scriptura, coram ijs qui intelligunt, hoc est, ijs qui ab ipso declaratam scripturarum expositionem, ex Ecclesiastica regula accipientes, conseruant. Regula autem Ecclesiastica est concentus & consensio legis & Prophetarum, conuenienter testamento quod traditur per Domini aduentum.



Act. 16.

ἀπ' οὐσιῶν ἐπιφορὰς.

Daniel. 5.

Μεγάνται.

Matth. 10.

Mar. 4.

## COMMENTARIVS.

[a] PROPTER *quam causam tollitur materia.* Postquam dixit Clemens vnum fuisse Testamentum ab origine mundi vsque ad hæc tempora perductum, subiungit hanc fuisse causam vt tolleretur medius ille paries, qui Iudæos separabat à Græcis, vt essent Iudæi populus Dei peculiaris. Ipse Christus, inquit Paulus, est pax nostra qui fecit vtraq; vnum mediũ macerię parietem, dissoluẽs vt duos condat in semetipsum in nouum hominem. Hoc ergo vnum Testamentum ab origine per Christum ad nos deductũ, fuit causa vt & Iudæi & Græci vnã haberent fidem, & ab eodem Deo ambo essent electi: licet autem ambo, nempe & Iudæi & Græci sint electi, ij tamen sunt magis electi, qui ad ipsam peruenerũt Dei cognitionẽ eius causam acceperũt ab Ecclesia, non autem solam fidem. Eos significat Ioannes per quatuor viginti seniores in Apocalypsi qui & ex Iudæis & Græcis duplicatã æquè habent gratiã, futuri autem erãt apud superos iudices & administratores. Et ij quidem viginti quatuor seniores quos in visione vidit Ioannes, eosdem representant hierarchiã, Ecclesiastica autẽ hierarchia, Angelicam, nempe ordines Angelicos, qui ad summum vsq; procedunt. Eos expectant qui sequentes Apostolos viuunt in perfectione iustitiæ, prout iubet Euangeliũ. Vt autem sunt varij ordines Angelorum, ita etiam sunt varij ordines eorum qui ipsis eam ad eos procedunt, donec in virum perfectum creuerint, id est vsque ad perfectionem peruenerint. Ij cũ ad montis sancti fastigiũ ascenderint, id est ad summam Ecclesiam peruenerint, relicto septenario, qui est proprius quietis, nunquã cessant nec satiantur in Dei contemplatione. Eni bonis operationibus allimilati sunt philosophi & veri Israëlitę. Potro autem quamuis vnũ, vt antea diximus, testamentum à mundi origine ad nos vsque deductum, causa sit vt inter Iudæos & fideles nullum sit interstitium, quæ est tamen inter eos differentia efficit, vt videantur non esse oues vnius ouilis. Sunt enim qui solã habent fidem: sunt qui præter fidem habent cognitionẽ fidei, fideiq; operum sciunt reddere causam & rationem. Qui autem solã habent fidem, iis datur sanum ouile, seu caula & mansio pro fidei propoetione. Si autem non sunt proprie oues Christi, nam qui tantum credit, sed cum cognitione non credit, nec pastoris sequitur, & mandata eius non exequitur, suũ non cognoscit pastorem, nec dicendus est eius ouis. Vere autẽ est ouis Christi qui credit & cum cognitione credit, vt qui quod credit intelligat, & Christo pareat iubenti, pro operũ dignitate, & meritis accepturus remunerationem. Operũ autem & meritorum norma est consequentia. [b] *Iam vero Solomonem tum vocans sapientem.* Postquam ostendit Clemens quam sit præferendus qui est cognitione præditus & qui solũ credit qui dicitur fidelis, nunc dicit eum à Solomone vocari sapientem, qui cum vulgo irrideretur stultitiæ & insanus haberetur, & quæ hic patiebatur & mores ipsa ei essent ignominiosa, iusto tandẽ Dei iudicio in filios Dei est relatus, & cũ sanctis vitæ æternæ

gloriâ assequutus. Hęc autem prędixit Solomon de Christi Apostolis, & Martyribus, qui cum ex cognitione credidissent, & sanctè vitam egissent, & pro Christo tormenta passi essent, & quam vulgus mortis ignominiosam putabat fortiter sustinuissent, suis factis dignâ accepere mercedem. *Non solum vsq; Postquam ostendit Clemens ex Solomone, quænam viri sapientes & cognitione prædita præmia consequantur, quod quidem ideo vsu venit, quod Deus eos dignos iudicet, ex iis infert quod si bonis Deus præmia tribuit, quod quidem iusto facit iudicio, æquum est vt Ethnici quoq; & Gentiles iusti iudicentur. Cuius quidē iudicij has affert rationes, quod cū eis sua dederit mandata, si ea transgrediantur, merito iudicantur. Præsciebat Deus eos esse non credituros, quod est præcipuum religionis: nolebat tamen eos esse impios, & à Deo alienos, ne si Deum non cognoscerent omnino interirent. Cum ergo in eos non cadaret hominis perfectio, nempe fides, dedit eis qualemcumque suam perfectionem, nempe philosophiam, per quam Deū cognoscerent, vt scilicet dū viderent solem, lunam, & stellas, quæ sunt Dei opera, per ea author ipse intelligeretur. Data est autem philosophia ante fidem, vt ea esset veluti quoddam præludiū & elementum fidei. Cum ergo eis datum esset hoc mandatū, vt ex astris Deum agnoscerent, tantum autem abest vt agnouerint, vt vel astra ipsa tanquā Deos colerent, Deo nō cognito, alij vero imagines & scalptilia adorarint, merito vt ingrati iudicandi sunt, & damnandi si non peruersi cultus ducti fuerint pœnitentia, nempe quod astra aspicientes non se cōuerterint, & quod est omniū pessimū, lapides etiam & ligna in Deos retulerint, ei quod tantū abest vt sit diuinum, vt ne sensus quidem sit prædictum, diuinitatem imbuerint. Illi autem non minus perierunt, & à salute exciderunt, quā puluis qui per aërem dispergitur, & guttā quæ cadēs à situla penitus euanescit. Ex corpore enim vniuersitatis nō sunt amplius censendi qui Deum nō agnoscunt qui est omnium pontifex. Cum autem sit verisimile Clementi in hac sententia, vt existimet, eos etiam esse saluos, qui ex astris & cæteris operibus Deū agnoscunt, vt id melius intelligatur, subiungit aliud esse absolute esse saluum, aliud autem rectè & perfectè esse saluum. Eorum enim qui sunt salui, sunt pro fidei & meritorū diuersitate diuersi gradus, & variæ mansiones. Summū autem gradum obtinet qui non solum est fidelis, sed præter fidem est prædituς cognitione. Quomodo enim apud Philosophos alia officia dicuntur media, ex quibus quæ procedunt actiones sunt eiusmodi, vt earū probabilis possit reddi ratio. Alia verò recta dicuntur & perfecta, quorum existunt actiones ex recta ratione exactaq; & perfecta scientia. Et non peccant quidem, imo vero etiam salui fiunt fideles, qui ex probabili agunt ratione, cognitione autē prædicti, qui ex verâ & exacta agunt ratione, ex Deo, inquam, ex verbo, & scientia, non solum salui fiunt, sed summū etiam salutis gradum obtinent. Contra autem quilibet agit gentilis, semper peccat, & ideo non potest esse saluus: Peccat autem quod licet videatur bene agere, non tamen bene agit, cum agens non eum sibi proponit scopum quem debet proponere, & non operatur verbo Dei & ratione, vt iubent scripturæ. In quauis autem re agēda is demū bene agit, qui verum & certum scopū sibi proponit, quod si scopum non nouit & ideo nescit bene agere, non est aggredienda alia. Qui nescit quis sit scopus pulsandi citharam & ita non nouit artem Citharœdicam, non est ei tangenda cithara vt eam pulset: Et qui nescit quomodo sit canendum tibiis, non sunt ei inflandæ tibiæ vt tibicen, & sic de cæteris: Ita qui non habet cognitionē, quomodo sit agendum ex verbo vitæ non est exercendum ad res agendas. *Proportionie ergo habita &c. concuentia.* Hic concludit id de quo antea nonnulla dixerat, in cœlis multas esse mansiones, esse autē varias habita proportione & fidei & meritorum earum qui crediderunt. Ex quo intelligitur nec soli fidei dari regnum cœlorum. Nam id quoq; pro proportione & conuenientia datur etiā meritis & bonis operibus, ex quo refelluntur nostri temporis hæretici spretis operibus, omnia tribuunt fidei, nec operibus quorū est basis & fundamentum fides. Non eadem & eandem esse fidem nec eadem opera & merita, cum vtrorumque sint diuersi gradus & diuersa. Vt autem varias & alias alia maiores ostendat esse mansiones citat Solomonem, qui dicit bene gutam dandā esse electam, & fortem in Templo Domini iucundiorem. Ex eo enim quod dicit in Templo Domini sortem dandam iucundiorem, significat, aliam alia esse maiorem: alioqui frustra fieret comparatio. Vbi autem est Comparatiuus, necesse est cogitetur etiam Superlatiuus. Sunt autē in Templo Dei, id est in vniuersa Ecclesia, & cōparatiua quæ sunt infimis superiora, & est superlatiuū in quo est Deus, qui est omnium supremus. Citat etiam parabolam illam Euangelicam seminantis, in qua tres numeri tuguri, sexaginta, & centum, significant tres illas electas mansiones, quæ dantur pro dignitate & meritis eorum qui crediderunt. Præstantissima est Christi martyrum mansio: Secunda est virginū. Tertia est eorum qui casto iuncti sunt matrimonio. Porro autē ij qui sunt salui, non solum varias fideiq; & meritis congruas habent mansiones, sed sunt etiā regni cœlestis hæredes. Non est autem omniū vna & eadem hæreditas, sed est varia & multiplex, sicut mansiones. Sed perfecta est hæreditas eorū qui euadunt in virum perfectum ad imaginē Domini, id est, qui quam proxime fieri potest, accedunt ad Domini imaginem & similitudinē: Domini autem esse similem, nō est intelligendum, nec in figura humana, nec in virtute diuina, sed Domino est similis, qui per gratiā est in filium adoptatus, & in amicorum numerum coaptatus, dum facit quæcunq; præcepit Dominus, & in Euangelio consummatus est Christi cohæres, & eorum qui per gratiā facti filij Dei, sūt Domini & Dei per participationē. Ad Domini autē maximè & præcipuè accedit similitudinē is, qui cū fit cognitione prædītus, & accepta Magistri mentē exprimit, & super recta docet, id est, ad allegoricos & anagogicos sensus ascendēs, in Mystica doctrina auditores edificat, nō satis habēs docere, nisi quæ verbis docet ea prius factis exequatur, cōueniēter Magistro, qui prius fecit, deinde docuit: nihilutē docuit nec præcepit quod nō possit fieri: qui autē præcipit & docet ea quæ possint fieri, is est planè regalis & Christianus, à Christo qui vnctus dicitur, dictus Christianus: vnctī autē erāt Reges & Sacerdotes. Rex autē est qui dominatur & imperat. Cū autē recens creata Deus dedisset homini vt dominaretur, & præesset bestiis externis, Christus dedit Christianis vt bestiis dominarentur internis: nempe affectionibus ferisq; & agrestibus animi perturbationibus. Agrestibus autē & ferīs bestiis nō dominatur nisi qui ea nouerit. Bonū enim & malū scīat oportet qui vult esse saluus: bonū vt faciat, malū vt vitet & declinet.



declinet. *Iam vero Apostolus quoque dicens.* Pergit Clemens loqui de cognitione seu de doctrina Christiana, & de philosophia. Dicit autem Apostolum dicere Græcam philosophiam esse secundū elementa mundi, id est elementarem, vt quæ plurimū tractet de elementis & rebus huius mundi seu naturalibus. Christi autem doctrinam esse perfectam, vt quę non tractet de elementis, sed de iis quæ elementa longè superant, nempe de Deo, & rebus diuinis. De eo autem nō multa hic dicit quoniam superius de eo satis scripserit. Quantū autem differt Oleaster ab olea tantū differt doctrina Græca à Christiana. Quomodo autem si oleaster fuerit insertus in oleam, qui prius fuerat agrestis, iis efficitur olea, & naturam exuit agrestem, ita si doctrina Græca inseratur in Christū & eius doctrinam, ea desinit esse Græca & efficitur Christiana, id est vera & perfecta: Christi enim doctrina in quam inseritur est illi instar tertæ ex qua producitur. Sicut autem oleaster multum quidem attrahit nutrimenti, sed non concoquit, ideo enim non concoquit quod concoctricem non habeat facultatē: Ita etiam doctrina Græca, quæ nutrimenti plurimum, sed inconcoctū, habet nutrimentum: habet enim varias quibus alitur disciplinas, si per fidem insita fuerit in Christianam doctrinam, concocto eius nutrimento à concoquente Christi doctrinæ tanquam oleæ facultate, fit bona, mitis, & perfecta doctrina, sicut insertus oleaster per pinguedinem oleæ, cui inseritur definit esse agrestis & fit bona & mitis olea. Adeo vt oleastro tanquā vera olea coronentur victores in Olympicis certaminibus. Facit enim insitio bonas & generosas arbores, quæ alioqui erant inutiles. Neq; id solū facit insitio, sed etiam vlmus vitem in altū extollens, efficit quod ferat vuas, quæ alioqui solū tulisset labruscas. Cū autem dicant scriptores rei rusticæ quatuor modis fieri arborum insitionem, quadruplicem quoq; dicit Clemens esse eorū insitionem, qui in doctrinam inseruntur Christianam. Vnus modus est quo inter lignū & corticem surculum adaptat qui inserit, eo modo inseruntur idolatræ ex Græcis seu ex gentibus, qui catechismū suscipientes, nō in profundo verbum accipiunt, sed in superficie. Alius modus inserendi est quo ligno fisso planta in ipsum inseritur, hoc vsu venit & philosophis, quorū dissectis dogmatibus inseritur fidei veritas, & Iudæis quibus aperta veteri scriptura inseritur noua olea, id est Christi fides. Tertius modus inserēdi est, cū duo surculi falce derasi vsq; ad medullā, quæ tamen illęsa manet, inter se vinciuntur, hoc competit hæreticis, quorū dissidentia inter se dogmata, veluti gladio incisa, tamen vniuntur, & ita pertrahūtur ad veritatē. Quartus modus insitionis qui est inoculatio quam describit Clemens, nō video cui satis possit quadrare. Rem itaqi relinquo considerandā perspicacioribus. Quæ autē ab Apostolo dicitur fieri insitio, est quæ in Christū implantatur natura infidelis, id est credit in Christū, qui prius non credebat, vniuscuiusq; autem fides animæ inseritur: sanctus enim Spiritus per eam distribuitus (sunt enim varia eius dona) & varie distribuitur, & ita transplantatur sed incircumscriptè. Nā is quidē qui distribuitur Spiritus, suā habet circumscriptionē, sed ipse Spiritus nō circumscribitur sed incircumscripte distribuitur, vt qui nullum certum habeat finē nec limitē. *De cognitione autem.* Pergit Clemens loqui de cognitione, quæ quomodo cōprehendatur volens ostendere, citat quæ de ea dicuntur in libro sapientiæ cuiusc umq; is sit liber: Solomonis enim non esse arguit, quod is non sit apud Hebræos. Dicit ergo claram esse sapientiā, & quæ non marcessit, id est non consumitur nec interit: est enim æterna Dei sapientia. Facile autem posse dici cum sit aperta & manifesta, & ipsam cognoscendam exhibens iis qui ipsam diligunt, & eos qui ipsam cupiunt præueniat. Esse quidē vigilandū vt ea compatetur, sed non est laborandū nec oportet esse anxium & sollicitum: sapiens enim tantum abest vt in ea quærenda laboretur, vt ipsa circumeat quærēs quī se sunt digni. Sed quoniā nō omnes digni sunt sapientia & cognitione, ea non datur omnibus. Qui ea autem sunt digni eā in ipsis semitis benevole apprehendunt, id est in omnibus vitæ agendæ rationibus, & institutis facilē autem ab eis apprehenditur cū ipsis occurrat in omni cognitione, id est in omni doctrina. Est enim varia & multiplex sapientia & cognitio, vt sunt variæ doctrinæ quæ ab ipsa procedunt per cogitationes, illis autem occurrēs sapientia non satis habet seipsam dare dignis occurrentibus, sed addit etiā dilectionem seu charitatem, quæ est omniū virtutum perfectio, & consummatio. Per eam autem dilectionem tanquam per rationē syllogisticam vel potius demonstratiuā est in conclusione sapientia. Nam vtā prima syllogismi seu demonstrationis propositione pendet conclusio, ita à dilectione sapientiæ pendet ipsa sapientia: Ita enim asseritur syllogismus; Qui diligit sapientiā habet sapientiam. Qui est dignus sapientia diligit sapientiam. Qui est dignus sapientia habet sapientiā. Ex hac autem dilectione sapientiæ veluti quibusdā gradibus peruenitur. Primus gradus est qui est verissimum principiū, sapiētiæ desiderium seu disciplinæ & cognitionis: secundus gradus est cura disciplinæ, seu cognitionis & scientiæ, ea est dilectio. Disciplinæ autē & scientiæ curā nō gerit, nisi qui eam diligit. Non diligit autem nisi qui leges obseruat: Qui autem leges obseruat is eas attendit & eis mentē adhibet. Qui eas autem attendit is eas confirmat, id est firmas stabiles, & stabiles: Contra autem qui leges non attendit, sed eas negligit & eis non paret, eas abrogat, & efficit vt aboleantur & omnino pereant. Sublatas autem leges sequitur rerum omniū interitus. Sunt ergo obseruandæ & cōfirmandæ leges vt rerū vniuersarum tollatur interitus. Ad Deum autem prope accedit vir bonus est interitus. Qui autem ad Deū prope accedit, is ad regnum tollitur quod efficit sapiētiæ desiderium & dilectio. Est ergo sapientia desiderium veræ disciplinæ, quæ constat propter dilectionē & cognitionem: nisi enim diligatur cognitio nequaquam disci poterit disciplina. Dilectio autem nō est aliud quam obseruatio Dei mandatorum: Deum enim nō diligit qui eius mandata non custodit. Sine dilectione autem haberi non potest sapientia. *Quod ergo sit apud nos veritas.* Quod apud nos sit veritas ex hoc probatur, quod cum sint generalia quibus ostenditur veritas nempe tes & persona, veritatē ostendit persona, nempe Dei filius qui nos docet, & res ipsa quęab eo docetur, nēpe fides quę resillit, & repugnat omnibus quę ei aduersantur: omnibus enim suis aduersatis, Tyrannis scilicet & sophistis semper exadit superior, & nec totus quidem mundus eam potest vincere. Fidei autem fundamentū constat æternis dictis & factis esse prouidentiā, quā qui negat non est verbis refellendus, sed pœnis afficiendus,

vt impius & Dei inimicus. Christianorum est institutum, vt Deum honorantes, & quod est ei gratis sacrificentes, salutē assequantur. Nihil autem est Deo gratius, quā vt salui simus. Ipsi autem efficiemur causa nostrę salutis, cum quomodo sit parāda non à Sophistis sed à Deo didicerimus; paratur autem per bonā operationem & cognitionem. Vtram q; autem nos docuit Dominus noster, cui licet vt magistro nostro sit accepta ferenda salus, cū tamen ea non accedat citra nostram operam, non est inficiandū aliquid esse situm in nostra potestate, neq; à nobis esse auferendum liberum arbitrium. [b] *Quamobrem hæreses quoque quæ sunt in Barbara philosophia.* Sicut in Græca philosophia multa recte in genere & summatim dicuntur, quę ad Christianā adiuuant philosophiā, licet non accurate & sigillatim dicantur ex veritate, ita etiā in barbara philosophia quæ Christū profitetur, sunt hæreses, quæ summatim & in genere de Deo & Christo loquuntur, sed non exacte, nec vt de eo sigillatim loquendū est in veritate. Ex iis erant qui licet in Christū crederent, ad iustificandū tamen necessariam putabant circumcisionē, propter eos circumcidit Paulus Timotheum, ne qui erant ex lege Catechumeni à fide deficerēt, se eis accommodans vt eos iuuet faceret. Sciens enim nō iustificare circumcisionē, cauit ne principale dogma, nempe fides excideret, Baptismiq; sacramentū, pœnitentia, & Eucharistia, & si quæ sunt alia, quæ sunt principalia Christianæ religionis dogmata, quæ sine fide & sacramentis non potest cōsistere. Circumcisione autē per Christū euentū abrogata, vt cæteris legis umbris & figuris, iustificatio quidem & salus est fidei tribuenda. Paulus tamen se ad Iudæorum demittens imbecillitatē, Timotheū circumcidit, ne putaretur fides legem soluere & abrogare, cum eam perficeret, & adimpleret, vt tandem cognoscētes Iudæi nihil amplius prodesse circumcisionē intelligerent à solo Christo pendere iustificationem & salutē, nec se oportere circumcidi, si Christū qui erat ab eis expectatus Messias, sibi vellent prodesse. Qui ita se demittit ad aliorū infirmitatē, vt tantisper inutilia permittat, dū quæ sunt principalia agnoscant & amplectentur, non est vituperandus mendax. Non est enim dicendus mendax qui aliorū prouidet saluti & vtilitati, ad tempus quid permittens quæ sunt inutilia, interim conseruans principalia, & eos confirmans, quorū salutis cupidus erit. Neq; vero in nouo solum Testamento facta est demissio, & accommodatio ad aliorum salutem, sed etiam in veteri. Nam cū Daniel sibi oblatam à rege Baltazar purpuram & torquē se acceptum negasset, eā tamen postea accepit & gestauit, vt Iudæis à Persis afflictis succurreret, & eorū saluti prouideret: quodquidem fecit per demissionem & accommodationem, non quod purpuram & torquem gestandi sibi esse duceret, sed vt ea gestans, ad aliorum infirmitatem se demittere & accommodare ostenderet. Non sunt ergo mendaces qui se demittunt & accommodant ad aliorum infirmitatem, vt eis quidem, cum satis intelligatur eorum esse scopum & institutum vt aliis prosint, ad tempus omittētes id quod est exactum & accuratum.

VII. [a] ATQVE *cognitionem quidem sequitur prudentia, prudentiam autem temperantia. Dicatur enim prudentiam quidem esse diuinam cognitionem, & in ijs qui diuini sunt temperantiam autem philosophantur esse mortalem, & in hominibus nondum sapientiæ. Iam verò si virtus est diuina, & ceu ipsius cognitio: temperantia autem est velut imperfecta prudentia prudentiam quidem desiderans, laboriosè autem operans, & non contemplans, sicut certè iustitia quæ est humana, vt quid commune subijcitur sanctitati, cùm sit diuina iustitia. Ei enim qui est perfectus, non in ciuilibus contractibus, neque in prohibitione legis, sed ex propria actione & dilectione in Deum est iustitia. Propter multa ergo causas occultant scripturæ sententiam: primùm quidem, vt diligenter inquiramus, & semper vigilemus in inueniendis salutaribus orationibus. Præterea nec omnibus quidem conueniebat hominibus intelligere, ne læderentur aliter accipientes ea quæ à sancto Spiritu dicta sunt salutariter. Quamobrem ijs qui sunt electi ex hominibus, & ijs qui ex side coopti sunt ad cognitionem, quæ seruātur sancta mysteria Prophetiarum, teguntur parabolis. Scripturarum enim stylus est parabolicus. Quocirca Dominus quoque cum non esset mundanus, tanquam mundanus venit ad homines. Portauit enim omnem virtutem & hominem qui erat in mundo enutritus ad ea quæ percipiuntur intelligentia, & sunt principalia, à mundo in mundum erat sublaturus. Quamobrem scriptura vtitur quoque metaphora. Est enim parabola res eiusmodi: oratio ab aliquo non proprio quidem, sed quod est simile proprio, ad id quod est verum & proprium deducens eum qui intelligit: aut vt dicunt aliqui, dictio quæ per alia, ea quæ propriè dicuntur ostendit cum efficacia. Iam verò vniuersa quoque œconomia quæ prædicta est à Prophetis de Domino, videtur verè parabola ijs qui veritatem non norunt, quando filium Dei qui fecit omnia, carnem suscepisse, & ex vtero virginis conceptum esse, quatenus fuit genita sensilis eius caruncula: consequenter autem quatenus fuit genita, passam esse & resurrexisse, vnus quidem dicit, alij verò audiunt:*



*audiunt: Iudæis quidem scandalum, Græcis verò stultitiam, vt dicit Apostolus. Apertè autem scripturæ iis qui aures habent verum ostendentes, illud ipsum quod passa est caro quam suscepit Dominus, Dei virtutem & sapientiam annunciant. Postremò parabolicum scripturæ genus cum sit, vt ostendimus, antiquissimum, meritò apud Prophetas maximè abundauit, vt etiam philosophos, qui erant apud Græcos, & eos qui erant apud alios barbaros sapientes, ostendat Spiritus sanctus ignorasse futurum Domini aduentum, & mysticam quæ ab ipso tradenda fuit doctrinam. Meritò ergo quæ Dominum prædicat Prophetia, ne præter multorum dicens opiniones aliquibus videretur blasphemare, ea quæ significantur figuratè vocibus, quæ possint etiam ducere ad alias mentis conceptiones. Iam verò Prophetæ omnes qui aduentum Domini prædixerunt, & sancta quæ erant cum ipso mysteria, persecutionem passi sunt, occisi sunt, sicut ipse quoque Dominus qui eis explanauit scripturas. Eius quoque familiares, qui verbum prædicauerunt, postquam ipse excessit è vita, vsi sunt parabolis. Vnde etiam Petrus in prædicatione loquens de Apostolis, dicit: Nos autem cùm euoluissemus libros quos habuimus Prophetarum, qui partim quidem per parabolas, partim autem per ænigmata, partim verò expressa sua authoritate & ipsis verbis Christum Iesum nominant, inuenimus eius aduentum, & mortem, & crucem, & reliqua omnia supplicia quibus eum affecerunt Iudæi, & resurrectionem, & in cælos assumptionem priusquam conderentur Hierosolyma, sicut scriptum est: Hæc omnia quæ oportebat ipsum pati, & post ipsum ea quæ erunt. Hæc ergo cùm agnouissemus, Deo credidimus per ea quæ de ipso scripta sunt. Et paulò post rursus infert, diuina prouidentia factas esse scripturas, sic referens: Sciebamus enim Deum hæc verè iussisse: & absque scriptura nihil dicimus. [b] Habet autem alias quoque quasdam proprietates sermo Hebræus, sicut etiam* ἰδιώματα
*vnusquisque ex reliquis, continens quandam orationem quæ gentis ostendit stylum & figuram. Definit itaque sermonem, dictionem quæ gentis stylo ac figura conficitur: sed non illis sermonibus nota est Prophetia. Græcis enim quæ troporum vocantur mutationes, de industria celant, deductæ ad similitudinem earum quæ sunt apud nos prophetiarum: verùm ostenditur tropus esse voluntaria à recto declinationis, quæ sit vel versu vel soluta dictione. Est quidem certè tropus, dictio transcripta à proprio ad non proprium, compositionis causa, & propter rectum vsum dictionis quæ est in oratione. Prophetia autem minimè vtitur figuris in dictionibus, propter ornatum orationis. Eò autem quòd non sit omnium, multis modis occultat veritatem iis solis qui sunt initiati ad cognitionem, qui veritatem quærunt propter charitatem, lucem faciens exoriri. Dicitur autem prophetiæ species prouerbium à barbara philosophia: dicitur aliqua quoque parabola, & deinde ænigma. Quinetiam dicitur sapientia, & vt ab ea diuersum quid disciplina, & rursus sermones prudentiæ, & strophæ verborum, & vera iustitia, & rursum doctrina dirigendi iudicium: & astutia quæ simplicibus accidit ex disciplina, & sensus & intelligentia, quæ ei inditur qui est recenter imbutus catechesi. Qui hos, inquit, audiuit Prophetas, sapiens erit sapientior, gubernationem autem possidebit intelligens, & intelliget parabolam & obscuram orationem, & sapientum dicta & ænigmata. Si autem ab Hellene Iouis filio, qui fuit cognominatus Deucalion, contigit Hellenicas, id est Græcas, appellari linguas, ex temporibus quæ prius diximus, facile perspici potest quot generationibus sint Hebræa voce posteriores linguæ quæ sunt apud Græcos. [c] Procedente autem scriptura, cùm qui prædicti sunt à Propheta tropos in vnaquaque parte adnotauerimus, adducemus viuendi rationem ex cognitione, per regulam veritatis, eam sedulò & artificiosè ostendentes. At non enim quæ Hermæ quoque in visione apparuit potestas in typo Ecclesiæ, dedit librum legendum quem voluit annun-*

Prouerb. 1.

ciari electis? Eum autem, inquit, transcripsit ad literam, cum non inueniret quomodo sonaret syllabas. Significabat autem vtique literam esse omnibus claram, si in nuda lectione accipiatur, & hanc esse fidem quæ obtinet locum elementorum. Quocirca quæ est ad literam lectio, suscipit etiam allegoriam. Scripturarum autem ex cognitione explicationem, fide iam proficiente assimilari ei quæ fit per syllabas lectionis accipimus. Quinetiam iubetur Esaias propheta, nouo libro accepto, in eo scribere sanctam quandam posteà futuram cognitionem per scripturarum expositionem, prophetice prædicendo spiritu illam quę eo tempore adhuc erat non scripta, propterea quòd nondum cognosceretur: dictum enim fuerat ab initio iis solis qui intelligunt. Iam verò cùm Apostolos docuerit Seruator, scripte non scripta iam quoque nobis traditur traditio. Ea ratione qui apud Græcos sunt eruditissimi, Mercurio, quem dicimus esse orationem, consecrant propter interpretationem, fructum mali Punici. Habet enim multas latebras oratio. Meritò ergo Mosen quoque qui assumebatur, duplicem vidit Iesus filius Naue, & vnum quidem cum Angelis, alterum autem supra montes, qui dignus erat cui in conuallibus insta fierent. Vidit autem Iesus hoc spectaculum inferius, sublatus Spiritu, vnà cum Chaleb, sed non vident ambo similiter: sed hic quidem descendit citius, vt qui multum quod grauabat inferret: ille autem cùm descendisset, posteà narrauit gloriam quam erat contemplatus, vt qui magis quàm alter posset perspicere, vt qui esset purior, significante, vt arbitror, historia non omnium esse cognitionem. Nam alij quidem corpus literarum, nempe dictiones & nomina, perinde ac corpus Mosis accipiunt: alij verò sententias, & quæ à nominibus significantur perendent, eum qui est cum Angelis Mosen curiosè inquirentes. Certè etiam ex iis qui ipsum Dominum inuocabant, multi quidem dicebant, Fili Dauid miserere mei: pauci autem cognoscebant Filium Dei sicut Petrus, quem etiam beatum pronunciauit, quoniam ei caro & sanguis non reuelauit veritatem, sed pater eius qui est in cælis: significans eum qui est cognitione præditus, non per eius carnem quæ fuit gestatata in vtero, sed per ipsam paternam potentiam cognoscere filium Omnipotentis. Non solum autem iis qui tantum modo incidunt, est adeo difficilis inquisitio veritatis: sed eorum etiam quorum sit propria scientia, ne his quidem totam simul aceruatim dari contemplationem dum Mosis historia, donec sicut Hebræi gloriam Mosis auersis oculis aspicere soliti, & sancti Israël Angelorum visiones: ita nos quoque obiectum veritatis splendorem possimus intueri. [d] Nobis autem cursim exponatur exemplum ad declarandam cognitionem, Decalogus. Et quòd sacer quidem sit Denarius, superuacaneum est nunc dicere. Sin autem tabulæ scriptæ opus Dei, inuenientur naturale ostendere opificium. Digitus autem Dei intelligitur Dei potentia, per quam efficitur creatio cæli & terræ: quorum amborum intelligentur tabulæ esse signa. Nam Dei quidem scripturæ & formatio in subiecta tabula est mundi creatio. Decalogus autem, in imagine quidem cælesti, continet Solem & Lunam, astra, nubes, lucem, Spiritum, aquam, aerem, tenebras, ignem: hic est cæli naturalis Decalogus. Terræ autem imago continet homines, pecora, reptilia, bestias, & ex aquatilibus pisces & cete: & rursus similiter ex volucribus, & quæ sunt carnuoræ, & quæ miti ac mansueto vtuntur cibo: & ex plantis similiter, & quæ sunt fertiles, & quæ steriles: hic est terræ naturalis Decalogus. Porrò autem arca quę hęc continebat, fuerit rerum diuinarum & humanarum cognitio & sapientia. Fortasse autem fuerint hę duę tabulæ, Prophetia duorum testamentorum. Mystice autem fuerunt renouatę, cùm simul abundaret ignoratio & peccatum. Dupliciter autem, vt videtur, scribuntur præcepta duplicibus Spiritibus, nempe

Matth. 15.
Ibid. 16.



nempe & principali, & eo qui subijcitur: quoniam caro concupiscit aduersus Spiritum, & Spiritus aduersus carnem. Est autem in ipso quoque homine quidam denarius: quinque sensus, & vocis edendæ facultas, & vis seminaria, & hic quoque octauus qui fuit in formatione Spiritus: nona est facultas animæ quæ tenet principatum, quæ etiam dicitur principalis: & decima est sancti Spiritus quæ per fidem accedit, formam & characterem tribuens proprietas. Ad hæc accedit, quòd decem quibusdam hominis partibus videtur lex imperare, visui, & auditui, & odoratui, tactui, & gustui, & instrumentis eorum administris, quæ sunt duplicia, nempe manibus & pedibus: hæc est enim formatio hominis. Ingreditur autem anima, & etiam prius ingreditur principalis facultas quæ ratiocinamur, quæ non generatur per deiectionem seminis, vt etiam absque ea numerus decimus colligatur, per quæ vniuersa actio hominis perficitur ordine. Nam cùm primum est homo genitus, accipit initium vitæ à patibilibus: ratiocinandi ergo facultatem & eam quæ est principalis, dicimus esse animali causam constitutionis: quinetiam hanc partem expertem rationis, & fieri animatam, & esse eius partem. Iam vitalem quidem facultatem, qua continetur vis nutriendi & augendi, & vt in summa dicam, mouendi, sortitus est Spiritus carnalis, qui & motu est facillimus, & quoquo versus per sensus & reliquum corpus procedit, & per corpus primum patitur. Principalis autem animæ facultas habet liberam eligendi facultatem, in qua existit inquisitio, disciplina, & cognitio. Verumenimuero ordinata est vniuersorum relatio ad vnam principalem facultatem, & propter illam & viuit homo, & certo modo viuit. Per corporeum itaque Spiritum homo senescit, concupiscit, lætatur, irascitur, alitur, augetur: quinetiam per eum ad actiones aggreditur, conuenienter ei quod mens cogitarit & conceperit: postquam autem vicerit cupiditates, regnat principalis facultas. Illud ergo, Non concupisces: non seruies, inquit, carnali spiritui, sed ei imperabis, quoniam caro concupiscit aduersus Spiritum, & insurgit vt se turpiter & indecorè gerat præter naturam: & Spiritus aduersus carnem obtinet imperium, ad hoc vt homo vitam transigat secundum naturam. Num ergo meritò dictus est homo factus esse ad Dei imaginem, non quod attinet ad figuram constructionis, sed quoniam Deus quidem ratione omnia architectatur: homo autem qui euaserit cognitione præditus, ratiocinandi facultate bonas & honestas peragit actiones. Meritò ergo duæ tabulæ duobus spiritibus data præcepta, & ei qui est formatus, & ei qui est principalis, quæ ante legem tradita fuerunt, dicta sunt significare, & sensuum motus exprimunt per cogitationem, & manifestant per eam quæ ex corpore operationem: est enim ex ambobus comprehensio. Et rursus, vt se habet sensus ad sensile, sta intelligentia ad id quod ea comprehenditur. Sunt autem duplices quoque actiones, alia quidem per mentis agitationem ac conceptionem, aliæ verò per operationem.

Gal. 5.

Hic locus est corruptus.

## COMMENTARIVS.

[a] Atque cognitionem quidem sequitur prudentia. Antea ostendit scripturam esse mysticam, & occultam, & ideo esse obscuram, nunc autem affert causas cur eam obscuram esse opporteat. Prima est, vt laboremus & vigilemus, & quæ sunt salutaria diligenter inquiramus: negliguntur enim quæ sunt facilia vt cuiuis communia. Secunda, quod non expediat scripturam ab omnibus intelligi, ne sæpe læderentur lectores, & arcana & mystica sensa à sancto Spiritu profecta se intelligere falsò putantes, errorem amplectentur pro veritate. Scripturarũ itaque arcana mysteria, ne omnes ad ea temere irrumperent & quæ sunt intelligenda non intelligerent, sunt operta parabolis: ipse quoque Christus, cum, licet non esset mundanus venit in mundum, & nascendo & patiendo, moriendo, resurgendo & in cælos ascendendo veluti quandam exhibuit parabolam. Totius itaque scripturæ est veluti stylus parabolicus. Constat autem parabola ex metaphoris, ab iis quæ non sunt vera & propria ad vera & propria deducens, & per alia ea quæ propriè dicuntur ostendens cum efficacia. Ideo autem parabola ducit ad proprium, quod licet id ex quo constat non sit proprium, est tamen simile proprio. Potro autem vniuersa carnis à Christo susceptæ historia quæ à Græcis dicitur œconomia, iis qui non norunt veritatem nempe infidelibus videtur parabola, cum tamen sit res vera & verè gesta, quantumuis offendantur qui in Deum hominem desciscunt & pati non admittant, & Græci stultum putent eundem esse Deum & hominem, & mortem esse

perpessum qui fecit omnia, nec intelligant, id ipsum quod passa est caro, esse Dei virtutem & sapientiam quam scripturæ apertè annunciant. Hoc dicendi genere parabolico, quod fuit omnium antiquissimum vsi sunt prophetæ qui Christum prædicauere, ne multa dicentes præter hominum opinionem, videremur blasphemare. Fuerunt autem ij quoque passi, sicut Dominus, qui eis explicauit scripturas. Eodem dicendi genere parabolico vsi sunt etiam eius familiares, Apostoli scilicet & discipuli, postquam excessit è vita. De quo citat Clemens Petri testimonium libro de eius prædicatione, qui licet sit apocryphus, ab eo tamen sæpe citatur tanquam authenticus. Quod autem in loco quem Græcè scribit ... existimo esse legendum ... id est antequam capta esset Hierosolyma, nempe à Romanis Tito & Vespasiano ducibus. [1] *Habet autem alias quoque quasdam proprietates.* Vnusquisque gentis lingua suam habet phrasim ac proprietatem: cum autē sacra scriptura sit Hebraicè scripta, iccirco dum est eius linguæ proprietatem esse à cæterarum linguarum proprietatibus diuersam. Proprietates autem illæ sermones vocantur qui suæ gentis habent proprios tropos & figuras, quæ adhibentur ad componendam & exornandam orationem. Prophetia autem nullo alio sermone aptius traditur, quam Hebræo, qui figuras in oratione non adhibet ad eam ornandam, sed ad explicandam veritatem, quam tamē multis modis occultat, vt quæ velit suam lucem iis demum exoriri qui sunt initiati ad cognitionem, & quærunt veritatem, propter charitatem Dei scilicet dilectionem. In barbara autem, nempe Hebræa philosophia sunt multæ species prophetiæ, quarum meminit Solomon in Prouerbiis. Ex sunt parabolæ, ænigma, sapientia, disciplina, sermones, prudentia, strophæ verborum, vera iustitia, doctrina, dirigens in iudicium, astutia, sensus & intelligentia. Earum tantū nomina dicit Solomon, sed definitiones & exempla tradit Hieronymus in Commentariis in ea prouerbia. Est autem lingua Hebræa longe antiquior Græca, quæ dicta est Hellenica, ab Hellene Iouis filio cognominato Deucalione, qui fuit Hebræorum temporibus longe posterior, vt videre licet in primo Stromate. [2] *Procedente autem scriptura, eum qui prædicta sunt à Propheta.* Cum in vnaquaque parte scripturæ admonarit Clemens tropos qui prædicti sunt à Propheta, dicit se sedulo & diligenter ostensurum viuendi rationem ex cognitione per regulam veritatis, id est quomodo sit viuendum ex præceptis quæ cognoscuntur ex scientia Dei per regulam veritatis quæ actiones nostras ad Deum dirigit, nos abducens à fallaciis huius mundi. Quod sit autem duplex scripturæ sensus nempe literalis & allegoricus, ostendit testimonio Hermę, apud quem potestas in typo scripturæ sensus sita est fides, quæ est instar elementorum, quæ per dictiones ex syllabis compositæ postea literam, cum non inueniret quomodo essent finiendæ syllabæ, id est cùm nesciret quomodo per literarum comprehensionem effectæ syllabæ efficerent dictionem. Ea transcriptio ad literam significat sensum literalem, qui est clarusomnibus si sola & nuda spectetur lectio. In eo literali scripturæ sensu sita est fides, quæ est instar elementorum, quæ per dictiones ex syllabis compositæ postea literam, cum non inueniret quomodo essent finiendæ syllabæ, id est cùm nesciret quomodo per literarum comprehensionem effectæ syllabæ efficerent dictionem. Ea transcriptio ad literam significat sensum literalem, qui est clarusomnibus si sola & nuda spectetur lectio. In eo literali scripturæ sensu sita est fides, quæ est instar elementorum, quæ per dictiones ex syllabis compositæ postea literam constituunt orationem. Sensus autem literalis suscipit sensum allegoricum quasi syllabicum, quo, fide quæ à nudo literali sensu incipit proficiente, accipitur explicatio scripturarū ex cognitione & scientia, quæ efficit vt non satis sit nude & simpliciter credere, nisi verbi Dei rationes & causas intelligamus quantum licet homini. Ea assimilatur syllabicæ lectioni quæ est literali difficilior. De hoc autem Hermę cum satis antea diximus, non est quod ea ipsa frustra tursus repetamus. Quod autem adnotat Esaias in libro nouo scribere, id intelligit Clemens de illa Dei cognitione, quæ futura erat in Christo. [3] *Quo uentu ex scripturarum explicatione, quam prædicebat Spiritus.* Noua autem erat, vt quæ non dum scripta, & intelligeretur ab iis solis qui intelligunt, nempe à Prophetis, qui dicuntur videntes à gentes. Quæ autem olim non erat scripta, nec cognoscebatur nisi prædiceretur spiritu à Propheta, quæ postquā Christus Seruator cū aduenisset docuit Apostolos, non solum fuit scripta, quæ non ex scripturarū traditionum sunt non scriptæ traditiones, à scriptis quidem non diuersæ, sed ad earum petitores intelligentiā. Huius rei Clemens hanc affert causam, quod in iis quæ scribuntur & dicuntur multi non intellecta nisi fuerint explicata. Quod autē in Oratione multæ sint latebræ, ostendit apud Gentes eruditissimi, quos tamen nō nominat Clemēs, qui Mercurio præsidi eloquētiæ cōsecrarunt multos cos eruditissimi, quos tamen nō nominat Clemēs, qui Mercurio præsidi eloquētiæ cōsecrarunt multos
*Deut. 20. & 24* plicē, vnū cū Angelis, alterū supra mōtes, nusquā est in sacris. Tantū in deuteronom. legitur, Moīsi tussum esse mori in mōte Tabari: mortuū autē à Deo fuisse sepultū scilicet per Angelos, nec quenquam scire vbi sit sepultus. Sed est verisimile id sumpsisse Clemētē ex libris apocryphis, ex quibus sumpserit Iudas in Epistola, Angelū Dei Michaelē cū Satana pugnasse, qui corpus Mosis volebat esse in propatulo vt prouocarentur Iudæi ad idololatriam propter summā tanti viri sanctitatem. Ex hac autem qui narrationes, tanquā corpus Mosis: alij autem nō nomina & dictiones sed ipsas sententias & ea quæ significantur per dictiones, nempe ipsum Mosem qui assumptus est apud Angelos. Is demū autem Mosis veram habet cognitionem, qui ipsum nouit Mosem non qui nomen eius: sed neque omnes Christum nouerant qui eum inuocabant, multi eū vocabant filium Dauid, pauci autem filiū Dei, sicut Petrus qui ab ipso Christo beatus est beatus, quod eius cognitionem accepisset reuelatam à Patre qui est in cælis. Christum verè nouit qui eū solum nouit quod attinet ad carnem & humanitatem: is demum veram habet cognitionem Christi, qui eum nouit esse Deum. Non enim per carnem in vtero portatam, sed per paternā potentiam cognoscitur filius Dei omnipotentis. Non facilē acquirit veritatem qui in eam leuiter incidit, sed nec is qui est scientia præditus totam simul Dei gloriam potest contemplari, nisi obiectum veritatis ipsum: tē possit intueri, sicut Hebræi gloriā Mosis fixis oculis assuefacti conspicere, & sancti Israelitæ Angelorū visiones. [4] *Nobis autem cursum exponatur exemplum.* Cum paulo ante dixisset de typis & figuris orationis, dixit se esse tractaturum de cognitione: ad eam autem declarandam primum se dicit eorum expositurum decalogum, veluti quoddam exemplum cognitionis. Cum autem dicatur decalogus oratio decem continens, vt melius intelligeretur quid sit decalogus, erat danda eius etymologia, quod ea scilicet dicatur à ... quod est decem, & ... quod est oratio, vt ex ea intelligatur decalogum esse orationem quæ decem continet. Cum autem decem sit numerus, occurrebat dicendum quinam numerus sit decem. Et dici quidem poterat denarium esse complementum & finem numerorū, vltra quem nec ingenium, nec ratio aliqua excogitauit: nec enim datur vlterior. Poterat etiam dici hunc numerum esse sacrum, quod & in veteri Testamento eo numero data sint præcepta legis, & in nouo aliquot parabolas eo numero prædicans Christus populo fecerit: ideo hic numerus dictus est sacer. Sed cum id sit omnibus satis notum, plura dicere quod sit sacer censet Clemens esse superuacaneum. Ex hoc sacro numero nempe decalogi constant aliquot decalogi, nempe orationes quæ consistunt ex decem. Primi quidem duo decalogi qui sunt naturales, sunt decalogus Cæli, & decalogus Terræ: sunt autem vterque veluti tabulæ digiti Dei scriptæ, is autem Dei digitus est ipsa Dei potentia. Eo autē Dei digito scripta sunt signa decē in cælo & totidē in terra, quæ significāt creationē. In cælo à Deo creata sunt signa & imagines Sol, Luna, astra, nubes, lux, spiritus, aqua, aër, tenebræ, ignis. Hic est in cælo naturalis decalogus qui nō est aliquo humano factus artificio, cū ipse Deus mundū sit architectatus. Habet etiā terra sua signa & imagines non humano artificio factas, sed naturaliter à Deo creatas, homines, pecora, reptilia, bestias, pisces, cetos, aues catniuoras, aues cicures, plātas sterriles, plātas fertiles. Earū autem nōnullæ sunt adeo diuersæ inter se species, vt videātur inter se nullā habere affinitatē: quo fit vt duę cēseantur species, quę sint vna. Lux & aues carniuoræ aliæ sunt à cicuribus, & plātæ fertiles à sterilibus. Hic quoq; cibi terrę naturalis decalogus, vt qui nō ab homine sed à Deo sit cōstitutus. Hos autē cæli & terræ naturales decalogos cōtinent duæ tabulæ, quæ erāt intra Testamenti arcam, quæ est cognitio & sapientia rerū diuinarū & humanarū. Nec fortasse fallemur qui dixerit, duas illas decalogi Tabulas significare diuina & veteris & noui Testamēti rēspōsa seu eloquia. Quod autē legitur in Exodo post adoratū aureum vitulū, & introductam idololatriam, quod est peccatū maximū & summa ignorātia, duas illas tabulas à Mose fuisse fractas & refectas, mystice significat cùm abūdat ignorantia & peccatū renouandas esse duas tabulas, id est cognoscendū esse culpam & ad legis imperiū esse redeundū. Cum sit autē in homine duplex Spiritus, & Spiritus principalis qui est ratio quæ tenet principatū, & Spiritus qui subiicitur & seruit nēpe Spiritus carnis, dupliciter scribūtur legis præcepta, vt scilicet intelligat principalis Spiritus, esse sibi in carne illa Spiritū carnis obtinendū imperium: Caro verò seu Spiritus carnis esse sibi parendum. Concupiscit enim caro aduersus Spiritū, sed æquum est vt ratio regat & frenet cupiditates. Porro autem cum dixisset Clemens cæli & terræ esse decachordū naturalem, dicit in ipso homine qui est veluti parvus mundus, esse quendam denariū numerum, nempe quinque sensus, visum, auditum, odoratum, tactum & gustum, facultatem edendi vocem & loquendi (est enim vox veluti quædam materia sermonis, & sermo vox quædam distincta & articulata) vimque & potestatem emittendi seminis ad generationem Spiritum qui est in formatione hominis. Is est autem non Spiritus principalis qui ad informandū hominē ecm cælius à Deo immittitur, sed cum semine in naturæ agrū nēpe matricem immittitur: facultatem animæ quę tenet principatū, & ideo dicitur principalis, vt quę teneat, cū ei caro seruiat seu spiritus carnalis. & Spiritum sancēū, qui est proprietas quædam per fidem ad hominē, & fidelis hominis efficiūs humanū & characterem. Sunt ergo in homine tres spiritus, & spiritus qui in formatione seu conceptione hominis cū semine emittitur, & Spiritus principalis qui à Deo cęlitus immittitur, & Spiritus sanctus qui per fidem fideli datur. Præter has autem decem enumeratas partes quæ sunt in homine, lex etiā imperat quinque sensibus, & instrumentis duplicibus quæ eis miniſtrāt. Ea autem sunt pedes & manus, & in illis quidem partibus cōsistit terrena hominis forma. Ante earū autem partium formationem homini creditur anima simul cū semine, fœtū augens & nutriens, sed ante illā quæ cum semine deiicitur animam, primū subit hominem principalis illa facultas à Deo infusa, quæ in homine imperiū obtinet, sensūque dominatur & cupiditati, & est prædita vi rationis. Illa autem in generatione hominis non simul deiicitur cū semine, sed à Deo infunditur cū sit eius origo cęlestis. Sed anima illa, quę cū semine deiicitur enumeratur inter partes hominis, ex quibus efficitur vniuersa actio: sed principalis illa animæ quæ ratiocinantur facultas, nō enumeratur inter deeē illas hominis partes, quibus ordine perficitur actio, quæ quidē sunt omnes patibiles. Ab iis autē homo cū primū est genitus accipit initiū vitę, nō eius quidē quæ prædita ratione quæ procedit à principali facultate, sed eius quæ motū habet, & sensū à patibilibus. Principalis autē illa animæ facultas nō est ex patibilib⁹, sed ex iis quę cadūt sub intelligentiā: Ea autē est cauſa cōstitutionis hominis. Nam quæcūq; alia sint in homine, homo non est qui caret ratione, licet eæ partes quæ carēt ratione sint animatæ & sint partes hominis, quatenus homo cōstat ex partibus. Huius principalis animæ facultatis, nō est propria facultas vitalis, qua nutrimur, augemur, & mouemur, sed est propria Spiritus carnalis, ex quo à Paulo dicūtur animales, qui nō principali animæ facultati, sed carni seruiūt. Is autē carnalis Spiritus per totū corpus & oēs sensus in omnē partē facile mouetur. Per corpus autē facile patitur pro delictis, postquā excellerit lōge grauiora passurus. Principalis ergo animæ facultatis nō est proprīū nutrire, augere, & mouere, sed quod est bonū libere eligere, inquirere, quæ docētur discere & habere cognitionē. Cū autē principalis illa animæ facultas sit hominis naturæ propria, quæcūq; ab homine fiūt ad ea sunt referendæ. Cū autē scriptū sit Deū fecisse hominē ad sūā imaginē, hoc scripsit ex eis dicit Clemēs, non quod figuræ Dei fabricæ & cōstructionis homo sit similis: Corpora enim & incorporei quęnā potest esse similitudo, cū nec incorporei vlla dicatur esse fabrica: sed quod vt Deus rationis, id est essētialis sui verbi imperio (dixit enim & facta sunt) omnia creauit, ita homo qui ad Dei veritatis patientiæ cognitionē, nō ratione & verbo essētiali, quod est solus Dei, sed mēte & principali illa animæ potestate quæ in eo obtinet principatū, bonas & honestas facit operationes. Essentialē autē illā rationē ipsa Deus creat & fabricatur omnia, vocat Clemēs ... principalē autē animæ potestatē qua Deus cæteris seu corporali imperās spiritui bonas & honestas exequitur actiones, nō ... sed ... ita essentiā

distinguens à potestate. Porro autē cum sint in homine duo spiritus, & is qui est formatus ceu creatus is est autem qui cū semine deiicitur in vterum, & is qui est principalis, id est qui in homine tenet principatum, & à Deo in hominem cœlitus demittitur. Duæ illæ decalogi tabulæ significāt vtriq; spiritui data præcepta, vt carnalis spiritus intelligat esse sibi parendum, principalis autem imperandum. Fuerunt autem hæc præcepta etiam ante legem scriptā, vt quæ scripta essent lege naturæ, nō in tabulis lapideis, sed in cordibus. Exprimunt autem hæc præcepta sensuum motus per cogitationem & operationem: Vt si intellexerimus & cogitando & operando peccare sensus, ab iis enim maxima ex parte peccata profluūt, ab vtrisq; caueamus, ab vtrisque enim cōprehenduntur peccata, à cogitatione scilicet & operatione: est anima autem est cogitatio, ex corpore operatio. Vt se habet autem sensus ad sensile, ita intelligēs ad quod cadit sub intelligentiam, non sentit sensus id quod cadit sub intelligentiam, nec intelligēs quod cadit sub sensum: Est ergo Deus mente colendus vt qui sub solam cadat intelligentiam, nō sit autē colendus vt sensilis cum non possit sensu percipi. Quamuis autem sit corporis propria operatio, mentis autem contemplatio, tamen etiam suam actionem habet cogitatio & mentis, conceptio, quam tanquā patientia suscipiunt quæ cogitantur & mente concipiuntur.

VIII. Et [a] *primum quidem præceptum decalogi ostendit vnum solum esse Deum omnipotentem, qui populum transtulit ex Ægypto per solitudinem in terram patriam, vt perdiuinas quidem operationes comprehenderent vt poterant eius potentiam: ab eorum autem quæ sunt genita abstinerent idololatria, omnem spem habentes in Deo qui est ex veritate. Secunda autem oratio significabat non oportere assumere, neque inferre magnam & omni veneratione dignam eius potentiam, quæ quidem est nomen (huius enim solummodo discendi multi sunt adhuc capaces) neque transferre eius nuncupationem ad res genitas & inanes, quas quidem fecerunt homines artifices: in his autem is qui est non ponitur. In identitate enim ingenita, qui est, est ipse solus.* [b] *Tertia autem est oratio quæ significat mundum à Deo esse factum: & dedisse nobis septimum diem ad quiescendum, propter eam qui est in vita afflictionem, & malorum perpessionem. Deus enim est indefessus, & impatibilis, & qui nullius indiget: quiete autem indigemus nos, qui carnem gestamus. Septimus ergo dies prædicatur quies, abstinentia à malis, præparans illum primarium & ex quo cuncta sunt orta diem, qui est verè nostra quies, qui quidem quoque prima est reuera lucis generatio, in qua omnia simul & cernuntur & possidentur. Ex hoc die prima sapientiæ cognitio nos illuminat: lux enim veritatis, lux vera, vmbræ expers, qui citra diuisionem luditur, Spiritus Domini in eos qui sunt per fidem sanctificati, qui est instar luminis ad eorum quæ sunt agnitionem. Eum ergo sequentes, per totam vitam reddimur impassibiles: id autem est quiescere. Quocirca Solomon quoque ante cælum & terram & omnia quæ sunt, omnipotenti dicit genitam fuisse sapientiam, cuius participatio quæ est per virtutem, indicio per essentiam, docet eos qui hic fuerint rerum diuinarum & humanarum habere scientiam via comprehensionis. Hæc quoque sunt obiter reuocanda in memoriam, quoniam de septenario & octonario ingressa est oratio. Qui est enim octonarius, videtur esse omnino prior septenarius: septenarius autem apertè senarius, & hic quidem propriè esse Sabbatum. Septenarius autem operarius, nam & mundi ortus finitur in sex diebus, & motu Solis qui fit à conuersionibus ad conuersiones seu ab vno tropico ad alterum, perficitur in sex mensibus, per quem partim quidem cadunt folia, partim verò plantæ pullulant, & seminum fiunt perfectiones. Aiunt autem fœtum perfectè absolui mense sexto, hoc est, centum & octoginta duobus diebus & dimidio, vt scribit Polybius quidem medicus in libro de Octomestribus, Aristoteles autem Philosophus in libro de Natura, & Pythagorei, hinc vt arbitror, ex mundi ortu ex sententia Prophetæ numerum senarium perfectum existimant, & cum appellant τετράγωνον & γάμον· τετράγωνον quidem, id est, medirectum, quòd sit medium recti, hoc est, decem & duorum: videtur enim ex æquo abesse ab ambobus: γάμος autem, id est, coniugium: nam vt coniugium generat ex masculo & fœmina, ita sex ex impari quidem ternario qui dicitur masculus, ex pari autem, nempe binario, qui fœmina existimatur, gignitur.*



*gignitur: bis enim tria fiunt sex. Tot rursus sunt motus maximè generales, per quos fertur omnis generatio, sursum, deorsum, dextrorsum, sinistrorsum, antè, ponè. Meritò ergo numerum septenarium existimant esse sine matre & sine prole, Sabbatum interpretantes, & speciem quietis dicentes allegoricè, in qua nec vxores ducunt, nec nubunt amplius. Neque enim ex numero aliquo ad aliquem sumentibus fit septenarius, neque ad aliquam sumptus, facit alium ex iis qui sunt intra duodenarium. Octonarium autem cubum appellant, cùm septem errantibus inerrantem sphæram connumerantes, per quas fit magnus annus, veluti quædam periodus renumerationis eorum quæ sunt promissa. Ea ratione cùm Dominus senarius in montem ascendisset, fit sextus, & spirituali luce illuminatur, nudata quæ à se proficiscitur virtute, quantum videri poterat ab iis qui electi fuerant vt viderent, per septimam vocem prædicatus filius Dei, vt ipsi quidem quiescerent, qui de ipso erant persuasi, ipse verò per generationem quam significauit senarius, cum esset insignis octonarius, apparet Deus in caruncula, ostendens potentiam qui numerabatur quidem vt homo, celebatur autem quisnam esset. Nam in numerorum quidem ordinem refertur senarius: elementorum autem consequentia ea nota facit quæ non scribiuur. Hic in ipsis quidem numeris seruatur ordine vnaquæque vnitas vsque ad septenarium & octonarium. In ordine autem elementorum sit ϛ sextum, & ζ septimum. Cum processisset autem nescio quomodo nota in scriptura, sit sicquidem sequitur, fit septenarius quidē sextus, octonarius verò septimus. Quocirca etiam sexto dicitur homo fuisse factus, qui fuit fidelis, sexto inquam qui est notula, vt Dominicæ hæreditatis quietem protinus acciperet. Tale quid ostendit hora sexta salutaris œconomiæ, quæ homo fuit consummatus. Iam verò ipsorum quidem octo, media sunt septem: septem autem videntur habere sex spatia. Alia est enim illa ratio quando septenarius glorificauerit octonarium, & cæli cælis enarrant gloriam Dei. Figuræ autem eorum sensiles, sunt elementa quæ sunt apud nos vocalia. Sic etiam ipse Dominus dictus est α & ω, principium & finis, per quem omnia facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Non ergo, sicut quidam Dei quietem existimant, cessauit Deus facere. Nam cum sit bonus, si cessarit vnquam benefacere, Deus quoque esse cessabit, quod nefas quidem est dicere. Quiescere ergo, est ordinasse vt seruaretur citra vllam transgressionem in omne tempus ordo eorum quæ facta sunt, & fecisse, vt vnaquæque creatura cessaret à veteri confusione. Quæ enim diuersis diebus fuerunt creationes, maximè acceptæ sunt consequentia, vtpote quòd omnia quæ facta sunt, quæ simul creata sunt cum cogitatione, honorem habitura sunt ex eo quod antiquius, nec sit futura par eorum æstimatio, neque voce fuisset declaratus vniuscuiusque ortus, si aceruatim & omnia simul fecisse, dicta essent creatio. Oportebat ergo aliquid primum quoque nominasse. Propterea ergo prima prophetice dicta sunt, cùm omnia simul potestate facta sunt ex vna essentia. Est enim vna, vt opinor, Dei voluntas in vna identitate. Quomodo autem in tempore facta fuerit creatio, cùm si vna cum iis quæ sunt, tempus quoque factum fuerit. Iam verò etiam in septenariis totus mundus circumagitur omnium quæ & viua gignuntur & quæ nascuntur. Septem quidem sunt quorum est maxima potentia, primogeniti Angelorum principes. Porrò autem Mathematici quoque dicunt esse septem stellas errantes quæ terram administrant, à quibus Chaldæi omnia existimant per consensum quæ ad mortalem vitam pertinent fieri: quo fit vt etiam de futuris quædam promittant dicere. Ex inerrantibus autem septem quidem sunt Pleiades. Vrsæ autem constant ex septem stellis, per quas & agricultura exercetur, & nauigatur. Luna autem septimo quoque die transfiguratur. Et in prima quidem hebdomada, est dimidia sui parte cæsa: in secunda autem plena: in tertia autem, ab occasu rursus est dimidia sui parte cæsa: & quarta, non apparet. Quinetiam ipsa quoque, sicut*

tradit Seleucus Mathematicus, figuram mutat septies. Ex obscura enim & non apparente fit cornuta lunula. Perinde dimidia sui parte cæsa: deinde ἀμφίκυρτος id est, concava, ac gibbosa & plena: & rursus occidendo concaua & gilbosa, & similiter sui dimidia parte cæsa, & cornuta lunula.

Septem nostra tonis pulchros Lyra personet hymnos,

scribit quidam Poeta non ignobilis, docens veterem Lyram habuisse septem tonos. Sunt etiam in nostra facie septem instrumenta sensuum: duo quidem oculorum, duo autem meatuum auditus, duo autem narium, & oris septimum. Ætatum quoque mutationes fieri per septenarium elegiæ Solonis significant hoc modo:

Infans septenos postquam compleuerit annos,
Producti dentes vallus vt oris erunt.
Postquam septem alios Deus huic concesserit annos,
Fit pubes, seménque huic genitale datur.
Verùm septem alios postquam compleuerit annos,
Densa seges barbæ contegit orta genas.
Additus est illi cùm septenarius alter,
Vir tum virtutis fortia signa dabit.
Sed monet adueniens vxorem ducere quintus,
Posteritatis & hunc tunc meminisse suæ.
Solers ingenium, firma & prudentia sexto est,
Stulta nec hoc deinceps facta videre iuuat.
Septimus accessit cùm septenarius, atque
Octauus, lingua pollet & ingenio.
Nono aliquid possunt, sed iam minuuntur in illo
Vires, quis peragunt fortia facta viri.
Sed decimus cùm alios septem perfecerit annos,
Maturam mortem tristia fata dabunt.

Rursus in morbis dies criticus, id est, ferens iudicium, est septimus & quartus decimus, in quibus decertat natura aduersus causas morbi efficientes. Alia eiusmodi innumerabilia adducit Hermippus Berytius in libro de septenario. Apertè autem mysticam hebdomadis & octonarij rationem, iis qui cognoscunt, tradit beatus Dauid sic psallens: Anni nostri sicut aranea meditabuntur. Dies annorum nostrorum in ipsis, septuaginta anni. Sin autem in potentatibus octoginta anni. Id autem fuerit nos regnare. [c] Vt ergo discamus mundum esse genitum, non autem in tempore Deum facere existimemus, subiunxit Prophetia: Hic est liber generationis, & eorum quæ sunt in ipsis, quando facta sunt, quo die Deus fecit cælum & terram. Illud enim, quando facta sunt, enunciationem significat indefinitam & expertem temporis. Hoc autem, Quo die fecit Deus, hoc est, in quo & per quem fecit omnia, & sine quo factum est nihil, significat eam quæ per filium fit operationem, quem dicit Dauid, Hic est dies quem fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea, hoc est, per eam quæ per ipsum tradita est cognitionem, diuinis fruamur epulis. Dies enim dictum est verbum quod occulta illuminat, & per quod in lucem & ad generationem accessit vnaquæque creatura. [d] Et in summa, decalogus per elementum ιὼτ significat nomen beatum, Iesum qui est verbum, ostendens. [e] Quinta autem deinceps sequitur oratio, de honore patris & matris. Deum autem aperte dicit patrem & Dominum: quocirca non etiam qui ipsum agnouerunt, appellat filios & Deos. Dominus ergo & pater est, qui est Creator omnium: mater autem non, vt quidam existimant, est substantia ex qua summa genitii, neque, vt aliqui exposuerunt, ecclesia, sed diuina cognitio & sapientia, vt dicit Solomon, iustorum matrem appellans sapientiam, & est propter se eligenda. Et rursus, quicquid est bonum & honestum, à Deo per filium cognoscitur. [f] Eam consequitur oratio de adulterio. Est autem adulterium, si quis relicta ecclesiastica, & vera cognitione, & de Deo persuasione, accedat ad falsam quæ non conuenit opinionem, aut in Deos referens aliquid ex iis quæ sunt genita, & alicuius ex iis quæ non sunt simulachrum aliquod constituens, ad transiliendum cognitionem, vel potius ab ea desiliendum. Ab eo autem qui est cognitione præditus, aliena est falsa opinio, sicut vera est ei coniuncta & familiaris. Quocirca præclarus quoque Apostolus vnam fornicationis speciem vocat idololatriam consequenter Prophetæ qui dicit: Mœchatus est cum ligno & lapide. Ligno dixit, Pater meus es tu: & lapidi, tu me genuisti. [g] Deinde quæ est de cæde consequitur oratio. Est autem cædes firma ac constans ablatio, Veram ergo de Deo & eius æternitate orationem qui vult auferre, vt falsum inferat, dicens vel vniuersum nulla regi prouidentia, vel mundum esse ingenitum, vel negans aliquid ex iis quæ sunt firma ac stabilia in vera doctrina, is est perniciosissimus. [h] Post hanc autem est oratio de furto. Quomodo ergo qui aliena furatur, cum magnam faciat iniuriam, in ea quæ meretur mala meritò incidit: ita qui diuina opera sibi vendicat per fingendi vel pingendi artem, & dicens se esse effectorem animantium & plantarum: & similiter qui veram imitantur philosophiam, sunt fures: siue fuerit quis agricola, vel pater filij, seu minister deiectionis seminum. Deus autem præbens omnium augmentum & perfectionem, adducit ea quæ gignuntur ad id quod est secundum naturam. Plurimi autem, vnà cum Philosophis, augmenta & mutationes tribuunt astris principaliter, quod in se est, vniuersorum patrem priuantes sua indefessa & inexhausta potentia. Elementa autem & astra, hoc est, potestates quæ administrant, iussa sunt ea exequi quæ pertinent ad diuinam œconomiam, eáque parent, & aguntur ab iis quæ sunt eis imperata, quò ea duxerit verbum Domini: quandoquidem diuinæ inest potentiæ vt omnia occultè operetur. Qui ergo dixerit se aliquid excogitasse vel fecisse ex iis quæ pertinent ad creationem, impij & nefarij incæpti pœnas dabit. [i] Decima autem oratio est de omnibus cupiditatibus. Quomodo ergo qui concupiscit ea quæ non decet, cogitur reddere rationem: eodem modo non permittitur res falsas concupiscere, neque existimare, ex iis quæ sunt in generatione, animata quidem per se posse, inanima autem omnino non posse salutem dare vel ledere. Et si quis dicat antidotum non posse mederi, & cicutam interimere, latenter callido decipit sophismate. Nihil enim ex iis operatur absque eo qui herba & medicamento vtitur, sicut nec securis absque eo qui scindit, neque serra absque eo qui secat. Quomodo autem per se quidem non operantur, habent autem aliquas qualitates naturales quæ artificis operatione proprium opus efficiunt: ita generali & vniuersa Dei prouidentia, per ea quæ mouentur propinquius, per submissionem transmittitur ad singularia efficax operatio. Sed vt videtur, Græci Philosophi Deum nominantes, non cognoscunt, quoniam Deum nequaquam colunt vt Deum. Quæ enim ipsi philosophantur, vt ait Empedocles, vt quæ per vulgi linguam temerè transierint, effusa sunt, cùm ora parum nouerint vniuersi. Nam vt ars viam excogitat, qua lux quæ à sole procedit, per vas vitreum aqua plenum ignescat: ita etiam Philosophia, cùm ex diuina scriptura veluti quandam ignis scintillam acceperit, in paucis visione apprehendit. Certè quomodo eundem aërem spirant omnia animantia, sed alia aliter, & ad diuersum quidpiam: ita etiam plurimi accedunt ad veritatem, vel potius ad id quod de veritate dicitur. Non enim de Deo dicunt aliquid, sed suas affectiones Deo attribuentes exponunt. Agitur enim ab eis vita quærentibus id quod est probabile, non autem id quod verum. Ex imitatione autem non docetur veritas,

Psal. 89.

Psal. 117.

Decem scribitur per ιῶτ, quæ est prima littera nominis Iesu.

*sed ex disciplina. Non enim vt videamur esse, Christum credimus: quomodo nec ad so-*
*lem, vt in sole tantum videamur esse, accedimus: sed hic quidem, vt caleſcamus, illic au-*
Matth. 11. *tem, vt viri boni & honesti simus, vt simus Christiani, vim facimus. Regnum enim est*
*eorum qui sunt maximè violenti: qui ex inquisitione, disciplina & perfecta exercitatione*
*hoc accipiunt fructus, quòd Reges fiant. Qui ergo imitatur opinionem, ostenditetiam an-*
*ticipatam notionem. Quando autem quispiam accepta rei scintilla, eam intus in anima ac-*
*cenderit desiderio & doctrina, omnia mouet postea vt cognoscat. Quod quis enim non ap-*
*prehendit, neque ipsum desiderat, neque suscipit eam quæ ex ipso capitur vilitatem. Po-*
*sterius ergo is qui est cognitione præditus, propter finem eorum quæ recte & ex virtute ge-*
*runtur imitatur Dominum, quoad eius fieri potest ab hominibus, quadam Dominica ac-*
*cepta qualitate, ad Dei assimilationem: qui autem nesciunt cognitionem, nec certa possunt*
*regula inquirere veritatem. Fieri enim non potest vt simus participes contemplationum*
*quæ ducuntur ex cognitione, nisi nos exinaniamus prioribus cogitationibus: sic enim abs-*
*luitè dicitur communiter veritas de quolibet quod intelligentia percipitur, & de sensili. Iam*
*verò licet etiam videre veritatem picturæ distinctam à vulgari, & musicæ honestatem*
*seiunctam ab impudica. Ergo Philosophiæ quoque est aliqua veritas separata ab aliis Phi-*
*losophis, & vera pulchritudo præter adulterinam. Non ea ergo quæ sunt in parte veritas*
*tes, de quibus prædicatur veritas, sed ipsa veritas est magna cura & studio indagande,*
*non quærendo scire nomina. Quod enim de Deo dicitur, non est res vna, sed innumerabi-*
*les. Refert autem an Deum dicas, an quæ sunt de Deo. In summa autem, cùm de vna-*
*quaque re dicitur, à substantia distinguenda sunt ea quæ accidunt: ac mihi sufficit dicere*
*Deum esse eum qui est Dominus vniuersorum: per se autem perfectè & absolutè dici*
*Dominum vniuersorum, nullo reliquo quod excipiatur. Quoniam ergo duæ sunt ideæ, seu*
*species veritatis, nempe nomina & res, alij quidem dicunt nomina, qui in ornatu & e-*
*gantia versantur orationis, eiusmodi sunt apud Græcos Philosophi: res autem sunt apud*
*nos barbaros. Iam verò Dominus non frustra voluit vti vili & humidi forma corporis, ve-*
*quis speciem laudans, & admirans pulchritudinem, absistat ab iis quæ dicuntur: & a-*
*tendens iis quæ relinquuntur, abducatur ab iis quæ percipit intelligentia. Non est ergo in-*
*standum in dictione, sed in iis quæ significantur. Atque iis quidem quæ apprehendi-*
*sunt, & non mota sunt ad cognitionem, verbum minimè creditur. Nam corui quoque ve-*
*ces imitantur humanas, cùm eius rei quam dicunt nullam habeant notitiam. Intelligen-*
*autem apprehensio fidem proximè consequitur. Ita etiam dixit Homerus, Hominum pa-*
*ter atque Deorum, nesciens quisnam sit pater, & quomodo pater. Quomodo autem is*
*qui habet manus, sumere est secundum naturam: & ei qui oculos sanos, lucem videre: ita*
*ei qui fidem acceperit, proprium est esse participem cognitionis, si iacto fundamento au-*
*rum, argentum, lapides pretiosos elaborare, & ei superædificare voluerit. Non ergo pol-*
*cetur se velle esse participem, sed imperare: neque se futurum, sed esse regulam, & lac-*
*dum, & cognitione præditum. Neque nomine, sed re ipsa res velle attingere conuenit.*
*Nam cùm sit bonus Deus, propter principalem vniuersæ creaturæ partem, cùm eam velle*
*esse saluam, ad reliqua quoque facienda est conuersus, hoc eis primùm præbens beneficium*
*ab initio, vt fierent: esse enim melius esse, quàm non esse, quiuis confitebitur. Deinde prout*
*erat capax vniuscuiusque natura, factum est & fit vnumquodque ad ipsum quod est me-*
*lius proficiens. Quamobrem non est absurdum datam quoque esse philosophiam à diuina*
*prouidentia, prius erudientem ad eam quæ est per Christum perfectionem, si non erudi-*
*cat à barbara cognitione discere Philosophia profectum ad veritatem: sed sunt pili quidem*
*numerati, & viles motiones. Philosophia autem quomodo non est in Verbo? Atque*

Sampſoni



*Sampsoni quoque data est vis in pilis, vt etiam reiectitiæ artes eorum quæ sunt in vita,*
*quæ iacent & humi manent post excessum animæ, cogitari non possint absque diuina po-*
*testate. Iam verò diuina prouidentia, desuper ex iis quæ sunt principalia tanquam ex ca-*
*pite, peruadit ad omnes. Sicut vnguentum, inquit, quod descendit in barbam Aaron, & in* Psal. 132.
*oram vestimenti eius, hoc est, magni Sacerdotis, per quem omnia facta sunt, & sine ipso fa-* Deest aliquid, vt sit;
*ctum est nihil non in mundum corporis. Extrinsecus autem Philosophia populi, est tanquam* non ita mundum corpus. sed anima: vel aliquid eiusmodi.
*vestis: Philosophi ergo qui ad proprium sensum sunt spiritali sensu exercitati, postquam non*
*partem Philosophiæ, sed eam quæ est per se perfectè & absolutè philosophia, curiosè in-*
*dagauerint & cum quodam amore veritatis, & citra vllam arrogantiam veritati feren-*
*tes testimonium, ex iis quæ apud eos qui sunt diuersæ opinionis rectè dicta sunt profecerint*
*ad intelligentiam, per diuinam administrationem & ineffabilem bonitatem, quæ semper*
*quantum fieri potest, ad id quod est melius adducit eorum quæ sunt naturam. Deinde non*
*solùm cum Græcis, sed etiam cum barbaris habuerint consuetudinem, à communi ad suam*
*intelligentiam exercitatione ducuntur ad fidem: tanquam fundamento autem suscepta vi*
*veritatis, assumunt etiam vlteriorem progressionem ad inquirendum, & ex hinc eis qui-*
*dem gratum est est discere, cupientes autem cognitionem, magno studio contendunt ad salu-*
*tem. Ea ratione dicit scriptura, spiritum sensus datum esse à Deo artificibus: is autem*
*nihil est aliud quàm prudentia, vis animæ quæ contemplatur ea quæ sunt, discernitque*
*& comparat id quod est consequens, simile & dissimile, præcipitque & prohibet, & fu-*
*turaconiectat. Pertinet autem non ad artes solùm, sed etiam ad ipsam philosophiam. Cur-*
*nam ergo serpens quoque dictus est prudens? Quoniam in maleficiis quoque potest inueniri*
*consequentia aliqua & discretio, & compositio, & coniectura futurorum, & ideo latent*
*plurima scelera, quoniam mali sibi omni ratione prouident vt possint vitare supplicia.*
*Cùm sit autem multiplex prudentia quæ extensa est per totum mundum, & per omnia hu-*
*mana, in vnoquoque eorum mutat appellationem. Et cùm primis quidem causis se appli-*
*cauerit, appellatur intelligentia: quando autem eam demonstratiua ratione confirmaue-*
*rit, nominatur cognitio, sapientia, & scientia: quando autem versatur in iis quæ tendunt*
*ad pietatem, & à principio deductam absque contemplatione acceperit rationem, per ope-*
*rationu quæ est in ipsa obseruationem, fides dicitur: & si in rebus sensilibus id quod vide-*
*tur constituerit, tanquam in his verissimum, recta opinio: & in iis rursus quæ admotis ma-*
*nibus fiunt actionibus, ars. Cùm autem absque primarum causarum contemplatione simi-*
*lium obseruatione & traductione ad aliquid agendum impulsionem caperit, & aliquid*
*constituerit, appellatur experientia: eius est proprius ille reuera principalis sanctus Spi-*
*ritus, quam post firmam ac stabilem fidem, postremò per inspectionem accurationem assu-*
*mit is qui credidit. Cùm sensum ergo excellentiorem participarit Philosophia, vt ostensum*
*est ex iis quæ prius dicta sunt: quæ de iis quidem quæ percepta fuerint intelligentia, ratio-*
*ne se pertractatio, cum electione & assensione, dicitur Dialectica, quæ ea quidem quæ*
*dicuntur de veritate, confirmat per demonstrationem, eas autem quæ inferuntur dubita-*
*tiones dissoluit. Qui ergo dicunt Philosophiam non venire huc à Deo, videntur omni-*
*no dicere fieri non posse vt Deus videat omnia singularia: neque eum esse causam bonorum*
*omnium, cùm vnumquodque eorum sit ex singularibus. Nihil autem ex iis quæ sunt om-*
*nino constiterit, si Deus nolit: quòd si eo volente est à Deo Philosophia, ea est cum talem*
*esse qualis est esse voluerit, propter eos qui non alia ratione abstinerent à malis. Deus enim*
*nouit omnia, non solùm ea quæ sunt, sed etiam quæ futura sunt, & vt erit vnumquod-*
*que, & eos qui sunt singulares motus præuidens, intuetur omnia, & omnia exaudit, &*
*animam aspiciens intrinsecus, vniuscuiusque etiam ex singularibus æternam habet*

intelligentiam, & quod fit in theatris, & in partibus vniuſcuiuſque inſpiciendo, circumſpiciendo, & conſpiciendo, hoc in Deo ſimul fit & aceruatim. Omnia enim & ſingula intuetur vna applicatione, non tamen omnia per principale inſtitutum. Iam enim multa quidem ex iis quæ ſunt in vita, per humanam quoque rationem ortum accipiunt, cùm diuinitus acceperint illuminationem. Ecce enim ſanitas, per medicinam: & bona corporis habitudo, per alipticam, id eſt vngendi artem: & diuitiæ per negotiationem & rei faciendæ artem oriuntur & adſunt, per diuinam quidem prouidentiam, per humanam autem opem & operam. A Deo autem eſt etiam intelligentia. Atque diuinæ quidem voluntati maximè obedit bonorum virorum liberum eligendi arbitrium: quoniam bonorum quidem & malorum hominum multa ſunt commoda communia, fiunt tamen vtilia ſolis bonis & probis, quorum cauſa Deus hæc fecit. Ad vſum enim bonorum virorum, nata eſt vis eorum quæ data ſunt diuinitus: quinetiam cogitata eorum qui ſunt virtute præditi, per diuinam fiunt inſpirationem, cùm anima aliquo modo afficitur, & diuina voluntas in humanas animas tranſmittitur, dum qui ſunt ſingulares diuini adminiſtri, ad talia opera ferant miniſteria. Nam pergentes & ciuitates ſunt diſtributæ Angelorum præfecturæ fortaſſe autem etiam ex iis ſunt deputati ſingulis. Paſtor itaque & ſingularem ouium curam gerit: eos maximè prouidendi & viſendi tenet ſtudiũ, qui ſunt & præclaro ingenio, & populo multum poſſunt prodeſſe. Ij autem ſunt qui & ad regendum & docendum ſunt apti: per quos prouidentiæ euidentia apertè oſtenditur, quando vel per doctrinam, vel per magiſtratum aliquem, & adminiſtrationem vult Deus benefacere hominibus: vult autem ſemper, & ideo mouet eos qui ſunt apti ad ea vtiliter efficienda quæ pertinent ad pacem & virtutem & beneficentiam. Quidquid autem eſt ex virtute, & à virtute oritur, & refertur ad virtutem: & aut ad hoc datur vt ſint boni, aut ad hoc vt ij qui ſunt boni vtantur iis commodis quæ ſunt ſecundum naturam: adiuuat enim & in vniuerſis, & in ſingularibus. Quemadmodum ergo non eſt abſurdum, vt qui diabolo inſolentiam tribuunt & iniuſtitiam, eum rei bonæ & quæ eſt ex virtute, nempe philoſophiæ, datorem conſtituant? Contrà autem exiſtimo legis eſſe proprium & rectæ rationis, reddere quod vnicuique conuenit, & quod eſt eius proprium, & quod ad eum pertinet. Nam vt lyra eſt ſidæ tharædi, & tibicinis, ita commoda bonorum virorum ſunt poſſeſſiones: vt eius qui eſt beneficius, natura eſt benefacere: vt ignis eſt calefacere, & lucis illuminare. Malum autem non faciet bonus, vt neque lux tenebras, aut ignis frigefaciet: ita contrà, vitium non fecerit aliquid quod ſit ex virtute, eſt enim eius operatio malè facere, vt tenebrarum, oculos confundere. Non eſt ergo vitij opus Philoſophia, quæ facit homines virtute præditos: reſtat itaque vt ſit Dei, cuius ſolum opus eſt benefacere: & quæcunque à Deo dantur, recte & dantur & accipiuntur. Porrò autem ſi vſus philoſophiæ non eſt malorum, ſed bonus eſt Græcorum optimis & præſtantiſsimis, hinc quoque clarum eſt, à quo data ſit, à prouidentia ſcilicet, quæ vnicuique diſtribuit pro meritis ea quæ conueniunt. Meritò ergo lex dæis quidem lex, Græcis autem data eſt philoſophia vſque ad aduentum: hinc autem vniuerſa ac generalis vocatio, ad peculiarem populum inſtitiæ, per eam quæ eſt ex fide Ecclesiam, per vnum cogente Dominum eo qui eſt vnus ſolus Deus amborum, Græcorum ſcilicet & barbarorum, vel potius totius humani generis. Philoſophiam autem ſæpe diximus, id quod per Philoſophiam aſſequitur veritatem, etiamſi ſit ſingulare: iam vero in etiam quæ bona ſunt in artibus, vt in artibus habent principium diuinitus. Vt autem artificioſe aliquid facere continetur in artis contemplationibus, ita prudenter facere continetur ſub prudentia: prudentia autem eſt virtus, & proprium eſt eius & alia cognoſcere, & ea maximè quæ ad ipſam pertinent. Et ſapientia quæ eſt facultas, nihil eſt aliud quam ſcientia



ſcientia diuinorum & humanorum bonorum. Dei autem eſt terra & eius plenitudo, bona diuinitus venire ad homines docens dixit ſcriptura, per diuinam virtutem ac poteſtatem, perueniente diſtributione ad humanum auxilium. Iam verò ſunt tres modi omnis vtilitatis, quæ alius alium impertitur: vnus quidem per aſſectationem, vt prædotriba qui effingit puerum: alius autem per aſsimilationem, vt qui alterum vt creſcat hortatur, eò quòd ipſe prior creuerit: & ille quidem adiuuat eum qui diſcit, hic autem ſimul prodeſt ei qui accipit. Tertius autem modus eſt qui fit iuſſu, quando prædotriba non amplius informans eum qui diſcit, nec per ſe oſtendens luctam puero ad imitationem, ſed tanquam iam ſatis exercitato nominatim imperat vt luctetur. Is eſt ergo qui eſt cognitione præditus, cùm à Deo poteſtatem iuuandi acceperit, alios quidem iuuat, effingens aſſectatione, alios verò adhortans aſsimilatione, alios verò præceptione docens & erudiens. Certè ipſe quoque patris ratione adiutus eſt à Domino. Sic ergo cognoſcitur vtilitas quæ à Deo peruenit ad homines, ſimul adhortantibus Angelis. Etenim diuina virtus præbet bona per Angelos, ſiue videantur, ſiue non videantur. Talis etiam fuit modus in aduentu Domini, quando & per hominum cogitationes & ratiocinationes virtus aliquid inſpirat, & in mentes vim immittit & ſenſum perfectiorem, promptitudinis & animi alacritatis vehementiam præbens, & ad quæſtiones & ad implendo opera. Exponuntur autem nobis quoque nihilo ſecius ad imitationem & aſsimilationem, verè admirabilia & ſancta virtutis exempla per res geſtas quæ ſcriptæ ſunt. Porrò autem genus quoque actionis eſt manifeſtiſsimum & per teſtamenta Domini, & per leges quæ ſunt apud Græcos, quinetiam per ea quæ ſunt præcepta in Philoſophia. Et vt ſemel dicam, omnis vtilitas quæ ad vitam pertinet, ſuprema quidem ratione, à Deo omnipotente, qui præeſt omnibus patre, perficitur per filium, qui etiam propterea eſt Seruator omnium, inquit Apoſtolus, maximè autem fidelium. Proximè autem ab iis quæ ſunt proxima ſingulis, per iuſſum & præceptionem eius qui eſt propinquus primæ cauſæ, nempe Domino. Qui eſt autem apud nos cognitione præditus, ſemper verſatur in iis quæ ſunt præcipua. Sed ſi quando eſt ei otium, & tempus relaxandi animi ab iis quæ ſunt præcipua, loco alterius recreationis, Græcam quoque attingit philoſophiam, vt qui ſit bellarium ad cænam illaturus, non vt qui neglexerit ea quæ ſunt præſtantiora, ſed vt qui acceperit quantum decet, idque propter eas quas dixi cauſas. Qui autem in Philoſophia appetunt ea quæ non ſunt neceſſaria, ſed ſupernacanea, & ſolùm contentioſis vacant ſophiſmatibus, diſcedunt ab iis quæ ſunt neceſſaria & præcipua, rationum vmbras verè perſequentes. Ac bonum quidem eſt ſcire omnia: cui autem eſt animus imbecillus ad multarum diſciplinarum ſuſcipiendam peritiam, ea ſola eliget quæ ſunt præcipua & meliora. Nam quæ eſt reuera ſcientia, quam dicimus ſolum habere eum qui eſt præditus cognitione, eſt firma ac ſtabilis comprehenſio per conſtantes ac ſtabiles rationes deducens ad cauſæ cognitionem. Qui habet autem ſcientiam eius quod verum eſt in re aliqua, quæcunque ea ſit, in eadem habet etiam eius quod verum eſt ſcientiam. Illa ergo oratio mihi videtur rectè ſe habere, an ſit philoſophandum: eam enim hoc ipſum conſequitur. Sed etſi non ſit philoſophandum, non enim aliquid condemnarit quiſpiam, ſi non prius nouerit eſt ergo philoſophandum. Hæc cùm ita ſe habeant, oportet Græcos diſcere per legem & Prophetas, colere vnum Deum qui eſt verè omnipotens. Deinde doceri per Apoſtolum: Nobis autem nullum eſt ſimulachrum in mundo, quoniam in rebus genitis nihil poteſt Dei referre imaginem. Præterea doceri, quòd nec eorum quos colunt ſimulachra ſunt imagines: neque enim figura tale eſt genus animarum, cuiuſmodi fingunt Græci ſtatuas. Non cadunt enim animæ ſub aſpectum, non ſolùm quæ ſunt compotes rationis, ſed etiam animæ aliorum animantium. Corpora autem ipſarum, nunquam fiunt partes ipſarum animarum, ſed inſtrumenta,

vt quibus aliæ quidem insideant, aliarum verò ea sunt vehicula, aliarum verò alio modo possessiones. Sed nec fieri potest vt instrumentorum expresse imitentur imagines. Fingat enim Solem, vt videtur, aliquis & Iridis imaginem repræsentet coloribus: postquam autem
Matth 5. simulachra reliquerint, tunc audient scripturam: Nisi abundauerit iustitia vestra plus quàm Scribarum & Pharisæorum, qui iustificantur per abstinentiam à malis, cum eo quod cum ea quæ est in his perfectione, proximum quoque positis diligere & ei benefacere non eritis regales. Augmentum enim eius, quæ est ex lege iustitiæ, ostendit eum qui est præditus cognitione. Sic cùm fuerit aliquis collocatus in capite quod sumu regit corpus, cùm peruenerit ad summum fidei, ipsam, inquam, cognitionem circa quam sunt omnes sensus,
1.Cor.10. assequetur similiter summam hæreditatem. Cognitionem autem obtinere principatum, apertè ostendit Apostolus iis qui possunt perspicere, hoc modo scribens Græcis illu Corinthiis: Spem autem habentes augescente fide vestra fore, vt magnificemur secundum regulam nostram in abundantia, vt in iis quæ sunt supra vos euangelizem. Non dicens extensionem prædicationis quæ fuit in loco, quoniam fidem quoque dicit abundasse
Act.17. in Achaia. Fertur autem in Actibus quoque Apostolorum, Verbum prædicasse Atheniis: sed docet cognitionem, quæ est perfectio fidei, abundare vltra catechesim, conuenienter maiestati doctrinæ Domini, & regulæ ecclesiasticæ. Quocirca paulò etiam inferius subiungit: Si autem sum imperitus sermone, sed non cognitione. Cæterùm qui ex Græcis gloriantur, quòd ab eis comprehensa fuerit veritas, dicant nobis à quonam gloriantur se didicisse. A Deo quidem non, dixerint: ab hominibus autem confitentur. Et si hoc ita est, aut à seipsis serò didicerint, sicut certè ex ipsis quoque quidam insolenter gloriantur: aut ab aliis similibus. Sed non sunt fide digni de Deo dicentes homines, quatenus homines: neque enim qui homo est, potest pro dignitate de Deo vera dicere: imbecillus & morti obnoxius, de ingenito, & eo in quem non cadit interitus: & opus de eo qui fecit. Deinde qui non potest de seipso vera dicere, an non multò magis ne de Deo quidem ei credendum est? Quantum enim abest homo à Dei potestate, tantum est etiam eius oratio imbecilla, etiamsi non Deum, sed de Deo dicat, & verbo diuino. Est enim imbecilla natura humana oratio, & quæ non possit Deum dicere, non dico nomen, est enim hoc commune non solùm Philosophis, sed etiam Poëtis nominare, neque essentiam, neque enim potest fieri, sed Dei vim & opera. Quanquam qui Deum sibi adscribunt magistrum, vix peruenient ad Dei notitiam, opem eis ferente gratia ad quamlibet cumque cognitionem, vtpote voluntate voluntatem & sancto Spiritu sanctum Spiritum contemplari assuefacientes, quoniam spiritus scrutatur Dei profunda. Animalis autem homo non capit ea quæ sunt Spiritus. Sola ergo est à Deo tradita, quæ est apud
1.Cor.2. nos doctrina, à qua dependent omnes fontes sapientiæ, quicunque ad veritatem tanquam ad scopum feruntur. Venientis certè ad homines Domini qui nos erat docturus, innumerabiles fuere significatores, annunciatores, preparatores, præcursores ab alto ex mundi constitutione, per opera, per verba præsignificantes, prædicentes esse venturum, & quomodo, & quando, & quænam signa. Eminus certè lex præmeditatur & prophetia. Deinde præcursor ostendit præsentem, post quem prædicatores docentes aduentus virtutem significant. Philosophi Græcis solis, neque iis omnibus placuere, sed Platoni quidem Socrates, & Xenocrati Plato, Aristoteles Theophrasto, & Cleanthi Zeno, qui suis solis persuaserunt assectis. Magistri autem nostri verbum non mansit in sola Iudæa, sicut Philosophia in Græcia, sed diffusum est per totum orbem terræ, Græcorum simul & barbarorum gentibus & vicis & totis vrbibus persuadens, totas domos & seorsum vnumquemque ex iis qui audierunt, & ex ipsis etiam Philosophis non paucos iam traducens ad veritatem. Et Græcum quidem

*Adiici vocabula duo, quæ in Græco videbantur deesse, nempe Philosophi Græci.*



quidem philosophiam si quuis magistratus prohibuerit, ea statim perit: nostram autem doctrinam à prima vsque prædicatione prohibent simul Reges & Tyranni, & singuli Duces & magistratus cum vniuersis satellitibus, & innumerabilibus etiam hominibus, in nos belligerantes, & nos pro viribus excindere conantes. Illa autem magis etiam floret: non enim emoritur vt doctrina humana, neque flaccescit vt donum imbecillum. Nullum enim Dei donum est imbecillum: manet autem eiusmodi vt prohiberi nequeat, cùm prædictum tamen sit fore, vt ea patiatur persecutionem. Deinde de Poëtica quidem dicit Plato: Res quædam leuis & sacra est Poëta, nec potest versus facere priusquam fuerit Deo afflatus & mente excesserit. Democritus quoque similiter: Poëta autem quæcunque quidem scripserit cum Dei afflatu & sacro spiritu, sunt valde pulchra. Scimus autem qualia dicunt Poëtæ. Omnipotentis autem Dei prophetas, qui instrumenta fuere diuinæ vocis, nemo stupuerit. Eius ergo qui est cognitione præditus veluti statuam effingentes, iam quidem ostendimus, quænam sit eius morum magnitudo & pulchritudo, veluti describentes. Qualis autem sit in contemplatione rerum naturalium, posteà ostendetur, cùm de ortu mundi tractare caperimus.

## COMMENTARIVS.

*Et primum quidem præceptum Decalogi.* Incipit Clemens exponere primum præceptum decalogi, quod ad Dei cultum pertinet, & in tria capita diuiditur. Et in primo quidem est, vnum solũ esse Deum omnipotentẽ, qui eos ex Ægypto in quẽ propter famem migrarant, tempore regis Pharaonis & Isaac eorum Patriarchæ, rursus eos transtulit in terrã pattiam nempe Palestinam, ex qua migrarãt, vt per diuinas eius operationes, & summa quæ fecerat miracula, eius summam quoad eius fieri poterat comprehenderent potentiam: Ea autẽ intellecta eã solum colerent & adorarent, idololatriam autem, id est, cultum idolorum rerum genitarum & mortalium vitarent, in eo solo spem habentes, qui est verus Deus, non autem in idolis falsisque dijs & Dæmonibus. Secundũ autem significat non esse nomen Dei (quod idem est quod potentiã) assumendum in vanum. In vanum autem nomen sumitur cum id quod nõ est Deus, sed inane, vt in quod cadit ortus & interitus, pro Deo vsurparut: quod faciunt artifices qui rerum inanium fabricãtur imagines, & qui iurantes quod falsum est tanquam verum & certum afferunt. In his autem rebus inanibus non collocatur Deus qui est. Is autem est qui verè est, quod soli Deo conuenit: is enim solus verè est, qui idem semper est & non mutatur, qui autẽ non mutatur est Deus. Ego enim, inquit, sum Deus, & non mutor. Ij autẽ demum verè Deum colunt, qui huius rei discendæ sunt capaces. Atque hoc quidem significat caput secundum. Videamus autem quid dicat tertium. *Terræ autem est oratio quæ mundum à Deo est factum.* Tertium Decalogi præceptum significat mundum à Deo esse creatum, & datum quidem esse Sabbatũ, id est, quietis diẽ non Deo qui est indefessus & impatibilis, sed nobis hominibus, qui cum tantem gestimus laboramus, & factlè defatigamur, patimur & affligimur. Quiete ergo nobis opus est vt recreemur, non Deo qui cum sit spiritus operans non laborat, nec fatigatur nec affligitur. Sabbatum ergo dicitur quies, & est abstinentia à malis, preparans nobis primarium illum diem, ex quo omnia orta sunt, nempe Christum qui est vere nostra quies: Ex hoc die, qui est verè nostra quies nempe Christus, nos illuminat lux & sapientia: idem certe Christus noster est quies, lux & sapientia: per eum illuminamur, sanctificamur, sapientesq; & iusti reddimur, resquẽ diuinas & humanas comprehendentes ab eo ducemur, qui per fidẽ sanctificamur. Ex eo autem die est generatio lucis, lucis inquam veritatis, lux vera quæ nullam habet vmbrã: Ex est spiritus Domini, qui citra vllam diuisionem (diuisionem enim non recipit qui est expers corporis) in suis donis distribuitur fidelibus. Est autẽ instar luminatia ad ea quæ sunt agnoscẽda. Eratem lux est etiam sapientia quæ ante cælum & terram genita est de omnipotenti. Eius fideles sunt participes non per essentiã, nam cum Dei ad hominem nulla sit proportio, quomodo vllam quantumuis breuẽ Dei partem potuerit homo capere? sed per virtutem: hinc est quod qui diuinæ virtutis est particeps, est θεὸς quidẽ & δεῖος, id est diuinus, non autem Deus esse dicitur. Ex his autem possumus intelligere lucẽ & sapientiam, non solum dici verbum patris, sed etiam Spiritum sanctum, qui ex vtroque nempe Patre & Filio procedit, & vterq; cũ Patre & Filio sit vnus. Deus dat similiter fidelibus illuminationẽ ad res quæ veræ sunt nempe æternæ, agnoscendas, sapientiamq; & virtutem qua vita honestè agatur. Eum ergo sequentes, siue Christũ, siue eius spiritũ, nempe sanctum Spiritum, qui cum vtroque vnus est Deus, efficimur impatibiles, id est nullis agitati animi perturbationibus. Hoc autẽ est quiescere, id est sabbatum sanctificare. Huius enim præcepti de sanctificando sabbato hic est scopus & institutum, vt cũ Deum cælum & terram creasse, quod est opus pulcherrimum & præstantissimum, cognouerimus, ipsi quiescamus, & à malis operibus, quæ per malas animi affectiones fiunt, abstineamus. Cum autem in hoc certus Decalogi præcepto, nẽpe de sanctificando sabbato qui est dies septimus tractaret, arripit Clemẽs occasionẽ agendi de numero septenario & octonario. Quod ideo facit, quia ij sunt ita coniuncti, vt alter ab sit sine altero, & qui est octonarius, videatur esse septenarius qui est dies quietis: & septenarius videatur esse senarius qui est operarius, nẽpe labori & operi destinatus. Hoc ita esse significant Græcorũ literæ

seu elementa, quæ numeros quidem significant. sed inserta notula nempe (ε) efficit tantam numerorum mutationem, vt elementum (ζ) quod erat sextum, si procedatur recta serie literarum, fiat septimus, & (ι) quod erat septimũ fiat octauum. Hinc est quod apud eos qui in numerando sequuntur rectum ordinem literarũ, vt qui apud Homerum eius libros numerat (ζ) sit sex, & (ι) septem, apud quos autem irrepsit notula, quæ elementa sua numerandi possessione depellit (ζ) non sit sex sed septem, & ιτα non sit octo sed septem. Quod autem septenarius, qui est apertè senarius, si attẽdatur notula quæ in numeros irrepsit sit operarius, non autem sabbatum, id est dies quietis, licet videre ex ijs quæ adducit. Nam primum quidem sex diebus creatus est mundus, & sol suũ motum absoluit his conuerhionibus, quæ sunt à tropico Cancri ad tropicũ Capricorni: fit autem vnaquæque conuersio sex mẽsibus, in quibus partim res interunt, partim generantur (hoc enim significat & foliorum defluxus, & plantarum pullulatio, & seminũ perfectiones) & sex mensibus perficitur fœtus in vtero matris, vt scribit Polybius medicus. Tot mensibus fœtũ perficit anima à principio cœlitus vterum ingressa, membra formans & creans. Ex eo autẽ quod Deus Propheta nempe Moses, qui non solũ scribit historiam, sed etiam in suis scriptis prophetica cõtinet mysteria, sex diebus dicit factum fuisse mundum: colligit & Aristoteles in Physicis, & Pythagorei Senarium numerum esse perfectũ, vt in quo Deus omnia perfecerit, & eũ vocarunt γαμικὸν & γάμον, id est, medẽ locũ tenentem, & coniugium. Medium autem locum tenens dicitur senarius, quod numerorum par habeat spatiũ inter duos & decem. Ex æquo enim distat senarius à duobus & à decem: est enim quaternarij spatium quo distat senarius à duobus & decem. Dicitur etiam senarius à Pythagoreis coniugium: nam vt coniugium generat ex masculo & fœmina, ita ex ductu ternarij qui dicitur Masculus, in binarium qui dicitur fœmina, procreatur Senarius: bis enim tria sunt sex. Hæc est causa cur à Pythagoreis senarius appelletur γάμος, id est coniugium: Partes enim iuxta se positæ ipsum gignunt. Quinetiam duæ partes quoties combinatæ senarium constituunt, vt sexies vnum, ter duo, bis tria. Quod autẽ senarius sit maximè aptus ad generandũ hoc maximè ostendit, quod cum motus requiratur ad generandum, sex sunt motus generales per quos fertur generatio, sursum, deorsum, dextrorsum, sinistrorsum, ante, pone. Atq; Senarius quidẽ numerus dicitur esse operarius, & coniugiũ: contra autẽ septenarius est sine matre & prole, & nec generat nec generatur: & eum interpretatur esse sabbatum seu quietem, in quo nec viri vxores ducunt, nec amplius ducuntur vxores. Is autẽ à peritis in formali Arithmetica, & potissimè à Pythagoricis numerus dicitur insœcundus, eò quod infra denariũ, nec numerum generat, nec ab aliquo numero generatur: vnde infœlix censetur & infaustus. Neque si ex numero aliquo ad aliquem sumatur, fit septenarius, neque ad aliũ sumptus facit aliquem ex ijs quæ sunt intra duodenarium. Quod autem septenarius sit insœcundus, ex hoc satis ostenditur, quod licet cum quouis numero multiplicetur ex iis qui sunt intra duodenariũ, non generat alium numerum. Porro autem septenarius numerus significat sabbatũ & quietem; illud inquã sabbatum in quo post resurrectionẽ, nec viri vxores ducunt nec nubunt mulieres. Quinetiam numerus qui dicitur cubus, significans spheram inerrantem, & si cum eo connumerãtur septem errantes, seu sphęræ errantes, fit veluti quædam periodus & remuneratio quæ à Deo est promissa iis, qui Deum sequentes, vixerunt ex virtute. Ea autem periodus est veluti quidam magnus annus Platonis, in quo sphęræ & signa omnia ad suum simul redeunt caput. Post hæc autem pergens Clemens loquitur de numeris qui partim scribuntur literis, partim signantur notis, exponit mysterium numerorum, quod dicitur transfiguratione. In illa ergo transfiguratione Christus ascendit quartus in mõtem, tribus secum assumptis discipulis Petro, Ioanne, & Iacobo, numero qui litera significatur est quartus, sextus autem ad elementali numero, sed quando spirituali luce illuminatur, ostensa quæ à se proficiscitur virtute, quam videre poterant discipuli, qui ab ipso electi erant vt viderent, est sextus non numero elementali, sed numero. Merito autem et additis qui cum eo erant tribus discipulis, fuit sextus, cũ in eo duæ intersitæ, licet ipse sit vnica persona, per vocẽ septimam, nempe vocem patris dicẽtis: Hic est filius dilectus in quo bene cõplacui, prædicatus est Dei filius, vt qui in eum credebant, in ipso quiesceret, & per humanam quidẽ generationem quam significat senarius, appareret Deus in caruncula, nempe in carne humana, & potentiã suam ostenderet, se hominẽ ostentans cum interim se esse Deum celaret. In numerorum enim ordinẽ refertur senarius, numerorum autem consequentiam facit, ea nota quæ non in literis scribitur, sed inter eas inscribitur. Atque in ipsis quidem numeris seruatur ordine vnaquæque vnitas, vsque ad septenarium & octonarium. In numero autem elementorum sextum sit (ζ) & (ι) octauum. Cum autem sequamur, sextus quidẽ sit septenarius, septimus autem octonarius. Et ideo die sexto qui est nota, dicitur homo fuisse factus fidelis, vt dominicæ hæreditatis statim acciperet quietem. Qui enim factus fuerit fidelis, id est qui fidẽ acceperit (id enim allegoricè intelligitur de creatione hominis) statim accipit quietem dominicæ hæreditatis, id est ipsum dominũ. Porro autem ad sexti quoque numeri cõmendationem hoc adducit Clemens, quod Christus hora sexta in suæ passionis dispensatione homo fit cõsummatus, id est eam obierit mortem, quæ humano generi perfectam attulit salutem. Vt facilius autem intelligitur quæ iam dicta sunt de numeris senario & octonario, subiungit octo septẽ habere. Nam si ponãtur octo, quorũ sunt à se inuicem separatæ per seriem vnitates, octo, septem habebunt mędia, septem autem videntur haberi sex spatia seu intervalla, si illorũ septem per seriem separatæ sint vnitates. Porro autem cũ in Christi transfiguratione octo sint numeri, Christus ascendens in montẽ cũ tribus discipulis Petro, Iacobo, & Iacobo, in quo etiã fuerunt legislator Moyses & Helias, & vox patris quæ audita est in nube dicẽs: Hic est filius dilectus in quo mihi cõplacui, qui est septimus, octauus fuit numerus, qui idẽ est sextus et duabus hypostasibus. Eum autẽ octauum nempe filium, glorificat pater, qui est vox septima. Quæ si autem Patris gloria qua Deus filium suum afficit: ha est quod cæli cælis enarrant gloriam, id verbum agnoscẽtes esse conditos, & firmamẽtũ eius opera annunciat, quæ in eo sunt ab ipsa facta significantes. Cælorum autẽ figuræ quæ sensu percipiũntur, sunt veluti quædam elementa quæ sunt apud nos vocalia,



quæ voce quodammodo significant. Non solũ autem pater filium glorificat, & cæli tanquã voce præditi se ab eo creatos dicentes, narrant quanta sit eius gloria, & firmamentũ magnifica eius ostentat opera, sed ipse Christus Dei filius dicens se esse α & ω, affirmat se esse principium & finẽ, & ab eo omnia esse creata, & sine ipso factũ esse nihil. Loquendi de numeris senario septenario, & octonario acceperat Clemens occasionẽ, ex eo quod tractabat de eo Decalogi, in quo agitur de Sabbato, id est die sabbati, id est septimi qui est sabbatũ, quo factum est dum tractaret de mysteriis transfigurationis pauca interim scribens de numeris Pythagoreis, ad quos & ad Macrobiũ de somnio Scipionis sunt remittendi qui plura volent audire, reuertitur ad sabbatũ vnde cœperat. Et quia ex eo quod scriptũ est in Exodo Dei esse sabbatũ, existimarunt quidã Deum quiescere, & cessasse operari: Eos refellit Clemens dicens, quod si Deus (cum sit bonus) cessarit benefacere, Deus quoque esse cessauerit: hunc concludit Deũ benefacere, & semper operari: est enim nefas dicere Deũ desinere esse Deum. Dei ergo sabbatũ non significat Deum quiescere, & cessare ab operatione: operari enim non cessat is, cuius bonitas causa est creationis, alioqui cessaret esse Deus (quod est absurdũ nec potest fieri) sed quieuisse & ordinasse, vt in omne tempus seruaretur certus ordo eorum, quæ sunt creata, & fecisse vt creaturarũ vecus cessaret confusio, quam dicunt chaos, quæ cessauit cũ per creationem in mundũ pulchertimus illatus est ornatus rebus omnibus distinctis. Et Dei quidẽ cogitatione simul facta sunt omnia, sed ita tamen, vt non aceruatim creata sint omnia, sed in creaturis præterantur quæ sunt antiquiora. Est quidẽ vna Dei potestas & voluntas creandi in vna idẽtitate, sed oportet in rebus creatis vnũ nominari primum, & alterum secundum, & sic deinceps. Honore autẽ præferri id quod est antiquius, vt in Geneli sunt distinctæ, quæ sunt à Deo creatæ creaturæ. Quod autẽ in tempore nõ fuerit facta creatio, ex hoc est perspicuum, quod simul cum iis quæ sunt, tempus quoque factũ fuerit. Iam vero cum locutus esset Clemens de creatione, ad quam proximè accedit generatio quæ est, & animalium quæ gignuntur, & eorum quæ à natura nascuntur, & producuntur, in iis autẽ magnã vim & potestatem habet septenarius: dicit totum mundum circumagi in septenariis. Dicit itaq; septem esse ordines Angelorũ, septem esse stellas errantes, per quas dicunt Chaldæi mortalẽ vitam administrari, & per eas futura prædici. Ex stellis inerrantibus quas fixas appellant esse septẽ Pleiades, & vtrãque Vrlam cõstare ex septẽ stellis, ex quibus discunt agricolæ, quomodo sint agri colẽdi, nautę vero quomodo sit nauigandũ. Luna quoq; septimo die mutat figuram, & ea figura mutatur septies. In veteri lyra fuisse septem tonos, quibus canebantur hymni. Hominem in facie septem habere sensuum instrumenta, duo vius nempe oculos, duo auditus nempe aures, duo autem olfactus nempe nares, & vnum oris quod est septimũ. Scribere autem Solonem septimo quoque anno ætatum fieri mutationem, cuius etiam citat versus quos antea citauit. Apud medicos quoq; diem septenarium, & qui ex eo componitur quartumdecimum esse criticum, id est, in quo de morbo fertur sententia, quibus diebus decertat natura aduersus causas morbi efficientes: hinc q; fieri vt vel propulsetur morbus, vel ægrorus violentiæ morbi cedens interat. De ætatũ mutatione per septenarium hæc dicit Solon, & de diebus etiam criticis per septenarium & quartumdecimũ loquuntur medici, & multa alia adducit Hermippus Beritius in libro de septenario. Apud psaltẽ quoq; regium Dauid traditur ratio mystica numeri septuagenarij & octogenarij. Anni (inquit) nostri sicut aranea meditabuntur. Si autem in potentatibus octoginta anni, & amplius eorum labor & dolor. Hæc quidem verba videntur exprimere breuitatem, miseriamq; vitæ humanæ, quia longæui appellantur hoc tẽpore etiam qui septuaginta annos vixerunt, vsque ad octoginta autem videntur alicui vires habere. Melius est ergo in his numeris spirituale aliquid perscrutari, neque enim super filios Adã, per quem vnũ hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransijt, maior ira est Dei, quia multo breuius viuunt, quã vixerunt antiqui, cum & ipsorum vitæ irrisa sit longitudo, vbi mille anni cõparati sunt diei hesterno atque prætorito, & horis tribus: & vtique tum multum viuebant, quando iram Dei prouocarunt vsque ad diluuium, quo perierũt. Septuaginta autẽ anni & octoginta fiunt centum quinquaginta, quem sacratum esse insinuat iste liber Psalmorum: eam enim habent in significatione rationẽ centum quinquaginta quam quindecim, qui numerus fit septẽ & octo coniunctis, quorum primus insinuat propter sabbati observationẽ testamentum vetus, secundus testamentũ nouum propter Domini resurrectionem: hinc sunt in templo quindecim gradus, hinc sunt in tẽplis quindecim cantica graduum, hinc quindecim cubitis summos montes aqua diluuij superauit: & si quibus aliis locis sacratus cõmendatur hic numerus. Ergo anni nostri sicut aranea meditantur, cũ in rebus corruptibilibus laboramus, corruptibilia opera texeamus, quæ nos secundum Esaiam Prophetã minime contegebant. Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni, si autem in potentatibus octoginta anni. Aliud est in ipsis, aliud in potẽtatibus: in ipsis hoc est in annis vel diebus ipsis, quod datur intelligi in tẽporalibus rebus. Ideo septuaginta, quia temporalia promitti videntur in veteri testamento. Si autẽ non ipsis annis, sed in potentatibus, id est nõ in tẽporalibus, sed in æternis, octoginta annis, quod nouum testamentum in spe est renouationis & resurrectionis in æternum: & amplius eorum labor & dolor, id est quisquis hanc fidẽ transgreditur, & amplius aliquid quærit, labores inueniet & dolores. Potest & sic intelligi, quod licet in nouo Testamento cõstituti simus, quod octogenarius significat numerus, amplius habet hæc vita nostra laborẽ & dolorem. Et cætera quę dicit Augustinus in expositione Psalmi 89. *Vt ergo discamus mundum esse genitum.* Dixit antea Clemens Deum creasse mundũ sola cogitatione, non autem in tempore, hoc ipsum dicit etiam Mosaicam significasse prophetiam quando dixit: Quo die fecit Deus cælum & terram. Illud enim, quando facta sunt, est enunciatio indefinita, quæ nullo certo tempore definitur: quod enim fit sola cogitatione, nullo tẽporis spatio circumscribitur, dies quoque dicitur verbum per quod ad lucem, & ad generationem adducitur omnis creatura. * *Et in summa decalogus per elementũ, Iota.* In decalogi præceptis exponendis diu est immoratus Clemens. Cum autem decalogus scribatur per Iota, hic dicit Clemens per decalogũ significari Iesu nomen beatum, nempe Iesum qui est Dei Verbum. * *Quarta autem deinceps sequitur oratio.* Quartum Decalogi præceptum est de hono-

rando patre & matre. Deus autē est pater & Dominus, Dominus autē est pater qui est creator omnium. Mater autē non est substantia ex qua sumus geniti, sed diuina cognitio & sapientia, quæ est mater iustorum, & propter se est eligenda. Quicquid autem est bonum & honestum à Deo per filium cognoscitur. *Eam consequitur oratio de adulterio.* Post præceptum de honorandis parentibus, sequitur præceptū de vitando adulterio. Adulterium autem propriè vocatur crimē quo marito vel vxori violatur fides. Adulterium autē allegoricè dicitur, vera relicta de Deo opinio & persuasio, & falsa suscepta opinio, & pro vero Dei cultu suscepta idololatria in deos referens creaturas, ex iis quæ non sunt idolū cōstitutum vt transiliat cognitionē, vel potius ab ea desiliat. Porro autem in scripturis appellatur idololatria, adulterium & fornicatio. Cū ligno certe & lapide dicuntur fornicari, qui adorant idola facta ex ligno & lapide. *Deinde quæ est de cæde consequitur oratio.* Post præceptū de adulterio consequitur præceptum de cæde seu homicidio. Atque propriè quidē est cædes qua vita alicui adimitur, allegoricè autem cædes est qua quis Deo auferat æternitatē, & vel mundum dicat nulla regi prouidentia, vel eum esse ingenitum, vel negat aliquid ex iis quæ sunt firma & stabilia in vera doctrina. Nam vt nihil est perniciosius quam vitā homini adimere, ita longè est perniciosissimū ea Deo auferre quæ de illo præclarè sentiuntur. *Post hanc autem est oratio de furto.* Nono Decalogi præcepto furtū prohibetur, quod ab hominibus quidē in homines admittitur, & ob quod Deus magna iniuria afficitur, in Deū quoque furtū admittunt qui adiungendo & pingendo Dei opera sibi vendicant, cum habeant solam feminis delectionem: Dei autem est proprium creare, elementa autem & astra quæ administrant imperatis, parent & faciunt quæ imperauit Dominus. *Deinde autem oratio est de omnibus cupiditatibus.* Peruenit ad postremum præceptum Decalogi, quo prohibetur in genere concupiscentia. Nam cū prius dictum esset, Non occides, Non mœchabetis, Non furtum facies, Non loqueris aduersùm proximū tuum falsum testimonium, Non concupisces domum proximi tui, non desiderabis vxorē eius, non ancillam, non bouem nec omnia quæ eius sunt, ex quo posset quis intelligere, vitiosum esse res alienas concupiscere, non propter concupiscentiam, sed propter ea quæ concupiscētur, subiungit hoc præceptū quo significatur non malum esse concupiscere propter rei quæ desiderantur, siue ea sint animatæ, siue inanimatæ, sed ipsam per se malam & vituperandā esse concupiscentiā, licet non attendantur quæ cōcupiscentur, vnde etiam in genere prohibetur concupiscere. Cum autem duo sint quæ concupiscuntur, nempe & quæ non decet, quæ sunt scilicet turpia & indecora, & ea quæ sunt falsa: Turpium quidem & quæ non decet, vituperanda est cupiditas: falsa autem sunt fugienda, siue ea sint animata, siue inanima, quæ in rebus in quibus est generatio, nihil agunt absque instrumento. Atq; hæc quidem siue sint animata, siue inanima, per se quidem non operantur, habent tamen aliquas naturales qualitates, quæ artificis operatione proprium opus efficiunt: artifice enim opus est & instrumento. Ita etiam vniuersa & generali Dei prouidentia transmittitur ad singularia efficax operatio, per ea quæ mota propius accedunt se submittendo, atque vitanda quidem sunt turpia, & quæ non decent deliteria. Vitanda autem & fugienda sunt falsa, nihil autem est magis falsum & à vero alienum, quam idololatria & cultus simulachrorum.

FINIS LIBRI SEXTI STROMATVM.

CLEMĒ-

# CLEMENTIS ALEXANDRINI STROMATVM LIBER SEPTIMVS.

IAM verò tempus est vt Græcis ostendamus, solum esse verè pium ac religiosum, eum qui est cognitione præditus: vt cùm didicerint Philosophi, qualis sit ii qui est verè Christianus, suam damnent inscitiam, vt qui temere quidem & inconsiderate nomen persequantur: nullo autem iudicio eos impios, & à Deo alienos vocent, qui norunt eum qui verè est Deus. Oportet autem ad philosophos euidentioribus vti rationibus, vt ex sua ipsorum doctrina exercitati iam possint exaudire, etiam si seipsos nondum dignos præbuerint, vt essent credendi facultatis participes. Dictionum autem Propheticarum non meminerimus in præsentia, tempore opportuno posteà vsuri scripturis. Quæ autem ab eis significantur indicabimus, Christianismum summatim describentes, ne interrumpamus orationis continuationem, si vnà complectamur scripturas, idque iis qui nondum earum dictiones intelligunt: Postquam autem ostenderimus ea quæ significantur, tunc eis cùm crediderint, ex redundanti copia aperientur testimonia. Quòd si ea quæ à nobis dicentur, videantur aliquibus ex vulgo diuersa à scripturis Domini: sciendum est ea illinc & sitare & viuere, & cum ex eis argumentum habeant, se sententiam solam, non dictionem, profiteri adducere. Nimia enim pertractatio quæ non sit in tempore, meritò videri poterit esse superuacaneæ: & non considerare omnino id quod instat & vrget, nimiæ fuerit socordiæ & egestatis. Verè autem beati sunt qui scrutantur testimonia Domini: in toto corde exquirent ipsum. De Domino autem testimonium ferunt lex & Prophetæ. Psal. 118.

[b] Est ergo nobis propositum ostendere, eum solum qui est cognitione præditus, esse sanctum, & riteeum qui est verè Deus colere prout eius decet maiestatem: cum autem qui Deum colit vt eius maiestatem decet colere, consequitur Dei amor, & in Deum pietas. Quicquid ergo est excellens & superius, existimat esse honorabile pro dignitate: & in rebus quidem sensibus, esse honorandos magistratus & parentes, & omnem seniorem: in iis autem quæ docentur, antiquissimam philosophiam & vetustissimam prophetiam: in his autem quæ intelligentia percipiuntur, id quod est vetustius: in generatione autem filium qui est & principio & tempore carens principium: & eorum quæ sunt primitia, à quo discere eam quæ omnia superat causam, nempe patrem vniuersorum, quæ quidem est vetustissima, & omnium beneficentissima, & voce non vtique traditur, sed cultu & silentio cum sancta admiratione est colenda & veneranda: & per quam propriè quidem dicitur de Domino, quantum possunt audire ij qui discunt, intelligitur ab iis autem qui à Domino electi sunt ad cognitionem, est eorum qui sunt, vt ait Apostolus, exercitati sensibus. [c] Dei ergo cultus est continua animi cura ei qui est præditus cognitione, & eius perpetua in Deo occupatio per charitatem quæ nunquam intermittitur. Eius enim cultus qui versatur circa res hominum, vnus quidem est qui reddit meliores: alius verò, qui seruit: medicina quidem corpus, philosophia verò animam reddit meliorem. Atque parentibus quidem à filiis, magistratibus autem ac principibus ab iis qui parent eorum ditioni, accedens seruit vtilitas. Similiter autem etiam in Ecclesia, eam quidem quæ facit meliorem imaginem Presbyteri seruant in Ecclesia: eam autem quæ ministrat, seruant diaconi. Ambobus his ministeriis Angeli Deo seruiunt in dispensatione & œconomia rerum terrenarum: & ipse qui est co-

gnitione præditus, qui Deo quidem inseruit, hominibus autem ostendit eam quæ meliorem facit contemplationem, quomodocunque ad erudiendum fuerit constitutus, ad hominum correctionem. Ille enim solus est pius ac religiosus, qui pulchrè ac citra vllam reprehensionem, in rebus humanis Deo seruit. Quomodo enim plantarum cultura est optima, per quam nascuntur & importantur fructus, scientiæ & agriculturæ experientia hominibus vtilitatem afferens: ita eius qui est cognitione præditus, pius ac religiosus Dei cultus, eorum hominum fructus qui per ipsum crediderunt in se accipiens, cum plures ad agnitionem veniant, & per ipsam salui fiant, optimum importat prouentum per experientiam. Θεοσεβεια autem, ita enim vocatur cultus Dei maiestati conueniens, est habitus qui id conseruat quod Deum decet: θεοσεβης, id est, qui conuenienter Dei maiestati Deum colit, solus fuerit Dei amicus. Is autem fuerit qui nouit quid deceat & scientia & vita, qua sit viuendum ei qui est Deus futurus, & iam Deo assimilatur. Ea ergo ratione fuerit primum & Dei amans: nam vt qui patrem honorat, amat patrem, ita qui Deum honorat, Deum amat. Qua quidem ratione mihi quoque videntur esse tria effecta cognoscendi potestatis: res nosse: secundum, id efficere quod verbum seu ratio dictauerit: & tertium, posse tradere, prout Dei conuenit maiestati, ea quæ occulta fuerant apud veritatem. [4] Is ergo cui persuasum fuerit Deum esse omnipotentem, & diuina mysteria didicerit à filio eius vnigenito, quomodo fuerit is ἄθεος, id est impius? nam ἄθεος quidem est qui non putat esse Deum: δεισιδαίμων autem, id est, superstitiosus, qui timet dæmonia, qui omnia refert in Deos, & lignum, & lapidem, & spiritum, & hominem qui viuit è ratione reductum in seruitutem. Fides ergo est nosse Deum, quæ est prima post fiduciam doctrinæ Seruatoris, nullo modo iniusta facere, existimare hoc decere Dei agnitionem. Ea de re quidem in terra res est præstantissima homo, qui est maxima in Deum pietate. In cælis autem res est præstantissima, Angelus, qui loco propius & iam purius est æternæ & beatæ vitæ particeps. Perfectissima autem & sanctissima, & maximè principalis, & quæ maximè præest & est maximè Regia, & longè beneficentissima, est natura filij, quæ est soli omnipotenti proximè quissima: ipsa maxima excellentia, quæ omnia ordinat ex voluntate patris, & optime gubernat vniuersitatem, indefessa & inexhausta potestate cuncta operans, propterea quod agit arcanas & abditas respiciens notiones. Nunquam enim à sua recedit specula Dominus, vt qui non diuidatur, non discedetur, nec transeat à loco ad locum, sit autem semper totus, & nequaquam contineatur: tota mens, tota lux paterna, totus oculus, qui omnia videt, omnia audit, scit omnia, potestate scrutatur potestates. Ei subiecta est vniuersa militia Angelorum & Deorum, Verbo paterno quod sanctam suscepit œconomiam & dispensationem, propter eum qui subiecit. Per quæ sunt etiam omnes eius homines: sed alij quidem per agnitionem, alij verò nondum: & alij quidem vt amici, alij verò vt serui fideles, alij verò, vt absolutè serui. Hic est magister, qui mysteriis quidem erudit eum qui est præditus cognitione: & ipse bona eum qui est fidelis: & corrigente disciplina per sententiam operationem, eum qui est duro corde: hinc est prouidentia priuatim, publice, & vbique. Dei autem esse filium, & eum esse Seruatorem & Dominum quem nos dicimus, apertè diuinæ ostendunt Prophetiæ. Hac ratione qui est omnium Græcorum & barbarorum Dominus, persuadet iis qui volunt: neminem enim cogit ab ipso salutem accipere, propterea quod possit eligere, & omnia à se implere ad spem accipiendam. Hic est qui dat Græcis sapientiam per inferiores Angelos. Sunt enim iussu diuino & antiquo per gentes distributi Angeli. Sed pars Domini est opinio credentium. Aut enim omnium hominum curam non gerit Dominus, idque ei acciderit, aut quòd non possit, quod quidem est nefarium, est enim signum imbecillitatis: aut quòd nolit cùm possit, non est autem boni affectio: non est ergo secors ob



debilitas, qui propter nos carnem accepit patibilem. Aut curam gerit vniuersorum, quod quidem pertinet etiam ad eum qui est Dominus vniuersorum. Seruator enim est non horum quidem seruator, illorum verò non. Pro ea autem quam habet vnusquisque aptitudine, suum diuisit beneficium & Græcis & barbaris, & iis qui ex eis prædestinati quidem fuerant, suo autem tempore sunt vocati, fideles & electi. Neque ergo vnquam aliquibus inuiderit, qui omnes quidem ex æquo vocauit: iis autem qui eximiè crediderunt, honores tribuit eximios. Neque ab alio prohibitus vnquam fuerit, qui est omnium Dominus & maximè boni & omnipotentis patris voluntati seruiens. Sed neque Dominum impatibilem, qui sine principio est genitus, vnquam tangit inuidia: sed nec res hominum ita habent, vt eis possit inuidere Dominus. Alius autem est qui inuidet, quem etiam tetigit affectio. Sed nec dici potest Dominum nolle dare salutem humano generi propter ignorationem, quod nesciat quomodo sit gerenda vniuscuiusque cura. Ignoratio enim Deum non tangit, qui ante mundi constitutionem fuit patris consiliarius: hæc enim erat sapientia qua Deus delectabatur omnipotens. Dei enim virtus siue potestas est filius, vt pote ante omnia quæ sunt genita, Verbum patris maximè principale, & eius sapientia, proprie etiam dici potuerit magister eorum qui per ipsum sunt formati. Sed neque ab aliqua voluptate abstractus relinquit vnquam hominum curationem, qui cum suscepisset carnem quæ natura genita fuerat patibilis, ad impatibilitatis habitum eam erudiit. Quomodo autem est Seruator & Dominus, si non est omnium Seruator & Dominus? Sed est quidem Seruator eorum qui crediderunt, propterea quòd scire voluerint: eorum autem qui non crediderunt est Dominus, si cùm potuerint confiteri, propriam & eis conuenientem acceperint beneficentiam. Omnis autem Domini operatio, relationem habet ad omnipotentem, & est filius paterna quædam, vt ita dicam, operatio. Nunquam ergo seruator odio habet homines, qui etiam propter suam excellentem benignitatem, & in homines charitatem, non desecta carnis humanæ imbecillitate, sed ea inductus, ad communem venit hominum salutem: est enim communis fides eorum qui elegerunt: sed neque proprium opus vnquam neglexerit, quod soli ex aliis animantibus hominis notio & mentis perceptio indita sit à creatione, neque alia melior & conuenientior hominum administratio Deo fuerit, quam quæ est ordinata. Semper ergo conuenit ei quod est secundum naturam melius ac præstantius, vt præsit ei quod est deterius, & eius quod non potest aliquid rectè regere, ei detur administratio. Est autem id quod verè regit & præest, diuinum Verbum & eius prouidentia, quæ omnia quidem respicit, nullius autem ex iis qui ad eam pertinent despicit curationem. Ij autem qui ad ipsum pertinere, & ei esse coniuncti elegerunt, fuerint qui per fidem imitantur. [5] Hic omnium bonorum, voluntate Patris omnipotentis, author & causa filius, est primus effector motus, potestas quæ sensu non potest comprehendi. Non enim id quod erat, visus est iis qui non poterant capere propter imbecillitatem carnis. Cùm ergo carnem accepisset sensilem, venit ostensurus hominibus sufficientes esse eorum vires, vt possint obedire mandatis. Cùm sit ergo virtus paterna, facilè superat quæ voluerit, ne minimum quidem relinquens, cuius curam non gerat eius administratio. Neque enim totum ab eo vtique rectè esset effectum. Maximæ autem, vt arbitror, potestatis est omnium partium, etiam vsque ad minimam, accurata examinatio, peruadens ad primum vniuersorum administratorem, qui ex voluntate patris gubernat omnium salutem, alios ordinatis qui ad alios perfectos respiciunt, donec perueniatur ad magnum pontificem. Ab vno enim desuper principio, quod conuenienter voluntati operatur, dependent prima, secunda, & tertia. Deinde in summo fine eius quod apparet, beati positi sunt Angeli, atque adeo vsque ad nos ipsos, alij sub alijs sunt collocati, qui ex vno & per vnum & seruantur & seruant. Quomodo

ergo vel minima pars ferri vnà mouetur spiritu lapidis magnetis, extensa per multos annulos ferreos: ita etiam qui sunt virtute præditi, diuino spiritu attracti, cum prima mansione coniunguntur, deinceps autem alij vsque ad postremam. [f] Qui autem sua mali ex imbecillitate, cùm propter iniustam imbecillitatem in malum habitum inciderint, nec vincentes nec victi, circunfluunt circumacti animi perturbationibus, humique decidunt. Lex enim hæc ab alto data est, vt qui velit eligat virtutem. [g] Quocirca præcepta quoque quæ & in lege, & ante legem erant, non legibus (iusto enim non est lex lata) statuerunt vt qui elegisset quidem, æternam vitam & beatum præmium acciperet: qui rursus autem vitio esset delectatus, concessere vt versaretur cum iis quos elegerat: & rursus vt anima quæ assiduè euadit melior ad acquirendam virtutem, & parandam iustitiam, meliorem locum accipiat in vniuersitate, vt quæ per vnumquenque profectum excendatur ad habitum impatibilitatis, donec peruenerit ad virum perfectum, nempe ad cognitionem simul & hæreditatis excellentiam. Salutares hæ conuersiones, pro ordine mutationis, distribuuntur, & temporibus, & locis, & honoribus, & cognitionibus, & hæreditatibus, & ministeriis, vsque ad eam quæ transcendit contemplationem, & est proxima Domino in æternitate. Quod est autem amabile, adducit ad sui contemplationem, quemlibet qui se totum applicauit ad cognitionem per dilectionem cognitionis. Quocirca præcepta alia priora & posteriora, ex vno fonte hauriens Dominus, nec eos quiuerant ante legem, sine lege esse nihili pendens: nec eos qui non audiobant barbaram philosophiam, ferri effrenatos permittens. Nam cùm illis quidem præcepta, his verò præbuisset philosophiam, incredulitatem concluſit ad aduentum, quo tempore est inexcusabilis quisquis non crediderit. Ab alio enim & Græco & barbaro profectu, deducit ad eam quæ est per fidem perfectionem. Si quis autem ex Græcis, transgressus id quod præcedit Græcæ philosophiæ, protinus ad veram aggressus est doctrinam, is etsi sit planè rudis, longo superauit interuallo, cùm saltem compendium per fidem elegerit ad perfectionem. Quæcunque ergo nihil impediebant quominus esset homini liberum eligendi arbitrium, effecerunt vt ea ad virtutem opem ferrent, & ostenderunt quomodo aliqua quidem ratione iis etiam qui possunt obscurè & caligine dispicere, is qui reuera est solus vnus omnipotens, bonus appareat Deus, à seculo nescium dans salutem per filium. Is rursus nulla ratione author fuit & causa mali: ad vniuersitatis enim salutem, ab eo qui est vniuersorum Dominus, vniuersa sunt ordinata, & vniuersè & sigillatim. Est ergo officium iustitiæ salutaris, vnumquodque semper dirigere ad id quod est melius, prout contingit & conceditur: ad salutem enim & permansionem eius quod est præstantius, conuenienter suorum morum proportioni, administratur etiam quæ sunt minora. Ecce enim quicquid est virtute præditum, mutatur in melius, habens propriam causam mutationis, electionem cognitionis, quam habebat anima in sua potestate. Castigationes autem quæ sunt necessariæ bonitati magni qui intuetur iudicii, & per propinquos Angelos, & per varia præiudicia, & per perfectum & omni ex parte absolutum iudicium, cogunt eos qui doloris sensum paulò amplius excuerunt, duci penitentia. Alia autem taceo, Dominum glorificans. Ceterùm dico illas animas cognitione præditas, quæ magnificentia contemplationis, vniuscuiusque sancti ordinis vitæ institutum superant, cùm in quibus beatæ Deorum definitæ habitationes sunt distributæ in sanctis fuerint reputatæ, & totæ ex totis transportatæ in melioribus locis meliora loca venerint, non in speculis aut per specula diuinam amplectentes contemplationem, quam maximè autem euidenti & verè puro ac syncero diuinæ contemplationis sempiternæ, sempiternos exceptas conuiuio, quo satiari non possunt quæ supra modum amant animæ, & inexplebili fruentes lætitia in secula nunquam terminanda, permanere, honoratas, vt ita dicam, identitate



identitate vniuersæ excellentiæ. Hæc est contemplatio quæ comprehendi potest ab iis qui sunt mundo corde. Hæc est ergo operatio eius qui est consummatus in cognitione, cum Deo habere consuetudinem per magnum pontificem, pro viribus Domino assimilatum per omnem in Deum pietatem & religionem, quæ tendit ad hominum salutem, per curam exercendæ in nos beneficentiæ: & rursus per sacra ministeria, & per doctrinam, & per bonorum operum effectionem. Iam verò seipsum quoque creat & fabricatur. Quinetiam eos qui ipsum audiunt, exornat is qui est cognitione præditus, ei quod natura possidet impatibilitatem, id quod ex exercitatione eam habet, quoad eius fieri maximè potest, assimilans, idque cùm à Domini consuetudine & conuersatione minimè possit auelli. Mansuetudo autem, vt ego quidem opinor, & benignitas, magnificisque & maiestate plenus Dei cultus, sunt regulæ assimilationis, quæ oritur ex cognitione. [h] Has ego virtutes dico esse sacrificium Deo gratum & acceptum, cor à superbia & fastu alienum cum recta scientia, dicente scriptura, esse Dei holocaustum, cùm quisquis ex hominibus assumptus est ad sanctitatem, illuminetur ad eam quæ discerni non potest vnionem. Nam seipsos redigere in captiuitatem, & seipsos interimere, veterem hominem qui per cupiditates corrumpitur, interficientes, & nouum suscitantes à veteri mortis conuersione, & Euangelium iubet & Apostolus, depositis quidem animi perturbationibus, à peccato autem effectos omnino alienos. Hoc erat quod lex quoque tacitè significabat, iubens peccatorem tolli de medio, & à morte ad vitam traduci eam quæ est ex fide impatibilitatem. Quòd cùm non intelligerent ij qui leges docebant, legem autem accepissent, vt quæ delectaretur vitiis & contentionibus, dederunt occasionem iis qui eam reuerè volunt calumniari. Propter quam causam meritò Deo non sacrificamus, qui nullius indiget, & omnia præbuit hominibus: sed eum glorificamus qui est pro nobis sacrificatus, nos ipsos sacrificantes, ad id quod est nullius indigens, ex eo quod nullius indiget, & ab impatibili ad id quod est impatibile. Deus enim sola nostra salute delectatur. Meritò ergo si non offerimus sacrificium, qui non vincitur à voluptatibus, cùm inferius, & nec vsque ad crassissimas nubes, & longè etiam ab iis peruenias quæ sit per fumum exhalatio, si modò peruenias. Nullius ergo indiget Deus, nec capitur voluptate, nec est aut lucri aut pecuniæ cupidus, cùm sit plenus, & cuilibet quod ortum est & indiget, omnia præbeat. Neque sacrificiis, sed neque donariis, neque rursus gloria & honore Deus inuocatur, neque aliquibus cusmodi allicitur: sed solis bonis viris & honestis apparet, qui iustum nunquam prodiderint vel propter metum intentatum, vel propter promissa magnifica. Qui autem non perflexere humanæ animæ libertatem, & quæ quod ad vitæ attinet electionem, non potest redigi in seruitutem, quæ ab inerudita sunt iniustitia ægrè ferentes, Deum non esse existimant. His consimili opinione, qui in voluptatum intemperantiam, & vehementes dolores, & in infortunia præter expectationem incidunt, & casus lamentantur, dicunt non esse Deum: vel si sit, non omnia intueri. Alij autem sunt quibus est persuasum, eos qui Dij existimantur, sacrificiis & donis posse placari, assentientes & fauentes eorum libidinibus, & neque volunt credere solum esse eum qui est verè Deus, qui est in identitate iustæ bonitatis. Pius ergo est & religiosus is qui est cognitione præditus, qui primùm quidem sui curam gerit, deinde proximorum, vt fiant quamoptimi. Etenim filius bono patri gratificatur, seipsum præbens bonum & patri similem: & principi ac magistratui is qui eius subiungitur imperio.

## COMMENTARIVS.

[f] IAM vero tempus est vt Græcos ostendamus. Cum atheos & impios Græci vocarent Christianos, vt qui pro diis non haberent eos qui à vulgo colebantur pro diis, in hoc septimo Stromate ostensurus est Clemens eum demum esse pium ac religiosum qui est cognitione præditus, cognitione autem præditum vocat eum qui credit in Christum, sed non sine verbi scientia, hoc autem adeò facit vt cum philosophi

didicerint quisnam sit verè Christianus, desinant in sanctum Iesu Christi nomen inuehi, in hoc suam ingenuitatem ostendentes, nec impios & à Deo alienos vocent eos qui veri Dei habent cognitionem. Oportet autem & aduersus omnes Græcos disputare, sed aduersus Philosophos euidentioribus vti rationibus, vt ex sua ipsorum doctrina exercitati, possint quæ de Deo dicuntur audire, etiamsi sint adhuc incipientes qui credant. Atque in ea quidem quæ cum eis suscipitur disputatione, non statim adducuntur propheticæ scripturæ, sed cum præcesserit disputatio, postea tempore opportuno adducetur scripturæ, & indicabitur quid significent. Ideo autem statim non adducimus scripturas, ne dum Christianismos summatim describitur, interrumpatur continuata oratio, si vnà cum disputatione de Christianismo comprehendimus scripturas: maximè apud eos qui scripturæ nondum intelligunt verba & dictiones. Non intelligentibus autem scripturæ, nisi prius intelligatur quid earum dictiones & verba significent. Eis autem intellectis postquam crediderint copiosius & abundantius intelligentur scripturæ, ex verbis enim intellectis aperitur & declaratur sensus scripturæ. Non deerunt fortasse qui dicant, ea quæ à nobis dicuntur non esse ea quæ dicuntur à scripturis: ad eos dicendum est ea quæ à nobis dicuntur sumi vim habere à scripturis, & cum ex eis sumatur argumentum, eos profiteri ex iis sumptam adducere sententiam, non verba. In verbis nimium immorari nisi id tempus postulet, est superfluum & nimiam arguit ignauiam & negligentiam, si non consideremus id quod omnino nos vrget & premit: nihil est autem, quod nos magis premat & vrgeat quam Dei scrutari testimonium, quem qui exquirit & inuenit, is plene est beatus. De domino autem testimonium lex & prophetæ ferunt. Ex lege ergo & Prophetis quæ sunt diuinæ scripturæ est exquirendus Dominus: quæsitus autem inuenitur, inuentus autem reddit beatos. [a] *Et ergo nobis propositum ostendere.* Qui ex lege & Prophetis diuinis Deum inuenit, beatus est, vt qui sit sanctus, nempe à rebus terrenis & prophanis alienus: eum autem qui verè Deus est rite colit vt eius decet maiestatem, vere autem est Deus qui cum sit omnia quæ sunt, nihil est tamen ex iis quæ sunt, cum ab eo sint omnia quæ fiunt & facta sunt, nihil est tamen præter eum qui se dicit elle qui sit. Qui Deum ergo nouit ex scripturis, vt qui sit cognitione præditus, eum rite colit vt eius decet maiestatem. à Deo autem maiestate est alienum coli sensibilibus & terrenis simulacris: decet enim vt qui sit Spiritus mensque mera, & intelligentia, in Spiritu adoretur & veritate. Qui Deum ita colit eum amet necesse est, & religiosa pietate veneretur quæcumque habet aut habere potest, atque adeo seipsum et ferat acceptum. Atque qui est quidem cognitione præditus Deum qui verè est rite colit, vt eius decet maiestatem. Sed præter Deum cui tribuendæ sunt primæ partes, non vt Deum quidem pro eius maiestate, sed pro dignitate, eundem est excellens & superans honorabile esse existimat. Et in rebus quidem quæ sub sensum cadunt post Deum honorandos censet magistratus & parentes, & omnem Presbyterum, id est, qui sit maiori natu. Post magistratus parentes & Presbyteros nihil est doctrina excellentius & superius, eamaxime philosophia quæ est antiquissima: vt quæ proxime accedit ad sacram scripturam, & prophetiam qua à Deo est inspirata. Atque multa sunt quidem eaque eximia quæ discuntur à doctrina, tam philosophica quæ est vetustissima, quam prophetica. Sed non omnia discuntur à doctrina: sunt enim quæ percipiuntur mente & intelligentia, in iis autem maximè excellunt supremæ mentes & intelligentiæ quæ sunt sanctissimæ. Post hæc maximè excellentem nouit generationem, is qui est cognitione prædirus, generationem, inquam, non humanam & terrestrem, sed eam de qua dicit Esaias: Generationem eius quis enarrabit. Ex ea est filius qui est principium carens principio à quo omnia incipiunt: ipse autem à nullo incipit, imò vero & ipse & pater vnum est omnium principium. A filio autem dicitur Pater qui est causa & suprema omnium causa, fonsque & origo totius diuinitatis & patet vniuersorum, cum sit ante pater qui est causa omnium antiquissima & vetustissima, in scripturis merito dicitur antiquus dierum. Non solum autem pater est vetustissimus, sed etiam bonus & benignissimus, à quo bona omnia produnt. Età filio quidem discitur pater, & traditur non voce, sed silentio & contemplatione, & iudicio cultu & admiratione. Per eam contemplationem & venerandam culturam à Domino discitur pater, quantum possunt audire ij qui discunt, & quantum intelligunt qui sensus habent exercitatos. A Domino ergo nempe à filio proprio discitur pater, sed non omnino discitur, sed quantum audire potest qui audit, & tantum quantum intelligit qui à Deo est electus ad cognitionem, vt scilicet sit fidelis & iustus habeat exercitatos, id est in diuinis intelligendis diu sit meditatus. Patrem ergo non intelligit nisi is eum à filio didicerit: is autem est qui est fidelis & electus ad eius cognitionem, sed nemo est qui possit & ée & omnino intelligat: non plus enim intelligit, quam quantum potest audire, id est quantum conditur. Et is demum intelligit, qui in diuinis meditandis est exercitatus, & assidua cõtemplatione Dei coluerit. [b] *Dei ergo cultus est continua animi cura.* Superius quidem dixit cum qui est cognitione præditus, Deum colere conuenienter eius maiestati, nunc autem exponit quisnam sit Dei cultus. Cum sit enim multiplex colendi significatio, id quod est multiplex, est reducendum ad vnum significatum, vt à ceteris separatum. Dei ergo cultus vt melius intelligatur, inquit, est animæ cura ei qui est cogitione præditus, & eius perpetua in Deo occupatio per charitatem quæ nunquam intermittitur. Ex qua quidem definitione intelligitur quisnam dicatur Deum colere. Deum ergo colere dicitur fidelis cognitione præditus, qui totum animæ suæ studium in Deo ponit, & in eo contemplando & meditando occupatur. Sed non quicumque in Deo meditãdo curam & studium ponit, & occupatur, is Deum colit. Nam qui propter inane studium & inutilem curiositatem, & non propter charitatem Deum meditatur & contemplatur, is Deum non colit. Colit autem qui à perpetuo & qui nunquam intermittitur amore impollutus totus versatur in Dei contẽplatione. Cum sit autem Dei cultus propter charitatem, ex eo nõ aliud accipitur, quã vt reddamus meliores. In cultu autẽ qui versatur in rebus humanis, vn⁹ est qui reddit melores, alius autẽ qui tantũ seruit & ministrat. Et medicina quidem melius reddit corpus, philosophia vero animam reddit meliorem. A filiis seruientibus coluntur parentes & vtilitatem ab eis accipiunt, dũ illis ministrant. Principes & magistratus colunt ij qui eis subiecti eorũ parent imperio, cõmoda & vtilitatem ea



tem eis afferentes. In Ecclesia sunt Presbyteri & Diaconi, Presbyteri quidem eum cultum exhibẽt, qui populum reddit meliorem doctrina & institutione, Diaconi autem seu ministri suo funguntur munere; Presbyteris seruientes. Porro autẽ hi duo cultus quorũ alter reddit meliores, alter verò seruit vsui, sunt duo ministeria quibus Deo seruitur. Deo autẽ in rebus terrenis dispensandis & administrandis seruiunt & Angeli, & is qui est cognitione præditus qui & Deo seruit & homines docet cõtemplationẽ quæ eos reddit meliores: ex quo possumus intelligere & Angelos & homines, qui Dei habẽrint cognitionẽ, seruire hominibus prout à Deo fuerit constitutũ, vt homines corrigãt, & erudiant. Pius autem est ac religiosus Dei cultor qui in rebus humanis recte & vt decet Deũ colẽs, nihil facit quod iure possit reprehendi. Sicut autẽ plantarum illa cultura est optima per quã nascũtur & inferuntur fructus, scientia & agricultura hominibus vtilitatẽ afferẽtes. Ita pius ac religiosus eius qui est cognitione præditus Dei cultus, cum per ipsum multi crediderint & salui euaserint, magnũ importat prouentũ, & vtilitatem hominibus per experientiã. Nam vt agrum non recte colit qui agri colendi nõ nouit artem, ita Deũ non rectè colit qui Dei colendi non est præditus cognitione. Dei autem colẽdi non est præditus cognitione qui sensibus seruit simulachris, & pro vero Deo fallos Deos adorat. Qui verũ autem vt decet Deũ colit, is est θεοσεβὴς, is Dei obseruat & colit maiestatem: qui autem Deũ ita colit vt eius decet maiestatẽ, is solus est Dei amicus. Is enim demũ Deum amat qui eum honorat, ficut & qui patrem amat, honorat patrem: Deũ autem nõ honorat, nisi qui est cognitione prædirus. Cognoscendi autem tres sunt effectus, Primus est res nosse: Deũ enim vt eius conuenit maiestati non colit, qui falsis diis reiectis Deũ verum non nouit. Secũdus, est id facere quod dictat seu præcipit Dei verbũ. Tertius est posse tradere explicare & reuelare vt Dei conuenit maiestati, quę latent apud veritatem quam verbum in apertum protulit, per suam carnis susceptæ dispensationẽ. [c] *Is ergo cum perfusum.* Ex his cõcludit Clemens falli Græcos & Philosophos, qui Christianos esse dicũt ἄθεους, id est impios: nam qui Deũ credit esse omnipotentem, & est θεοσεβὴς, id est Deũ colit vt eius conuenit maiestati, & diuina mysteria seu sacramenta ab vnigenito Dei filio didicit, is nõ potest esse ἄθεος, id est impius. Fidelis ergo Deo cognitione prædirus qui Deũ credit esse omnipotentẽ, & talem eũ credens vt decet colit, & à Dei vnigenito filio sacra didicit mysteria, non est impius: Contrà autem Græci & philosophi qui Deum omnipotentem, qui verus est Deus, non putant esse Deũ, & qui sunt superstitiosi, vt qui timent & colunt dæmonia, & in Deos referunt lignũ & lapidem & spiritũ, id est ventum, & aërem spirantem, & hominem qui viuit addictus seruitio dæmonũ, qui plane sunt ἄθεοι. Nihil est autẽ quod æque ἄθεον, seu impiũ non esse prohibeat, atque fides, quæ vt & in Deum credamus efficit, & eum cognoscamus. Primo autẽ ex eo existit fides, quod postquã ex Domini Seruatoris doctrina habuerimus fiduciam, existim eius hoc decere Dei agnitionem nullomodo iniusta tacere. Ex eo ergo quod Domini doctrinam cõfidamus esse veram, fit vt in Deum credamus: In Deum autem credentes & eum agnoscẽtes, non existimamus decere, vt qui in Deũ credit & eum nouit, fit iniustus, & faciat quę sunt iniusta & iniquia. Qui autẽ credit Deũ esse omnipotentem, & à filio eius vnigenito sacra didicit mysteria, is cum sit maximè pius res est in terra præstantissima: in cælo autem res est præstantissima Angelus, vt qui cælesti loco purius & propinquius accedẽs, est æternæ & vitæ beatæ particeps. Ipsa autẽ filij Dei natura, & homines & Angelos lõge superat: Est enim res perfectissima & sanctissima, vt cui nihil desit, & est omni ex parte absoluta, quæ omnia regit & omnibus imperat, & est benefactissima. Nec mirũ si sit sanctissima quæ est à terra remotissima. Et certe si Angelus est res præstantissima, vt qui sit cælo proximus qui est locus purissimus, quanto magis filij Dei natura est, quæ est soli omnipotẽti propinquissima, vt qui sit in ipso patre? Is ex volũtate patris regit & gubernat totã vniuersitatem, & quæ nunquã deficit potestate omnia operatur. Ideo autem omnia operatur, quod occultas & quæ sibi soli patent proponit cnotiones. Quod has autẽ occultas & arcanas sibi proponat notiones, hæc causa est, quod ipse à sua nunquã discedat specula, nunquã diuidatur, nunquam dissecteur, nec transeat à loco ad locũ, & semper sit vbique, nec tamen cõuneatur vllis certis loci limitibus. Sed nec rursus mirum quod omnes occultas videat notiones, cũ quæ patri attribuuntur ea etiã attribuantur filio, intelligentia, lux, oculus, qui omnia videt, omnia audit, scit omnia, & potestate sua scrutatur potestates. Quod autẽ filij Dei natura sit perfectissima ex hoc patet, quod ei nẽpe verbo paterno sit subiectus omnis Angelorum & Deorũ exercitus, quod sanctã suscepit œconomiam & dispensationem carnis, qua est indutus propter eum, nempe eius patrem qui ei subiecit Angelos. Ex hoc autem quod verbo Dei subiectus est Angelorum cælestis exercitus, quodquidẽ verbum carne humana per diuinam indutum est œconomiam, patet quod eius sunt omnes homines: sed non omnes eodem modo, nec vna & eadẽ ratione. Alij enim homines sunt Dei verbi, ex eo quod verbi Dei habeant cognitionẽ: Alij autem sunt tantum catechumeni nec ad ipsam adhuc peruenerũt cognitionẽ: Alij autem sunt amici qui faciũt quæ Deus præcepit, ij autem sunt qui operãtur ex fcientia & cognitione: Alij autẽ sunt verbi Dei qui sunt ferui fideles vt qui Deo seruiunt, non ex eo quod consecuti sunt Dei cognitionẽ, sed ex eo quod credant: Alij autem absolute sunt ferui, qui nec sunt amici nec ei sunt familiares, nec cum fiducia eum cognoscũt, sed absq; fide & ipe ei seruiunt quomodocunque. Cum autem filij Dei id est verbi sint alia & alia ratione homines, is eũ omnium magisterio modo eodem autem modo omnes docet & erudit, sed arcanis quidem mysteriis erudit eum qui est cognitione præditus, ipe autem bona eum erudit qui est fidelis: ipes enim docetur ex eo quod credatur: quomodo enim sperauerit quisnon credit quod docetur? Eos quoq; erudit qui sunt alieni à disciplina, duriq; & obstinati corde, erudit autem per sentientem operationem: quem enim diligit Dominus castigat, flagellat autem omnem filiũ quem recepit. Ex illa autem erudita disciplina & castigatione, & publicè & priuatim & vbiq; existit prouidentia: Per illam enim & omnibus & cuilibet & quouis in loco prouidetur, vt nihil omittatur eorũ quæ ad curam disciplulorum gerendam pertinent. Pergens autem Clemẽs describit qualis sit hic filius, & verbũ Dei dicit autẽ scripturæ prophetias aperte ostendere, hunc nostrum quem dicimus Dominum esse seruatorem & Dominũ. Vult autem omnes

esse saluos, sed neminem cogit: dat enim omnibus liberum arbitriũ. Est ergo in sua pŏtestate & Dominus salutem accipere, & ex se implere omnia ea quibus salus accipitur. Cum ergo Dominus lubenter det salutem, quã vt accipiat est in libero hominis arbitrio, nõ est quod de sua salute homo dubiter. Dat autem Dominus filius qui est verbũ Dei Græcis sapientiam, per Angelos inferiores. Sũt enim & superiores & inferiores Angeli à Deo missi ad ministeriũ salutis, sed superiores Angeli curam gerunt credentium qui sunt pars Domini. A Domino ergo Deo datur sapientia, sed à Deo Græcis datur per inferiores Angelorum ordines, sed ab ipso Deo per se fidelibus qui sunt Dei portio. Dominus autẽ non gerit curã omniũ, idq; ei accidit, aut quod non possit, aut quod nolit cum possit. Si quod non possit, hoc est nefarium ? arguit enim Deum esse impotentem, & imbecillum. Si autem nolit cum possit, nõ vult autem quicũ possit, non est bene affectus: est ergo ignauus & socors propter delitias qui nõ vult cum possit: nam si non esset socors & ignauus vellet cum posset. Quod autem nolit mirum est cum possit, qui propterea carnem susceperit patibilem, ad hoc vt posset pati. Aut curam gerit vniuersorum: curam gerere autem vniuersorum: est eius qui in omnes obtinet dominium, Dominus qui est seruator, aliorum quidem seruator, aliorum vero non. Seruator enim vult omnes saluos fieri: non omnes, tam Græcos scilicet quam barbatos, vno & eodem afficit beneficio, sed prout ad accipiendum beneficium aptos videris. Et qui salui quidem sunt prius ad salutem prædestinantur, deinde verò vno tempore vocantur & eliguntur, & fiunt fideles: Qui autem ad beneficium accipiendum nempe salutem non sunt apti, non ideo non salui sunt quod eis Dominus inuideat (nullis enim inuidet qui omnes ex æquo vocat) sed quod salui nõ sint non in alios quam in ipsos culpa est conferenda, qui vocantem Dominum non audiunt. Sed iis qui vocantem audiunt & egregiam ei fidem habẽt, summos honores tribuit, dum cum sit omnium Dominus & boni & omniporentis Patris seruiat voluntati, nemo prohibuerit quo minus quod vult faciat iis qui credidérunt. Sed neque Dominus inuidet qui est à principio genitus impatibilis, sed nec res hominum sunt eiusmodi vt eis inuideat Dominus. Hominibus inuidet caro & dæmon, qui ab homine præceptum ei inuidet salutem. Sed neque dici potest propter ignorationem Deũ non dare salutem, scit enim & quibus & quomodo sit danda: in Dominum enim non cadit ignoratio, qui prius quam crearetur mundus, Deo fuit à cõsiliis, & est sapientia patris qua delectatur, estq; Filius & Dei virtus & potestas. Verbũ Patris est ante omnia quæ sunt, & est magister eorum qui per ipsum sunt formati: nihil est ergo quod eum abstrahat à cura hominis gerenda, nõ inuidia, non ignorãtia, non voluptas. Nam carnem quæ sua natura est patibilis ab ipso acceptam reddidit impatibilem, & erudiit ad impatibilitatem. Hominis autẽ curam gerit, qui facit vt nõ fit obnoxius ægritudinibus & affectionibus. Post hæc autem mouet quæstionem ad quam respondet, Quomodo sit Dominus Seruator & Dominus, si non est omnium Seruator & Dominus. Respŏdet cum quidem esse seruatorem eorum qui crediderunt, propterea quod scire voluerint: nam qui credũt ideo credũt, vt ea quæ credunt sciant & cognoscant, & ideo dicuntur gnostici. Est autem Dominus eorũ qui non credidérũt quidem, sed sunt confessi, sibi autem acceperunt cõmenta beneficia. Plus autem est dare salutem credentibus, quam iis qui licet non credant, Deum tamen confitentur dare beneficiũ. Quidquid autem operatur Dominus id refertur ad Deum omnipotentem, & ei Filius quædã Patris operatio. Nam nec Filius operatur sine Patre, nec Pater sine Filio, quinetiã ipse filius est operatio Patris: æterna enim Patris generatio, æternũ operatur Filiũ. Ipse autem Dominus qui est etiã seruator, nunquã odio habet homines, sed humanam carnem induit, vt ei daret salutem, tantum abest vt hominis carnem despiceret. Carne ergo humana indutus seruator, venit ad cõmunem hominũ salutẽm cõmunis autem hominum salus est cõmunis fides eorum qui elegerunt. Non habet enim salutem qui non habet fidem: fidem autem non habet qui eam non elegerit. Non est autem mirum si Deus hominis curam gerit, cum homo sit opus Dei: suũ autem opus non negligit. Hominem autem esse Dei opus ex hoc intelligitur, quod ex omnibus animalibus solus homo habet notionem & intelligentiam creatione inditam: simul enim atq; creatur homo à Deo, venit extrinsecus ratione prædita & intelligẽs anima.[a] *Hic omniũ*. Hominẽ esse Dei opus antea dixit, nunc autẽ dicit eũ esse Dei opus per Filiũ, qui voluntate Patris est causa & author omniũ, vt qui sit primus effector motus: quo fit, vt quæcũq; fiant ideo mota in opus deducũtur. Cũ sit autẽ eius maxima potestas, vt qui sit Patris potestas, ea tamẽ nõ potest à carne cõprehendi, vt quę nõ cadat sub sensum. Quãuis ergo carnẽ acceperit, tãta tamẽ est carnis imbecillitas, vt quid sit ab iis qui carne sunt tecti intelligi nõ possit. Nam cũ sit Deus & homo, à carne quidẽ homo solũ cernitur, nõ Deus. Carnẽ autẽ accepit Dei filius, vt intelligerẽt homines eũ ipse esse hominem qui opẽ fert hominibus, nõ deesse sibi vires ad obediendũ mandatis. Non est autem mirũ si ab eo adiuti homines, Dei mãdata exequẽtur, cum ipse sit Dei virtus quæ quæcũq; voluerit facilè superat, nihil unde omittit quod nõ administret, ex iis quorũ curam gerit. Quod nisi faceret & aliquã negligeret particulã vniuersitatis (nã tota ab eo rectè geruntur) neq; ab eo vniuersum rectè esset effectũ. Cũ autẽ ne minima quidẽ sit particula cuius curã non gerat virtus Dei seu verbũ (nam alioqui nõ esset rectè effectũ vniuersum) est maximæ potestatis quæ est Dei virtus, omniũ partiũ perfecta examinatio & consideratio, pertinens vsq; ad primum administratorem vniuersorum. Est autem potestatis examinatio ipsa potestatis actio, pertinens vsque ad primum administratorem, id est ipsum Dei verbum: quod patre ita volente omnium procurat salutem. Præter ipsum autem verbũ quod procurat & regit omniũ salutem, sunt alij ordinati qui ad alios perfectos respiciunt nẽpe ad eos qui dant operã Græcæ philosophiæ, à qua nequam regitur & procuratur salus, licet ea suam habeat perfectionẽ. Sunt autẽ illi tandiu ordinati ad regendos in philosophia perfectos, donec veniatur ad magnũ pontificem, nẽpe illum qui est sacerdos secundum ordinem Melchisedech, nẽpe Christus qui & eorũ qui salui fiunt præest saluti, & philosophorum etiam curã gerit. Ab illo autem verbo quod est Dei virtus, & potestas quod est vnũ principiũ operans voluntate Patris (nam seipsum quoq; principium vocat Christus, dicens, *ego sum principiũ qui & loquor vobis*) desuper depẽdent primæ, & secũdæ, & tertiæ causæ. In extremo autem fine eius quod apparet, nempe ipsius cæli, apparet certis nẽpe nouem ordinibus, alij sub aliis collocati ad nos vsq; pertingunt. Ex vno autẽ & per vnũ nempe Christũ à quo mittũtur, accipiũt & dant salutẽ. Quomodo autem ab vno primo principio depẽdẽt secũdæ causæ, & beati sub se inuicẽ collocati Angelorũ ad nos vsque pertingunt: ita etiã qui sunt virtute præditi Dei spiritu attracti, cum prima mãsione cõiunguntur, & alij deinceps vsque ad postremã. In domo enim patris, id est in cælo, multæ sunt mansiones quæ & à se sunt separatæ, & rursus inter se sunt inuicẽ coniunctæ, à prima vsque ad vltimã. Vt hoc autẽ melius intelligatur, assimilat illã domorum cõiunctionem partiũ minimæ ferri, quæ attracta spiritu magnetis lapidis, vnã mouetur extẽsa per multos annulos ferreos. *Qui autẽ sunt mali*. Qui sunt quidem virtute præditi diuino spiritu attracti, cum in domo Patris in cælo scilicet, sint variæ mãsiones pro meritorum varietate, & separãtur & inter se iunguntur. Qui autẽ sunt mali ex infirmitate ac imbecillitate, nẽpe ex eo quod nõ valeant vires ad virtutẽ assequendã, cum propter iniustã inexplebilitatẽ, id est auaritiã & iniquã plutra habẽdi cupiditatẽ in malum habitum inciderint, id est in vitium quod elui nõ potest, adeo vt nec superare possint, nec superari: ij circũfluunt & agitãtur animi motibus & perturbationibus, vt nulla sit in eis firmitas & stabilitas, quò fit vt humi deorsũ, nec in altũ possint erigi, nec in cælum assurgere ac suspicere. Quibus autẽ desunt vires & qui animi agitãtur motibus & perturbationibus, quantuncũq; velint, virtutẽ eã nõ assequũtur sine libero arbitrio. Nã etsi donũ Dei sit virtus quæ à Dei gratia proficiscitur, eã tamẽ nõ habet is cui datur nisi donãti assẽtiatur, & gratiã eligat. Tantũ autẽ abest vt homo libero careat arbitrio, vt lex de virtute eligẽda ab eo qui ipsam velit, ab alto data sit id est à superis. *Quæ vera præcepta*. Cũ lex ab alto, nẽpe à superis data sit, vt qui virtutẽ velit eam eligat, ideo præcepta quoq; quæ fuerũt & ante legẽ, & post legẽ (nã nec iis quibus nondũ erat lex data deerãt præcepta naturalia, & legi latæ subdita erãt sua præcepta) statuerũt, vt qui virtutẽ elegisset æternã vitã acciperet, & beatũ præmiũ nẽpe bonarũ actionũ remunerationẽ. Statuerũt autẽ non lege lata, nã viris bonis & iustis nõ est lex data: huiusmodi enim, inquit Paulus nõ est lex, nã qui boni sunt & iusti spõte & libere agunt nullo iussu coacti, nec pœnarũ vllo terrore impulsi. Nõ solũ autẽ eligitur virtus sed etiã vitiũ. Cõcesserunt itaq; præcepta, vt qui vitio esset delectat[a], libere & sua spõte versaretur cũ iis quos elegerat. Est ergo in liberi arbitrij potestate vel bonũ vel malũ eligere, neq; cogũt præcepta vt bonũ vel malũ eligatur. Eadẽ quoq; præcepta statuerũt, vt anima quæ assiduè proficit ad acquirendã virtutẽ & parandam iustitiã, in totius mũdi vniuersitate meliorẽ locũ habeat, nẽpe meliorem in domo Patris, in cælis inquã, mansionem: ita enim singulatim in virtute & iustitia extẽditur ad habitũ impatibilitatis, id est sit impatibilis, & nullis obnoxia motibus & perturbationibus, donec veneritad virũ perfectũ, id est ad perfectã cognitionẽ & excellentiam hæreditatis (perfectus enim est qui & summam habet Dei scientiã & cognitionem) & Christi filij Dei factus frater adoptatur, & ita eius coheres, habet hæreditatis excellentiã: per liberi autẽ arbitrij electionẽ, qua à malo ad bonũ nẽpe à vitio ad virtutẽ cõuertitur anima, fiũt salutares cõuersiones, prout est variꝰ eorũ mutatio. Diuiditur in multas partes pro ratione circũstantiarum, temporũ & locorũ, & honorũ & cognitionũ, & hæreditatũ & ministeriorũ vsq; ad cõtemplationem quę transcẽdit & est proxima Domino in æternitate. Prout enim sunt varia loca, varia tempora, varij honores, variæ cognitiones, variæ hæreditates, varia ministeria, sunt variæ cõuersiones.[b] *Has ergo virtutes*. Virtutes illiæ quæ Domino assimilãt, sunt gratum & acceptũ Domino sacrificium, & cor à superbia & fastu alienũ, quod cor cõtritum & humiliatũ vocat Psalmographus. Vocat autem scriptura holocaustũ quod totum Deo offertur, totũ autẽ Deo offertur, quando quis ex hominibus ita est assumptus ad sanctitatẽ, vt ad Dei illuminetur vnionẽ, quæ separari & dũcerni nõ potest. Hoc autẽ Deo est maximè gratũ sacrificiũ, quãdo quis seipsũ in seruitutẽ legis reductũ & peccati captiuũ effectũ, interficit & mortificat, veterem inquã hominẽ qui corrũpitur per cupiditates, per noxia inquã desideria & affectiones, interficit, & à veteri, vitiorũ morte depulsa, in nouum conuertit hominẽ, virtutibus vitiis succedentibus. Et hoc est, Deo exhibere, vt dicit Paulus, *sua corpora hostiam viuentem, sanctã Deo placentẽ*. Hoc fit cũ sunt depositæ omnes animi perturbationes, & fit peccator à peccãto omnino alienus. Hoc ipsũ etiã lex tacitè significat, iubẽs de medio tolli peccatorẽ, id est omnino tolli peccata, & imparibilitatẽ quæ est ex fide (nã ab animi affectionibus & perturbationibus maximè liberat fides) traduci à morte ad vitam, id est plane esse viuam: verè enim sunt mortui quorũ animæ vitã admunt peccata, & vitiorũ ægritudines. Per hoc autem quod lex iubet peccatorẽ tolli de medio, significatur peccatorẽ seipsum occidere & sacrificare, id est seipsum mortificantem castũq; reddentem offerre Deo hostiã viuam & sanctã. Hoc cum nõ intelligerẽt legis doctores, & putarent legẽ reuera sentire peccatores esse occidẽdos, vt cui essent gratæ rixæ & cõtentione, dederũt alia occasionẽ nempe calũniatoribus legem calũniandi: quod ea esset propensa ad cædẽ faciendã, cum tamen hoc esse falsum cõstet ex eo, quod Deus nõ nostro exitio, sed nostra salute sola delectetur. Quod autẽ Deo nõ sacrificamus, nos inquã id est Christiani, hæc causa est quod Deus nullius indigeat, Deus, inquit, meus es tu quoniã bonorũ nõ eges: cũm nullius autẽ indigeat, omnia præbet hominibus. Quod autẽ dicit Christianos Deo non sacrificare, intelligit de sacrificiis quæ in veteri lege Deo offerebãtur, in quæ occisa immolabãtur animalia. Nõ sunt autem talia Christianorũ sacrificia: animalia enim Deo nõ sacrificãt, sed sacrificãt sacrificiũ laudis & gratiarũ actionis, eũ glorificãtes qui pro nobis est sacrificat[a], nẽpe eum qui crucifixus se pro nobis Deo obtulit. Seipsos autẽ sacrificant, id est, sanctas & immaculatas hostias offerũt, corpora sua mortificãtes Deo qui nullius indiget, & impatibili Deo se impatibiles exhibẽtes. Quod quidem ideo faciũt quia Deus sola nostra salute delectatur. Cum autem ei demũ offeratur sacrificiũ ab eo qui vincitur à voluptatibus, Deus autem nec capiatur à voluptate, nec lucrum aut pecuniã appetat, vt qui sit dives & omni ex parte plenus, & tantum abest vt alicuius indigeat, vt omnibus à natura productis, quæ indigẽt ex eo omnia suppeditat, meritò illi nõ sacrificatur. Et vt sacrificiũ illi nõ offertur, ita nec donis, nec gloria, nec honore innocatur & allicitur, nec aliis eiusmodi: sed solis viris bonis, Deo apparet, qui nullo terrore, nec vllis promissis induci possũt, vt quod quidũ est & iustũ deseras.





Deut. 33.

Ioan. 14.

Galat. 5.

Rom. 12.

Psal. 15.

Ioan. 8.

[a] NAM credere quidem & parêre, est in nostra potestate. [b] Malorum autem causam si quis putauerit & materiæ imbecillitatem, & inuoluntarios ignorationis impetus, & rationis expertes propter insciitiam necessitates, cum eos perinde ac bestias aliquas per disciplinam superauerit is qui est cognitione præditus, diuinum imitans institutum, benefacit pro viribus hominibus qui voluerint: & si aliquando fuerit in magistratu constitutus, non secus ac Moses, præerit ad salutem eorum in quos obtinebit imperium, & mansuefaciet id quod est agreste & infidele: honore quidem eorum qui sunt optimi ac præstantissimi: supplicio autem improborum, quod conuenienter rationi inscribitur ad disciplinam. Imago enim valde diuina & Deo similis, est viri iusti anima, in qua per præceptorum obedientiam ædificatur & collocatur dux mortalium & immortalium omnium, Rexque & genitor omnium, bonorum reuera lex & præscriptum, & verbum æternum, qui & priuatim singulis, & communiter omnibus est vnus Seruator. Hic est reuera vnigenitus, & omnium Regis & omnipotentis patris gloriæ figura, quæ ei qui est cognitione præditus imprimit perfectam contemplationem ad suam imaginem, vt sit iam tertia diuina imago, quæ quoad eius fieri potest assimilatur causæ secundæ, ei quæ est reuera vita, per quam, vitam veram viuimus, veluti nobis describentes eum qui est cognitione præditus, qui versatur in ijs quæ sunt firma & stabilia, & nec mutari possunt nec alterari. Sibi ergo & suis imperans, firmam ac stabilem posidens comprehensionem diuina scientia, germanè ac syncerè accedit ad veritatem. Eorum enim quæ intelligentia percipiuntur cognitio & comprehensio, iure dicatur firma ac stabilis scientia: cuius ea quidem pars quæ versatur in rebus diuinis, hoc habet munus vt consideret quidem quæ sit prima causa, quid verò sit per quod facta sunt omnia, & sine quo factum est nihil: & quænam sunt ea quæ sunt vt disiungentia, quę autem vt comprehendentia: & quę sunt quidem connecta, quę verò vt disiuncta: & quemnam habeat ordinem vnumquodque eorum, & quas vires, & quod ministerium afferat vnumquodque. Et rursus in rebus humanis, quid sit ipse homo, & quid sit ei secundum & præter naturam, & quemadmodum rursus agere vel pati oporteat, & quænam sint eius virtutes, & quænam vitia, & de bonis & malis, & mediis, & quæcunque tractantur de magni & excelsi animi virtute, de prudentia & fortitudine, & de ea quæ est post omnes omni ex parte perfecta & absoluta virtute iustitia. Sed prudentia quidem & iustitia vtitur ad parandam sapientiam: magni autem animi virtus, non solùm in ferendis casibus, sed etiam in eo quòd resistat voluptati & cupiditati, diuitiæque, & iræ: & in summa, cuius rei quæ nos vel vi vel fraude aliqua illicit. Non enim oportet vitia & honesta sustinere, sed persuaderi & ea sustinere, quæ sunt terribilia. Inuenitur autem dolor quoque vtilis, & in medicina, & ad erudiendum, & castigandum: & per eum corriguntur mores ad vtilitatem hominum. Magni autem & excelsi animi virtutis species sunt tolerantia, ingens spiritus magnitudo animi, liberalitas, magnificentia. Propter quam causam, nec reprehensionem, nec vulgi malam famam apprehendit is qui est cognitione præditus, neque gloriis subijcitur, neque assentationibus: & in sustinendis laboribus simul aduertit quid agens eorum quę oportet, & casus omnes magno & forti animo superans, reuera vir apparet inter alios homines. Et rursus custodiens prudentiam, & moderatus ac temperatus in quiete animę, ea quę præcipiuntur excipiens tanquam quę sibi conueniant: ea verò quę sunt turpia, vt aliena auertens, mundanus & supermundanus ornatè & decorè se geret, & nullo modo delinquens. Maximè quidem diues, ex eo quòd nihil concupiscat, vt qui pacis egeat, & cuiusuis boni magnis abundet copijs, propter boni cognitionem. Eius enim iustitię est primum munus, amore complecti eos qui sunt eiusdem generis, & cum eis agere & versari in terra & in cœlo. Ea ratione lubenter quoque impertit & communicat si possideat & cùm



& cùm sit comis & benignus, summo odio habet malos, quoduis maleficium perfectè abhorrens & auersans. Oportet ergo discere esse fidelem & sibi & proximo, & parere præceptis. Hic est enim Dei seruus, qui sua sponte se subijcit præceptis: qui autem non iam propter præcepta: sed propter ipsam cognitionem est mundus corde: is est Dei amicus. Neque enim nascimur natura virtute præditi, neque ea natis, vt aliquæ aliæ partes corporis, accedit postea naturaliter, nam sic non esset voluntarium, nec laudabile: sed nec ex eorum qui conuenerunt accedente vsu & consuetudine, quomodo sermo virtus perficitur (vitium enim propemodũ hoc modo ingeneratur) sed nec ex arte aliqua, siue ex iis quæ proponũt sibi quæstum, siue ex iis quæ pertinent ad curam corporis, accedit cognitio. Sed nec ex iis quæ sunt in orbe disciplinis: bene enim cum eis ageretur, si tantũ possent præparare animam & ei ministrare. Nam leges ciuiles malas actiones forte possunt reprimere: sed neque ad persuadendum comparatæ orationes, cũ versentur in superficie, præbuerint permansionem veritatis quæ constituit scientiam. Philosophia autem Græca veluti præpurgat & præparat animam ad fidem accipiendam, super quam veritas ædificat cognitionem. Hic est verus Athleta, qui in magno stadio, nempe pulchro hoc mũdo, coronatur, veram assecutus victoriã aduersus omnes animi perturbationes. Nam & Agonotheta est omnipotens Deus, & qui brauia seu præmia distribuit est vnigenitus Dei filius, spectatores autem sunt Angeli & Dij: variumque & ex omni genere pugnæ constans certamen, nõ est aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus spirituales potestates quæ per carnes operantur vehementes vitiorum & affectionũ motus. His magnis superatis certaminibus & veluti prostrato imminente tentatore, potitus est immortalitate: falli enim non potest Dei sententia in iustissimo iudicio. Atque vocatum est quidem theatrum ad certamen, in stadio autem decertant athletæ: & ex his vtique superat qui aliptæ paruerit. Omnibus enim omnia à Deo proposita sunt æqualia, & est ipse alienus à reprehensione: misericordiam autem consequitur is qui potest, & potens est is qui voluerit. [c] Hac ratione mentem quoque accepimus, vt sciamus quod agimus: & illud, Nosce teipsum, hoc est scire propter quid orti sumus: orti autem sumus vt eligeremus obedire præceptis ad hoc vt vellemus esse salui. Hic est Nemesis, propter quam non licet Deum effugere: est ergo officium hominis, Deo parere, qui variam annunciauit salutem per præcepta. Deo autem gratum esse & acceptum, efficit confessio: benefactor autem præcesit beneficentiam. Qui autem cum iis, cum quibus par est, consideratione * prompto & alacri animo acceperit, & mandata custodierit, is est fidelis. Qui autem pro accepto beneficio pro viribus refert gratias per charitatem, is iam est amicus. Vna est autem ab hominibus præcipua gratiæ relatio, ea facere quæ Deo sunt optima. Nam tanquam proprij fœtus, & in aliquo cognati effectus, magister & seruator accipit vtilitates & correctiones hominum ad propriam gratiam & honorem, sicut etiam damna & offensiones quas accipiunt ij qui in ipsum crediderunt, tanquam ingrati animi in se admissa crimina, propriáque probra & dedecora existimat. Quod enim aliud probrum ac dedecus Deum attigerit? Quocirca nec possunt omnino referri gratiæ pro dignitate salutis, si conferantur cum vtilitate quæ à Domino proficiscitur. Quomodo autem qui vexant possessiones, domos iniuria afficiunt: & qui milites, eorum Imperatorem: ita Domini est contemptio, eorum qui sunt illi dedicati, vexatio. Quomodo enim Sol non solum cælum, & totum mundum illuminat, super terram & mare resplendens, sed etiam per fenestram & paruum foramen, vel in intima penetralia domorum lucem emittit: ita Verbum vndiquaque effusum, vel minima respicit ex ijs quæ in vita geruntur. [d] Græci autem sicut hominibus forma similes, ita ijsdem quoque quibus ipsi, animi perturbationibus, Deos ponunt obnoxios, & quomodo eorum formas sibi similes singuli describunt, vt ait Xenophanes, Æthiopes quidem nigros & simos, Thraces autem fulvos & cæruleos: ita etiam animos quoque

ad ęgritia Nemesis unde dicta, quòd effugi non possit.

* ἑτοιμότερον.

*assimilant ijs qui eos effingunt, Barbari quidem agrestes & efferatis moribus: Græci autem mansuetiores, sed in quos tamen eadunt motus & perturbationes. Quocirca necesse est quidem vt improbi malas de Deo suscipiant cogitationes, probi autem optimas. Quamobrem qui est animo verè regio & cognitione præditus, is cùm & piè Deum colat, & sit alienus à superstitione, persuasum habet eum solum qui solus est Deus, esse honorandum, venerandum, magnificum, beneficentia omnes complectentem, principem & authorem bonorum, malorum autem non esse causam. Atque de Græcorum quidem falsa religione satis, vt arbitror, ostendimus in libro qui dicitur Protrepticos, id est exhortatorius ad gentes, abundè vtentes ijs quæ ad id faciebant historijs: non sunt ergo repetenda ea quæ aperte dicta sunt.* ° *Quod ad notandum autem attinet cùm ad hunc locum peruenerimus, satis est ex multis pauca adducere, ad ostendendum eos esse impios qui Deum pessimis hominibus assimilant. Aut enim eis Dij læduntur ab hominibus, & qui læduntur ab hominibus, ostenduntur esse ijs inferiores: aut si non læduntur, quemadmodum cum non lædantur, perinde ac iracunda aniculæ ad iram incitatæ indignantur? vt dicunt Dianam propter Oeneum iratam fuisse Ætolis. Quemadmodum enim cùm Dea esset, non cogitauit, quod non contemnens Oeneus, sed vel cùm esset oblitus, vel cùm sacrificasset, neglexit? Bene autem ipsa quoque causam suam defendens apud Mineruam, propterea quòd ei succenseret quòd in templo peperisset, dicit:*

Cruenta quidem spolia gaudes,
Cernens detracta ex mortuis,
Nec hæc sunt tibi execranda:
Si autem ego peperi, graue ducis.

*quanquam cætera quoque animalia quæ in Templis pariunt, eis nullam faciunt iniuriam.*

## COMMENTARIVS.

[a] NAM *credere*. Patri & principi esse similem est facile: Ei enim euadit similis qui ei credit & eius paret mandatis. Credere autem & obedire est in nostra potestate. [b] *Malorum autem causam*. Hic docet Clemens quomodo hominibus benefaciat is qui est cognitione præditus, is scilicet, qui fidem habet Dei salutis scientiæ & cognitione. Is benefacit hominibus qui voluerint, eisnō bene fit qui sibi oblatum non accipiunt beneficiū: benefacit autem diuinō imitans institutum. Nam & bonus est Deus, & eius proprium est benefacere, non benefacit autē nisi malorū causas norit: malorum autem censetur esse causa ignorantiæ imbecillitas, terrena inquam & crassa natura quæ in se nihil habet diuinō & spirituale. Ignorantia quoque quæ non voluntate, sed temeratio quodā impetu fertur ad agendū. Sunt etiam naturales quædam necessitates quæ omnino carent ratione, quod in eis nulla sit scientia. Has malorū causas tenuam bestias, volens hominibus benefacere fidelis qui est cognitione præditus, superat per disciplinā. Benefacit autem hominibus is qui est cognitione præditus etiamsi sit priuatus: multo autem magis si quando fuerit in magistratu constitutus. Tunc enim sicut Moses eis quibus imperabit, ita præerit vt eis det salutem, bonos quidem honoribus afficiens, improbos autem suppliciis, postulat autem ratio vt bonos honorare, improbos autem castigare habeatur pro disciplina. Quod autē fidelis Dei scientia & cognitione præditus diuinum imitans institutum benefaciat hominibus, hæc causa est, quod iusti anima, nēpe eius qui fide viuit, est imago plane diuina, & Deo similis. In ea iusti anima ædificatur & collocatur, et eo quod obediat præceptis, æternū Dei verbū, Dux omniū mortalium & immortaliū à quo omnia regūtur & generantur, & quod tanquā legem & certum præscriptum reuera sequuntur boni. Et est primarium & conuenienter vnus omnium Seruator. Hoc autem æternum verbum, est vnigenitus Dei filius, eiusque figura & character gloriæ omnium regis & Patris omnipotētis. Hic autem filius Dei vnigenitus, qui est Dei verbū & sapientia eiusq; character, imprimit fideli Dei scientiæ cognitione prædito perfectum ostemplationem ad suam imaginem. Illa autē contēplatio à verbo quod est Dei figura impressa fideli cognitione prædito est Dei imago. Quomodo autem in Gymnicis certaminibus est agonotheta (is autem est qui certamen proponit, & est qui decertantibus athletis brauia proponit, & præmia) Ita etiā in hoc spirituali gnostico certamine, Deus est omnipotēs qui certamē proponit, brauia autē & præmia proponit vnigenitus Dei filius, athletarū autem decertantiū spectatores sunt Angeli. Porro autem est varium & multiplex constans ex omni pugnæ genere: decertatur autem non aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus spirituales potestates, nēpe dæmones qui per carnē ab eis impulsam excitant vehementes animi motus & vitia. Peractis autem certaminibus, & deiecto ac prostrato tentatore seu diabolo, qui per tentatam carnē vehementes incitat animi motus & affectiones, victor pronūciatus fit immortalitatis: quæ vero potest aliter fieri. Nam cum iusta Dei sententia est cōstitutum, vt qui adnetētium dæmonem superarit fit immortalis, quæ iusto Dei iudicio lata est sententia minime falli potest. Atqui vocatū quidem est theatrum



est theatrum ad certamen, id est vocati sunt angeli vt spectarent decertantes athletas, decertantes autem spectant Angeli. Non omnes vincunt athletæ, sed ij demū qui paruerint aliptæ, is autem est qui athletam vngit ad certamen: per eum autem intelligit doctorem & præceptorem, qui & quomodo certandum sit docet, & vires ei addit & animum. Atque Deus quidē omnia omnibus proposuit æqualia, & nemo est qui eum iure possit reprehendere. Vult autem Deus omnes fortiter decertare, vt victoria potiti salui fiant. Salui autē fiunt per Dei misericordiam ij qui eam possunt consequi, consequi autem possunt ij qui volunt: volunt autem ij qui vt vincant libero vtuntur arbitrio. Per eum ergo stat qui non vult vti libero arbitrio, quominus sit salutis: vti autem potest si velit, & eo vtens est potens. Ideo autem mens nobis data est, vt intelligeremus quod agimus, & diuinū illud præceptū, Nosce teipsum, nos admonuit vt sciremus propter quid orti sumus: orti autē sumus vt libero nostro arbitrio eligeremus obedire præceptis, vt velimus esse salui: saluus autem non potest esse qui non vult. ° *Hac ratione autem quoque accepimus.* Non temerè autem & inconsideratè suscipitur hoc certamen, sed à Deo accepimus mentem & intelligentiam, vt sciamus quod agimus: nemo enim quod agit rectè gerit, qui nescit quod agat. A Deo quoque accepimus id quod est in prouerbio; Nosce teipsum. Is autem demum seipsum nouit, qui ad quem finem natus sit, nouit: hic est autē finis propter quem nati sumus, vt cum nobis datum sit liberum arbitrium, liberè & nostra sponte eligamus Dei obedire præceptis. Deo autem obediendi scopus non eo tendit, vt per ea vel diuitias nobis paretmus, vel fruamur voluptatibus, sed vt velimus esse salui, Christiani autē salus est vita æterna. Si Deo ergo ita præceptis eligamus parere, vt salutē assequamur, ea vero non potest nos effugere: hæc enim est Dei Nemesis quæ & Adrastia dicitur, per quā Deus & tribuit quod cuiq; debetur pro meritis, punitq; & vlciscitur eos qui non paruerint. Dicitur autē & Nemesis quod rectè & legitimè cuique tribuat, & Adrastia quod scelera Dei vltion em minime effugiant, vt nec etiam virtutū merita effugiunt Dei mercedem & remunerationem. Est ergo hominis officium Deo parere, qui per præcepta variam annunciauit salutē. Vna quidem est salus quatenus omnes qui præceptis parent sunt salui, varia vero est salus quatenus præceptis variè obeditur, & ideo eorum qui eis obediūt, variæ sunt habitationes, & vt dicit Christus, in domo patris mei variæ sunt māsiones. Quatenus ergo sunt omnes salui qui obediunt præceptis, est vna salus, quatenus autē eorum qui salui fiunt variæ sunt habitationes & mansiones, salus est varia & multiplex. [d] *Græci autem sicut hominibus formā similes.* Postquam ostendit Clemens, quam sint inter se similes sol & Dominus Verbum, visum est illi dicere quam sit stulta opinio Græcorum, qui deos existimant similes esse forma hominibus, & eos esse censent obnoxios ijsdē animi motibus & perturbationibus. Cū sint autē hominum variæ nationes, & quælibet natio suā habeat formam, & ei animum conuenientem, necesse est vt quælibet natio censeat esse varias deorū formas, varios que eorum animos, motusque & affectus. Deos esse hominibus similes cēsent Epicurei, teste Cicerone de natura deorū, & Plutarcho de Placitis Philosophorū: quodquidē eo minus est mirū quod essent improbi, vt qui fœlicitatis finē sibi proponerent voluptatē. Improbi enim de Deo malas suscipiunt cogitationes: boni verò credunt eū esse honorandū, venerandū, magnificū, omnes beneuolentia & beneficentia complectentem, bonorum omniū authorem, & causam, non esse autē causam malorum. De Deo autem bene magna ex parte senserunt, & cogitauerunt Academici & Stoici, qui Deū dixerūt sua prouidentia curare res humanas, vniuersum mundi machinā administrare. De falsa autem gentium & maxime philosophorum religione, dicit se non esse plura dicturū, quod de ea satis dixerit in oratione exhortatoria ad gentes, nec opus esse vt eadem repetantur. ° *Quod ad notandum autem attinet.* Ex ijs quæ scripsit Clemens in exhortatoria ad gentes, visum est ei ad notandum inter multa, eos esse impios qui Deum assimilāt pessimis hominibus, qui scilicet Deo eos tribuunt affectus, & eos animi motus, qui in Deū non cadunt, sed in vitiosos & sceleratos homines. Eleganti autem dilemmate ostendit eos affectus in Deum non cadere: aut enim dij læduntur ab hominibus, & ita dij sunt inferiores hominibus, quod est absurdum, & diuina natura indignū, quæ est humana præstantior, aut non læduntur. Quod si non læduntur, cur quasi iratæ aniculæ indignantur? neque ergo dijs conuenit lædi ab hominibus, neque non lædi: quod si non læduntur, cur indignantur, vt vetula ad iram incitata: vt dicunt Poetæ Dianam propter Oeneum iratam fuisse Ætolis. Scribūt enim poetæ cum in Ætolia orta esset magna frumenti copia, Oeneum propter eam dijs omnibus sacrificasse præterquam Dianæ, quod ægre ferens Diana, Oeneo infensa, Aprum immisit Calydonium qui totam Ætoliam miscē affligeret & vastaret. Dicit autem Clemens non fuisse causam cur Oeneo succenseret. Nam cum esset Dea (tum enim esse Deam existimabant Græci) debebat cogitare Oeneum non propter contemptū ei non sacrificasse, sed vel esse oblitū, vel cum iam sacrificasset, non curasse amplius: hoc autē non iustam fuisse causam, cur adeo in Oeneum irasceretur. Nō iustiorē certē fuisse causam, cur Oeneo irasceretur Diana, quam quod Minerua irasceretur Dianæ, propterea quod ipsa in suo templo peperisset, potuisse certè Oeneum suam causam æque defendere apud Dianam: atque ipsa Diana suam causam defendisset apud Mineruam indignantem quod in suo templo peperisset. Tu gaudes, inquit Diana, Minerua, videns cruenta spolia detracta esse ab hostibus, neq; hoc tibi videtur esse execrandum. Cur autem tibi videtur esse execrandum si ego peperierim, sed nec dijs vllam faciunt iniuria m cætera animalia quæ pariunt in templis.

III.

° MERITO *ergo superstitiosi, cùm Dæmones pertimescant, & sint procliues ad iram, omnia quæ eueniunt, existimant esse signa & causas malorum. Si mus aram quæ erat è luto constructa perfoderit, & cùm nihil aliud haberet, lecythum corroserit: si gallus qui alitur ædibus cecinerit, hoc alicuius esse signum statuentes. Talem quendam ludificatur Menander in Comœdia quæ inscribitur* Δυσκόλως, *id est, superstitiosus:*

Quiddam boni mihi accidat ô boni Dei?
Nam dexteri alligans calcei corrigiam Rupi.

*Meritò ô nugator, erat enim putrida: tu autem es parcus & sordidus, qui nolis nouos emere. Lepidum est illud Antiphontis: Nam cùm quidam malè præsagiret ex eo quod sus porcellos deuorasset, ysque eam vidisset ob sordes eius qui ipsam alebat fame valde attenuatam: De signo, inquit, letare, quòd cùm sic esuriret, filios tuos non comederit. Quid mirum, inquit Bion, si mus calathum arroserit, cùm non inueniret quod comederet? hoc enim fuisset mirum, si (vt ludens argutabatur Arcesilaus) murem calathus comedisset. Recte certè Diogenes quoque illi qui admirabatur quòd inuenisset pistillum à serpente in gyrum circundatum: Ne mireris, inquit: esset enim illud mirabilius, si vidisses rectum serpentem esse à pistillo circumdatum. Oportet enim animantia rationis expertia currere, pugnare, parere, & mori: quæ cùm illis sint secundum naturam, præter naturam nobis nunquam fuerint:*

Et volucres multæ veniunt sub lumina Solis.

*Philemon quoque Comicus talia ridet in Comœdia. Cùm videro, inquit, obstruantem quis sternutarit, vel quis sit locutus, aut respicientem quis sit qui pullo procedat, statim in foro sternutat vnusquisque nostrùm, is secum ingreditur & loquitur, dicens ciuibus res non euenire vt earum fert natura. Deinde sobrij quidem petunt sanitatem: se autem impletes, & in ebrietatibus festis diebus volutantes, morbos ad se attrahunt. [b] Multi autem suspensas quoque timent scripturas. Lepidè admodum Diogenes, cùm inuenisset scriptum super domum cuiusdam improbi, Insignis victoria, Hercules hìc habitat, nihil malum ingrediatur. Et quomodo ingredietur, inquit, dominus ædium? [c] Ij autem ipsi omne lignum, & omnem lapidem pinguem, vt dicitur, adorantes, lanas flauas, & grana salis, & faces, & scillam, & sulphur timent, incantati à præstigiatoribus per quasdam immundas expiationes. Deus autem qui reuera est Deus, sanctos solos nouit, iusti mores, sicut iniustos, impuros & sceleratos. Videre quidem certè licet oua ab his quæ purgantur si fota fuerint, vitificari: atqui hoc nequaquam fieret, si eius ipsius, quod purgatur, mala participarent. [d] Eleganter certè Comicus quoque Diphilus per hæc ridet præstigiatores, Puellas expiantes hydatidas, & patrem ipsarum Prætum Abantiadem, & anum quintam inter eos, talpam, & scillam vnam, quot hominum corpora, & sulphure & bitumine maris magnum ciere strepitum, ex quieto sed profundo fluente Oceano. Sed beate aër mitte per nubes Andyram, vt ex cimice fucum efficiam. [e] Certè rectè quoque Menander, Si aliquod quidem verum malum haberes, hos tibi verum medicamentum adhibere oporteret: nunc autem non habes, inane medicamentum inueni ad inane: existima autem id te aliquid iuuare. Abstergant te circumcircà mulieres, & ex tribus fontibus aquam afferant vt te aspergant, salémque & lentem injicient: quilibet est mundus qui nullius est sibi mali conscius. [f] Iam verò dicit Tragœdia, Oreste quis te perdit morbus? conscientia ipsa, quoniam sum mihi conscius me perpetrasse grauia. Reuera enim non est alia puritas quàm abstinere à peccatis. Pulchrè ergo dicit etiam Epicharmus: Mundam si mentem habeas, es mundus toto corpore. [g] Porrò autem animas quoque dicimus prius oportere purgari à malis & improbis dogmatibus per rectam rationem, & tunc sic conuerti ad commemoranda præcipua capita: nam ante mysteriorum quoque seu sacramentorum traditionem, exhiberi oportere quasdam expiationes iis qui sunt initiandi mysteriis, vtpote quòd oporteat impia deposita opinione ad veram conuerti traditionem. [h] Num enim vere & rectè aliquos loco non circumscribimus eum qui non potest circumscribi, neque in templis manu factis concludimus eum qui omnia continet? Ædificatorum autem & lapidicidarum, sordidæque & illiberalis*



*illiberalis artis quodnam fuerit sanctum opus? Non sunt iis meliores qui aerem & id quod continet, vel potius totum mundum & vniuersum, existimarunt esse dignum Dei excellentia? Ridiculum enim fuerit, vt ipsi dicunt Philosophi, hominem qui est ludus Deorum, Deum efficere, & ex ludicra arte Deum fieri: quoniam id quod fit, sit idem & simile ei ex quo fit, vt quod fit ex ebore eburneum, & quod ex auro aureum. Quæ autem à vilibus & sordidis hominibus conficiuntur imagines & templa, fiunt ex vana & inutili materia: quare ipsa quoque fuerint vana, inutilia, materialia, & profana, & vt artem perfecerit, sordes semper participant & illiberalitatem: non sunt ergo vtique sacra & diuina artis opera. [i] Quidnam verò poni & collocari potuerit, cùm nihil sit quod non sit positum & collocatum, quoniam omnia sunt in loco? Iam verò quod ponitur & collocatur, ab aliquo ponitur & collocatur, cum prius positum & collocatum non esset. Si ergo Deus ponitur & collocatur ab hominibus, fuit aliquando non positus & non collocatus, & nec omnino quidem erat. Id enim erat non locatum & positum, quod non erat: quandoquidem quicquid non est, ponitur & collocatur: quod autem est, non poni & collocari potuerit ab eo quod non est, sed nec ab vllo alio, nam ipsum quoque verè est: restat ergo vt à seipso. Et quomodo aliquid seipsum generabit? aut quomodo ipsum quod est, seipsum esse ponet & collocabit? Verum cùm prius non esset positum & collocatum, prius seipsum posuit & collocauit? Sed ne sic quidem fuisset, quoniam id quod non est, poni & collocari non potest. Et quod existimatum est esse positum & collocatum, quomodo id quod est quod prius habuit, hoc seipsum postea fecerit? Cuius autem sunt ea quæ sunt, quomodo hoc aliquo adhuc opus habuerit? [k] Sed etsi Deus est homini forma similis, perinde ac homo opus habebit nutrimento & tegumento & domo, & alijs quæ consequenter accidunt. Nam qui eandem habent formam & easdem affectiones, eodem quoque victu egebunt. Si autem sacrum accipitur duobus modis, nempe vt Deus ipse, & id quod est constructum in eius honorem, quomodo non propriè eam quæ in Dei honorem per sanctam agnitionem facta est Ecclesiam, Dei sacrum dixerimus, quod est magni precij, & non sordida & illiberali arte constructum: sed neque manu præstigiatoris ornatum, sed voluntate Dei templum effectum? [l] Non enim nunc locum, sed electorum congregationem, appello ecclesiam: melius est hoc templum ad accipiendam Dei dignitatis magnitudinem. Animal enim quod est magni precij, ei qui est omni precio dignus, imò cuius precio nihil omnino respondet, consecratum est propter insignem sanctitatem. Fuerit autem magni precij is qui est cognitione præditus, qui est in honore & precio apud Deum, in quo Deus est collocatus, hoc est, de Deo consecrata est cognitio. Hic diuinam inuenerimus effigiem & sanctam imaginem in iusta anima, quando ea quidem fuerit beata, vt quæ est præpurgata, beata autem efficiat opera. [m] Hæc est & quod collocari potest, & quod est collocatum: hoc quidem in iis qui iam sunt assecuti cognitionem, illud autem in ijs qui possunt fieri, etiamsi nondum sint digni Dei scientiam accipere. Nam quicquid est creaturum, iam fidelis Deo & posita in honorem imago virtute prædita, Deo est dedicata. Quomodo ergo Deus loco non circumscribitur, neque animalis figuræ vnquam assimilatur: ita nec in eum similes cadunt affectiones, neque alicuius indiget, sicut quæ sunt natiua, vt sacrificium instar alimenti propter famem concupiscat. Quæ tangit affectio, in ea omnia cadit interitus, & ei qui non nutritur, cibum præbere est stultitia. [n] Porrò autem Comicus ille quoque Pherecrates lepidè in comœdia quæ inscribitur Fugitiui, fecit Deos cum hominibus expostulare de sacris, quòd cum Dijs sacrificarent, primum secerneretur id quod eorum dedecori assignaretur, dicendo: Nam cum femora ad inguina vsque valde circumlinxeritis, & lumbos valde tenues, ipsam deinceps spinam tanquam limatam distribuistis nobis tanquam canibus? Deinde*

cùm vos veſtri inuicem pudeat, multis modis contegitis. Eubulus autem qui eſt ipſe quoque Comicus, hoc modo ipſe quoque ſcribit de ſacrificiis: Caudam ſolam & femur ſacrificatis, tecta. quam prædoribus. Et in comœdia Semele introductum Dionyſium facit diſceptantem: Primùm quidem quòd mihi ſacrificant quidam ſanguinem & veſicam, cordis autem ne ſuperficiem quidem. Ego enim neque dulci veſcor victima, nec femoribus. Scripſit autem Menander: Cùm ſummos lumbos, bilem, & quæ comedi non poſſunt oſſa Diis appoſuerint, ipſi conſumunt alia. An non enim à nidore ſacrificiorum vel beſtiis eſt abſtinendum? Sin autem re- 10
ctè nidor eſt munus Deorum qui ſunt apud Græcos, cur non prius quoque coquos in Deos retulerint, qui æquali dignantur beatitudine, & non ipſum adorant caminum qui eſt huic venerabili nidori propinquior? Quinetiam Heſiodus dicit etiam Iouem deceptum à Prometheo in diuiſione carnium, accepiſſe.

Heſ in The. Arte mala oſſa bouis nitida pinguedine tecta,
Hinc fit vt oſſa viri ſacras adolere per aras
Aſſueti, veteris imitantur originis vſum.

[m] Sed nequaquam dixerint, quæ ex indigentia oritur cupiditate vexatum Deum nutriri. Eum itaque efficient plantæ ſimilem, vt qui nutriatur abſque appetitione: & beſtiis quæ latent in cauernis, eas quidem certè dicunt aut ab ea quæ eſt in aëre craſſitudine, aut etiam ab ipſa propriꝰ corporis exhalatione nutriri, & citra offenſionem augeri. Atqui ſi citra vllam egeſtatem eis Deus nutritur, quid eſt opus nutrimento ei qui non indiget? Sin autem gaudet honorari, cùm natura nullius indigeat, non abs re nos Deum precibus honoremus, & hoc ſacrificium optimum & ſanctiſſimum cum iuſtitia emittimus, iuſtiſſimo verbo eum honorantes, per quem accipimus cognitionem, ea quæ didicimus per eum glorificantes. [n] Eſt ergo quod eſt hic apud nos altare, terreſtris congregatio eorum qui ſunt dediti orationibus, qui veluti vnam vocem habent communem & vnam mentem. Quæ autem per odoratum ſumuntur alimenta, etſi ſint diuiniora iis quæ per os capiuntur, ſignificant tamen reſpirationem. Quid ergo de Deo dicunt, vtrùm perſpirat ſicut genus animantum, an inſpirat ſolùm, vt aquatilia per branchiorum dilatationem? an circumſpirat, vt obiecta per compreſſionem pennarum inciſionis? Sed nulli ex iis, ſi ſapiant, Deum aſſimilarint. Quæ autem reſpirant per pulmonis ad thoracem obiectam dilatationem, ea tanquam remulo attrahunt aërem. Deinde ſi Deo dederint viſcera & arterias, & venas, & nervos, & partes, inducent eum nihil differentem. [o] Conſpiratio autem propriè dicitur in Eccleſia. Eſt enim Eccleſia ſacrificium. Verbum quod à ſanctis exhalatur animis, cùm ſacrificium ſimul aperiatur & tota mens Deo. Sed antiquiſſimam quidem aram in Delo ſanctam vulgò iactarunt. Ad hanc autem ſolam dicunt etiam acceſſiſſe Pythagoram, tecta de & morte minimè inquinatam: aram autem verè ſanctam iuſtam animam, & quæ ab ea emittitur ſuffitum nobis ſanctam dicentibus orationem, non credent? [p] Eſus autem carnium, vt arbitror, prætextu, excogitata ſunt hominibus ſcrificia: licebat autem aliquin abſque tali cultu ſimulachrorum, ei qui vellet, veſci carnibus. Quæ enim ex lege ſunt ſacrificia, allegoricè noſtrum ſignificant religionem, vt turtur & columba quæ offeruntur pro peccatis, emundationem partis animæ quæ quæ caret ratione, Deo eſſe acceptam ſignificant. Si quis autem ex iuſtis eſu carnium animam non onerat, ſatis conſentanea vitæ ratione, non qua Pythagoras & eius aſſeclæ, ſomniantes animæ tranſmigrationem. Vtitur autem Xenocrates ſeorſum tractans de nutrimento ex animalibus, & Polemon in opere de Vita ſecundum naturam, apertè dicere, eſſe inutile quod ex carne ſit nutrimentum, iam confectum & aſſimilatum animis beſtiarum. Ea ratione Iudæi quoque maximè abſtinent à carne ſuilla, vtpotè quod hoc animal ſit maximè ſceleratum & execrandum, quia-



niam maximè ex aliis fructus effodit & corrumpit. Quod ſi dicant hominibus data eſſe animalia: nos quoque id confitemur, ſed non omnino ad comedendum: ſed neque omnia, ſed quæcunque non laborant. Quocirca non malè Plato Comicus in Comœdia quæ inſcribitur Feſta, dicit: Ex quadrupedibus autem deinceps nullum oporteret nos occidere, præter ſues: carnes enim habent ſuauiſſimas, & nihil ad nos redit ex ſue, præterquam ſetæ & lutum & clamor. Vnde etiam dicebat Eſopus, non rectè clamare ſues, cùm quando trahuntur, maximè intelligent ſe ad nihil aliud eſſe vriles quam ad ſacrificium. Quocirca Cleanthes quoque dicebat eos pro ſale habere animam, ne carnes putreſcerent. Alij ergo eò non veſcuntur, vt qui ſit inutilis, alij verò vt qui fructus perimat: & alij eo non veſcuntur, quòd ſit animal procliue ad coitum. Ea ratione neque hircum lex ſacrificat, præterquam propter ſolam malorum amandationem, quando quidem voluptas eſt vitij metropolis. Iam verò hircinarum quoque carnium eſum dicunt conferre ad morbum comitialem: dicunt autem maximum fieri argumentum ex carnibus porcinis. Quocirca iis quidem qui corpus exercent eſt vtilis, iis autem qui ipſam conantur augere animam, propter eam quæ ex eſu carnium ingeneratur hebetudinem, non vtique. Fortaſſe autem ex iis qui ſunt præditi cognitione, exercitationis quoque gratia abſtinuerit aliquis à carnibus, & ne caro nimis luxuriet, & nimio impetu feratur ad rem Veneream. Vinum enim, inquit Androcydes, & carnis ingurgitationes, corpus quidem robuſtum efficiunt, animam verò debiliorem: eſt ergo impium & à religione alienum hoc nutrimentum ad perfectam intelligentiam. [q] Quocirca Ægyptij quoque in iis quæ eorum ritu ſiunt ſanctificationibus, non permittunt Sacerdotibus veſci carnibus: & auiculis vtuntur quàm leuiſſimis: & piſces non tangunt, cùm propter alias quaſdam fabulas, tum maximè quòd eiuſmodi cibus carnem reddat humidam. Iam verò animantia quidem terreſtria & volucria, eundem quem noſtræ animæ, aërem inſpirantia, nutriuntur, vt quæ eiuſdem generis cum aëre habeant animam. Piſces autem ne hunc quidem dicunt inſpirare aërem, ſed illum qui cum aqua fuit contemperatus ſtatim in primo mundi ortu, ſicut etiam cum reliquis elementis, quod eſt etiam indicium materialis permanſionis. [r] Oportet ergo Deo offerre ſacrificia, non ſumptuoſa ac ſplendida, ſed quæ ſunt pia & ei accepta, & ſuffitum illum in lege compoſitum, qui conſtat ex mulſis linguis & vocibus in oratione, vel potius qui ex diuerſis gentibus & ſexibus per donum teſtamentorum conſtituitur in vnitatem fidei, & in laudibus congregatur, mente quidem pura, iuſta autem & recta vitæ inſtitutione, ex ſanctis operibus & iuſta oratione. Nam quis adeò ſtultus, vt ait lepor Poëticus, & tam ignaui eſt animi,

Tam credulus vir eſt quiſquam, vt ſperet Deos,
Quæ non habent carnem oſsibus, toſta & bile,
Quæ eſurientes neque ipſi ederent canes,
Lætarier, munus ſibíque hoc poſcere,

& iis qui hæc faciunt gratiam reddere, ſeu ſint piratæ, ſeu latrones, ſeu tyranni? Nos autem dicimus ignem ſanctificare, non carnes, ſed animas peccatrices, ignem dicentes non illum edacem & omnia conſumentem & planè ſordidum & illiberalem, ſed prudentem, qui peruadit animam per ignem tranſeuntem.

## COMMENTARIVS.

[m] Merito ergo ſuperſtitioſ cū Dæmones pertimeſcant. Poſtquam oſtendit Clemens exemplo Dianæ quæ Oeneo irata quod ſibi non ſacrificaſſet, in Ætoliam caprum immiſit Calydonium, dæmones & gentium deos eſſe iracundos, ſubiungit ſuperſtitioſos quoq; cultores Dæmonū eſſe iracundos, & ſtatuere omnia quæ eueniunt eſſe ſigna & cauſas malorū. Quodquidem eſſe ridiculum probat, & aliquot Poëtarum teſtimonio & authoritate Philoſophorū. Quod autem quæ eueniunt ratione carentibus mala non ſignificant animalibus, hanc affert rationem, Quæ ſecundū naturam eueniunt rationis expertibus animalibus, ea nobis ſunt monſtra: Currere autē, comedere, pugnare, parere, & mori, eis eueniunt ſecundū naturam. Ea ergo mala non ſignificant: ſola autē monſtra quæ eueniunt præter naturam, mala ſignificant. Non ſo-

Iam autē sunt ridicula ostēta quæ sumuntur ex iis quæ fiunt ab animalibus rationis expertibus, sed etiam omnia quæ fiunt ex sternutatione, & auguria quæ capiuntur ex esu pullorū, de his omnibus vide Ciceronem primo & secundo de Diuinatione. Est autē ridiculū existimare quod cum sternutare sit secundum naturā, sternutatio significet aliquid mali euenturum quasi ea sit præter naturam. Est autem hoc quoque ridiculū quod sobrij quidem petunt sanitatem, se autem vino ingurgitantes, & in ebrietate diebus festis voluntates ipsi sibi morbos accersunt. [b] *Multi autem suspensas quoque.* Quam sint autem formidolosi superstitiosi Dæmonū cultores, quod suspensas etiam literas timeant, Erat quidem vir malus, supra cum domū erat scriptum, Infignis victoria Hercules hic habitat, nihil mali ingreditur. Volebat autem significare, nihil mali esse ingressurum, vbi habitat Hercules qui dicitur ἀλεξίκακος, quod ad mala propulsanda opē ferat. Hoc cum scriptum inuenisset Diogenes admodū lepide dixit. Et quomodo ingredietur dominus ædiū? Inter se enim pugnant quod nihil mali domū ingrediatur, & ingrediatur Dominus domus quæ est malus. Non potest enim malus ingredi quin malum ingrediatur simul. [c] *Ij autem ipsi omnes ignem.* Dicit Clemens hoc quoque esse ridiculū, quod isti superstitiosi omne quidem lignum pingue, & lapidem pinguē, è quibus scilicet manat humor oleosus, tanquam deos adorant, timent autē ea ipsa ligna, & lapides, & lanas flauas, & grana salis, & tædas, & scillā, & sulphur per quæ expurgantur à peccatis quibusdā immundis incantationibus: est enim ridiculū quæ sunt corpora, tanquam deos adorare, & existimare corporea labes purgare incorporeas, nempe peccata & ea ipsa timere. Ad purificationem autem vtebantur veteres Græci aqua maris, dicit enim Aristophanis interpres, mos erat veteribus illis nēpe in mari ἁγιάζειν τὰν ἀφοσιούμενον, id est, purgare eos qui sunt polluti. Vnde dicit Euripides δόλιόν σε πόντιος ἀφρὸς ἁγνίσει τάχα, id est, omnia expurgat mare hominū mala: vtebantur & sale, & ideo Lycophrō in Alexādro dicit ἁλὸς τε λουτρὰ, id est salem lustralem seu purificantem: Vtebantur etiā lanis flauis, & scilla, & sulphure quæ omnia vim habent abstergendi & purgandi. Et credebant quidē Græci seu gentes his omnibus tanquam purificantibus purgari & expiari peccata. Sed apud Christianos eos demū pro sanctis & putis habet Deus, Deus inquā, qui solus est Deus, quorum sunt iusti & boni mores, eos autem qui sunt iniusti, impuros & sceleratos, quantūcunque abstergantur labes corporeæ. Quod autem sequitur in Græco Clemētis, ἐγὼ γὰρ τὸν ὄντα ἀπὸ τῶν τοιούτων δαιμόνων, οὐκ ἂν ἡγοῖτο ἁγνεύεσθαι, εἰ δὲ καὶ ἔτυχε, ἐκ τοιούτου ἁγνεύοιτο ἂν μᾶλλον, quod sic vertimus, videre quidē certe licet aures ab iis qui sunt purgati si fotæ fuerint, vnibeati, qui neutiquā hæc fierēt si eius qui est purgat[a] mala susciperēt: sic nos de verbo ad verbū vertimus, sed cui quis sit verbotum eorum sensus, non possimus elicere, id sagacioribus coniectandum relinquimus. [d] *Fœminæ certè Comicus quoque Diphilus.* Prætides filiæ Prœti Argiuorum regis, dum Iunonem contemnerent, seque ei præferrent, ab ea in furorē sunt versæ, in vaccas feruntur mutatæ, vt quæ sibi tāquam vaccæ mugiri putarentur. Virgil. in Bucol. Prœtides implerūt falsis mugitibus agros, Eas curauit Melāpus, data regni parte, & vna ex eis vxore, liberauit autem eas insānia, vel lacte caprino, vt scribit Æliānus, vel elleboro nigro, vt vult Plinius, quod ideo ab eo vocatum est Melampodium. Diphylus autem Comicus scripsit Comœdiā in qua filias expiat Prœtides simul cū Prœto Abantis filio earum patre. Eas autem expiat scilla & sulphure, & aqua marina, vel bitumine: in ea irridet Comicus præstigiatores, qui oculis hominū ita præstringunt, vt sibi videantur videre quæ non vident. Cōuertens autē Comicus sermonem ad aērem eum rogat, vt se per nubes mittat Anticyrā in qua optimum nascitur elleborum. Alludit autem ad elleborū quo Prœti filias à furore liberauit Melampus: hoc si faciat, cimicem, inquit, fucū efficiunt scilicet inquam, vt quod videtur aliud quam sit appareat. [e] *Certerectè quoque Menander.* Veris malis quæ habenda sunt remedia, inanibus autem inania, existima autē ea tibi prodesse, licet te fallant & oculos tibi præstringant. Ad labes animi abstergendas quæcunque admoueantur aquæ, & quæcunq; lustrationes & purgamenta, ea nihil proderunt nisi sit purus & mundus animus. Purus autem est & mundus, qui nullius est sibi mali cōscius. [f] *Iam verò dicis tragœdia.* Vt is demum est purus, nec vllis indiget piaculis, qui nullius est sibi mali conscius, ita non est grauior animi morbus quam immunda conscientia, quando homo est sibi conscius se grauia perpetrasse scelera. Nō est autē alia animi puritas quam abstinere à peccatis, quæ nisi fiat, frustra ad eum lustrandū ac piandum adhibentur piacula. Quod si mens sit munda totum quoque corpus est mundum. [g] *Porrò autem animas quoque dicimus.* Non traditur vera doctrina nisi prius purgetur anima à malis & improbis dogmatibus. Simul enim esse non possunt quæ sunt contraria. Contraria autem sunt, & inter se pugnāt vera & falsa dogmata: eiectis autem falsis dogmatibus, in eorum locum succedunt præcipua religionis capita. Est huius rei causa quod in malam animam non intret sapientia, nec habitet in corpore peccatis subdito. Expiandi quoq; sunt certis expiationibus qui sunt initiandi mysteriis, id est sancta susceпturi sacramenta: hinc est quod ei demū datur baptismus, qui suorum peccatorum egerit pœnitentiam, nec datur mysteriū seu Sacramentum Eucharistiæ, nisi mundis & purgatis. Nam vt luci nihil est rei cum tenebris, ita impietati cum veritate nulla est societas & coniunctio. [h] *Nam enim non vere & vitæ aliquo loco.* Eiectis impiis & falsis Græcorū dogmatibus, in eorum locum succedunt recta & vera decreta religionis. Apud Græcos Deus aliquo loco circumscribitur, & templis manufactis cōcluditur, pingitur, & in certa sede locatur, & ex diuersa materia cōficitur. Contrà autem pium & verum est dogma religionis, Deū vt qui est incorporeus, & expers omnis materiæ, nec loco posse circūscribi, cum omnia contineat, nec tēplo includi, cum sit vbique, licet ad eum adorandum, & ei sacrificium precesque offerēdas templa conueniantur. Nec eius efficitur imago eburnea aut aurea: ridiculū enim esse Deū eburneum aut aureum: cum tamen sit vnūquodque tale quale id ex quo efficitur, & quantumcunque à fabre & artificiose fiat, non potest nō esse sordidum & illiberale, quod illiberalis & sordidæ artis est particeps, neque sacrum & diuinum potest esse artis opus, quod ex vana & inutili fit materia, quæcunque ea sit. [i] *Quidnam vera pura & collocari potuerit.* Hoc erat inter cętera Græcorum dogmata, quod Deus in tēplis & altaribus habitaret, vt qui in eis poneretur & collocaretur ab hominibus. Pij autē verbi cognitione prædīti sentiūt Deum ubique potestate, vt qui omnia cōtineat: nusquam autem esse, vt qui loco minime circumscribatur. Quod autē Deus non ponatur & collocetur ab hominibus sic probatur. Quidquid est positum & collocatū, cum sit in loco, non amplius ponitur & collocatur, Deus autē est in loco, vt qui sit vbiq; potestate, non amplius ergo ponitur & collocatur. Quod autē Deus sit in loco, ex hoc intelligitur quod omnia sint in loco, quāuis loco nō circumscribantur. Quā sit autem absurdum statuere Deum poni & collocari, ex hoc potest intelligi, quod si fuit tēpus quo Deus est positus, fuit etiā tempus quo nō est positus, & ita fuit tēpus quo non fuit Deus, quo quid dici fingiq; potest magis absurdū & impium? Ipsum autem esse Deū arguit esse positū & locatū: qui si nō fuerit positus & locatus, quod dico per hypothesim, is nec ab eo quod non est, nec ab vllo alio, nec à se ipso poni potuerit & locari. Nam quod non est quidē ponitur, nō ponit autem id quod est, nec vllū aliud quod est, aliud ponit quā seipsum, vt quod vere sit, vlla ratione fieri potest, vt aliquid seipsum ponat & generet. [k] *Sed ecce Deus est hominis forma.* Poni & collocari deos dicebāt Græci in templis & aris, similes hominibus, vt etiā dicebant Epicurei Philosophi deos habere formā & figurā humanā. Quod si sint hominibus similes, & easdē habent affectiones, & nutrientur vt homines, & similiter atq; ij vestiētur, & easdē habebunt habitationes. Quæ enim eandē habent formā, & easdem affectiones, illidē quoq; opus habebunt, eadē enim illis accidunt. Porro autē sacrū dicitur & Deus ipse, & id quod est in honorē eius cōstructū, quod si templū quod in honorē Dei ab hominib[o] est factū qui suo artificio perstringūt oculos, est sacrū, quāto magis ecclesia, nō locus quidē ipse in quē cōuenitur, sed ipsa cōgregatio electorū, quæquidem congregatio est longe meliot tēplis ad suscipiendā Dei magnitudinē. Et ipsa ergo Ecclesia est templū, & in ea Ecclesia est & animal quod est magni prętij, & in magno honore apud Deū: id animal est is qui est cognitione prædituς, in quo Deus est collocatus, Dei scilicet in eo est consecrata cognitio. In hac Ecclesia inuenitur diuina imago in iusti anima, quæ à peccati sordibus est ex baptismo expurgata bonaq; ac beata facit opera. In eadē Ecclesia est quod iā est collocatū, & quod potest collocari. Collocatū est quod est veluti Dei templū: ij autē sunt qui non solū habent fidē, sed etiā Dei scientiā sunt assecuti. Quod collocari potest est quod nondū est Dei templum, sed potest fieri, talis est qui credit quidē, sed nondū peruenit ad Dei cognitionē & scientiam. Ea enim fidelis anima virtute prędita Deo est dedicata. [l] *Porrò autem Comicus.* Diis olim sacrificarunt veteres vt animaliū carnibus vescētes eis alerētur, quòd quam esset stultū ex hoc licet videre, quod nō nutriantur ij in quos nō cadit interitus, frustra ergo eis sacrificabatur qui minimè nutriebantur. Cū autē ea sacrificia parata essent vt iis dij vescerētur & homines sacrificātes, homines ea diis secernebāt quę illis minus apta essent, & probrū ac dedecus eis afferent, vt ostendunt ea poētarū testimonia quæ citat Clemens, vt qui spinā eis distribuant tanquā canibus, quam multo ordeo nempe mola operiunt, cum eos sui sacrificij pudeat, caudam quoq; & femur eis assignant tanquā pædiconibus. Quidā autem sanguinē & vesicam diis offerūt, & apponūt quæ eis minime conuenīt, cor dis autē quod diis maximè cōuenit, ne suprēmā apponūt superficiē. Sunt autem in iis versibus quædā trunca & mutila quæ restitui non possunt, quoniā eorū nulla hodie extant exēplaria. Non tñ certè dubiū quin sit erratum in eo quod hic est, ἐγὼ γὰρ τὸν ἐκ τοιούτων δαιμόνων μυούμενον, sed quomodo sit locus reparādus plane nescitur: diis quidē apponūt homines bilē, lumbos, & ossa, quę nō sunt esculēta, ipsa autem cætera cōsumunt & edūt quæ apta sūt ad edendū. Ita apud Hesiodū in cōuiuio deceptus fuit Iupiter à Prometheo qui illi apposuit ossa tecta pinguedine, ipse autē sibi optimā partē carnis elegit. Ex hac autē veteri diis sacrificandi cōsuetudine, in qua deos fallentes sibi meliorē partē reseruabāt homines, inoleuit prius inulitatus mos vescendi carnibus. [m] *Sed nequaquam dixerat.* Is demum nutritur qui alimēto indigēs id appetit quo reficiatur, & quod est amissum recuperet. Talia quidē sunt animalia, sed hæc mutatio non cadit in deos: nō sunt ergo dij animalibus similes, cū non nutriantur vexati appetitu, qui procedit ex indigentia: sed sunt similes plantis & arboribus quæ nutriuntur absq; vlla appetitione: nam etsi attrahunt alimentū quo indigent, ea tamen attractio fit absq; vllius desiderio. Sunt etiā similes bestiis latentibus in cauernis quæ nullo cibo vescūtur, sed aluntur à crassitudine eas circunstātis aēris, & ab exhalatione quæ exit ex eaū corpore. Quomodo autē aluntur, ita etiā augētur, nec est quidquā quod eas offendat, nec dū aluntur, nec dū augētur. Si ergo Deus nō eget nutrimento quid opus est ei sacrificio quo alatur? Quod si non delectatur sacrificiis, sed delectatur precibus, quanto melius facimus qui nō animaliū sacrificiū, sed sacrificium optimū & sanctissimū ei offerimus iustitiæ & laudis, eum per verbū nempe per Christū hoc estes à quo accepimus Dei cognitionē & scientiā, ea quæ per ipsum didicimus glorificātes, & scientiā quam habemus ei acceptā ferentes. [n] *Est ergo quod est hic.* Si Deus non delectatur sacrificiis sed precibus, quę est apud nos ara est cōgregatio eorum qui sunt dedicati precibus, qui vnam & eandem habent vocē & mentē, vt qui vnū & idem dicunt & sentiunt. Vna enim est & eadē fides quā verbis exprimunt, Deum laudātes & glorificātes. Cū autē Deus cui sacrificatur, dicatur ali sacrificio, alatur autem & ōdore qui est alimentum, diuinus cibus qui ore sumitur, neutro modo Deus alitur: non solum autē alit odor, sed etiam unat ad respirationē. Cum autem per odorem & respiretur, vt perspirant quidā dęmones, qui, vt sentit Augustinus, sunt aērea & ignea animalia: & inspiretur vt inspirāt aquatilia: & circumspiretur, vt in insectis dū cōprimuntur incisæ eorū pennæ: & respiretur per pulmonis ad Thoracē obiectā dilatationē, qua tanquā remulo attrahitur aēr ab animalibus: sed cū nihil horū in Deum cadat, stultū est & temerariū hic Deū assimilare. Quod si etiā viscera, arterias, venas, & membra Deo dederint, lōgè stultius adhuc faciūt, vt qui Deū constituāt nihil omnino differentem ab animalibus. [o] *Conspiratio autem.* At in aliis quidem est vt diximus perspiratio, vt in quibusdā dęmonibus, inspiratio in aquatilibus, circumspiratio vt in insectis, respiratio vero in aliis animalibus per dilatationē pulmonis. In Ecclesia autē nihil est eorū, sed in ea propriè est cōspiratio, quæ est eius sacrificiū nēpe verbū quod à sanctis emittitur & exhalatur animis, simulque aperitur verbū quod est sacrificiū, & tota mēs Deo. Cùm ergo in Deo colēdo, & ei sacrificando vehemēter cōsentit in Ecclesia, meritò propriè dicitur esse cōspiratio. Est autē in Deo colendo cōspiratio cōgregatio ara sancta, sicut etiā ara sancta est iusta anima, à qua sanctus emittitur suffitus, nēpe sanctæ

quæ ad Deũ funduntur preces. Hæc autem sancta congregatio in qua Deo incruentũ offertur sacrificiũ, iustius credenda est ara sancta quã antiquissima illa ara in Delo insula, in qua Deo nullum cruentũ fiebat sacrificiũ. Ad quam solam, vt quæ nulla cæde animaliũ esset polluta, sacrificaturus veniße dicitur Pythagoras, qui vt ab esu abstinebat animaliũ, ita nec Deo cruentas offerebat hostias. [7] *Esus autem carnium.* Excogitata quidem sunt à gentibus sacrificia, vt cũ in eis occiderẽtur animalia sacrificiorũ prætextu vescerẽtur carnibus, sed quid opus sacrificiis & idola colere vt occisorũ animaliũ vescerẽtur carnibus. Nã etsi idolis nulla oblata essent sacrificia, animalia licebat occidere, & eorũ vesci carnibus. Hic quidẽ fuit gentibus sacrificandi prætextus, sed is prætextus non fuit apud Hebræos: sed quæ ex lege Mosaica faciebãt sacrificia erãt typica & allegorica, ab iis enim significabãtur quæ nostræ nempe Christianæ conueniebãt religioni. Nã, vt exempli causa cæteris prætermissis aliquid dicamus, turtur & columba Deo offerebantur pro peccatis, id allegoricè significabat Deo esse gratã & acceptã rationis expertis partis animę emundationem, nempe dũ pœnitentia expurgãtur peccata. Fuerunt autẽ & olim apud Græcos qui abstinebãt ab esu carniũ, & sunt etiã hodie apud Christianos, quos vocat iustos, qui nõ vescuntur carnibus. Ab animatis abstinebãt Pythagorei, & ieiunantes Christiani abstinent à carnibus: vtriq; suam affert rationẽ, sed Christiani conuenientiorẽ & magis consentaneã, Pythagorei stultam somniantes μετεμψύχωσιν, id est, animę transmigrationẽ nõ comedebãt carnes, ne comedendo carnes in sua corpora simul transmigrarẽ animæ. Christiani autẽ abstinent à carnibus, ne esu carnium caro luxurians euadat rebellis spiritui & rationi. Xenocrates & Polemon reprobant & reiiciunt tanquã inutile nutrimentũ ex animalibus: id enim confectum & assimilatũ animabus animaliũ, homines reddit animales & feros. Iudæi vt ex Mosaica lege licet intelligere à multorũ animaliũ, sed maximè à carnis suillæ esu abstinent: quod sit sus maximè sceleratus & execrãdus, vt qui fructus effodiat & corrũpat. Sũt quidẽ omnia animalia à Deo data hominibus, sed non omnia ad comedendũ, verũ ea quæ non laborant: quæ laborant autẽ non sunt comedenda. Plato Comicus dicebat ex omnibus animalibus nullũ esse occidendũ præter porcũ, vt qui carnes habeat suauissimas. Ex porco certè nihil aliud quam setam lutum & clamorẽ accipimus. Nõ est autem quod porcus clamet occidendus, cũ ad nihil aliud sit vtilis quam ad sacrificiũ. Cleanthes Philosophus Stoicus dicebat porcũ animã habere pro sale, ne carnes putrescãt: in porco enim nihil est aliud præter animam, id est vitam, quæ ei nihil aliud præstat quã vt viuat, & carnes eius non putrescant & intereant. Hũc autem locum de porco ita cõcludit Clemens, vt dicat alios quidẽ vesci carne suilla, alios nõ vesci. Qui vescuntur quidẽ hanc afferre rationem, quod sint eius carnes suauissimæ: qui non vescuntur, à porco abstinere quod & sit animal inutile, & quod sit sceleratus, vt qui fructus effodiat perdatq; & cõsumat, & quod sit animal libidinosum & procliue ad coitũ. Qua ratione autem à porco comedendo abstinebant Iudæi, ea ratione etiam in lege sacrificabatur hircus, non ob aliud quã ad propulsandum & amandandam peccatum, quod quidẽ vocat scriptura, Facere hircũ pro peccato: est autem hircus animal propensum ad libidinem: libido vero est metropolis vitij, ex qua veluti deducuntur quædã coloniæ vitiorum & peccatorũ. *Leuit. 4. 9. 10. Num. 5. 19. & 29.*

Quod autẽ dicit Clemens, Carnem hircinam conferre iis qui laborãt comitiali, qui est epilepsis. Nescio vnde hoc acceperit Clemẽs: De hoc certè nihil dicunt Hippocrates & Galenus, nec qui historiã scripsẽrũt animaliũ. Caro autẽ porcina, vt dicit Galenus, concoctu quidẽ est difficilis, sed bonũ & valens succũ stomacho ũ valde nutrit & corpus auget, sed non animam, imo vero potius lædit intelligentiam, pariter hebetudinem quæ ex esu eius nascitur. A cuiusuis quoq; carnis esu se abstinent qui se exercent mentis sacrarum cognitione, ad vitandam nimiã carnis luxuriam, & ne sit nimis propensa ad libidinem. Audacydes quem scribit Clemẽs dixisse, vinum & carnis ingurgitationes, robustum quidem corpus facere, animã vero debiliorem, is est, qui cũ videret Alexandrũ plus æquo vino dedirum, his verbis abhorrere conatus est eum abducere: Vinum potaturus, ô rex, memento te bibere terræ sanguinem. Nam vinũ est homini cicuta, sic & vinũ, ait Plutarchus. Id ipsum refert etiam Plinius lib. 14. 6. 5. natur. hist. Ea ergo hoc nutrimentũ minime conueniens ei qui perfectã assequi vult intelligentiam. [8] *Quocirca, Ægyptii.* De Sacerdotibus Ægyptiis multa scripsit Herodotus, & Diodorus Siculus, & Orus Apollo, præterea dicit Clemens eos cũ intelligerent à crassis & viscosis cibis obtundi & hebetari ingenium & intelligentiã, cum essent sacra facturi à magnorũ animalium carnium esu abstinuisse, auiculas tantum comedisse quarũ sunt leues carnes & concoctu faciles, & ne pisces quidem tetigisse, quod is cibus carnem maxime redat humidã & luxuriantẽ. Quod autem alimentũ ex piscibus minime conueniat homini, hanc affert rationem, quod terrestria & volucria animalia eundẽ inspirant aẽrem quem homines, & eiusdem generis aẽre habent animã. Pisces autem non eundem quam homines inspirant aẽrem, sed cũ qui à mundi creatione cũ aqua fuit cõmixtus, & cum cæteris elemẽtis: quodquidem satis indicat, id quod est ex pisce excrimentũ esse crassum & materiale, nec materiã facile exuere, sed eam per longum tempus manere. Dum autem manens materia crassum & obtusum reddit ingenium. [9] *Oportet ergo Deo afferre sacrificia.* Sicut quæ sunt crassa alimenta, & multũ habent materiæ, non cõueniunt iis qui ad perfectam tendunt intelligentiã: ita nec Deo sunt offerenda sumptuosa & magnifica sacrificia, vt puta aroẽtũ, & bouũ multa millia. Neq; enim Deus qui est expers materiæ delectatur materialibus: sed ei sunt offerenda quæ sunt puri, & ei grata sacrificia laudis & gratiarũ actionis, & preces quę offeruntur ab Ecclesia ex diuersis gentibus, nationibusq; & sexibus congregata in vnitatem fidei per donum veteris & noui testamenti, cuius mens est pura, bonaq; & sancta vitæ institutio, & bona opera, & iusta oratio, nempe quæ cum vita sancta coniuncta sentit. Has preces assimilat Clemẽs suffitibus, qui in lege veteri erãt cõpositi ex vario genere aromatũ. Hæc sũt sacrificia pia & Deo grata, nõ ea in quibus totretur caro & ossa, quę tantũ abest vt Deo placeãt, vt qui est expers sanguinis & materiæ, vt ne esuriẽtes quidẽ canes ea comederint. qui autẽ hæc cruenta faciunt sacrificia, quicunq; ij sũt illis à Deo nulla possunt cõsequi gratiã, seu sint piatæ, seu latrones, seu tyranni. Atqui in cruẽto quidẽ sacrificio est ignis qui carnẽ nõ sanctificat, sed exedit: in incruẽto autẽ sacrificio est ignis expers materiæ, nempe Spiritus sanctus, non carnẽ peruadens sed animã, eamq; expians & purgãs.

IVBEMVR



[1] IVBEMVR autem colere & honorare eundem, quem & verbum esse & Seruatorem & ducem habemus persuasum, & per ipsum, patrem, non selectis diebus, vt aliqui alij, sed continenter per totam vitam hoc agentes & modis omnibus. Certè genus electum, per præceptum iustificatum, Septies, inquit, laudem dixi tibi. Vnde nec in definito loco, neque in templo selecto, neque diebus aliquibus festis & præstitutis, sed per totam vitam is qui est præditus cognitione, in omni loco, etiam si per se sit solus, & si habuerit aliquos qui similiter crediderunt, Deum honorat, hoc est, agit gratias propter rectæ vitæ cognitionem. Si autem alicuius boni viri præsentia, propter reuerentiam & obseruantiam eius quod est præstantius, eum qui conuersatur semper format & effingit: quemadmodum is qui cum Deo semper est præsens, per cognitionem, & vitam, & gratiarum actionem, non iure se melior semper euadat in omnibus & factis & verbis & affectionibus? Talis est is cui est persuasum, Deum vbique adesse, non autem arbitratur eum certis ac definitis locis esse conclusum: vt cum se se absque eo aliquando esse existimauerit, noctu & interdiu intemperantiæ se dedat & libidini. Per totam ergo vitam diem festum agentes, vbique & omni ex parte Deum ad persuasi, laudantes agros colimus, laudantes nauigamus, & in omni alio vitæ instituto vt decet ex arte versamur. Propius autem Deo iungitur & familiaris efficitur is qui est cognitione præditus, vt qui simul quidem grauitatem & hilaritatem ostendat in omnibus. Grauitatem quidem, propterea quòd ad Deum conuertatur: hilaritatem autem, propterea quod humana bona reputet quæ dedit nobis Deus. [b] Videtur autem cognitionis excellentiam Propheta sic ostendere: Benignitatem & disciplinam & cognitionem doce me, per adscensum amplificans id quod est principale perfectionis. Hic ergo homo qui est verè regalis, sacerdos, sanctus Dei, quod quidem nunc quoque seruatur apud eos qui sunt doctissimi ex barbaris, genus sacerdotale ad regnum proue hentes: hic ergo nequaquam se tradit confusæ turbæ dominæ theatrorum. Quæ autem dicuntur & fiunt & videntur voluptatis illicientis gratia, ne in somnis quidem admittit. Neque ergo eas quæ visu percipiuntur voluptates, nec eas quæ in aliis fruendis capiuntur varietates: vt sumptuosas & magnificos suffitus qui odoratum alliciunt, aut condimenta ciborum, & quæ ex variis vinis sentiuntur delitias gustum inescantes: neque odoriferas ex variis floribus contexturas, quæ per sensum animam effœminant: sed honestum rerum omnium vsum ad Deum semper referens, & cibi, & potus, & vnctionis, vniuersorum datori offerens primitias, gratias agens & per donum & vnctionem, & per Verbum ei datum, ad conuiuiales epulas raro veniens, nisi quod amicitiam concordiamque & consensionem profitetur conuiuium, vt veritas ei persuaserit. Est enim ei persuasum Deum omnia scire & audire, nec vocem solùm, sed etiam cogitationem. Nam auditus quoque qui fit in nobis per meatus corporeos, non apprehendit per vim corpoream, sed per quandam sensum animalem, & intelligentiam quæ discernit voces aliquid significantes. Non est ergo Deus humana forma præditus, vt audiat, neque ei sensibus opus est, vt placuit Stoicis, maximè auditu & visu, non posse enim aliter vnquam apprehendere. Sed & aëris ad patiendum facilitas, & acerrimus Angelorum consensus, & vis quæ animæ attingit conscientiam, inexplicabili potestate etiam absque sensili auditione simul cum cogitato cognoscit omnia. Quòd si quis dicat vocem quæ inferius circa aërem voluitur, ad Deum non peruenire: at cogitata sanctorum secant non solùm aërem, sed etiam totum mundum. Occupat autem vis diuina perinde atque lux totam animam perspicere. [c] Quid autem non etiam vota & instituta ad Deum peruenient, suam vocem emittentia? an non ea etiam transmittuntur à conscientia? Quamnam vocem expectauerit, qui secundum propositum electum etiam ante ortum, & id quod futurum est tanquam quod sit cognouit? An non profundum

cuiusuis animæ eluceſcere facit lux poteſtatis, cùm penetralia, vt ait ſcriptura, ſcrutetur lux poteſtatis? Totus auditus, & totus oculus, eſt, vt his verbis vtar, Deus. Nullam ergo religionem, nec vllum Dei cultum ſeruat, neque in hymnis, neque in ſermonibus, ſed neque in ſcripturis aut dogmatibus, quæ non conuenit de Deo cognitio, ad humiles & indecoras deflectens notiones & cogitationes: quo fit vt multorum laudatio nihil differat à maledicto, propter veritatis ignorationem. Atque quorum quidem ſunt appetitiones, cupiditates, & vt ſemel dicam, animi impulſiones, eorum ſunt etiam precationes. Quamobrem nemo potum deſiderat, ſed bibere potum: ſed nec hæreditatem, verùm eſſe hæredem: ita autem neque cognitionem, ſed noſſe: neque etiam rectam rempublicam, ſed rempublicam gerere. Eorum ergo ſunt precationes, quorum petitiones: & eorum ſunt petitiones, quorum cupiditates. Precari autem & appetere fiunt inter ſe inuicem, ad habendum bona & ea quæ adiuncta ſunt commoda. Is itaque qui eſt cognitione præditus, creaturæ & petit & precatur ea quæ ſunt verè bona, nempe bona animæ, ipſe quoque adiuuans vt perueniat ad habitum bonitatis, vt non amplius habeat bona tanquam aliquas adiunctas diſciplinas, ſit autem bonus. Quocirca eos maximè decet precari qui Deum norunt vt oportet, & ei rei habent virtutem appoſitam & conſentaneam, qui ſciunt quænam ſint verè bona, & quæ ſint petenda, & quando, & quomodo ſingula. Eſt autem extrema inſania, ab iis qui non ſunt diy tanquam à diis petere: aut quæ non ſunt conducibilia petere, petendo ſibi mala quæ viſione bona eſſe apprehendunt. Vnde meritò cùm ſit vnus bonus Deus, ab ipſo ex bonis alia quidem dari, alia verò permanere, precamur nos & angeli, ſed non ſimiliter. Non eſt enim idem, petere vt donum permaneat, aut ab initio vt id accipiamus contendere. Quinetiam auerſio & depulſio malorum, eſt ſpecies precationis. Sed ea precatione nunquam eſt vtendum ad damnum hominum, niſi iuſtitiæ curam gerens hoc emoliatur is qui eſt cognitione præditus, & diſpenſet hanc petitionem iis qui mali ſenſum exuerunt: Eſt ergo, vt audacius dicam, precatio, cum Deo conuerſatio, & collocutio: licet ergo ſuſurrantes, & ne labra quidem aperientes tacitè loquamur, intus clamamus. Omnem enim intrinſecus paratam collocutionem Deus exaudit perpetuò. Eacaput & manus in cœlum extendimus, & pedes excitamus in vltima acclamatione orationis, promptitudine & alacritate ſpiritus aſſequentes eſſentiam quæ apprehenditur intelligentia: & vna cum verbo corpus à terra abducere conantes, erectam & eleuatam animam deſiderio meliorum cogimus in ſancta progredi, magno animo carnis vinculum deſpicientes. Scimus enim optimè, eum qui eſt præditus cognitione, totum mundum lubenter tranſmittere, vt verè Iudæi Ægyptum, apertè oſtendendo ſe Deo quamproximos eſſe futuros. Quod ſi nonnulli certas ac definitas horas conſtituunt orationi, vt exempli cauſa, tertiam, ſextam, ac nonam: at is qui eſt cognitione præditus, per totam orat vitam, per preces quidem cum Deo ſtudens verſari. Reliquit autem, vt ſemel dicam, omnia quæ non ſunt vtilia: cum eò iam peruenerit, vt iam hinc acceperit conſummationem eius qui agit ex charitate. Imo verò triplicem horarum diuiſionem, quæ totidem ſunt honoratæ precibus, ſciunt qui norunt beatam ſanctarum manſionum trinitatem. [d] Hic mihi venit in mentem quorundam qui diuerſa ſentiunt, nempe Prodici hæreſis ſectatorum, dogmatum, quæ inducunt non eſſe orandum. Ne ergo de hac ſua impia ſententia, tanquam noua & aliena hæreſi ſeſe ferant, ſciant eam quidem prius fuiſſe acceptam à Philoſophis qui dicuntur Cyrenaici. Suo autem tempore dicetur aduerſus impiam execrandorum illorum dogmatum cognitionem, ne ſi huic Commentario inſereretur contra eos diſputatio, quæ de iis prolixa futura eſſet pertractatio, interrumperet cœptam orationem, cùm nos ſolùm oſtendamus verè pium ac religioſum Dei eſſe cultorem, qui ex regula eccleſiaſtica verè eſt cognitione præditus, cui



ſoli, cùm ex Dei voluntate diſpertiat ac diſtribuat, ſit petitio cùm petiuerit atque adeo cogitauerit. Quomodo enim quicquid vult poteſt Deus, ita quicquid petierit is qui eſt cognitione præditus, id accipit. Omnino enim nouit Deus eos qui bonis digni ſunt, & qui non, vnde dat ea quæ ſingulis conueniunt. Quamobrem indignis etiamſi ſæpe petierint, non dabit, dabit autem ſcilicet iis qui ſunt digni. Non eſt tamen petitio ſuperflua, etiamſi bona dantur abſque oratione. Iam & gratiarum actio, & petitio eorum quæ pertinent ad conuerſionem proximorum, eſt opus eius qui eſt præditus cognitione: quæ quidem ratione orauit quoque Dominus, gratias quidem agens propter miniſterium, rogans autem quamplurimos eſſe in cognitione, vt in iis qui ſalui ſunt, per ſalutem ex agnitione Deus glorificetur, & qui eſt ſolus bonus & qui ſolus Seruator, per filium ex ſeculo in ſeculum agnoſcatur. Quanquam fides quoque futurum eſſe vt accipiat: eſt ſpecies orationis quæ eſt repoſita vt conuenit cognitioni. Cæterum ſi oratio eſt occaſio cum Deo conuerſationis, aditus ad Deum nulla eſt prætermittenda occaſio: eius certè qui eſt præditus cognitione, ſanctitas connexa cum beata prouidentia, per ſpontaneam confeßionem, oſtendit perfectum Dei beneficium. Eſt enim veluti quædam mutuò reſpondens prouidentiæ cura, ſanctitas eius qui eſt cognitione præditus, & quæ conuertitur amici Dei beneuolentia. Neque enim Deus inuitus eſt bonus, quomodo ignis eſt præditus vi calefaciendi. Eſt autem voluntaria bonorum impertitio, etiam ſi anticipet petitionem. Neque verò inuitus ſaluus erit is qui fit ſaluus: non eſt enim inanimis, ſed omnino voluntatis & libero animi arbitrio contendet ad ſalutem. Quocirca præcepta quoque homo accepit, vt qui ex ſe moueri & incitari poſſit ad vtrum velit ex iis quæ ſunt eligenda & fugienda. Non facit ergo Deus bona ex neceſſitate, ſed libera voluntate bene facit iis qui ex ſe conuertuntur. Non eſt enim ſeruilis quæ ad nos venit diuinitus, tanquam à deterioribus ad meliores procedens, prouidentia. Ex miſeratione autem noſtræ imbecillitatis, exercentur quæ ſunt proximæ ac continentes prouidentiæ diſpenſationes: ſicut etiam paſtores ouium curam gerunt, & Rex eorum qui eius parent imperio, & nos paremus præfectis noſtris, qui eos regunt qui ſunt eis commiſſi, eo ordine qui fuit eis traditus. Dei ergo ſunt ſerui & cultores, qui liberaliſſimum & maximè regalem cultum exhibent, qui ſit per piam ac religioſam mentem & cognitionem. Eſt ergo omnis quoque locus verè ſacer, in quo Dei accipimus notionem & cognitionem, & tempus. Quando autem is cuius eſt bona mens, & bonum animi inſtitutum, & qui eſt gratus, petit per orationem, nonnullam aliquæ ex parte fert opem, lubenter per ea quæ flagitat precibus, accipiens id quod deſiderat. Quando enim noſtram bonam animi propenſionem acceperit is qui eſt datur bonorum, eius conceptionem omnia ſimul bona conſequuntur. Certè per orationem examinatur modus quomodo ſe habeat ad id quod oportet. Si verò vox & dictio nobis data eſt cauſa intelligentiæ, quemadmodum non ipſam animam & mentem Deus exaudit, cùm iam certè anima animam, & mens mentem exaudiat? vnde quæ multas edunt voces Deus linguas non expectat, vt hominum interpretes, ſed cognoſcit omnium, vt ſemel dicam, mentes & quod nobis vox ſignificat, hoc Deo noſtra loquitur cogitatio, quam etiam ante creationem ſciebat venturam eſſe in mentem. Licet ergo ne voce quidem emittere orationem, ſed ſolùm quicquid eſt intrinſecus ſpirituale, intendere in vocem quæ mente percipitur, per indiuulſam ad Deum conuerſionem. [e] Quoniam autem ortus diei imago eſt Oriens, illinc quoque lux augetur quæ primùm illuxit ex tenebris: ſed etiam iis qua volutantur in ignoratione, exortus eſt dies cognitionis veritatis, ea ratione qua Sol in Oriente matutino, nempe orationes. Vnde etiam quæ erant ex templis antiquiſſima reſpiciebant ad Occidentem, vt qui ſtant vultu converſo ad imagines, doceantur verti ad Orientem. Pſal. 148.

Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum, aiunt Psalmi. [f] Sceleratis ergo hominibus oratio, non solùm in alios, sed etiam in seipsos est perniciosissima: siquidem etiamsi quæ fausta & prospera dicunt, petita acceperint, lædunt eos qui acceperunt, vt qui sint eorum vsus nescij. Qui enim orant vt possideant bona ea quæ non habent, ea quæ videntur, bona, non ea quæ sunt petunt. Qui est autem cognitione præditus, eorum quidem quæ possidet permansionem, ad ea autem quæ est superaturus aptitudinem, eorum autem quæ non est accepturus, petet æternitatem. Quæ autem verè sunt bona quæ versantur in anima, ea & sibi esse, & ei permanere precatur: neque aliquid ex iis quæ absunt desiderat, contentus præsentibus. Neque enim est proprium boni defectus, cùm satis iam sibi sit ex diuina gratia & cognitione. Sed cùm suis quidem sit contentus, aliis autem non egeat, omnipotentem autem cognoscat voluntatem, & simul habeat & precetur, maximè autem proximè adhærescat potentiæ, studens esse spiritualis, per indefinitam charitatem est vnitus Spiritui. Sic magni est & excelsi animi, qui id quod est omnium præstantissimum, quod omnium optimum, possidet per scientiam, & facilè quidem incitatur & applicatur ad contemplationem: eorum autem quæ cadunt in contemplationem, in anima vim habet permanentem, hoc est, perspicacem scientiæ acrimoniam. Hanc autem vt possideat potestatem quàm maximâ vi contendit, se ab iis quæ menti aduersantur continens, & in contemplatione quidem perpetuò residens, & in ea se exercens exercitatione quæ ab iis quæ sunt iucunda se abstinet, & ea quæ sunt faciendà rectè gerit, & magna præterea vtens experientia, tam in doctrina, quàm in iis quæ ad vitam pertinent, habet dicendi libertatem, non vim effrænatæ linguæ, sed vim & facultatem simplici oratione vtentem, quæ nihil eorum quæ conuenienti tempore dici possunt, & de quibus maximè dicendum est pro dignitate, celat neque propter gratiam, neque propter timorem. Qui ergo quæ Dei sunt accepit à choro mystico ipsius veritatis, vtitur oratione adhortatoria, quæ magnitudinem virtutis, ipsam, inquam, & quæ ab ea oriuntur, pro dignitate indicat, cum diuina orationis eleuatione, iis quæ percipiuntur intelligentia, & quæ sunt spiritualia, quammaximè fieri potest, ex cognitione se reddens familiarem. Quo fit vt semper sit benignus, mansuetus, aditu facilis, affabilis, patiens, gratus, bona præditus conscientia. Is est non solùm rigidus & austerus ad hoc vt non corrumpatur, sed etiam ad hoc vt non tentetur. Præbet enim animum, qui neque voluptati neque dolori cedit, aut ab eis expugnatur. Iudex, si vocet ratio immobilis, animi motibus nihil renitus largiens, immutabiliter quà iustum iubet proficisci, ingrediens, persuasum habens omnia pulcherrimè administrari, & animas semper in melius proficere, donec ad ipsum bonum venerint, vt quæ in vestibulis, vt semel dicam, patris, magno pontifici proximè exhibuerint. Hic cognitione præditus, qui est fidelis, & cui est persuasum quæ sunt in mundo optimè administrari, æquo certè animo fert omnia quæ eueniunt. Meritò ergo nihil requirat ex iis quæ ad vitam pertinent ad vsum necessarium, vt cui sit planè persuasum, quòd qui omnia nouit Deus, id quod est vtile suppeditat bonis etiam non petentibus. Sicut enim artifici artificiosè, & gentili gentiliter: ita etiam ei qui est cognitione præditus, ex cognitione præbet singula. Et qui ex gentibus quidem conuertitur, fidem: qui autem ascendit ad cognitionem, charitatis petet perfectionem. Qui autem summum iam attigit cognitionem præditus, precatur vt augeatur contemplatio & permaneat: sicut qui est homo communis, vt sit perpetuò sanus. Iam verò petet etiam vt à virtute nunquam excidat, maximè adiuuans & dans operam vt perpetuò maneat eiusmodi vt non possit excidere. Nouit enim aliquos quoque ex Angelis, qui propter socordiam humi lapsi fuerant, necdum perfectè ad vnum illum habitum, ab ea quæ est ad duplicitatem aptitudine seipsos expressisse. Is qui hic ad summum cognitionis & excellentem viri perfecti altitudinem se exercuit,



& ita viuere vt nullo loco nec tempore labatur elegit, & in eo se exercet per mentis vndique exæquatam & vnius planè tenoris stabilitatem. Quibus autem grauis aliquis adhuc relinquitur angulus deorsum vergens, vnà quoque detrahitur id quod per fidem sustollitur. Ei ergo qui exercitatione profecta ex cognitione parauerit virtutem quæ non potest amitti, efficitur naturalis habitus. Et quomodo lapidi grauitas, ita huius scientia euadit huiusmodi vt non possit amitti; non inuoluntariè, sed voluntariè, vi rationis & cognitionis atque prouidentiæ. Quoniam autem amissum non esse, per cautionem fit eiusmodi vt non possit amitti: cautionem quidem ad hoc vt non peccet, bonam autem considerationem ad hoc vt virtus non amittatur, retinebit. Cognitio autem videtur bonam præbere considerationem, docens perspicere ea quæ possunt adiuuare ad hoc vt virtus permaneat. Res est ergo maxima Dei cognitio: quocirca ea quoque ita conseruatur virtus vt amitti nequeat. Qui autem Deum nouit, est sanctus & pius: qui est ergo cognitione præditus, ostensum est eum solum esse pium & religiosum. Is gaudet quidem de bonis præsentibus: lætatur autem propter ea quæ sunt promissa, tanquam iam præsentia. Non enim eum adhuc latent tanquam absentia, propterea quòd qualia sint iam ante cognouerat. Cognitione ergo persuasus, quomodo sit vnumquodque ex futuris, hoc possidet. Quod enim est mancum & defectum, metiendum est ex eo quod ad ipsum pertinet. Si ergo possidet sapientiam, & est res diuina sapientia: qui est particeps eius quod non indiget, non fuerit indigens. Non enim sapientiæ communicatio fit dum se inuicem mouent & retinent operatio & id quod participat: neque dum aliquid aufertur, aut fit alicuius indigens. Ostenditur ergo minui non posse operationem per ipsam communicationem. Sic ergo nobis habet omnia bona is qui est cognitione præditus, potestate: sed nondum etiam numero, nam alioqui dimoueri non posset, quod attinet ad diuinos qui debentur profectus ac administrationes. Hunc quoque Deus adiuuat, propinquiore honorans curatione. An non enim bonorum virorum gratia, & vt ea possiderent, & illis vsui, vel potius saluti essent, omnia facta sunt? Non ergo eis abstulerit ea quæ sunt propter virtutem, propter quos sunt quæ facta sunt. Clarum est enim quòd bonam ipsorum naturam & sanctum institutum honorans, iis qui bene viuere constituerunt, vires inspirat ad reliquam salutem, alios quidem solum adhortans, aliis verò qui ex se digni euaserunt opem ferens. Est enim omne bonum eiusmodi, vt adnascatur ei qui est præditus cognitione: siquidem ei est finis scire & facere scienter vnumquodque. Quomodo autem medicus præbet sanitatem iis qui ei opem ferunt ad sanitatem: ita etiam Deus æternam salutem iis qui opem illi ferunt, & cum eo cooperantur ad cognitionem, & ad bonas actiones. Cùm autem simul cum eo quod facimus, in nostra sint potestate ea quæ præcepta imperant, perficitur quoque promissio. Ac mihi videtur illud quoque rectè dici apud Græcos: Athleta quidem non ignobilis nec pusilli animi inter veteres, cùm longo tempore corpusculum exercuisset ad fortitudinem, ascendens ad Olympia, cùm Pisani Iouis aspexisset statuam: Si omnia, inquit, ô Iupiter, mihi rectè parata sunt ad certamen, iustè mihi redde victoriam. Sic enim cùm is quoque qui est cognitione præditus, citra reprehensionem & cum bona conscientia, quod ad se attinet, omnia impleuerit, & ad doctrinam, & ad exercitationem, & ad bonorum operum effectionem, & ad hoc vt Deo sit gratus & acceptus, id vniuersum salutem deducit ad perfectionem. Hæc ergo à nobis exiguntur quæ sita sunt in nostra potestate, & eorum quæ ad nos pertinent tam præsentium quàm absentium electio, & desiderium, & possessio, & vsus, & permansio. Quocirca verè puram & immaculatam oportet habere animam, eum qui cum Deo conseruatur, seipsum bonum perfectè efficientem: sin minus, proficientem ad cognitionem, & eam desiderantem, à vitijs autem operibus omnino esse auulsum.

[1] IVBEMVR *autem.* Postquam ostendit Clemens quodnã sit pium Deoq; gratum & acceptum sacrificium, nũc docet quemnã colere & honorare debeamus. Iubemur, inquit, colere & honorare Deũ filiũ & per ipsum patrem, Qui est autem Dei filius eundem credimus esse Dei verbũ & sapientiam, substantiæque seruatorem & ducem. Cum autem is vbique sit totus & semper, & nec certis locis contineatur, nec definitiis comprehendatur temporibus, nõ est certus locus quo colatur, nec tempus quo honoretur, nec certus constituitur locus ad colendum, nec tempus ad honorandum, sed vbiq; & semper est colendus & honorãdus. Quod si obijciatur esse certa tempora ab Ecclesia statuta, vt Deus colatur & honoretur, hoc quidem nemo inierit inficias. Sed dici potest, Deum quidem vbiq; & semper coli, sed certa loca vt templa & ædes sacras & certa tempora esse constituta, vt sciatur quo tempore & loco cõuenturus esset populus, qui alioqui Deum qui vbique & semper est, vbique & semper honorat & colit. Certis ergo & statis diebus nempe diebus festis, & certis locis ab Ecclesia constitutis, fit commemoratio præclarorum Dei beneficiorũ, quorum nisi congregatus admoneretur populus ea à memoria excideret, & qui semper est vbiq; colendus & honorandus, vix vnquam coleretur & honoraretur, nec laudaretur & gratiæ à populo simul congregato Deo agerẽtur, cui omnia ferre debet præcepta. Hæc est ergo causa cur & dies festi, & ædes sacræ sintab Ecclesia constitutæ, cum alioqui in templis manu facta Deus minime habitet. Populus ergo certis diebus & locis Deum colit & honorat. Genus autẽ electũ & sacerdotale, quod apud Psalmistam dicit septies se laudẽ Deo dicere, vbiq; & semper Deum colit & honorat, toto vitæ tempore eum laudens & ei agens gratias propter eam quam habet Dei cognitionem, eum, inquam, laudat & ei agit gratias, siue sit solus, siue cum aliis qui in Deum credunt quem scit vbique adesse. *Videtur autem cognitionis excellentiam.* Quanta sit excellentia eius qui est cognitione præditus ostendit propheta Dauid dũ Deũ rogat vt eum doceat bonitatẽ, disciplinam & cognitionẽ & scientiã, in summo loco ponens cognitionem per amplificationẽ. Nam in vera Dei quæ à Deo docetur cognitione consistit principalis perfectio, qua qui est præditus is verè est regalis sacerdos, & sanctus Dei regalis est, vt qui ratione imperat vitiosis animi motibus & perturbationibus. Sacerdos est, vt qui Deũ rite colit & honorat, eumq; rite colens & honorãs est sanctus Dei: hinc est quod hoc adhuc hodie seruatur apud barbaros Hebræos filiberes & Christianos, vt ex genere Sacerdotali ad regnũ prouehãtur. Qui certe apud Christianos sunt potestates plane regiam obtinent authoritatẽ. Ij suæ dignitatis memores cum vulgo promiscuam non habeant consuetudinem, nec cum eis in theatralibus versantur spectaculis. [c] *Quid autem non etiam vota.* Postquam dixit Clemens, non solum sanctorũ voces, sed etiam cogitationes, & aërem, atq; adeo totum mundum secantes, ad Deum peruenire, imo verò vim diuinam tanquam lucem totam occupare & peruadere animam. Hinc fit vt cum Deus prior totam peruadat & occupet, non tam ad eum voces perueniãt & cogitationes, quam ipse prior ad eas venit. Quinetiam ad Deum peruenium quæcunque homo proponit & instituit, tanquam quæ suas habeant voces, quæ emittuntur ab ipsa animæ conscientia. Sed non opus est vt Deus eorum expectet voces, cum omnia nouerit quæ sunt futura, etiam antequam fuãt perinde ac si iam sint. Aperit Deus, & in lucem profert Deus quæcunque sunt in anima, vt qui eam ipsa scrutetur intima penetralia. Deus omnia ita videt & audit, vt quodammodo dici possit totus oculus & auditus. Audit autẽ & videt longe perfectius licet sensũ nullis præditus sit instrumentis. Adeo quod certè clare videt & audit, vt eius vim sentiendi non male explicet qui totũ eum esse dicit oculi faciẽtũ. Hoc est de Deo rectè sentire tales sensus illi tribuere qui sint excellentissimi & perfectissimi. Quã à quis aliter sentiat, nec de Deo cõuenientem habeat opinionẽ, de eo viles & abiectas & Dei maiestati indignas suscipiens notiones & cogitationes, is est impius & à vera religione alienus, is nec in hymnis nec verbis, nec scriptis, nec dogmatibus rite Deũ colit. Hinc fit vt vulgus quod temerè Deũ laudat, cum nesciat veritatem, eum potius maledictis appetat & execretur quam laudet. [d] *Hæc mihi venit.* Cum de penetratione multa dixisset Clemens, recordatus autem esset esse hæreticos quos vocat diuersa sentiẽtes, vt qui diuersa sentirent à fide Catholica (ij sunt Prodicus Gnosticorum pater, & eius sectatores qui dicebãt ab esse orandũ) hoc illi visum est confutandũ, ne frustra ab eo suscepta esset hæc oratio. Huius impiæ sententiæ se fuisse inuentorẽ iactabat Prodicus, cũ multis ante eũ seculis id ipsum sensisset Aristippus philosophus Cyrenaicus, & eius assectæ. Aduersus eos quidẽ statuit disputare, sed in aliud tempus differt disputationẽ, ne cũ esset prolixior, ea abrumperet cursũ cœptę orationis. In aliud ergo tẽpus dilata ea aduersus Prodicum disputatio, pergit Clemens tractare de oratione. Dicit itaq; eum esse verè pium & religiosum Dei cultorẽ, qui ex regula Ecclesiastica, id est cõuenienter scriptis quæ recepit Ecclesia est cognitione præditus, is cũ ex Dei voluntate quæ est ei apprimè nota, cuncta dispertiat, distribuat, & administret, à Deo impetrat non solũ quod petierit, sed quod vel tantum cogitarit. Non est autem mirum si quod tantũ cogitarit accipit. Nam cum omnia possit Deus, non est dubiũ quin illi concedat, quem scit omnia distribuere & administrare ex Dei volũtate. Deus itaq; qui nouit quinã sint digni bonis dat, etiãsi non petant, iis autẽ qui non sunt digni non dat, etiamsi sæpe petant. Dat itaq; Deus quæ singulis cõueniunt. Quamuis autẽ bona det Deus etiamsi nullæ preces præcesserint, nõ est tamen oratio superuacanea. Non est enim Deus eiusmodi vt ad dandũ cogi possit, sicut vis ignis est eiusmodi vt ardeat velit nolit. Orari ergo vult Deus vt bona eũ dignis dare omnes intelligant. Sed nec inuitis dat hominibus, quorum est liberum arbitrium ad bona suscipienda quæ dantur. [e] *Quoniam autem ortus dici imago est Orientis.* Fuit oratio ab iis qui orant cõuersis ad Orientẽ, quam quidem veterem fuisse traditionem scribit Basilius libro de Spiritu sancto. Oriens autem est imago ortus diei. Ipsius quoq; Christi imago est Oriens qui non videt, is sol exoriẽs, illuxit ex tenebris, iis qui volutabantur in tenebris exortus est dies veritatis. Veritas autẽ inter cætera continet etiam orationes, quæ & siunt ad ortũ solis & diriguntur ad verum orientem, nempe Christum. Vetustissima autem templa olim spectabant ad occidentem, vt ij quorum vultus conuersi



conuersi erant ad imagines seu idola, discerent oportere eos cõuerti ad verum Orientem nempe ad Christum, ad quem petit Dauid suam dirigi orationem non minus suauem & gratam, quam odorem suffitus quem vocant incensum & sacrificium, quod in veteri lege quotidie offerebatur vesperi. Nã iugiter quidem offerebat sacerdos & mane & vespere, sed dignissimũ erat illud sacrificiũ quod fiebat vespere, quod significabat & sacrificium crucis & Eucharistiã à Christo vespere institutam. [f] *Scelerati autem hominibus.* Cum possit dubitari vtrumne omnibus prosit oratio, respõdet Clemẽs, in sceleratis hominibus orationem non solum aliis, sed etiam sibi ipsis esse pernicios simam. Nam siue aliis siue sibi petierint, quæ sunt iusta & fœlicia, & ea impetratint, non modo non proderunt, sed etiã oberunt cũ nesciant quomodo eis sit vtendum. Nam qui orant vt bona fortunæ quę non habent possideant petunt non bona quæ sunt, sed quæ videntur esse bona, & quæ sæpius incommoda quã commoda possidentibus afferunt. Improbis ergo hominibus bona petentibus, quę mala sunt vti nescientibus, sæpe nõ prodest, sed obest oratio. Sed viro bono & Dei cognitione prædito raro vsuenit vt noceat oratio: nam ea demum petit quæ nõ ignorat sibi esse profutura. Nõ enim petit quæ non habet, sed vt quæ iam habet permaneant: quod si qua sunt quæ non habet, ad ea autem potest peruenire, petet aptitudinem, qua ad ea perueniat. Ita petet vt perueniat ad regnum cœlorum & vt æternam vitam consequatur. Si quæ autem sunt quæ suæ naturæ captum superant, sed sunt propria solius diuinitatis, ea sibi non petet ad quæ non est aptus, sed ei soli cui debẽtur, petet æternitatem. Ita soli Deo beato & immortali ab homine petitur omnis honor & gloria. Quod autem superius dixerat Clemens eũ qui est cognitione præditus, bona futura quæ sunt à Deo promissa ipse certa iam possidere, hic quoque sed aliter dicit. Dicit enim eum qui est cognitione præditus, omnia bona possidere, potestate quidem omnia, sed non omnia numero, id est nondum actu. Omnia autẽ numero & actu possessurum, quando quæ fuerint promissa, reipsa fuerit consecutus. Quod autem promissa bona nondum actu possideantur, ex hoc potest intelligi, quod adhuc restat vt in multis diuina gratia proficiat, multaq; gerat & administret quę pertinent ad salutem: hunc autem honorat Deus propinquiore sua cura & prouidentia. Nã propter bonos viros facta sunt omnia, nempe vt ea possiderẽt, vt ea illis essent vsui & confererent ad salutẽ. Cum ergo Deus omnia fecerit & crearit propter bonos vitos qui viuũt ex virtute, eis minime abstulerit quæ sunt propter virtutem. Tantum certè abest vt virtutem & quę ad eũ pertinent auferat, vt bonam eorum honorans naturam & institutũ, eis det vires partim eos adhortans qui partim aut nihil ex se possunt, partim iis qui ex se digni sunt opem ferẽs. Ex se autem digni sunt qui sua spõte sunt boni, quibus omne bonũ adnascitur. Ei autem adnascitur cui est finis & scopus vt sciente vnumquodq; agat: sciẽter autẽ scit & facit, qui absq; ratione nihil scit & nihil facit, sciẽter autẽ nescit & facit, qui neq; suæ scientiæ, neque factí certam potest reddere rationem. Is ad hoc vt sciat opus habet exhortatione. Qui autẽ scit sciẽter nõ eget exhortatione sed opus habet vt adiuuetur, adiuuetur inquam, à Deo, sine cuius auxilio est inutilis & inefficax scientia, & rursus vt Deũ adiuuet ei cooperãdo: cooperatur autem, qui suo libero vtatur arbitrio. Neq; enim Deus operatur in inuitum, quod quidem medici probat exemplo, qui dat quidem sanitatẽ, sed eam non dat inuito. Non sanatur enim nisi qui iubens ei à medico data acceperit medicamenta, vt noxij expellantur humores, quibus expulsis restituitur sanitas: ita Deus quoq; æternam dat salutem, sed non inuitis. Iis enim demum dat salutem qui ab ipso datã accipiũt scientiam, & bonas quæ ab ea procedũt actiones. In nostra autem potestate sunt, & quæ agimus, & quæ nobis à Deo data præcepta imperant. Hinc fit, vt nobis à Deo facta perficiatur promissio. Dantur enim quæ sunt nobis à Deo promissa, quod quidem non est aliud quam æternam à Deo consequi salutem.

[1] QVINETIAM *decet eum omnes orationes & probè facere, & cum probis. Est enim vbricum ac periculorum vnà adscribi cum peccatis aliorum. Vnà ergo cum ijs qui secentiùs crediderunt, is qui est cognitione præditus, de ijs precabitur de quibus vnà etiam agere conuenit. Vniuersa autem eius vita, est quidem celebris ac sanctus dies festus. Atque ei quidem sacrificia, sunt ipsæ preces & laudes, & quæ ante cibum fiunt scripturarum lectiones: psalmi autem & hymni, dum cibus sumitur: antequam eatur cubitum, quintiam noctu, rursus orationes. Per eas seipsum vnit choro diuino, ex memoria continua in memoriæ semper mandanda positus contemplatione. Quid verò, an non aliud quoque sacrificium, nempe dogmatum & pecuniarum in egenos largitionem cognoscit? Maximè. Sed nec ea quæ fit ore vtitur verbosa precatione, vt qui quæ petere à Domino oporteat, didicerit. In omni ergo loco orabit, sed non vt aperte populo appareat. Is verò dum & ambulatione vtitur & sermone & quiete & lectione & ijs quæ fiunt ex ratione, omni modo precatur, & si in ipsius animæ penetralibus solùm cogitauerit, etiam inenarrabilibus gemitibus Patrem inuocauerit: ille autem propè adest eo adhuc loquente. Cùm sint autem tres fines cuiusuis actionis, propter id quidem quod est bonum & vtile omnia operatur: voluptatis autem causa aliquid agere, his relinquit qui vulgarem vitam sequuntur. Longè autem abest vt qui in tali pietate probatur & diudicatur, sit ad mentiendum propen-*

Exod. 29. Num. 28.

sus & ad iurandum: est enim iusiurandum quidem confessio definitiua cum diuina assumptione. Qui est autem semel fidelis, quemadmodum seipsum infidelem præbuerit, vt etiam opus habeat iureiurando, & non ita vitam gesserit vt ea sit firmum ac definitum iusiurandum, & fidem confessionis ostenderit in constanti stabilique vita & sermone? Si autem in iudicio eius qui facit & loquitur positum est facere iniuriam, non in perpessione eius qui patitur persecutionem, neque mentietur, neque peierabit, vt qui Deum offenderit iniuria, cùm eum sciat natura esse eiusmodi vt minimè læsi possit. Sed neque propter proximum mentietur, vel aliquid transgredietur, quem didicit diligere, etiamsi non sit familiaris. Propter seipsum autem multo magis neque mentietur, neque peierabit, siquidem nunquam sua sponte in seipsum iniustus inuenietur. Sed neque iurat, vt qui in affirmatione quidem, Næ vel Est: in negatione autem, Non, ponere constituerit. Iurare enim, est iusiurandum, vel tanquam iusiurandum mente conceptum proferre affirmatio. ἐυγνωμοσύνη. Sufficit ergo ei vel affirmationi vel negationi addere illud, Verè dico, ad comprobandum ijs qui non perspiciunt stabilitatem eius responsionis. Oportet enim eum habere, vt ego quidem existimo, apud externos quidem vitam fide dignam, vt ne postuletur quidem ab eo iusiurandum: in seipsum autem & eos qui conuersantur, animi æquitatem, quæ est iustitia voluntaria. Iam verò rectè & verè iurans, non autem procliuis ad iurandum, est is qui est præditus cognitione, qui raro quidem accedit ad iurandum, sed ita vt diximus. Quanquam verum esse in iureiurando, sit cum ea quæ est in vero consensione: contingit ergo hoc euenire, quatenus quis se rectè gerit in officiis. Vbinam ergo est amplius opus iureiurando, ei qui ita viuit vt qui pernenerit ad summum veritatis? Qui ergo ne iurat quidem, multum abest vt sit peieraturus: qui autem nihil transgreditur ex ijs quæ pacta & conuenta sunt, is nunquam iurauerit, cùm transgressionis & perfectæ obseruationis in factis sit obseruatio, sicut certè mentiri & peierare, in dicendo & iurando præter officium. Qui autem iustè viuit, nihil ex iis quæ decet fieri transiliens, vbi examinatur iudicium veritatis, is factis verè & sanctè iurat: est ergo ei superfluum linguæ testimonium. Cùm ergo sit ei semper persuasum Deum esse vbique, & erubescat non verum dicere, & falsum dicere cognoscat se esse indignum, diuina & sua ipsius contentus est conscientia: & eo ideo non mentitur, neque præter pacta conuenta facit aliquid. Ea ratione neque iurat, si fuerit rogatus: neque vnquam negat, ne falsum dicat, etiamsi moriatur in tormentis. Eius autem qui est præditus cognitione dignitatem, maximè auget & amplificat, qui aliorum docendorum suscepit præfecturam, vt qui maximi quod est in terris boni dispensationem & verbo & facto acceperit, per quam intercedit vt fiat cum Deo coniunctio & societas. Quomodo autem qui res terrenas colunt ac venerantur, precantur imagines perinde ac si audiant, firma ac stabilia ducentes pacta conuenta quæ eis fiunt authoribus: ita authoribus ac ducibus animatis imaginibus, scilicet hominibus, vera verbis magnificentia à fide digno magistro accipitur: & quod in eos confertur beneficium, refertur ad ipsum Dominum, ad cuius imaginem docensis qui reuera est homo, fabricatur & componit, ad salutem renouans, hominem catechumenum. Quomodo enim ferrum Martem Græci appellant, & vinum Bacchu, per aliquam relationem: ita is qui ex præditus cognitione, proximorum vtilitatem propriam salutem existimans, merito dicitur Domini imago animata, non quoad formæ proprietatem, sed quoad symbolum gnimue potestatis, & similitudinem prædicationis. Quicquid habet in mente, id etiam fert in lingua, apud eos qui digni sunt audire, ex assensione & certa sententia simul dicens & viuens. Vera enim simul sentit & dicit, nisi si quando loco medicinæ, vt medicus ad ægrotantes, ad eorum qui laborant salutem, mentietur, aut falsum dicet, vt



ainuit Sophistæ. Ecce enim Timotheum præclarus circuncidit Apostolus, cùm vociferaretur & scriberet circuncisionem manu factam nihil prodesse: sed ne repentè & aceruatim à lege auellens, ad eam quæ est ex fide cordis circuncisionem, adhuc reluctantes eos qui audiebant Hebræos, à synagoga cogeret abrumpere, se Iudæis accommodans, factus est Iudæus, vt omnes lucrifaceret. Qui ergo propter proximorum salutem quibus se accommodat, se ad solam demittit accommodationem, is nullius simulationis omnino cogitur esse particeps, propter periculum quod imminet iustis ab ijs qui eis inuident. Propter solam autem propinquorum vtilitatem, faciet quædam quæ non principaliter ab eo fierent, si non faceret propter illos. Is seipsum tradit pro Ecclesia, pro familiaribus quos ipse in fide genuit, in exemplum, iis qui possunt suscipere summam œconomiam, benigni & pij doctoris, ad ostendendam verborum veritatem, ad operationem charitatis in Dominum. Is est eiusmodi vt à timore non redigatur in seruitutem, verus in sermone, tolerans in labore, nec in ea quæ profertur oratione volens vnquam mentiri, & in ea se semper ita gerens vt non peccet: quando quidem ipsum mendacium, vt quod cum aliquo dolo dictum sit, non est sermo ociosus, sed exercetur ad vitium. Vndique ergo veritati testimonium fert is solus qui est cognitione præditus, & facto, & oratione: semper enim in omnibus omnino se recte gerit, & in sermone, & in actione, & in ipsa cogitatione. Hæc ergo est, vt cursim persequendo dixerim, Christiani pietas & religio. Si hæc facit vt dicit, & conuenienter rectæ rationi piè facit & iustè. Si hæc ergo ita se habent, solus reuera fuerit pius, iustus, religiosusque ac verus Dei cultor, is qui est cognitione præditus. Non est ergo Christianus impius (hoc enim fuerat propositum ostendere Philosophis) quare nullum malum vel turpe, quod est iniustum, nullo modo vnquam operabitur. Consequenter ergo nec se gerit impiè, sed vel solus piè ac sanctè Deum colit, eum, inquam, qui verè est Deus, princeps, & Rex omnium, & omnipotens, ex vera religione purè & castè colens. Est enim, vt semel dicam, cognitio, quædam hominis, tanquam hominis perfectio, quæ completur per rerum diuinarum scientiam, & modo, & vita, & sermone congruens & consentiens sibi & verbo diuino, vt per eam solum fidelis efficiatur perfectus. Est ergo fides aliquod bonum intrinsecus positum, & quæ absque eo, quod Deum quærat, Deum esse confitetur, & vt qui sit glorificat: vnde oportet ab hac fide eductum & in ea auctum, gratia Dei, quoad eius fieri potest, eius accipere cognitionem. Dicimus autem cognitionem differre à sapientia quæ est per doctrinam: nam quatenus quidem est aliquid cognitio, hoc omnino est etiam sapientia: quatenus autem est aliquid sapientia, non est omnino cognitio. In sola enim sermonis qui profertur cognitione, nomen sapientiæ visione apprehenditur. Verumenimuero de Deo non dubitare, sed credere, est fundamentum cognitionis. Est autem vtrumque Christus, fundamentum, inquam, & ædificium, per quem est & principium & finis. Et extrema quidem non docentur, nempe principium & finis, fides, inquam, & charitas. Cognitio autem quæ datur ex traditione per Dei gratiam, veluti quoddam depositum committitur ijs qui seipsos doctrina dignos exhibuerint, ex qua elucescit charitatis dignitas, ex luce in lucem. Dictum est enim, habenti dabitur. Fidei quidem cognitio; cognitioni autem, charitas: charitati autem, hæreditas. Hoc autem fit quando quis à Domino pependerit per fidem, cognitionem & charitatem, & vna cum eo ascenderit, vbi est fidei nostræ & charitatis Deus & cultor. Vnde in fine traditur cognitio ijs qui ad hoc sunt apti & selecti, eò quòd maiori præparatione opus sit & præexercitatione, & ad ea audienda quæ dicuntur, & ad vitam componendam, & ad considerandè progrediendum ad id quod est vltra eam quæ est ex lege iustitiam. Ea nos deducit ad finem interminatum & perfectum, prius docens eam quæ nobis est futura, Deo conuenientem cum Diu viuendi ratio-

Gal. 5. 6.

Matth. 25. Luc. 19.

ne

nem, cum ab omni pœna & supplicio fuerimus liberati, quæ sustinemus ex peccatis ad salutarem disciplinam. Post quam redemptionem, præmium & honores dantur consummatu, cùm cessauerint quidem à purgatione, cessauerint autem etiam ab alio ministerio, etsi sit sanctum, & inter sanctos: deinde ijs qui fuerint mundo corde, per proximam Domino adhæsionem, perpetuæ contemplationi permanet restitutio: & Dij vocati sunt appellatione, qui in ijsdem sedibus sunt collocati, in quibus alij Dij qui sunt primi à Seruatore constituti. Est ergo cognitio velox ad purgationem, & apta ad mutationem facilè suscipiendam in melius. Vnde etiam facilè traducit ad id quod est animæ cognatum ac diuinum & sanctum, & per cuiusdam proprij luminis mysticos profectus transmittit hominem, donec in supremum quietis locum restituerit eum qui est mundo corde docens Deum scienter & per comprehensionem contemplari facie ad faciem. Hæc est enim vtique animæ cognoscentis perfectio, vt cùm omnem purgationem & ministerium superauerit, sit cum Domino, vbi est proximè & ei cohærendo subiecta. Fides ergo, vt semel dicam, est breuis & compendiosa eorum quæ vrgent cognitio. Cognitio autem est firma ac stabilis demonstratio eorum quæ assumpta sunt per fidem, quæ per doctrinam Domini supra fidem ædificatur, quæ transit ad id quod non potest excidere & mutari, & potest comprehendi scientia. Ac mihi quidem videtur esse prima quædam salutaris mutatio, quæ fit à gentibus ad fidem, vt prius dixi, secunda autem, quæ est à fide in cognitionem. Illa verò traijcens ad charitatem, hinc iam reddit amicum amico, id quod cognoscit, ei quod cognoscitur. Et fortasse qui est eiusmodi, ex hinc iam anticipauit vt sit similis Angelis. Post eam ergo postremam quæ est in carne excellentiam, semper prout conuenit mutatus ad id quod est melius, ad paternam aulam, ac verè Dominicam per sanctam hebdomadem contendit mansionem, futurus, vt ita dicam, lumen stans & manens propriè, quod est omni ex parte & omnino immutabile, qui est primus modus Dominicæ operationis, eius quæ dicta est à nobis remunerationis, conuenienter pietati & veræ religioni. Ex multis autem quæ sunt testimonia, vnum solum exemplum adducam, quod sic dictum est à Dauid propheta: Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo. Hic accipiet benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo Seruatore suo. Hæc est generatio quærentium Dominum, quærentium faciem Dei Iacob. Breuiter, vt arbitror, nobis significauit Propheta eum qui est præditus cognitione: cursumque & obiter, vt videtur, nobis demonstrauit Dauid, Seruatorem esse Deum, dicens eum esse faciem Dei, qui annunciauit & docuit de Spiritu. Quocirca Apostolus quoque appellauit filium charactêrem seu typum gloriæ patris, qui veritatem de Deo docuerit, & expresserit quod Deus & Pater vnus est & solus omnipotens, quem nemo nouit nisi filius, & cui filius reuelauerit. Vnum autem esse Deum, per eos qui quærunt faciem Dei Iacob, meminit, quem solum esse Deum patrem bonum exprimit Seruator noster & Deus. Generatio autem quærentium eum, est genus electum, quod est vi inquirendi præditum ad cognitionem. Et ideo Apostolus quoque dicit: Nihil vobis prodero, nisi vobis locutus fuero aut in reuelatione, aut in cognitione, aut in Prophetia, aut in doctrina. [c] Quanquam nonnulla quoque rectè fiunt ab ijs qui non sunt præditi cognitione: sed non ex ratione, sicut est in magni animi virtute. Nonnulli enim cum sint natura iracundi, & deinde id absque ratione aluerint, ad multa citra rationem quodam feruntur impetu, & faciunt similia ijs qui sunt magni & excelsi animi, adeo vt sordidi & illiberales artifices eadem nonnunquam rectè gerunt, quod attinet ad tolerantiam: sed neque ex eadem causa, ex qua qui est præditus cognitione, neque idem sibi proponentes, nec si totum corpus tradant. Charitatem enim non habent, quæ fit

Psal. 23.

1. Cor. 14.



quæ generatur, vt ait Apostolus, per cognitionem. Quæcunque ergo fit actio à scientê, ea est recta actio: quæcunque autem ab insciente, mala est, etiamsi maximè instet & vrgeat, quoniam non sit fortis ex consideratione: neque dirigit actionem ad aliquid vtile ex ijs quæ conuertunt ad virtutem, & procedunt à virtute. Eadem autem ratio est etiam in aliis virtutibus, quæ etiam ijs conuenienter in Dei cultu & religione. Non ergo in sanctitate solum talis est nobis is qui est cognitione præditus. Religioni autem ac Dei cultui qui fit ex scientia, sunt etiam consequentia præcepta de alia eius vitæ institutione. Vitam autem eius qui est cognitione præditus, nunc est nobis propositum describere, tion autem adducere dogmatum contemplationem, quam conuenienti tempore postea exponemus, simul etiam seruantes consequentiam. 2 De vniuersis ergo verè & magnificè differit, vt qui diuinam conceperit doctrinam. Cum ergo initium duxisset à creaturæ admiratione, quod possit accipi cognitio, domo argumentum afferens, fit alacer & promptus Domini discipulus. Cum primum autem audiuisset, Deum & prouidentiam credidit ex iis quæ est admiratus. Hinc impulsus omnibus modis dat operam disciplinæ, omnia illa faciens, per quæ poterit accipere cognitionem eorum quæ desiderat. Desiderium autem per profectum fidei, consistit contemperatum simul cum inquisitione: id autem est fieri dignum tali & tanta contemplatione. Sic Dei gustabit voluntatem, is qui est præditus cognitione: non aures enim præbet, sed animum rebus quæ significantur ab ijs quæ dicuntur. Cum ergo essentias ipsas & res acceperit per verba, merito animam quoque deducit, ad ea quæ oportet, illud, Non mœchaberis, Non occides, propriè accipiens, vt dictum est ei qui est præditus cognitione, non vt existimatum est ab aliis. Accedit ergo se exercens contemplatione quæ efficit scientiam, vt certamen ineat cum iis quæ magis vniuersè & magnificentius dicta sunt, rectè sciens, quod qui docet hominum scientiam vt ait Propheta, est Dominus, per eos hominis Dominus operans: ea ratione carnem quoque accepit. Merito ergo nunquam incundum præfert vtili, nec si casu aliquo cum præuentum meretricis vim afferens prouocet formosa mulier: Quoniam nec Ioseph quidem ab instituto abducere potuit vxor domini. 3 Ei autem se exuit per vim tenenti tunicam, vt qui à peccato quidem fuerat nudatus, honestatis autem & temperantiæ ornamentum induerit. Nam etsi oculi domini Ægyptij, inquam, Ioseph non videbant, at omnipotentis quidem certè inspiciebant. Nam nos vocem quidem audimus & corpora contemplamur: Dominus autem rem examinat, à qua fertur vocem edere & aspicere. His consequenter si vel morbus vel casus aliquis eum inuaserit qui est præditus cognitione: atque adeo mors quæ est omnium terribilissima, manet animo interritus, sciens quæcunque sunt eiusmodi esse naturæ necessitatem, sed sic quoque Dei virtute ea affici medicamentum salutis, vt quæ per disciplinam eos beneficio afficiant qui sunt incompositiores, & à sancta pro meritis vere differantur prouidentia.

## COMMENTARIVS.

[c] QVINETIAM *decet cum omnes orationes & probè facere, & cum probis*. Pergit Clemens ostendere quomodo se gerere oporteat eum qui Dei habet cognitionem & scientiam. Dicit ergo eum oportere facere omnes orationes & cum probis. Multæ quidem sunt orationes, sed in omnibus seruanda est ea formula quam in sua oratione nobis præscripsit Dominus. Non est autem orandum cum omnibus, sed cum iis demum qui sunt probi & sancti. Est ergo orandum in Ecclesia Catholica, non in synagoga hæreticorum & impiorum. Cur autem cum eis non sit orandum, hanc affert rationem, quod sit periculosum cum malis versari, ne eis similes euadamus, & ne peccata eorum adscribantur illis, qui iniquas & impias fundunt preces. Cum sancto, inquit Propheta, sanctus eris, & cum peruerso peruerteris. Orandum est autem non solum cum iis qui Dei habent scientiam, sed etiam cum iis, qui reuera crediderunt, & qui licet credant nondum perfectam habent cognitionem. Cum

eis precabitur is qui habet cognitionem preces concipiens, de quibus simul agere conuenit, nempe de mysteriis Ecclesiasticis & de iis quæ ad componendos & corrigendos mores pertinent. [a] *Cum autem vtrq;* Quidquid agit homo agit propter finẽ, tres autẽ sunt fines cuiuuis actionis: vnus est propter bonum seu honestũ & virtutem, alius autem propter vtilitatem & vitæ commoditatem, alius propter voluptatem. Duos autem fines sibi proponit is qui est cognitione præditus, operatur enim & vt recte & honeste ac ex virtute viuat, & vt prospiciat suæ vitæ cõmoditatem in quibus consistit vtilitas. Voluptatẽ tanquam homine indignã qui Dei habet cognitionem reijcit in eos qui sequuntur vulgarem viuendi rationem, & quæ magis conuenit bestijs quam hominibus. [b] *Longè autem abest vt qui in tali pietate probatur & doctus sit ad mentiendum.* Qui est probatus in Christiana pietate & religione, nec ad mentiendum nec ad iurandum est propensus. Iuniurandum autem seu iuramentum sic definit Clemens, vt dicat id esse confessionem diffinitiuam, id est affirmationem definitiuam cum diuina assumptione, id est ad id asserendum Dei accepto nomine. Qui autem in Christum credit is est fidelis. Fidelis autem nẽpe *πιστὸς*, dicitur & qui credit, & cui creditur, id est fides habetur. Qui autem in Christum non credit, est infidelis, & qui ita se gerit vt propter vitam impetrabam ei non credatur, est etiam infidelis, id est *ἄπιστος*. Vterque ergo est infidelis, & is qui non credit, & is cui non creditur. Qui autem in Christum credit & est fidelis, est vt qui ita credat & sit fidelis, & qui vitam suam ita instituat vt ei credatur, etiamsi non iuret. Talis est enim cuius vita ita est tanquam firmum ac stabile iuramentum, & ex eo quod in tota vita ita se gerat vt in omnibus factis eius perpetua sit constantia, & in omnibus eius dictis sit perpetua veritas. Ei ergo qui est eiusmodi etiam iniurato iure creditur, vt qui sit semper fidelis, nunquam autem infidelis. [c] *Eius autem qui est præditus.* Magna quidem est dignitas eius qui est præditus cognitione, sed est maior & amplior dignitas eius qui alios docendi mandatum suscipit munus, amplæ autẽ eius dignitatis causa est quod verbo & facto suis curet dispensandam doctrinam, qua nullũ est maius bonum in terris per quam nobis intercedit cum Deo cõiunctio & societas. Cum ergo per doctrinam homo Deo coniungatur quo nihil est homini melius, maxima est eius dignitas qui docendo hominem Deo cõiungit & conciliat. Qui autem Dei docet doctrinam est veluti imago animata. quæ est homo. Ostendit autem Clemens & similitudinem & differentiã inter animatas & animatas imagines. Qui pro Diis, inquit, colunt & venerantur res terrenas, quæ autem non habent imagines præcantur, perinde ac si audirent & quæ eis authoribus fiunt pacta conuenta pro nihilo habent & stabilibus, cũ tamen nulla possit esse authoritas in iis qui nec vident, nec sentiunt, nec quicquã intelligũt: in quo maximè falluntur qui inanima colũt simulachra. Nihil ergo efficiunt inanimæ falsorũ nempe terrenorũ deorum imagines, quantacunque eis detur authoritas. Aliud est in animatis imaginibus nẽpe hominibus, quibus authoribus & ducibus nempe docentibus, præclara & magnifica acquiritur Dei doctrina à fide digno magistro, nẽpe Christo. Quod autem in eos homines scilicet conferatur beneficiũ, id refertur in ipsum Dominũ, ad cuius imaginem & similitudinẽ, eum scilicet veluti representans & ad salutẽ renouans, efficit Catechumenum id est qui diuinam audiens doctrinam ingreditur viã salutis. Dominum autẽ representans & adorans imaginem per quandam relationem, dicitur is qui est cognitione prædictus. Quomodo per figurã quæ dicitur metonimia apud Græcos, Mars dicitur ferrum, & Bacchus vinum, dicitur etiam Domini imago animata, vt qui aliorum vtilitatem suam existimet salutem. Dicitur Domini imago, nõ quod eius formã representet essentialẽ, sed signum & symbolum eius potestatis, & ei prædicatione similis. Eius autẽ qui est cognitione prædit[a] talis est predicatio, vt quicquid habet in mente, id etiã ferat in lingua, id est prædicet apud eos qui digni sunt audire verbi Dei prædicationem: ita vtẽ prædicat, vt ei quod dicit assentiatur, & idẽ dicat & sentiat, & ita viuat vt eius vita à verbis non discrepet, & ita inter se congruant, & quod sentit & quod dicit vita. Aliquando tamen vsu venit, vt vera quidẽ sentiat, non vera tamen dicit; quando scilicet per quandã œconomiã alicui malo remediũ allaturus falsa dicit, verum interim sibi proponens sicut etiam aliquando medici ægrotos cœsaturi mẽdacio vel potius bono dolo vtuntur. Ita ille præclarus prædicator Paulus Apostolus summa cognitione præditus, cũ manufactam circumcisionẽ nihil prodesse sentiret, & palã diceret, sed solam cordis circũcisionem; quæ est ex fide, ne Iudæos offenderet, repente auellens à synagoga Timotheũ circumcidit, se Iudæis accommodans, & factus Iudæus vt omnes lucrifaceret. Eius enim erat institutũ non solos Græcos seu Gentiles, sed etiã Iudæos ad fidem adducere. Qui ita se demittit, & accõmodat & quadã vtitur œconomia & dispensatione propter propinquorũ vtilitatem & salutẽ, is minimè cogitur vt vtatur simulatione, sed quæ dicit ita dispensat, vt bono dolo vtatur non tendens ad mendaciũ sed ad veritatem, ac principaliter factum si non faceret propter alios quibus imminet periculum ab iis qui eis inuidẽt. Christianis enim imminebat periculũ à Iudæis qui eos inducunt ad manufactam circumcisionem, non ad cordis circumcisionẽ quæ est ex fide. Talis ergo est is qui Paulũ Apostolũ imitatus & cognitione præditus se tradit pro Ecclesia, & pro familiaribus, & pro iis quos Christo genuit, verborũ ostẽdens veritatem & charitatem in Dominum. Is in omnibus se recte gerit, nullo timore ita prætertitus vt nõ Christiana vtatur libertate, semper verũ dicẽs, nec vnquã volens mentiri, & in sermone ita se exercens, vt nunquã peccet: nam quod cum dolo profertur mendaciũ, id est sermo exercens ad vitium: & vt in summa dicam se omnino rectè gerit in sermone, actione & cognitione, & in ipsa etiam cogitatione. [d] *Hæc ergo est vt cursim persequendo dicerim Christiana pietas & religio.* Pergit Clemens ostendere in quo consistat perfectio Christiana, nempe in fide quæ perficitur & consummatur cognitione, quæ facit vt Christianus nihil turpe faciat nec inuitum, minimeque autem impius, quod in principio libri statuerat probare aduersus eos qui Christianos arguebant impietatis quod essent *ἄθεοι*. Atheus enim, id est sine Deo, non est qui fallos deos reijciẽs per fidem vnum solum credit esse Deũ, & per certã cognoscit cognitionem. Solus ergo est pius iustus ac religiosus: verusq; Dei cultor Christianus qui est cognitione præditus, Deus autem quem colit est princeps & rex omnium & omnipotens. Eum autem colit ex vera & recta pietate, & religione, nempe pura mente & inuentis sacrificiis. Sicut autẽ perfecta est fides, quæ Dei recta perficitur cognitione ita cognitio est hominis perfectio quatenus



ctio quatenus est homo. Multæ enim sunt hominis perfectiones, sed vna sola est quatenus est homo, quæ est vera & recta Dei cognitio. Ea autem cognitio est rerum diuinarum scientia quæ sola hominem perficit, etiamsi omnes aliæ artes desint & scientiæ, quæ etsi iuuant hominẽ tamen minimè perficiunt. Qui hanc attigit perfectionem in rebus omnibus cum moderatione, & in omnibus vitæ actionibus & sermonibus ita se gerit, vt sit semper sui similis, & à verbo Dei minimè discrepet. Per hanc cognitionem est perfectus fidelis. Perfectus enim non est fidelis, qui eius quod credit non habet scientiam. Est autem fides bonum internum quæ Deum confitetur, etsi eum quærat vt cognoscat & glorificet, vt qui sit Deus. Primum ergo oportet in fide educari, in qua cum incrementum fuerit acceptum, fidei quoad eius fieri potest Dei gratia accipienda est cognitio. Duobus autem modis dicitur cognitio: est enim cognitio quæ per doctrinam discitur, nempe per rationem, demonstrationem, & causam, ea autem dicitur sapientia. Dicitur etiam cognitio quæ non discitur per doctrinam neque per humanam rationem & demonstrationem, sed per Dei inspirationem & reuelationem. In solo autem sermone qui profertur non est constituenda, sed nomen solum cognitionis ex visione & apparatione sapientiæ quæ non est quod videtur. Atque fidelis quidem Christiani perfectio est, cognitionis autem fundamentũ est fides: de Deo enim nõ dubitare sed credere est fundamentũ. Christus autẽ est vtrumq; & fundamentum, & ædificium, per quem est principium & finis, fides scilicet & charitas. [e] *Quanquam nonnulla.* Omnia recte faciunt qui sunt prædita cognitione, & ea faciunt ex ratione & scientia, fiunt autem nonnulla quoq; recte ab iis qui non sunt præditi, sed non faciunt ex ratione. Recte & ex ratione faciunt qui sunt fortes magnique & excelsi animi: quæ autem sunt iracundi, neque iram compescunt sed aiunt, recte aliquid faciunt, sed ad agendum effrenato quodam feruntur impetu non ducente ratione. Videntur autem non dissimiles iis qui sunt magni & excelsi animi. Eadem etiam agunt, quod attinet ad patientiam sordidi & illiberales artifices, quæ qui sunt cognitione prædit. Sed nec in causa, nec in fine conueniunt. Sordidum enim & illiberalem nõ impellit ratio, sed turbulenti animi motus, nec idem sibi proponit quod qui est cognitione præditus. Is enim & incitatur à ratione & proponit sibi præmia quæ expectantur, & tormentorum perpessioni præponunt, quæ non expectant opifices etiamsi totum corpus tradant torquendum, charitatem enim non habẽt quæ gignitur ex cognitione. Ea ergo actio demum est bona ex cognitione & scientia, mala autem quæ fit ex ignorantione & inscientia quantumuis sit acris & vehemens. Non bona certe est actio eius, qui eadem quidem gerit quæ fortis, sed ea gerit sine ratione & consideratione, neque tendunt ad virtutem, nec procedunt à virtute. Quomodo autem in pietate & Dei cultu, religione & scientia opus est cognitione, sic etiam in aliis virtutibus. Sicut autem in aliis virtutibus quæ sunt ex cognitione & scientia sua sunt præcepta, ita etiam sua habet præcepta religio, & Dei cultus, quæ tractant de vitæ institutione eius qui est prædit⁹ cognitione. Ea mox tradit Clemens fieri, de dogmatibus referuans in aliud tẽpus. [f] *De vniuersis.* Cum qui est cognitione prædit⁹ diuinam doctrinam ex sacris scripturis conceperit, quæ vniuersa complectitur, is de vniuersis verò & præclare disserit, colligit præcepta quæ pertinent ad vitæ suæ institutionẽ. Diuinam autem doctrinam ex hoc cœpit cõprehendere, quod cum res vidisset creatas, eas etiã admiratus, ex earũ consideratione cognouit Deũ esse qui eas creauit, & sua prouidentia earum curam gerit. Ex illa rerũ creatarũ admiratione orta est fides. Simul enim & Deum omnipotentem esse credidit, qui omnia condidit, & sapientiã qui omnia quæ fecit sua prouidentia regit & administrat. Cum ergo ex rebus creatis cognouisset homo Deũ & eius prouidentiam, ex eo accepit argumentũ qui quærit cognitionem, quod non longè esset petenda cognitio, sed è domo sua sumenda, id est ex rebus creatis: hinc fit prõptus & alacer Domini discipulus, qui se totũ dedit disciplinæ, vt omnib⁹ modis acciperet cognitionẽ eorũ quæ desiderat. Prima est ergo fides quæ oritur ex rerũ creatarum admiratione: fidem autem sequitur desiderium: desiderium autẽ inquisitio, ex quibus coniunctis & contemperatis perficitur cognitio. Hæc opus est contemplatione ad assequendã quæ desideratur cognitionẽ. Ita ad Dei peruenientes cognitionẽ, qui eum quærit gustat Dei cognitionem, intelligens quam suauis sit Dominus, nõ verba quidem attendens, sed iis quæ per verba significantur mentẽ adhibens: Per verba autem significantur res, & essentiæ, quas ex verbis accipit qui quærit cognitionẽ, deducit autem ad animam ea quæ oportet, nempe quæ illi conueniunt. Conueniunt autẽ animæ ea quæ mens percipit & quæ cadunt sub intelligentiam. Porro autẽ verba non ita semper accipit vt sonant, sed mysticos arcanos & allegoricos sensus ex eis elicit, Verba enim illa, Nõ occides, Nõ mœchaberis, aliter interpretantur quã vulgus censeat interpretandũ: hæc ad mysticos & allegoricos sensus deductio, est veluti quædã contemplatio. Ea contemplatio efficit scientiã, quæ versatur in iis quæ sunt magis vniuersa & magis præclara: in ea se exercet is qui quærit cognitionẽ, vt vincendo sciens superet ea quæ sunt vniuersa & magis præclara. Vincitur enim quæ diuturna contemplatione acquiritur scientia. Contemplatione autem ideo acquiritur scientia, quod fit Dominus qui eam docet. Docet autem eam per os hominis. Quod vt melius faceret & conuenientius, carnem accepit & homo factus est.

[a] VTENS *autem rebus creatis, quando dicet & quantum dicet verbum ei qui creauit* V1.
*actu gratiis, vsus earum fit dominus: nunquam acceptæ est memor iniuriæ, nulli indignatur, aut acerbe in eum inuehitur, etiamsi sit odio dignus propter ea quæ facit: colit enim creatorem, diligit autem vitæ socium, eius miserens & pro eo orans propter eius ignorantiam. In corpus quoque suum per consensionem afficitur, cui quidem natura patibili est alligatus, sed non in ipsum primam suscipit affectionem. In inuoluntariis quidem certè casibus à doloribus seipsum deducens ad ea quæ sunt eius propria, non abducitur ab iis quæ sunt ab eo*

aliena: ijs autem cedit & se commodat, quæ sunt solum eius necessaria, quatenus illa conseruatur anima. Non enim opinione aut existimatione solum vult videri esse fidelis, sed cognitione & veritate, hoc est firmo & stabili facto & sermone efficaci. Non solum ergo laudat bona & honesta, sed ipse etiam cogitur esse bonus & honestus, à bono & fideli seruo transiens ad amicum per charitatem propter perfectionem habitus, quam ex vera disciplina & multa exercitatione acquisiit. Vt qui ergo magna vi contendat vt perueniat ad summum cognitionis, moribus ornatus, habitu compositus, habens omnia illa commoda eius qui est verè cognitione præditus, pulchras respiciens imagines, multos quidem qui se recte & ex virtute antea gesserunt, Patriarchas, plurimos autem Prophetas, & innumerabiles Angelos, & postremò Dominum qui nos docuit, & ostendit fieri posse vt summam illam vitam assequamur: propterea omnia mundi bona quæ sunt in promptu & ad manum, non diligit, ne humi remaneat, sed ea quæ sperantur, vel potius quæ iam sunt cognita, sperantur autem esse comprehendenda. Hac ergo ratione & labores, & tormenta, & afflictiones sustinet, non vt qui sunt fortes apud Philosophos, propter spem quòd præsentes quidem sint cessaturi dolores, sint autem rursus iucundorum futuri participes, sed cognitio ei persuasionem ingenerauit firmissimam futurorum spei recipiendæ. Quocirca non solùm quæ hìc sunt supplicia, sed etiam iucunda contemnit omnia. Aiunt certè beatum Petrum, cùm vidisset vxorem suam duci ad mortem, lætatum quidem esse propter vocationem, & quod domum reuerteretur: valde autem exhortando & consolando proprio nomine eam compellantem dixisse, Heus tu memento Domini. Tale erat beatorum matrimonium, & vsque ad amicissima perfectissima affectio. Ea ratione Apostolus quoque qui vxorem ducit, tanquam qui non ducit, inquit, volens matrimonium minimè moueri affectione, & nequaquam diuelli à charitate in Dominum, quam tenere ad Dominum peregrinanti vxori suasit qui verè erat vir. An non est ergo eis manifesta fides spei post mortem, qui etiam in ipso tempore tormentorum Deo agunt gratias? Firmam enim & constantem, vt opinor, fidem possidebant quam fideles quoque consequebantur operationes. Est ergo in omni casu fortis ac valida anima eius qui est cognitione præditus, quæ veluti corpus Athletæ, & optima est habitudine, & maximas habet vires. Est enim optimi quidem consilij in ijs quæ ad homines pertinent quid sit iusto faciendum sententiam exponens, nempe quæ supernè à Deo procedunt principia, & ad Dei assimilationem, voluptatum & molestiarum corporis acquirit moderationem. Audacter autem insurgit aduersus metus in Deo habens fiduciam. Reuera ergo terrestris diuinæ virtutis imago est anima cognitione prædita, perfecta virtute exornata ex his omnibus simul, natura, exercitatione, & quæ simul creuit ratione. Hæc pulchritudo animæ sit templum sancti Spiritus, quando affectionem Euangelio consentientem per totam vitam habuerit. Qui est eiusmodi insurgat aduersus omnem metum, omne periculum, & quicquid est formidabile, non solum mortem sed etiam paupertatem, & morbum, & ignominiam, & quæcunque sunt huius generis; vt qui & à voluptate vinci nequeat, & rationis expertibus dominetur cupiditatibus. Bene enim nouit quæ sint agenda, & quæ non, vt qui pulchrè nouerit quænam sint reuera grauia & pertimescenda, & quæ non. Vnde scienter sustinet ea quæ oportet, & quæ decere ei dictat ratio, scienter distinguens ea de quibus habenda est fiducia, hoc est, ea quæ sunt bona, ab ijs quæ videntur, & terribilia ab ijs quæ apparent, vt pote morte, morbo, & paupertate, quæ quidem sunt potius opinionis quam veritatis. Hic est qui reuera est vir bonus, qui per habitum vel affectionem animæ virtute præditæ remotus ab animi perturbationibus, vniuersam superat vitam



uit vitam affectionibus obnoxiam. Huius omnia à seipso dependent ad finem acquirendum. Nam quæ fortunæ dicuntur incommoda, ea viro bono non sunt formidabilia, quoniam non sunt mala. Quæ autem verè sunt grauia, ea sunt à Christiano aliena, qui est præditus cognitione, vt pote quæ ex diametro pugnant cum bonis, quoniam ea sunt mala, nec fieri potest vt eidem eodem tempore simul insint contraria. Qui citra vllam ergo reprehensionem egerit actum vitæ, quem ei Deus agendum præbuerit, quæ sunt agenda, & quæ sustinenda cognoscit. [b] Nunquid ergo si propter eorum quæ sunt grauia aut non grauia, ignorationem, consistit pusilli & abiecti animi vitium, solus qui est præditus cognitione, audenti fidentique est animo & cognoscit bona, quæ sunt, & quæ futura sunt. Cum his autem, vt prius dixi, vnà sciens ea quæ non sunt reuera grauia, vt qui sciat solum vitium esse inimicum, & exitium afferens ijs qui proficiunt ad cognitionem, armis Domini munitus, aduersus id bellum gerit. Non enim si quid constat propter imprudentiam, & diaboli operationem vel potius cooperationem, hoc protinus fuerit imprudentia aut diabolus, quoniam nulla operatio est prudentia: prudentia enim est habitus. Nulla autem operatio est habitus. Non ergo neque quæ propter ignorationem consistit actio, iam est ignoratio, sed vitium quidem est propter ignorationem, non tamen ignoratio, neque enim animi motus, neque peccata sunt vitia, etsi procedant à vitio. Nullus ergo citra rationem fortis, est cognitione præditus: nam pueros quoque sic dixerit aliquis fortes, qui quæ sunt formidabilia sustinent, propter eorum quæ sunt grauia ignorationem: ignem quidem certè sic tangunt, & feras quæ in hastas incurrunt, cùm sint fortes citra rationem, vocauerint ratione præditas. Fortasse autem, hi quoque fortes dicent præstigiatores se in gladios rotantes, qui ex quadam experientia propter vilem mercedem malam artem exercent. Qui est autem reuera fortis, cùm propter multorum inuidiam & æmulationem, manifestum videat periculum, quod accedit considenter accipit, hac ratione separatus ab ijs qui dicuntur Martyres, quod alij quidem sibi ipsis præbeant occasionem, & se nescio quomodo in ipsa pericula injiciant: bonis enim verbis vti par est: hi verò se ex recta ratione componentes, deinde cum Deus vocauerit prompto & alacri animo se tradentes, & confirmant vocationem ex eo quod nihil temerè & præcipitanter de se constituerint, & virum præbent examinandum in ea quæ est ex veritate rationali fortitudine. Neque ergo metu maiorum minora tolerant vt reliqui, neque timentes ne vituperentur ab ijs qui sunt eiusdem loci & sententiæ, in confessione persistunt vocationis, sed propter suam in Deum charitatem lubentes parent vocationi, nullum alium sibi scopum proponentes, nisi vt Deo placeant, non autem propter præmia laborum. Nam alij quidem propter gloriæ cupiditatem: alij verò quod vitent aliud grauius supplicium: alij verò propter quasdam latitias & voluptates post mortem futuras patiuntur: pueri in fide, beati quidem, sed qui nondum sunt viri in ea quæ est in Deum charitate, vt is qui est cognitione præditus. Sicut enim sunt quomodo in gymnicis certaminibus, ita etiam in Ecclesia coronæ virorum & puerorum. Charitas autem est ipsa propter se eligenda & expetenda, non propter aliquid aliud: ei ergo qui est cognitione præditus, vnà cum cognitione augetur perfectio fortitudinis, ex vitæ exercitatione quæ semper est meditata vincere motus animi. Metu ergo & formidine vacuum, & in Domino confidentem reddit suum Athletam, iniungens & exercens charitas: quomodo ei tribuit iustitia vt per totam vitam verum dicat. Est enim iustitiæ compendium; dicere erit vestrum: Næ næ, & non non. [c] Eadem ratio est etiam in temperantia: neque enim propter honoris cupiditatem, quomodo Athletæ propter coronas & gloriam, neque rursus propter pecuniæ cupiditatem, vt nonnulli præ se ferunt esse tem-

perantes ac moderati, grauimotu & perturbatione animi bonum persequentes: sed neque qui propter rusticitatem est continens, & non gustat voluptates, est vllus verè temperans. Certè cùm voluptates gustauerint qui in faciendo opere vitam terunt, continentiæ inflexam duritiem infringunt ad voluptates. Tales autem sunt ij quoque qui lege & metu prohibentur: nam si acceperint occasionem, furtim legem transgrediuntur, ea quæ sunt honesta sugientes. Quæ est autem propter seipsam expetenda temperantia, vt quæ per cognitionem perficiatur & semper maneat, virum efficit Dominum, & qui sua authoritate imperet, vt sit temperatus is qui est cognitione præditus, & nec afficiatur à voluptatibus, nec liquetur doloribus, vt aiunt Adamentem igne minimè liquescere. Horum ergo causa est sanctissima & totius scientiæ præcipua charitas. Per cultum enim eius qui est optimus & excellentissimus, qui ex vno charactêrem accipit, amicum simul & filium efficit eum qui est præditus cognitione, perfectum reuera virum, vt qui creuerit in mensuram ætatis. Quinetiam quæ est circa eandem rem concordia ac consensio, est assensio: quod autem idem est, vnum est. Amicitia autem perficitur per similitudinem communitis quæ sita est in vna. Qui est ergo cognitione præditus, cum diligat eum qui verè est vnus Deus, & sit vir verè perfectus, & Dei amicus, in filij locum cooptatus (hæc enim sunt nomina nobilitatis & cognitionis & perfectionis) per Dei contemplationem, quam summum profectum cognoscens capit animo, munda plane effecta, & facie, inquit, ad faciem Deum omnipotentem æternè videre digna, tota enim effecta spiritualis, cùm ad id quod est cognatum processerit in Ecclesia spirituali, manet ad Dei requiem, atque hæc quidem ita sint. Cùm autem ita se habeat is qui est cognitione præditus, & quod ad corpus attinet, & quod ad animã, & quod ad propinquos, seu fuerit seruus, seu hostis lege factus, seu qualiscunque inuenitur æqualis & similis (non enim conuenienter legi diuinæ despicit fratrem eodem patre & eadem matre natum) cum certè qui affligitur alleuat consolationibus, adhortationibus, ijs quæ sunt ad vitam necessaria succurrens: dans omnibus egentibus, sed non similiter, sed iustè & pro meritis: quinetiam ei qui persequitur & odio habet, si eo indigeat, parum curans eos qui dicunt, propter metum ei dedisse: si non hoc fecerit propter metum, sed vt ei opem ferret. Qui enim vt inimicis subueniant non parcunt pecuniæ, & odio habent improbos, quemadmodum non fuerit in suos maior eorum charitas? Qui talis est, ex hoc progreditur ad perfecte sciendum, & cuinam maximè, & quantum, & quando, & quomodo sit daturus. Quis autem eius viri iurè fuerit inimicus, qui nullam inimicitiarum causam præbet omnino? Nunquid autem sicuti de Deo dicimus, Deum nulli aduersari, nec esse alicuius inimicum, est enim creator omnium, & nihil est ex ijs quæ constiterunt quod nolit? Dicimus autem ei esse inimicos eos qui non parent, & ex eius præceptis non ambulant, vt qui in eius testamentum gerant inimicitias: eodem modo inuenerimus etiam in eo qui est cognitione præditus, ipse enim nulli vnquam vllo modo fuerit inimicus: eius autem inimici intelligi potuerint, qui in viam ei contrariam conuertuntur. Et alioqui is qui est in nobis distribuendi habitus, dicitur iustitia: quinetiam habitus discernendi pro meritis aut magis aut minus, in quibus id oportet fieri ex scientia, est species summæ iustitiæ.[d] Atqui sunt quidem quædam quæ vulgi more rectè geruntur ab aliquibus, vt continentia à voluptatibus. Quomodo enim inter gentes, & ex eo quòd non possit consequi quod videt aliquis, & ex eo quod timeat homines: sunt autem etiam qui propter maiores voluptates abstinent ab iis quæ iucunda sunt in præsentia: ita etiam in fide, aut propter promissionem, aut propter Dei metum se nonnulli continent. Sed est quidem fundamentum cognitionis, talis continentia, & quædam deductio ad id quod est melius, & ad id quod est perfectum incitatio. Initium enim sapientiæ, inquit, est timor Domini. Qui est autem perfectus, propter charitatem omnia suffert, omnia sustinet, non vt homini placeat, sed Deo.

Quanquam



Quanquam eum quoque laus sequitur per consequentiam, non ad suam vtilitatem, sed imitationem & vsum eorum qui laudant. Dicitur autem in alio quoque significato continens; non solùm is qui comprimit animi perturbationes, sed etiam is qui bona continet, & firmiter ac stabiliter acquirit scientiæ magnitudinem, ex qua producit eas quæ ex virtute fiunt operationes. Ea facit & si quis casus euenerit, à suo proprio habitu nunquam excedat qui est præditus cognitione: est enim solida & immutabilis boni quæ scientiam constituit possessio, vt quæ sit scientia diuinarum & humanarum rerum. Cognitio ergo nunquam sit ignoratio, neque bonum mutatur in malum: quocirca & comedit, & bibit, & vxorem ducit, non principaliter, sed necessariò. Vxorem autem ducere, dico, si Verbum dixerit, & vt conuenit: qui enim fuerit perfectus, exempla habet Apostolos, & reuera vir ostenditur, non in eo quòd vitam elegerit monasticam, sed ille viros vincit qui in matrimonio, & liberorum procreatione, & domus cura ac prouidentia, citra voluptatem & dolorem se exercet, & cum domus curatione est indiuulsus à Dei charitate, & insurgit aduersus omnem tentationem quæ affertur per filios, vxorem & famulos, & possessiones. Ei autem qui domum non habet, magna ex parte euenit vt non tentetur. Qui ergo sui solummodo curam gerit, vincitur ab eo qui cùm sit inferior quidem in iis quæ pertinent ad suam salutem, superior autem in iis quæ spectant ad vitæ dispensationem, exiguam reuera conseruat imaginem, veritatis prouidentia. [e] Sed nobis quidem quàm fieri potest maximè prius varie exercenda est anima, vt ad suscipiendam cognitionem sit operatu facilis. Non videtis quemadmodum mollitur cera & purgatur æs, vt accedentem accipiat charactêrem? Iam verò vt mors est animæ separatio à corpore, ita cognitio est veluti mors rationalis, abducens & separans animam à motibus & perturbationibus, & deducens ad vitam beneficentiæ & bonarum operationum, vt tunc Deo dicat liberè, viuo sicut vis. Nam cuius est institutum vt placeat hominibus, is Deo placere non potest: quoniam non quæ conferunt, sed quæ delectant multi eligunt: qui autem Deo placet, bonis hominibus per consequentiam fit gratus & acceptus. Quomodo ergo cibus & potus & Venus ei amplius fuerit delectabilis, cùm etiam sermonem qui aliquam affert voluptatem, motumque cogitationis & operationem iucundam, habeat suspectam? Nemo enim potest duobus dominis seruire, Deo & Mammonæ: non pecuniam dicens sic nudè dicit, sed suppeditationem quæ sit à pecunia in varias voluptates. Reuera non potest fieri vt qui Deum cognouit magnificè & verè, eis quæ aduersantur seruiat voluptatibus: est ergo vnus quidem solus ab omni cupiditate alienus ab initio, benignus & clemens Dominus, qui propter nos quoque est homo. Quicunque autem studet assimilari charactêri qui ab ipso datus est, vt fiant expertes cupiditatis magna vi contendunt ex exercitatione. Qui enim concupiuit, & seipsum continuit, vt vidua quæ est rursus virgo per temperantiam, is eam cognitionis mercedem seruatori & magistro reddidit, quam ipse petiit, nempe abstinentiam à malis, & bonarum actionum operationem, per quas accedit salus. Quomodo ergo qui artes didicerunt, per ea quæ docti sunt alimenta accipiunt: ita is qui est cognitione præditus, per ea quæ scit, vitam acquirens, fit saluus: qui enim noluerit perturbationem animæ excindere, seipsum occidit. Sed, vt videtur, alimenti quidem defectus est ignoratio animæ: nutrimentum verò, cognitio. Hæ autem sunt cognoscentes animæ quas assimilauit Euangelium virginibus sanctificatis, quæ Dominum expectant. Nam virgines quidem sunt, vt quæ à malis abstinuerint, expectant autem Dominum propter charitatem: & suum lumen accendunt ad rerum contemplationem, prudentes virgines, dicentes, ô Domine, iam tandem desideramus te recipere: consequenter ijs quæ tu mandasti viximus, nihil prætermittentes eorum quæ præcepisti, quamobrem promissa quoque petimus. Precamur autem quæ sunt vtilia, vtpote quod non conueniat à te petere quæ sunt pulcherrima, & accipio

Matth. 6.

Matth. 25.

*mus omnia ad vtilitatem, etiamsi videantur esse mala quæ accidunt exercitia, quæ quidem nobis tua præbet œconomia, ad stabilitatem exercendam & constantiam. Atque qui est quidem cognitione præditus, propter insignem sanctitatẽ est paratior si petat non assequi, quàm si non petat assequi. Precatio quidem est ei vniuersa vita, & cum Deo conuersatio, quod si sit mundus à peccato, omnino quod vult assequetur. Iusto enim dicit Deus: Pete & dabo tibi, cogita & faciam. Si sunt ergo vtilia, accipiet protinus: inutilia autem nunquam petet, & ideo non accipiet: sic erit id quod vult. Quod si quis dicat nobis, quosdam etiam peccatores impetrare petitiones: hoc quidem rarò fit, propter iustam Dei bonitatem. Datur autem iis etiam qui possunt aliis benefacere: vnde non fit donatio propter eum qui petit, sed œconomia præuidens eum qui per ipsum saluus est futurus, rursus iustam facit donationem, iis etiam qui sunt digni, ea enim quæ verè sunt bona, dantur etiam non petentibus. Quando ergo non necessitate vel metu vel spe iustus fuerit aliquis, sed ex libero animi instituto, hæc dicitur via regia, quam ingreditur regale genus: sunt autem lubricæ & præcipites aliæ ab ea declinationes. Si quis ergo metum & honorem abstulerit, nescio an adhuc sustinuerint afflictiones, etiam præclari qui liberè loquuntur Philosophi. Cupiditates ergo & alia peccata dicta sunt tribuli & valli: operatur ergo is qui est præditus cognitione, in vinea Domini, plantans, putans, irrigans, verè diuinus agricola eorum qui sunt plantati in fide. Et qui malum quidem non fecerunt, æquum censent vt otij mercedem accipiant: qui autem bona facit ex nudo ac puro animi instituto, exigit mercedem vt bonus operarius. Duplam certè is acceperit, & propter ea quæ non fecit, & propter ea quæ bene fecit.*

## COMMENTARIVS.

ᵃ VTENS *autem rebus creatis*. Pergit Clemens describere mores & vitæ instituta eius qui est cognitione præditus: dicit ergo eum vtentem creatutis, quomodo & quando volet verbum quod eas creauit, nempe conuenienter rationi quæ dictat quomodo & quando sit eis vtendum, cum creatori egerit gratias, earum vsum habet in sua potestate, vt scilicet eis vratur vt volet. Cum autem res omnes sint creatæ ad vsum hominum, sæpe autem contingat vt vtentibus fiat iniuria, is certè qui est cognitione præditus, patiẽter & æquo animo fert iniuriam, nec acerbè inuehitur in eum qui ipsum offendit, etiamsi propter factam iniuriam dignus sit qui habeatur odio. Quod autem æquo animo ferat iniuriam hanc affert rationem, quod Deum colat qui vtraque creauit, nempe & eum qui fecit iniuriam, & eum cui facta est iniuria, & quod eum diligat qui est vitæ socius, cum vtrique sit pariter vita à Deo inspirata. Non solum enim eum colimus & honoramus qui beneficio afficit, sed eum etiam diligimus qui communi beneficio nobiscum est affectus. Cum autem eum diligat qui est à Deo, sicut ipse gerens & vita donatus, quo fit vt sit eius vitæ socius, si quid ei graue accidat eius miseretur, eumque adiuuat, pro eo orat, dolet enim quod eum videat laborare ignorantia. Non solum dolet propter eius ignorantiam, quod est animi vitium, sed etiamsi laboret incommodo corporis, eius qui corporis malo simul cum eo afficitur. Est enim vterque patibilis, quo fit vt alter alterius malo afficiatur: cum autem sit & animæ & corporis affectio, prima quidem est affectio animæ cum corporis affectione quæ est secunda, sed cum in vtrumque afficiatur is qui est cognitione præditus, nempe & in corpus, & in animam, in corporis affectionibus, siue sint propriæ siue alienæ, ita se gerit, vt animam semper corpori preferẽs caueat, ne lædatur anima ab affectionibus corporis, iis solum cedens & se accommodans quæ sunt necessaria, ab aliis se abdicens, siue sint propria, siue aliena. Quod in socij animam quam ab affectionibus corporis vult esse illæsam ita sit affectus, causa est, quod velit essentia videri fidelis, vult enim ipsam rei veritatem nõ opinionem. Quod ita demum fiet si non ab omni vento circumagatur, sed sint eius facta firma & stabilia, & cum bonis & honestis actionibus verba quoque consentiant. Non solum ergo laudat quæ sunt bona & honesta, sed bonus quoque est & honestus, & non solum est fidelis seruus, vt qui credat, sed est etiam ex seruo amicus, vt qui charitatem diligat, eum enim non amplius dicit Dominus seruum, sed amicum. Talis autem euadit & ex frequentibus operationibus, & ex diuturna exercitatione parato & acquisito habitu, is totis viribus contendens peruenire ad ipsum culmen cognitionis, & moribus & habitu se gerens vt oporteat, & sibi proponẽs imagines & exempla Patriarcharum, & Prophetarum, Angelorum & summorum virorum qui in vita se præclare gesserunt, & ipsius Christi qui docuit quomodo peruentum ad summã vitam, nempe æternam, huius mundi bona non diligit, ne humi repens ad cælestia & supernanon aspiret, sed ea diligit quæ spe quidẽ sunt cognita, reipsa autem sunt posteà cõprehendenda. Propter hanc spẽ, fert patienter torméta, labores & afflictiones, vt qui sit fortis: sed longè est alia fortitudo eius, qui ad summam tendit cognitionem, quam eius quæ à Philosophis dicitur fortitudo. Fortes enim dicuntur



dicuntur apud Philosophos qui sperãt præsentes cessaturos dolores, se autem voluptate & eorum quæ sunt iucũda, futuros posteà participes: sed cognitio firmissimè persuadet fore, vt qui nũc patitur, ea quæ spe apprehẽdit certissimè recipiat. Et ideo nõ solũ contẽnit quę hic sunt tormẽta & supplicia, sed omnes etiã voluptates, & quæcũq; sunt iucũda. Quod autẽ & tormenta contẽnat, & quæ sunt iucunda negligat, ostẽdit exẽplo Petri, qui lætatus est cũ videret vxorẽ suã duci ad mortẽ, propter vocationẽ & quod rediret in domũ suã nẽpe in cęleste habitaculũ, & eã salutãs exhortatus est vt meminisset Domini. Beati viri scilicet Apost. ita se gerebãt in matrimonio, & in amicissima & quę erãt eis charissima, ita erãt affecti: sed nõ erat affectio illa carnalis. Præcepit certè Paulus Apostolus, eos qui ducũt vxores esse tã quã sinõ ducerẽt, significãs eos qui ducũt vxores nõ moueri debere affectione carnali, neq; propter matrimoniale coniunctionẽ separari à charitate in Christũ, quã Petrus qui vere erat vir, & qui duxisset vxorem, cũ Paulus esset celebs, vxori peregrinãti, vt quę duceretur ad mortẽ, iubebat tenere, & domini qui eam vocabat meminisse. Quod autem quę sperabãt se assecuturos certissime crederẽt, ex hoc potest intelligi, quod in ipsis tormentis Deo gratias agerent. Erat autem eorũ fides non vana & instabilis, sed firma & stabilis, & non solũ exprimebatur verbis, sed eam etiam ipsa testabantur opera fide digna. ᵇ *Nunquid ergo si propter eorũ quæ sunt grauia.* Pusilli & abiecti animi virũ reddit ignoratio eorum quę sunt grauia & non grauia, cõtra autem fortem & magni animi virũ grauium & non grauiũ reddit cognitio. Quo fit vt in demũ sit fortis & audax qui est cognitione præditus. Cùm enim sciat vitiũ esse virtuti & cognitioni inimicũ, & ei pro viribus afferre exitium, armis Domini munitus, iustitia, veritate, scuto fidei, galea salutis, gaudio, & cæteris quæ enumerat Paulus ad Ephesios, aduersus id bellũ gerens suam ostẽdit fortitudinẽ. Quamuis autẽ vitiũ sit ex ignoratione, & ex diaboli operatione, vel potius cooperatione, non tamen vitiũ est ignoratio, neq; diaboli operatio nec diabolus. Et quamuis vitiũ sit propter ignorationem, est tamen ignoratio. Sunt autẽ & vitia & virtutes habitus, operationes autẽ seu actiones non sunt habitus. Sunt autẽ & animi motus & peccata actionis, quæ licet sint ex vitio, nõ sunt tamen vitia, neq; enim sunt habitus. Ij autem demũ sunt fortes qui sunt fortes propter rationẽ & cognitionem: Non sunt ergo pueri dicendi fortes, qui grauia sustinent, quæ tamen nesciũt esse grauia: ignem quidem certè tangunt cum grauem & molestũ esse nesciant: neq; feræ sunt fortes, licet in hastas irruant, cum nullam habeant rationem qua quæ sunt grauia & formidãda discernãt: sed nec fortes dicendi sunt præstigiatores, qui se rotant in gladios, nam quæ agunt etsi videantur fieri à fortibus, non ea faciunt aliqua ducti ratione, sed sola moti experientia, citra rationem autem nemo est fortis: quæ autem agunt præstigiatores, ea agunt propter lucrum & vilem quã expectant mercedem. Qui est autem verè fortis, is non propter aliquod lucrum, aut propter expectatam mercedem sustinet grauia: eum propter multos qui bonis inuident, manifestũ sibi creati videt periculum, id sibi oblatum magno & confidenti animo suscipit. Et qui sunt quidẽ eiusmodi sunt viri fortes: sed sunt lõge fortiores qui dicuntur Martyres, & se ad fortiter gerendum recta ratione cõponentes, & Deo vocanti se alacriter tradentes, ex eo suam firmam & stabilem reddunt vocationem, quod nihil agant nõ præuisum & præmeditatũ, & ita se præbent examinandos ex vera, & quæ ex ratione consistit fortitudine. ᶜ *Eadẽ ratio est etiã de temperantia.* Conuenienter ei quod dictũ est de fortitudine & iustitia, de temperantia esse dicendum dicit Clemens: Non sunt enim temperãtes, nec propter honoris cupiditatem, nec propter pecuniam, nec propter vlla præmia, vt propter honores & præmia abstinentiam sibi indicant Athletæ, magno animi affectu bona persequẽtes. Sunt etiam qui se cõtinent à voluptatibus, quod propter rusticitatẽ se ad eam videant esse ineptos, ij licet se cõtineant, non sunt vere temperantes: ij certè qui propter rusticitatem se abstinent à voluptatibus, cum eas semel gustauerint continentiæ asperitatem emolliunt & infringunt ad voluptates. Ita etiã qui propter pecuniam legibus irrogatã se à vitiis abstinent, si se obtulerit delinquendi occasio legem transgrediuntur, & turpia amplectentes quæ sunt honesta fugiunt. Hæc temperantia eum non propter se sed propter aliud expetatur, nõ est vera temperantia. Quæ autem propter se expetenda est temperãtia, & quæ perficitur scientia & cognitione, est q; firma & stabilis, virum efficit dominum, & qui sua authoritate imperat, vt maritus imperat vxori. Is demum ergo est temperans qui est cognitione præditus: eum nec mouent nec titillant voluptates. Est autẽ adeo rigidus & infractus, vt nullis liquefeat dolotibus, similis diamãti qui ne igne quidem liquefcit, tantus est eius rigor & duities. Harum autem virtutum nempe fortitudinis, iustitiæ, temperantiæ, quæ perficiuntur scientia & cognitione, præcipua causa est charitas. Ea autẽ charitas est cultus eius qui est optimus & excellentissimus, nempe Christi qui ex vno, patre scilicet, charactẽrem ac figurã accipit: Est enim Christus character & figura patris. Hic Christi cultus, & in eũ charitas, amicũ simul efficit & filiũ eum qui est cognitione præditus, & virum plene perfectum, vt qui creauerit in mensurã ætatis Christi, vt qui sicut Christus Dei repræsentãs characterẽ & figurã, Dei sit amicus & filius, nõ vere quidẽ, sed adoptiue: neq; enim qui est cognitione præditus ad Dei peruenerit characterem, & figurã. Dei autem repræsentat characterem & figurã, is qui est fortis, iustus & temperans. Ex charitate autem & cultu vnius qui est optimus & excellentissimus, nẽpe Christi, qui ab vno figuram accipit & characterẽ, non solũ perficitur fortitudo, iustitia, & temperantia, sed etiam quæ est in eadem re, cõcordia, cõsensus, & assensus. Quod autem est idem, est vnũ. Non est ergo mirũ si quæ in vno & eodem est concordia, consensus, & assensus, perficiatur ab vno qui est Dei character & figura. Ea autem concordia & cõsensus in vno dicitur amicitia, perficitur autem per similitudinem cõmunitatis in vno, qua scilicet quæ sunt multorum cõmunia in vno conueniũt. Is autem qui est cognitione præditus cum eum diligit qui vere est vnus Deus, & sit vir verè perfectus, vt qui ad Christi plenã peruenerit ætatẽ, est quoad eius fieri potest Dei figuram & characterem repræsentans, & Dei amicus, vt qui vnum Deum diligat, & non vere quidem factus Dei filius, sed in Dei filium gratia adoptatus. Quæ quidem itomina, viri perfecti, Dei amici, & filij eius, nobilitatẽ & perfectionẽ significant. Cum is talis sit, eius anima per Dei contẽplationem quã accepit summe proficiens, non potest enim vlterius progredi quam vt Deum ve-

*Hunc locum Clementis citat Nicephor. lib. 9. cap. 14 sua historia.*

rè contemplet, immũda effecta, nulla enim labes & macula residet in anima, quæ Deũ purè cõtemplatur, & Deũ omnipotentem videns facie ad faciem, id est verè & planè, id est, non in imagine & speculo, & nõ expressa visione, & tota effecta spiritualis peruenerit ad id quod est ei cognatũ, id est quod est verè spirituale, in Ecclesia quæ non cadit sub aspectum, vt Ecclesia quæ est in terris, sed est mere spiritualis, libera ab omnibus mũdanis negotiis & perturbationibus, in Deo cõquiescit & manet in æterna requie. Talis quidẽ est is qui est cognitione præditus. [a] *Atqui sunt quidẽ quædã quæ vulgi.* Cum ea dixisset esse perfecta quę ex scientia fiunt, & ex charitate, subiungit fieri etiam ab aliquibus minus perfecta, vt quæ vulgi more gerantur, nec sint tamen contemnenda, vt quæ sint fundamentum cognitionis, vt est, se continere à voluptatibus. Imperfecta enim est cõtinentia, si quis se cõtineat à voluptatibus, ex eo quod omnino videat se nõ posse consequi id quod vult, & ex eo quod timeat homines, & se à minoribus in præsentia abstineat voluptatibus quod speret maiores: ita in fide aut propter promissionem se continet, aut quod Deum metuens futurum aliquod malum reformidet. Et hæc quidem est continentia, sed imperfecta & vulgaris, perfecta autẽ est quæ ex scientia procedit, & ex charitate. Qui autem ex charitate procedentem habet continentiam, vt Deo placeat omnia suffert & sustinet, non autem vt hominibus. Quamuis autem solum sibi proponat vt Deo placeat, laus tamen etiam non affectata eum consequitur per consequentiam: non quod ea laus aliquã ei afferat vtilitatem, sed quod qui ipsum laudant, eum imitentur, & ita id sit eis vtile. Imperfecta autem continentia cum non sit propter charitatem, sed propter metum, non est ea quidem perfectũ bonum, iuuat tamen, vt quæ deducat ad bonũ & sit initium sapientiæ & cognitionis. Cum autẽ de cõtinentia multa dixisset Clemens, de ea scilicet qua abstinetur à voluptatibus, sit autẽ alia quoq; cõtinentia, ea scilicet nõ qua abstinetur à vitiis & voluptatibus, sed qua bona quæ habẽtur retinẽtur, ne temerè profundãtur, nec hanc quoq; continentiam voluit prætermittere. Dicit ergo Clemens non solũ esse continentẽ qui se continet à voluptatibus, sed eum etiã qui bona habet, cõtinet & retinet, & maximè scientiã firmiter & stabiliter tenet, ex qua producũtur quæ ex virtute fiunt actiones. Cum sit autem scientia diuinarũ & humanarum rerũ, sitq; firma, stabilis, & immutabilis, qui est cognitione præditus, tã firmiter & stabiliter eã tenet, vt nihil possit accidere, & ipsa ab eo excidere. Cũ ergo semper habeat scientiã & cognitionẽ, fieri nõ potest vt cognitio sit ignoratio, neque enim bona mutãtur in malũ. Quod si ei qui est cognitione præditus sit vtendũ rebus quæ ex se nec bonæ sunt nec malæ, sed indifferẽtes, ita enim appello ἀδιαφορα, eis vtetur nõ tanquã principalibus, sed tanquã necessariis. Non est autem malus vsus eorũ quæ sunt necessaria, si quis eis vtatur non tanquam principalibus, sed tanquã ad vitam necessariis. Comedit ergo & bibit, vt qui sciat sine cibo & potu vini nõ posse. Non est ergo malũ comedere cum sit necessariũ, malum autem esset si quis cibo & potu ita se ingurgitaret, vt id ad vitæ fœlicitatem duceret esse præcipuũ. Ducit etiã vxorem, non quod præcipuum bonum esse censeat frui voluptate & amplexibus coniugalibus, sed tanquã necessariã sibi proponit liberorum procreationem. Hunc enim esse matrimonij scopum dicit Verbum, & non ob aliam causam dicit ducendam esse vxorem. Perfecti quidẽ fuerunt Apostoli qui non duxerũt vxores, & illi qui eorũ imitatam egerunt monasticam. [c] *Sed nobis quæri quã fieri possit.* Multis in locis antea dixit Clemens ad fortitudinem, iustitiam, continentiã, & alias virtutes opus esse sciẽtia & cognitione. Nunc autẽ dicit, maximè exercendam & explicandã esse misericordiã, vt cognitionẽ facile suscipiat, est enim cognitio & scientia veluti quidã character, qui in anima imprimitur. Sicut ergo mollienda est cera quæ figurã est susceptura, & purgandũ est æs in quo figendus est character, ita, vt sit anima apta ad susciendam cognitionem & scientiã, lenis & polita & purgata sit oportet. Et hoc ipsum significabat Aristoteles, cùm diceret animam tabulæ debere esse similẽ, vt in ea depingerentur scientiæ & virtutes. Porro autẽ volens Clemens ostendere quid efficiat in anima impressus character cognitionis & scientiæ, cognitionem morti cõparat, quæ est separatio animæ à corpore, & cognitio veluti mors rationalis. Nã sicut mors naturalis animã separat à corpore, ita mors rationalis nẽpe scientia & cognitio, separat animã à motibus, affectibus & perturbationibus, & eam deducit ad vitã ex virtute agendã, & ad bonas operationes. Hoc autem dicit imitans Platonem, qui Philosophiam vocat mortis meditationem, quia sicut mors animam separat à corpore, ita philosophia abducit animã à sensilibus, & traducit ad ea quæ sub solam cadũt intelligentiã. Qui ita abducit animã à vitiosis motibus & perturbationibus is non studet hominibus placere, sed Deo, adeo vt eum omni ex parte eius pareat præceptis, libere possit dicere: Viuo sicut vis, vult enim Deus exactè sua obseruari præcepta. Quod non facit qui vult placere hominibus, cuiusmodi est vulgus hominũ qui non ea eligũt quæ honesta & vtilia, sed quæ sunt iucunda & delectabilia: qui autem placent hominibus, Deo non placent. Sed qui Deo placent, ij quoque per cõsequentiam bonis hominibus sunt grati & accepti. Qui vult autem Deo placere is adeo est ei deditus, vt præter eum nihil sit ei iucũdum, non cibus, non potus, non Venus, licet sint quædã ad vitã necessaria: adsunt enim præter Dei contemplationẽ, omnes aliæ ei suspectæ voluptates, & sermo qui delectat & operatio iucũda: huius rei causa est quod qui Deo seruit, vni Deo seruiat necesse est, nõ potest enim animus distrahi in varias partes, & cui positam suã habet delectationẽ, is nec ex pecunia, nec ex iis quæ ex pecunia suppeditantur capit voluptatem: sed nec qui Deũ verè nouit, verè autẽ nouit qui eum scit esse purã mentem, is ab omni perturbatione liber, seruiet voluptatibus, quæ à Deo sunt alienæ & ei sunt cõtrariæ. Vnus autem solus Dominus noster, nẽpe Christus, qui sua benignitate & clemẽtia pro nobis homo factus est, etiã ab initio semper fuit ab omni cupiditate alienus. Qui autẽ dant operã vt characteri quem ab eo acceperunt sint similes, non fuerũt quidẽ ab initio alieni à cupiditate, sed omni vi & exercitatione contendũt eum imitantes, vt sint expertes omnis cupiditatis. Est autẽ homini quidẽ innata cupiditas, quod si eam reprimat & se contineat, vt vidua quæ rursus facta est virgo per tẽperantiam, is hanc cognitionis & scientiæ Seruatori Deo reddit mercedem, quod & à malo abstineat, & bene operetur. [d] *Quomodo ergo non ex necessitate.* Quinam sint digni quibus etiã non petentibus det Deus, exponit Clemẽs, dicẽs eos esse qui bene, & ex virtute



virtute viuunt, non quod timeant, aut honorem & præmia expectent, sed ex libero animi instituto, is autem est verè iustus & bonus. Sunt autem ab ea multæ declinationes, quas qui sequuntur, non sunt verè iusti & boni. Qui via ingrediuntur regia, ij sunt qui veram habent Dei cognitionem, qui autem ab ea declinant sunt Philosophi qui bene non agunt, nisi vel metu impulsi, quod pœnas irrogandas timeant, vel propositis honoribus & præmiis, quæ expectant, adducti. Qui vult autem talis esse, vt tanquam digno, etiam non petenti det Deus, is vitiis & peccatis careat oportet: hoc vt fiat, dat operam qui est cognitione præditus, qui in vinea Domini sedulo laborans fit bonus Agricola, cupiditates & cętera peccata quæ sunt instar tribulorum amputat & auerruncat. Hinc fit vt qui Agricolæ bonum acceperit cultum, duplicem accipiat mercedem, & quod mala non egerit, & quod bonas fecerit actiones. Duplicem illam mercedem pro eis exigit is qui est cognitione præditus, vt qui in vinea Domini boni agricolæ officio sit functus.

[a] HIC *qui est cognoscendi potestate præditus, à nemine tentatur, nisi Deus permiserit, idque propter eorum qui cum eo versantur vtilitatem: confirmat certè ad fidem per virilem adhortans tolerantiam. Et profectò propterea beati Apostoli, ad confirmandas & stabiliendas ecclesias, ad experientiam & testimonium ducti sunt perfectionis. Cum ergo habeat is qui est cognitione præditus, vocem in auribus resonantem quæ dicit. Quem ego percussero, in eius miserere, petit vt ij etiam qui odio habent, ducantur pœnitentia. Nam quod de malefícis in stadiis sumitur supplicium, est etiam puerorum non contemplari: non potest enim fieri vt ab ijsdem vnquam doceatur vel delectetur is qui est præditus cognitione, qui ex libero animi instituto, vt bonus esset & honestus se exercuit. Et ideo qui voluptatibus minimè est liquefactus, nec in peccata vnquam incidit, alienorum malorum exemplis non castigatur: multum autem abest vt terrenis voluptatibus & spectaculis delectetur, qui mundanas, etsi sint diuinæ, contempsit promissiones. Non omnis ergo qui dicit, Domine, Domine, ingredietur in regnum Dei, sed qui facit voluntatem Dei. Is autem fuerit qui est cognitione præditus operarius, qui mundanas quidem vincit cupiditates, licet sit adhuc in carne. De his autem quæ cognouit futuris, & quæ adhuc sub visum non cadunt, tam certam habet persuasionem, vt ea magis adesse putet, quàm quæ sunt præsentia. Hic est aptus & oportunus operarius, qui iis quidem quæ nouit lætatur: quod autem in huius vitæ necessitatibus volutetur, animo contrahitur, nondum dignatus efficace eorum quæ nouit participatione, hac ratione hac vita vtitur tanquam aliena, quantum requirit necessitas. Nouit ipse ieiunij quoque ænigmata horum dierum, quarti, inquam, & sexti: dicitur autem ille quidem Mercurij, hic verò Veneris. Ecce enim ieiunat in vita, & ab auaritia, & à libidine, ex quibus omnia oriuntur vitia. Fornicationis enim iam tres supremas ex Apostoli sententia posuimus differentias, libidinem, auaritiam, idololatriam. Ieiunat ergo etiam ex lege à malis actionibus, & ex Euangelij perfectione à malis cogitationibus: ei exhibentur etiam tentationes, non ad expiationem, sed ad propinquorum, vt diximus, vtilitatem, si laborum & dolorum periculo facto, eos contempserit & amandarit. Eadem est ratio etiam de voluptate: est enim res maxima, cùm quis eam expertus fuerit, deinde abstinuisse: quid enim magnum, si quis se contineat ab iis quæ non nouit? Is cùm exequutus sit præceptum quod est ex Euangelio, facit illum diem Dominicum, quando malam abiecerit cogitationem, & acceperit eam quæ est ex cognitione, eam quæ est in ipso, Domini glorificans resurrectionem. Quinetiam cùm theorematis quod est ex scientia acceperit comprehensionem, se Dominum videre existimat, visum suum deducens ad ea quæ cadunt sub aspectum, etsi videatur videre ea quæ non vult videre, castigans videndi facultatem, cùm senserit se voluptate affici ex applicatione visus: nam hoc solum vult videre & audire quod ad se pertinet. Iam verò fratrum animas considerans, carnis quoque pulchritudinem ipsa aspicit anima, quæ solum id quod est honestum consueuit intueri absque voluptate carnali. Fratres autem sunt qui reuera per electam creationem, & morum consensionem, & operum substantiam, eadem faciunt & cogitãt & loquuntur opera sancta & honesta, quę Dominus voluit ipsos, qui sunt electi, sentire. Nã fides quidẽ est in eo, quòd eadẽ eligãt:*

[a] 1 Ioan. 2.

cognitio autem in eo, quòd eadem didicerint & sentiant: Spes autem in eo, quòd eadem faciant. Quòd si propter vitæ necessitatem in se nutriendo consumat aliquid temporis, se debitum fraudare existimat, vt qui à suo auellatur negocio. Hinc sit veuera ne somnium quidem videat, quod non electo conueniat. Nam reuera is est totus hospes & peregrinus in tota vita, qui ciuitatem habitans, contemnit ea quæ sunt in ciuitate, quæ apud alios habentur in admiratione, & viuit in ciuitate tanquam in solitudine, vt non locus eum cogat, sed liberum eligendi arbitrium eum iustum ostendat. [b] Hic qui est cognitione præditus, vt semel dicam, Apostolicam adimplet absentiam, rectè viuens, accuratè cognoscens, suos imans necessarios, montes propinquorum transmouens, & inæqualitates ipsorum animæ abiiciens. Quanquam vnusquisque nostrum sibi est & vinea & operarius. Qui autem agens etiam quæ sunt optima vult latere homines, Domino simul & sibi ipsi persuadens quòd viuat ex præceptis, ea præferens ex eo quòd esse credidit: Vbi enim, inquit, est mens alicuius, illic est etiam eius thesaurus: ipse seipsum diminuit, ad hoc nunquam contemnit fratrem qui fuerit in afflictione, propter eam quæ in charitate est perfectionem, si se sciuerit facilius laturum egestatem quàm frater. Existimat certè illius dolorem esse dolorem proprium, & si ex sua præbens inopia, propter beneficentiam aliquo afficiatur incommodo, id non ægrè fert, sed magis adhuc auget beneficium. Habet enim puram & synceram fidem, eam quæ est de rebus, per opera & contemplationem laudans Euangelium. [c] Atqui non laudem ab hominibus accipit, sed à Deo, peragens ea quæ docuit Dominus. Hic cùm attrahatur à Spe propria, non gustat ea quæ sunt in mundo pulchra, omnia quæ hic sunt magno animo despiciens, miserans eorum qui post mortem castigantur per supplicium inuiti confitentes, bonam habens semper conscientiam, & semper paratus ad exitum, vt hospes & peregrinus earum quæ hic sunt hæreditatum, memor tantùm propriorum: quæ autem hic sunt omnia aliena existimans, non solùm Domini mandata admirans, sed vt semel dicam, per ipsam cognitionem particeps diuinæ voluntatis, verè familiaris Domini, & mandatorum electus vt iustus, regendi autem & regnandi potestate præditus, vt cognitione præditus omne quidem aurum quod est super terram, & sub terra, & regnum quod est à finibus ad fines Oceani despiciens, vt solum Domini cultum teneat. Quocirca & comedens, & bibens, & vxorem ducens si dicat Verbum, quinetiam somnia aspiciens, sancta facit & cogitat, ea ratione semper mundus ad orationem. Is verò etiam præcatur cum Angelis, vt qui iam sit etiam æqualis Angelis, neque est vnquam extra sanctam custodiam, & licet oret solus, habet chorum Angelorum vnà assistentem. [d] Duplicem is nouit operationem, & eius qui credidit, & eius qui creditur, eam quæ est pro digna excellentia. Nam iustitia quoque est duplex, vna quidem propter charitatem, altera verò propter metum. Dictum quidem certè est timor Domini castus, permanens in seculum seculi: qui autem conuertuntur à timore ad fidem & iustitiam, permanent in seculum. Iam verò abstinentiam à malis operatur is qui timet. Adhortatur autem benefacere charitas ædificans super voluntarium, vt quis audiat à Domino: Non vos amplius dico seruos, sed amicos. Etiam cum fiducia accedit ad preces. Genus autem ipsum orationis est gratiarum actio propter præsentia, præterita, & futura, vt quæ sint per fidem iam præsentia: id autem præcedit, accepisse cognitionem. Quantura, vt quæ sint per fidem iam præsentia: id autem præcedit, accepisse cognitionem. Quantum etiam sic quoque petit vt viuat vitam in carne definitam, vt cognoscendi potestate præditus, vt expers carnis, & consequatur quidem quæ sunt optima, fugiat autem quæ sunt deteriora. Petit autem alleuationem quoque eorum quæ nos peccauimus, & conuersionem ad agnitionem, tam acriter sequens eum qui vocac in excessu, quàm ille vocat, vt ita dicam, producens, propter bonam conscientiam festinans ad agendas gratias, & vt cùm illic fuerit cum Christo, vt qui seipsum dignum præbuerit propter puritatem, per contemperaturam habeat

Matth. 6.

Psal. 18.

Ioan. 15.



habeat Dei virtutem quæ suppeditatur per Christum. Non enim caloris participatione calidus, neque ignis lucidus, sed vult totus esse lux. Is accuratè & exactè nouit id quod dictum est: Nisi odio habueritis patrem & matrem, & præterea propriam quoque animam, & nisi signum portaueritis. Nam & carnales affectiones, quæ voluptatis maximas habent illecebras, magno animo despicit, & omnia quæ sunt accommodata ad creationem & nutritionem carnis: sed etiam insurgit aduersus animam corpoream, imperium detrectanti spiritui experti rationis frænum injiciens, quoniam caro concupiscit aduersus spiritum. [e] Signum autem portare, est mortem circunferre, adhuc viuum renunciantem omnibus: quoniam non est æqualis charitas eius qui seminauit carnem, & eius qui creauit animam ad scientiam. Hic cùm ad benefaciendi habitum peruenerit, dicto citius beneficio afficit, orans vt fratrum quidem peccatorum sit particeps ad confessionem & cognatorum conuersionem, ad propria autem bona amicis communicanda paratissimus. Ipsi autem sic ei sunt amici. Agens autem quæ apud ipsum deponuntur semina, ea quam mandauit Dominus agricultura manet quidem nulli peccato affinis: sit autem continens, & degit cum iis qui sunt similis spiritu in choris sanctorum, etiamsi adhuc in terris detineatur. [f] Hic toto die & nocte dicens & faciens iussa Domini, supra modum lætatur, non solùm cùm manè surgit & in meridie, sed etiam cùm deambulat, & dormit, & vestes induit & exuit, & docet filium, si sit genere filius, inseparabilis à mandato & à spe: Deo semper agens gratias, sicut animalia glorificantia, quæ allegoricè dicuntur per Esaiam: tolerans cuiusuis tentationis, Dominus, inquit, dedit, Dominus abstulit. Talis erat Iob quoque, qui propter in Dominum charitatem, omnia sibi externa vnà cum sanitate auferenda deposuit: erat enim, inquit, sanctus, iustus, abstinens ab omni improbitate. Sanctum autem significat ea iura, quæ ad Deum pertinent, & omnem œconomiam, quæ quidem sciens, erat præditus cognitione. Oportet enim neque si sint bona, eis esse nimium deditum: neque rursum si mala nimium ægre ferre, sed vtrisque esse superiorem, hæc quidem conculcantem, illa verò ad egenos transmittentem. [g] In dispensando autem & se demittendo & accommodando, est admodum cautus is qui est tantione præditus, ne fortè non intelligatur, aut pro constitutione habeatur dispensatio. Nunquam meminit eorum, quæ in se sunt peccata, sed ea remittit: quocirca iuste etiam orat, dicens; Dimitte nobis, nam nos quoque dimittimus. Nam hoc quoque vnum est ex iis quæ vult Deus, nihil concupiscere, nullum habere odio: est enim opus vnius voluntatis, omnes homines.

Luc. 14.

Iob. 1.

Esa. 55.

## COMMENTARIVS.

[a] Hic *qui est cognoscendi potestate*. Pergit Clemens de eo tractare qui est cognitione præditus, quē dicit à nemine tentari, nisi Deus permiserit. Tentari autē dicit eum qui ab aliquo patitur & affligitur; cum autē eius qui est cognitione præditus curā gerat, non temerè eum permittit pati & affligi: Permittit autem vt eius tolerantia sit vtilis iis qui eū ipso versantur. Confirmat enim eorum fidem, dum vident eum magnō & forti animo pati tormenta propter Christū, quæ sibi quoque pro fide fortiter patienda esse intelligūt. Hæc fuerunt causa vt Apostoli (qui si vlli alij erant cognitione præditi) vt in fide firmas & stabiles suas redderent Ecclesias, duceretur ad experiendā tormentorū perpessionē, quā tolerantes, erant Martyres, id est testes, ferebāt enim testimoniū Christianæ fidei perfectionis: Qui est autē cognitione præditus, nō solùm sua tormentorū perpessione confirmat fidem eorum qui cum ipso versantur, sed etiam eum sciat Deū iubere nos misereri eorū quos ipse afflixit, & habeat hanc Dei vocem ex scripturis acceptā in suis auribus perpetuo sonantē, Quem ego percussero, tu eius misereberis, cōmendat misericordiā, & inducit eū qui in aliquem concepit odium, vt doleat & ducatur pœnitentia, quod eum sit odio insectatus. Odisse enim non potest qui afflicti miseretur, & si quando oderit ægrefert se odisse: afflictorum autē misereri est adeo à natura insitū, vt ne pueri quidē possint aspicere eos qui in stadiis & locis publicis tormēta patiuntur. Porro autē nō potest fieri vt cognitione prædit⁹, qui ex libero animi arbitrio se exercuit vt esset bonus & honestus, ab isdē doceatur & delectetur. Quomodo enim ab iis docebitur qui iam per se didicit? aut quomodo ab iis delectabitur, cū eum sua delectat scientia & cognitio? Qui autē libero animi instituto & arbitrio se exercuit, vt esset bonus & honestus, nec à voluptatib⁹ liquescit & dissoluitur, nec in peccata vnquā incidit, alienorū malorū exemplis non castigatur. Nā is eo qui est bonus & honestus nihil est

quod castigetur. Tantũ autẽ abest, vt terrenis delectetur voluptatibus, vt etiã bona terræ quæ Deus promisit legẽ seruantibus desp̃iciat, vt qui totus versetur in diuinorũ & cælestiũ contemplatione. Qui calis est, intrat in regnũ cælorũ: in eũ autẽ intrat non quicunque nomen Domini solum habet in ore, sed qui præter Christi nomen & titulũ quẽ vsurpat, facit quod vult Pater eius, scilicet obseruat præcepta. Is autẽ est qui bona facit operta ex cognitione, & licet sit adhuc in carne terrenus, tamẽ vincit cupiditates. Deinde autẽ quæ nouit futura, tam certò credit, vt ea iam magis adesse putet, quã quæ sunt præsentia. Et lætatur quidem iis quæ certo nouit esse futura, ægrefert autem quod adhuc volutetur in iis quæ sunt huic vitæ necessaria, nempe quod ei sit comedendũ & bibendũ, & alia sint faciẽda quæ præsentis vitæ vsus exigit, nec reipsa sit adhuc particeps eorũ quæ certò nouit futura. Cum itaq; aliam vitam expectet futuram, interea hac vita vitur tanquã aliena, ea sumens quæ sunt ad vitam necessaria, quantũ exigit necessitas. [a] *Hic quidem est cognitione præditus.* Pergit Clemẽs describere ea quæ pertinẽt ad eũ qui est cognitione præditus. Hicinquit, qui est cognitione præditus adimplet Apostolicã absentiã, id est ea quæ faciebãt Apostoli cũ adessent & hic viuerẽt. Rectè viuebãt Apostoli, ita etiã rectè viuit qui est cognitione prædit', munere fungẽs Apostoli; rectã exactamq; habebant cognitionẽ Apostoli, ita is qui est cognitione prædit' præditus: Opẽ ferebãt etiã Apostoli iis qui ipsis erant necessitudine coniuncti, tanta enim eorũ fides erat vt transmouerẽt mõtes, & quæ erant in anima inæqualia & aspera deiicientes, eã reddebant planã & semper sui similẽ. Hoc enim de Apostolis dicit Clemẽs, quod Christus de fide, & quod per fidẽ faciebãt. Apostoli, idẽ etiã facit qui sunt notione prædicti, Apostolorum implentes absentiã. Quanquã autẽ in eos qui erant ipsis propinquitate & necessitate cõiuncti, & olim operati sint Apostoli, & eis præsente vita functis, qui nũc iuncta cognitione prædicti: vnusquisq; tamen est etiã sibi & vineæ & operarius, & vineæ quã colit, & operarius qui colit. In inuitũ enim nõ confertur cultura animæ, nec sufficit externus Agricola, sed sua quoq; opera & cultura opus habet. Colere autẽ animã nõ est aliud quã vitia auellere, & virtutes inserere. Optimus autẽ Agricola est is, qui agẽs optima, nõ vult ea quæ facit sciri ab hominib', satis habẽs si sua fretus cõscientia Deo persuadeat quod viuat ex præceptis, ea præferẽs ex eo quod crediderit esse quæ sunt futura. Quæ cũ esse sciat licet nondũ adsint, in iis tanquã in thesauro figit cor suũ & mentem suã. Qui in iis quæ sunt tanquã in futuro thesauro mentem defigit, is se, id est suas terrenas diuitias diminuit, id est distribuit & dispergit. Hoc autem facit vt nunquã contemnat fratrem qui affligitur & laborat egestate, propterea quod sit perfectus in charitate: mauult autẽ sua fratri erogare quã ea retinere, si sciuerit se paupertatẽ æquiori animo laturũ quã frater, minusq; sibi graué & molestã futurã. Nã quod fratri graue est & molestũ, id sibi quoq; graue & molestũ esse ducit, & dolorẽ fratris propriũ id est suũ existimat. Et certè si frater idem sit quod fere alter, omnia sunt inter se cõmunia, & nihil est vnius quod nõ sit alterius. Quod si frater licet laborans inopia, ex modicis tamen suis facultatibus fratri suo succurrat, vnde aliquo afficiatur incõmodo, tantum abest vt id ægreferat, vt suã augeat beneficentiã & plura quam antea eroget. Habet enim purã & sincerã de rebus fidem, & quæ sunt credenda credit vt oportet, laudatq; & cõmendat Euãgelium nõ solum ex eo quod Deum contempletur, sed etiã ex eo quod bona ædat opera. [b] *Atqui non laudem ab hominibus accipit.* Pergit Clemens tractare ea quæ sunt eius qui est cognitione prædit'us. Is autẽ non accipit laudẽ ab hominibus, sed à Deo. Ab hominibus autẽ laudẽ accipit, cuius vn' est scopus & institutũ vt placeat hominibus, & ab eis laudetur; à Deo vero, is qui nõ morans laudẽ & gloriã ab hominibus, satis habet si Deo grata sint eius opera. Hic eũ perpetuo Dei seruet & exequatur præcepta, cũ trahatur à spe promissorũ præmiorũ, quæcunq; sunt in hoc mundo pulchra & præclara despicit, nec ex eis vllã capit voluptatem: miseretur autem eorũ qui damnati & suppliciis castigati, inuiti confitentur dominũ & bonũ habẽs conscientiã semper est paratus ex hac vita excedere: est enim hic tanquã hospes & peregrinus eorũ quæ hic sunt bonorũ, memor autẽ propriorũ, nempe diuinorum & cælestium, ad quæ aspirat. Terrena omnia aliena esse existimat, & non solum admiratur quæ præcepit Dominus, sed etiã si Deus nulla dedisset præcepta, per eam quam habet Dei cognitionem, scit quænã sit eius voluntas, est familiaris Domini & eius mandatorũ, & ab eo electus vt iustus, & regendi & regnãdi potestate prædit'us, vt qui scientiã habeat & cognitionẽ, quicquid est auri super terrã & sub terra despicit, & quodcũq; tenetur regnũ à primis finib' Oceani vsq; ad vltimos contẽnit. Vnũ enim solũ Deum vult colere, quæ est illi vinea & possessio. Cum itaq; sit vnũ eius propositũ Deum colere, siue comedat siue bibat, siue vxorẽ ducat, si ita velit Dominus & si etiã dormiẽs somniet, semper sancta facit & cogitat, neque aliquid eorũ quæ ab eo fiũt in terris eum auocat à pietate & religione. Quo fit vt nunquam sit immundus, neque sit aliquid quod vetet quominus oret: ad vnũ enim solũ Deum totus est intentus eius animus: neque vero orat solus, sed cũ Angelis quib' iam est æqualis, & eos suos habet custodes: & quãuis oret solus, vt qui sit remotus ab omni hominũ multitudine, ibi tamen assistentem habet chorũ Angelorum. [c] *Duplicem ei nouit operationem.* Pergit Clemens dicere de eo qui est cognitione prædit'us, dicitque esse duplicem, eius scilicet qui credit operationem, & eius qui creditur pro eius dignitate & excellentia. Scit ergo eum dupliciter operari, nempe ex charitate, sicut etiã duplex est iustitia, ea quæ est ex metu, & ea quæ est ex charitate. Scit etiam eum qui creditur & propter quẽ operatur, quem credit esse excellentissimũ. Dupliciter autem operatur is qui credit, & propter charitatẽ nempe quod Deum diligat & proximũ, & propter timorem, nempe quod timeat supplicia eorũ minas sibi intentatas: in eo timore si nihil aliud abhorret quã supplicia, ille timor seruilis est. Quod si non tã timet supplicia, quã ægreferat se Deũ offendisse qui est bonus & iustus, is timor est castus; is timor si nõ in se desinat, sed cõuertatur ad fidẽ & iustitiã, vt scilicet & in Deũ credat, & bonas agãt actiones, manet in seculũ seculi: Perducit enim ad vitã æternã. Perducit autẽ ad vitã æternã nõ solus timor, sed qui est cõuersus ad fidẽ & iustitiã: nõ sufficit enim fides nisi ex fide bona fiãt opera. Quãuis autẽ timor ad fidẽ & iustitiã prosit ad bona faciẽda opera, maximè tamẽ operatur ad abstinẽdũ à malis: abstinet enim à malis, qui pœnas dãdas timet, sed ad bona faciẽda opera maximè incitat charitas, quę adhortatur benefacere, sed nõ fiunt bona opera nisi bono nitantur fundamento. [d] *Signum autem portare.* Crucem seu signum portat qui



portat qui mortem circumfert, & adhuc viuus renunciat omnibus: Renũciat autem omnibus quiomnia mundana despicit, tanquam qui in hoc mundo non amplius viuat, & aspiret ad cælestia. Non æque ergo illigit patrem qui seminauit earnẽ, à quo scilicet productum est corpus, & eum qui creauit animam, vt Dei haberet scientiam & cognitionem. [a] *Hic toto die & nocte dicens & faciens.* Pergit Clemens dicere ea quæ fiunt ab eo qui est prædit'us Dei cognitione: hic, inquit, qui est cognitione prædit'us toto die & tota nocte præcepta Domini & verbis recitans, & factis exequens, mitum in modũ gaudet, & mane surgens, & in meridie, & deambulans & dormiens, vestimentis se induens, & exuens, & filium suum docens si habeat filium, à mandatis nunquã recedens, à quibus nunquam potest separari, & de futuris promissis semper bene sperans, Deo semper agens gratias, & eũ glorificans sicut ea animalia, tatione prædita, nempe Seraphim quæ ter sanctus dicentia eũ glorificans. Quæcunque autem tentatio eum inuaserit eã patienter & æquo animo tolerat, cũ quæ dedit Dominus ea quoque à Deo auferantur, in hoc Iob imitans, qui æquo animo tulit, non solũ bona externa quæ sibi ablata fuerãt, sed etiam ademptam sibi sanitatem proqua tetertimo vlcere erat affectus. Cur autẽ omnia bona externa simul cum sanitate sibi adimi æquo animo Iob tulerit, tationẽ reddit scriptura de Iob dicẽs, erat enim, inquit, iustus, sanctus, & ab omni improbitate abstinens. Iustus cum esset Iob, intelligebat iustũ esse, vt quæ dederat Deus, vel potius commodarat, ea cum vellet recipere; Sanctus cum esset, & nosset quæ ad Deũ pertinent (Dei autem sunt sancta iura, & sanctæ leges, & rerũ omnium dispensatio & administratio) Dei voluntati minime repugnãdum esse duxit; quod si fecisset fuisset impius. Iob autẽ tantũ aberat vt esset impius, vt ab omni abstineret improbitate, satagebat sanctas Dei leges & sancta iura, & quod omnia ab omnipotẽti eius voluntate dispẽsantur & administrantur, erat cognitione prædit'us. Qui est autẽ cognitione prædit'us, intelligit oportere ita se gerere, vt qui bona habet non sit eis nimiũ deditus, neque eis abutatur, ea temerè & luxuriosè prodigens & profundens. Sin autem mala & aduersa ei obtigerint, ea patienter & æquo animo ferre, & in vtrilque tam prosperis scilicet rebus quã aduersis, se Dominum ostendere, vt scilicet neq; efferatur secundis, neque angatur aduersis. Quod faciet si mala despiciat & conculcet, bona autẽ nempe opes suas distribuat egentibus. [b] *In dispensando autem & se demittendo.* Quamuis Dei præcepta exacte seruet, is qui est cognitione prædit'us, incidunt tamen tẽpora in quibus dispensare seque demittere & accommodare oportet. In ea dispensatione cautus sit oportet is qui est cognitione prædit'us, vt scilicet ita se gerat, vt intelligatur id quod agit esse dispensationẽ, non constitutionem. Ita se gessit Paulus in circuncidendo Timotheo, vt incelligeretur id feciſſe se accõmodans Iudæis, ne à Christo alienarentur, volens interim manere saluã constitutionẽ, quod Christiano non sit necessaria circuncisio. Et ita distinguitur dispensatio à constitutione, aliud deinde recensẽt Clemens quod fit ab eo qui est cognitione prædit'us, scilicet quod licet in eum sit peccatum, peccatorum tamen quæ in se admissa sunt, non meminit, sed ea cõdonat & remittit. Iusta itaque est eius petitio quam à Domino petit in oratione, nempe, vt ei remittantur peccata; quoniam ipse alia peccata remittit. Ini qua autem esset eius petitio, si peteret vt sua remitterentur peccata, cum aliis peccata non remitteret. Remittendi autem peccata hæc est potissima causa, quod, vt nõ vult Deus alieni concupiſci (id enim vetat in decalogo) ita etiam nullum vult haberi odio: Odio autem habetur is cuius non remittuntur peccata. Quod autẽ nullus homo sit odio habendus, hæc causa est, quod omnes homines sunt opus vnius voluntatis, nempe vnius Dei voluntate creati.

[a] NVNQVID *autem eum qui est cognitione præditus, perfectum esse volens Seruator* VIII.
*noster, sicut patrem cælestem, hoc est seipsum, dicens, Venite filij, audite à me timorem Domini, non vult nos amplius habere opus auxilio quod datur per Angelos, sed à seipso cùm dignus euaserit accipere, & à seipso præsidium habere per obedientiam? Qui talis est exigit à Domino, non autem petit, & egentibus fratribus non petet is qui est cognitione præditus, pecuniæ copias ad eis impertiendum: sed optabit illis suppeditari ea quibus indigent. Nam sic dat etiam preces iis qui indigent, is qui est cognitione præditus, & non per preces inscienter simul præbet & simpliciter. Sæpe ergo paupertas, & morbus, & tales tentationes præbentur ad admonitionem & correctionem præteritorum, & ad curam futurorum. Qui est eiusmodi, his petens alleuationem, vt qui habeat id quod est eximium cognitioni, non propter vanam gloriam, sed propter hoc ipsum quòd sit cognitione præditus, exercet ipse beneficentiam, vt qui factus sit instrumentum Dei bonitatis. Dicunt autem Matthiam Apostolum inter cætera dixisse: Si electi vicinus peccauerit, peccauit electus:* 1.Cor.5.
*nam si se ita gessisset vt iubet Verbum seu ratio, eius vitam ita esset reueritus vicinus vt non peccasset.* [b] *Quid ergo dicemus de eo qui est prædit'us cognitione? An nescijt, inquit Apostolus, quòd templum Dei estis? Diuinus ergo est is qui est cognitione prædit'us, & iam sanctus, qui Deo afflat & afflatur. Iam vero ostendens scriptura eum esse alienum à peccato, eum quidem qui offendisset vendit alienigenis. Ne aspiciat autem ad concupiscentiam mulierem alienam, dicens, apertè dicit peccatum esse alienum & præter naturam templi*

Dei. Templum autem, vnum quidem est magnum, vt Ecclesia: alterum verò parum, vt homo qui seruat semen Abrahæ. Non concupiscet ergo aliquid aliud, qui habet Deum qui requiescit. Iam verò relictis omnibus quæ sunt impedimento, & despecta tota quæ eum abstrahit materia, calum secat per scientiam: & spiritalibus transmissis essentijs, & omni principatu & potestate, tangit supremos thronos, ad illud solum tendens, propter quod solum cognoscebat. Serpente ergo commixto cum columba, simul perfectè viuit & cum bona conscientia, spem fide commiscens ad expectationem futuri. Sentit enim donum quod accepit, vt qui dignus sit habitus qui consequeretur, & translatus sit à seruitute in filiorum adoptionem, consequenter scientiæ: & neque non Deum cognouerit, vel potius ab ipso sit cognitus propter finem, & pro gratiæ meritis ostendat operationes: operæ enim sequuntur cognitionem, non secus ac vmbra corpus. Meritò ergo nihil eum conturbat ex iis quæ accidunt, neque quicquam veretur ex iis quæ diuino fiunt consilio propter vtile, neque erubescit mori, vt qui bonam habeat conscientiam, vt ostendatur potestatibus, ab omnibus, vt semel dicam, animæ maculis emundatus, & qui sciat post excessum ex hac vita fore vt secum agatur melius. Vnde iucundum & vtile nunquam præfert œconomiæ, & diuino consilio, per mandata seipsum exercens vt euadat Domino gratus & acceptus in omnibus, & apud mundum laudabilis, quandoquidem dependent omnia ab vno Deo omnipotente. In propria, inquit, venit filius Dei, & sui eum non receperunt. Quamobrem etiam in vsu rerum mundanarum, non solùm agit gratias & admiratur creaturam, sed etiam vtens vt oportet laudatur, quoniam ei finis desinit in contemplationem per operationem ex cognitione profectam, quæ fit conuenienter mandatis. Hinc iam per scientiam colligens viaticum contemplationis, postquam magnificè accepit magnitudinem contemplationis, procedit ad translationis sanctam remunerationem. Audiuit enim psalmum dicentem: Circundate Sion, & comprehendite eam, narrate in turribus eius. Significat enim, vt arbitror, eos qui Verbum altè susceperunt, futuros altos vt turres, & firmiter & stabiliter staturos in fide & cognitione. Et hæc quidem quàm fieri potest breuissimè dicta sint apud Græcos instar seminis, de eo qui est cognitione præditus. [c] Sciendum est autem, quod si vnum vel alterum ex his fidelis rectè gesserit, non tamen geret omnia, neque cum summa illa scientia cum qua is qui est cognitione præditus. Atque illius quidem, vt ita dicam, impassibilitatis quæ nobis est in eo qui est præditus cognitione, per quam perfectio eius qui est fidelis, per charitatem in virum perfectum procedens ad mensuram peruenit ætatis, Deo assimilata, vt quæ verè facta sit æqualis Angelis, succurrunt multa alia, quæ ex scriptura adduci possunt, testimonia. Satius autem existimo hanc laudem propter orationis prolixitatem iis relinquere qui volunt laborare, permittentes vt vnà etiam elaborent dogmata per allegationem scripturarum. Vnius autem breuissimè meminero, ne locum prætermittam non adnotatum. Dicit enim diuinus Apostolus in priore Epistola ad Corinthios: Audet aliquis vestrum habens negocium cum alio, iudicio contendere apud iniustos, & non apud sanctos? An nescitis quod sancti mundum iudicabunt? & quæ sequuntur. Cùm sit autem ea pars maxima, oportunis dictorum Apostolicorum vtentes dictionibus, paucissimis persequentes, & dictionem enunciantes veluti metaphrasticè, ostendemus sententiam dicti Apostolici, per quam describit perfectionem eius qui est præditus cognitione. Non constituit enim eum qui est præditus cognitione, ex hoc solùm quod magis iniuria afficiatur, quàm afficiat: sed eum docet etiam obliuisci acceptæ iniuriæ, nec permittens male precari ei qui secum iuriam. Scit enim Dominum quoque apertè iussisse orare pro inimicis. Dicere enim eum qui est affectus iniuria iudicio contendere apud iniustos, nihil est aliud quàm velle vicem reddere, & velle iniuriam referre, quod quidem est ipsum quoque similiter

Ioan. 1.

Psal. 47.

Cap. 6.

facere in-



facere iniuriam. Dicere autem aliquos velle apud sanctos iudicio contendere, ostendit eos qui petunt precibus vt iis qui fecerunt iniuriam par pari referatur, & esse quidem priori-
bus secundis meliores, sed nondum planè obedientes, nisi iniuriæ perfectè obliuiscentes, ex doctrina Domini precentur etiam pro inimicis. Pulchrum est ergo quòd bonam mentem ex ea quæ est ad fidem pœnitentia acceperint. Nam etsi veritas videatur eos habere inimicos qui inuident & æmulantur, ipsa tamen nulli est inimica: nam & Deus facit Solem
10 suum oriri super iustos & iniustos. Quinetiam ipsum Dominum misit ad iustos & iniustos, & qui contendit Deo assimilari, per maximam iniuriæ acceptæ obliuionem, remittens septuagesies septies, vtpote per totam vitam & vniuersam mundi conuersionem, quæ hebdomadibus quæ numerantur significatur, est benignus & clemens in quemlibet, etiamsi
quis hoc vniuersum in vita viuens tempus, iniuria afficit eum qui est cognitione præditus. Non solam enim possessionem vult virum bonum aliis permittere ex iis qui ipsum affecere iniuria, sed etiam vult iustum ab illis iudicibus petere remissionem peccatorum, iis qui
20 in ipsum peccarunt. Et meritò, siquidem in eo solum quod est externum, & in eo quod pertinet ad corpus, si vel vsque ad mortem procedatur, detrimento afficiunt ij qui conantur facere iniuriam, ex quibus nihil est quod sit proprium eius qui est præditus cognitione. Quemadmodum autem Angelos qui defecerunt iudicabit quispiam, qui ipse defecerit ab illa lenitate, & acceptæ iniuriæ obliuione, quam prescribit Euangelium? Cur non ergo potius, inquit, iniuria afficimini? Cur non potius fraudamini? Sed vos iniuriam facitis & fraudatis, eis scilicet malè precantes qui peccant per ignorantiam: & fraudatis Dei
30 clementia & bonitate, quantum est in vobis, eos quibus malè precamini, fratres dicentes non eos solos qui sunt in fide, sed etiam proselytos. An enim is qui nunc est inimicus sit postea credituras, nos nondum scimus. Ex quibus apertè colligitur, etsi non esse omnes, at nobis quidem ipsis videri esse fratres. Iam verò omnes quoque homines qui sunt vnius Dei opus & vna imago, vna circundati substantia, etiamsi sint alij aliis magis obscurati, solus cognoscit is qui scit etiam per creaturas operationem, per quam rursus Dei adorat voluntatem. An nescitis quòd iniusti regnum Dei non possidebunt? iniuriam ergo facit is qui re-
40 fert iniuriam, seu facto, seu verbo, siue etiam volendi cogitatione, quam post legis pædagogiam circumscribit Euangelium. Et hæc quidem eratis: tales scilicet, quales adhuc sunt, quibus ipsi non ignoscitis. Sed abluti estis: non absolutè vt reliqui, sed cùm per cognitionem abiecistis animæ affectiones, vt pro viribus assimilaremini bonitati Dei prouidentiæ, & per tolerantiam, & per acceptæ iniuriæ obliuionem. Super iustos & iniustos, Verbi & operum benignitatis lucem, sicut Sol, emittentes, siue hoc animi magnitudine, hoc sibi vendicabit is qui est præditus cognitione: siue imitatione eius quod est melius. [d] Tertia est autem causa, Remitte & remittetur tibi, veluti cogente mandato ad salutem propter insignem bonitatem. Sed sanctificati estis: ei enim qui ad hunc venit habitum, sanctum esse conuenit, nullo modo cadendo in vllam animi perturbationẽ, sed perinde ac si carne careat, & absque hac terra sanctus euaserit. Quamobrem iustificati estis, inquit, nomine Domini, facti estis, vt ita dicam, ab ipso, vt iusti essetis sicut ipse: & Spiritui sancto, quoad eius fieri potuit, commixti & contemperati estis. Num enim omnia mihi licent? Sed non in potestatem redigar, inquit, vt aliquid faciam vel cogitem vel loquar præter Euangelium. Escæ autem ventri, & venter escis, quas Deus destruet, hoc est, eos qui sic cogitant & viuunt, tanquam nati sint vt comedant, non autem comedunt vt viuant quidem per consequentiam, cognitioni autem attendant principaliter. Et nunquid eos esse dicit veluti carnes sancti corporis? Corpus autem allegoricè Domini dicitur Ecclesia, spiritualis & sanctus chorus, ex quibus ij qui vocantur solùm nomine, viuunt autem non ex ratione, sunt carnes.

*Hoc autem corpus ſpirituale, hoc eſt ſanctа Eccleſia, non fornicationi, nec ab Euangelio defectioni, quæ nullo modo oportet inire conſuetudinem & familiaritatem cum vita gentilium. Fornicatur enim in Eccleſiam, eius quoque corpus, is qui gentiliter viuit in Eccleſia, ſiue in factо, ſiue in verbo, ſiue etiam in ipſa cogitatione. Qui huic adhæret meretrici, ei inquam quæ eſt præter teſtamentum operationi, fit aliud corpus, non ſanctum in carne vnam, ſed vitam gentilem, & ſpem aliam: qui autem adhæret Domino in ſpiritu, corpus ſpirituale, dinerſum genus congreſſionis. Filius hic totus, homo ſanctus, impatibilis, cognitione prædituſ, perfectus, formatus doctrina Domini, vt cùm factо & verbo & ipſo ſpiritu Domino adhæſerit, recipiat illam manſionem quæ debetur ei qui ſic vir euaſit. Sufficit hoc ſpecimen eis qui habent aures. Non eſt enim euoluendum myſterium, ſed tantum eſt oſtendendum, quantum ſufficit ad reuocandum in memoriam iis qui ſunt participes cognitionis, qui etiam intelligent quemadmodum dictum ſit à Domino: Eſtote vt pater veſter perfecti, perfecti, perfectè peccata remittentes, & accepta iniuria obliuiſcentes, & vinentes in habitu impatibilitatis. Quomodo enim perfectum dicimus medicum, & perfectum philoſophum: ita, vt opinor, perfectè cognitione prædituм. Sed nihil ex his, etſi ſit maximum aſſumitur ad Dei ſimilitudinem: non enim, vt Stoici valde impiè, hominis & Dei tandem virtutem eſſe dicimus. Nunquid ergo debemus eſſe perfecti, vt vult pater? Nequaquam enim fieri poteſt vt ſit aliquis perfectus vt eſt Deus: vult autem Pater nos ita viuentes vt obediuntes Euangelio, perfectos fieri citra reprehenſionem. Si ergo dicti quod ita prolatum eſt vt ei aliquid deſit, id quod deficit ſubaudierimus, ad locum implendum iis qui poſſunt intelligere: & voluntatem Dei cognoſcemus, & pro dignitate mandati ſimul piè & magnificè viuemus. [c] Quoniam autem eſt conſequens reſpondere iis quæ à Græcis & Iudæis nobis obijciuntur: in nonnullis autem dubitationibus ſimiliter atque prædicti nos reprehendunt quæ aliam ſequuntur doctrinam hæreſes, bene habuerint vt prius expurgatis iis quæ ſunt impedimento, parati ad ſoluendas dubitationes, progrediamur ad ſequens Stroma. Primùm ergo hoc aduerſus nos adducunt, dicentes non oportere nos credere propter diſſenſionem hæreſum: retardatur enim ac differtur veritas, dum alij alia dogmata conſtituunt. Ad quos dicimus, quod & apud vos Iudæos, & apud eos qui apud Græcos fuere vt maximа exiſtimatione Philoſophos, fuere plures hæreſes: neque tamen ideo dubitandum eſſe dicitis philoſophari, aut ſe Iudaicæ tradere diſciplinæ, propter eam quæ eſt inter ſe veſtrarum ſectarum diſſenſionem. Præterea autem fore vt in veritate ſeminentur hæreſes, vt in frumento zizania, prophetice dictum eſt à Domino, & fieri non poteſt vt non fiat id quod prædictum eſt eſſe futurum. Huius autem cauſa eſt, quòd quicquid eſt pulchrum ſequitur Momus. Num ergo ſi quis pacta conuenta non obſeruauerit, & tranſgreſſus fuerit eam quæ fit apud nos confeſſionem, propter eum qui non ſtetit ſuæ promiſſioni, abſtinebimus nos quoque à veritate? Sed vt oportet virum probum minimè eſſe mendacem, & nihil infirmare eorum quæ eſt pollicitus, etiamſi aliqui alij pacta conuenta tranſiliant: ita nos quoque nullo modo conuenit tranſilire regulam eccleſiaſticam: & maximè eam quæ ſit de rebus maximis profeſſionem, nos quidem obſeruamus, illi verò tranſiliunt. Eſt ergo credendum iis quæ firmiter adhærent veritati.*

## COMMENTARIVS.

[a] NVNQVID *autem eum qui eſt cognitione.* Perſequitur Clemens ſuum inſtitutũ de eo qui eſt prædituſ cognitione, dicit enim Chriſtũ Seruatorẽ noſtrũ volentẽ eum eſſe perfectum, ſicut pater cæleſtis atque adeo ipſe eſt perfectus, patris enim & filij vna eſt & eadem perfectio, nõ aliunde velle nos auxiliũ petere & præſidium, quàm à ſeipſo Deo, vt ne ab Angelis quidem petatur. Vult enim nos totos petere ab ipſo cui quæcunque petuntur & impetrantur, ſunt accepta ferenda Chriſto, petet autem is qui eſt cognitione prædituſ, cũ dignus euaſerit qui petere incipiat, propter obedientiam. Qui talis eſt, inquit, nempe Dei habet cogni-



habet cognitionem & ſcientiam & eius pareat præceptis, is non tam à Deo petit quam exigit. Tanta eſt emiſſi eius in Deum fiducia, vt quaſi debitum poſtulet quod petit. *Quid ergo dicemus de eo.* Peccaſſe Clemens dicit electum ſi peccet eius vicinus: non peccaret enim vicinus ſi electus ita ſe geretet vt vult verbum. Sed quæritur an ſicut peccat electus, peccat etiam is qui eſt cognitione prædituſ. Reſpondet Clemens dicere Apoſtolum eos qui ſunt cognitione prædituſ eſſe templum Dei. Templum autem Dei eſt in quo eſt Deus. Id autem in quo eſt Deus eſt diuinum & ſanctum: quod autem ſanctum eſt non peccat. Sanctus autem eſt qui eſt cognitione prædituſ, is ergo non peccat. Qui eſt autem diuinus & ſanctus, is & Deũ inſpirat & à Deo inſpiratur. Non ergo ſicut peccat electus, ita peccat is qui eſt cognitione prædituſ. Quod autem à peccato ſit alienus is qui eſt cognitione prædituſ, ex hoc oſtendit ſcriptura, dicens eum qui peccaneritvenditum eſſe alienigenis, Ioſeph enim peccarat in fratres quos peſſimi criminis inſimulat: ita enim accipitur allegoricè. Scriptura quoque dicẽs, non eſſe aſpiciendam alienam mulierem ad concupiſcentiam, ſignificat peccatum, à templo Dei eſſe alienum & plane diuerſum ab eius natura. Eſt autem duplex templum, vnum magnum & alterum paruum. Magnum eſt Eccleſia quæ eſt congregatio fidelium, alterum eſt quilibet homo fidelis: vtrumque dicitur templum quod in eo Deus habitet. Paruum autem habet ſemen Abrahæ nempe Chriſtum, qui quod ad humanam attinet generationem, ab Abrahamo induxit generis originem. Cùm autem in vtroque Deus habitet, vtrumque eſt ſanctum & immune à peccato. Vnde & ſancta eſt Eccleſia, & quilibet fidelis eſt ſanctus & alienus à concupiſcentijs. Quid enim aliud concupiſcet, qui Deum habet quo nihil eſt aliud melius & præſtantius? *Stetendum eſt autem.* Longè eſt maius eſſe cognitione prædituм quam eſſe tantum fidelem. Vnum aut alterum recte gerat fidelis, ſed non omnia, nec cum ea ſcientia cum qua is qui eſt cognitione prædituſ. In cognitione autem prædito eſt veluti quædam impatibilitas, id eſt omnium vitiorum & animi perturbationum vacuitas, per quam perfectio eius qui eſt fidelis in virum perfectum procedens, peruenit ad plenam menſuram ætatis. Per eum enim eſt adeo perfectus, & omni ex parte abſolutus, vt Deo ſit ſimilis, vt qui ſit æqualis ipſis Angelis qui ſunt impaſſibiles. Alludit autem Clemens ad id quod ſcribit Paulus ad Epheſios in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti, per menſuram plenitudinis ætatis, ſignificans perfectionem. Cum autem multa alia adduci poſſent ex ſcripturis ad oſtendendam viri cognitione prædit perfectionem, quoniam longiori opus eſſet oratione, eam curam relinquens aliis, vnam tantùm citat particulam ex Epiſtola prima ad Corinthios, quam metaphraſticè exponit, perfectionem eius qui eſt cognitione prædituſ, quã conſtare dicit, non ex hoc ſolum quod iniuria magis afficiatur quam afficiat, ſed etiam quod acceptæ iniuriæ non meminerit, nec male precetur iis qui fecerunt iniuriam, cum ipſe Chriſtus inbeat etiam orare pro inimicis. Horum contrarium facient, qui ſiue apud iniuſtos, ſiue apud iuſtos volunt iudicio contendere, vt par pari referant, & acceptam referant iniuriã. Et apud quoſcunque quidem fiat, ſemper malum eſt acceptam referre iniuriam. *Tertia eſt autem cauſa remitte & remittetur vobis.* Duabus cauſis quas ſuperius dixerat Dei aſſimilationis perfectionis ſcilicet, & iniuriarũ obliuionis, ſubiungit tertiam nempe peccatorum remiſſionem, quæ ſumitur ex ſcriptura quæ dicit remittite & remittetur. Hoc eſt præceptum quod propter inſignem bonitatem cogit ad ſalutem. Quis eſt enim maior bonitas quam eum qui in te peccauit & te offendit non vlciſci, ſed ei peccatum remittere? cogit autem quodammodo ad ſalutem, cum propter remiſſa peccata etiam nolens ſalus fiat. *Quoniam autem eſt conſequens reſpondere.* Poſtquam de eo qui eſt cognitione prædituſ, & de eius perfectione, ſatis dixit Clemens, & ad octauum Stroma erat venturus, vtilum eſt ei prius eſſe reſpondendũ ad ea quæ aduerſus fidei doctrinam Chriſtianis obijciunt & Græci & Iudæi: dicunt enim ad fidei doctrinam nõ eſſe accedendum, quod in ea ſint diuerſæ ſectæ & hæreſes, quoniam à veritate retardat diuerſorum dogmatum conſtitutio. Quibus reſpondens Clemens eos ſuo iugulat gladio. Nam & apud Græcos in magna exiſtimatione eſt philoſophia, cum tamen philoſophorum diuerſæ ſint hæreſes, & apud Iudæos quoq; ſint ſectæ. Sed non ideo Græci dicunt non eſſe philoſophandum, nec Iudæi eos reiiciunt qui ſectarum eorum diſciplinæ, non eſſe ergo quod in Chriſtianis exprobrent diſſenſiones hæreſum. Futuras autem in ſua Eccleſia hæreſes, vt in frumento lolium ipſe prædixit Chriſtus, nec fieri poteſt vt non ſint. Hæreſum autem hæc eſt cauſa, quod cum ſint res pulcherrimæ veræ fidei doctrinæ, quod quidquid eſt pulchrũ ſequitur Momus, qui apud Græcos dicitur Deus reprehenſionis. Nec ideo non eſt ſtandum promiſſis quod pacta conuenta non ſeruat quis, nec ſi qui à veritate recedunt ſion ideo non eſt obſeruanda regula Eccleſiaſtica, & quæ ſit de rebus maximis fidei promiſſio. Eſt ergo firmiter credendum, & eſt ipſa retinenda & amplectenda veritas.

[b] IAM *verò nobis vt largè venientibus hac defenſione licet apud eos dicere, quòd medici quoque quorum conuenienter ſuis ſectis diuerſæ ſunt ſententiæ, ex æquo re ipſa curant. Num ergo quiſpiam ægrotans & vt curetur opus habens, non admittit medicum propter eas quæ ſunt in medicina hæreſes? Neque ergo qui anima ægrotat, & eſt plenus ſimulachris, pro ſanitate & ad Deum converſione prætexat vnquam hæreſes. Certè propter probatos, inquit, ſunt hæreſes: probatos autem dicit, vel eos qui venientes ad fidem, maiori electione accedunt ad doctrinam Dominicam, tanquam probos argentarios, qui nummos Domini adulterinos diſcernunt ex falſa impreſſione: aut eos qui in ipſa fide iam probi euaſerunt, & in vita & in cognitione. Propterea ergo maiori cura opus eſt & prouidentia,* IX.

vt examinetur quomodo sit exactè & perfectè viuendum, & quænam sit vera pietas & rectus Dei cultus. Clarum est enim quòd cùm veritas sit ardua & difficilis, propterea certè fuerunt quæstiones, ex quibus quæ nimio sui amore laborant, & sunt ambitiosæ & gloriæ cupidæ, sunt hæreses eorum qui non didicerunt quidem, neque verè acceperunt, sed sibi cognitionis sumpsere persuasionem. Est ergo nobis maiori studio & cura perscrutanda, ea quæ verè est veritas, quæ sola versatur circa eum qui verè est Deus. Laborem autem consequitur dulcis inuentio & memoria. Est ergo labor inueniendi subeundus propter hæreses, sed non est omnino deficiendum. Neque enim si appositus sit fructûs, vnus quidem verus & maturus, alius verò factus ex cera quam maximè similis, propter similitudinem est abstinendum ab vtroque. Simul autem est discernendum comprehendente contemplatione, & principali consideratione, verum ab eo quod apparet. Et quomodo si vna quidem sit via regia, & multæ etiam aliæ, ex quibus aliquæ ferunt in præcipitium, aliquæ verò ad fluuium rapidè fluentem, aut ad mare profundum, non dubitauerit quispiam viam ingredi propter dissensionem, sed vtetur via regia & trita & seiuncta à periculo: ita cùm alij alia dicant, de veritate non est discedendum, sed est exactissimè & diligentissimè inquirenda eius exactissima & accuratissima cognitio. Nam cum oleribus hortensibus vnà etiam nascuntur herbæ: num ergo abstinent agricolæ à culturæ agrorum? Cùm ergo habeamus à natura multa quæ nos incitant, & dant occasionem ad ea quæ dicuntur examinanda, debemus etiam veritatis inuenire consequentiam. Quocirca meritò etiam condemnamur, non assentientes iis quibus oportet parere, non discernentes id quod repugnat, id quod est & indecorum, & præter naturam, & falsum à vero & consentaneo, & decoro, & eo quod est secundum naturam: quibus quidem vtendum est, vt quæ incitent & sint occasio agnoscendæ eius quæ verè est veritatis. Græcis ergo est inanis hic prætextus: volentibus enim licebit inuenire veritatem. [b] Iis autem qui causas adducunt quæ carent ratione, est iudicium quod nullam habet excusationem: vtrum enim perimunt, an assentiuntur nullam esse demonstrationem? Existimo omnes assensuros præter eos qui sensus perimunt. Cùm sit autem demonstratio, necesse est descendere ad quæstiones, & per ipsas scripturas discere demonstratiuè, quemadmodum lapse quidem sunt hæreses: quemadmodum autem in sola veritate & antiqua Ecclesia sit perfectissima cognitio, & ea quæ est reuera optima hæresis, id est, electio. Et iis autem qui declinant à veritate, alij quidem seipsos solos, alij verò propinquos quoque conantur fallere. Atque hi quidem qui appellantur δοξόσοφοι, hoc est, opinione sapientes, qui se veritatem inuenisse existimant, nullam habentes veram demonstrationem, ij seipsos decipiunt, se acquieuisse existimantes, quorum non parua est multitudo, & quæstiones declinantium propter confutationes, & doctrinam vitantium propter condemnationem. Qui autem eos qui accedunt decipiunt, sunt valdè callidi, & astuti, qui etiamsi satis assequantur se nihil scire, probabilibus tamen argumentis obscurant veritatem. Alia est autem, vt opinor, natura probabilium argumentorum, & alia verorum. Et quòd necesse sit nomen hæresium ita dici vt veritati opponatur, & ab ea distinguatur, cognoscimus: à qua cùm quædam ad hominum perniciem auulserint Sophistæ, humanis à se inuentis ea infodientes artibus, gloriantur se præesse diatribæ seu scholæ potius quàm Ecclesiæ. [c] Sed qui in rebus pulcherrimis laborem impendere sunt parati, non prius desistent quærere veritatem, quàm ex ipsis scripturis acceperint demonstrationem. At sunt quidem quidam communes hominum iudices, nempe sensus: alij autem, eorum qui consultarunt & exercuerunt ea quę vera sunt, nempe quę sunt verarum & falsarum orationum artes, per mentem & ratiocinationem. Maximum est autem deponere opinionem, consistendo in medio accuratæ perfectæque scientiæ, & temerariæ sapientiæ opinionis, & nosse quòd qui aeternam



aeternam sperat quietem, cognoscit etiam eius ingressum qui est laboriosus & arctus. Et qui semel admisit Euangelium, & salutare, inquit, quando cognouerit, ne ad ea quæ sunt retro conuertatur, sicut vxor Loth, neque ad priorem vitam quæ dat operam rebus sensibus. Sed neque recurrat ad hæreses: assuefaciunt enim nescio quomodo, eum qui non est, nosse Deum. Qui enim diligit patrem vel matrem plus quàm me, qui sum verè pater & magister veritatis, qui regenero & recreo, foueoque & alo electam animam, non est me dignus, vt sit, inquit, Dei filius, & Dei discipulus, & simul etiam amicus & cognatus: Luc. 9:
nemo enim ad ea quæ sunt retro aspiciens, & manum suam mittens ad aratrum, est aptus regno Dei. [d] Sed vt videtur, multis in hodiernum diem videtur Maria esse puerpera propter ortum filij, cùm non sit puerpera: etenim dicunt aliqui eam postquam peperisset, inspectam ab obstetrice, inuentam fuisse virginem. Tales autem sunt nobis scripturæ Dominicæ, veritatem parientes, & manentes virgines cum occultatione mysteriorum: peperit, & non peperit, inquit Scriptura, vt quæ ex se, non ex coniunctione conceperit. Quamobrem iis qui sunt cognitione præditi, conceperunt scripturæ: hæreses autem, vt quæ non intellexerint, amandant tanquam quæ non conceperint. Cùm autem omnes homines idem habeant iudicium, alij quidem Verbum quod dictat sequentes, faciunt argumenta: alij autem cùm seipsos dediderint voluptatibus, scripturam torquent ad suas cupiditates. Opus est autem, vt opinor, amatori veritatis robore animi: necesse est enim labi in maximis, eos qui res maximas aggrediuntur, nisi regulam veritatis ab ipsis veritate acceptam tenuerint. Qui autem sunt eiusmodi, vt qui à recta via exciderint, meritò etiam falluntur in pluribus singularibus, propterea quòd non habeant verorum & falsorum iudicium planè exercitatum, in iis quæ oportet eligere: si enim haberent, parerent scripturis diuinis. Quomodo ergo si quis fiat bestia ex homine, similiter atque ij qui fuerant infecti venenis Circes: ita homo Dei esse & Domino fidelis esse perdidit, qui aduersus Ecclesiasticam recalcitrauit traditionem, & in humanarum hæresum desiluit opiniones. Qui autem ex errore reuersus obediit scripturis, & vitam suam permisit veritati, Deus quodammodo ex homine efficitur. [e] Principium enim doctrinæ habemus Dominum, qui & per Prophetas, & per Euangelium, & per beatos Apostolos, multifariam multisque modis à principio ad finem deducit cognitionis. Principium autem si quis alio opus habere existimauerit, non vtique verè potuerit conseruari principium. Qui est ergo ex seipso fidelis, Dominica scriptura & voce est fide dignus, quæ per Dominum exercetur ad hominum beneficium. Ipsa autem iudice vtimur ad res inueniendas: quicquid autem iudicatur, non creditur, priusquam fuerit iudicatum, quare nec est principium id quod opus habet iudicio. Meritò ergo cùm fide comprehenderimus principium indemonstrabile, & ex reduntanti quadam copia demonstrationes ab ipso principio sumpserimus de principio, voce Domini erudimur ad cognitionem veritatis: non enim absolutè enunciantibus hominibus fidem habuerimus, quibus licet etiam enunciare contrarium. Si autem non satis est solùm absolutè dicere quod visum est, sed oportet etiam probare quod dictum est, non expectamus testimonium quod datur ab hominibus, sed voce Domini probamus quod quæritur, quæ est magis fide digna quàm quæuis demonstrationes: vel potius quæ sola est demonstratio, per quam scientiam, qui solùm quidem custauere scripturas, sunt fideles. Qui autem etiá vlterius processerunt, sunt perfecti gnomones veritatis, ij scilicet qui sunt cognitione præditi: quandoquidem etiam in iis quæ ad vitam pertinent, eos qui sunt rudes superant artifices, & per communes notiones exprimunt id quod est melius. Sic ergo nos quoque ex ipsis de ipsis scripturis perfectè demonstrantes, ex fide persuademus demonstratiuè. [f] Quòd si Propheticis quoque scripturis

vti ausi fuerint qui persequuntur hæreses, primùm quidem non omnibus, deinde non perfectis, neque vt dictat corpus & contextura Prophetiæ, sed eligentes ea quæ dicta sunt ambiguè, traducunt ad proprias opiniones, paucas voces sparsim carpentes, non id considerantes quod ex ipsis significatur, sed ipsa nuda dictione vtentes. Nam in omnibus ferè dictis quæ adducunt, inueneris ipsos sola nomina attendentes, vt qui mutent significata, neque quemadmodum dicantur cognoscant, neque iis quas afferunt allegationibus, ita vt earum natura postulat vtantur. Veritas autem non inuenitur in eo quòd transferat significata, sic enim omnem veram euertent veritatem: sed in eo quod considerent quid Domino & omnipotenti Deo perfectè conueniat, & eum deceat, & in eo quòd confirment vnumquodque ex iis quæ demonstrantur per scripturas, ex ipsis rursus similibus scripturis. Neque ergo volunt conuerti ad veritatem, vt quos pudeat deponere commodum sui in seipsos amoris: neque sciunt qua ratione possint suas stabilire opiniones, scripturis vim afferentes. Cùm autem ad falsa in vulgus proferenda dogmata processerint, cum omnibus ferè scripturis euidenter pugnantes, & semper à nobis qui contra eos dicimus confutati, quod restat; nunc adhuc quoque sustinent, partim quidem ex Propheticis aliqua non admittere, partim autem nos, tanquam qui simus alterius naturæ, non posse quæ sunt illorum propria intelligere, calumniantur. Nonnunquam autem etiam cùm conuincuntur, sua negant dogmata, apertè confiteri erubescentes quæ se seorsum sic docere gloriantur: sic enim in omnibus hæresibus videre licet, persequendo ipsorum dogmatum nequitias. Nam postquam à nobis euersi fuerint, ostendentibus ipsos apertè aduersari scripturis, duorum alterum videre licet fieri ab iis qui præsunt dogmati: aut enim suorum dogmatum consequentiam, aut ipsam Prophetiam, vel potius suam ipsorum spem despiciunt. Semper enim sibi sumunt id quod eis visum fuerit esse euidentius, quàm quod dictum est à Domino per Prophetas, & ab Euangelio, & etiam Apostolorum testimonio confirmatum & comprobatum. Cum ergo viderent sibi imminere periculum, non de vno dogmate, sed de conseruanda hæresi: non veritatem inuenunt (nam cùm quæ sunt in medio posita & in promptu sunt apud nos legissent, ea vt vilia contempserunt) sed quod est commune fidei, superare contendentes, excesserunt à veritate. Nam cùm Ecclesiasticæ cognitionis non didicissent mysteria, neque veritatis percepissent magnitudinem, vt qui in perscrutando rerum profundo fuissent socordes, & superficie tenus legissent, scripturas valere iusserunt. Inani ergo sapientiæ opinione elati, perpetuò litigant, apertè ostendentes se magis curare vt videantur, quàm vt philosophentur. Iam verò cum non necessariis rerum nitantur principiis, & humanis motis opinionibus, vt finis deinde eis necessariò sequatur, comparant, sauciantur argumentis eorum qui veram tractant philosophiam, & quiduis potius tolerant, & omnem, vt aiunt, rudentem mouent, etiamsi futuri sint impij, propterea quòd non credant scripturis, quàm à sectæ sibi grato honore traducantur, & à vulgo iactata in eorum Ecclesijs prima fide, propter quam illam quoque conuiuialem, per eam quæ falso nomine appellatur charitatem, primum accubitum amplectuntur. [g] Quæ est autem apud nos agnitio veritatis, vt ex ijs quæ iam sunt credibilia, ijs quæ nondum sunt, fides habeatur, efficit: quæ quidem est, vt ita dicam, essentia demonstrationis. Sed omnis, vt videtur, hæresis ab initio habet aures quæ non audiunt id quod est vtile, sed solum patent ijs quæ dicuntur ad voluptatem. Nam curatus vtique esset eorum aliquis, si tantum voluisset parere veritati. Est autem triplex ratio curandæ opinionis, sicut etiam cuiusuis affectionis: causa cognitio: & quomodo ea possit auferri: & tertium, animæ exercitatio, & assuefactio vt possit sequi ea quæ rectè iudicata fuerint. Quomodo enim turbatus oculus, ita etiam anima conturbata



hata iis dogmatibus quæ sunt præter naturam, non potest veritatis lucem perfectè videre, quinetiam ea quæ sunt præ pedibus ægrè intuetur. Dicunt itaque anguillas quoque excæcatas capi in aquis turbida. Et sicut improbi pueri excludunt Pædagogum, ita etiam hi arcent Prophetiam à sua Ecclesia, suspectas eas habentes propter reprehensionem & admonitionem: quamplurima certe consarciunt mendacia & figmenta, vt iurè videantur non admittere scripturas. Hac ergo ratione non sunt pij, vt qui diuinis præceptis non acquiescant, hoc est, diuino spiritui. Quomodo autem dicuntur inanes amygdalæ, non in quibus nihil inest, sed in quibus id quod inest est inutile: ita etiam hæreticos dicimus qui sunt inanes Dei consiliorum & Christi traditionum, & amarescunt non secus atque agrestia amygdala, & sunt principes authoresque dogmatum, nisi quæ propter veri euidentiam deponere & occultare non potuerunt. [h] Quomodo ergo in bello non est ordo deserendus quem dedit imperator militi: ita nec deserendus est ordo quem nobis dedit Verbum, quem accepimus principem ac ducem cognitionis & vitæ. Vulgus autem ne hoc quidem examinauit, an sit sequendus aliquis, & quisnam hic, & quemadmodum: quale enim est Verbum, talem quoque esse vitam conuenit fideli, vt possit sequi Deum qui ab initio omnia recta via dirigit. Postquam autem Verbum quispiam fuerit transgressus, & per id, Deum, si imbecillus quidem fuit, propterea quòd aliqua repentina se obtulerit visio, efficiendum est vt sint prompta visa quæ sunt ex ratione. Sin autem more qui prius inualuit, victus fuerit, vt ait scriptura, is qui est ex vulgo, curandum est vt mos conquiescat in eo quod est perfectum, & omni ex parte absolutum, & vt contrà cùm dicat, exercenda est anima. Si autem pugnantia aliqua quoque dogmata videtur attrahere, ea sunt subducenda, & eundum est ad eos qui quieta dogmata efficiunt, & diuinis scripturis eos incantant qui sunt rudes & imperiti, & strepitum, pertimescunt, per testamentorum consequentiam eis veritatem explanantes. Sed, vt videtur, magis declinamus ad ea quæ sunt opinabilia, etiamsi sint contraria, quàm ad veritatem: est enim austera grauisque & seuera. [i] Atque cùm sint quidem tres animæ affectiones, ignoratio, scientia, opinio: qui in ignoratione quidem versantur, sunt gentes: qui autem in scientia, vera Ecclesia: qui verò in opinione, ij qui sectantur hæreses. Nihilo ergo apertius videre licet affirmantes eos qui sciunt de iis quæ sciunt, quàm hos de quibus opinantur, quod attinet ad affirmandum absque demonstratione. Si itaque inuicem despiciunt & irrident, & accidit vt eadem intelligentia ab aliis quidem in maximo honore habeatur, ab aliis autem damnetur amentiæ. Atqui didicimus aliud quidem esse voluptatem, quæ est attribuenda gentibus: aliud autem litem & contentionem quæ præponenda est in hæresibus: aliud gaudium, quod, vt proprium, Ecclesiæ est assignandum: aliud, lætitiam, quæ danda est ei qui ex veritate præditus est cognitione. Quemadmodum autem si quis in Ischomacho studium posuerit, eum faciet agricolam: & si in Lampidio, nautam: & Charidemo, imperatorem: vt in Simone, equitandi gnarum: & si in Perdice, cauponam: & si in Crobylo obsoniorum conditorem: & si in Archilao saltatorem: & si in Homero, Poëtam: & si in Pyrrhone, contentiosum: & si in Demosthene, oratorem: & si in Chrysippo, dialecticum: & si in Aristotele, physicum: & si in Platone, philosophum: ita qui paret Domino, & per eum datam sequitur Prophetiam, efficitur ad magistri imaginem Deus qui in carne versatur. [k] Hanc ergo altitudinem minimè assequuntur, qui non sequuntur Deum eos ducentem: ducit autem per scripturas diuinitus inspiratas. Atque cum ea quidem sint innumerabilia quæ fiunt ab hominibus, sunt vtique duo cuiusuis peccati principia, ignoratio & imbecillitas: est autem vtrumque in nostra potestate, cùm nec velimus discere, nec cupiditatem contnere. Ex his autem, vnum quidem

Lætitia contraria prudentiæ.

argumenta afferunt quæ probant & fidem faciunt. Alij autem Dei verbum non sequuntur nec rationem, sed totos se dedunt voluptatibus: ij non ea efficiunt argumenta quæ sunt probabilia & fidem faciunt eorum quæ sunt bona & honesta, sed torquent scripturas & inuitas cogunt seruire suis desiderijs & cupiditatibus. [a] *Principium enim.* Cum Dominus sit nostræ doctrinæ principium, à quo scripturas habemus per prophetas, Euangelium, & Apostolos, est ipsum principium indemonstrabile. Si enim esset demonstrabile alio opus haberet principio, nec esset amplius principium. Demõstrant autem scripturæ per fidem quæ sunt vox Domini. Est autem vox Domini magis fide digna, quam quæuis demonstratio, vel potius est ipsa demonstratio. Quod si vox Domini est demõstratio, quæ sit in scripturis, non ab hominibus, sed ab ipsis petendum est testimonium veritatis. Eam veritatis scientiam qui tantum gustarũt ex scripturis sunt fideles, qui autem vltra ipsas processerunt scripturas, & ad ipsam peruenerunt cognitionem, sunt perfectæ regulæ veritatis, ij autem non solum sunt fideles sed etiam cognitione præditi. Non solum autem sciunt quæ intellexerunt ex scripturis, sed nec ea ignorant quæ rudes callent artifices, & suis animis licet non scriptas communes imprimunt notiones, quod si scripturæ vim habent demonstrandi per fidem, nos ex fide quã habemus scripturis persuasiue demonstramus. A Domino ergo qui est summum principium habemus scripturas, quas cum veras esse credimus per fidem, ex ipsis vere demonstramus. [b] *Quod si prophetiis quoque scripturis vti assi fuerint.* Cum ad veritatem ex fide demonstrandam scripturis vtantur fideles, eis etiam vtantur hæretici, ostendit Clemens, quænam sit inter eos differentia. Ambo quidem vtuntur scripturis, sed non eodem modo. Propheticis scripturis omnibus vtũtur fideles: hæretici autem non omnibus, sed quibusdam tantum, neque iis perfectis, sed truncis & mutilis, nec vllam habentes rationem contextus scripturæ, sed si in prophetis aliqua sit ambiguitas, quæ dicta sunt ambigue ad suas traducunt opiniones, sola autem nomina attendunt, non attendentes quid ea significent. Porro autem falsa dogmata in vulgus proferentes, euidenter pugnãt cum omnibus scripturis: à fidelibus semper confutati calumniantur, eosq; quæ à se dicũtur non intelligere aiunt, & propheticas scripturas non admittunt, vt quæ eorum scriptis non conueniant. Nonnunquam autem conuicti sua negant dogmata in quibus alioqui gloriantur, conuicti autem erubescunt ea confiteri. Cum certe ostentum fuerit ea quæ dicunt pugnare cum scripturis, qui dogmati præsunt, nempe hæresiarchæ, fatentur sua dogmata inter se non consentire, aut ipsam prophetiæ negant scripturam, aut spem quam ex sua doctrina conceperant desipiunt, vt qui frustra laborant. Confutati quidem ita deprimuntur. Quod si non confutantur, quicquid sentiunt euidentius existimãt quam quod dixit Dominus per prophetias, Euangelium & Apostolos, cum autem videant sibi imminere periculum, ne vnũ aliquod dogma, sed ne tota hæresis intereat, quam volunt conseruari, non quærunt inuenire veritatem. Cum enim quæ sunt apud nos in medio posita, vulgariaque & facilia, vt quę scripta sint in triuialibus parabolis legissent, ea contempserũt. Non quærunt, inquam, inuenire veritatem, quæ latet in vulgari & trito vulgi sermone: sed fide volentes esse superiores, excidũt à veritate. [c] *Quæ est autem apud nos agnitio veritatis.* Hæretici contemnentes scripturas quæ veritatem ex fide demonstrant, ostentationem sibi solum proponunt, non veritatem: agnitio autem veritatis, quam habent fideles orthodoxi, efficit vt per ea quæ sunt credibilia, credantur ea quæ nondum sunt credibilia. In hoc enim quodammodo consistit essentia demonstrationis, vt ex iis quæ sunt vera & certa, ostendantur credibilia, quæ prius credi non poterant. ita quidem se gerunt fideles orthodoxi, qui habent (vt scribit Euangeliũ) aures audiendi. Audiendi autem aures habent qui non audiunt ad voluptatem, sed ad assequendam veritatem. Eas non habent hæretici, qui non audiunt id quod est vtile & honestum, sed parent voluptati & eam sequũtur. Quod autem ita sit ex hoc potest intelligi, quod si veritati parerẽt hæretici, ex prauia opinione curarentur aliquis, sed nullus curatur. Triplici autem ratione curatur mala opinio sicut & quæuis mala affectio, nempe si cognoscatur causa malæ opiniohis, & sciatur quomodo ea tollatur, & si fese exercuerit & assueuerit animus, vt ea possit sequi quæ esse bona & recta iudicauerit. Vt ea autem quæ recta & bona iudicauerit sequatur animus, fieri non potest, si sit turbatus fallis dogmatibus, sicut nec turbatus oculus, ea potest videre quæ sunt præ pedibus, nec turbatus quoq; animus lucem potest perspicere, magis imò qui falsis & quæ naturæ non conueniũt est exæcatus dogmatibus. Exæcatus autem animus, vt qui lucem non videat, facilè capitur & decipitur, sicut anguillæ exæcatæ capiũtur in aqua turbida. Porro autem cõparat Clemens hæreticos cum malis pueris, qui pedagogum qui eos docet & instituit excludunt: prophetiæ enim sicut & totum fere vetus testamentum sunt pedagogus ad Christũ. Sed vetus testamentũ reiecũt hæretici & Manichæi, quod vt iuste facere videantur, mendacia & figmenta cõfarcinant, vt qui in vetus testamento, vt hoc exempli causa dicam, Deũ dicant esse iustum, sed non bonum, cum tamen in vtroq; vnus sit & idem Deus. In suas itaque Ecclesias non admittunt Prophetias, quas vident elle actes & reuehementes in vitiis infectãdis & malis reprehẽdendis. Sunt ergo impij hæretici qui diuina præcepta non suscipiunt, nec sanctũ Spiritũ à quo per inspirationem editæ sunt scripturæ. Iam vero vt melius intelligamus quales dicat esse Clemens hæreticos, eos assimilat amygdalis: inania enim dicũtur amygdala, non quod in eis nihil sit, sed quod illud quod est in eis sit inutile. Ita etiam inanes dicũtur hæretici, nõ quod in eis nihil sit, sunt enim in eorum scriptis multa, sed quod in eis nihil sit diuinum, neque quicquã eximium quæ tradidit Christus, sed quę sunt in eis sunt amarata vt amygdala agrestia, & nihil omnino profunt, & sunt quæ ab ipsis traduntur dogmata, à Deo & Christo plane aliena, nisi si qua sunt adeo euidentia, vt ea auferre & abscõderenõ potuerint. [d] *Quomodo ergo in bello nõ est ordo deserendus.* Vt miles sequitur ordinem quem dedit dux exercitus, ita eum qui Christo nomẽ dedit, sequi oportet ordinem quem verbũ dedit, qui est fidelibus princeps, & dux cognitionis & vitæ: cùm sit ergo verbũ princeps & dux noster, oportet & cognitionem nostram & vitã ei esse conuenientem, vt possit Deum sequi qui via recta omnia dirigit. Hoc is demũ intelligit qui est cognitione præditus, non vulgus imperitum, quod nescit nec an sit aliquis sequẽdus, nec quis sit sequendus. Quod si quis verbum Dei, hoc est eius præceptũ transilierit, & ita Deum



ita Deum offendetit, infirmus quoq; euaserit & imbecillus, quod repentina aliqua visio se ei obtulerit, efficiendũ est vt repentinæ eius visionis loco succedant visa quæ sunt ex ratione, vt quæ à Verbo procedunt. Quod si quispiam è vulgo, id est qui nondum est cognitione præditus, victus fuerit à malo aliquo more & consuetudine quę inualuit, curandum est vt in eo quod est perfectum & omni ex parte absolutum malus ille mos non conquiescat, sed aduersus eum fortiter pugnans se exerceat animus. Quod si mala inuaserit dogmata, ea sunt subducenda, id est paulatim auferenda, & ij sunt adeundi qui rerum diuinarum periti non pugnantia, sed quieta ex scripturis cõstituunt dogmata, & carminibus sacris impetitos & simplices incantant, verborũmque fugiunt strepitum & contentionem, & per testamentorum veteris scilicet & noui cõsequentiam explanant veritatẽ. Tales erant autem qui prisco seculo Christianam docebant Theologiam: sed hodie eiusmodi Theologis contemptis, qui docere possunt veritatem, quæ est grauis, austera & seuera, nos non tam ad eam declinamus quam ad opinionem ei contrariam. [e] *Atque cum sint quidem res animæ affectiones, ignoratio.* Quoniam de veritate hic agitur à Clemente quæ percipitur scientia (est autem scientia animæ affectio) vt ea possit à cæteris distingui affectionibus, docet res esse animæ affectiones, ignorationem, opinionem, & scientiam. In ignoratione autem dicit versari gentes, vt quæ Deum nesciant & à Deo sint alieni. In scientia autem versatur Ecclesia, quæ assequitur veritatem, quæ est ipse Deus, assequitur autem per demonstrationem ex ipsis scripturis. In opinione autem versantur hæretici, qui cum non sequãtur scripturas, nec ex eis vllam certam affetant demõstrationem, verisimili tantum nituntur opinione. Affirmãt omnes quæ dicunt & ij scilicet qui sciũt & qui opinantur, & ij qui nec sciunt nec opinantur. Et si tollatur quidem demonstratio, in affirmando sunt omnes pares, sed in hoc est superior Ecclesia, quod ex scripturis afferens demõstrationem, ad ipsam pertenit veritatem, quam sibi proponit: gentes autem non sibi proponunt veritatem sed voluptatem. Hæreses autem, vt quæ sint vincendi cupidæ, ad victoriam contendũt per litem & contentionem. Ecclesia autem non sibi proponit voluptatem, nec litem, nec contentionem, sed veritatem. Quos autem hic adducit Clemens, non omnes fuerãt scriptores, etsi legãtur omnes fuisse periti eius artis quam eis tribuit, præter Ischomachum, qui nescio an vlq; legatur scripsisse de agricultura, vt nec eius fuisse peritus, sicut nec Lapis de renantica, nec Charidemus de arte Imperatoria, neq; Simon de arte equitandi. Sed cũ hoc scripserit Clemẽs, quõ temere scripsisse nefas est dicere, de eo quod scripsit sit penes eum fides. Legitur autem Perdix fuisse & caupo & claudus, à quo ortum est prouerbium *πεδίκην ἐγχωρεῖ*, id est Perdicis tibia, de quo vide in Chiliadibus Erasmi: Crobilus autẽ non legitur fuisse obsoniorũ conditor, sed sceleratissimus leno, de quo est prouerbiũ apud Erasmum, Crobili iugum, quod dicitur de societate duorum pari improbitate. Vide Erasmum in Adagiis. De Archelao Iudææ tetrarcha inter cætera legitur, quod fuerit saltator, sed non legitur scripsisse de arte saltãdi: cæteri autẽ quos recenset, fuerunt celebres scriptores, adeo vt nemo eos dubitet scripsisse, Homerus Poëta & Pirrho ille cõtentiosus, qui primus de omnibus dubitãdi artẽ induxit, vt videre licet apud Laërtiũ: Demosthenes orator eloquentissimus, Chrysippus dialecticus subtilissimus, Aristoteles rerũ naturaliũ indagator perspicacissimus, & Plato philosophus, quo nemo inter Græcos de Deo scripsit diuinius. Cum autem de agricultura ageret Clemens, loco Ischomachi, de quo nihil vsquam legitur, aptius posuisset clarissimũ Poëtam Hesiodũ, quo apud Græcos nemo melius scripsit de agricultura. [f] *Haut ergo altitudinem minime assequuntur, qui vim sequuntur.* Vt veritatem assequamur Deus est sequendus, qui nos ducit per scripturas ab eo inspiratas. Cum autem plutima fiant ab homine, & vix fieri possit vt non in aliquo peccetur, operæpretium est scire quæ sint principia peccati. Ea autem sunt, nempe ignoratio, & imbecillitas seu impotentia, vtrumque autem situm est in nostro libero arbitrio. Nam cum propterea ignoremus quod non discamus, situm est in nostra potestate discere vel nõ discere, sunt enim nobis proposita ex quibus discamus, & si nõ discamus, id nostræ culpæ est adscribendum. In nostra quoque est potestate, ab iis quæ concupiscimus, vel nos continere vel non continere: Et fit quidem per ignorantiam, vt non recte iudicemus, per imbecillitatem verò & impotentiam fit vt non rectè agamus, & exequamur quæ bona & honesta fuerint iudicata. Si quis enim fuerit deceptus in sua sententia eo quod ignorẽt, etiamsi potuerit agere quæ recta esse cognouerit, nõ potuit rectè agere. Recte enim agendi fons & principiũ est scientia, qua caret qui ignorat, neq; qui potest iudicare, quod si agendum, rectè aget si ad agendum sit impotens. Aduersus vtrumq; peccatum, nempe ignorationis & ad agendum imbecillitatis, datæ sunt duæ disciplinæ, veluti quædam remedia aduersus ignorantiã, cognitio, & demonstratio, quæ sumitur ex scripturis. Aduersus imbecilitatem & agẽdi impotentiã, data est frequẽs in agendo exercitatio ex verbo Dei, quam docet fides & timor Dei tanquam pædagogi. Nam lex quidem est, vt ait Paulus, pædagogus ad Christum: ad vitam autem ex virtute agendam tanquã pædagogus nos ducit fides in Christũ, & timor Dei. Vtrumq; autem nempe fides in Christum & timor Dei, crescit in perfectam charitatem, quæ est finis & veluti colophon præceptorum Dei. Eius autem qui est cognitione præditus duplex est finis. Alius enim sibi proponit contemplationem ex scientia, & ad eum suum scopum dirigit. Alius autem sibi proponit operationem, & ex virtute actionẽ. [g] *Hæc quidẽ adduxi, volens adhortari studiosos.* Ostendit Clemens quamnam vtilitatem accipere possint hæretici ex his Stromatum cõmentariis. Aut enim eis lectis corrigentur & conuertentur ad Deũ omnipotentem à quo defecerunt. Quòd si tanquã surdæ aspides non audierint canticum quod videtur nouum, nempe Euangeliũ, cum sit antiquissimũ, vel quod sit à lege & ab antiquis prophetis prædictum à Deo castigabuntur admonitiones patienter ferentes, donec pudore affecti ducantur pœnitentiæ, non autem propter inobedientiam condemnentur, iudiciũ sua culpa sibi accersentes. Castigantur autem nõ solum hæretici, sed sunt etiam nostrorum à populo Dei dissidentiũ priuatæ castigationes, qui in delictum incidérunt, hæ dicuntur etiam disciplinæ. Disciplinæ autem dicũtur & castigationes, quòd nos à diuina castigemur prouidentia, quæ suorũ curam gerit, sicut castigãtur pueri à patre & magistris. Dicitur autem Deus non punire: punit enim qui pro malo, nempe peccato admisso, malũ reddit: castigat autem cuius

non est propositum, ei qui malum fecit malum reddere, sed communiter & priuatim benefacere iis qui puniuntur: non aliud enim sibi proponit, quam vt fiant meliores. Cur autem hæc scripserit Clemens, hanc dicit esse causam, quod studiosos vellet sibi cauere, ne in errores & hæreses incideret. Si autem incidissent nec essent omnino immedicabiles, eos ad veritatem conaretur adducere. Sunt autem immedicabiles qui tantum abest vt eos audiant qui ipsos hortantur ad veritatem, vt ipsam veritatem maledictis insectentur, & in eam inuehantur, interim sibi arrogantes scientiam, cum nihil didicerint, nec vt aliquid scirent aut inuenirent laborauerint, & propterea sunt magis miserandi quã odio habendi. Quid est enim eo miserius, qui nec scit aliquid, nec vult scire? Medicabilis autem est qui cum in errorem inciderit lubenter admonetur, & facilè fert veritatis libertatem, tanquã igne vrentẽ & ferro secantẽ falsas opiniones. Is, inquam, ab errore curari poterit, si attente audiat admonentẽ & docentem veritatẽ. Ei autem qui vult ab errore liberari duo sunt in primis vitanda, nempe socordia & inanis gloria. Socors est qui cum ex scripturis sacris possit veritatis colligere demonstrationes, tantum abest vt hoc faciat, vt ex eis ea elegerit quæ suo errori faueant & voluptati. Inani autem laborant gloria qui spretis iis quæ traditerunt Apostoli, & diuinis contemptis traditionibus, falsam sibi tribuentes sapientiam, humanis doctrinis diuinam corrumpunt traditionem, & loco veritatis substitutam hæresim cõstituunt. Ei ergo qui velit ab errore liberari, sunt hæc duo maximè vitanda, & veritatis ex scripturis indagandæ negligentia, & inanis gloria, quæ facit vt spretis Apostolis, & antiquis doctoribus sibi falsa arrogetur sapientia.

[m] *Nam inter eos verus qui tanta erant in Ecclesiastica cognitione.* Inanis gloriæ cupidos fuisse hæreticos ostendit Clemens, qui cum præclare secum esse actum debebant existimare, si scirent, quæ dicta fuerant ab Apostolis qui eos præcesserunt, iis non contenti putauerunt se posse eos superare. Alia itaque adinuenerunt, sed quæ cum Apostolicis traditionibus minimè conueniunt. Non sunt ergo illi, nempe Marcion & Prodicus, & cæteri hæretici, cognitione præditi, nam is demũ est cognitione præditus qui Apostolicam & Ecclesiasticam seruans traditionem, & Ecclesiæ dogmatum rectitudinem viuit conuenienter Euangelio, & cuius verba & facta sunt consentanea traditioni Domini. Non omnes ergo qui verbũ Domini audiunt & à Christo dicuntur Christiani, sunt cognitione præditi, sed ij demum qui faciũt voluntatem patris, & verbis & factis eius præcepta exequentes, ea ratione sunt dicendi cognitione præditi. Est autem voluntas Patris doctrina Seruatoris, quæ est cibus & potus spiritualis, nempe æqua vitæ cognitione præditæ quæ salit in vitam æternam, & qui eam bibit nunquam sitit.

X.

1. Cor. 4.

[a] AT *inquiunt, dicta est inflare cognitio. Ad quos dicimus: Fortasse quidem quæ videtur cognitio inflare dicitur, & si quis existimet dictionem idem sibi velle quod tumefacere & insolentem reddere: sin autem, quod magis dicendum est, magnificè & verè sentire significat vox Apostoli, solutum est quidem id de quo dubitatur. Sequentes autem scripturas, confirmemus quod dictum est; Sapientia, inquit Solomon, inflauit suos filios.* Eccles. 4. & 2. *Non enim ita qui sunt in doctrina singularia, fastum & arrogantiam ingenerauit Dominus, sed in veritate habere fiduciam, & esse magnificum in cognitione quæ traditur per scripturas, efficit contemptorem eorum quæ trahunt ad peccatum, quod significat dictio inflauit, quæ docet magnificentiam sapientiæ, quæ implantatur iis qui sunt per doctrinam filii. Iam verò inquit Apostolus: Et cognoscam non sermonem eorum qui sunt inflati, sed virtutem, an magnificè quod quidem est verè, veritate autem nihil est maius, scripturas intelligatis. In hoc enim est virtus inflatorum filiorum sapientiæ, quasi dicat: Sciam an de vestra cognitione iure vos magnificè sentiatis.* Psal. 73. [b] *Notus enim est, vt ait Dauid, in Iudæa Deus, hoc est, Israëlitis qui sunt per* Rom. 15. *cognitionem: Iudæa enim exponitur confessio. Meritò ergo dictum est ab Apostolo illud, Non mœchaberis, Non furaberis, Non concupisces, & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo in summam redigitur, nempe: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Non oportet enim vnquam, vt faciunt qui hæreses persequuntur, adulterare veritatem, neque furari regulam Ecclesiæ, propriæ cupiditati & gloriæ inseruiendo in fraudem propinquorum, quos omnino diligentes veritatem, decet docere eam complecti.* Psal. 9. *Aperte ergo dictum est: Annunciate inter gentes studia eius, vt non iudicentur, sed conuertantur qui prius audierint. Quicumque autem linguis suis dolosè agunt, scripti pœnis puniuntur: qui impios ergo attingunt sermones, neque verbis diuinis rectè, sed peruersè vtuntur, neque ipsi in regnum cælorum ingrediuntur, neque eos quos deceperunt sinunt assequi veritatem. Sed nec ipsi ingressus clauem habentes, sed falsam quandam, & vt dicã consuetudo, ἄπυλλδα., id est, aduersam clauem, per quam non relaxato velo, vt nos ingredimur per Domini traditionem, sed exciso ostio, & muro Ecclesiæ clàm perfosso, veritatem*

transgredientes



*transgredientes, efficiuntur principes ac duces mysteriorum animæ impiorum.* [c] *Quòd enim Ecclesia catholica posteriora sua fecerint conciliabula, non opus est multis verbis. Nam Domini quæ fuit in aduentu doctrina, cùm cœpisset ab Augusto, medio tempore Tiberij consummatur: Apostolorum autem eius doctrina, vsque ad Pauli ministerium, Neronis tempore consummatur. Inferius autem circa tempora Adriani Imperatoris fuerunt qui hæreses excogitarunt, & peruenerunt vsque ad ætatem Antonini natu maioris, vt Basilides, etiamsi Glauciam sibi adscribat magistrum, vt ipsi gloriantur, qui fuit Petri interpres. Similiter autem Valentinum quoque dicunt audiuisse Theodadi: is autem fuit Pauli familiaris. Marcion autem cùm natus esset eadem qua ipsi ætate, versabatur vt senex cum iunioribus: post quem, Simon Petrum audiit paululum prædicantem. Quæ cum ita habeant, clarum est ex verissima & antiquissima Ecclesia, has recentiores, & quæ his sunt adhuc inferiores, tempore fuisse innouatas, adulterinæ notæ hæreses.* [d] *Ex his quæ dicta sunt manifestum esse existimo, vnam esse veram Ecclesiam, eam quæ verè est antiqua, in cuius catalogum referuntur ij qui sunt iusti secundum propositum. Nam cum vnus sit Deus & vnus Dominus, propterea id etiam quod est summè venerabile, laudatur ex vnione, & ex eo quòd sit solum, vt quod sit imitatio principij quod est vnum. In vnius ergo naturæ sortem cooptatur Ecclesia quæ est vnà, quam conantur hæreses in multas discindere. Et substantia ergo & cogitatione & principio & excellentia, solam esse dicimus, quam etiam antiquam & catholicam Ecclesiam, in vnitatem vnius fidei quæ est ex propriis testamentis, vel potius ex testamento quod est vnum diuersis temporibus, in quibus Dei voluntate per vnum Dominum congregat eos qui iam sunt ordinati, quos prædestinauit Deus, cùm eos iustos cognouisset ante mundi constitutionem.* [e] *Cæterùm Ecclesiæ quoque eminentia, sicut principium constructionis, est ex vnitate, omnia alia superans, & nihil habens sibi simile vel æquale.* [f] *Atque de his quidem dicetur postea. Ex hæresibus autem, aliæ quidem appellantur ex nomine, vt quæ appellatæ sunt ex Valentino & Marcione & Basilide, etiamsi glorientur se Matthiæ opinionem adducere: fuit enim vna omnium Apostolorum sicut doctrina, ita & traditio: aliæ autem ex loco, vt Peratici: aliæ autem ex gente, vt Phrygum hæresis: aliæ autem ex operatione, vt Encratitarum: aliæ autem ex propriis dogmatibus, vt Docitarum & Hematitarum: aliæ autem ex positionibus, & iis quæ ipsi honorarunt, vt qui appellantur Caianistæ & Ophiani: aliæ vero ex iis quæ nefarie ausi sunt & perpetrarunt, vt qui ex Simonianis vocantur Entychitæ.* [g] *Cùm autem iis qui ex Ecclesia spectandi tenentur desiderio, ex lege de sacrificiis, tum de Iudæis vulgaribus, tum de hæresibus quæ mysticè discernuntur, tanquam immundæ, ex diuina mundorum & immundorum animalium distinctione, parum quoddam foramen ostenderimus, finiemus orationem. Quæ enim sunt fissis vngulis & ruminant, hostias esse mundas & Deo acceptas tradit scriptura, vtpote quòd iusti per fidem iter ingrediantur ad patrem & filium. Hæc est enim stabilitas eorum quorum sunt fissæ vngulæ, qui Dei eloquia die noctuque meditantur & ruminant in animæ receptaculo disciplinarum: quam etiam cognitione præditam exercitationem, mundi animalis ruminationem dicit lex allegoricè: quæ autem neque vtrumque, neque ex iis habent alterum, secernit vt immunda. Atque ruminant quidem, bisidam autem non habent vngulam, vulgus Iudæorum tacitè significant, qui Dei eloquia quidem habent in ore, fidem autem & basim non habent, quæ transmittit ad patrem per filium, & innititur veritati. Vnà etiam eiusmodi genus animantium satis facilè prolabitur, vt quorum pedes minimè sunt bifidi, neque duplicitati fidei innitantur. Nemo enim cognoscit, inquit, patrem nisi filius, & cui filius reuelauerit.*

*Rursus autem illa quoque contrà sunt similiter immunda, quæ bisidam quidem habent vngulam, minimè autem ruminant. Hæc enim indicant hæreticos, qui ingrediuntur quidem in nomine Patris & Filij, accuratam autem eloquiorum declarationem subtiliter exprimere,* Luc. 6. *& in tenues partes comminuere nequeunt, & iustitiæ opera paulò crassius, non autem accuratius & subtilius obeant, si modò obeunt. Iis qui sunt tales dicit Dominus: Cur mihi dicitis Domine, Domine, & non facitis quæ dico? Sunt autem omnino immundi, qui neque* Psal. 1. *bisidas habent vngulas, neque ruminant. Vos autem Megarenses, inquit Theognis, neque tertij, neque quarti, neque duodecimi estis, neque in ratione, nec numero, sed tanquam pulvis quem proiicit ventus à facie terræ, & tanquam stilla à cado.* [b] *His à nobis prætractatis, & loco morali nobis summatim spasimque descripto, vt sumus polliciti, & quæ ad veram excitant cognitionem, ita hîc & illic disseminatis dogmatibus, vt à quolibet ex iis qui mysteriis non sunt initiati, non facilè possint inueniri sanctæ traditiones, aggrediamur quæ sumus polliciti. Sunt autem libri Stromatum vtique similes, non illis elaboratis hortis in quibus sunt arbores & plantatæ, & in certum ordinem digestæ ad delectandos oculos; sed alicui potius spisso & vmbroso monti, in quo simul sunt plantatæ cupressi & platani, laurus & hederæ, mali & oleæ & ficus, de industria commistis plantis arborum fertilium & infertilium simul, propter eos qui quæ sunt pulchra & matura surripiunt & suffurantur, latere volente scriptura. Ex quibus cùm viui radices sumpserit, & alibi inseruerit agricola, pulchrum hortum efficiet & nemus amœnum. Neque ergo ordinem, neque dictionem spectant libri Stromatum, cùm etiam Græci de industria nolint adesse ornatum dictionis, & latenter dogmata inserant, & non vt rei habet veritas, hoc agentes vt si qui eorum scripta legant, sint laborioſi & acres ad inueniendum. Sunt enim multæ & variæ escæ propter multas piscium differentias. Atque adeo post hunc septimum librum Stromatum, de iis quæ deinceps sequuntur tractemus, aliud sumentes exordium.*

## COMMENTARIVS.

[a] AT *inquiunt, dicta est inflare cognitio.* Cum magnis laudibus fecisset Clemens scientiam & cognitionem, visum est illi esse respondendum obiectioni, quæ fieri posset aduersus cognitionem. Nam cum dicat Paulus inflare scientiam, obiici posset eam non esse laudandam quæ superbos reddat & elatos: nam 1. Cor. 8. accipiebant vocabulum inflatos. Ad hanc obiectionem duobus modis respondet: inflatos enim dici potest superbus & elatus, in quo sensu si accipiatur vera cognitio & scientia, non redditsuperbum & arrogantem, sed ea quæ nõ est scientia, sed tantum esse videtur. Sin autem per inflare significet Apostolus non superbũ reddere & arrogantẽ, sed confidere, & magno & excelso esse animo, eo quod ex scripturis habeat cognitionem, quæ facit vt contemnatur quod trahit ad peccatum. Soluitur obiectio, nec vituperanda, sed potius laudanda est cognitio. In hunc sensum vult Clemens accipi inflare, & in Ecclesiastico, & apud Paulum in Epist. 1. ad Corint. Non enim efficit Dominus vt qui sapiunt ex scripturis sint fu- 1. Cor. 4. & 8. perbi & arrogantes, sed vt rectè & præclare, & rite sentiant: nihil autem est maius veritate: non ergo timidos & arrogãtes reddit scientia & cognitio, sed efficit vt ũt magnifica & præclara quam ex scripturis acceperunt sententia. [b] *Notus enim est vt ait Dauid in Iudæa.* Præclara autem & magnifica scientia est Dei cognitio, quæ cũ Isr ælitici populi esset propria & peculiaris pulchrè dixit Dauid: Notus in Iudæa Deus, Psal. 33. quoniam Iudæi eum per scientiam agnitũ confitebantur. Interpretatur autẽ Iudæa confessio. Tum demum autem verè notus est Deus si eius præcepta seruentur, quæ diriguntur ad vnam proximi dilectionem, non verè autem diligitur proximus nisi propter Deũ diligatur, qui est scopus & finis charitatis. In hoc ergo consistit Ecclesiastica veritas, si Deus intelligatur & diligatur. Hoc est faciendũ ei qui est proditus cognitione. Non est autem Ecclesiastica suffuranda veritas, vt faciũt hæretici qui contra regulam faciũt Ecclesiasticam, Deo non seruientes, sed propriæ suæ gloriæ, & cupiditati: fraudem facientes proximis, quos in hæresim, & errorem attrahunt, adulterãtes & corrũpentes veritatem, cum oporteret eos illam seruare integram, & docere eam tenere & amplecti. [c] *Quod autẽ Ecclesia catholica pesterum sua seruet ecclesiabula.* Paucis ostendit Clemens catholicam Ecclesiam hæreticorũ conciliabulis fuisse antiquiorẽ, vt planum sit stultè hæreticos suam iactare antiquitatem. Catholica Ecclesia cœpit à doctrina Christi. Tempore autem Augusti natus est Christus, paulò autem est tempore Tyberij, durauitq; eius doctrina quam prædicando exposuit vsq; ad mediũ eius regni. Doctrinam Christi secuta est doctrina Apostolorum quam tradiderunt vsq; ad Paulum. Paulus autem regnante Nerone martyrio fuit coronatus, & ita eo mortuo cessauit eius doctrinæ prædicatio. Multis autẽ post annis sua dogmata excogitarũt hæretici, cœperũt autem suam doctrinam tradere hæretici à tempore Adriani vsq; ad ætatem Antonini insoto-

De his



De his autem veteribus hæreticis non est quod plura dicamus, cum eorum historiam videre liceat apud Irenæũ, Epiphaniũ, & apud Theodoretũ de fabulis hæreticorum. In his tamen non memini me aliquid legere de Glaucia, nec Theodato quorũ hic meminit Clemens. Si autem his hæresibus longe antiquior fuit Ecclesia Catholica, quanto magis his hæresibus quæ ad nostra vsque tempora peruenerẽt? [c] *Ex his quæ dicta sunt manifestum esse existimo.* Dicit Clemens vnã solam esse Ecclesiam eamque antiquissimam, vt quę imitemur principium quod est vnum. Vnum autem principium est Deus, vt ergo Deus est vnũ essentia: ita etiã Ecclesia in vnam coaptatur naturam. Hæretici autem conantur multas ex vna facere, & in multa schismata eam scindere, quæ dicuntur hæreses. Non solum autem vna est & sola essentia, sed etiam vna & sola cogitatur, & suo principio quod est Deo, & excellẽtia quæ superat omnes alias cõgregationes. Ea est antiqua & Catholica: Antiqua, quod antiquitate superet omnes alias sectas, quæ se ab ea separauerunt. Catholica autẽ, quod sit & omni tẽpore, & in omni loco, Dominus autẽ in ea congregat in vnitatem fidei eos, quos sancto suo proposito prædestinauit, & vt iusti essent prædestinauit antequã crearetur mundus. Ea autẽ fides est, vel ex duobus testamentis veteri scilicet & nouo, vel ex vno potius testamẽto quod pro varietate temporum videtur diuersum. Vnum autem est quod in eo sit vna in Christum fides qui vel venturus ad salutem expectatur, vel iam venisse & nos redemisse creditur. [d] *Cæterum Ecclesia quoque eminentia.* Sicut vniuersitatis constructio est ex vnitate, quæ est Deus qui est omniũ principiũ, ita etiam Ecclesiæ principiũ est vnitas, id est Deus, per quẽ sit vt omnibus emineat, & omnia superet, & nihil habeat sibi simile & æquale. [e] *Atque de his vt quidem.* Vt fuerunt variæ hæreses, ita etiã fuerunt varię hæreticorum appellationes. Alij sunt appellati à nominibus eorũ qui hæresum dogmata inuenerunt, vt Valentiniani à Valentino, Marcionistæ à Marcione, Basilidiani à Basilide, qui tamen se gloriantur opinionẽ accepisse à Mathia, quod esse falsum ex hoc constat quod fuerit vna & eadem omniũ Apostolorũ doctrina: quamobrem fuit vna & eadẽ traditio. Non aliud ergo tradidit Mathias, quã Petrus, & cæteri. Alij autem sunt à loco denominati, vt Põtatici vel Peræi à Peræa regione vltra mare mortuũ in Monbitide regione, circa torrentẽ Aruorum, & vlterius in Itursę & Nabitidę vt scribit Epiphanius, vocantur autem Sarapsei, & Helcesæi. Alij autẽ à gente Phryges quorum Montanus gloriabatur se esse paracletum. Alij ab operatione vt Eucratitæ qui se continebant ab omni venere, & dicebant esse nefariũ etiam ipsum matrimonium. Alij autẽ à suis dogmatibus denominati sunt Ἀκεφάλοι, quod falsam phantasiam & visionem habebant pro vera. Sed qui sint quos vocat Clemens Hæmatitas nusquã me legisse memini. Alij autem appellati sunt Caimæ quod Caim colerẽt & adorarent. Alij Ophiani ab adoratione serpentis: idẽ enim est Ophis Græcè quod serpens latinè. Quinam autem sint qui ex Simonianis dicantur Euchitæ non memini me legere, non taciturus si vsquã inuenero. De Euchitis quidẽ scribit Theodoretus quos vocat etiam Messalianos, qui spreto baptismo, & cæteris quæ ad Christianã pertinẽt religionem, solam perpetuam amplectuntur precationẽ bonas & pias actiones nihil omnino curantes, sed quod ij essent ex Simoniadis seu Simonis Magi asseclis ne verbum quidem. [f] *Cum autem in, qui Ecclesia.* Cum de Ecclesia Catholica, & de hæresibus multa dixisset Clemens, & septimo libro finẽ esset impositurus, vt qui ex Ecclesia mystica & arcana sensa contemplantur, vt ea veluti paruo aperto foramine melius cõsiderent, ex Leuitico sumptã de mundis & immundis animalibus legẽ trãsfert ad allegoriam. Quæ sunt enim in veteri testamento scripta sunt omnia in typis & figuris. Munda esse animalia dicit scriptura, tam ad comedendum quam ad sacrificandum, quæ & ruminant & bifidas habent vngulas, immunda autẽ quæ neque ruminant, nec bifidas habent vngulas. Quæ fissas autẽ habent vngulas, & ruminant, ea significant fideles, quotum duplex est fides, firma, & stabilis, quæ eos ducit ad patrem, & filiũ: Ij etiam dicuntur ruminare quod sacras scripturas meditantes, eas in mysticũ subtilemq;, & spiritualem sensum communiunt: & ruminant quidem vulgares Iudæi vt qui in lege Dei & scripturis meditentur, sed bifidas nõ habent vngulas, nam in ore quidẽ habent scripturas, & eloquia Dei, sed nõ habent fidẽ quæ est fundamentũ & veluti basis veræ religionis quæ ad patrẽ ducit per filiũ, solus enim filius nouit patrẽ, & cui filius reuelauerit. Sũt ergo immũdi Iudæi, qui fissas non habent vngulas: nam licet credant in patrem, in filium tamen non credũt qui solus potest deducere ad patrem. Hæretici autem credunt quidem in patrem & filiũ, & ea ratione sunt mundi, sed sunt immũdi quod non ruminent. Non ruminant, quod scripturas & Dei eloquia, in mysticos & spirituales sensus nõ diuidunt, & iustitiæ opera quæ traduntur à scripturis nõ spiritualiter exequntur, imo ne exequuntur quidem: frustra Dominũ inuocant, cum non faciant quæ iubet Dominus. Inanis enim est fides, quam non sequuntur opera quæ verã & viuam fidem esse testantur. Omnino autem sunt immundi, qui neque bifidas habent vngulas, nec ruminant, id est qui neque credunt in patrem & filiũ, neque conuenienter fidei bonas & sanctas faciunt operationes. De his dicit Clemẽs quod dicit Theognis de Megarẽsibus, eos neque esse tertios, neq; quartos, neq; duodecimos, & in nullo esse numero, nec ratione. Nec enim sunt Catholici, nec Iudæi, nec hæretici. Sunt ergo inter eos referendi, qui planè sunt impij & verè ἄθεοι. Impiorũ autẽ non magis habenda est ratio, quam pulueris, quam ventus proijcit super terram, & stillæ quæ cadit à cado, & cadendo perit pœnitus, nec est vllius momenti. [g] *His à nobis prætractatis.* Huic septimo libro finem impositurus, & ea quæ deinceps sequuntur progressurus, admonet lectorem, quid in legendis Stromatis sit spectaturus. Dicit enim librũ Stromatum non esse similem horto, in quo sunt arbores plantatæ, & in certũ ordinem digestæ, sed alicui plãtario, in quo sunt variæ arbores tam fertiles quam infertiles, ex quo sumuntur alibi plantandæ viui radices. Ex his desumptis pulchrum hortum & nemus amœnum facit Agricola. Dicũtur autẽ Stromata, quod sicut stragulæ vestes, sint veluti ex variis cẽtonibus cõtexta, nec in eis est quærẽdis ornatus orationis, sed quærẽda potius quæ possint esse vsui rei tractandæ de qua agitur. Sicut etiã apud Græcos in eorum scriptis latent dogmata, vt qui ea legunt ad ea inuestiganda sunt diligentiores, & acriores. Quomodo autẽ vbi sunt varij pisces sunt varij cibi, ita vbi varij texũtur centones, sunt etiam varia quæ traduntur. Septimo autem libro finito, octauũ incepturus aliud sumit exordium.

Theodoretus lib. 4. de hæret. fab. cap. de Messalian. init.

Epiphanius lib. 2. tom. 1. hæres. 4.

Ephes. 2.

2. Tim. 2.

Erasmus in Adag. Chil. 2. cent. 1. prouerb. Ne gaterenses.

Esa. 4.

FINIS LIBRI SEPTIMI STROMATVM.

# CLEMENTIS ALEXANDRINI STROMATVM

## LIBER OCTAVVS.

SED * neque antiquissimi Philosophi ad contendendum ferebantur & ad dubitandum, nedum nos qui amplectimur eam quæ verè est philosophiam, quos apertè causa inuentionis ad perscrutandum quærere iubet scriptura. Recentiores autem Græcorum Philosophi, inani laudis cupiditate commoti, refellendo simul & contendendo, ad nugas deducuntur inutiles. Contrà autem barbara philosophia omnem expellens contentionem: Quærite, inquit, & inuenietis: pulsate & aperietur: petite & dabitur vobis. Atque pulsat quidem per inquisitionem, quæ per interrogationem & responsionem habetur oratio, veritatis fores, per id quod apparet. Apertè autem per scrutationem eo quod est impedimento, ingeneratur contemplatio quæ est ex scientia. Iis qui sic pulsant aperitur, vt opinor, id quod quæritur. Et iis qui sic petunt interrogationes per scripturas, ad quod quidem à Deo contendunt, fit donatio diuinitùs datæ cognitionis, comprehendendo per rationalem quæ verè elucet inquisitionem. Non enim fieri quidem potest vt inueniat, non autem quærat: neque vt quærat quidem, non perscrutetur autem, & explicet & aperiat per interrogationem, ad euidentiam deducens id quod quæritur: neque vt rursus procedens per omnem examinationem, non deinceps accipiat præmium, videlicet scientiam eius quod quæritur. Sed potest quidem inuenire qui quæsierit: quærere autem, si prius existimauerit se nescire. Hinc autem ductus desiderio ad id quod bonum est & honestum inueniendum benignè quærit, citra contentionem & citra gloriæ cupiditatem, interrogando & respondendo, & ea etiam quæ dicuntur considerando. Oportet enim non solùm eos qui ad diuinas se applicant scripturas, sed eos etiam qui communes insequuntur notiones, ita proponere quæstiones vt desinat inuentio in finem aliquem vtilem. Turbulentos enim homines, & forenses inuentiones, alius excipit locus & alia turba: eum autem qui veritatis simul est amator & familiaris, decet esse pacificum, & in inquisitionibus, per demonstrationem quæ fit ex scientia, non nimio sui amore laborantem, sed veritatis amantem, accedere ad eam quæ comprehendit cognitionem. [b] Quænam autem fuerit alia melior aut euidentior methodus ad principium talis doctrinæ, quam nomen propositum tam aperte oratione persequi, vt id assequantur quicunque eadem voce vtuntur? Estne demonstrationis ergo nomen eiusmodi, cuiusmodi est Blityri, vox solùm nihil significans? Et quomodo neque Philosophus, neque Orator, sed neque Iudex, tanquam nomen nihil significans profert demonstrationem, neque aliquis ex iis qui iudicio contendunt, ignorat esse significatum? Iam verò Philosophi excogitant demonstrationem, vt quæ consistat, alius aliter. De quauis ergo re quæsita si quis rectè tractet, non ad aliud principium quod sit certum & extra controuersiam potius deducet orationem, quàm ad id quod quicunque sunt eiusdem gentis & sermonis, ex appellatione fatentur significari. Deinde ab eo progrediendo, necesse est quærendum est qualis sit eius natura, & num ordinem datum superet. Si autem non sufficit id solum quod visum est, absolutè dicere de eo quod quæritur: licet enim ei qui adiuratur ex æquo contrà quod velit pronunciare, sed oportet confirmare id quod dictum est. Et si eius quidem referatur iudicium ad id de quod similiter dubitatur, & illius rursus ad alterum de quo dubitatur similiter, procedet in infinitum, & non poterit demonstrari. Si autem eius quod



certum est & extra controuersiam, referatur fides ad id quod omnes confitentur, illud est constituendum doctrinæ principium. Omne ergo nomen propositum, est sumendum ad orationem quæ est certa & extra controuersiam, & manifesta iis qui sunt participes considerationis, futurum quidem doctrinæ principium, expositurum autem inuentionem eorum quæ quæruntur. Agè ergo propositum sit nomen Sol: dicunt itaque Stoici eum esse intelligens vinculum ex aquis marinis. An non est ergo oratio, seu definitio, ipso nomine obscurior, quæ alia demonstratione indiget an sit vera? Melius est ergo dicere communi & aperta oratione, Solem nominari id quod est splendidissimum eorum quæ cælum obtinent. Est enim, vt opinor, fide dignior, & apertior, & quam omnes similiter confitentur homines, hæc oratio. [c] Similiter autem demonstrationem quoque omnes homines confessi fuerint esse rationi consentaneam, quæ iis de quibus dubitatur, ex iis quæ sunt certa & extra omnem controuersiam, facit fidem. Non solùm autem demonstratio & fides & cognitio, sed etiam præscientia seu præcognitio dicitur duobus modis: vna quidem quæ est ex scientia, firma ac stabilis: alia autem solùm ex spe. At propriè quidem dicitur demonstratio, quæ fidem indit ex scientia animis eorum qui discunt: altera autem est ex opinione. Sicut etiam homo, vnus quidem verè est homo qui communem habet prudentiam: alter verò agrestis & beluinus. Sic etiam dixit Comicus: Caries est homo, donec fuerit homo. De bone quoque, equo, & cane eadem est ratio, prout fuerit virtus vel vitium animalis: respicientes enim ad perfectionem generis, venimus ad ea quæ sunt præcipua ex significatis. Ecce enim medicum intelligimus, cui nihil deest medicæ facultatis: cognitione autem præditum, eum cui nihil deficit cognitionis quæ est ex scientia. A syllogismo autem differt indicatio, quatenus id quidem quod indicat, vnum significat, cùm sit vnum: vt, verum gerere dicimus esse indicium quòd non sit amplius virgo. Quod autem in syllogismo sumitur, cùm sit vnum, plura consequitur: vt, quòd Pytho proderet Byzantinos, exempli causa, non vnum, sed plura sumuntur quæ id significent. Et concludere quidem ex iis quæ quis confitetur, est ratiocinari seu syllogismum conficere. Ex veris autem aliquid concludere, est demonstrare, adeo vt sit quædam composita vtilitas demonstrationis: nempe vt ex eo quòd quæ sumuntur vera sumat ad ea quæ quæruntur, & ex eo quod inferatur consequens conclusio. Quod si non sit prius, vel id non consequatur secundum, non demonstrauit quidem, sed est ratiocinatus, seu effecit syllogismum: assumptis enim propositionibus conuenientem inferre conclusionem, solum est ratiocinari. Ex assumptis autem propositionibus esse etiam vnamquamque veram, non solùm est ratiocinari, sed etiam demonstrare: concludere autem, quod est συμπερᾶναι, vt etiam patet ex nomine, est ad finem deducere. Est autem in vnaquaque oratione finis id quod quæritur, quod etiam vocatur conclusio. Nulla autem simplex & prima oratio vocatur syllogismus, etiamsi sit vera, sed est ad minimum composita ex tribus huiusmodi: duabus quidem, & quæ sumuntur propositionibus, vna autem, vt conclusione. Aut enim omnia egent demonstratione, aut etiam quædam ex iis sunt credibilia. Sed si prius quidem verum est: vnuscuiusque demonstrationis petentes demonstrationem, procedemus in infinitum, & sic euertetur demonstratio: sin autem secundum ea ipsa quæ ex se sunt credibilia, erunt principia demonstrationum. Iam verò Philosophi fatentur esse indemonstrabilia principia vniuersorum: quamobrem si est demonstratio, omnino necesse est prius aliquid esse ex se credibile, quod quidem primum dicitur & indemonstrabile: ad fidem ergo indemonstrabilem reducitur omnis demonstratio. [d] Fuerint autem alia quoque principia demonstrationum post eum fontem qui est ex fide, nempe ea quæ euidenter apparent ex sensu & intelligentia. Nam ea quidem quæ ex sensu euenerunt, sunt simplicia, & eiusmodi vt solui nequeant: quæ autem ex intelligentia, simplicia, rationalia, & prima:

quæ autem ex his gignuntur, sunt quidem composita, sed nihilo secius euidentia, & credibilia, & primis magis rationalia. Quam ergo propriam orationis facultatem habemus omnes natura insitam, ea est ex eo quod est consequens, & eo quod repugnat. Si qua ergo fuerit eiusmodi inuenta oratio, vt ex iis quæ iam sunt credibilia, iis quæ nondum sunt probabilia posit fidem facere, eam ipsam dicemus esse essentiam demonstrationis. Dictum est autem fidei quoque & demonstrationis genus esse duplex: vnum quidem, quod solam affert persuasionem animis auditorum: alterum verò, quod efficit scientiam. Si quis ergo inceperit ex iis quæ sunt euidentia sensui & intelligentiæ, & deinde conuenientem intulerit conclusionem vere demonstrat: sin autem ex opinabilibus solùm, sed non primis, hoc est, neque sensu euidentibus nec intelligentia, si conuenientem quidem inferat conclusionem, ratiocinabitur quidem, sed non quæ scientiam constituat efficiet demonstrationem: sin autem non conuenientem, ne omnino quidem ratiocinabitur. [c] Differt autem demonstratio à resolutione. Vnumquodque enim ex iis quæ demonstrantur, demonstratur per quædam quæ demonstrantur, illis quoque prius demonstratis ab aliis donec recurrerimus ad ea quæ sunt per se credibilia, aut ad ea quæ sunt euidentia sensui & intelligentiæ, quod quidem nominatur resolutio. Demonstratio autem est, quando à primis venit id quod quæritur, per omnia quæ sunt intermedia. Oportet ergo virum qui est præditus facultate demonstrandi, veritatis quidem propositionum multam curam gerere, nomina autem non curare, siue quis pronunciata, siue propositiones, siue assumptiones quis eas malit vocare. Similiter autem magna quoque cura est gerenda, quorumnam subiectorum quid concludat: an autem concludentem orationem, an syllogisticam quis velit appellare, non curare. Dico enim eum qui demonstrat, oportere hæc duo obseruare in omnibus, nempe vt veras quidem assumat propositiones, eis autem consequentem inferat conclusionem, quam quidem nonnulli etiam appellant ἀπόφανσιν, hoc est, illationem, id scilicet quod in vnaquaque quæstione infertur propositionibus, de eo quod quæritur: atque diuersis quidem opus est propositionibus. Et autem quod est propositum, id quoque quod est ei propositum ad orationem, conueniens assumere necesse est: & hanc orationem oportet esse apud omnes certam & extra omnem controuersiam. Si sumantur autem propositiones quæ quæstioni propositæ non conueniant: non contingit eum aliquid rectè inuenire, cùm ignoretur tota quæstio proposita, quæ etiam quæstio natura appellatur. [d] In omnibus ergo quæ quæruntur, est aliquid quod prius quæritur, quod cum sit omnino ex seipso credibile, creditur absque demonstratione, à quo quidem est procedendum ad eorum inquisitionem, statuendumque est id esse iudicem eorum quæ videntur esse inuenta. Omnis enim quæstio inuenitur ex ea quæ prius consistit cognitione: esse autem cognitionem quæ prius constiterit ante quamcunque rem quæ quæritur, aliquando quidem solummodo essentiæ, cùm eius ignorentur munera & officia, vt verbi causa, lapidum, & omnium animantium, quorum ignoramus operationes, aut affectionum, aut facultatum, aut, vt semel dicam, eorum quæ insunt in iis quæ sunt. Nonnunquam autem cognosci quidem aliquid ex his facultatibus, vel affectionibus, vel aliqua ex his, vt animæ cupiditates & affectiones: ignorari autem & quæri essentiam. In multis autem cum ipsa nostra intelligentia sit subiecta, hæc omnia in quæstione versari cuinam ex substantiis sic insint. Nam cum virorumque, essentiæ, scilicet & operationis, notiones cogitatione conceperimus, ita quæstionem aggredimur. Sunt autem etiam aliqua, quorum cùm sciamus operationes simul cum essentia, ignoramus affectiones.

COMMEN-



COMMENTARIVS.

[a] Sed neque antiquissimi Philosophi. Non est dubiũ hîc aliquid deesse, vt quæ sequuntur cohæreant præcedentibus, sed quid agas cùm vnicum inueniatur exemplar, nec spes sit aliud inueniendi? Non est tamen hîc à cœpto desistendũ, & quod nobis est reliquum, est quomodo poterit explicãdum. Videtur autem huius octaui libri esse scopus & institutũ, vt doceat quomodo ad barbaræ seu Hebreæ, quę eadẽ esse quæ Christianæ, philosophiæ cognitionem sit procedendum. In ea ergo dicit esse abstinendum, à contentione, & dubitatione, maximè cũ ab ea abstinuerint etiam veteres philosophi, tantum abest vt contentiosos, litigiosos, & dubitandi studiosos eos esse oporteat, qui verã nempe diuinam amplectuntur philosophiã, quos quærere non autẽ contendere & dubitare iubet scriptura, vt inueniant. Inter veterẽ ergo & barbaram, seu diuinã quæ est Christiana philosophiã, in hoc benè conueniebat quod vtraque non cõtenderet, neq; dubitando disceptaret, sed tantũ quæreret vt inueniret. Iuniores autẽ Græci philosophi cõtendendo, & seinuicẽ refellendo, veritatem amittebant, & ad nugas deueniebant, quę nihil afferebant vtilitatis, sed iubet scriptura non contendere nec dubitando disceptare, sed quęrere, pulsare, & petere. Pulsat autẽ ea oratio, quæ interrógãdo & respõdendo, pulsat ostium veritatis, vt ad eã possit ingredi: pulsat autẽ per id quod est probabile, & verisimile. Qui sic ingreditur ad veritatem, perscrutãdo aperit id quod erat impedimento. Ablato autẽ impedimento se ostendit scientia quæ generat cõtemplationem. Rei enim quæ ignoratur nulla potest esse contẽplatio. Ea enim contẽplamur quæ menti nõ minus sunt perspicua, quam quæ cernuntur oculis corporis: qui veritatis fores sic repulsat, inuenit quod quærit. Vt autem qui quęrit inuenit, ita qui petit, sit modo petitio & interrogatio cõueniẽter scripturis, quæ docent quid & quomodo sit à Deo petendũ. Petenda est autẽ à Deo diuina cognitio, non leuiter autem est petendum, sed acriter contendendum. Si ita petat is qui petit à Deo, datam cognitionem accipit. Ne autem putes tantum esse petendum, & citra laborem scientiam esse assecuturum, dicit eam donari comprehendendo per rationalem inquisitionẽ: non cõprehenditur enim nisi cũ inquiritur. Inquirendi autẽ instrumentum est ratio, quæ licet id est quæ non est otiosa, sed ratiocinando se ostendit. Ad inueniendum autem his gradibus proceditur. Vt inueniatur est quærenda, quæritur autem perscrutando & explicando, perscrutatio autẽ fit per interrogationẽ: interrogando enim & respondendo, ad euidentiam ducitur quod quæritur. Bene examinato autem quod quæritur, eius nempe scientiæ, accipitur præmium. Ita inuenit qui quærit, sed ad quærendũ nemo accedit nisi fateatur se nescire. Scientiã ergo quam non habet non inuenit qui est superbus & elatus, & quod nescit se sibi scire persuadet. Qui autem se scire nescit, & à natura insito sciendi tenetur desiderio, quærit scientiã non per contentionẽ & inanis gloriæ cupiditatem, sed benigne interrogando & respõdendo, & quæ vtrique dicuntur considerando. Oportet enim proponere quæstiones non solũ Theologas, sed etiã vulgares, vt prosit inuẽtus eorũ finis: distinguendi enim sunt homines veritatis studiosi & amantes, ab hominibus turbulentis, & qui forensi agitantur strępitu. Hos enim dedecet esse cõtentiosos, & ea sectari quæ lites pariunt, sed eos qui amãt veritatẽ decet esse pacificos nec φιλαίτους, id est sui amantes, sed veritatis, & ad eã acquirendo peruenire, per demonstrationem quæ est scientia perfectior, & ad cognitionem quæ eam cõprehendit. [b] *Quænam autem fuerit alia melior.* Non est alia melior via & ratio, nec clarior qua perueniatur ad principiũ doctrinæ quam nomen propositum ita oratione explicare & definire, vt quicunq; ea voce vtãtur id intelligãt. Cum sit ergo demõstratio, oratio nominis proposici, & de quo agitur, significatũ explicans, non est demõstratio similis vocabulo, Blityri, quod est vox nihil omnino significans. Quod autem aliquid significet demonstratio, ex hoc est perspicuum, quod & Philosophus, & orator, & iudex eam aliquid significare intelligãt. Imo vero nẽ ij quidem qui apud iudicẽ litigant, ignorãt eam aliquid significare. Philosophi certè non ita cogitant de demõstratione, tãquam quæ nihil significet, sed tanquã de ea quæ sit, & vere cõsistat, licet de ea diuersi diuersa dicãt. Qui est ergo de re quæsita tractaturus, nõ aliud doctrinæ sumet principiũ quod sit certum, & de quo nõ possit dubitari, quam quod omnes qui eodẽ vtuntur sermone, fatentur idem significare: sed fieri potest vt sic aliquid de cuius significato nemo dubitat ex iis qui eodẽ sermone vtuntur, tamen an existat id quod significatur. Apud omnes qui eodẽ sermone vtũtur de significatione Hippocẽtauri nõ dubitatur, dubitari tamẽ potest an existat Hippocẽtaurus: Quod si esse cõstiterit, adhuc potest dubitari qualis sit eius natura, vt scilicet cõstituatur eius speciẽ cõstituens differẽtia, & intelligatur cuius sit ordinis, & an datum ordinẽ tã siliat. Nõ satis est autẽ absolutè dicere, id quod visum fuerit de eo de quo quæritur, & de quo dubitatur, potest enim is qui cõtradicit, ei quod dictũ est dicere cõtrariũ. Oportet ergo vt qui dicit id probet & confirmet. Quod si illud de quo dubitatur, & de quo quęritur referatur ad alterũ de quo similiter dubitatur, & illud ad alterũ, & similiter procedatur in infinitũ, nulla poterit statui demõstratio. Tũ demũ autẽ verè demõstrabitur, si illius rei de qua quęritur fides referatur ad id principiũ quod omnes fatentur, id; est doctrinæ principiũ quod est inuenturũ ea quæ quærũtur. Vt autem melius intelligatur quidnam sit quod omnes fatẽtur, adfert duas Solis definitiones. Vnã Stoicorum qui dicunt Solem esse intelligens vinculũ ex aquis marinis: quæ est adeo obscura, vt ad eã intelligendã opus sit alia definitione. Altera quæ est vulgo nota, & quã omnes verã esse fatentur, Sol est splendidissimũ eorum quæ cælum obeunt. Quod autẽ verti, intelligens vinculũ, melius est si vertatur, intelligentem fulgorẽ. Græcè enim est legendũ non ὑγρῶν, sed λυκοειδὲς, id est splendorẽ vel iubar. Est autẽ longè certior & credibilior à vulgo definitio, quam Stoicorũ. [c] *Similiter autem demonstrationem.* Vt definitio ita etiã ea demõstratio est rationi conueniẽs, quæ ex his quæ sunt certa & indubitabilia, facit vt credãtur ea de quibus quæritur & dubitatur. Vt autẽ in demõstratione & fide, nẽpe argumẽtis quæ probant, sit fides ex iis quæ sunt certa & indubitabilia, ita etiam præscientia; nã vt ex iis quæ sunt certa, & indubitabilia, demõstratur sciẽtia eorũ quæ sunt præsentia, ita etiam ex illis demõstratur futurorum præscientia. Et quæ ex scientia quidẽ est præscientiæ demõstratio adeo est firma, & stabilis, vt nõ possit excidere: quæ autẽ nõ est ex sciẽtia, sed ex spe quæ procedit ex opi-

*Plato de placitis Stoicorum.*

nione & probabilitate non est adeo certa, vt qui credit non possit falli. Cũ autem duobus modis probetur aliquid, & per demõstrationẽ quæ est de certis & quæ nõ sunt dubitabilia, & per syllogismũ ex probabilibus & verisimilibus, vtrũq; quidẽ dici potest demonstratio, sed ea proprie est demonstratio, quæ est ex certis & indubitabilibus. Quod si quid probetur ex probabilibus & verisimilibus, dici etiã potest ratio, sed impropriè. Cuiuscunq; autẽ vocabuli cùm duo sunt aut plura significata, id est accipiẽdũ quod propriè significatur, Hominis est vnũ vocabulum: duo autẽ habet significata. Nam & homo dicitur, in quo animi motibus imperat animus, nẽpe cõmunis prudẽtia, & homo dicitur in quo animi perturbationibus tanquã quibusdã belluis seruit animi prudentia: sed cũ de homine loquimur, de eo propriè loquimur in quo imperat ratio, non autẽ in quo dominantur feri & agrestes animi motus, ita etiã bos quoque equus & canis dicitur in quo est perfecta virtus cuiusque animalis in suo genere, & propriè dicitur bos, equus, & canis in quo cuique sua virtus. Dicitur etiam eodem nomine is qui est vitiosus, sed impropriè. [4] *Fuerint autem alia quoque principia.* Præter id principiũ demonstrationis, quod est per se credibile, & non eget vlla demonstratione, sunt etiã alia quæ sunt ex sensu euidentia, & alia quæ ex intelligentia. Ex sensibilibus euidẽtia sunt ipsa sensuum obiecta, vt ignis qui ita cadit sub sensum tactus, vt ex innato colore probetur esse ignis, non constitui possit non esse ignem, cum is sit simplex, nec possit diuidi. Nam si posset diuidi, ostendi posset eũ id non esse quod erat antequam diuideretur, sed non diuiditur, & ideo non dissoluitur. Quæ autẽ sunt euidentia ex eo quod apparet ex intelligentia, ea sunt quæ sunt in vniuerso, & in genere notiones, ea etiã sunt simplicia, vt obiecta sensuũ, & ideo non possunt diuidi nec dissolui, sunt etiã rationalia in quo differunt ab obiectis sensuũ, quæ solo sensu percipiuntur non autem ratione. Sunt ea quoque prima: sunt enim quæ sunt mẽtis ac rationis priora iis quæ sunt corporis, & ita sunt priores sensibus, iis quæ sunt in vniuerso & in genere notiones. Sunt etiã omnium primæ notiones, quæ non sunt vniuersæ, & in genere, sed quæ cum sint vniuersæ & singulares, plura tamen cõprehendãt quam quæ sunt vniuersæ & in genere, talis est quæ in hominũ animis impressa est Dei notio, & quæ Dei sunt administratrices & intelligentiæ. Porro autẽ cum suã habeant generationẽ, & quæ sunt ex intelligentia, & quæ ex sensibus, quæ gignuntur quidẽ sunt composita, sed non modo corporali. Sunt tamen æque euidentia ac prima, vt ea ex quibus nascuntur, & nõ minus apta ad efficiendã orationem. Cum autẽ superius dixisset efficiri demonstrationẽ & ratiocinationem, ex tribus orationibus, quæ sunt propositiones, hic quidem dicit orationis propriã facultatẽ nobis à natura esse insitã, sed constare & ex eo quod est consequens, & eo quod repugnat: si sit quidem priori consequens id quod secundo loco dicitur, cohærebit & rectè consistet oratio, sin autẽ pugnabunt sequentia cum prioribus, minime cohærebit & consistet oratio. Quod si numera fuerit talis oratio, quæ per ea quæ sunt per se credibilia, probet ea quæ non sunt probabilia, ea oratio erit essentia demõstrationis. Demõstratio enim est quæ per ea quæ sunt per se credibilia & fidẽ facitia, probat ea quæ alioqui ex se non crederẽtur. Duplex autẽ est probatio nempe syllogistica & demonstrativa. Syllogistica ex probabilibus & opinabilibus efficit vt vera tantũ esse credantur quæ audiuntur. Demonstrativa autẽ efficit vt ex iis quæ per se sunt certa & credibilia, nõ solum vera esse credantur quæ inferuntur & concluduntur, sed eorum quoque sit certa & indubitabilis scientia. [5] *Differt autem demonstratio à resolutione.* Paucis hic exponit Clemẽs quid differat demõstratio à resolutione, quod fusè & copiosè tradit Aristoteles in Analyticis. Nominatur, inquit, resolutio, quãdo resolutis omnibus quæ demõstrant, & illis rursus ab aliis demõstratis, perueniturad ea quæ per se fidẽ faciunt, aut ea quę sunt euidẽtia sensu, aut intelligentia. Demonstratio autẽ est quando ab iis quæ sunt prima fit conclusio quæstionis, per omnia quę sunt intermedia. Oportet autem eum qui scit quomodo sit demonstrandũ, dare operã vt verę sint quas assumit propositiones, quomodocunque eæ vocentur, de nomine enim nihil refert, modo constet quidnã sit, parum ergo refert vocenturne pronũciata an propositiones ante assumptiones. Diligenter etiam est cõsiderandum quidnam concludatur ex assumptis propositionibus, nec multum laborare quomodo vocetur quod cõcluditur, an oratio quæ cõcludit, an oratio syllogistica, id est, oratio quæ ex præmissa propositionibus ratiocinando aliud concludit. [6] *Dico autem eum quũ demonstrat oportere hæc duo ostendere.* Cum ad inueniendã scientiam & cognitionem opus sit demonstratione, docet Clemens quid sit obseruandum ei qui est demonstrator. Cum autem fiat demõstratio, duabus præcedentibus propositionibus quas sequitur cõclusio, id est illatio ex præcedentibus, videndũ est, vt sint verę quæ præcedunt propositiones: non enim nisi ex veris vera & certa infertur conclusio. Et sunt quidẽ diuersæ quæ præcedunt propositiones, quarũ prima dicitur propositio, secunda autem assumptio, ex his oportet sequi conclusionẽ quæ est certa oratio, & extra omnem controuersiam. Quod si assumantur propositiones quæ quæstioni propositæ non cõueniant, non rectè inueniet demõstrator, neque enim perueniet ad naturæ quæstionẽ quæ est naturalis & essentialis rei definitio, ad quã ex veris propositionibus nos deducit conclusio. [7] *Ex omnibus ergo quæ quæruntur.* Ante ea de quibus quæritur, seu quæ versantur in quæstione, est aliquid quod per se prius cognoscitur, nec opus habet vlla demonstratione. Præcedens autẽ illa cognitio, quæ per id creditur, nec opus habet demonstratione, est veluti sedes à qua proficiscuntur & iudicantur quæ sunt inuenta, quod Græcè dicitur ὑφαίνεσθαι & κρίνεσθαι, vt quæ deducunt ad inuentionem eorum quæ quæruntur, & ad iudicandum rectène sint inuenta. Prima autem cognitio est aliquando essentiæ solius, aliquando essentiæ operationum, affectionum, & facultatum quæ in ea insunt, aliquando autem vtriusque, nempe & essentiæ, & eorum quæ ei vel insunt vel accidunt, aliquando autem ignoratur & quæritur essentia: sciuntur autem quæ ei insunt, & accidunt, & contrà: aliquando autem sciuntur quidem esse in essentia, sed cum sint variæ & multiplices essentiæ, licet sciatur eas esse in essentia, ignoratur in quanã sit essentia, diudicat autem ea quæ est nobis subiecta intelligentia. Cum autem essentiæ eiusque operationum, facultatum, & affectionum notiones animo conceperimus, ad quæstionis propositæ inuentionem ex prima per se credibili & indemonstrabili cognitione perueniemus.

Extegi



[1] Est ergo inuentionis ratio & methodus eiusmodi: incipiendum est enim à cognitione earum quæ proponuntur quæstionum: sæpe enim decipit figura dictionis, & confundit ac perturbat cogitationem, vt non facile inueniat ex qua sit differentia: vt, exempli causa, an non sit animal fœtus qui gestatur in vtero. Nam cùm & animalis & fœtus qui in vtero gestatur aliquam habeamus notionem, quærimus an fœtui qui gestatur in vtero insit esse animal: hoc autem est, an substantiæ quæ gestatur in vtero, insit vt tunc possit moueri, & præterea sentire. Quamobrem operationum & affectionum inquisitio est in essentia quæ prius cognoscitur. Statim ergo is qui proponit, prius est interrogandus quidnam vocet animal: hoc enim est maximè faciendum, quando viderimus nomen duci ad diuersos vsus: & perscrutandum est, an de significato dubitetur ex appellatione, an sit apud omnes extra controuersiam. Si enim dixerit se vocare animal, quicquid augetur & alitur: rursus eum rogabimus, an plantas quoque existimet animalia: deinde cùm sic quidem dixerit, iam oportet ostendere quid sit quod vtero gestatur & alitur. Plato enim plantas quoque vocat animalia, vt quæ solam tertiam animæ speciem, nempe eam quæ concupiscit, participent. Aristoteles autem censet plantas & naturalis & nutrientis animæ esse participes, animantia autem non censet esse vocanda: quod enim alterius animæ, nempe sentientis, est particeps, id solum vult vocari animal. Stoici autem naturalem seu vegetantem facultatem, non nominant animam. Quòd si is qui proposuit, negauerit plantas esse animalia, ostendemus eum secum pugnantia dicere: nam cùm definierit animal ex eo quod alatur & augeatur, & plantam non esse animal pronunciarit, nihil aliud visus est dicere, quàm quod id quod alitur & augetur, & est animal, & non animal. Dicat ergo quid velit discere. Num augeatur & nutriatur fœtus qui est in vtero, aut an sit particeps alicuius sensus, aut etiam motus qui est ex appetitione. Nam ex sententia quidem Platonis, planta est animata & animal: ex sententia verò Aristotelis, nondum quidem est animal: deest enim ei vis sentiendi, sed iam animata: est ergo, vt ipse vult, animal, essentia animata sentiendi potestate prædita. Ex Stoicorum autem sententia, neque animatum, neque animal est planta: est enim animal animata essentia. Si ergo animal est animatum, anima autem est natura vi sentiendi prædita: clarum est quòd iam animatum est sentiendi potestate præditum. Si ergo is qui quæsiuit, vicissim fuerit interrogatus, an animal quod est in vtero adhuc vocet animal, quod augeatur & alatur, habet responsionem. Sin autem dicat esse id quod quærit, vtrum fœtus qui gestatur in vtero sit iam sentiendi potestate præditus, an etiam per aliquam appetitionem sit se mouendi potestate præditus, fit iam aperte ei perscrutatio, non manente amplius deceptione nominis. Si autem non respondeat ad id quod fuit vicissim rogatus, neque velit dicere quidnam intelligat, aut cuinam reitribuens nomen animalis, fecerit propositionem, iubeat autem nos diuidere, potuerit cognosci eum esse contentiosum. Si autem cùm sint duo modi, vnus quidem qui fit per interrogationem & responsionem, alter autem persequendo & explicando latiùs, negauit alterum: audiat nos omnia persequentes quæ pertinent ad quæstionem propositam: deinde postquam perfecerimus, tunc licebit ei vicissim tractare de vnoquoque. Si autem interrogando conetur abrumpere examinationem, planum est eum nihil velle audire. Sed si malit quidem respondere, primùm omnium est rogandus, cuinam rei tribuat nomen animalis. Et vbi hoc responderit, rursus est rogandus, quidnam ei significet fœtus qui gestatur in vtero, an quæ iam sunt formata & animalia, an etiam semen deiectum vult significare id quod est in vtero, an ea quæ iam sunt membris efficta & expressa, quæ appellantur ἔμβρυα. Cùm autem ad hoc quoque responderit, oportet deinceps id quod est propositum concludere & docere: si autem ipse velit nos dicere non respondens, audiat: Quoniam tu non vis dicere de quonam significato, dicas id quod proposuisti, sic

enim fieret vt ego non verba facerem de significatis, sed iam de rebus ipsis considerarem, scias te perinde fecisse, ac si proposuisses an canis sit animal, merito enim dixissem, de quo cane: ego enim & de terrestri, & marino, & de astro cœlesti, quinetiam de Diogene, & de aliis deinceps loquor canibus: non enim diuinauerim vtrum de omnibus interrogas, an de aliquo. [b] *Quod ergo postea es facturus, hoc cùm iam didiceris, dic apertè de quonam quæras. Sin autem in excutiendis nominibus lubens verseris, clarum est quod ipsum nomen fœtus, neque est animal, neque planta, sed nomen, & vox, & corpus, & id quod est, & aliquid & quiduis potius quàm animal. Et si hoc proposuisti, habes responsionem. Sed, neque quod significatur ex nomine fœtus, est animal: sed illud quidem est incorporeum, & dicendum est id esse & rem & cogitatum, & quiduis potius quam animal: fuerit autem quædam alia natura animalis. Apertè enim ostensum est à re ipsa de qua quæritur, natura, inquam, fœtus qui est in vtero, cuiusmodi ea sit: alia est quæ proponitur quæstio de significatis huius nominis animal. Dico ergo, si hoc dicis animal quod potest sentire & moueri ex appetitione, est animal non absolutè, id quod ex appetitione & mouetur & sentit: nam potest etiam dormire, aut si non adsint sensilia, non sentire. Quod autem potest vel impelli appetitione, vel etiam sentire, est à natura datum signum quo animal cognoscitur: tale quid enim ex his significatur. Primum quidem, an fœtus qui in vtero gestatur, ex appetitione non sentire aut moueri possit, quod quidem proponitur considerandum alterum autem, an fœtus qui gestatur in vtero, aliquando sentire aut moueri potest ex appetitione: in quo significato nullus quærit, cùm sit euidens. Quæsitum autem fuerat, vtrum fœtus iam sit animal, an adhuc planta: deinde nomen animalis traductum est ad definitionem, vt esset manifestum, cùm sensu & motu qui proficiscitur ex appetitione, inuenissemus ipsum differre à non animali. Id rursus distinximus à rebus ei adiunctis, dicentes aliud quidem esse id quod potestate est tale quod nondum quidem sentit & mouetur, erit autem aliquando tale: alterum autem quod iam actu est tale. Huius autem est aliud quidem quod iam agit aliud autem, quod agere quidem potest, quiescit autem vel dormit: hoc est autem id quod quæritur. Non enim ex eo quòd alatur fœtus, dicendum est esse animal, quod quidem est eorum qui recedunt ab essentia, iis autem quæ alioqui accidunt mentem adhibent. In eo autem quæ dicuntur inueniri, posita est demonstratio, quæ quidem est oratio quæ probat aliud ex aliis. Ea autem ex quibus probatur id quod quæritur, oportet eum qui discit confiteri & cognoscere: horum autem omnium est principium, id quod est euidens sensu & intelligentia: atque prima quidem demonstratio constat ex his omnibus. Quæ autem ex iis quæ per hanc prius fuere demonstrata, rursus aliquid aliud concludit, & quidem non minus credibilis quàm prior: non potest tamen prima quoque nominari, quoniam neque ex primis concluditur propositionibus. Prima ergo species differentiæ eorum quæ quæruntur, cùm tres sint, est ostensa: dico autem cum cognoscatur essentia, ignorari aliquam eius actionem vel affectionem. Secunda autem erat differentia earum quæ proponuntur quæstionum, in qua actiones quidem & affectiones omnes cognoscimus, ignoramus autem essentiam, vt exempli causa, in quanam parte corporis sita sit pars animæ quæ tenet principatum. Eadem autem demonstrationis pertractatio est etiam in hac quæstione. Dicunt aliqui non contingere esse plura principia vnius animalis: atque vnius quidem generis principia non contingit esse plura vnius animalis: generibus autem diuersa, non est absurdum.*

## COMMENTARIVS.

[a] Est *ergo inuentionis ratio & methodus.* Traditurus Clemens methodum & rationem inueniendarum quæstionũ quæ sunt propositæ, affert exemplũ quæstionis; Sitne qui in vtero gestatur fœtus, animal. Ea quæstio vt melius explicetur prius statuendum est quid sit animal, & quid sit fœtus qui est in vtero, quod



hodieque appellant. Sed de ea re est varia Philosophorum sententia. Plato enim etiam plantas dicit esse animalia, Aristoteles autem animali dicit opus esse vt sentiat. Stoici autem ne vegetantem quidem facultatem dicunt esse animam, tantum abest vt plantas dicant esse animalia. Cũ autem sit varia animalis significatio, non prius quid sit animal rectè poterit considerari, quàm sicut in homonymis à cęteris distincta fuerit eius significatio. Interrogando ergo & respondendo cum eo fuerit processum, vt constet de qua re agatur, disputando peruenietur ad quæstionis propositæ inuẽtionem. Vt si de cane agatur, non prius examinabitur quid sit canis, quam inter disputantes constiterit sitne canis terrestris, an marinus, an sydus cęleste, an Diogenes qui dictus est canis à quo orta est secta Cynicorum. [b] *Quod ergo postea es facturus.* Cum interrogando & respondendo eo esset peruentum, vt distinctis & fœtus & animalis significatis, quærendũ esset id de quo quæritur, quærendum autem esset sitne fœtus qui in vtero gestatur animal, rursus interrogat de cicendane sit quæstio ex nomine, an ex re ipsa, & cum nec ex nomine fœtus, nec ex nomine animalis definiri possit, nec quid sit fœtus, nec quid sit animal, relicto nomine & fœtus & animalis, ex re ipsa est definiendum quid sit fœtus & animal, nempe ex ipsa natura fœtus & animalis. Cum sit autem eiusmodi natura animalis, vt sit animal quod potest sentire & moueri ex appetitione, non semper autem ex appetitione moueatur & sentiatur, aliquando enim dormit, quo fit vt non sentiat, nec sentit quando non adsunt quæ sub sensum cadunt, nõ est est absolutè animal, est enim animal quando sentit, non est autem quando non sentit. Signum autem quo cognoscitur animal, est quod possit moueri & sentire ex appetitione. Qui autem in vtero gestatur fœtus si ex appetitione potest moueri & sentire, id signum est quod sit animal, de quo nemo dubitauerit. Sed cũ fœtus sit eiusmodi vt non semper sentiat, possit tamen aliquando sentire, dum non sentit quidem, alitur tamen, & augetur, fœtus est planta non autem animal: sed cum non solum alitur & augetur, sed etiam ex appetitione mouetur & sentit, non solum est planta, sed etiam animal, ita fit vt fœtus sit aliquãdo tantum planta, cum alatur & augeatur non autem sentiat, aliquando autem animal cum appetitione moueatur & sentiat.

[a] Apvd *Pyrrhonios, inquiunt, est ἐποχὴ, hoc est, assensionis sustentatio, quæ vult nihil esse firmum & stabile. Ea si à seipsa inceperit, clarum est, quòd primùm seipsam infirmabit. Aut ergo dat aliquid esse verum, & non est de omnibus sustinenda assensio: aut persistit dicens nihil esse veri, & est perspicuum quòd nec ipsa prius verum dicet: aut enim ipsa verum dicit, aut non. Sed si verum quidem dicit, concedit vel inuita, esse aliquid veri: sin autem non verum dicit, vera ea relinquit quæ volebat tollere de medio. Nam quatenus falsa ostenditur quæ perimit epoche, seu assensionis sustentatio, eatenus vera esse ostenduntur ea quæ perimuntur, quomodo somnium quod omnia somnia dicit esse falsa: nam cùm seipsam perimat, confirmat alia. Et in summa, si est vera, ducet à seipsa principium, cùm non sit alicuius alterius sustentatio assensionis, sed primùm suiipsius. Deinde si comprehendit quod sit homo, vel quod sustinet assensionem, est perspicuum eum non sustinere assensionem. Quomodo autem respondit etiam ad rogatum? nam clarum est eum de hoc non sustinere assensionem. At qui se sustinere assensionem pronunciat, quod sequendo si oporteat nos de rebus omnibus sustinere assensionem, de ipsa assensionis sustentatione assensionem primùm sustinebimus, sitne ei credendum, an non. Prætẽrea si hoc ipsum verum est, eum verum nescire, neque omnino veri quicquam ab illo datur: si autem hoc quoque dicet dubitabile verum ignorare, eo ipso dat verum cognosci posse, quod suam de ipso assensionis sustentationem videatur non confirmare. Quòd si hæresis est dogmatum inclinatio, aut, vt quidam dicunt, inclinatio quæ multis dogmatibus præbet consequentiam inter se & ea quæ videntur, tendens ad rectè viuendum: & dogma quidem est quædam quæ sit ratione comprehensio: comprehensio autem est habitus & assensio animi, non solùm ephectici, sed etiam quilibet dogmaticus, id est, qui tradit dogmata, in nonnullis solet sustinere assensionem, aut propter mentis imbecillitatem, aut rerum obscuritatem, aut vires æquales rationum.* [b] *Ante definitiones autem, demonstrationes, & diuisiones, prius ponendum est quot modis dicatur id quod quæritur: & tractanda sunt homonyma, & synonyma sunt aptè & distinctè ponenda in sua significatione. Deinde quærendum est an ex iis quæ considerantur relata ad alia, sit id quod proponitur, an per seipsum sumatur. Post hæc, an sit, quid sit, quid ei accidat: aut sic etiam, An sit, quid sit, propter quid sit. Ad hæc autem contemplanda confert singulorum cognitio & vniuersorum, & ea quæ sunt priora, & differentiæ, & earum diuisiones. Atque inductio quidem affert id quod est vniuersum & definitionem: diuiso-*

*nes autem, species, & quid sit, & individuum. Contemplatio autem qua considerat quot modis dicatur, affert assumptionem eius quod est proprium: dubitationes autem eas quæ sunt in ipsis, differentias & demonstrationes: & alioqui augent contemplationem ea quæ ipsam consequuntur: ex omnibus autem ostenditur scientia & veritas.* [c] *Rursus id quod in summam redigitur ex diuisione, appellatur definitio: sumitur enim prior diuisionis & posterior distinctio: prior quidem, quando concessum vel propositum fuerit: posterior autem, quando demonstratum. Porrò autem per sensum, ex eo quod est singulare, in summam colligitur id quod est vniuersum ac generale: inductionis enim principium est sensus: finis autem, id quod est vniuersum ac generale. Atque inductio quidem non ostendit quid sit, sed quid sit, vel non sit: diuisio autem quidnam sit, & distinctio similiter atque diuisio, essentiam docet, & quid sit, non autem an sit. Demonstratio autem tria, nempe an sit, & quid sit, & propter quid sit aperit. Sunt autem nonnullæ quoque definitiones quæ causam continent. Quoniam autem scire est, quando causam viderimus: sunt autem quatuor causæ, materia, id quod mouet, forma, finis: erit quatuor modis distinctio. Primùm ergo sumendum est genus, in quo sunt ea quæ sunt proxima iis quæ sunt suprema: postea propinqua ac continens differentia. Differentiarum autem continuatio quæ scinditur & diuiditur, implet quid sit esse, seu rei essentiam ac definitionem. Non est autem necesse dicere omnes vniuscuiusque differentias, sed eas quæ formam tribuunt. Geometrica resolutio & compositio est diuisioni Dialecticæ & definitioni similis. Et à diuisione quidem recurrimus ad ea quæ sunt simpliciora, & magis principalia. Atque genus quidem rei quæ quæritur diuidimus in eas quæ ei insunt species: vt exempli causa, in homine, animal quod est genus, diuidimus in eas quæ in ipso apparent species, nempe mortale & immortale. Et sic semper genera quæ videntur esse composita, secantes in species simpliciores, accedimus ad id quod non quæritur, & non amplius suscipit diuisionem. Cùm enim animal diuiserimus in mortale & immortale, deinde verò mortale in terrestre & aquatile, & rursum terrestre in volucre & pedestre, & sic propinquam ei quod quæritur speciem, quæ etiam comprehendit id quod quæritur diuiserimus, secando deueniemus ad simplicissimam speciem, quæ nihil quidem aliud, sed id solum quod quæritur comprehendit. Rursus enim pedestre diuidimus in rationis particeps & expers rationis. Deinde ex iis speciebus quæ sumuntur ex diuisione, eligentes ea quæ sunt magis propinqua homini, cùm ea in vnam composuerimus orationem, efficimus hominis definitionem, quæ est animal mortale, terrestre, pedestre, rationis particeps. Quo fit vt materiæ quidem locum obtineat diuisio, definitione quærens simplicitatem nominis: artificis autem & opificis definitio, quæ componit & construit, & eius quod est ostendit cognitionem. Non harum autem verum, nec idearum sunt definitiones, sed rerum quas habemus vniuersas & generales in animo notiones. Harum notionum dicimus esse orationes quæ eas interpretantur.*

## COMMENTARIVS.

[a] APVD *Pyrrhonios, inquiunt.* Cum in hoc libro sit Clementis scopus & institutum, vt doceat quomodo per demonstrationẽ & ratiocinationem perueniatur ad cognitionẽ & scientiam, videat autem cognitionis ac scientiæ nihil magis esse contrariũ, quam si statuatur in rebus nihil esse firmum & stabile, quod omnino fiet, si ista stabiliatur ἐποχή, id est assensionis sustentatio, vt nulli rei quantũuis veræ & certæ sit assentiendũ, qui fuit error Pyrrhoniorum, qui non solum omnem reiiciebant veritatem, sed nullam etiam admittebant probabilitatẽ & verisimilitudinem, in quo longè discrepabant à veteribus Academicis, qui de rebus ita disputabant, vt sequerentur quæ sunt probabilia. Hanc Pyrrhoniorũ ἐποχήν, id est assensionis sustentationẽ, ita refellit Clemens vt dicat eam seipsam euertere & destruere. Seipsum enim destruit qui omnia dicit esse falsa, falsa autẽ dicit qui eis non assentitur, & hoc dicens dicit se verum dicere. Est autem Clemẽs in hac sententia, vt dicat non solũ ἰδιαπτῶσιν, id est qui sustinent assensionem, sed etiam δογματικούς, id est qui dogmata profitentur posse aliquando suam iustis de causis sustinere sententiam: sustinetur autem assensio, aut propter mentis imbecillitatem, cum non tanta sit vis ingenij, vt possit intelligere quod dicitur,



dicitur, aut propter rerum obscuritatem, quæ impedit vt absonsa veritas nõ veniat in lucẽ, aut propter vires æquales rationũ, cum scilicet quæ vtrinque afferuntur rationes sint paris momenti, vt quælibet sint veluti in æquilibrio. Nõ est ergo semper sustinenda assensio, & in iis quæ sunt certa & indubitata est retinenda & amplectenda veritas. [b] *Ante definitiones autem demonstrationes.* Cum ad inueniendam scientiam & veritatem, opus sit definitione, demonstratione, & diuisione, nõ est eis prius vtendum, quam sciamus quænã prius sunt ad ea necessaria, & quæ prius sunt tractanda. Nõ potetimus certè rectè definire, demõstrare, & diuidere, quã sciamus quot modis ponatur id quod quæritur. Positis ergo nominibus quæ plura significant, non poterit nec definiti nec demonstrari nec diuidi, nisi constet quænam sit significatio eius nominis quod est definiendum, demonstrandum, & dividendum. Ita etiam si sunt vlla synonyma, id est, quæ diuersis vocabulis vnum & idem significent, vnum ex eis est eligendum quo apte & conuenienter possimus definire, demonstrare, & diuidere in sua significata. Deinde est considerandum an vocabulum de quo proponitur quærendũ, ad aliud referatur, sine quo non possit consistere, an per se ita consistat vt nullo alio opus habeat ad quod referatur. Ante ipsam quoque rei quæ quærenda proponitur quæstionẽ, sunt aliæ quæ præcedunt quæstiones, nempe an sit, quid sit, & quænam sint eius accidentia, vel an sit, quid sit, & propter quid sit. Nisi enim & rem esse constiterit, & ab aliis distincta fuerit, & intellectũ fuerit propter quid sit in rerum natura, & quis sit eius finis, non rectè poterit de ea disceptari. Non poterunt autem cognosci hæ quæstiones, nisi prius cognoscantur singula & quæ sunt in genere, nempe quæ sunt vniuersalia, nempe τὰ καθ' ὅλου. Ad ea autem cognoscenda inducit inductio, quæ per singula deducit ad vniuersa, & ad definitionẽ. Diuisiones autem inducunt species per differentias, quælibet enim generis speciem cõstituens differentia efficit speciem: inducunt etiam, quid sit nempe definitionem, cõstituta enim specie per diuisionem generis per differentiã mox apparet definitio indiuidui. Simul enim definitur species & indiuiduũ, nam si homo definitur in specie animal rationale mortale, simul etiam definietur quid sit homo quilibet, nempe quod sit animal rationale mortale. Quod si cõsideretur quot modis dicatur aliquid, fiet vt ex ea cõsideratione dignoscatur quid sit proprium. Eadem autem cõsideratione qua dignoscitur quid sit propriũ in modis, de quibus quæritur, dignoscitur etiã quæ sit in iis modis differentia quibus inter se differant. Non aliunde autem discernitur & cognoscitur differentia, quã quod de ea re dubitatio infert demonstrationes. Quamquã etiamsi nulla inferatur demonstratio, contemplando tamen & considerando magis & magis augetur contemplatio, & consideratio. Ex his autem omnibus ostenditur scientia, & veritas. [c] *Rursus id quod in summã redigitur.* Porro autem ex definitione maximè ostenditur scientis & veritas. Quid sit autem res de qua quæritur eluceſcit definitione, veram enim rei habemus scientiam, quando eam vere habemus definitam. Vere autem est definita, quando ex diuisione generis per differentias redacta est in summã: ea autem in summam reductio appellatur definitio. In diuisione autem duæ sunt differentiæ, prior, & posteriores: æ in vnum redactæ tanquam in vnam summam, cõstituunt definitionem. Eæ autem vt in vnum redigantur, prior est proponenda vel concedenda distinctio, posterior autem demõstranda. Non solum autem in vnum fit reductio per generis diuisionem per differentias, sed etiam per inductionem in summam colligitur, id quod est vniuersum & generale. Colligitur autem per sensum, nempe per indiuidua, quæ sub sensum cadunt. Incipit enim inductio ab indiuiduis quæ sunt sensilia, desinit autem in vniuersum & generale quod nõ amplius cadit sub sensum, cum existat notio generalis. Quamuis autem per indiuidua in summã nempe ad vniuersum deducat inductio, non efficit tamen definitionem quæ quid sit ostendit, per eam enim solum cognoscitur, sitne an non sit. Diuisio autem per differentias, & distinctiones ostendit, quidnã sit res de qua quæritur, & quænam sit eius essentia. Nõ autem an sit, quod ostendit inductio: demonstratio autem & inductione & diuisione ex qua fit definitio, est longè præstantior. Ostendit enim & an sit, & quid sit, & propter quid sit. Propter quid sit autem id de quo quæritur ostendere, est dicere finalem eius causam. Hoc facit quidem demonstratio, sed perspe etiam definitio. Sunt enim quædam definitiones, quæ causam in se continent, & ideo dicuntur causales. Cum autem ad scientiam adipiscendam plurimum valeat causæ cognitio, scire autem nihil est aliud quã rem per causam cognoscere, & est aliqua quæ causam continet definitio, operæpretium est scire quot modis dicatur causa.

[a] HARVM *autem notionum fiunt etiam diuisiones. Ex diuisionibus autem, vna quidem diuidit id quod diuiditur in species, vt genus: altera autem in partes, vt totum: alia verò in ea quæ accidunt. Atque totius quidem in partes diuisio, vt plurimum consideratur in magnitudine: quæ sit autem in ea quæ accidunt, nunquam potest tota accipi, siquidem oportet etiam vnicuique omnino eorum quæ sunt inesse essentiam. Vnde etiam reprobantur ambæ hæ diuisiones: sola autem probatur diuisio generis in species, à qua formam characteremque accipit quæ est in genere identitas, & diuersitas quæ est in differentiis specialibus. Species semper in aliqua parte consideratur, non tamen contrà si quid est pars alicuius, hoc erit etiam species: manus enim est quidem pars hominis, non est autem species. Et genus quidem inest in speciebus: animal enim inest in homine & boue. Totum autem non inest in partibus, homo enim non inest in pedibus: quocirca species est parte magis principalis. Et quæcunque de genere prædicantur, ea etiam omnia prædicantur de specie. Atque optimum* III.

quidem fuerit contemplari genus in duabus speciebus: sin minus autem, in tribus. Species ergo diuisæ quidem generalius, characterem accipiunt ex eodem & altero. Deinde verò diuisæ, per ea quæ generaliter significantur characterem accipiunt. Vnaquæque enim species aut est essentia: vt cùm dicimus, ex iis quæ sunt, alia quidem sunt corporea, alia verò incorporea: aut quantum, aut quot, referitur ad aliquid, aut vbi, aut quando, aut agere, aut pati. Cuiuscunque ergo rei habet aliquis scientiam, eius etiam dabit definitionem: quemadmodum qui non potest oratione comprehendere & definire quodlibet, eius rei nunquam habuerit scientiam. Ex ignoratione autem definitionis, accidit vt multæ oriantur dubitationes & deceptiones. Si enim qui rem nouit, habet in animo eius cognitionem: potest autem etiam oratione explicare id quod habet in animo: eius autem quod animo cogitatur explicatio, est definitio: necesse vt qui rem norit, possit eius etiam dare definitionem. Assumitur autem in definitionibus etiam differentia, quæ signi locum obtinet in definitione. Hominis itaque definitioni adiectum, vi ridendi præditum, facit totum animal rationis particeps, mortale, terrestre, pedestre, vi ridendi præditum. Quæ enim per differentiam adhibentur definitioni, sunt signa rerum propriarum, ipsarum autem rerum naturam non indicant. Iam verò dicunt differentiam esse proprij redditionem, & quatenus differt ab aliis id quod habet differentiam, quod soli inest, & de re mutuò prædicatur: necesse est in definitionibus primum genus assumere vt principale, & quod possit consistere. Et in longioribus quidem definitionibus, multitudo specierum quæ inueniuntur per decem prædicamenta: in minimis autem, quæ ex propinquis & continentibus speciebus sumptæ fuerint principales rei essentiam & naturam significant. Quæ est autem minima, constat ex tribus: ex genere, & duabus speciebus maximè necessarijs: hoc autem sit propter breuitatem. Dicimus ergo: Homo est animal vi ridendi præditum: tunc est assumendum id quod præcipuè accidit ei quod definitur, aut propria eius virtus, aut proprium eius munus ac officium, aut aliquid aliud eiusmodi. Quare definitio quæ rei exponit essentiam, non potest quidem rei naturam accuratè comprehendere: per præcipuas autem species declarat essentiam. Habet autem definitio propemodum essentiam in qualitate.[b] Quæ efficiunt vt sustineatur assensio, causæ sunt duæ supremæ. Vna quidem, mens humana quæ est multiplex & instabilis, cui quidem natura est insitum vt generet dissensionem, aut eorum inter se, aut sui ipsorum à seipsis. Secunda autem, ea quæ est in rebus discrepantia, quæ etiam maximè efficit vt sustineatur assensio. Nam cùm neque omnibus visis possimus credere propter repugnantiam: neque omnibus fidem non habere, quòd id quod dicit omnia esse incredibilia, cùm sit ex omnibus, in numerum etiam omnium ascribatur: neque aliquibus quidem credere, aliquibus verò non credere, propter æqualitatem: eò deducti sumus vt sustineremus assensionem. Harum autem principalium causarum, assensionis, sustentationis, cogitationis quidem instabilitas, generat dissensionem: dissensio autem est propinqua causa sustentationis assensionis. Vnde plena quidem est vita iudiciis & curis, & in summa, eorum quæ dicuntur bona & mala, electione, quæ quidem dubiæ mentis & ad oppositarum rerum infirmitatem claudicantis, sunt argumenta. Sunt itaque libri plena bibliothecæ, classesque & commentationes iis qui in dogmatibus inter se dissentiunt, & sibi persuaserunt se in rebus tenere veritatem.[c] In voce tria versantur: nempe & nomina quæ sunt signa eorum quæ animo cogitantur principaliter, per consequentiam autem, etiam subiectorum: secundò autem, cogitata quæ res subiectas referunt & exprimunt. Vnde sunt omnibus eadem cogitata, propterea quod ex rebus subiectis eadem forma & typus ingeneretur omnibus: non itidem etiam nomina, propter diuersos sermones. Tertium autem, sunt res subiectæ, ex quibus nobis imprimuntur cogitata.[d] Atque nomina quidem



reducit Grammatica in vigintiquatuor vniuersa ac generalia elementa: oportet enim esse elementa definita: eorum enim quæ sunt singularia, cùm sint infinita, non est scientia. Est autem proprium scientiæ vniuersis ac generalibus theorematibus niti & definitis, vnde singularia reducuntur ad vniuersalia ac generalia. Philosophorum autem indagatio versatur & in iis quæ animo cogitantur, & in rebus subiectis. Quoniam autem singularia horum sunt infinita, horum quoque sunt quædam inuenta elementa, ad quæ reducitur quicquid quæritur: & si videatur quidem subire vnum aliquod, vel etiam plura ex elementis, id esse pronunciamus: quod si omnia effugerit, nequaquam esse.[e] Ex his quæ dicuntur, alia quidem dicuntur absque connexione, vt homo, & vt currit, & quæcunque orationem minimè perficiunt, quæ habet verum vel falsum: alia verò cum connexione. Ex iis autem quæ dicuntur absque connexione, alia quidem significant essentiam, alia autem quale, alia verò quantum, alia autem quæ referuntur ad aliquid, alia autem vbi, alia verò quando, alia autem situm esse, alia autem habere, alia verò agere, alia autem pati: quæ etiam dicimus esse elementa eorum quæ sunt. in materia & post principia. Considerari enim possunt hoc ratione. Quæ cæterum autem materia, sola mente possunt apprehendi per primam applicationem. Ex his autem quæ collocantur sub decem prædicamentis, alia quidem per se dicuntur, vt nouem prædicamenta: alia autem relata ad aliquid. Et rursus ex iis quæ sunt sub his decem prædicamentis, alia quidem sunt synonyma, quorum & nomen est ambobus commune, vt animal: & ratio eadem, hoc est, definitio, hoc est, essentia animata. Heteronyma autem sunt, quæ circa idem subiectum sunt in diuersis nominibus, vt ascensus & descensus: est enim eadem via, siue sursum, siue deorsum. Est autem alia species heteronymorum, vtpote equus, & niger, quæ & nomen habent, & rationem, alterum ab altero diuersam, & neque habent idem subiectum: sunt ea autem dicenda altera, non heteronyma. Polyonyma autem sunt quæ eandem quidem habent rationem, nomen autem diuersum, vt ensis, spatha, gladius. Denominatiua autem sunt, quæ ex altero aliquo sunt nominata, vt à fortitudine fortis. Homonyma autem sunt, quæ vtuntur eodem nomine, non habent autem eandem rationem, vt homo, & qui est animal, & homo pictus. Ex homonymis autem, alia quidem habent idem nomen ex fortuna, vt Aiax Locrus, & Aiax Salaminius: alia autem ex cogitatione. Et ex his, alia quidem per similitudinem, vt homo, & qui est animal, & qui pictus: alia autem per proportionem ac conuenientiam, vt pedes Idæ, & nostri pedes, propterea quòd sint inferiùs: alia autem ex operatione, vt pes nauis, per quem nauis nauigat, & pes noster, per quem mouemur. Dicuntur etiam homonyma ab eodem & ad idem, vt à medico liber & scalpellum medica, & ex medico qui vtitur, & ad rationem medicam.[f] Ex causis autem, aliæ sunt quæ dicuntur procatarcticæ, aliæ verò synecticæ, aliæ autem adiuuantes, aliæ sine quibus non. Procatarcticæ, quæ primò dant occasionem ad hoc vt aliquid fiat, quemadmodum pulchritudo in continentibus dat occasionem amoris: eis enim visa solùm ingenerat affectionem amatoriam, nec tamen necessariò. Synecticæ, quæ etiam per synonymiam seu vnitoce vocantur, per se perfectæ, quandoquidem est per se causa efficiens effectus. Deinceps autem sunt omnes causæ ostendendæ in eo qui dicit, Pater quidem est causa procatarctica seu primordialis disciplinæ: magister autem synectica, id est continens. Eius autem qui discit, ingenium est causa adiuuans: tempus autem obtinet rationem causarum sine quibus non. Causa autem propriè dicitur id quod agendo est aliquid præbens, seu præbendi potestate præditum: sicut etiam ferrum dicimus esse τμητικὸν, hoc est, secandi potestate præditum, non solùm in secando, sed etiam in non secando. Sic ergo παρεκτικὸν quoque, id est, præbendi pote-

προηγουμένη, primordialis et principalis, ἐδιογνωμων.

ſtate præditum, ambo ſignificat, & id quod iam operatur, & quod nondum quidem operatur, ſed vim habet operandi. ¶ Porrò autem alij quidem cauſas eſſe dicunt ex corporibus: alij verò ex incorporeis: alij autem dicunt corpus quidem eſſe propriè cauſam, incorporeum autem per abuſionem & veluti cauſaliter. Alij autem conuertunt è contrario, res incorporeas quidem propriè dicentes eſſe cauſas: per abuſionem autem corpora: vt, verbi cauſa, ſectionem, quæ eſt operatio, eſſe incorpoream, & eſſe cauſam ſecandi, cum ſit operatio incorporea, & quòd ſecetur ſimiliter gladio, & eo qui ſecat, quæ ſunt corpora. Aliquorum autem cauſa dicitur tribus modis, vna quidem quæ eſt cauſa, vt ſtatuarius: alia autem, cuius cauſa eſt, vt fiat ſtatua: alia verò cui eſt cauſa, vt materia: æri enim cauſa eſt vt fiat ſtatua. Fieri ergo & ſcindi, quæ ſunt cauſæ cuius ſunt, cum ſint operationes, ſunt incorporea. Qua ratione, categorematum, vel, vt nonnulli dicunt, dictorum (categoremata enim λεκτὰ, hoc eſt dicta, vocant Cleanthes & Archidemus) ſunt cauſæ: vel, quod potius dicendum eſt, aliæ quidem dicentur cauſæ categorematum, vt huius, ſcinditur, cuius caſus eſt ſcindi: aliæ verò, pronunciatorum, vt huius, nauis fit. Cuius rurſus caſus eſt, nauem fieri. Ariſtoteles autem vocat appellationem, nempe eorum quæ ſunt huiuſmodi, domus, nauis, vſtionis, ſectionis. Eſt autem extra controuerſiam caſum eſſe incorporeum, quare illud quoque ſophiſma ſic ſoluitur. Quod tu dicis tranſit per os tuum, quod quidem eſt verum: domum autem dicis, domus ergo tranſit per os tuum, quod quidem eſt verum. Neque enim domum dicimus quæ eſt corpus, ſed caſum qui eſt incorporeus, quem habet domus. Et ædificatorem dicimus ædificare per eam relationem quæ fit ad id quod futurum eſt. Sic dicimus texi chlamydem, id enim quod facit, ſignificat operationem. Non eſt autem alterius quidem, id quod facit, alterius verò, cauſa, ſed eiuſdem & chlamydis & domus. Quatenus enim cauſa eſt vt fiat, ea ratione eſt etiam efficiens quòd fiat: eadem autem eſt & cauſa efficiens, & propter quod. Et ſi aliquid quidem eſt cauſa & efficiens, hoc quoque eſt omnino propter quod: ſi quid autem eſt propter quod, non eſt id quoque omnino cauſa. Multa quidem certè concurrunt ad vnum effectum, propter quæ fit finis, ſed non ſunt omnia cauſæ. Filios enim non occidiſſet Medæa, niſi fuiſſet irata: neque fuiſſet irata, niſi laborraſſet zelotypia: neque fuiſſet zelotypia, niſi amaſſet: neque amaſſet, niſi Iaſon Colchos nauigaſſet: neque Colchos nauigaſſet, niſi Argo fuiſſet ædificata: neque Argo fuiſſet ædificata, niſi ligna fuiſſent ſciſſa ex Pelio. In his enim omnibus cùm ſit propter quod, non ſunt omnia cauſæ cædis filiorum, ſed ſola Medæa. Quamobrem id quòd non prohibet, non operatur: quocircà non eſt cauſa id quod non prohibet, ſed id quod prohibet: in aliquid enim agendo & operando cauſa intelligitur. Præterea quod non prohibet ſeparatum eſt ab eo quod fit, cauſa autem refertur ad id quod fit: non fuerit ergo cauſa id quod non prohibet. Propterea quidem certè perficitur, quòd non adſit id quod poteſt prohibere. Quatuor autem modis dicitur cauſa: efficiens, vt ſtatuarius: & materia, vt æs; & forma, vt character: & finis, vt honor gymnaſiarchæ. Eorum ergo ſine quibus non, rationem æs tenet, ad hoc vt fiat ſtatua, & eſt ſimiliter cauſa. Nam quicquid eſt ſine quo non contingit fieri effectum, cauſa eſt neceſſariò: cauſa autem non abſoluta, non eſt enim ſynectica ſeu continens cauſa, id ſine quo non, ſed adiuuans. Quicquid autem operatur, effectum reddit cum eius quod patitur aptitudine: nam afficit quidem cauſa, patitur autem vnumquodque prout ei fuerit aliquid à natura inſitum, cùm ſit ea quæ id præbet aptitudo, & eorum ſine quibus non, rationem obtineat. Eſt ergo cauſa inefficax abſque aptitudine: non eſt autem cauſa, ſed cauſa adiuuans. Omnis enim cauſa conſideratur in agendo. Seipſam autem non fecerit terra: quare nec fuerit cauſa ſui ipſius. Ridiculum eſt autem dicere, non ignem eſſe cauſam vſtionis, ſed ligna: neque gladium, ſectionis,



ſectionis, ſed carnem: neque quòd victus ſit Athleta, vires aduerſarij, ſed ſuam imbecillitatem. Cauſa continens non opus habet tempore: nam cauterium ſimul ac carni fuerit applicatum, præbet dolorem. Ex procatarcticis aliæ quidem tempore opus habent, donec ad finem perductus fuerit effectus: aliæ autem non indigent, vt caſus in fractura. Num ergo hæc non dicuntur expertia temporis per eius priuationem, ſed per diminutionem, vt etiam repentè, quod nec ipſum quidem factum eſt abſque tempore? Omnis cauſa quæ tanquam cauſa comprehendi poteſt cogitatione, eſt alicuius, & verſatur in aliquo. Alicuius quidem effectus, vt gladius ſecandi: in aliquo autem verſatur, nempe in eo quod eſt aptum & accommodatum, quemadmodum ignis in ligno, non vret enim Adamantem. Cauſa eſt ex iis quæ referuntur ad aliquid: mente enim concipitur per eam quæ eſt ad alterum habitudinem & relationem. Quo fit vt duobus ſibi inuicem applicatis, cauſam intelligamus. Eadem autem eſt ratio opificis, effectoris, & patris. Non eſt aliquid ipſum, ſuipſius cauſa, neque eſt aliquis pater ſuus: nam ſic primum, futurum eſſet ſecundum. Cauſa quidem certè agit & afficit: quod à cauſa factum eſt, patitur & afficitur. Non poteſt autem idem à ſeipſo ſumptum, operari ſimul & affici, neque eſſe filius & pater. Et alioqui id quod eſt cauſa eius quod ſit ab ipſa, eſt prius tempore quoad eſſentiam, vt gladius inciſionis. Non poteſt autem idem ſimul & tempore eſſe prius quo ad materiam, quatenus eſt cauſa: & tempore eſſe poſterius, quatenus eſt opus cauſæ. Et differt eſſe ab eo quod factum eſt eſſe: ſic etiam cauſa quidem eius quod ſit, pater verò filij. Non contingit enim idem per idem & eſſe ſimul & fieri: nihil eſt ergo ſua ipſius cauſa. Cauſæ non ſunt altera alterius inuicem, ſed altera alteri. Spleniaca enim quæ prius exiſtit affectio, non eſt cauſa febris, ſed vt fiat febris: & quæ præcedit febris, non ſplenis cauſa eſt, ſed vt augeatur affectio. Sic etiam virtutes ſunt ſibi inuicem cauſæ ne ſeparentur, propter mutuam conſequentiam: & qui ſunt in fornice lapides, ſunt ſibi inuicem cauſæ manendi, non ſunt autem ſui inuicem cauſæ. Magiſter quoque & diſcipulus ſunt ſibi inuicem cauſæ proficiendi. Dicuntur autem alteri alterius inter ſe cauſæ, aliquando quidem eorundem, vt mercator & caupo ſunt ſibi inuicem cauſæ vt proficiant: aliquando autem alterius & alterius, quemadmodum enſis & caro: ille quidem carni, vt ſcindatur: caro autem gladio, vt ſcindat. Oculum pro oculo, & animam pro anima. Qui enim alicui vulnus inflixit letale, is ei cauſa eſt mortis, aut vt ei mors accidat: qui autem eſt ab ipſo viciſſim letaliter ſauciatus, eum viciſſim cauſam habuit, non quatenus ei fuit cauſa, ſed per aliud: ipſi enim fit cauſa mortis, non autem mors mortale ipſi vulnus viciſſim intulit, ſed ipſe ſauciatus. Quare ipſe quidem fuit alterius cauſa, aliam autem cauſam habuit. Et qui alij fecit iniuriam, cauſa quidem eſt alterius, nempe eius cui facta eſt iniuria. Lex autem quæ contrà iubet eum ſupplicio affici, non iniuriæ ac maleficij, ſed alteri quidem vindictæ, alteri verò diſciplinæ cauſa eſt. Quamobrem non ſunt ſui inuicem cauſæ vt cauſæ, ſi cauſæ ſunt. Præterea quæritur an multa fiant multæ cauſæ vnius per congreſſum. Coniunctis enim homines cauſa ſunt vt nauis attrahatur, ſed cum aliis, niſi ſit etiam aliqua cauſa adiuuans, quæ concauſa dicitur. Alij autem dicunt, ſi multæ cauſæ ſiunt, ſeorſum vna vnius cauſa, eius quidem quod eſt eſſe beatum, quod vnum eſt, cauſæ ſunt virtutes quæ ſunt multæ: & eius quod eſt calefieri, & dolere, multæ ſunt cauſæ ſimiliter. Nunquid ergo multæ virtutes ſunt vna poteſtate, & quæ calefaciunt, & dolore afficiunt: & multitudo virtutum quæ eſt vnum genere, ſit cauſa vnius, nempe eius quod eſt eſſe beatum? Reuera autem procatarcticæ quidem cauſæ ſunt vnius plures & genere & ſpecie: & genere quidem, vt cuiuſlibet morbi, exempli gratia, algor, reſolutio, labor, inconcoctio, ebrietas: ſpecie autem

*febris. Continentes autem causæ, genere solùm, non itidem etiam specie. Eius enim quod est bene olere, quod est vnum genere, multæ sunt causæ specie, vtpote thus, rosa, crocus, styrax, myrrha, vnguentum. Rosa enim non fuerit adeò odorifera, vt myrrha. Idem autem sit causa contrariorum, aliquando quidem ob causæ tum vim, tum magnitudinem, aliquando autem ob eius quod patitur aptitudinem. Ob certam quidem vim, nempe eadem chorda ob intensionem aut remissionem, acutum aut grauem edit sonum: ob aptitudinem autem eorum quæ patiuntur, mel quidem sanos dulcedine afficit, amarore autem eos qui febre laborant: & vnum & idem vinum, alios quidem ciet ad iram, alios verò exhilarat: & idem Sol, ceram quidem liquefacit, lutum autem exiccat. Porrò autem ex causis aliæ quidem sunt apertæ, aliæ verò obscuræ: & aliæ quidem consideratione comprehenduntur, aliæ ratiocinatione. Ex obscuris autem, aliæ quidem sunt obscuræ ad tempus, vt quæ aliquo quidem tempore abditæ fuerint, aliquando autem rursus apertè videantur: aliæ autem obscuræ naturâ, quæ nullo tempore possunt esse apertæ. Et ex his quidem quæ sunt natura, aliæ quidem possunt comprehendi, quas quidem vocabant non obscuras, quæ per signa sumuntur reputando ac ratiocinando, quemadmodum symmetria dubiarum orationum quæ cadunt in contemplationem: aliæ autem quæ comprehendi nequeunt, quæ nullo modo possunt cadere sub comprehensionem, quæ etiam omnino dicuntur obscuræ. Et aliæ quidem sunt procatarctice seu primordiales, aliæ verò synecticæ, id est, continentes, aliæ autem concausæ, aliæ verò adiuuantes. Et aliæ quidem, eius quod est secundum naturam, aliæ verò, eius quod est præter naturam. Aliæ autem morbi, & per accidens, aliæ quidem affectionum, aliæ verò earum magnitudinis: aliæ autem temporum & occasionum. Atque si tollantur quidem causæ primordiales, manet tamen effectus. Continens autem causa est, quæ si adsit, manet effectus: & si tollatur, tollitur. Continentem per synonymiam appellant, etiam per se perfectam, quandoquidem est sufficienter per se efficiens effectus. Si autem causa per se, perfectam significat operationem, adiuuans causa significat ministerium, & munus quod obit cum alia. Atque si nihil quidem præbetur, ne dicetur quidem adiuuans: sin autem præbetur, eius sit omnino causa cuius etiam præbetur, hoc est, eius quod sit per ipsam. Est ergo causa adiuuans, quæ cum adest fit effectus, aperta quidem aperta, obscura autem obscura. Porrò autem concausa quoque est ex genere causarum, quemadmodum commilito est miles, & cacophebus est ephebus: atque adiuuans quidem causa, fert opem causæ continenti, ad intensionem eius quod ab ipsa fit. Concausa autē non ita mente concipitur: potest enim esse concausa, etsi non sit aliqua causa continens. Intelligitur enim concausa cū alio, quod nec ipsum per se potest effectū efficere, vt quæ sit causa cum causa. Differt autem adiuuans causa à concausa, quòd concausa quidem, ei quod seorsum non efficit, præbeat effectum: adiuuans autem, in eo quod seorsum quidem non efficiat, alteri autem accedens quæ seorsum efficit, ei ferat opem ad hoc vt sit effectus vehementissimus. Maximè autem ex primordiali causa factam esse causam adiuuantem, ad vim causæ intendendam adducit.*

## COMMENTARIVS.

* HARVM *autem notionum sunt etiam diuisiones.* Postquam dixit Clemens notionum tantum vniuersarum, & generalium quas animo comprehendimus fieri definitiones, subiicit nō earum esse definitiones sed etiā diuisiones. Sunt autem triplices diuisiones. Nam & genus diuiditur in species, & totū diuiditur in partes, & fiet etiam diuisio in accidentia. Et totius quidē in partes diuisio considerat in magnitudine, accidentium autem non potest tota esse diuisio. In vnoquoque enim eorū quæ sunt oportet esse essentiā, sed in accidentibus nulla est essentia: sed nec in magnitudine dicitur esse essentia. Quamuis ergo sit triplex diuisio, nempe & generis in species, & totius in partes, & ea diuisio qua diuiduntur accidētia, nempe



nempe partium, nec accidentiū proprie est. Ea proprie est diuisio, qua genus diuiditur in species. Ab ea diuisione formam & characterē accipit identitas, quæ est in genere. Diuiso enim genere in speciem hominis, formam quidem & characterem accipit animal quod est in homine, & in genere & in specie idem est animal, & in eadem specie hominis, est etiam rationale quod discernit, & diuidit per eam differentiā, ab aliis speciebus, & erit quidē vnum, & idem animal in genere & in specie. Rationale autem discernet hominē vt ratione præditum ab aliis speciebus. Semper autem considerat species in aliqua parte. Nulla enim est species, quæ non habeat aliquam partem: nam & homo, & quoduis brutum suas habet partes, & in quauis eorum parte est species. Non tamen pars alicuius speciei, est species. Manus hominis est pars hominis, qui est species, sed pars hominis non est species. Porro autem quamuis genus & totum in hoc conueniant, quod vtrumque sit vniuersum & integrum, in hoc tamen differunt, quod genus quidē sit in speciebus, ineſt enim animal in homine & boue & cæteris speciebus animalium, totum autem non est in partibus: nam homo qui est totum, non est in pedibus qui sunt partes hominis. Est itaque species parte magis principalis, nam genus quidem est in specie, totum autem nō est in parte. Quinetiam quicquid prædicatur seu dicitur de genere, idem etiā dicitur de specie. Quicquid certè dicitur de animali, idē etiā de homine, vt si animal quod est genus dicatur viuere, dicitur etiā homo viuere, qui est species animalis. Cum autem genus sub se multas contineat species, non poterunt cōsiderari pauciores duabus aut tribus speciebus. Generalius autem diuidi dicuntur species, quando in diuisione est & genus & differentia, & tunc accipit species formam & characterem ex eodem & altero. Idem quidem est & ipsum genus, quod est in genere & in specie, vt animal quod est vnum & in genere & in specie. Alterum vero est differentia quæ aliquam speciem ab aliis distinguit, vt rationale quod hominem discernit ab aliis animalibus, & volatile quod aues distinguit ab aliis speciebus. Diuiduntur etiam species non per diuisionem generis per idem & alterum, id est per genus & differentiam, quæ quidem diuisio est maximè generalis, sed diuiduntur etiam per generalia significata, à quibus formam accipiunt & characterem. Ita quodlibet prædicamentum habet suam speciem, quæ formam & characterem accipit ex iis quæ significantur. Prædicamenta ergo quæ sunt suprema rerum genera, diuisa per sua significata, species constituunt, & est vnumquodque prædicamentum species ex significati diuisione. Cùm sint autem prædicamenta species, species autem sint notiones quæ sunt in animis, solæ autem definiantur notiones, definientur etiam prædicamenta. Quorum autem sunt definitiones, eorum etiam sunt scientiæ & contrà: qui ergo scit, & rem quam scit potest oratione explicare & definire rursus qui potest explicare & definire is sciat quoque necesse est. Sunt enim definitiones & scientiæ ita inter se coniunctæ, vt non possit vnum sine altero consistere. Quod si ignoretur quomodo sit facienda definitio, multæ indè orientur dubitationes & deceptiones, definitio enim rem explicat, & omnem tollit dubitationem. Quāuis autem definitio quid sit res quæ definitur explicet, & id maximè efficiat genera subdita differentia, quæ addita definitæ speciei eam distinguit ab aliis speciebus, naturam diuersam ostendens. Additur tamen definitioni etiam alia differētia, quæ rei nō ostendit naturam, sed tantum significat ei innatam proprietatem qua distinguitur ab aliis, adeò vt id sit simul & proprium & differentia, quale est vi ridendi præditū, quod est & proprium hominis, & quo differt ab aliis animantibus. In hominis itaq; definitione adiectum particeps rationis, mortale, terrestre, pedestre, hominis ostendit naturam, qua ab aliis distinguitur. Vi autem ridendi præditum significat proprietatem qua ab aliis distinguitur, non autem naturā. Est itaq; illud ridendi vi præditum, & hominis proprium, vt quod ei soli insit, & differentia, cum ridendi potestate differat ab aliis animantibus. Id autem quod soli ineſt, & cui soli ineſt mutuo de se prædicatur. Nam & homo prædicatur de eo quod habet insitam ridendi facultatem, & quod ridendi habet potestatem de homine, in definitionibus autem primum genus assumitur, quod obtineat principatum, & per se consistat. Cum sint autem multiplices definitiones, nempe & longiores, & minores & minimæ: longiores quidem sunt, quæ sumuntur ex multis speciebus pro decem prædicamenta, quorum vnumquodque est species: minimæ autem sunt quæ sumptę ex proximis speciebus, rei naturam & essentiā indicant. Minimæ autem omnium sunt, quæ constant ex genere, & ex duabus necessariis differentiis, vt fiat brevior definitio. Quamuis autem definitio non perfectè ipsam explicet essentiam, eam tamen vtcumq; declarat per proprias species. Habet autem definitio essentiam propemodum in qualitate. Qualitatem autem vocat proprietatem, virtutem officiumq; & munus eius quod definitur. * *Quæ efficiunt vt sustineatur assensio, causæ sunt duæ supremæ.* Cum ostēdisset Clemens peruenire ad veritatem & scientiam per demonstrationem & definitionem, neque tamen sunt omnia ita certa, vt non sit aliquando sustinenda assensio, dicit duas esse causas sustinendæ assensionis. Vna est mens humana, quæ cum sit multiplex & instabilis ea generat vi sua dissensiones, vt non facilè intelligas quibus sit credendum & non credendum. Secunda est rerum inter se discrepantia, quæ efficit, vt neque credatur omnibus neque non credatur: non creditur quidem quod inter se pugnēt: creditur autem & non creditur, quod tanta sit in eis æqualitas, vt veluti in libra sita fides nunc in hanc partem, nunc in illā propendeat. His de causis sustinemus assensionem. Hinc factum est, vt in rebus humanis sint iudices, & curæ, quæ res dubias & controuersas perpendant & examinant. Hinc sunt etiam bibliothecæ, in quibus discrepant Philosophi de contrariis & inter se pugnantibus dogmatibus. * *In voce tria versantur nempe & nomina quæ sunt signa.* Quoniam notio dicitur quæ animo comprehenditur, cui vel assentimur, vel eius sustinemus assensionem, intellexit Clemens de voce aliquid esse dicendum. Tria ergo sunt in voce considerandā. Primo nomina, quæ sunt signa eorum quæ in animo principaliter cogitantur, & per consequentiam signa subiectorum. In voce ergo sunt nomina, quæ significant ea quæ cogitantur. Cogitata autem referunt & exprimunt ea quæ sub vocē cadunt. Eadem autem sunt omnia cogitata: eadem enim forma & figura exprimitur ex rebus subiectis: sed non vt eadem sunt omnibus cogitata, ita etiam sunt eadem nomina. Nam pro linguarum & sermonum diuersitate apud diuersas gentes varia sunt nomina, sed eadē sunt omnibus cogitata quę nō exprimūtur,

& referuntur ex nominibus quæ sunt varia, sed ex rebus subiectis quarũ est eadem figura & idem typus. [a] *Atque nomina quidem veluti grammatica.* Scientia Græcè dicitur ἐπιστήμη, quæ ideo ita est appellata, quod mẽs se sistat oportet ad aliqua certa & definita. Cum autem infinita sint individua & singularia, & ideo non possit certa eorũ haberi scientia, reducenda sunt individua ad vniuersa & generalia. Hinc est quod cum sint nomina infinita quorum nõ potest certa haberi scientia, Grammatica ea voluit certa comprehendi scientia, omnia adeo duxit ad certum numerum elementorum, nempe ad viginti quatuor elementa. Philosophi quoq; qui & ea scrutantur quæ mente percipiuntur, & quæ sunt subiecta, & quæ sub sensum eadunt, quæ sunt infinita & innumerabilia, vt ea certa & definita comprehenderent scientia, quæ ĩ inuenerunt elementa ad quæ reducuntur omnia de quibus quæritur. Ea sunt vel summa tũ genera quæ vocantur prædicamenta, vel ea quæ dicuntur rerũ principia. Et si quid sit quod ex vno vel pluribus constet principiis, id verè esse dicitur, sin minus id non esse est certo statuendum. [a] *Ex his quæ dicuntur alia quidem dicuntur absque connexione.* Quæ scientia comprehenduntur non possunt exprimi & explicari, nisi verbis quæ de aliis dicuntur. Quæ de aliis dicuntur ea vel sine connexione dicuntur, vt quæ perfectã nõ efficiunt orationem: quæ autẽ dicuntur cum connexione ea perfectam efficiunt orationem, vt quæ affirment vel negent, & vel verum dicant vel falsum. Quæ autem dicuntur sine connexione, sunt illa decẽ summa genera, quæ dicuntur etiam prædicamenta, & sunt elementa eorum quæ sint in materia, & principia à quibus fiunt alia, & possunt considerari ratione. Sunt autem illa summa genera seu decẽ prædicamenta eorum quæ cadunt sub materiam. Quæ sunt autem expertia materiæ, ea non comprehenduntur ratione, sed sola mentis applicatione. Ex his autem decem prædicamentis, vnum solũ dicitur ad aliud relatum, nec per se dici potest: reliqua autem nouem prædicamenta dicuntur per se, nec referuntur ad aliud. Ex his autem quæ sunt sub his prædicamentis, alia sunt synonyma, alia sunt heteronyma, alia sunt polyonyma, alia sunt denominativa, alia autem sunt homonyma. Quæ cum eleganter explicet Clemẽs & apertam eorum tractet definitionem, non est quod in his exponendis diutius immoremur. [a] *Ex eis autem, alia sunt quæ dicuntur procatarctice.* Quoniam ad scientiam & cognitionem plurimũ possunt causæ, eas primum enumerat, deinde eas definit, & vt faciliùs intelligatur, earum dat exemplum. Procatarctice sunt causæ, quæ non sunt primo rem efficientes, sed rei agendæ primam dant occasionẽ, licet non necessariam: ita visa pulchritudo est prima occasio amoris, licet amorem nõ efficiat necessario. Synedicæ autem sunt causæ continentes, & quæ proxime suum efficiunt effectum. Earum autem causarum exemplum dat in eo qui discit. Pater est disciplinæ prima occasio qui dat filium magistro instituendũ: Magister autem qui docet est prima & proxima efficiẽs causa disciplinæ: ingenium autẽ discipuli, est disciplinæ causa adiuuans, seu cooperãs. Cum autem tempore opus sit vt discatur disciplina, tempus est causa sine qua non discitur disciplina. Quamuis autem omnes sint causæ, quæ ad efficiendũ aliquid cõferant, ea tamen propriè dicitur causa quæ agendo aliquid præbet, nempe causa efficiens: vt autem dicatur efficiens non necessario requiritur vt efficiat, sed vt vim habeat & potestatem efficiendi. Ita ferrum dicitur secare cum possit secare, etsi nondum secet, & operatorium dicitur quod potest operari licet nondum operetur. [a] *Porrò autem alij quidem causas esse dicunt ex corporibus.* Cum de causis non omnes eadem sentiant, sed alij quidem eas dicant esse corpora, alij vero eas dicant esse incorporas, Clemens neutram reiicit opinionẽ: variè enim consideratas dicit causas & corporeas esse & incorporeas. Nã si dicatur secare gladius, secandi causa erit corporea. Quod si secare dicatur sectio, quæ est operatio seu actio quę est incorporea, sectio erit causa incorporea. Dicetur etiam vtraq; esse causa per abusionem: vtrumque enim & gladius scindere dicitur propriè secare qui est corpus, sectio quoq; propriè secare dicitur, quæ est incorporea rerum seu gladius est propriè secandi causa, cum id amoueat quod obstat ne secetur quod est commune nobis. Sectio quoque est propriè secandi causa: non enim secatur aliquid nisi agendo & operando, ea autem actio est incorporea. Secare quoq; propriè dicitur materia quæ sua duritie amouet id quod cõmunitur vt secetur. Vtrumque ergo, & proprie & improprie seu per abusum dicitur causa secandi, sed diuersè consideratum.

OCTAVI ET VLTIMI LIBRI STROMATVM FINIS.



# IN TITI FLAVII CLEMENTIS ALEXANDRINI PROTREPTICVM

## COLLECTANEA EX VARIIS DOCTORVM virorum Lectionibus, commentariis, aduersariisque decerpta.

*Prior numerus paginam huius editionis, posterior decadem linearum indicat.*

DHORTATORIA] προτρεπτικός. P. Victorius var. Lect. lib. 4. cap. 18. Ita veteres huiusce modi orationes appellabant (προτρεπτικοὺς λόγους) quibus plenis laudis alicuius rei ad eam capessendam adhortabantur. Aristoteles quoque à Græcis interpretibus traditus est προτρεπτικὸν confecisse, quo adolescentes impelleret ad studia philosophiæ. Ipse autem aliquando mecum cogitaui, an Cicero verbis his ex Hortensio quæ citantur à Nonio huiusce modi orationem significarit. Nam quod veteris ne non conueniat nostris ætatibus ista oratio, quæ spectat ad hortandum. Hæc ille. Pollux lib. 6. citat Antisthenem ἐν τῷ προτρεπτικῷ & Galeni est προτρεπτικὸν ὑπὲρ τοῦ πάγου. Vide pag. 702. 10.

1. 20. *Eunomum Locrensem.*] Strabo quidem lib. 6. eandem penitus fabulam, narrat siue historiã de certamine Eunomi Locri cum Aristone Rhegino, de Pythone vero & Dracone, hoc est de illo ipso serpente ab Apolline occiso mẽtio fit à Clemẽte, quod id acciderit περὶ τοὺς τοῦ Δελφικοῦ, quo tempore Pythij ludi celebrabantur. Narratur & hoc ipsum ab Antigono in congerie mirabilium narrationum, quem Xylander cum Liberali edidit. De cicadis Locrensibus Ælianus ca. 9. lib. 5. de animalibus vide, Prouerbium Acanthia cicada.

14. 50. *Didymeum.*] Gr. Διδυμεῖα. Fed. Morello Professori Regio doctiss. viro legendum videtur Δωδωνία ex Cicerone 1. de Diuinat. Arnob. lib. 6. & aliis.

Ib. 60. *Non prepalabo.*] Gr. οὐ προχορεύσω, quod ferre sonat extra tẽpli vestibula choreas ducere, prouerbiali tropo vsurpatur pro arcana & retiecẽda in vulgus edere. D. Dionys. initio de Hierarch. Ἵνα μὴ ἐγὼ πάσῃ τοῖς ἁγίοις τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, cauę ne sancta sanctorum eliminem. Tatianus Assyrius τοῦτο προχορεύουσι τὰ παρ' ἐκείνοις μυούμενα τετιμωρημένοι, loquitur de Diagora Melio quem ob proditam in vulgus mysteriorum fidem Athenienses quouis supplicio dignum censuerant. Vide Iunium 6. cent. 80.

15. *Coronate serpentibus.*] Arnob. lib. 5. Bacchanalia etiam præterimittemus insania, quibus nomẽ Omophagis Græcum est, in quibus furore mẽtito, & sequestrata pectoris sanitate circũplicatis vos anguibus, atque vt vos plenos Dei numine ac maiestate doceatis caprorũ reclamantiũ viscera cruẽtatis oribus dissipatis. Sic apud Nonnium citatur è Lycurgo Næuij versus hic qui forte huc pertinet. *Alteringatos angues in se gerunt.* Plutarch. in Alexandro de Olympiade verba faciens quæ Bacchi sacris addicta erat, & Mænadum more dracones alebat, εἰ πολλὰ περιβλήθοιτο δράκοντα τῶν γυναικῶν ἐξιέντων τοὺς ὄφεις. Cæterum apud Euseb. citatur hic locus c. 5. l. 2. de Præparat. Euang. Ἰλιὰς πολλὰ παρακελεύεται, ἐξοπλίσασθαι κατακελεύουσα. *Enam per quam ceteri est consequutus, & mos consentia.*

*Iam vero si accurate.*] Græce νῦν δὲ ἀκριβῶς. Genesis 1. v. 1. serpens Hebraicè dicitur נחש, at in Chaldaica paraphrasi שרי. Item Exod. 4. v. 3. vt quidẽ vult A. Mazius à verbo נחש nũtiauit, indicauit, q. d. Nuntium, quod nuntiauit ipsi חוה Chauæ Euæ fructum vetitum: vnde Bar-Cepha Syrus eam dictam putat ab indicatione, Hebræi à vita. Est ergo Syrochaldaica vox Cheuia, sed & alibi sæpe Hebræa lingua dicitur Syriaca, vt in Actis Apost. Epiphanius in Epitome librorum cõtra hæreses, ᾧ τῶν χριστοφόρων μυστηρίων τὸν ὄφιν ἀνατιμῶσιν, ἐναίσχυντα τὰ ἐκ, ἀπὸ, ἐπὶ τοῦ ἐναντίου τῶν ἀπὸ τῆς ἀγίας τριάδος φωνῶν ἐ ὄφιν ἀπὸ τῆς ἐξηγήσεως τῶν ἱερῶν ἀναπλάττοντες. Ἐνα γὰρ κατὰ τοὺς ἑβδομήκοντα, κατ' ἐ τοῦ διαβόλου λαὸν τὸν ὄφιν πεῖσαι ἐξηγεῖται ὑποφαίνων. Et carnium distributionem habẽt in sacris, serpẽtibus coronati, clamãtes Euan Euan, (vel, Euoë Euoë) illam adhuc Euam à serpente deceptam inuocantes, aut per aspiratam vocem ex Hebraica lingua serpẽtem ad suum errorem euocantes. Eux enim citra aspirationẽ Hebræis mulierem, cum aspiratione serpentem significat. Hoc Epiphanius atq; Euseb. à Clemente acceperunt. Cæterum quod Euæ nomen scribi dicitur cum spiritu leni, non, opinor, viris doctis probabunt; multo minus I. Drusius opinionem suam, qui Euantes inde putat appellatas, & Græcæ vocis etymologiam quærit in Syria lib. 1. Animad. cap. 33.

Ib. 20. *Possunt autem aliter.*] G. Canterus l. 8. c. 20. Nouar. lect. μήποτε δ' ἂν τοιοῦτόν τι εἶεν ἀπαγγέλματα τῶν γεγαμμένων τὰ μυστήρια. Hic locus malè à scriptoribus habitus pristinæ restituetur integritati, si pro μυστήρια reponatur μυστῆρες, quasi à venatione dicta velit Mysteria. Nam hoc eũ velle satis quæ mox sequuntur indicant, ὑφίστανται γὰρ οἱ ἐν τοῖς ἄντροις καὶ ἐν τοῖς ὄρεσι θηρεύοντες τὰ ἄγρια τῶν βαρβάρων κύνες, venantur

enim si vllæ aliæ eiusmodi quoq; fabulæ. Paulo post vbi cum Menandro disputat οὐκ ἂν δυνηθείης σαυτὸν ἀφ' ἑαυτοῦ τι εἰπεῖν, ἀλλ' ἀεὶ τὸν ἕτερον ἐρωτᾶν. quibus in verbis locum ἀφ' ἑαυτοῦ posterius occupauit ἀλλ'. Hæc ille. Cæterũ ne quis, vt nonnulli existimarunt, verã etymologiã mysteriorũ hic tradi putet, aduertendũ est non tam Grammaticum verilouium, quam Rhetoricam regulam à coniugatis argumentandi aut à notatione nominis ridendis his vocibus obseruari, in qua plecunque ioco aut non ita exacta statera res proterũtur, nõ enim magis hæc sunt certa quam illa apud Athenæum li.3. Dionysium quẽdam noua nomina finxisse, vt columnã μονοκιῶνα, quod valida perduret, inculum βαθρα τῆς quia iaciatur in aduersum, muriũ latebras μυοθήκας quia μῦς ἐν τοῖς mures seruent.

Ib.60. *Ex tympano comedi.*] Iul. Firmicus de errore prof.relig.c.19. Libetnũc explanare quibus se signis vel quibus symbolis miserenda hominum turba cognoscat. Habẽt enim propria signa, propria respõsa quæ illis in ipsis sacrilegiorum cœtibus diaboli tradidit disciplina. In quodam templo, vt in interiores partes homo morituras possit admitti, dicit de tympano manducaui, de cymbalo bibi, & religionis secreta perdidici, quod Græco sermone dicitur, ἐκ τυμπάνου βέβρωκα, ἐκ κυμβάλου ἔπιον τὰ, γέγονα μυστής.

Ib. *Temperatum attuli.*] ἐκπεπτόρωται. P. Leopardus l.4.c.2. Emẽdat. profert ex 11. Athenæi τὸ κέρας ἀγχίνοον κεραμεῖον ὄργανον ἐκ ἀπὸ κεραμέως ἐστὶν ἐκπεπλασμένον. cernos vas fictile cui agglutinatæ sunt exiguæ cotylæ multæ in quibus alba sunt papauera, triticũ, faba, mel, oleum. His vesitur qui fert cernos, vt & qui cistã gestauerit. Pollux l.4. τὸ δὲ κεκρυφάλου ὄργημα ἀλλοῖόν τι κέρας ἐοικὸς ὑφέσει, (manuscriptus φέρεται) κέρνα δ' αὐτὰ ἐκάλουν. Hesychius, κεκρυφάλους ὁ τοὺς δυτικοὺς ἄγων. Clemens, τὸ σύμβολα εἰσὶ ὅτι κεκραμένοι γάλακτι, καὶ μὴ γάλα πεπιόντι ὕδωρ (ita enim legendum ex Eusebio) ἐκπεπτόρωται, sic habẽt tam Clemens quã Eusebius, sed legendum ἐκδεδοτόρωται, cernos tuli, vel craticulas illas mysteriorum gestaui, aut quæcunque illa fictilia fuerint vasa.

16. *Sabaziorum certe.*] Arnob.li.5. Auctorẽ aliquis desiderabit rei, tum illũ citabimus tritũ notumque senarium, quem antiquitas canit dicẽs, Taurus draconem genuit, & taurum draco. Ipsa nouissime sacra, & ritus initiationis ipsius, quibus Sebadiis nomen est, testimonio esse poterunt veritati, in quibus aureus coluber in sinum demittitur consecratis, & eximitur rursus ab inferioribus partibus. Firmicus c.17. Sequitur aliud symbolũ, πάνυ σε ὁ σέσκυτος ὁ δεξάμενος πάνυ πατήρ. Idem c.11. Sebasiũ colentes Iouem rangueẽ cũ initiantur per sinũ ducunt. adhuc primi erroris vitia grassantur, & quic quid hominẽ perdidit colitur, & funesti anguis calida crudelitas adoratur.

16.20. *Pineamque.*] Arnob. contra gentes l.5. cuius rei testimonium argumentumq; fortunę suis prodidit in carminibus Thracius. Talos, speculum, turbines, volubiles rotulas, & teretes pilas, & virginibus aurea sumpta ab Hesperidibus mala, erat nobis cõsiliũ prẽterite. Hesychius κεκινημένον κεκινημένα τὰ κίονα. Scaliger in Catullũ. Tympanũ tubam Cybellem tua mater initia. Non hic sacra, sed plane crepundia. Apuleius in Apologetico. Etiamne cuiquam mirum videri potest, cui sit vlla memoria religionis, hominem tot mysteriis Deum conscium, quædam sacrorum crepundia domi aduersare. Nam tuba & tympanum sunt crepundia Cybeles, quum adhuc in cunis esset, vt Bacchi κύστοι καὶ βόμβυκες, ἡ σείσιμα κρεμάστρα γυμν. σείσιμα crepãdia, initia. Pindarus in Hypor-

chemasin vocat κυπαρίσσους. Adde, Glossarium, Crepũdia γυμνάσια, παίγνια. Idem in hunc locum Varronis li. 8. de LL. Ac si quis puerorum per delicias pedes male ponere, atque imitari vacias cœperit, hos corrigi oportere si concedant, contra si quis in consuetudine ambulandi iam factus sit vacia, aut cõpessus, si eum corrigi non concedant non sequitur, vt fluctuate faciant, qui pueris in genũlis obligent serpentaria, vt eorum deprauata corrigant crura. κωμῳδοῦσι serperastra. Orpheus enumerãs crepundia Bacchi infantum supellectile recenset illa, vt citat Clemens.

Ibid. 40. *Ne cum suum fratrem.*] Heruetus hic frustra est cum mutat, τύπτει in ἀντὶ τοῦ. Tres enim fratres erant Corybantes. Strabo l. 10. τὸν κορυβαντικὸν ὃ δὴ καὶ δοκεῖ ἡ κλῆσις τῶν ἀνομάτων τοὺς ἀπὸ τῆς Καλλιόπης καὶ Θρᾳκὸς γενέσθαι. Iouis & Calliopes filios Corybantas eosdem esse aiunt, & Cabiros. Paulo post ex Pherecyde tradit Vulcanum ex Cabera Protei filia tres Cabeiros, totidemque nymphas Cabiridas ortas. Arnobius li. 5. obliuioni etiam Corybantia sacra donentur, in quibus sanctũ illud mysterium traditur, Frater trucidatur à fratribus, interempti ex sanguine apium natum, prohibitum mensis olus illud apponi, ne à manibus mortui inexpiabilis cõtraheretur offensio. Iul. Firmicus de errore profan.relig.c.12. In sacris Corybantiũ puericidium colitur. Nam vnus frater à duobus interemptus est, & ne quod indicium necem fraternæ mortis aperiret sub radicibus Olympi montis à parricidis frattibus consecratur. Hic est Cabirus, cui Thessalonicenses quondam cruento, cruentima- nibus supplicabant. Apud Eusebium etiam legitur τύπτει non ἀντὶ.

17.20. *Puerileque Iacchus.*] P. Leopardus li.6.c.25. Emendationum, hæc Orphei carmina, vt apud Arnobium li.5. & Clementem hic, itaque apud interpretẽ Eusebij habentur l.2. de Præparat. Euang.c.3. emendanda esse ait, & notandum in 3. carmine Arnobium videri aliter legisse, quàm Græca habeant exemplaria, tam Clementis, quam Eusebij, nam ab illis nulla fit mentio Iacchi, quare non παῖδ' ἐρίβωλον suspicatur eum legisse, sed παῖδ' ἐπιπωλοῦσ' ἐν, aut aliquid simile. Vt semel dicam quod sentio, ineuti, sunt hæc inuoluta & mysteriode & fortemenosa. Cæterum fortasse legendum est apud vtrumque, vt legit Arnob. qui in huius impuræ fabulæ narratione hunc versum videtur expressisse illis verbis, Facit sumere habitum &c. In Eusebio impresso quod ad reliquum attinet, legitur ἀνθ' Διὸς, vt suspicatur legendum Heruetus. Cætera leguntur vt apud Clementem nisi quod δ' ἐξῆς δ' αὖτον corrigendũ est pro δ' ἐξῆς. Cyceon cinnus Nonio, potio ex multis liquoribus confecta. Athenæus li.11. κυκεὼν δ' ὁ ἐκ τῶν πόντε ἐν τῷ κεφαλαίῳ περὶ ὀξυκράτου ἐν ἀρχῇ. Ipsa miscetur Cyceon potio ex polenta & caseo tẽperata. Hesychius κυκεὼν πόμα ἐκ πολλῶν βοτανῶν σύγκριμα, aliis σύμμικτα, vt & interpretationum huius nominis cinnus fieri possit, sed Budæus eius varia fuisse genera admonet. Vide Turnebum l.11.c.8. Aduersar. Arnob. etiam & Cicero cinnum vertunt.

Ib.30. *In ciſta accepit.*] P. Leopardus l.4.c.3. Emẽdat. Non male otium ille suum poneret, qui ea loca quæ Eusebius à Clemente est mutuatus cum ipso Clemẽte coniungeret, & cõtra. Hoc si feciſſet is, qui eum nobis Latinum dedit, non legisset apud Clemẽtem κίστη τὰ σωθέντα λικνίσματα, nec vertisset, In ciſta accepit Eleusiniorum signa &c. cum legendũ sit ex Euseb. κίστα τὰ σωθέντα. i. Atque hoc est signũ Eleusiniorum.



niorũ. Arnob. hæc ita vertisse videtur. Ipsa denique symbola, quæ rogati sacrorum in acceptionibus respõdetis, ieiunaui, aqua ebibi cyceonẽ, exta sumpsi, & in calathũ misi: accepi rursus, in cistulã transtuli.

Ib.40. *Et tolypa.*] Io. Scaliger in Varronem. Panus τολύπη, glomus. Vnde quædam placentæ, quæ ad eum modum confectę essent, τολύποις dicebantur. Meminit Athenæus li.3. Clemens Alex. Protrept. ὁ πυραμὸς ἢ τολύπιος. Glomus vocabatur Latine, quod τολύπη glomus. Festus, Glomus in sacris crustulũm.

Ib. *Annon mala Punica.*] Quod apud Trapezuntium legimus inter ista, exta fumantia, corda trepidetia, non reperitur tale quid in Græco Eusebij, tantũ ἐν τοῖς ἄλλοις. Fed. Morellus P. legendum suspicatur ἢ ῥοδέοις, vtde ramis ficulneis intelligatur, quia Clemẽs paulo post κλάδοι συκῆς inter Dionysiaca refert. Trapezũt. antẽ potuit & quoddã ex istis placentarũ vocabulis putare id significare, vt vertit φοῖνικες pultes. Heruetus quoque melius reddidisset, pthois. sic apud Athenæum ὁ ἢ φοῖνιξ ὧν γίγνεται. Sic porro confici pthoidem. Enumeratur & apud Pollucem li.6.c.11. inter placentarum genera, sic enim legẽdum ex manuscripto. φοῖνικες ἢ φοινίκια, ὀπτώμενα, ἀμμιανάτα. nã diuersum genus ὀπτώμενα apud Athenæum li. 14. interpres vertit pthoides libatoria. Postremo quod vertit Heruetus, ignis non dissimulat, & arguit, & punit quę iubentur, sic habuit Florentina editio τὸ πῦρ ἐγὼ ἐπιφέρουσα λανθάνει ἢ καλύπτει ἃ κελεύσω. in suo libro Græco ita sua manu correxerat ille, λανθάνει ἢ καλύπτει. Apud Eusebium. τὸ πῦρ ἐγὼ ἐπιφέρουσα, λανθάνει ἢ καλύπτει ἃ κελεύσω. Trapezuntius, nescit ignis dissimulate, apetiendo, redarguendoque omnia punit.

18.10. *Menagyrtes.*] Apuleius l.8. Metamorph. per plateas & oppida cymbalis & crotalis personantes, deamque Syriam circunferentes mendicare cõpellunt. Minutius Octauio. Mendicãtes vicatim Deos ducunt. idem Tertull. Apologet. 13. Dionys. Halic. l.11. Iunius centur. 9. Prouerb. 23. apud eũdem Dionys. & Eusebium 2. de Præparat. legit μιλιαγυρτωδῶτε & μιλιαγυρτῶν, quæ vox idem cum altera μισθαγυρτωδῶτε & μισθαγυρτῶν, sonat: nisi quod ex etymi ratione menstruum circulatorem intelligamus μιλιαγύρτου. nam quolibet mense cœtus faciebãt, stipemque corrogabant, vt ex Suida quoque discimus, vide pag. 76.10.

Ib. *Quæ de cauſſa.*] Muretus li.10.ca.17. var. lect. Diagoras & Hippo Melij fuerunt, de iisque & de Theodoro quasi de hominibus impiis loquuti sunt veteres, quod etsi veri Dei cognitionem consequuti non erant, eos tamen qui colerẽtur à popularibus suis, Deos non esse intelligebant. Ideo Aristophanes Socratem Melium vocat, cui eandẽ notam inurere calumniatores volebant. Idemque de Socrate testatur Iustinus in Apologia 2. pro Christianis & de Heraclito, cum modeste, ac frugaliter viuerent, atheos habitos illos. Et certe Socrates nũquam docuit nullos Deos esse, sed tantum supremum quendam Deum immẽsum, æternum, multo superiorem iis omnibus qui tum publice pro Diis colerentur ἢ κρίνει βεβιωκότι χρῆσαι· εἰσὶ καὶ ἄλλοι ἐνταῦθα, ὧν οὐδὲν ἧττον ἢ σοφιστὴς ἢ ῥήτωρ ἔλεγχε, ἢ οἱ ἴδιοι ἀυτῶν. Hæc Muretus. Arnob. l.4. Possumus hoc in loco omnes istos vobis quos inducitis, atq; appellatis Deos homines, fuisse monstrare, vel Agragãtino Euhemero replicato, cuius libellos Ennius clarũ vt fieret cunctis sermonẽ in Italũ trãstulit, vel Nicagoræ Cyprio, vel Cyrenensi Theodoro, vel Hipponeæ Diagora Meliis, vel auctoribus aliis mille. Lactant. l.1.c.11. meminit Euemeri, sed Messenium dicit Plutarchus apud Eusebium l.14.c.6. Tegeatem, sic enim legendum est ex lib. de Placitis Phil.1 Itemque Diagoras Melius, non Milesius. Paulo post. Quod apud Epiphanium legitur Heraclitus Ægyptius, sine dubio mẽdosus est locus; licet & in Græco sit αἰγύπτιος φυσι-

Ib.40. *Hunc ne vides.*] Duo priores ex his quatuor versibus Euripidis sunt, vt monet Clemens ipse lib. 5. pag. 605. 20. Athenagoras citat in Legatione pro Christia. & Cicero 2. de Natura Deorum.

*Vides sublime fusum immoderatum æthera,*
*Qui tenero terram circumplectu amplectitur,*
*Hunc summum habeto Diuum hunc perhibeto Iouem.*

Io. Villiomarus in Titium 8.17. legit: Vides sublime fusum, non fusum, i. ὑψοῦ. & immoderatum ἄμετρον significat. Ennius item: Aspice hoc sublime cadens quem inuocant omnes Iouem, alij legunt, sublimen c. quem vocant o.1.

19.60. *Coryphaſiam.*] De Minerua Coryphasia vide P. Victorium l.11.c.15. qui locum Pausaniæ ex Messeniacis consentientis cum Clemente profert, quod vero Minerua quincta patris pelle se induerit tanquam ægide, Iulius Firmicus cap.17. de err. prof. relig. Quincta Minerua Pallante patre & Titanide matre orta est, quæ patris appellata nomine Pallas est ab hominibus nuncupata. Hæc parricidialis amẽtia furoris & væsanę temeritatis instinctu, patrẽ Pallãtem crudeli morte iugulauit. Nec simplici patris morte contenta, vt diutius malis suis frueretur, & vt de morte patris crudelius triumpharet exuuiis corporis eius opus ornata est. Cicero 3. de Nat. Quincta Pallantis, quæ patrẽ dicitur interemisse virginitatẽ suam violare conantem, cui pinnarum talaria affingunt: Isacius Tzetzes. πάσσαλον τὸν ἐδίου σπαίρος τῆς ὠκεανίτιδος βυσίζοντα ἀυτῷ ἀέντος ἢ τὸ δέρμα ἀυτὸν ὃν ἀγίδα περιβάλλετο, ἢ τὸ πέπλῳ τέκνα τῶν ἀυτῶν ἐφορμίσειεν. Pallantem patrem suum alatum, ipsamque violentem occidit eiusque pellem, vt ægidem gestabat, atque alas pedibus suis accommodauit.

30.20. *Et Callimachus.*] Verba illa, Idem alibi, ad sequentem lineam pertinẽt, diuersis enim locis hæc ait Callimachus. Vtrunque referunt typographi inter fragmenta eius sub finem operum. Arnobius li. 4. de Marte. Quis ei canes ab Cæribus, quis ab Scythis asinos immolatinon principaliter cum cæteris Apollodorus?

Ib.30. *Illum quoque.*] Locus est ex ode 3. Pythiorũ antist.3. sed illa non satis tuto vertit Heruetus χρὴ δὲ ἀμφὶν ἀφανὲς ὄφιν. manus per ambas. N. Sudorius, qui versũ reddidit, eleganter

*Vbi benigne certe perstrinxit lumina fulua*
*Nitore, & illum blandamenta ces impulit.*
*Inspiter iracus rediuius pectora Glauci,*
*Et insoleatus rupit Æsculapij*
*Fulmine, quod toto conuixus corpore torsit*
*Illusque adustus liquit audax spiritus.*

Scholiastes Græcus ὅτι ἐπεπλήγει βίλαϊ δι' ἀστεροπῆς τὸν μαντικὸν γόνον τοῦτον, δι' αὐτὸν τὸν τῆς ἀσκληπιοῦ καὶ τὸν ἀσβολίωνα. Vtrumque ergo occidit Iupiter, & Æsculapium, & eum qui ab eo fuerat curatus, siue ille fuerit Glaucus siue Hippolytus, siue Tyndarus, vt varij tradunt Athenag. in legatione hũc etiã locũ Gẽtibus obiicit.

Ib.60. *Cypria.*] Strobæus tit.31. de veredũdia citat Stasinum in Cypriacis. Athenæus l.8. & 15. dubitat Cypriorũ versus auctor sitne Stasin⁹ an Hegesias.

31. *Namque virum Alcidem.*] Hic versus reperitur

initio lib. 11. Odysseæ vbi narratur Iphiti mors ab Hercule occisi. Cęterum quod substituit Heruetus ἀδρηστου in locum τῶ εἰδωλου Homerus Odiss. 12. vocat etiam φίλου ὀφθαλμὸν εἰδωλον quum occurrit Vlixi apud inferos, qui locus ab Homeri reprehensoribus carpitur, & Lucianus inde sumit occasionē irridendi Deum hūc ex hominibus ascitum, in Dialogis mortuorum, nam si ille quoque vmbra est vel simulachrum, habetque suos manes vt cæteri ποφοὶ, argumento est hominem fuisse.

Ib. 40. *Thmuitarum caprū.*] Had. Iunius cent. 3. 93. Thmuitarum hircus de mulieroso homine, in quē adhinniunt quodammodo scorta, ad vnius nutum parata. D. Clemens Protrept. loquens de Apolline ὁ δωματίου τράγος. Est autem Thmuis oppidum Ægypti Stephano teste. Eusebius & Nicephorus Phileę memineruēt Thmuitarum Episcopi. D. Hieronym. 2. aduersus Iouinianum, vrbes ait in Ægypto ex animalium vocabulis nuncupari, Leonto, Busiris Thmuis, quod interpretatur hircus.

32. *Aliud Pelopem.*] Iul. Firmicus. Pelops in deliciis amatoris fuit, & diu prostituti pudoris damna sustinuit. Tatianus contra Græcos ἡ παρ' ὑμῖν ὃ πάλαι ἐν Λιβύῃ τῷ Διὸς χέτται ἡ ποτιδᾶνος ἱμάσθιον. Apud vos autem Pelops Deorum epulis apponitur, etsi amatus à Neptuno. Pindarus ode 1. Olymp. πάλοπι τὸ μεγαδόξου ἐφάμιλλον ποτιδᾶι Pelopis, quem prępotēs amauit Neptunus. Ælianus var. histor. l. 13. c. 5. Chrysippum filiū Pelopis rapuisse Laium tradit, & Athenęus l. 13. Laius apud Pelopem diuersatus adamauit eius filiū Chrysippum & cum raptum imposuisset currui aufugit. Praxilla Sicyonia Chrysippum à Ioue raptum fuisse inquit.

35. 40. *Et Phaethontis.*] Theodorus Canterus l. 1. c. 19. var. lect. In hunc locum Arnobij l. 4. Nonne vestris cautū est literis post Vulcanū Phaonem, Martē, in Anchisæ nuptias Æneadum matrē arsisse? Hoc loco suspicabar pro Phaonem, Phæronem scribendū esse, sed in eo non acquiescī, verū consulens exemplar Romanū longē aliam lectionē inueni nimirum hāc, post Vulcanū Phaethontem, quæ lectio prima frōte alienissima visa est, tandē consulni Clementē vbi hęc respexi ὃ φαέθοντα λέγει, quare hic locus Arnobij non emēdationem, sed obseruationē requirit. Hæc ille. Athenæus tamen l. 2. sub finem. ἐραστὴς δ' φησὶ γενέσθαι ἐφαέθοντα τῶν ἀφροδίτων, ὃν ἐφιλάσε ὀρθίκλειαν ἐμπόρων ἀποφηνᾶσι. μαρτυρεῖ δ' ἐκ τῶν κρίθων. Cratinus inquit, Venerē cum Phaonē deperiret in pulchris lactucis eum abdidisse: Martyas vero in segete virētis ordei. Ælianus l. 12. c. 18. var. hist. Phaonē omnibus hominibus elegantiæ forma præstantē Venus in lactucis abscondit. Legendū itaq; in vtroq; videtur Phaonē.

Ib. *Nemeæ aliy puero.*] Scholiastes Pindari in Præfatione Nemeorum τὰ μὲν φασὶν ἀγῶνα ἐπιθῆναι, & paulo post, ἄλλοι δὲ τὸν παῖδα. ἀκούσαντος δ' τοῦτο μαντεύσασθαι ἀφ' ἑαυτοῦ ἀκόλουθον, ὅτι μέχρι μικροῦ ἡλικιωτὴς τῷ παιδὶ γένοιτο. Opheltem Amphiarai Archemorum appellauit, quod Argiuis initium mortis esset mortē sua, sed hunc Eupheti, & Creusæ non Lycurgi & Eurydices filium dici aduerte. Cæterum necesse nō fuit mutare lectionem apud Clemētem ἀγῶνι τὸν πάλοπα τοῦ χοροῦ τὸ ὀλύμπιον ὁ θεὸς ἀφιστοῖς ἔτει ζεὺς & inferias Pelopis Olympia sibi vindicat Iuppiter Phidiæ.

36. 10. *Prosymnus nomine.*] P. Leopardus l. 3. c. 20. Omnia hæc habent Arnobius li. 5. & Theodoretus in curatione Græc. affect. Meminerunt etiam Hyginus, Lycophronis scholiastes, & Fauorinus in voce ὑπόμνα, sed in nomine variant. Nam quem Clemens Arnobius & Gregorius Prosymnum, eūdem Theodoretus & Lycophr. interpres πολύμνων vocant, Varinus πολύμνων, Hyginus mēdose Hypolipnum vt Hypolymnum & Pausanias πολύμνον.

37. 30. *Annosa genitī.*] Versus est. Odyss. 19.

Ἀλλά ἑ νύ μιν ἔσπε γέρων ἐϋεργὴς ἐπιτάρβης
Οὐ γὰρ ἄπο δηρὸν νοσφιεῖν ἀκαμάτοιο.

alia lectio πολυκμήτοιο. Verba sunt Penelopes ad Vlixem. Sed & sic mihi dic tuum genus vnde es, Non enim à quercu antiqua. Reperitur & similis sententia Iliad. χ. estque prouerb. quod magnus ille Chilias ch. 1. c. 8. 87 inde ductū ait, quod antiquitus in cauis quercubus habitarēt homines, atque inde nati fingebātur, ideo, & creditū est à Deucalione præsectis saxis natū mortaliū genus. Alio item loco sibi ipsi nō cōstat, & peiorem rationem reddit. ch. 3. c. 7. 16. At Eustath. ὅτι τοιαῦτα βίνα εὐγενῆ οἱ ἀξιοῦντες, ἡ ἐπίτασις δὲ ἡ μῦθος ἐξ ἀλόγου καὶ ἀσήμου τῆς γενέσεως ἀπὸ δρυὸς καὶ πέτρας ἐπλάσθησαν διὰ τοῦτο τὰ φλοιτικά. ὅθεν δὲ φησὶ δηλοῦσιν οἱ παλαιοὶ τὸν Ἡσίοδον ἐν τῷ ἐκφάσει βρίτον ὀφ' ἁγνῆς δρυὸς ἢ λίθου γενέσθαι φησί. Quo tempore in syluis & antris habitabāt mortales nonnunquam liberos exponebāt in arboribus petrisue excautis, cum eos præ inopia nutrire non possent. Vnde sparsum in vulgus expositos illos natos ex quercubus & petris. Vsurpatur prouerbium in eos qui non curent genealogia, vel agrestibus & sunt moribus, vtā Sexto Empirico sub finem operis contra Mathematicos. & 438. 40.

37. 40. *Agamemnonem certē.*] Hunc locum emendarunt P. Leopardus l. 4. c. 4 & Giraldus ab Heruto citatus, sed in eo differunt, quod ille legat ὦ ἥρως ὁ πελιὰς, in Cupidinibus vel Formosis, & ἀγωνιᾷ τοῦ ἀδρηστίνου, templum Veneris Argynnidis. Profert etiam locum Stephani de Vrbibus, ex quo liquet hunc Argynnum filium fuisse Pisidicæ Leaconis filiæ, Athamantis neptis filij Sisyphi.

37. 60. *An non Veneri.*] P. Leopardus l. 8. c. 11. Veneris μειδιάσιος meminerunt Clemens Alex. & Hesychius μειδιασὶ ἀφροδίτῃ. Scholia in Clementem ἀφροδισιάδος interpretantur. Hæc ille. Ipsum quoque verbum ἰμβασίης referunt ad turpia viri docti exponentes illud ἰμβασιάσιμε vlpiam. μειδιᾶν autem dēcurratum forte est ex μειδιανὸς vt ὄφις ex ὄφιος, σωφρὼ ex σωφρόσυνη, Tarentino idiomate. Cæterum spurcum illud Dionysij Epithetum quod asserit initio sequentis paginæ ποιῆ τὸ ἡλικιῶτι τῷ κάσσῃ deducit scholiastes Æschyli in Persas sub finem Tragœdiæ.

38. 10. *Exilius Euenitæ.*] Euenitas non facilius opinor reperias quàm Osirim Ægyptij, quamobrem hic forte an legēdum non Εὐλαίους, sed Σύλλους Syrinitæ. Facilius enim mutato Σ in Ε. Ælianus li. 10. de animalibus c. 19. τοὺς ἰχθῦς τοὺς ἱεροὺς Σύλλους ἐπονομάζουσιν οἱ Συρίσκοι. οἱ δ' ἀκούοντες τῶν ἐγχωρίων ἐκφέρειν τὸ ὄνομα τοῦτο ἐκ τῆς Συρίας. Ægyptij Syenitæ sacros pisces Pagros dicunt, atque Elephantinem sic nuncupatum colētes Mœotas pisces. Deinde causam addit, quod pisces isti accessum inundantis Nihil suo adventu prænuntient. Idem scribit Plutarchus de Iside & Osiride agens de Oxyrinchitis σεβομένοις μὴ τοὺς ὀξυρύγχους ἰχθῦς ἐσθίειν μόνοις τῶν ἄλλων ἐκ ἀνοσίον ἐκδοῦναι τὸν ὀξύρυγχον ἐκείνοις τελευτῶντα ἐκ ὄφιν. Hunc ipsum Strabo μεσογείους appellat & φάγρον vnde Phagroriopolis lib. 17. in Arabici sinus recessu. Ibidem meminit & insulæ Elephantinæ in Nilo. & Plinius li. 16. c. 41. 41 circa Memphim Ægypti & in Elephantinæ Thebaidis nulli arbori decidant folia, nec vitibus quidē. Athenæus l. 7. Mœotas numerat inter Nili pisces.

Ib. 10. *Thebani autem.*] Ælianus lib. 12. c. 5. de animalibus. ὁ δὲ Θηβαῖος ὃ σέβουσι τὰλλαντα ὄντως ὁσίως ἀγαθὸν. Thebani, quanquam Græci, mustellam religiosè venerantur: quia nimirum nutrix Herculis fuit, aut quod cum Herculē Alcmena parturiret & parere non posset, ea prætercurrens pariendi vincula dissoluit. Ibidem etiam mures idem adorari tradit ab iis qui Troadis Hamaxitum incolunt, vnde Apollinem Sminthium appellantes, quòd τὸν μυῶν ἐν ἱερᾷ Sminthij cicures ali mures, quòd τὸν μυῶν enim murē illis significat. Addit deinde fabulam de moribus ab Apolline expulsis, & alteram quam hic innuit Clemens. Cretenses ad coloniam domo missi Pythium togatum, vt quempiam ad habitandum aptum locum ostenderet. Respondit ille, vbi χαμαιγενῆ. i. terra geniti bellum eis inferrent ibi considendum. Ita eos ad Hamaxitum profectos castra posuisse, tum incredibilem murium multitudinem erupisse, & clypeorum loris deroisse, & arcuū neruos exedisse, ex quo conjecturā duxerunt illos esse terrigenas, proinde huno locum excoluisse, atque Apollini Sminthio templū extitisse. Eandem fabulam narrat Strabo li. xiij. de Euro mrodusa. Arnob. li. 4. Nunquid à nobis aliquādo conscriptus est, modo in aurum versus, modo in Satyrum ludicrum, in draconem, in alitem, & quod omnia genera contumeliarum transiliat, in formiculā parnulā, vt Clitoris videlicet filiam Myrmidonis redderet apud Thessalos matrem.

Ib. 30. *Neque vero oblitus est.*] Ælianus l. 12. c. 40. ἀμμῶν δ' ἐκ Δυκίᾳ βλάπτει Ζάμιν ὃ πρόβατον, Lupū Delphi colunt, Samij ouem venerātur. Deinde causam addit, quod Samis furto sublatum aurū ouis inuenit; Ideò Mandrobulus Iunoni ouem cōfectauit vt Aristoteles tradit. Idē l. 11. c. 8. In Leucade promōtorium est excelsum & sacrū, in eo Apollinis Actij simulachrum, cuius honori dedicatum tēpus festum cum iniitur, in quo saltando etiam certāt, bouem Musois mactāt ritus illæ sanguine saturatæ, recedūt veluti in furore ad id faciēdum perfusæ. Euphorionem citat etiā idem l. 17. c. 18. & Athenæus multis in locis.

Ib. *Sed nec eorum.*] P. Victorius l. 12. c. 15. Tibullus in quādā elegia superstitionis Syriorū meminit, qui colūbas cōiccrabant, timebātque violare, ita canēs: *Quid referam vt nolint arcbas intactā per vrbes*

*Alba Palestinæ sanctā columba Syræ*

alij legūt *Suæ*. Id quoque memoriæ prodidit Xenophō in 1. expeditionis Cyri. narrat enim copias illas veniisse ad fluuium Chalū plenum magnorū piscium ac mansuetorum, quos Syri deos putarēt, nec sinerent violari, quod etiam tribuebāt columbis. Cicero 3. de natura Deorum. Piscem Syri venerātur. Porphyrius l. 4. περὶ ἀποχῆς. Menandri Comici versus ponit, quibus exponitur, quo humilitatis descendant Syri, vt Deā placent, si forte aliquando incontinentia ductī pisces comederint.

46. 10. *Lychni autem.*] P. Leopardus l. 4. c. 3. 1. Emēd. restituendum ex li. 4. Eusebij de Præpar. Euāg. c. 7. monet. & addēdum Eusebio nomen libri ἐν τῷ περὶ τῶν Ῥοδίων seu ceuerti onibus, vt cōstat ex codice Eusebij Græco Lutetiæ edito. Citatur hic auctor & à Athenæo l. 9. & alibi, & Athenienſis dicitur. Paulo posteriā legendū ibidem pro Lesbi Doscida & Phicenles, Lesbij, Dosidas & Pythocles, at hic eiā vt ibi Phocenses, non Phocenses. nam ποιηταὶ Phocēs vrbis Ioniæ ciues, Φωκεῖς, incolæ Phocidis Rho-



censes, Stephanus de vrbibus. Quod vero addidit Trapezūtius, singulis annis, abest ab vtroq; Græco.

Ib. *Erechtheus autem.*] Plutarchus in historiis parallelis Græcis & Romanis, has duas narrat historias coniunctas numero 30. Erechtheus cum Eumolpo bellum gerens cum didicisset victorem futurum, se si filiam immolaret, ex eum vxore Praxithea cōmunicata puellā mactauit, cui rei Euripides in Erechtheo meminit. Marium cum Cimbris bellum gerēs, cū inferioe illis esset, in somnio præmonitus est, victoriam se consequuturum si filiam prius victimam offerret Calpurniā nomine. Patriæ igitur charitati natura postposita eo facto victoriā reportauit. Cuius rei Dorotheus 4. rerum Italicarū meminit. Vnde cōstat legendum apud Eusebiū, & Marius Rom. non Macarius. nam & ita Græcus Eusebius.

Ib. 20. *Quomodo ergo non sunt.*] Græc. πῶς δ' οὐκ ἔστι; Et apud Eusebium πῶς δ' οὐκ αὐτοὶ τὰ δυσσεβήματα, εἰ μὴ ἐστὶν ἐν ὑμῖν θεοί, εἰ δὲ ἐστὶ καὶ ἐν ὑμῖν ἀλλ' ἐκ ἐν ὁμοίοις ἐστὶ τοῖς. Quo modo enim non sceleratissimi sunt superstitiosi & illi qui tāquam saluatores inuocantur, & isti qui salutē ab indidatoribus salutis petūt? Nam & Iuppiter & Bacchus σωτῆρες cognomen inuenerunt, vt est apud Plinium & alios passim.

47. 20. *Quid tibi enumerem.*] Heruetus verbum ἐπιλαθέσθαι quasi superfluum deleuit. Ita ergo vertēdum. Quodcibi enumerem illas Hyperboreorum vxores. (Hyperoche & Laodice nominabantur) quæ in Dianæ delubro, quod in Apollinis templo situm est, sepultæ sunt) Has enim esse fœminas ex Hyperboreorum finibus aduectas ait Arnobius paulo ante. Immarus filius Eumolpi & patrāe Græce est ἴμμαρος ἐστὶ ὃ εὐομολπιανὸς ἐξ ἀνάγκης, Immarus filius Eumolpi & Dairas. nam Daira frater eius non mater. Arnob. Similisque error in Trapezōtio qui vertit; Eumolpi & Dianæ filius, apud Eusebiū. In Arnobio itē legendum videtur Cleomachum non Cleochum, neque hic fortasse Clearchum, nam apud Eusebium c. 8. l. 2. Præp. ita citatur hic locus. καὶ μᾶλλον τοσοῦτόν τι τῷ διδύμῳ ἐποί. Legitur & ἰσμήνης Ismarus, non, vt hic, Immarus.

Ib. *Sed neque Apollinis.*] Dubitationē Heruetus tollit Th. Canterus l. 2. c. 1. dum ita legit apud Arnobiū lib. 6. *Sub Apollinis aruis quæ Telmessis apud oppidum visitur, Telmessium esse conditum ratem non semper consultoribus indicaturū. Ageſarchi Ptolemæus de Philopatore quem edidit primo Cypri am regnet Paphi.* &c. nullus igitur Ptolemæus Philopator, sed Ptolemæus filius Agesarchi scripsit historiam de Philopatore quam sæpe citat Athenæus vt li. 5. ἀποκαμόντος δ' τοῦ ἀγωνίσμου μᾶλλον ἢ πρὸ τοῦ ἀνυτικὸς ἢ πρὸ τοῦ φιλοπάτορος ἰσχύος.

50. 20. *Adolebant autem.*] Brodæus Miscell. lib. 5. c. 1. Tametsi ἀναλοῦν vocabulū sit Persicū ensē significās, vt tradit in Polyhymnia Herodot. ὃς τὸν θεὸν ἐνταῦθα ἀναλοῦν κελεύει. Græci tamen etiā pro gladio Scythico vsurpare solent, quem sicut Deū quādā gens illa obseruat et & colerat ἀνάγουσι σφάγια ἀναλοῦσι τῷδε. Ammianus Marcell. l. 31. Nec templum apud eos visitur aut delubrū, ne tuguriū quidē culmo tectū, sed gladius barbarico ritu humi figitur nudus, cumq; vt Martem regionum, quas circūcuunt, Præsulē venerabilē colūt. Lucianus in Ioue Tragœdo τοῦδε ἢ κόπτεσθε ἐπὶ τῷ ξιφιδίῳ ἐκείνῳ.

Ibid. *Ita Samiæ Iunonis.*] Th. Canterus l. 2. c. 25. ex hoc loco illum Arnobij corrigit. Putcū Samios pro Iunone, legitque glutenum. Euseb. de præpar. l. 3. c. 1.

τινα αὐλῶν ὑγρὸν τὸ βλαστὸν ὄφεως ἢ ἰχθύος ὑπὸ ἀλδὸς. Tertullianus aduersus gentes. Sed & qui crucis religiosos nos putat consectaneus erit noster cum lignum aliquod propitiatur. Et tamen quanto distinguitur à crucis stipite Pallas Attica & Ceres Eleusinia, quæ sine effigie rudi palo & informi ligno prostant? Lucanus l. 3. simulachraque mœsta Deorum, Arte carẽt, cæsisque extant informia truncis. Athenæus lib. 14. Parmenisceus Metapontius visit Latonæ imaginem deformem & ligneam in Delo insula cum eam statuam putaret esse. Et apud Arnobium legendum non Ethedius, sed Aethlius. citatur ab Athenæo lib. 14. αἰθλιος.

Ib. 30. *Romæ autem.*] Scaliger in Varronem. Videtur nõ longe ab his, quæ ex Varrone affert Clemẽs, quod apud Nonnium citatur ex lib. de vita populi Rom. Quid inter hos Ioues interfit, & eos qui ex marmore, ebore, auro nunc fiunt, potes animo aduertere, & horum temporum diuitias, & illorũ paupertates. Ouid Iuppiter angusta vix totus stabat in æde. Paulo post, imagines in Neapecha P. Leopardus corrigit ex Græco ἀφ' ὑματε ἑκατονπηχυ statuæ nouem cubitorum l. 2. c. xj. Emendat.

30. 50. *Iunonis Tirynthiæ.*] Eusebius lib. 3. cap. c. ex Plutarcho λέγεται γ' οὖν ἐκ τῶν ἀρχαιολόγων ὅτι ἱδρυσάμενοι τὸν καλούμενον Δόρατιον ἐξωλίσθησαν ἐξ ἱερᾶς κατασκοπῆς ὑπὸ τῶν ἐκ τῆς Ἄργους ἀφικομένων, ἐκ τοῦ τὸ ἄγαλμα μεταθεῖναι. Picas dicitur primus Argolicæ Iunonis templo extructo & Callichya filia sua antistite consecrata ex arboribus circa Titynthem excisis piro simulachrũ Iunonis posuisse. Corrigendus etiam est Eusebius in Chronicis ad annum mũdi 5560. In Argis primus sacerdotio functus est Callitias filius Pyrantis. Manuscriptus Christianiss. Regg. matris, In Argis prima sacerdotio functa est Callitias filia Spirantis. Meminit & Clemens lib. 1. Strom. 372. 40. Callithoes sacerdotis Argiuæ Iunonis.

Ibid. *Palladium. Διονυσίῳ.*] Epicuræi cum plurimũ tribuerent Epicuri libro περὶ ὁσιότητος nõ humano ingenio, sed diuino confectum, atque de cælo delapsũ ostendere ipsum volentes Διονυσίῳ appellabant. Plutarchus contra Colotem, quod verbum Cicero expressit lib. de finib. bonorũ dicens delapsum de cælo. D. Lucas Actor. 19. Διονυσίῳ appellat Dianæ simulachrum quod ipsum Numa Romanis persuasit de ancyli de quo Ouidius 3. lib. Fast. de Palladio lib. 6. Gilbertus Cognatus cent. 2. prouerb. 172. Locum Suidæ adscribere ex manuscripto non pigebit, quòd auctior sit & emendatior Διονυσίῳ· ἢ ὅτι ἐκπεσὸν ἀγάλμα ὃ τοῖς Ἕλλησι τὸ ξόανον καταπεπλῆχθαι ὑπὸ ἐκπλήξεως ἐκάλουν Διονύσιον (Aldina edit. ἀφ' ἑαυτῆς τῆς ὁρμῆς τὸ ἄγαλμα ἢ ὅτι ἐκπεσὸν ὑπὸ τὰ ἅλη τὰ τοῦ τόπου, ἢ κατὰ τὴν τρίτην ἐπ' ἀρχῆς τῶν αὐτῶν ἀγωνιστῶν γενέσθαι· ἢ ἀπὸ τινος, ὅτι ἢ Διονυσίῳ ἀνὰ τὴν ἑορτὴν ἡμέραν ἐκάλουν· ἢ ἀπὸ τοῦ ἐκ τοῦ ἱματίου, ἰδέᾳ antea Clemens hac ipsa pag. num. 50. Addit Suidas addenda impresso; ἢ ὅτι ἐν ὄπτοις ἐπὶ τοῦ ἐπιτυχόντος ἐκαλοῦντο Διονύσιοι, καὶ τὰ ἀπὸ τούτου ἀθλήματα ἀπὸ τοῦ ἀγωνοθέτου ἐκαλοῦντο Διονύσια, &c. In extremo est, ἀξίως ἐκάλουν τὸν ἐκ τοιούτου ἀκροτηρίου. Solebant Græci profani vt simulachra commendarent dicere ea à Ioue missa, vt immortalia: quamobrem & solebant statuarios in exilium mittere aut enecare, ne manufacta viderentur. Exemplum affert simulachri Alexandriæ. Ptolemæus enim artifices, eo confecto, & ingenti fossa excauata, ac tabulatis impositis, dolo occultato iussit, vt in eis epularentur: tum in medio conuiuio subsidente pauimento concidetunt, atque ita oppressi sunt. Arnobius lib. 4. Quis ex reliquiis Pelopis compactum esse Palladium prodidit? Iulius Firmicus de errore prof. relig. Palladij etiam quid sit numen audite. Simulachrũ est ex ossibus Pelopis factum. Hoc aurus Scytha feciſſe perhibetur, iam quale sit confidente, quod Scytha barbarus consecrauit.

31. 60. *Nobis autem.*] P. Faber c. 2. Dodecamen. Verum Deum esse aut solum, vel vnum Deum esse dicitur idolorum, dæmonumque falso Dei nomen vsurpantium habita ratione, vt scilicet ea nequaquam pro Diis habenda esse doceatur, eoque pertinet, quod apud Clementem scriptum est. τὸ ὄντως μὴ γινόμενον οὐκ ἔστιν. Item quod aliquanto post vbi nullum sensile simulachrum, quale Gentibus, esse Christianis, sed verum Deum ipsa mente, atque cognitione comprehendi docet. His enim verbis exprimit. ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἄλλο αἰσθητὸν αἰσθητῷ, νοητὸν δὲ νοητῷ τὸ αἰσθητὸν ὅτῳ τὸ ἀγαλμα· ἀλλ' ἐκεῖνο μόνον ἔστιν ὄντως ὄν. Sed hæc obscura & mendosa ita (meo quidem animo) correxeris, si pro priore νοητῷ legeris νοητὸν, & posterius illud, τὸ αἰσθητὸν ὅτῳ τὸ ἄγαλμα tanquã superfluum, & à librario vel à scholiaste quodam sciolo repetitũ expunxeris. neq; enim dubito quin ita prorsus Clemens exararit. ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἄλλο αἰσθητὸν αἰσθητῷ, νοητὸν δὲ νοητῷ τὸ αἰσθητὸν ὅτῳ τὸ ἀγαλμα· ἀλλ' ἐκεῖνο μόνον ἔστιν ὄντως ὄν. Atque vt antiquitus Iudæi, Romana etiam vigente Republica, Deum ineffabilem & inuisibilem existimãtes nullo simulachro adhibitio colutre, sic hodie Christiani nullũ intelligibilis Dei simulachrũ esse scripsi, sed intelligibile dumtaxat, eum scilicet (vt equidẽ intentio, nam hoc à Clemente non explicatur) quist vera ipse Deus est filium Dei vnigenitum.

53. *Antiochus autem.*] Arnobius 6. contra Gentes. Antiochum Cyzicenum ferunt quindecim cubitorum (sic enim in Romana editione correctum est) Iouem ex delubro auteum sustuliſſe, & ex aere hercæolis subsiticuisse fucatum. Fuit hic Antiochus Syriæ rex, Sedetis filius, regnauitque an. 18. Ioseph. Antiq. l. 13. c. 19. Eusebi & Iustinus. Paulo post Arnobius sequutus est Clementem qui ante tribuit Dionysio quod alij seniori. Deinde vt ante P. Victorius lib. 2. Var. lect. c. 10. Cicero id factum in Peloponeso ait, Clemens in Sicilia, sed vereor, inquit, nec hoc M. Tullio imposuerit, vt legẽs hoc factum in fano Iouis Olympij, ob dignitatẽ Peloponesij fani putarit id in Peloponeso commissum. Sed in Sicilia quoque Iouis Olympij famum fuisse T. Liuius auctor est. lib. 24. & Diodorus Siculus. Liberalis Dionysij vertit Heruetus paulo post Gr. Ἀνακίνητα ἀπαθῆ εἶναι. Arnobius. Vbi liber Eleutherius cũ Athenis? Ab Eleutheris vrbe Bœotiæ, cuius ciuis Ἐλευθερεύς.

53. 20. *Cum sacerdote Chryſide.*] P. Leopardus l. 2. c. 11. lib. Aduersus Ioui manum 1. apud D. Hieronymũ recte legitur, nec est Chryseis legendum vt quidam arbitrantur, tametsi apud Pausaniam legatur τῶν ἱερέων Χρυσηΐδος; auctores habeo Thucydidem l. 2. & 4. ὁ τῶν τῆδε ἱερεὺς ἑκατομβεὺς χρυσῆς τῷ ἱερῷ, &c. Templum Iunonis apud Argos deflagrauit Chryside sacerdote, cum lucernam ardentem coronis appositset, illicita soporata, vt incensa omnia non sentiret; propter quod Argiuos vetita protinus in Phliuntem nocte confugit, Clementem item Alexand. & Arnobium lib. 6. Vbi Iuno Regina cum templo eius famum sacerdotemque Chrysidem eadem vis flammæ Argiua in ciuitate deleret. Vbi Serapim Ægyptius, cum consimili casu iacuit solutus in cinerem cum mysteriis omnibus atque Isidẽ?

Ibi. 30.



Ibid. 30. *Ignis sapiens.*] Gr. πῦρ σοφόν. Tertullianus Scorpiaco. Sapiens ignis effigiem vituli defunditillis, fugallans illic cor habentes, vbi & thesaurũ. Minutius Felix Octauio. Illic sapiens ignis membra vrit, & reficit, carpit & nutrit, sicut ignes fulmine corpora tangunt, nec absumunt.

39. 40. *Ptolemæus autem.*] P. Victorius lib. 7. cap. 4. locum ex oratione pro Flacco indicat & Mithridatem, Deum, illum patrem, illum conseruatorẽ Asiæ, illum Dionysium Bacchum Liberum nominabant. Athenæus lib. 5. obuiam aſt processisse artifices Bacchi & libationes factas cum Athenio regis Mithridatis prætextu per Atticam circumferretur. Vide eũdem Victorium c. 7. 19. Ptolemæo Auletæ filio, Cleopatræ fratri cognomen Dionysij tribuunt Eusebius in Chronico & alij passim.

Ibid. 10. *Quid opus est.*] Athenæus lib. 3. meminit Alexarchi cuiusdam Cassandri Macedoniæ Regis fratris, qui dicebatur Vranopolidis conditor: & loquendi peculiares formas inuexerat: itaque ad Cassandri duces scripserat, Alexarchus bellator primipilos Solis filios saluere iubet. Idem li. 7. Meneceratis meminit eiusque epistolam ad Philippum adfert, cuius hoc initium est. Tu quidem in Macedonia regnas: at ego in Medicina. recitat & versus cuiusdam, qui ait Nicostratum se Herculem dixisse, & alium quendam se Mercurium autumasse chlamyde ornatum, caduceo & alis, Nicagoram scilicet Zelitem, qui patriæ tyrannidem occupauit.

62. 30. *Figuras gestusque Philænidis.*] τὰ εἰς αὐλὸν σχήματα. Athenæus lib. 8. p. 116. Aldinæ edit. ᾠδὴν καὶ τὸν αὐλητὴν καὶ τὰ ὑπὸ τῶν ἀγεληφόρων γεγραμμένα ὑπνον ἢ τὸν τοῦ Ἀνακρέοντος ἐμπεσόντα πίθον Κλεόνικον τὸν ἐμμελῆ. Philænidis libros, Archestrati gastronomiam, ancillas patiter horum motuum ac figurarum experimentis peritas. Et paulo ante turpissimum ait de rebus venereis opus illi aſcriptum, sed falso honestissimè fœminæ per calumniam id tribuisse Polycratem, vt testatur Æschrion Samius. Meminit eiusdem lib. 10. Vide H. Iunium prouerb. Philænidis commentarij.

63. 10. *Ipsius Dei voluntas.*] τὸ βούλημα κοσμοποιοῦ. Sane quod Alexandrinus Clemens sola Dei voluntate mundum & à solo Deo conditum, quando & solus Deus est, memorat, mihi non est dubium, quin partim excludendis dæmoniis ac idolis exarauerit, partim etiam, imò vero potissimum confutandis vetustis hæreticis, quorum Simon quidem Magus veluti signifer quidam, dein Menander eius discipulus, sed & Saturninus & Carpocrates, & ex Gnosticis nonnulli mundum, & quę in eo sunt, factum ab Angelis emissis ab Ennoea seu Selene multo inferioribus ingenito patre asserebant. Cerinthus autem & Nicolaitæ non à primo Deo, sed à virtute valde separata, & distante ab ea principalitate, quæ est super omnia, Trismegistus Pimandra c. 1. καὶ πάντα ποιοῦντα τὸν ἕνα τὸν μόνον, τὸν ὄντα ἀεὶ τὸν ἀγαθὸν, τὸν ἐν ἀνθρώποις ὀνομαζόμενον τὸν θεόν. Vide Iren. lib. 1. c. 25. & lib. 3. c. 11. hæc P. Faber c. 2. dodecameni.

68. 40. *Ventris Tanaidis.*] Strabo quidem Vxiotum meminit apud quos ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀναΐτιδος colebatur & apud Persas sacra fuisse celebrata prodit Anaitidis & Omani τὸν ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀναΐτιδος καὶ τὸν Ὦμανον ἵδρυσε τὸν ἐν Ἐρέτῃ. Videndum ergo nũm hæc sit dea quam Clemens hoc loco indicat. Vide Strabonem lib. 15. vbi Persas Venerem & Solem colere tradit & lib. 11.

70. 40. *Si bonum quale sit.*] Senatij sunt Græce qui quo modo disponendi sint vide in philosophica Poësi pag. 51. Eosdem habes & lib. Stromat. 5. 604. 20.

75. 20. *In veritate est vnus.*] Citantur hi Sophoclis versus à Iustino de monarchia & ab Athenagora in legatione, apud Clementem versus ille, aberrante lucro homines, Græce mendosus est Διονυσίῳ δ' ἀνακλαυστὰ πλανώμενα legendum ex Iustino & lib. 5. Strom. pag. 605. 10. Διονυσίῳ δ' ἀπλῶς ἐφόδια, vel ἐφόδια πλανώμενα. Mortalium aſt errantes corde plurimi. Orphei deinde versus apud Eusebium etiam multo aſteruntur ampliores lib. 13. cap. 7. Præpar. Ille apud Clementem ἑνὸς γὰρ θνητοῖς, ἀνὸς δ' ἔστι πάντας ἐφορᾶσθαι. Eusebio sic ἑνὸς γὰρ θνητοῖς ὄψεσι, νῷ δ' ἐπόπτεύεται, sed mente cernitur. Item εἷς ἐν ἀθανάτοις. Euseb. εἷς ἐν ἀθανάτοις vnus perfectus Deus est qui cuncta creauit, quo modo & apud Theodoretum lib. 2. de Curatione Græc. apud quẽ tamẽ legitur ἀνὴρ ἷς πάντας ἐφορᾶται, vt apud Clementem. Principium horum versuum apud Stobæum vspiã sic adumbratur ἀλλοι θεωποῖν διόρθρε, &c. Cantabo prudentibus.

76. *Menander certe.*] Extat huius dramatis vtriusque nomen apud Stobæum tit. 106. & 12. & alterius apud Athenæum lib. 14. sed apud Iustinum in libello de monarchia citatur ex Auriga hic Menãdri locus, itaque hic expũgendum nomen videtur supposititi. Ibidem legitur mendosè διόπερ ἀκριβῶς ἐπὶ τῷ σωτῆρι, Clemens, ἀκριβῶς, Perionius vertit, in tabella conuenit. Langus, in albo scribitur. In tabellis picta quædam gestasse olim mendicos vspiam legitur. Est & in illo de monarchia libello aſter Menandri locus ex Sacerdote, postremusque versus sic absoluitur

*ἐνῶσαι· πᾶσι γὰρ τοῦτο ἀνακλᾶσθαι δόξα.*
*Mortalibus reperta ab impudentibus,*
*Conficta risus gratia, & fabulæ mea.*

76. 40. *Apollinem qui mediat.*] Versus Euripidis sunt in Oreste Tragœdia quæ etiamnum extat vnde corrigi quædam possunt in Græco Clementis. Reiicit Oreſtes culpam in Apollinem qui matremnam Cædem imperauerat, vide & Æschylum in Eumenidibus. Extat quoque Tragœdia Ion vnde sequentes sunt excerpti vbi legitur τῷ λόγῳ δ' ἡσσώμεθα, melius quam apud Euripidem τῷ λόγῳ δ' ἡσσώμεθα. Quod si (quanquam id nunquam fiet, vt ar sequenti verbo tamen) pœnas violenti amoris dederitis &c. alij aliter explicant: apud Iustinum pag. 169. legitur ἐὰν δ' ἡσσώμεθα, τῷ λόγῳ καὶ ἡσσώμεθα. Postremo illud, nudo capite, paræmiam refert nam qui citra pudorem & palam aliquid faciunt dicuntur id nudo capite facere, vtitur D. Cyrillus in Ioan. Euangelium, & D. Chrysost. in Babylam. Vide Prouerbiorum centurias.

78. 20. *Traduceretur rerum sole.*] Huc pertinere videntur illa Hieremiæ 8. 2. & expandent ea ad Solem & Lunam & omnem militiam cæli, quæ dilexerunt & quibus seruierunt, & post quæ ambulauerunt. Item cap. 19. 7. Et dabo cadauera eorum escam volatilibus cæli & bestijs terræ: & ponam ciuitatem hanc in stuporem 1. xx. εἰς ἀφανισμὸν demolitionem. Locus autem qui paulò post ex Osee citatur reperitur cap. 4. Amos 13. διότι ἰδοὺ ἐστερεῶν βρονταῖον καὶ κτίζων πνεῦμα. Quin Dominus es firmans tonitruum & creans spiritum, & annuncians in homines, &c. In vulgata Latina est, Quia ecce formans montes, & creans ventum.

85. 30. *Et certe minatur Zacharias.*] Gr. ἀπειλεῖ ὁ προφήτης Ζ. ἐπιτιμήσαι ἐν σοὶ ὁ ἐκλεξάμενος τὴν Ἱερουσαλὴμ & cætera vt habentur Zach. c.3. v.2. quem ita ex vulgata reddes ad verbum. Minatur itaque ipsi propheta Zacharias, increpet in te Dominus, qui elegit Hierusalem. Nunquid non iste torris est erutus de igne? Theodoretus explicat de IESV Iosedec filio & aliis, qui cum paulo ante à captiuitate rediissent, captiuitatis ferebant signa, paupertatem & inopiam. Torris enim semiustulatum lignum est ex igne arreptum. Hieronymus eodem modo explicat. Similis locus est Amos 4.v.11. quem reperies lib.1. Pædag.c.8.

Ibid. 50. *Natos charissima.*] Hemistichium est Homeri Il. 2. vbi describitur illud auspicium seu prodigium auicularum quas draco deuorauit ἀμφεποτᾶτο ὀδυρομένη φίλα τέκνα. Paulo post in Græco libro, post illa verba, dominum inuestigant, sequebatur καὶ ἵπποι τὸν ἀναβάτην ἀποσεισάμενοι ἐν τῷ συρίγματι [illegible] τοῦ δεσπότου, quæ vel imprudenti exciderunt interpreti omissa linea vna, vel consulto quod mendosa essent suppressa sunt: fortè ita corrigi possunt ἐν ὑποσυρίσματι vel ἀποσυρίσματι, vel etiam vt quibusdam placet ὑποσυρίσματι. Equi ipsi excusso insessore vel vno sibilo edito domino parere solent. Iul. Pollux περὶ ἱππασίας, κλωσμῷ δὲ ἐγείρειν (manuscr. [illegible]) τὸν ἵππον ἢ ῥοίζῳ, dices etiam sibilo & stridore equum excitare.

Ib.56. *Sues enim.*] Quod vertit interpres, in palææ cumulo Gr. ἐπὶ φορυτῷ, quod nomen licet Hesychio significet ἄχυρα & quisquilias aridas, sumitur tamen pro colluuione quauis vt Chrysost. τὸν φορυτὸν τῶν ἁμαρτιῶν, dixit τὴν ἀκαθαρσίαν. Horat. amica luto sus. Sic locutus est & p.295.30.

89. *Viris damnum.*] Hesiodi est carmen in operibus 316. αἰδὼς δ' ἄνδρας μέγα σίνεται, ἠδ' ὀνίνησι. Et Homeri Iliad. 24.45. ex quibus locis hic corrigendus. Reperitur & apud Stobæum tit. de verecundia 31. non ergo fortes solum, sed quosuis indicat Poëta, & vitiosam verecundiam intelligit, de qua Plutarchus librum edidit.

89. 20. *Ventilabris oratis.*] Vannum in rustico carmine appellasse Vergilium notum omnibus est: qui tamen, dum agricolarum instrumentum hoc esse traderet, docuit in alio etiam vsu illud haberi solitum: & in rebus diuinis, maxime Liberi patris, frequens esse consueuisse. Erudissimus enim Poëta, quod ipse sciebat, aliis quoque ἐν παρέργῳ notum esse voluit. Intelligit autem, vt opinor, vannum quod λίκνον Græci vocant, instrumentum ad cuncta penè sacrificia idoneum, vt veteres Grammatici tradunt: vnde qui illud gerebat in sacris λικνοφόρος vocabatur. Plutarchus in Alexandro ἐκ τῶν ἱερῶν καὶ τῶν μυστικῶν λίκνων. P. Victorius in Varronem. Suidas τὸ λίκνον πρὸς πᾶσαν τελετὴν καὶ θυσίαν ἐπιτήδειον ἦν. Vergilius 1. Georgic. Arbuteæ crates, & mystica vannus Iacchi.

98. 50. *Minoem Cretensem.*] In Græco mendum fuit τοῦ Διὸς ἐς ἀεὶ σὸν ἀναγράφοντα legendum τοῦ Διὸς ὀαριστὴν ex hoc versu Odyss. 19. ἔνθα τε Μίνως ἐννέωρος βασίλευε Διὸς μεγάλου ὀαριστής ibi Minos regnauit nouem annos Iouis magni confabulator, quem in locum scribens Eustathius docet alios existimasse nouem annos cum Ioue colloqutum esse Minoem, alios nouem annos regnasse, alios demum nouennem regnare cœpisse. Vide quæ hic noster pag.492. lib.2. Strom.

99.10. *Auibus quæ saginantur.*] Gr. [illegible] Varro lib.3. cap.9. de re rustica. De tribus generibus gallinæ saginantur maxime villaticæ. Eas includunt in locum tepidum & angustum, & tenebricosum, quod motus earum & lux pinguitudini inimica, vel, vt alij legunt, vindicta. Martialis lemmate Gallina altilis. Pascitur & dulci facilis gallina farina, Pascitur & tenebris: ingeniosa gula est. Paulo post, auferamus obliuionem [illegible] τὴν ἄγνοιαν, auferamus obliuionem veritatis ignorantiam. Sic Platonici scientiam dicebant esse reminiscentiam.

Ibid. 30. *In hymnis acclamantes.*] Iul. Firmicus de errore prof. cap.20. dicis etiam χαῖρε νυμφίε χαῖρε νέον φῶς. Quid miserum hominem per abrupta præcipitas calamitosa persuasio? Quid illi falsæ spei pollicens insignia? Nullum apud te lumen est, nec aliquis sponsus, qui hoc mereatur audire. vnum lumen est, vnus est aliquis sponsus hominum, quorum gratiam Christus accepit.

Ibid. 40. *Dextra signans.*] Non ad aliud quid alludit, sed Arati carmina vsurpat. Sic enim habet Græca δεξιὰ σημαίνει, λαοῖσι δ' ἐπὶ ἔργον ἐγείρει quæ reperies apud hunc ipsum Clementem lib.5. Strom. pag. 597. 60. Isque & numine dexter dextera significat &c. Festus Auienus,

*Hoc duce per tumidi ferimur freta gurgitis iste*
*Præceptore solum grauibus versamus aratris,*
*Iste modum statuit signis.*

Scholiastes Græcus τὰ αἴσια λέγει [illegible] συμφέροντα [illegible].

104.20. *Ait quidem ille.*] Græcè [illegible] Fortasse scripsit Clemens κείνη apud Homerum in Odyss. [illegible] itaque delenda verba illa, ait quidem ille. Verba sunt Circes alloquentis Vlixem. Paulo post legit Clemens [illegible] cum apud Homerum sit [illegible] nostra hæc audire vt carmina possis. Vtitur hoc eodem versu in iis quæ ad mores pertinent. Aristoteles 2. ad Nicomachum Ethic.c.9.

## IN LIB. I. PÆDAGOGI.

122. *Tertium autem.*] Gr. [illegible] Tertium autem in inuoluntaria non adeo multa incidere, quod est proprium eorū, qui bene educti fuere: In peccatis autem non diutissime immorari vltimo loco ponatur. Quatuor enim gradus à Clemente distinguntur, quum interpres hic tres solum expresserit.

117.10. *Attici meiraces.*] Iul. Pollux lib.2. de fœminis vbi sic legimus in manuscripto [illegible] Interpres non assequitur eius mentem, quæ opinor hoc est. Ait nomina quæ de infantibus & puerulis allata sunt antea, eadem & fœminis tribui, vsque ad illud vocabulum μειράκιον, quod & ipsum commune est vtrisque & fœminis, & masculis, & quod sequitur μείραξ in masculis dici, in fœminis [illegible]. Cæterum in manuscripto post illud verbum παλλάκη, sequebatur versus [illegible]. Citatur ab eodem Polluce Menander ἐν τῇ [illegible] in Verberata lib.7.cap.13.

118. 40. *Osanna si Latine.*] [illegible] Auctor operis imperfecti in Matthæum homil.38.



Hosianna autem quidam interpretantur gloriam, alij redemptionem, alij saluifica, siue saluum fac. Hieronymus ad Damasum, Alij opinati sunt osanna gloriam dici, nonnulli gratiam. Multi super hoc nomine diuersa finxerunt, è quibus Hilarius ita posuit, osanna Hebraico sermone significatur redemptio domus Dauid. C. Iansenius in Concordiam Euangelicam ait Ambrosium sequutum Hilarium idem tradere cap.19. in Lucam, non tamen tam crassum errorem imponendum Hilario, aut Ambrosio, quam imponitur, quod non credendum sit eos existimasse hæc omnia comprehensa in significatione vocabuli Hosanna, sed populum eiusmodi acclamatione petiisse redemptionem. Deinde addit coniecturas quibus probabile in speciem videri posset osanna laudem, vel gloriam & gratiam significare. Primo quod apud omnes Euangelistas per duas dictiones scribatur ὡς ἀννά, dictio autem ὡς si Hebraicè ita scribatur שו laudem significare posse, anna autem si scribatur חנא significare gratiam: Deinde quod Christus subiecerit, nunquam legistis, quia ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem, sed certam esse tamen Hieronymi sententiam, esse desumptum hoc ex Psalm. 117. הושיע נא O Domine saluum fac, atque hunc versum in acclamationibus, festi tabernaculorum vsurpatum, vt apud Græcos Io Pæā, & apud Latinos Io triumphe, vt & Halleluia quod laudate Dominum significat. Leo item Castrus in cap. 9. Esaiæ eos qui putarunt Osanna significare gloriam tuetur auctoritate D. Lucæ qui acclamationem puerorum apud Matthæum & Marcum osanna in excelsis reddiderit, pax in cœlo, & gloria in excelsis, qui cum præditus esset dono linguarum haud dubium quin Hebraice sciuerit.

Ibid. 60. *Elegantes & speciosa.*] Hesychius [illegible]. Varinus [illegible]. Pollux li.3.c.8. [illegible] (sic enim manus. non εἰ δὲ) [illegible]. Lysias puellam vocat famulam, nisi ambiguum sit num ætatis, an fortunæ nomen sit, ita enim loquitur, Egrediens puella eius fores aperit.

119. 20. *Per allegoriam nos pullos.*] Nulli opinor alij pulli quærendi sunt in bonam partem in sacris literis, neque illi equini, sed asinini quamuis in editione Antuerpiensi vertatur Zachariæ 5. super subiugalem & pullum equinum nouum καὶ πῶλον νέον. Apsyrtus 16. Geoponic. [illegible]. Varro de re rustica cap. 6. de asinis; Secundum partum pullos anno non remouent à matre. Dicitur ergo & de asinis & de onagris & de elephantis πῶλος & pullus. Aduerte autem hic citari in loco Zachariæ [illegible] cū sit in Antuerpiensi [illegible], nempe illud ex Euangelio Matthæi, vt & apud Iustinum Dialogo cum Tryphone. Prouer.5.19. Cerua carissima, & gratissimus hinnulus. LXX. [illegible]. Cerua amicitiæ, & pullus gratiarum conuersetur tecum.

Ibid. 30. *Et pullum inquit.*] Iustinus in Dialogo cum Tryphone 67. hunc ipsum locum ita explicat [illegible]. Quod autem dicit verbum vuæ sanguinem, arte quadam declarauit sanguinem quidem habere Christum, non ex hominis semine; sed vi diuinitatis. S.Chrysostomus Homil. 67. in Genes. [illegible]. *Vide quo modo nobis sacramentum insinuauit.* (vox, totum, non agnoscitur à Græco manuscripto.) *Sciunt qui initiati sunt, quod dicitur: Lauabit in vino stolam suam. Stolam puto corpus dici, quod propter dispensationem ferre dignatus est. Deinde vt accuratè discas vinum quid appellarit, subdit; & in sanguine vuæ amictum suum. Vide quomodo sanguinis nomine crucem nobis & occisionem significet, & omnem mysteriorum dispensationem.* Eadem ratione & pullum significare ait gentium adductionem & obedientiam, quod magnæ sit mansuetudinis sustinere se ad vitis palmitem ligari. Vide etiam Eusebium lib. 8. de demonstrat. cap. 1.

120. 30. *Qui est enim incipiens.*] Hesychius tamen, νηπύτιε· νήπιε ἄφρον. At Eustathius in Iliad. V. 932. [illegible]. Sed & νήπιος addit posse deduci inde cum significat insipientem, quasi dicatur per contractionem quandam pro [illegible]. Suidas vero etymologiam synceram tradit [illegible] à priuatiua νη & nomine ἔπος, quod nondum fari possint, vt infantes Latine: alij deducunt quasi valde benignum [illegible], vel etiam, quasi [illegible], vel etiam quasi [illegible], sed vt diximus alibi hæc etymologias quærendi ratio lubrica est & sæpe argumento & [illegible] in ea seruimus non Grammatico veriloquio.

Ibid. 40. *Virginem teneram sponsam.*] Gr. ἁπαλὴν νύμφην, vulgata Lexica docent ab Apollonio νύμφας vocari puellas. Iam vero Synesius ita loquutus est initio hymnorum,

Ἁπαλαῖς ἐν ὀπὶ νύμφαις,
Ἀφροδίτης γελώσας:
*Teneras non in virgines,*
*Venustum ridentes.*

Eustathius in Iliad. [illegible] 834. Hesiodus sub finem Theogoniæ [illegible] vocat Phaëthontem Cephali filium, & apud Pollucem inter Comicas personas est [illegible]. Iuuenis tener, albus, educationis in vmbra teneritatem præ se ferens.

121. 60. *Sed non est oblatus.*] Gr. [illegible]. Hesychius [illegible]. Suidas [illegible]. Ita Leuitici 4. [illegible] altare holocausti v. 10. & v. 34. [illegible]. Verte igitur hic, sed non immolatus est, vel, mactatus, vt dominus.

122. 10. *Admirabilis consiliarius.*] Apud D. Hieronymum in Esaiam redditur ex Hebræo admirabilis consiliarius, quod efferunt LXX. magni consilij nuncius. In Antuerpiensi editione vtrumque habetur in textu Græco LXX. at in editione Procopij in Esaiam interprete I. Curterio LXX. viris tribuitur hæc [illegible], altera autem [illegible] Aquilæ, vt Theodotioni [illegible]

κίνων, hic apud Clementem vtrumque vides: reliqua autem partim Symmacho, partim Theodotioni, cuius est etiam illud τὸ πολυπλάσιον τῶν πολλάκις quod multiplicet disciplinam, sic enim vertendum est potius quàm quod ludum multiplicet, vsque ad illud ἢ τὰς τριάκοντα ἄνθ' ὧν τὰς ἑξήκοντα. vel apud alios τὰ ὡς.

126. 40. *Oculorum suffusionem.*] Gr. τὸ ὑπόχυμα τῶν ὀφθαλμῶν. C. Plinius de re medica 15. Suffusiones & albugines. Celsus li.6.c.6. suffusio, quam Græci ὑπόχυσιν nominant, interdum oculi potentiæ, qua cernit, se opponit: Sanguinem ex fronte, vel naribus mittere, in temporibus venas adurere expedit. Definitur ab Ægineta lib. 6. cap. 21. αἰτία ὑπόχυσις ἐστὶ τὸ κατεμφθὲν ὑπὸ τὸν κερατοειδῆ χιτῶνα καὶ τὸν κρύσταλλον ὑγρὸν διάστασιν ποιοῦσα τοῦ ὁρᾶν, ἢ τὸ σταφυλοῦσθαι. Suffusio pigri humoris concretio iuxta pupillam in cornea membrana, quæ visum impedit, aut certe, ne oculus clare cernat, efficit.

133. 10. *Venerem Græc.*] Plato in Cratylo Hesiodi esse dicit τοὺς ἀρχαίους τὰ αἴσχη ὀνόματα καλοῦντας, διὰ τοῦτο τὴν Ἀφροδίτην γένεσιν ἀπὸ τοῦ ἀφροῦ κεκλῆσθαι. De Venere Hesiodo repugnare non decet, sed concedere propter ipsam ex spuma generationem ita vocari. Sic enim malim vertere cum Ficino quàm cum nouo interprete, propter spumæ æstum qui in generatione fit. Hesiodus ἀπὸ τοῦ ἀφροῦ ἁφῆσαι. Apud Aristotelem Euripides Hecuba, ἀφρονοῦσα διὰ quod sit amentiæ Dea lib.2. cap.23. Rhetoric. At lib.2. de generat. anim. cap.2. ἔοικε δὲ καὶ τοῖς ἀρχαίοις λανθάνειν ἀφρὸς ὁ τῆς σπερματικῆς ὑγρότητος φύσει· διὸ καὶ κεκλῆσθαι τὴν Ἀφροδίτην ἀπὸ τῆς δυνάμεως ταύτης σφόδρα γόνιμον. Neque vero homines antiquos latuisse videtur seminis esse spumosam naturam: deam enim quæ rei venereæ præest, ab ipsa facultate nominarunt.

143. 60. *Quod Sicinnis Græc.*] Gr. καὶ σικιννίζειν ὑφορώμενος. Pollux li.4. cap.14. ὁ δὲ ὑπορχούμενος ἐμμέλειαν τραχεῖαν, κόρδακας καμπάς. (Sic enim habet manus. non καμπὰς) σικιννίς σκευικόν. Species vero saltationum Emmelia siue Modulata Tragica, Cordaces comica, Sicinnis Satyrica. Saltationes armatæ Pyrrhica, & Telesias, ita corrige interpretationem, cum auctoritate manuscripti fretus, tum Athenæi vnde hæc videtur sumpsisse Pollux. τρίτον εἶναι τῶν σχηματικῶν σικιννικὸν ὀρχούμενον. Tres sunt in scenica poësi saltationes, Tragica, Comica, Satyrica. li.14. Idem li.1. Italicam saltationem conflatam fuisse tradit è Comica Tragica, & Satyrica, quam Sicinnim, à qua, & Satyrarum scriptores Sicinnistas appellarunt, vel vt alibi ait, Satyros. Quidam aiunt eius inuentorem fuisse Sicinnim barbarum hominem, alij Cretensem natione fuisse. Alij dictam volunt Sicinnim ἀπὸ τῆς σείσεως à corporis succussu, quidam ἀπὸ τῆς κινήσεως à motu corporis. Hæc Athenæus, sed ibidem interpres eius vertit. Molossica modulatio quod est Græce μολοσσικὴ ἐμμέλεια, quæ duo forte distinguenda sunt, nam ἐμμέλεια per se speciem constituit saltationis.

144. 3. *Tanquam capri.*] P. Leopardus l.2. cap.10. Emend. Quidam magni nominis interpretes κάπρον pro capro accipiunt. Clemens Alex. li.1. cap. 7. Pæd. καθάπερ οἱ κάπροι εἰς σωφροσύνην ἀσκούμενοι, ἀκαταθύμητοι fortè. Idem li.2. cap.10. κάπρον ἢ αὖ τὸ ἀκαταθύμητον. Et lib. 3. cap. 3. κάπρου ἢ ὄνου. Omnibus his locis interpres caprum vertit, pro Apro. Hinc κάπρος & κάπριος lubare. Hæcille. Cæterum locus li.2. repetitur pag.228.10. libri autem 3. pa.257.50. In hac secunda editione ab Hetrueto emendatus. Athenæus lib.13. sic habet ex aliquo πολλοὶ κάπρους ἐξευνουχίσαντες.

Ibid. 20. *Exercitatorem Iacob τὸν ἀσκητὴν* athletam vel pugilem. Sic quoque Chrysostomus Homil.58 in Genesin. ἐπειδὴ γὰρ ἥμιλλαν πολλὴν περὶ τὸν ἀθλητὴν συνῆψαν ἀλλήλοις, ἵνα μάθῃς διὰ τῶν ἀναγκαίων τὸν ἀνδρεῖον ἀγωνιστὴν, ὡς ἄρασθαι αὐχοῦσιν ἀλλήλους τὸν κατακλάσαντα, ἵνα τοῦ Δικαίου ἔξω ἡ ἐν ἀνδρὶ πάλη. Quoniam occursurus erat fratri, vt sciret reipsa nihil se molestum laturum esse, in figura hominis lacerari cum iusto voluit, & vt formidinem ex animo iusti eximeret.

145. 50. *Virgam potentiæ.*] Idem Chrysost. Hom. in Psal. 109. ἡ ῥάβδος καλεῖται ἐνταῦθα, ἡ ἐνέργεια ἡ παντοδύναμος ἡ βασιλικὴ σύμβολον. τοῦτο δὲ ἐστὶν ἐκ τοῦ ἐναντίου μᾶλλον δῆλον· ὅτε γὰρ ἐπιτίθησι τὴν ῥάβδον τοῖς ἀνθρώποις, τότε μάλιστα τὴν ἀσθένειαν αὐτῶν ἐπιδείκνυται τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν. Virga aliquando quidem castigat, & beneficio afficit, aliquando autem consolatur, & est signum regni. Virgam autem virtutem hic vocant, cum qua discipuli orbem terræ obtinuerunt mores corrigentes, & à quodam à ratione alieno vitio deducentes, ad hominum naturam rationis compotem.

151. *Sagittæmeæ.*] Gr. in 1. Pæd. τὰ βέλη μου τοξεύσει εἰς αὐτούς. LXX. τὰ βέλη σου τοξεύσει εἰς αὐτούς vulg. Latina & sagittas meas complebo in eis. Quod quidem ex Hebræo interpertantur, expendam contra eos omnia mala. In noua editione Romana legitur τὰ βέλη συμπληρώσω εἰς αὐτούς. Quod vero sequitur ἐμπεδοῦσιν αἰῶνες propriè indicat conuulsionem corporis in partem posteriorem, quæ accidit ex contractione neruorum, qui vel in posteriorem, vel in anteriorem partem corpus flectere solent. Verbum Hebraicum pestem amarissimam, vel exitialem morbum significat, qui cito enecat.

156. 50. *Incompositus Iuda.*] ἐκ ἰουδὰ ἀνάπαυσις αὐτοῦ, LXX. ὁ δὲ ἰούδας ἐστὶν ἀνάπαυσις αὐτοῦ. Vulgata Latina & non timuit præuaricatrix Iuda soror eius. Paulo post eodem capite Hieremiæ citatur locus qui videri posset emendandus apud Clementem: quod enim vertit Heruetus, & non in domum vocabit me & patrem & principem ἢ οὐκ ὀνομάσει μου ἀλλήλως μοι ἢ πατέρα ἢ ἄρχοντα ἢ σὺ νῦν; sic est v. 4. cap.3. οὐκέτι ἐκβοήσετέ μοι, βαπτήρ ἀρχηγὸς τῆς ἀγνείας μου. Nonne vsque nunc vocasti me & patrem, & ducem virginitatis tuæ? Vulgata. Ergo saltem à modo vocabis &c. Chaldaicæ paraph. interpret. Ab hoc tempore vtique orabis coram me: In quadam tamen editione Germanica legebatur vt apud Clementem, & in commentario Theodoreti, Num inuocasti me, tanquam dominum, patrem & ducem v.t. afferuntque locum Psalmi 30. Esto mihi in Deum protectorem, & domum refugij: Denique in editione Romana auctoritate Xysti 5. edita sic legitur.

156. 60. *Et pulchra meretrix.*] Quem inducendum censuit Heruetus locum tenuimus. Est enim ex c.3. Naum prophetæ, quem adiunxit Hieremiæ versui Clemens, vtpote quod & in hoc ciuitas Niniue meretrix vocetur. Ex LXX. & meretrix speciosa & grata, dux maleficiorum. Vulgata Latina, Propter multitudinem fornicationum meretricis speciosæ, & gratæ, & habentis maleficia. Hieronymus in eum locum. Pro duce maleficiorum Aquila, & Symmachus transtulerunt, habens maleficia. Nec mirabitur Niniuem scortorum iam esse grauissimam, qui tantam hominum multitudinem cum ea viderit fornicari, & maleficiis illius & quibusdam incantationibus ad amorem eius pæne cunctos trahi.

163. 50. *Laudata virtus.*] Tale hoc Pindari est Ode Nemeorum. 8. αἰ δέ τις ἀρετὰ χλωραῖς θρόνοις, ὡς ἐν ἅδεϊ γέγαθε φυτὸν quod eleganter vertit N. Sudorius,

*Planta vti verno fœtu lætatur ouare,*
*Crescit, assurgens tenues in auras,*
*Sic virum virtus decorata cœlo*
*Tollitur ingens.*

Ouidius.

*Laudatæque virtus*
*Crescit, & immensum gloria calcar habet.*

Horatius.

*Crescit occulto velut arbor ævo*
*Fama Marcelli:*

Gregorius Nazianz. ὡς ἡ τῶν ἀνθρώπων ἕδρα, τάφοι σωρὸν ἐποίησαν. Quarum enim rerum laudes, earum quoque incrementa noui. Illud autem carmen alterum reperitur inter aurea Pythagoræ, quod qui deuito bono idyllium vertit ita reddit,

*...Ortoque à vespere cuncta renolnens,*
*Offensa primus dat palmam & præmia rectis.*

169. 10. *Iumentis assimilatus est.*] Gr. συνεμίχθη τοῖς κτήνεσιν. Malim referre ad Psalmum 48. v. 13. Comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Apud Hieremiam quidem cap.5. v.8. Equi amatores in fœminas, legimus, sed quoniam citat Sapientiam referendum est hoc ad Ecclesiasticum quem σοφίαν σειράχ Græci dicunt, quanquam dissimulandum non est diuersam esse lectionem. Clemens ait. ἵππους ἐπὶ θηλείαις ἐφιππάσεις, ἢ μᾶζόν σου ἑκάστου ἐπὶ τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον χρεμετίζει; at cap. 33. v. 6. apud LXX. ἵππους ἐπὶ θηλείαις οὐκ εἶναι χρεμετᾶν, οὕτως ἑκάστου ὀπισθίους χρεμετᾶν. vulgata Latina, Equus emissarius, sic & amicus subsannator sub omni supra sedente hinni. Iansenius in Ecclesiasticum. Vt equus equa conspecta hinnit, nulla habita ratione eius qui insidet, non in gratiam eius, sed propter equam, ita fictus amicus oblata spe commodi beneuolentiam ostendit cuiuis non in gratiam eius, sed amore commodi. Feder. Morellus putat, illa verba apud Clement. ὑφιππάσεις ἢ μᾶζόν σου κτλ. μεταποιοῦσιν, per παρενθέσεις & ἐκβάσεις inserta esse. indicat quod subiicitur διὸ ἡ ὀπισθή, καὶτὸν &c.

## IN LIB. II. PÆDAGOGI.

Pag. 171. 40. *Edendi necessitate.*] Quantitas cibi athletarum quàm fuerit cæteris hominum mensuris superior, sciri potest ex iis, quæ scriptis mandauit Galenus 2. de digno. pulsnum, videlicet carnis minas duas paucum cibum athletis fuisse, vt aliqua ex parte fabuloso illi fidem adhibere valeamus, quod de Athleta Milone Crotoniata & Heraclide pugile celebratur, quorum alterum carnium minas 20. deglutisse, & panis toti diem, vini choas perficasse tres, ac aliquando taurum absumpsisse; altetum prope infiniti cibi extitisse ferunt. Atque hinc perpicuum fit, quam verè Aristoteles 4. de gen. animalium dixerit, sæpenumero athletis membra varijs formis affici, cum ob multam edacitatem natura haud valet æquè in toto corpore omnes cibi partes conficere, & confectas æqualiter distribuere, sicut 8. Politic. cibum eorum, qui exercebantur athleticè, modo σίτου βορῇ, modo κρεοφαγίᾳ vocauit, quasi plus quàm ferre possent, edere cogerentur: qua etiam voce vtitur Clemens Alexand. lib.1. Pæd. Mercurialis lib.1. cap.15. de arte Gymn.

Ibid. 60. *Qui in Melo sunt.*] Multa apud Clementem & Gellium ex Varrone ciborum genera referuntur, quæ ex longinquis regionibus Romam aduecta maximo in pretio erant: inter cætera hœdum ex Ambracia nominat, quem nonnulli piscem κανθὸν Athenæo vocatum putarunt. Ego vero non piscem sed quadrupes animal extitisse potius existimo vt & capras. Varro lib.2. de re rustica cap.3. ex Media insula habuisse eos scribit. A Clemente quoque & à Polluce hœdi Melici omnibus præferuntur. Vnde & in Varrone non ex Media sed ex Melica legendum censuissem, nisi Columella ca.2. l.8. auctor esset vulgares mutata litera Medicos dixisse Melicos. Mercurialis li.1. cap.25. Var. lectionum. Athenæus li.1. τῶν δὲ μόλων λείονες, τῶν δὲ σμικρῶν κισσίς. Hœdos ex Melo mugiles ex Symætho. Pollux lib.1. cap.10. λείριον ἐκ μόλου, interpres, hœdus ex grege, verte ex Melo, sed apud eundem legimus κισσὸς ἐκ σκύλλου. Hesychius Sciathum numerat inter Cycladas insulas. Stephanus de vrbibus σίμωλος νῆσος πρὸς πυθέαλος, σκίαθος ἐνδοτέρω.

172. 10. *Nihil esse aliud quam lucca.*] ἄλλο δὲν ἢ γνάθοι. In Comœdijs γνάθωνες dicuntur gulosi, & mattici, vt vult Festus à magnis malis, quia μασᾶσθαι veteres τὸ σιτεῖσθαι vocabant. Scaliger in Varronem. Apud Athen. li.10. athleta dicitur γνάθων ἄνδρας, malæ seruus, & Eubulus Thebanorum meminit αὐτῶν ἀεὶ σιτουμένων διὰ γνάθου, ὅλους τοὺς ἥλους. Virorum qui ad comedendum totos dies maxime sunt strenui, qui toti quanti guttura sunt.

172. 40. *Hominis inquam.*] Hæc totidem verbis efferuntur à Musonio in libro περὶ σχολῆς apud Stobæum tit. περὶ ἀκρασίας de incontinentia. additutque ratio sane elegans. Quippe alimentum dum maxime munere suo fungitur in concoctione digestionque nullo suauitatis lenocinio nos afficit, sed nutrit duntaxat, & vires reficit, quamuis multo longius tempus intercedat, quam dum edimus. Idem scribit Sen. Ep. 84.

Ibid. 40. *Nam nec corporibus.*] Gr. ἐπεὶ μηδὲ ὀρεκτὸν πάρεστι τὸ σῶμα ἐν τῇ πολυτελείᾳ τῆς βρωμάτων. Præsertim cum nihil vtilitatis corporibus accedat ex tam sumptuosa dapum structura. Sic enim vertit interpres Stobæi hæc Musonij verba illis germana ἢ τούτου ἕνεκα μᾶλλον ὀρεκτὸν ἢ σωματικὸν ἐν τῇ πολυτελείᾳ τῶν βρωμάτων. Non enim varia vilibus sed sumptuosa opponuntur. Reliqua apud eundem Musonium haud minus similia. Omnino enim contraria ratione qui communissimis vtuntur cibis robustissimi sunt. Itaque seruos dominis, agrestes vrbanis, pauperes diuitibus validiores, vt plurimum videas laboribus aptiores tardius fatigari, rarius ægrotare.

Ibid. 50. *Beatus qui comedit.*] μακάριος ὃς φάγεται ἄρτον. Ita apud S. Lucam cap. 14. v. 15. quod est in vulgata editione, Beatus qui manducat panem in regno Dei.

173. 20. *Musicæ quoque.*] Gr. μέχρι τούτου εἰκαιολογίαν λαγνείαν dixit primum vitium liguritionem, quod de muscis dicitur. Varro de re rustica l.3. ca. 16. Non vt muscæ liguriunt, quod nemo has videt vt illas in carne aut sanguine aut adipe. P. Victorius liguriant, flosculos epularum carpunt & delicationes dapes, studiosè sectantur. Voracitatem autem

ἀδηφαγίαν quod aliquando gladiatoribus tribuitur vitium, vt antea ex Mercuriali annotatum est, athletis familiare id fuisse, eadem enim victus ratio; vnde gladiatoria corporis firmitas. Lipsius li. 1. Saturnal. cap. 14. Hesychius καὶ ἀθροισμὸς ἀδηφάγοι ἐλέγοντο καὶ οἱ γυμναστικοὶ περὶ ἀγῶνας ὅπως ἐλέγοντο. & ἀδηφάγοι τριήρεις triremes publicæ in quas multi sumptus expendebantur apud Suidam, & apud Eustathium ἀδηφάγοι ἵπποι quibus in Circensib. vtebantur.

174. 10. *Non enim poculorum.* ] μὴ τὴν συμπεριφοράν. Eam Cicero 2. de legibus circumpotationem vocat, & vetus lexicum τὴν ἐν κύκλῳ φορὰν τῶν κυλίκων, καὶ πόσιν, non vt vertit is qui Antiquitates Conuiu. collegit, & hunc locum citans lib. 3. cap. 3. eam esse putat diuisionem partium quam Xenophon περιφορὰν appellat: non enim idem περιφορὰ & συμπεριφορά.

175. 10. *Ingluuies quæ Græcè.* ] Plutarchus Sympos. 4. Probl. 4. καὶ γὰρ ὀψοφάγους καὶ φιλόψους λέγομεν οὐχὶ τοὺς βοείοις χαίροντας ἀλλὰ τοὺς περὶ τὰ ἰχθυοπώλια ἀναδιδόντας: apud Xenophontem lib. 3. de dictis & factis Socr. dicuntur ὀψοφάγοι non modo qui marina amant obsonia, sed etiam qui modico pane multo obsonio vtuntur, & ij qui amant sine pane obsonia comedere.

177. 30. *Asellus* dicitur. ] Athenæus li. 7. ὄνος ἐν τοῖς Ἀριστοτέλους ἐν τῷ περὶ ζωϊκῶν ἔχειν στόμα ἀνάρρωγές, καὶ μόνος ὥσπερ ἰχθύων τὴν καρδίαν ἐν τῇ κοιλίᾳ ἔχει καὶ ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ λίθους ἐμφερεῖς μύλαις. Quod scribit Aristoteles in opere de animalibus huic apertum os hiat. Solus hic piscium in aluo cor habet, & in cerebro lapides molæ similes. Ælianus lib. 5. cap. 20. & li. 6. cap. 30. de animalibus ὁ ὄνος ἔχει ἰχθύων μόνος ἐν τῇ γαστρὶ τὴν καρδίαν. Hoc verum non esse contendit Rondeletius li. 9. cap. 9. de Piscibus. Nam si κοιλίας nomine cauitatem illam intelligit, quæ diaphragmati subest, αὐτοψία id falsum esse cōuincit. Sin eam etiam cauitatem, quæ superior est diaphragmate, eadem in parte cor habet, qua alij omnes pisces. Saluianus historia xi. secus etiam esse crebra sectione se didicisse testatur in minoribus: eodem enim in loco, quo & pisces reliqui, habet. Mercurialis li. 4. ca. 16. Var. lect. Ego autem, inquit, cum intelligam fieri non posse vt cor ibi sit, vbi cibi coquuntur, philosophum adeo stupidum fuisse vt id putaret nunquam crediderim; idcirco si id vnquam scripsit Aristoteles nihil aliud significare voluit, quàm immensam eius animalis voracitatem, magnamque respectu stomachi cordis amplitudinem. Sicuti namque eos qui ventrem fere non habent prominentem, dicimus in dorso illum gerere, similiter piscem, qui magnum stomachum haberet, corpusillum, dixit Arist. in ventre cor habere.

Ibid. 40. *Hunc Epicharmus.* ] Athenæus hunc locum citat Epicharmi eodem libro ex eius opere quod inscripsit Ἥβας γάμον Hebes nuptias. μεγαλοχάσμονάς τε χάννας ποικιλογάστορας ὄνους. Channæ valde hiantes, varioque ventre aselli: legendum enim μεγαλοχάσμονας, vt alio loco apud eundem Athen. μεγαλοχάσμονας τε χάννας σκιάθερας πολυγάστορας ὄνους. Colligit Saluianus mendosè legi in altero ποικιλογάστορας, alibi enim πολυγάστωρ ventriosus. Iunius ex hoc Clementis loco legit ἐκβαπτολογάστορας tu lege & hic ἐκπρεπολογάστορας, & apud Athenæum χάννας καὶ ἐκβαπτολογάστορας ἐκβάπτολος monstrosum & inuenustū significat, sic ἱεράχωρ πλατυγάστωρ. Posterior locus est sub finem libri 7. vbi interpres editionis vltimę pa. 244. vario ventre Cestras, Asellos. Vide Prouerbiorum centurias in voce Asellus.

184. 50. *Duplex est autem.* ] Sixtus Senensis lib. 6. Biblioth. sanctæ Annot. 289. cum hoc Clementis loco alterum Hieronymi confert ab Herueto in Commentario citatum, & ad vtrumque interpretandum adiungit verba Magistri sentent. lib. 4. dist. 8. docentis verba Hieronymi esse interpretanda per regulam de sacramento & re sacramenti, qua docemur duplicem esse carnem Christi, alteram Eucharistia contentam, & significatam, quæ crucifixa est & mortua, & post mortem rediuiua in cœlum ascendit, alteram vero Eucharistia significatam, & non contentam, quæ est vnitas Ecclesiæ in prædestinatis & glorificatis.

185. 30. *Perpauca nam cogit.* ] Apud Stobæum tit. de Incontinentia hæc sententia Menandro tribuitur. Quod autem subiungit de contumeliæ cratere dictum Anacharsidis aliter effert Strobæus titulo eodem. Nam cum scribit primum poculum dixisse sanitatis, alterum voluptatis, tertium ὕβρεως contumeliæ, vltimum insaniæ. Sic Eubulus Comicus apud Athenæum lib. 2. Bacchum ait miscere tria pocula sapientibus, vnum bonæ valetudinis, alterum amoris & voluptatis, soporis tertium, quartum vero proteruiæ ceu ὕβρεως esse, quintum clamoris, atque ita vsque ad decimum quem furoris dicit. Vide Prouerbium Seruatori tertius.

Ibid. 40. *Iis autem.* ] Plato 2. de legibus ἀνάγκη τοῦ γήρως ἀυστηρότητος ἐδωρήσατο τὸν οἶνον φάρμακον, ὥστ' ἀνηβᾶν ἡμᾶς, καὶ δυσθυμίας λήθην γίγνεσθαι. Liberum Patrem inuocari vult, qui vinum hominibus est largitus ad leuandam senectutis austeritatem, tanquam opportunum remedium, vt illius beneficio tanquam iuuenescere videamur, subeatque eorum quibus animus offenditur obliuio, & ipsa illa durior ea ætate animi affectio, sicuti ferrum in igne emolliatur & flexibilior fiat. Athenæus lib. 2. Zeno Cittiæus durus & iracundus, multo vini haustu cum placidus fieret, interrogatus quid ita ingenium mutaret, id accidere sibi respondit, quod lupinis, priusquam madefiant aqua amarissimis, postea quam macerati sunt, & appoti, dulcissimis & mitissimis.

Ibid. 50. *ἀκροθώρακας vocant.* ] Aristotelem in 3. Problem. 2. manifestum est eos ἀκροθώρακας vocasse, qui leuiter inebriati delirant, quiue de rebus iudicium ferre tentant, sed aberrant, quasi medij inter sobrios & temulentos. Erotianus in Onomastico ἀκροθώρακας etiam eos appellatos subiungit, qui non multum vino repleti sunt. Plutarchus in Symposiacis Aristotelis sententiam examinans idem sentire videtur. Itaque non video cur Alexand. Clemens diuersa sentiens ἀκροθώρακας rationem & memoriam minime offensas gerere scribat, quo in loco verum illius vocis vsum ab eo ignoratum perspicitur, nisi vitiosum contextum esse, & ea verba ab aliquo ignaro primum in margine scripta, deinceps à librario inepte inserta fuisse velimus. Mercurialis li. 4. cap. 6. Var. lect. Budæus, ἀκροθώρακες dicuntur qui leuiter appoti sunt, quasique pectore tenus vino imbuti.

Ibid. 60. *Vinum enim primum.* ] Hæc ex Platone videntur excerpta 1. de legibus πίνειν τὸν οἶνον αὐτὸν ποιεῖ σφόδρα ἱλαρὸν εὐθὺς μᾶλλον ἢ πρότερον. Vinum hominem continuo seipso lætiorem & hilariorem reddit, & quo plus biberit, tanto maiore & meliore spe est.



spe est. Clemens εἶτα γὰρ πρῶτον μὲν αὐτὸν αὑτοῦ, lege αὐτῷ, ἵλεων ποιεῖ τὸν πίνοντα μᾶλλον ἢ πρότερον. Æquum & clementem vertit Heruetus, at ἵλεως etiam ἱλαρὸν significat. Athenæus lib. 8. Quod vero ἵλεως & ἱλαρὸν eadem vocabuli notione dicerent ostendit Ephippus. Protinus hilarem facit, molestiam abstergit omnem, redditque ἵλεων.

186. 10. *Atqui duos.* ] Verba sunt Penthei apud Euripidem in Bacchis καὶ μὴν ὁρᾶν μοι δύο μὲν ἡλίους δοκῶ. Virgilius 4. Æneid. *Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus, Et solem geminum, & duplices se ostendere Thebas.* At apud eundem Cyclopi ebrio ὁ οὐρανὸς συμπεριφέρεσθαι δοκεῖ τῇ γῇ φέρεσθαι. Versus autem qui proxime citantur Sophoclis Tragici sunt à Stobæo citati tit. 18. de Incontinentia.

186. *Conuiuium delabatur.* ] Gr. μὴ λάθῃ παρατρεπομένη εἰς μέθην ἡ εὐωχία. Athenæus li. 8. εὐωχίας quidem non ἀπὸ τῆς ὀχῆς, quo vocabulo indicatur alimentum, nuncuparunt, sed quod in iis rectè omnia fierent. Nam ad epulas conuenientes, primum Deos venerabantur, deinde ad animi remissionem ac hilaritatem se traducebant, potionem τὴν μέθην appellantes. Paulo post, *sub nomine beneuolentiæ* Gr. φιλοτησίας ὀνόματι vbi alludit Clemens ad morem Græcorum. Suidas φιλοτησία κύλιξ, Δείνων, φιλοτησίας προπίνειν ἔθος, ὅτι ἐκ τῆς ἐν δείπνῳ ἀπὸ τῆς φιάλης πιὼν μέρος τὸ λοιπὸν παρέχει φίλῳ. Philotesias dicunt inuitationes amicitiæ gratia factas, cum quis ex phiala partem bibens, reliquum amico porrigit. Idem mos Græciæ Regibus die qui φιλοτησία dicebatur. Hesychius hanc adhibitam φιλοτησίαν post cœnam auctor, est, Antiquitat. Conuiu. lib. 3. cap. 10. Tale illud Didonis apud Virgilium:

*Dixit & in mensâ laticum libauit honorem,*
*Tum Bitiæ dedit increpitans: ille impiger hausit*
*Spumantem pateram, & pleno se proluit ore.*

Ibid. 60. *Fornacem quidem.* ] Gr. κάμινος μὲν δοκιμάζει στόμωμα ἐν βαφῇ, οἶνος δὲ καρδίας ὑπερηφάνων. Locus est Ecclesiastici 31. v. 30. Vbi in Antuerpiensi edit. ἐν καρδίᾳ ὑπερηφάνων ἐν μέθῃ, at in Romana vt apud Clementem καρδίας ἐν μάχῃ ὑπερηφάνων. Latina vulgata. Ignis probat ferrū durū, sic vinum corda superborū arguet in ebrietate potatum. Sic quoque Glossariū vetus, de ferramētis. Ferrum durū στόμωμα. alibi στομῶ ferrumino, στόμωμα ferramen, στομωτὴς indurator. In Lexico alio, ferrumen στόμωμα, rectius. Plinius li. 36. cap. 22. aciem appellat, quæ vox Gallicæ vicina est. Alij duritiem mucronis intelligunt. Iansenius. Ignis probat & exhibet gladium acutum; quemadmodum ferrum quod si non tingeretur in aqua non tantam haberet duritiem; sic vinum corda superborum exhibet dum illa vino madefiunt, nam & illa fiunt ad nocendum promptiora. Vel certe quod vt ait Horat. de Arte poëtica.

*Reges dicuntur magnis vrgere culullis.*
*Et torquere mero, quem perspexisse laborant.*

188. 10. *Cui iniucundæ nugæ.* ] Prouerb. 23. v. 29. apud Clemen. τίνι ἀηδεῖς λέσχαι at apud 70. τίνι ἀηδίαι καὶ λέσχαι cui tristitiæ, & ineptiæ. Versus autem qui sequuntur non Sapphus neque Poëtriæ vllus sed Eratosthenis sunt, apud Athenæum lib. 2. Dipnosoph. Quod enim, inquit, scripsit Poëta Cyrenæus, Est eadem vini &c. Vbi interpres Callimachum putat citari cum sit apud Stobæum titul. 8. Eratosthenis nomen, licet communis ei sit cum Callimacho patria. ποιητὴν dixit non fœminam indicans, nam & pag. 205. citans Menandrum idem verbum vsurpat. In Græco Clementis scribe αὐδῇ non αὐδὴν, deinde ita hæc βαθὺ κεῖθι νόος πᾶσι τὰ κεκρυμμένα φαίνει: vel traiecta dictione πάντα τὰ κεκρυμμένα φαίνει. Senariū vero de vino allatum ab Herueto tanquam Euripidis, apud Athenæum lib. 10. repertum Æschylo vindicat Stobęus, licet Erasmus auctor erroris sit in Prouerbio, In vino veritas. De decumanis fluctibus, vide Iunium Centuria 6. Prouerb. 77.

187. *Sicca & luminosa.* ] Gr. οὕτω δ' ἂν καὶ ἡ ψυχὴ ἡμῶν ὑπάρξαι καθαρὰ καὶ ξηρὰ καὶ φωτοειδὴς, αὐγὴ δὲ ψυχὴ ξηρὰ σοφωτάτη. Heruetus correxit in libro suo αὕτη ἡ ψυχή. Apud Stobæū tit. de Temperātia ex Heraclito profertur hæc sentētia. ἀνὴρ ὁκόταν μεθυσθῇ, ἄγεται ὑπὸ παιδὸς ἀνήβου σφαλλόμενος ὑγρὴν τὴν ψυχὴν ἔχων. αὔη ψυχὴ σοφωτάτη καὶ ἀρίστη. Vir inebriatus vacillat & ab impubere puero ducitur animam habens humidam. Est autem anima sicca sapientissima & optima. Apud eundem titul. 17. de Continentia ex Musonio citatur dictum illud, sed legitur αὐγὴ ξηρὰ ψυχὴ σοφωτάτη. At in manuscripto Reginæ correctum est αὔη ψυχή. Reperitur & apud Plutarchum eadem sententia lib. de oraculorum defectu & de esu carnium, sed vtrobique legendum putat αὔη ψυχὴ Henricus Stephanus. αὐγὴ tamen retinetur à Mercuriali var. lection. lib. 4. capite 2. quo modo apud Galenum scriptum est, Scaliger in Varronem interpretans illud Afranij, vigilans, ac solers, sicca, sana, sobria. Potest hic dicta esse sicca pro sobria, vt apud Plautum in Asinaria & Ciceronem in Academicis sicci homines pro sobriis, sicuti madidus & madulsa pro ebrio. Ita etiam Græcè ξηρόν. Pindarus apud Plutarchum περὶ σαρκοφαγίας αὐγὴ ξηρὰ ψυχὴ σοφωτάτη. & Athenæus lib. 2. ξηρὰς βοτάνας vocat abstemiam. Sed Scaligerum fefellit vitiosus codex, qui Pindaro tribuit Heracliti dictum. At apud Eusebium lib. 8. Præparat. Euangeli. capite 5. λαμβάνει δ' εἰς ὁ διάνοιαν πέφυκεν ἀκούειν, δι' οὗ καὶ Ἡράκλειτος ἐκ ἀπὸ σκοποῦ φησιν ὅτι ξηρὰ ψυχὴ σοφωτάτη καὶ ἀρίστη. Legendum videtur censuisse aut legisse interpres αὖη ξηρὰ, ita enim vertit, Aër siccior, anima prudentior, atque melior. Hæc tam diuersa viris doctis diiudicanda relinquimus.

Ibid. *Nec Arethusium.* ] In vetere exemplari, quod solum habui cum hunc pium grauemque scriptorem excudendum darem, scriptum offendi οὐδὲ τὸν ἀρεθούσιον ὅπως μὴ παρῇ: correxi ἀριούσιον. Plures autem antiqui auctores Ariusij vini vt optimi mentionem fecerunt. Plutarchus in Commentario quo disputat de vita ab Epicuro laudata, & Strabo in 14. qui narrat à loco nomen hoc illi impositum, cum ager quidam asper Chij insulæ Ariusius appellatus ferat vinum optimum omnium vinorum Græcorum. Athenæus quoque in Epitome lib. pri. necnon etiam Galenus. Virgilius quoque meminit huius vini in pastorali carmine, ita namque in vetustissimis exemplaribus legitur versus ille, Vina nouum fundam calathis Ariusia nectar. Inueni quoque libros calamo exaratos, in quibus sit Arethusia. P. Victorius li. 15. capite 24. var. lectionum. in excuso typus est, οὐδὲ τὸν ἀρεθούσιον. Sic & videtur voluisse vertere Heruetus in hac secunda editione, sed omissa est correctio ab amanuensi.

Ibid. 40. *Ebrietate autem.* ] Plato lib. 1. de Legibus μέθης δὲ αὐτῆς περὶ πέρι, ἀτὰρ οὖν ἐπιτηδεύματος χρῆσθαι

τοι, ἢ ἐξ ὑμῶν πολλοὺς ὧντα τοῦτο ἴδω, ἢ κρ δόλον νόμιζε. De ipsa ebrietate instituta quæstio est, illiusne vsus qualis apud Scythas & Persas inualuit permittendus sit, & qualis etiam apud Carthaginenses, Gallos & Hispanos, & Thraces, bellicosas quidem illas nationes viget, aut quemadmodum apud vos. Hinc constat legendum non esse κρήσιμον, vt putauit Ficinus.

189. 30. *Elpenor fregit.*] Gr. ὅτιμ βόσιν ἰλατίνην, ἀφαύλαν ἐοῦσ᾽ ἐκπαπαίνων. Homerus Odyss. κ sub finem: ἀφαύλαν ἐοῦσ᾽.

Cecidit, eius autem ceruix Ex iunctura fracta est. Eustathius in illum locum τὸ δ᾽ ἀφαύλαν ἐοῦσ᾽, ἢ ὡς σαπρόδικον, αἰῶρ τὸν ἐμὲ ὕμνησε τὸν ἑταῖρ ἀε᾽ ὁ δὲ ἐκ κεφαλῆς τὸν κεφαλὴν. τὸ μὲν τὸ κατάγνυμι, ἐοῦσ᾽ ἀφαύλαν, ἢ κεφαλὴν.

Ibid. 40. *Homini erudito.*] ἐφικτὸν αἰδρὶ πεπαιδευμένῳ εἶναι, ἢ ὅτι τὸ κοῖτος ἐστὶν αἰσχύνη). At in Ecclesiastico capite 31. v. 21. ἀκ ἐφικτὸν κ.τ.λ. ὀλίγον ἢ τ. κ. κ. ὑπὸ δικαίῳ. Quam sufficiens homini eruditò exiguum, & super cubili suo non anhelat. Aliter Latina vulgata. Sed nihil in vtrouis mutandum est. Iansenius agi putat in hoc versu de victu parco & ieiuno; nondum de vitio.

196. 10. *Quod si hæc dixit.*] Sic apud Tertullianum de cultu fœminarum 9. *Non enim vtemur nostris? quis autem prohibet vti? Secundum Apostolum tamen, qui nos vti monet mundo isto, quasi non abutamur. Præterit enim habitus huius mundi. Si ergo vxores quoque ipsas sic habendas dimisit ut, tanquam non habeantur, propter angustias temporum, quid de vestis his instrumentis earum?*

Ibid. 20. *Ego autem admitto.*] Clarius videtur ferri lex ista lib. 3. de legibus νόμος ἔστω τοῖς γυναιξὶ μὴ ἔχειν χρυσὸν, μηδὲ ἀργυρον κεκτῆσθ᾽ μηδένι μηδενὶ ἰδίωτ. Ne cui priuato aurum argentumue possidere fas esto.

Ibid. 40. *Si enim nobis.* Tertullianus de habitu muliebri. 5. Quod de qualitate vsus gloria est auro, & argento, atquin magis ferro & æri, quorum ita dispositæ est vtensilitas, vt & proprias operas plures, & necessariores exhibeant rebus humanis, & nihilominus auri, & argenti de sua vice accommodent iustioribus caussis. Nullus bidens aurum demersit in terram, nullus clauus aurum intimat tabulis. Tacco totius vitæ necessitates ferro & æri innixas.

Ib. 60. *In vili catino.*] Prisci illi Græci & Latini vasis fictilibus ac ligneis domi vtebantur, cum autem alia pretij maioris publicè non possiderent ea demum in sacrificiis adhibere cogebantur. Tametsi vero tractu temporis vbi gentium opes in immensum crescerent, ea tamen vasa, quibus antiquitas necessario sacra faciebat in solennibus ceremoniis plerumque remanserunt. Plinius lib. 35. ca. 12. Cicero de legibus 2. Ad diuos caste adeunto, pietatem adhibento, opes amouento. Deinde locum hunc de vili catino subiungit Brodæus lib. 4. Miscellan. cap. 19. idem Chrysostomus hom. 51. in Matthæum.

197. *Vsus quidem.*] Gr. χρῆσιν μὲν ἔσχεν ὁ πάντων ἀνθρώπος, ἀνθρωπίας ἢ χάριν ὁ χρῆσις. Sed legendum videtur χάριν ὁ χρῆσις sufficientiæ autem gratia vsus. Id est, vti debes, quantum sufficiat; sufficiunt vero pauca.

Ibid. 30. *Nunc autem arx.*] Gr. ὁ ἀκρόπολις ἐστίασις. Alludere videtur ad sententiam Bionis Sophistæ apud Stobæum tit. 10. qui τὸν ἀκαιρίαις μοχθοῦντα ὁμοίως τοῖς πάνυ πλουσίοις ἀνθρώποις ἀκρόπολιν ἔχοντι ἔφασκε.

199. 50. *Musici appellarunt.*] Musica delectari ceruos & tibiis, & cantionis quæ equabus accinatur dum ineuntur meminit Plutarchus lib. 7. Symposiac. cap. 5. & in præceptis nuptialibus. Muretus ex Gothicarum rerum scriptoribus narrat vrsos ita delectari tibiarum sono, vt cum in pastores impetum facturi sunt sæpe ab eis cantu mulcentur. lib. 12. var. lection. 15. Olaus Magnus lib. 18. capite 31. de gentibus Septentr. Quin & Ælianus lib. 11. de animalibus capite 28. Pythocharem tradit tibicinem concitato vehementi tibiæ sono luporum impetum robustè.

Ibid. 60. *Organum dicit.*] Chrysostomus in Psalmum 150. ὄργανον ἐνταῦθα τὸν ἀσκὸν τὸν ἐκ τῶν ἐντέρων ἐμπεποιημένον λέγει) διὰ τούτου τὸν τρόπον ἐκάλουν τὸν διὰ τοῦ στόματος, διὰ τῆς χειρὸς, διὰ τῶν ποδῶν, διὰ τῆς γλώττης, διὰ τῶν ὀδόντων, διὰ τοῦ ἀγκῶνος, καὶ διὰ τῆς μασχάλης. διὰ τοῦτο τὸν ἀσκὸν ὄργανον ἐκάλουν ὅτι μὴ ἁπλῆν φωνὴν, ἀλλὰ πολλὰς καὶ διαφόρους ἀφίησιν. Quemadmodum ergo Iudæi per omnia instrumenta Deum laudabant, ita nobis præcipit eum per omnia membra laudare, per oculos, per linguam, per aures, & per manus. Laudat enim oculus quando non intuetur impudicè: & lingua cum psallit.

240. 10. *Illum enim magis.* Iliad. κ. de Aiace μαλθακὸν ὀλοοφρονέοντα ἀφορῶντα. Ideo dixt ἀφορῶντα deinde verba Homeri vsurpās ἀφορῶντα in quem locum scribens Eustathius ἐνταῦθα ὁ τὸ μαλθακὸν ὀφθαλμοῖς ἀφορῶντες, ἀνδρωπίζοντες δὲ φασὶ ἑτέρους. Ita vt permuta sit hilaritas grauitati, nihilque interea de seueritate detrahatur, quo minus venerabilis sit, & tamen tristitia vitetur.

Ibid. 30. *Potest autem vel sola.*] Ecclesiastæ 7. Melior est ira; quia per tristitiam vultus corrigitur animus delinquentis. Duo autem versus qui deinceps citantur, Homeri sunt Odyss. 14. circa quadringentesimum & sexagesimum. Apud Stobæum etiam referuntur titul. de Incontinentia, duo inquam: nam illud, Omnes autem, non numerandum est inter versus, sed inter verba Clementis.

205. 60. *Bonos mores.*] Versus est Menandri ex Comœdia vt quidam volunt Thaide cuius & meminit Athenæus lib. 13. Tertullianus 1. ad vxorem. Conuictum atque commercia Deo digna sectare, memor illius versiculi sanctificati per Apostolum: Bonos corrumpunt mores congressus mali. 1. Corinth. 15.

Ibidem. *Luet ergo.*] Græc. ὁ γλαυκωμός. Videnum melius γλαυκαλγία. Luet enim pœnas garrulitas.

207. 30. *Et ne super cubitum.*] Hæc in Græco textu non reperiuntur, 9. cap. Eccl.: habentur tamen in Latina vulgata v. 12. nec accumbas cum ea super cubitum, μὴ μετακλιθῇς ἐπ᾽ ἀλλότριαν μὴ ἀυτῆ. Vel illud, & sanguini tuo illabatur in interitum: vel potius vt habet vulgata, & sanguine tuo labaris in pertitionem ἢ τῷ αἵματί σου ὀλισθήσῃ εἰς ἀπώλειαν. Id est ne affectu tuo labaris, vel periculo vitæ tuæ adulterorum pœnam feras, nam 12x habent τὴν ποινήν. Atque vtrumque locum ex Clemente notatum reperies in exactissima editione Romana. Porro quod 12x. reddunt μὴ συμπλακῇς αὐτῇ, Clemens μὴ συμπλοκὴν ποιοῦ μετ᾽ αὐτῆς. vulgata, Et non altercaueris cum illa in vino. Interpretes Ecclesiastici ad symbolas referunt quæ ad conuiuium celebrandum conferebantur.

208. 30. *Os autem temerarij.*] Locus est Prouerb. 10. v. 15. στόμα ἢ θεσπεσίου ἐγγὺς συντριβῆς. Os procacis proximum est contritioni. vulgata, Os stulti confusioni proximum est. Quidam interpretantur, Os stulti accersit sibi perniciē. Chaldaica paraphrasis, Oris stultorum consumptio proxima. In eodem capite στόματος ἀνοήτου, Scholiastes Græcus ὕβριν ἀνοήτου.

Ib. *Silentium mulierum.*] Sententia ex Sophoclis Aiace, citatur & à Stobæo in Oeconomico tit. 83. Altera item huic subiuncta est Athenodori apud eundem tit. 33. de Silentio ἴσον ἢ σιγὴ ἀλοὸ ἀνοὸς γλῶσσ.

Tacere autem munus est periculo vacans.

Ibid. 60. *Sola autem linguæ.*] Pollux li. 2. ἡ γλῶττα δὲ τῶν ὑποδημάτων λέγει & calceorum linguas dixerunt vt Isæus Socraticus, calceamentorum vincula intelligi putat Camerarius. Huc referendum forte quod est apud Athenæum li. 10. ἐς τὰς φορβὰς γλώσσας ἐν ὑποδήμασι. At linguam vos nunc fertis in calceis. Hesychius γλώσσας τὰς τῶν ἀνδρῶν ἢ τῶν ὑποδημάτων γλώσσας quæ etiam ligulæ vocantur. Festus Lingula per diminutionem linguę dicta. alias à similitudine linguæ exertæ vt in calceis.

209. 20. *Veterа cruentant.*] αἱμάσσουσι τὰ ὀλὰ non τὰς ὀλὰς, nam ὀλὰ cicatrix, nō ὀλὰ gingiuæ. Glossarium Ginguę ὀλὰ γόμφοι. Certe de iis loquitur qui dentes scalpunt. Pollux li. 2. αἱ δὲ σφίγγουσαι τοὺς ὀδόντας σύριγξ ὀλὰ ἢ τὸ βοῦν, ὀνόλα ἢ τὸ ὑδρεῖον. ἢ μεταξὺ τοῦ ὀδόντος καὶ μυός. ita manuscriptus.

212. *Plangonium & psagda.*] Athenæus li. 15. ex Polemone tradit apud Elæos vnguentum quoddam Plangonium vocari à Plangone repertum. Memini ibidem & psagdæ Ægyptij multoties ex antiquis auctoribus vt ex Eubulo ἀγροῖκῳ ἄλλοι τοῦτ᾽ ἀλλοῖ, vbi tamen interpres diligentissimus alioquin, Ægyptio & Sagde lota. Fortasse enim corrigendus locus, qui sequitur in eodem libro, & σιλλοῦν habet, ex isto. Certe vocabulum barbarum variè scribitur, vt apud Hesychium ψάλλον & ψάλλε & σιλλοῦν atqi etiam ψίλλον. Sed fœminino nusquam, id quod & in Tritio reprehendit merito Villiomarus ille li. 4. 27 qui & eundem castigat aliter lib. 4. cap. 30. his verbis. Quod ignorare videris quam originationem Megallij intellexerit Plinius, ego rem minime difficilem tibi explicabo. Plinius propter gloriam Megallium dictum esse intelligit, tanquam non μεγάλων ab inuentore sed μεγάλων ἀπὸ τοῦ μεγάλου & magnificentia appellatum sit. Scribēdum autem apud Clementem ψίλλον αἰγύπτιον non αἰγύπτιος.

Ib. 10. *Quamobrem vellit.*] Athenæus li. 15. Lacedæmonios testis est Sopatta eiecisse vnguētarios, quod oleum corrumperent, & lanarum infectores, quod candorem lanæ obliterarent. Solonem etiam lege vetuisse viris vnguenta vendere, quod non solum in odore sed etiam in colore luxus homines effœminet qui eiusmodi voluptatibus se tradunt. vide 317. 60.

Ib. 30. *Cæterum ne forte.*] Ælianus lib. 4. cap. 18. de animalibus γυπὸν γυλῶ τὸ μέγιστον ὀρνέων ὄντ. κρεοφαγεῖ ἢ ἀποκλίνει ὁ ὀπισθόμυς τὸν ἰοβόλον ἀσπίδ. Vulturum pernicies vnguentum est. Scarabæi, rosis iniectis pereunt. Idem li. 3. cap. 7. Plinius lib. 11. cap. 53. vultures vnguento qui fugantur, alios appetunt odores, scarabæi rosam. Herm. Barbarus legendum censet, rosa, ex Theophrasto de caussis plant. cap. 4. qui scribit vultures vnguento, scarabæos rosa necari. Idem Aristoteles in Geoponicis. Idem & de aliis insectis tradit Ælianus loco primum omnium citato. πᾶν δ᾽ θήραμα φεύγει τὸ ἐλαίου πνεῦμ᾽ ἐγκύπτειν ἀυτῷ, insecta oleo si quis inungat, perdiderit. Idem lib. 1. cap. 58. tetro odore ait non modo apes offendi sed vnguēto odorato: tanquam enim puellæ modestæ teterrimum odorem præclare contemnunt & vnguenti suauitatem à se detestantur.

Ib. 40. *Vt omni contentione.*] Gr. ὡς πάσῃ ἀγωνίᾳ παραμένῃ Suidas παραμένειν πάλῃ φησίν. Mercurialis lib. 2. cap. 9. de arte Gymnast. ex pugilatu & luctatione certium quoddam exercitationis genus commendabatur quod pancratium appellabant, in hoc vetabatur Arist. 1. Rhet. cap. 5. aduersarios & pugnis ferire vt pugiles, & deiicere studebant, vt luctatores, tum quacunque alia ratione vt dentibus, genibus, calcibus, toto denique corpore vt dixit Pausanias aduersarium vincere contendebant. His de causis hæc exercitatio παραμένειν vocata est quandoque, sicut Plato Euthydemum παραμένειν dixit. De vnctione vero athletarum qui oleo simplici, vel aqua mixto, vel ceromare vngebantur, vt membra labores sine ruptura sustinerent, vel vt sudorem cohiberent nec tantopere lassarentur vide eundem li. 1. c. 8. de arte Gymn.

213. *Vnguentis manus.*] Apud Athenæum lib. 15. ex Alexide in Comœdia συνωρίδ, Improba, citatur locus hic.

ὑγιὲς μέγιστ.
Μέγιστον δὲ μὲν ὑγιείας ὑγιὲς μέγιστ, at li. 2. amplior eadem sententia profertur:

εὐθηνίστατον τῶν ἄλλων, ὑγιεῖς μέγιστ,
Μέγιστ &c.

Nares vngit quę bonę partis valetudinis est maxima, odoremqi capiti suauem obiicit. At apud Clementem legimus ὧν ἀναγκαῖα τοῖς σώμασι. Quantum autem conferant ad sanitatem vnguenta indicat illud Abderitæ Democriti apophthegma, qui interrogatus qua ratione vitam sanus degeret, respondit, si interiora melle rigaret, exteriora oleo.

Ibid. 20. *Honora medicum.*] Gr. τίμα τὸν ἰατρὸν πρὸς χρείαν αὐτοῦ. ἐγὼ δ᾽ αὐτὸν &c. quæ lectio magis conuenit cum vulgata Latina, quam quod est in Antuerpiensi πρὸς τὴν χρείαν τιμᾶν αὐτὸν, ad necessitates honoribus eius.

Ibid. 30. *Celerius tamen sunt.*] Hæc desumpta sunt ex Athenæo lib. 15. cuius est fragmentum apud Canterum lib. 3. cap. 31. Nouarum lect. ζητεῖ ἀποστόλου ἐν τῇ πρὸς φιλιππίους ἐπιστολῇ διὰ τί οἱ μυροπῶλαι ἀναπίπτουσι, καὶ οὐ τὰ μύρα διὰ τὰ σώματα ἐφεστήκασι τῶν. Sed Athenæus alit τὰ μὲν ἐν ἀνθρώποις ἐστὶν ἀσθενῆ

quod ibidem reperitur, vt & c.11.de hist.anim. li.3. τὰ δ' ἐπὶ τοῖς μέτωπα κοπὶς οὐκ ἔχει, διὰ τὸ ἐκπίπτειν αὐτὰς πάντα. corruptio caniciem gignit, pilei autem prohibita transpiratione corrumpendo caniciem, faciunt. Atqui hunc ipsum li. de animalib. apud eundem Athenæũ reperimus quamplurimis locis citatũ & multa alia Aristot. opera nominari quæ Stagyritæ nemo alius tribuit, vt & apud Apolloniũ in historiis mirabilibus editũ à Xylandro, & multos scimus fuisse Atistoteles.

Ibid. 50. *Ea de causa medici.*] Athenæus li. 15. profert Alcæi & Anacreontis carmina, tum addit, hortatur videlicet vt sibi vngat pectus, in quo sedes est cordis. Hoc autem fuit olim factitatum, non ideo solũ quod natura vapor odoris à pectore surdũ in caput effertur, sed etiam quia in corde sit animi domicilium, vt asserunt Philotimus & Praxagoras illustres medici. Paulo post coronas appensas pectori στηθυλλίδας à Poëtis vocatas ait.

Ibid. *Visa enim non feruntur.*] Tertullianus de Corona mil. res esse ait spiraculi aut spectaculi flores: Deinde in hunc coronatum vsum inuehitur. Cæterum in capite quis sapor floris, quis coronæ sensus, nisi vinculi tantum? Quia neque color cernitur, neque odor ducitur, neque teneritas commendatur. Tam cõtra naturam est florem capite sectari quam cibum aure, quam sonum nare. Minutius Fœlix. Sane quod caput non coronamus, ignoscite. Auram boni floris naribus ducere non occipitio capillisue solemus haurire.

Ibid. 60. *Sicut ergo pulchritudo.*] Plutarchus de Amore, ὥσπερ κηλὸν ὄψεσι μὴ ἐπιτηρήσαντι, ἀλλαχῆ δ' ἡλλαξεν ὀφθαλμὸν, ἢ κάλλος ἀνεῦρε μόνον, μόνῳ δ' οἷς ἔρωτι ξυνόντα τὰ ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων πάθη μένει, καὶ δὴ καὶ τοῖς ἐρῶσι τῶν μειρακίων ὑφάπτουσι, καὶ ἀνθεῖ τὸ σῶμα τῷ λαμπρῷ. Formosos intueri incundissimum est: tangere autem, non sine periculo licet. Imo, vt Xenophon inquit, ignis quidem tangentes solum vrit, pulchri vero etiam procul distantes inflammant: visus enim veluti ansa est capiendi amoris.

214.10. *Hedera itaque.*] Hæc de hedera & quæ sequuntur de nuce & de Narcisso mutuatus est à Plutarcho ad verbum li. 3. Sympos. ca. 15. quod vero Sophocles ait Narcissum esse, στεφάνωμα χθονίων θεῶν coronamentum terrestrium Deorum, subterraneorum intellige, ceu inferorum. nam vt docet Eustathius in 1. Iliad. ναρκίσσους ἡσυχίους στεφανοῦμαι, dicitur enim Narcissus ἀπὸ τοῦ ναρκᾶν ἢ ἡσυχίαν ἄγειν τοὺς ἐσθίοντας, & ex Phanodemo li. 5. rerum Atticarum cõstat coronas è Narcisso consecratas fuisse Proserpinæ, quod florem illum colligeret, cum rapta fuit à Plutone, vel quod circa mouimenta nascatur frequens. Cælius li. 16. ca. 20. vel omnibus subterraneis diis, quod defuncto & morte torpidi flore torpido coronarentur. Dodonæus Pempt. 2. li. 2. c. 21.

Ib. 20. *In certaminibus.*] Athletis non eadem quocunq; tempore præmiorũ genera proposita, verum vt Clem. Alex. memoriæ prodidit. Primo fuit ἔπαινος ceu dõnũ, secũdo plausus & excitatio, tertio foliorũ cõiectio, postremo corona. Quid autẽ ἔπαινος Clementi significet, nisi aliquid in eius vulgato codice desideretur, puto nihil aliud quã cõgiarium significare: quo pacto apud Herodianũ quoq; ea vox vsurpata inuenitur: nisi potius leue aliquod munusculũ designet, quod posterioribus omnibus villius extiterit. Mercur. li. de arte Gymnast. ca. 14. Athenæus li. 10. refert ex elegis Xenophanis de athletis, ὧν πόλος ἢ δίσκος ἢ πυγμὴ ἢ καταλοντὸς ἔπη aliquo donatur à ciuitate munere quod suę virtutis sit monumentũ. Plin. l. 16. c. 4. Antiquitus quidem nulla corona nisi Deo dabatur, viritim vero ne in certamine quidẽ vllis ferũq; primum omniũ Liberũ patrẽ imposuisse capiti suo, sed ex hedera, postea Deorũ honori sacrificantes sumpsere. Nouissime & in sacris certaminib. vsurpatæ. Paulo post, Ludos ineunti semper assurgi etiam ab Senatu in more est. quod ad athletas tetere voluit Mercur. li. 1. c. 3. Gymnast. Pulchregi cum eo, quod ἐπαινεῖον appellãt Clemẽti, conueniret, nisi ad Romanos potius referendum esset qui ciuica donati essent. Illi enim coronas non nouere nisi bellicas.

Ib. 30. *Sed quod ea dedicata sint idolis.*] Tertull. de corona mil. 7. Quale igitur habendum est apud homines veri Dei, quod à cãdidatis diaboli introductum est, & ipsis à primordio dicatũ est, quodq; tam tunc idololatriæ initiabatur ab idolis, & id idolis adhuc viuis, nõ quasi aliquid sit idolum; sed quoniam quæ idolis alij faciũt, ad dæmones pertinẽt. Porro si quæ alij idolis faciũt ad dæmones pertinẽt, quanto magis, quod ipsa sibi idola fecerunt, cum adiuuerent?

Ib. *Sappho autem.*] Morem fuisse veterum vt longe aliis florib. texerẽt coronas diuersis diis cõstat. Musas vero rosis coronare ipsos solitos, plures grauiscriptores literis prodiderunt. Vtuntur autẽ omnes testimonio Sapphonis, quæ carmine quodam tẽtata id fuerat. P. Victor. li. 14. c. 18. var. lect. deinde locum citat apud Plutarch. sympos. li. 3. c. 1. de nuptialibus præceptis, & Clemẽtis hoc loco quem ex Stobæo se correxisse ait antequã eum ex eudendum daret ex Bibliotheca Medicea, καὶ δοκοῦσι ἡ κόκκος ἰδιότροπός τις εἶναι φυτοῦ· ἐὰν γὰρ ἐγείρῃ τὸν ἐν σπέρματι ἰὸν ἢ πάχος ὕδατος ἢ ἀέρος ἢ ἥλιος ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον, ἀναβλαστάνει εὐθὺς ἐκ τοῦ σπέρματος. Ita reperitur scriptus hic locus in quodam Stobæi manuscripto codice, nisi quod illæ duæ voces σπέρμα & πάχος non Donca sed communi lingua efferuntur, quod viri docti ex aliis Grammaticis emendarũt. Sed & in Aldina Plutarchi editione alterã reperimus. Scribit ad fœminam indoctam & literarum expertem. Mortua inquit incebis, neqi memoria vnquam tui extabit: non enim es particeps rosarum ex Pieria ortarum, sed obscuræ Orci domos peragrabis cum exilibus vmbris volitans. Itaque videri fortasse cuipiam possit glossema quod præterea in hac sententia alibi legitur. Eodem loco Sympos. testatur Plutarchus floribus coronatos fuisse τοὺς ἰρονίκας.

Ib. 40. *Quæ de causa mortuos.*] P. Victorius li. 2. c. 7. var. lect. Græcorum morem in efferendo honestiore aliquo funere significauit. Cicero in orat. pro Flacco quod cõmeneretur plebiscitis Smyrnæorum quę fecerant in Castricium mortuum ostendẽt, primum vt oppidum intro ferretur, deinde vt efferrent ephebi: postremo vt imponeretur aurea corona mortuo. Institutum autem hoc coronandi mortuos tetigit etiam Aristoph. in Concionant. vbi inducit virum vxorem increpantem, quod cum noctu in loculo dormientem reliquisset, tãquam cadauer, addit enim nihil desiderari potuisse, nisi quod coronam capiti eius non imposuisset. Plinius li. 21. ca. 3. vt ipsi mortuo parentibusque eius sine fraude esset imposita. Tertullian. de corona mil. Quid enim tam dignum Deo, quam quod indignũ idolo. Quid autem tam dignum idolo quam quod & mortuos? Nam & mortuorum est ita coronari: vel quoniam & ipsi idola statim fiunt, & habitu & cultu consecrationis, quæ apud nos secunda idololatria est.



Minutius Felix Octauio. Nec mortuos coronamus. Ego vos in hoc magis miror, quemadmodum tribuatis exanimi facem, aut non sentienti coronam, cum & beatus non egeat, & miser non gaudeat floribus.

Ibid. *Cum dæmonibus nullo.*] Tertull. ibidem. Nihil dandum idolo, sed nec sumendum ad idolo. Si in idolio recumbere alienum est à fide, quid in idoli habitu videri? Quæ communio Christi & Beliæ & ideo fugite. Longum enim dinortium mandat ab idololatria, in nullo proxime accedendum. Et paulo post: Indignum enim vt imago Dei viui, imago idoli & mortui fiat.

Ibid. 50. *Pulchra enim amaranti.*] Gr. καλὸν τὸ ἄμαραντον στέφανον ἐπιτίθεσθαι τῷ καλῷ σὺν ἀληθείᾳ τῷ δόξῃ σέβεσθαι. Sic 1. Petri 5. κομιεῖσθε τὸν ἀμάραντον τῆς δόξης στέφανον. Percipietis immarcescibilem gloriæ coronam. Quidam ad verbum, Reportabitis coronam gloriæ amarantinam, ceu ex amaranto. Petinde quasi diceret ex vero ceu precioso amaranto, aut quæ magis est immarcescibilis quàm quæ ex amaranto.

Ibid. *Dominum spinis frisse.*] Tertullianus de Corona mil. Si ob hæc caput ei tuum debes, tale si potes ei repende, quale suum pro tuo obtulit, aut nec floribus coroneris si spinis non potes: quia non floribus potes. Item Christus Iesus quale oro te sertum pro vtroque sexu subiit ex spinis opinor, & tribulis, in figuram delictorum, quæ nobis protulit terra carnis. Gulielmus Tyrius Belli sacri lib. 9. cap. 9. de Godefrido Rege. Promotus autem humilitatis caussa, corona aurea, regum more, in sancta ciuitate noluit insigniri: ea contentus, & illi reuerentiam exhibens, quam humani generis Imperator in eodem loco vsque ad crucis patibulum pro nostra salute spineam deportauit.

215. 40. *Susinum quidem.*] Susinum vnguentum ex liliis constare, balano, calamo & aliis Plinius docet lib. 13. ca. 1. Dioscorides c. 53. li. 3. hunc quę explanans Herm. Barbarus in Lexicis desiderari ait eius nominis causam. Affert Stephanus de vrbibus σοῦσα πόλις ἀφ' οὗ κέκληται ἀπὸ κρίνου ἢ σοῦσα ἢ κρίνη τὸ ἄνθος· ἢ σοῦσα ἢ σουσὶς ὄνειον. Similia & Etymologicum σοῦσα ἀπὸ κρίνου τὸ λείριον λέγεσθαι. Athenæus lib. 11. narrans Persarum reges hyemare Susis ait tradidisse Aristobulum & Charetem καλοῦσιν τὸ σοῦσα διὰ τὸν ὑπερέχοντα τῷ πόνῳ σοῦσον· ἢ οὖσα τὸ λιλιώδες τοῦτο κρίνον. Id est σοῦσον id significare Persis, quod κρίνον Græcis hoc est lilium: itaque vertendus & intelligendus est locus ille vt ambiguitas tollatur, quæ I. Drusium fefellit li. 11. Obseruationũ c. 8. non Brodeum l. 1. c. 2. Miscell. In libro de nominibus Hebraicis Susana, lilium vel gratia eius. Hoc vero loco pro λειρίνου legendũ apud Clementem λείριον quæ vox alteram speciẽ liliorum significat.

220.40. *Pretiosissimos gannaret.*] Scaliger in hunc Varronis locum de LL. lib. 4. In his multa peregrina, vt sagum, reno Gallica: Gannacum maius sagum, & amphimallon, Græca. Interpretatur Gaunacum maius sagum, quod esset crassum vestimentum Aristophanes Vespis, εἶτ' ἐκάλουν ἀφυκτίδ', ὡς ἡ γαυνὸς πάλιν. Pollux tamen ibi legit ἀφυκτίδιον. Apud Athenæum lib. 14. οὐ γαυνὸς ἀμφιβληστροειδὲς πλοῖον, perperam pro γάνδυς. Vide Hesychium & Pollucem li. 6. & Ælianum de animal. lib. 17. cap. 17. Vides ergo Heruetum, vt vt sit, non aberrasse à scopo: nam Persicum esse vocabulum docet Ælianus, & genus vestis ex murium pellibus.

Ibid. 40. *Poëtica Rhœtea.*] Gr. τῶν ποικίλων ῥοῦν. In 3. Odyss. Eustath. ῥοῦν τὰ ἀφιερώματα ῥωικά. Peristromata tincta. Quia tamen sæpius eo vocabulo vtitur Homer. ideo Poëtica appellat li. 2. Dipnosophist. Homerus ait Athenæus è stragulis quæ substernuntur, λευκὰ vocat, id est frugalia nempe candida, nulloque colore tincta: ῥοῦν vero, quæ circumteguntur, & suspenduntur, quia tincta sint, aulea: nam ῥάπτω τὸ βάπτω.

221. *Lecti nymphæ.*] τῶν νυμφιδίου κλίνου Heruetus antea verterat, sponte, νυμφίδιος κλίνη sponsalis lectus, vt νυμφίδιος θάλαμος in Epigrammatibus. Item νυμφιδίου θαλάμου quæ alibi κοινωνίαν Antipater lib. 3. Epigram. Pollucl. 3. κλίνη γαμικὴ. Apud Home. Vlysses Odyss. 4. narrans fabricam sponsalis lecti à se fabricati τὸν δ' ἐγὼ ἀμφιβαλὼν θάλαμόν τε ἰδὲ λέχος εὖ ποιήσας ἐπιπυκνὰ δόρατα. Huic autem ego ieci thalamum meum donec perfeci. Vide num huc respexerit Clemens.

227. *Paruam epistolam.*] Hanc sententiam Eryximacho cuidam tribuit Stobæus tit. de intẽperantia. Ἐρυξίμαχος τοῦ συμποσίου μικρὸν ὕστερον ἐλθὼν, καὶ χρηματίσας διαλεκτικῶς. Eryximachus coitum breuem comitialem morbum esse dicebat, ac tempore tantũ differre. In eodem autem libro Democriti dictum sic effert ἐμανικὸν, ὀλιγοχρόνιον ἢ ἐπιληπτικόν. Ἐξίστατο γὰρ καὶ ἐμαίνετο. Coitus est breuis apoplexię, prorũpit enim homo ex homine, quæ postrema sũt à Plinio cõuersa l. 28. c. 6. Abderitanũ fuisse Democritum Stephanus & Suidas testantur, alij Milesium eum dicunt.

Ib. 50. *Nihil à Penelope.*] Vt hic maritum erga vxorem, sic vxorem erga maritum officium docens S. Gregorius Nazianz. contra mulieres, se exornantes

ἴσθι νεανικόπους τὸν νυφίδιον, ὄμμα δ' ὕπαιον
ἔνθεν τοῦδε κρίνεται, ἔνθεν δὲ τοῦδε λοξόν.

*Telam ut Penelope texat, quam nocte retexit,*
*Par Hecubæ interius, par Helenæ exterius.*

232. 20. *Pilei consuescuntur.*] Varro li. 2. de re rustica. plæraq; similiter faciendum in ouibus pellitis, quæ propter lanæ bonitatẽ (vt sunt Tarẽtinæ & Atticæ) pellibus intexuntur, ne lana inquinetur, quo minus vel inficiẽdæ possit vel lauari ac parari. Hor. 2. Car. 6. Dulce pellitis ouibus Galesi flumen. Colum. li. 2. c. 22. Fertis pontificiis pellibus oues vestiti nõ licet. Itaque Diogenes, vt refert Laërtius, cũ in Megarẽsi agro pellibus intectas oues spectasset, Megarẽsium autẽ liberos nudos ob mẽdicitatem passim videret, facetè dixit, Præstare Megarensis arietẽ esse, quàm filium: Et quod ille πρόβατον δεμάτιον κατακοπτόμενον, hic Clemens ὥσπερ ἀπρόβατα φυλάττεται ἐν τοῖς ὄρεσι.

241.30. *Illa Sandalia.*] P. Victorius li. 14. ca. 15. Var. lect. Sandaliũ erat calceamẽtum diuitum mulierũ, vt testimonio Cephisodori Comici intelligitur, qui in Trophonio sua ita induxit mulierẽ conquerẽtem fortunas suas. σανδάλιόν τοι τὸν λιπαρὸν ἢ τὸ τῆς χρυσῆς ὑπῆρχ' ἡμῖν ἀβέλτερε, μοῦνό μ' οὐκ ἐπεδήσατο. Vnum quidem. quæ nam; q; antea sumptuoso genere calceamẽti vsa fuerat, postea tãquam ancillã ait se induere peribatidas. Calceorum autem clauis confixorũ mentio fit etiam apud Athenæum ex Philarcho, qui li. 12. scripsit Alexandri familiares in luxum nimium effusos fuisse, inter quos vnus Agnon clauis aureis confixas crepidas & calceos gestabat.

Ibid. 40 *Sunt itaque.*] De fœminarum albis calceis Apuleius lib. 7. Metamorph. Calceis fœmininis albis illis, & tenuibus indutus, & in sequiorem sexum insertus. Vopiscus Aureliano. Calceos mulleos & cereos, & albos, & ederaceos,

viris omnibus tulit, mulieribus reliquit. Pollux l. 7. ca. 22. *Idia ἢ γυναικὸς ἐστὶν ἄμφια. φρενὶς, κεκρύφαλος ἄμφια μᾶλλον γυναικεῖα.* P. Coluius in Apuleium. Cæterum in Florentina Græca editione post illa verba *ἀφεῖτο χρυσίον* sequebatur, *ἀλαμβάνων ἢ Κοττα ἢ κεβυμάτων· αἱ οὐδὲν σε, πολλὰ δὲ τὰ ἄμφια χρυσία αὐτῆς.* vnctis est vtendum. Soleis autem clauis confixis, indigent, quæ iter agunt, alioquin vt plurimum calceis vtantur opus est: neque enim fœminam decet &c. Hæc ab interprete in vtraque editione nescio quo casu omissa sunt. Apud eundem Pollucem reperies eandem *τῶν καινῶν* etymologiam qui & meminit *ἀφεῖτο φαιδρύνων* sic enim habet manuscriptus, & ratio carminis exigit. Atque hæc duo genera sunt calceamentorum, quæ concedit vitis. nam quod vertit interpres, soleis vtendum est, Gr. *βλαύτας ἢ φαιδρύνων χρυσία*: Sed apud Latinos non est tanta varietas calceorum, vt singulis Græcis singula respondeant.

243. *Primum enim quæ sunt.*] His gemina illa Tertulliani de Corona mil. 8. Dicimus enim ea demum & nostris & superiorum vsibus, & Dei rebus, & ipsi Christo competisse, quæ meras vtilitates & certa subsidia, & honesta solatia necessariis necessitatibus vitæ humanæ procurent: vt ab ipso Deo inspirata credantur propiore prospectore & instructore, & oblectatore si fortè hominis sui. Quę vero hunc ordinem excesserunt ea non conuenire vsibus nostris.

Ibid. 10. *Quod si etiam velit.*] Idem de cultu fœm. 10. Nonne sapientes patres familiæ de industria quædam seruis suis offerunt, atque permittuntur, vt expectiantur an æqualiter permissis vtantur, si probe, si modestè? Quanto autem laudabilior qui abstinuerit in totum, qui timuerit etiam indulgentiam domini? Sic igitur & Apostolus, Omnia inquit licent, sed non omnia ædificant. Cyprianus de habitu virginum. Locupletem te dicis & diuitem? Sed non omne, quod potest, debet & fieri: cum nec desideria prolixa & de seculi ambitione nascentia vltra honorem ac pudorem virginitatis extendi, cum scriptum sit, omnia mihi licent, sed non omnia expediunt.

Ibid. *Atl sunt mihi.*] Sic occurrit huic obiectioni Cyprianus libro citato. Locupletem te dicis, & diuitem, & vtendum putas iis, quæ possidere te Deus voluit. Vtere, sed ad res salutares, vtere sed ad bonas artes, vtere, sed ad illa, quæ Deus præcepit, quæ Dominus ostendit. Diuitem te sentiant pauperes, locupletem sentiant indigentes. His etiam consentanea scribit D. Io. Chrysosto. extremo sermone sec. in beatum Iob.

244. *Apud barbaros.*] Tertullian. de habitu muliebri 7. Apud Barbaros, quosdam quia vernaculum est aurum & copiosum, auro vinctos in ergastulis habent, & diuitiis malos onerant, tanto locupletiores, quanto nocentiores. Et de cultu fœmi. 10. Quanquam & aurum ipsum cuius vos gloria occupat, cuidam genti ad vincula seruire referunt Gentilium litteræ: adeo non veritate bona sunt, sed raritate. Plutarchus in Erotico *καὶ μὴν οὐκ ἔστιν ὅπως ἐν αὐτοῖς πλέον ἢ λίθος βλίτου ἢ πλοῦτος γυναικεῖος.* Melius esse inquit aureis compedibus, vt sit in Æthiopia vinciri, quam opibus mulieris. Vide Tho. Canterum var. lection. lib. 1. cap. 5.

Ibid. *ψελλίους.*] *ψέλλιον* apud Pollucem lib. 5. cap. 16. Esaiæ 3. *καὶ τοὺς ψελλίους καὶ τὰ ἐνώτια.* In quem locum D. Basilius scribit *ἐνώτιον* mundum muliebrem esse demissum & descendentem ad pectus, lobatis ac mollibus catenulis propendentem, quo confirmatur interpretatio D. Hieronymi in cap. 16. Ezechielis. Puto autem, inquit, *ἐνώτιον* dictum et variis gemmis in pectus mulierum monile descendens. Theodotion vertit *τὰ ἐνώτια*, Symmachus *χαλασταί* vt est apud Procopium. Suidas *ἐνώτιον τὸ ἀμφιβόλαιον ἐλλύσιον οἱ ἴωνες*: & Fauorinus docet *ἐνώτια* vocari etiam catenam ex ferro, auro vel argento confectam.

Ibid. 20. *Murænulas aureas.*] Non vestium hæc sunt nomina, sed monilium. Nam Pollux lib. 5. cap. 16. inter mundi muliebris nomina ad ornatum brichiorum numerat *ὄφεις* serpentes: & legimus 1. Cantici Cantic. Murænulas aureas faciemus tibi. Licet LXX habent *ὁμοιώματα χρύσια* non *μυρίνους*. V. editio *φυτὰ χρύσια* vt annotatum est in Romana postrema, vbi forte legendum *φυτίους χρυσίους* nam & *φυτίον* numerat Pollux inter monilia, & hic Clemens ipse, quod vertit interpres torques. Hieronymus de laudibus. Asellæ, Aurum colli sui, quod quidem murænulam vulgus appellat, quod scilicet metallo in virgulas lentescente quædam ordinis flexuosi catena contexitur, vendidit.

Ibidem. *Nicostratus.*] Nicostrati meminit Pollux loco citato & ex eo quædam quæ ad ista pertinent citat. Libro autem 7. cap. 22. Hunc ipsum Aristophanis locum annectit capiti de calceis, tanquam summam ornamentorum muliebrium, sed tamen in Comœdia Thesmophoriazusis, quæ extat, non reperietur opinor, nisi fortè vt ex Plautinis Comœdiis quæ extant multa citata reperimus, quæ non sunt apud Plautum editum, aut certe *ἐκ τῆ δευτέρᾳ σκηνοθεσίᾳ ἐστίν*, quam alteram Comœdiam Aristophanis citat Athenæus lib. 1. hic fuit, à Polluce & Clemente repertus locus, nun & idem citatur ex primis Thesmophoriaz. pag. 613. 30. certè ex vtriusque collatione multa corrigi possunt: nos varias lectiones tantum notabimus, non enim hæ sunt iustæ notæ sed collectaneæ. Clem. *κίονες* Pol. *κίονες* pumicem C. *σκυφοειδῶνα* P. *γυροειδακόνες* G. *ἀμυγδάλου*. P. *ἀμυγδάν*. Postea addit Clemens *βύρσια* quod abest à libro Pollucis impresso, non à manuscripto. C. *κάδια* P. *χυτρία*, quod cython est Hetueto, post *χύτινον*, tunicam. sequitur apud Clementem *τὸ ὑπόδημα δ' ἐλλύσιον αὐτοῦ παντὶ, δύσιος*. At apud Pollucem impressum nihil tale, verum in manuscripto quidem hoc *τὸ ὑπόδημα δ' ἐλλύσιον αὐτοῦ παντὶ, δύσιος*. Apparet hæc verba fuisse alterius personæ dicētis præcipua omissa esse, & subiicientis quæ sequuntur. Sic ergo verte, Quæ tandem illa? Atqui præcipua ex illis non dixisti. diopas &c. Post illa *σκυτάλην*, illa Clementis magis integra sunt & senarium *ἀκριβολογεῖσθαι* conficiunt. Cl. *μεθόλειον*. P. *μελάκειον*. C. *βουζυγλάδινα* P. *βύζιον*, *χαδδινα* forte *βύζιον* hunc cum eo quod Cyprianus betronatum appellat non male iunxeris: sunt hæc genera armillarum & dextralium lib. de habitu virginum. Vide. C. *ἀμφιλάς* P. *ἀμφιδὰς* redimicula C. *σφυρελάσματα* P. *σφυροπτύματα*. manuscriptus autem deficit ab impresso, stat à Clemente, vt & in hoc C. *ἐλλίβιον*, P. *ἐλλίσιον*. C. *κανθηλίδες* Heueto ventilabra P. *κανθήρες* fortè, *κανθηλίδες*, monile intelligit, quod collum ambit. Postremum vterque *ἐνωτίους* appellat, id est inaures.





Ib. 40. *Artem malignè imitantes.*] Gr. *ἐλλόγιμος τὸ σπυρὶδιον τύχοιμι.* Ita Tertullianus de cultu fœm. 5. Reprehendunt enim cum emendant, cum adiiciunt, vtiq; ab aduersario artifice sumentes additamenta ista, id est à Diabolo. Nam quis corpus monstraret mutare, nisi qui & hominis spiritum malitia transfigurauit? Item. De aduersario eius in cuius manu sit aliquid vsui postulare, transgressio est Christianus à Malo adiuuabitur: nescio an hoc nomen ei perseueret. Vide annotat in p. 251. 10.

145. 5. *In quibus ei sacrificauit.*] Gr. *ὡς ἂν ἐπίθυσεν αὐτῷ ἢ φρενίτιν τὸ εἰδώλιον αὐτῶν.* corrigendum ex LXX. *ὡ αἷς ἐπίθυεν αὐτοῖς*, & vertendum, *in quibus eis sacrificabat & ornabatur in auribus suis, & apponebat torques suos.* Sacrificabat Baalim, id est, falsis diis.

Ib. 40. *Eis autem.*] Tertullianus de cultu fœm. 10. *Scrupulosa Deus auribus vulnera inuulsi, & tanti habuit vexationem operis sui, & cruciatus infantiæ tum primum dolentis, vt ex illis ad ferrum nati corporis (forte, ferruminati σφυδίοντος) cicatricibus grana nescio quæ penderent.* Cyprianus de disciplina & hab. virg. magistrum sequitur. *An vulnera inferri auribus Deus voluit, quæ bus innocens adhuc infantia, & mali secularis ignara crucietur, vt postea excisis cicatricibus & cauernis pretiosa grana dependeant, grauia etsi non suo pondere, mercium quantitate?* Inaures autem exprimit duplici voce *ψελλίους* & *ἐλλοβίους*, nam *λοβὸς* est ima auriculæ pars quam Glossarium lamnam appellat. Paulo post, *descendens ad meatus, qui sunt*, Græcè erat *εἰς τοὺς πρὸς τῶν ἀκοῶν πόρους ad naturales auditus meatus.*

Ib. *Oculis autem.*] Tertull. de habitu mulie. *Et medicamenta ex fuco, quibus lanæ (malæ alij) coloruntur: & illum ipsum inquam pulverem, quo oculorum exordia producuntur.* Item lib. de cultu fœm. *In illum etenim delinquunt, quæ cutem medicaminibus tingunt, genas rubore maculant, oculos fuligine collinunt.* Cyprianus de disciplina & hab. vig. *Illi oculos circumducto nigore fucare, & genas mendacio rubore inficere docuerunt.* Ita Hieronymus de viduitate ad Furiam, orbes stybio fuliginatos dixit. Erat stybium spumæ nitentis lapis, cuius præcipua vis ad dilatandos oculos. Græci πλατυσμοὺς appellant. Porro hanc cohortationem concludit haud aliter ac Clemens, idem Tertullianus de cultu fœm. *Prudite vos tam medicamentis & ornamentis exfrustrata. Apostolorum sumentes de simplicitate candorem, de pudicitia ruborem, depilate oculos verecundia, & spiritus taciturnitate, inserentes in aures sermonem Dei, annectentes cervicibus iugum Christi.*

## IN LIB. III. PÆDAGOGI.

248. 30. *Et quam paucissimis.*] Crates Thebanus in Epist. ad Hermippum, *ἀλλ' ἐπιτήδευε διὰ τῶν ὀλίγων τὸν ἐν γράμμασι βίον.* In eo vos exercete, vt paucis rebus indigeatis. Sic enim ad deos maximè accedetis.

Ibid. 60. *Recte ergo dixit.*] Apud Heraclidem Ponticum, seu in libro de allegoriis Homericis *ὁ μὲν ἐκπλοῦς Ἡφαίστου ἀπορία ἐστὶ διὰ συμβόλων ὑποβολὴν δ' αἰσθήσεως ἐπιλαμβάνεται φυσικῆς. δι' ὃν γὰρ, φησὶ, δυνατὸν ἐστὶ τὸν ἄνθρωπον, ἀδύνατον, ζῶντος τοῦ ἐκείνου ζώειν τὸν ἄνευτον ζῆν ἀνεύτου ζῶντος.* Nam obscurus Heraclitus de Physicis intricatè & symbolicè docet, vt cum inquit, Dij mortalesque homines, immortales, viuentes illorum mortem, morientes illorum vitam.

249. 10. *Perperam agere.*] *ἀφορία ἢ ἀδιαπονία.* Basilius reg. breu. 49. *τῶν ἐν μὰ διὰ χεῖρας, ἀφ' ἑκάστης ἡμέρας ἀπαιτουμένων, ἀφορίας ἢ ἀμελείας ἐγκαταφανείσης.* Omne quod præter necessitatem ad ostentationem & ornatum assumitur id *ἀφορίας* accusationem incurrit, seu perperam agendi. Reperitur & hoc vocabulum apud Ciceronem l. 1. ad Atticum Epist. 11. Muretus lib. 7. var. lect. c. 14. Hesychius *ἀφορίαι, ἢ βλακείαι ἐπιλείψεις.* Tertullianus illud Pauli vertit lib. de Patientia, *ἀφορίσατο.* Non proterunt sapit.

250. 30. *Infelices amatores.* Gr. *τῶν δυσδαίμονας ἐρωτικὰς* superstitiosos amatores.

251. 10. *Sunt otiosæ.*] Hanc Euripidis sententiam profert Stobæus tit. 62. in vituperio Amoris:

*Ἔστ' ἀλλ' ἐρώντων τῶν ἀργῶν ἄγη.*
*Φιλεῖ γὰρ εἰσπίπτειν, ἢ κἄνευ ξυνδίκων,*
*Φεύγω ἢ μάχεσθαι.* Amor otiosa res est, inutilis ad opera. Amat specula, & flauas comæ tincturas. Fugit labores. Extat & apud Plutarch. in Erot. Chrysostomus hom. 78. in Matthæum, *ἐγὼ γοῦν πολλὴν ἢ δίκαιος εἶμι, ὅστις ἢ πάντας τοὺς ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας νικηθέντας ἐρῶντας φρενῶν, καὶ ἢ ἀργοὺς ὄντας ἅπαντας ἡγοῦμαι εἶναι.* Quod autem dixit eas hominum opificem contumelia afficere, imitatus videtur Cyprianus de disciplina & hab. virginum. Manus Deo inferunt, quādo id quod ille formauit reformare & transfigurare contendūt, nescientes quia opus Dei est omne quod nascitur, Diaboli quodcunque mutatur.

Ib. 30. *Crocodili.*] P. Victorius l. 17. c. 4. var. lect. Sic Horatius,

*—Nec illi*
*Iam manet humida creta, coloque*
*Stercore fucatus crocodili.*

Animaduertēdum autem cum duo sint genera crocodilorum, quorum alterum ancipitem vitam ducat, ac nūc in terris, nunc in aquis viuat, alterum vero terrestre tātum animal sit, posterioris huius, cum odoratis floribus vescatur reliquias diligenter exquiri, quæ nidorem iucundum reddant, maculasque omnes è facie deleant, ac nitorem asserant. Testatus hoc est Galenus, & crocodileam has ipsas reliquias cibi medici vocant. Grauis vero ac feuerus fetiptor cum acriter reprehēderet sui temporis mulieres, quod huiusmodi fallaciis vterentur, vsus est etiam priscorū testimonio, quibus ne illæ quidem probabantur.

Ib. *Est autem aliqua.*] P. Victorius l. 15. c. 23. Mos erat Græcarum mulierum in calceis fuberem geistādi, vt grandiores viderentur. Plinius lib. 16. quo loco de subere disputat videtur significare hyeme tantum ipso fœminas vsas, quod concedi posset vt valetudini aptum, & tamen addit ea quæ indicant, aliud etiam in hoc ipsas sequutas, & conuenit testimonio Comici, quod citauit Clemens. Xenophon etiam in libro de re familiari huius frandis meminit. Vbi de vxore Ischomachi *τὸν δύσμορφον χρῶτα ἐπιλαβόμενος μιᾷ ἡμέρᾳ ἐποίησε.* Iidem autem versus citantur ab Athenæo, sed duo qui desiderantur in principio apud Athen. leguntur in libro exarato calamo, ita enim habetur, *ἀνὴρ μὲν γὰρ οἴκῳ ἢ τὰ σκυλικὰ τῶν οἴκων.* &c. Hæc ille. Iidem etiam reperiuntur hic apud Clementem, quorum sententia incipit ab illis verbis. Primum quidem in lucro, & in spoliandis. Interpres Athenæi lib. 13. Præcipuum studium ad quæstum est, & eos qui proprius se admouent spoliandos. At quod sequitur emendatius habet Clemens, *πάντα γ' ὅμως ἐγγὺς αὐτοῦ παρέρχεται.* quām apud Athenæum *πάντα πολλὰ ἀπ' αὐτοῦ παρέρχεται.* Hic

tamen animaduerterat Fed. Morellus legendum sibi videri, ταῦτα τὰ ὄργια ἐκ τούτου σαφέστερα γένοιτο, vt scilicet Trochaicus tetrameter suis numeris expleretur: & plerique sequentes Trochaici integriore mensura sunt apud Athen.

Ib. 40. *Tenue diabathron.*] Gr. διάβαθρον λεπτὸν φορεῖ. Pollux lib. 7. ᾗ τὸ διάβαθρα κεντὸ αὐθ' ἡμῶν ἢ γυναικῶν, Tum diabathra communiaviris ac fœminis. Festius, diabathra genus solearum Græcanicarum. Apud Varronem ex Næuio. Diabathra in pedibus habebat, atque amictus erat epicroco. Interpres Athenæi reddit, Solea tenui calceus suppingitur, alij minus rectè subsellium tenue interpretatur. Quod vero corrigit Victorius κρωκίνων & scribit ἐκκινίων, apud Clementem est βλαυτίων. quod etiam calceamenti genus est muliebris. Lex tamen versus illam Victorij lectionem ex Athenæo & Polluce depromptam comprobat.

Ib. *Ventrem vt Comicorum.*] κοιλίας δὲ φησὶν ἔχειν τοὺς τοιούτους οὐκ ἔχοντι τὸ καλούμενον. At apud Athenæum κοιλίας ἔχειν εἴρηκε. pro quo in editione Comicarũ sententiarum corrigunt quidam κοιλίαν ἔχειν δὲ πάντα τοῦτον, Alium habent quæ dã ad pectus. At interpres Athenæi, Venter si tumidior est, fasciis astringitur.

Ibid. 50. *Est aliqua animus alba.*] Hic vero contra ex Athenæo restituendus est Clementis locus, nam cũ legeretur vitiosè πτίνοντα δ' ἀσπάλακα legit Heruetus δύνοντα & farina interitur. at neque πτίνοντα gallinarũ retineri potest. Athenæus πτίσαντ' ἀσπάλακα. Pædcrota huic affricant. Et annotat interpres fucum eum fuisse qui genas rubore tingat, qualis in pueris cernitur, & placet, & Ægyptium vnguentum quoque dici quod ex floribus Ægyptiæ spinæ conficitur. Senior etiam est apud Athen. hic coctor. ὅτε διαφθεῖ ὁ πεφύκατε τὸ σῶμ' ὡς κυρίως ὀφεῖ. Ad ϛ μὰ &c.

Ib. *Et quæ nunc non sit lota.*] καὶ ϛ μὰ χαίρῃ, χολῶσα διαπλυθῇ τῷ ὑμένι, colloquenda fuit distinctio post χολῶσα, vt apud Athenæum, apud quem διὰ τίνος legitur pro διαπλυθῇ. Risus autem si odiosus est, totum diem agũt domi, & virgulam myrteam in labris habent. Id est vt notat interpres, si nolit risu dentes ostendere, init rationem qua dentes detegat, nempe vt assulã myrti dentibus teneat, quod de lẽtisco ceu mastiche fieri solitum annotatum est in pag. 277. Et quod hic ξυλάριον Alexis, Dioscorides ξυλάμιον dicit, cuius loco reponunt hic ξυλίδιον quidam frustra. Apud Athenæum additur comparatio hæc quæ coquis apponitur caprarum, dum vendunt. Nam, vt monet interpres, qui caprinam in macello vẽdebant, myrtea fronde ornabant, vt in myrtetis pastas capras significarent, vel vt fœdus odor mitigaretur. Versus duo, qui apud Clement. intercidere eò necessarij sunt quòd sensum absoluant: ὡσθ', ὅπερ πᾶς μαχλότερος ἀνὴρ ἐφεδρεύει ἀκούσας Ἡσιόδου ἐν πολλοῖσι κἀγὼ κρύπτα, ξυλάριον, & sequens explendus indidem Μηδέποτε ἔχοντα λοπὸν ἐξόδου ἀπὸ τ. χθὶ. ex Fed. Morelli animaduersione. Notat præterea P. Victorius lib. 6. cap. 12. var. lect. morem quem exagitat Catullus in Egnatio, mulieres etiam tenere docuisse Alexin. cum enim Egnatius candidos haberet dentes consueuerat quocunque veneat, renidere, vt hoc etiam sæpe ineptè atque importunè faceret locis illis, quibus magis fletus lachrymęque quàm risus conueniebat. Eadem autem erat origo insulsi moris, ac vitij in vtrisque, ostentatio scilicet minutæ corporis partis elegantioris.

251. 60. *Ne ad alienum fluxum.*] Addidetat in suo libro Græco Heruetus. nam Florentina editio sic habet. κρᾶσ ϛ πεζίνου πτυσμοῦ ἀνέχεσθαι παχυσῶν. Locus est Prouerbiorum 9. vt citauit Heruetus in margine dubius ad hoc an ad Ecclesiast. 25. pertineret. nã in Latina aut in Græca Antuerpiensi non reperitur, at in accurata Romana editione postrema sub finẽ capitis additur inter cætera, ὕσατ' ἂν διαίνειν ὕδατι ἀφθόνῳ, & in annotationibus, ἢ ὑδάτων πυτισμὸν ἀφθόνων. Sic enim aquam alienam transilies & tractices fluuium alienum: deinde sequitur quod & hic citat Clemens, ἀπὸ ϛ ὕδατος ἀφθόνου πίνειν. Ab aliena autem aqua abstine. In veteri libro Reginæ hæc quoque additio reperitur cum veterum Patrum interpretationibus, inter quos Didymus in hunc locum, ὕσατ' ἂν διαίνειν ἢ ἀφθόνῳ ὕδατι ἀφθόνου πίνειν ἢ ὑφ' ἑτέρου ἢ ἀπὸ τοῦ ἰδίου ἀγροῦ ἢ διὰ τῶν ἰδίων ὑδάτων ἀπὸ τοῦ ἰδίου πηγαίου ἢ ἀπὸ τοῦ ἰδίου ὀρύγματος ἢ ἀπὸ τοῦ ἰδίου φρέατος ἢ ἀπὸ τοῦ ἰδίου ὑδραγωγείου ἢ ἀπὸ τοῦ ἰδίου ἀγγείου. ἐὰν ϛ ἀπὸ τοῦ ἀγροῦ ἢ γείτονος, ἀλλὰν οὐ χ ὁ τοῦ διαίνειν κρᾶσις καὶ ἀγωγιάτης.

252. *Atque ebriosum.*] Gr. φιλοῦσι ϛ καὶ τὸ τοιοῦτον. Idem est φιλοῦσι quod ἐθιμοφιλεῖ. Athenæus lib. 1. ἐθιμοφιλοπότας, Obsonij lurco voracissimus. vide quæ notata sunt in paginam 175.

Ib. 10. *Ex vultibus personæ.*] Seneca personam habere eas ait, non faciem. Apud Pollucem l. 5. cap. 16. ϛ τὸ λευκὸν τὸ πρόσωπον, ὅπερ πρόσωπον ἐφῆν. Interpres. Et secundum Locrum, Non faciem, sed laruam gestat. Citatur à Cœlio Rhodig. l. 29. c. 7. Lucilij epigramma in quo pentametrum est,

Sibi præponit, & ἐκ προσώπου ἔχειν.

Sequitur apud Pollucem illud in fucatas aptum, ῥᾴσιον προσέχειν τὸν νοῦν, δημόσιαν ἡδονὴν, τὸν παρόντα τὸν ἀνθρωπον ἀπὸ τοῦ ἀπόντος ἀπολαμβάνειν. Artem naturæ anteponit, veritati mendacium, durabili quod facile deletur.

253. 20. *Appetitiones inflammabiles.*] Cyprianus de disciplin. & hab. virg. Cæterum si tesumptuolus comas. & per publicum notabiliter incedas, oculos in te iuuentutis illicias, suspiria adolescentum post te trahas, concupiscendi libidinem nutrias, peccandi fomenta succendas, vt & ipsa non pereas, alios tamen perdas, & velut gladium & venenum videntibus præbeas, excusari non potes, quasi mente casta sis & pudica. Redarguit te cultus improbus & impudicus ornatus.

Ib. 30. *Puer ne habenas.*] Prouerbiali forma quadrabit vsurpatum hoc carmen.

*Ne frænatracties, insciusque sis puer,*
*quum à negotio quopiam arduo deterrebimus si prouinciæ imparem. Extat apud Clementem lib. 3. Pædag. apparetq; sumptum è Tragœdia quapiam, vbi filium deprecatur Phaëthontẽ pater, ne exitiale votum vrgeat, sibique perniciem paret regendo solis equos; vnde apud Ouidium, 2. Metam.*

*Magna petis Phaëthon, & quæ non viribus istis*
*Munera conueniunt, nec tam puerilibus annis.*

H. Iunius cent. 5. Prouerb. 49.

Ib. 40. *Angeli qui reliquerunt.*] Eadem sententia Tertulliani de habitu muliebri. Quid autem tanti fuit ista monstrare, sicut conferre? Vtrumne mulieres sine materiis splendoris, & sine ingeniis decoris placere non possent hominibus, quæ adhuc incultæ, & incompositæ, & vt ita dixerim crudæ ac rudes Angelos mouerant? Vide Sixtum Senensem lib. 5. Bibliothecæ annotat. 73. & 77.

255. 50. *Fieri enim non potest.*] Huc pertinet illud apophthegma Archidami, qui cum vir quidã Chius in Lacedæmonem peruenisset, qui canos tinctura obliterare conabatur, & progressus in publicum orationem habuisset: tum surgens Archidamus dixit, Quid ille tandem rectum diceret, qui mendacium non in anima solum, sed capite quoque circunferat. Tertull. de spectaculis 23. Non amat falsum auctor veritatis; adulterinum est omne quod fingitur.

256. *Deus enim voluit.*] Musonius apud Stobæum, ait in libro de tonsura τὸν πώγωνα ϛ ἀφεῖλεν ὁ θεὸς ἐπὶ σημείῳ τοῦ ἀνδρὸς ὄντος καὶ ἀνεπιτηδείου λόγου, ϛ λόγου χαίνειν. Barbã signũ esse viri tanquam Gallo cristam, & Leoni iubam. Athenæus lib. 13. de Diogene refert. Conspecto quodam cui nudatum sic mentum fuerat, An natura vitio vertis inquit, quod virum te generauerit non fœminam? Ibidem citantur Alexidis versus in eandem sententiam.

Ib. 30. *Picari autem.*] P. Victorius l. 8. c. 14. πτύειν. Græcis aliquando artificium quoddam turpe significat improborum hominum, qui pice illita pilos detergebant: à materia enim qua vterentur studiũ appellatur. vsus est sæpe Clemens l. 3. Pædag. vbi queritur de moribus sui temporis, quo inuenireturtanta copia cinædorum, vt extarent, qui hoc vnum studium haberent. πτύσεται, ἐμφανέστερος, ἢ πολλάκις, dinersis namqirationibus ac vsis idem vt his verbis ostenditur efficiebatur. At eodem verbo alio intellectu sæpe vsi sunt veteres. pice enim corpora torquebãt, vnde πίσσινος valebat supplicio affectus. Plautus, Captiuis, te si hic sapiat senex Atra pix agitet apud carnificem, ac tuo capiti illuceat.

257. 40. 60. *Primum huic lanugo est.*] Versus est ex 11. Odyss.

---πάλαι δὲ οἱ ὑπήνη

Πρώτιστα ἠνήνθη, τῆς οἱ χαριόεσσα θάλεθε.

adolescenti viro similis. Primum pubẽscenti, cuius gratissima pubertas. Eustathius ἀφ' ὧν ὑπομνηματίζων φησὶν, de Mercurio occurrente Vlyssi domum Circes adeunte dicitur. Seneca Epist. 12. Pueritiæ maximus in exitu decor est. In quem locum Mutetus & hunc Homeri, & illum Ouidij.

*O nec adhuc inuenis, nec iam puer.*

Citatur & à Platone initio Protagoræ. Versus autem ille, Lanigeræ pecudes, ex Hesiodo est in Operibus.

258. 20. *Neque enim hominibus.*] Augustinus lib. 32. contra Faustum c. 13. Si hoc tunc Apostoli præceperunt, vt ab animalium sanguine abstinerent Christiani, ne præfocatis carnibus vescerentur, elegisse mihi videntur pro tempore rem facilem, & nequaquam obseruantibus onerosam, in qua cum Israelitis etiam Gentes propter angularem illum lapidem duos parietes in se condentem aliquid communiter obseruarent. Transacto vero illo tempore, quo illi duo parietes, vnus ex circumcisione, alter ex præputio venientes, quamuis in angulari lapide concordarent, tamen suis quibusdam proprietatibus distinctius eminebant, & vbi Ecclesia Gentium talis effecta est, vt in ea nullus Israelita carnalis appareat, quis iam hoc Christianus obseruat, vt turdos, vel minutiores auicillas non attingat, nisi quarum sanguis effusus est: aut leporem non edat, si manu à ceruice percussus, nullo cruento vulnere occisus est. Et qui forte pauci adhuc tangere ista formidant à cæteris irridentur.

260. 60. *Ornatores autem.*] Græc. κοσμοῦντες ϛ κομῶντες. Pollux lib. 2. c. 1. οἱ ϛ περὶ τὸν κόσμον χαίροντες καὶ κομῶντες, ϛ κοσμοῦντες καὶ γυναικίζοντες. Vnde quidam eum putant deducere à κομέω, verum in manuscripto legitur κομῶντες ϛ κοσμοῦντες, vt apud Hesychium & alios. Comæ ergo artifices manuarij, inquis interpres, Comptores & Comptrices. Turnebus ex Varrone citat Næuium in Commotria, Suetonius in Claudio Ornatricem dixit: sequitur, ille vero vittis οἱ ϛ τὸν κεκρυφάλου, quæ alij reticula vertunt, quibus plena coma stringitur. Eos qui eiusmodi vincula componebant appellat κεκρυφάντας. Demosthenes in Olympiodorum, sed corruptus est apud Pollucem locus emendandus sub finem lib. 10. κεκρυφάντας τῶν πλοκίδων, τὰς τῶν γυναικῶν τῶν κεκρυφάλων. at in manuscr. τοὺς πλέκοντας τὰς γυναικείας τοὺς κεκρυφάλους. Idem habes apud scholiastem Demosthenis.

261. 20. *Ne respicias autem.*] Locus est Ecclesiastici 9. Noli circumspicere in vicis ciuitatis, nec oberraueris in plateis illius. Clemens μηδὲ εἰς τοὺς ἐρημίους αὐτῶν πλανᾶσθαι. In Antuerpiensi, ϛ εἰς τοὺς ἐρημίους αὐτοῦ μὴ πλανᾶσθαι.

262. 10. *Paupertas virum.*] Locus est Prouerbior. 10. v. 4. πτωχεία ἀνδρὸς ταπεινοῖ. In vulgata Lat. Egestatem operata est manus remissa, manus autem fortium diuitias parat. Trãslatio Chaldaice paraphrasis, Paupertas attenuat virum dolosum, & manus recti diuitias parat sibi. Hebraicè ad verbum, fraudis manus, hoc est quæ nihil agit, sed tantũ fallere cupit, at cum interpretatione Clementis cõuenit quod citat Stobæus tit. περὶ πλουσίας.

Πλοῦτος φασὶν πάντας, ἐγὼ ϛ εἰ φημὶ πένητας

Χρῆναι γὰρ πλούτου μηδὲν ἀπολλύεσθαι.

Omnes te diuitem aiunt, Ego vero pauperem dico, vsus enim diuitias ò Apollophanes testatur.

263. 20. *Perspicuæ quæque possunt.*] Gr. ἀφεστῶσαι διαφανῶς. Mercurialis lib. 3. Gymnast. c. 12. Balnea similiter pensilia à Sergio Orata teste Plinio primum inuenta, non quæ supra tecta fiebant, aut concamerata loca, vt voluerunt, sed nulla alia fuisse credo, quam labra illa vel marmorea, vel ænea, vel lignea, ad lectulorum imitationem laquearibus appensa, quo minimo quolibet impulsu manuum alias leuiter, alias vehementius agitari valerent, quod Seneca ad Lucilium scribens, nobis manifestauit his verbis: Balnearum suspensura inuenta est: ne quid ad lautitiam deesset. Hæc Mercurialis. Ad pellucidas vero balneas pertinent hæc eiusdem Senecæ ad Lucilium Epist. 86. At nunc blattaria vocãt balnea, si qua non ita aptata sunt, vt totius diei solem fenestris amplissimis recipiant, nisi & lauantur simul & colorantur, nisi ex solio agros & maria prospiciant. Item, nec referre credebant in quam perlucida sordes deponerent. Et quantæ nũc aliqui rusticitatis damnant Scipionem quod non in caldarium suum latis specularibus diem admiserat? Aptus ad id fuit phengites lapis, ex quo porticum construxit Domitianus. Suetonius cap. 14.

Ibid. *Ea enim veniunt.*] Chrysostomus hom. 28. in Epist. ad Hebræos, Τί γὰρ ἀνώτερον τῶν χρημάτων ἐστὶν ἐκείνου τοῦ ἀνθρώπου ὃς ἐν ἐρημίαις, ἐν ὄρεσι, ἐν βάραθροις, ἐν σπηλαίοις οἰκῶν ἔσπα διαπαντὸς; τί ϛ ἐν ἐλλιπεῖ εἶν τῷ χιμαιοπέδιλῳ σκηνῇ ὁ πρῶτος γάλως. Quid ineptius quàm vt aurea conficias ornamenta quibus in balneis, & in plateis exorneris? sed in balneis & in plateis nihil fortasse mirũ, at in Ecclesiam sic indutam & compositam prodire, ridiculum plane. Ph. Montanus hic frustra est dum corrigit pro ἐν βαλανείοις, ἐν βασιλείοις in palatio, vertit etiam vetus interpres, in balneis sordibus maculentur. Cæterum Galenus in lib. 3. Hippocratis de victusratione in morbis acu-

tis.56. docet, neque confestim à balneo sorbendum, neque bibendum. Nam cibum protinus vel potum sumere caput replet, deuoratumque interdiu superfluitate facit.

Ibid. 50. *Viris autem.*] Mercurialis lib.1.c.10.de arte Gymnast. Ex hoc loco liquet fœminas tempore Antonini & Seueri communes viris atque publicas balneas habuisse, quos mores postea detestans Cyprianus Itæ in libro de virginum habitu scripsit. Quid vero quæ promiscuas balneas adeunt: quæ oculis ad libidinem curiosis, pudori ac pudicitiæ dicata corpora prostituunt, quæ cum viros, ac à viris nudæ vident turpiter ac videntur, nonne ipsæ illecebram vitiis præstant. Fuerunt qui hanc procacitatē coercere tentarunt, qualis fuit Hadrianus princeps, quē scribit Dion viros discretos à fœminis lauari voluisse, sicut & Marcum Aurelium Antoninum balnea promiscua sustulisse, eademque ab Heliogabalo renouata Alexandrum Seuerum prohibuisse refert Capitolinus & Lamprid. Ob quod item aliquando lex censoria lata traditur, sub repudij & dotis amissionis pœna, quod postea in l. fin. tit. de repud. & in Autent. de nuptiis receptum fuit.

Ib.50. *Atque veteres quidem.*] Mercurialis lib.1 de arte Gymn.c.vlt. hunc locum citans, sed ex cap. nono pto. 3. sic ait: Clemens quasi ludenis memoriæ mandauit athletas hanc vnam honestatis imaginem habuisse, vt nunquam in publicum ad certandum sine subligaculis prodirēt, quem morem ab Hercule primum inuectum, sicut à Palæstra Mercurij filia pudendos locos obtegendi consuetudinem inter mulieres, quæ cursu & aliis exercebantur, introductam esse memoriæ mandatum est. Hæc ille. Romani quidem inuenes in hunc finem campestribus vtebantur. Theodoretus lib.9. contra Græcos reprehēdit Platonem, quod puellas & mulieres nudato corpore contuēdas proponi voluerit coram iudice, qui iudicaret quænam ætas celebrandis nuptiis apte cōueniret, neq; meminerit quod Candaulæ regis vxor dixisse fertur ἀποδύεσθαι τὸν χρῶτα συνεκδύνειν καὶ τὴν αἰδῶ ἱματίων. Mulier cum tunica simul & pudorem exuit. Herodotus l.1.

265.10. *Sunt enim qui.*] Ita Chrysostomus in hunc locum, τὸ γὰρ τῶν διδόντων, διὰ τοῦτο τὸν ἐμὸν καὶ τὸν ἐκείνου καὶ τὸν ἀπὸ τοῦ ἀγῶνος ἀνελεῖν, ἀλλὰ τοῦτον μᾶλλον ἐπιδεῖξαι, ὅτι καὶ ἀγωνιστὴς ἐστὶν ἀκριβὴς, καὶ τὸν ἀντίπαλον ἀμύνεται, καὶ τοῖς ἀγῶσι τοῖς ἀπὸ τοῦ θεάτρου, ἵνα μᾶλλον τὰ κλέη. ἐκεῖνα γὰρ τὰ χρήματα, καὶ πολλάκις ἀπολλύμενα, ἐκ περιουσίας ἐστὶ τὰ μὴ ἀφαιρούμενα, ἀλλὰ συνεδῶ τὰ ἀφαιρούμενα.

266.40. *Sedit sub rhamno.*] Gr. ἐκαθέσθησεν ὑπὸ τὴν ῥάμνον. In Antuerpiensi edit. 3. Reg. 19. ἐκαθέσθησεν ὑπὸκάτω ῥοδακίνου. Vulgata, & sederet super vnam iuniperum. Chaldaicæ paraph. interpretatio, sub genista, vna, in aliis legitur ἰασπῶ.

267.60. *Vlysses vxorem.*] Versus hi citantur ex Euripidis Oreste, quæ tragœdia etiamnum extat.

270.10. *Caloris autem.*] Calidis balneis vtebantur maiores ad leuandas lassitudines, necnon ad corpora emollienda, calidis & tepidis ad conciliandum somnum, frigida lauabantur & ob voluptatem, & vt robustiores redderentur, calórque naturalis intro repulsus maior euaderet, ideoque fere post calidas balneas, ea adhibebatur, quem vsum primos omnium Euphorbum Iubæ regis, & Antonium Musam Augusti medicos monstrasse refert Plinius lib. 25.c.7. Balneis etiā quidam vti consueuerant, quod non possent cibos capere nisi loti, vt auctor est Plutarchus, qui Tirum Imperatorē hac de causa interiisse prodidit ex relationibus eorum, qui ægrotanti ministrarunt: Mercurialis l.1. c.10. de arte Gymnast. Plato 6. de legib. calida vocat χειμερινὰ ὕδατα, & ginetæ frigida, ψυχρόλουτοι Psychrolutæ Senecæ.

Ib.20. *Pannosa efficiunt.*] ῥακώδη τὰ σώματα, rugosa reddunt corpora, vt apud Aristophanem, Pluto ὁ ῥάκων τὰς φυσιάδας intelligit Budæus, & apud Dioscoridem ἐξιμαντώδη καὶ ῥάκεσι rugosas facies vertit Ruellius. Quod verò sequitur frigidi velut tinctura opus habemus, Græce erat ἐστὶ γὰρ οἷον βαφὴ τὸ ψυχρὸν ἐν τοῖς σώμασι τὸ ἰσχνὸν καὶ ἀδιάβροχον. inde frigidia tanquam menstruo ac tinctura opus habemus. Intelligit enim immersionem ferri in aquam, cum qua comparat frigidum balneum, quo post calidum vtebantur. Sic Ecclesiastici 30. κρείσσων ἀναπαύσεως ἐπὶ στόμασιν ἐσθιόντων Melychius ἀδιάβροκος ἀσφαλτος. Galen° lib.10. Methodi, partes continerat quatuor, primam in quam ingredientes in aquā reuersarentur calido, secundā quo ex illa in aquam calidam descenditur, tertiam vbi in frigidam ibant, in quarta sudorem detergebant.

Ibid. *Non secus atque in ferro.*] Galenus γυμνάσιον lib.10. σίδηρον δὲ τὸ σωμάτιον ἕκαστον ἡμῶν ἐν τῷ λουτρῷ δεῖ καθάπερ ἐκεῖνον ἐπὶ τῶν βάνυσον ἐκεῖνο καὶ ἡ ἐν τῷ βαφῇ. Quippe simile quiddam nobis accidere dicitur, quum in frigidum solium post balneum ingredimur, ei, quod accidit ferro quum tingitur. Enim tum refrigeramur tum roboramur, quemadmodum & illud, vbi candens iam redditum frigidā mergitur. Ibidem ἐκεῖνα δὲ ἀφαιρεῖται τὰ ἐκ παχυτέρου σώματος ἐγκαλλύνοντα, οἷον τὸν ἐπὶ τῷ ὄνυξι ἐπιπήγνυται σωρὸν ἀεὶ δὲ καὶ τὸ τοιοῦτον ἐν λουτρῷ μαίνεται. si qua vero ignea & iusto plus sunt, remissa, ea in naturalem redeunt mediocritatem, id quod quarta pars balneirindicat. Refert ad id quod rugosa fieri dixit corpora Clemens, adstringi contrà frigida inquit Plinius lib. 11.c.7.

271.50. *Calores extendat.*] Hæc sunt ex 31. Proverb. de laudibus fortis fœminæ v.19. Illud verò καὶ τὰς χεῖρας αὐτῆς ἐβάλετο εἰς ἄξωστον, quod Heruetus reddit, manus suas colo fulciat, Antuerpiensis editio è Græco vertit, manus suas firmat ad fusum, vt paulo ante v.17. Firmauit brachia sua ad opus ὑγιῆ τὸν βραχίονα. Symmachus ἐκτεταμένον, Aquila, & Theodotio ἀναπαυστήριον. At non æquè bene vertit quod sequitur καρπὸν δὲ ἔδωκεν fructum autem extendit. nam καρπὸς hic partem proximam palmæ significat. sic verterunt quidam in psalmis olim, Labores fructuum tuorum quia manducabis.

Ib.60. *Quem dicunt Phœnidem.*] Gr. τὴν καλουμένην Φαινίδα. Apud Helychium, φαινὶδα· παιδιὰ σφαίρας. Suidas, φαινὶς παιδιά. Varinus, φαινὶς ἢ ἡ φαινὶδα ἀπὸ τῆς φοινικῆς ἐκλήθη· καὶ ἀναλογία. Eustathius in Odyss. ζ. φαῖνα δὲ παιδιὰ ἐν ᾗ χαλκοῦν τι ἐφέλκεται δίσκον. ἀφ' οὗ καὶ φαινὶς ἐκλήθη. Pollux lib. 9. φαινίδα δὲ ἀπὸ φοινικίδων ἢ ἀπὸ τοῦ φαίνεσθαι ἐν ἴσῳ ἀφιέμενον, ἀπὸ τοῦ φαίνειν. ἔστι δὲ καὶ ἐν ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶν ἔχειν ἕκαστον τῶν ἀγωνιζομένων. Sic enim lego in manuscripto; Phænnida, inquit, dicitur aut à primo inuentore Phænnide, aut à decipiendo, quoniam cum vni sphæram porrexerint quasi missuri, alteri proiiciunt, decipientes credulum; videtur autem esse minoris pilæ ludus qui à rapiendo numen sumpsit. Alij lusus quos enumerat Pollux dicuntur ἐφεδρίνδα, χυτρίνδα, σιμίνδα, sic apud Athenæum lib.1. τῶν παλαιόντων δεῖ τὸ σφαίρας αἴρειν τὸν φαινίδα ἐκπεσόντα. Quod in ludo pilæ nunc harpastum vocant, appellabatur olim Phænnida, mihi quidem gratissimum ob laborem certaminis circa pilam, & quia cernicē mu-



rime is ludus roborat, quem sic Antiphanes describit. Sumptam pliam hunc lætus dat, assumque simul fugit, alium extrudit, alium sursum lapsum erigit clangore magno vocum. Phænnida porro vocabāt ἀπὸ τῆς ἀφέσεως. à missione. alij ἀπὸ τῆς φαίνης, quod missa pila conspiciatur. vide num ἀπὸ τοῦ φαίνειν, quod monstretur, cui non mittitur. Explicat hunc lusum Galenus libro de ea re, & Mercurialis lib.1. ca.6. de Gymnast.

272. *Pittacus.*] Huic exemplo subiicit Mercurialis lib.4. ca.5. istud, Quin noster Galenus de seipso refert aliquando hyeme in agro se deprehensum dū ligna finderet, hordeumque in pila tunderet, & deglueret, alhaque exercendi dumtaxat corporis gratia faceret, quæ opera quotidie agrestes solent.1.de tuenda valetudine c. 8. Athenæus etiam lib.1. Homerum notat decorum spectantem finxisse heroas suos vesci carnibus quas sibi præparasset. Nec enim vel pudendum vel ridendum fuit, quod opsonium elixantes vel condientes aspicerentur. Sibi namque id ministerium obibant, & quod ait Chrysippus sua in eare ipsis admodū placebat dexteritas. Vlyssem igitur congerendis ad focum lignis, & artem culinariam habilem, quantum alium quemuis, Poëta fuisse scribit.

Ibid. *Virgam styracinam.*] ῥάβδον συρακίνην. Apud LXX. loco Genesis citato ἔλαβε ὁ Ἰακὼβ ῥάβδον συρακίνην χλωρὴν καὶ κάστανον καὶ πλατανίνην styracinam viridem, nucleam & ex platano. vulgata Latina, Tollens ergo Iacob virgas populeas virides, & amygdalinas, & ex platano. Plinius Styracis arboris meminit lib 12. c. 17. Ex Syria reuehunt Styracem acri odore eius in focis abigentes fastidium, & lib 2.c.6.

Ib. *Quæ cum decoro robore.*] Mercurialis de arte Gymnast. li.1. ca.8. Tota hæc facultas in gymnasiis tues fines habuit; tempore Galeni mirū in modum creuit. Primum vt athletę in illis exercerentur, quo in ludos & amphitheatra exeuntes, victoriam adipisci possent, secundum vt ad bella homines exercerentur, tertium vt homines & pueri luctantes optimum corporis habitum acquirerent, sicq; sanitatem curarent. Galenus vero non modo luctam athleticam, sed & sanitati studentem interdum parcè laudauit, vtpote qua robur quidem augetur, at luxationis ossium, necnon suffocationis periculum immineat. similiter & Clemens Alexan. qui Galeni tempore, Romæ floruit in 3. Pædag. luctas omnes improbat eam tantum honestiorem facit, quæ μετ' ὀρθῆς στάσεως, & gratia bonæ valetudinis effieitur. Lucta autem recta vel erecta distinguitur ab ea quæ in pauimento fit, quod genus pancratium volutatorium dicitur, vide eundem lib.5.c.5.

Ib.30. *Piscatio quoque.*] Galenus quoque piscationem inter exercitationes enumerat li. 2. de sanitate tuenda ca.8. sicut & Auicenna ingredientem piscatorias naues debiliter exerceri censuit: sed quoniam cunctæ prope piscationes sub sole, & in locis sæpe malo aëre plenis peragūtur, vna excepta maritima, credimus medicos piscationis laborem parui æstimasse. Neque tamen defuerunt Imperatores, qui exercitationis gratia interdum piscarentur, ceu de Augusto Cæsare scriptum est à Suetonio, & de Alexandro Seuero à Lampridio. Meminit & Festus ludorum piscatoriorum, Mercurialis li.5.c.13. de arte Gymnast. De hac piscatione Petri, Ioannis 21. Augustinus tract. 122. Quod si fecissent discipuli defuncto Iesu prius quam resurrexisset à mortuis, puta-

χάειν παρίσης τῆς ὑρώσης, ἢ θαλλούσης, ἢ τῷ καὶ ὑπὸ θρ εχλόν.

Ibid. *Quoniam autem non decorat.*] Musonius apud Stobæum tit. 6. περὶ ἀσκήσεως, ὅτι παρακλητέον τὸν ἀνδρα γυμνάζεσθαι καὶ φιλοπονεῖν, οὐ ἁπλῶς φιλοπονεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ φιλοπόνως τὰ ἀγαθά. Petinde vitum ait debere capiti adhibere tonsuram, vt vitiad hibemus putationem : nempe solum auferendi gratia quod inutile est. vt enim recte dictum est à Zenone eadē de caussa tollendi sunt pili, qua nutriuntur, scilicet quatenus natura postulat, ne quis grauetur à coma, néue turbetur in vlla actione. Apud Athenæum Alexis li. 13. Picatum aut derasum si quem videris, aut de militia cogitare, ille mihi videtur facturus omnia quæ barbæ non conueniunt, aut in ciuitate flagitijs omnibus se inquinaturus ? Ob cinædos ergo antiqui tantopere derasos auersabantur, barbam prolixam fouendam putabant.

Ibid. *Non minacula.*] Obseruandum est olim non tam rasuram, quam tonsuram fuisse in vsu : tondebantur enim demisse quidem, sed ita tamen vt cutis tecta maneret. Id apparet ex hoc Clementis loco, itemque ex Optato Mileuit. qui li. 2. cōtra Parmen. arguit Donatistas, quod Catholicis sacerdotibus per vim capita raserint. Docete, inquit, vbi vobis mandatum sit radere capita sacerdotibus, cum è cōtrario tot sint exempla propositā fieri non debere. Item ex Hieronymo in cap. 44. Ezech. Demonstratur nec rasis capitibus sicut sacerdotes cultores que Isidis, atque Serapidis non esse debere, nec rursum comam demittere, quod proprie luxuriosorum est, sed in tantum capillos demittēdos, vt operta sit cutis. Atque hæc forte erat caussa, cur Hieronymi & Ambrosij tempore Christiani sacerdotes non raderentur, tum enim erant Isidis sacerdotes, vide Ambros. Epist. 36. Posteaquam autem illa caussa cessauit, nihil absurdi faciunt, qui ad aliquid sacrum significandum caput radunt. Nam rasuram ex se malum non esse constat ex eo quod Ezechiel iubetur radi. Ezech. 5. & Nazaræus, Num. 6. vnde & Paulus Act. 21. ait: Sunt nobis viri quatuor &c. R. Bellarminus lib. 2. de Monachis c. 41. tom. 1. Disputationum de Controuersiis.

Ibid. 50. *Catenam nexus.* Gr. τῶν ευρῶν αἰκίσεις. Villomarus lib. 4. 13. in Titium, σπῶρα Naumachius vocat σειρᾶν. Hoc est catenam eo versu,

Μυδάλεον πολιῇσι πεπυκασμένα σπείρῃσι.

σειραὶ sunt veluti sertæ quædam capilli, in quas non solum fœminæ, sed & viri crines, & barbam distinguebant, atque diuidebāt, vt in capitibus Iouis, tam in numismatibus, quam in marmoribus videre est. Treccias vocant Itali. Iis vtebantur in capillo porrecto, & vt Apuleiana licentia loquar patagiato. Vestalibus senis tātum ornari licebat sub flammeo. Hoc est enim quod Festus dixit senis crinibus ornari. At matronæ pluribus ornabantur, vnde πολυσπείρους σειρᾶς, dixit Naumachius. In multis numismatibus Augustarum capita in eiusmodi sertas secta, & distincta videre potes. Hæcille. Habes & Iudicum 16. ἑπτὰ σπείρας τῆς κεφαλῆς μου. Latina vulgata, Si septem crines capitis mei plexueris. Ita Festus senos crines. Ibidem & dicit ἑπτὰ βοστρύχους, septem cincinnos. Pollux li. 2. c. 1. σπείραι τε πλόκιμοι καὶ σειραὶ τῶν τριχῶν, lege ex manuscripto σειλαὶ, vt apud Hesychium σειλαὶ, Eustathius dicit πλοκαμίδας.

276. 60. *Immundum mundum.*] Tertullianus quod hic Clemēs ἄκοσμον ἄκοσμα de habitu muliebri. 4. cultum dicimus, quem mundum muliebrem vocant, ornatum quem immundum muliebrem contendit dici. Ille in auro & argento, & gemmis & vestibus deputatur iste in cura capilli, & cutis, & earum partium corporis, quæ oculos trahunt.

277. 10. *Cibos otiosa non comedit.*] Ex hoc loco vsque ad illum, Mulier fortis, omnia ex 31. Prouerbiorum sunt versus 26. in Antuerpiensi edit. ἀνοίγει στόμα αὐτῆς σοφίᾳ, καὶ νομοθεσία χάριτος ἐπὶ τῆς γλώσσης αὐτῆς. vulgata. Os suum aperuit sapientiæ, & lex clementiæ in lingua eius. Apud Clementem, ἀνοίγει τὸ στόμα διδασκαλίᾳ σοφίας, καὶ ἐντολὴν ἐλεημοσύνης ἐπὶ τῆς γλώσσης αὐτῆς. Item 28. versus, ἀνέστησαν τὰ τέκνα αὐτῆς, καὶ ἐμακάρισαν αὐτήν. vulgata. Surrexerunt filij eius, & beatissimam prædicauerunt. Clemens, ἐγκαυχᾶται ἐπὶ τούτῳ ὁ ἀπ. ἐπαινῶν αὐτήν. In editione Romana Aquilæ Symmacho & Theodotioni tribuitur hæc lectio, ἐμακάρισαν αὐτὴν, vt & apud Clementem, & legisse videtur auctor vulgatæ Chaldaicę paraphrasis versio, beatitudinem illi dederūt. In quodam manuscripto exemplari legebatur, ἐμακάρισαν αὐτὴν καὶ ὁ ἀνὴρ ἐπῄνεσεν αὐτήν.

Ibid. 50. *Mastichen deuorantes.*] Plinius lib. 24. mastichen lentiscum vocat Dioscorides dicit. c. 77. σμύρνα ἐσθιομένη πρὸ βαδισμοῦ ἡδύνει στόμα. Commanducata oris halitum commendat, & gingiuarum tumores reprimit. Idem σὺν ἡδυσμάτοις ἐσθιομένη αὐτὴ καλλιόσμους ποιεῖ τοὺς ἐσθίοντας καὶ πνεύματος ἀποκλείει δυσωδίαν. Myrrhantes furculi calamulorum vice dentibus repugnis affricantur. Similis ille locus cap. 1. pa. 151. 50. In libris habens mystinæ tabellam, vbi ἡδύνει, quod Dioscorides ἡδύσμους, dicitur, & cap. 3. p. 155. 10. mastichen rodentes. Martialis de dentifricio

*Lentiscum melius, sed si tibi frondea cuspis*
*Deserit, dentes pluma leuare potest.*

278. *Hinc adiutus Bacchus.*] Interserit verbis Salomonis ex 9. Prouerb. sententiam Pindari, quæ et solo Clemente cruta inter eius fragmenta numeratur. γλυκεῖα κλοπαῖς ὕδωρ μάλιστα κέκρυπται. *Dulce furripitur studium Veneris* : quæ autem sequuntur, ὡς οὐδεὶς ὅτῳ γνῶσιν παρ' αὐτῆς ἔλαβεν τοῦ, ἢ ὅτι σπουδὴ ἀδιάφθορος ἐστιν, sunt ex eodem cap. 9. Prouerb. in quibus Heruetus corrigit ἀδιάφθορος pro ἀδιάπτωτος. apud xxx. est ὀλίγον. Ad verbum, Ipse autem nescit, quod gigantes apud eum pereūt, & in profundis inferni occurrit. vel, ad laqueum inferni vadit. Vulgata, Erigna. tauit quod ibi sint gigantes, & in profundis inferni conuiuę eius. Aquila & Symmachus ἐστιάσεις αὐτοῦ Theodotio γίγαντας. Didymus sic exponit οἱ γίγαντες δύνανται αὐτῶν, χρείαι γενόμενοι παρ' αὐτοῦ ἢ γνῶσις, ἥτις ἀποκλείει τοὺς ἐκείνου λόγους· ἢ ἐπεὶ γὰρ λόγῳ τῶν ἐναντίων ἀποκλείονται τὰ ἐναντία· ἢ ἐπεὶ τὰ μὲν ἐναντία τῆς σοφίας ἐστὶ τὰ πνεύματα, τὰ δὲ ἐναντία τῆς σοφίας ἐστὶν ἡ ἀφροσύνη. Gigantes seu terra genitos homines qui terrena sapiunt appellat, & voluptatis illecebris, vt laqueis aues, captare indicat. Sic 2. Prouerbiorum v. 8. ῥῆ τοὺς γίγαντας cum terrigenis, & Ecclesiastici 23. γίγαντα δὲ ἐν ἀδῖσι, in quibusdam libris, vt annotatum est in edit Romana.

Ibid. *Sed reflias.*] Hæc quoque ex eodem cap. 9. Prouerb. sunt, sed à Latina tamen absunt atque ab ipsa Græca lxx. Antuerpiensi, at in Romana super addita sunt ex optimo codice Vaticano, cum quo etiam conuenit antiquus liber Bibliothecæ Christianiss. Regg. matris ἐν ἀπαιδευσίᾳ, καὶ χαίρουσα τῷ κενῷ, καὶ ἐπιστῆσα τὸ στόμα, (Sic enim apud Clementem & in manuscripto legitur, non vt in Romana ἔτρωμα) ὥρεξε αὐτῶν, καὶ τὸ διάλογον αὐτῆς ἐπὶ τὸν ἅδην, sed addit Clemēs ἢ ἐλάχιστον τοῦ κρείττονος, pro quo in scholis Romanæ edit. ex quibusdam libris additur, ἢ ἐλάχιστον ἐπιστολῆς ἀποστόλου. Certe in Latina editione vulgata in quibusdā libris post versum 18. qui in Græcis vltimus est, sequuntur ista, *Qui enim applicabitur illi, descendet ad inferos : nam, quo abscesserit ab ea, falsabitur.*

Ibid. 60. *Planc fusillum.*] ὑάλῳ σαφῶς διαυγεῖ, conuersationem suinam vertit H. Iunius cent. 8. Prouerb. 37. innuens eos qui suum ritu se voluptatibus oblectant, ὑάλῳ stolidi crassoque ingenio, vt apud Aristophanis scholiastem Hippocratis filij dicuntur διαβεβλῆσθαι ὑάλῳ.

280. *Honestus & ex quo nihil.*] Gr. σπουδαῖος ἢ ἀκατάσκοπος, honestus, & ab exploratoribus seu speculatoribus tutus, qui κατάσκοποι sunt. Heruetus in libro suo correxit ἀκατάσκοπος. Vtrumque minus vsitatum est. Paulo post Clemens ait, ἢ ἀνατροφῆς τῶν αἰμυητῶν, sequitur autem quod illud Æschyli refert de Amphiarao in ἐπτὰ ἐπὶ Θήβας, apud Plutarchum Aristidi affictum, οὐ δοκεῖν ἄριστον εἶναι ἀλλ' εἶναι βούλεσθαι. *Neque enim videri ingenuus hic, sed esse vult.* quod autem ex sacris literis est in extrema pagina, citatur ex 4. Prouerb. v. 25. Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ præcedant greſſus tuos, Græcè, οἱ ὀφθαλμοί σου ὀρθὰ βλεπέτωσαν, τὰ δὲ βλέφαρά σου πρὸ πάντων ἐπιβαινέτωσαν. Aquila & Theodotio verterunt, οἱ δὲ ὀφθαλμοί σου εὐθυνέτωσαν ἐναντίον σου. Ad verbū ex Hebræo, Oculi tui ad rectum aspiciant, & palpebræ tuæ dirigant viam tuam coram te. Apud Theophilum lib. 2. ad Autolycum eodem modo legitur hic locus, quo apud Clementem, quamobrem fane miror, cur ita verterit Clauserus. Oculi tui in directum aspiciant, & palpebræ tuę rectum teneant iter ante te.

286. *O fœminæ.*] Citantur à Stobæo hi versus tit. 65. sed in tertia eius editione tribuuntur Apollonidæ cuidam, vt & in libro manuscripto, præcedens autem versus Euripidi relinquitur. At in prima editione præcedens sententia Apollonidæ dicebatur, posterenum autem huius carmen apud Clem. habuit, ἢ θεσπέσιόν τ' ἀνδ' ἐσορᾶν at apud Stobæum, πάνδεινον, legitime affectarunt quæ iusta sapit.

## IN LIB. I. STROMAT.

295. *Stromarum.*] Pollux lib. 7. c. 19. docet nomen στρωματεῦς, vestem aliquam sutilem significare, in qua stragula solebant deponi ac colligari, quales erant sacci, quos ibidem memorat, ex pannis lineis aut laneis consuti, in quibus stragulæ vestes reponi solebant, ac funiculis obligari. Apud Athenæum & alios non multum videntur differre οἱ στρωματεῖς à stromatis ipsis. Piscis quidam lib. 7. Athenæi στρωματεὺς dicitur, quia eius tergum virgis aurei coloris variatum est. Ita Clemens libros suos inscripsit στρωματεῖς ob varietatem argumenti, vt ipse ait initio lib. 4. ἔστω ἡ τῶν ἀποκρύφων μάθησις ἐν ἀστίοις τοῦ στρωματεῖ διαφυλάσσουσα. & paulo post, τοῖς ἐπιτυμβίοις στρωματεῦσι τῶν ἐν ἀδου ἀναπαυομένων. & in fine libri 1. τῶν ἐν ἡμῖν ἀνθρώπων φιλοσοφίαν γυμνασίαν στρωματέων ἐρεῖ στρωματεὺς ἐστιν ἐκ πολλῶν συναγόμενος, *Primus ex Centonibus constitutus Commentariorum ex vera Philosophia contextis hic finitur*, & in fine lib. 5. D. Hieronymus στρωματεῖς & στρώματα dicit, vt in catalogo script. Eccles. *Memini me in Stromatibus suis voluminis Tatiani aduersus Gentes.* Sophronius Græcus interpres ἐν τοῖς ἡδίοις στρώμασιν. Eusebius lib. 1. Præpar. meminit, τῶν Πλουτάρχου στρωματέων p. 15. Henric. Stephanus in Thesauro. His addere potes, & locum Eusebij in historia Eccles. lib. 5. f. 29. b. citantis Clementem ἐν πέμπτῳ στρωματεῖ, & Hieronymi in Chronico Eusebij Olymp. 47. *Sententiæ autem nostræ etiam Clemens cōgruit in primo Stromate.* Item Olymp. 64. *Clemens quoque his congruit in primo Stromate ita scribens.* Quin & ipse Clemens στρωματεὺς dicitur à Theodoreto de Hæretic. fabul. lib. 1. μάρτυρες τῶν δογμάτων παρέχομαι Κλήμεντα. Vide Eusebium li. 6. Histor. cap. 5. vbi hoc opus regnante Seuero elaboratum fuisse tradit. Scripsit & Origenes Stromatum libros, qui ab Hieronymo in Danielem citantur.

297. 50. *Vsque ad terram.*] Legitur & apud Plutarchum initio libelli, quo monet non esse pecuniam mutuo accipiendam, μὴ δανείσασθαι γῆν. At hic Clemens legit, πεδίον γῆν. Apud Nicandrum πεδία γῆ, exponitur Samia terra, vbi iubet accipere 4. drachmas γαίης πεδίνης, in Alexipharmacis.

Ibid. *Simul autem.*] Rectius intellexit hoc prouerbium commentarium scribens G. Heruetus, dum vertit, *Simul autem deponere*; tametsi enim Græcè nō legitur apud Clementem, vt effert ipse ; eadem tamen sententia est, sic enim habet, εἰ δὲ φορτίον συναπτόμενος ἅμα ἐπιλάβοιτο, οὐκ ἂν ἀναίρεσιν ὁ φορτίσας ὁ συναράμενος ἔμελλεν. Quo loco confirmatur eorum sententia, qui hoc prouerbium ita efferendum Græcè putant, non vt existimauit Erasmus, qui σὺν τῷ δανείσασθαι putauit significare simul tollere. Sic apud Plutarchum legimus li. 8. cap. 7. Symp. μιᾶς ἡμῖν ἀφορμῆς βάσεις, συναπτόμενοι δὲ. G. Gyraldus in libello de symb. Pythag. monet D. Hieronymum vertere , Oneratis superimponendum onus, deponentibus non connitendum, Olympiodorum in Phædonem Platonis μὴ ἀποτιθέμενον, ἀπὸ συναπτόμενον, hoc est, συναφαιρεῖσθαι τῷ ζυγῷ, ἐκ ἀποφορτίζειν, Suidam tamen ita legere, συν οὐκ ἐν δανείσῃ, μᾶλλ' ἐν συναπτόμενος, at Cyrillum , Non oportet cooperari cuipiam ad ignauiam, sed ad virtutem.

301. 50. *Putei qui.*] Basilius ad Eustathium, ἢ τὰ φρέατα φασὶν οἱ παλαιοὶ βελτίω γίνεσθαι. Etenim putei (quod aiunt) si hauriantur meliores euadunt. Philo Iudæus lib. de Gigantibus, πολλάκις ἢ ἀρετὴ τὰ ἄμωτα ἐπιδίδωσι κἀπὸ φασὶ τοὺς ἀπαντλουμένους πηγὰς, ἢ τὸ ἐκείνου λόγου ὑγρὸν ἀπὸ πόσου μᾶλλον γλυκαίνεσθαι. Sæpe etiam meliot euadit, quemadmodum perhibent fontes si hauriātur, hos enim tunc dulcescere magis vulgaris opinio est. H. Iunius cent. 4. Prouerb. 19. Illud porro quod paulo ante dixit, *Siculare vera apes*, non è Sicilia ortum indicat eum, de quo loquitur, vt Xenophon dictus est, ἀπὸ μελίττης, sed vt dixit Lucretius:

*Floriferis vt apes in saltibus omnia libant,*
*Omnia nos itidem depascimur aurea dicta.*

306. 50. *Litigatores & iurgiorum.*] Quos non ineleganti voce Vitilitigatores vocauit Cato, testante Plinio, eos non minore gratia ἰουρτίους, & ἰμαντιλικτίους, dixit Democritus Abderita, illud quod iurgia ferant litigiosi, hoc vero quod veluti nexus quosdam vinculorum implicent, quibus alios inuoluant irretiantque. Clemens Stromat. lib. 1. ἰουρτίους δὲ καὶ ἰμαντιλικτίους, ὡς ὁ Δημόκριτος ὀνόμασε φησὶ· quæ lectio apud Plutarchum 1. Symposiacorum decade nonnihil corrupta, legitur hoc modo, ἰουρτίους ἢ καὶ ἀνιμαντιλικτίους ἢ ἰμαντιλικτίους λόγους αὐτῶν, id est, Missas facere oportet eorum fabulas, qui de lana caprina rixantur, & nodos texunt, vt est apud Democritum. H. Iunius cent. 8. Prouerb. 78. At ἰμαντιλικτίους exponit H. Stephan' qui veluti funes loreos tortuosis

nodis implicant. Versus autem qui sequuntur non Democriti sunt, sed Homeri Iliad. v.

Ibid. 60. *Verbatum.*] P. Leopardus l. 9. Emendat. c. 3. Extat apud Stobæum Theocriti Chij in Anaximenem oratorem scomma his verbis: Θεόκριτος ὁ Χῖος Ἀναξιμένους λέγων μᾶλλον τῆτε, ὀρχηστύν, ὕπνον, λίθους ἀντὶ μύτων, καὶ ἁ γαλῆ ἰόν. Id est, Theocritus Chius cum Anaximenes orator esset habiturus orationem, Incipit, tinquit, verborum quidem flumen, sed mentis gutta. Clemens Alexãd. Stromat. l. 1. similem huic locum habet, sed deprauatum, ἀντὶ μὺς ἀτέχνου ῥεύματος, οὐδὲ γαλῆς μία, quod Gentianus perperam ita vertit. Verborum &c. Legendum autem ῥῆ, id est, *flumen verbarum, mentis autem gutta.*

307. *Ad linguam.*] Reperiuntur hæc carmina inter opera Solonis cum cęteris Gnomicis edita, pag. 138. sed ordine mutato, primum enim tertio loco ponitur, in quo & legitur non vt apud Clementem, ᾧ θεὸς αἰμύλον ἄνδρ' ἔδωκε, sed, ᾧ τὸν ἔπος αἰμύλον ἀνδρ' ἔδωκε, *Versutaque verba loquentis*, & in tertio χαίνους mollis, vertitur. *Omnibus ex vobis mollis inest animus.*

Ibid. 10. *In Archilochi sui Poetas.*] Gr. ὦ ἀρχιλοχείων πάντων, Heruetus legit, πάντως. Athenæus lib. 3. citat Cratinum ὦ Ἀρχιλόχειε in Archilochis & lib. 4. atque aliis locis.

Ib. 30. *Hunc nec æratorem.*] Aristoteles 6. Ethic. c. 7. ad Nicomach. Homero tribuit hos versus vt Clemens, at Dion Hesiodo, Suidas Margiten fuisse docet à Comœdis irrisum ob stultitiã, qui vltra quinarium numerare non poterat, & matrem suam aliquando interrogauit iuuenis, an ex eodẽ patre edita esset. Margitas autem & stultos vocabant, vt Alexandrum Æschines in orat. contra Ctesiphontem.

313. 50. *Velle bonum eligere.*] Βούλῃ ἀριστὸν τὸ λῆμμα, *eligere velle quod est optimum.* Videtur respexisse ad illud Theognidis: βούλεσο τὸ δικαιότατον, Res pulcherrima quæ iustissima. Idem Aristoteles docet 5. Ethic. ad Nicomachum. F. Morellus P. R.

Ib. 40. *Rursus autem.*] Vide quæ collegimus in lib. 6. pag. 683. 20.

315. 10. *Officium vero.* Gr. ἔργον δὲ τὸ ἐπιχείρημα, opus verò epicherema quod ad Rhetorẽ quomodo pertineat disce ex Fabio lib. 5. c. 10.

Ib. 40. *Vir impeditus.*] Apud Stobæũ lib. de calumnia 40. ex Euripide citatur in Alexandra, sed corrupte legitur εὐδωκοῦσ, pro εὐδωκῶ itaq; hic Clemẽtis locus emendationem confirmat Th. Canteri li. 2. c. 5. var. lect. Atq; adeo falsum, videtur, inquit, secundum Euripidem, quod inquit Statius Cæcilius eloquentiam innocentiam esse, vt est apud Apuleium.

Ib. 60. *Multis ergo.*] Gr. πολλοῖς οὖν πολλὰ ἀδικεῖ, ἃ δὲ δικαίως εἰ βέλτιον τὰ ἀσύμφορα ὁρᾶν. Emendandum putat F. Morellus Prof. Reg. ἃ δὲ δικαίως εἰ βέλτιον. *Vulgo ait aque vt plateas desiderandum non est. Quæ namque nouit ille, nos non exercemus: quæ vero nos scimus, procul sunt ab illius affectibus.*

316. 60. *Musas Sirenibus.*] Th. Canterus l. 2. c. 1. var. lect. similem ex Theodoreto locum profert li. 8. de Curat. Græc. Pythagoram puto comptos lepidosq; sermones Sirenibus opinatum esse persimiles, Musis vero, quæ nihil inducti decotis fuciq; præferentes, nudam veritatis formam ostendunt.

318. *Non licet.*] In fragmentis Pindari hæc ita Latine redduntur, licet enim audire Pindarum quoque scribentem, non apud omnes erumpere sermonem antiquum fidelissimis silentij viis, stimulus autem pugnæ est sermo prævalẽs. Theodoretus l. 1. de Curat. Græc. ægrit. Acciaolo interprete, nam Græco caremus. Armon quæso ipsũ Pindaro Poëtæ Lyrico auscultandum putatis manifeste prohibenti, οὐ πάντας ἀνακούειν ἀρχαίων λόγων. Hoc est antiquam rationem cunctis aperire?

330. 40. *Ex his æquiquus.*] Hæc eadem exscripsit Diogenes Laërtius in vita Socratis ex Timone in Sillis quibus ille Socratem irridebat, qui antea lapides sculpebat,

*Fluxis ab his legumque loquax, lapidumque politor*
*Graiorum vates, impostor æque magister.*

Hic legit Clemẽs, ὑπομαλίσας, quamuis quidam corrigant, ὑπομυλίσας.

331. 60. *Et Theyt nobis.*] Tertull. de anima c. 2. Nedum diuos, vt Mercurium Ægyptium, cui præcipue Plato adsueuit. Pamelius in eum locũ scribens meminit huius Clementis, monetque hic legendum Theut, quemadmodum legitur apud Platonem in Phædro, vbi narrat Socrates venisse Theut ad Tamum Regem Ægypti, eique artes suas demonstrasse. De eodem item in Philebo. Φασὶν ἄνωθεν ἐγγενόμενον τῇ καὶ θεῖον ἀνδρωπον, ὃς λόγος ἐν αἰγύπτῳ θεὺθ τινα τὸν θεὸν εἶναι. Vocem infinitã animaduertit, siue Deus aliquis, siue diuinus homo, veluti fama refert huiusmodi hominem nomine Theuth in Ægypto extitisse. Cicero 3. de Nat. Deor. vt monet Scaliger in Varron. Theut vocat; locus tamen Ciceronis sic legitur in editione Lambini. Mercurius quinctus quem colit Pheneate, qui Argum dicitur interemisse, ob eamque causam Ægypto præfuisse, atque Ægyptiis leges literas tradidisse. Hunc Ægyptij Thoyth appellant. Suidas θεὺθ ὁ θεὸς ἑρμῆς.

332. 20. *Heraclitus autem.*] Plutarch. hæc verba Heracliti de Sibylla affert lib. de Pyth. oraculis. Σιβύλλα μαινομένῳ στόματι ἀγέλαστα καὶ ἀκαλλώπιστα, καὶ ἀφύκτου ἐπιφερόμενα, χιλίων ἐτῶν ἐξικνεῖται τῇ φωνῇ διὰ τὸν θεόν. Sibylla furenti ore non ridicula, neque exornata, aut vncentis oblita verba fundens mille annos voce pertingit, eius Dei opera, qui per eam loquitur. Ex eodẽ libro sumptum est quod sequitur de petra, quę apud Delphos ostẽditur. Sed omissa sunt quædam ab Heruetо, sequitur enim post illud, ἀ Μῦσα, τῶν μὲν ἀγαθῶν ἀγαπήσιμος· οὐ γὰρ ἁπλῶς ἀλλ' ἐμμανῶς ἀφυκτὰ, λαμπρὰ τῶν ἀληθῶν· καμὲ οὖσαν ἀνάγκασον τὰ Πυθοῖδε. Sic in Aldina editione: at Interpres Gallicus eruditissimus nobis ea sequendus, qui cum manuscriptis eum auctorẽ consulit. *Quidam autem aiunt ex Malea profectam illam, filiãque Lamiæ fuisse Neptũni filiæ.* Postremo & quæ ex Serapione proferuntur, ex eodem loco decerpta sunt.

335. 30. *Qui scripsit Titanomachiam.*] Multi dicuntur huius operis auctores. Athenæus ideo li. 7. citat Titanomachiæ scriptorem li. 2. siue is fuerit Eumelus Corinthius, siue Arctinus, siue alio quocunque nomine vocari gaudeat.

Ib. 50. *Prius itaque.*] Totum hunc locum exscripsit Euseb. l. 10. Præp. Euang. c. 2. p. 278. edit. Paris. vlgs ad illa verba sequent. p. 336. 30. *inuenta narrarit.* Tu- pezunt. Eusebij interpres paulo liberius suo more vertẽs hęc ita scribit. Astrologiã primos Chaldæos, Ægyptios deinde edidisse. Heruet. ad verb. reddidit.

336. *Et rursus Celmus.*] Apud Eusebium τὸν μὲν ἐν τῷ δευτέρῳ μαινομένῳ τῶν ἐν Διδύμοις ἀκτύλων, σαφῶς ἐν κύπρῳ οἰκήσαι Δαμνανέα τε καὶ Ἰτυμανδρον καὶ Ἀκμονα πρώτους σιδηρουργῆσαι. Trapezuntius, Tolmentem vero & Damnameum Iudæos in Cypro primos ferrum inuenisse. Atque ita Polydorus Vergilius in libris de Inuentoribus. Clemens habet rectius, Κέλμιν τε αὖ τὸν δευτερῳ μαινομένῳ τῶν ἐν Διδύμοις. Apollonij Scholiastes auctoris Phoronidis (id est poematis nomen quod citatur p. 372. 40.) carmina citat, in quibus tres tantum Dactyli nominantur.

Κέλμιν τε Δαμναμενέα τε τελχίνα τε Ἰδαῖον Δακτύλους.

*Celmus Damnameneusque ingens, Acmonque superbus.*

Vide Prouerbium Κέλμις ὁ πάππος, de iis qui nimium sibi credunt. Sunt qui quatuor numerent, ait Greg. Gyraldus Syntagm. 1. Salaminum Damnaneum Herculem & Acmonem. Plinius lib. 7. c. 56. Ferrum Hesiodus in Creta eos, qui vocati sunt Dactyli Idæi. Itaque hic fortasse legendum erat ὁ πάππος, non ὁ πάππος, sed & Strabo in lib. 14. scribit Telchinas, quos quidam & Cotybantes putant, ex Creta in Cyprum venisse, & primos ferrum, & æs operatos esse. Diodorus Siculus lib. 5. c. 15. in loco, quẽ Berecynthum dicunt, Idæos Dactylos ignis vsum & æris, ferrique naturam inuenisse tradit.

Ibid. *Alius autem Idæus.*] Gr. ὁ δ' ἄλλος ἦν Ἰδαῖος At Eusebius, ὁ δὲ ἄλλος ἐνδοῦσα τῷ χαλκῷ κρᾶσιν, ὡς δ' αὐτόθεν ἀνδρ. Trapezuntius, Ferri autem tincturam aut temperiem qua robur acciperet Delam Iudæum comperisse, quamuis Hesiodus Delam ex Scythia fuisse asserat. Plinius lib. 7. c. 56. Æs conflare & temperare Aristoteles Lydum Scythem monstrasse, Theophrastus Delam Phrygem putat. Scribe ergo, *Delas autem alius Idæus ferri*, &c. quamuis de patria diuersa sentiant.

Ib. *Ac Thraces quidem.*] Gr. καὶ μὴν Θρᾷκες αὖ τὸν ἀπὸ τοῦ χαλκοῦ τὸν παρὰ σφίσι γεγ. διὸ καὶ μάχαιραν κεκλῆσθαι. Ex his postremis vocibus vides, ἀρῶν restituendum esse. Eusebius quoque lib. Euang. Præpar. 9. ἀρῶν scribit, quem sequutus Polydorus Vergilius falcem vocat, id est, ensem falcatum, non falcem ruralem. Claudianus

—*non falce Gelonus,*
*Non arcu pepulere Getæ.* Brodæus Miscellan. l. 1. c. 19. Vide & I. Lipsium l. 2. c. 9. Saturnal.

Ibid. *Dicit Samites.* Gr. τὸν κρόκινον σκαπτικὸν ὀπτῶν πυρὸς τὸ σώμα, ὅπερ ἐκ τοῦ ὄνου ἐφαπτόμενος. Quæ fuerit armatura Samnitium de qua C. Plinius lib. 7. c. 20. natur. histor. in literis diu multumque versati compertum habent. Clemens in Stromatis ait, *Italum (Samnis vt erat) post hominum memoriam primum fabricasse scutum*, quod & Eusebius Euang. Præpar. xi. recitat. Non est ergo quod dubites aut apud Clementẽ legi oportere *Tritanum*, aut in Plinio Itanum. Quanquã de Latini gladiatoris nomine plus equidem Plinij vetustis exẽplaribus, eiusque Metaphraste Solino, quam Græco librario fidei tribuendum censeo. Plinij verba subieci. Tritanũ in Gladiatorio ludo Samnitium armatura celebrem, filiumque eius militem magni Pompeij. Solinus vero adnotauit Tritanum gladiatorem armatura Samnitem fuisse. I. Parrhasius Epist. ad Lupicipitẽ. His adde Ciceronem 1. de Finibus', hunc Lucilij versum proferentẽ. Municipem Ponti Tritanni centurionum. Lege ergo, Τετανὸν τε, σαμνίτην ὄντα ἰδίᾳ τὸ ἀρχαιοτευκάμενον. excogitasse, & *Tritanum (Samnis vt erat) primũ fabricasse scutũ.*

Ib. 10. *Cappadoces primi.*] Gr. τοὺς τὸν χάλκανον κεκλῆσθαι. Eusebius, τὸν χάλκανον κεκλῆσθαι. Frequentiori in vsu est χάλκη, quam χάλκα, vt apud Athenæum lib. 4. χάλκα δὲ τὰ ὀξύβαφα μανικά, ὁ Ψαλλικεύς, ὁ κυδέρης, diuersum tamen esse à psalterio coniicit ex Cicerone de Aruspicum resp. & Quintiliano H. Stephanus. L. Cœlius Rhodig. l. 9. c. 4. pro psalterio accipit, & quidam interpretes ex Hebræo 1. Paral. c. 15. & nablis & citharis concrepantes ἀνακρουόντας ἐν ταύλοις, ἢ κιθάραις Ibidem, nablis arcana cantabant, ἐν ταύλαις τινὰς ἀρρήτους. Vox ab Hebræo non multum discedit. Ouid. de arte inertium:

*Discę etiam duplici genialia naulia palma.*

*Verrere.* Pollux l. 4. c. 10. καμὲ μὲν ὦ ταύλας μεμνῆσθαι τοὺς ἑξῆς, Εὐριπίδου Παρμενίσκου αὐλητοῦ. ἃ γὰρ ἐλλιπῶν τὴν. Sic enim lego ex literarum vestigiis scripti libri.

Ibid. *Et absque villa.*] Gr. ἐκκαυτήριόν τε αὐτὸν ἐβούλετο αὐτοῦ. Eusebius, ὁ βούλεται αὐτὸν. Trapezuntius, Quadriremem à Carchedoniis primum factam fuisse, cuius architectus Bosporus fuit. Certe paulo ante Medicinam inuenisse dixit ἀπὸ αἰγύπτου αὐτὸν ἐλθόντα, Apim Ægyptium indigenam. Plin. lib. 7. 56. Quadriremem Aristoteles auctor est feciſſe Carthaginenses.

Ibid. *Quin etiam Noropes.*] Gr. νόροπας δὲ τοὺς ἀπὸ τοῦ πλουτεῖν, καὶ ἡ νοροπία κεκλῆσθαι. Eusebius, καὶ ἡ νοροπία. Trapezuntius; Pannones, qui Noricum habitant, quos Noropes appellant, æris vsum inuenisse. Stephanus de Vrbibus νοροπία πόλις παιονίας, ὁ πολίτης νοροπεύς· ὡς ἐπαφρόδιτος ἐκ τοῦ ἀφροδίτη φίλον, ἢ γὰρ νόρη ὁ πλοῦτος ἐλέγετο, ἐξ ἀκαπνοῦ γὰρ καμίνου πλεῖστα τῶν ἐν ἡμῖν χαλκὸς. Suidas in eandem sententiam scribit, πόλις παιονίας νοροπία & νοροπεὺς ὁ ἐκεῖ ἔσται νοροπίων. At Eustathius in illum locum Iliad. λ. Ἰδιάσαντο νόροπα χαλκὸν dici ait, νόροπα τὸν καμινευτὴν τὸν διὰ τὸ εὑρεῖν τὸν ἐξ ἰδαίου. Item, ὁ μελίσσιος ἐφ' ἑαυτῶν. Certè ex Strabone lib. 7. aliisque Geographis constat Pannoniæ partem Noricos esse, vel eidem, secundum alios, finitimos.

Ibid. 20. *Satyrum iuuenisse Phrygem.* Sequebatur in Græco Eusebij τοιοῦτος δ' ἱμάλεος ὁ τῶν διαύλων αἰμιλίας ἀγωνιστὴς ὁ δ' αὖτος φρύγα. Trapezũtius hæc tribuit Marsyæ cum mixophrygia harmonia, de qua paulo post, vertitque; *Marsyam Phrygem trichordum diatonamque harmoniã & mixophrygiam.* Sed abest ab Eusebio illud καὶ διάτονα φρύγα ἁρμονίαν. Plinius Marsyæ Phrygi modulos Phrygios acceptos refert. Pollux autem lib. 4. cap. 9. μαντροβόλος δ' ἀρχαῖον τὸ σύγγραμμα, τοῦ χορδὰ δ' ἔστι ἀναγεγραμμένα τὰ ποιητοῦ, ὅπερ ἐκ τοῦ ὄνου ἐφαπτόμενος. ἐκαίνιος δ' ἐν τῷ τοιούτῳ. Suidas, ἐλυμπὸς μυσὸς αὐλητὴς ὁλυμπος ἥμιφρυγος τὸ ἁρμονικὸν μέσον τὸν διὰ τῶν αὐλῶν, at Olympum alterum iuniorem Phrygem facit. Extat Olympi, vt inusici insignis nomen apud Basilium orat. φησὶν γοῦν ὁ τὸ μυρίον τὸ ὠνόμασε τῶν φρυγῶν ἁρμονιῶν ἐξευρετὴν ἁρμονικὸν. Quod si Marsyæ vel Olympi Phrygum musicorum modos tentare voluissent. Olympium perperam interpres & Historicum Dictionarium scribunt.

Ibid. *Thamyrim Thracem.*] Ita quoque Eusebius. Plinius vero lib. 7. Lydios modulos Amphion, Dorios Thamyras Thrax. Paulo post, τοῦτον, delet Brodæus, corrigitque ex Eusebio τοιοῦτον, id est, τοιόνδε. lib. 1. Miscell. c. 19.

Ib. 30. *Semiramidis regis.*] Ita Græca ἐπὶ σεμιράμεως Σεμίλιος αὐχοῦσιν. Eusebius, σεμιράμεως βασιλέως Ἀσσυρίων. Reginæ Assyriorum. Sed vt præstẽt operas mutuas, quod est apud Eusebiũ, διὰ ἔργου ἐφίεσθαι, ex Clemente corrigendũ est. Diogenes enim Ereſiũ fuisse Theophrastum Aristotelis discipulum auctor est. ἐκάμοντ, demum dicitur ab Eusebio Mityleneus ille.

337. 10. *Alij autem.*] P. Leopardus lib. 2. Emendat. c. 11, οἱ δὲ Μίνωτα διοσκορίλλιον, ὅτινα μὲ Δαεικὸν γοῦν), pro quo legendum οἱ δὲ Μίνω τὸν Διὸς ὄντα Λυκίου ὅτινα μὲ Δαεικὸν γοῦν). Id est, *Zaleucusque Locrus primus narratur leges condidisse: alij autem Minoa filium Iouis ætate Lyncei. Hic autem post Danaum extitit.* Qui non grauabitur consulere Eusebij Chronica, inueniet eodem tempore regnasse, in Creta quidem Minoa, Argis

vero Lynceum.

346.30. *Qui seminat.*] Non eum locum, quem putat Heruetus, citat Clemens, sed ex eodem Prouerb. 11. capite versum 21. qui tamen nonnihil diuersus est apud LXX, ὁ σπείρων δικαιοσύνην λήψεται μισθὸν πιστόν; Clemens ait, ὁ σπείρων δικαιοσύνην ἐργάζεται πίστιν. Vulgata Latina, semen autem iustorum saluabitur, sic Aquila καὶ σπέρμα δικαίων σωθήσεται, & qui ex Hebræo vertunt. Sequitur apud Clementem versus eiusdem capitis 24. εἰσὶν οἳ τὰ ἴδια σπείροντες πλείονα ποιοῦσιν. *Sunt qui propria seminantes, plura faciunt.* Heruetus addidit è Græco LXX. *Sunt & qui aliena colligunt, & damno afficiuntur* Latina, Alij diuidunt propria & ditiores fiūt; alij rapiunt non sua, & semper in egestate sunt. Ex Hebræo vero ad verbum, Est qui disperdit rem & additur ei amplius: & est qui parcit rei suæ plus æquo, sed ad inopiam redigitur.

Ibid. 60. *Panem & vinum.*] Scribe è Græco Clementis, *panem & aquam*; Est enim error typographi qui ex alia editione adhæsit. Sunt hæc ex 9. Prouerb. & familiare est sanctis Patribus τῆς σοφίας, nomine auctores innuere qui Ecclesiastem Ecclesiasticum & Prouerbia scripserunt, vt ποιητὰς, nomine Poëtas. Quod vero sequitur, *Sed resilias, ne diu moreris in loco eius*, desumptum est ex appendice eiusdem capitis in editione Romana nuper aucti, vt & illa, *Ita enim transibis aquam alienam*, &, *transmeabis fluuium alienum*, καὶ διαβήσῃ ὕδωρ ἀλλότριον. Ex vno libro adduntur, cuius auctoritas confirmari hoc Clementis loco potest, & commentario Didymi nondum edito, qui fluuium interpretatur διδασκαλίας ἀπατηλὰς καὶ περιερχομένας χαριτολογίας ἀγνώστας. Vide quæ annotata sunt in Pædagogum.

348. *Desinente cœna.*] Refertur inter fragmenta Pindari λήγοντι δ' ἀρίστῳ γλυκὺ τρωγάλιον. Et apud Athenęum lib. 14. p. 274. Aldinæ edit. πίνδαρος δ' ἐν τοῖς ὕμνοις λήγοντι δ' ἀρίστῳ γλυκὺ τρωγάλιον καὶ ἐπὶ παισὶ ἄφθονον βορᾷ. Interpres Dalechampius, Ad exitum cœnæ, inquit Pindarus dulce, τρωγάλιον, & puerorum affluentem cibum. Subaudit ἐπιδέσσει. Hesychius, τρωγάλια τὰ τραγήματα λάχανα. Pollux, τρωγάλια esse dicit nuces & mespyla, & mala Punica, & alia eiusmodi. apud Suidam, τρωγάλιον, ὅτω τὰ τραγήματα ἐκάλουν οἱ παλαιοί. Paulo post apud eundem, τρωκτά· τὰ κατακτά, corrige ex manuscripto, τὰ καταβλακτά τῶν ὀπωρῶν. Sic pag. 685. 30. Græcam quoque attingit Philosophiam, vt qui sit bellarium, &c.

Ibid. 10. *Astutior erit simplex.*] Græ. πανουργότερος ἔσται, ὁ δὲ σοφὸς δέξεται γνῶσιν. Videtur ea spectare quæ sunt 1. cap. Prouerb. ἵνα δῷ ἀκάκοις πανουργίαν παιδὶ δὲ νέῳ αἴσθησιν καὶ ἔννοιαν, Vt det simplicibus astutiam: puero autem nouo, sensum & cogitationem; versus est 4. in Latina, &: Audiens sapiens sapientior erit. Ad verbū ex Hebræo, addet doctrinam, id est, fiet doctior, cognitionem promouebit.

351. 10. *Atque de iis.*] Totum hunc locum vsque ad illa verba sequentis paginę, *Neque vero is solus*, Eusebius transcripsit in librum suum 10. Præpar. Euangel. apud quem primùm nomen Cassiani, non Casiani, legitur. Appionem citat etiam Tertullianus in Apologetico aduersus Gentes c. 19. in quem locum Pamelius scribens monet Plinium lib. 37. cap. 5. eius meminisse. Apion, inquit, cognomento Plistonices paulo ante scriptum reliquit esse etiam nunc in Labyrintho Ægypti colossęum Serapim. Iustinus orat. adhortatoria ad Gentes, cum dicit Posidonij filiū, & Africanus apud Eusebium lib. 3. Præparat. cap. 3. diligentissimumque historiæ perscrutatorem. Ptolemæum etiam Mendesium & Mēdetis sacerdotem testem laudant Tatianus, Iustinus, & Africanus apud Eusebium.

Ibid. *Effodit autem.*] Græ. κατέσκαψε δὲ τὴν Αὔασιν ἀμώσις. Apud Tatianum ipsum in Orthodoxographis Basileæ editis legitur κατέσκαψε τὴν μακρὰν ἄμωσις, & in margine, λυαζα. Apud Eusebium priore loco 190. κατέσκαψε τὴν Αὔασιν, posteriore 292. ἄμωσις. Primus hic Amasis ex Dynastia 18. regnauit an. 25.

Ibid. 20. *His autem quatuor.*] τούτων δὲ τεσσάρων φυλαὶ γενεαὶ τὰ ἄλλα, sic Clemens & Eusebius Græcè. Heruetus 4. quia quatuor tantum Argiuorū reges enumerat Tatianus ab Inacho ad Triopam, cuius tēpore fuit Cecrops. Rursus linea 31. huius pag. *His autem sunt aliæ 15.* in libro Clementis erat, τούτων δὲ ὑπὲρ πεντήκοντα δυοῖν γενεαί, in libro Eusebij, τούτων δὲ ὑπὲρ δυοῖν γενεαί. Postremo quod est linea 32. *generationes quidem viginti vel plures*, in Græco Eusebij fuit γενεαὶ μὲν εἴκοσι ἢ μικρῷ πλείους, *generationes viginti, aut vna plures*, cum tamen Trapezuntius verterit tantum, generationes 20. connumerentur. Atque annis quidem quadringentis antiquiorem esse Iliacis temporibus Mosem vult Tatianus, si quidem Inachi sit æqualis Moses, vt & ait Tertullianus in Apologetico c. 19. verum Eusebius in Chronicis, vt in illum Tertulliani locum scribens Pamelius admonet, tempore Cecropis eum floruisse tradit non Inachi, magisque cum historia conuenit. Lege D. Augustinum lib. 18. de Ciuit. cap. 8.

Ibid. 30. *Eam vero res.* Mancus est hic locus, quem ita potes Eusebij ope restituere. οἱ δὲ πάντων ἀκριβέστατοι πρεσβύτεροι τῶν Ἑλληνικῶν κτισμάτων λέγει, σώσαντι τῷ δευτέρῳ καὶ τεσσαρακοστῷ ἔτει τῆς ἀσσυρίων ἀρχῆς, ὁ δ' ὅσος τῆς βασιλείας τῷ δευτέρῳ καὶ τεσσαρακοστῷ ἡ μωσῆς, &c. *Quod si res Assyriorum multis annis antiquiores Græcis Ctesias dicit, Mosem ex Ægypto mouisse quadringentesimo secundo anno Imperij Assyriorum, trigesimo scilicet, ac secundo regni Belochi octaui constabit, apud Ægyptios Amosi, Inacho apud Argiuos regnante.* Belochum Assyriorum Regem 8. reperies in Chronicis Eusebij ad ann. mundi 3410. quanquam paulo ante quam regnaret Amasis, & paulo post Inachum.

Ibid. 40. *Hinc Plato.*] Νεῖλος, perperam scriptum est in Græco Clem. at apud Eusebium & Platonem ipsum pag. 22. tom. 3. edit. Henr. Steph. καὶ Νιόβη. De Solone hæc intellige qui voluit Ægyptios sacerdotes prouocare in sermones (vt vertit Hieronymus in Chronicis ad ann. mundi 3390.) de temporibus antiquorum, quæ cuique ciuitati apud veteres acciderent, de Phoroneo qui primus hoc nomine appellatus est, & Niobe, & his qui post diluuiū fuere, &c. Quo ex loco fortasse augeri, vna voce posset Plato, apud quem legis, ἐν λέγει τὸν πρῶτον τὰ ἀρχαιότατα λέγειν, at apud Clementem, περὶ πόλεως τὰ ἀρχαιότατα, & apud Eusebium, cuique ciuitati. Sic enim tres manuscripti habent. Acusilaum citat Plato in Conuiuio. Suidas Argiuum fuisse tradit, historicum antiquissimum, qui genealogias scripsit ex Æneis tabulis, quas pater eius fodiens casu offenderat. Paulo post lin. 40. legendum est Cecrops & Io, non Inachum & pagin. sequenti 30. dicitur Io fuisse tempore Triopæ.

Ibid. 50. *Tempore autem Crotopi.*] Mendosè apud Tatianum ipsum legitur, κατὰ δὲ κέκροπα ὁ ἐπὶ τοῦ φαέθοντος pro κατὰ δὲ κρότωπα, nam ita exscripsit ex Tatiano Clemens, & ex Clemente Eusebius. Cęterum apud Eusebium



in Chron. legendum esse Triopas non Trophas admonuit iamdudum P. Leopardus li. 4. c. 9. quod & manuscripti confirmant.

Ibid. 50. *Tempore è Sthenelo.*] κατὰ δὲ τὸν Σθένελον legitur apud Clem. & Tatianum, cuius hæc sunt apud Eusebiū duobus locis κατὰ δὲ Σθένελον, *Tempore autem Sthenelai*, & in catalogo regum Argiuorū Tatianus ipse duos Sthenelaos enumerat. In Chronico Eusebij ad ann. mundi 3715. non Stelenus, sed Sthenelaus legendum est. Quod vero sequitur, *A Ioue qui genitus*, est Homeri versus à Clemente verbis Tatiani additus ἐν ῥαψῳδίᾳ Πιάνου? ζ.

*Qui primus Ioue natus amat qui cogere nubes.*

Habes deinde in Græco Clemētis, ὅτι ἐκ χρόνου τις φοινίκης εὐρώπης, apud Tatianum vero, ὅτι ἐκ φοινίκης τῆς εὐρώπης εἰς τὴν κρήτην ἀνακομιδή, Eius interpres vertit, Et Europæ ex Phœnicia in Cretam restitutio. Apud Eusеb. p. 190. sic legimus vt apud Tatianum, Trapezūtius tamē vertit, *Et Europa ex Phœnicia rapta fuerat*, at pag. 292. vt apud Clementem. Certe raptam ex Phœnicia in Cretam constat Europā à Ioue, vt scribit Euseb. regnante Danao Sthenelai successore. Porro Cadmum extitisse Lyncei tempore Eusebius quoque in Chronicis testis est qui Argiuorum rex fuit vndecimus, sed inibi fœdus est error in impressis, Armenia capta à Cadmo, P. Pithœi V. C. codex Armonia capta. Victorinus, Hermiona rapta à Cadmo: vera lectio est, Harmonia rapta à Cadmo. Filia fuit Veneris vt fabulæ tradunt. Hoc eo addidi quod ex nostris Chronologis quidā aliam quandā regionem viciniorē Bœotiæ quā sit Armenia substituat.

Ib. 60. *Agias autem.*] Apud Euseb. p. 293. Præpar. legitur Ἀγίας καὶ Κέρκυλος non Αὐγίας καὶ Δέρκυλος. Ios. Scaliger li. 5. de emendat. tempor. agens de Ilij excidio docet Scirrhophorionem illius anni fuisse feria 7. Iunij 24. Thargelionem Maij 25. feria 5. εἶδος πανσέληνος, hoc est 23. captū Ilion Iunij 16. Solstitium, siue Bissextum: Atticum 3. Iulij. A 16. Iunij ad 3. Iulij intercessit nullum dies 17. Quare ideo 17. diebus ante captum Ilion scribit Ephorus. Ea est opinio eorum qui Iliō captum censent plenilunio, aut circa plenilunium, atque alio mense. Agis & Cercylus idē volunt apud Clem. Alexand. cum scribunt Ilion captū μηνὸς πανήμου ἱσταμένου ὀγδόῃ, si modo Panemus non est Hecatōbæon, aut Scirrhophorion, sed Thargeliō: Hæc ille. Quod vero ad nomina historicorum attinet, quos ex libro Eusebij nominauit, non ex Clemēte, eorum etiam meminit Athenæus l. 3. Ἀγίας καὶ Δέρκυλος ἐν ἀργολικοῖς τὸν στρατὸν ἀφανίζονται.

352. *Et nonnulli eorum.* Ios. Scaliger loco citato p. 207. Addit Clemens, καὶ τινὲς τῶν περὶ τὸν ἀγαθοκλέα ... (Διονυσίου) ... ἐπὶ Μνησθέως, πλησιφαοῦς οὔσης σελήνης. Itaq; necesse est aliū annum ab hoc diuersum fuisse. Imo nullum fuisse omnino necesse est: quia in Tetraëteride Attica nullius Thargelionis dies 23. incurrit in plenilunio; sed eodem anno εἶδος ἑκατομβαιῶνος, habuit planè confectū pleniluniū. Ad probandam sententiam suam adiicit: νὺξ μὲν ἔην μεσάτη, λαμπρὰ δ' ἐπέτελλε σελήνη, καὶ ... Sed pace eruditi scriptoris dixerim, λαμπρὰ δ' ἐπέτελλε σελήνη, non intelligitur de plenilunio, sed de Luna media nocte oriente, quod fit quarto, aut quinto die post pleniluniū confectum. Itaque longe dissentit ab Ephoro. Verum sequutus sit Virgilius, pleniluniūm, aut quartum diem à plenilunio, incertum est, illis versibus:

*Et iam Argiua phalanx instructis nauibus ibat,*

*A Tenedo tacitæ per amica silentia Lunæ.*

Idem in Catullum scribens, Stasimum ait Poëtam auctorem esse paruæ Iliadis, quæ aliter Cypriaca inscribitur, eumque esse quem Horatius Cyclicum scriptorem appellat in arte Poëtica.

Ibid. 10. *Regni Persei.*] In Eusebij Chronico adscripti etiam sunt Perseus & Liber Pater, ac primum circa ann. mundi 3860. tēpore Cecropis secūdi meminit Persei, quo ex loco mēdum tolles, si verba illa, Pelops Hippodamiam duxit vxorem, inde sublata ante nomen Cecropis 2. Atheniensium regis 7. colloces auctoribus duobus codicibus manuscriptis, deinde scribas. Atheniensiū VII. Cecrops iunior annis XL. Hic Erechthei frater. Perseus aduersus Persas dimicauit. Alij tamen Cecropem Erechthei filium scribunt; sed neq; Perseus eius est frater. Deinde apud Eusebium scribe, *vt vertere eos putaretur in lapides. Didymus scribit, in peregrina historia, & perhibet scriptorem eius.* Sequitur paulo post, Dionysius, qui & Liber pater (manuscriptus *Dionysus*) aduersus Indos dimicans. Rursus notato Pandionis 8. Atheniensium regis anno scribit Eusebius. *Perseus Acrisio non sponte interfecto migrauit Argo*, manuscripti iidem, duo, *migrauit ab Argis, atque regnauit post Acrisium in Mycenas Argiuorum imperio translato. Et hi reges fuerunt Perseus, Sthenelus, Eurystheus.* Atq; ita coniungenda sunt hæc cum iis quæ ad latus scribuntur. vt & apud Marianum Scotum coniuncta reperies. Subiicit Eusebius, *Quidam his temporibus vindicāt gesta Liberi Patris.* Deinde, Vt Philochorus loquitur in secundo, adde ex Victorino cod. *Atticis libro.* Citatur paulo post ad an. 17. Eurysthei, vbi de Minotauro, Philochorus in eodem lib.

Ibid. *A Baccho autem.*] Herculem & Argonautas collocat Eusebius tempore Ægei Atheniēsium Regis, ad cuius annum 31. hæc notat. Hercules cōsummat certamina. Antæum interficit, Iliū vastat. Dicitur autē Antæus terræ filius, quia solorum palæstricæ artis certaminum, quę in terra exercētur, scientissimus erat, & ob id videbatur à terra matre adiuuari. Hydram autem callidissimam fuisse sophistriam asserit Plato. Ita restituenda sunt ista ex fide trium manuscriptorum librorum. Plato in Euthydemo, πολλοῦ γάρ που δέω ἐγὼ ἱκανὸς εἶναι ... σοφιστρίᾳ οὔσῃ p. 297. edit. Henr. Steph.

Ibid. *Colliguntur anni 30.*] Gr. ἔτη συνάγεται τριάκοντα ὀκτώ, *colliguntur anni triginta octo.* Ita legitur apud Clementem & Eusebium, neque video cur in vtraque editione scribat triginta tantum Heruetus. Trapezuntius vero, Eusebium sic vertit. A regno autem Herculis in Argis vsque ad translationem suam, & Æsculapij in Deos triginta & octo anni fuerunt, vt Apollodorus scribit.

Ibid. 30. *Isidem autem.*] Eusebius in Chronico ad ann. mundi 3540. Inachi filia Io, quam Ægyptij mutato nomine Isidem colūt. A patre Inacho Inachus fluuius apud Argos, à filia Ione Bosphorus nuncupatur. Ita tres manuscripti, vnde impressum corrige. Rursus ad tempora Triopæ 7. Argiuorum Regis hæc scribit. Io Inachi filiæ mixtus est Iuppiter, quæ in bouem dicitur versa, & Bosphorus appellatur. Legendum puto, à qua & Bosphorus.

Ibid. *Leo autem.*] Tertullianus de corona militis. Si & Leonis Ægyptij scripta euoluas, prima Isis repertas spicas capite circūtulit, rem magis ventris. In hunc Tertull. locum scribens I. Pamelius eundem

hunc esse existimat Leonem à Clemente citatum, qui tractauit de Diis qui sunt in Ægypto.

Ibid. *Apis autem.*] Eusebius in Chron. Apis IIII. Argiuorum an. 35. Aiunt hunc Apim esse Serapim. Siquidē cum frattrem Ægialeum regem præfecisset Achaiæ, ipse cum populo ad Ægyptum nauigauit. Illa verba, cum populo, aberant ab antiquo manuscripto. Sed & Apim Iouis & Niobes filium scribit fuisse paulo ante illa circa tempora Belochi 8. Assyriorum regis, & Clemens Apim memorat, p. 335. 60. quem dicit ὡς ἀνδρεῖα.

Ibid. 40. *Namque à Latona.*] Homerus Odyss. λ. Λητὼ δ' ἐλλιτάνευε βίην καὶ φίλον ἀκοβέτην.

Latonam enim traxit per vim Iouis gloriosam vxorem. Grynæus apud Euseb. vertit, Latinā enim Iouis duxit vxorem. Eustathius τοῦτο ἐξέδωκεν, τὸ περὶ τὴν βίαν πόνον γαμικὸν. Apollonius Rhodius ait Apollinem interfecisse Tityum Latonæ vim afferre parantem. Apud Heraclidem Pōticum legitur ἥλκωσεν, Gesnerus vertit,

*Auſus enim fuerat quondam cœleſtis amores*
*Sollicitare Iouis Latonam.*

Euseb. Chron. paulo ante tempora Cecropis Atheniensium regis VII. Tityus conuixit Tantalo, sed Tityoni Latona mater Apollinis, qui cum Hercule seruiuit Admeto.

355. 50. *A temporibus autem.*] Eadem Tatianus oratione contra Græcos ἔμαθες ἂν μᾶλλον φιλόσοφος ἀπὸ τῶν ἱστοριῶν ἀπὸ τῶν ἐνίων ὅσοι ἀφ' ἑστίας ἐβδόμοι ἀφ' ἡμῶν παρὰ τὸν Ἰλιακὸν πόλεμον γεγόνασιν ἐλθεῖν συγγράφων, Homerum floruisse Philochorus post Ionicam migrationem Principe Atheniensium Archippo post Ilij captiuitatem annis cētum & octoginta. Euseb. li. 10. Præp. citans hæc verba Tatiani legit pa. 289. ἀπὸ τῶν ἱστορικῶν ἀπωλείας ἔτεσι μὲν οὖν αὐτοῖς ἑκατὸν ὀγδοήκοντα ἀφῖχται, post Ionicam coloniam annis 40. quæ verba, omissa à Trapezūtio, interprete Eusebij. Tatiano etiam videntur addenda, sed illud ἀφ' ἑστίας mendosum est. Eusebius idem in Chronico de Homeri ætate agens ad annū mundi 4090. Philochori sententiam ita narrat: Philochorus emigrationis Ionicæ tempore sub Archippo Atheniensium magistratu, & post captam Troiam annis 180. Itaque huic non conuenit cum Tatiano, qui 40. annis post Ionicam emigrationem ait. Hoc loco in interpretatione Heruetj collocanda est interpunctio post illud, octog. anni, nam computantur ab excidio Troiano, non ab Ionica colonia.

Ibid. *Aristarchus autem.*] Eadem diuersitas hic reperitur. Nam Tatianus quidem & Clemēs Aristarchum dicunt Ionicam ἀποικίαν cōstituisse centesimo & quadragesimo, post excidium Troianum anno, Eusebius autem in Chronico centesimo tantum. Idemque in manuscriptis legitur.

Ib. *Apollodorus autem.*] Tatianus οἱ μετὰ Ἀπολλόδωρον ὑπάρξαντες τῶν Ἰλιακῶν διακοσίοις πεντήκοντα, sed in editione Basiliensi additur in margine alia lectio quæ cum Clemente conuenit, τριακοστῷ, *ab Ilio capto annis ducentis quadraginta*; Apud Eusebium Præpar. x. rectius citantur eadem illa, ὕστερος τῶν Ἰλιακῶν ἔτεσι διακοσίοις τεσσαράκοντα. Nec absceditin Chronico scribens; Apollodorus Atheniēsis post 240. annum euersionis Ilij. Illud porro, *cum Agesilaus Doryssum*, Græce fuit, Ἀγησίλαον τὸν Δορυσσέως ἀκκεδαιμονίων βασιλεύσαντα. Eusebius in Chronico circa tempora Roboami Solomonis f. quinctum Lacedæmoniorum regem numerat Dorisshum, ac deinde sextū Agesilaum. Rectius apud Pausaniam in Laconicis, τὸν ὑὸν Ἀγησίλαου βασιλεύσαντα τῶν ἐκ τούτου Δορυσσοῦ τοῦ Λαβώτα τοῦ Ἀγησίλαου τοῦ Δορύσσου. Iam qui in regnum ex hac familia succesſerunt Doryſſum Labotę filiū, & Ageſilaum Doryſſ. Sic ergo & in Chronico, & apud Clementem ſcribendum eſt, niſi iſtud velis tanquam patronymicum retinere.

356. *Grammaticum Cratetem.*] Gr. περὶ τοῦ γραμματικοῦ Κράτητα, quod hic, reditum, alibi rectius Heruetus *deſcenſum*, Eusebius in Chron. Quidam eum, et quibus Crates, ante deſcenſum Heraclidarum ponunt. Tatianus contra Gentes, πρότερον ἢ οἱ περὶ Ἡρακλείδην κατελθεῖν φασὶν αὐτὸν ἀκμάσαντα μετὰ τὴν ἅλωσιν τὴν Ἰλιακὴν ἔτεσιν. Ex iſtis Crates ante Heraclidarum deſcenſum Homerum floruiſſe tradit intra octoginta annos poſt bellum Troianum, Trapezūtius 10. Præparat. Euang. minus apte vertit, Crates enim ante reductionem Herculidarum octoginta poſt Troiana tempora annos floruiſſe contendit.

Ib. 10. *Quin etiam Theopompus.*] Gr. erat, ὃν καὶ Θεόπομπος ἐν τῇ πεμπτεκαιδεκάτῃ τῶν Φιλιππικῶν, recte correxit Heruetus, ἐν τῇ πεντεκαιδεκάτῃ τούτῳ. Theopompus hiſtoricus ſcripſit, τὰ Φιλίππου πράξεις. Citatur ab Athenæo lib. 3. Dipnoſoph. 13. Philippicorum, ſeu rerum à Philippo geſtarum, & lib. 4. Dipn. lib. 46. Philippic.

Ib. *Euphorion autem.*] Tertullianus Apologet. 19. Si quem audiſtis interim Moyſem, Argino Iaucha par eſt ætate, quadringentis penè annis, nam & leprem minus, Danaum & ipſum apud vos veteriſſimum præuenit, mille circiter cladem Priami præcedit. Poſſem etiam dicere quingentis amplius. Homerum habēs, quos ſequar. Theopompum ſcilicet quem paulo ante Clemens, & Euphorionem qui Gygi συγγρᾶφει, Homerū facit, qui anno poſt Ilij excidium fuit 500. Tatianus contra Gentes, ὅτι δὲ καὶ πρεσβύτερος γεγένηται τῶν ὑμετέρων εἰσάγγελος, ἐξ ἀφορμῆς κεκλοπότες παρὰ Εὐφορίωνος τοῦ Χαλκιδέως καὶ Θεοπόμπου τοῦ Χίου τὰ κατὰ τὸν Ἰλιακὸν ἔτεσι πανταπασίν. Alij Archilochi ſeculo Homerum coniungunt. Clarui autem Archilochus circa Olympiadem viceſimā tertium, tempore Gygis Lydi annis à bello Troiano quingentis. Iam confecat hæc peritus lector cum illis Euſebij verbis in Chronico, *Licet Archilochus 23. Olympiade & quintum Troianæ euerſionis annum ſupputet.* Nam in duobus quidem manuſcriptis erat, *quingentiſimum Troianæ euerſionis*, & in altero, *viceſimum tertium Olympiadem*, ſed quod ait Archilochum ita ſupputare ſuboleſt quid erroris.

Ibid. 20. *Amos & Esaias.*] S. Hieronymus præfatione in Amos prophetiam. Hic Amos propheta & paſtor, qui ſequitur Ioeſem, & eſt tertius duodecim prophetarum, non fuit pater Eſaiæ prophetæ: quiquā & ille propheta extiterit. Nam aliis literis ille, aliis iſte apud Hebræos ſcribitur: quæ differētia literarū apud Latinos non habetur: & ille fortis vel robuſtus, hic vero populus auulſus interpretatur. & paulo poſt. Prophetauit autem eiſdem temporibus quibus Ioel, Nahum, Ionas, Oſee, Eſaias, ſed aliquibus annis Oſee, Eſaiæ & Michææ antequam Eſaias. Sequuntus eſt tamen Clemētem Epiphanius in libello de prophetarū vita & interitu, qui Amos, è Thecua oriundum, ſcribit Eſaiæ Prophetæ parentem fuiſſe. Porro patriam Ione ſic effert Clemens ἐκ τῆς Χαλκίδος LXX. vero 4. Reg. 14. τῆς ἀπὸ Γεθχεφέρ, vnde apud Theodoretū in Ionam, de Getepher, & apud Theophylactum Gethephra. S. Hieronymus Præfatione comment. qui etat de Geth, quæ eſt in Ophei. Vt vero nūc addita ſunt pūcta in Hebræo Antuerp. editionis legendum eſſet, de Gath in Chefer. Epiphanius patriam ei fuiſſe narrat ex terra Cariathamaum, haud porro ab Azoto, vrbe Græcorum mari vicina. At in Græco manuſcripto Reg. ὁ γὰρ προφητικὸς σηλοῦτος ἐξ ἄσσου.

Ib. 50. *Proficiſcenti aduerſus Ægyptios.*] Scribe, *aduerſus Aſſyrios.* Adhæſit ex aliis editionibus hic error. Narratur 4. Reg. cap. 23. & 2. Paralip. 35. vt in Mageddo fuerit occiſus Ioſias ab Ægyptio aſcendente cōtra Regem Aſſyriorum Nechaone, quem Herodotus, vt quidam volunt, Necum appellat, Pſammetici filio, quique Neceſsos dicitur. Euſebij Chronici locum hac de re ſic lego in duobus manuſcriptis, ad Olympiadem 40. Ioſias Rex Iudæorum cum Nechaone Rege Ægyptiorum congreſſus occiditur. At mihi miraculo eſt quo modo ad vnum tempus vterque conuenerit; cum ſcriptura diuina hunc eundem Pharaonem Nechaonem appellet.

357. 30. *Tunc per Draconem.*] Græc. τότε διὰ δράκοντα Δαείου βλαπτῆς potes vertere, *Tunc propter draconem Daniel iniectus.* Nā quia draconem interfecerat, ideo miſſus eſt à Darij aulicis in lacum leonum. Danielis 14.

358. 60. *Hebdomades abbreviatæ.*] Quoniam aduerſus Iudæos tractari ſolet hic locus de LXX. hebdomadibus, & varietas quædam lectionis apparet in iis, quæ citantur à Clemente, propterea ad hæc nonnulla colligemus. Ac primum quod συντμηθησαν vertit *abbreviatæ ſunt* Heruetus, ex vulgata Latina eſt; ſed & Tertullianus aduerſus Iudæos ita reddidit. Quidam teſte Theodoreto, *decretæ ſunt*, Pagninus, *deciſæ*, Rabbini, *præciſæ, prædefinitæ, prædeſtinatæ.* Vatablus, *præfinitæ.* D. Hieronymus abbreuiatas dicit, quod poſt breue tempus venturus eſſet Meſſias, vt Matth. 24. dies perfectionis dicuntur breuiandi propter electos, id eſt pauci futuri. Euſebius lib. 8. demonſtrat. Euang. dem. 22. ὁ ἀρχηγὸς ἐπαγγελίᾳ τὸ ἀναίμακτον καὶ ἄθυτον τοῦτο καὶ οὐ νῦν μαχαίρᾳ ἐκκόψας, ποτὲ μὲν πάλαι τοῖς ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ ἐπὶ τὸν ἀείμνηστον πατριάρχην αὐτῶν χρόνοις ἐπὶ τοῦ Μελχισεδὲκ ἱερέως τε καὶ βασιλέως ἀναφαίνων αὐτὸν καὶ διατείνων. Sic in manuſcr. legitur, non ἀρχὴ πάλαι ἀναίμακτον αὐτοῦ.

Ibid. *Ciuitatem ſanctam tuam.*] Gr. Heruetus addidit *tuam*, nam à Græco Clementis & LXX. abeſt, & notat Euſebius loco citato vocem illam Aquilæ & Symmachi propriam eſſe, atque in quibuſdam exemplaribus ſub aſteriſco addi. Item lege hic, *vt conſummetur peccatum* τοῦ σωτῆρα δοθῆναι τῷ ἁμαρτίᾳ.

Ibid. *Hebdomadas ſeptem.* Scribendum eſt *ſexaginta duæ*, non, ſeptuaginta duæ. Paulo ante recte ad verbum, *viſionem & prophetam*, non vt in vulgata, viſionem & prophetiam, licet enim ſit etiam in Antuerpienſi ἔφασιν καὶ προφητείαν, tamen in Romana editione poſtrema LXX legitur καὶ προφήτου. Tertullianus, vt ſignetur viſio & prophetes. Aquila, ἐφανερώθη καὶ προφήτου.

Ibid. *Et conuertetur.*] Gr. καὶ ἐπιστραφεὶς καὶ οἰκοδομηθήσεται, & conuertet & ædificabitur, vertere debuit interpres, nec impoſuiſſet imprudens I. Pamelio, qui caſtigandum eſſe Clementem exiſtimauit quod hic legiſſet, & conuertetur, neque enim videtur Græcum exemplar habuiſſe vulgata Latina. Et rurſum exemplar habuiſſe vulgata Latina. Et rurſum ædificabitur; quæ periphraſis eſt Hebraicæ phraſeos, redibit & redificabitur, hoc eſt rurſus ædificabitur, Tertullianus, & conuertet & edificabitur. Theodoreti interpres, & reuertetur, & ædificabitur.

Ibid. *Inanientur tempora.*] Gr. καὶ κενοῦνται οἱ καιροί; ſic etiam legitur in optima edit. Xyſti v. καὶ ἐκκενοῦνται, & apud Euſebium pag. 237. Tertullianus, & innouabuntur tempora, quaſi legerit Græcè καὶ καινοῦνται quo modo etiam legi putant hic quidam apud Clementem, & hæc duo confundunt. Sequitur καὶ ἐξ τῶν ἑξήκοντα δύο ἑβδομάδων poſt 62. hebdomad. vt habet Romana editio, non vt Antuerpienſis 64. Poſtremo κείμενα ἐν ἔτει πεντῆ, non vt cæteri ἐν ἔτει. Euſebius in Chron. & iudicium non eritin eo.

259. *Extindentur in inundatione.*] Gr. ἐκκοπήσονται ἐν κατακλυσμῷ ἢ ὑπὸ πόλεμον σωτῆρα ἀφανισμοῦ. Ita Romana editio niſi quod addit πᾶσι ante ἀφανισμοῦ. Euſebius cum Clemente legit. Tertullianus, & concidentur quo modo in cataclyſmo, vſque ad finem belli quod concidetur vſque ad interitum; atque ita quoque Theodoretus. In Euſebij Chronico ſic vertit Hieronymus, Et templum & ſanctum corrumpet pop. duce veniente, & cædentur in cataclyſmo bellis. Sic enim legimus in duobus codicibus manuſcriptis, non, cataclyſmo belli. Latina, & poſt finem belli ſtatuta deſolatio. propius ad Hebræa.

Ibid. *Et confirmabit teſtamentum.*] διαθήκην πολλοῖς δεδήμενε μιᾷ, at Romana & Antuerpien. διαθήκην πολλῶν. Tertullianus, & confirmabit teſtamentum multis. Hebdomada vna, & dimidium hebdomadis auferetur meum ſacrificium. Latina confirmabit teſtamentum multis hebdomada vna.

Ibid. *Et dimidium hebdomadis.*] Hæc apud LXX. in contextu Danielis non reperiuntur, quæ Græce ſic habuit Florentina editio Clementis ἡ ἥμισυ τῆς ἑβδομάδος καταπαύσει θυσίας, ἢ πλησμονὴ ἀφανισμοῦ, ἕως συντελείας, καιρὸς πλήσει πᾶσι ἀφανισμόν, quæ quo modo corrigenda cenſuerit interpres apparet ex eius tranſlatione. In editionis Romanæ annotationibus admonetur ante illa verba ἀφανισμὸν δοθείσης in quibuſdam libris hæc ſcripta reperiri, & in marginem libri Vaticani intruſa eſſe καταπαύσει δυναστείαν ἢ θυσίας ἢ ἕως πλήρωμα καιροῦ, καὶ ἕως συντέλειαν ἐπὶ καιρὸν πᾶσι ἐπὶ ἀφανισμῷ. Ea vero ſunt ex alia forte quadam editione, ex qua ſumpſit hæc Tertullianus, *Et deſtruet pinnaculum vſque ad interitum.* Nam vt monet D. Hieronymus tres fuerunt editiones Danielis, Aquilæ ſcilicet. Theodotionis & Symmachi; ſed tamen iuxta Theodotionem Eccleſiæ legebant. Quidam extrema huius loci Danielis ex Hebræo ſic vertunt, Ceſſare faciet ſacrificium & oblationem, & propter alam vel extenſionem abominationum deſtruet, donec conſummatio ſe effuderit ſuper admirantem, hoc eſt admirari fecerit videntes deſolationem. Hierem. 18. v. 16. vt fieret terra eorum in deſolationem εἰς ἀφανισμὸν ἢ συριγμὸν, ad verbum, in admirationem, & 25. 9. ponam que eos in ſtuporem. omnes ſcilicet qui id audluerint obſtupeſcent. Vide etiam hæc extrema aliter reddita apud D. Auguſtinum Epiſto. 79. Euſebius in Chron. *Et vſque ad conſummationem temporis conſummatio dabitur ſuper deſolationem*, Hoc eſt irreparabilis erit & in perpetuum ſtabilita deſtructio.

Ibidem 10. *In his ſexaginta duabus.*] In Græcis quæ proferuntur ab Heruetо Florentina editio interpunctionem habuit poſt vocem ἑβδομάς, quod ſi in

Latina interpretatione constituatur post vocem Dominus, sic retineri poterit hæc electio & exponi. In loco Danielis qui allatus est à Clemente complectens ea quæ apud LXX. reperiuntur, & quæ aliunde adiici diximus mentio fit primum 70. hebdomadum deinde septem, tertio loco sexaginta duarum, postea vnius, quarto dimidij hebdomadis, postremo alterius dimidij. Septem hebdomadas concludi ædificatione templi ait, iam in sexaginta duabus Christum esse & in vna hebdomade, in qua dictum est illum confirmaturum pactum, sequitur dimidium hebdomadæ numerandum à tempore quo constituta est à Nerone abominatio desolationis in ciuitate sanctavsque ad eius necem, postremo alterum dimidium à nece Neronis ad euersionem Hierusalem. Non enim septem annos continere vult hanc hebdomadem, sed annos 6. menses 4. quorum vnum dimidium pertinet ad vltimos, imperij Neronis annos, alterum ad XVII. menses Galbæ Othonis & Vitellij cum biennio impetij Vespasiani, cuius anno secundo euersa fuisse Hierosolyma Chronica Eusebij testantur. Vide quæ postea Clemens ait seipsum explicans pag. 367. 50. Quod vero attinet ad hanc Clementis Chronologiam in qua immanis reperitur annorum numerus, & qui 70. excedit hebdomadas, animaduertendum est nonnullos non continuare annos omnes 70. hebdomadum, sed interrumpere: vt ab edicto Darij ad initium belli Iudaici, ab eodem edicto ad discessum Nehemiæ, ab edicto Artaxerxis ad Christi eædem, item ab initio duodecimi Neronis ad annum secundum Vespasiani, quo minus est mirandum Clementem vsque ad euersionem vrbis deducere hebdomadas aut non continuare hiatum illum annorum à Christi passione ad tempus quo Nero abominationem desolationis constituit. Vide quæ ad stabiliendam suam sententiam, quæ in quibusdam cum Clemente conuenit, differit pluribus Scaliger l. 6. de emendat. temp. pag. 288.

Ibid. 20. *Vaferrimus autem.*] Exscripsit hunc locum Eusebius in Chron. ad Olympiad. 47. Sententiæ autem nostræ etiam Clemens congruit in primo Stromate, 47. Olympiade captiuitatem Iudæorum factam esse contestans, regnante apud Ægyptios Vaphre, apud Athenas Phenippo, & supputari 70. annos delolationis templi vsque in secundum an. Darij. Clemens ait *χρόνους ἑβδομήκοντα ἀρξαμένους.* Prætore vel Principe Athenis Philippo & ad 48. non 47. refert Olymp. in vno manuscr. P. Pithoei erat 49. Olymp. in aliis duobus 47. Sequitur apud Eusebium locus alter sic ex auctoritate codicum vet. legendus. Capta Hierosolyma ab Assyriis, ad Vaphrem regem Ægypti Iudæorum reliqui transfugerunt. Huius Vaphris Hieremias quoque prophetæ certo loco meminit. Vide Hieremiæ cap. 44. v. 30. Eece ego tradam Pharaonem Ephree regem Ægypti in manu inimicorum eius. LXX *ἰδοὺ ἐγὼ δίδωμι τὸν Φαρὼ ἐκτρὶ βασιλέα αἰγύπτου εἰς χεῖρας ἐχθρῶν αὐτοῦ.* Clemens ait *ὑπὸ τοῦτον βασιλεύοντος.*

Ibid. 30. *Manasses autem.*] Hæc quoque retulit in Chronicum suum Eusebius ad Olymp. 64. Clemens quoque his congruit in primo Stromate ita scribens. Et perseuerauit captiuitas annis 70. vsque ad secundum Darij filij Hystaspis, qui Persis Assyriis & Ægypto regnauit: sub quo Aggæus & Zacharias & vnus de duodecim, qui vocatur Angelus prophetauerunt, sacerdotioque functus est Iesus filius Iosedech. Hæc supradictus vir. Quod autem septuagesimus annus desolationis templi alterò anno Darij fuerit expletus, domesticus testis est Zacharias Propheta secundo anno Darij dicens Domine omnipotens, quousque non miseretberis Hierusalem, & ciuitatibus Iudæ quas despexisti? Et septuagesimus annus est. Ita legitur in manuscriptis, atque illud, despexisti, verius est, quam quod fuit hactenus aspexisti: nam & vulgata vertit, quibus iratus es, quod in margine additum erat. Nihilominus tamen hic locus non efficit vt ei assentiamur, præsertim cum Eusebius ipse lib. 10. de præpar. Euang. cap. vlt. in primo anno Cyri finitos esse captiuitatis annos fateatur. Quod ipsum affirmant & Iosephus lib. 11. Antiq. Lactant. lib. 4. cap. 5. Cyrillus 8. in Iulianum, Iulius Africanus annalium 5. Sulpitius 2. hist. & alij. Nam si in 2. Darij anno finirentur necesse esset vt à desolatione Hierusalem ad 1. Cyri annum non plus 30. numerarentur cum 40. ab eo ad 2. Darij numerent auctores huius sententiæ. At constat Nabuchodonosor regnasse post desolationem vt traditur 4. Reg. 25. annos 18. Post eum quatuor imperarunt Euilmerodach, Nigliserus, Laborsadach*, & Nabonidus, vt Iosephus, Hieronymus, & Eusebius tradunt 17. annis: ita erunt 43. anni à desolatione Hierusalem vsq; ad primum Cyri. Ergo ad 2. Darij plures 70. Vide B. Petavium li. 10. in Danielem.

Ibid. 40. *Ptolemæus Lagi.*] Quoniam variæ erant Lagidarum Ptolemæorum cognomina, tolectum est vt in iis enumerandis Historici non consentiant. Consentiunt plerique à Lagi filio vsque ad Philometora vt Tertullianus, Eusebius, Epitomius, (nisi quod hic eum Philopotora dicat) & Scribo, qui teges illos successisse ait *μέχρι τοῦ φιλομήτορος* vsque ad Philometora. Tertius, Euergetes dicitur etiam Epiphanes in Prologis Trogi cum Iustino editis, sic enim lego illud Vtuis hon. Quartus, Straboni *φιλομήτωρ τὸν ὑποδεκάτον.* de quo Iustinus li. 30. Quintus eius filius Epiphanes, curator à Romanis datus M. Lepidus, maritus Cleopatræ Antiochi Epiphanis sororis. Sextus Philometor quem Popilius aduersus Antiochum est tutatus. Strabo *τοῦτον ἐβδομον ἀπὸ τοῦ βασιλεύσαντος ἐν Αἰγύπτῳ τοῦ ἐπικληθέντος εὐεργέτου.* Hic fratris filium occidit. Iustinus li. 38. Idem ergo est Euergetes & Physcon & Soter frater Philometoris, non duo vt vir eruditus cum Eusebio volunt. Septimus eius filius *ὀγδοηκοντάδυο* Straboni, Latyros in prologo Trogi 39. Lathyrus aliis, quem mater eiecit. Octauus Alexander, Eusebio 9. quem ita de eo lego in 2. manuscr. Expulso de regno Physcone Ptolemæo per matrem Cleopatram & in Cyprum secedente, Ptolemæus qui & Alexander succedit. Nonus Lathyrus, iterum, de quo ita Euseb. legendus: Ptolem. qui à matre fuerat eiectus regressus de fuga regnum obtinuit, quia Alexandrum, qui ante eum fuerat, obtrectationem matris cives pepulerant. X. filius eius quem Strabo Auletem, Euseb. Dionysium. Alij Dionysium fratrem Cleopatræ putantes sed quia non diu regnauit, ab aliis cum Nothо & Alexandro 2. omittitur.

561. 10. *Deinde ad Helenæ.*] Conuenient hæc cum Eusebij Chronicis modo ita corrigantur et fide optimi codicis Pithœani, vt ad annū Mneſtheī scribatur illa; Hercules in morbum incidit pestilentem, qui ob remedium doloris se iecit in flammas, & sic morte finitus est, anno ætatis 52. Quidam ante tricesimum eum periisse scribunt. Deinde ad 14. Menesthei hæc referēda quæ ita lego in codice Reg. M. Alexander Helenam rapuit & Troianum bellum decennale surrexit: causa mali, quod trium mulierum de pulchritudine certamen fuit, vna earum Helenam pastori iudici pollicente. Excidium autem Troiæ accidit tempore Elon Iudicis Hebræorum cui successit Abdon eique mox Samson, vt ad res sacras profana referamus. Sed primi illius Iudicis nomen restituendum est Eusebio legendumque, Post Esebon in libro Hebræorum fertur Iudex Elon rexisse populum annis 10. qui non habetur apud LXX. interpretes. In cod. Pith. dicitur Ælaon, in Vict. Ælon, in Reg. Elaon, in vulgata Ahialon. Sane mirum est quod à LXX. prætermissum dicit hunc iudicem, cum ita legamus Iudicum 12. v. 11. *καὶ ἐκρίθη μετ' αὐτὸν τὸν Ἰεφθαὲ Αἰβασὰν ὁ Βαιθλεεμίτης.* Sed & hic noster ante pagina 354. 40. *Deinde Ebron Zabulonites octo annis.* Deinde Æglon ex Ephraim octo annis. *Nonnulli autem septem annis Abatthan contungunt quatuor annos Ebron.* In Græco erat *τὸν Ἀγλὼμ τὸν ἐφραθίτην ὀκτώ.* Plane Ebrom ille est Elon, Æglon autem Abdon Ephraimites, Abatthan demum Esebon siue *Ἐσεβὼν*, cuius forte annos cum Elonis annis iungebant.

365. 20. *Rursus à prima.*] Ios. Scaliger lib. 5. de emend. temp. Sentit Plinius vrbem conditam anno 1. Olympiadis septimæ, quæ sententia multos assertores habet, Dionysium, Eusebium alios, & in primis veterem Chronologum apud Clementem: *ἀπὸ τῆς ἑβδόμης ὀλυμπιάδος ὅτι τῷ Ἰούλιος κτίσαι τὴν πόλ.* Nam quo minus integri sint 24. desunt tot dies, quot sunt à Palilibus ad proximos dies æstiuos, quibus Iudicrum Olympicum celebrabatur. Neque aliter Solinus censet, qui dicit cœptante Olympiade 7. Romam Palilibus conditam hoc est circa initia 7. Olympiadis.

Ibid. *Hinc ad Babylonis.*] Idem eodem libro p. 221. agens de consulatu Iunij & Bruti ita legit hunc locum. At vetus Chronologus, apud Clementem *κατέλυσε ὅτι τῷ βασιλεῖ Ἀλεξάνδρῳ ὄντος ἐν Ἰουδαίᾳ ἐπὶ τῆς Δαλμανουθᾶ πόλεως ἐφαστικῆς πέτρας.* Hinc ad tempus quo sublati sunt reges & consules creati anni CCXI III. In Florentina edit. Clem. legebatur *ὅτι τῷ βασιλεύοντι Ἀλεξάνδρῳ ὄντος τοῦ Ἰησοῦ ὅτι τῆς Δαλμανουθᾶ μέρ.* Heruetus hæc conuertens addidit à *Dauid.* Certe si Chronologos cæteros consulas, annorum numerus, quos affert Clemens, magis conuenit cum spatio temporis à condita Roma ad Regifugium quam ad euersionem Babylonis. Et hic omissis Græcis videtur epochas Romanorum persequi, quamobrem huic emendationi assentientes quod sequebatur *ἀπὸ δὲ τῆς βασιλείας Ἀλεξάνδρου ὅτι τῷ Ἰησοῦ ἐτῶν πεντακοσίων* legemus ita *ἀπὸ δὲ τῆς βασιλείας Ἀλεξάνδρου ὅτι τῷ κ.τ.* A Regifugio autem ad Alexandri obitum anni 186. Totidem teperies in Chron. Eusebij ab Olympiade 66. ad 114. vbi Regifugium & Alexandri mors notantur.

365. 30. *Hinc ad victoriam.*] Idem lib. 5. pag. 237. Dupliciter sumitur initium Actiacæ victoriæ. Aut enim à classe Antonij & Cleopatræ vita, & Thoth fixo, aut ab Alexandria recepta. Diem ipsum docet Dio classis deuictæ 4. Non. Septemb. Cesare Octau. 5. M. Valerio, Messala Coruino Coss. anno imperij Augusti 15. Iuliano 16. Rursus Chronologus vetus apud Clementem *ἀπὸ τῆς δευτέρας ὀλυμπιάδος ὅτι τῷ Αὐγούστου γενέσθαι ὅτι ἀπὸ τῆς ἐπὶ Φιλομήτορος ἐκπορθήσεως ἔτη ἐστὶ τὰ σύνπαντα τριακόσια ἑβδομήκοντα ἑπτά.* A sequenti igitur anno Iuliano putat Actiacam victoriam, nempe à consulatu 4. Augusti & Alexandria recepta. Horatius lib. 4. Ode 4.

*--nam tibi quo die*
*Portas Alexandrea supplex,*
*Et vacuam patefecit aulam,*
*Fortuna lustro prosperat tertio*
*Belli secundos reddidit exitus.*

Ibid. *Ad certamen quod Romæ.*] Gr. *ὅτι τοῦ ἀγῶνος τῆς νίκης Δομιτιανὸς.* Idem lib. 5. 243. hunc locum citans. Tetraeterides inquit per Capitolinos Agonas seruabantur. Quorum primus à Domitiano institutus fuit, duodecimo eius & Seruij Cornelij Cōsulatu. Anno Iphiti 1014. scribebat librum suum de die natali Censorinus, quo anno prodit celebratum vndequadragesimum Agonem Capitolinum anno Christi 238. Idem lib. 1. cap. 10. Auson. lectionum docet exemplo Iudorum Olympicorum institutos fuisse hos Agonas, in quibus omne genus artifices certabant, & quercu coronabantur, & Romæ non per lustra vt antea magnum annum vt vocabant, sed per Capitolinos Agonas computabant.

Ibid. 50. *Ab Adam quidem.*] Discrimen illud est inter Hebræos & LXX. quod ab illis quidem ab Adamo ad diluuium numerētur anni tantum 1656. at LXX. vt est apud Eusebium circa tempora Salomonis, *Ab Adam vsque ad diluuium 2242. anni*, quæ verba sunt addenda etiam alio eiusdem Chronici loco circa 199. Olympiadem post illa verba à diluuio vsque ad Abraham consentientibus tribus manuscriptis codicibus. Vide D. Augustinum lib. 15. cap. 23. de Ciuit. Marianum Scotum, & Adonem Viennensem, & his historicis antiquiorem Gregorium Turonensem, ex cuius historiæ calce corrigendum est caput, & idem numerus LXX. scribendus.

367. 10. *Natus est autem.*] Edidimus hunc locum è Græco Florent. edit. nihil morati correctionem interpretis, qui & ita priori editione conuerterat. Neque enim hic valet illud Sophoclæum *Κὐτὸν φέρεσθαι.* Illexit in errorem virum doctum, diuersa ratio numerandi annos Augusti. Alij enim annos eius imperij putant à primo consulatu ipsius, atque ita 56. reperiunt. Natus enim est Augustus Ciceronе & Antonio coss. v. c. 691. Consulatum gessit 711. annum agens 20. vt Suetonius & Dio tradunt, vel vt ipse ait in indice suo ab A. Schotto vulgato 19. mortuus est 14. Calend. Septemb. v. c. 767. ætatis suæ 75. m. 10. d. 16. Natus est Christus ætatis eius 62. vrbis 752. ab eius consulatu 42. inchoato. vt scribit Eusebius lib. 1. cap. 5. Hist. Epiphanius hæresi 51. & in Anchor. Orosius lib. 7. cap. 2. At Tertullianus aduersus Iudæos & Irenæus lib. 3. cap. 23. an. 41. absoluto scilicet. Alij vero annos Augusti numerāt ab Actiaca victoria quo tempore sous imperauit an. 43. atque ita præcedenti pag. Clemens 43. annos Augusto tribuit, & nunc anno eius 28. natum Christum ait. Vt Eusebius lib. 1. cap. 5. Hist. octauo & vicesimo ab Ægypto occupata. Beda lib. de sex ætatibus mundi natum eum vult anno 27. Actiacæ victoriæ, quod probat Ioseph. Scaliger 6. de emendat. tempo. 256. On. Panuinius in Chronico Eccles. an. 29. in Commentar. in Fasto-

30. Victoria illa notatur à Dione 4. Non. Septem. an. V. C. 723. Panuinius ortum Christi an. V. C. 752. Maneat ergo annus 28. Augusti & hoc in loco Clementis & aliis Chronologis relinquatur quadragesimus secundus, vel restituatur potius Hesychio apud Anastasium in Quæstionibus in scripturam Quæst. 92. quod fragmentum quoniam & Clementis nostri meminit adiiciam ex manuscripto Regg. M. Ἐν γὰρ τῷ μβ. ἔτει τῆς βασιλείας αὐγούστου μηνὶ δεκεμβρίῳ κε, ἡμέρᾳ ἕκτῃ, ὥρᾳ ζ τῆς ἡμέρας ἐγεννήθη ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς κατὰ σάρκα ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου μαρίας. ἔτους κατ' αὐτοὺς ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἕως τῆς χριστοῦ γεννήσεως καὶ σταυρώσεως ἐξακισχιλίων συνάγεται· γὰρ ἀπὸ ἀδὰμ ἕως φαλὲκ υἱοῦ ἔβερ ἔτη τρισχίλια καὶ ἀπὸ φαλὲκ ἕως μβ τῆς βασιλείας αὐγούστου ἔτη α ξ ζ καὶ λοιπὸν συναναγράφεται ... τοῖς ἀνθρώποις ἔτη λγ ... ἀπὸ ἀδὰμ ἕως τῆς Χριστοῦ γεννήσεως καὶ σταυρώσεως ἔτη ς πλήρη ... φαλὲκ κατὰ τὴν ... τὸ ἥμισυ λέγεται ... χρόνου τῆς Χριστοῦ ἐπιφανείας. ὥσπερ γὰρ τὸν ἄνθρωπον τῇ ς ἡμέρᾳ ἔπλασεν ὁ θεὸς καὶ ... τῇ ἁμαρτίᾳ, οὕτως καὶ τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ τῆς χιλιάδος ἐπὶ τῆς γῆς ἦλθεν καὶ ἔσωσεν αὐτόν, ... καὶ ὁ θεῖος ... ἡμέρᾳ ... χίλια ἔτη ... καὶ κλήμης καὶ θεόφιλος καὶ ... χρονογράφοι ... Hæc à G. Herueto Latina facta reperies in Bibliotheca Sanctor. Patrum, in quibus hæc mutanda sunt. Nam in 42. anno imperij Augusti, mense Decembri 25. die sexto, hora 7. diei natus est. Item, vsque ad natalem & crucifixionem 6000. Nam ab Adam vsque ad Phalec filium Heber anni 3000. & à Phalec vsque ad 42. annum. Postremo; Ita etiam sexto die millenarij venit in terram, & seruauit eum. Sic enim corrigendum esse constat è Græco & rationibus ipsis annorum: quin ne illud quidem vacare mendo videtur in Græco, dum ait ad annum Augusti esse tantum 1067. Nam si additis 33. fiunt sex annorum millia plena, 2967. fuerint oportet. Quanquam rara est & paucorum Chronologia sexto millenario natum Christum: Ecclesia quidem Græca circa annum mundi 5500. ortum Christi notat cum Eusebio in fragmentis Chronicorum à Curterio editis, at Romana 5199.

Ibid. 20. *Annum acceptabilem.*] Locus est Esaiæ 61. v. 2. vt prædicarem annum placabilem domino LXX. καὶ καλέσαι ἐνιαυτὸν κυρίου δεκτόν. Et vocare annum acceptabilem domini. Clemens κηρύξαι legit. Hilarius in Psalm. 52. prædicare annum domini acceptum. Hieronymus, & annuntiarem annum placabilem domino. Procopius in Esaiam δεκτὸς ὁ κατὰ τοὺς ὄχλους ἰουδαίας, τὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως καιρὸν οὕτως εἰπὼν ἐν ᾧ διάγων ἐπὶ γῆς φῶς ἡμέρας τοῖς ... At hæc Clementis de anno vno prædicationis Christi constat etiam fuisse Tertulliani in Iudæos sententiam. I. Africani 5. annal. & Lactantij li. 4. cap. 10. quin & S. Augustini 18. Ciuit. cap. 54. nisi forte in nomine consulum deceptus est. Communis Chronologorum sententia est Christum mortuum esse non eo ipso anno quo baptizatus est hoc est 30. sed quarto mense anni sui 35.

Ibid. *Sunt autem.*] I. Pamelius in librum Tertulliani aduersus Iudæos cap. 8. Clementem ait hoc loco afferre opinionem cum eorum qui 41. tum eorum qui 42. Augusti anno Christum volunt natum, quod antea ortum eius retulerat in annum 28. post deuictam Cleopatram, & nunc addat aliorum sententiam, qui *subtilius natali Domini non solum annum, sed & diem addunt, quem dicunt 29. anno Augusti* (sic enim legendum est, pro eo quod mendose iterū est 28.) *in 25. mensis Pachon*, quem nos Decembrem dicimus, *natum*. Vide etiam G. Mercatoris Chronolog.

Ibid. 30. *Mensis Tubi.*] ἐν τυβὶ μηνί. Beda lib. de temporum ratione cap. 9. Ægyptij qui primi ad Solis cursum, cuius motus tardior facilius poterat comprehendi, menses putare cœperunt sumpto ab Autumni tempore primordio tricenis hos produntur includere diebus, quorum primus mēsis Thoth 4. Cal. Septembrium: II. Paophi 4. Cal. Octob. III. Athyr 5. Cal. Nouemb. IIII. Choeac. V. Tybi 6. Cal. Ianuar. VI. Mechir 7. Cal. Februar. VII. Phamenoth 5. Cal. Martiar. VIII. Pharmuthi 6. Calen. April. IX. Pachom 6. Cal. Maiar. X. Payni 7. Cal. Iuniar. XI. Epiphi 7. Cal. Iul. XII. Mesori 8. Calend. Aug. sumit exordium: quem 10. Cal. Septem. determinantes residuos 5. dies ἐπαγομένας vel intercalares siue additos vocant, quibus etiam quarto anno diem sextum, qui ex quadrantibus confici solet adnectunt. Hæc Bedæ enumeratio pertinet ad annos Ægyptiorum Actiacos, nam veterum Ægyptiorum ante victoriam Actiacam anni cum bisextum omitterent ob quadrantem sex horarum addendum, anticipabant vno die quarto quoque anno & vt ait Ios. Scaliger de emendat. temp. pag. 133. eorum Thoth laxis habenis in anteriora fugiebat, eoque fiebat vt cum Romanis mensibus non possent comparari. Verum anno Iuliano recepto & Thoth fixo, diem sextum addiderant vt scribit Eusebius in Chronicis à I. Curterio editis sic manuscript. συμπληροῦνται δὲ τῇ κγ ... κατ' ἔτος ... ἡμέρας ... ἀπὸ τῶν λεπτῶν ... ἡμερῶν. ... τετραετηρικὸς, ... Hæc ideo addidi quod & graues auctores Ægyptiorum veterum menses vagos à recentioribus fixis non distinguentes errarint, quod in Plutarcho notat Scaliger pag. 163. & quidam alios immerito reprehendant Ægyptios menses cum Latinis comparantes vt I. Lalamantius Lactantium Firmianum quod lib. 1. cap. 6. de falsa religione Thoth Septembri nostro respondere censuerit. Est in eodem Anastasij libro fragmentum quoddam constitutionum Apostolicarum quod subiiciam ex manuscripto, tum quia in iis quæ à F. Turriano editæ sunt non reperitur, tum quia in interpretatione quædam restitui possunt è Græcis. Ἐπειδὴ ... ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου μαρίας ... αἰγυπτίους χοιὰκ κε. ὥρᾳ ... τῆς ἡμέρας (sic apud Hesychium paulo ante) ... ἐβαπτίσθη δὲ ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ ... ἐν τῷ ἰορδάνῃ ποταμῷ. ... τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, ... ἐν τῷ λαῷ ... ἡμέρᾳ ... φαρμουθὶ ... ἡμέρᾳ ... καὶ ἐβαπτίσθη ... ἀμαρτιῶν, ... ἡμέρᾳ.

Ibid. *Aliqui autem.*] Epiphanius hæresi 51. refert natum esse Christum circa Ianuarium mensem, hoc est ante octauum Iduum Ianuarij quæ est sexta (non quinta) eiusdem mensis secundum Romanos, secundum Ægyptios Tybi vndecima, iuxta Syros siue Græcos Audinæi sexta, & ab eo die vsque ad diem ante decimum tertium Cal. April. & secundum Ægyptios Phamenoth mensis 24. compleuisse annos triginta duos, & resurrexisse 26. Phamenoth ante XI. Cal. Apriles.

369. 10. *Aquam enim Moy.*] Ios. Scaliger in Notis quibusdam ad Orpheum. Moi Syriacè est aqua. sed manifestè Moses ipse dicit nomen impositum sibi quod extractus sit ab aquis משה extractus, non à Syriaco מי. Hoc enim ridiculum est; quare in eo errant, & Philo & Iosephus, & alij veteres, dum eum falso ὑδατογενῆ interpretantur.

Ibid. 60. *Quæ carebat liberis.*] Extant hæc carmina Ezechieli apud Eusebium Præpar. li. 9. cap. 4. multaque alia ex eodem cum quibus hæc collata si fuerint, multa corrigi in Græca editione poterunt. Ea ita Græce habet liber Clement. κἄπειτα θυγάτηρ βασιλέως ἅβραις ἐμοῦ quod correxit Heruetus ... Apud Eusebium legitur illud rectius. Itaque retenta vera lectione verte, Dein nata Regis cum suis pedissequis. Abras vocabant ancillas Attici. Suidas ἅβρα ... γυναικὸς κόρη ... Deinde adfert exempla ex Menandro in Pseuderacle & in Sicyonia, quod ideo moneo à manuscripti interpūctione monitus, quod vir doctus existimasse videatur nomen patriæ Sicyoniam fuisse. Citatur poëma illud à Strabæo li. 51. vsi sunt ipsi LXX. Exodi cap. 2. κατέβη δὲ ἡ θυγάτηρ φαραὼ λούσασθαι ἐπὶ τὸν ποταμὸν καὶ αἱ ἅβραι αὐτῆς παρεπορεύοντο ... Asque hoc loco esset, probati poterat emendatio interpretis, cui occasionem dedit forte an locus ille Eusebij li. 9. Præp. cap. 4. qui ex Artabano tradit Merrhin filiam hanc fuisse Palmanothis, vxorem Chenephris regis terræ Memphriticæ, quę cum sterilis esset subiecit sibi quendam Iudæorum infantem.

380. 40. *Efficiamini autem.*] Nicephorus li. 10. cap. 16. Historiæ, Spectatores nummularios (in margine erat δοκίμους τραπεζίτας,) vtrumque suspectum) nos esse diuinum oraculū iubet, & vt pulcherrimū quodque ex rebus omnibus diligentes, quod malum est abiiciamus, quod bonum autem disquiramus & inuentum retineamus. S. Basilius in principium Prouerb. καὶ ὡς δόκιμος τραπεζίτης τὸ μὲν δόκιμον κατέξει, ἀπὸ δὲ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀφέξεται. Idem in 1. cap. Esaiæ. Pauci probi trapezitæ. Rari admodum sunt, qui cuncta queant explorare, & bona quidem penes se nouerint retinere, ab omni autē specie mala sibi temperare. S. Ambrosius proœmio explanat in Lucam. Erat autem populi gratia discernere spiritus, vt cognosceret quos referre deberet in numerum prophetarum, quos autem, quasi bonus nummularius, improbare, in quibus materia magis corrupta sordetet, quam veri splendor luminis resultaret. 1. Thessalonicens. 5. v. 21. Omnia probate, quod bonum est tenete, ab omni specie mala abstinete vos. Gr. πάντα δοκιμάζοντες τὸ καλὸν κατέχετε. Tertullianus de præscriptionibus, omnia examinate, quod bonum est tenete.

381. 30. *Lucerna est præceptum.*] λύχνος ἐντολὴ νόμου φῶς ... Prouerbiot. 6. v. 23. ὅτι λύχνος ἐντολὴ νόμου καὶ φῶς. Quoniam lucerna mandatum legis, & lux. Aquila Symmachus & Theodotio, λύχνος ἐντολὴ καὶ νόμος φῶς vt in editiōne Romana annotatur. vulg. Quoniam mandatum lucerna est, & lex lux. Ex Hebræo ad verbum, Quia vt lucerna est mādatum, & lex vt lux: & via vitæ sunt increpationes eruditionis. Vide 392. 30.

Ibid. *Lex est Rex.*] Muretus in Senecam; Quare bonis viris mala accidant. Hanc in offensam velocitatem procedere æternæ legis imperio. Ita vocabant, inquit mentem, ac consilium diuinum: siue vt Cicero 2. de legibus rationem rectam summi Iouis, & eo sensu dixit Pindarus νόμον εἶναι πάντων βασιλέα θνατῶν καὶ ἀθανάτων vt est apud Platonem in Gorgia, quod etiam posuerat Chrysippus lib. 1. περὶ νόμων vt est li. 1. D. de legibus, & apud Euripidem Hecuba ait legi illi etiam Deos paruisse ὡς οἱ θεοὶ σθένουσι, χὠ κείνων κρατῶν νόμος. Vide fragmenta Pindari. Illud quoque paulo ante de iuuenum mentibus ex Homeri est Iliad. γ. αἰεὶ δ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν φρένες ἠερέθονται.

Ibid. 50. *Ecce ego.*] Vide apud LXX. cap. Gen. 17. v. 4.

## IN LIB. II. STROMATVM.

387. 60. *Sed qui Spiritum.*] D. Paulus 1. Cor. 2. v. 10. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei. Ita locum hunc de Spiritu sancto exposuit Didymus Alexandrinus li. 1. de Spiritu sancto. Sic & quæ Dei sunt nemo cognouit nisi τὸ πνεῦμα, id est Spirit⁹ Dei, τὸ γὰρ πνεῦμα hoc est Spiritus enim scrutatur omnia etiam alta Dei.

392. *Hoc eloquium.*] Gr. ἐὰν μὴ ἔλπηται ἀνέλπιστον οὐκ ἐξευρήσει, ἀνεξερεύνητον ἐὸν καὶ ἄπορον. Ita legitur hic locus in Florentina editione Clementis: apud Theodoretum autem εἰ μὴ ἐλπίζητε τὸ ἀνέλπιστον, οὐκ ἐξευρήσετε fortasse Clemens scripserat, ἐὰν μὴ ἔλπησθε ἀνέλπιστον οὐκ ἐξευρήσετε. Vtitur autem & alibi Heraclitus verbo ἔλπεσθαι potius quam τῷ ἐλπίζειν. Est enim illud magis Ionicum. Henr. Stephanus in Poësi Philosoph. Interpres Theodoreti li. 1. Therapeutices Græc. vertit. Ni speretis quod sperare non est, nequaquam inuenietis quod inscrutabile, dubium inaccessumque est. Pindari porro dictum quod paulo post addit habes & pag. 30.

398. *Merito ergo.*] Gr. σοφία ἐν στόματι πιστῶν. Est in Ecclesiastici cap. 15. Versus 10. vnde hoc fortasse Clemens. Sapientiæ enim astabit laus & in ore fideli abundabit, & dominator dabit eam illi. In quem locum scribens C. Iansenius relatiuum putat referendū ad laudem, & non ad sapientiam, quod Gręca habeant ἐν γὰρ σοφίᾳ ῥηθήσεται αἶνος, καὶ ὁ κύριος εὐοδώσει αὐτόν. In sapientia enim dicetur laus & dominus prosperabit illam. At Dionysius Carthusianus & N. Lyranus vtrumque membrum quod sequitur referunt ad sapientiam, & exponunt, Sapientiam augebit suo laudatori fideli. Clemens videtur editionem legisse quam sequutus est auctor vulgatæ. Sic in præcedēti versu παρὰ κυρίου ἀπεστάλη alius ad laudem, alius ad sapientiam refert. Similis est ille locus cap. 34. Sapientia in ore fidelis complanabitur Gr. σοφία στόματι πιστῷ τελείωσις. Sapientia ori fideli condeli consummatio.

Ibid. 50. *Mens videt.*] Tertullianus de anima, 18. Meminerat Epicharmi Comici: Animus cernit, animus audit, reliqua surda & cæca sunt apud Plutarchum 2. de fortuna Alexandri longior profertur hæc sententia: εἰ μὴ γὰρ ὡς φησιν ἐπίχαρμος νοῦς ὁρῇ, καὶ νοῦς ἀκούει, τἄλλα δὲ κωφὰ καὶ τυφλὰ ... λόγου δεόμενα. Citatur & à Theodoreto li. 1. contra Græcos & ab Aristotele sect. XI. Problem. 33. sententia vero sacra legitur Ecclesiastici 6. v. 34. in Antuerpiensi edit. ἐὰν ἀγαπήσῃς ἀκούειν, ἐκδέξῃ συνιέναι. Si dilexeris audire, recipies intellectum. In Latina vulg. Si inclinaueris aurem tuam, excipies doctrinam. In Romana ta-

men editione omittitur vox πάσαν, vt apud Clementem, & annotatur in quibusdam libris eam addi. Certè in Hebræo est, vnde vertunt quidam, si affectus fueris studio audiendi prudentiam percipies.

399.10. *Et lapis qui vulgo.*] Quid est cur Heraclius lapis ferrum ad se trahat ingens inter Physicos pugna est. Galenus περὶ φυσ. δυν. β. φυσικὴ γάρ τις ἐστι δύναμις ἑλκτικὴ τῶν οἰκείων ἑκάστῳ τῶν ὄντων ὥσπερ ἐν τῇ λίθῳ τῇ ἡρακλείᾳ τοῦ σιδήρου. Clemens Alexand. ἕλκει τὸν σίδηρον διὰ συμπάθειαν. Gregorius ἀρρήτῳ τινὶ φυσικῇ βίᾳ, alij ἀπορροίας πνευματώδεις teste Plutarcho, quidam magnetem ferrum appetere tanquam cibum, quo vitam sustentet, eaque lapides omnes via viuere probare non cessant. Nos τῇ ἀρρήτῳ ἰδιότητι id fieri putamus. Nonnullæ porro pluresque huiusmodi sententiæ, quas referre piget, indignæ sunt quæ refutentur, præter vnam Galeni cui succinit Clemens: quæ ideo mihi non arridet, quod permulta varias res ad se deriuent, cum quibus nulla est prorsus συμπάθεια: quæ enim Rhabarbari cum flaua bile, quæ agarici cum pituita οἰκειότης; alia sileo, quæ succini cum paleis, quæ adamantis cum festucis, quæ plantæ cuiusdam cum sanguine eum, vt tradit ipse Galenus, elicientis affinitas? Brodæus Miscel. lib.3. cap.19.

404.30. *Qui me audit.*] Græc. ὁ δὲ ἐμοῦ ἀκούων ἀναπαύσεται ἐπ' εἰρήνης πεποιθὼς, καὶ ἡσυχάσει ἀφόβως ἀπὸ παντὸς κακοῦ. LXX. Prouerb.1.v.33. ὁ δὲ ἐμοῦ ἀκούων κατασκηνώσει ἐπ' ἐλπίδι, καὶ ἡσυχάσει ἀφόβως ἀπὸ παντὸς κακοῦ. At me audiens habitabit in spe, & requiescet absq; terrore ab omni malo. Latina vulg. Qui autem me audierit, absque terrore requiescet, & abundantia perfruetur timore malorum sublato. In editione Romana Sixti v. annotatur ex quodam Scholiaste ad alteram partem huius versus ἀναπαύσεται ἐπ' εἰρήνης πεποιθὼς, quo modo legit Clemens. Ex Hebræo. Qui autem obedit mihi habitabit confidenter, & requiescet à timore mali.

411.30. *Ille ergo.*] Origenes tract. 35. in Matthæum videtur astruere impossibile esse eos, qui post susceptam Euangelicæ prædicationis gratiam & fidem, abnegauerunt Christum, rursum ad pœnitentiam reuerti, & veniam delicti impetrare, qui error in Nouatianis damnatus est. Et hunc errorem videtur hausisse è schola Clementis Alexandr. præceptoris sui: is enim lib.2. Stromat. duas tantum pœnitentias per omnem vitam admittere videtur, alteram ante baptismum, alteram post, plures autem minimè. Cæterum credibile est tam Clementem quam Originem noluisse pœnitentiam lapsis denegare, sed peccantes à relapsu deterrere voluisse his dictis. Sixtus Senen. lib. 6. Bibliothecæ an. 119.

411. *Vt qui obtusis.*] Græc. ὁ δὲ ἐσφαιρωμέναις λόγχαις γυμναζόμενος. Campidoctores & exercitatores, qui iuuentutem gladiis depugnare docent, pila buxea aut eburnea mucrones gladiorum muniunt ne lædant. Eæ pilæ tam in Italia, quàm hic in Gallia Botones vocantur. Græci σφαίρας dicunt. Clemens τοῦ δόρατος ἀποδεδεμένον τὴν σφαῖραν, Polybio dicitur ἐσφαιρωμένον li.10. Similiter hastarum λόγχας præmuniebant, à quo vocabant ἐσφαιρωμένας. Ibidem Polybius τοῖς δὲ τοῖς ἐσφαιρωμένοις χρώμενοι ἀκοντίζειν. Liuius ad verbum hæc vertens dixit; præpilatisque missilibus iaculati sunt: Neque adeo male G. Heruetus locum Clementis vertit, cum tu potius rem totam penitus ignoraueris. Vertendum igitur, Quemadmodum si quis præpilatis hastis deludens aliquem interfecerit, pila ex cuspide hastæ delapsa. Villiomarus in Titium li.5.cap.11.

Ibid.50. *Factura.*] Medeam Euripidis Latino carmine reddidit G. Buchananus.

*Videoque quantum perpetrabitur nefas;*
*Sed pessimorum facinorum genitor furor,*
*Ratione maior me retrorsum distrahit.*

Eadem apud Ouid. Metamor.

*aliudque cupido,*
*Mens aliud suadet: video meliora, proboque,*
*Deteriora sequor.*

Ibid. 60. *Quæ sibi.*] Rectius conuertit è Græco pag. 231.50. cap. 10. lib.2. Pædago. hunc versum Odyss. λ Non enim fuit aurum illud mariti sed vt docet Eustathius ἡ Ἐριφύλη δωροδοκηθεῖσα κατὰ τοῦ ἀνδρὸς χρυσὸν ἐδέξατο ... ἀντὶ τοῦ θανάτου τοῦ ἀνδρός. Nam cum eius arbitrio permissum esset vt vir eius proficisceretur ad bellum, aureo illo torque corrupta secundum aduersarios eius litem dedit. Cicero lib.4. in Verrem. Eriphylam accepimus in fabulis ea cupiditate, vt cum vidisset monile, vt opinor ex auro & gemmis, pulchritudine eius incensa salutem viri proderet. Athenæus li.6. tradit ideo celebre fuisse Eriphyles aureum monile, quia tum aurum foret in magna apud Græces penuria, quin & argenteum poculum illa ætate non sine admiratione velut nouum & insolens quippiam visum fuisse. In vulgata interpretatione Homeri idem error emendandus est & apud Pausaniam in Bœoticis ex interpretatione Loescheri.

414.50. *Silentium sermone.*] ἔστι γὰρ τοῦ σιγᾶν ἔσθ' ὅπου λόγος διαφέρει ex Euripidis Oreste hæc esse monuit nos doctissimus vir Fed. Morellus aliquantulum immutata; sic enim habet. ἔστι δ' ὅπου σιγὴ λόγου κρείσσων γένοιτ' ἄν, ἔστι δ' ὅπου σιγῆς λόγος. Versum proxime sequentem Athenodoro tribuit Stobæus tit.126. Vide quæ in 203. 50. annotata sunt.

418.20. *Attende tibi.*] Gr. πρόσεχε σεαυτῷ. Deuteronomij 15.v.9. Πρόσεχε σεαυτῷ μήποτε γένηται ῥῆμα κρυπτὸν ἐν τῇ καρδίᾳ σου ἀνόμημα. Attende tibi ne forte fiat verbum occultum in corde tuo iniquitas. Latina vulg. Caue ne forte subrepat tibi impia cogitatio. Scripsit elegantissimam homiliam in hunc Mosis locum D. Basilius, atque inter cætera hoc ait, πρόσεχε σεαυτῷ, τουτέστιν ἐπίγνωθι σεαυτὸν τίς εἶ. γνῶθι σαυτοῦ τὴν φύσιν· ὅτι θνητὸν μὲν σου τὸ σῶμα· ἀθάνατος δὲ ἡ ψυχή· καὶ ὅτι διπλῆ τίς ἐστιν ἡμῶν ἡ ζωή. Attende tibi ipsi. In examen teipsum aduoca tuam ipsius naturam fac noueris. Nam corpus quidem mortale, anima vero immortalis est. Scito duplicem nobis propositam esse vitam.

420. *Deo enim magis.*] S. Cyrillus Alexandr. 10. in Iulianum. Ἡμεῖς τοιγαροῦν τὴν νοητὴν καὶ πνευματικὴν ἀποπληροῦντες λατρείαν προσκομίζειν τεταγμέθα εἰς ὀσμὴν εὐωδίας παντοδαπῆς ἀρετῆς, πίστιν, ἐλπίδα, ἀγάπην, δικαιοσύνην, ἐγκράτειαν, ὑπακοὴν, πραότητα, ἀκαταπαύστους δοξολογίας· αὔλος γὰρ αὕτη θυσία τῷ αὔλῳ θεῷ καὶ καθαρῷ πρέπει ... τῆς νοητῆς εὐωδίας αἱ θυσίαι τῆς εὐζωΐας οἱ τρόποι. Hæc ita citantur ab Anastasio in Quæstionibus de scripturæ locis quas G. Heruetus interpretatus est. Nos cultum implentes spiritualem & qui cadit sub intelligentiam, iussi sumus offerre in odorem suauitatis omne genus virtutum, fidem, spem, charitatem, iustitiam, continentiam, perpetuas glorificationes. Nam hoc materiæ expers sacrificium Deum decet qui est expers materiæ, & purus,



& purus, & honestatis cadentis sub intelligentiam donaria sunt modi veræ quæ rectè agitur vitæ. Interpres Cyrilli hic videtur aliter legisse in 5. responsione li.10. vt cū vertit extrema, Et mentalis fragrantiæ oblationes sunt vere honestæ vitæ modi, εὐωδίας.

425.60. *Eleemosynæ & fides.*] Gr. ἐλεημοσύναι καὶ πίστεις φυλακαὶ βασιλικαί. Prouerb. 20. v. 28. ἐλεημοσύνη καὶ ἀλήθεια φυλακὴ βασιλεῖ. Eleemosyna & veritas custodia Regi. Latina vulg. Misericordia & veritas custodiunt Regem, & roboratur clementia thronus eius. Aquila pariter vertit ἔλεος καὶ ἀλήθεια; ac sæpe conuenit cū Latina vulgata hic interpres, sed Hebræis eadem vox & veritatem, & fidem significat, vt Græcis, misericordiam & elemosynā. Prouerb.3.v.3. ἐλεημοσύναι καὶ πίστεις μὴ ἐκλιπέτωσάν σε. Latina, Misericordia & veritas te non deserant & c.16.v.22. ἐλεημοσύναι καὶ πίστεις παρὰ τέκτοσιν ἀγαθοῖς. Eleemosynæ & fides apud fabricatores bonos. Quem locū hic indicari putauit Heruetus. Latina, Misericordia & veritas præparant bona. vtrobique eædem reperiuntur voces Hebrææ.

424.60. *Est ergo verissimum.*] Hæc ita Græcè scribuntur. ὥσπερ δοκιμάζεται χρυσὸς καὶ ἄργυρος ἐν καμίνῳ, οὕτως ἐκλεκταὶ καρδίαι παρὰ κυρίῳ. Prouerbiorum autem 17.v.3. sic ὥσπερ δοκιμάζεται ἐν καμίνῳ ἄργυρος καὶ χρυσὸς, οὕτως ἐκλεκταὶ καρδίαι παρὰ κυρίῳ. *Sicut probatur in camino argentum & aurum, sic electa corda apud Dominum.* Latina ad verbum ex Hebræo, Sicut igne probatur argentum & aurum camino, ita probat corda Dominus. Aquila, Symmachus & Theodotio, καὶ δοκιμάζων καρδίας κύριος. In editione Romana hæc annotantur. Scholion, ἐκλεκταὶ καρδίαι κύριος, quo modo legit Clemens. Bene sit animæ doctissimi viri G. Herueti, qui si viueret, nobis gratias ageret.

425.30. *Qui autem.*] Plutarchus 1. de esu carnium οἱ μὲν εἰς σφαγὰς ὑῶν ὀβελοὺς διαπύρους ὠθοῦντες, ἵνα τῇ βαφῇ τοῦ σιδήρου σβεννύμενον τὸ αἷμα καὶ διαχεόμενον τὴν σάρκα θρύψῃ καὶ μαλάξῃ· οἱ δ' οὔθασι συῶν ἐπιτόκων ἐναλλόμενοι καὶ λακτίζοντες, ἵνα αἷμα καὶ γάλα καὶ λύθρον ἐμβρύων ὁμοῦ συμφθαρέντων ἐν ὠδῖσιν ἀναδεύσαντες (ὦ Ζεῦ καθάρσιε) φάγωσι τὸ ζῴου μάλιστα φλεγμαῖνον. Alij verubus ignitis porcos iugulant, vt ferri tinctura sanguis extinctus atque diffusus carnem molliat, delicatamque reddat. Alij vberibus suum fœtarum instante iam partu insiliunt eaque calcant, vt sanguinem & lac & tabum fœtus simul interfecti inter matris dolores eximentes (Proh piacularis Iupiter) maxime inflammatam animalis partem vorent.

430. *Astutorum enim.*] Græ. σοφία πανούργων ἐπιγνώσεται τὰς ὁδοὺς αὐτῶν, ἄνοια δὲ ἀφρόνων ἐν πλάνῃ. Sic penitus legimus Prouer.14.v.8. excepto illo τὰς ὁδοὺς αὐτῶν. Aquila & Theodotio ἀφροσύνη ἀσυνέτων Symmachus ἀφροσύνη ἀφρόνων. Latina vulg. Sapientia callidi est intelligere viā suam, & imprudentia stultorum errans. Hanc enim potius lectionē postulāt & Græca & Hebræa Chaldaicæ paraphrasis interpretatio, Sapientia callidi est intelligentia viæ suæ & stultitia stultorū fraudulenta. Itaque sic potes hæc vertere, ignorantia autem insipientum in deceptione, Id est, nihil aliud cogitant quam quomodo imponere aliis possint. Præcedenti sententiæ non absimilis est illa Prouerb. 18.5. ἄνδρες κακοὶ οὐ νοήσουσι κρίσιν, οἱ δὲ ζητοῦντες τὸν κύριον συνήσουσιν ἐν παντί. vel vt alibi συνιήσουσι πάντα. Latina, Viri mali non cogitant iudicium qui autem inquirunt dominum animaduertunt omnia. Cæterum quamuis in malam partem sumatur vox πανοῦργος tamen vt docet Suidas significat & τὸν πάντα φέροντα καὶ πάντα ὑπομένοντα. Quo loco & manuscripti ope mendum sustuleris, si legas, καλοῦ δὲ ὄντος ἀπὸ δικαίων τοῦ βίου.

431. *Dicitur itaque.*] Varro li.2. de re rustica cap. 4. Sus Græce dicitur ὗς olim thysus dictus ab illo verbo quod dicitur θύειν quod est immolare. Ab Suillo enim genere pecoris immolandi initium primum sumptum videtur: cuius vestigia, quod initiis Cereris porci immolantur. P. Victorinus in Varronem hunc citat Clementis locum, & Ios. Scaliger legit θῦς ὗς quod Latinè Varro scripsit thysus. Vide libro 7. Strom. pag. 707. Cleanthis, Philemonis & Æsopi dicta in hanc sententiam.

Ib.20. *Ego vero.*] Theodoretus de Curat. Græcor. li.3. Antisthenes quidem Socratis familiaris Diogenisque præceptor, qui temperantiam dicitur fecisse quàm maximi, hæc de Venere olim dixit. Ego si Venerē capere mihi liceat, iaculis nihil moratus transfigam; quando hæc nobis honestas probasque mulieres vna corrupit. Idem Antisthenes Cupidinem naturæ vitium appellabat, cui vitio miseri homines succumbentes pessimam ægritudinem Deum vocant. Stobæus tit.29. ait eum dixisse voluptates esse venandas quæ labores sequuntur non quæ præcedunt.

432.50. *Durij equi.*] Δουρείου πρὸς ἵππου εἰκόνα αὔξει. Durei cuiusdam equi speciem præfert. Dici potest de homine multifariis & diuersis inter se vitis obnoxio. Clemens lib. 2. Stromatum de Basilide loquens statuente passiones animæ spiritus quosdam rationali animæ annexos. Dureo equo ligneo ab Epeo fabricato multos Græcorum proceres fuisse inclusos notum est. Hen. Iunius Cent.3. Prouer.77. Hominem ergo quemuis intelligit qualem describebat Basilides. ὁ κατὰ Βασιλείδην ἄνθρωπος. Suidas Δούρειος ὁ ξύλινος ἵππος τῶν Ἑλλήνων dicitur & δουράτεος & δούρειος. Epiphanius hæresi 21. Simonianorum διὸ καὶ τὸν παρ' Ὁμήρῳ δούρειον ἵππον μεμηχανῆσθαι, ὃν νομίζουσιν Ἕλληνες ὅτι ἐπὶ σκοπῷ γεγένηται, λέγει πάλιν ὁ γόης ὅτι ἄγνοιά ἐστι τῶν ἐθνῶν. Cæterum eadem ratione Athenæus li.9. ex Diphilo dixit. Δούρειον ἐπάγω χῆνα τῷ φυσήματι. Dureum anserem adduco magna inflatum mole, aut, vobis fero anserem tumore Durium; quod scilicet farcimine distentus esset. Macrobius lib.3. Saturnal. cap.13. refert Cincium in oratione qua suasit legem Fanniam de moderandis sumptibus, obiecisse suo seculo, quod porcum Troianum mensis inferrent, hoc est differtum variis animantium generibus. Vide Prouerbia Chil. 4. Cent.10.70.

454.10. *Hæc habeo quæ.*] Hæc ita cōuersa sunt à Cicerone li.5. Tuscul. Quæst. Græca ita legenda hic vt apud Theodoretum li.12. τῆς θεραπευτικῆς. De Curat. Græc. Ἐκείνους δὲ θηριωδῶς βιοτεύσαντας καὶ περὶ γαστέρα θηλυνομένους καὶ ἀποθανόντας τὸ Σαρδαναπάλου ἐπίγραμμα προσγράψωμεν. τόδε γὰρ ἐκείνου ἐπέγραπτο τάφῳ.

ταῦτ' ἔχω ὅσσ' ἔφαγον, καὶ ἐφύβρισα, καὶ μετ' ἔρωτος
τέρπν' ἔπαθον, τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια πάντα λέλειπται.
Καὶ γὰρ ἐγὼ σποδός εἰμι Νίνου μεγάλης βασιλεύσας.

Ἀλλὰ γὰρ καὶ τῶν ἐνδόξων οἱ κεχαρισμένοι ἐπιτέχνηκαν, ὁ γὰρ ἔχειν πλουτεῖν ... Illos brutarum animantium vitam degentes viuos quidem luctu commisceremus, defunctorū vero sepulchris Epigramma Sardanapali inscribamus. Ita enim illius tumulo inscriptum fuit.

*Hæc habeo, quæ edi, quæque exaturata libido*
*Hausit, multa quidem & fœlicia cuncta reliqui.*

*Nam cinis ecce ego sum, magnæ qui celsa tenebam*
*Regna Ninī.* Sed enim egregie mentiti sunt, qui sic inscripserunt, neque enim qui vita defunctus est, habet amplius, quæ comedit olim ac bibit, sed ea omnia in putrem corruptionem abierunt. Habet autē solū iniquitatis suæ fœtorem, qui animam scelerum sibi conſciam, eaque in memoriæ sinu perpetuo rētinentem continuo dolore discruciat. Proferuntur & à Strabone li. 14. & ab Athenæo lib. 8. Dipnosoph. apud quos tertius versus alios duos præcedit. ad verbum ita vertuntur, Habeo quod comedi, quod proterue feci, quod in amoribus voluptatis percepi: multa vero fœlicia exoleuerunt, legitur enim apud Athenæum ἐχ ἅλεια πάντα λέλοιπεν. At apud Strabonem ἐχ ἅλεια κεῖνα λελάϐηκεν, vt hic apud Clementem. In manuscripto libro Quæstionum Anastasij vnde Theodoreti locū exscripsimus πάντα κέκλοφεν. Aliud elogium in Sardanapali tumulo exaratum inuenies & li. 12. Athenæi à Chœrilo versum, apud interpretem Aristophanis Auium ex Apollodoro, & Suidam ex Callisthene. ὅσσα μ' ἔπιν ἠδ' ἔφαγον ἠδ' ὕϐρισα καὶ ἐτερπόμην ἐν θαλίῃσι, πολλὰ μὲν ἀνθρώποισι κακὰ καὶ πάντα τὰ τέρπνα κεῖται. Sculpta in lapide fuit imago dextræ manus coniunctis digitis, velut ad sonum elidendum in eoque literis Assyriis hoc inscriptum, Ede, bibe, & lude, reliqua humana nec digitorum crepitu digna sunt.

437.40. *Vespis erasiores.*] Repone ex priori editione, vespis actiores. ὀργικῶν, ὡς εἰπεῖν, καὶ δεμὶ πεφ. Isti enim obesi aduersarij & Olympici vespis, vt ita dicam, acerbiores sunt, ac præcipue voluptas. Vespa acerbior, prouerbium de præferoce & crudeli dicitur, vespæ namque insecti exigui ictus acerbi sunt & haud temere sine febri sunt testante Plinio, quippe cuius ter nouenis punctis interire hominem prodidere nonnulli. H. Iunius Cent. 6. Prouerb. 64. Plin. lib. 11. cap. 22. præcipue gustata serpente infestior est morsus vespārum, Ælianus li. 15. c. 9. de animalibus, aut cū in cadauere viperæ aculeū imbuerūt li. 5. c. 16.

Ib. 60. *Vir philosophatur.*] Diogenes Laert. in vita Zenonis Cittici hos ait esse Philemonis in Comœdia Philosophi, sed primo loco tertium ponit,

Εἰς οἶνον ὁδὸν ἰόντα, σπουδὴν ὕδατος, Φιλοσοφίας κρουνὸν & cætera, vt apud Clementem non Εἰς οἶνον, & κρουνόν. Cum pane caricas vorat, & aquam bibit, Exercet ignotum Philosophiæ genus, Docet esurire, dehinc auditores capit.

441.10. *Metrodorus autem.*] Cicero lib. 2. Tusculan. Metrodorus quidem eum perfecte putat beatum, cui corpus bene constitutum sit, & exploratum ita semper fore. Idem 3. de officiis. Nam si non modo vtilitas sed vita omnis beata corporis firma constitutione, eiusque constitutionis spe explorata, vt à Metrodoro scriptum est continetur. Plutarchus de vita secundum Epicurum, τὸ ϐ' εὐσταθὲς σαρκὸς κρίσιμα καὶ τὸ πεῖσται πάντα πιστὰ καὶ ἀκρότατον χαίρει ἴχνει ἑπεξευτόνῳ. Gellius li. 9. c. Th. Canterus li. 2. cap. 6. &

442.60. *Qui me audiet.*] Vide quæ superius in pag. 404. annotata sunt.

444.30. *Grauia fuerunt.*] In libello sententiar. Comicar. hoc ita distichol. latino exprimitur ab H. Stephano, Tu nuptiarum tædia & molestias, Scis intueri, non tueris commoda.

445. *Patrem, vir.*] Hic senarius mutilus est, libet sic fulcire πατέρα δ' ἀγαθὸς ἐμπεσὼν ἐς μητέρα· αὖθ' vt sit apostrophe Comica ad alium, nisi quid docti cōtra. Fed. Morellus P. R.

Ibid. 10. *Maximum itaque*] Vide quæ annotata sunt in paginam 509 20. cui simile illud Euripidis Medea

Ὦ μεγάλα χάρ' ἐστὶ σωφρονεῖν
Ὅταν γε μὴ σφὶν αὐτὸ δεῖ μὴ δοκεῖ τ'.

Fœlicitatem quam supremam existimo, Concors marito mulier vbi degit suo.

## IN LIB. III. STROMATVM.

448.20. *Qui autem exciſi.*] Gr. οἱ δ' ἐκπεπωμένοι εἰσὶ σαφῶς. *Qui autem exciſi sunt casu aliquo siuistro, Euuchi facti sunt ex necessitate.* Hæc omnia ex Clemente transtulit Epiphanius in librum suum. 1. hæresi 32. pag. 96. Basil. edit. vbi hoc deest membrum. Illud quoque sequitur, *Propter ea quæ ex matrimonio enascuntur*, & alia vsque ad finem periodi manca sunt apud Epiphanium, qui ex hoc loco restituēdus est. Item illud, Apprehende ergo, Græce est ἀντέχου οὖν τοῦ γνωμικοῦ, rectius quam apud Epiphanium ἀντέχου τοῦ γράμματος. Sustine pugnacem vxorem. Nec melius oportuit vertit Cornarius, Quum autem, inquit, gratia rum actio & benignitas Dei in petitionem tuam inciderit, quam Heruetus, *Quando tua Eucharistia incideriit in petitionem*: Græce vtrobique erat ὅταν ἡ σὴ εὐχαριστία εἰς τὴν αἴτησιν ἐμπέσῃ. Sequitur apud Clem. ἡ δὲ τὸ λοιπὸν ἡ κατηρτισμένη ἀνὴρ καὶ σῶφρων, γράμματι corrigit Heruetus ἡ τὸν vertitque, *& de cætero vxor non recte & perfecte agere, sed non labi, duæ vxorem.* Apud Epiphanium ἡ δὲ τὸ λοιπὸν ἡ κατηρτισμένη μὴ σφάλλειν γράμματι. & steteris de cætero non peragens cum virtute, vt ne offendaris, nuptias cōtrahe. fortè ita vertere potes, *Et steteris in posterum, non vt recte agens sed non offendas, vxorem duc.*

Ib. 30. *A fratre ne separetur.* Gr. μὴ χωρισθῆναι, ἐπεὶ ὅτι εἰσὶν ἀλλόκοτοι ἐγὼ οἶδα· τὰ ἄγαμα, ἀδιὰ ἀναγκαῖα πάντα. Itaque Epiphanius, quæ sic eius interpres, Hic à fratre ne separetur. Dicat itaque, ingressus sum ego ad sanctā nihil possum facere. vertendum vtrobique. *Dicat, ingressus sum in sanctā, nihil pati possum.*

Ibid. *Velit tantum.*] Græc. βουλόμενον μόνον ἀπρόπτωτον εἶναι καλὸν, ἐγὼ συντίθεμαι. Epiphanius μόνον ἀπρόπτωτον. *Velit tantum perficere bonum, & assequetur.* Ibidem legitur ἐγὼ μὲν οὖν λέγω tectius hic λέγωμεν, corrige itaque in interprete, *Aliquando ore quidem dicimus, nolumus tamen.* Deinde ibidem cotrige ex Clemēte φασὶ δ' τὸν ἀγεννῆσαι τὸν ἀδελφὸν Δι. πάντας παραβάλλω, &c. *Nam male autem est venereis rebus teri, necessarium vero minime. Has adposui voces*, &c. Paulo post emenda illa Epiphanij πάντως γὰρ ἀναπεπόδιστον φαίνεται, sic vt habet Clemens πάντως γὰρ ἀναπεπόδισται φανερὸν, & lege in interpretatione, *docuerunt propter perfectionem, quum omnino natura salui futuri sint, etsi peccent propter naturalem inter tam electionem, cum aliqui neque eadem ipsis fuere permittant h. d. p.* Valentiniani se natura saluos fieri docebant. Tertullianus in libro aduersus eosdem cap. 19. Quæ nunc quoque si plenam atque perfectam notitiam apprehenderint istarum nanisrum, naturificatæ iam spiritalis conditionis germinata (vel potius germanitate) certam obtinebunt, immo omnino debitam. Irenæus li. 1. c. 1. Quapropter & nobis quidem necessariam esse bonam conuersationem respondent: aliter enim impossibile esse saluari. Semetipsos autem non per operationem, sed eo quod sint naturaliter spiritales, omnino saluari dicunt. Quemadmodum enim aurum in cœno positum non amittit decorem suum, sed suam naturam custodit, cum cœnum nihil nocere aurō possit: sic & semetipsos dicunt, licet in quibuscunque materialibus operibus sint, nihil omnino ipsos noceti, neq; amittere spiritalem substantiam. Vide li. 2. 390. 20.



249.10. *Ex patre quidē Alexandrinus.*] Theodoretus in lib. de hæresibus Carpocratem Epiphanis patrem Alexandrinū fuisse testatur, quamobrem corrigēdus est Epiphanij locus hæresi 32. ἀπὸ καρποκράτους δὲ τοῦ πατρὸς παρ' ἐκείνου ὁρμώμενος ὁ ἐκ Κεφαλληνίας ἔσχε τὸ γένος. nisi forte memoria lapsus est Epiphanius dum hūc Clementis locum exscripsit. paulo post etiam scripsit ἐν σώμασι δὲ cum sit apud Clementem ἐν κόσμῳ. verum ex quatuor vrbibus insulę illius vnam tradit Strabo li. 10. dici & σύμβολα & σύμβολ communi illi cum insula nomine. Quod vero dixit Clemēs in nomen Christianum maximum emanasse probrum ab illa communi Carpocratianorum Venere, exponit pluribus Eusebius li. 4. Historiæ c. 7. His igitur diabolus vsus est: quo qui hdem receperāt non solum in fraudem inducerentur, verum etiam gentibus, quæ erāt à fide alienæ copiam & tanquam ansam præberent sacrosancto Dei verbo petulantes, impieque obtrectandi: eo planè consilio, vt fama de istorum flagitiosa vitæ ratione passim dissipata turpem ignominiæ notam vniuersę Christianorum multitudini inureret: quod videlicet tum nefando concubitu matres & sorores violare, tum etiā scelerato quodam alimenti genere vti non verentur.

410.20. *Hos docuit.*] Philastrius Brixiensis li. de hæresibus, Floriani siue Carpocratiani dicūtur negantes iudicium & resurrectionem, Christum de Virgine natum non credentes, omnemq; resurrectionem in filiorum procreatione nefandi cœtus existimātes consistere, vt in Ecclesia sua post occasum Solis lucernis extinctis misereri cum mulierculis non dubitauerint, legis præceptum implere putantes: Nascimini & multiplicamini, Iudaismo potius & paganitati parere nefandæ quam Christianæ veritati acquiescere properantes. Theodoretus lib. 1. de fabul. hæretic. nō ipsi Carpocrati sed eius discipulo attribuit τῶν ἀφορήτων καὶ λυσσητῶν τούτων καὶ ἀνοσίων δόξαν. κατασὶ δ' οἱ περὶ τοῦτον ἀνθρώπους ἐπὶ δικαίοις ἐκ θεοῦ ἐκ ἐκ τῶν κοσμικῶν διάφορα μόνον τὸ ἀκρατὲς τῶν ἐπιθυμιῶν, ἐφ' ἃ ἕκαστος ἐσπούδακε συμπέφυκεν. Is aperte & palā scortari adiecit decretis Carpocratis. Mulieres enim esse communes constituit. Quamobrem non solum in coniuiis publicis, candelę lumine paulo lōgius remoto, in quicunque inciderat, cum ea vnusquisque ibat. Sic interpresjae illud de lumine sic vertendū est, *Edele lumine è medio sublato*: Clemens enim vnde id sumpsit Theodotetus, ait φῶς ἐκπεσὸν παντοδαποὺς τὸ ἀκόλαστον μεῖξαν εἰς lumen euersione lucernæ *fastulerunt.* Id obiectum olim ab Ethnicis fuit Christianis. Vnde illa Tertulliani in Apologetico c. 7. Dicimus sceleratissimi de sacramento infanticidij, & pabulo crudæ, & post conuiuium incesto, quod euersores luminum canes, lenones scilicet, tenebrarum & libidinum impiarum inuerecundiam procurēt. Item 9. Præterea candelabra, & lucernæ, & canes aliqui, & offulæ, quæ illos ad euersionem luminum extendant. Minutius Felix, Octauio. Ad epulas sollemni die coëunt, cum omnibus liberis, sororibus matribus, sexus omnis homines & omnis ętatis. Illic post multas epulas vbi conuinium caluit, & incestæ libidinis feruor exarsit: canis qui candelabro nexus est, iactu offulæ vltra spatium lineæ qua vinctus est, ad impetum & salutem prouocatur. Sic euerso & extincto conscio lumine, impudētibus tenebris nexus infandæ cupiditatis inuoluunt.

Ibid. 50. *Similiter quidem.*] Gr. ὁμοίως μὲν τοι καὶ ἐπὶ ἀνοσιωτέροις ὁρῶμι ἃ ὑπὲρ τὴν ἀλήθειαν ἐστὶ, δοκεῖ μοι ἰσχὺς καὶ τὸ σῶμα αὐτῶν πλῆθος ἔσεσθαι. Apud S. Iudam v. 8. *similiter quoque et isti somniantes* legitima est, sic enim citat hunc locum Epiphanius contra Gnosticos hæresi 26. ὡς οὗτοι ἢ ὁ μακάριος Ἰούδας ὅτι ἐνυπνιαζόμενοι σαρκίζουσι μὲν, ὅλοις δὲ σπιλοῦσι καὶ βλασφημοῦσι, σαρκὸς μιαίνουσι. Latina vulg. Similiter & hi carnem quidem maculant. Vox tamen ἐνυπνιαζόμενοι *somniantes* legitima est, sic enim citat hunc locum Epiphanius contra Gnosticos hæresi 26. ὡς οὗτοι ἢ ὁ μακάριος Ἰούδας ὅτι ἐνυπνιαζόμενοι σαρκίζουσι μὲν, ὅλοις δὲ σπιλοῦσι καὶ βλασφημοῦσι, ὅτι πᾶς ὁ ἐνυπνιαζόμενος μόνον λέγει τὰ πλησίον ὡς δι' ἐκείνου τὰ αὐτοῦ γράμματα, καὶ ὡς ἀεὶ τὰ ἐκείνου λογισμοῦ. Non dixit autem beatus Iudas de his qui somniant in corporibus; statim enim infert, ac ostendit, quod de somniantibus dicit, qui loquuntur velut per somnia verba sua, & non per subtietatem vigilantis rationis. Heruetus correxisse videtur ὅλοις δὲ, & fortasse vertere debuit, *neque enim vigilantes ad veritatem se applicant*, vsque ad illud, *Et os eorum loquetur superba.* v. 16. sic enim legitur etiam in plerisque vulgatæ Latinæ editionibus. Vide Oecumenium & Theophylactum.

452.40. *Tanquam in vasa.*] μετεμψύχωσιν illam Pythagoricam μετεμψυχίαν vocat Epiphanius pag. 5. περὶ τῆς μετεμψυχώσεως, ita enim legendum apud Clementem Alexan. 3. Strom. pag. 171. non μετεμψύχωσιν quod interpretem fugit. Hæc annotarat D. Hœschelius in Gregorium Nazianzenū. D. Augustinus li. 58. Metangismonitas etiam quosdam hæreticos appellatos esse monet quod filiū in patre vt vas in vase esse dicerent. De quibus loquens corrigendus est Philastrius libro de hæresibus, vbi legis μετάγειαν pro μετεμψυχώσιν post eum locum, vbi in Theodotum agit. Cæterum Tertullianus dogma de animabus in hūc mundum tanquam in locum supplicij deductis sic exagitat li. de anima. c. 33. Etiam cum iudicij nomine vindicatur hoc dogma, quod animæ humanę pro vita & meritis genera animalium sortiantur, jugulandæ quæq; in occisoriis, & subigendæ quæque in famulatoriis, & fatigandæ in operariis: si demutantur, non ipsæ dispūgentur, quæ merebuntur. In eum locum Pamelius scribit alludere eum ad Platonem, qui in Phædone, & alibi non semel ob merita bona vel mala affirmat detrudi animas in corpora fœda, aut proba, quemadmodū etiam Clemens Alexand. li. 3. Strom. B. Hieronymus Epist. ad Auitum similem Origenis opinionem ex Platone desumptā dicit, quam latissime impugnat B. Cyrillus Alex. li. 1. in illud Ioannis, illuminat omnes homines.

453. *Nam nos oporteret.*] Vide hæc eadem apud Theodoretum elegantius conuersa lib. 5. de Curat. Græc. ἔσχλιν ἔχομεν. Et apud Ciceronem li. 1. Tuscul. Quæst. sub finem ex Cresphōte. Citantur à Stobæo quoque li. 119. de laude mortis ex Euripidis Themistoele, sed à manuscripto abest nomen dramatis. Illa porro, *Qui nouit*, apud eundem manuscriptum Stobæum proferūtur è Tragœdia Phryxo vbi prius carmen sic habet.

Τίς δ' οἶδεν εἰ τὸ ζῆν μὲν οὐ κέκτηται θανάτῳ,
Τὸ κεῖσθαι θανεῖν δ' ζῆν τυγχάνει βροτοῖς;

*Quis nouit autem an viuere hoc sit emori,*
*An emori hoc sit, quod vocamus viuere?*

Pindari locus qui sequitur numero 30. reperitur inter eius fragmenta non in aliis operibus.

454.10. *Quid verò non.*] Gr. ἐκφεύγει τὸν θανατον τῶν

ἡρώτησε κἀκεῖ, συνεχώρησε τι ἐκ τῆς ὀργῆς ἐμπεσόντος ἐν ὕπνοις φόνου τινός. sic enim corrigendum est. *Quid vero non Heraclitus quoque generationem* (aut natiuitatem) *dicit esse mortem, consentiens iis quæ Pythagoras & Socrates in Gorgia dixerunt? Ait enim mors sunt quæcunque experrecti videmus; quæ vero dormientes, somnus.* At Socratis dictū forte an illud innuat quod est p.493.edit. Stephani. nā allata Euripidis sententia quā & Clemēs premisit τὸν γὰρ θάνατ, addit ἐγὼ δ' ὑμᾶς τοῦτο ἴσως πεπεῖσθαι μοι, ἐν τῷ ζῆν ἡμᾶς τεθνάναι τε καὶ ὄντως τοὺς ἐν τῷδε τῷ τόπῳ ἐν ἅιδου τοὺς τοιούτους εἶναι· ἀκούω γάρ τινων σοφῶν ἀνδρῶν ἡμᾶς τεθνάναι τοῦτο τὸ σῶμα ἐστὶν ἡμῶν σῆμα. Et nos re vera mortimur (vel potius mortui sumus) illud enim à quodam ex sapientibus audiui nos nūc mortuos esse, & nostrum (σῶμα) corpus esse (σῆμα) sepulchrum.

455. *Hæc ratione.*] Greg. Gyraldus in libello de Pythagoræ symbolis tradit ex Iamblicho & Olympiodoro Timycham Pythagoricam cum eam Dionysius cogeret mysterium reuelare cur à fabis abstinēdū moneretur Pythagoras mordicus sibi præcisa lingua eam in faciē tyrānī expuisse. Herō li.2.rei rusticæ causā affert quod in earū flore auspiciū quoddā lugubre inueniatur. Circūferūtur & Orphei versus

*O miseri à fabulo miseri subducite dextras,*
*Esse fabas simile ac caput absumpsisse parentum.*

Gellius tamen in Noctibus Atticis hūc priorē Empedoclis, nō Orphei nomine, citat. Videtur inquit li.4.c.11.de κυάμῳ esitato cauſſam erroris fuisse, quia in Empedoclis carmine opinati, sūt κύαμον legumētū vulgo dici, sed qui diligētius, scitiusque carmina Empedoclis arbitrati sunt, κυάμους hoc loco testiculos significare dicunt, eoſque more Pythagoræ apertè atq; symbolice κυάμους appellatos, quod sunt αἴτια τῆς γονῆς. Idcirco in Empedoclis versū nō à fabulo edēdo, sed à rei veneræ proluuio voluisse homines deducere. Gr. Nazi. ideo fabas Orphicas, i. de Theol.

Ib.10. *Theophrastus quidē.*] Mercurialis li.4.variar. lect.c.5. Quod Theophrastus in 5.de cauſis plantarū c.21. scribit fabarū putamina radicib⁹ aut germinibus plantarū nouellarū appositа earū vitā penitus tollere.etiā à Clem. Alex.Strom.3.& ab Apollonio in mirabilibus historiis,hist.45.citatū ex quincto de cauſis naturalibus (quaſi fic liber ille inscriberetur antiquitus) inuenio: qui cū addāt domesticas gallinas iſſdē putaminibus iugiter vescētes sterilescere, neq; id à Theophrasto traditū sit, eiuſcemodi sententia nō exiguā mihi ſuſpicionē parit; quemadmodum itē non admodū probo Pythagoræos idcirco fabarū esūm vetaſſe, quod comeſtæ mulieres infœcundas reddant: quoniam,vt meminit Galenus,fabæ ſi bellè nutriunt, & flatulentæ sunt potius fœcunditatem, quam sterilitatem inducere debent.

456.30. *Permisit ei, cui vellet.*] Euſebius li.3.cap.23. Historiæ,hunc locum citat ὡς τῷ τότε τῶν ἁγιωτάτῳ. Hæc vero ita Græce habet Clemens pa.174. χαίρειν τῷ βουλομένῳ ὑπὲρ ἐμοῦ. Rufinus vertit,*ſi quis vellet eam habere, permisit.* Chriſtophorſonus, *cuique cupienti ducendam permisit.* Theodoretus li.3.Hæretic.fabular. ἐπιτρέψαι τοῖς βουλομένοις. *& permiſſe vt, qui vellet, eum ea haberet conſuetudinē.* D.Auguſtinus hær.5. *vt, qui vellet, ea veteretur.* Epiphanius autē hær.25. ait eum ideo fuiſſe traductū quod ἀπὸ τῆς γαμετῆς ἐγκρατευόμενος, ὡς ἂν μὴ μιαίνοι οὕτως ἑαυτὸν πρὸς συνουσίαν τινὰ ἀκαιρότερον, ὑπὲρ τινὸς ἐκείνης ἐκρατήθη τῶν αὐτῆς ἐκφανίας. Cum ab vxore ſe continuiſſet ad imitationē eorum quos Deo addictos videbat aliquotenus tolerabat. non tamen in finem ſuæ intemperantiæ dominari potuit, ſed volens velut canis ad vomitum reuerti, prætextus quoſdam nō ita bonos venabatur ad petulantiæ defensionem.

Ib.40. *Aiūt enim.*] Gr. ἀλλὰ καὶ τὸν ἐπὶ τῷ φωνῇ τῇ ὑπὸ τινος θεοῦ πεφθεγμένῃ τοῦτο ἐλεύσεσθαι τὸν χρόνον, ὅτε ἂν ἐκ τοῦ σώματος ἐκλυθῇ τὸ ἀθάνατον τῆς ψυχῆς. Ruſſinus. *Ex qua occaſione iſti conſequens putauerunt, vt ſecundū hoc factū vel dictum Nicolai vxor ſuo carne ſua in quod delectaret, abuteretur.* Chriſtoph. *Atque ſibi dicto, Carne nēpe abuti oportere hæreticos hac in re factum congruere aſſeuerant.* Atq; ita relinquunt dubiū interpretes cuiuſnā ſit dictū illud, carne abuti oportere, Nicolai an hæreticorū, & quodnam factū intelligant, Nicolai vxorē publicātis, an Nicolaitarū, qui cōmunes habebant vxores. Illius tamen virtūti intelligere ſe videtur innuere cū ait hæreticos eius factum & dictum temerè & inconſideratè ſequi. Et quod eſt apud Nicephori interpretem li.3.c.15. quicunque vellet ducere eam iuſſit, eique facto congruens adiecit dictū, abutendū eſſe carne inquiens.

Ib.50. *Vti eo ne hoc eſt.*] Illa verba, *hoc eſt exercitationem*, adiecit Heruetus, nā Græce tantū eſt, τὸν μεταποιοῦμενον ἡδονὴν τὴν σαρκὸς τὴν σαρκὶ ἡδύνασθαι. Ruſſinus, *quo per hoc cōtinentiæ ſe oſtenderet exercere, quæ mihi patabatur expetere, cōtemnendam magis quam expediam carnis edocēs voluptatē.* Chriſtoph. *Quorum nō cōtinentia in voluptatū depulſione, ad quas cēſeri libenter nimio ſtudio incitabatur, perſpicuē docebat parendum domini mandatū duobus dominis inſeruire volentibus.* Nō enim credendum eſt Clementem à voluptatibus, vt ait Theodoretus, Nicolaū ait τὰ πάντα πλὴν τῶν ἐκ τῶν ἀκαθάρτων πράξεων, ἃ καὶ ἐφίλει καὶ ἐποίει. Ruſſinus, *Sed & duæ eius filiæ mihi virgines cōſenuere, & alia eius filia Spiritu ſancto repleta permanſit apud Epheſum*; rectius quàm Chriſtophorſonus, qui vertit, *quæ in altera vitam Spiritus ſanctū &c.* tres enim apparet fuiſſe. Vide & Nicephorum lib.2. cap.44. qui errorem Euſebij animaduertens ait per interpretem, *alterius Philippi non Apoſtoli.*

Ibid. *Quod non magnū.* Gr. τὸ μεγαλοψύχως ἐπὶ τῷ τῆς ἀνθρώπου εὐσχημοσύνῃ. Ruſſinus vertit, *Quam ſe ideo negat circumducere vt ad prædicationem Euangelij expeditior fiat.* Chriſt. *Quo facilius liberiuſque ſuo fungeretur miniſterio*, eodemque modo Nicephori interpres, Vide 523.40. Cæterum quod ad quæſtionem attinet de D. Pauli coniugio, S. Ignatius in Epiſt. ad Philadelph. dicit Petrum & Paulum & reliquos Apoſtolos coniugatos fuiſſe excepto Ioanne, quanquam in Vaticano codice, & quibuſdam aliis vetuſtis non habetur nomen Pauli. Tertullianus li.de monogamia & B. Hieronymus in Iouinianum exiſtimant præter Petrum, cuius ſocrum in Euāgelio legimus, nullum alium Apoſtolorum vxorem habuiſſe. Certum eſt tamen eos ex Apoſtolis, qui vxores habuerunt, poſtquam vocati à Chriſto fuerunt officio cōiugali renunciaſſe vt B. Hieronymus i.in Iouin. docet id quod etiam indicat hoc loco Clemens dum ait eos non vxorem ſed ſororum loco illas habuiſſe. Alij vero 1.Oorinth.ca.9.vbi de circumducenda muliere ſorore agit, eum non de vxoribus tradunt, ſed de piis fœminis loqui, quæ ſequebantur Apoſtolos, & eis miniſtrabant, vt Domino Lucæ 8. Ita Chryſoſtomus, Theodoretus, Oecumenius, & Ambroſius exponunt, & Auguſtinus docet ca.4. lib. de opere monachor. Philippenſium vero 4. vitū quēpiam compellari, quem vocat germanum compatres vel coniugem, vel quod erat maritus alicuius exfœminis iā nominatis Euodiæ aut Syntyches, vt Chryſo, Theodoretus & Theophyl. dicūt; vel quod ſocius Euāgelij, vt Theodoretus & Haymo; vel eſt nomen proprium viri, vt Oecumenius & Nicephorus loco citato. Vide R. Belarmini Diſputationes de controuerſiis hæretic. to.1.li.1.c.20. de Clericis.

Ibid. 40. *A te petent des.*] Apud D. Lucam ita legitur c.6.vt ait G.Heruet⁹, ſed Matthæi c.5.v.42. ſic reperies vt Clemēs habet ὃς τοῦ αἰτοῦντός σου δανείσασθαι μὴ ἀποστραφῇς. Qui autē petit à te, da ei, & volenti mutuare à te ne auerſaris. vel, vt D. Auguſtin⁹ legit, *Et qui voluerit accipere mutuum à te, ne auerſatus fueris.*

Ibid. 60. *Sunt enim qui.*] Quæ annotata ſunt in pag.346.30.digitum intendent ad fontem.

480.40. *Electi mihi.*] Gr. οὐ γὰρ κακοπονήσουσι καὶ τεκνοποιήσουσιν εἰς ἀκαταράτους· ἀλλὰ σπέρμα τῶν μακαρίων ἐστὶ καὶ τὰ ἀπόγονα αὐτῶν μετ' αὐτῶν. Eſaiæ 65.v.23. Electi mei non laborabunt fruſtra, neque generabunt in conturbationem. Apud D. Hieronymum. *Electi mei non laborabunt in vanum, neque filios generabunt in maledictionem.* Sed tollenda videtur diſtinctio illa, poſt electi mei, vt cōueniat cum Græco.lxx. Potro quod in cōmentario duplicē lectionē videtur agnoſcere, dum exponit in præcedenti verſu *opera populi Dei veterascent, & veterascere facient, &, opera populi Dei non veterascent*, hoc tueri videtur quod legimus apud Procopiū, τὰ ἔργα τοῦ τόπου αὐτοῦ ἀπαλαιωθήσεται, τὰ δ' ἔργα ἡμετέρα ἔκλυτα ἔχοντα τῶν ἀφ' ἡμῶν ὄντων, quod ex Cyrillo videtur eſſe cuius interpres habet, *curſum in rebus gerēdis habebūt eo tum & immutabilem.* Idē etiā vertit, neq; *filios genet adhūc ad deteſtationem*, quod quidam, εἰς κατάρατον, hoc eſt, eſſe deſiſtant, & ſinē ſubſtantiæ ſuæ habeant. Sed hęc de ſpiritali generatione interpretatur; H. Pintus de naturali etiam accipi poſſe putat ſcribens in Eſaiam, cuius expoſitionem hic Clementis locus confirmat.

481. *Cur enim non fuit.*] Gr. διὰ τί δὲ οὐ τὸ μόνον ἀπὸ τῆς ἡδονῆς ἐφ' ἑαυτοῦ ἐκτέμνεται, ἀλλὰ καὶ τὸν μόχθον τῆς ἐπιμελείας, ἐν τῷ κόσμῳ ὄντων ἡμῶν ἐκ γάμου, ἐπεὶ ἐξὸν ἀσκητικῶς ἐνεγκεῖν. Quoniā attulit paulo ante verba Hieremię ex c.20.v.14.&18. exiſtimauit Heruetus hic citari eiuſdē capitis ſeptimū decimū, Qui nō me interfecit à vultu vt fieret mihi mater mea ſepulchrū, ideoq; nomē Eſdræ cū Hieremia cōmutauit, at eadē verba reperiūtur li 4 Eſdræ c.5.v.35.in latina editione, nā Græca nō extat; ſic ergo verte. *Quare non ſiebat matrix matris meæ mihi ſepulchrum, vt non viderem laborem Iacob, & deſatigationem generis Iſrael, inquit Eſdras Propheta. Nullus eſt &c.*

Ibid. *Nullus eſt à ſorde.*] Gr. ὅλως οὐδεὶς καθαρὸς ἀπὸ ῥύπου οὐδὲ παιδίον ἡμερῶν ὢν μίαν· διὸ εἶπεν ὁ Ἰὼβ, ἵνα τί μοι ὑπέρ ὁ βίος αὐτῶν ὅτι τοῦ γῆς. Quis enim mundus erit à ſorde? Sed nullus ſi & vnus dies vita eius in terra. Latina vulg. Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? nonne tu qui ſolus es? Ex Hebræo ad verbum. Quis dabit mundum ex immundo? ne vnus quidem. Olympiodorus in Expoſitione à Niceta contexta qua vſi ſumus ma-





athletas abſtinentes ſe à rebus Venereis enumerat τρόπον καὶ σεμνὸν καὶ ἱερὸν ἀνδρῶν. Pauſanias Ηλιακ. Α. Ἀγυλλεύς, ὃς ἐγγυτάτω Πυθαγόρου μὲν ἦλθε ἡλικίᾳ, ἐς δὲ ἐλαμπρότητα ἐν ἴσῳ τῷ Διαγόρᾳ νίκαις ἦρε. Athenæus li.14. Amœbei citharœdi meminit qui, quoties cantaturus exiret, talentum in ſingulos dies accipiebat. Cæterum hac eadem pag.lin.6. de loco illo, caprorum & hircorum, Vide quæ in Pædag. notata ſunt.

465.10. *An etiam reprobant.*] Idem accidit Heruetо in hunc locū ſcribenti quod Euſebio li.3. Hiſtoriæ c.25.qui citat locum Actor.21.de Philippo Diacono cui erāt quatuor filiæ, nec diſtinguit ab Apoſtolo Diaconū. Nam & hūc Clementis locū inſeruit libro ſuo Euſebius ca.24. ſed interpres nouiſſimus Chriſtophorſonus in cap.25. vertit, *Philippum dico unum è ſeptem diaconis, qui Hierapoli extremum vitæ diem obiit.* Cum ſit Græce φιλίππου τοῦ ἐν ἱεραπόλει ἀποτελευτήσαντος, ὃς κοιμήσατο ἐν ἱεραπόλει. quod enim ait Suffridus Petrus eū legiſſe ἐκ τοῦ ἑνὸς τῶν διακόνων, vel ἓν, ex coniectura nō ex manuſcripto videtur eſſe: nam & Ruſſinus ca.31. vertit, *Dico autem de Philippo qui fuit vnus ex Apoſtolis, qui dormiit apud Hierapolim.* In catalogo D. Hieronymi eſt: Philippus Apoſtolus in Phrygia prædicat Euāgelium Domini Ieſu. Sepelitur Hierapoli, cum filiabus honorifice. At monet M. Victorius hæc adiecta eſſe à Græcis, ſed in voce Polycrat. genuinū eſt Hieronymi quod citat ex eius epiſtola aduerſus Victorem ſynodica vnde etiā illa ſunt Euſebij, vertitque, *Philippum laquor de duodecim Apoſtolis qui dormiunt Hierapoli & duas filiat eius, quæ virgines ſenuerunt & aliam eius filiam, quæ Spiritu ſancto plena in Epheſo occubuit.* Poſtremum iſtud Euſebius effert, ἓν ἐν τῇ Ἐφέσῳ κοιμηθὲν ἁγίῳ πνεύματι πεπληρωμένον, ἃ καὶ ἐφίλει καὶ ἐποίει. Ruſſinus, *Sed & duæ eius filiæ mihi virgines cōſenuere, & alia eius filia Spiritu ſancto repleta permanſit apud Epheſum*; rectius quàm Chriſtophorſonus, qui vertit, *quæ in altera vitam Spiritus ſanctū &c.* tres enim apparet fuiſſe. Vide & Nicephorum lib.2. cap.44. qui errorem Euſebij animaduertens ait per interpretem, *alterius Philippi non Apoſtoli.*

Ibid. *Quod non magnū.* Gr. τὸ μεγαλοψύχως ἐπὶ τῷ τῆς ἀνθρώπου εὐσχημοσύνῃ. Ruſſinus vertit, *Quam ſe ideo negat circumducere vt ad prædicationem Euangelij expeditior fiat.* Chriſt. *Quo facilius liberiuſque ſuo fungeretur miniſterio*, eodemque modo Nicephori interpres, Vide 523.40. Cæterum quod ad quæſtionem attinet de D. Pauli coniugio, S. Ignatius in Epiſt. ad Philadelph. dicit Petrum & Paulum & reliquos Apoſtolos coniugatos fuiſſe excepto Ioanne, quanquam in Vaticano codice, & quibuſdam aliis vetuſtis non habetur nomen Pauli. Tertullianus li.de monogamia & B. Hieronymus in Iouinianum exiſtimant præter Petrum, cuius ſocrum in Euāgelio legimus, nullum alium Apoſtolorum vxorem habuiſſe. Certum eſt tamen eos ex Apoſtolis, qui vxores habuerunt, poſtquam vocati à Chriſto fuerunt officio cōiugali renunciaſſe vt B. Hieronymus i.in Iouin. docet id quod etiam indicat hoc loco Clemens dum ait eos non vxorem ſed ſororum loco illas habuiſſe. Alij vero 1.Oorinth.ca.9.vbi de circumducenda muliere ſorore agit, eum non de vxoribus tradunt, ſed de piis fœminis loqui, quæ ſequebantur Apoſtolos, & eis miniſtrabant, vt Domino Lucæ 8. Ita Chryſoſtomus, Theodoretus, Oecumenius, & Ambroſius exponunt, & Auguſtinus docet ca.4. lib. de opere monachor. Philippenſium vero 4. vitū quēpiam compellari, quem vocat germanum compatres vel coniugem, vel quod erat maritus alicuius exfœminis iā nominatis Euodiæ aut Syntyches, vt Chryſo, Theodoretus & Theophyl. dicūt; vel quod ſocius Euāgelij, vt Theodoretus & Haymo; vel eſt nomen proprium viri, vt Oecumenius & Nicephorus loco citato. Vide R. Belarmini Diſputationes de controuerſiis hæretic. to.1.li.1.c.20. de Clericis.

Ibid. 40. *A te petent des.*] Apud D. Lucam ita legitur c.6.vt ait G.Heruet⁹, ſed Matthæi c.5.v.42. ſic reperies vt Clemēs habet ὃς τοῦ αἰτοῦντός σου δανείσασθαι μὴ ἀποστραφῇς. Qui autē petit à te, da ei, & volenti mutuare à te ne auerſaris. vel, vt D. Auguſtin⁹ legit, *Et qui voluerit accipere mutuum à te, ne auerſatus fueris.*

Ibid. 60. *Sunt enim qui.*] Quæ annotata ſunt in pag.346.30.digitum intendent ad fontem.

480.40. *Electi mihi.*] Gr. οὐ γὰρ κακοπονήσουσι καὶ τεκνοποιήσουσιν εἰς ἀκαταράτους· ἀλλὰ σπέρμα τῶν μακαρίων ἐστὶ καὶ τὰ ἀπόγονα αὐτῶν μετ' αὐτῶν. Eſaiæ 65.v.23. Electi mei non laborabunt fruſtra, neque generabunt in conturbationem. Apud D. Hieronymum. *Electi mei non laborabunt in vanum, neque filios generabunt in maledictionem.* Sed tollenda videtur diſtinctio illa, poſt electi mei, vt cōueniat cum Græco.lxx. Potro quod in cōmentario duplicē lectionē videtur agnoſcere, dum exponit in præcedenti verſu *opera populi Dei veterascent, & veterascere facient, &, opera populi Dei non veterascent*, hoc tueri videtur quod legimus apud Procopiū, τὰ ἔργα τοῦ τόπου αὐτοῦ ἀπαλαιωθήσεται, τὰ δ' ἔργα ἡμετέρα ἔκλυτα ἔχοντα τῶν ἀφ' ἡμῶν ὄντων, quod ex Cyrillo videtur eſſe cuius interpres habet, *curſum in rebus gerēdis habebūt eo tum & immutabilem.* Idē etiā vertit, neq; *filios genet adhūc ad deteſtationem*, quod quidam, εἰς κατάρατον, hoc eſt, eſſe deſiſtant, & ſinē ſubſtantiæ ſuæ habeant. Sed hęc de ſpiritali generatione interpretatur; H. Pintus de naturali etiam accipi poſſe putat ſcribens in Eſaiam, cuius expoſitionem hic Clementis locus confirmat.

481. *Cur enim non fuit.*] Gr. διὰ τί δὲ οὐ τὸ μόνον ἀπὸ τῆς ἡδονῆς ἐφ' ἑαυτοῦ ἐκτέμνεται, ἀλλὰ καὶ τὸν μόχθον τῆς ἐπιμελείας, ἐν τῷ κόσμῳ ὄντων ἡμῶν ἐκ γάμου, ἐπεὶ ἐξὸν ἀσκητικῶς ἐνεγκεῖν. Quoniā attulit paulo ante verba Hieremię ex c.20.v.14.&18. exiſtimauit Heruetus hic citari eiuſdē capitis ſeptimū decimū, Qui nō me interfecit à vultu vt fieret mihi mater mea ſepulchrū, ideoq; nomē Eſdræ cū Hieremia cōmutauit, at eadē verba reperiūtur li 4 Eſdræ c.5.v.35.in latina editione, nā Græca nō extat; ſic ergo verte. *Quare non ſiebat matrix matris meæ mihi ſepulchrum, vt non viderem laborem Iacob, & deſatigationem generis Iſrael, inquit Eſdras Propheta. Nullus eſt &c.*

Ibid. *Nullus eſt à ſorde.*] Gr. ὅλως οὐδεὶς καθαρὸς ἀπὸ ῥύπου οὐδὲ παιδίον ἡμερῶν ὢν μίαν· διὸ εἶπεν ὁ Ἰὼβ, ἵνα τί μοι ὑπέρ ὁ βίος αὐτῶν ὅτι τοῦ γῆς. Quis enim mundus erit à ſorde? Sed nullus ſi & vnus dies vita eius in terra. Latina vulg. Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? nonne tu qui ſolus es? Ex Hebræo ad verbum. Quis dabit mundum ex immundo? ne vnus quidem. Olympiodorus in Expoſitione à Niceta contexta qua vſi ſumus ma-

nuscripta sic explanat hunc locum. αὐτὸ ὁ ἄνθρωπος [illegible] ἐγένετο ἐν αὐτῷ φύσει καὶ ἁμαρτίας πεπληρωμένος, ὅθεν καὶ βαπτίζεται τὰ βρέφη διὰ τὴν παράβασιν τοῦ Ἀδάμ, φύσει ἀπὸ πλημμελείας. [illegible] ἁμαρτίας καὶ φύσει καὶ διὰ τὴν [illegible] ἐγένετο ὁ μέλλων ὡς συνεπομένης ἡμῖν τῆς ἁμαρτίας [illegible].

Ibid. *Et quando dixit David.*] S. Chrysostomus in Psal. 50. [illegible] ὅτι τῆς ἀρχαιοτέρας [illegible] ἡ ἁμαρτία [illegible] ἁμαρτίας [illegible]. Quem locum ideo adscripsimus, quod videatur innuere hæreticos, qui matrimonium reiiciebant illo freti loco, & quod à Ioanne Fabro Viennensi Episcopo in suspicionem sit adductus S. Chrysostomus, quod hunc versiculum de industria intactum reliquerit, ne in sermonem incideret peccati originalis, vt monet Sixtus Senen. Annotat. 178. lib. 5. Bibliothecæ suæ. Idem docet lib. 6. Annotat. 236. peccatum agnouisse originis Chrysostomum, quamuis hoc loco, quem exscripsit Theodoretus, videatur innuere transiisse ad posteros solum pœnam corporeæ corruptionis, quam consequutæ sunt cupiditates & perturbationes. Neque enim necesse fuit Chrysostomo semper de peccato originali verba facere quotiescunque eorum meminerat, quibus ob peccata primorum parentum obnoxij facti sumus? Idem de Cleméte dici potest præsertim cum aduersus hæreticos disputaret, qui creationem admixtum habere malum dicebant.

Ib. *Si dedero primogenita.*] Michææ ca. 6. v. 7. Nunquid dabo primogenitum meum pro scelere meo, & fructum ventris mei pro peccato animæ meæ? aliter interpungitur ibi hic locus & apud LXX, atq; hic, & priore loco ponitur in edit. Antuerp. ὑπὲρ ἁμαρτίας μου posteriore ὑπὲρ ἀσεβείας, at hic contra & apud Theodoretum, qui hoc ita exponit, Non infantes primigenij ad sacrificium Deo allati me de peccatorum multitudine absoluere possunt.

Ib. *Corpus meum castigo.* Gr. τὸ σῶμα ὑπωπιάζω. At in nouo testam. 1. Cor. 9. legimus, ἀλλ' ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα, καὶ δουλαγωγῶ. Et additur tertia varia lectio ὑποπιάζω. Chrysostomus secunda sequitur. [illegible] ὑπωπιάζω καὶ δουλαγωγῶ, [illegible] ἀλλ' ὑπωπιάζω καὶ δουλαγωγῶ, [illegible]. Glossarium ὑπώπιον suggella. ὑπωπιασμὸς suggellatio. At Latinogræ. Sugillatio ὑπωπιασμὸς Sugillatus ὑπωπιασθείς. Suidas ὑπὸ τοὺς ὦπας τὰ πληγὰς ἔχειν. Partes circa oculos percussionibus contusæ & liuidæ. Idem ὑπώπια ἀφ' οἷας δέχονται πληγὰς τραύματα. Aristophanes vespis, μὴ λάβῃς ὑπώπια. S. Irenæus lib. 4. cap. 72. sic pugno non quasi aërem cædens, sed liuidum facio corpus meum, & in seruitutem redigo. S. Paulinus epist. ad Augustinum quæ inter eas Augustini 58. Qui carnem ieiuniis domat, sicut Apostolus dicit; Liuidum facio corpus meum, & in seruitutem redigo. Apud Suidam ὑπωπιάζω [illegible] Sic enim lego in manuscr. non [illegible], vt in Aldi edit. sic paulo post [illegible]. Rursus paulo post adiiciendum est illis verbis [illegible]. Idem est in voce ἄσκος ex manuscripto ita legendus [illegible]. Ait enim, [illegible]. In Epistolis S. Antonij quæ sunt in Biblioth. S. Patrum Sarasius interpres dum vertit. *Obculco corpus meum*, legisse videtur ὑποπιέζω. At Theophylactus in hunc locum ait: ὑπωπιάζω id est pugno. ὑπώπια enim dicuntur vulnera quæ sub oculos instiguntur, dum pugnis contenditur. Nonnulli verbum ὑπωπιάζω magis proprie dictum putant pro eo quod est fami trado corpus meum inediaque ipsum affligo, verũ ea interpretatio nullius est momenti. oporteret enim esse ὑποπιέζω. Itaque videtur Theophylactus ὑποπιέζω non admittere, neque velle ὑπωπιάζειν affligere significare. Cyprianus vertit, affligo corpus meum, & vulgata cũ Ambrosio & Augustino castigo, & Hesychius ait ὑπωπιάζει [illegible]. Et videretur legendum ὑποπιάζω cum sit inter ea quæ per ι scribũtur in 2. syllaba, sed & sequitur [illegible]. Tertia lectio, ὑποπιάζω ab eadem mẽte qua ὑποπιέζω. nam πιάζω Dorice dici πιέζω auctor Eustathius in Odyss. α. vt βάζω pro βίζω Hesychius [illegible].

Ib. 30. *Quoniam qui certat.*] Tertull. ad Martyres ca. 3. eleganter hoc exponit. Itaque epistates vester Christus Iesus, qui vos spiritu vnxit & ad hoc scamma produxit, voluit vos ante diem agonis ad duriorem tractationem à liberiore conditione seponere vt vires corroborarentur in vobis. Nempe & athletæ segregantur ad strictiorem disciplinam, vt robori ædificando vacent: continentur à luxuria, à cibis lætioribus, à potu iucundiore. Coguntur, cruciantur, fatigantur, quanto plus in exercitationibus laborauerint, tanto plus de victoria sperant. S. Chrysostomus in hunc locum [illegible]. Illud autem Pauli [illegible] sic vertit cũ Irenęi interprete l. 4. c. 72. Cyprianus de exhortatione martyrum c. 8. & epist. ad martyres de Mappalico, Omnis qui agonizat, in omnibus continens est, vt hic Clemens ait εἰς πάντα [illegible] πάντων ἀπεχόμενος. Neq; tamen reiicienda est vulgata versio, *ab omnibus se abstinet*, quam vides Chrysostomum exprimere, & aduertendum est hereticos, quibus cum disputat Clemens, abstinere à cibis, quos Deus creauit; ipsum autem velle vt non penitus abstineamus, sed continenter vtamur, id est cum moderatione vtamur, cum opus erit, & abstineamus cum opus non erit.

## IN LIB. IV. STROMATVM.

489. 30. *Consueuerant enim.*] Plutarchus in Theseo hæc eadem citat, & tertium versum addit. Suidas. εἰρεσιώνη θαλλὸς ἐλαίας ἐστεμμένος ἐρίοις, καὶ [illegible] ἔχων παντοδαποὺς τῶν ἐκ γῆς καρπῶν. Ramum hunc oliuæ lana obuolutum & omni genere fructuum terræ onustum ferebat puer, & ante fores templi Apollinis ponebat in Pyanepsiis, pueri reliqui accinebant hos versus ad famem arcendam. Herodotus in vita Homeri εἰρεσιώνην dictum etiam carmen quoddam docet. [illegible]

494. Mar-



494. *Marte cæsos.*] Theodoretus lib. 8. de Curat. ægrit. Græc. Heraclitus profecto etiam eos qui in bello occisi essent nullo non dignos honore existimauit. Quos enim Gradiuus occidit, honore & dij & homines prosequuntur. ἀρηΐφατοι γὰρ φησιν οἱ θεοὶ τιμῶσι καὶ ἄνθρωποι. In bello mortuos. Suidas ἀρηΐφατος ὁ ἐν πολέμῳ ἀνῃρημένος. & ἀρήϊος ὁ πολεμικὸς, καὶ ἀρήϊοις [illegible]. Ita manuscriptus. Platonis locum leges tomo 2. p. 468. edit. H. Steph. Eum vero qui re præclare gesta in bello occubuerit, nonne dicemus primũ quidẽ ad genus aureum pertinere? Vocem [illegible] omisit interpres. Idem Plato initio Menexeni 234. καὶ μὴν [illegible]. Atqui apud plurimos homines præclarum videtur in bello mori: etenim qui hoc lethi genere occumbit, præclarum magnificumque funus consequitur. Virgilius 4. Georg.

*— & corpora bello*

*Obiectant pulchramque petunt per vulnera mortem.*

Æneid. 2.

*— pulchrumque mori succurrit in armis.*

Ibid. *Docens Peripateticos.*] [illegible]. *Probè docens Gnosticum casibus omnibus aduersis vti rectè posse.* [illegible] necessitas hominem vndiq; vrgens & casus incommodus 2. Machab. ca. 6. [illegible]. Incursio malorum, at [illegible], calamitas, & [illegible], vt apud Basilium quod citat Budæus in Comment. ex homil. in princip. Prouerb. [illegible]. Neque enim secunda omnia, & quibus plærique delectantur, perpetuitatem, firmitatemque habent: sicut nec tristia semper durant. Sic verte pag. 500. 40. *Vel circumstantia.* S. Chrysostomus eleganter, id est, more suo apud Nicetam Heracliensem in Expositione ad illa verba; Si bona suscepimus, [illegible]. Beatus hic licet in eum vndiq; mitterentur sagittæ, tutior ac firmior nihilominus consistebat: cumque iacula innumerabilia excepisset, nihil de animi virtute remisit. Imo vero diaboli pharetram exhausit, ipse vero nec concedit, nec animo fractus est, sed tanquam gubernator optimus, neque furente mari, seseque efferentibus fluctibus obruebatur; neque in tranquillitate atq; malacia erat desidiosior: parem potius artem ad temporis vtriusque discrimen adferebat.

497. 10. *Atque Simonides quidem.*] Aristoteles li. 1. Ethic. ad Nicom. distichio illo Epigrammatis Deliaci hæc distincta fuisse docet.

Κάλλιστον τὸ δικαιότατον, λῷστον δ' ὑγιαίνειν.
Ἥδιστον δὲ πέφυχ' οὗ τις ἐρᾷ τὸ τυχεῖν.

*Iustitia est pulcherrima res, suauissima rebus*
*Gaudere optatis, optima si valeas.*

Quæ à Theognide vsurpata sunt immutato tantum altero sic,

Πρᾶγμα δὲ τερπνότατον τοῦ τις ἐρᾷ τὸ τυχεῖν.

Illud vero secundum Græce ita Clemens, δεύτερον δὲ φυὰν καλὸν γενέσθαι. At apud Stobæum tit. 101. de fœlicitate, Platonem in Gorgia, & Athenæum lib. xv. in Canteri Nouis lectionib. legitur Δεύτερον δὲ φυὰν καλὸν γενέσθαι. *Secundum pulchrum indole esse*, vel, *honesta specie esse*, Sic & Plato lib. 1. de legib. 631. ἡγεῖται μὲν ὑγίεια, κάλλος δὲ δεύτερον, τὸ δὲ τρίτον ἰσχὺς, τέταρτον δὲ πλοῦτος οὐ τυφλὸς, ἀλλ' ὀξὺ βλέπων. Primum locum obtinet bona valetudo, secundum forma, tertiũ robur corporis, quartum opes haud cæcæ, sed acutum cernentes. Vide in Prouerbiis, Primum recte valere.

Ibid. 20. *Contra autem.*] Gr. ὁ πλοῦτος φησὶ πάλιν δεύτερον βλέποντας. Refertur à Stobæo lib. 91.

Ὁ δὲ πλοῦτος ἡμᾶς καθάπερ ἰατρὸς κακὸς,
Τυφλοὺς βλέποντας παραλαβὼν, πάντας ποιεῖ.

Verum diuitiæ nos ceu malus medicus videntes assumptos omnes excæcant. Euripidis porro sententia ibidem recitatur, vbi pro κακόν τι παίδευμ' εἰς εὐανδρίαν, legitur, κακόν τι βούλευμ' ἆρ' εἰς εὐανδρίαν. Malum sane consilium ad fortitudinem sunt diuitiæ hominibus. In manuscripto citatur hic distichum ex Alexandro Euripidis, nõ vt habet impressus ex Alexandra. In Greco Clementis erat, ἐν τῷ Ἀλεξάνδρῳ Εὐριπίδης, in Alexandro Euripides; itemque superius illud ex Antiphane manuscriptus, non vt impressus ex Aristophane; cum quo non conuenit quod de Pluto à natiuitate cœco tradit Euphorion, nam à Ioue excæcatum fingit.

Ibid. *Dictum certè est.*] Prouerbium est quod Zenodotus citat ex Euripide, alij tribuunt Aristoni. Ignaua est opulentia; verum inopia est artium repertrix, Ingenique largitor venter, ait Persius. Vide Chil. 1. cent. 5. 22. & Chil. 2. cent. 7. illud alterum natum ex oraculo reddito Cleomeni & Theopompo Spartæ Regibus, tum demum vincendos esse Lacedæmonios, quum aurum & argẽtum in precio cœperint habere. Sophoclis gnomen exscripsit in lib. 1 de virtute. Stobæus ex eius Oedipode.

Ibid. 60. *Plato autem.*] Locus est ex 7. de Republ. pag. 521. vide lib. 5. Strom. 599. & 610. 50.

501. *Beati inquit.*] Hic omissa sunt quædam à librario Herueti quæ Typographus ex priori editione in Indice erratorum resarciet. Hæc ita Græcus liber Clementis, μακάριοι οἱ δεδιωγμένοι ὑπὸ τῆς δικαιοσύνης. Quæ potes vertere, Beati qui persecutionem patiũtur præ iustitia, vel propter iustitiam: nam ὑπὸ, cum gignendi casu sic apud Platonem & Plutarchum interpretãtur vulgata lexica, neq; videntur qui transferebant Euangelia contrarium asseruisse.

505. *Et Plato in Phædone.*] Vt Theano dixit, εἰ μὴ ἦν ἀθάνατος ἡ ψυχή, ἕρμαιον ὁ θάνατος. Sic Plato, εἰ μὲν γὰρ ἦν ὁ θάνατος τοῦ παντὸς ἀπαλλαγή, ἕρμαιον ἦν τοῖς κακοῖς ἀποθανοῦσι τοῦ τε σώματος ἅμα ἀπηλλάχθαι, καὶ τῆς αὐτῶν κακίας μετὰ τῆς ψυχῆς. Nam si mors esset vniuersi separatio, & dissolutio, pro lucro emolumentoque improbis hominibus deputandum esset, quum mortui essent, vt vna quidem corpore, & cum ipso quoque anima sua etiam improbitate liberarentur. In loco Aristophanis qui sequitur quod transfert Heruetus, *folia instar vmbræ reddentia*, Græce est, σκιοειδέα φῦλα, *turba vmbratiles*, vel, *natio vmbræ similis*. Porro dictum Epicharmi sic effert Clemens, vt & Theodoretus l. 1. de curat. Grec. Fortasse autem cuiusmodi vos estis hominibus Epicharmus ille Comicus iambicum illud coaptauit: φύσις ἀνθρώπων ἀσκοὶ πεφυσημένοι. Homines ventosis vtribus perquam similes, verbum verbo reddes. *Natura hominum vtres inflati.* tale & illud Timonis Phliasij lib. 2. apud eundem.

Ἄνθρωποι κενεῆς οἰήσιος ἔμπλεοι ἀσκοί.

*O veteres, animis sensus quos implet inanis.*

506.30. *Sed ab eo demum.* Gr. ὃ μετὰ ἀπέχθειας ἐδόκει. Inter fragmenta Simonidis cum Pindaro edita sic legitur ex hoc libro excerptus hic locus ὃ μὲν δυσέλπιδα με ἐόντα μάλιστα, λόγος δὲ ἀκρον. cui non sudor animum mordens dentur venerit, meum pernenire possit ad summitatem fortitudinis. Pindari quoque versus reperies in iisdem fragmentis 372. edit. 2. Heraclitidemum sententiam. adfert etiam Theodoretus lib. 8. de Curat. Græc. sed corruptè. Heraclitus profecto etiam eos qui occisi in bello essent, nullo non dignos honore existimauit, μόνοι γὰρ μετ' ἀρετῆς τιμίους καὶ ἀξίους. Soli maiores sortem habent. Hanc vero eius orationem, haud equidè admitto. Quamplurimi enim qui scelestè vitam peregerũt, violentem mortem perpessi sunt. Legendum est, μείζους γὰρ μετ' ἀρετῆς αἱ τιμαὶ μείζους, Maiora funera maiores sortes obtinent.

508.10. *Aly quidem Nearchum.*] Diogenes Laërt. in eius vita. Is cum Nearchum tyrannum, seu vt alij volunt Diomedõtem delicere ac profligare voluisset, comprehensus est. Theodoretus lib. 8. de Curat. Postquam exemplum Zenonis attulit hæc subiicit. Quod ipsum & Theodotum Pythagoricum fecisse aiunt, Paulumque præterea Lacydæ familiarem, vt testis est Pergamenus Timotheus in lib. de Philosophorum fortitudine, itemq; Achaicus in Ethicis libris affirmat. In iis, quæ de Zamolxide subiicit, est in Græco αἱρεθῆναι αὐτὸν, *senem eligere*, Heruetus correxit, συνθῆναι.

509.20. *Scis etiam ferminas.*] P. Victorius hunc Clementis locum citat illustrans illum Varronis de re rustica. Nam in Illyrico hoc amplius prægnãtem sæpe, cum venit pariendi tempus, non lõge ab opere discedere, ibique enixam puerum referre, quem non peperisse, sed inuenisse putes. Paulo post citantur Euripidis sententiæ duæ, quarum altera legitur apud Stobæum lib. 71. in Vituper. mulierum ex Euripide in Oedipode καὶ ὁ κάλλιστος γάμος πλὴν ἀνοσιωτάτου, non vt habet Clementis editio Florentina καὶ ὁ κρατιστος ἀν. Scribe ergo, *Etsi pessimus vir ducat optimæ existimationis mulierem*; altera vero lib. 67. ex eodem poëmate, sed extrema quoque leguntur aliter αὐτὸς τοι ξυνὸν ἔβλαστεν, non, ἔβλαψε. *Per vecordiam contemnit virum*, non autem, *cum qui vna versatur superat amentia.* Versus qui consequuntur verba sunt Vlixis Nauficaam alloquentis Odyss. ζ. v. 182. Quod vero dixit pudicam esse viri seruam pulchrè cõuenit cum eo quod dicebat S. Monica, vt scribit D. Augustinus lib. 9. Confess. c. 9. matronas per iocum admonens, ex quo illas tabulas, quæ matrimoniales vocantur, recitari audissent, tanquam instrumẽta, quibus ancillæ factæ essent, deputare debuisse; proinde memores conditionis superbire aduersus dominos non oportere.

516.30. *Nam ine Anytus.*] Hæc ex Platone in Apologia Socratis laudantur & à Theodoreto lib. 8. de curat. Græc. Ea sic habent tom. 1. p. 30. ἐμοὶ δὲ δὴ οὐδὲν βλαβὲς ἐστι Μέλητόν γε καὶ Ἄνυτον εἰπεῖν· οὐ γὰρ ἂν δύναιτο. οὐ γὰρ οἶμαι θεμιτὸν εἶναι ἀμείνονι ἀνδρὶ ὑπὸ χείρονος βλάπτεσθαι. ἀποκτεῖναι μέν γ' ἂν ἴσως ἢ ἐξορίσαι. Nihil enim mihi nocuerit aut Melytus aut Anytus; non enim possent. Quod quidem nefas esse arbitror virum meliorem à deteriore violari. Interfecerit me fortasse aut expulerit. Tertullianus de anima 1. Nihil mirandum si & in carcere lemniscatas Anyti & Meliti palmas gestiens infringere, ipsa morte coram, immortalitatem vindicat animæ necessaria præsumptione ad iniuriæ frustrationem.

533.40. *Nullus est mundus.*] Vide quæ annotata sunt in lib. 2. p. 481.

535.10. *Ægrotus est.*] In libello Sentent. Comiz monet Henricus Stephanus videri hæc ex tribus diuersis Euripidis locis desumpta, & secundum sententiam incipere ab illis verbis, καὶ κακὸν τὸ τοῦ σώματος νόσος, & καὶ, esse Clementis non Menandri (Euripidis dicere voluit) perinde ac si diceret, *Item hæc.* Tertiũ autem ibi incipere, καὶ ἐὰν ὦν μὴ, &c. *Certe mihi*, Motinet item videri deesse versum, qui interseratur inter duos postremos, aut certe posteriorem positum per parenthesim. Vide ibidem locum Menandri huic Euripidis similem p. 105.

536.30. *Hoc est enim.*] Omissa sunt hic quædam, quæ sic addo, *Hoc est enim retahi à patre per omnem angustam viam tuendentes, dignum effici, &c.*

545.40. *Implebo ipsam.*] Gr. πλησθήσομαι αὐτῆς ἐρημωθείσης, ὡς ἐπλήσθη ὁ ἐρημος. Hierem. 33. v. 5. πλησθήσονται αὐτῶν νεκρῶν τῶν ἀνθρώπων, ἃς ἐπάταξα ἐν ὀργῇ μου. Latina, Venientium vt dimicent cum Chaldæis, & implere eas cadueribus hominum, quos percussi in furore meo, & in indignatione mea. Quidã ex Hebræo interpretantur, Dominus dixit ad domos Iudæ, quæ destructæ sunt; eo quod habitatores earum venerunt, vt dimicarent cum Chaldæis, vt implerentur domos cadueribus, & multis Iudæis cæsis efficerent, vt implerentur. Quæ vero paulo ante dixit, *vera hic solus prudens*, Gr. ὅσα προεῖδον οἱ ἄνθρωποι, ad versum pertinent Odyss. x. de Tiresia vate, vni Proserpina dicitur dedisse, vt etiam desipiat, reliquos autem vmbras volitare. Vtrumque est hoc deinde in Chrysippum magnifice declamatiẽtem, vt refert Diog. Laërtius l. 7. & in Scipionem iuniorem, vt Plutarchus in Politicis præceptis.

*Οἷος πέφανται, τοῖς δ' ἐκεῖ σκίαι πέτονται.*
*Ille sapit solus, volitant alij velut vmbræ.*

Vide Prouerb. 53. cent. 3. chil. 2.

546. *Iob autem iustus.*] Nicetas Heracliensis in expositione libri Iob, quam ex veterum commentariis contexuit, ex Clemente citat hæc: τὸν δὲ Ἰὼβ ἱστόρησεν ἐν ἕτερα γινόμενα. γυμνὸς γὰρ φησὶ ἐξῆλθον ἐκ κοιλίας μητρός μου, καὶ γυμνὸς ἀπελεύσομαι ἐκεῖ. ὁ γὰρ ἐν τῷ βίῳ πλοῦτος καὶ δόξα καὶ τὰ τοιαῦτα, γυμνοῦ καθαίρεται· ὅτι δὲ γυμνὸς κρίνεται, ὑπὸ κακίας καὶ πονηρίας καὶ τῆς ἀπὸ τούτων ἐπὶ τὸν ἄδικον βίωσιν ἀποδύσεως αὐτὸν. Ita manuscriptus C. V. P. Dolbenij Abbatis, quæ Latinè ita reddidit auper in Catena sua vir doctissimus P. Comitolus. Quanquam quæ à Iobo dicuntur sublimius cogitari debent, ad hunc modum; Nudus à scelere & peccato ètens, quasi in matris vtero satus sum; nud' etiam remetur illuc. Nudus non à bonorum possessione (minutum enim id est & vulgare) verum ab improbitate & vitio, atque ab eo, quod vitæ hominum comes est, tenebricoso idolo. Nam si id quod manibus &c. Hæc conferri cum Clementis libro poterunt, & ad illud conformari, extremum illud præcipuè, *quod hominibus qui iniuste vixerunt, comes est.* l. 1. Quæ sequuntur apud Nicetam Clementi tributa non habet editio Florentina, nisi forte ex alio Clementis libro desumpta sunt, vel alterius forte auctoris, cuius nomen librarius omisit.

Ib. 60. *Arcana non.*] Theodoretus lib. 1. de Curat. Græcor. Euripides quoque consona sic testatur: Ἀρρητα βακχευτήρια εἰδέναι βροτούς. Hoc est, Arcana Bacchico furore acti sciant.

547. 30. *Curam gerdem.*] ὁμιλοῦντα δὲ καὶ κοινωνεῖν τοῖς ἀνοήτοις τὸ ἀνόητον εἶδε κατὰ λέξιν. G. Heruetus legit, τὸ ἀνόητον, F. Morellus P. R. κοσμικὸν τῶν ἀνοήτων.

548. *Et Poëtæ Lyricum.*] Pindaro hæc vindicat Theodoretus li. 8. de Curat. Græc. quæ & inter eius fragmenta relata sunt. Pag. sequ. meminit alarum Euripidis, de quibus hæc Plutarchus lib. an seni gerenda respubl. καὶ ὁ ὑπὸ τῶν κλῆρον ἀφ' ἑστίας ἐνεγκάμενος χρυσᾶς πτέρυγας, ἀλλὰ πᾶν πλανητικὸν ἐκφεύγων πτῆμα, πλὴν ψυχῆς μόνης καὶ φρονήσεως ἀναπτόμενον. Vide Th. Canterum l. 1. c. 25. Var. lect.

549.10. *Platonis quoque.*] πικρὰν μὲν ἐνδεχομένῳ κληδόνα, F. Morello videbatur legendum, τὸν ἐνδεχομένῳ κληδόνα, *Cælestis iuuitatis exemplar esse propositam.*

## IN LIB. V. STROMAT.

555.10. *Clamat Æschylus.*] Theodoretus li. 4. contra Græcos citat hunc versum,

Τὰ μὴ δοκοῦντα μὴ γένοιτ' ἐκβαίνειν,
*Ne quæ re frustra, quæ nihil tibi conferunt,*

non vt habet Clemens, μὴ πρὸς μάτην.

557.20. *Vt ait Sophocles.*] Profert hanc sententiam I. Stobæus tit. 29. de assiduitate ex Sophocle in Oedipode, & sequentem Menandri ex eius Eunucho. Senarij sunt quos ita Latinis exprimere potes,

*---quæ quari solent,*
*Cur a indigere cuncta sapientes volunt.*

Ibid. 30. *Cuncta res.*] Eusebius lib. 15. Præpar. c. 61. hæc Timonis carmina refert ex eius Sillis, legitque, Ἡν' ἀκὴν πεδ' ἀπάντα κυλινδόμενος, rectius quàm apud Clementem, Ἡν' ἀκὴ πεδ' ἅπαντα. *Cæca omnes alias circum res voluitur.* Item,

Ἐς δ' εἶδος ἐσέβη κἀμόν, ἡ δὲ λαπάδνη βοός. non, Et βρετὸν, vertitque Trapezuntius, *Gravitate confirmauit caput, & in fidem coniicit.* Est imitatio seu parodia illius loci Iliad. 4. p. 151. edit. Crisp.

Οὐμὸν δ' ἐσέβη κάρη, ἡ δὲ σθένι θάρσος ἔπασεν.

In cælo firmauit caput, & super terram ingreditur. Ille autem alter locus qui sequitur, alludit ad initiũ Iliados, vbi de cõtentione Agamemnonis & Achillis agitur,

Τίς τ' ἄρ σφωε θεῶν ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι;

Quis ergo illos Deorum vt lite pugnarent cõmisit?

Ibid. *Concurrens cum Eccho.*] Gr. Ἠχοῦς συμβαλοῦσα ὀχλαι, Trapezuntius, Eccho concurrentis turbæ. Sequitur apud Eusebium, ὁ γὰρ σκοπὸς χαλκοῦς, rectius Clemens ἠχοῦς, sed, χαλκοῦς, ad Eccho referri non potest, verum in tertio versu melius legit Eusebius, Νέπυτ' ἀϊδηρε ὄβριμε λάθλιε, quam habeat Clementis liber ὄβρι κακλιε, licet in 1. Iliad. sit, Νέπιε αἰὲν ἐριζε ὄβρι κακλιε. Morbum inter homines excitauit loquacitatem: peribant autem multi. Hæc ex eodem Timonis opere desumpta sunt, ne quẽ forte decipiat Trapezuntius interpres qui vertit, alius quoque vir quidam clarus, quod est Græce, ὁ δεῖνα τοῦτο αὐτῷ, iam nominatus auctor. Gellius lib. 3. c. 17. Timon amarulentus librum maledicentissimum conscripsit, qui Sillis inscribitur. Fuit patria Phliasius, vt scribit Simon Apollonides Nicenus, non autem Apollonides aut Nicenus, vt auctor Dictionarij Poëtici tradit Suidas, Τίμων φλιάσιος ὁ αὐτὸς φιλόσοφος καὶ σκεπτικὸς ὁ χρήσας τὰ καλούμενα σίλλους ἔστι τέρψις ἢ φιλοσόφων βιβλία ἑ. Ab Athenæo lib. 4. similis versus eiusdem affertur:

Διεσπομένῃ, πικρὸς ἔμμεσ' ἔχων, ἀραδίλω δ' ὑλάεσσιν,

Parodia illius 1. Iliad.

Οἰνοβαρὲς, κυνὸς ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἐλάφοιο.

558. *Esse decet castum.*] Distichum hoc imperitè in editione Florentina, diuulsum sic continuãdum esse nos monuit Fed. Morellus P. R.

Ἁγνὸν χρὴ πάντα τρόπον εἶναι τὸν μέλλοντα
Ἔμμεναι, ἀγνείῃ δ' ἔνδοθεν ἔρχεσθαι δόμα.
*Ingreditur, castum pectore sanctè sapit.*

Sacra templa nemo profanus, aut non initiatus frequentabat, nisi cum periculo, vel mortis, vel alterius damni, cuiusmodi apud Pausaniam multa leguntur exempla. Ad eundem modum vetereres Philosophi à scholis suis tanquam à mysteriis abigebant illiteratos, vt scholæ Pythagoræ inscriptum erat,

Λείπου σωροῖσι, θύρεος ἢ σπείρατον βαλοῦσι.
*Cantabo docilis vos vani claudite portas,*

& Platonis, Ἀγεωμέτρητος μηδεὶς εἰσίτω. Ita septem sapientum dicta foribus templi Delphici inscripta fuerũt. M. Neander in Phocylidem.

561.40. *Attamen & quæ.*] Theodoretus lib. 1. contra Græcos, sed & Parmenides Eleates, qui socius fuit Xenophanis Colophonij, rebus iis qui intellectu solo percipiuntur fide occurrendum nobis hortatur, inquit enim:

Λεῦσσε δ' ὅμως ἀπόντα νόῳ παρόντα βεβαίως, hoc est,
*Nam quæ aberant, animo tanquam præsentia vidit.*

Nempe quia nobis ad ea, quæ capiuntur intellectu, sola mente licet appropinquare.

562.10. *Deus laborantes.*] Stobæus tit. 29. de Assiduitate hoc carmen tribuit Alexidi in Orchestride: Libro tamen 6. Strom. 620.40. Euripidis esse dicitur.

Ibid. 50. *In medio.*] Hoc offendes Ecclesiastici 37. v. 13. quod ita est in vulgata Lat. In medio insensatorum serua verbum tempori: in medio autem cogitantium assiduus esto. C. Iansenius id exponit. Significat, cum quis inciderit in consortium imprudentium; non temere sapientiæ doctrinam inculcandam; ne sanctum detur canibus, sed seruandum verbum tempori oportuno: at cum in prudentum consortio quis fuerit, ibi liberum esse & vtile, vt in docendo sit assiduus. Alter porro locus est 10. Prouer. v. 14. σοφοὶ κρύπτουσιν αἰσθήσεις, *Sapientes abscondent sensum*: sic quoque habet Clementis liber Græcus, at in vulgata Latina, Sapientes absconduntscientiam. Videtur ex Aquila vertisse αἰσθήσεων γνῶσιν, aut ex Hebræo. Empedoclis versus quos subiicit, aliter conuertit à Græco Aeciaolus Theodoreti interpres lib. 1. contra Græcos:

*Infidos vitare malos, nec credere quicquam,*
*Certa iubent nostra cunctis oracula Musæ.*

Inter malos itaque homines reponendos esse infideles Agrigentinus censet.

563.60. *Parce tempori.*] Idem censet quod G. Heruetus in hunc locum Gilbertus Cognatus Centuria 3. Adag. 208. Ciceronis scilicet locum ex 3. de Finibus bonor. ita legendum, *tempori parcere.* Verumtamen & Erasmus Cent. 1. Chil. 2. in prouerb. Seruire scenæ, affert ex Phocylide celebre illud καιρῷ παραπείθου, *tempori seruire*, & Lambinus apud Ciceronem legit, *parcere tempori*, & sequi Deum. καιρῷ πειθαρχεῖν, ταῦτ' ἀνιέναι Græcis, omnesque libros veteres ait habere, parere, non, parcere. P. Victorius putat legendum parcere. Theophrastum memoriæ proditum est dicere solitum, πολυτελὲς ἀδόλεσχα, esse tempus, Stobæo teste.

567.10. *Edatis varior.*] Verba sunt Achillis Vlyssem ac cæteros Græcos ad se missos alloquentis Iliad. 10.

*Ἐκ μάλα πὼς ζωοὶ παρέβητε δῆρον.*

In quem locum Eustathius, ὡσὶ δ πρῶζε τὸ πολυλογῶν ὁ πολυρρήτως. ἓξ ἀπὸ τοῦ γιὼ, ὡς ἀπὸ τοῦ γιγνώσκω ὁ γνώμων παρὰ Δωριεῦσι πρῶζον καλεῖται. Ideo Clemens cum tutturem loquacitatem designare dixisset hoc vtitur verbo, vide prouerbium, Turture loquacior. Suidas, πρῶζε, ἀντὶ τοῦ λαλεῖ, ἀπὸ τοῦ ἡ πρῶγος, ὅπερ ἐστὶν ὀρθρος) ὃ μετωνύμως.

Ibid. 50. *Est mihi ea lingua.* [H. Iunius cent. 4. Proverb. 49. Æschylo tribuit hunc versum pariter ac sequentem, sicque vtrumque vertit, *Fidum penu*, vel, *arcanum linguæ. Et nostra profert lingua custodem clauem.* Deinde addit hunc Luciani similem versum:

Ἀρρήτων ἔστιν γλῶσσα φρουρὸς ὀπαλίων.
*Arcanum vt celet claudenda est lingua sigillo.*

568. 20. *Iam vero eorum.*] Hoc Pythagoræ symbolum seu præceptum ita exponit D. Hieronymus in Apolog. in Ruffinum, Stateram non transiliendam, id est, ne pretergrediare iustitiam: ita Cyrillus & alij, vt docet Gregor. Gyraldus in libello in Symbola Pythag. versus autem qui cõsequuntur Iocastæ sunt apud Euripidem in Phœnissis Act. 2. Eteoclem alloquentis.

Ib. 50. *Et Pythagoras iubens.*] Græc. sic habent, καὶ τὸν Πυθαγόραν δὲ ἐκεῖνα παραγράψαι, τὰς λεωφόρους ὁδοὺς διαδύεσθαι φησὶν, μὴ διὰ τῶν τοῦ πολλοῦ ὄντος γνώμων. Sed mutata interpunctione ita vertere potes ad verbum. *Et Pythagoras non veretur prohibere, ne via regia incedamus, iubens, ne vulgi sententiam sequamur.* Certe enim hoc loco Pythagoram vult Clemens prohibere, ne regia via ingrediamur, quæ communis est. Tametsi enim apud Laertium in vita Pythagoræ legimus, μὴ βαδίζειν ἐπὶ τὰς λεωφόρους, suspicatur tamen illud μὴ delendũ Brodæus l. 2. cap. 20. Miscellan. neque hæsitandum esse Erasmo vtrum sit Pythagoræ. Idem censet L. Greg. Gyraldus, profertq; loca D. Ambrosij ad Irenæum Epist. 6. Nam cum ex populo Iudæorum, vt plerique arbitrantur genus duxerit, ex eius disciplina deriuauit etiam magisterij præcepta. Legerat Moysi diuino præceptũ oraculo: Solue calceamentum pedum tuorum: Id etiam præceptum Iesu Naue, videlicet vt detritæ & popularis viæ ponerent puluerem, qui viam domini ambulare desiderarent. D. Hieronymus Apol. in Ruff. Per viam publicam ne ambules, id est, ne multorũ sequaris errores. Sed & Origenes eodem fere sensu exponit Euangelicum illud, spatiosam & latam viam declinandam. Sic vero Olympiodorus enuntiat φεύγειν τὰς λεωφόρους. Euphorionem citat Athenæus lib. de Isthmiis, & Stobæus in Philoctete, sed in versu quem citat Clemens erat ἀγελαίας ἐν πολ, Equas Achaicas.

569. *Quin etiam mysticum.*] Græc. ὅπερ ἡ τὸ πρὸ ἀγκυρίου ὕσσωπος τὸ μυστικὸν ὁ πανέκκαυτος ὃς μάγμας τὸ ἀδυτον βάσανος ὑπὸ, λέγω δ ἰὼὰ. D. Hieronymus ad Fabiolam de veste sacerdotali. Octaua est lamina aurea, in qua scriptum est nomen Dei Hebraicis quatuor literis Iod He Vau He, quod apud illos ineffabile nuncupatur. Hæc super pileolum lineum in Pontifice additur, vt in frõte vitta hyacinthina cõstringatur. Idẽ ad Marcellam Epist. 136. in Græcis libris repertum non intelligentes Pitri legere consueuerant, vt apud Procopium nunc etiam legimus. Theodoretus q. 15. in Exodum, ὥσπερ δ πας' Ἑβραίοις ἀκριβὴς ἑρμηνεὺς ἔφησε, πέταλον τὸ δὲ πας' αὐτοῖς διὰ τῶν γλυφίδων σφηκίδ. χρήσιμος δ διὰ τῶν τεσσάρων στοιχείων, διὰ τεσσάρων γραμμῶν αὐτὸ λέγουσι. καλὸν δ αὐτὸ σημαίνειν ἔοικε, ἐνδ αὖ δὶ ἰὰ. Hoc autem apud Hebræos dicitur inenarrabile, prohibeturque apud eos lingua pronuntiari, scribiturque 4. literis, & ob id πρὸ ἀγκυρίου appellatur. Samaritant vocan. illud nomen Iabe: Iudæi vero Ia. Auctor commentarium in Psalmos apud D. Hieronymum legi posse ait Iaho scribens in Psal. 8. D. Irenæus lib. c. c. 34. Iao numerari ait inter nomina Dei. Macrobius lib. 1. Saturnal. c. 18. profert oraculum Apollinis:

Φράζεο τὸν πάντων ὕπατον θεὸν ἔμμεν ἑνα.

Diodorus lib. 1. Epiphanius hær. 26. contra Gnosticos. At P. Galatinus lib. 2. de arcanis Cathol. verit. c. 10. notat nomen hoc eisdem literis constare, et quibus tria tempora verbi substantiui componuntur. Et sic apud eos sonant היה haiah, id est, fuit, הוה houe, quod significat, est, יהיה Iihie, id est, erit. vt rursum scilicet personarum æternitas pateat Patrem scilicet Filium & Spiritum sanctum semper fuisse esse & fore. G. Genebrardus alterum Theodoreti locum ex Polymorpho profert lib. 1. de Trinit. & ait illa Græcorum profanorum loco de Iao Clemẽti occasionem dedisse, vt obseruaret illud sonare Iao. Lectionem eius nõ aliunde petendam, quàm à Mose cui primum tam præclari vocabuli facta est reuelatio. Ei à Domino quod nomen esset ipsi petenti responsum est אהיה אשר אהיה Ehie, qui sum. Ehie misit me ad vos. Deus prima persona vsus est, Moses cum alios alloqueretur per tertiam expressit יהיה Iehie, aut יהוה Iihie. In Chronologia idem pronuntiari posse docet Iahué, sed semper pronuntiasse Adonai cum veteres tum recẽtes doctos præter vnum sanctem Pagninum, si modo ab hæreticis non fuerit deceptus, qui vocem peregrinam Iehoua primus conscripsit. Sic itaq; verti potest hic Clementis locus. Quin etiam mysticum illud quatuor literarum nomen quod iis s. i. q. p. i. a. dicitur autem Ιαὼ, quod exponitur, &c.

571. 40. *Et exuet vestem.*] Hæc in Latina vulgata habentur Leuit. 16. v. 23. Depositis vestibus quibus prius indutus erat, cum intraret sanctuarium, relictisque ibi, Lauabit carnem suam in loco sancto, indueturque vestibus suis. At in Græco LXX. omnia vt apud Clementem, hoc excepto, ὑποστρέψας τὰ τῆς ἅγια, Clemens, Antuerpiensis editio, ὑποστρέψαι τὰ τῆς εἰς τὰ ἅγια, Romana rectius, ὑποστρέψας αὖτὰ τὰ τῆς ἅγιον ὕπ.

Ibid. 50. *Patris autem.*] I. Pierius Valerianus lib. 51. Hieroglyphicorum. Vt vero scripturæ Hieroglyphicæ speciem aliquam oculis subiiciamus, in Sui pro vestibulo templi, quod Palladi dedicatum erat huiusmodi argumentum. Infans, senex, accipiter inde, mox, piscis, postremoque omnium flumialis equus: quod humanæ fragilitatis conditionem indicat à pueritia vergentis in senium, ac iterum repuerascentis, accipiter vero Deum, ac perinde amorem, quodque in nobis diuinum est. Piscis, odium simul atque mortem, propter mare, quod exitium ac perniciem appellabant. Equus vero fluuialis impudentem violentiam notabat, vt qui nec patri quidem parcat suo, verum eum interficit, vt matris ipse connubio potiatur, & pro dissidio ponitur, quod in duobus contrariis elementis viuit: atque ita propemodum concors ea discordia, quæ corporum temperaturam constituit, cum dissidere penitus cernerit, mors inde sequatur necesse est. Sic ergo hæc interpretatur Valerianus, Nascimur, Senescimus, Viuimus, Morimur, Naturæ dissidio. Atqui in singulorum interpretationem conuenit cum Clemente, quanquam nõ crocodilum, vt ille, sed Hippopotamum insculptum fuisse velit, & in diuersa Ægypti vrbe.



pti vrbe. Quod vero ait, pro vestibulo templi, facit vt videatur hic fuisse vertendum, nõ *in ede sacra quæ vocatur Pylon*, est enim Græcè, ὁπὶ οὐ ἱερὸν καλούμενον πυλῶνος, sed *in vestibulo quod Sacrum dicitur.*

575. 30. *Et πρῶτε, hoc est quaternio.*] Th. Canterus li. 1. c. 18. Var. lectionum, Ephesiis voces quasdam & notulas Magicas fuisse docet, quibus vtẽtes in omni negotio superiores euaderent. Hesychius, Ἐφέσια γράμματα λέγεται, ὅτι περὶ τοὺς Ἐφεσίους τινὲς ἀσπίδας καὶ ἄλλα τινὰ ἐγκρύπτουσι, καὶ ἐπῳδάς, τὰς καλουμένας Ἐφεσίας γράμματα. In iis quæ sequuntur Erasmus ait librariorum incuria omissum, quid πρῶτε significaret, id quod resarcit ex hoc loco Cãter. vide Erasmum Chil. 2. cent. 8. prou. 49. Suspicari tamen potes, cum in interpretatione singulorum legas τὸ δὲ πρῶτε, ac esse hæc duo πρῶτε & τὸ πρῶτε ἑπτατόνε: nisi malis corrigere ex Clemẽte πρῶτον. Nota item Hesychium tenebras dicere ἄσυ, lucem αὐτόσυ, ἄσυον, ἀφεῖσ verum, & Clementem πρῶτον dictum putare annum ἀπὸ τοῦ ὕδατος, propter quaternionem tempestatum quadripartitarũ hyemis, veris, æstatis & autumni, quas antè τέσσαρας τοὺς ἐτησίους dixit, 4. anni conuersiones. 570. 60. Eodemque modo interpretatus est duodecim lapides illos S. Hieronymus ad Fabiolam de vestitu sacerdotũ, cum in singulis vestis singula dixit assignari tempora, & his ternos menses deputari.

579. 10. *Aiunt certe.*] Th. Canterus l. 1. c. 12. var. lection. Origenes contra Celsum. Cæterum Pythagoræ cenotaphia extruebant iis qui defecissent à Philosophia reflexo cursu ad idioticam vitam, nec ideo deterior habitus est Pythagoras in doctrina & demonstrationibus, aut eius discipuli. Hic autem Hipparchus, cuius hic meminit Clemens, increpatur grauissimè à Lyside Pythagorico in quadam ad eum epistola, quæ etiamnum extat, & quam subiicit Canterus: In eius calce est hæc sententia. Si igitur mutatus fueris, gratulabor: sin minus iam iam obiisse mihi videberis. Ad quam alludit & D. Gregorius Nazianz. in quadã epistola, εἰ μὲ τὲ μετὸς ἀκμὴν, ἀμὰ τοῦ χαίροιμεν, τὸν τὸν ἐκ προκοπῆς ἔσε τε φιλοσόφου ἐντὸς ἐκ τοῦ πολλοῦ ἐκβιῶν. εἰ δ μὴ ἐκόντος μὲ ἐγχειρῶ πλημμέλειαι, ἀγὼ δ τὸν μὲ ἐκ ἐμὲ σὺν χάριν ἴτ.

580. *Vna quidem.*] Proclus in Platonem. Ὁ μὲ τὸν πλάτωνα διαῤῥήδην ἓν τοῦ τὸ λόγῳ καὶ τὰς γονοτὲς τῆς γνωσῆς διδοὺς· ἀ δὲ γε παμφιδὲς, καίτοι διὰ τοῦτο ἀσαφὲς ὢν, ὅμως ἐκεῖ ἐκ τοῦ τοῦτο τὰ ἐκ ἐκκλησίας ἐκεῖ.

Η μὲ λοκδίας ἐπεσχόλιε ἀβλιμὰς ἐ τοῦ,
Η δὲ βεσῶν δίβας, ἀπὲ ἐκ ἐπὶ πτὲ λοκδίας.

Clementis Græcus liber habet in 1. versu ἐπιστάτης, & in 2. δίβας, Diogenes Laërtius ita citat:

—Κρίνει δ' ἐν πάσῃ πολιτείᾳ,
Η μὴ λοκδίας ἐπιστάτης ἀβλιὰς ἔσῃ,
Η δὲ βεσῶν δίβας, πὲ ἐκ ἐπὶ πτὲ λοκδίας.
—velim simul omnia noscas,
*Aut verum simplex, & pectore semper aperto,*
*Aut male constantis laudem & suffragia vulgi.*

581. *Mysterium meum.*] Ex Esaiæ cap. 24. v. 16. sumpsit hæc quodcunq; tandem sit illud Euangelium. μυστήριον, inquit, ἐμὸν ἐμοὶ καὶ τοῖς υἱοῖς τοῖς ἐμοῖς μου. A Græco LXX. in Antuerpiensi editione absunt hæc, at in Romana nupera in Annotationib. post illa verba, ἐν τῷ ἐνοπλίῳ, In nonnullis libris hæc sequuntur, καὶ ἐπὶ τὸ μυστήριόν μου ἐμοὶ τὸ μυστήριον μου ἐμοὶ καὶ τοῖς ἐμοῖς. Latina vulg. Secretum meum mihi. S. Hieronymus monet in LXX. non haberi, sed de Theodotionis translatione esse addita, nec habet Cyrillus. S. quidem Chrysostomus, & Theodoretus ita legunt. Apud Procopium à I. Curterio editum, adduntur hæc sub asteriſco tanquam ex aliis editionibus accepta, & in cõmentario ex interpretatione Symmachi, ea esse significatur. Citantur à D. Augustino in Psal. 7. Trãslatio paraph. Chald. Secretum præmium iustorum reuelatum est mihi: secretum vindicta in iustorum reuelata est mihi.

583. 60. *Qui pro nobis.*] In verbis D. Pauli non puto consulto omissa esse illa à Clemente ὑπὲρ ἡμῶν. quæ sic ipse explicat ὑπὲρ ἡμῶν σημαίνοντος, vt ego quidẽ legendum arbitror, non ἀναιρέσθαι. Fed. Morellus Prof. Regius.

584. 10. *Ex omnibus.*] Idem hoc Callimachi pentametro sic implet.

Η παγκάλλιστος πάντων ἁρμαλιῶν ὑφέα.

Ibid. *Alius ex alio.*] Apud D. Cyrillum lib. 1. cõtra Iulianum. Atqui illud in præsentiarum dixisse operepretium existimarim, quod verè à quibusdam celebratur prouerbium, Sapiens alius ab alio. Manifestum autem, quod posteriores à prioribus didicerint, & non priores à posterioribus. In margine additur, Χορὸς ἵππος ἀπ' ἄππ. At hic in Græco ὑπεγὸς δ' ἓξ ὑπὸ ὑπὸς. Bacchylidis à Plutarcho & Stobæo citatur multa ex Pæanibus, quæ collegit H. Stephanus, sed hoc prætermisit, quod reperitur & apud Theodoretum lib. 1. de Curatione Græcorum. Audire vero est & Bacchylidem in Pæanibus hæc dicentem, ἀλλ' ὦ βίοτον ἀβρότατον ἐνέπω πόνος ἔκφυγεν hoc est, *Haud enim facile est occultorum verborum portas inuenire.*

Ibid. 60. *Tibi omnium.*] P. Victorius lib. 13. Var. lect. c. 2. Qui in vetere cultu Deorum Deos inuocabant, nominibusque ipsos appellabant, timentes ne apud eos offenderent, si forte non suo nec grato illis nomine vocassent, sæpe veniam errati sui petebant, totosque se ad eorum voluntatem referebant, in arbitrio ipsorum ponentes, vt è multis id nomen ascisceretur, quo magis delectarentur, suæque insciti æ ignoscerent. Hoc fecit Catullus in Hymno in Dianam, cum enim eam pluribus nominibus Dianam vocasset, addit, Sis quocunque tibi placet Sancta nomine. & Euripides cuius locus citatur à Clemente lib. 5. Strom. & Socrates in Philebo, καὶ γὰρ νῦν ἀσφαλέστατον ὂν ἑκάστῳ φίλον, σπέρμα σφῳτέρῳ.

586. 60. *Patrem enim.*] Citantur ab aliis Patribus sæpe hæc verba Platonis in Timæo, quæ ita Latine vertit Cicero de vniuersitate. Atque illum quidem quasi parentem huius vniuersitatis inuenire difficile est, & cum iam inueneris, indicare in vulgus nefas. Proferuntur à Cyrillo hæc sola lib. 1. contra Iulianum, at Theodoretus lib. 2. & lib. 4. contra Græcos, addit quæ hic etiam adiicit Clemẽs ex aliis fortasse locis Platonis, *Neque enim hoc ita effabile hominis sicuti cætera disciplinæ.* Similis est sententia apud Mercurium Trismegistũ citante Stobæo tit. 78. de Diis, Θεὸν μὲ τὸν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦ τοιούτου, φέρειν δ' ἀδύνατον. τὸ δὲ ἀσώματον τοῦτο μόνον ὀνομάσαι ἐδύνατον. D. Cyrillus loco citato, vt quidem habet interpres Latinus, Deum intelligere difficile est, eloqui autem impossibile, si cui etiam intelligere possibile. Incorporeum enim corpore significare impossibile.

587. *Vnus perfectus.*] Hæc Orphei carmina iam protulit in Protreptico 75. 50. *Ex se vnus genitus.* Ibi enim legitur ἓξ ἑὸς ἀυτογενὴς. At hic ἀυτογενὲς, vt & apud Eusebiũ li. 13. de Præparat. Euang. In hoc versu notat Clemẽs ipse variam lectionem: quidam enim legunt, ἑνὸς ἐκ ἑνὸς πάντα γένηται, alij, πάντα πέφυκεν. Nata

*sunt.* Prior lectio in Adhortatoria oratione Clementis ac Iustini reperitur, posterior nusquam alibi, tertia vero est,

Εἷς δὲ ἀντιτυπὴς, ἀπὸ δ' ὕδατ πάντα πεφύτευται.

Sic Theodoretus lib.2. sic Eusebius lib.13. Præpar. In libello etiam de Monarchia legitur πεφύτευται. Subiicit vero Clemens duos Orphei versus, qui apud Eusebium non annectuntur superioribus. Illa enim verba, ἡ τοι δὲ ἐκεῖνος, sequitur, λοιπὸν ἰμοὶ. At hic & apud Iustinum in Adhortatoria, & de Monarchia sequitur:

Πασῶν γὰρ συνετὸς ξυνετὸν λόγον εἰπεῖν ἐν ἀκοαῖς,
Αἰδοίοις δ' ἰδέᾳ τὸν πάντων μεδέοντα.

Perionius,

*Mortales nam oculi cunctis mortalibus insunt,*
*Cunctorumque lucem non possunt cernere Regem.*

At Clemens:

Πᾶσιν γὰρ συνετὸς ξυνετὸν λόγον εἰπεῖν ἐν ἀκοαῖς
Μίκρον· ἐπεὶ πάρεστι τὰ ὄσσα ἰμπεφάσθαι.

Theodoreti interpres:

*... Et mortalia lumina nobis,*
*Et pupæ tenues, caro circum atque ossa refistunt.*

588. *Illum non oculi.*] Paulo planius hæc conuertit Theodoreti interpres lib.1. de Curat. ægritudinum Ethnic. Nec minus Empedocles ita inquit de iis, quæ videri oculis nequeunt.

*Nam neque ad hoc oculi valeant accedere nostri,*
*Nón illum prensare manus, certissima nobis*
*Quæ via rectos omnes animi ad penetralia mittit.*

Ibidem sententia Solonis allata præcedit hanc Empedoclis.

593.30. *Xenocrates Carthaginensis.*] Etsi hoc loco Xenocrates dicatur Καρχηδόνιος, Carthaginensis, existimandum est tamen hic potius mendū esse, quàm apud Laërtium, nam & ipse Clemens lib.2. 442. & 606.l.2. Chalcedonensem eum dicit. Plutarchus in libro de versutia tetrestrium & aquatilium animātium tradit Democritum demonstrasse homines ab animalibus ratione carentibus artes edoctos esse, vt ab aranea textoriam, ab hirūdine architectonicam, à Philomela, musicam.

594.50. *Qui facit, inquit.*] Ita Chrysostomus in hunc Psalmi locum. Ταῦτ δ' οὖν ἐγὼ μιμούμενος, καὶ πῦρ ἀφιεὶς τὸ ἀναπτόμενον ἐκ τῆς ἐκείνου ἐπιθυμίας, ἐξέπεμψα δ' ἐκ τῶν σπλάγχνων κάμινον, ἐφόβησα δ' ἐκ τῆς συνειδήσεως ἐπιτιμήσεις, καὶ ἀκούσας ἐκ τῶν ἐναντίων· καὶ διὰ τοῦτο δ' ἐκεῖνος ἰμπεφύτευκεν ἡμῖν κολαστήριον ἐπιδεῖξαι. Hæc postrema reddidit aliter interpres. Ac propterea de iis quoque mentionem fecit, vt scelerum vindicem Dei vim, ac facultatem designaret. Tu vero sic verte: Ac propterea ignis quoque mentionem fecit, vt eorum vim scelerum vindicem ac facultatem designaret. Hebræi tamen hunc locum ita intelligunt. Qui facis tuos nuntios Spiritus ceu ventos, eorumque ministerio vr collibitum fuerit vteris.

596.60. *Ditamus vere.*] Loquitur Plato de iis quos Cotyphæos appellat, idque est p.173. edit. H. Steph. vbi τὸ διηκόντως ἢ ῥωμαϊστὶ curiose, nouus interpres vertit, *Prætorium aut Curia*, neque enim Curia Iudicum est, sed Senatorū. Attamen τὸ ἀφιγμένοις λεγόμενον ἢ γεγραμμένον, melius ille, *plebiscita, aut alia publica scripta*, quam Heruetus, & *scripta decreta.*

597. *Bene autem.*] Hæc quoque rectius Platonis interpres, quem sequere, & ita verte: *Quid vero bene, aut male in ciuitate suo tempore geratur, aut olim apud maiores gestum sit, magis ipsos fugit, quàm, vt dicitur, ... arenæ.* Id enim sunt γῆς. Apud Suidam γῆς est nomen festi apud Athenienses, quo loco legendum est ex manuscripto, καὶ ἐδέκατον ἄγουσι τὴν ἀλλαγὴν, &, vt in Bibliis mei mss. Iustini c.2.1. βασιλέων τὸν ἀδελφὸν, &, κατ' ἐκεῖνον αὐτὸν τὸν χρόνον. Item in voce γῆς. ἀμφιδρόμια λέγει ἀγορεύοντα.

Ib. *Et hæc nescirent.*] Hæc rectè Heruetus neque interpres Platonis, καὶ ταῦτα οὐκ ἂν ἐκεῖνοι ἠδέσαν. *Et nescio quidem scit, si hæc omnia nescire.* ἴσως τοι οὐκ ἐπιστάμενος (addendum ex Platone μόνον οὐ τὸ σὸν.) κἄτοιδα οὐκ ἐπιστάμενος. *Sed re vera ipsius tantum corpus in cinis abiit, ac versatur.*

Ibid. *Ipse autem, vt ait.*] Hæc quoque superioribus annectuntur apud Platonem, vnde ea potuerunt excerpere ampliora, quam apud Clementem, ij qui eius fragmenta collegerunt: Ἡ δὲ ψυχὴ πανταχῇ φύσασα καὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἐπελθοῦσα ἢ καὶ ἐπὶ ἀέρα ἐπιβᾶσα, ἐφάνη τε ὑπὲρ ἀφροσύνην, καὶ πάντα πάντα τοῦτ' ἐπεσκόπει, ἐφ' ὅσον ἐνῆν ἀνθρώπῳ. &c. *Ipse autem, vt ait Pindarus, vltra sub terra, & super cælum, astronomiæ diuinæ operam & vniuersam naturam perscrutans.*

597.20. *Omnes in terram.*] Iustinus orat. exhortat. ad Gentes, καὶ Ὅμηρος ἀναγκάζει που τὸν Μυκηναῖον πάππον μὴ ἐπιμένειν ἀξιοῦντας τοὺς ἐκ Τροίας σπεύδειν τὸν μαντικὸν ἀγορεύοντα. *Homerus alio loco Menelaum discentem introducit iis, qui non æquis animis Hectoris ad singulare certamē prouocationē acceperant.*

*Sed vos terra quidem cunctis fatis & vndæ.*

(Sic mallem vertissent Heruetus & Perionius.) Nimia itacundia incitatus eos in antiquam, priorem que ex terra effictionem dissoluēs. Heraclides Ponticus in libello de allegoriis Homericis docet eum Anaxagoræ sententiam mutuatum esse hoc versu. Nam omne corpus in ea demum fatiscens resolutur, ex quibus natum erat: veluti restituente natura mutuum. Ille vero terram alterū elementum aquæ coniunxit, vt mixtus humor siccitati ex contraria natura ad mutuam concordiam temperaretur. Locus est Iliad. 7. in quem scribens Eustathius, mouet hoc idem significare quod enecesmini, quod hæc duo solum in cadaueribus restent, vel in terram resoluamini, quæ duo sunt grauiora, & motus expetita elementa, vobisque similia. Sic Xenophanes dixit:

Πάντ' γὰρ ἐκ γαίης τε καὶ ὕδατος ἐσταμεν ἄμφω.

qui versus extat & apud Sextum Philosophum, et & ille:

Ἐκ γαίης γὰρ πάντα καὶ εἰς γαῖ πάντα τελευτᾷ.

quem habes & lib.4. Theodoreti: hunc etiam Homeri locum citat Sextus lib.9.

Ibid. *Et euncluare ipsas.*] Alludit forte ad illū Esaiæ locum c.10.v.6. Et ponam illum in cœnationem quasi lutum platearum, vel vt ca.11.v.27. καὶ ἔσται κατὰ τὸν ἀπολωλότα πόλεμον ἐπὶ τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, Sicut figulus cōculcans lutum, sic conculcabimini. Callimachi loco de Prometheo, similis ille Iuuenal. Sat.14.

*Forsitan hæc spernant iuuenes quibus arte benigna*
*Et meliore lutō finxit præcordia Titan.*

Ib. 40.



Ibid. 40. *Epiclarmus.*] Citantur hæc & à Theodoreto lib.6. de Curat. ægrit, Græc. quæ vero sequuntur inter fragmenta Pindari reperiuntur, & loco Theodoreti citato, vbi legendum est ὁρμᾶται, non, ἐόντα, & hic καὶ κατὰ τὴν πάντα, vt illic, non καὶ κατὰ τὸν. Sic & apud Eusebium lib.13. pag.394. vbi omnia ista ex Clemente proferuntur.

598.10. *Vnum virorum.*] Th. Canterus l.2.c.11.var. lect. Delio natatore opus est in libris Stromatum ad omnia menda persanāda. Ita legendus hic locus & persanandus est, ὥστε πανδαμάτωρ ὁ

ἐν αἰ γὰρ ἐν ἀνδρῶν ἥκοι σὸν
Μοῖρ' ὀπάσαι
ἐμοὶ ἀμφὶ πεφυγεῖν,
τῶν ὄλεσε. πανδαμάτωρ δ' ἐστὶ τὸ τῶν ὄντων δυναστικὸν καὶ ἀνυπέρβλητον λέγει. λείπουσι γὰρ αἱ τῶν ἐναντίων λέξεις. inter ea quæ extant Pindari, nisi mea me fallit memoria, nō legitur: eius tamen dicti etiam Plutarchus aliquotiens meminit, vt lib.1. Sympos. vbi sic inquit, καὶ τὸν Δία τὸν ἐμψυχότατον καὶ γονιμώτατον ἅπαντος ἐν τῷ ὅλῳ κόσμῳ καὶ πάντα τὰ σώματα ὧν ἐκεῖνος ἀπολύσας τῆς ἀκινησίας καὶ ἀπορίας ἐποίησε γένεσιν, πάλιν ἐκ τοῦ κόσμου καὶ πάντα τὰ σώματα ὧν ἐκεῖνος ἀπολύσας τῆς ἀπορίας ἐποίησε γένεσιν. Hæc citata ab Eusebio lib.14. c.5. Præpar. sic conuertit Trapezuntius, Ignem esse principium putarunt, quo extincto cætera gignuntur: cuius soliditatem partem in se contractam, atq; constipatam terram fieri. Terram porro ab igne resolutam in aquā verti, & exhalationes aquarū in aërem transire. Rursus autem vniuersa corpora, mundumque ignis ardore corrumpi. Vel potius, *in illa exustione corruptū iri.* de qua vt de ea Stoicorum opinione quid sentiat Euseb. vide lib.15.c.17.& 18. Præpar.

Ibid. 60. *Ignis, nempe.*] τὸ πῦρ σύνοιδα δὲ ἄλλοις τὸν ὀρθὸν, *ignis per aërem conuertitur in humidum ab administrante omnia Ratione ac Deo.* Diogenes Laërt. in vita Heraclitī hoc explicat; γίνεσθαί τε τὸν πῦρ ἀραιώσει καὶ πυκνώσει· ὃ φανερὸν μὲν οὐδὲν ποιοῦν· ἐν τῷ ὕδατι δὲ γλαφυρόν· ἐν τῷ ὕδατι δὲ ὁμοῦ τὸ πυκνὸν ὑπὸ τοῦ πυρὸς ὠθούμενον· ἐν δὲ τῇ γῇ πάλιν ἀναχεόμενον· ἐν δὲ τῇ γῇ καὶ πάλιν· γίνεσθαι δὲ καὶ τὰ ἄλλα ἐκ τούτων κατὰ τὴν τοῦ πυρὸς ἀναθυμίασιν· ἀπὸ δὲ τούτων ὅσα ἐκ θαλάσσης· ἀπὸ δὲ τούτων ὅσα ἐκ γῆς· ἀπὸ δὲ τούτων ὅσα ἐκ τοῦ πυρὸς· ἐκ δὲ τούτων τὰ ἄλλα. Iustus (qui quidem ita affectus sit) flagris cædetur, torquebitur, in vincula coniicietur, oculi ei eruentur, denique omnia molestiarum genera passus in crucem tolletur, vel in frustra concidetur, & conspicet non esse, sed videri iustum concupiscendum esse. Ita vertendum potius cum Ficino videtur, quam cum Serrano.

Ibid. *Antisthenes Socraticus.*] Locus est Esaiæ 40. v. 18. τίνι ὁμοιώσατε τὸν θεόν. Cui ergo similem fecistis Deum, &c v.25. τίνι με ὡμοιώσατε καὶ ἐξισώσετε; ἀνταῖς εἶπεν ὁ ἅγιος. Sic Antuerpiensis Romana, καὶ ὁμοιώσω με. Latina vulg. Cui me assimilastis, & adæquastis dicit Sanctus. Sic Aquila vertit καὶ ἐξισώσει με. Clemens habet, τίνι με ὡμοιώσατε λέγει κύριος. Procopius in

hunc locum c.36. τίνι οὖν ἀμείνονι v. 5. ὑμεῖς δ' ἀνόητοι σεσίδηρον ἐσπάσασθε τὸν θεὸν καὶ τοῦτο εἶκεν ἀνανδρίᾳ; ἀνεῤῥόφησε. Vos autem in quantam impietatis absurditatem delapsi estis considerate, qui corpore carentem mortalium formis subdideritis. Tertullianus lib. 1. aduersus Marcionem 4. Per Esaiam Deus concionabitur, cui me assimilabitis? Diuinis forsitan comparabuntur humana, Deo nostrâ quem locum Pamelius hunc Clementis citans refert ad versum 18. capitis 40. qui fortasse referendus ad 25. Antisthenis dictum apud Eusebium l. 15. Præp. c. 7. legitur ἀνὴρ ἑνὶ λιθίνῳ ἔοικε, *Deum nulli esse similem ait, qui propter nemo potest eum discere ex imagine.* Addenda ergo vox ἀνὴρ, libro Clementis.

600. *Verum videtur.*] Theodoretus lib. 3. de Curat. ægritud. Græc. hæc carmina citat, quorum prius ita disponunt docti.

Ἀλλὰ βροτοὶ δοκέουσι θεοὺς γεγενῆσθαι
Καὶ ἐσθῆτα φορεῖν ὅμοιον σφίσι καὶ δέμας αὐτοῖς.
*At mortales homines putant Deos genitos esse,*
*Septimas aquales, & veste, & corpore nobis.*

(Clementis editio Florentina habet in altero, πάντ' ἀφανίζουσι δ' ἀθάνατα γένη. Rursus ita,

Ἀλλ' ἴσους χείρεσ' ἴσχειν βροτὸν ἀθανάτοις. hoc est:
*Si manibus posse vos tam æquæ elephantes,*
*Pingere vel manibus, vel quæ nos facta referre.*
*Iam similes & equis essent boûsque videres*
*Cornipedes finxisse, & equos taurosque bisormes,*
*Haud aliis factos quam quo ipsi corpore nunc sunt.*

In primo versu Clemens habet, βοῦς τε λέοντας. In 2. ἴσχειν τε θεοῦς. Theodoreti interpres legisse videtur, ἔρρα λίθων. Sed & tertium versum apud Clementem.

Ἵππους θ' ἅρματα, βοῦς τε καὶ βοῦς ὁμοίους.

interpretatus est Theodoreti interpres, Hernetus omisit, & videtur non satis cum aliis quatuor cohærere, sed ad priores potius referendus. *Deus non est similis hominibus, nam equi equis, boues bubus, homines hominibus similes sunt.* Idem Theodoretus lib. 4. Therapeutices ægritud. Græc. aliam de Deo similẽ sententiam laudat. Xenophanes igitur Orthomenis, Colophonius, qui Eleaticæ sectæ princeps fuit, omne hoc quod oculis intuemur, vnum esse, inquit, orbiculari figura, finitum, nequaquam genitum, sed æternum prorsus atq; immobile. Eandem eius sententiam refert & Sextus Philosophus contra Mathematicos lib. 1. Xenophanis autem dogma erat præter aliorum hominum præmotiones vniuersitatem esse vnum, & Deum congenitum omnibus; esse autẽ rotundum, & nullis passionibus obnoxium, & immutabilem, & rationalem. Citat idem Sextus & quosdã eius versus in Homerum & Hesiodum, nam in eos scripsit versus elegias & iambos. subsannans ea quæ de diis dixere, vt tradit Laërtius Diogenes, qui tamen cum eius sententiam de Dei substantia globosa exponeret vnam eum censuisse, siue singularem reticuit.

604. 20. *Sunt hi quidem.*] Gr. οὗτοι μὲν δὴ νοσεῖν μὲν ἔοικεν ὑπὸ τῶν ἀκάνθων τῶν ἀνοήτων· ὑγιεῖς δὲ οὐκ ἔτι ἐστίν. Allegit hoc in numerum fragmentorum Bacchylidis H. Stephanus itáque vertit. *Illi quidem non domantur morbis sæuis, culpaque vacant nullo modo hominibus similes.* Legit ergo pro οὐδὲ ὑγιαίνει, quod vertit Heruetus, *vel valde*, ἀλλ' ἔοικε, sed & vox ἀκάνθων. ei suspecta est. Hanc eius emendationem confirmat Eusebij liber 13. p. 397. si quidem eius sit. ἀδάμαντ.

Ibid. 40. *Ait Amphion.*] Apud Eusebium legitur ὁ δ' αὖ φησιν, ait Amphion in Antiope. Scripsit tragœdiam Antiopen Euripides, quam citat Stobæus multis locis.

Ib. 60. *Esus quod oportet.*] Gr. τὰ λόγου τοῦ θείου ἐσθόμενοι, Heruetus in libro suo correxerat ἐσθόμενοι. Sextus Philosophus ex quo in sua Philosophica Posit. hunc locũ excripsit H. Stephanus, sic habet, τὰ μὲν λεγόμενα ὑπ' ἐκείνων ἐσθόμενοι ἐφάνησαν τοῖς ἄλλοις ὁμοίως ἀνόητοι· λέγουσι γὰρ οὗτοι ἀδιανοήτως γινόμενοι ἐπὶ τοῦ θείου λόγου ἀκούσαντες ἢ ἀκούοντες τὸ ἀφρόνως. Quem interpretẽ Sexti Heruetus ipse sic expressit. *Cum esset autem hæc ratio, non intelligentes fiunt homines, etiam priusquam audierint, & cũ primum audierunt.* Loquitur de communi ratione, vt ex antecedentibus constat. Ait enim ὥσπερ δ' ἐν τοῖς κοινοῖς λόγοις ἡ θεία καὶ μετὰχ λόγου δεδομένη ἐστὶν ἐπιστήμη, οὕτως ἀνόητοι γίνονται οἱ ἄνθρωποι. Hanc autem communem & diuinam rationem, & cuius participatione rationales efficimur dicit Heraclitus esse id, quod de veritate indicat. Atque ita corrigenda est huius postremi loci interpretatio. Eusebius legit etiam τῶν λόγων τοῦ Νόητος αἰεί, vertitque Trapezuntius *verbi quod est semper sensum homines nõ capiunt, neque antequam audiant, neque cum primo audierint.*

605. 10. *In veritate.*] Eosdem Sophoclis versus in Exhortatoria ad Gentes laudauit p. 75. 10. vbi quod est in Sexto *Imagines & æneas & ligneas*, ita ex hac recte emendari constat, si deleas & *ligneas*: nam in Græco abundat, ἢ ξύλων, & addendum est, & *aureas*, quod omisit interpres. Citantur & Iustino in Exhortatoria ad Gentes p. 19. & de Monarchia 166. à Theodoreto lib. 7. Therapeut. Græc. & ab Eusebio repræsentantur ex Clementelib. 13. Præparat. In primo εἰς τὸν ὑψιμέδοντα, εἰς Θεὸν, vertendum fuit:

*Vnum profectò verum, vnus est Deus.* vel
*Vnum profectò numen, vnus est Deus.*

In penultimo legitur in Protreptico, τὸν αὐτὸς πατρὸς Νίκωνος, ad hic, τὸν αὐτὸς πατέρα. Apud Iustinum, πατὴρ τῶν ὅλων. At Theodoretus habet, & coronat affatim dantes, vertente Acciaolo, & in 2. & in 3. versu longe diuersus est:

*Terram quæ fecit & populorum vertices*
*Pontique fluctus & fonte a flumina.*

nisi forte *flumina* legendum, vbi κἀκβρυτὰς lus: sed ex Iustino Clementi hæc duo potius corrigenda sunt.

Ibid. 30. *In actu autem.*] In Tragœdia Pittheo forte, sed apud Eusebium legitur non ἐμοῦσ, sed *fuit*, vbi distincta in quinque anapæsticos habes hæc verba, vertere ergo potes, *qui in æthera rotatione*, seu *forma*, aut *globo*, ἐμοῦσε, multa significat Glossarij *Cor*, Tornus. Hesychius ἐμοῦσε σφαῖρα, δίνος, κύκλος sue motum, siue figuram indicari putes, cælum intellige omnia complectens & ambiens. Idem Eusebius habet, ἐν τῷ ἐκτετάσθαι τὸν οὐρανόν. *Et Euphorionis filius Æschylus*, non vt Clementis liber, ἐν ὑπαιθρίῳ, in οὐρανῷ. Euphorion enim pater Æschyli Suida teste. Cæterũ quod hic ἀνωτέρω δημιουργὸν, appellari ait Clemens, & alibi ab Orpheo ἀνωτέρω, & in Sybillinis oraculis, interpretatione aliqua emolliẽdæ sunt hæ voces, vt monet G. Genebrardus lib. 1. de Trinitate, ne ruamus in præcipitium Cœlij Lactantij, qui pudendo errore Deum se proteclasse, atque tecille non dubitauit scribere. l. 1. c. 7. Inst.

Ibid. 40. *Qui non intelligentes.*] Theodoretus lib. 4. de Curat. Græc. profert hanc Heraclitiã sententiam, eamque ita reddit eius interpres Lat. Cum stulti quid audiunt surdis videntur esse persimiles, celebre dictum vel cũc abesse eos testatur, cum prope adsunt. Posteriorem partem melius vertit Heruetus. Vide Erasmum in prouerbio, præsens abest, qui parem locum Aristophanis profert, ὥσπερ τὸν λόγον ἀεί.

Κἀγὼ μὲν ἐν τοῖς πολλοῖς ἀπόδημος.

606. 10. *Vtinam autem.*] In libro Eusebij erat, ζῶμεν ὡς αὐτοῖσι καὶ λογισμὸν deinde, *Ratio regit homines.*

Ὁ λόγος ἀεὶ ξυνὸς ἐὼν ζώουσιν οἱ πολλοὶ
Ὡς ἰδίην ἔχοντες φρόνησιν, τοῦ καὶ ὕπνου κρατοῦσι.
Ὁ δὲ λόγος ἀεὶ ξυνὸς ἐὼν τοῖς πολλοῖς ἀξύνετος γίνεται.

Ibid. 40. *Ne autem.*] Gr. μηδὲ ἀκούσαντες, corrige ex Iustino & Eusebio, ἢ κλύσαι.

*Ne stilum aeue vel vnum Pamphile expetas.*

Iustinus in libello de Monarch. p. 168. & Eusebius 399. hos versus proferunt. Sed, vt ait H. Stephanus in Comicis sententiis, Philemoni eos tribuit Iustinus non Menandro, illiusque eos esse arbitratur ille, quod legantur eiusdem argumenti alibi alij Philemonis ipsius; ac licet videantur à Clemente tanquam ex duobus locis allati, ex vno tamen esse, & priores sententiam posteriorum continuare, quod in fine priorum & initio posteriorum ponat, *Nec autem*, Ita vt suspicetur non repetisse eum verba illa, *Nec autem*, sed addidisse cætera consequentes vsq; ad, *Diuque & interdiu*, tum pro paraphrasi dicti illius *Sacrificate sacrificium*, addidisse, *Iustus Deo autem*, &c.

607. *Tanquam mortuus.*] Hos quoque versus Iustinus recitat in libello de Monarchia, vt notat H. Stephanus, sed partem eorum non Diphilo, vt Clemens, sed Philemoni adscribit, partem Euripidi, quosdam etiam annectit alteri sententiæ Sophoclis; quin agnoscit idem multa hic mendosa, quæque non facile inter se conueniunt: nos tantum attingemus quædam quæ ad sententiam pertinent, si qui editionem Græcam Clementis adornabunt olim, rationes versuum constituent. Atque in primo quidem Iustinus legit Νικήσαντι, sed Clementis & Eusebij libri Νικᾶν ἐᾶτε, vt & Theodoretus, qui hæc lib. 6. Diphilo tribuit vt Clemens. H. Stephanus Iustino assentiendum putat.

Ibid. *Vnum bonorum.*] Græce erat:

Μίαν δικαίων λογίων δ' αὐτῶν ἔτι
Οὐκ, ἢ τὸν ἀεὶ καὶ τὸν ἀεὶ λόγον.
Ἢ γὰρ, ὅταν τὸν ἀεὶ λόγον

Apud Eusebium vero,

Μίαν δικαίων, λόγων δ' αὐτῶν ἔτι οὐκ ἔστιν,
Ἐ' ἢ τὸν ἀεὶ καὶ τὸν ἀεὶ λόγον ἢ γὰρ ὅταν λόγον.

loco vltimi. Apud Iustinum est alius, sed idem significans, hoc nimirũ. Alioqui si verum sit quod aiunt fore eandem vtriusque conditionem terra vtrumque eodem modo tegente. Lege ergo

*Vnam bonorum sed malorum esse alteram,*
*At conuegetum ambo si vetet abruti, ad gradum, &c.*

Porro ppst duodecimum versum omisit hunc Heruetus

Ὅτ' οὖν ἀμαχητὶ πᾶσι μοῖρα δίδωσι
*Vt cum ille quamuis pronegat peccantibus.*

Ibid. *In otio & quieti.*]

Ὁ τὸν γὰρ ἐν ἀγῶσι τὸν χαλεπὸν πόνον.

Iustini interpres Langus.

*Vendita quamprimum vita ac reperit.*

H. Stephanus.

*Quum se vetustas tempus affert commodum.*

Tum scilicet conuincitur falsæ opinionis.

Ibid. *Tempus ille contemptet.* Gr. τὸν χρόνον ἀμελεῖν. Apud Iustinum & Eusebium,

Κακὸς τις φαλὸς τὸν χρόνον καταφρονεῖ.
*Est est Deus sed praditus si quis mala*
*Mente male agit, deputet se in lucro morum.*

Ibid. 30. *Conuenit autem.*] Apud Iustinum de Monarch. ex Sophocle proferũtur hæc, in quorum primo non κρατεῖ, sed κλύειν legendum.

*Venient enim illa secula rum tempora.*

Ibid. *Et versus subiungit.*] Licet dicat Clemens paulò post reliqua subiungi, continuantur tamen apud Iustinum, & iuncta citantur; legiturque, τὰ δ' ἐξῆς οὐκ ἔχομεν, non ἴδωμεν, ὅτι, vt apud Clement. aut ἴσασιν, vt apud Eusebium. Item, πᾶσιν φῶλα βλεστεῖ, non, φῶλα βλαστεῖ.

*Sedes requiret terra, nec posthac aues*
*Gestabit ore igne vastatus leues.*

Ibid. 50. *Mensam eadem.*] Gr.

— ἴσην τραπέζαν.

Ἔστιν δὲ μοῖρα κἀγαθοῦ ὑπόπλεως ἀπορῶν.

Eusebius, ἀνωστὸς ἀπορῶν, & ἀπορῶν. Iosf. Scaliger corrigit,

— ἴσην τραπέζαν.

Ἔστιν δὲ μοῖρα κἀγαθοῦ, ἀπόπλεως, ἀπορῶν.

Expertes humanarum miseriarum incorruptibiles immortales.

608. *Spiritus & regat.*] Græc. σὺν μοῖρα δ' ἡδονὴν &c.

*Atque regit ventos circum aera, & aquora circum.*

Ibid. 10. *Cælum mihi.*] Addenda est Clementi dictio ex libro Eusebij, legendumque, ἐστὶ δὲ μοῖρα θεῖον τὸ Οὐρανὸν. Deinde quasi ita cum hac nutione exprimeras illud, *Cælum mihi sedes est. a. s. p. m. subiungit.* Versus est 1. cap. 66. Esaiæ. Testimonium Orphei laudant Iustinus in Exhortat. ad Gẽtes p. 18. & de Monarch. 166. Theodoretus lib. 1. de Curat. Græc. Cyrillus lib. 1. contra Iulianum. In septimo versu legẽdum & hic & apud Eusebium p. 391. vt legitur p. 401.

Καγὼ δὲ σὺν τοῖς ὅλοις καὶ μέσοις, ἀεὶ πανυπτιῶ.

non vt habet Florentina editio, καὶ μέσοις ἀεὶ πανυπτίοις.

*Principium ipse venus, medium quoque, finisque meatus.*

Et ita videtur interpres legisse Theodoreti, Trapezuntinus vertit:

*Ipse est principium, medium quoque, & exitus idem.*

Sic apud Platonem 4. de legib. ἐγὼ δ' αὖ σὲ καὶ ἐκεῖνο καὶ τὸ πανταχοῦ λέγω· ἀρχὴν καὶ μέσα καὶ τελευτὴν ἐν πᾶσιν ἔχων εὐθεῖαν περαίνεται κατὰ φύσιν πορείαν. Plutarchus de exilio, ὅτι βασιλεὺς ἐν ἀρχῇ καὶ μέσῳ καὶ τελευτῇ τῶν πάντων. Architas apud Iamblichum de secta Pythag. ἐστὶ δὲ ἀρχὴ μὲν καὶ πέρας, ἢ μέσον δὲ τοῦ κύκλου ἐν τῷ ἐπιπέδῳ σχήματι. Vide lib. 2. Strom. 441. 40.

Ibid. *Now alter fur.*] Gr. ὅταν δ' ἀμείνων ὁ λόγος. At p. 401. Eusebij: ἀλλ' ἢ μὴ ἀμείνων ὁ λόγος.

*Sed neque dicere te fas est, tremor occupat artus,*

sequitur apud Clementem: ἐν οἷς δ' οὐ θέμις ἐστὶ λέγειν, ἢ τὰ ὄπιθ' ὁσίοις. Quod vertit Heruetus. *Cogito dum fuerimus*, versus integer in Eusebio.

Ἐστὶν, ἢ ὅτε κ' ἐμεῖο γένωμαι· οὐκ ἐθέλω.

*Pelleque aque ex alto dominatur is ordine cunctis.*

Ibid. 30. *Si aperuerit eclum.*] Græc. ἢν μὲν κλείσῃ θεὸς τὸν οὐρανὸν. Sic habentur hæc in editione Romana noua (nam aliter legitur in Antuerpiensi) nisi quod πανσῆται, impressum est. Latina vulg. 6. Esaiæ v. 1. Vtinam diuumperes cælos, & descenderes, à facie tuo montes defluerent.

Ibid. 50. *Nubibus adnectar.*] Græc. βεβῶσιν, at Eusebius p. 401.

Ἀεὶ νεφέλαις ἀγαπῶν βεβῶσι δίκαιος ἀνήρ.

Quas ebrius olim Bacchus distribuit Autumni tempore. Sic interpretes Gnomicorum. Iosf. Scaliger emendat βακχεύσας, item, ἀνήρ. Quid si legas,

Ζωὴ πνεῦ, & ὑπὸ γῆς; dixit enim antè, Ἀὴρ δὲ ἄφθ, Ζεὺς γαῖα.

*Quæque dat Autumnus, tua sunt ea munera Bacche.*

hunc versum illis potes subiicere, *Iupiterum à te quoque tempus.*

Ibid. 60. *Dicitur per Esaiam.*] Apud Eusebium c. 7. lib. 13. non legitur vt hic τῶν τὸ ὄνομά μου, sed τῶν τὸ ὄνομά μου τοῦτο, & ita ex Osee citauit hunc locum in Exhortat. ad Gentes p. 78. 30. qui tamen reperitur Amos 4. v. 13. Latina vulg. Quia ecce formans montes, & creans ventum. Archilochi autem sententiam refert aliter Eusebius, οὐ δὴ ἴσχει ἐπ' ἀνθρώποις ἔσθ' ὅπως κλοπήσει τις ἀθάνατα, quæ ita vertit H. Stephanus cum fragmentis Lyricor. *Tu autem opera super homines edis rapta & nefanda.* Apud Clementem est τὸ δ' ἴσχει ἐπ' ἀνθρώποις ἔσθ' ὅπως ἐφέρπει κ.τ.ἑ. ἀθάνατα. Denique in districho Orphei quod sequitur rectius habet Iustinus, γαῖαν ἐπὶ πᾶσι βίβασον, quàm alibi γαῖα δ' ἐπὶ πᾶσι &c. quod interpretantur, terra sub pedibus iacet. Cyrilli interpres illud videtur legisse cum vertatur *super terram pedibus tradit*, nisi malis quod hic legitur, γαῖα δ' ὑπὸ κ.τ.ἑ.

609. 10. *Dominus [c]reauit.*] Græ. κύριος ἔκτισε τὴν γῆν. In Antuerpiensi edit. Esai. 10. v. 13. ὃ γὰρ ἐποίησε κύριος, ἢ τῶν ἀκουσθήσεται τὰ ἐπιτηδεύματα τῆς χειρὸς αὐτοῦ. Et persuadebo ciuitates habitatas, & orbem manu tanquam nidum comprehendam. Latina vulg. Detraxi quasi potens in sublimi residentes, Et inuenit quasi nidum manus mea fortitudinem populorum. Corrigendum est in Græcis vtrobique ex editione Romana καὶ οὐδεὶς ἔτλησε ἐκπτοησάμενος, itaque legitur apud Procopium à I. Curtetio editum, *& commenebo ciuitates habitatas*, & in exemplari Græco Basilij in Esaiam quod sequi debuit eius interpres; corrigendus est etiam Eusebius lib. 13. vbi hunc Clementis locum citat. pag. 402. Nam & idem l. 4. Demonstr. Euang. cap. 9. legit σῶον. Qui vertunt ex Hebræo, reddunt hæc. Et descendere feci tanquam potens habitantes, hoc est deieci, deturbaui. Sed illa verba, vt notat Leo Castrus in Esaiam, S. Basilius orat. in Iulittam Satanæ tribuit, Deo vero Clemens cum Tertulliano l. 2. aduersus Marcionem 15. Cæterum qui totum orbem comprehendit manu, velut nidum, cuius cælum thronus. & aduersi. Praxeam 16. Quæ vero sequuntur ex Hieremia habes c. 10. v. 12. In Latina vulg. Qui fecit terram in fortitudine sua, & præparat orbem in sapientia sua.

Ib. 20. *Damonibus non.*] Hos versus, qui in illud Phocylidæ poëma παρενθὲς, non fuerunt relati, sic interpretatur ad verbum M. Neander.

*Verum damones hominibus alteri alij sunt:*
*Alij quidem, vt malum ab homine ingrediente* (hanc vitam) *abigant.*

Putat etiam Clemẽs respicere eo versus istos, quod Ethnici etiam vnicuiqi nascenti binos tribuerunt genios, quorum alter perniciem nobis moliatur, alter iuuare studeat. Cuius sententiæ Empedoclem Poëtam fuisse ex Plutarcho cõstat in libello de animi tranquillitate, Οὐ δὴ (ὡς μόνον ἐστὶ τοῦτο.)

Ἄνωθεν δείλαιοι καὶ ἐπ' οὐτιτανὸν ἐκπτὰς
Ἐυδὺς ἀμηχανίῃ μεγάλῃς τὸ βίε. Ἀγαθοὶ,
ἀλλὰ μᾶλλον (ὡς Ἐμπεδοκλῆς) δεῖλαι πρὸς ἄκρον ἡμῶν ἡνιοχήσαντα καὶ κατιόντα μεγάλῃ καὶ δεινῇ.

Duos Menandri versus quos citat habes in extrema pagina ista, vide Christianorum hac de re sententiam sub finem lib. 6. Strom.

Ibid. 20. *Fortunam non est.*] Theodoretus lib. 6. de curat. ægrit. Græ. Philemon vero Comicus, tametsi homo ad exciendum risum maxime factus, aperte sime illos accusat, qui fortunam deam esse dicerent, sic enim vocalissime exclamat:

*Non est Deus Fortuna, non inquam Deus:*
*Sed casus ille, quo sit vnus, vt contigit*
*Cuicunque, Fortuna vocatur nomine.*

Tale est illud Iuuenalis Sat. 10.

*Nullum numen abest si sit prudentia, sed te*
*Nos facimus Fortuna Deam, cæloque locamus.*

Ibid. 40. *Et Pindarus.*] Hoc quoque inter Pindari fragmenta collectum est. τῶν ἀνὰ, ἐν τοῖς. Sequebatur in Græco Clementis, καὶ πολλὰ ἄλλα· πάντα γὰρ ἔφησε. H. Stephanus corrigit aſtipulante Eusebio p. 403. ἔφησε. *Deus qui omnia efficit mortalibus.* Hoc ab Heruetо nescio quo casu in vtraque editione prætermissum est. Deinde citatur ex eodem Pindaro, τὸ ὑπὲρ ἀνθρώπους ἐπίστασθαι τὰ αὐτῷ ἀδύνατα, τὰ δὲ μὴ ἔχειν τὰς ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις ἐμφύτους ἐλπίδας, &c. *Quod supra homines sapientiæ aliquid tribuat, & de hominem habiturum vltra alium hominem? Deorum decreta inuestigare menti mortali difficile; nam mortale prudentia ex mente.* Locus Prophetæ qui subiicitur est Esaiæ c. 40. v. 13. in Latina vulg. Quis adiuuit spiritum Domini, aut quis consiliarius eius fuit, & ostendit illi Citatur à D. Paulo ad verbum ex LXX. Rom. 11. 34. & 1. Cor. v. 16. Quis enim cognouit sensum Domini, & quis consiliarius eius fuit?

610. *Sed bonum in omnibus.*] Græc. Menandri verba sunt: Ἀνωτέρω δ' ἀγαθὸν εἶναι τὸ θεῖον. Quod 1. modis intelligi potest, vno, Deum omnem bonum esse, altero, esse bonum καθ' ἕκαστον in omnibus; In Latino id non apparet.

Ibid. *Mortalium à rebus.*] Æschyli versus hi leguntur & in libello de Monarchia apud Iustinum 165. In secundo omisit interpres σώφρονα.

*Nec tibi parem esse existimato cæteris.*

In quarto legitur Græce, Κολλᾶνε ἄρων. I. Lfgus corrigit, ἀνολισθαι, fortè ἀνολοῦσε.

*Vt inuisa ita, nunc tenebris, nunc aquis,*

Vndecimum ita legendum est apud Clementem & Eusebium, vt habet Iustinus:

Ὅτι ὀπιζάλλ' ἐπὶ γῆν ἠμὲ δύσιν.

Langus,

*Dominis intuentur cum seuera lumina.*

Perionius,

*Quando Domini iterùm ipsa rursus aspiciet.*

Postremum ita Eusebius.

Πάντα, δ' ὠκεῖα γῆ δίδησι θεός.

Iustinus,

Πάντα δ' ὠκεῖα γῆ, δίδωσι δὲ θεός.

*Namque omnia potest gloria si summi Dei.*

vel sublata interpunctione & conjunctione,

*Namque omnia potest gloria excelsi Dei.*

Ibid. 4 c. *Cui credens.*] In libro sentent. Comicorum quas I. Hertelius collegit, sic leguntur hæc Diphili ex Eusebio,

- - - - πάντων πατὴρ ἅπαντα
Τῶν ἀνθρ. οὗτος δὲ δίκη τέκνα τίμια μάστιξ,

non vt apud Clemẽtem ἡμιστιχίων, quod Heruetо est sententiosissimè. Scribe ergo, Diphilus dicit,

*Omnium pater ex æquo*
*Qui est, cum ea perpetua solam bonum.*

610. 40. *Hoc autem.*] Hic locus est lib. 7. de repub. p. 521. in quo legitur non vt apud Clementem ὅτου ἂν ἐπιτύχῃ, sed, εἰς ὁτιοῦν τῶν ἔντοσθεν ἐπιτύχῃ. Hæc non erit testæ reuolutio, sed animi circumactus à nocturno quodam die ad verum eius quod vere est reditum, id est solidâ germanamque veritatis agnitionem,



tionem, quam quidem veram philosophiam esse dicemus. Ita legendum esset, τῶν ὄντως ὄντων. Cæterum testæ reuolutio fortean Diogenis dolium illud innuat. Illa porro, *Estus quidem omnes*, in l. 3. de Repub. p. 415. edit. Henri. Steph. ἐσὶ μὲν δὴ πάντες οἱ ἐκ τῆς πόλεως ἅλωσιν, ὃς ὅτου πολλοῦ ὅσου δεῖ ὑμῶν ἐκανὸς ἀφ' ἑαυτοῦ χρυσὸν ἢ ἄργυρον ἐνθυμηθῆναι ἀνυπὸ. Estis nimirum omnes qui in ciuitate versamini, fratres, sed quum Deus formarit vos, vestrum qui ad imperandum idonei sunt, aurum in eorum generatione ipsis admiscuit. Vide integrum illum locum, vt huius luxati sententiam capias.

611. 20. *In Domino Deo.*] Esaiæ 36. v. 7. Quod si respõderis mihi in domino Deo nostro confidimus. & v. 8. Et nunc trade te Domino meo regi Assyriorum. LXX. καὶ νῦν μάχεσαι δὲ τῷ κυρίῳ μου βασιλεῖ τῶ ἀσσυρίων. Quod in Antuerpiensi vertendum fuit, vt habet etiam Chaldaïcæ paraphrasis interpretatio. Et nũc commisceamini Domino meo regi Assyriorum. Quidam, At nunc adiungite vos Domino meo regi Assyriorum. Procopius exponit, μάχεσθαι γὰρ ἔστι τοῖς ἀρχομένοις μαχόμενα, pugnam inire non dubitetis. Nimirum ex Cyrillo vt multa alia, apud quem est, Capessite arma, & state in procinctu, sic Poëta,

*--haret pede pes, mixtusque viro vir,*

Quidam vero ex Hebræo, Nunc fide-iube, da obsides, vadem promitte Regi Assyriorum.

611. 40. *Estus qui non elegerit.*] Iustinus Apologia 2. pro Christianis pag. 151. εἰ μὲ ἀναμαρτήτως ἐλαύνομεν περὶ τὸ ἐξαγαγεῖν τὰ αἰσχρὰ ἐκ τῆς καρδίας ἡμῶν, ἵνα τὸ ἀγαθὸν ἔχῃ τὸ ἀγαθὸν ἡμῖν, ἀλαθὲς ὡς ἐν ὄντως δυνατὸν ἀφεκτέον. Et paulo post, ὅτε καὶ Πλάτων τὸν Ἀτλᾶ λογόμενον, ὃν ἐκ ἀνάπτερε τοῦ Μανίου τὸ σφῆνα τὸν λαβόντα. Quamobrem quod ait Plato, Culpa est eius qui elegit, Deus autem culpa vacat, id à Mose mutuatus dixit. Locus est li. 10. de Repub. p. 617. edit. H. Steph. vbi legimus & illa, ἐν τιμῶν ἢ ἀτιμοτέρων πλοῦ ἢ ἐλαττόνων αὐτῶν ἕξις, quę ita vertit Clementi, *quam prout quisque vel honorabit, vel deseret, ita plus vel minus ex ea possidebit.* Illa autem verba,

*Deus enim nunquam est causa malorum.* Clementis sunt non Platonis: vt videtur censuisse Theodoretus lib. 6. hunc locum citans, nisi forte ex alio quopiam Platonis hæc sumantur qualis ille est 2. de Republ. μὴ πάντως αὖτοῦ τὸν θεὸν, ἀλλὰ τ' ὀλίγων. Non quarumuis rerum auctorem esse Deum, sed bonarum & 379. p. τῶν μὲ ἀγαθῶν αἴτιον χρὴ ὑπολαμβάνειν, τῶν δὲ κακῶν ἄλλα δεῖ ζητεῖν τὰ αἴτια, ἀλλ' ἐκ τὸν θεόν. Bonarum quidem rerum nulla alia caussa statuenda est præter Deum: malarum aliæ quæpiam inuestigandæ sunt, sed nullo modo Deus auctor mali existimandus est. Ioach. Perionius in illum Iustini locum scribẽs dum citat alium ex Timæo, & τὸ ἀλόγιστον, legi vult, non videtur in hunc libri 10. de Republ. incidisse. Sane hic religiosior Caluinistis hæreticis Plato est: ac vide quanto. Plato bonorũ nullam aliam causſam esse vult præter Deum, malorum vero omnem aliam potius quam Deum, hæretici nostrapte vi, fideque saltuos fieri volunt, mala vero quæ agimus, Deum in nobis agere. Iam vero qua fide Centuriatores Magdeburgici Clementem, vt liberi arbitrij non satis certum assertorem traducant, cum ex hoc loco intelligis, vbi in Platonis doctrina probat, quod & ipse sita sexcẽtis aliis in locis confirmat, de quibus indicem vide.

Ibid. 50. *Pindarus autem.*] Refertur hoc & inter Pindari fragmenta collecta ab Henr. Stephano, cuius interpretatio ab ista differt in his, Δία σωτῆρα τε δίκαιόν, Iouem Seruatorem maritum Themidis. ἐκέλευν δίκαιε ἐφορίαις χρυσίαισι ἐπιπλον ἄρμα πυῤῥὸν λιπεῖν ἐλθόντα, *consilio valentem Themin cælestem aureis equis duxerunt &c. ad splendidum adytum*, ἐν᾽ ἐς τὰς χρυσοπήχεις ἀγκλαιοφόρους πίκτυ ἐλθὰς ἀνθρώπους, *Illa autem aurea reclinatacula gestantes, & præclarum fructum ferentes peperit bonas Horas.* In qua interpretatione pro ἐλθὰς ἀνθρώπους, legit, ἐλθὰς ὥρας, sed & alia quædam hic esse deprauata, inquit. Emendationem eius confirmat Hesiodus in Theogonia, vbi hæc de Ione:

Δίκτεσσ' ἐν ἄγκοις κλυτὸν δόμον ἀθανάτοιο πατρὸς
Ἔσχεν ἔχουσα θέμιν, ἥ οἱ τέκεν ὥρας.

Postea duxit splendidã Themin quę peperit Horas.

612. *Fallaces.*] Gr. Ἔρχεται κύκλωσε σόφα μεὶ φωτὰ ἀνελίων. Heruetus scripserat ad oram libri sui φωτὰ, & ad eam emendationem suam interpretationem accommodauit. Ioseph. Scaliger rectius corrigit, μεὶ φοιτᾷ, circumuaga. Sic Ouidius de Sole, Æthereæ moles circumuaga flammæ. verte ergo:

*Et discos Luna circumuaga gesta rotundæ.*

Iam vero postremorum versuum duorum Græca, sic habent apud Clementem:

Ἐκ δὲ γῆ ἔφυτα, καὶ ἐς μιν ἀρσὺ' ἐπιδύνει
Αὖ ἄλλα, πάντ' ἔχει ἄφατα.

quæ ita legit Scaliger,

Ἐκ δὲ γῆφυτα, ἐς ὃς μ. α. ἀνδύνει
Πάντ' ἔχει ἄφατα.

Vnde prodiit, & quæ illam necessitas coegit fines astrorum tenere.

Ibid. 20. *Collocabo te in filios.*] Hæc iisdem verbis exprimuntur apud LXX. Hierem. 3. v. 19. vsque ad illa Clementis κληρονομίαν δὲ πατρικὴν ἐπιθυμήσεις, ἵνα σε κληρονομήσω τὸν βασιλικὸν κλῆρον; nam ibi tantum est, κληρονομίαν δὲ πατρικὴν ἐδόθη. Hæreditatem Dei omnipotentis gentium. vulgatæ verba sunt: Quomodo ponam te in filios, & tribuam tibi terram desiderabilem hæreditatem præclaram exercituum gentium? Theodoretus auctiorem habet hunc versum, Terram, inquit, electam, hæreditatem percelebrẽ Dei, Dei inquam omnipotentis gentium. D. Hieronymus ait LXX. transtulisse pro, hæreditatem præclaram exercituum gentium, hæreditatem nominatam Dei omnipotentis gentium: Theodotionem vero, hæreditatem inclytam fortitudinis robustissimi gentium. Hinc ergo liquet in editionibus LXX. desiderari epithetum hæreditatis, quod interpres Theodoreti percelebrem D. Hieronymus nominatam vertit. Vulgata omnium maxime ad Hebræum accedit.

Ib. *Id quod obiter.*] Athenæus hæc ipsa citat Agathonis initio libri v. Dipnos.

Τὸ μὲ πάροιθεν ἦμεν οὐ τοιοῦτος δε,
Τὸ δ' ἦμαρ ὡς σπάρηκεν ἐκπνεῖ μιᾶ.

*Operis loco ducimus accessorium, Et in opere satagimus vt accessorio.* H. Junius in prouerb. Accessorium operis loco, addit inter similia auctorum loca hunc Nazianzeni Gregorij in Basilium de Saule agentis, σκάφος ἐκ ἔφερε μεῖζον οὐ ἦμεν τὸ πάροθεν ἐμπνεῖν μόνον. Saul patetnos asinos inuestigans regno potitur, accessorium ipso instituto negotio maius nactus. In libro Clementis erat ἦμεν οὐ πάροιθεν, & ἐκπνεῖν μόνον.

Ibid. 40. *Hunc hominem.*] Gr. πολλὰ σπανιθλίως διζήσθαι ἐμοῦμαι ἐδόκουν. Plutarchus in libello de ratione auditus citat Phocylidis versum, πολλὰ ἀνοσιθλίως διζήσθαι ἐμοῦμαι ἐδόκουν. qui significat *eum, qui cupit in bonarum rerum habeni numero, sæpe decipi, & multarum dolos expertum esse.* Non reperitur inter reliqua Phocylidis carmina cum Gnomicis edita, vt monet

M. Neander, qui eius fragmenta collegit, & commentario explanauit.

## IN LIB. VI. STROMAT.

617.40. *Dicit Homerus.*] Ioseph. Scaliger in coniect. in Varronem confert cum hoc Homeri versu qui cum altero isto,

> Μέντ᾽ αὖ τὰ κυβερνήτης ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ
> Νῆα θοὴν ἰθύνει.

reper tur Iliad. 4, illos Titinij Comici,

> *Sapientia gubernator nauim torquet non valentia,*
> *Coquus magnum ahenum, quando feruit, paula confutat trua.*

Ibid. *Rursus autem.*] Stobæus tit. 124. In defunctos non esse exercendam contumeliam, vbi multa in hanc sententiam habes, hunc versum ex Odyss. 10. excerpsit, legitque οὐχ ὁσίη κταμένοισιν ἐπ᾽ ἀνδράσιν εὐχετάασθαι, itemq; Archilochi quem alij in fragmentis eius vertunt, *Non enim honestum est mortuos viros conuitiis proscindere.*

618.20. *Omnis in.*] Menelai verba sunt apud Homerum Iliad. 7.

> --αὐτὰρ ὕπερθεν
> Νίκης πείρατ᾽ ἔχονται ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσιν.

sed supernè Victoriæ termini tenẽtur inter immortales Deos. Hic legendũ esset θεοῖς ἐν πείρατα. Illa vero sunt Achillis Iouem precantis Iliad. 16.

> --ἀμφὶ δὲ Σελλοὶ
> Σοὶ ναίουσ᾽ ὑποφῆται ἀνιπτόποδες χαμαιεῦναι.

circum te autem Selli habitant vates illoti pedibus humi dormientes.

Ib. *Et eum similiter.*] Citatur hic Archilochi versus à Sexto Philosopho contra Mathemat. vbi quærit quid sit bonum. Homeri locus est Odyss. 14. vide apud Iunium prouerbium, Alia apud alios bona, & hic lege, Ἄλλος γὰρ τ᾽ ἄλλοισιν.

Ibid. 60. *Sed & Menandrum.*] Stobæus tit. 51. de militia hoc affert, quo videtur significari domi manere oportere, & manere liberũ, neque publica munera obeunda, quibus astrictus peregre cogaris proficisci, neque iam tui iuris esse. Tale illud Apollodori ibidem.

> Ταχὺ στρατιώτης γέγονας ἀντ᾽ ἐλευθέρου.
> *Ex libero ergo factus es miles statim.*

619.20. *Dare iuuens.*] Stobæus tit. 69. profert ex Euripide in Æolo, sed legit, πρὸς νέαν ζεύξαντος, & loco duorum sequentium addit:

> Μακρὰ γὰρ ἰσχὺς μᾶλλον ἀρσένων μένει
> Θήλεια δ᾽ ἥβη θᾶσσον ἐκλείπει δέμας.

Diuturnior enim est marium vigor. Fœmineum vero corpus citius pubertate destituitur.

Ibid. 30. *Sophocles.*] Ex Homeri versu isto qui legitur Iliad. 9. Ἐχθρὰ δέ μοι τοῦ δῶρα, τίω δέ μιν ἐν καρὸς αἴσῃ. materiã dicti huius accepisse creditur, quod in Aiace extat pag. 40. & in prouerbium abijt, ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα: licet alioqui Clemẽs Sophoclem velit versum illum ex isto Euripidis accepisse, qui in eius Medea legitur, & ab ipsa Medea profertur, recusante Iasonis xenia, sed ego Clementi nequaquam assentior. H. Steph. lib. de Sophocl. imitat.

Ibid. *Cum autem.*] M. Neander in Theognidẽ scribens, monet Scholiastem Pindari hũc versum Homero tribuere, sed ex altero Solonis factum constare ex hoc loco: interpretatus vero sic. *Parit autem saturitas iniustitiam, quando malum hominem fœlicitas comitatur.* Idem annotat Gregorium Naz. vocare κόρον ὕβρεως ἀρχὴν, vide prouerb. Satietas ferociam parit. Vbi sic redditur Latine versus Theognidis:

> *Fastum copia gignit, opes vbi prauus adeptus.*

620.40. *Rursus Euripides.*] I. Stobæus citat hunc versum ex Euripidis Hippolyto tit. 29. περὶ σωφροσύνης. Meminit tamen & cuiusdã poëmatis eius, quod Timæum appellat tit. 31. & 52. eundem citat in Timeno quod est hic 40. in Ctimeno.

621.40. *Præterea cum.*] Vlyssis verba sunt Odyss. 7. sed ibi legitur, ἀποκρύψαι μεμαυῖαν.

> *Celari at diri nequeunt ieiunia ventris,*
> *Multorum humano generi qui causa malorum.*

Athenæus hos Diphili versus profert, qui illorum Euripidis meminerunt:

> Εὖγ᾽ ὁ κατὰ χρυσοῦς εἶπε πολλ᾽ Εὐριπίδης,
> Νικᾷ δὲ χρεία μ᾽, ἡ ταλαίπωρός τέ μου
> Γαστήρ. ταλαιπωρότερον οὐδὲν ἐστι γάρ.
> *Hoc dixit inter multa pulchrè Euripides,*
> *Meus iste venter miser & inopia me domat.*
> *Quid esse namque ventre miserius queat?*

Cum versus Euripidis primus mendosus sit, eique mensura refragetur videtur legendus vt apud Diphilum: licet nomen ἀλγεινὴ sit in loco Homeri citato & alibi γαστὴρ ἀλγεινή, λυγρή, & στυγερὰ dicatur. H. Stephanus in libello Comicar. sentent.

Ibid. 60. *Dicit Menander.*] Athenæus lib. 6. Menãdrum citat in comœdia cui titulus Ψευδηρακλῆς, Venales. In secundo versu & prosodiæ & sententiæ ratio postulat, Καὶ συμμανῆναι δ᾽ ἔνια δεῖ. *Desipere cum aliis in quibusdam oportet.* In manuscriptis exẽplaribus μ, & β ita pinguntur, vt similia sint: Ita loquutus est Galenus lib. περὶ φυσικῶν δυνάμεων, ἀλλ᾽ ἐκεῖνος, ὡς ἔοικε, κατὰ μίαν φασὶ παροιμίαν ἀναγκασθεὶς συμμανῆναι. Haud sponte, sed iuxta prouerbium coacti cum insanientibus insanire. Vide Prouerbium, Insanire cum insanientib. Sic Horatius ode 14. lib. 4. carm.

> *Misce stultitiam consiliis breuem:*
> *Dulce est desipere in loco.*

Plautus in Bacchidib. Nullus frugi esse potest homo, nisi qui bene & male facere tenet. Improbus cum improbis sit, harpaget, furibus furetur quod queat.

622. *Scripsit Augeas.*] Plato li. 3. de repub. similem profert:

> Δῶρα θεοὺς πείθει, καὶ αἰδοίους βασιλῆας,
> *Munera, crede, Deos flectunt Regesque verendos.*

Ouidius 3. τῆς μεταμορφώσεως,

> *Munera, crede mihi, placant hominesque Deosque.*

Ibid. 10. *Cum autem dixisset.*] Stobæus tit. 67. ex eius Operibus hoc distichum collegit. Euseb. li. 10. c. 2. de Præp. proferens ex Porphyrio, & aliis furta veterum, monet Simonidem ἐν τῷ Ἐλέγοις, hanc ex eo sumpsisse sententiam, additque Euripidis locum similem ex Menalippe, quem apud Stobæũ reperies loco citato, cum alio Sophoclis in Phædra eiusdem sententiæ. Sed quid in re clara tot opus est testibus?

623. *Bacchylides.*] Inter fragmenta Lyricorum hęc ita leguntur correcta, Παύροισι δὲ θνατῶν, & σύμπαντα ἐν χρόνῳ, & ἐγχρόνιος δίκας. *Paucis autem mortalium concessum est à numine, vt bene rem gerentes maturè ad canatempora inducentem senectutem perueniant, priusquam incidant in calamitates.*

Ib. 20. *Aristophanem.*] Stobæus tit. 69. citat ex Euripide in Phœnice hunc similem.

> Πικρὸν νέα γυναικὶ πρεσβύτης ἀνήρ.
> *Iuueni maritus coniugi grauis est senex.*

Anacreontis carmina reperies cũ cæteris eius operibus p. 211. editionis 2. H. Steph. vbi legitur, ἐπιρρεῖ μέλος.



πολλοὺς περιδέσθαι abundantem redimiculis varios habentibus flores decantans. Vide num magis placeat μᾶλλον cum εἴδεσιν. Euripidis autem γνώμη ex Phædra eius à Stobæo exscribitur li. 61. de Venere legiturq; ὁ μόνος δ᾽ ἐν ἔρωτι & ψυχὰς χαράσσει animos vulnerat. His similia multa eadem Phædra apud Senecam Act. 1. Hippolyti.

624. *Ἐκεῖ ὕδωρ.*] Ios. Scaliger in Notis suis legit ex ipso Clemente Ἐκ βέδυ δ᾽ ἐπὶ γαῖα. pag. 575. dixit Clemens Orphæum vocasse aquam bedy Phrygum idiomate. Apud Plutarchum ex sententia Heracliti legimus πυρὸς θάνατος ἀέρι γένεσις, καὶ ἀέρος θάνατος ὕδατι γένεσις.

Ibid. 10. *Heraclitus.*] Henric. Stephanus in Poësi philosophica. Proclus in Timæum mẽtionem eiusdem loci facit, meminit & Philo. Cæterum Heraclitum maximam scriptorum suorum partem ex Orpheo mutuatum esse idem Clemẽs scribit tertia ab eo loco pagina αὐτοῦ δὲ ἐρανίζεται τὸν Ἡράκλειτον ἐν τοῖς περὶ Ὀρφέως τὰ πλεῖστα ἐκλαβεῖν. Et Plato in Cratylo allatis duobus Orphei versibus subiungit, ταῦτ᾽ οὖν σκόπει, ὅτι ἀλλήλοις συμφωνεῖ, καὶ πρὸς τὰ τοῦ Ἡρακλείτου πάντα τείνει. Animaduerte igitur quam belle hæc consentiant, & ad Heraclitea illa præclare referantur omnia. Vide 618. 50.

Ibid. 20. *Agrigentinus.*] Plutarchus lib. 1. de Placitis Phil. primum horum versuum profert, sed alios duos subiungit in quibus nomine Iouis intelligitur ignis. Iunonis aër, Plutonis terra, Nestis vero quædam aquam indicat, & alibi apud eundem legitur in secundo ἠδ᾽ Ἀϊδωνεύς, sed aliis versibus subiunctis, tertius denique apud Aristotelem ab aliis separatus reperitur.

Ibid. 40. *Dei quem amant.*] I. Stobæus lib. 119. de laude mortis hoc Carmen citat, & in manuscripto Reginæ Matris additur nomen Comœdiæ Δὶς ἐξαπατῶν, Bis fallentis, & post sententiam Æschyli ὦ θάνατε subiũgitur hęc quę ab impresso abest, Τέθνηκε

> Νέος δ᾽ ἀπόλλυθ᾽ ὅντινα φιλεῖ θεὸς vel φιλεῖ.

Plutarchus ad Apollonium & auctor Axiochi apud Platonem pag. 368. laudant illud eiusdem argumenti.

> Ὃν περὶ κῆρι φίλει Ζεύς τ᾽ αἰγίοχος καὶ Ἀπόλλων
> Παντοίην φιλότητ᾽, οὐδ᾽ ἵκετο γήραος οὐδόν.
> *Iuppiter hunc totis animis, hunc Phœbus amabant,*
> *Ille tamen iusti metas non attigit æui.*

Simile denique illud Sapient. 4. v. 11. Consummatus in breui expleuit tempora multa. Placita enim erat Deo anima illius.

Ibid. *Cum autem.*] Theodoretus de Curat. Græc. lib. 6. Persuadensque vobis finite ab Euripide Tragœdiarum scriptore, qui sic in Oenomao suo canit

> Τεκμαιρόμεσθα τοῖς παροῦσι τὰ ἀφανῆ.

Præsentibus rebus ea quæ nos latent coniicimus. Rursus idẽ in Phœnissis Ἀφανῆ τεκμηρίοισιν εἰκότα θηρώμενοι. Quod latet coniecturis congruentibus deprehenditur.

625. *Euripides quidem.*] Locus indicatur à Stobæo lib. 2. de malitia, ex Euripidis Medæa legiturque ὦ ζεῦ τί δὴ χρυσοῦ. De versu Stasimi vide Suidam in voce Νήπιος. Sophoclis locus apud ipsum habet καὶ πρὸς κακοῖσιν.

Ibid. 30. *Præterea hæc.*] Senarius est Theopompi forte Comici. Pueros senes bis esse recte dicitur Plato 1. de repu. Οὐ μόνον ἄρ᾽, ὡς ἔοικεν, ὁ γέρων δὶς παῖς γίγνοιτ᾽ ἄν, ἀλλὰ καὶ ὁ μεθυσθείς. Non solum igitur senex, vt videtur, bis erit puer, sed ipse etiam temulentus. Quem locum hic indicari forte affirmare possis. Erasmus in Prouerbio, Bis pueri senes, multa similia ex aliis auctoribus cum istis numerat, itaque reddit Iambicis hæc Sophoclæa:

> *Ego Peleum, Æaco satum pueri in vicem*
> *Senem puella moderor, atque tempero.*
> *Nam iterum puer, quisquis senescit, redditur.*

Ibid. 50. *In Pœtine.*] ἐν πυτίνῃ. Scribendum πυτίνη *Pytine*, seu *Vase vinario*. Citatur ab Athenæo lib. 3. & 10. Cratinus ἐν πυτίνῃ quod nomen est eius Comœdię cuiusdam vt vulgata etiam docent Lexica ex Aristophane, sed quod vir doctus addit vinarium dolium esse picatum videtur istud confundere cum altero vocabulo πιτύη quod piceam significat. Hesychius πυτίνη πλεκτὴ λάγυνος ἢ ἀμὶς ἢ κυλιξ ὁ τῷ περὶ πηγνύειν. Inde Glossarium πυτία coagulum. Suidas πυτίνη πλέγμα ἀπὸ θαλλῶν, ἐφ᾽ ὧν διφθέρας ὑποπλεκτὰς ἐπλέκε ἐφ᾽ ἡμῶν λέγεται φλασκίον. Vas ergo est vinarium plexis viminibus obductum forte vitreum, qualia Diitrephes ille solebat cõtexere, vnde ad tãtas opes emersit vt etiam φύλαρχος fieret.

627. 20. *Scribit Phanocles.*] P. Leopardus li. 4. c. 4. Emendat. monet Eusebium Phanoclis meminisse in Chronicis, eiusq; longum carmen de Orphei morte extare apud Stobæum de vituperio Veneris. Ita demum corrigit hæc duo

> Ἀλλὰ τὸ μοιρίδιον νῆμ᾽ οὐ ποτ᾽ ἀλυκτὸν ἐστὶν
> Ἐκφυγέειν, &c. Id est
> *Non vitare licet, neque soluere fila sororum,*
> *Quotquot terra alimus corpora muneribus.*

Cæterum sententiæ Demosthenis similem ex Euripide prodidit Stobæus tit. 117. Βροτοῖς ἅπασι καὶ θανεῖν ὀφείλεται.

Ibid. 30. *Porro autem.*] Locum hunc reperies in 6. de republ. 765. edit. Henric. Steph. φυτοῦ γὰρ δὴ φυτῶν ἡ πρώτη βλάστη καλῶς ὁρμηθεῖσα πρὸς ἀρετὴν τῆς αὑτοῦ φύσεως κυριωτάτη τέλος ἐπιθεῖναι τὸ πρόσφορον, τῶν τε ἄλλων φυτῶν, καὶ τῶν ζώων ἡμέρων καὶ ἀγρίων καὶ ἀνθρώπων. In omni stirpe si prima germina præclare cœperint ad naturæ suę virtutem, vim habent summam, efficacissimamque ad oportunum finem consequendũ, quod in plantis fit, & in brutis animantibus, cum cicurib*, tum feris, & in hominibus ipsis euenire videmus. Nomen historici qui hũc locum furatus est aut temporis iniuria, aut librarij incutia surripuit.

Ibid. 40. *Illud Empedoclis.*] Extant apud Diogenem Laërtium in eius vita, & apud Athenæum in extremo li. 8. sed legitur vtrobique καὶ ἐξ ἁλὸς ἔμπυρος ἰχθύς. Interpres Laërtij.

> *Plantaque & ignitus piscis, pernixque volucris.*

Dalechampius, *Et è mari collus piscis*, Hẽr. Stephano Clementis lectio aptior videtur. Tertullianus lepide hoc irridet li. de anima cap. 33. Sed enim Empedocles quia se Deum delirarat, idcirco opinor dedignatus est aliquem se heroum recordari, thamnus & piscis fui inquit. Cur non magis & pepo tam insulsus, & chamæleon tam inflatus? Planè vt piscis, ne aliqua sepulturæ conditio reputesceret, assum se maluit in Æthnam præcipitando. Atque exinde in illo finita sit metensomatosis, vt æstiua cœna post assum.

628. *Eugamon Cyrenæus.*] Eusebius lib. 10. de Præparat. Eu. cap. 1. multa ex hoc libro Clemẽtis citans legit Εὐγάμμων ὁ Κυρηναῖος ἐκ Μουσαίου τὸ περὶ Θεσπρωτῶν βιβλίον. ediderunt tanquam propria, vt Eugrammon Cyrenæus ex Musæo librum integrum de Thesprotis. Trapezuntius vertit, veluti Eugramon

Cyrenæus Mnasæi Thespротis. Ibidem ex Porphyrio & aliis multa in hanc sententiam profert Eusebius, & quę de Platonis, Demosthenis, Isocratis aliorumque furtis scripserint narrat.

629.60. *Tollite in altum,*] Græc. ἄρατε εἰς ὕψος τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν, καὶ ἴδετε. LXX, αἴρετε ὀφθαλμοὺς εἰς ὕψος τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν καὶ ἴδετε. Latina vulg. cap. 40. v. 26. Efaiæ, Leuate in excelsum oculos vestros, & videte quis creauit hæc. D. Hieronymus hic. Si non creditis meis verbis saltem oculis vestris credite, & ex cælorum elementorumque omnium seruitute potestatę Domini cogitate. Tale illud Ciceronis, de haruspicum responsis. Etenim quis est tam vecors, qui aut cum suspexerit in cælum, Deos esse non sentiat, & ea quæ tanta mente fiunt, vt vix quisquam arte vlla ordinem rerum, ac vicissitudinem persequi possit, casu fieri putet?

633.50. *Tertius autem.*] Græc. ὁ δὲ τρίτος πῶς δεῖ τῶν ζώων ὀνομάσαι τινά, ὃ μεῖζον τοῦ ἐν ἐγγύθεν, ἢ ὅσον ἀφ' ὑμῶν. Th. Cæterus lib. 1. cap. 20. var. lect. sic interpungit, πῶς ὀνομάσαι τινά; ὃ μεῖζον τοῦ ἐν ἐγγύθεν, ἢ ὅσον ἀφ' ὑμῶν. Itaque legendum esse apud Plutarchum in vita Alexandri vbi perperam, ἀφ' ὑμῶν ἢ ἐγγύθεν. confirmatque hanc lectionem hoc Euripidis testimonio de hominis calliditate.

Ἐρεχθέ τοι δίκαι' ἀεὶ λέγε  Ἀλλὰ τεκμήρασ' ὀφθαλμῶν
Δικαιοῦν ἀλλ' οὐ τοῦτο  Χλαίνην τ' ἀπείρων τὸ πολὺ μέρος.

Sic ergo vertendum est. *Tertius autem, Quodnam est animalium callidissimum? Quod huc vsque (inquit) non fuit cognitum, homo.* Sic Plato 6. de republica hominem dicit πολλοῦ δεῖν τὸν ἀνθρώπινον ἡμέρατον τῶν ζώων εἶναι, καὶ μᾶλλον ἀγριώτερον ὄντινα φύσιν. In quarti responso legitur apud Plutarchum τὸν σοφὸν Ἀπόλλωνα. Arrianus lib. 6. videtur hunc ipsum σοφὸν appellare nam & verbis paulo post meminit & pag. 134. Brachmanum, ὃν ἀπορώτατον αὐτῶν ἐρώτων. In quincto deest vox vna Clementi quam ex Plutarcho suffice, ἀφ' ἧσπερ ἡμέρας ἐπὶ τοῦτο ἥκομεν. *Diem, inquit, vno die.* Hoc est, vno die noctem anteceßit dies. & lege ἀπερίσσευτα ἀπόρευτα non ἀσύμφυτα. *Insolubilium insolubiles esse responsiones.* In his etiam aliter Clemens ac Plutarchus in editione Aldina 229. τοιαῦτα ἐγὼ ἔρομαι non τοῦ φίλτατε & μικρὰ τινα ἐπ' ἀρότρῳ ἐγκάθ' ἥμενος ἀροῦμαι, non ἀπ' ἀρότρου καθ' οὗ ἔχει. Item ἀφ' ἧσπερ ἡμέρας ἐπὶ τοῦτο ἀπορήσαμεν, bis posita voce ἀφ' ἧσπερ.

634.60. *Libros quoque.*] Theod. Canterus li. 2. var. lect. c. 19. hunc locum citans corrigit illa Lactantij li. 7. cap. 16. Sibylla tamen apertè interituram Romam loquitur. Hydaspes quoque qui fuit Medorum Rex antiquissimus à quo amnis quoque nomen accepit posteris tradidit sublatum iri ex orbe imperiū nomenque Romanū, multo ante præfatus illa quàm Troiana gens conderetur. & cap. 18. meminit eiusdem & in Epitome cap. vltimo, quibus locis Hystaspes legendum non Hydaspes. Iustinus Apol. 2. Σίβυλλα δ' ἡ Τοσκάνη γένους τῆς φυσικῆς ἀπάλυσιν ἐν τῷ ἄσματι. Am. Marcellinus lib. 23. Multa ex Chaldæorum arcanis Bactrianus addidit Zoroastres, deinde Hystaspes rex prudentissimus Darij pater, qui cum superioris Indiæ secreta fidentius penetrarat ad nemorosam quandam venerat solitudinē. Agathias li. 2. de Zoroastre agens. Nam Persæ ipsi nostri temporis Hystaspis temporibus eum floruisse tradunt, quam ob causam res plane ambigua est an Darij pater, an alius quispiam hic fuerit Hystaspes, vtcunque hic Persarum magister, & magicæ inuentor. Quod vero paulo ante veteres interpres, ex Græca disciplina & ex regali, Græce ἐκ τῶν Ἑλληνικῶν παιδείας, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν νομίμων. *Ex Græca igitur disciplina & ex Legali.* Itaque videtur errore typographi deceptus non consulto Græco exemplari. Tres populos intelligit, Gentes siue Græcos, Legis Mosaicę cultores siue Iudæos, & nouæ legis siue Christianos.

635.50. *Dixit infernus.*] Non eadem penitus verba, sed quæ tamen videtur in mente habuisse Clemens Iobi sunt 28. v. 22. ἀπώλεια δὲ καὶ θάνατος εἶπαν, ἀκοῇ ἀκούομεν αὐτῆς τὸ κλέος. Latina vulg. Perditio & mors dixerunt, Auribus nostris auditimus famam eius. Chaldaicæ paraphrasis interpretatio. Domus perditionis & angelus mortis dixerunt. Clementis verba sunt γίγνεται ἄδου τε ἀπώλεια ὥδε μὲν ἀκοὴ καὶ φωνῇ ἀκοὴ ἀκουόμεθα. Similis est locus & Iobi 26. v. 6. Nudus infernus coram illo, & nullum est operimentum perditioni, γυμνὸς ἄδου ἐνώπιον αὐτοῦ καὶ τὰ μεθύσκοντα ἀπώλεια. quem sic interpretatur quidam ex veteribus apud Nicetam Heracleensem in Expositione seu Catena manuscripta C. V. Petri Delbenij Abbatis τοῦτο ἡ φρενοπλῆκτος καὶ τῶν δυσεπιτεύκτων ἀπόλαυσις ἐν μαντείαις εἰρηται. ὥστε ἡ ἀνόσιος γνώμη ἡ ἀδελφὸς καὶ συντρόφους ἄδην, ἢ γάμους τε ἄδου σπουδὰς, γάμον δικαίως τε ἴσχει ἀπορρίζειν. αὐτὸς δὲ ἀμφοτέρωθεν γεγονὼς ἐν τῷ εἶναι ἐκκλίνειν, καὶ τῶν ἐκείνου εἶδε δι' ἡμῶν ἐφεστῶτα. ὑφεστηλῶ δ' ἐγὼ τὸ μεταμφίεσται· ἢ δὲ ἡ ἀπώλεια φανερὰ πᾶσι κεῖται ἐν ἀνοίᾳ ἢ πᾶς αὐτὸν ἔστι τὸ χρεῖον ἐξ οὗ ἀφ' ὑψηλοῦ πεπτώκατε ἀφ' ὧν ἐποιήσασθε· ἀντὶ δὲ ἀπωλείας ἐφέρετε διὰ τῶν ὀδυρμῶν τὸν ἐπιθανατισμὸν· ἀλλὰ καὶ εἰς ἅδου ἐκπεσόντες ἢ τῶν ἀπ' αὐτοῦ ὑψηλῶν ἀπόλαυσιν. Hæc de vnigeniti dispensatione in carne prophetice dicta sunt, si quidem coram eo tenebricosus, & splendore carens infernus nudus est, & quæ illi propinqua est perditio, hoc est mors, latere non potest. Ille scilicet homo factus & infernum spoliauit, & qui illic erant virtute sua eduxit. Dictum est, & in prouerbiis, Infernus & perditio manifesta apud Dominum. Neque enim locus in quo versabātur animæ, quæ ante illius aduētum detinebantur, abſconditus illi fuit, neque illi qui ob corruptionem ac mortem funditus interiisse videbantur, sed ad inferos descendit, &, quæ à sęculo fuerant animas, perpetuis vinculis expediuit. Locus ex prouerbiis citatus est cap. 15. v. 11. Infernus & perditio coram domino, quanto magis corda filiorum hominum.

641.50. *Salomon quoque.*] Prouerb. 10. v. 20. ἄργυρος πεπυρωμένος γλῶσσα δικαίου, καρδία δ' ἀσεβῶν ἐλαττοῦται. Argentum igne purgatum lingua iusti, cor autem impij deficiet. Latina, Argentum electum lingua iusti, cor autem impiorum pro nihilo. Aquila & Symmachus ἀργύριον ἐκλεκτὸν. Paraphr. Chald. argentum conflatum lingua iusti sic Psal. 11. paulo ante ἀργύριον πεπυρωμένον quod Heruetus argentum ignitum, vulgata argentum igne examinatum δοκίμιον γῆς probatum terræ, D. Hieronymus argentum igne probatum, separatum à terra. & Psal. 118. v. 140. πεπυρωμένον τὸ λόγον σου σφόδρα. Ignitum eloquium tuum vehementer D. Hieronymus, Probatus sermo tuus nimis. vox Hebraica igne expurgatum significat. Tale illud quod habes p. 638. 60. ex Psal. 16. v. 1. inflammasti me, & non est inuenta in me iniquitas. G. ἐπύρωσάς με καὶ οὐχ' ηὑρέθη ἐν ἐμοὶ ἀδικία. vulgata, Igneme examinasti & non est inuenta in me iniquitas. D. Hieronymus, Conflasti me, & non inuenisti cogitationes meas transire os meum.

641.40. *Nulli*



642. 40. *Nulli genti.*] Chrysostomus homil. in Psal. 14. Διὰ τοῦτο ἐν ἄστροις οὐκ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον, ἵνα μὴ τοῦτον ἐν ἀνθρώποις ἐκπλήξας, ὑπερηφανίαν ἐμποιήσῃ. ἐν γῇ δὲ τὸν ἐπὶ τῆς γῆς ἔστησε, ἵνα μὴ φύσιν ἐν ἀνθρώποις ἀπόλωνται· ἢ ἵνα τοῦ πάντα φύσει ἀδύνατον ἐξωθῶν ἡμᾶς τοῦ ἀεὶ τῷ σωτῆρι προσέχειν.

657. *Quo enim sancta.*] Sapientiæ 5. v. 11. οὐ γὰρ φυλάξαντες ἀδίκως τὰ ἔσεα ἐπορεύθησαν τινες. Latina, Qui enim custodierint iustitiam iuste iudicabuntur: & qui didicerint iusta inuenient quid respondeant.

648.40. *Imaginem suæ.*] Sapientiæ 2. v. 23. Quoniam Deus creauit hominem inexterminabilem, & ad imaginem similitudinis suæ fecit illum. LXX. καὶ ἐποίησεν ὁ ἴδιος ἰδίους ἀΐδιον αὐτόν. *Et imaginem proprię similitudinis fecit eum.* In editione Romana Sixti v. annotatum est in plerisque libris haberi τῶν ἰδίων ἀϊδιότητος *suæ æternitatis.* Quidam explicant ἰδιότητος proprietatis suæ, hoc est propriæ naturæ, vt sicut ipse est immortalis, ita eum ornarit eadem gloria, quæ cum propria sit ipsius Dei, singulari eius beneficio homini communicata est. Citatur paulo post versus Psalmi 15. de quo vide quæ in paginam 641. 50.

665.30. *Reputati sunt.*] Gr. οὐκ ἐχρὴ τοῦτο λογισθῆναι, καὶ οὐκ ἐγὼν ὄντι εἶδον. Apud LXX. Esaiæ 40. v. 15. ἰδοὺ ταῦτα ὡς σταγὼν ὕδατι κάδου, ἢ ὡς ῥοὴ ἐλαφρὸν λογισθήσεται, καὶ ὡς σταλὶς λογισθήσεται. Si omnes gentes sicut stilla à situla, & sicut momentum stateræ reputatæ sunt, & quasi saliuæ reputabuntur, vel vt est apud D. Hieronymus reputatæ sunt, Vulgata. Ecce gentes sicut stilla situlæ, & quasi momentum stateræ reputatæ sunt. Ecce insulæ quasi puluis exiguus. Aquila vt docet D. Hieronymus vertit postremum istud vocabulum ἀκτῖνι βληθήσεται, Hebræi aiunt eo significari tenuissimum puluerem, qui vento raptante sæpe in oculos mittitur, & sentitur potius quàm videtur. Quod ergo LXX. saliuam dicunt, id Aquila puluerem, vnde Clemens χοῦν ἐλαφρὸν. Tertullianus vtramque vocem vsurpat li. de resurrectione carnis. 59. Sed quum idem prophetes nationes ostendat nunc deputatas velut puluerem, & saliuam, nunc speraturas, & creditutas in nomen, & in brachium Domini. Idem in Scorpiaco 10. quasi stillicidium situlæ, & puluerem areæ, & sputamen, & locustas deputauit. In quem locum Pamelius scribens arbitrator Clementem legisse quasi sputum li. 7. Stromatum, &, puluerem li. 6. At Leo Castrus in doctis in Esaiam commentariis, vt sputum reputabuntur, inquit, reiecti à corpore Ecclesiæ, citatque Clementem hoc libro. Verum neque hic ἔρυτμα facile reperias, & in libro 7. pag. 710. 10. coniungitur pars huius versus Esaiæ, *tanquam stillæ à cado*, cum altera, *tanquam puluis*, quæ est ex Psalmo 1. non ex Esaiæ vbi vtuntur LXX. eadem voce, qua hic Clemens puluerē significat οὐ χοῦς ὡς ἐκπέσῃ ἀὴρ ὑπὸ. Et libro quarto in incredulos vsurpatur pag. 545. 20.

666. *Adorsus hæc.*] In Græco anapæstici sunt versus ex Comœdia Aristophanis cui titulus ἀχαρνῆς, quos etiam πομπεῖον vsurpat Cicero li. 8. ad Atticum Epistola 8. vt monuit nos Fed. Morellus Pr. Reg. Clemens tamen legit φορεῖ πιθὸς ὅτι γρῦ vt apud Ciceronem, non vt apud Aristophanem φορεῖ πίτνα κάλινα. Vide quæ in eum locum Manutius & Bosius.

Ibid. 30. *Dabitur enim.*] Sapientiæ Salom. cap. 3. v. 14. Dabitur enim illi fidei donum, & sors in templo Dei acceptissima. De Eunuchis loquitur qui non operati sunt iniquitatem, de quibus & dicitur Esaiæ 56. v. 5. Dabo eis in domo mea & intra muros meos partem, & nomen melius à filiis & filiabus. Paulo post citatur ex Psalmo. 49. v. 22. διελεγμένε τοῦτο αἰσθάνεσθε, ὅτι ποτὲ ἐπιλήσεσθε ὑμῶν, quod in Antuerpiensi edit. vertitur vt in vulgata. Existimasti iniquitatem, quod ero tui similis, at in plerisque libris vulgatæ legitur *iniquè*. Theodotio Aquila & 7. edit. ex Hebræo διελογίσω ἀνομίαν τοῦ μὴ εἶναι ὅμοιόν σοι. Symmachus ἐνόμισας ἐνδιδοῦ μὴ ὦ σὺ quod videtur ante oculos habuisse S. Hieronymus dum vertit, Existimasti me futurum similem tui. Apud D. Augustinum lego, *Suspicatus es iniquitatem, quod ero tibi similis.* Theodoretus sic explicat, Suspicatus es me tua iniquitate delectari; D. Chrysostomus aliter, Existimasti me hæc ferre non propter patientiā, sed quod nollem hæc castigari, & quæ à te fiebant non ægrè ferrem.

669.30. *Cæterum recta.*] Gr. ἀπαντα ὀρθὰ τοῖς συνιοῦσι, καὶ εὑρεῖν τοὺς ἐπιτυγχάνοντας. Latina vulgata, Recti sunt intelligentibus, & æqui inuenientibus scientiam. Prouer. 8. v. 9. Introducitur sapientia de suis sermonibus verba faciens. LXX. πάντα ἐνώπια τοῖς συνιοῦσι, καὶ ὀρθὰ τοῖς εὑρίσκουσι γνῶσιν. Omnia præsentia intelligentibus, & recta inuenientibus scientiam. Chaldaica paraphrasis, Manifesti sunt omnes viro intelligenti, & recti his qui expetunt scientiam. In Romana edit. annotatur verti etiam πάντα ἐνώπια, Scholiasten ὑπόκρισιν. In præcedenti versu erat πάντα τὰ ῥήματα τοῦ στόματός μου. Ibid. 10. *Postquam ipse.*] Gr. οἱ κυβερνῆται τὸν λόγον τοῦ ἀνατιθέναι τὸν ἀνατολὴν τῷ ζῷ παρεδόθησαν. *Qui verbum præduxerunt ipsi se, postquam ipsum vitam exposuerunt,* aut, *vita functi sunt.*

Ibid. 30. *Definiti itaque.*] Gr. διάλεκτον οὖν ἐκλεγόμενα λέξιν ἰδιάζουσαν χαρακτῆρα συνιστῶμεν. *Definiunt itaque Dialectum dictionem quæ gentis stylo & charactere conficitur.* Corinthus de Dialectis, διάλεκτος λέξις ἰδίου χαρακτῆρος πάσιν ὑποτυποῦσα. Dictio proprium characterem formę ostendens est Dialectus.

Ibid. 60. *Si autem ab Hellene.*] Quo tempore vixerit Hellen, discē ex Eusebio in Chronico an. 38. Cecropis 1. Athenien. regis, eumque ita lege ex manusc. *Ab Hellene Deucalionis & Pyrrhæ filio ij, qui primi Græci, Hellenes nuncupati, & Aella Attica vocata.* Clemens tamen pag. 351. tempore Crotopi Deucalionis inundationem constituit cum successor Cecropis regnaret. Mosem Cecropi συγχρονεῖ plerique faciunt, Clemēs Inacho. Pausanias in Lacon. ab Hellade dictos Hellenas vrbe Thessaliæ. Stephanus de vrbibus, de Hellade hæc, ἐκαλοῦντο τότε ὑπὸ Ἑλλήνων ἀπὸ τοῦ Δευκαλίωνος, ἀλλὰ τὸ πρὶν καὶ Σελλοί τινες. Vide Strabonem li. 8. & 9.

674. *Quinctiam iubetur.*] Esaiæ 8. v. 1. Et dixit Dominus ad me: Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stylo hominis: velocitet spolia. LXX. λάβε σεαυτῷ βιβλίον καινὸν μέγα. Eusebius legit βιβλίον καινὸν vt annotatur in editione Romana, in quibusdam libris esse βιβλίον χάρτου καινοῦ, Clemens habet βιβλίον καινὸν καλλιγραφικόν. *Sume tibi librum nouum magnum,* verterunt LXX. & addiderunt *nouum*, vt admonerent prophetiam esse de testamento nouo. Eusebius li. 7. cap. 3. Demonstrat. Euangel.

680.10. *Et puber.*] Solonis de ætate hominis elegos describit, & Philo in lib. de mundi fabricatione vbi pentameter hic ita legitur:

Ἕβδομος δ' ὀκτάετες σύριγμα γενείοιο

non vt apud Clementem

Ηδονὴ γαστρὸς ἀκόλαστος γλυκύδακρυ.

I. Christophorsonus interpres Philonis

*Pubertas hinc suo signa recludit patent.*

Ac licet lectio Philonis vera sit, hoc tamen & de secundo septenario prodit Macrobius in somn. Scipionis li. 1. cap. 6. Post autem bis septem ipsa ætas necessitate pubescit. Tunc enim moueri incipit vis generationis in masculis, & purgatio fœminarum. In tertio mendosè Clemens ἀπ' ἄμφω ἐπὶ ἡβῶν, Philo ἐπ' ἄμφω ἐπὶ γένυν.

*Barba genas decorat, cum tertia crescunt ætas,*
*Aut aurore rubens flore cadente color.*

Macrobius, Post ter septem annos genas flore vestit iuuenta: idemque annus finem in longum crescendi facit. Duodecimum sic habet Clemens.

Οὐκ ἐπ' ἄμφω τὸ ἔμπυον ἔγγα μάστιγος ἐκτύ.

Philo, Οὐκ ἐπ' ἄμφω τὸ ἔμπυον ἔγγ' ἀπάλαμνα ἐκτύ.

*Nec facinus posthac vile patrare velit.*

Quintum decimum cum pentametro Clemens

Τὸ ἕκτον ἐν ᾧ δυνάμεις, μειούμενόν τ' ἀὐτὸ
Πεῖσε μεγαλωσύνης αἰσχύνεσθαι τι ἐς ἀνάγκην.

Philo vero μεγαλωσύνης δ' αὐτὸ Πεῖσε μεγαλωσύνης αἰσχύνεσθαι τι κακοῦν ἐς ἀνάγκην.

*Ad nuptias septem valet virtutes, verum vbi elata*
*Res est, aperagere, sermoque mensque labat.*

Macrobius ait cum numerus septem se multiplicat, eum facere ætatem quæ propriè perfecta & habetur, & dicitur: adeo vt illius ætatis homo, vt pote qui iam perfectionem & artigerit, & necdum præterierit: & cõtilio aptus sit, nec ab exercitio vitium alienus habeatur. Cum vero decas, qui & ipse perfectissimus numerus est, perfecto numero id est hebdadi iungitur, hæc à Physicis creditur meta viuendi. Philo item ibidem ex Hippocrate docet in hominis natura septem esse tempora. Infans est vsque ad annos septem, dum emittit dentes. Puer ad quatuordecim, dum semen in eo crescere incipit. Adolescens vsque ad vigesimum primum, dum barbæ pubescit lanugo. Iuuenis vsque ad vigesimum octauum, dum totius corporis vires augescunt. Vir ad vndequinquaginta, nempe ad septies septem. Senex ad quinquaginta sex. Decrepitus quod inde reliquum est temporis obtinet.

Ibid. 50 *Hæc dies.*] S. Chrysostomus in hunc locum Psalmi 117. ὑμᾶς τοίνυν ἐστὶν ἡ ἡμέρα λέγει ἡ ἀναστᾶσα, διὰ τὸ τετραυματικὰ τὰ ἐν αὐτῇ ἡμαρτήματα μόνην ταύτην λέγειν ἡμέραν ἡ ἡμέρα ἡ ἁγία καὶ ἁγνή, ἐπειδὴ ἐξαλείφει τὰ ἐν αὐτῇ ἐγκλήματα. ὁ λέγει τοιοῦτόν ἐστι· τὰ ἐν δυσὶ ἐγκλήματα τὰ ἐν αὐτῇ ἡμαρτήματα ἡ δυσὶ γενόμενα.

682. 60. *Sed sunt poli.*] Ἀλλ' αἱ εἰσὶ τρίχες ἀνθρώπων ἢ τὰ ὄντως ἀκίνητα, φησὶν ἡ τοῦ λόγου; Ἀλλ' ἡ poli quidam numerati sunt, & tales motiones, quidas etiam Philosophia in aliquo numero erit: & sic de Megarensibus dixit oraculum de quo libro 7. sub finem ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, & Tyrtæus ἐν τῷ λόγῳ καὶ ἐν πολίταις, neque in pretio habendus videtur. Si ergo, inquit, capitis nostri munerati sunt capilli vt ait Dominus Matthæi 10. v. 30. cur non aliquo in pretio Philosophia habebitur, aut numero? vnde addit illud de Sampsone cuius fortitudo in pilis licet reiectitiis, quibus innuuntur externæ disciplinæ, hoc est, profanæ & Ethnicæ; sic enim intelligendum illud, quod sequitur.

685. *Extrinsecus autem Philosophia.*] Nihil hæc puta deesse, verum ita cohærent hæc cum superioribus, vt Græca indicant satis, ἐν τῷ ἐκτὸς ἀκίνητοι, ἤγουν ἡ τῶν λεπτῶν ἐν ἀνάγκῃ ἰδέα. non ita corpori vnanum, vt enim extra populum philosophia, tanquam vestis. Indicat nimirum descendere in vestis oram, non in corpus, & vestem significare Philosophiam, quæ non est pars corporis, vt neque Philosophi ex populo Iudaico, aut Christiano. Ideoque Græci Patres τὰ ἔξω, τὰ ἔξωθεν διατρίβοντα, τὰ ἔξω, ἔξω appellitant, quæ ad ethnicos pertinent. Euthymius in hunc Psalmi locum vnguentum legale indicari ait quod super capita sacerdotum effundebatur, illudque, in oram vestimenti, vertit Aquila ἐπὶ τὸ ἔξω ἐπὶ τὸ ἔνδυμα ἀπὸ ὡς vsque, id est tunicæ eius circa pectus sanctam reddebat inquit Theodoreti interpres, à principe ad subditos vsque concordiæ vtilitas peruenit. D. Augustinus tom. 8. Non puto quod oram vestimenti in lateribus voluit intelligi: sunt enim ocræ in lateribus, sed à barba descendere vnguentum ad oram potuit, quæ in capite est, vbi aperitur capitium. Tales sunt qui habitant in vnum, vt quo modo per oras istas intrat caput hominis, vt vestiatur, sic per concordiam fraternam Christus intrat, qui est caput nostrum, vt vestiatur, & hæreat illi Ecclesia.

683. 20. *Spiritum sensus.*] Gr. πνεῦμα αἰσθήσεως ζωῆς. LXX. Exodi 28. v. 5. ἐν ὅλοις τοῖς πνεύμασι ζωῆς. *Et qui sit bellarum.*] Gr. καὶ ὁ τῶν πολέμων ἐστὶν ἐν ἀνδράσι πολεμικοῖς σοφὸς ἐν αἰσθήσει. In eamdem Romana annotatur vocem σοφὸς abesse à nonnullis libris. Latina vulg. Et loqueris cunctis ingeniis corde, quos replenī spiritu prudentiæ, vt faciant vestes Aaron, in quibus sanctificatus ministret mihi.

684. 20. *Nam per gentes.*] Lib. 7. Strom. 692. 60. *Sunt enim iussu diuino & auctore per gentes dilectus angeli.* Eandem doctrinam immerito à nostri temporis hæreticis in dubium reuocatam confirmat D. Hieronymus in cap. 7. Danielis loco illo Deuteronomij 32. Quando diuidebat altissimus gentes, quando separabat filios Adam, constituit terminos populorum iuxta numerum Angelorum Dei. Sic enim legitur apud LXX. κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων θεοῦ, non, vt habet Latina, filiorum Israel. Idem Epiphanius hæres. 51. & Basilius in Psalm. 11. vitam ab Anastasio Quæst. 60. in scripturam, cum Cyrillo de adoratione in spiritu, cuius verba Græce modum edita sufficiemus. τὸν ἀγγέλον ἀγγέλοις ἐπιστήσαι τῶν ἐθνῶν τὴν διάκρισιν, ἡ ἀλλοτρίαν ἀφορίζει χώραν. Scimus sanctos Angelos à Deo esse ordinatos ad opem necessariam ferendam credentibus, & vt sint veluti duces populi. Item Theodoreti lib. 3. περὶ θεραπευτικῆς de Curatione Græcorum, vbi de dæmonibus agit. ἐπεὶ τοίνυν ἡ τῶν ἀνθρώπων ἐπιμέλεια ἐδόκει δεῖν τοῖς ἀγγέλοις ἐπιτραπῆναι, ἡ δ' ἐφεξῆς αὐτοὺς ἀπὸ τῆς ἀθεΐας ἐκκλίνειν, πάντες ἡμῖν τῶν θεῖων ἐπιστάται λόγων ἀπεφήναντο τοὺς ἀγγέλους τῶν ἐθνῶν ἐπιτετάχθαι τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλὰ μὴ τὴν αὐτὴν ἁπάντων ἐπιμέλειαν ἐπιτετράφθαι· οὐ γὰρ ἂν ἐκκλίναι τὴν πλάνην ἐδύναντο, εἰ τὴν αὐτὴν ἅπαντες ἐλάγχανον φύλαξιν· ἀλλ' ἐπειδὴ τὰ μὲν ἔθνη τοῖς ἀγγέλοις ἐπετράφη, τὸ δὲ τοῦ θεοῦ κλῆρος ἐκ τῆς ἐπιμελείας αὐτὸς ἐγένετο, διὰ τοῦτο καὶ ἐκκλίναι τὴν πλάνην ἐδύναντο, καὶ τὴν ἀληθῆ κατανοῆσαι θεοσέβειαν. Subinde ἀλλ' εἰς τοῦτο ἐγένετο ἡ τῶν ἐθνῶν ἀποστασία. Subinde autem rabie quadam contra humanum genus incitatos quod ad imaginem Dei factum videbant atrox bellum aduersus hominem suscepisse. Deum vero creatorem Angelis præsidentibus custodisse humanum genus, ne qua vel violetia vel eyemonie aduersarius



aduersarius, dum sub aspectum non cadit, superirruens, quem inuidia successus oderat secure disperderet. Neque tamen cœptum sustulisse certamen, vt ea scilicet colluctatio pugiles fortissimos prodoret, eaque occasione plurima virtutis ederentur exempla. Huius itaque rei causa tametsi violentos aduersarij contra nos impetus per Angelorum custodiam repressisset, ille tamen concessit, vt hominis rationes atque discursus tentationum pugna vexaret, vt eos corona dignos ostenderet, qui fortiter restitissent. Neque enim diabolum contra homines armauit ipse, atque instruxit: sed ad eorum vtilitatem diaboli malitia vsus fuit. Ita medicos solere aiunt, quia morborum curationem viperis nonnunquam vtuntur. Hæc ita vertit Acciaolus. quæ si quis cum editione Theodoreti & Anastasij in Biblioth. Patrum contulerit, in libro, quo Acciaolus vsus est, vocem ἀκόλουθος, in eo vero quo Heruetus, ἐκόλουθος desiisse animaduertet. Cæterum Angelos ἐφόρους dictos ait Clemens 221. 30. vt apud Danielem cap. 4. v. 10. Et ecce vigil & sanctus de cælo descendit. Scholiastes Græcus ὁ ἐφορεύων ἄγγελος ἐπὶ τοὺς ἀνθρώπους ἐφορεύων. S. Hieronymus LXX. ἄγγελον transtulisse testis est, Theodotionem vocem Chaldaicam ir reliquisse.

685. 40. *Vt qui sit bellarum.*] Gr. ὡς περιμάχητον ὂν τὸ ἀνδρεῖον παρεδήλωσεν. Ita lib. 1. Strom. 348. Et quæ est quidem ex fide veritas, tanquam panis necessaria est ad viuendum. Quæ autem præcedit disciplina est obsonio similis & bellariis, Desmente cœna, &c. Basilius integram hac de re scripsit homiliam περὶ τέχνης, de qua & Nicephorum ad lib. 19. cap. 26. Hist. Eccles.

## IN LIB. VII. STROMATVM.

694. 30. *Ad acquirendam.*] εἰς αὔξησιν ἀρετῆς καὶ διορθώσεως αὐτῶν. Fed. Morellus Pr. Reg. loco illius corrupti vocabuli reponebat ἐν ἀρχῇ vel *omnem*. *Ad accretionem virtutis & iustitiæ incrementum.*

701. 10. *Et ei ministrare.*] Gr. περὶ ἀσκήσεως τῆς ψυχῆς καὶ διορθώσεως αὐτῆς. *Præparare animam, & exacuere.* διὰ τὰ δικαιώματα δ' αὖτε τὰ δικαιοῦντα sic paulo post περὶ δικαίων καὶ τῶν δικαιούντων sic ἐπὶ τὴν ἄσκησιν τῆς ψυχῆς τὸν λόγον ἐπιστρέφουσι. *Præparant & præparata animam.*

704. *Quiddam boni.*] Theodoretus lib. 6. de Curat. Græcor. hos versus Menandri profert. Bene precor hoc vertat ô Dij multum colendi &c. Vnde constat non duos tantum priores esse Menandri verba, sed & quæ sequuntur vsque ad Antiphontis apophthegma. Porro illud Bionis *Si mus calathum attulerit.* Græce μυὸς τὸν ἄνθρακα ἐνέγκῃ. Theodoreti interpres reddit, *Si mus panarium furtim corrosit.* Simile illud apud Ciceronem 2. de Diuinat. Nos autem ita leues & inconsiderati sumus, vt, si mures corroserint aliquid, quorũ est opus hoc vnum, monstrum putemus. Ante vero Marsicum bellum, quod clypeos Lanuuij, vt à te est dictum, mures rosissent, maximum id portentum haruspices esse dixerunt. Quasi vero quidquam interfit mures, diem & noctem aliquid rodentes, scuta an cribra corroserint. Idem eodem loco Diogenis dicterium tribuit coniectori. Quod etiam coniector quidam & interpres portentorum non inscrite dicitur ei respondisse, qui cum ad eum retulisset, quasi ostentum quod anguis domi vectem circumnexus fuisset. Tum esset, inquit, ostentum, si anguem vectis circumplicasset. Hoc ille responso satis aperte declarauit nihil habendum esse portentum, quod fieri posset.

Ibid. 20. *Aut respicientem quis sit.*] Gr. Ἢ τὸν ὑπὸ τοῦ πάθους ὑπνοῦντα ἐγρηγορέναι. Apud Theodoretum legimus σκοπεῖτε, ἀκούετε. *Speculantem si quis accedat per dum hunc ego Hominem è vestigio. In foro sibi qualibet Nostrum & ambulat, & loquitur & ferrantur, an non enim illæ, qui sunt in ciuitate Ista res sunt vt naturæ institutæ sunt à* Stomutationes olim superstitiosi obseruabant tanquam omina, si dextræ, si sinistræ. Ita vt, si dum induitur calceus sternutamentum obtigisset, lectum repetere soleremt vt tradit Augustinus lib. 1. de doct. Christiana. Inde ἀνθυπτιάσεις frequens mentio de qui L. Cœlius Rhod. li. 24. cap. 27. Antiq. lect. & Ios. Scaliger lib. 1. cap. 16. Autoniauar.

Ibid. 30. *Insignis vestorta.*] ὁ καὶ ἐπὶ τῆς Ἡρακλέους ἐσθῆτος εἰωθώς. Apud Diogenem Laërtium in vita Diogenis Cynici ὁ τὴν δᾷδα παῖς ἐφέλκων τῷ Ἡρακλεῖ. Inscripserat quidam domui suæ vxore nuper ducta, Iouis filius Callinicus Hercules hic habitat, nihil ingrediatur mali, inscripsit ipse. Post bellum auxilium. Idem ibidem. Spadone quodam scelerato domui suæ inscribente, Nihil ingrediatur mali: dominus, ait, domus quanam ingredietur? Conjunxit hæc duo apophthegmata Clemens, quem sequutus est Theodoretus lib. 6. de Curat. Græcor. In fragmentis Archilochi mentio fit Herculis Καλλινίκου.

Idib. *Ij autem ipsi nunc.*] S. Augustinus lib. 16. de Ciuit. Dei cap. 38. Nec more idololatriæ lapidem perfudit oleo Iacob velut faciens illum Deum, neque enim adorauit eundem lapidem, vel ei sacrificauit, sed quoniam Christi nomen à christmate est, id est ab vnctione. Arnobius lib. 1. Si quando conspexeram lubricatum lapidem, & ex olim vnguine ordinatum, tanquam inesset vis præsens, adulabar, affabar. Propertius li. 1.

*Nullas illa suos contemnet flectibus aras,*
*Et quicunque sacer qualis ubique lapis.*

Apuleius lib. 1. Floridor. vel truncus dolamine effigiatus, vel cespes libamine humigatus, vel lapis vnguine delibutus. Hæc collegit P. Colutius in Apul. quibus adde hæc de quibus monuit mos Feder. Morellus Prof. Reg. Tibullus lib. 1. Eleg. 1.

*Nam veneror, seu stipes habet desertus in agris,*
*Seu vetus in trivio florida serta lapis.*

Theophrastus ὁ τὴν δυσκολίαν καὶ ἀηδίαν ἐπιτηδεύων ἐν τοῖς ἀνθρώποις ὁ ἐν τοῖς τριόδοις μισῶν ἐὰν τις ἐπ' αὐτοῖς ἐπιθῇ στέμμα, καὶ ὅσοι γέγραπται μανίαι ἢ περιπατικαὶ ἀποκλίσεις. Einsdem hominis est vnctis lapidibus, qui in viarum anfractibus, & compitis stant, oleum è vasculo diffundere, dein cum in genua procubuerit & adorauerit, alio facessere.

706. *Ego enim neque dulci.*] Gr. ἐγὼ γὰρ οὔτε γλυκεῖ γλυκύτητι ἐλαίῳ μύρου. Heruetus corrigit γλυκάνει, sed non assequitur mentem auctoris. Tu lege ἐν ὑσσῷ λυκείῳ ἐ μυείῳ. Hesychius γλυκὺ πικρὸν ἢ τοὐναντίον. Rectius γλυκάνει πικρόν, quam vt erat, aut vt vsquequidam γλυκλυ. Cœl. Aurelianus lib. 1. cap. 1. Multa enim contrariæ significationis vocabulum sumpserunt, vt fella, quæ Græci γλυκέα vocant, velut dulcia, quum sint amarissima. Idem Plinius lib. 27. cap. 10. Hic ipse Clemens lib. 3. Strom. pa. 177. Florent. edit. μηδὲ πεῖσαι τὴν ἀκοὴν ἡδονῇ τῶν κατὰ μέρος ἀκουσμάτων ἐκβιάζεσθαι ἢ τῶν πρὸς γλυκάνειν. Neque decani liberta-

*tem eam, quæ est sub volaptate seruitutem, sicut ij qui bilem dicunt vultum.* Ita verterat antea Heruetus, sed altera pars huius sententiæ ab eius amanuensi prætermissa est pag. 462. 40. Porro μυελὸν Fauorinus exponit τὰ μυελώδη τῶν femoralia ossa, & Helychius μυελὸν τὸ ἀπὸ τῶν μηρῶν ξηραινόμενον ὀστοῦν. videte igitur hic. *Ego enim neque felle vescor, neque femorum ossibus.* Sic paulo post χολὴν ἔσθιε τὴν πικρὰν, *bilem*, siue *fel*, & *quæ comedi non possunt ossa*. Et pag. 707. 30. *ossibus & bile tosta*. Illud vero infra, num. 30. sic lege, *iustissimo verbo honorantes, per quod acceptimus regnū. ea. q. d. per illud glorif.* Fides ex auditu, aud. per verbum Christi. Rom. 10. Iustum dicit per verbum edoctus, verbo remunerari. Sic pag. 711. 40. *gratias agens per verbum ei datum.*

Ibid. 40. *Sed antiquissimam.*] S. Cyrillus lib. 9. in Iulianum. Videre autem licet ex altari, quod adhuc apud Delon est, apud quod adhuc quia nullum animal offertur vel sacrificatur, piorum vocatum est altare. Ita non solum abstinebant ab animalibus sacrificantes, sed & his qui statuerunt hoc, & qui vtebantur pietatis nomen tribuebant.

707. *Quocirca non male.*] Cicero de natura Deor. 2. Sus vero quid habet præter escam? cui quidem ne putresceret, animam ipsam pro sale datam dicit esse Chrysippus. Qua pecude, quod erat ad vescendum hominibus apta, nihil genuit natura fœcundius. Varro de re rustica li. 2. c. 4. Suillum pecus donatum ab natura dicunt ad epulandum. itaque iis animam datam esse proinde ac salem, quæ seruaret carnem. Plutarchus Sceptes adscribit hanc sententiam lib. 5. Sympos. cap. 10. διὸ καὶ τῶν ἐσθιόντων ἅπαν τὸν ὗν ἥδιστον ἡγοῦνται καὶ ἄνοστον ἐκ τῶν ἀφανῶν ἀπολλύμενον. *Quæ propter.*] τῶν ἄκρων μόνον ἢ κεφαλῆς. Leuitici 16. sit mentio hirci emissarij, quem Græci ἀποπομπαῖον τράγον dicunt. C. Gesnerus de quadrupedibus, Plutinæ hæc de hirci carne citat. Caprarum & hircorum iecora fugito, ne in epilepsiam incurras. Clemens dixit σωμάτων τῶν τοῦ ἀνθρώπου κρῶν βρῶσιν ἀπεσκήψαμεν. Versus autem quos habes in extrema hac pagina recitat Cyrillus lib. 9. in Iulianum. Vnde Porphyrius sic dicit in 2. libro de abstinentia ab animalibus: quod autem non diis, sed dæmonibus sacrificia per sanguinē obtulerunt, à theologis qui virtutem totam norunt, creditum est. Adducit autem & Poëtæ sententiam sic habentem. Quis sic stultus & tam dissolutus Persuasi bilis vir, &c. Vide hæc de re Eusebium li. cap. 5. Præpar. Euang.

Ibid. 20. *Vinum enim.*] Eandem eius sententiam reperies & apud Plutarchum de animi tranquillitate. Vide Theod. Canterum lib. 11. cap. 16. var. lect.

711. 20. *Benignitatem & disc.*] χρηστότητα καὶ παιδείαν καὶ γνῶσιν δικαίου με. Benignitatem & disciplinam & cognitionem doce me. Ita LXX. Psalmo 118. v. 66. vulgata, Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me. D. Hieronymus vertit, Bonum sermonem & scientiam doce me. Euthymius explicat, Bonitatem erga amicos, & cognatos, disciplinam in actionibus, & scientiam in contemplando.

711. 40. *Quod si nonnulli.*] Non antiquum modo, sed inde vsque ab ipsis Apostolis traductum ad posteros esse morem statis horis orandi cum ex hoc constat loco tum ex aliis multis veterum Patrum. S. Hieronymus Epist. 7. tom. 1. ad Lætam. Mane hymnos canere, tertia, sexta, nona hora stare in acie quasi bellatricem Christi, accensasque lucernas reddere sacrificium vespertinum. & Epist. 8. ad Demetriadem. Præter psalterium & orationes diurnem, quod tibi hora tertia, sexta, nona ad vesperam media nocte & mane semper est exercendum stare quot horis scripturam ædificare debeas. Idem Epist. 22. & 27. Basilius singularum rationem reddit, fusè expl. τριῶν τούτων ὡρῶν ἄγει τὸν τοῦ θεοῦ λαὸν ἡ ἁγία γραφὴ συνεπιτείνεσθαι τῇ τῆς ψυχῆς εὐτονίᾳ πρὸς τὴν τῶν ἐντολῶν ἐπιτήρησιν διὰ τῆς τῶν ἀναγκαίων ὑπομνήσεως. Cyprianus de orat. Dominica. Horarum spatia iampridem spiritaliter determinantes adoratores Dei, statutis & legitimis temporibus seruiebant, & manifestata postmodum res est, sacramenta olim fuisse, quod ante fic iusti precabantur. Nam super discipulos hora tertia descendit Spiritus sanctus, qui gratiam dominicæ repromissionis impleuit. De sexta Basil. ὑπὲρ τῆς ἕκτης ὥρας μόνοις τοῖς ἁγίοις ἀποδίδωσιν ἡ γραφὴ τὸν σταυρὸν τοῦ κυρίου τοῦτον ἐπὶ τοῦ σωτηρίου πάθους ἀναπεπτηκότα. Sexta quippe meridies. Cyprianus, item Petrus hora sexta in tectum superius ascendens, signo pariter & voce Dei monentis instructus est, vt omnes ad gratiam salutis admitteret, cum de emundandis gentilibus ante dubitaret. De nona Basil. ὑπὲρ ἐννάτης παρ' αὐτοῖς ἔθος ἦν ἀπολύειν τὴν συνέλευσιν τῆς προσευχῆς ἀλλ' ἐκείνη τὴν ὥραν ἐπὶ τὸν τάφον ἔτρεχον καὶ τοῦτον ἐδέξατο ὁ τῆς ἐκκλησίας ἐπίσκοπος. Cyprian. Et dominus hora sexta crucifixus, ad nonam peccata nostra sanguine suo ablaturus, & ex redimere & vitificare nos posset, tunc victoriam suam passione perfecit. Eadem nonæ ratio redditur & in constitutionibus Apostolicis lib. 8. cap. 34.

Ibid. 50. *Imo vero.*] Cyprianus de orat. Dom. In orationibus vero celebrādis inquirimus obseruasse cum Danielē tres pueros in fide sortes & in captiuitate victores, horam tertiam, sextam, nonam sacramento scilicet trinitatis; quæ in nouissimis temporibus manifestari habebat. Nam & prima hora in tertiam veniens, consummatuni numerum trinitatis ostendit. Itemque ad sextam quarta procedens, declarat alterum trinitatem. Et quando à septima nona completur, per ternas horas trinitas perfecta numeratur. De 3. manſionibus vide 666. 20. lib. 6.

713. 40. *Nemullam aliqua ex parte.*] συνδρομὴν παρέχει πρὸς τὸ ἐφικέσθαι ἡμᾶς τοῦ ἀγαθοῦ. ad verbum, *nonnihil cooperatur ad acceptionem facili accessu ad id, quod desiderat, operationum suarum.* Illud vero quod præcesserit, *& cognitionem, & tempus* ambiguum est. Clemens vult omnem locum & tempus sacrum esse in quo ad Dei cognitionem perueniamus.

Ibid. 50. *Certe per orationem.*] Χριστὸς διὰ δεήσεως ἐδόθη. Hic δόσις accipe non modum, sed mores ipsos vel τὸν σκοπὸν vt ante dixit τὸν συνεργοῦντα καὶ ἐνδιάθετον qui bono animi instituto accedit ad orationem cooperari ad obtinendum, seu affectum animi. sic vetus Comicus δόσις ἐστὶ ἐπαίνου τὸ λέγειν ὁ λέγων. Mores dicentis persuadent non oratio. S. Chrysostomus Homil. in Chananæam. λοιὸν ἡ ἐν ἐκείνοις τόποις συνήθεια ἐπιδείκνυται. ὁ προφήτης δὲ δηλοῖ ταῦτα καὶ ἄνωθεν ἐντεῦθεν, ὁ δεῦτε, ἐξ ἀλλοῦ χόρτου τοὺς ἀνθρώπους ἐπάγων.



mentis. Hieremias in lacu cœni demersus erat fidelicet orans Deum promeruit. Daniel in lacum leonum missus, ad se Dei misericordiā inclinauit. Item post pauca ἐδῶ πάντων ἀπὸ τῶν πόνων κεκλῖνται τὰ ἐν ὕδατι μένοντα ἐπὶ τῆς γῆς συμβαίνουσι φασὶ γὰρ οἱ ἄνθρωποι τὰ ἄκρα τῶν ὤτων τῷ μὲν μὴ ἀδύνατα κινεῖσθαι αὐτοὺς ἐπὶ τοῦτο, κεκλῖσθαι τῷ δὲ ὕδατι μένοντα. Hæc in homilia Chrysostomi non reperiuntur Latina, sed apud Anastasium quæst. 12. in scripturam.

Ibid. 60. *Quoniam autem.*] ἐπεὶ δ' ἡμέρα ἐγένετο ἀνίσχει ὁ ἥλιος, &c. *Quoniam autem natalis dies imago est Orientis & illine augetur lux, quæ primum illuxit ex tenebris, sed & iis qui versabantur in ignorantiæ exortus est dies cognitionis veritatis, ea ratione ad orientem Solem siunt orationes.*

Ibid. *Vnde etiam quæ erant.*] Vitruuius l. 4. c. 5. Ædes autem sacræ deorum immortalium ad regiones, quas spectare debeant, sic erunt constituendæ, vti signum, quod erit in cella collocatum, spectet ad vespertinam cæli regionem, vt qui adierint ad aram immolantes aut sacrificia facientes spectent ad partem cæli orientis, & simulachrū quod erit in æde G. Gyraldus Syntag. 17. Genealog ex Pindari commentariis tradit ad orientem Dijs, ad occidentem Heroibus sacra facta & preces, itemque ex Porphyrio & Luciano supplices diis ἀπαρχόμενοι orientem spectasse. Idipsum à Pythagoricis obseruatum scribit L. Cœlius, Trismegistum autem ad meridiem conuersum orasse lect. antiq. l. 12. c. 2. &c. Quod vero templa dixit Clemens respexisse ad occidentem, de vestibulo intelligendum est non de cella, quo modo & Iosephus l. 8. Antiquit. c. 2. dixit templum Salomonis versum fuisse ad orientem, cuius pars dextera dicitur quæ erat australis, ad quam erat positum mare. 3. Reg. c. 7. Rationem affert Anastasius quæst. 48. in scripturam, τὸ μὲν ἀπὸ δυσμῶν, τὸ δ' ἀνατολῶν ἐπὶ τὸν ἥλιον ἀποβλέπειν, ἵνα μὴ ὀπίσω γινώμεθα τοῦ ἡλίου ἀπὸ ἀνατολῶν προσκυνοῦντες, ἀλλ' ἐπὶ τὸν ἥλιον ἀποβλέπωμεν. *Longitudo quidem erat ab occidentem, latitudo autem ab ortu. Conuersum autem erat non ad orientem, ne precantes adorarent Solem orientem, sed solis Dominum.* Ita legendus est hic locus in Bibliotheca SS. Patrū, vt & ille sub finem quæstionis. *Et totam altitudinem fuisse centum viginti cubitorum, καὶ τὸ ὕψος τῶν ἑκατὸν εἴκοσι πηχῶν.* Id quod indicat locus cap. 3. 2. Paralip. quem subiicit. *Et altitudo centum viginti, & deaurauit ipsum intrinsecus auro puro.* Græcè in manuscripto Reginæ erat ἐπὶ χρυσίου αὐτὸν ἐσωθεν χρυσίου καθαροῦ. interpres videtur legisse ἔσωθεν. Sed & illud ἐσώτερον, mendi suspectum est, si cum Iosepho conferatur vnde sumptum videtur.

Ibid. *Doceamur verti.*] Hunc orandi ritum vultu ad orientem conuerso acceptum ab Apostolis tenuantur hæc veterum Patrum loca, ex quibus & rationes varias petes. Tertullianus aduersus gentes seu in Apologet. Ad Persas si forte deputabimur, licet Solem in linteo depictum non adoremus habentes ipsum vbique in suo clypeo, denique inde suspicio quod innotuerit nos ad orientis regionem precari. Idem aduersus Valentinianos. Amat figuram spiritus sancti, oriētem Christi figuram. Epiphanius lib. 30. scribit pseudoprophetam Elxai nomine prohibuisse orare ad orientem & faciem ad Hierosolyma conuertendam docuisse ex omnibus partibus mundi. Origenes hom. 5. in Num. quod genua flectimus orantes, & quod ex omnibus cæli plagis ad orientis partem conuersi orationem fundimus, non facile cuiquam puto ratione compertum. Apud S. Athanasium quæst. ad Antiochum 16. quæ in Græco mss. est 14. respondendum esse gentibus docetur, ὅτι οὐχ' ὡς ὡς ἀπολαύοντος τοῦ θεοῦ κατὰ ἀνατολὰς προσευχόμεθα διὰ τοῦτο ἐν ἀνατολαῖς προσευχόμεθα ἵνα μὴ ἐπὶ τὸ κτίσμα ἀφορῶντες ἐπὶ τὸν κτίσαντα ἀποβλέπωμεν. ἀλλὰ τὸ πιστὸν ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς ἀνίσχειν. ὅτι τὸ ἀφανὲς σημεῖον ἐστὶ τοῦ ἀφανοῦς θεοῦ ἡ ἀνατολὴ ἀφανὴς γὰρ ἐστὶ καὶ ἀκατάληπτος. Non ideo adoramus ad orientē quod in ea parte modi Deus aliquo modo circumscriptus habitet, sed quia Deus lux est vera, diciturque: eam ob causam ad creatum istud lumen conuersi, non illud quod creatum est lumen, sed eius luminis creatorē adoramus, & ex elemento omnium splendidissimo, omnium elementorum splendidissimum creatorem Deum veneramur. Ita reddidit interpres Ampelander, sed ad verbum ex manuscripto extremum illud sic vertendum est, Ex primo elemento Deum qui ante omnia elementa & secula fuit, venerantes, Christianis aliā rationem reddit, ὅτι δὲ ἐκ πρώτου στοιχείου τοῦ ὄντος πάντων τῶν στοιχείων λαμπροτάτου πάντων λαμπροτάτου τὸν ἀγένητον καὶ ἀπαράλλακτον τὸν θεὸν προσκυνοῦμεν ἐπιστάμενοι καὶ πεπεισμένοι ὑμᾶς ἀφορᾶν ἐπὶ τὸν ἥλιον ἐπὶ τὸν ἀνατολικὸν βαλλόμενοι, ἵνα ἀφῶμεν τὸν αἰσθητὸν ἥλιον καὶ τὸν τοῦτον κόσμον ἀφορῶντες αὐτὸν μᾶλλον ἐπὶ τὸν ἀνατολικὸν ἀποκαλύπτωμεν ἡμῖν ἥλιον δικαιοσύνης. Audiant vero fideles & discant quòd sancti Apostoli Christianorum Ecclesias ideo iusserunt orientem versus suas preces fundere, vt ad Paradisum vnde cecideramus respicientes, suppliciter à Deo petamus & à nostro Domino, vt in antiquam nos patriam & locum vnde cecidimus, restituere velit. Eadem ratio redditur in Constitutionibus Apostolicis lib. 2. c. 57. ex F. Turriani interpret. vide apud Iustinum quæstionem 118. & Damascenū lib. 4. c. 12. de fide orthod. cap. 13.

719. 30. *Pure & casteuolent.*] ἁγίως σεμνοπρεπῶς Fed. Morellus legendum censet σεμνοπρεπῶς precibus Deū pie, castè quæ conciliant.

Ibid. 40. *In sola enim.*] δι' μόνης γὰρ τῆς τοῦ σωτῆρος κλήσεως τὸ ὀνομα ἔσομαι φανερὸς τοῦτο. Cognitionem Clemens definit alibi ἀπόδειξιν τοῦ ὄντως παραδεδομένου λόγου ἢ βέβαιον. demonstrationem eorū, quæ per fidem tradita sunt, firmam certamqi, sapientiam vero hic ait esse cognitionem non quamuis, sed prolati verbi opera paratam, vt cum à magistro docemur, atque hāc solam huius nominis esse notionem.

724. 10. *Heus tu memento.*] μεμνῆσθαι αὐτὸς σὺ κύριε. Eusebius l. 3. histor. c. 14. narrat hoc ipsum ex Clemente, legitque μέμνησο σὺ αὐτὸς σὺ κύριε. Rufinus cap. 30. ita vertit. Aiunt beatum Petrum cum vidisset vxorem suam duci ad passionem, gauisum esse electionis gratia, & exclamasse ad eam cum duceretur, ac proprio nomine compellantem dixisse, O coniux memento Domini. Talia coniugia sanctorum erāt, tam perfecta fuit affectio beatorum. Idem Nicephorus lib. 2. cap. 44.

731. 30. *Nouit ipse.*] De ieiunio quartæ & sextæ feriæ antiquitus vsurpato vide Constitutionum Apostolicar. cap. 19. lib. 5. & 24. lib. 7. ita S. Nicolaum his diebus à lacte abstinuisse memoriæ proditum est.

732. 50. *Dicunt autem.*] Græc. λέγουσι δὲ τὸν παραδοθέντα Μαρδοναῖον εἶναι τόπον. *Dicunt autem in traditionibus dixisse Matthiam*, paulo post, *qui Deo afflat, & afflatur*, Græcè erat διὸ τοῦτο καὶ θεοπνεύστως.

740. 30. *Præter eos qui sensus.*] Græc. πλὴν τῶν τοῦ αἰδεσίου ἀνδρῶν. *exceptis illis qui sensus vellunt.* Philosophi quidam negabant certo sciri quicquam, vt Academici, vllamve sensibus cognitionem posse nos adipisci.

748.30. *Sapientia, inquit.*] Græc. ἡ σοφία, φησὶν ἡ Σολομῶν, ὑπερυψοῖ τὰ ἑαυτῆς τέκνα. Ecclesiast. 4.v.12. apud LXX. ἡ σοφία ὑψοῖ ἑαυτὴν καὶ ἐν μέσῳ ἀρχόντων τὸ ζητοῦν αὐτὴν ἐν τάξει. Sapientia filios suos exaltauit, & suscipit inquirentes se In Romana editione postrema legitur ἑαυτὴν ἀνύψωσεν, in qua & hæc annotantur in scholiis. Et fortasse ex hoc loco sumpsit Tertullianus quod ponit in Scorpiaco, *Sapientia ingulauit filios suos*, & videtur legisse ἀνέθρεψεν. I. Pamelius in Tertullianum scribens, locum illum refert ad cap. 9. Prouer. ἔσφαξε τὰ ἑαυτῆς θύματα. *Immolauit victimas suas*, putatque legisse illū paraphrastice, *filios suos*. Latina vulg. Sapientia filiis suis vitam inspirat, & suscipit inquirentes se. G. Iansenio in ea scribente videtur interpres legisse ἐδίδαξεν, nec multum ab illa sententia discedit lectio Clementis.

750.10. *Vos autem Megarenses.*] Theocriti scholiastes epigramma profert ab Apollinis oraculo Megarensibus redditum vnde hæc duo sunt hexametra,

*Hmiſe δ' ὦ Μεγαρῆες ἀν' ἡσυχίην, ἀν' ἀταρπούς,*
*Οὐκέτι δυσθεσίης, σὺ δ' ὦ λίθε, σὺ δ' ὦ ἀρίθμη,*
*At vos nec recipit Megarenses tertius orbis,*
*Non quærtus, neque bessemi, neque denique nestri*
*Villa vsquam ratio est, nec quisquam numerus ve, lacusve.*

Apud Theocritum tale quid repetitur. Theognidis vero Elegi tantum extant. vide Prouerbiorum Chiliadas. Subijcit iis Clemens duo loca ex sacris literis quorum alter est Esaiæ 40. v.15. Ecce gentes quasi stilla situlæ. Tertullianus aduersus Iudæos, Ne Israël adhuc superbias, quod gentes velut stillicidium situlæ, aut puluis ex area deputentur, vide pag. 545. 20. & 648,40.

## APPENDIX.

80.30. *Priusquam ipsi Mosis.*] Postquam superiora illa collegimus, peruenerunt in manus nostras nescio quidam libri, in quorū vno erant quedam loca Clementis in expositione epistolæ ad Hebræos citata, sic autē scribebatur hic. ὁρῶν ὁ θεὸς ἀνθρώπους κτισθησομένους τῷ Μωσέως διαδήματι ἤδη μελλούσης, ὃς ἐν ἡμέραις ἑπτὰ τὸν ἄνθρωπον ἐποίησε τοῦτο ἐν ἓξ ἡμέραις ἐποίησεν. *Deus videns homines futuros creari per Mosis diadema, qui sex diebus hominem fecit, hoc in sex diebus fecit.* Hæc ille. Sed hæc non sunt Clementis, quæ ex Epistola ad Hebræos citata, ita scribuntur. ὁρῶν ὁ θεὸς ἀνθρώπους κτισθησομένους τῷ Μωσέως διαδήματι ἤδη μελλούσης, ὃς ἐν ἡμέραις ἑπτὰ τὸν ἄνθρωπον ἐποίησε τοῦτο ἐν ἓξ ἡμέραις ἐποίησεν. *Priusquam ipsi Mosis successorem secuti sero tandem didicerint se non posse aliter salui fieri, nisi vt Iesum crediderint*, vel, vt Iosue. In eodem libro ille alter 1. Pædagogi pag. 11. lin. vlt. edit. Florentinæ sic effertur. τῷ μωυσέως διαδήματι ἤδη μελλούσης, ὃς ἐν ἡμέραις ἑπτὰ τὸν ἄνθρωπον ἐποίησε τοῦτο ἐν ἓξ ἡμέραις ἐποίησεν. *Qui mundana proterunt.*] Hunc locum sic legimus in quodā manuscripto, τῷ μωυσέως διαδήματι ἤδη μελλούσης, ὃς ἐν ἡμέραις ἑπτὰ τὸν ἄνθρωπον ἐποίησε τοῦτο ἐν ἓξ ἡμέραις ἐποίησεν. Sic habebat hoc siue glossema siue fragmentum Clementis in expositione quadam Euangelij Ioannis ex multorum commentariis conflaticia, quæ vsi sumus, ex bibliotheca Christianiss. Reginæ Regg. matris Catharinæ Medicææ, eiusdem liberalitate, atque opera sapientissimi viri Ioan. Baptistæ Benciuennij primi eius Eleemosynarij & Bibliothecarij, ac Bellioramæi Abbatis, quo etiamnū promptuatio suppeditata sunt plærāque omnia exemplaria manuscripta, quæ in his collectaneis sint Clemētis siue aliorū scriptorum causa laudata sunt.

135.30. *Almisse.*] Locus est ex Encipidis Medea.

176.50. *Sed in intemperantia.*] Græc. ἀκρασίᾳ δὲ ἀλόγῳ ἡδονῇ. In ora libri sui vir doctus notauerat τοῦτο. *propositum incontinentiæ communicat*, siue, *uniquenat.*

802.2,10. In loco illo Anastasij coniecturam nostram confirmauit alius manuscriptus codex, in quo ita hæc scripta reperimus, ἵνα μὲ βασιλεὺς ἀνέρχηται ἐπὶ τὸν ἔξ, καὶ λοιπὸς ζωογονήσῃ. Item paulo post ita legendum est ex eodem codice ἕνεκα τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἐπὶ πλάσαντος θεὸς ἐν πασῇ διὰ τοῦτο, ἵνα ἐν ἓξ ἡμέραις ἓν ἔργον ἐποίησεν, & apud Latinum interpretem sic, *Quomodo enim cum hominem sexto die finxisset Deus, cum in paradiso collocauit ipse autem incidit in peccatum in eum sexto die millenario*, &c. Tale illud est Irenæi lib. 5. cap. 23. Hunc itaque diem recapitulans in semetipsum Dominus venit ad passionem prīdie ante sabbatha, quæ est sexta conditionis dies, in qua homo plasmatus est secundum plasmationem eam, quę est à morte, per suam passionem donans.

SCRIPTVRÆ

# SCRIPTVRAE SACRAE
## AVTHORITATES, QVÆ SPARSIM IN HI CLEMENTIS ALEXANDRINI Operibus sunt explicatæ.


*Ex Genesi.*

GENES. 6. Videntes filij Dei filias hominum quod essent pulchræ, acceperunt sibi vxores ex omnibus quas elegerant 468,10
1. Sara erat sterilis, & cum non pareret permisit 309,20
Abrahæ vtcū Agar ancilla congrederetur 309,20
32. Aspexi Deum facie ad faciem 144,40
49. Qui lauat in vino stolam suam, & in sanguine vuæ indumentum suum 132,50
Ibid. Et pullum alliganit vineæ 119,50

*Ex Exodo.*

Exod. 3. Inducam vos in terram bonam, lacte & melle fluentem 129,1
15. Gloriosè magnificatus est, equum & ascensorem deiecit in mare 577,60
19. Si audieritis vocem meam, & custodieritis præcepta mea, eritis mihi in regnum Sacerdotale, gens sancta 66,20
20. Non fornicaberis, non mœchaberis 215,30
31. Et cuilibet intelligenti corde dedi intelligentiam 307,50.
32. Saturati, surrexerunt ludere 165,40.
31. Ostende nobis teipsum euidentissimè 387,50. & 585,30

*Ex Leuitico.*

Leuit. 11. Nō comedes leporem, nec hyænam 214,1
15. Vir de quo egredietur semen coitus, lauabit aqua omne corpus suum, & immundus erit vsque ad vesperam. Mulier cum qua coierit, lauabit aqua, & immunda erit vsque ad vesperam 477,40
18. Et cum masculo non dormies fœmineo concubitu 226,1
19. Mercedem pauperis ipso die reddes 423,30

*Ex Numeris.*

Num. 6. Si quis fuerit in eo repente mortuus, statim polluetur caput voti eius, & radetur 112,30. & 114,1

*Ex Deuteronomio.*

Deut. 5. Non concupisces vxorē proximi tui 450,10
6. Erunt verba quæ ego tibi præcipio hodie in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis, & meditaberis sedens in domo, & ambulans in itinere, dormiens atque consurgens &c. 101,20
14. Cōcede matri fœtū, vel septē primis dieb. 423,10
Non comedes leporem, nec hyænam 214,1
Quicquid bifidam habet vngulam, & ruminat, est mundum 279,10
18. Prophetā vobis suscitauit Deus tanquam me de fratribus vestris 141,30
20. Ecce dedi ante oculos tuos bonum & malum, vitam & mortem, elige vitam 596,20
Quando obsederis ciuitatem multo tempore, non succides arbores &c. 418,50
22. Vir vestem muliebrem ne induat 422,40
24. Non coques agnum in lacte matris suæ 425,40
32. Videte, videte quod ego sum, & non est alius Deus præter me 78,20. & 81,60

*Ex Iob.*

Iob 15. Nullus est à sorde mundus, nec si sit quidem vnx dies vitæ eius 481,10
42. Nunc scio quod omnia potes, nihil est autem quod tu non possis 548,10

*Ex Psalmis.*

Psal. 1. Beatus vir qui non ambulauit in via impiorum 414,30
Sed in lege Domini voluntas eius ibid. 50
Non sic impij, sed tanquam pulvis quem proiicit ventus à facie terræ ibid. 60. & 417,40
Quoniam nouit Dominus viam iustorum, & via peccatorum peribit 414,60. & 417,50
2. Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus 79,1
3. Ego dormiui & soporatus sum 559,10
4. Filij hominum vsquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? 79,10
6. Virum sanguinū abominabitur Dominus 120,10
8. Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem 118,40
9. Auertantur peccatores in infernum 642,60
23. Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus &c. 720,40
25. Domini est terra, & plenitudo eius 91,1
28. Dominus super aquas multas 642,50
33. Declina à malo, & fac bonum 526,10
Venite filij, audite me: timorem Domini docebo vos 81,1
35. Domine in cælo misericordia tua, & veritas tua vsque ad nubes 594,30
44. Vnxit te Deus oleo lætitiæ 216,10
Quis ergo sapiens, & intelliget hæc? intelligens, & cognoscet hæc? 666,50
47. Circundate Sion, & comprehendite eam, narrate in turribus eius 736,50
48. Iustus viuet in finem, quoniam non videbit interitum 317,30
50. Tibi soli peccaui, & malum coram te feci 523,50
In peccatis conceptus sum, & in iniquitatibus concepit me mater mea 481,10
71. Inimici Domini terram lingent 91,60
72. Quàm bonus Israël Deus iis qui recto sunt corde? 111,30
73. Notus est in Iudæa Deus 748,40
77. Aperiam in parabolis os meum 564,30
81. Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes 106,10
84. Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione, &c. 80,1
89. Anni nostri sicut aranea meditabuntur 680,40
103. Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem ardentem 594,50
111. Dispersit dedit pauperibus 263,10
117. Hæc est dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea 680,50
Aperite mihi portas iustitiæ 642,50
131. Adorabimus in loco vbi steterūt pedes eius 211,10
132. Sicut vnguentum, quod descendit in barbam Aaron 275,30. & 683.
147. Nulli genti sic fecit, & iudicia sua non manifestauit eis 642,40
150. Laudate eum in sono tubæ, & psalterio & cy-

thera 199,60
Omnis spiritus laudet Dominum 200,1

*Ex Proverbiis Salomonis.*

Prou.1.Et iudicia dirigere, non iudicialia 387,50
3. Parantur intemperantibus flagella, & supplicia humeris insipientum 226,50
5. Ne effundantur aquæ extra fontem tuum 388,1
7. Ne animum adhibeas mulieri malæ, mel enim distillat à labiis mulieris meretricis 308,50
8. Dominꝰ creauit me initiū viarū suarū 78,50.82,10
9. Sed refilias, ne diu moreris in loco eius 346, 68. 788,b10
Ab aliena aqua abstine, & ex fonte alieno ne bibe-ris 252,1.788,b10
11. Circulus aureus in naribus suis 274,20.791.b.20
13. Animæ redemptionis prætium sunt propriæ diuitiæ 267,1
20. Ex ore insipientium, baculus cōtumeliæ 207,10
23. Ne bibite vinum propter ebrietatem 187,20

*Ex Cantico Canticorum.*

Cant.1. Oleum effusum nomen eius 216,10

*Ex libro Sapientiæ.*

Sap.5. Visi sunt cōculis insipientium mori : illi vero sunt in pace 525,1
7. Sunt tibi filij, castiga eos 155,10

*Ex Ecclesiastico.*

Eccl.1. Ipse mihi dedit non falsam eorum quæ sunt cognitionem 387,10
9. Cū muliere, quæ est vino subiecta, ne omnino sedeas, &ne super cubitū cum ea accubueris 207,30
15. Ecce ante faciē vestrā posui mortē & vitā 88,40
19. Omnis ebriosus & fornicator mendicabit, & induetur laceris & pannosis ois somnolentus 187,1
21. Stultus in risu extollit vocem suam, vir autem astutus vix sensim subridebit 204,10
38. Et vnguentarius faciet mixtionem 213,20

*Ex Esaia Propheta.*

Esaiæ 1. Audi cælum, & ausculta terra 548,30
Si me audieritis & volueritis, bona terræ comedetis 88,40
Nouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui 85,50
2. Ex Sion egredietur Lex, & verbum Dei ex Hierusalem 2,1
7. Nisi crediderit is, non intelligetis 535,30
9. Puer natus est nobis, & filius datus est nobis 122,10
Admirabilis consiliarius ibid. & 777,b60
29. Custodi innocentiam, & vide rectitudinē, quoniam sunt reliquiæ homini pacifico 498,60
40. Ego Deus, & non est præter me iustus, & seruator non est excepto me 78,40. & 82,10
Leuate in excelsum oculos vestros 814,2.1
Sicut pastor pascet gregem suum, & brachio suo colliget agnos 119,40
43. Ecce facio noua 591,30
Dominus tradidit ipsum peccatis nostris 130,50
45. Ego sum Dominus, ego sum qui loquor iustitiam, & annuncio veritatem 78,30. & 82,10
54. Audiat quæ non parit, erumpat vocem quæ non parturit, &c. 11,40
56. Seruis meis imponetur nomen nouum 119,20
Ne dicat Eunuchus, sum lignū aridū 480,30. & seq.
59. Peccatis vestris venundati estis 478,50
66. Si non peccasses, non hæc esset minatus 112,30

*Ex Hieremia.*

Hier.1. Ne dicas sum iunior. antequā te formarem, in vtero noui te, & antequam egrederetis à matrice, sanctificaui te 141,10
3. Mœchatus est cum ligno & lapide 481,10
Fuit tibi aspectus meretricis 481,10
5. Et iumentis assimilatus est homo 113,20
Facti estis mihi equi furentes in fœminas 155,40. 225,40
6. State in viis, & interrogate semitas æternas, quænam sit via bona 480,60
12. Cur via impiorum prosperatur 116,30
Spelunca hyenæ facta est domus mea 415,30
20. Execranda sit dies in qua natus sum, & nox ei optanda 480,60
23. Deus appropinquans ego sum, & non Deus procul. Si fuerit homo aliquis in occulto, & ego non videbo ipsum? An non cælum & terram ego impleo? dicit Dominus 78,30. & 81,30. & 147,20
27. Dominus enim qui fecit terram in virtute sua, & erexit orbē terræ in sapientia sua 78,50. & 82,10
31. Post illos dies, dicit Dominus, dabo legē meam in viscerib. eorū, & in corde eorum scribā eam 103,1
40. Quis metietur cælum palmo, & terram omnem pugillo? 78,30. & 81,30
46. Tanquam vituli lactentes 115,1
64. A facie tua montes liquescent, sicut cera à facie ignis 78,30
Threnor.1. Quomodo sedet sola ciuitas 256,30

*Ex Ezechiele.*

Ezech.18. Nolo mortem peccatoris 401,20
43. Circuncidamini fornicationem vestram 217,20

*Ex Osea.*

Osee 1. Argentea & aurea fecerunt Baal 143,1
4. Nō visitabo ipsos, quoniā ipsi cū meretricib. 155,40
6. Misericordiam volo & non sacrificium 500,20

*Ex Ioele.*

Ioel.2. Et erit post hæc, Effundam de spiritu meo super omnem carnem, & filij vestri, & filiæ vestræ prophetabunt 594,1

*Ex Amos.*

Amos 4. Euerti vos sicut Sodomam, & fuistis sicut torris 151,30
6. Qui bibunt vinum percolatum, & super lectum sedent eburneum 188,20

*Ex Abacuc.*

Abac.2. Iustus ex fide viuet 389,50

*Ex Michæa.*

Ego Dominus Deus 144,10

*Ex Zacharia.*

Zach.3. Ipse ergo cui est nomen Orienᵗ 101,40
8. In te est qui elegit Hierusalem, non ecce hoc est torris euulsus ex igne? 81,30
9. Lætare valde filia Sion. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, &c. 119,50

*Ex Malachia.*

Malach.1. Ab ortu solis vsq; ad occasum magnū est nomē meū in gentib. & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda 592,40
2. Qui irritatis Deum sermonibus vestris, & dicitis, in quonam eum exacerbauimus? 459,40
3. Ego sum Deus, & non mutor 73,60
Deo restiterunt, & salui facti sunt 459,20

*Ex Matthæo.*

Matth.3. Potens est Deus ex his lapidibus suscitare filios Abrahæ 2,10
5. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam 497,20 ibid.
Beati pauperes spiritu
Beati mites, quoniā ipsi possidebunt terram 498,10 Beati





Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur 500,20
Beati qui lugent, quoniam ipsi consolationem accipient 500,10
Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt 500,40
Beati eritis, quando vos odio habuerint homines, &c. 501,10
Nisi abundauerit iustitia vestra plus quàm Scribarum & Pharisæorum, &c. 686,1
Hic est maximus in regno, qui fecerit & docuerit 426, 20
6. Ne solliciti sitis, quid comedatis aut bibatis, &c. 229,40
7. Non est arbor bona, quæ facit fructus malos, &c. 203 40
8. Sine mortuos sepelire mortuos suos, tu autem sequere me 455,20
10. Ne portetis crumenam, non peram, neque calceamentum 266,50
Quicunque me confessus fuerit coram hominibus, confitebor eum coram patre meo 514,30
Qui perdiderit animam suam, seruabit eam 431 50
11. Confiteor tibi pater cæli & terræ, quòd abscondisti hæc à sapientibus, & reuelasti ea paruulis 128,10
Ecce qui in vestitu glorioso & delitiis degunt, sunt in terrenis regiis 231,40
Meum iugum suaue est, & onus meum leue 6,1
18. Qui se humiliauerit, vt hic puellus, is est maior in regno cælorum 119,50
Vbi sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum 473,30
19. Quod Deus cōiunxit, homo non separet 464,30
Vende omnia quæ habes, & da pauperibus 498,10
Non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est. Sunt Eunuchi, qui de matris vtero sic nati sunt, &c. 448,10, & 464,30
21. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus & mitis, & qui ascendit subiugalem, & pullum nouum 119,30
Benedictus qui venit in nomine Domini, Osanna in excelsis 118,40
22. Filij illius seculi, nec nubūt, nec nubūtur 476,40
23. Ne dixeritis vobis magistrum super terram 391, 20. & 476,50
Quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alis 119,10
25. Agnelli stant à dextris 118,60
26. Accipite, bibite, hic est sanguis meus 188,50

*Ex Marco.*

Marc.6. Nolite thesaurizare in terra, vbi tinea & ærugo demolitur 476,30

*Ex Luca.*

Luc.1. Ego vox clamantis in deserto : Parate vias Domini, &c. 11,30. & 13,30
6. A te petenti des, & eum qui velit accipere, non auerseris 465,30
8. Qui habet aures audiendi, audiat 554,30
9. Ne portetis crumenam, non peram neque calceamentum 266,40
9. Vulpes foueas habent 498,40
Qui diligit patrem vel matrem plus quàm me, non est me dignus 741,10
11. Quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur: petite, & dabitur vobis 732,10
12. Quicunque me confessus fuerit coram hominibus, confitebor eum corā patre meo, &c. 514,30
Nolite thesaurizare in terra, vbi tinea & ærugo demolitur 476,30
Et nolite in sublime tolli 229,50
18. Nisi cōuersi fueritis, & efficiamini sicut hi pueli, non intrabitis in regnum cælorum 118,30

*Ex Ioanne.*

Ioan.1. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, &c. 9,30
Lux, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum 73,10. 93,40
In propria venit, & sui eū non cognouerunt 736,10
Deum nemo vidit vnquam 73,1
4. Ego habeo manducare cibum, quem vos nescitis 132,20
6. Comedite carnes meas, & bibite sanguinē meum 130,10. & 131,30
7. Si quis sitit, veniat & bibat 88.20
10. Ego sum pastor bonus 143,20
11. Ego sum ostium 12,1
14. Veniemus, & apud eum mansionē faciemus 8,10

*Ex Actibus Apostolorum.*

6. Non est bonum nos relicto verbo Dei, ministrare mensis 208,1
17. Superstitiosiores vos video 345,10. & paulo post, Ignoto Deo ibid.30

*Ex epistola D. Pauli ad Romanos.*

Rom.1. Iustitia Dei in ipso reuelatur ex fide in fidem 554.40
Cùm Deum cognouissent, non vt Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & mutauerunt gloriam Dei in similitudinem carnis corruptibilis, & seruierunt creaturæ potius, quàm creatori 79,10
2. Si tu autem Iudæus cognominaris, & in lege requiescis, & in Deo gloriaris, &c. 379,60
3. Per legem peccatum cognoui 449,50
6. Peccatum vestri non dominabitur : non enim estis sub lege, sed sub gratia 468,50
7. Quid dicemus? Lex est ne peccatū? Absit. Sed peccatum non cognoui, nisi per legem 472, 1. & paulo post, Non habitat in carne mea bonum, ibid.10
Corpus quidem mortuum propter peccatū, ibid.20
Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? 453,40
8. Vos autem non estis in carne, sed in spiritu. Siquidem spiritus Dei habitat in vobis 472,30
10. Quisquis credit in ipsum, pudore non afficietur 543,60
Fides ex auditu: auditus per verbum Dei 398,50
11. Sed eorum delicto salus Gentibus 405,40
14. Nō est regnū Dei esca & potus 192,60. & 464.10

*Ex 1. epistola ad Corinthios.*

1. Cor.1. Prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & veritatis 320,40
2. Sapientiam loquimur inter perfectos 581,40
3. Ego non potui loqui vobis tanquam spiritalibus, sed tanquam carnalibus 129,20
Lac vobis potum dedi tāquam infantibus in Christo, non cibum : nondum enim poteratis, &c. 128,60. & 130,1. & 131,20. & 583,50
6. An nescitis quòd sancti mundum iudicabunt? 736,50
Ne fraudetis vos inuicem, nisi ex consensu ad tempus 485,10
Ne desideres cibos dimitum 172,10

7. Qui est cœlebs, curat quę sunt Domini: Qui autem duxit vxorem, quomodo placeat vxori 478,10
Melius est nubere, quàm vri 448, 20. & 450, 60
Bonum est homini mulierem non tangere, sed propter fornicationem vnusquisque suam vxorem habeat 480,10
Non enim accepistis spiritum seruitutis rursus in timorem, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus abba pater 472, 40
8. Scimus, quod idolum non est in mundo 64,50
Scientia inflat 750,40
10. Nolo vos ignorare, fratres, quòd omnes sub nube erant, & spiritualis cibi & potus erant participes 745,1
Omnia vobis licent, sed non omnia expediunt 243, 10, & 461,50
11. Quando eram paruulus, cogitabam vt paruulus, loquebar, vt paruulus 128,20
Mulieris corona est vir 218,10

*Ex 2. ad Corinthios.*

2. Cor. 12. Noui hominem in Christo raptum vsque ad tertium cęlum, & illinc in paradisum, qui audiuit verba arcana, quæ non licet homini loqui 587,20

*Ex Epistola ad Galatas.*

Gal. 3. Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non est Iudæus neque Græcus, &c. 117,50
4. Et ego genui vos in Christo Iesu 561,40
Ita & nos cum essemus infantes &c. 128,40

*Ex Epistola ad Ephesios.*

Ephes. 1. Gratia saluati estis per fidem 134,60
Eramus enim nos quoque aliquando filij iræ, sicut etiam reliqui 29,20. & 32,10
Vt possitis legentes intelligere intelligętiam meam in mysterio Christi 380,60
4. Testor in Domino, ne amplius ambuletis sicut & Gentes ambulant, in vanitate mentis suæ &c. 79,50
Expergiscere, qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus Dominus 79,40. & 430
Induite nouum hominem, qui secundum Deum creatur 479,60
Donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis Dei in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi 110,50
5. Ne inebriemini vino, in quo est multa luxuria 187,30

*Ex Epistola ad Philippenses.*

Philipp. 3. Quicunque ergo perfecti, hoc sentiamus 134,20

*Ex Epistola ad Colossenses.*

Coloss. 2. Videte, ne quis sit qui vos seducat per philosophiam, & inanem deceptionem 318, 20. & 642,30

*Ex 1. Epistola ad Thessalonicenses.*

1. Thess. 1. Cùm possemus oneri esse, fuimus mites in medio vestrum 110,40

*Ex 1. Epistola ad Timotheum.*

1. Tim. 4. In nouissimis diebus deficient quidam à fide, prohibentes nubere, & abstinere à cibis 464,60

*Ex 2. ad Timotheum.*

2. Tim. O Timothee, depositum custodi, deuitans prophanas vocum nouitates, &c. 409,60

*Ex Epistola ad Hebræos.*

Heb. 13. Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus 531,60

*Ex 1. Epistola D. Petri.*

1. Pet. 2. Nos genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, &c. 62,1. & 66,50
4. Operit charitas multitudinę peccatorum 414,10

Ex 1. *Epistola D. Ioannis.*

1. Ioan. 3. Si quis viderit fratrem suum peccantem, peccatum non ad mortem 414,20

*Ex Apocalypsi.*

Apoc. 21. Et vidi cælum nouum & nouam terram 603,50

## INDEX LOCORVM QVÆ ALITER APVD *Græcos leguntur atque in Latina vulgata.*

Deuteronom.

*Cap. 15. versu 9. Attende tibi, ne forte fiat verbum occultum* 804,40

Iob.

C. 14. v. 4. *Nullus est à sorde mundus, nec si vnius diei vita* 809,b 50

Psalmi.

*Psal. 118. v. 66. Benignitatem & disciplinam & cognitionem doce me* 828,b 50

Prouerbia.

C. 1. v. 33. *Qui me audit habitabit in spe* 804,a 30
C. 8. 9. *Omnia præsentia sunt intelligętib.* 669,30. 825,b 30
C. 9. *Ab aliena aqua te abstine* 788,b 10. 796,a 20
C. 10. 4. *Paupertas virum humiliat* 262,10. 789,b 20
C. 10. 15. *Os temerarij proximum est contritioni* 208,30. 783,a 10
C. 11. 24. *Sunt qui propria seminantes plura faciunt* 346, 30. 796,a 10
C. 20. 28. *Eleemosyna & veritas custodia Regi* 423,60. 805,a 10

Ecclesiasticus.

C. 4. v. 11. *Sapientia inflauit filios suos* 829,b 30
C. 6. 34. *Si dilexeris audire, recipies intellectum* 398,50. 803,b 60
C. 31. 21. *Sufficiens est crudito exiguum* 289,40. 782,a 10
C. 31, 30. *Ferri aciem probat fornax* 186,60. 781,a 30

Sapientia.

C. 2. v. 12 *Tollamus iustum à nobis* 599,50. 817,b 40

Esaias.

C. 8. v. 1. *Sume tibi librum nouum magnum* 815,b 60
C. 10. 13. *Et commouebo ciuitates habitatas* 811,a 10
C. 40. 15. *Quis cognouit sensum Domini?* 609,40. 810,b 20
C. 40. 18. *Cui similem fecistis Dominum?* 599,50. 817,b 60
C. 61. 2. *Et vocare annum acceptabilem Domini* 802,a 40

Hieremias.

C. 3. v. 4. *Fenen in domum vocasti me, patrem, & principem* 156,50. 778,b 40
C. 3. 19. *Collocabo te in filios* 811,b 30

Amos.

C. 4. v. 13. *Quia dominus ego firmans tonitruum, & creans spiritum* 775,b 60

Nahum.

C. 3. v. 4. *Meretrix speciosa & grata, dux maleficiorum* 778,b 60

Lucas.

C. 14. v. 15. *Beatus qui comedet prandium in regno Dei* 779,b 60

Iudas.

v. 8. epist. *Et hi somniantes carnem maculant* 807,b 1



# INDEX LOCVPLETISSIMVS RERVM ET VERBORVM IN CLEMENTIS ALEXANDRINI OPERA, & Gentiani Herueti Commentarios.

*In quo prior numerus paginam: posterior eiusdem paginæ lineam denotat.*

## A

ABARIS Scytha, vates insignis 363,30
Abathan Israëlitarum dux 354,40
Abderitanus Sophista 227,10
Abel fide maiorem hostiam obtulit quàm Cain 390,50
Abigei qui dicantur 322,40
Abimelech quid significet 121,30
Absutio quid significet 540,40
Abraham honesto loco natus, & dines 252,60
Abraham cur Saram vxorem, suam sororem appellauerit. 662,60
Abraham quo pacto iustificatus ex fide, non ex operibus 321,20
Abraham est pater Hebræorum & Gentium 450,10
Abraham versatus in astronomia 312,60
Abraham hospitalis & vxor eius 538,30
Abraham fuit fidelis & iustus 309,20
Abraham quatuor reges subegit 252,60
Abstinere à peccatis, est vera puritas 704,50
Abydos insula in Sicilia 178,50
Academia vetus in quos desierit 330,50
Accessorium opetis loco prouerb. 821, b.50
Accipiter quid denotet 577,50
Accusatio & maledictio in quo differant 160, 30
Acephalus quid significet 189,30
Acephalus, stella latens sub alia stella errante 194,60
Acharnania ciuitas Heraclita 45,1
Acherontem transire 278,10
Acicatis columna 334,10
Acinaces quid 53,60
Acinus quid sit 139,60
Acrisius rex Argolicorum 49,10
Ἀκροάσεως qui dicantur 191,50. 780,b 40
Actæus quando floruerit 351,50
Actiaca victoria 801,a 60
Actio bona quænam sit 565, 20
Actionis cuiuslibet sunt tres fines 717,60
Actiones sunt duplices 675,50
Actiones bonæ ad cælum viam muniunt 614,20
Actionibus omnibus sermo præest 109,40
Actiones bonæ cui attribuantur 547,40
Actus à Græcis ἐνέργεια dicuntur 4.60
Acusilaus Argiuus in numerum septem sapientum relatus 329,60
Adam primus vates 364,40
Adã an perfectus vel imperfectus formatus 658,20
Adam cur dictus protoplastus, 9,60
Adam perfectus quantum attinet ad formationem 542,30
ab Adam vsque ad diluuium quot anni fuerunt 365,50
Adiaphoristę qui dicantur 473,1
Admiratio philosophiam peperit 408,1
Adolescentem decet silere 210,50
Adolescentes debent reuereri senes 208,10
Adolescentes curvinum bibere non debeant 185,10
Adolescentes cur non apti ad philosophiam moralem 326,1
Adolescentulę imago qualis esse debeat 278,40
Adrastia quid sit 703,20
Adrastus, pædagogus filiorum Crœsi 143,50
Aduentus Domini cur necessarius 559,10
Adulter est in suam vxorẽ amator ardentior 237,60
Adulterium quid sit 690,1
Adulterium spirituale quid sit 681,1
Adulterium tribus modis accipitur 478,40
Adulterium fructus est concupiscentiæ 206,10
Adyta quæ sint, & vnde dicta 19,30
Adyta impia non esse inuestiganda 14,40
Æacus precibus piis pluuiam impetrat 619,10
Ægeria nympha 101,30
Æglom rex Moabitarum 354,20
Ægyptus in quot partes diuisa 44,30
Ægyptus allegoricè mundum significat 309,20
Ægyptus impietatis & superstitionis magistra 122,40
Ægyptij inuenerunt geometriam 74,30
Ægyptij astrologiæ & geometriæ inuentores 331,50
Ægyptij quæ & quot animalia colant 44,20
Ægyptij primi annum in duodecim menses diuiserunt 333,60
Ægyptij tympano vtebantur in prœliis 200,10
Ægyptij cur omnium antiquissimi 9,60
Ægyptiorum philosophia 633,40
Ægyptiorum varij cultus ac religiones 38,10
Ægyptiorum menses 802,b 10
Ægyptiorum superstitio 20,60
Æs Dodonæum 19,60
Æschylus cur absolutus 416,30
Æsculapius cuias fuerit 30,40
Æsculapius medicinæ inuentor 29,10
Ætas hominum 689,30
Ætates hominum quot sunt 604,10
Ætates mutantur per septenarium 689,30. 826,a 1
Æuum quid sit 327,50
Æuum & tempus in quo differant 127,1
Affectio quid sit 405,10
Africanus primus omnium quotidie radi statuit 283,10
Ἀγεσθεν 788,a 20
Agapæ veterum quænam erant 179,20
Agar quid significet 309,40
Agathonis poëtæ versus 612,29

# INDEX.


per Agnos pueri intelliguntur 118,60
Agias historicus 797,a40
Agon Capitolinus 801,b20
Agonotheta quis dicatur 702,60
Agricultura duplex 233,40.& 296,50
Agyeus cur dictus Mercurius 56,60
Αἰών quid sit 329,40. vnde dicatur 293,40
Αἰὼν ἐφ' ὥρᾳ quid 35,30
Alabastrothecæ quid 194,40
Alabastrum poculum 194,30
Album pacificis conuenit 273,60
Alceestidis amor in maritum 532,10
Alcibiades sacra Ceteris violat 21,30
Alcmæon Crotoniata cur astra deos esse putabat 68,50
Alcmæon Perithoi filius, primus librum scripsit de natura 336,50
Alcman Lacedæmonius choream inuenit 316,60
Alere liberos plus est quàm procreare 133,30
Alexander magnus cur filius Ammonis videri cupiebat 59,40
Alexander magnus ebrietati deditus 191,60
Ἀλφίτομαντις vnde deriuetur 29,10
Alexis, Comicus poëta 251,30
Ἀλφιτομάντεις, qui è farina diuinabant 20,50
Allimusij Atticæ populi 40,10
Allegoria constat perpetuis metaphoris 140,10
Allegoricè quæ dicantur 140,10
Allobij philosophi 314,60. & eorum mores 335,1
Ἀμάραντος quid significet 219,20
Amarantus herba vnde dicta ibid.
Amatorium quid sit 116,50
Ambulare coram Deo quid sit 147,30
Amicitia vera quæ sit 434,60
Amicitia triplex est 430,1
Amicitia quomodo perficiatur 726,20
ex Amicitia & lite vniuersitatem pendere 504,60
Amicus fictus noxius 623,60
Amœbeus citharœdus, castissimus 467,20
Amor vnde 47,1
Amor duplex 565,10
Amor capit deos & homines 623,30
Amor Dei erga homines 117,1
Amor pecuniæ quaslibet vrbes expugnat 497,30
Amor sui nimius est causa omnium malorũ 640,60
Amores, morbi & malæ cogitationes hominem perfodiunt 499,10
Amorgina quid 241,20
Amos propheta 758,b50
Amphiaræum oraculum 20,30
Amphiaræus vates Argonautarum 362,50
Amphibolia quid sit 316,50
Amphilochum oraculum 20,30
Amphion Thebanus arte canendi præditus 1,10
Amuleta quæ sint 103,20
Amycus rex Bebrycum 336,20
Anacharsis Scytha, vnus è septẽ sapientibus 329,40
Anacreon Teius amatoria excogitauit 336,60
Anactotelestæ sacerdotes 16,40
Ἀνάθημα quid 66,20
Anaxagoras Hegesibuli filius, Clazomenius primus librum scriptum edidit 336,50
Anaxagoras primus mentem rebus attribuit 391,10
Anaxarchus Eudemonicus 314,1
Anaxarchi philosophi constantia 508,20
Anaximander Praxidami filius 330,40
Anaximenes aërem Deum faciebat 68,1
Androgyni qui sint 225,10
Angelus idem est quod nuncius Latinè 148,10.& 299,20
Angeli distributi per gentes iussu diuino 816,30.b 692,60
Angeli possunt comedere & bibere, quamuis cibo & potu non indigeant 648,30
Angeli quidam incontinentes 468,20
Angeli quomodo loquantur 641,1
Angeli ἐγκοσμήτιοι dicti 221,30.& 817,a10
Angeli sunt hominibus sapientiores 491,30
Angelorum ordines varij 669,30
Angelorum præfecturæ distributæ singulis ciuitatibus 684,10.826,30
Angelorum quis fuerit magister 643,60
Anguillæ delicatæ in Caria 178,30
Anguillæ excæcatæ in aqua turbida capiuntur 741,1
Anima triplex 248,30
Anima est subiectum virtutum 547,30
Anima est pars præstantior hominis 547,30
Anima allegoricè cor dicitur 537,60
Anima an puniatur in corpore 461,30
Anima cur purpurea dicta 241,10
Anima natura non est bonum 547,30
Anima, quæ peccauit, est mortua 6,40
Anima sicca quæ dicatur 193,30.781,b10
in Anima vna, tres sunt vitæ 9,1
Animæ facultates sunt tres 249,40
Animæ principalis facultas habet liberam electi facultatem 671,20
Animæ purgatio est duplex 646,30
Animæ bonæ cum spe bona excedunt 541,1
Animæ non cadunt sub aspectum 681,60
Animæ piorum in cælo habitant 548,10
Animal quid sit 737,30
Animalis significatio varia 739,10
Animantia rationis expertia an dialecto vtantur 366,20
Animi ornamenta sunt virtutes 247,10
Animi sunt relaxandi in conuiuio 186,30
Anni quot fuerunt ab Adam vsque ad diluuium 365,50
Anni quot regnauerunt Imperatores Romanorum 366,50
Annorum supputatio, à constitutione mundi, vsque ad Christum 366,10.20.& seq.
Annulus arctus cur non gestandus 572,40
Annulus Laudicæ 582,60
Annulus vnus à viris tantum gestari debet 582,40
Annuli vsus quis præcipuus 582,50
Annuli in quibus digitis gerebantur 582,40
in Annulo cur Dei figura non pingenda 572,50
Annulos in digitis cur viri ferre non debeant 575,10
Annulos non esse gestandos, quid sit 567,50
Anticipatio quid sit 581,60
Anticipationem qui didicit, facit comprehensionem ibid.
Antilochus quando floruerit 357,20
Antinous formosissimus iuuenis 51,40
Antinoi noctes sacræ 51,50
Antiochus Cyzicenus cur Ioui aureum vestem abstulit 51,1
Antiphanes, Comicus poëta 251,50
Antiphanes, Delius medicus 357,1
Antipho Rhamusius 310,60
Antisthenes auctor Cynicæ sectæ 70,20
Antisthenis de Deo sententia Antitactæ



# INDEX.



Antitactæ hæretici 458,a20
Aod dux Israëlitarum, ambidexter 554,20
Ἀπαγορευτικὰ quid sit 217,10
Apelles quo pacto fortunam effinxerit 57,10. eius dictum 244,50
Apion Grammaticus cur dictus πλαγιαύλης 351,10
Apis Ægyptius primus medicinæ inuentor 335,60
Apis rex Argorum quando Memphim ædificarit 552,30
Ἀπόρρητα quinam dicebantur 41,20
Apollinis cognomina 32,50
Apollinis stupra 54,30
Apollines quot fuerint 29,60.& 32,40
Apollo quid mystice significet 382,50
Apollo quando floruerit 352,50
Apollo cur λέξιος dictus 48,20
Apollo muros Troiæ extruxit cum Neptuno 40,60
Apollodorus Cumanus primus Grãmaticus 337,10
Ἀπόλλων cur Iupiter dictus 43,30
Apostatis cenotaphia structa 815,a30
Apostoli barbam aluerunt 285,20
Apostoli cur dicantur pedes Domini 211,30
Apostolorum doctrina vna fuit & eadem 751,20
Aptitudo quid sit 658,50
Aqua quid significet 142,1
Aqua an prima causa 391,10
Aqua calida mollit membra 264,30
Aqua Choaspica 188,10
Aqua est potus naturalis sitientibus 184,40
Aqua nimis profusa nocet 185,50
Aquæ & vini mixtura prodest 186,1
Aquam bedy Phryges 823,21
Aquila rapinam denotat 577,50
Ara Dei sine sanguine 828,a10
Arabes lapidem adorabant 50,20
Arabes cymbalo vtebantur in bello 200,10
Aræ & delubra non debẽt esse in omni loco 591,40
Aratus Poëta quæ scripserit 77,10
Arati Poëtæ de Deo sententia 75,1
Arbitrium liberum quid sit 549,20.& 555,60.& 588,50.& 699,10
Arbitrium liberum faciendi & non faciendi quomodo habeamus 341,10. 390,1. 417,60. 461,50. 534,30. 542,50. 698,1. 701, 50. 713,20. 715.40
Arbitrium liberum non tollitur Dei gratia 549,20
Arbitrium liberum est fictum in anima 615,60
Arbitrium liberũ quomodo Plato ostendat 611,40
Arca sancta quid designabat 570,1,10
Arcades existimabant se natos ante Lunam vnde προσελήνιοι dicti 9,50 ibid.
Arcades fistula in bello vtuntur 200,10
Arcana Dei mysteria latent in scriptis Prophetarum 269,40
Archelaus Iudææ tetrarcha 747,50
Archemorus quis fuerit 59,50
Archilochus Parius Iambum excogitauit quando vixit 336,60 798,b40
Archilochus cur ad laqueum Lycambem impulerit 357,20
Architriclinus quid, & vnde dicatur 209,50
per Archontas Athenienses significabant tempora 54,20
Ἄρης vnde deriuetur 71,30
Arete mater Aristippi cum erudiit 532,30
Arethusium vinum 188,1
Argolicæ res cæteris rebus Græciæ antiquiores 351,20
Ἀρεσκόσμης Deus 817,a20
Argonautæ tribus vatibus vsi fuerunt 362,50
Argonautarum nauigatio quando extiterit 375,20
Argumentum quid sit 312,10
Argynnis Venus 45,10
Arion Methymnæus cantor excellens 1,10
Arisinapi vnum oculum in fronte tantum habentes 246,40
Aristæus vates insignis 363,30
Aristippus Cyrenæus libidini deditus 211,60
Aristippus eductus à matre 532,30
Aristippi Cyrenæi dictum 434,1
Aristomenes vir fortissimus 47,40
Aristophanes citatus 244,30
Aristophanis duæ Comœdiæ Thesmophorias 786, b30
Aristo Philosophus 440,50
Aristoteles Peripateticorum princeps 310,10
Aristoteles cur arceat iuuenes ab auditione moralis philosophiæ 326,1
Arithmetica & musica in quantis discretis versantur 319,60
Arithmeticæ cognitio quid prosit 655,10
Arma sinistra quid sint 664,30
Armeniorum hæresis 190,20
Ἄρρης quid significet 117,40
Ars quid sit 395,30
Ars sophistica quid sit 315,10
Ars sophistica æquiuocè cum veritate sapientia dicitur 317,40
Ars est robore maior. 617,40
Artis principium quid sit 315,10
Artes liberales acuunt ingenia 320,10
Artes liberales stant in circulo 309,10
Artes liberales sine philosophia sunt exitiales 315,1
Artes liberales non tam habent sensum, quam consensionem 311,10
Artes omnes à Deo procedunt 320,60
Artifex quilibet suum opus diligit 116,10
Arthemisium delubrum Dianæ 49,50
Artorius medicus 185,50
Ascetæ monachi vnde sic dicti 223,10
Ascodrupetarum hæresis 319,20
Asellus, piscis, cor habẽs in ventre 177,40.780,a20
Asinus cur intemperans dicatur 493,1
Asinus ad lyram, prouerbium 295,30
Asini & Canes cur Marti immolarentur 53,10
Ἀσκηταὶ cur monachi dicti 101,10
Ἄσκησις quid significet 575,30
Ἀσκητὴς quid sit 187,30
Ἀσκητὰ, & ἀσκηταὶ quid significent 173,30. & 180,60
Aspasia Milesia 532,40
Assimilatio quid sit 429,60
Assyrij Græcis sunt antiquiores 351,30
Astra cur deos esse quidem censuerunt 18,50
Astronomia quid sit 312,60
Astronomia à quibus inuenta 74,30
Astronomia ad medicinam multum confert 323,40
Astronomia in quanto continuo versatur 319,60
Astronomia quę laudãda, & quæ vituperãda 656,50
Astutus pro prudente 204,10
Ates descriptio 65,10
Athamas seipsum ignorauit 413,1
Athenienses luxui dediti 259,20
Athenodorus Sandonis filius 51,30
Athletarum voracitas 171,40. 779,a50. præmia 214,20.784,a50

# INDEX.


Ἄβλαξ vnde 35,30
Atis cur Dionysius vocatus 16,60
Atlas quid sit 570,10
Atlas Libs, primus nauem fabricatus est 336,1
Atossa Persarum regina, prima epistolas scripsit 336,30
Atropos vna ex Partis, vnde dicta 28,40
Atys vnde dictus 25,10
Auaritia cur fugienda 503,40
Auarus minus habet, quod habet, quàm quod non habet 198,60
Audire pro eo quod est sentire sumptum 554,30
Audiziones turpes vitandæ 206,1
Auernus lacus in Hetruria 21.20
Auerruncani dij, malorum depulsores 46,20
Augiæ stabulum, prouerbium 41,10
Augures vnde 20,40
Augustus quot annis regnauerit 366,30.801,b40.
Auium volatus qui primi obseruauerunt 535,50
Aures fucare non decet in conuiuio 209,20
Aurum est regni symbolum 211,50
Aurum pulchrè sæpe ponitur 247,10
Auri & argenti possessio inuidiosa 195,60
Αὐτάρκεια virtus 272,20.
Αὐτάρκεια quid sit 353,30.
Auxilium colligitur benevolentia, dissoluitur verò inimicitijs 430,20
Auzo vnde dicatur 19,10
Axiothea Phliasia 532,30

B

BAbylon quando euersa 365,30
Bacides tres 361,40
Bacidis oracula ibid.
Bacchus Moyse posterior 337,1
Bacchus quando inter deos relatus 332,10
Bacchus cur Lenæus dictus 40,50
Bacchus vnde Dionysius dictus 21,30
Bacchus & Pluto, idem 40,50
à Baccho ad Herculem quot anni fuerunt 332,10
Bacchylides 190,60.828,250.822,b60
Baculus Iacob quid designabat 273,1
Balnea viris & fœminis communia 790,21
Balnea citò faciunt consenescere 271,10. ἀκροσυναισθησία 270,10
Balnea pensilia quis primus facere instituerit 264,10
Balnea Herculana 264,30
Balnei quatuor causæ 270,1
Balnei frequens vsus vires adimit 270,10
Balneis calidis reficiuntur vires 264,30.790,250
in Balneis quomodo sit versandum 265,20
Balneis quomodo & quando vtendum 270,60
Baptismus Christi & Ioannis in quo differunt 13,20
Baptismus Catholicorum quo pacto differat à baptismo hæreticorum 350,30
Baptismus, illuminatio, & lauacrum idem significant 88,20
Baptismus cur φώτισμα appelletur 102,40
Baptismus est lauacrum spirituale 141,60
Baptismus verus germanus quid sit 349,30
Baptismi opus quot modis appelletur 116,10
Baptismi varij effectus 134,50
per Baptismum culpa, reatus & pœna tolluntur 134,50
in Baptismo omnia peccata dimittuntur 549,30
Baptismata Moysis multa 477,50
Baptizatus cur perfectus dicatur 333,1
Baptizati cur olim statim lac & mel prægustarent 142,10
Barathrum quid sit, & vnde dicatur 19,40.& 65,40
Barba est viri signum 256,10
Barba cur non radenda 283,40
Barbam radere an debeant clerici 283,10
Barbam Hebræi magnam raserunt 283,40
Barbam qui raserint, & qui nutriant 283,10
Barbari qui dicebantur 4,30
Barbari Græcis antiquiores & sapientiores 74,30
Barbari non solius philosophiæ, sed etiam ferè omnium artium fuerunt inuentores 335,50
Barbellotarum hæresis 329,20
Barnabę epistola pro Catholica sumitur ab Alexandro 437,40
Barnabas citatur 577,30
Basilicum vnguentum quo pacto conficiatur 216,60
Basilides citatur 516,30
Basilidianorum hæreticorum reprehensio 448,40
Basilidis reprehensio 521,40
Basis quid 110,30
Bassaris quid 26,50
Batalus fuit vir effœminatus 257,40
Batali qui dicantur 257,30
Baubo minister Cereris 17,30
Beatissimus quis dicatur 621,30
Beatitudo quid sit 441,10.20. & 442,10. & seqq. & 421,10
Beatitudinis quis sit finis 423,30
Bec lingua Phrygia panem significat 9.50
Bedy quid significet 275,60.& 578,1
Beelzebub quid significet 45,10
Bellicosæ Gentes ebrietati deditæ 193,60
Bendidia festa in honorem Dianæ 35,40
Benedictio ad duo refertur 281,30
Benefacere melius est ex arte, quàm casu 311,30
Benefacere perfectè quinam dicantur 541,60
Beneficium tollitur, si tollatur qui est benefactus 525,1
Bene viuere & mori, vitæ est præferendum 565,1
Beneuolentia quid sit 399,60
Berosus Sibyllæ pater 26,30
Bessæus quid 26,30
Bias Prieneus, vnus è numero sapientum Græciæ 329,40
Bibere & edere simul non licet 171,40
Bibere & fugere in quo differant 129,30
Bibere Iesu sanguinem quid sit 184,50
Bibliotheca Alexandrina 368,20
Bisaltæ Scythiæ populi 260,1
Blistiches, pellex Canopi 51,30
Blityri quid sit 755,40
Bocchoridis iudicium de quodam adolescente 527,40
Boleas, filius Bedan, Israelitarum dux 230,50
Bombyx vermis, & eius natura 514,40
Bona dicuntur per se, & per participationẽ 504,40
Boni finis non natura, sed disciplina 311,30
Boni priuatio quot modis fiat 522,60
Bono nihil præstantius 149,50
de Bono summo variæ sententiæ 411,20
Bonorum diuersa genera 500,40
Bonorum omnium causa est Deus 308,20
Bonorum virorum sunt omnia 308,30
Bonum & malum scire necessarium est 670,60
Bonum quid sit 149,40
Bonum quale sit 76,40
Bonum quot modis dicatur 149,50
Bonum quatenus bonum, semper prodest 149,30
Bos ænigmaticè quid significet 372,1
Bos cur dictus Iudæus 637,1
Botrus mysticè quid significet 190,10
Brachmanes qui sint 337,60
Brachmanes valde continentes 468,40
Brachmanes Indorum philosophi 331,60
Βραῦρον quid, & vnde 50,50.& 54,1
Brevitas Laconica 311,60
Brimo cur Ceres vocata 15,50
Britanni veteres cur glasto vultus suos tingebant 259,50
Briaxis statuarius insignis 50,50
Bupalus primus simulachrum fortunæ fecit 57,10
per Butyrum quid significetur 142,50
Byssinæ vestes quando inuentæ 336,50
Byssus quid 241,20

C

CAbalica quæ sit doctrina 575,40
Cachinnatio quid sit 205,20
Cadmea victoria quid sit 515,10
Cadmus Phœnix primus inuenit lapicidinam 336,10
Cadmus inuentor Græcarum literum 351,30
Cadmus pater Semeles quando venerit 351,30
Cædes quid sit 681,10
Cælt an sint multi 587,30
Cælum cur à Pythagoræis vocetur κύτος 611,20
Cælum propriè cur dicitur ciuitas 549,10
Cælum duobus aurigis lætatur 253,40
Cæus sophista 231,50
Cainorum hæresis 329,20.& 751,20
Calceamenta qualia esse debeant 241, 30. fœminarum alba 785,b60
Calceamenta diuitum iumenta 266,50
Calcei mensura, pes 266,60
Calceorum varia genera 241,60. cum subere 787, b40
Calceorum vsus varius 241,40
Calchas vates insignis 565,10
Calida aqua mollit membra 264,30
Callimachi causæ obscurum opus 577,20
Callionymus quid sit 505,30
Calloni impietas 467,1
Campania gaudet milio 260,1
Candelabrum situm in australibus partibus thuribuli quid indicabat 569,50
Canes & Asini cur Marti immolarentur 33,10
Canicies ad mœstiam traducit 276,1
Cantus tria genera 205,10
Caphienses 42,10
Capilli soluti quid mysticè significent 211,20
Capilli alieni non sunt apponendi 275,60
Capilli mulierũ quales esse debeant 275,30,284,10
Capito musicus 5,40
Capræ ad diuinationem exercitatæ 21,10
Cares philosophi primi præscientiam quæ ex astris colligitur inuenerunt 335,60
Cariæ Chelidoniæ 171,60
Cariæ musæ 199,50
Carmina scolia quæ 203,20
Carnales qui dicantur 129,30
Carne vti, quid sit 439,50
à Carnibus abstinere bonum est 181,60
à Carnibus cur Christiani abstineant 710,20
Carnibus vesci belluarum magis est, quàm hominum 181,60
Caro quid sit propriè 138,1
Caro quid allegoricè significet 131,40
Caro Christi & sanguis dupliciter intelligitur 190, 40
Carpocrates hæreticus 449,10
Carpocratiani hæretici ibid.
Carpocratianorum reprehensio 450,3.807,a20
Carpus quid 28,50,& 247,60
Cassiani error 483,50
Cassianus cur existimauerit Christum habuisse corpus phantasticum 486,10
Castalius fons 14,40.& 20,20
Castè viuere melius est, quàm iungi matrimonio 451,1
Castigare quid sit 154,10
Castigare & vlcisci in quo differant ibid.
Castigare & punire in quo differant 747,60
Castigatio quid sit 256,20
Castigatio moderatum & temperantem efficit animum 326,50
Castitas est donum Dei 448,60
Castitas est sancta cogitare 558,10
Castor & Pollux quando inter deos relati 352,10
Castoris & Pollucis origo 33,40
Casu & fortuna contingere, differunt 349,10
Catechesis quid sit 127,40.& 136,20.245,50
Catellæ tales sunt, quales dominæ 284,40
Causa quid sit 763,60. & eius species 10.50
Causa omnis agendo consideratur 764,60
Causa prima non est in loco 585,30
Causarum quot sint genera 763,50.& 764,50
Cecrops qui duplicem habebat naturam quando floruerit 551,50
Cecropes duo 49,10
Celmis & Damnaneus ferri inuentores 336,1
Celtæ ebrietati dediti 188,40
Celtarũ nomine Germani cõprehenduntur 193,60
Centones, siue Centrones quid sint 298,10
Cephysus fluuius 43,10
Ceres prima leges tulit 24,10
Ceres cur Brimo vocata 15,50
Ceteris fabula 17.1
Ceteris mysteria 15,50
Cetus fistulis demulcentur 199,40
Cestus quid 24,60
Ceyx filius Æoli, Iupiter appellatus 59,30.& 63,40
Chærogryllus quid 254,1
Calchus quid sit 261,60
Chaldæi primi Astrologiæ inuentores 335,50
Chaones primi Epiri populi 19,50
Charillus quot annis regnauerit 356,10
Charitas quid sit 172,50.& 173,1.& 286,1.& 649,1
Charitas duobus modis dicitur 279,30
Charitas multis modis intelligitur 424,1
Charitas est plenitudo legis 531,1
Charitas est propriũ Christianorum bonum 179,60
Charitas est totius virtutis summa 504,60
Charitas Dei in quo consistat 529,40
Charitas non finit peccare 527,1
Charitas propter amicitiam cum fide, facit fideles 400,30
Charitatis proprietates 526,40
Charitatis fundamentum est fides 400,30
Charitatis quanta sit authoritas 502,30
Charmus primus Cupidinẽ coluit 46,60.& 48,40
Chelyttis cur Venus dicta 45,50
Cherubim quomodo interpretatur 570,30

Cherubin sex alas habentes quid significabant 370,10
Chiliastæ hæretici sperantes post resurrectionem se mille annos esse victuros in delitiis 111,10
Chilo Lacedæmonius, vnus è septem sapientibus 329,40
Chiron quis fuerit 338,10
Choaspes, fluuius Indiæ 188,10
Choaspica aqua 188,10
χοῖρος quid propriè 44,10
Choriambi metri inuentor Hipponax 339,30
Christianus quisnam verè dicatur 106,1
Christianus qualis in tota vita esse debeat 171.10
Christianus solus est diues 264,40
Christianus frugalis esse debet 267,10
Christiani actio quænam sit 169,20
Christiani nomen Antiochiæ primùm vsurpatum 4,10
Christiani vnde dicti ibid. & 392,10
Christiani cur cæteris gẽtibus antiquiores 9,20,40
Christianorum vita quænam sit 199,40. & 170,30
Christus allegoricè viris dicitur 316.20
Christus, cùm Deus sit & homo, est vnum tamen subiectum 428,50
Christus cur Agricola 102, 50
Christus cur Oriens vocetur 102,40
Christus cur margarita dictus 242,50
Christus cur quæratur 14,20
Christus cur causa omnium bonorum sit 12,20
Christus cur vxorem non duxerit 464,10
Christus Deus in figura hominis, 111,60
Christus dicitur vnctus Latinè 107,50
Christus duobus modis consideratur 550,30
Christus est Deus & homo 10,20
Christus est iustus, & ipsa iustitia 96,40
Christus est legis plenitudo 534,20
Christus est vbique salutaris 91,50
Christus est nostra iustitia & sanctificatio 140,30
Christus, instrumentum cur dicatur 9,10
Christus natus tempore Augusti Cæsaris 367,20. & 374.60.801,b 40
Christus omnibus prodest 115,10
Christus quando passus 375,10
Christus quomodo videatur in Eucharistia 73,10
Christus quot annos vixerit 375,1
Christus solus verus est Seruator 29,1
Christus sua virtute & potentia hominibus dat salutem 6,10
Christus verè est πᾶν 104,10
Christi æaro & sanguis dupliciter intelligun tur 190, 40
Christi cythara est homo 8,10
in Christo duæ fuerunt voluntates, humana & diuina 113,20
in Christo vnum est subiectum 97.20
in Christum non cadit peccatum 111,60
Chromaticæ harmoniæ relinquendæ 201,1
Chromaticum musicæ genus 203, 30
Chylus quid 339,50
Cicadæ in citharæ iugum aduolans, vicem cordę rupt æ supplet 1,20
Cicadis plena, prouerbium 239,10
Ciconiæ parentes senio confectos nutriunt 140,60
Ciconiæ in honore apud Flandros 44,40
Ciconiæ à Thessalis cultæ ibid.
Cibi pares æqualiter nutriunt 184,10
Cibi pluris sunt faciendi, quàm condimenta 325,20
Cibis qui vtũtur vtilissimis sunt robustiores 177,40
Ciborum varietas est morborum causa 174,10 & 178,10
ante cibum laudandus est Deus
Cibus quid mysticè significet 209,40
Cibus & potus quod mysticè significent 58,10 ibid.
in Cinere figuram non relinquere quid sit
Cinyræ diuitiæ, prouerbium 367,40
Cinyras rex Cypri 266,30
Circuli proprietates 23,40
Circulus quid mysticè designat 220,30
Circulus Solem indicat ibid.
Cistiferæ virgines vnde 363,40
Cithæron & Helicon per metonymiã quid significent 28,10
Cithara quid mysticè designet 53
Ciuitates quomodo rectè administrentur 159,60
Clarium Apollinis oraculum 470,40
Cleanthis Pisadei, de Deo sententia 20,30
Clemens Alexandrinus cur quæritur 70,40
Clemens Alexandrinus epistolam D. Barnabæ pro Catholica sumit 258,50
Clementis Alexandrini scopus exhortatoriæ Orationis 417,10
Clementis præceptores 4,10
Cleobulus Linacius, vnus è numero sapientum 329,40
Cleomedes pugil fortissimus 416,30
Cleomenes seipsum ignorauit 411,1
Clericus an barbam radere debeat 181,30
Clothon vna ex Parcis, vnde dicta 18,40
Clypei inuentor quis fuerit 136,10
Cnachzbi quid sit 376,30
Cœna quid sit, & cur fiat 172,60
Cœna qualis esse debeat 180,30
Cœnæ tempore vino cur potius vtendum 185,40
Cœnarum origo vnde 171,40
Cognatio antiquissimum matrimonij impedimentum 446,40
Cognitio quid sit 411,30.500,40.648,10
Cognitio duplex 611,30
Cognitio varia est & multiplex 631,40
Cognitio Dei est occulta 383
Cognitio Dei obscura apud Gentes 443
Cognitio fidelis quænam sit 401,30
Cognitio Dei est res maxima 311,30
Cognitio non est sine fide, neque fides sine cognitione 554,30
Cognitione preditus quis dicatur 555,60
Cognitionis multitudo, est in multitudine sapientiæ 548,30
Cognitionis opinio inflat & fastu implet 307,30
Cognitionis & sanitatis discrimen 170,30
Cognoscere plus est quàm credere 654,60
Coitu non semper vtendum 226,30
per Coitum homo ex homine exilit 217,20
Coitus an sit salubris 233
Coitus an sit necessarius 336,60
Coitus est principium generationis 431,30
Coitus cur res suauissima 107,30
Coitus legitimus ad quid conducat 237,60
Coitus diurnus cum vxore non est honestus 237,40
Coitus eneruat vires 237,30
Coitus est parua epilepsia 227.10.783,b 20
Coitus neruosam substantiam offendit 237,50
Coitus est paruus morbus comitialis 226,
Coitus incertus quas excitet tragœdias 217,20
Coitus





Coitus nullus licitus extra matrimonium 237,40
Coitus nulli prodest 228,10
Colobarsiorum hæresis 329,20
Coloniæ vnde dictæ 103,20
Colophonis fons 20,20
Columbæ cultæ 58,30
Columna ignis quæ ducebat Hebræos quid indicaret 382,40
Columna ignis noctu sit dux Thrasybulo 382,10
Columnæ erectæ priusquam fierent statuæ 377,10
Coma viris non est alenda 283,30
Comam quæ gentes nutriant 257,60
inter Comedendum, cur non loquendum 275,40
Comedimus, vt viuamus: non viuimus vt comedamus 271,30
Comessationes quæ sint 201,1
Comessationis etymon ibid.
Comi varia significata 201,40
Comi quinam dicantur 201,1
Communis quis dicatur 206,30
Cœmœdia à quo inuenta 337,20
Comparatio quarum rerum sit 548,1
Compedes aureæ, prouerbium 247,20
Comus qualis 201,30. & 201,30
Comus, Deus apud veteres, qui præerat nocturnis comessationibus 201,10
Concanitas locorum est soni causa 630,50
Concausa quid sit 766,50
Concilium Constantinopolitanum 190,20
Concordia mariti & vxoris 509,40
Concubitus cur suauissimus 337,10
Concubitus cum masculis vitandi promiscui hæreticorum 215,10. 807,a 20
Conditio seruorum est infima 285,1
Confessio duplex est 514,30
Confessio apud Deum quid sit 493.50
Confirmatio vberiorem spiritus dat gratiam 121, 50
Coniuge bona nihil melius 622,20
Coniunctio maris & fœminæ est solum licita in coniugio 233,40
Conscientia quid sit 523,50
Consensio quid sit 311,10
Consensio est res apta ad inueniendum & excogitandum 307,60
Consilij dandi tres partes 162,20
Consilium quid sit 418,1
Consonantia quid sit 6,50
Conspiratio quid sit 709,60
Consuetudo cum quibusnam sit habenda 260,40
Consummati qui dicantur 496,10
Contentio excitat odium 313,60
Contentum esse, res est omnium ditissima 627, 60
Continens quis dicatur 410,50
Continentia quid sit 410,30. 448,50
Continentia in quibus rebus consistat 466,40
Continentia locum habet in matrimonio 476,60
Continentia Philosophica & Christiana in quo differant 468,1
Contraria non possunt esse in vno & eodem subiecto 133,60
Contraria contrariis curantur 133.50
Contumelia est ministra ebrietatis 207,10
Contumelia, tanquam dea, culta 28,10
Conuiuij quis sit finis 207,10
in Conuiuio relaxandus est animus 326,30
in Conuiuio quomodo versari oporteat 174,10
in Conuiuiis licet aliquid vrbane & facete dicere 185,30
Cor rectum quid significet 422,20
Cor in Scripturis dicitur princeps animæ pars 504, 30
Cor multo potu obruitur 187,40
Corde vesci cur prohibitum 568,40
Cornu vtebantur Thraces in bello 200,10
Corona quid mysticè significet 219,60
Corona Domini quid prophetice significet 214,50
in Corona tria insunt 219,40
Coronæ senum sunt filiorum filij 214,10
Coronarum vsus cur reiiciendus 216,20
Coronarum vsus non est necessarius 210,60
quando primum in Græcia 214,30
Coronis & vnguentis an sit vtendum 210,60
in Corporibus nostris nihil est quod non sit ipse Deus 293,30
Corporis ab anima separatio quid sit 491,1
Corporis curam cur habere debeamus 494,20. & 495,1
Corporis gradus multi 507,20
Corpus est animæ habitaculum 552,40
Corpus castigo, locus Pauli 810,a 40
Corpus allegoricè Domini dicitur Ecclesia 736,60
Corpus Christi non prius conficitur in Eucharistia, quàm omnia consecrationis verba fuerint prolata 524,40
Corpus Christi quomodo duplex 190,30
Corpus vino obrutum cur naufragio comparetur 193,1
Corui futuram infœlicitatem significant 21,30
Corybantes vnde dicti 24,60
Corybantum orgia 16,40
Corypheæa Minerua vnde dicta 31,40
Corvus auaritiam denotat 577,50
Cothurnus quid 242,1
Crapula vnde dicta & quid sit 186,40
Crates & Crantor auditores Polemonis 330,50
Cratinus in Archilochis 794,a 20
Creare est Dei prõprium 690,20
Creatura quid sit 520,10
Credere veritati adfert vitam, & non credere, mortem 489,40
Crenus, vates insignis 561,10
Crepidæ quid 242,1
Crepidæ Atticæ & Sycioniæ 241,40
Cretenses lyra vtebantur in bellis 200,10
Creticum vinum suaue 188,10
Creusa Æneæ vxor, 285,50
Crines capillorum sertæ 792,a 30
Crobyli iugum, prouerbium explicatum 747,50
Crobylus quid 239,20
Crocodilea quid 251,60. 787,b 20
Crocodilus ænigmaticè quid significet 571,60. & 574,60
Crocotus quid 231,30
Crotala, instrumenta musica 336,20
Crux Christi cur lignum vitæ dicatur 219,40
Crucem portare quid sit 733.10. & 734,60
κυβεῖα quid 191,30
Cubile cur post somnum conturbari debeat 567, 40
Cubi qui dicantur 655,20
Cubiti trecenti quid allegoricè significent 651, 50
Cultus Dei quid sit 691,50

Cultu nou esse vtendum 230,10
Cupiditas quid sit 461,50
Cupiditas est principium voluptatis 461,60
Cupiditas, quæ caret metu, non facile arcetur 51,50
Cura cur sit habenda corpotis 494,10.& 495,1
Curæ irritæ cur dicantur 87,1
Curtus à quibus inuentus 356,20
Cymbalo vtebantur Ægyptij in bello 200,10
Cynosarges Asiæ gymnasium 59,50.64,1
Cyrenaici philosophi 440,10
Cyrra vrbs Phocidis 20,1
Cytthœus tripos ibid.
Cynopolitani canem colunt 38,10
Cythara Christi est homo 8,10
Cythnios, vna ex insulis Cycladibus 38,40

D

DACTYLI Idæi 795,21
Dæmones quid sint 64,30, cultores hominum 820,20
Dæmonibus an omnes homines vtantur 631,40
Dæmonium Socratis quid 597,60
Dæmonium Socratis semper dehortabatur non hortabatur 365,40
Dagon quid significet 43,20
Δαιμὼν vnde dicti 262,50
Danaï filiæ 537,50
Daphne in laurum conuersa 34,50
Dardæ qui 246,40
Dardanus quando floruerit 551,50
Dardanus matris deorum ostendit mysteria 15,20
Datis, dux Persici exercitus à Miltiade superatus 376,60
Dauid Saulem regem à malo spiritu vexatum diuina musica curabat 8,30
Debachatio quid sit 186,60
Debbora Prophetissa, vxor Labidoth 354,30
in Decachordo psallere quid sit 203,1
Decalogi explicatio 678,10
Decalogus quid sit 292,40
Decalogus vnde dicatur 677,1
Decalogus quid mysticè significet 630,60
Derceto dea muliebri facie, reliquis partibus piscis figura 45,20
Decimæ fructuum quid indicabant 425,40
Decumana porta dicatur, quæ in castris est maxima 193,1
Decumana oua dicuntur, quæ sunt maxima 193,1
Decumani fluctus dicuntur, qui sunt maximi 193,1
Defectus Solis quis primus prædixerit 331,10
ex Definitione veritas ostenditur 761,30
Dei sabbatum quid significet 689,10
Dei est vna essentia 615,40
Dei nomen cur quatuor literis scribatur 565,50
Dei solius est non omnino peccare 113,40
Dei amor erga homines 117,1
Dei solum voluntas, est mundi creatio 63,10
Dei nulla potest perfecta definitio dari 72,40
Dei prouidentia omnia administrantur 316,20
Dei nihil est quod non sit Deus 324,20
Dei cognitio est occulta 389,1
Dei proprium quodnam sit 344,10
Delitiæ quid sint 434,30
Demetrius Phalereus curauit vt sacra Biblia in linguam Græcam transferretur 368,10
Democritus cur matrimonium repudiaret 444,10
Demonstratio quid sit 755,30 & 754,20.& 755,50
Demonstratio duplex est 754,
Demonstratio ex quibus rebus constet 754,
Denarius numerus est vndequaq; perfectus 754,
Denominatiua quid sint 655,
Dentes scalpere non decet 756,
Deo quo pacto perturbationes attribuantur 403,
Deo nihil aduersatur 411,
in Deo nihil est quod non sit Deus 345,
324,20 7,40.75,30.
de Deo & Christo Poëtarum veterum sententiæ 608,10.& seq.
de Deo cur loquendum ænigmaticè 589,
de Deo oratio tractatu est difficillima 582,30.
592,30
Δεὸς quid sit 404,
Deum sequere, prouerbium, vnde sumptum 404,
in Deum affectus non cadunt 607,
Deucalionis diluuium quando fuit 371,
Deus quid sit 70,1,10,20,30,40. & seq. & 596,10
Deus vnde dictus 28,
Deus in cælo quo pacto sit 72,
Deus nec doceri nec exprimi potest ab homine 585,50
Deus est numerus omnium 71,
Deus allegoricè ignis & lux dicitur 597,
Deus cur ἀ & ϖῦ dicatur 74,
Deus cur Διαθήκας à Moyse vocetur 581,
Deus caret principio 615,
Deus cur τὸ πᾶν dicatur 614,
Deus cur sit vera & æqua mensura 71,
Deus cur non cadat sub scientia 565,
Deus curam gerit rerum humanarum 147,
Deus ante & post cibum laudandus 205,
Deus esse non potest, qui parentes habuit, vide etus sit 32,
Deus est vbique 630,
Deus est causa omnium bonorum 308,
Deus est impatibilis, & nullius rei indiget 420,
Deus est expers principij 546,
Deus & Verbum idem 155,
Deus est opifex & creator omnium 75,40. Bonorum omnium author & causa ibid.
Deus est omnino secretus à materia 304,
Deus est mensura rerum veritatis 73,40.& 74,
Deus est dilectio 567,
Deus non est quantitas, sed mera essentia 74,
Deus non est, vbi non est eius prouidentia 75,
Deus est vnus 155,
Deus idem Veteris & noui Testamenti 581,
Deus mandari literis non potest 70,
Deus nulli est similis 615,
Deus omnium hominum curam gerit 630,
Deus per filium sciri potest 570,
Deus qualis sit 69,40.& 70,1.& seq.
Deus quod sit, facile potest intelligi: sed quid sit, nec mente conijci, nec verbis potest exprimi 28,1 131,
Deus quo pacto irascatur 71,
Deus quomodo dicatur videre 583,
Deus quo pacto sub sensum cadat 408,
Deus solus natura est sapiens 689,
Deus quomodo mundum creauerit 600,
Deus secundum Stoicos quid sit 377,
Deus solus ex se habet, quod sit 248,
Deus solus nulla re eget 36,40
Deus solus est qui nullius indiget 110,
Deus solus vere est Deus





Deus solus peccata remittit 116,10
Deus solus verè est & consistit 90,60
Deus vnus cur sit 544,40
Diabolo cur paratus ignis æternus 87,10
Diabolus an fuerit inuentor philosophiæ 321,50
Diabolus cur princeps potestatis aëris dicatur 12,50
Diabolus est zizaniorum agricola tentator 647,50.
Diabolus fur & latro cur dicatur 341,20
Diabolus vitij princeps 87,10
Diademata aurea reges Hebræorum 210,60
Diagoras Herculem ligneum exussit atheus 27,40
Dialecti quinque apud Græcos 771,40
Dialectica quid sit 366,10
Dialectica cur ars vera non sit 380,20,30
Dialecticæ proprium quodnam sit 321,20
Dialecticæ quis sit finis 321,50
Dialecticæ an vtatur animãtia rationis expertia 315,20
Dialectum diis tribuit Plato 366,30
Dialectus quid sit ibid. 673,30.825,b30
Diana vnde dicta Apanchomena 43,10
Diana cur Leucophryne vocata 50,1
Diana cur Oeneo irata 703,40
Diana Taurica 47,60
Diaphasis quid sit 349,40
Diapœnus sculptor insignis 55,50
Διαφορὰ quid significet 147,40
Διαφορὰ quid 198,40
Diatonicum musicæ genus, 205,10
Dicæarchus musicus 205,10
Δίκαιον vnde deriuetur 349,30
Δίκη quid significet 28,30
Dicteria non esse iacienda in conuiuiis 209,40
Dictio est tanquam vestis in corpore 317,50
Didymæum oraculum 29,30
Didymæũ templũ Apollinis, vnde sic dictũ 49,60
Didymus Grammaticus 575,60
Dies an prior nocte 633,60
Dies Dominicus est proprius Christianorũ 603,60
Dies hominis quanti sint 655,20
Differentia quid sit 762,20
Digitus Dei qui dicatur 674,50
Dij Auertuncani 46,20
Dij an vtantur dialecto 366,20
Dij Gentium sunt dæmonia 45,60
Dij non existimandi, qui sensu carent 57,1
Dij maiorum Gentium 28,60
Dij, qui hominibus seruierunt 40,60
Dipolia quid 239,10
Dilectio quid sit 405,10
Dilectio Dei quid sit 280,40
Dilunium Deucalionis quando fuit 373,10
sub Dimensionem quæ cadant 73,50
Diodori filiæ omnes dialecticæ 531,20
Diogenes Apolloniates 68,1
Diogenis dictum 255,20
Dion philosophus 532,1
Dionysij mysteria 16,20
Dionysius puer à Titanibus deceptus & discerptus 24,20
Dionysius cur Atis vocatus 16,60
Dionysius tyrannus iunior cur aureum vestem Ioui abstulit 53,1
Δωρικὸν signum 774,a40
Discere est antiquius quam agere 644,10
Disciplina cur dicta illuminatio 581,10
Disciplina cur necessaria 320,20
Disciplinæ ad quid vtiles 320,50
Dithyrambum quis excogitarit 336,60
Dives quis censendus 108,30.265,1
Dives quisnam verè dicatur 265,20
Dives solus est Christianus 264,40
Diuidi in partes quo pacto aliquid dicatur 328,60
Diuinationis varia genera 20,50
Diuisio quotuplex sit 766,60
Diuitiæ cur cæcæ dicantur 254,20
cur serpenti similes 265,1
Diuitiæ, quæ non recte administrãtur, sunt arx sceleris & vitij 197,20
Diuitiarum cupiditas 266,30
Diuitiæ veræ quænam sint 197,40. nempe quæ in anima sunt 265,30
Doctrina est altera natura 543,50
Doctrina & natura, res est persimilis 542,10
Doctrina filij, est doctrina Patris 558,10
Doctrina Patris & Filij est eadem 552,20
per Doctrinam fidei cognitio manifestatur 529,30
Dodonæum Iouis templum 20,10
Dodonæum oraculum 19,50. dodonæũ æs ibid. 60
Dogmata Philosophorũ ex Hebræis surrepta fuerunt 551,1
Domini arridere non debent famulis 292,30
Donũ proprium vnicuique à Deo donatum 555,30
Dona hostium non dona sunt 619,30
Δοξασταὶ quid 198,40
Dorieus modus quinam sit 7,10
Dormiens homo nullius est pretij 221,30
Dormiens est similis mortuo 223,10
Draco pro diabolo sæpe accipitur 23,30
Dracon legislator quando floruerit 337,10
Draconis leges cur antiquatæ à Solone 333,40
Δρόμων quæ sint 4,66
Dropax quid sit 258,40
Drops quid sit 576,60
Druydæ philosophi apud Gallos 333,60
Druydæ quinam fuerint 337,50
Durius equus 805,b20

E

EBRIETAS quid sit 186,60
Ebrietas ad quæuis turpia facienda dat audaciã 201,50
Ebrietatis incommoda 186,10
Ebrietate quæ gentes maximè vtantur 188,40
Ebrij cur aliquãdo duos Soles pudẽt se videre 186,10
Ebrierum varia incommoda 186,20
Ebron Zabulonites dux Israëlitarum 354,40
Ecclesia cur mater dicatur 139,20
Ecclesia diuersè considerata vna est & duæ 13,60
Ecclesia est Dei ciuitas 553,50
Ecyles statuarius 31,1
Ecstapeli qui dicantur 184,30
Ἐκπαιδευτὴς 780,a60
Ἐκφορικὸς quid sint 579,30
Ἐκφορὰ quid 21,20
Edem quid significet 409,40
Educatio optima quænam sit 287,10
Eetion Samothracum suggessit Orgia 15,20
Εἰδῶλον quid sit 419,20
Εἰμαρμένη vnde deriuetur 28,40
Electi quomodo vocentur à Græcis 548,60
Eleemosynam date, prætiosum est thesaurũ 246,50
Eleemosynis & fide purgantur peccata 418,30
Elephanti apud Indos maximi 55,30
Elephantorum natura 374,10

# INDEX.


Elementa cur inter se dicantur dissidere 6,50
Elementa quo pacto à principijs differant 71,1
Eleusinæ templi constructio quando facta 351,50
Eleusiniorum mysteriorum signa 17,10
Eli sacerdos populum iudicauit quadraginta annis 354,40
Eligere ex imitatione, & ex cognitione quomodo differunt 498,30
Ἐλλιπεῖν vnde dicti 4,10
Eloquentiæ vis 315,40.794,240
Elpenor cur ceruicis vertebram fregerit 189,30
Elpenor vnus ex sociis Vlyssis 195,30
Empedocles cur καθαρσίων dictus piscem se fuisse dicit 823,b50
Empedocles Contentionem & Amicitiam deos introduxit 68,10
Empedocles versibus naturalem philosophiã scripsit 31,30. eius versus 612,40.588
Emphasis quid sit 349,40
Empiricus medicus 314,30
Encratitæ hæretici 189,1.& 337,50
Enoch iustus translatus 525,30
Ἐνυάλιος quid sit 219,10
Epitaphides quid 240,10
Ephesiæ literæ 815,a2
Episi genus mensuræ, quid contineat 430,50
Episcopi quinam essent 397,10
Epialtes & Oti fabula 33,10
Epicuri dictum 510,50
Epicuri error de Deo 69,10
Epicurus princeps & author impietatis 295,10
Epicurus retellitur 440,10
Epidaurus, oppidũ Argorum, sacrũ Apollini 55,10
Epilepsia parua & morbꝰ coitus appellatur 227,10
Epimenides Cretẽsis, vnꝰ è septẽ sapiẽtibus 329,50
Epimenides Cretensis, vates insignis 363 30
Epiphanes hæreticus 449,10
Ἐπιτελεῖν quid significet 157,10
Episcopi nomen quid significet 160,20
Episcopi munus quodnam sit 160,20
Episcopi quinam sint eligendi 476,60
Ἐπιχώριον vnde deriuetur 537,30
Epistolas quis primus scripserit 536,30
Ἐρευθεῖς quid sint 262,50
Ἐπιτηδειότης quid sit 304,60
Equi metaphoricè quid significent 123,30
Equi tibiæ cantu incitantur ad coitum 202,10
Equus ænigmaticè quid significet 572,1
Eratistratus templum Dianæ cur cõbusserit 58,40
Eratosthenes Cyrenæus grãmaticæ inuẽtor 337,10
Erechtheus Atticus 46,10
Erechtidæ cur Athenienses dicti 25,60
Etesij error de Deo 69,10
Erichthonius rex Athenien sium 49,20
Ἐρμαῖον quid 56,60
Ergatis cur dicta Minerua 93,20
Error propriè quid sit 9,40
Eriphyle Argiua meretrix 231,50.804,220
Eris historia 817,a40
Esaias quando prophetauerit 356,30
Esdras Scripturas renouauit 368,30
Esdræ liber quartus citatur 809,b40
Esse dicitur quod est diuinum & æternum 540,50
Essentia diuina sola est pura & mera 65,10
Essentia pro materia accipitur 138,10
Essentia propriè quarum rerum dicatur 478,10
Essentia vna & eadem non potest esse maior seipsa 145,60
Ἐστιοῦχοι quid sint
Ἑστιοῦχος vnde dicatur 573,20
Etesiæ venti 404,60
Etymologia nominum vnde 639,10
Euangelium secundum Ægyptios 374,30
Eubuleus subulcus 469,10
Eucharistia vnde dicatur 17,20
Eucharistia est nutrimentum spirituale 324,40
Eucharistia à ieiunis accipi debet 143,1
in Eucharistia quomodo Christus videatur 75,20
in Eucharistia mysticè Christi sãguis sũditur 194,60
Eucharistiæ sacramentum est omnium operum praestantissimum 314,20
Eucharistiæ sacramẽtũ nõ prius cõficitur, quã omnia consecrationis verba fuerint prolata 324,40
Euchitæ hæretici 735,30
Euæ vox propria Bacchantium 225,20
Euemerus Agrigentinus 18,10.771,a2
Euenitæ piscem colunt 38,10. vide Syenitæ.
Eumolphi bellum aduersus Athenienses 351,30
Eumolpidæ vnde 25,50
Eumolpus pastor ouium 17,30
Eunomus Locrensis cantor excellens 1,10. eiusdem de Cicada fabula ibid.
Eunomus quid significet 5,30
Eunuchi alij ab ortu, alij à necessitate 448,10
Eunuchus verus quis sit 260,60
Εὐσχία quid 172,60
Euripides censet Deũ ex operibus cognosci 77,30
Euripidis de Deo sententia 69,40.& 71,10
Eustachiani hæretici, vituperantes matrimonium 467,30
Excessus Phocensium tyrannus, diuinationi deditus 561,10
Exempla & similitudines sunt rectæ doctrinæ pars maxima 267,40
Exercitatio animi auget applicationem 311,20
Exercitatio nõ solum corporis, sed etiam animi est sanitas 439,60
Exercitatio salubrem habitum ingenerat & spiritibus & corporibus 301,60
Exercitia esse optima 271,40
Exercitus ducendi triplex est ratio 376,40
Exultatio quid sit 659,20

F

Faba excitat flatus ad Venerem 456,30
Fabæ, steriles efficiunt mulieres & gallinas, atque plantas exiccant 413,10
à Fabis abstinere quid sit 455,30.808,a10
Fabulæ cur pueri dicantur 581,10
Fabulæ pueriles non sunt audiendæ 581,30
Fabulis inanibus non esse credendum 1,20
Facere, in bonam & malam partem sumitur 439,60
Facies, quæ apparet in Luna, quid indicet 631,40
Facultas animæ principalis habet liberam eligendi facultatem 671,20
Falx cur facta 643,30
Fames sedat amorem 419,20
Famulis non est vtendum, tanquam iumentis 176. 30.166.50
Famulis quomodo vtendum 285,1
Famulus & seruus in quo differant 385,50
Fascinæ quid sint 159,60
Fastus est vbi est multa ministrantium famulorum turba 373,20
Fatum vnde dictum 18,30
Febris phanum in Palatio 43,40
Fel diis datur 827, b50
Felis cultus ab Ægyptijs 44,20
Ferri inuentores 336,1
Ficus Chelidonia 178,50
Fide maiorẽ hostiã Abel obtulit quàm Cain 390,50
Fidei principium est sensus 390,10
Fidei cognitio per fidem manifestatur 519,30
Fidei officium quodnam sit 399,30
Fidelis nemo est natura 554,60
Fidelis quis potest esse sine literis 320,30
Fidelitas in omni re necessaria 398,30
Fides quid sit 389, 50.& 399,40
Fides quid ex Aristotele 391, 40. item ex Epicuro ibid.50
Fides duplex 554,40
Fides nos efficit Dei ministros 108,40
Fides an doceatur & discatur 320,30
Fides per sensilia progressa relinquit opinionẽ 391,1
Fides ab animi perturbationibus maximè liberat 699,40
Fides à cognitione quomodo distinguatur 567,10
Fides est basis ac stabilimentum charitatis 400,30
Fides sine operibus mortua est 316,10
Fides sine disciplinis esse potest 320,40
Fides cur gratia dicatur 321,50
Fides cur persuasionis medicamẽtũ appelletur 5,30
Fides est initium nostræ salutis 97, 20
Fides est doctrinæ perfectio 127,10
Fides est priucipium actionis & fundamentum electionis 389,60
Fides est ex auditu 111,10
Fides est mater virtutum 398,30
Fides est opus Dei 304,30
Fides absque literis disci potest 279,50
Fides nostra an de Filio, an de Spiritu 554,10
Fides duplex est 411,10
Fides est prima ad salutem inclinatio 402,10
Fides est ad salutem necessaria 511,10
Fides otiosa quæ sit 560,60
Fides sola non sufficit ad salutem 405,40
Fides ex diuina inspiratione procedit 394,1
Fiducia quid sit 399,50
Figura quadrata est omnium stabilissima 635,10
Figuram in cinere non relinquere quid sit 567,40
Filij castigandi à patribus 155,10
Filij laboriosorum parentum validiores 619, 60
Filius est character gloriæ Patris 720, 50
Filius non operatur sine Patre, nec Pater sine Filio 698, 30
Filius Dei duobus modis consideratur 550,30
Filius, cur dictus facies patris 569,40
de Fine bonorum, variæ philosophorum sententiæ 440,50
Finis Christiano homini quis 411,1
Finis Philosophiæ quis sit 595, 60
Firmamentum vnde dictum 7,20
Fistula Arcades in bellis vtuntur 200,10
Flores matrimonij quinam sint 218,20
Floriani hæretici 807,a20
Fluctus decumani quinam sint 193,1
Fluuij culti à Persis 53,60
Fœlicitas in vsu virtutis, non in voluptate consistit 176, 40
Fœmina quid significet 479,30
Fœmina nihil est deterius 617,30
Fœmina mutata in marẽ in oppidõ Vitriaco 234,20
Fœminæ an in mares mutari possint 234,20
Fœminæ quid proprium 508,50
Fœnum turba promiscua allegoricè dicitur 230,10
Fœtus absoluitur mense sexto 678,50
Foliis similes homines 617,50
Fons Colophonis 20,20
de Fonte Castalio ibid.
Formicæ aurum effodiunt 246,40
Formicæ cultæ à Thessalis 38,20
Fornicatio est triplex 731,40
Fornicatio tribus modis accipitur 478,40
Fornicatio mulieris est ineluctione oculorũ 277,50
Fornicationis nomine multorum Deorum cultus intelligitur 27,60
Fortes quinam sint 245,30
Fortes qui dicantur 725,20.& 729,10
Fortis quis sit 108,30
Fortuna cur φιλόπολις dicta 57,20
Fortuna vnde dicta ibid.
Fortuna non fert opem his qui nihil agunt 620,4
Fortuna non est Dea 820,b1
Fortuna & casu cõtingere quomodo differãt 349,10
Fortunæ varia fuisse simulachra 57,10
Frater apud Hebræos quis 427,40
Frater dicitur quasi ferè alter 407,1
Frater quis dicatur 433,20
Fratres quinam meritò dicantur 406,60
Frugalis debet esse Christianus 267,20
Frugalitas cur ditissima 269,20
Frugalitas Christiano est pulchrum viaticũ 266,10
Fucatæ dici possunt meretrices 252,30
Fucus omnis reiiciendus 252,30.254,10
Fundamentum bonæ cõscientiæ quodnã sit 299,60
Furiæ tres cur Eumenides dictæ 54.50
Furiæ scelerum & maleficiorum vltrices 28,10
Furta Græcorum 628,50

G

Γαλακτοφάγοι cur Homerus vocet homines iustos 129,10
Galli Scythæ cur comam nutriant 257,60
Gallinæ vt faginentur 776,b1
Γαμηλιαρχία quid sit 175,10
Gaunaces vestis genus 785,a50
Gedeon Israelitarum dux 354,30
Geloni Scythiæ populi 260,1
Gemmæ vnde 245,50
Gemmas cur admirari non oporteat 243,30
Generatio an sit mala 452,30,30.& seq.
Generatio duplex est 542,40
Generatio nõ est diabolo tribuẽda 474,50.60,475,1
Gentilium literæ bellaria 827,a20
Gentes vnde dictæ 4,20
Gentes omnes bellicosæ, ebrietati deditæ 193,60
Genus aureum quid sit 494,10
Geometria à quibus inuenta 74,30
Geometria & Astronomia in quantis continuis versantur 319,60
Geometria in quibus rebus versetur 640,40
Geometriæ cognitio quid prosit 655,50
Germanorum antiquorum frugalitas 259,60
Genus inest in speciebus 761,50
Getæ Scythis finitimi 334,1
Gladius quo pacto secare dicatur 768,30
Γλαυκῶπις, epithetum Iunonis 39.10
Gloria paratur labore 512,20
Gnostici hæretici vnde dicti 142,60
Gnostica contemplatio quid sit 488,40

Gnosticorum hæresis 141,60
Gnosticorum reprehensio 457,40
Goim qui dicebantur 4,10
Γόητεια quid sit 385,40
Gomor mensuræ genus quid continebat 409,10
Gorgopis cur dicta Minerua 91,20
Gothoniel dux Hebræorum 354,20
Græci vnde dicti 4,10
Græci quid à Iudæis suffurati sint 388,10
Græci quomodo Deum colerent 634,20
Græci maxima ex parte barbati 283,10
Græci ad furtum proclives 613,40
Grãmaticorum gymnasium obscurum opus 377,30
Grammaticus quis primus fuerit 337,10
Grani sinapis natura 166,40
Gratia seruamur, sed non absque bonis operibus 556,1
Gratia Dei non tollit arbitrium liberum 549,10
Grex allegoricè quid significet 378,40
Gryphes aurum custodiunt 241,10
à Gula fere omnes morbi oriuntur 183,1
Gulæ vitia & incommoda 180,40
Gymnasia quid sint 272,50
Gymnasium quid sit 272,40
Gymnides dicuntur molles & effœminati 259,50
Gymnosophistarum responsiones ad Alexandrum 631,50
Gymnosophistarum continentia 472,50

H

HABITVS honestus quisnam sit 280,10
Hæreses ad victoriam contendunt per litem & contentionem 747,20
Hæresis quid sit 759,40
Hæresis omnis habet scripturam, sed malè interpretatam 471,1
Hæretici quando cœperunt 750,60
Hæretici qui dicantur 743,10
Hæretici cur epistolas D. Pauli ad Timotheum abrogent 409,60
Haliæti auis natura 87,50
Harmonia quid sit 6,50
Harmonia Lydia à quo inuenta 336,20
Harmonia mixophrygia à quo inuenta ibid.
Harmoniæ Cromaticæ vitandæ in conuiuiis 201,1
Harmonicum musicæ genus 203,30
Hasta posita pro Martis statua 54,10
Hastæ præpilatæ quid 804,260
Hebdomades Danielis quo pacto impletæ 358,60
Hebdomades 70. Danielis Iudæorum arguunt pertinaciam 361,40
Hebdomadarum 70. Danielis principium 361,50
Hebræi barbam nunquam rasérunt 283,10
Hebræorum vita quàm frugalis erat 184,10
Hebræorum philosophia multò antiquior cæteris 331,1.351,10
Hedera refrigerat 214,10
Hedera cur Baccho sacra 5,1
Helena quando rapta 365,10
Helenus Priami filius, vates optimus 363,60
Helias propheta quando assumptus 355,40. exemplum frugalitatis 266,40
Helicon mons 1,30
Heliæus quando prophetare cœperit 355,30
Helenica lingua vnde dicta 676,20.825,b 40
Helotes dij vnde 40,60
Heracleon hæreticus 514,30
Heraclidis Pontici error de Deo 69,20
Heraclitus Ægyptius 27,40
Heraclitus cur generationem maledictis insectaretur 452, 50. ex igne omnia constare voluit 817,b 10
Heraclitus philosophus
Hercules vates & physicus 56,40
Hercules quando floruerit 355,10
Hercules cur Ἀλεξίκακος dictus 19,20. callimicus 827,b 20
Hercules quali habitu corporis fuerit
Hercules quandiu vixerit 31,1
31,10
Hercules seruus non modo hominum, sed mulierum 41,1
Herculis mors 31,50
Hetilli sententia de fine 440,50
Hermaphroditi qui sint 214,40
Hermes D. Pauli discipulus 384,60
Hermes Thebanus, vates insignis 361,40
Heroïcum carmen à quibus inuentum 337,20
Hesiodi carmina insolutam orationem conuersa 628,40
Hesiodi de Deo sententia 75,10
Hesiodus quando floruerit 352,50. citatus 268 10.314,1
Hesiodus multa ex Musæo deprompsit 628,30
Heteronyma quid sint 761,30
Hetrusci vnde orti 21,30
Hetrusci auguriis dediti 21,40
Hetrusci tuba vtuntur in bellis 200,30
Heua quid significet 21,40
Heuæ nomen aspiratum quid significet 15,10
Hexemetrum carmen à quibus inuentum 337,20
Hieremias quando prophetauit 357,30
Hieroglyphicæ literæ apud Ægyptios 365,10
Hierusalem quid significet 308,40
Hierusalem à Vespasiano diruta 359,10
Hilaria quid 28,10
Hipparchus Pythagoreus cur expulsus è schola Pythagoræ 579,10
Hippias à patria exulans, Barbaros adduxit in Græciam 376,60
Hippo Centauri filia 335,40
Hippo fatidica 363,30
Hippodamus Pythagoreus 430,30
Hippolytus cur discerptus ab equis 477,1
Hipponax poëta maledicus 298,30
Hipponax Ephesius claudum Iambum excogitauit 336,60
Hipponax deformis ad laqueum impulit vi suorum carminum eos qui eum pinxerant 339,20
Hipponacticum metrum vnde ibid.
Hipponis tumulus 60,1
Hircus cur non sacrificaretur 707,20
Hircus est animal propensum ad libidinem 710,30
Hircus Mendesius 34,50
Hircus pro Deo habitus 34,40
Hircus omnium animalium salacissimus ibid.
Hirundinem domi non habere quid sit 367,20
Hirundo cur vitanda 372,30
Hirundo quid indicet 367,20
Homeri ætas 356,30
Homeri de Deo sententia 76,20
Homerus cuias fuerit 338,30
Homerus quando floruerit 352,50.758,b10
Homerus Solomone posterior 356,30
Homerus poëtarum antiquissimus 356,30
Homerus multa ex Orpheo deprompsit 628,20





in Homine tria insunt 109,30
in Homine continetur quicquid est in mundo 8,1
Homines cur in deos relati 28,60
Homines cur φιλαλεξίκακοι dicti ab Homero 129,20
Homines foliis arborum similes 453,20.617,50
Homines dilecti à Deo, citius è vita discedũt 624,30
Homines omnes iure naturali sunt liberi 418,10
Homines omnes an vtantur dæmonibus 637,40
Homines olim nati ex quercubus & lapidibus 42, & 60
Homines immolati à Phocensibus 46,10
Homines prodigiosi quinam sint 56,60
Homini quæ sint optima 497,10
Homini à natura insitum est, vt cum Deo habeat coniunctionem 94,40
Homini viuere quousque bene sit 634,1
Hominibus omnibus mors debetur 617,1
Hominibus peccare innatum est 289.10
ex Hominibus quomodo quis Deus fieri possit 633,60
Hominis dies quot sint 655,20
Hominis est peccare, diaboli perseuerare 115,40
Hominis proprium quodnam sit 171,20.& 490,10
Hominis causa factus mundus 7,60
Hominis pars præstantior est anima 547,30
Hominum quis primus fuerit 351,40
Hominum pulchritudo quænam sit 249,10
Hominum gratia omnia facta sunt 176,1
Homo vnde dictus 67,60
Homo duobus modis accipitur 469,30
Homo animantibus brutis intemperãtior 444,20
Homo aptus ad ridendum 204,1.60
Homo animalis non suscipit ea, quæ sunt spiritus Dei 317,20
Homo cur factus à Deo 115,20
Homo cur à Græcis θεὸς vocatus 126,60
Homo cur à Deo diligatur 115,40.& 116,20
Homo cur instrumentum Dei dicatur 8,40
Homo cur sexto die creatus 679,20
Homo cur primus mundus dicatur 7,60.& 8,1
Homo cur Dei templum 8,20
Homo dormiens nullius est pretij 221,30
Homo est Dei opus 698,40
Homo est Christi cithara 8,10
Homo est instrumentum pacificum 200,10
Homo est commune nomen viris & mulieribus 117,40
Homo factus præcipuè ad Dei cognitionem 643,20
Homo factus vt cælum contempletur 63,10
Homo habet liberum arbitrium 699,10
Homo in quo differat à belluis 489,10
Homo in facie septem habet sensuum instrumenta 689,20
Homo natura desiderio quærendi & inueniendi tenetur 266,20
Homo non solùm ex factis, sed etiam ex verbis iudicatur 207,10
Homo omnium animantium est callidissimum 631,50
Homo per mentem Deo assimilatur 461,30
Homo qua ratione fiat Deus 11,10
Homo quo pacto imago Dei dicatur 91,40
Homo quomodo factus ad Dei imaginem 113,50. & 116,30.& 675,50
Homo quo pacto inferior angelis 491,50
Homo semine eximanitur 227,10
Homo quibus rebus constet 177,50
Homonyma quid sint 763,40
Honestus quis dicatur 596,30
Horæ canonicæ 828,260
Hosanna quid significet 122,50.777,31
Hospitalitas semper in honore habita 538,10
Hospitalitatis munus & officium 407,10
Hospites qui dicantur 405,10.& 467,10
Humanã seruare naturam, est maximum Dei opus 167,60
Humor quid sit 138,10
Humor viscosus semen continet & producit 133,10
Hyacinthidas virgines vnde sic dictæ 538,10
Hyæna genitale maris & fœminæ an habeat 234,10
Hyænæ natura 224,10
Hyænæ alternis annis sunt mares & fœminæ 234,10
Hyænis vtraque est natura 234,10
Hydoparastatarum hæresis 190,20
Hyems cur instabilis dicatur 491,30
Hyla quis fuerit 35,30
Hymnum quis primus excogitarit 336,60
Hymnus quid sit 97,30
Hymnus Christi seruatoris à sancto Clemẽte compositus 294,10
Hyparc quid sit 319,20
Hyperboreorum mores 335,10
Hypermnestra Danai filia 537,60
Hyperoche vbi sepulta 49,50
Hypostases sunt tres in vna diuinitatis triade 9,1
Hypostaseon diuersitas non impedit quo minus sit eadem & vna essentia diuinitatis 9,40
Hystaspes Medorum rex 638,60

I

I, LITERA, nomen salutare significat 652,1
I, litera, decem apud Græcos significat 200, 10
Iacchus idem quod Bacchus 26,60
Iacob quid significet 309,30
Iacob fuit Christi figura 273,1
Iacob cur cum multis mulieribus cõgressus 309,30
Iacobi Patriarchæ colluctatio cum angelo quid designabat 147,60
Iacobi Bilij laus 66,20
Iambi metri duo sunt genera 339,30
Iambum quis excogitarit 336,60
Iberi ebrietati dediti 188,40
Icaria insula à quo nomen habeat 54,1
Idæ incendium quando fuerit 365,1
Idæi dactyli qui fuerunt 335,20
Idea quid sit 561,60
Idoli nulla est essentia 64,50
Idolum & vmbra & somnus idem 64,60
Iehoua quomodo exponatur 569,50. Pagnini inuentum 814,b50
Iehu filius Ananiæ quando prophetauit 355,30
Ieiuni ad Eucharistiam accedere debemus 182,10
Ieiunia vera quæ sint 660,1
Ieiunium quarti & sexti diei 731,40
Ieiunium bonum est cum oratione 660,1
Iephte Gallaadites dux Israëlitarum 354,40
Iephte filiam suam Deo sacrificat 48,1
Iesu Naue successor Moysis 354,10
Iesu sanguinem bibere quid sit 184,50
Iesus Christus est noster Pædagogus 144,1
Iesus cur margarita dicatur 246,10
Ignis calidus est & siccus 7,10
Ignem quænam gentes coluerint 68,30
Ignis calidus est & siccus 7,10
Ignis cur tanquam Deus habitus 68,20

# INDEX.


Ignis est hominibus maximus cruciatus 506,50
Ignitum, id est, igne probatum 824,b 50
Ignorans minus sentit quam lapis 2,30
Ignorantes cur lapidibus comparentur 6.30
Ignoratio est causa legum iniquarum, & fallacium imitationum 89,50
Iliad s paruæ auctor 797,b1
Ilium quando captum 351,60
Illirij peltæ inuentores 336,10
Illuminati baptizati cur dicantur 134,40
Illotes erant serui Lacedæmoniorum 269,30
Imagines cur à Christianis venerentur 56, 40. & 59.50
Imagines cur venerentur 59,50
Imago quid 51,60.& 57,60
Imago adolescentulæ qualis esse debeat 278,40
ἰμαντολιπὸς quid sit 310,30
Imitationum falsarum quænam sit causa 89,50
Immaradus vbi sepultus 49.40
Immutabilia quæ dicantur 653,60
Imperatores Romanorum quandiu regnauerunt 566,50
Impietas duplex est 27,1
Impij quinam sint 17,60.& 27,1
Impudentia tanquam Dea culta 28,50
Impudicitia vituperanda in viro & muliere 513,50
Incantatio bona & mala 103,20
Incircuncisi qui dicantur 180,10
Incircuncisi erant à Deo alieni 351,10
Incredulitas multa cur faciat bona 489,40
Increpare quid sit 163,40
Indi Solem adorabant 28,10
Indicatio quomodo differat à syllogismo 753,20
Indignatio quid sit 156,60
Indorum philosophia 633,40
Infantia in Christo quid sit 128,50
Infidelis quis dicatur 392,10
Infidelitas quid sit 399,50
Inflatus quis dicatur 750,40
Infortunium quid sit 414,1
Ingluuies quid sit 175,20
Ingluuies nullum habet modum 172,10
Inimico ferendum est auxilium 430,20
Inimicos diligere debemus 433,20
Inimicum facilius est cauere, quàm amicum 623,50
Iniquorum sacrificia sunt Domino abominatio 420,1
Iniuria petulans quotuplex sit 216,40
Iniustitiæ nomine omnia maxima peccata comprehenduntur 113,60
Inobedientia Iudæorum fuit causa vocationis Gentium 407,40
Insaniendum cum insanientibus 821,b20
Insanire satius est quàm voluptate affici 437,50
Insectatio quid sit 159,50
Insitio quatuor modis fit 667,30
Intelligentia quid sit 419,50
Institutio optima quænam sit 287,10
Intelligentia est oculus animæ 159,50
Intelligere semper quid sit 535,60
Interrogandi & respondendi scientia quænam sit 316,60
Interualla mystica quid sint 375,10
Interpres Septuaginta sententiis & dictionibus inter se conuenerunt 368,20
Inuentio quid sit 668,20
Inuentores rerum multi 336,10.& seq.
Inundatio quando fuerit in Græcia
Inuoluntarium duplex est 335,40
Io quando floruerit 416,20
Iob patientia quid indicabat 352,30
Ionæ proph. patria 497,1
Iones luxui dediti 798,b 60
Ionica migratio 219,20
Iophon Comicus poëta 798,b30
Iosephi patriarchæ historia allegoricè interpretata 582,30
Ioues tres 29,50.& 31,40
Iouis stupra 31,50
Iouis epitheta 37,10,& 42,20
Ἰππόδρομος quid 109,40
Ira quid sit 567.40
Ira duplex est 581,20
Ira an in Deum cadat 151,1
Ira magna est mulier ebria 189,10
Ireſione quid 491,10.810,b 60
Iris quo pacto fiat 96,10
Isaac quid significet 121,20
Isaac ridens quid allegoricè 115,1
Isaac erat typus & figura Christi 121,60
Ἰσάκεσι qui dicantur 8,40
Isiaci sacerdotes 25,30
Isis eadem fuit, quæ Io 351,30
Isis à Græcis vocatur Ceres 351,30
Israël quid significet 309,40
Isthmia vnde 31,30
Isthmici ludi vnde 39,40
Isthmus quid ibid.
Ithyphalli qui 40,40
Iudæa quid significet 748,30
Iudæcongressus cum Thamar quid indicet 309,40
Iudæi cæteris nationibus antiquiores 33,30
Iudæi sæpe in lecto tingebantur 37,30
Iudæi cur à carne suilla abstinerent 706,60
Iudas quid significet 309,40
Iudas fuit hypocrita & simulator 211,30
Iulius Cassianus princeps phantasiæ 479,30
Iumenta omnia faciunt cogente metu 317,30
Iuno cur γαλακτώπις dicatur 35,30
Iuppiter quid sit 601,40
Iuppiter in Venerem propensus 31,40
Iuppiter cur αἰπολόσπορος vocatus 31,60
Iuppiter cur μητρώος dicatur 41,30
Iuppiter cur Olympius dictus 58,30
Iuppiter vbi sepultus 17,50
Iurare quid sit 718,30
Iusiurandum ne vsurpetur 279,60
Iustificatio per fidem Christi data 410,1
Iustitia quid sit 247,50.& 547,30
Iustitia Dei quid sit 449,20
Iustitia cur Astræa dicta 28,30
Iustitia veræ diuitiæ 265,30
Iustitia dolosa quæ sit 420,30
Iustitiæ nomine omnes virtutes comprehenduntur 113,60
Iustitiæ imago 28,40
Iustitiæ nomen pro qualibet virtute 486,40
Iustitiæ primum munus quodnam 709,60
Iustitiæ quis dicatur habere cognitionem 565,30
Iusti qui dicantur 382,40
Iusti homines cur γαλακτοπόται 229,20
Iustum quod est, bonum est 151,40
Iustus qui est, bonus est 49,30
Iustus esurit vbi non est iustus 267,10
Iuuenes


# INDEX


Iuuenes cur bibere vinum non debeant 185,10
Iuuenes cur non apti ad philosophiam moralem 326,1

K

Καγκηλὸς quid sit 204,10.& 205,10
Καδδίχη quid significet 169,20
Καμπτήρια quid 770,b1
Κάρπη quid sit 247,60
Κάρυα vnde deriuetur 214,10
Κατάκλυσις quid significet 575,30
Κατηφόνιον quid sit 169,60
Κεγχρεβόλαι quid sint 255,30
Κέλης quid significet 486.60
Κεντρωνὸς est risus lasciuus 204,30.205,20
Κλάσις quid 209,50
Κλοὴ quid significet 527,1
Κνισάλης vnde dicti 242,10
Κόρυδος vnde 259,30
Κράνη cur sic à Græcis appelletur 6,50
Κρεμάλη quid sit 186,60
Κρηθμομάντεις, qui ex ordeo diuinabant 20,50
Κρόκος quid 25,40
Κρωβύλος quid 201,10

L

Labor debet præcedere cibum 631,30
Labores debent cibos præcedere 272,10
Labyrinthus quid 56,10
Lac quid designet 129,1,10.& 133,30
Lac quid mysticè significet 583,50
Lac quo pacto fiat 133,40
Lac ex tribus substantiis constat 142,30
Lac naturalè habet cum aqua cognationem 133,50
Lac & mel prægustabant baptizati olim 142,10
Lac cur cum melle & vino misceatur 133,60
Lacedæmonij vnguenta repudiant 317,60
Lacedæmonij tibia in bellis vtebantur 200,10
Lacedæmoniorum in vestitu frugalitas 325,20. patientia 513,30
Lachesis propheta 332,1
Lachrymæ quid mysticè significent 211,20
Laconica breuitas 332,60
Laconicæ pudicitia quo pacto corrupta 25,10
Λαγνεία quid sit 226,40.& 336,10
Laius à filio interfectus 416,60
Lamia meretrix 64,10
Lamina aurea Pontificis quid indicabat 573,60
Lana Apula omnium laudatissima 240,40
Laocoon, Priami filius, vates optimus 563,60
Lapides quid significent 6,30
Lapides vngebant idololatræ 847,b 30
Lapidum nomine insipientes vocantur 6,30
Lapilli vbi nascantur 246,1
Lapis Lydius 816,40
Λαρίσσης quid sit 258,50
Lassus Hermioneus dithyrambū excogitauit 336,60
Lasthenia Arcadia philosophabatur 532,30
Latona quo tempore floruerit 532,30
Lauacrum qua de causa sit accipiendum 270,1
Laurus quam vim habeat 14,30
Læna Attica mulier 532,1
Legere alta voce exercitium 272,1
Legislator est tantum vnus 381,40
Legitimum quid sit 377,30
Λέσχαι quid sit 519,60
Lenæ sunt mulieres quæ Bacchum sequuntur 26,1
Lenæus cur & vnde Bacchus appellatus 5,1
Lenides vnde 26,1
Leo cur fortitudinis signum 571,60
Leonidas præceptor Alexandri, ebrietati deditus 146,60
Lepus omni tempore coit 225,10
Leporis natura 224,1
Leporum libido 225,20
Lesbium vinum bene spirans 188,10
Leucophrynes sepulchrum 49,60.& 50,1
Leuctrica pugna quando facta 365,20
Legem nosse, est bonæ mentis 379,40
Legem non intelligunt viri mali ibid.
Leges cur Patres dicantur 496,40
Leges qui primi tulerunt 337,10
Leges quilnam primus tulerit 24,10
Legibus & præceptis opus est vt exerceatur iustitia 325,1
Legis effectus 379,10
Legis plenitudo est charitas 531,1
Legis verba non sunt lex 382,40
Legis voluntas tribus modis à nobis est accipienda 380, 60
Legum iniquarum quænam sit causa 89,50
Lex quid sit 378,10,& 490,30
Lex à Deo data est 381,40
Lex bona est, si quis ea legitimè vtatur 380,10
Lex cur νόμος à Græcis appelletur 101,10
Lex cur non damnanda, etiamsi supplicia improbis decernat 383,30
Lex est noster pædagogus ad Christum 382,50
Lex est rex omnium mortalium & immortalium ex Pindaro 381,30
Lex non consistit in verbis, sed in factis 382,40
Lex non est facta propter bonos 490,10
Lex non est posita iusto 492,30
Lex peccatum non facit, sed ostendit 403,10
Liberales disciplinæ stant in circulo 509,10
Liberalis cum puteo & vberibus comparatio 267,1
Liberatio à malis, est initium salutis 126,30
Libertas est in vino 207,40
Liberis carere molestissimum est 470,10
Liberorum procreatio, scopus est eorum, qui matrimonio sunt iuncti 223,50
Liberorum amissio est ex supremis malis 445,10
Liberum arbitrium, vide Arbitrium
Libido est seiunctorum 177,60
Libri Græcorum quomodo legendi 611,40
Libri 40. continentes Ægyptiorum philosophiam 633,40
Librum scriptum quis primus ediderit 336,50
Lichmitis gemma 54,50
Λίβ quid significet 575,50
Ligna quadrata quid significent 652,40
Lignum vitæ quid sit 484,10
Lignum vitæ quid mysticè 585,40
Ligustri natura 218,50
Lilio Iuno delectatur 214,30
ex Liliis vnguentum 215,40
Lingua Hebræa omnium antiquissima 676,20
Lingua præpeditur vino immodico 186,10
Linguæ septuaginta duæ 374,1
Lingulacæ siue Soleæ 178,50
Linum ex Ægypto 233,10
Linus poëta antiquissimus 329,40. omnis sapientiæ peritus 310,50 Cytharædus 307,30
Litinum vnguentum 215,40
Litarum descriptio 65,10
ex Lite & amicitia mundum constare 504,60

# INDEX.


Literæ sacræ quænam sint 80,50
Literæ Græcæ cur Phenicię appellatæ 335,60
Literæ Ephesiæ quænam sint,& quam vim habeant 338,10
Litigiosi vitiligatores dicti 793,b50
Logica omnis, aut finit, aut diuidit, aut colligit 384, 30
Λόγος quid significet 73,10
Λόγος rationem & Verbum significat 12,60
Λόγος duobus modis à Theologis sumitur 110,30
Loquaces itrisi 794,21
Λοξίας cur dictus Apollo 48,20
Lucernas accendere quinā primi docuerunt 338,20
Lucta quæ probanda 272,10
Ludus pilæ viros decet 272,60
Ludus cui res seria, non sapit 279,30
Luna ardet Endymionem 39,20
Luna cur dicatur μηνοφόρος 582,10
Luna plena decimo quinto die 655,20
Lunæ facies quid sit 334,40
Lupercal templum Romæ 353,10
Luscinia colorem & vocem mutat 224,20
Luscinię natura 234,30
Luxus non necessarius fugiendus 198,20
Luxus semper est vitandus 181,40
Lycambes ad laqueum compulsus vi Iamborū carminum 339,20
Lycaon Arcas Iouem hospitio suscipit 37,1
Lyci philosophi sententia de fine 440,50
Lycopolitani lupum colunt 38,10
Lyctij quinam sint 46,10
Lycurgus quando floruerit 356,40
Lycurgus quādo leges Lacedemoniis tulerit 337,20
Lydius lapis 316,40
Lydius modus quinam sit 7,10
Λυγδίνος, gemma quæ est genus pyropi 54,50
Lyra Cretenses vtebantur in bellis 200,10
Lysidisa mulier pudore insignis 532,1

M

MAcærię amor in maritum 532,10
Macedones natura bibaces 146,60
Maculæ in Lunæ facie quid sint 334,40
Madianitides mulieres Hebręos ad impietatem deduxerunt 422,60
Mænole vnde dictus Diogenes 21,30
Mænades mulieres vnde sic dictæ 21,30
Magi Persiæ populi coeunt cum matribus, filiabus, & sororibus 452,1
Magia naturalis 65,60
Magistratus maximos gerere prohibētur, qui vxorem non duxerunt 444,60
Magorum libri reprobati 66,1
Magnes cur ferrum trahat 804,b10
Mala aurea in Hesperidum hortis 24,10
Maledictio & accusatio in quo differant 160,30
Maledictum quid sit 160,30
Maleficium quid sit 111,50
Malo bonum est proximum 426,50
Malorum quænam sit causa 700,1
Malum nemo eligit quatenus malum 341,10
Malus videns malum puniri, castigatur 379,30
Mammona quid sit 302,50
Mandragoræ poma quam vim habeant 95,20
Manto fatidica 363,10
Manuum impositio Christi super infantes quid prę figurabat 122,40
Manus est instrumentum instrumentorum 8,40
Marathonica pugna
Marcionis error 381,10
Marcionistæ cur matrimonium repudiant 438,20
Marcionistæ sibi mortem conscisc entes, non sine martyres 439,20
Marcionistarum hæresis 436,30
Margarita vnde 406,30
Margaritæ vbi nascantur 246,10
Margaritæ inter lapillos maximè sunt in pretio 245,60
Margites quis fierit, & eius stultitia & ignorantia 310,60.794,a10
Μαργὸς quid Græcè
Maria virgo θεοτόκος verè dicitur 175,20
Maria virgo & mater integra & inuiolata 413,60
Maria virgo Ecclesiam denotat 151,20
Mariti coram famulis non debēt osculari suas vxores ibid.
Mars vnde dictus 253,30
Mars cuias fuerit 63,30
Martis epitheta 30,30
Martis statua fuit hasta primum Romæ 30,30
Martyr, idem quod testis 415,30
Martyr quis dicatur 496,40.& 128,40
Martyr cur puniatur 518,30
Martyres qui dicantur 505,30
Martyria sunt exemplaria conuersionis 454,50
Martyrij extremum quodnam sit 504,10
Martyrij varia genera 504,20
Martyrij occasio est quælibet tentatio 501,30
in Martyrio an peccata abluantur 512,60
Martyrium commemoratio cur fiat 49,1
Martyrium quid sit 496,50. & 515,30
Martyrium quodnam maximum 502,20
Martyrium docetur per dilectionem 505,30
in Masculum Venerem non esse incitandam 418,30
Masculus quid significet 473,30
Μασσᾶται vnde deriuetur 313,30
Mastiche quid sit 118,30
Mastichen rodere 255,30.277,30
Μάσχαλοι vnde dicti 262,40
Mathemata in quātis discretis & continuis versantur 519,60
Matrimonij scopus quis sit 446,30
Matrimonio benè & malè vti licet 484,20
Matrimonium quid sit 227,30.& 422,50
Matrimonium an sit sactamentum 478,1
Matrimonium cur sanctum dicatur 477,50
Matrimonium fœlix, nec pulchritudine, nec diuitiis censetur, sed virtute 533,30. & concordia 804, a1
extra Matrimoniū nullus coitus est licitus 237,40
Matrix quid 226,30
Matthæus 514,40
Matthias Apostolus 408,1
Mausolæa vnde 56,30
Mausolæum quid ibid.
Maza quid sit 26,10
Medæa prima pilos tingere excogitauit 336,10
Medi pro Persis 45,30
Medicamentum cur fides appelletur 3,30
Medicina quid sit 111,40
Medicinæ inuentor quis 335,60
Medicus quis dicatur 731,10
Meditatio diligens omnia vincit 390,30
Megaclo filia Macatis 31,10
Megaclis inuentor quis fuerit 226,60
Μεγαλοψυχία quid sit
Megalus Megalini inuentor 422,50
Megasthenes antiquus author 216,60
Μειδίαμα quid 355,20
Mel bilem generat 204,20
Mel & lac baptizati prægustabant olim 165,30
Melampides Deum vocabat miraculum mortalium 142,10
in Melampygum incidere 615,10
Melchisedech exponitur rex iustus 441,1
Memoria est rerum præteritarum 546,50
Μεμφὶς quinā modo construēda 412,10
Menephitani Apim colunt 352,10
Menades bacchantes Penthēum discerpserunt 329, 30
Menagyrtes 18,10
Menandri poëtæ de Deo sententia 76,10
Menargitæ sacerdotes Cibeles 27,20
Mendesium vinum quale 288,40
Mendesius hircus 334,50
Menexene Diodori filia 532,20
Mensa, super quam panum erat propositio quid indicabat 570,1
Mensæ veterum quo pacto strratæ 209,50
Mensura quid sit 78,50
Mensuræ tres in nobis quid designent 409,10
Mentitur Domino, qui Deo non credit 501,20
Mepho Ampycis filius, vates Argonautarum 362,50
Mercurij libri quadraginta 633,40
Mercurij libri de Astrologia 633,10
Meretrix apro comparata 228,60
Merops primus sacrificia diis obtulit 46,60
Μέσσος quid significet 577,1
Merulæ natura 224,20
Metempsychosis quid sit, & vnde orta 638,20
Methymna oppidum Lesbi Insulæ 43,20
Metoposcopi qui dicantur 258,40
Metragirtæ sacerdotes Cybeles 27,20
Metus duplex 154,30
Meum & tuum per leges subiit 449,50
Mnemosyne Iouis filia 621,1
Mnesiphilus æmulator Solonis 331,10
Midas Phryx 15,20
Milesiæ lanæ 232,20
Milites cur ἀχειροτόνητα dicantur 247,10
à Militia qui sint immunes 422,40
Miltiadis Imperatoris virtus 382,10
Minerua pro prudentia accipitur 24,30
Minerua cur dicta Scitada 24,10
Minerua cur σωσίπολις vocata 76,30
Minerua cur tybias abiecerit 193,50
Minervæ ædes cur sub dio 568,1
Minervæ quinque 29,50.& 32,40
Minos quando regnauerit 351,30
Minos rex nonem annis cum Ioue versatus 392,50
Minos à Ioue leges accepit 378,60
Minos quando fuerit 795,b60
Miraculum mulieris Laudunensis liberatæ à dæmone 20,60
Miser quis dicatur 304,10
Misericordes qui dicantur 500,20
Misericordia quid sit ibid.
Mites qui dicantur 499,50
Mites quinam laudandi 499,60
Mithridates cur Dionysius vocatus 63,50. præmia potantibus proponit 63,50
Μῖτος quid allegoricè 577,10
Modū tenere in summa potestate difficile est 56,10
Modus in omnibus rebus seruandus 238,30
Modus Doricus & Lydius in quo differant 7,10
Μοῖραι cur Parcæ dictæ 577,10
Mollebat Pittacus 272,1
Momus dicitur Deus reprehensionis 739,40
Momus sequitur quicquid est pulchrum 738,40
Monachi cur dicti ἀσκηταὶ 101,10
Monadicæ cognitionis quis fuerit author 449,20
Monantholius doctor medicus 195,1
Monogamia est laudanda 448,60
Montani error 343,60
Mopsus quando vixerit 360,60
Morbi vnde oriantur 183,1.183,50
Morborum causa quænam sit 171,50
Morbus quid sit 178,40
Mortiones à conuiuiis arcendi 204,60
Mors pro virtute obeunda 510,30
Mors quid sit 454,10
Mors animæ quid sit 192,50
Mors corporis quid sit 192,50
Mors quot modis dicatur 192,50
Mors cur purpurea dicatur 241,1
Mors est stipendium peccati 492,50
Mors an fortior vita 634,1
Mors non est malum 492,40
Mors debetur omnibus hominibus 617,1
Mortis ianua est veræ vitæ principium 505,20
Mortis meditatio est optima 495,40,60
Mortui quinam dicantur 579,10. non lædendi 822, a10. coronabantur 784,b40
Morychus cur Bacchus dictus 55,30
Mosaica philosophia in quatuor partes diuiditur 380,30
Motus animæ sunt præter naturam 412,60
Moueri semper, signum est leuitatis 207,50
Moy, aquam apud Ægyptios significat 369,10
Moyses cur sic vocatus 369,10.803,21
Moyses antea vocabatur Ioachimi 369,10. & in cælo vocatur Melchi ibid.
Moyses à Deo leges accepit 378,60
Moyses quando floruerit 351,20
Moyses sexcētis quatuor annis fuit antequam Bacchus referretur inter Deos 353,10
Moyses quando exierit ex Ægypto 351,10
Moyses primus sapiens 369,10. & primus Grammaticam Iudæis tradidit ibid.
Moyses optimus dux & legislator 381,40
Moyses erat omnibus sapientiæ numeribus absolutus 10,60
Moyses cur porcis vesci Israëlitas prohibuerit 278, 60
Moyses quo pacto Deum viderit 73,20
Moyses fuit propheta 165,10
Moyses veteris populi pædagogus 148,1
Moyses solo verbo Ægyptium, qui Hebræum iniisse inuaserat, occidit 369,10
Moysis origo & educatio 368,60
Moysis perfectio 531,10
Mugalea, mus araneus 57,40
Muliebres motus & delitiæ arcendæ 277,20
Mulier quomodo dicatur causa mortis 469,40
Mulier nulla tangenda, præter vxorem 226,10
Mulier foris tecta sit 280,1
Mulier prægnans, damnata capitis, non prius supplicio affici debet, quàm peperetit 435,30
Mulier est viro deterior 515,50

# INDEX.


Mulier non est apta ad bellum 368,60
Mulier à Deo data est homini adiuttrix 533,40
Mulier ebria, est ira magna 189,10
Mulier fortis est virtutis penus 277,1
Mulier impudica est expers omnis virtutis & honestatis 194,40
Mulieres quæ literis incubuerunt 532,20.30
Mulieres lacræ apud Germanos 333,10
Mulieres ornari quomodo debeant 283,30
Mulieri decus affert silentium 210,30
Mulierum ornatus qualis esse debeat 247,40
Mullei olim fuere calcei regum Albanorũ 242,10
in Multiloquio non deesse peccatum 315,10
Multiloquium non effugiet peccatum 206,30
Mundities perfecta quænam sit 587,20
Mundi variæ significationes 246,60
Mundi creatio vnde 63,10
Mundi corde qui dicantur 504,20
Mundi corde cur beati ibid.
Mundus quis dicatur 566,10
Mundus an habuerit principium 595,1
Mundus alius sensilis, alius qui percipitur intelligentia 595,10
Mundus factus est propter hominem 486,20
Mundus est Dei templum 586,40
Mundus hominis cauta factus 7,60
Mundus pro ornamento 6,50
Mundus muliebris reiiciendus 244,50
Mundus postquam deflagrarit restituetur perfectior 614,10
Munichia cur Diana dicta 55,40
Mures cultæ à Troadibus 38,20
Mus, rana, anis, raculus, aratrum quid significent 573,10
Musæ vnde dictæ 34,1. & 325,20
Musæ vnde originem sumpsere 32,10
Musæ Caricæ 199,50
Musæ sunt Sirenibus iucundiores 317,60, 794,2 50
Musica quæ laudanda, & quæ vituperanda 656,40
Musica in quanto discreto versatur 319,60
Musica instrumenta cur in conuiuiis Christianorum adhiberi non debeant 201,20
Musica mollis reiicienda 200,60
Musicæ tria genera, Diatonicum, Harmonicum, & Chromaticum 203,30
Musicæ laudes 8,30
Musicæ cognitio quid prosit 656,10
Musicis bos sacrificatus 38,20
Mustella cur Herculi dedicata 44,50
Myager, Deus Muscarum 45,10
Myconus nõ vna, prouerbiũ quid significet 384,50
Mya Theanus filia 532,20
Μῦα quid propriè 22,10
Μυεσιλλεῖν quid sit 215,10
Myrmidones vnde dicti 44,60
Μύρτον quid sit 217,40
Myrsilus Lesbius 31,20
Myrsinum constipat 215,50
Myrsæ lingua Æolica pro musis 31,10
Myso Cheneus 329,60
Mysta quid 26,1
Mystæ qui dicantur 319,50
Mystæ cur vesci corde prohibeant 568,40
Mysteria quid 40,1
Mysteria vnde dicantur 15,10
Mysteria magna & parua 490,50
Mysteria cur mystice tradantur 302,10
Mysteria cur maximè noctu fiant 316,30
Mysterium quid sit 12,30. & 41,1
Mysterium non est detegendum 186,60

N

NABLIA à quo inuenta 795,40
Naid quid indicet 795,40
Narcissinum vnguentum 498,40
Narcissus flos grauis odoris 115,40
Nationes omnes variam pronunciandi formulam habent 114,40
Natura & doctrina sunt persimiles 174,20
Naturæ nomẽ pro Deo sumptum à Stoicis 419,60
Naturalia non tollenda 109,60
Nauem quis primus fabricatus fuerit 196,1
Nauigandum non esse super terram, quid sit 567,30
Nauifica mulier 532,60
Nauisithous pædagogus Philippi 142,60
Naxium vinum quale 188,60
Ne quid nimis, prouerbium 222,60
Neapecha quid 54,60
Νέκυια quæ dicuntur 7,10
Nemæa vrbs vbi sita 58,60
Nemæi ludi vnde, & à quo instituti 58,10
Nemesis vnde dicta, & quid sit 701,40. & 702,20
Nento mundus à sorde 609,20
Νέοι iuuenes & nouos significat 124,40
Neptuni stupra 54,10
Neptunus quid, & vnde dicatur 68,30
Nerua primus ex Imperatoribus qui burbam aloerit 23,10
Nestorij error 428,60
Netequid sit 529,60
Nicolaitæ hæretici, carni dediti 414,2
Nicolaitæ perperam vxorum communionem referunt ad Nicolaum diaconum 416,40
Nicolaus, à quo Nicolaitæ, vir temperantia clarus 457,10. 808, b30
Nicolaus Beguinus, vir doctus 378,40
Nicostratus Comicus 244,30
Niobe cur versa in lapidem 91,10
Νόμος quis dicatur 110,40
Νόμος duo significat, infantem & fistulam 128,10
Νόμος nomen vnde 120,60. & 124,10
Nobilitas vera quænam sit 284,30
Nobilitas in quo sita est 419,20
Noë prædicauit pœnitentiam 364,40
Noë temulentus pudenda aperuit 195,40
Nomen Dei cur quatuor literis apud omnes fere Gentes scribatur 373,60
Nomen Dei in vanum sumere quid sit 687,10
Nomen Christiani vsurpatum & primum auditum Antiochiæ 4,20
Nominum proprietates cognoscere, affert scripturis magnam lucem 61,40
Nomius cur dictus Appollo 32,50
Νόμος vnde detiuetur 105,30
Noropes ex primi elaborarunt & ferrum 795, b10 338,30
Nox est diei priuatio 102,30
Nox cur dicta εὐφρὸν 316,20
Nosse seipsum quid sit 249,30. & 564,1
Νόσος ἐπὶ quid 312,40
Opus bonum quid sit 780,a10
Opus Dei est homo 169,60
Opus maximum Dei, est humanã seruare naturam 698,40





Numerus quid sit 74,1
Nuptiæ secũdæ, signum sunt incontinentiæ 481,40
Nutrices quando lacte plenæ 131,50
Nutrimentũ per cibos & per verba sumitur 296,50
Nutritio quid sit 171,50
Nuces iuglandes concoctu difficiles 218,40
Nux torporem immittit 214,10
Nyctimus filius Lycaonis 37,10
Νύμφη puella 777, a40
Nysa mons Thraciæ 21,30

O

OBOLVS quid sit 265,60
Obscura quædam opera veterum 577,20
Obstupefactio quid sit 404,10
Obtrectatio quid 156,50
Oculi animæ quinam sint 177,50
Oculi detorquentur vino immodico 186,10
Oculorum abusus fornicatio 277,50
Oculus corporis citra mentem videre non potest 71,20
Odores rosarum & violarum grauedines capitis cõprimunt 214,10
Odrysij montes vnde sic dicti 4,40
Odrysij Thracum populi 334,1
Oedyppus Sphingi ænigma soluit 325,40
Oenochoa vasa quæ 197,60
Oeneo cur Diana irata 703,40
Oeno Nympha fatidica 363,60
Officia in actionibus, non in dictionibus consistunt 169,20
Ogygis regis tempore inundatio fuit in Græcia 351, 40
Οἰωνὸς quid propriè 20,40. & vnde dicatur ibid.
Οἰωνοσκόποι, augures & auspices Latinè significant 20, 40
Olera cum charitate sunt meliora, quàm vitulus cũ fraude 176,60
Oleum significat Christum 216,10
Olympias prima quando fuerit 373,20
Olympici ludi vnde, & vbi fiebant 59,60
Olympicum certamen cur institutum 365,10
Olympus harmoniam Lydiam inuenit 336,20
Ὄμματος quid 113,10
Omphale sedere ad pedes suos iubebat Herculẽ 41,1
Onomacritus poëta Athenienfis 360,10
Ὀνοματοθέται qui dicantur 405,60
Onos, piscis, cor habens in ventre 177,40. 780, a 20
Onus tollẽs nõ deponẽs iuuandus 297,50. 793, b 20
Opera non sunt bona, nisi innitantur firmissimo fidei fundamento 14,1
Opera Trinitatis sunt inseparabilia 13,50
Opera verbis debent esse consentanea 387,1
Opera nostra nulla sunt eiusmodi, vt ex se vitã mereantur æternam 88,10
Operatio duplex 732,40
Operatur dupliciter is qui credit 734,50
Ophiani hæretici 751,20
Opifex naturæ vnus est 346,10
Opinio quid sit 595,10
Opinio quid efficiat 327,10
Opinio cognitionis inflat 319,50
Opinio mala triplici ratione curatur 746,40
Ὀπισθόγλυφα quid 780,a10
Opus bonum quid sit 169,60
Opus Dei est homo 698,40
Opus maximum Dei, est humanã seruare naturam 267,60
Oracula Græcorum obscura 566,40
Oraculum Apollinis Clatiũ, Didymæum, Pythiũ, Amphiareum, Amphilocum 20,30
Oraculũ Dodonæum omniũ antiquissimum 19,50
Oraculum Iouis Ammonis 20,10
Orandum vbinam sit, & cum quibus 721,60
Oratio multas habet latebras 674,20
Orationes sunt animæ fœtus 295,20
Organum est corpus nostrum 199,60
Organum quid mystice designet 199,60
Orgia 26,30
Orgia vnde dicantur 15,10
Orgia Bacchi quàm turpia 21,30
Orientem spectant templa 829,a10
Origenes Clementis Alexandrini discipulus 140,30
Ornamenta animi sunt virtutes 247,10
Ornatus mulierum qualis esse debeat 247,40
Orontopagas Tribunus militum 575,10
Orphei de Deo sententia 75,30
Orphei versus 587,10
Orpheus poëta antiquissimus 329,40
Orthagoras vates insignis 564,30
Orthodoxi qui dicantur 317,10
Osanna quid significet 118,40
Oscula vetita 280,50
Osculari cur non liceat viros suos mulieres coram famulis 286,50. & 291,20
Osculum sanctum quodnam sit 286,10
Ostreatum natura 57,50
Osyrapis vnde 51,40
Oti & Epialtæ fabula 53,10
Otium non est alendum 301,20
Oua Decumana quæ dicantur 193,1
Oues pellibus tectæ 785,b 30
Ouis à Samiis culta 38,30
Oxyrinchitæ piscem colunt 38,10

P

PACIFICATIO perfecta quid sit 500,60
Pacifici qui dicantur 500,50
Pedagogia quid sit 118,10. & 143,30
Pædagogia quot modis accipiatur 143,50
pædagogia nomẽ est quod refertur ad aliquid 146,10
Pædagogi est castigare 148,10
Pædagogi libri 109,1
Pædagogus quis dicatur 110,30
Pædagogus noster quis sit 143, 20
Pædagogus quid profiteatur 109,30
Pædagogus in quo versetur 109,50
Παιδάριον quid significet 117,40
Παιδεία quid sit 119,50
Παιδεραστὴς quid 113,10
Παιδοτρόφος quid ibid.
Παῖς filium & puerum significat 101,40
Palladia duo 50,60
Palladium vnde conflatum 50,60
Palladium è cælo missum 55,20
Pallantes cur iuuenes dicti 24,40
Pallas vnde dicta 16,30. & 24,30
Pan quo pacto cognitus 47,1. & cultus 48,60
Panætius philosophus 440,40
Pandionis fabula 567,10
Pane vesci non obsonio innatum homini 207,60
Panes hordeacei quinque quid significent 662,30
Panis mysterium 132,30
Παρηγόρα quid 201,20
Panomphæus quid 42,30
Pantaclea Diodori filia 532,20

# INDEX.


Pantheon Iouiultori ab Agrippa factum 43,60
Panyassis Polyarchi filius 41,30
Papanera cur offerebatur Cereri in sacrificiis 26,40
Parabola ex quibus rebus constet 675,50
Parabola eadem variè exponi potest 321,10
Parabolæ quid sint 566,60
Παραβολὴ quid significet 500,10
Paradisus terrestris quid mysticè 385,30
Parasiti quinam sint 180,50
Parca nulli hominum parcit 626,60
Parcæ vnde dictæ 28,40
Pardis pellis optima 240.30
Paris reprehensus, quòd à prælio rediens, cum Helena concubuerit 237,40
Parius lapis admodum albus 60,50
Parmenides Eleates deos ignē & terram introduxit 63, 1, citatur 580,1
Παρουσία quid 201,50
Παρουσία quid sit 186,60.& 210,10
Pascebat oues Rachel 271,60
Patara ciuitas 54,50
Patenus præceptor Alexandri 303,50
Pater & Filius vnum sunt 197,40
Pater & Filius quo pacto vnum sint 115,40
Pater non est sine Filio 554,10
Patria mater & nutrix allegoricè dicitur 493,60
Patris & Filij vna est & eadem voluntas 7,30
Paulus Apostolus an habuerit vxorem 465,10. & 467,40.& 729,10.809,240
Paulus Apostolus regnante Nerone martyrio fuit coronatus 750,60
Pauperes cur beati dicantur 400,40
Paupertas quid sit 398,1.& 659,20
Paupertas virum humiliat 261,10.& 465,50
Pax propria est Christianorum 209,30
Pax tibi, quid sibi velit 208,50
Pax & beneuolentia inter se cõiunctæ, sunt semper bonæ 401,10
Peccare quid sit 322,50
Peccare non omnino est solius Dei 115,40
Peccare hominibus est innatum 289,10
Peccata vnde nascantur 416,10
Peccata mortalia & venialia 417,20
Peccata & delicta sunt in nostra potestate 417,60
Peccata omnia dimittuntur in baptismo 549,30
Peccata eleemosynis & fide purgantur 418,30
Peccata cur voluntaria dicta 113,50. & inuoluntaria 113,60
propter Peccata non solum vituperamur, sed etiam puniamur 549,30
Peccata solus Deus remittit 116,10
à Peccatis abstinere, est vera puritas 704,50
Peccatorum differentiæ 414,20
Peccatum quid sit 169,60.& 414,1
Peccatum ad mortem, & peccatũ non ad mortem, in quo differant 414,10
Peccatum est animæ mors 469,30
Peccatum ex primo parente omnes trahimus 483, 30
Pectorale summi pontificis quid designabat 570,50
Pectus est habitaculum cordis & animæ 570.40
Pecuniæ cupiditas arx vitij 197,30
Pedes Domini cur dicantur Apostoli 211,10
Pedes mysticè quid significent ibid.
Pedibus nudis incedere 241,50
Pella Thessaliæ oppidum 47,60
Palorus promontorium in Sicilia 178,50
Pelta quid sit
Penelopes telam retexere quid sit 338,40
Penthei fabula 417,60
Peplus quid 338,60
Peratici hæretici 249,30
Percolatio quid sit 7[illegible]
Perfecti variè multi dicuntur 283,
Perfectio quid sit 511,
Perfectus multis modis dicitur 141,
Periander Corinthius, vnus è septem sapientibus 329,40
Peripatetica philosophia ex lege Mosaica & Prophetis pendet 330,40
Peripatetici vnde dicti 71,30
Peripateticorum error de Deo
Pernoctatio quid 607
Persę fluuios coluerunt 210,30
Persæ coibant cum matribus, filiabus & sororibus 452,10
Persæ primi currum effecerunt 338,20
Persæ cur templa deorum comburerent 71,40
Persecutio an sit fugienda 320,30
Personarum Trinitatis vna est essentia 330,50
Persuasio est fidei confirmatio 338,50
Persuasio quęnam fide digna 305,20
Pestilentes morbi cur Soli tribuantur 172,10
Pestilentiæ vnde, & cur oriantur 620,60
Petrus Apostolus filios procreauit 465,20
Petulantia multa nascitur ex nimiis opibus 619,30
Petulantia in vino non secus quàm cicuta fugienda est 208,50
Phæninda ludus 756,40
Phaëtontis inflammatio quando fuerit 331,30
Phalangium quid sit 286,10
Phallorum origo 480,20
Phallus quid 83,1
Phanocles poëta 441
Phanothea Icarij vxor Hexametri carminis inuentrix 337,20
Phantasia quid sit 321,50
Phasis fluuius Ponti 178,60
Phellatas lapis durus 55,20
Phemonoë quando floruerit 256,30
Pherecydes philosophus 640,20
Pherecydes Syrus 229,60
Philadias sculptor quid inscripserit in Iouis Olympij statua 56,30
Phidias quot simulachra fecerit 54,30
Philacteria dilatare quid sit 338,40
Φιλαυτία quid sit 640,50
Philemon 278,30
Philippides pana ostendit Athenientibus 47,
Philippus Apostolus liberos procreauit 465,10.530 40,809,230
Philosophari quid sit 349,30
Philosophia quid sit 101, 60 309,10.& 410,40
Philosophia vnde orta 303,60
Philosophia duplex ex Platone 322,30
Philosophia ad quid vtilis 309,60.& 310,30
Philosophia à quo missa 340,10
Philosophia Ægyptiorum 638,30
Philosophia est omnium disciplinarum & artium scopus 321,60
Philosophia est meditatio mortis 416,10.& 513,20
Philosophia Græca à diabolo inuenta 317,30
Philosophia Græcis necessaria ante aduẽtum Christi 308,10





Philosophia Græcis data tanquam testamentum 643,40
Philosophia Hebræorum antiquior cęteris 331,10. & 351,10
Philosophia Indorum 631,40
Philosophia Italica, Ionica, & Eleatica 310,20
Philosophia liberat animam à perturbationibus 114,40
Philosophia Mosaica in quatuor partes diuiditur 380,20
Philosophia viam parat ad Christianismum 308, 20
Philosophiæ Christianæ subiectum & finis 388,50
Philosophiæ sensus quis sit 311,10
Philosophiæ vsus quis sit 319,40
Philosophi veri quinam sint 561,50
Philosophi qui dicantur 640,30
Philosophi cur mendaces & iniusti dicantur 310,50
Philosophi cur paruuli appellentur 319,20
Philosophorum dogmata ab Hebręis profluxerunt 331,10
Philosophorum successio apud Græcos 330,60
Philosophorum sententiæ de diis 68,1
Philosophus quis verè dicatur 495,60
Philosophus tria sibi vendicat 408,20
Philotera mulier pudore insignis 532,1
Φιλοτιμία quid sit 116,50
Phocenses homines immolabant 46,10
Phocylidis de angelis opinio 609,20
Phœnix pædagogus Achillis libidinide editus 143,50
Phormio vates insignis 363,40
Phoroneus Ægyptius primus templa diis erexit 48.40
Phoroneus primus hominum fuit 331,40
Phoroneus primus legum scriptor 101,1
Φόρτωμα quid sit 5,10
Φρύγιον vnde dicatur 160,10
Phryges cur omnium antiquissimi 9,50
Phryges primi auium volatus obseruarunt 333,50
Phryne meretrix Thespiaca 53,40
Phydiæ laus 40,1
Pthoides genus placentæ 771,220
Piacula, quæ Deum decent, quænam sint 14,20
Picari est indecorum viris 256,30
Pictura est muta poëtis 65,60
Pierius vir magni iudicij 283,50
Pietas duo habet extrema 27,50
Pietas ac religio à Deo donantur 321,40
Pietas ad omnia vtilis est 80,50
Pietas adiicit vitæ longitudinem 411,10
Piger & ignauus semper est inglorius 512,10
Pigmaleon eburneam amauit statuam 63,30
Pilæ ludus 271,60.272,60
Pileus aureus quid indicabat 570,50
Pilus non sunt vellendi, sed cupiditates 256,60. non tingendi 255,30
Pindari de Deo opinio 609,40
Pindarus Thebanus primus ἐπίγραμμα excogitauit 336,60
Pindarus citatur 278,1
Piorum animæ in cælo habitant 548,10
Piscatione exerceri 791,450
à Piscib⁹ cur abstinerẽt Sacerdotes Ægypti 707,40
Piscis quid mysticè significet 661,40,50
Piscis, is hamũ euaserit, cur eo die non amplius eiusdem generis inueniatur 365,40
Πίσσα vnde deriuetur 537,30
Pittacus Mitylenæus, vnus è septẽ sapientib. 329,40
Pittacus rex Mytilenęorum cur molebat 272,10
Pius quis dicatur 691,10
Placentula suauis definente cœna 348,10
plantæ an sint animalia 757,10
plato Deus Philosophorum 333,50
plato cur diis dialectum tribuat 366,20
plato cùm esset in Ægypto, à Iudæis multa accepit 72,40
plato multa ab Hebræis desumpsit 301,10
plato philosophus à Mose in legibus ferendis adiutus 377,30
plato ex barbaris philosophiam didicit 331,30
plato Sechnuphidis Heliopolitani discipul⁹ 331,60
plato sophisticæ artis acer reprehensor 321,60
plato quo pacto dicebat vxores oportere esse communes 450,40
platonis sententia de Deo 69,30
plenitudo legis est charitas 331,1
plenum & inane pro diis 68,30
Πλοῦτος quid sit 576,10
plutus cur cęcus fingatur 497,10
plutus diuitiarũ Dę, cur cæcus esse fingatur 254,20
pluuia futura prædicta 630,10
pluuia impetrata Æaci precibus 629,10
Πνεῦμα ventum & spiritum significat 146,40
Pocula aurea & argentea esse reiicienda 195,60
poculum alabastrium quid 194,30
podagra vnde proueniat 237,8
Pœnitentia quid sit 599,30
Pœnitentia est duplex 415,60.&500,20
Poëta cur sacer dicatur 687,10
Poëtas cur plato à sua ciuitate arcebat 66,20
Poëtarum de Deo sententiæ 75,1
Poëticæ & picturæ affinitas 65,66
polemo poëta 41,40
polias cur Minerua dicta 49,20
politica philosophia in quo versetur 582,10
politici duas esse species 577,40
politici finis quis sit 577,60
politicum quid sit 577,50
politicus quis dicatur 577,50
polycratis sigilli nota 275,10
Polyonyma quid sint 703,30
polypi natura 285,60
polyxena honestè cecidit 445,40
poma Mandragoræ quam vim habeant 95,30
popanum quid sit 26,30
poppysmata vitanda 209,1
porci quinam dicantur 328,20
porcina caro concoctu difficilis 710,30
porcis cur Israelitæ non vescerentur 278,60
porcus quid mysticè significet 377,30
porcus est immundum animal 279,1
porta Decumana quid 195,1
Posidonius philosophus 440,40
possessio vsus causa nobis est 197,20
posthumi Romani constantia 508,10
potum multo cor obruitur 187,40
in potu decorum est seruandum 193,50
potũ dare signũ est perfectæ participationis 128,30
Potus qualis & quantus esse debeat 188,60
Potus est humidum nutrimentum 152,10
potus naturalis & sobrius est aqua 184,40
Præcepta Dei sine charitate non rectè seruantur 502,30
Præceptum quot modis scribi debeat 524,10
Præceptum primũ Dei legi quis ostendat 678,10

# INDEX.


cum Prægnante veteres nullam habebant consuetudinem 473,40
Præmia varia pro meritorum varietate 312,40
Prætides cur in vaccas conuersæ 708,30
Praxiphanes primus leges tulit 337,10
Praxiteles sculptor insignis 53,40
Precati cum voce, cur vellent Pythagorei 548,30
Precibus quod emitur, vendi videtur 199,10
Presbyter manum imponit 275,60
Principia an sint plura vnius animalis 758,50
Principia quomodo ab elementis differant 71,10
Principia sunt causæ omnium rerum ibid.
Principia indiuidua quæ sint 326,30
Principia demonstrari nequeunt 391,10.& 753,60
Principia ex contrariis constant 565,10
Principium quid sit 312,10
Principium artis quid sit 315,10
Principium cuiuslibet rei difficile est inuenire 592 30
Principium vnum est eorũ quæ sunt reuera 610,30
Priuatio quid sit 411,40
Probatio duplex est 755,30
Probatio quæ est cum experientia, est fide digna 306,10
Procatarcticæ causæ quid sint 763,50
Procreatio liberorum est scopus eorum qui matrimonio sunt iuncti 223,50
Prodici error 460,10
Prodici Chij fabula de virtute & vitio 568,50
Prodicus quis fuerit 334,10
Prodigia quid 56,50
Prodigiosi homines dicuntur, qui ea faciunt, quæ aduersantur naturæ 56,50
Prometheus quando floruerit 351,50
Prophetæ veteris testamenti quot fuerunt 364,50
Prophetarum de Deo testimonia 77,50
Prophetia quid sit 411,30
Prophetia cur instituta 114,30
Prophetia duplex 349,30
Propinquus quis dicatur 450,10
Proserpinæ raptus quando extiterit 351,50
Prosymnus pollicetur se ducturum Dionysium ad inferos 36,10.& 40,20
Protoplastus quid significet, & vnde deriuetur 9.60
Prouidentia Dei omnia administrari 326,20
Prouidentiæ diuinæ argumentum 341,40
ad Prouidentiam diuinam omnia esse referenda 311,50
Proximus quis dicatur 450,10
Prudentia quo pacto à sapientia differat 401,10
Prudentia duplex, vna quæ in agendo, altera quæ in contemplando versatur 398,40
Prudentia carnis est Deo inimica 511,30
Psallere in Decachordo quid 203,1
Psagda Ægyptia 216,60
Psalmus quid sit 200,40
Psalterij harmonia omnium præstantissima 676,10
Psalterium Domini quid 199,60
Psalterium decachordum quid significet 200,10
Psilotapetes quid 221,30
Psilotron quid sit, & quo pacto differat à dropace 258,30
Ptolemæorum enumeratio 800,830
Pudenda cur ita vocata 225,50
Pudicitia Laconica quo pacto corrupta 253,10
Pudor & modestia sunt torques & catenæ 245,30
Puellæ regiæ apud Hebræos pascebant oues 532,40
Puer fabula cur dicatur
Pueri qui dicantur 118,10.& 119,60
Pueri & puellæ cur vinũ bibere non debeant 181,30
Pueri sunt omnes apud Deum, qui in veritate versantur
Pulchritudo optima quænam sit 118,30
Pulchritudo vera quænam sit 276,30
Pulchritudo corporis quænam sit 248,30
Pulchritudo turpis, quæ per contumeliam & probrum emarcuit 284,10
Pulchritudo hominum varia 35,30
Pulli qui dicantur 249,30
Pullos cur Christus nos vocet 113,30
Punire & castigare in quo differant 119,60
Punitio quid sit 747,60
Purgatio perfecta quænam sit 744,10
Purgatio animæ duplex est 544,10
Puritas vera quænam sit 646,10
Purpura voracior, prouerbium 704,10
Purpuræ optimę vbi nascantur 243,10
Purpuram Lacones repudiant 243,30
Purpurea cur mors dicatur 247,30
Pus quid sit 243
Pus quo pacto fiat 238,30
Putei, qui exhauriuntur, emittunt aquã magis limpidam 301,60.753,30
Putei & liberalis comparatio 267,2
Putrefactio sanguinis quid 243
Πυραύλεις, instrumenta quibus vtebant Siculi in bello 200,30
Πῦρ, dictio est barbara 366,30
Pyramides quid 26,30
Pyramides Ægypti, olim mundi miracula 58,20
Pyrrho artem dubitandi inuenit 747,30
Pyrrhoniorum doctrina 760,30
Pysa vnde 363
Pythagoræ dictum 297,30
Pythagoræ de Deo sententia 70,60
Pythagoræ multa symbola explicata 367,20,30.& sequent.
Pythagoras quando floruit 331,10.& 335,30
Pythagoras cuias esset 330,30
Pythagoras vnde dictus 363,30
Pythagoras cur se philosophum vocaret 489,60
Pythagoras primus seipsum appellauit philosophũ 330,20
Pythagoras discipulus Sonchedis 335,60
Pythagoras fuit circumcisus 333,30
Pythagoras Gallos & Brachmanas audiuit 331,20
Pythagoras Rheginus, sculptor insignis 43,60
Pythagorei cur cælum vocent 611,30
Pythagorei cur à rebus venereis abstineant 435,1 cur à fabis 808,240
Pythagorei cur vellent precari cum voce 548,30 15,60 20,30 20,30 ibid. 833,60
Pythia vnde
Pythium oracvlum
Πυθωνίστης vnde
de Pythonissa quam consuluit Saul
Pytine Cratini Comœdia

Q

QVADRATA figura est omnium figurarum firmissima 655,60 793,820
Quadriremis inuentor 494,30
Quærendum vt inueniamus 557,10
Quæstio quænam sit rerum 754,50
Quæstio omnis quo pacto inuniatur 755,60
Quæstiones inueniles esse fugiendas 525,60





# INDEX.



Quæstionum dubiarum, dubiæ sunt responsiones 635,60
Quantum aliud discretum, aliud continuũ 319,60
ex Quercubus olim nati homines 42,60
Quercus fuit prima planta cognita 20,20
Quercus sanosa in Dodona, è qua dabantur oracula 20,10
Quies, pax & tranquillitas, est Christiani propria 109,30
Quiescere quid sit 678,40.& 679,40
Quinquaginta quid mysticè significent 672,50
Quiris lingua Sabina hastam significat 54,20

R

RACOTIS, promontorium 51,30
Radere caput quorum sit 274,20
Ῥαφὶς quid 222,40
Rami arborum quid significent 575,50
Ratio est pars animæ princeps 409,50
Ratio quid significet 170,1
Ratio debet esse in conuiuiis 186,30
Rationale quid indicabat 571,30
Rationi tantum credendum 316,30
Rebecca quid significet 509,30,& 546,40
Reges Hebræorum aurea diademata 210,60
Reges symbolicè Christum significabant 216,30
Reges cur pastores populorum ab Homero dicantur 375,50
Reges veteres cur in numerũ Deorum relati 63,30
Reges apud Ægyptios ex numero Sacerdotum eligebantur 571,50
Regnandi quot sint species 381,10
Regula ecclesiastica quid sit 669,30
Regum munera & officia 381,20,30
Reipublicæ administrandæ ratio quænam sit 382,1
Relaxare se & recreare quomodo in cõuiuiis oporteat 199,20
Religio quid sit 408,10
Religio à Deo donatur 321,40
Religio vniuersa est exhortatoria 109,50
Religio est initium sapientiæ 427,20
Religiosus quis dicatur 691,10
Remissio peccatorum quo pacto à pœnitentia differat 411,60
Remissio peccatorum in baptismo, est donum Dei 549,40
Reprehendere, beneuolentiæ, non odij signum est 150,20
Res turpis quæ dicatur 206,20
Res potius quàm verba esse consideranda 585,50
Res sunt verbis præstantiores 315,60
Res sunt veluti carnes & nerui, verba verò veluti vestis in corpore 317,50
Res seriæ non sunt in conuiuio tractandæ 186,30
Respublica quænam laudanda 381,60
Respublica Platonis posita in cælo, vt exemplar 549,10
Resurrectio vera quæ sit 417,50
Rex qui verè dicatur 381,30
Ridere quando oporteat 104,10
de Risu 203,40.& seq.
Risus vnde oriatur 210,10
Risus qualis esse debeat 205,10
Risus triplex ibid.
Risus comprimendus in conuiuiis 203,60
Risus non est tollendus, sed comprimendus 205,10
Risus naturalis homini 204,60
Ῥόδον, Latinè rosa, vnde deriuetur 214,20
Roma quando condita 365,30.801,230
Romani diu intonsi remansere 283,10
Rosam cur Græci ῥόδα dicant 214,20
Rosarũ odor grauedinem capitis cõprimit 214,10
Rubus 216,30
Ructus 209,10
Ruminat iustus 279,10

S

SABASIVS vnde 23,40
Sabasia mysteria 16, 1
Sabbatum quid significet 489,50
Sacerdotes mundi esse debent 551,20
Sacerdotes Ægyptij cur ab ouis & lacte abstinuerint 158,1
ex Sacerdotibus Ægyptij reges eligebant 571,50
Sacerdotum Ægyptiorum continentia 472,50
Sacides mulieres, quæ à tergo sagittant 509,20
Sacramentum Eucharistiæ non prius conficitur in Eucharistia, quàm omnia consecrationis verba fuerint prolata 324,40
Sacramentum Eucharistiæ, est omnium sacramentorum excellentissimum 190,50
Sacrificia diis quis primus obtulerit 46,60
Sacrificia cur Deus requirebat 292,40
Sacrificium laudis quid sit 429,1
Sacrificiũ quodnã sit maximè Deo gratum 699,40
Sacrificia iniquorum sunt Domino abominatio 420,1
Sagra Locrorum fluuius 40,10
Salem quid significet 546,40
Saluator & seruator in quo differant 29,1
Saluator vtrũ melius dicatur, quã seruator 168,40
Saluus nemo fit natura 554,60
Salus nihil aliud est, quàm vita æterna 108,50
Salus quibus detur 558,50
Samanæi qui fuerint 337,50
Samos insula Junoni sacra 54,10
Samothei quinam sint 337,50
Samuel precibus pluuiam impetrat 629,10
Sancta cogitare castitas est 558,10
Sanctificatio matrimonialis quæ sit 406,50
Sanctitas quid sit 547,10
Sandalia qualia esse debeant 241,30.
diuitum erant calceamenta 785,b 50
in Sanguine maximè vita consistit 193,10
Sanguinem Iesu bibere quid sit 184,50
Sanguinis natura 130,50
Sanguis quid allegoricè significet 131,40.& 132,40
Sanguis quid sit 138,1
Sanguis Dominj duplex 184,50
Sanguis primùm genitus in homine 130,30
Sanguis non est anima, sed vitæ sedes 137,50
Sanguis est præparatio lactis 139,60
Sanies quid sit 42,1
Sanies quo pacto à sanguine differat ibid.
Sanitas & cognitio in quo differant 110,10
Sanitas primum locum obtinet inter hominis bona 501,40
Sanitas corporis quo pacto tuetur 304,10
Sanites clypei inuentor 336,10
Sapiens quis dicatur 265,50
Sapiens alius ex alio, prouerb. 815,220
Sapiens solus est diues 400,40
Sapiens solus est rex, legislator, imperator, iustus, sanctus & Deo amicus 378,10
Sapientiam solum esse diuitem 108,30
Sapientes quinam sint 584,20

# INDEX.


Sapientia perfecta quid sit 186,40
Sapientia quid sit 298,30.309,10.& 547,10
Sapientia Dei est multiplex 308,10
Sapientia omnis est à Domino 308,10
Sapientia vbi sit 199,1
Sapientia est scientia primarum causarum 398,40
Sapientia varia est & multiplex 671,40
Sapientia est philosophiæ domina 309,10
Sapientia est melior lapidibus pretiosis 265,10
328,10
Sapientia huius mundi stultitia est apud Deũ 318,10
à Sapientia, tanquam à fonte, manant omnes disciplinæ 657,30
Sapientiæ & prudentiæ discrimen 405,10
Sapientiæ notio quæ sit 410,20
in Sapientiæ multitudine est multitudo cognitionis 328,10
Sapientum septem nomina 329,40
Sata quid significet 309,20
Sarra parauit angelis panes subcinericios 532,40
Sarapis idem quod Apis 351,30
Sarapis quid significet 51,40
Sarapis Ægyptius à quo conflatus 51,10
Sardanapali regis Assyriorum descriptio 577,40.
& 437,10.806,21
Sardiniaca tinctura 211,20
Satanas vitij princeps 87,10
Saturni lachryma quid sit 597,20
Satyri quinam fuerint 5,10
Scarabeus Aquilam quærit, prouerbium 566,40
Scarabei vnguenta fugiunt 217,20
Scelus quid sit 413,30
Scientia quid sit 390,1.391,20.& 655,50
Scientia quælibet doceri potest 591,10
Scientia omnis & cognitio, quæ à Christo est aliena, prophana est 293,1
Scientiæ etymologia 537,10
Scientiæ essentia ex sensu & intelligentia consistit 391,1
Scientiæ quodnam sit proprium 763,1
in Scientiam nulla cadit mutatio 322,60
Scira quid 24,10
Scirada cur dicta Minerua ibid.
Scire est rem per causam cognoscere 394,60
Sciron quid 24,10
Scitrophoria quænam sint 16,10
Scitrophorion mensis apud Athenienses 24,10
Scirus quis fuerit ibid.
Σκολιὸν quid 200,50.& 203,10
Scopus eorum qui matrimonio sunt coniuncti, est liberorum procreatio 223,30
Scorpiorum natura 366,40
Scribendumne sit an non 298,20
Scripta sunt veluti fœtus animæ 298,30
Scriptura sacra cur difficilis & obscura 675,50
Scriptura quænam optima 305,20
Scripturæ sacræ multiplices esse sensus 384,10
Scripturæ sacræ duplex est sensus 676,20
Scripturæ sacræ quomodo intelligantur 696,10
Scripturæ sacræ cur Græca voce expositæ 314,50
Scripturæ sacræ quãdo ex Hebræo sermone in linguam Græcam conuersæ 368,10
Scripturarum sacratum & artium humanarum discrimen 321,30
Scurræ reiiciendi 204,60
Scutum Iouis cur Ægis dictum 439,30
Scythæ cur comam nutriant 257,60
Scythæ ebrietati dediti
Scythæ adorabant Acinacem 188,40
Scythæ captiuos alligabant cadaueribus, vt cum eis putrescerent 30,20
Secare quæ dicantur 11,40
Secundinæ quid sint 768,40
Seipsum nosse, quid sit 119,10
Seleuci sigillum 248,20
Seleucus Mathematicus insignis 391,50
à Sem vsque ad Abraham quot anni fuerunt 565,50
Semen quid sit 137,60
Semen cur albescat 137,60
Semiobolus quid contineat 141,50
Σεμναὶ mulieres quæ sint 265,60
Σεμνοὶ qui sint 453,40
Semnothei ibid.
Senarius numerus cur perfectus dicatur 678,60
Senarius cur à Pythagoreis coniugium vocetur 688,10
Senes cur bis pueri dicantur 615,40
Senes maximè grauis sermo decet 210,10
Senes in potu quomodo se gerere debeant 195,50
Senex ex Græcis nullus quid sit 581,40
Senex maritus fœminæ iuueni, est turpe 623,20
Senum coronæ quænam sint 214,20
Sensus diuinus quis sit 311,40
Sensus est basis scientiæ 390,1
Sensus est fidei principium 390,20
Sensus philosophiæ quis sit 311,50
Sensus allegorici non parum valent ad stabiliendã dogmata 481,50
Sensus multiplices esse Scripturæ sacræ 384,20
Sententiæ philosophorum de Deo 703.&c.
Septem sapientum nomina 328,40
Septenarij numeri mystica interpretatio 680,40
per Septenarium ætatum mutationes fiunt 680,50
Septenarius numerus cur dicatur esse sine prole & sine matre 673,1
Septenarius numerus sacer & perfectus 604,30
Septimus dies est criticus 680,40
Septuaginta interpretes 568,30
Septuaginta hebdomades Danielis quo pacto impletæ 538,60
Sepulchra in admiratione habita 55,60
Serapidis templum à Christianis euersum 55,50
Serapis vnde dictus 56,1
Serescere quid sit 241,30
Sergius Orata pensilia balnea primus facere instituit 264,30
Sermo præest omnibus actionibus 109,40
Sermo prolixus vitandus 208, 30
Sermo exhortatorius quis sit 109,40
Sermones sunt tales, qualia sunt consilia 106,10
Serpens cur prudens dicatur 481,30
Serpentes quo pacto singulis annis veterem pellem exuant 96,50
Serpentastra infantium quid 770,61
Seruator & saluator idem significant 168,40
Serum quid sit 141,30
Sérui quinam sint, qui non facile ad cælum ascendant 495,40
Seruis dimidium ingenij aufert Iuppiter 475,40
Seruis quomodo vtendum 284,60
Seruus & famulus in quo differant 383,10
Seruitus iure Gentium introducta 418,10
Sesamides quid sint 2630
Sesostris rex Ægyptiorum 51,30
Sethianorum


# INDEX.


Sethianorum hæresis 329,10
Sibilandum non esse 209,1
Sibylla Orpheo antiquior 352,60
Sibylla citatur 255,10
Sibyllæ prophetissæ testimoniũ de vero Deo 77,60
Sibyllæ decem 334,30
de Sibyllis 32,30.794,b 30
Siccitas nimia impedit generationem 141,10
Sicinnus pædagogus liberorũ Themistoclis 143,60
Sicinnius quid sit 147,10
Sicula apis 501,40
Siculi quibus instrumentis vtantur in bello 100,10
Sigillorum imagines 275,10
Signum crucis portare quid sit 733,10
Silentium est virtus mulierum 208,30
Silentium quinque annorum Pythagoreorum quid denotabat 584,1
Sillorum libri quinam fuerint 333,20
Simeon Steletes 180,20
Similitudines & exempla sunt rectæ doctrinæ pars maxima 267,40
Simplicitas quid sit 124,30
Simulachra Gentiũ nullum sensum habebant 52,50
Sinapi bilem diminuit 165,30
Sirenes, præternauigantes cantus dulcedine illectos apud se retinebant 325,30
Sirenibus Musæ sunt iucundiores 325,30
Sicarion Icariũs Comœdiæ inuentor 537,1
Sitis quo pacto sedanda 185,20
Smaragdi gemmæ quid significent 570,60
Σοφιστὴς quid 57,40
Smyntheus Apollo vnde 45,1
Sobrietatis exemplum Heliæ 266,40
Socrates cur damnatus 74,40
Socrates à Physicis declinauit ad philosophiã moralem 330,50
Socratis dæmonium 341,1
Socratis dæmonium semper dehortabatur, nũquam hortabatur 363,40
Sol non est Deus 69,50.& 75,10
Sol & Luna & astra non sunt dij, sed instrumenta temporis 63,1
Soleæ optimæ Athenis 178,50
Soles duos cur ebrij putent se videre 186,10
Soleis cur vtendum 241,30
Solis definitio 755,10
Solis defectus quis primus prædixerit 331,10
Solicitudo cadit in virum intelligentem 424,60
Solitudo vera quænam sit 261,20
Solomon fuit tempore Menelai 360,10
Solonis versus 307,1.825,b 60
Solon Atheniensis, vnus è septem sapientibus 329, 40
Solon quando floruerit 331,10
Solon melior Apolline 46,40
in Somno quomodo se gerere oporteat 230,20
Somnolentus quis dicatur 187,1
ante Somnum gratiæ sunt Deo agendæ 200,50
Somnus quid indicet 536,60
Somnus, qualis esse debeat 211,20
Somnus cur fugiendus 215,10
Somnus est mortis præmeditatio 223,40
Somnus dimidium vitæ tẽpus nobis aditum 223,10
Soni causa quænam sit 630,50
Sophista quis dicatur 312,10
Sophistæ qui dicantur 307,10
Sophistarum reprehensio 306,60
Sophistica ars quid sit 317,10
Sophistica ars cur reiicienda 321,50
Sophistica ars, est simulata sapientia 322,1
Sophoclis poetæ de Deo sententia 75,10
Σοφρόσυνη vnde deriuetur 326,50
Sordes animæ difficilius eruuntur, quàm corporis 271,30
Soroapis vnde sic dictus 351,30
Σόρος quid significet Latinè 168,40
Species quomodo diuidantur 767,20
Spectaculum virtutis paucis datum 556,10
Spei effigies 28,20
Σπερμολόγος quid 328,40. & σπερμολογία ibid.
Spes quid sit 399,40
Spes est duplex 442,20
Spes est rerum futurarum 411,10
Στάσεις in hastis quid 804,a 60
Sphingas cur in sacris ponant Ægyptij 569,1
Sphingi ænigma 325,40
Sphinx quid sit 576,30
Sphinx feræ & hominis imaginem significat 569,10
Spinæ quid mystice significent 219,60
Spirituales qui dicantur 129,30
Spiritus est Verbi virtus 384,50
Spiritus principalis quis sit 677,30
Spiritus intellectus, consilij & fortitudinis, quid sit 550,20
Spiritus sanctus reddit mentem benè compositam 531,30
Spuere frequenter non decet 209,10
Statera cur non transilienda 568,20
Stateram non transilire quid sit 420,10
Sternutatio quid sit 209,20. eius omen 817,b 10
Stesichorus Himeræus primus hymnum excogitauit 336,60
Στόλος quid significet 377,10
Stipendium peccati mors est 492,50
Stoicorum error de Deo 69,1
Stola quæ lauatur in vino, quid designet 140,30
Stratagema quid sit, & quot speciebus contineatur 381,40
Stromata quid sint 298,10.751,60.793,a 40
Stromata quid prosint 491,1. quid contineant 489,30
Stromatum libris quid contineatur 305,50
Stulti surdis similes 818,b 60
Stultitia nulla maior est, quàm simulachra colere 108,10
Stultorum numerus infinitus 397,10
Styracina virga 272,1
in Subiecto quot consistunt 402,20
Subtilio est risus lenis & placidus cogitatione contemperatus 205,20
Sudor ante virtutem cur ponatur 489,10
Sues cœno magis delectantur, quàm aqua munda 85,1.& 295,20
Suffusio quid 778,21
Suillus vitæ vsus 278,60
Suinæ vita 793,21
Superbia vitanda est ad bene viuendum 503,10
Superstitio quid sit 27,50.& 404,40
Sus nihil præter escam 818,a 20. vnde dicatur 805,21
Susinum vnguentum 215,40.785,250
Syenitæ piscem colunt 772,b 50
Syllogismus quid sit 753,30
Syllogismus quibus rebus constet 753,40

# INDEX.


Symbola Pythagoræ quid sint 234,20
Symbola Pythagoræ multa explicata 567,20,30.& seq.
Symbolica interpretatio vtilis est 575,50
Symbolum quid sit 234,10.571,40
Συμπεσὸν quid sit 780,a10
Σύμπτωσις quid 419,30
Σύμφυτα quid 25,50
Synecticæ causæ quid sint 763,50
Synonyma quæ sint 763,20
Syracusium vinum dulce 188,10
Syrmata quid sint 240,50

T

T, LITERA significat typum crucis Dominicæ 651,60
Tacere fatius est quàm contradicere 207,20
Talorum ludus prohibetur 278,50
Talpa cur cæca & surda 103,30
Tatiani Syri error de matrimonio 474,40
Tatianus auctor hæresis hydroparastatarum 349,30
Tauri populi, circa Tauricam Chersonesum 46,1
Tauroscitæ aduenas Dianæ immolant 47,50
Taurus, signum cæleste quid designet 195,30
Τεκνοφόνια quid sint 348,50
Telam Penelopes retexere quid 237,50
Telenus, Cyclopum vates 361,10
Telmissias, promontorium 50,1
Telmessi vatis monumentum ibid.
Telmissus, oppidulum Lyciorum ibid.
Temperans quid sit 108,30
Temperantia quid sit 420,30.& 422,30
Temperantia eius bonum est, qui potest se temperare 533,1
Temperatura bona ad procreandum necessaria 141,10
Templa vetustissima cur ad Occidentem spectarẽt 716,60.819,a10
Templum duplex est 739,20
Templum Dianæ Ephesiæ sæpius constructum & destructum 58,40
Tempori parcere, prouerb. 813,b50
Tempus & æui discrimen 127,1
Tempus duplex 411,10
Tempus ita mouetur, vt nunquam consistat 329,1
Temulenti cur dicantur mortui 191,50
Temulentorum proprietates 186,30
Tenebræ quid sint 127,20.& 135,10
Teniæ quid sint 14,20
Teno insula, vna ex Cycladibus 54,60
Tentatio quælibet, est martyrij occasio 501,10
Τέρας quid sit 19,40
Τέρας & σημεῖον in quo differant 20,40
Ternarius cur dicatur perfectus 655,20
Terpander Antissæus, primus Lacedæmoniorum leges versibus scripsit 336,60
Terpander musicus suauissimus 5,40
Terra, quæ prius ferebatur, cur nunc sit stabilis 7,1
Terra an mare maiores alat belluas 635,50
super Terram non esse nauigandum, quomodo interpretetur 567,50
Tesserarum ludus prohibetur 278,50
Testimonia prophetarum de Deo vero 77,30
Tetragrammaton Dei nomen 814,a60
Thales Milesius, vnus è septem sapientibus Græciæ 329,40
Thales quandiu vixerit 333,30
Thales Milesius nullũ habuit præceptorem 330,30
Thales primus defectum Solis prædixit 330,50
Thales Milesius aquam Deum faciebat 330,50
Thallo quid 63,1
Thallo vnde dicatur 63,10
Thamar quid significet 19,10
Thasium vinum odoriferum 509,40
Thasus quando condita 188,10
Theano Crotoniates, prima ex mulieribus philosophata est 360,50
Theatrum cathedra pestilentiæ 557,50
Themis est iustitiæ præses 279,60
Themis Heroicum carmen inuenit 26,50
Themidis arcana symbola quæ sint 517,20
Themisto Zoili filia 17,40
Themistocles habitus indoctior, quòd lyram in conuiuio recusasset 505,20
Theocriti scomma 704,30
Theodorus Cyrenæus, & eius impia doctrina 17,30
Theognidis sententia de generatione & de bonorum connictu 431,60
Theologia est vera ars sola 577,60
Theologia vetus gentium erat Poëtarum, Carminum, & Musicorum 4,20.530.& 531,10
Theopompus, rex Lacedæmoniorum 463
Theopompus fabulosus historicus & maledicus 298,20.798,b20
Theophrastus successit Aristoteli 330,50
Θεοφιλία quid sit 694,30
Θεὸς vnde dicatur 18,60.& 381,30
Theramenes cur cothurnus dictus 242,30
Thericlæi calices 195,60
Therstites omnium deformissimus 63,30
Thesaurus verus quis sit 505,20
Theseus Troianis antiquior 352,10
Thesmophorion quid sit 58,30
Thesmophoria, quid 24,20
Θεσμὸς quid 14,10.830
Thespiæ locus in Bœotia sacer Iunoni 50,20
Thespis Atheniensis tragœdiæ inuentor 336,50
Thesprotia regio in finibus Thessaliæ 19,30
Thessali cur Ciconias honorarent 44,30
Thestij filiæ 50. vna nocte compressæ ab Hercule 35,20
Thmuitarum hircus 34,40.771,a10
Thomas Apostolus 324,40
Thraces cornu vtebantur in bello 200,30
Thraces ebrietati dediti 188,40. falcem inuenerunt 735,a10
Thracius sophista cantu feras reddebat mansuetas 1,20
Thrasybulo columna ignis noctu fit dux 382,30
Thrasybulus tyrannidem triginta tyrannorum fregit 376,60
Thuribulum quid indicet 569,30
Thyasus quid sit 5,30
Thyrsigeri multi, pauci verò Bacchi, proverbium 304,40 106,60.& 304,30
Thyrsus quid sit 830
Tibia Christi est homo
Tibia vtebantur Lacedæmonij in bello 200,30
Tibiæ cantu incitantur equi ad equos iocundos 202,10 298,30
Timæus historicus 402,40
Timor quid sit 387,10
Timor Dei, est mali declinatio 421,10
Timor Domini viuificat 115,40
Timor cur inuentus Timor



# INDEX.



Timor est initium dilectionis 415,10
Timor & tolerantia sunt fidei adiutores 402,10
Timor impedit multos ne peccent 659,10
Timor colebatur apud Lacedæmonios 28,20
Timotheus cur circuncisus 719,1
Timotheus musicus 502,60
Tincturæ cur excogitatæ 231,20
Timotheus Milesius 336,60
Tincturam in vestibus quã admittat Plato 273,60
Tintinnabula trecenta & sexaginta quid designabant 570,40
Tiresias Thebanus vates 107,1
Tiresias vates, mas & fœmina 563,30
Tirinthij ad ridendum procliues 205,1
Titanes cur à Ioue puniti 16,40
Titanomachiæ auctor quis 794,b50
Tityus tempore Tantali floruit 352,50
Tlepolemus Herculis filius 352,10
Tolerantia quid sit 125,10
Tolypæ quid sint 26,20.771,a1
Tonsores quando in Italiam adducti 283,10
Tonsura olim qualis 792,a10
Tortis ex igne erutus quid 87,10,20
Totum non inest in partibus 761,60
Traditio est duplex 327,10
Tragœdiæ Comœdia successit 339,40
Tragœdiam quis primus excogitarit 336,60
Tranquillitas est propria Christianorum 209,30
Triclinium quid, & vnde dictum 209,50
Triginta quid mysticè significent 655,1
Trinitas expressa à Platone 598,30
Trinitatis opera sunt inseparabilia 13,50
Triopas quando vixerit 352,10
è Tripode, prouerbium 20,1
Tripos erat symbolum veritatis 20,1
Tripos cur æneus ibid.
Tripos cur sacer Apollini & Baccho 20,10
Tripos Cyrrhæus 20,1
Triptolemus bubulcus 17,10
Tristitia secundum Deum, & tristitia mundi quomodo differant 534,60
Troglodytæ Sambucam inuenere 336,20
Troia bis capta 352,10
Troia quo tempore à Græcis capta 351,60.797,a40
Tropus quid sit 673,30
Trua & trulla quid 197,60
Tuba Hetrusci in bellis vtuntur 200,10
Turpe reuera solum est vitium 206,20
Turpia in audiendo & spectando versantur 205,50
à Turpiloquio abstinendum 205,30
de Turpiloquio ibid.& seq.
Turture loquacior, prouerbium expositum 372,40
Turturum timiditas quid significet 119,10
Tympano Ægyptij vtebantur in præliis 209,10
Typhon quid sit 95,1

V

VACCA Dædali ex ligno confecta 61,30
Valentini error 403,40
Valentinus Gnosticorum princeps 141,60
Valentinianorum hæreticorum refutatio 390,20
Vaphres Ægypti rex 800,a50
Vasa sumptuosa reiicienda 195,50
Vasa Thericlea 197,60
Velle est munus animæ 399,20
Vendi videtur, quod precibus emitur 199,10
Venialia peccata quæ sint 417,20
Ventilabrum in sacris 776,a40
Venter omnium malorum principium & causa 183, l.822,b10
Ventri dominari maximi est impetij 225,50
Ventri dæmon omnium pessimus 176,40
Venereа res est naturalis, sed non necessaria 448,30
Venereorum vsus podagras parit 237,1
Veneris mysteria 15,40
Venus vnde dicta 22,60
Venus vnde orta 15,40
Venus vbi nata 22,40
Venus cur dicta ἀφροδίτη 135,10
Venus Argynnis cur dicta 43,10
Venus frequens quanta adferat incommoda 237,1
Venus Tanais 71,40
Venus dictum tempus seminandi 577,10
Verba legis non sunt lex 382,40
Verborum contentio est fugienda 325,50
Verbum quot modis allegoricè dicatur 132,40
Verbum est multiplex 300,20
Verbum & Deus idem 153,10
Verbũ quo pacto fugatur Pædagogi officio 165,a20
Verisimilia à vero quàm sint remota 388,30
Veritas quid sit 521,40.& 419,50
Veritas est ardua & difficilis 740,10
Veritas est potentior æuo 327,50
Veritas nõ est nisi in his quæ sunt perpetuò, & quæ nunquam mutantur 73,40
Veritas sola est potens 319,30
Veritas tantum est vna 388,30
à Veritate aberrare malum est 316,10
ad Veritatem quomodo perueniatur 745,40
Veritatis duæ sunt species 682,30
Veritatis habitus, est scientia verorum 419,40
Veritatis ignoratio est primus gradus ad disciplinã 565,30
Verum in quibus & quot rebus consistat 390,60
Verum pro iusto sæpe accipitur 396,50
Vespasianus Hierusalem diruit 559,20
Vespis acriores, prouerb. 806,a20
Vestales dãnatæ incestus, viuæ defodiebãtur 259,30
Vestem muliebrẽ cur vir induere non debeat 427,1
Vestem variare non est concessum 276,1. neque trahere 232,40
Vestes tinctæ quibus permissæ 271,60
Vestes byssinæ quando inuentæ 336,30
Vestes sacerdotales quid significabant 574,10
Vestimenta qualia esse debeant 230,40.274,10
Vestimentorum tincturæ cur reiiciendæ 251,10
Vestis an habeat calorem 274,10
Vestis aurea cur Ioui ablata 53,1
Vestis talaris Pontificis quid designabat 570,50
Via ad virtutem est ardua 491,10
Via regia ingredi quid sit 568,50.814,a20
Viæ iustorum multæ 308,30
Viæ multæ sunt quæ ducunt ad inferos 505,10
Viaticum ocio & socordiæ suppeditare, non est honestum 297,50
Victoria Cadmæa quid sit 325,10
Victoria in arbitrio deorum est 618,20.822,a20
Vidua an virgini præferenda 483,40
Vini effectus 186,1
Vini immodicè hausti effectus 186,10
Vini potus nimius impedit studia 191,40
Vino quando vtendum 185,40
Vino moderate cur vtendum 193,20
in Vino est libertas 207,40
in Vino veritas 205,30

Vino immodico lingua præpeditur 186,10
Vinorum extremorum deportatio nocet 193, 40
Vinum quid allegoricè 131,50
Vinum est terræ sanguis 710,40
Vinum est omniū humidorum calidissimum 185,10
Vinum est mentis speculum 192,10
Vinum Arethusium 188, 1
Vinum Chisum optimum ibid.
Vinum Creticum suaue 188,10
Vinum cor supetborum probat 186,60
Vinum cur fugiendum 185,1
Vinum cur interdici debeat pueris & puellis 185,10
Vinum cuiuslibet regionis est optimum habitatoribus 188,10
Vinum facit stultos ridere 204,30
Vinum hominis ingenium ostendit 192,10
Vinum Lesbium bene spirans 188,10
Vinum maximè accedit ad naturā sanguinis 193,10
Vinum Mendesium quale 188,10
Vinum miscere aqua plurima optimum est 186, 1
Vinum mysticum quodnam sit 193,20
Vinum Naxium quale 188,10
Vinum prouocat ad libidinem 185,10
Vinum si nimium potetur, est res mala 621,20
Vinum Syracusium dulce 188,10
Vinum Thasium odotiferum ibid.
Violarum odor grauedinē capitis cōprimit 214,10
Vir quis dicatur 136,60
Vir bonus nunquam laborat inopia 267,10
Virga Iacob styracina 272,10
Viri appellatione quod perfectum est appellatur 120,10
Viri vnde dicti 92,50
Viti boni non natura, sed disciplina fiunt 313,30
Viri cum mulieribus lauari non debent 263,60
Viri se colere non debent 255,1
Virorum bonorum sunt omnia 108,20
contra Viros qui se colunt 255,1
Virtus data est diuinitus 588,50
Virtus sita est in nostra potestate 138,40
Virtus verbi est spiritus 184,50
Virtus vbi habitet 506,30
Virtus non paret alterius dominio 615,10
Virtute præditi natuta non nascimur 701,10
pro Virtute mors obeunda 510,26
ante Virtutem cur sudor positus 489,10
ad Virtutem longa est via ibid.
Virtutes sunt inter se coniunctæ 410,10
Virtutes sint animi ornamenta 247,10
Virtutes theologicæ tres, fides, spes, & charitas 66, 40
Visus hebetatur vino immodico 186,10
Vita vera quænam sit 102,20
Vita an morte fortior 634,1
Vita Christianorum quænam sit 270,50
Vita Hebræorum frugalis 184,10
Vita in sanguine maxime consistit 193,10
Vita nulla molestiis caret 621,60
Vita talis est qualis est sermo 462,20
Vitæ genus quodnam sit eligendum 461,20
Vitæ genus quodnam præstantissimum 164,40
Vitæ optimæ compendiosa pertractatio 273,20
Vitæ optimæ pertractatio breuis 286,40
Vitæ tres in anima vna 9,1
Vitam prolixam quænam faciant 185,60
Vitij duo sunt genera 399,10
Vitium vnde fiat 729,20
Vitium est res seruilis
Viuere quid sit
Viuere non possumus absque quatuor elementis 402,20
Viuere homini quousque bene sit
Viui sint ne plures quàm mortui
Viuimus, non vt comedamus : sed comedimus, vt viuamus
Vlcisci quid sit
Vlcio quid sit
Vlysses lectum Nymphæ reparat
Vnguenta generosos mores effœminant
Vnguenta non debemus olere, sed vitæ probitatem 212,20
Vnguentorum vsus non est necessarius
Vnguentorum luxus apud mulieres veteres
Vnguentis cur vtamur
Vnguentis vultures moriuntur
Vnguentis & coronis an sit vtendum
Vngulæ fissæ & duplices quid significent
Vnio vbi nascatur
Vniuersitatem pendere ex lite & amicitia
Vocationis Gentium causa
Voluntas Dei quid sit
Voluntas Dei est vna in vna identitate
Voluntas est vna & eadem Patris & Filij
Voluntas legis tribus modis est accipienda
Voluntates duæ in Christo
Voluptas carnis non est necessaria
à Voluptate morbi & dolores oriuntur
Voluptates corporeæ cur cœuo assimilentur
Voluptatis stultæ finis
in Voce modestum esse quid sit
in Voce tria versantur
cum Voce cur Pythagorei vellent precari
Vox quid sit
Vorax nihil alind quam bucca
Vox moderanda
Vtilitatis sunt tres modi
Vtres dicuntur homines
Vulcanus claudus & faber
Vulcanus è cælo cecidit in Lemnum
Vulpes quid significent
Vulsi dicuntur molles & effœminati
Vultures absque coitu pariunt
Vultures vnguenta respuunt
Vxor est necessaria aditrix
Vxor an ducenda, & cui, & quando 421,50. & seq.
Vxor Loth cur versa in statuam salis
cum Vxore grauida non est coeundum
Vxorem amare, quasi aduleram, nihil sordidi est 237,60
Vxorem cur Christus non duxerit
Vxores plures an liceat ducere
Vxores non sunt osculandæ coram famulis
Vxores non ducentibus, pœna imposita
Vxores qui dixerunt debere esse communes 448. 10. & 450,40
Vxoris Æneæ honestas

X

Xanthus historicus 450,40. & 451,10
Xanthus Lydius quando regnauerit
Xenocrates Carthaginensis
Xenocrates planetas deos esse existimabat
Xenophontis de Deo sententia
Xiphodres interpretator subtilis
Xistis vestis tragica





Xisti sententia de adulteris 237,60
Xistides quid 221,40

Y

Ybris quid proprie
Ydolum quid sit 242,20
Ydiotæ quid, & à quo inuenta 336,60
Ydus vnde dicatur 431,1

Z

Zacchæus princeps publicanorum an fuerit Matthias Apostolus 503,50
Zacharias propheta tempore Darij prophetauit 357,20
Zagræus vnde deriuetur 23,40
Zaleucus Locrus à Minerua leges accepit 379,1
Zaleucus Locrus leges primus tulit 337,10
Zamolxis familiaris Pythagoræ 508,20
Zaps quid significet 576 10
Zas pictor insignis 620,10
Zeno Cittiæus quo pacto effingi volebat adolescentulæ imaginem 278,40
Zeno Eleates linguam erodens expuit in Tyrannū, ne arcanum reuelaret 508,10
Zeno Stoicus ex virtute viuere, finem beatitudinis esse putat 440,30
Zethus musicæ inuentor, fuit Cadmi tēpore 312,50
Zizaniorum agricola est Diabolus 647,30
Zoroaster Medus statim atque natus fuit, risit 563, 40
Zoroaster artes magicas inuenit 334,20. quo tempore 814,b 60
Zoroaster duodecimo post mortem die reuixit 598,40
Zoroastri duo 563,40
Zorobabel quando cum Esdra in patriam rediere 357,30
Zopyrus præceptor Alcibiadis 143,60
Zoythe quid significet 577,10
Zyræ quid sint 340,10


## *Index Auctorum qui in collectaneis citantur & illustrantur.*


Anastasius in quæstionibus in scripturam 801,a1,b 40.817,a10.819,a1,50.830,b50
Apostolicæ constitut. 802,b40
Arnobius 770,a40,b50,59.771,a60,b40.772,a 30,60.773,b30.774,b1,30
Athanasius ad Antiochum 819,b1
Athenæus 778,a40.780,a10,50.787,b60.788,a 50.813,b30
Basilius in Prouerb. 803,a40. ad iuuenes 795,b 40.reg.breu. 787,b1. in Esaiam 786,b1.820,a30
Chrysostomus in Genesin 777,a1.778,b1. in Psal. 778,b10.782,b20.790,a40.791,b60.810,a1.815, a40 825,a1 826,a40. in Iob. 811,a30. in Matthæum 818,b60. ad Hebræos 789,b30
Cicero 774,b40.775,a10.780,a10.814,a10.815,a 60
Cyprianus 706,a30.787,a30,b10.788,b30
Cyrillus Alex. in Iulianum 804,b50.815,b10.828, a10
Epiphanius 769,b30.802,b60.806,b10,30,40. 807,b1
Erasmi Prouerb. 772,b10. Esdræ liber 4. 809,b40
Euripides 775,b40
Eusebius Præparat. Euang. lib. 2. 769,b1.770,b30. 771,b30. lib. 3. 774,a20,b4.775,a60,b10.794, b60.796,a30.797,a1.798,b 10. 813,b60. lib. 11. 775,b10.815,b60.817,a10,20.819,b10.820,a1,30. lib. 14. 817,b10. lib. 15. 813,a10. Demonstrat. Euang. 779,a30.809,a10. Chronic. 797,a1,b20. 800,a40,60.811,a1. 802,b30. 815,b40. Histor. Eccles. 808,a50.809,a10
Firmicus de errore profan. relig. 770,a10,b10.771, b10.772,a10.774,b1.776,b10
Gregorius Nazianz. 815,a40. Gregorius Turon. 801,b30
Hesiodus 776,a30. Hesychius 813,a10.817,b60
Hieronymus in Iouin. 774,b30. in Ezechiel. 786, b1.791,b40. in Esaiam 809,b10
Homerus 776,a10,b30.801,b30
Iustinus de Monarch. 775,b1,a10.816,a10.819,a10. Exhortat. 816,b20. Apolog. 821,a30
Menander 780,b10
Musonius apud Stobæum 779,b3,40.789,a1,792, a1
Nicetas in Iob 810,a1.811,a30.812,b30.814,b20
Orpheus 815,b60.816,a1.820,a1
Philastrius 807,a20,b20 Philo 825,b60
Phocylides 821,b60
Pindarus 792,b30.794,a60.796,a30.803,b1.812, a1.813,a1.816,b10.821,a60,b1
Pollux lib. 1. 779,b20. lib. 2. 776,b50.783,a30.789. a60. lib. 3. 777,a40. lib. 4. 770,a30. 778,a40. lib. 6. 771,a20. lib. 7. 786,a1,b30. lib. 10. 789,b 10. alibi 776,a20
Plato Cratylo 778,a20. Apolog. 812,a50. Theæteto 816, a10. Timæo 815,b40. de legib. 1. 780,b60,781,b60. de leg. 2. 780,b30.792,a60. de Republic. 817,a40.820,b60.823,b30. Epist. 817,a30
Plutarchus Alexandro 824,a20. Hist. Parallel. 773,b10. Sympos. 784,a40. an seni respub. 813,a1 de virtute 791,b10. de esu car. 805,a30. de auditu 821,b60
Sappho 784,b30. Seneca Philosoph. 808,b60
Sextus Empir. 818,b10. Stephanus 795,b10
Stobæus 781,b20.784,b30.807,b50.811,b10.
Suidas 774,a30.796,a40.810,a60.811,a1.816,b1
Tatianus 796,a20,50,b60
Tertullianus Apolog. 774,a1.798,b20. de Corona mil. 784,a20.788,a1.786,a10.797,b60. de cultu fœminar. 781,a30.787,a1,10. de habitu mulieb. 786,a30.788,b50.791,a60. de anima 794, b10.823,b30. adu. Iudæos 799,b40. de resurrect. 815,a40. Scorpiaco 830,a10
Theodoretus de Curat. Græcor. lib. 1. 811,b60.812, b60.813,b10. lib. 2. 816,a10. lib. 3. 818,a10.816,b 30. lib. 4. 813,a10. lib. 6. 817,a1.819,a30.821,a40. 821,a50.817,a40. lib. 7. 818,b40. Heretic. fabular. 807,a30.808,a60,b50.809,a30. in Hieren. 821,b30


FINIS.

exemplar Clemens Alexandrinus

9/5/